

BIU Cujas

215

D. ANDREAE

ALCIATI

MEDIOLANENSIS IVRECONSVLTI CE-LEBERRIMI RESPONSA,

Libris nouem digesta,

ANTEA TER INCVRIOSE EXCVSSA,
Nunc quarta vice diligentissimè emendata,

AC ALIIS RESPONSIS NUPER INTER MANU-scripta, inuentis aucta, locupletissimoq; rerum, & verborum Indice ordinatim contexto.



Cum Caesareæ Maiest. ac Christianiss. Galliarum Regis priuilegijs ad annos decem.

BASILEÆ,
APVD THOMAM GVARINVM.
M D LXXXII.



BIU Cujas

Diploma Cæsareum,

RVDOLPHVS SECVNDVS *diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Virtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium vniuersis. Quod cum nobis humiliter exponendum curauerit, noster & Imperij sacri fidelis dilectus* THOMAS GVARINVS *Typographus Basilienſis se constituisse ad publicam rei literariæ vtilitatem, Opera Andreæ Alciati, cum Consilijs in lucem edere, dummodo fauore nostro, Cæsareoq; priuilegio contra æmulorum fraudes, si qui fortè ipsum vitiosa æmulatione, aut sinistra aliqua machinatione debito laborum suorum fructu, aut emolumento defraudare conaturi essent, tutius, munitusq; sit, demisse supplicando, vt sibi hac in re auxilio nostro adesse, suaq; indemnitati consulere clementer dignaremur. Nos sanè, qui in communem rem literariam iuuandam propenso admodum animo sumus, præclarũ hoc ipsius institutum, non solum benignè probauimus. Verumetiam authoritate nostra prouehendum esse duximus. Quocirca ex certa scientia, animo deliberato, ac Cæsarea potestate nostra, vetamus firmiterq; interdicimus omnibus Typographis, bibliopolis, atque aliis, qui in sacro Romano Imperio, aliisq; Regnis ac dominijs nostris hæreditarijs librariam negotiationem quocunq; modo exercent, ne quis præmemorata opera, ab ipso* THOMA GVARINO *vt præmittitur, eiusdemue hæredibus excusa atq; in publicum edita, per decennium ab editionis absolutæ die numerandum intra sacri Romani Imperij, Regnorũq; & Dominiorum hæreditariorum fines eodem, vel alio charactere, aut forma recudere, aut vbicunq; recudenda dare, vel alibi impressa adducere, vendere & distrahere palam vel occultè, absq; præfati* THOMÆ GVARINI, *ipsiusve hæredum expresso consensu & voluntate ausit. Quisquis verò aliter faciendo interdictum hoc nostrum neglexerit, is non solùm eiusmodi libris, sic vt præfertur impressis, vel adductis, quos nimirũ præfatus* GVARINVS, *vel eius hæredes, aut mãdatum habẽtes ab eo, vel ipsdem, auxilio magistratus eius loci, vbi deprehensi fuerint, aut propria etiam auctoritate sibi vendicare poterunt, priuari, Verũ insuper etiam pœna decem Marcharum auri puri. Fisco nostro Imperiali, tanquam fraudis Vindici, ac dicto* THOMÆ GVARINO, *ipsiusve hæredibus, ex æquo soluenda & numeranda, mulctari debet. Mandamus ergo vniuersis & singulis nostris ac sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quàm secularibus, cuiuscunq; gradus, ordinis, conditionis, status, & dignitatis extiterint, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti, vel superiorum suorum, aut suo ipsius nomine, ac loco Iuris & Iustitiæ administrationem exercent, ne quẽq; hoc priuilegium seu interdictum nostrum impune violare, spernere vel negligere patiantur. Quin potius contumaces si quos comperierint, præscripta pœna plecti, & quibuscunque recte fieri poterit modis coerceri curent. Quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram, ac eandem mulctam incurrere noluerint. Quod enim hac firma rataq; sint, testatum facimus præsentibus literis nostris, manu propria subscriptis, sigilliq; nostri Cæsarei impressione munitis. Datum in Arce nostra Regia Pragæ die octaua mensis Iulij An. Dom.* 1580. *Regnorũ nostrorum, Romani quinto, Hungarici Octauo & Bohemici itidem Quinto.*

RVDOLPHVS

V. Svicheuſer. D.

Ad Mandatum Sacræ Cæs. Maiest. proprium.

L. Obernburger.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

PAR lettres patentes du Roy nostre Sire, dõnées à Paris le VIII. de decẽbre mil cinq cẽs quatre vins & vn, signées Habert, & de nostre regne le VIII, Il est defendu à tous Libraires & Imprimeurs & autres de nostre royaume, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny faire vendre, les œuures de feu Andre' Alciat qu'il a escript, en droict Ciuil & Canon, tant les Lectures, que Conseilz, nouellement imprimez par Thomas Guerin marchand bourgeois de la ville de Basle, l'vn des Cantons de noz aliez & confederez les Suysses: autres que ceux que ledit Guerin a imprimez, pendant le temps & terme de dix ans prochainement venans, sur peine de confiscation desditz liures, & d'amende arbitraire, comme plus a plein apert & est declaré es dittes lettres,

BIU Cujas

Ordo Reſponſorum And. Alciati I.C.

PRIMVS. Liber qui inſcribitur ad ius Pontificium, ſeu (vt vocant) Canonicum.
II. Ad ius Municipale, ſeu (vt vocant) Statuta.
III. Ad ius Clientelare, ſeu (vt vocant) Feuda.
IIII. Ad Priuilegia.
V. Miſcella.
VI. Ad Iudicia Ciuilia.
VII. Ad Iudicia Criminalia.
VIII. Ad Contractus.
IX. Ad vltimas voluntates.

Ad Lectorem.

ORdo hic, qui tuis, Lector, oculis nunc eſt ſubiectus, ille fuit, quem Alciatus ſuis deſtinarat reſponſis, vt ſæpè ex ipſius ore auditum, ac ex autographo, alijſq; non dubijs ſignis perſpectum eſt, ſed cùm morte præuentus nequiuerit totam hanc ſeriem, quemadmodum decreuerat, connectere, hæres eius hanc ſuccedaneam operam, quanta potuit cura & diligentia ſuſcepit, atq; ita reſpõnſa illa, quæ antea confuſa, & extra ſuos locos poſita repererat, magno ſuo labore diſcreuit, aptè ſub ſuis libris, & titulis collocauit, & vt omnes ſtudioſi iuris ſcirent hunc eſſe proprium auctoris ordinem, in prima ad Lectorem præfatione fuit id atteſtatus: Néue ijdem mirarentur, cur quintus liber titulum Miſcellorum haberet, rationem huius inſcriptionis in altera præfatione, initio illius libri poſita, reddidit, ſimulq; conſilium expoſuit, quod Alciatus quandoq; cœpit, vt hunc de iure reſpõdendi vſum, ad elegantem illam veterum Iuriſconſult. normam reduceret, cuius nonnulla exempla eo in libro poſuerat: hocq; modo digeſta omnia, & adornata Alciati Reſponſa, reliquit poſteris excudenda, qui totum hunc ordinem, improbitate ne an inſcitia facilè dixeris, certè per grande nephas perturbârunt, ſubuerterunt, immutârunt libros, titulosq; omnes ademerunt, præfationem quinti libri penitùs ſuppreſſerunt. Ex altera autem, quæ in principio voluminũ erat, duas integras clauſulas ſubtraxerunt, & plura alibi verba deleuerunt, quibus Lector admonebatur voluntatis ipſius Auctoris. Vt autem quicquid detrimẽti allatum eſt & Alciati nomini, & Reip. legali, quoad eius fieri poſſet, ſarciretur, noua eſt adhibita diligentia, nouus exanthlatus labor curante hærede, & annitentibus præcipuè duobus eruditis Iureconſultis, Vincentio Portico Lucenſe, & Bartholomæo Chiaponio Mantuano: ſicq; omnia Alciati reſponſa in ſuum ordinem rurſus redacta ſunt, & quę illis in priore editione adempta, ſuppreſſa, ſubtracta, deleta fuerant, in hac poſteriore omnia ſunt reſtituta ex manuſcriptis, adſcriptis etiam ad ſingula reſponſa vberioribus compendijs, additóq; copioſiſſimo ad vniuerſum opus elencho, quemadmodum accuratè factum fuiſſe tu oculata fide cernes Lector, cui bene eſſe opto.

AD LECTO-

BIU Cujas

Ad Lectorem.

EST & hoc in actionibus humanis vitium, vt rara prima, atque etiam altera vice rectam habeant formam; vnde illud à prudentibus viris frequenter est dictu, si quis quid bene curare velit, id semel, iterum, ac tertium facere eũ oportere: quod cum sæpe alias ita esse creditum est, tum in edendis Alciati responsis verissimum esse apparuit, quo primũ enim tempore ea in lucem prolata sunt, multa confusa, ac turbata, Typographorum incuria, fuerunt: qui error dum in secunda editione tollitur, alius in elencho ab eisdem est allatus: & si enim magno docti viri labore, singulis responsis plena compendia fuissent præfixa, sic vt inde facile fuerit copiosum, ordinatumque indicem, quemadmodum & iniunctum erat, educere: summa tamen eorũ inscitia factum est, vt nullus in eo ordo niteret, ac sic etiam sit editus, priusquam ab his recognosceretur, quibus ne ita euulgaretur, cura fuit. Hinc graues eorum quærimoniæ, qui in gymnasiis, ac foro versantur, quique si omnia, quæ libris responsorum continentur, non viderint aptè in indice præmonstrata, & velut vna in tabula oculis esse subiecta, ita ea auersantur, vt nec cum quid quæsito est opus, sumere in manus velint, nisi cum certus alieno labore inuentus locus citatur, sic enim blandiente humani generis inertia, aut obruente tot voluminum copia, eo decursum est, vt non amplius à principio ad finem libros legamus, sed eas partes duntaxat ἀπὸ σπάθης nobis ostensas, quæ ad rem quam in dies operosè tractamus, aut anxiè quærimus, faciant. At non ita veteres, quos idcirco nullos operibus suis adscripsisse elenchos constat, quod sanè quàm prudenter ea tota vellent continua serie perlegi, vt perfectè scirentur, sed quando ita omnium litteratorum nostri sæculi placitis iam est receptum, vt absque Indice liber, velut corpus sine voce censeatur, idq; præsertim inualuerit apud iuris studiosos, & eos præcipuè, qui forensi actioni sunt addicti, quod in tanta, tamque densa legali sylua nullum vagandi tempus illis semper pluribus distractis litibus, & ex aliis in alias properantibus, suppetat, ob id necesse habeant, vt petita res velut præda quædam in casibus certis deprehensa sibi monstretur, & quasi in manus tradatur, cedendum est tempori, & vel necessitati ipsi parendum, vel nostræ ætatis sapientiæ acquiescendum, quæ fortè melius studiorum proficientibus, studiosorumque commodis hoc nouo Indicum inuento, consuluit: quàm prior ætas voluerit, aut scierit: quapropter aliqui nostra tempestate eruditi viri in eo maximè elaborarũt, vt lucubrationes suæ non cum vno tantum, sed pluribus iisdemque locupletissimis Indicibus prodirent in publicum, acriterq; etiam quandoque inuecti fuerunt in Typographos, qui hac in re indiligentes fuissent, quod & Alciatus si viueret, iure facere potuisset, quod hac in parte, eorundem culpa, secunda responsorum eius editio minus satisfecerit, vt necessaria huic quartæ manus admouẽda fuerit. Quæ in re optasset is, ad quem iure hæreditario hæc cura delata est, hoc ipse labore perfungi, sed quando ei non licuit, vsus fuit opera eximij iureconsulti, & in gymnasio Rom. professoris celebris Frnciſci Conſalonerij Mediolanensis, qui præterquam quod accuratissimè in ordinem redegit elenchum, ac eum adauxit; ipsa quoque compendia ad meliorem reduxit formam, multos legum, interpretumque locos corruptè citatos, veræ restituit lectioni: infinitas porrò verborum mendas ex ipso contextu sustulit, ac alia etiam quæ nuper inuenta sunt; responsa addidit: sic vt ei plurimum sint debitari illi, qui hisce laboribus frui voluerint. At hæredi par erit, vt ignoscant, si tam diu hisce bonis caruerunt, quod ipse publicis distentus muniis, in hanc curam incumbere non potuerit, minus ei vitio vertere debebunt, quod tot editiones cernantur, cum id ea præcipua ratione factum sit: vt ipsorum studiosorum vtilitatibus magnis cumulatè prospiceretur: quod & in aliorum tum veterum, tum recentium iurisc. responsis seruatum fuisse videmus, quorum exempla sequi maluit, quàm in publica commoda peccare, ob id facilius se veniam impetraturum, sperans à beneuolis, præsertim æquisque iudicibus, quales futuros confidit eos, qui hæc legerint, quibus & fausta omnia precatur.

BIU Cujas

CLEMENTISS. ET GLORIOSISS.
PHILIPPO AVSTRIACO HISPANIARVM REGI, MEDIOLAN. DVCI

FRANCISCVS ALCIATVS IVRISCONS. S.

INTER honores maximos, qui eruditis vitis doctrinæ suæ cõmendatione hactenus tributi sunt, REX MAGNANIME ET POTENTISSIME, illos præcipuè celebratos, ac plurimi factos legimus, quos summi principes, & alij perillustres Heroes, sua allocutione, suaq; dedere præsentia. Etenim ea pluris æstimata semper fuere decora, quæ à præsentibus, certo velut, & oculato iudicio, quã quæ ab absentibus solius famæ, quæ aliquando incerta est, celebritate sunt attributa. idcirco grauissimarum rerum scriptores eiusmodi exempla digna putauerunt, quæ nequaquã silentio inuoluerentur, sed perpetuis literarum monimentis insererẽtur. Hinc prodidere inclyti nominis Scipionem Aphricanum Athenas profectum fuisse, vt Panætium Rhodium, Stoicæ disciplinæ celeberrimum philosophum inuiseret, eiusq; familiaritate, & eruditione frueretur. Sic magnum Pompeium Rhodum se contulisse, vt Possidonium clarissimum tunc philosophũ audiret, eiusq; domum fascibus lictorijs ianuæ submissis intraret, multa de philosophiæ arcanis scisciteretur. Sic illum inuicti animi Catonem Vticensem in Asiam vsque ad Pergamum transgressum, vt Athenodorum Cordilionem Stoicum & ipsum philosophum adiret, sibiq; comitẽ adsciscereț. Iulium item Cæsarem in Gnido insula, Theopompum familiarem habuisse, & diuũ Augustum, tametsi maximis occupatum bellis, voluisse tamen Apollonium Alabandensem audire. Sic quondam Siriæ regem ad Musonium philosophum accessisse, tantúmq; eius oratione oblectatum fuisse, vt maximas egerit gratias, & petendi quodcunque vellet, optionem dederit. Sic Imperatorem Marcum Antonium philosophum, lubentissimo animo Serbidium Scœuolam de iure differentem auscultasse. Traditum est & multos primæ nobilitatis proceres ab vltimis vsq; Hispaniarum, ac Galliarum terris profectos, Romam ea causa tantum iuisse, vt T. Liuium summum historicum viderent. Quæ quidem præclara literatorum ornamenta, cum à scriptoribus seriò commemorata vidissem, magnum fore piaculum credidi, si grandem illum honorem ego nunc subticuissem, ac posteris minime prodidissem, quem tua sublimis maiestas Alciato nostro habuit, quo primum tempore ex Hispanijs veniens ad hanc Ticinensem vrbem appulit: vix enim diem hic traxerat, cum continuo acciri ad se Alciatum mandauit, & benigno renidentiq; vultu exceptum, sic prior est affata. Mirò equidem, literatissime Alciate, visendi Italiam desiderio tenebar, vt te quoq; quẽ iandudum ex celebri fama, editisq; monumentis cognitum habeo de facie noscerem, præsentem intuerer, alloquerer: lætus ergo nunc te video, & amãter amplector, vltróq; tibi ea omnia prolixè polliceor: quæ à beneficentissimo Rege, tua maxima virtus expectare debet. Quæ sane beneuola verba, ex tanti Regis ore profecta nostrũ adeò bearunt Alciatum, vt palam sæpè prædicarit, nihil sibi apud summos Principes contigisse honorificentius, aut de quo magis gloriari merito posset. Nec dubitandum erat, si fata illũ ad hæc vsque fœlicia seruassent tempora: quibus maiestas tua huius Mediolanensis dominatus titulos, possessionémq; indepta est, quin & tu fidem iliam tuam optimam, & vbiq; spectatissimam seruasses, ac tuæ erga illum beneuolentiæ signa dedisses certissima, & præstantem munificentiam, qua vna præcipuè cæteros omnes anteisti Reges, larga exercuisses manu. Quod & inde manifestò cognouisse, tunc mihi sum visus, cum in tuo ex Belgica ad Hispanias rediţu, defuncto iam Alciato, ego Ticinensi in arce tuis genibus aduolutus eram, dixisti enim non tam publicam iacturam in eius morte doluisse, quàm quòd præpropera fata tuam beneficentiam illi præripuissent. Quæ omnia tuæ in ipsum propensæ voluntatis indubitata argumẽta, nunc hic quoque ad eum finem recensere volui, vt in primis studiosi omnes tuis præsertim subiecti Regnis intelligerent, quanti apud te vnus sit factus Alciatus, ob idq; doctrinam illius grauissimo regis maximi iudicio comprobatam, magis ac magis suspicerent, venerarentur, ipsiq; studijs ardentiore animo incumberent, cum tali exemplo viderent hac literaria via, posse se facilius tuam flagrantissimam promereri gratiam, deinde vt me quoq; summa cum ratione, hæc ipsius responsa tuo nomini Regio dicasse agnoscerent, cum enim viuentem illum dilexeris, mortui verò memoriã gratam habere præ te tuleris, dubitare ego minimè debui, quin & præstantes literaturæ suæ lucubrationes, tuo consecratæ numini, & aptè conuenirent, & gratissimæ cõtingerent, hæcq; præsertim Responsa iuris, quæ cum aliud contineant nihil, quàm certa rebus in dubijs consilia, constet autem ex Græcorum sententijs.

Βελῆς ὀρθῆς ὁ δοὺς ἀστράλεσφον. Ἰσόθεον ἄλκιμος ἐστὶν συμβουλίαν.

Itémq;

merito

BIU Cujas

merito non alij, quàm tibi sacratissimo Regi, & in quo omnis nostra sita est securitas, offerri, nuncupariq; debuerunt. Placeat ergo serena fronte hoc donum, quod tuæ excelsæ maiestati cõgruens esse putaui excipere. Quod si forte non ita esse videbitur, memineris quæso, REX MAXIME, propriũ esse animi veræ Regij qualiacunque, vel ab infimæ fortunæ hominibus oblata munera non aspernari, quòd præcipuè vetustissimi illi Persarum Reges ex legis etiam præscripto obseruasse dicuntur, cum vnumquemq; pro suis opibus dona quantumuis leuidense, minimi ue pretij, ac Regali amplitudine indigna, ferentem lætissimo vultu ad salutationem admittebant, à quo Regio more, viris etiam sapientibus laudato te minimè alienum esse, mihi eo argumento persuasi, quòd ea animi magnitudine ab ineunte vsque ætate esse cœperis, vt velles virtutes omnes Regias in tuo collectas sinu corruscare, quod & omnium iudicio iam assequutus es: quando nullus toto in orbe Christiano sit, qui non fateatur & prædicet, in te collucere illam clementiam, & liberalitatem, quæ potentissima dos in Principe dicitur, inesse item tibi duas res illas, quas summi philosophi in persona regum præcipuè expetiuere, bonitatem, scilicet, & doctrinam, hõcq; virtutum concentu efficere, te, quod proprium veri Principis creditũ est, nocere nemini, prodesse omnibus, sicq; te vnum nostra ætate illud ostendere verissimum, quod olim Philoxenus sapiens dixit, cùm interrogatus quid vtilissimum esset, Regem respondit: Propterea tres illos insignes titulos, qui nulli vnquam ex Cæsaribus Augusti simul omnes attributi sunt, OPTIMI, scilicet MAXIMI, ac BENEFICENTISSIMI, teipsum iure tibi vni singulos vendicare posse. quibus & duos alios bona fortuna, meritis impulsa tuis, adieciisse videtur. FOELICISSIMI, nempe, tot tantorũmq; Regnorũ facili accessione, ac VICTORIOSISSIMI, tot claris & memorabilibus apud Veromanduos positis trophæis, ita vt, quod olim antiquissimus ille Græcorum vates de Agamemnone scripsit, quódq; in Alexandri Magni ore frequenter esse solebat, idem & nos de te merito canere possimus.

Ἀμφότερον βασιλῆϊ ἄγαθὸς
Κρατερός τ' αἰχμητής.

Sic magnis cœptis tuis adspiret semper, euentúsq; secundos tribuat magnus ipse Deus.

Ticini Nonis Augusti. M. D. LVIII.

BIU Cujas

FRANCISCVS ALCIATVS
IVRISCONSVLTVS,

AD LECTOREM.

RE M ne gratam beatis Alciati nostri manibus, ac vniuersæ legali Reipublicæ perutilem sim facturus, si quæ ipse iuris responsa dedit, ego edidero, nondum satis compertum habeo, & si habere, vix tamen ausim asseueranter affirmare: hærent quippe in memoria verba toties ab illius ausita ore, cùm priuatim hac de re declamaret, & in tẽpora, moresq; sæculi nostri acriter inueheretur. Quantucunq; scilicet corruptela nostræ inesset iurisprudentiæ, totam ex turbida colluuie respõsorum, quæ vulgò dixere consilia, velut ex quadam sentina peruersarum opinionum prorupisse, obid forsan publicè expedire Augusta li edicto illa abrogari, non aliter ac olim longæ & inextricabiles legum ambages Iustiniani decreto antiquatæ fuerunt. Quid enim nostri iuris interpretes suis non admisere responsis, dum vel prece, vel pretio expugnati, vel odio, vel amore inducti, aut spe aliqua grandioris Minerualis pellecti, nunc in Principum gratiam, modo in amicorum obsequium, aut cognatorum affinium ve commoda, quandoq; & in rem suam, ac inimicorũ offensionem, dicenda tacuerunt, tacenda effutierunt, et certa aliqui iuris nostri scita, sui acumine ingenij, aut cimmeriis inuoluerũt tenebris, ne veritatis radij emicare possent, aut in quacunq; voluere partem tanquam cærea distorserũt, à communi tutaq; orbita aberrantes prorsus, & per auia periculosaq; diuerticula vagantes, deniq; adèo præfracte limites rectos transilientes, vt non tam de iure respondisse, quàm ius nouum pro arbitrio suo condidisse arguerijs, legesq; modo fixisse, modo refixisse viderentur: quinetiã aliqui inde non paruam sibi gloriam aucupantes, quòd nouarũ opinionum primi auctores fuerint, quòd suis peracutis subtilitatib. quas verius sutilitates dixeris, iudicum oculos perstrinxerint, tantamq; eorum mentib. caliginẽ offuderint, vt in multas errorum foueas miserè pertraxerint: vnde factum, vt quod olim Cicero de quibusdam dixit Philosophis, idem & de huiusmodi Responsarijs nõ immeritò prædicari queat, nihil tam absurdè dici posse, quod non dicatur ab aliquo istorũ. Hæc sanè erant quæ Alciatus noster sæpe in familiarib. colloquijs differebat. Quibus & illa consentanea videri possunt, quæ in vltimo Parerg. cap. posuit: dum Pauli Pici præceptoris sui inducta persona totum fere ius nostrum huiusmodi responsorum sophismatib. confusum, variisq; labyrinthis implicitum fuisse asseruit, ac eorum iudicum miseram conditionem deplorauit, quorum sententiæ à solo responsorum fragili filo penderent, qua ratione & typographis sua responsa tunc flagitantibus non dedisse videtur, quod dubitaret, ne eorum diuulgatio publicis vsib. parũ futura esset conducibilis. Fortè & hoc esse illud sum aliquando suspicatus, quod Alciatus ipse in supremis mãdatis mihi dare voluit. Cùm Ticini sic duris fatis volentib. animã agens, & me qui tardè acepto nuntio, non prius quàm in illo ipso tẽporis articulo, ex Mediolano accurrens, præsto esse potui, tũc intuens dato allocutionis signo, & omnib. qui aderant abire iussis, quædam dicere incæpit, sed primis in verbis voce, linguaq; proh-dolor, destitutus hæsit. Terruerunt & me quorũdam voces, qui libero ore tum publicè, tum priuatim dictitarunt, meq; etiã amicè monuerunt, honori, ac famæ Alciati, magis consultum iri, si eius responsa supprimerem, qd perfunctoriè, & quadam quasi suspensa manu scripta essent, ob id solidam illam doctrinam legalem, quam in cõmentarijs abundè ostendit minimè repræsentatura, & longè minorẽ laudem ei allatura, q̃ illa suis auctorib. tribuissent, quæ ab alijs nostræ ætate luriscons. qui tamẽ multò inferiore gradu distarunt ab eo, hactenus edita fuerunt. Quæ omnia, etsi magni apud me ponderis fuerint, diuq; suspensum animum meum tenuerint, plures tamen vrgentioresq; rationes me in hanc impulere sententiam, vt qualiacunq; Alciati responsa omnino euulgarem. Mouit me in primis publica studiorum causa, quam ego non mediocriter lædi sum arbitratus, si ea in tenebris delitescere permisissem, etsi enim (vt dixi) haud certò sciam, minus asseuerare velim quãtam studiosis iuris allatura sint vtilitatem, illud tamen non temerè credidi eiusmodi esse, vt cæteris cũ nouorum, tum veterum interpretum comparata, aut primas aut dubio procul secũdas tenere partes possent: nihil etenim in aliorum responsis, tam acutè inuentũ, tam aptè dispositum, tam copiosè exornatum hactenus legi, cuius plurima exempla similia apud nostrum quoq; Alciatũ non repererim, vt meritò mihi ipsi sic persuaserim, si aliorum responsa cõmuni studiosorum consensu approbata, magnoq; plausu excepta fuerunt, & hæc ipsa Alciati fore acceptissima, idcirco non citra publicã iacturam, prævaricationisq; crimen occultari potuisse. Adegit me etiã officij promissiq; mei necessitas. Cũ enim nullo meo merito, sed paterna quadam beneuolentia, ab Alciato ipso scriptus hæres fuerim, agnoui

gnoui muneris esse mei, quæcunque ingenij sui monumenta reliquisset, in manus doctorum virorum emittere, ne tantum virum & de me tam benemeritum sua gloria malignè fraudasse dicerer: atque ita editurum me omnia iamdudum publicè recepi, & magna ex parte promissa mea hactenus apparuerunt, sic vt nunc hanc responsorum editionem absque mea maxima nota omittere nequiuerim. Mouit & me plurimùm illa quoq; ratio, ne ansam dicacibus maleuoliśq; hominibus præberē obtrectandi mihi, atque improperandi, quòd ideo Alciati responsa suppressissem, quia meos in vsus vertere improbè voluissem. Non parum etiam apud me potuit multorum magnæ auctoritatis Iurisc. iudicium ac desiderium, qui id vnum sæpenumero à me contenderunt, ne vlterius publicationem hāc differrem, néue diutius eos hac expectatione torquerem. Cumq; ego superiora argumenmenta, quæ me incertum reddiderant, velut obicem suis prætendissem efflagitationibus, constanter illi responderunt, non tanti ea esse facienda, quin præualeret alia, quæ pro editione facerēt, ficq; mihi assidui auctores, hortatoresq; fuerūt, vt eam omnino maturarem. Quorum ego auctoritatibus, atq; suasionibus acquiescendum omnino esse putaui. Hæc igitur potior visa est sententia, in qua meus animus, etsi in dubio fuerit, tandem tamen resedit, sic secum reputans, si quid hac in re peccandū omnino fuit, tutius fuisse hanc in partem peccauisse, quam plures, ac validiores tuentur rationes, quam multi probauere boni, quam & præsens ætas, & posteritas omnis gratiorem habebit, quæ alioqui vel de Alciato ipso non bene opinari, vel de me iustè conqueri potuisset, si nulla ex his responsis, quæ aliquando in suis commentarijs ab ipsomet citata leguntur, edita vidisset. Nec me ab hoc proposito deterrere potuerunt suæ illæ acres aduersus responsa declamationes, quando eas non firmo paccati animi iudicio, in vniuersum de omnibus, sed quodam potius iustæ indignationis calore speciatim de quibusdam emissas fuisse sciam, quæres scilicet, in quorundam Iurisperitorum præsertim recentiorum responsa incidérat, quæ contra verissimas receptissimasq; iuris nostri cōclusiones nulla pudoris religionis ve ratione habita, fuerant vel ab ignaris, vel ab improbis compilata, in maximum nostræ scientiæ dedecus. huiusmodi enim prauas distortasq; consilia, tanquam legum maiestatem ladentia, bonos hominum mores corrūpentia, multorum malorum occasionem dantia, prorsus exterminanda esse, recte & è Republica nostra censent. At quæ ex bono & æquo conscripta essent, veritatis indagationem continerent, iudicum labores alleuarent, eorum mentes in rectam ducerent viam, nunquam ille, quod ego audiuerim, improbauit, nec cur improbaret vlla iusta potuit adesse causa, cū publicè interfit, plura eius generis elaborari, quo iustius, sanctiusq; vniuersus orbus Christianus regi possit. Cùm autem de Alciati responsis iam illā opinionem suis mentibus boni mortales comprehendissent, quòd syncere ac ex boni viri officio darentur, non debuere illa nec ab ipso auctore, nec à me, nec à quoquam alio, excussorijs typis subtrahi. Nā quæ Alciatus in ipsis parergis dixit, non eò spectarunt quòd sua quoq; nō probasset responsa, aut nullo modo in lucem dare voluisset, sed vt in primis studiosos commonefaceret, tametsi in hac respondendi arte, Alexandro ex Foro Cornelij, omnium consensu primæ tributæ sint, non tamen Pythagorico more simpliciter credendum, quod αὐτὸς ἔφα, quando vel ipso in limine eum, velut Cantherium in porta cecidisse appareret: cum duo illa prima responsa sua, aduersus vera iuris nostri dogmata subdolè prodiderit. Idcirca eatenus ei, & cæteris adhibendam fidem, quatenus veritati ipsi, non soli auctoritati suæ inniterētur. Deinde, vt quorundā audaciā atq; temeritatē retunderet, qui nullo delectu habito, nullā honoris sui aut publici decoris ratione ducta, animæ etiā ipsius neglecta salute, magnis ad circūuenien-dos iudices artibus vtentes, passim omnibus omni de re responsa, modo dolosi spes affulsisset nummi, per summū nephas offerrent, hanc enim pestē atq; perniciem nostrarum legum, detestari tantùm voluit, non eorum operam suggillare, qui in commune bonum, ac iustitiæ veritatisq; cultum, clientibus, iudicibus rectè consulerent. Quinimò horum ceu iustos labores, publicè proponēdos esse sanctè putauit, qua ratione, & suos calcotypis præcisè tunc non denegauit, sed tantùm in aliud opportunius distulit tempus. Nam quod eius animus ab hac editione non abhorruerit, inde etiam non dubijs coniecturis perspexi, cùm toties animaduerti eum in alijs legalibus suis operibus attestari se sic de iure respondisse: nec tamen, quæ in illis responsis diffusè dixerat ibi repetijsse, sed eorum breuem tantùm mentionem fecisse: vt tacitè studiosos admoneret fore, vt deinde publicata legere latius possent, alioquin aut non commemorasset, aut eorum longiorem seriem, suis commentariorum locis aptè inseruisset. Cuius sanè voluntatis suæ & duo alia certissima signa dedit, alterum cum libello de singulari certamine adiungi iussit, responsum illud quod in controuersia monomachia Caniniana, Fregosianaq; scripserat, addita etiam testatione ex libro quinto responsorum suorum fuisse excerptum: alterum cum sua hæc omnia responsa sub

ſa ſub certos redegit generales titulos, in eum prorſus quo nunc cernũtur modũ, non hercle id ſa ſturus, ſi editioni ea non deſtinaſſet, quo factum eſt, vt coniecturam illam quam ego ex morientis geſtu mixu- que caperam fallacem poſtea crediderim, aliúdque omnino fuiſſe quod fatà tunc eum exprimere pro- hibuiſſent. Cæterum nec eorum clamoribus ſum ego conterritus, qui non ea diligentia, copia, do ctrina, qua debuiſſent, Alciati reſponſa fuiſſe ſcripta vociferabantur, quando ea ſpe bona ſim plenus, fore, vt longè aliter ſentiant, vbi accuratius ea edita legerint, perpenderint, aut ſi ſententiã mutare no luerint, multorum aliorum contrario iudicio conuincantur, resq; ipſa plane ipſeq; bonus demonſtret euentus, quantùm ſua eos fefellerit opinio. Sunt enim & ſanè plura ipſius reſponſa, tanto acumine, ordine, iudi cio confecta, tanta argumentorum copia, tam abſtruſa eruditione, tanta doctrina referta, vt quæcun- que alia celebratiſſimorũ iuriſperitorum, aut ſuperauerint, aut certè æquauerint, nec verò honos hic ſuus deperire, aut imminui debebit, quòd alia adſint, non tanta cura, lucubratione elaborata, cũ non auctoris imperitia, aut negligentia ſic manaſſe videri poſſint, ſed vel clientũ culpa, vel alia cauſa, quæ tunc fortuitò obſtiterit, aliquando enim opus fuit Principum illuſtriumque virorũ iuſſa celeriter ca- peſcere, vt ſuas vel ſuorum cauſas prompto tueretur conſilio, perparuo ei ad meditandum tempore da- to, quandoq; & cognatis amicísve de ſalute fortunisq; ſuis periclitantibus, citato ſtudio ſubuenire op- portuit, quòd damnum omne in mora futurum eſſet, nonnunquam etiam eo tempore conſultor oſtia pulſabat, quo profeſſorio munere diſtinebatur maximè, vel quo aduerſa valetudine conflictabatur, ſæpe etiam conſilij cauſa à multis aditus eſt, vel in itinere cũ peregrè ageret, vel vbi procul à ſua biblio- theca degeret, adèo etiam aliquando ſolliciti, ne dicam importuni fuere quidam cauſarum actores, vt quoties conſilium ab eo expetebant, non dies, non horas ad cogitandũ relinquerent, ſed in ſummas quã doque momentorum anguſtias adducerent ſcripſit & cum in foro Mediolanenſi verſabatur, raptim & ſtans pede in vno multa non in reſponſi, ſed allegationis modum, qualia cæteri cauſarum patroni quotidie ſolent, quæ quantum ab ipſa reſponſorum forma diſtent, norunt omnes artis noſtræ periti. Si igitur tibi (lector optimè) occurrent aliqua breuibus abſoluta verbis, vel raris cantexta citationibus, vel paucis communita auctoritatibus, ſi item aliqua minùs polita, copioſa, accurata videbuntur, exi- ſtimato tunc ab illo conſcripta, cum legitimo premebatur impedimento, quod & ipſe ſæpenumero te- ſtatus eſt: dum modò vnum, modò aliud, ſibi negotium cauſatur: nunc ſolam ſubſcriptionem à ſe petitã affirmat, nunc amico diſcipulóue flagitanti negare, aut moram facere vllam non potuiſſe ait. Quan- quam etiam ſi nullus iuſtæ excuſationis color ſubeſſet, ſatis tamen eum exempla aliorum tueri poſſent, cum videamus veteres illos Din. Old. Fred. Senenſ. Bar. Bald. Ang. Ioan. Imol. Caſtr. Butr. Ancha. Cald. Zab. Rom. & nonnullos alios, ſuis in reſponſis fuiſſe frequenter paucis contentos, vel quod exiſti- marent cuiuſcunq; articuli veritatem haud in multis conſiſtere, ſatisq; & clienti conſultum, & iudici factum, ſi controuerſiæ omnis cardinem ſobriè attigiſſent, ſi tribus verbis ſummam negotij explicaſſet, & cauſæ iugulum illicò petiſſent, neglecta otioſa illa in vtranq; partem diſputatione, atq; omiſſa tot & tantarum citationum pompa, inaniq; illo, & rerum, & verborum apparatu prorſus abiecto, quæ om- nia non niſi tædium parere, ac nauſeam quoq; mouere intelligentibus præſertim, & cordatis viris ſolet vel quòd illi ijdem tantum ſuæ auctoritati tribui affectarunt, vt tametſi paucis aut nullis quandoque argumentis auctoribúsve ſuã confirmaſſent ſententiam, recipi tamen eam à iudicibus tanquam ve- ram, & cæterorum firmatam calculo voluerint, vel quod etiam neceſſe aliquando fuerit in tanto re- ſponſorũ numero adeſſe, & quæda minus bona, & in quibus lector maiorẽ deſideraret auctoris curã, ac diligentiam, cum humani ingenij imbecillitas, hanc homini infælicitatem afferat, vt ſuos omnes partus, pari forma æqualíve pulchritudine nequeat proferre, quemadmodum & in ipſa rerum parẽ te natura cernimus, ſic vt omnibus, hanc perfectionem inuidiſſe fata videantur. Adde quod nec vi- tio cuiquam ſcriptori verti debet, quòd nunc breuibus, nunc longioribus agat, nunc docte, nunc min us eruditè ſcribat, quando natura hoc quoq; comparatum ſit, vt non omni tempore ijdem prorſus ſimus, ſed modò diligentes, & circunſpecti, modò oſcitantes, & ſupini, modò vnũ probemus, modò aliud, nunc Athenienſes ſectari placeat, nunc Lacedæmonios, aliquoties ocioſi langueamus, negotioſi pluſquam expediat ſatagamus. Satis igitur ad ſcriptoris laudem eſſe exiſtimarunt prudẽtes, ſi multis in locis de- monſtrauerit potuiſſe ſe opus omnibus abſolutum numeris exhibere, ſi vbique eaſdem ingenij ſui vires intendere, aut libuiſſet, aut licuiſſet. Non quoq; miraberis lector, ſi aliqua reſponſa inueneris, quæ ad ſceleratos homines legitimis plectendos pœnis pertineant: cum id non tam veterum iuriſc. atq; orato- rum exemplo, quàm etiam multorum magni nominis Docto. more iam recepto fecerit. Nulla item

te capiet

BIU Cujas

te capiet admiratio, si & quædam legeris leuibus de rebus, aut minutis, & (quod dici solet) de tribus capellis tractantia, quando ea pietate charitateq; noster fuerit Alciatus, vt etiam populares, attritiue census homines, aut egenos prorsus, suo protegere patrocinio voluerit, à quibus tamen res suæ quãuis tenues tanti fieri solent, quanti à ditioribus maximæ: nec ob id tibi lector negligenda erunt, quòd paupere de regno controuersentur, cum sæpe paruis etiam in rebus non paruus sit labor inueniendi, quid sibi iura velint. Nihil quoq; illud te offendere debebit, si quæ responsa pugnare inuicem forsan videbuntur, id enim sedulo caui, ne qua subesset vera antinomia & quanquam nonnulla primo aspectu contraria apparent, non ita tamen postea in recessu consistent, nam aut paululum mutata specie facti, ius quoq; ipsum facile mutauit, aut leui distinctione adhibita ad concordiam nullo negotio reducuntur, vel si vno in loco iuxta crebriores sententias aliquid enunciatum est, in altero sub incudem veritatis reuocatum fuit, vt etiam atq; etiam iudices considerarent, qua tutiore via progrederentur, vel ab eo, quod iuuenis scripserat, senior factus maturiore iudicio recessit, mutato (vt ab omnibus factitatum est doctis in melius consilio. Et quanquam non defuturos puto, qui existimabunt rectius fuisse, non omnia sed insigniora quæque, & quidem post verioratantùm, foras dare, attamen diuersa meo sedit animo sententia, quòd in re aliena difficilem admodum & periculi plenum esse delectum præuiderim, cum facile contingere potuisset, vt quæ ego reiecissem maxime, auctor ipse recepisset maxime, aut alij approbassent magis, tutius ergo censui omnia simul edere, tum quòd hanc auctoris voluntatem fuisse ex eo conjcerem, quia non vnum potius, quam aliud ipse selegisset, tum vt liberũ vnicuiq; iudicium, quid de singulis sentiret, relinquerem, tum etiam vt suspicionem omnem diluerẽ, quòd aliqua meos in vsus asseruassem, quod si qui studiosi responsa alia Alciatis alibi repererint, quæ hisce nõ sint compræhensa voluminibus, hi velim credant me eorum exemplaria habuisse nulla, nec plura in scriniis ipsius inuenisse, quàm quæ sunt hic à me conclusa: nec id mirum videri debebit, cum aliquando euenire potuerit, vt quo tempore illa clientibus dedit, nullius tunc Amanuensis opera fuerit vsus, sed suo autographo illa donauerit, vel si quod exemplum tunc seruauit casu aliquo postea interciderit. Ego certè fide bona, quæ inueni, in lucẽ emisi omnia, omissis duntaxat illis, quæ aut pro veris Alciatis partibus non agnoui, & aliena manuscripta, alienũ quoq; redolerent stylũ, aut quæ imperfecta, incerta, semilacera erant, nec perfici à me, aut consui, suóue loco reponi, vlla mea industria potuerũt, & si quis ad hucerit, qui ita esse credere nolit, nõ admodum hac de re solicitus ero, cũ mea mihi conscientia mille sint testes, tantúmq; illud optem, vt si quæ apud alios latent in publicum promantur, vel ad me (vt fecere aliqui) vel recta via ad ipsos typographos transmittantur, vt cæteris adiungi aliquando possint. Præstiti ergo quod potui, nulli labori, nullis peperci vigiliis, vt hæc ipsa Responsa quàm emendatissima & suo digesta ordine suisq; distincta titulis in studiosorum manus venirent, quòd si qua in re erratũ est, veniam mihi perfacile dabis (humanissime lector) si illud cogitaueris vnum omnia recte, non posse, præsertim quotidiano publicè profitendi munere astrictum, ac assiduo de iure respondendi labore fatigatum, aliisq; etiam solicitatum curis, quibus tamen non tantũ me obrui sum passus, quin quotquot potui horas non succisiuas tantum, sed etiam necessarias subtraxerim, quas in hoc opere insumerem, quantus autem meus fuerit labor, non solum in singulis responsis aptè disponendis, sed & in singularum clausularum, imo & quandoq; vocum eruendo intellectu exudatus, ipse non dicam, sed tibi lector æstimandũ relinquam, quem si gratum obtigisse tibi intellexero, dulcis eius recordatio magni mihi præmij loco semper erit.

Bene vale ex Casellis Laudensibus. Kalen. Augusti.

M. D. LVII.

BIU Cujas

PARDVLPHI PRATEII
AVGVSTOBVCONIATIS
IVRISCONSVLTI
ἐπιγραμμα.

Mercurium iuris cœlo demisit ab alto
Altitonans nobis optimus ALCIATVM:
Doctiloquumq́ virum præcelsa ad sidera traxit,
Fulgeat, vt rectis candida stella viris.
Alciatus Digesta illustrat lumine claro:
Perdocuit recto tramite iura Deum.
Peruigili studio, magno permulta labore
Alciatus scripsit dexteriore manu.
Vt prodesset cunctis, sed nec distulit vnquam:
Vnde ferunt alcen stemmata clara viri.
Laudibus inspersus meritis iam peruolat orbem:
Peruenit & ambos rumor adusq́ polos.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κρείττων.

BIU Cujas

Typographus Lectori S.

Cum postrema hac nostra editione ANDREAE ALCIATI *Responsa non parua accessione sint locupletata, commodum visum est singulorum capita hoc Indice adnotare: tum vt appareant addita, tùm ne priores editiones Lugdunensis & Veneta prorsus inutiles sint. Poterit igitur vnusquisque ob indicis commoditatem, tùm in hoc, tùm in antè impressis libris omnia responsa facile inuenire. In his quidem statim post primum numerum, & fol. In cæteris post literas V. & L. quæ priorem Venetam & Lugdunensem editionem demonstrant,* Vale.

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug. con.
ACcedo in sententiam	3.	28.	349.	28	51	191
Accedo & ipse in sententiam	5.	136.	716.	136	205	513
Accedo & ipse in sententiam	8.	42.	1163.	42	171	146
Accedo etiam in sententiam	8.	69.	1221.	69	179	524
Accedo & ipse in sententiam	8.	115.	1285.	115	188	758
Accessi & ipse in sententiam	9.	128.	1713.	128	256	604
Acerbus Alciato salutem	5.	1.	443.	1	65	225
Ad argumentum	8.	61.	1208.	61	177	305
Adeò diffuse	1.	25.	90.	25	14	25
Adeò subtiliter	3.	24.	344.	24	51	187
Adeò diligenter	8.	26.	1122.	26	165	128
Ad primam diff.	2.	10.	169.	10	25	63
Ad primum quæsitum	1.	6.	34.	6	6	6
Ad primum respondeo	5.	95.	629.	95	93	348
Ad primum dubium	6.	61.	905.	61	132	423
Ad resolutionem	5.	42.	553.	42	82	255
Addendo allegationi	6.	15.	810.	15	119	314
Adducuntur	5.	57.	579.	57	86	276
Adest statutum	9.	171.	770.			

Neque in prima, neque in secunda, sed nunc additum est.

Admonitus	5.	17.	491.	17		151
Aduersus Rancatum	2.	36.	237.	36	35	710
Aduersus istam	8.	29.	1131.	29	166	132
Aduersus. D.	8.	93.	1257.	93	104	689
Aduertendum est	3.	25.	345.	25	51	188
Agam in casu	9.	14.	1337.	14	196	132
Agendo paucis	8.	48.	1176.	48	173	156
Alciati in causa	5.	100.	637.	100	94	357
Alias consului	5.	10.	465.	10	69	75
Alias concluſimus	8.	88.	1251.	88	184	680
Allegatio supraſcripta	3.	33.	352.	33	51	197
Allegationibus vtrinque	8.	81.	1242.	81	182	588
Allegationibus vtriusq;	9.	74.	1563.	74	228	531
Allegatum est	8.	50.	1180.	50	173	158
Almichion donauit	9.	10.	1326.	10	194	126
Aluisii Rabiæ	9.	99.	1826.	99	237	558
An Comes Galeaz	5.	147.	741.	147	109	654
Anisti de Parauixino	4.	16.	432.	16	63	214
An prohibitio	9.	185.	1775.	186	259	665
Arbitror supraſcriptam	4.	14.	427.	14	62	212
Arbitror in causa	6.	63.	908.	63	132	425
Arbitror probabilem	9.	113.	1669.	113	244	572
Arridet mihi	5.	161.	759.	161	112	714
Attestationibus	6.	60.	904.	60	132	422
Audio per partem	5.	121.	683.	121	101	413
Augustini Beroij	9.	127.	1711.	127	250	602
BAldi dictum	9.	137.	1727.	137	252	615
Baſsiani causa	6.	83.	928.	83	135	709
Benè, & rectè	5.	96.	630.	96	93	349
Bernardini de imperialib.	9.	95.	1616.	95	236	554
Bernardus testatur	9.	133.	1721.	133	251	609
Blancus	5.	168.	768.	168	115	760
Bona est causa	5.	60.	583.	60	87	282
Bona de quibus	5.	167.	767.	167	113	753
Borella agens	6.	16.	811.	16	119	316
Breuibus præsens	1.	36.	105.	36	16	41
Breuibus vtar	6.	42.	875.	42	128	392
Breuior ero	5.	58.	580.	58	86	278
Breuissimus ero	5.	128.	691.	128	102	435
Breuiter Agendo	1.	29.	97.	29	15	31

BIU Cujas

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Ludg. con.
Breuiter & ſigillatim	5.	28.	518.	28	77	
Breuiter in propoſito	5.	31.	523.	31	78	
Breuiter cum aſsignationes	5.	61.	584.	61.	87	
Breuiter quo ad primum	5.	76.	616.	76	91	
Breuiter in cauſa	5.	78.	618.	78	92	
Breuiter accedo	5.	79.	619.	79	92	
Breuiter in primo	5.	81.	621.	81	92	
Breuiter viſo	5.	82.	621.	82	92	
Breuitur concurro	5.	87.	624.	87	93	
Breuiter in præſenti cauſa	5.	135.	712.	135	105	496
Breuiter procedendo	6.	24.	827.	25	120	367
Breuiter in præſenti controuerſia	6.	38.	866	38	126	
Breuiter placet	7.	2.	936	2	137	306
Breuiter in ſententiam	7.	28.	1001.	28	146	476
Breuiter pro reſolutione	8.	10.	1062.	10	157	198
Breuiter & concluſiuè	8.	13.	1077.	13	159	
Breuiter in quæſtione	8.	63.	1211.	63	178	319
Breuiter reſpondendo	8.	82.	1243.	82	182	
Breuiter pro more	9.	16.	1339.	16	196	
Breuiter teſtamento	9.	32.	1381.	32	202	480
Breuiter viſa	9.	64.	1522.	64	222	
Breuiter agendo ſentio	9.	65.	1524.	65	223	
Breuiter & pro verit.	9.	105.	1644.	105	240	
Burgeti iſti	6.	9.	796.	9	117	
Caſus talis eſt	1.	1.	1.	1	1	
Caſus iſte, de quo	1.	13.	59.	13	9	13
Caſus præſentis	1.	14.	63.	14	10	14
Caſus de quo præſens	2.	11.	172.	11	26	65
Caſus controuerſia	5.	20.	504.	20	75	175
Caſus præſens	8.	4.	1032.	4	153	101
Caſus iſtæ clariſs. eſt	8.	99.	1267.	99	186	698
Caſus de quo in	8.	109	1277	109	187	752
Caſus eſt talis	9.	214.	1816.			

Neque in prima, neque in ſecunda: ſed nunc additum eſt.

Cati & Rubei	3.	37.	360.	37	53	603
Cauſa præſens	5.	94.	629.	94	93	346
Chirographo	8.	16.	1089.	16	161	115
Circa duo quæſita	3.	17.	332.	17	49	180
Circa contributiones	3.	22.	341.	22	50	185
Circa primum quæſitum	5.	15.	985.	15	73	131
Circa hæreditatem	5.	85.	623	85	92	339
Circa primum dubium	5.	120.	682.	120	101	404
Circa primam	5.	127	690	127	102	431
Circa legatum	9.	82.	1589.	82	232	541
Circa fidicommiſſum	9.	119.	1694.	119	247	594
Circa aliud dubium	9.	162.	1758.	162	256	638
Circa caſum	9.	213.	1816.			

Neque in prima, neque in ſecunda, ſed nunc additum eſt.

Clara & aperta	8.	3.	1280.	3	188	754
Clara ſunt	9.	157.	1750.	157	255	633
Clariſsime Iudex	4.	13.	425	12	62	211
Clarus ſatis	3.	16.	331.	16	49	179
Concluſio ſupraſcripta mihi	3.	8.	301.	8	49	168
Concluſio ſupraſcripta. D	6.	76.	921	76	134	442
Concurro & ipſe	1.	31.	100	31	15	35
Concurro in ſententiam	5.	23.	509.	23	76	208
Conſideratu	2.	39.	240.	39	36	718
Conſtat	5.	150.	744.	150	109	674
Conſultationibus	9.	39.	1415.	39	207	487
Conſultoris	4.	10.	417.	10	61	209
Contingit	9.	199	1787.	201	261	774
Contra Nobilem	2.	18.	195.	18	29	73
Contra.D.Catharinam	2.	33.	223.	33	33	107
Contra.D.Bart.	8.	76.	1234.	76	181	580
Contractus de quo	8.	71.	1226.	71	180	519
Contractus verba	8.	83.	1245.	83	183	592
Controuerſia	8.	25.	1118.	25	165	127
Conuenit	8.	84.	1246.	84	183	676
Conuentionis verba	8.	54.	1188.	54	174	249
Copioſe, & tam diſſuſe	7.	8.	953.	8	139	455
Copioſe & ſubtiliter	8.	28.	1128.	28	166	130
Cum verba ſtatuti	2.	1.	119.	1	18	53
Cum ex forma	3.	29.	349.	29	52	192
Cum hac in cauſa	4.	3.	370.	3	54	80

BIU Cujas

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lugd.
Cum in bellis ciuilibus	5.	4.	445.	4	65	218
Cum contentio	5.	6.	448.	6	66	248
Cum ita Domus	5.	21.	505.	21	75	296
Cum D. Ioanna	5.	166.	766.	166	213	732
Cum causa	7.	6.	946.	6	238	453
Cum venditio	8.	44.	2165.	44	171	149
Cum propter	8.	86.	2249.	86	183	678
Cum societas	8.	103.	2370.	103	286	702
Cum quæstio	9.	144.	2736.	144	253	620
Cum Testator reliquerit	9.	172.	2766.	173	258	640
Cum Testator postquam	9.	175.	2767.	174	258	651
Cum Testamentum	9.	191	2778.	192	259	672
De duobus	8.	7.	2049.	7	158	204
De iure communi	2.	26.	210.	26	31	86
De plano	6.	51.	1894.	52	130	410
Decedente	2.	56.	255.	56	38	7247
Decidi casus	9.	13.	2338.	13	196	2
Decij consilium	9.	180	2772.	181	258	658
Defuncto Marchino	2.	21.	201.	21	30	81
Deliberationis	8.	49.	2178.	49	178	157
Dicendum	5.	106.	650.	106	96	363
Dicitur	9.	211.	2811.	213	265	788
Dico istos	6.	18.	822.	18	119	319
Dico in causa	8.	53.	2185.	53	174	236
Diebus superioribus	5.	126.	689.	126	102	429
Difficile est	8.	124.	2291.	124	189	772
Difficultas in proposita	8.	90.	2254.	90	184	683
Difficultas præsentis	8.	98.	2266.	98	186	696
Difficultas huius	9.	205.	2799.	207	263	780
Difficultatem facit	4.	19	437.	19	64	217
Difficultatem in hac causa	6.	81.	925.	81	135	590
Difficultatem modicam	8.	37.	2152.	37	169	140
Difficultatem non modicam	8.	95.	2261.	95	185	693
Difficultatum	9.	102.	2634.	102	239	561
Diffuse adeo	6.	69.	915.	69	133	434
Domina Castora	2.	3.	136.	3	21	55
Domina Bona	2.	50.	251.	50	37	738
Domini Leonardi	9.	167.	2761.	167	257	643
Domini Francisci	9.	188.	2776.	189	259	668
Dominorum	9.	178.	2770.	179	258	657
Dominus Angelus	4.	11.	420.	11	61	209
Dominus Franciscus	5.	12.	469.	12	70	100
Dominus Petrus	9.	76.	2571.	76	229	533
Dominus Ioannes	9.	143.	2735.	143	253	619
Domum	9.	120.	2700.	120	348	595
Donationis Ottonis	5.	26.	513.	26	77	222
Donationis verba	8.	2.	1015.	2	148	98
Donationis verbis	9.	11.	2331.	11	195	134
Duabus rationibus	9.	9.	2321	9	194	114
Dubijs de quibus	5.	50.	571.	50	85	267
Dubitadum. 1.	3.	34.	352.	34	52	198
Dubitandum. 2.	6.	101.	1268.	101	186	700
Dubitatio vertitur	5.	244.	737.	244	108	584
Dubitatio præsens	8.	33.	2142.	33	168	150
Dubitationibus visis	6.	43.	877.	43	128	394
Dubitatur circa	9.	79.	2581.	79	231	538
Dubitatur nunquid	9.	94.	2614.	94	236	553
Dubium non est	8.	89.	2258.	89	184	681
Dubium facit	8.	107.	2275.	107	187	749
Duæ quæstiones	2.	53	253.	53	38	745
Duæ sunt rationes	8.	97.	2265.	97	185	695
Duo sunt principales	2.	2.	130.	2	20	54
Duo videnda sunt	2.	8.	159.	8	24	60
Duo sunt in causa	5.	151.	745.	151	109	675
Duo capita sunt	9.	91.	1607.	91	235	550
Duo breuiter sunt	9.	142.	1734.	142	253	618
Duobus dominis	5.	30.	522.	30	78	238
Dura prima fronte	9.	96.	1618.	96	236	555
Durum est.	2.	54.	253.	54	38	744
Ea para	5.	49.	570.	49	85	265
Ego etiam	5.	155.	751.	155	110	690
Ego incline	6.	80.	924.	80	135	448
Ego quidem	6.	82.	927.	82	135	684
Ego concurro	8.	92.	2258.	92	184	686
Ego puto	9.	198.	1783.	196	260	24
Ei quod	5.	28.	1860.	26	199	347

BIU Cujas

	lib.	con.	fol.	Ven.	fol.	Lug.con.
elegans eſt	6.	27.	812.	17	119	328
elegantes vltra	6.	64.	909.	64	153	427
elegantèr fuit	6.	77.	922.	77	135	444
elegatum & ſubtiliter	8.	17.	1092.	17	161	116
eo in Magnifici D.	2.	46.	247.	46	37	732
eo in ſententiam	7.	15.	971.	15	142	462
eſt fundata	5.	39.	539.	39	80	251
eſt tam ſubtiliter	5.	74.	614.	74	91	311
eſt intentio Andreæ Alc.	3.	12.	667.	112	88	379
eſt copioſè & ſubtiliter	5.	115.	674.	115	99	395
eſt caſus præſens	5.	116.	675.	116	100	396
eſt tàm copioſa	5.	158.	755.	158	111	704
eſt contrà Ruſchinum	6.	59.	888.	59	130	407
eſt prima quæſtio	9.	20.	2351.	20	118	271
eſt de iure clarum	9.	27.	1361.	27	199	350
eſt diffuſè conſultum	9.	35.	1394.	35	204	483
eſt illud in primis	9.	148.	1739.	148	254	624
eſt adeo diffuſè	9.	149.	1740.	149	254	625
eſt tàm elegantèr	9.	203.	1794.	205	262	778
eſt viſa prima	9.	217.	1819.			

Neque in prima, neque in ſecunda: ſed nunc additum eſt.

& verba, & mens	9.	165.	1759.	165	156	641
& ſi probatum eſſet	5.	90.	626.	90	93	341
ex delicto	7.	3.	937.	3	137	524
ex facto	5.	41.	550.	41	82	314
ex inſtrumentis	3.	86.	824.	86	92	336
ex propoſitis dubijs	5.	101.	639.	101	95	358
ex quo Mag. Com.	6.	23	616.	24	120	352
ex quo verba	8.	100.	1268.	200	186	699
ex verbis	9.	145.	1737.	145	253	621
exactè viſo proceſſu	6.	8.	790.	8	116	258
exceptio iſta	6.	65.	910.	65	133	428
excutienda ſunt	8.	59.	1203.	59	176	298
exiſtimarem in cauſa	5.	107.	651.	107	96	364
exiſtimo partes	5.	68.	600.	68	89	298
expenſo ſubtili argum.	8.	241.	731.	140	107	577
expenſo proceſſu cauſa	6.	29.	833.	29	122	376
explicationis verborum	9.	83.	1590.	83	232	542
explicitus eſt.	9.	44.	1446.	44	211	492
FAcie prima facit pro D.	9.	36.	1399.	36	205	484
facti contingentia	5.	51.	573.	51	85	268
facti ſpecies	5.	133.	933.	133	104	466
facti contingentia	6.	7.	783.	7	115	256
facti præſens	7.	1.	709.	1	136	300
facti ſeries	9.	38.	1409.	38	206	486
factum tale eſt	9.	103.	1637.	103	239	562
factum huiuſmodi	1.	33	102.	33	16	38
factum Sacrum	5.	99.	635.	99	94	356
factum ità habet	5.	132.	695.	132	103	450
factum ſic ſe habet	6.	41	873.	41	127	391
fauore generoſi	9.	132.	1719.	132	251	608
fœdus Bononi.	5.	83.	622.	83	92	327
fideicommiſſarium	5.	149.	742.	149	109	674
fideicommiſſi verba	2.	35.	236.	35	35	709
fideicommiſſi ſunt	9.	69.	1541.	69	225	526
fideicommiſſi ſimplex	9.	87.	1598.	87	233	546
fideicommiſſum ſic habet	5.	146.	190.	146	109	650
fideicommiſſum poſitum	9.	99.	1605.	90	234	549
filiam legitimam	9.	100.	1628.	100	238	559
filias q. Hierony.	5.	53.	575.	53	85	270
filios iſtos	6.	21.	815.	21	119	340
filium Agnetis	8.	165.	765.	165	112	730
filius dedit	9.	101.	1630.	101	238	560
firmata concluſio	5.	92.	628.	92	93	344
25 *Donatio inter amicos de facili præsumitur, quando non est magna summa de qua agitur.*
26 *Inter leuatum & leuantem in baptismo oritur maxima coniunctio.* (*sumitur.*
27 *Donatio remuneratoria inter probos viros facile præ-*
28 *Donatio remuneratoria non est prohibita,dũmodo antè non fuerit de ea actum vel conuentum.*
29 *Præsumptio vna aliam tollit.* (*apparente.* F
30 *Dicto deponentium in foro cõscientiæ standũ est,alio nõ*
31 *Permutatio spiritualium cum spiritualibus licita.*
32 *Renuntiatio facta ad preces seu propter amicitiam sapit naturam simoniæ.*
33 *Testi singulari & inimico non est credendum.*
34 *Multa tractantur quæ non perficiuntur,ideo non est inferendum quis noluit facere,ergo fecit.*
35 *Delictum non est præsumendum.*
36 *Quando inter partes tractatur quod conuentio redigatur in instrumẽto,apparet quod nõ habẽt conuentionẽ* G *pro facta ante confectionem instrumenti,vnde possunt interim mutare & pœnitere.*
37 *Lex puniens simoniacos intelligitur,qui simoniam commiserint & perfecerint,non qui tractauerint.*
38 *Epistola non recognita non probat.* (*tra scribentem.*
39 *Epistola recognita probat tantummodo semiplenè con-*
40 *Pœna non debet induci,nisi vbi clarè de delicto constat.*
41 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

Consil. Andr. Alc.

TRIA principaliter sunt, quibus in hac causa innititur actor ad † ostendendã probatã esse simoniã,attestationes scilicet,& instrumentũ renuntiarij:itemq; renũtiario capellanũ iũctis quibusdã adminiculis, vnde particulariter de singulis est videndum. Circa primum videtur ex attestationibus probari, qualiter Canonicus Boueri, qui renũtiauit,canonico Bonaldi teo in presenti causa conuẽto habuit pluries dicere, q; hanc renuntiationem fecerat per simoniam contemplatione certæ pecuniæ, & quarundã capellarum: prout in processu,sed ad hoc primum fundamentũ pluribus modis respondetur. Et primò quod etiam si iste Bouerius viueret, & ita confiteretur,tamẽ istud nihil obstaret Bonaldo, quia regula est quod post cessionem factam † confessio cedentis non habet facere aliquod præiudicium cessionario argum.l.si partem.§.1.ff.quem ad.ser.amit.Bar.& doct.in l.facta.§.si hæres.versi.quæro,vtrùm confessio. ff.ad Treb.in l.seruũ. §.1.ff.de leg.1.& ratio est,quia alias esset in facultate renuntiantis priuare cessionarium iure suo, quod est iniquũ & absurdũ,facit l.si superatus.ff. de pig. & vbi per Bar.& q; in fortiori casu not. Pau.de Castr.cons.134. Ser. Lud.in 1.vol.in flouisi.Secũdò † respondetur, quòd ista confessio Bouerij est de delicto, & extraiudicialis contra ipsum solùm faceret iudicium.l. capite quinto. ff.de adult.vbi Bar.cum concord.per Felin.in c. olim.de rescrip. quo verò ad tertium nihil facit, nec talis probatio aliquatenus admittit. c.sicut. extra de testib.ratio est, quia testimonium eius, qui sit socius † criminis,caret omni fide,etiam in crimine simoniæ.quando est socius criminis,& muneris,vt est tex.in cap. veniens.1.extra de testib.& ibi omnes notant quod maximè est in casu nostro. Tertio,† respondetur,quòd ista cõfessio non est legitimè probata: quia isti testes qui de ea deponunt,sunt singulares,& cõis conclusio est,quod cõfessio absente parte facta, per testes singulares nõ probatur, & etiã si plures sint eorum dicta,non coniunguntur, vt faciant neq; semiplenã probationem dictæ confessionis, secundũ d.Anto.de But.in c. licet ex quadam. extra de testib.Alex.cons.128.ponderatis in secundo vol.Ias.in reper.l.admonendi. versic. per ista considera.ff.de iureiur.& ratio est,quia quælibet probatio est de se imperfecta:& ideo nõ coniungitur,secundum Salic. in d.l. admonendi. quem ibi refert,& sequitur Ioan. Bapt.de S. Seuer. & per Bald.in l.Publia.in fin.ff.Et sic multipliciter apparet dictas attestationes nihil nocere huic reo conuento.Nec obstat,quòd in crimine hæresis etiam † socij criminis admittantur.c. in fidei. de hæret.lib. 6. & consequenter idem videatur dicendum in simoniam † quæ participat de hæresi: prout tenuit. Spec.in ti.de teste.§. 1.vers.item quod est socius,quia respondetur quod illud dictũ † Spec.dẽt intelligi.quando iste non esset socius criminis & muneris:quia ipse recepisset pecuniã pro spiritualibus, prout est in casu nostro per text.in d.cap.veniens. aliàs illa opinio esset contra casum dicti text. item posset procedere quando iste esset diffamatus de tali delicto.quo casu etiã admitteretur criminosi,dũmodo nõ participes, vt suprà, & secundũ distinctionẽ tex.in c. per tuas.1.extra de simon.quod etiã nõ est in casu nostro. Item dictum illud posset locũ sibi vẽdicare aduersus illũ,quia ipse fecisset simoniam,&

BIU Cujas

hoc in odium illius, sed in casu nostro constat, q̃ iste canonicus Bonaldi nihil sciebat de hoc, & solùm imputatur patri. vnde aduersum istum talis probatio nõ debet admitti, quia ipse nõ est simoniacus. c. de simoniaco. extra de sim. & quotiescũq; lex odio alicuius admittit probationem† priuilegiatam, non procedit, nisi aduersus eum, qui sit in dolo, & verè deliquisset nõ aũt aduersus eum, qui aliàs ex delicto alterius teneretur, vt est doct. Bar. in l. si quando. in fi. C. vnde vi, quã in simili casu sequitur, & cõmendat Dec. consil. ccccx. versi. 4. principaliter vbi p̃ hac opin. multa adducit de quibus per eũ. Circa secundũ de instrumento mutui, quæ obligatio deinde fuit remissa per fratrem istius Canonici, cõcludo etiam nõ probari simoniam, quia† oportuisset prius p̃bare, quod præcessisset cõuentio, & remissio ex hac causa facta esset. vt dicitur in præallegato c. veniens. i. Sed hoc non est probatum. Nõ obstat dictum Bartholomæi Pontij:† quia factum parte non citata, & propterea nihil probat ca. 2. extra de testib. imò non facit† neq; indicium secundũ Bartol. in l. maritus. ff. de quæst. nec obstat quod videretur ei credendũ, cùm deponat pro exonerãda cõscientia, quia imò minus probat, quàm si depositisset in iudicio, parte non citata simpliciter: & est ratio, quia talis † confessio fuit facta ad alium finem, videlicet, vt exoneraret conscientiam: ergo nihil potest operari ad finem probationis in ista causa, argumento notatorum per Bal. in authent. sed nouo iure. in fin. C. de pœna lud. qui malè iudic. quẽ refert, & sequitur d. Præpos. in cap. super eo. in 3. notab. extrà de eo. qui cogn. consang. vx. ad idem facit quod not. Rota decis. dcccl v. incipiente, quidam agebat. ex quorũ dictis probatur, quod confessio † facta ad vnum finẽ ad alium non probat, facit q̃ dicit Tũdarus in tracta. de testib. versi. sequitur alia pars, vbi dicit q̃ si duo testes audiuissent aliquem confitentem sacerdoti quod eorum dicta† non probãt nec talis confessio præiudicat: allegat Ioan. Andr. in cap. fin. de temp. ord. sequitur Felin. in cap. i. de excep. & est glos. not. in cap. tua nos. in verbo, qualiter. in fine. extra de sponsal. & quod notat Bald. in l. Archigerontes. C. de epis. audi. Non obstat atte stat io aliorum, qui dicunt de illa conuentione per auditum dicti Boerij, quia suprà responsum est. Non obstat si diceretur, quod cõstat de remissione per publicum documentũ, & confessionem Bernardini hæredis, qui licet asserat se fecisse causa donationis, tamen non sequitur quod Boerius acceptauerit ex ea causa. item non est verisimilis causa donationis: quia† nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat. vnde nõ debet stari in hoc dicto ipsius asserentis se donasse, secundũ Ioann. Andr. in c. à nobis fuit extrà de simon. Nã respondeo, quòd si probatum fuisset conuentionẽ præcessisse, vtique suprà dicta haberent aliquem colorẽ, sed cùm de hoc probatum non sit dato, quod ex post facto sit facta remissio debiti, non tamẽ ex hoc† præsumitur simonia, vt est text. c. Arraldus. vij. quæst. 3. ibi ãtequam eligeretur, &c. & not. Ioan. Andr. Abb. Felin. & alij in dict. c. veniens. Et istud tanto maximè procedit in casu nostro, in quo ista remissio fuit facta per triennium post resignationẽ. vnde p̃pter lõginquitatẽ tẽporis nõ potest præsumi facta cõtemplatione resignationis. arg. glos. in §. ope. instit. de oblig. quæ ex del. & firmat Rom. in l. qui in alien. §. si is qui putabat. ff. ad acquis. hæred. & doctrina Bar. in l. qui mihi donatũ. ff. de donat. & istud indubitãter p̃cedit in casu nostro, in quo nisi ita diceremus, sequeretur delictũ, & † ad euitandũ delictũ nõ præsumitur quicquã factũ contẽplatione actus aliquo tẽpore antecedentis, vt per Bald. in l. felissima. C. de his qui à non dom. & Franc. de Aret. in dicto §. si is qui putabat. Confirmatur, quia etiã si Bernardinus ex post facto fecisset hanc remissionem dicta contemplatione, tamen cum à principio resignatio fuerit libera, & ita præsumatur, & sic adhuc simoniaca labes incursa nõ esset, certè istud ex post facto nõ haberet nocere isti canonico, qui legitimè canonicatũ assequutus erat: cũ nec ipse sit simoniacus, nec resignatio fuerit simoniaca. vnde † in præiudicium tertij nõ retrotrahitur ista præsumptio, argu. dict. l. si partem. §. 1. ff. quemadmodũ seruit. & †quia actus subsequẽs nunquam præsumitur in executionem præcedentis facti in præiudicium tertij. l. sed Iulian. §. 1. ff. ad Maced. Bar. in dicto §. si is qui putabat. & ibi sequuntur doctores. & in l. 1. §. nuntiatio. ff. de no. op. nunt. cum similibus. & ideo appareat parum obstare, quod nõ videatur credendũ Bernardino, ex† quo donatio nõ præsumitur, tũ quia etiam hoc dato, non tamen fit præiudicium canonico, qui legitimè beneficium assequutus est, tum quia standum est dicto Bernardini quo ad eum ex quo in foro conscientiæ, & per monitoriales ita deposuit. gl. in c. tua nos. de spõs. & c. significasti. de homici. & quia † in re sua potuit moueri quacunque causa voluit. l. in re mãdata. C. mand. & sufficit pro ratione voluntas. l. quia poterat. ff. ad Treb. tum quia ista donatio est verisimilis per quatuor regulas. Prima, vbi alius, titulus non probatur† præsumitur donatio. l. Caius. ff. de reg. iur. not. in l. à Titio. ff. de verb. oblig. & in l. 2. §. 1. de dol. except.† Secunda, ad euitandam præsumptionem delicti potius capitur præsumptio donationis. l. si seruus seruum. §. si oliuã ff. ad l. Aquil. Tertia inter amicos de facili præsumitur† donatio, quando non est magna summa de qua agatur. l. si seruus cõmunis. ff. de don. inter vir. & vxor. per Bartol. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. quæ amicitia ex eo probatur quia compater patris, & hunc canonicum cui renuntiauit,† in baptismo tenuerat, vnde maximè cõiunctio inuicem oritur. l. generaliter. vbi Alexand. ff. de ius vocan. & quia renũtiauerat, quod non solet fieri, nisi amicis & magna amicitia cõiunctis, vt per Abb. in c. quia verisimile, extra de præsump. Quarta, quia† donatio remuneratoria inter probos viros faciliter præsumitur. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati, & vbi glo. nec talis † donatio est prohibita: dũmodo antè non fuerit de ea actũ, vel conuentũ. d. c. Arraldus, & per Dec. consi. 118. meritò igitur illa præsumptio, quòd nemo præsumitur donare vel renũtiare, tollitur per contrarias coniecturas: quia vna præsumptio † aliam tollit. l. diuus. ff. de in int. restit. Circa tertium, scilicet, renuntiationem cappellarum concludo etiam non probari simoniam, cum renuntiatio facta sit purè, & simpliciter, & liberè, vt dicunt ipsi capellani quibus standum est, alio non† apparente cùm in foro conscientiæ ira deposuerint. glo. d. c. tua nos, & habetur in c. significasti. de homicid. Fortius dico etiam si hoc feciissent contemplatione Bonaldi, tñ per hoc nõ esset incursa labes Simoniæ: quia licitũ est spiritualia cũ † spiritualib. mutare. 31

re.c.ad quæstiones,extra de rer.permut, & istud procedit etiã si beneficiũ permutetur cũ alio dando tertio, puta nepoti renuntiantis, vel amico.c. pen.de rer.permut:vbi probatur valere:dummodo resignatio fiat in manu ordinarij,non aũt propria auctoritate, & licet conuentio, vel pactũ seu promissio de dando operam ; vel aliquid faciendo super talibus non valeat, tamen valet tractatus, dummodo non concludatur absq; ordinarij arbitrio,vt dicit gloss.in clemen.1.in verb.vacantibus,quam omnes sequuntur de rerum permut.
Nec obstat,quod videtur simonia etiam ex eo, 32 quia † capellaniæ resignatæ fuerunt precibus, vel amicitia:c.tuam.de ætate,& qualit.cap. fina. de pact.& 1.q.1.de ordinationibus,quia istud procederet quando essent resignatę in casu non permisso,sed si resignentur, vt alteri cõferatur aliud beneficium,valet talis permutatio,nec amicitia vel preces inducunt simoniam , vt concludit Fed.de felicis in tract. permutationis. quæstio.38. quia non videtur prohibitum,quod isti det operam,vt alius habeat tale beneficium. arg.c.olim. de restit.spol. & gloss.in cap.ad audientiam.1.de reser.in verb.sed nũquid. & in cap. significatum. de præbend. secus, si conuentio præcessisset. 1. quæstione, cap. quam pio, vt ibi latius per eum.
Nec obstat,quod videatur aliqualiter probata ista conuentio per attestationẽ Bernardi Achardi, qui deponit se fuisse rogatum, vt conficeret instrumentum dictæ conuentionis,sed quod noluit: quia contractus erat simoniac. & eius dicto saltem pro semiplena probatione videtur standũ,ex quo ipse nõ est socius criminis,vt per Alexan.cõsil.lxxxviij. quoniã omnes. in v. Hippol. Mar.l.i.§.diuus Antoninus.ff.de quæ.Respõdeo 33 pluribus modis.Primo quod iste † testis est singularis,& inimicus,vt est articulatũ, & non est maioromni exceptione,vt per Bart. in dicta l.amouendi,& ideo in hac causa facit semiplenam probationem,maximè cõtra canonicũ Bonaldi, qui ipse non commisit simoniam. dict. cap. de simo- 34 niaco,vt suprà dixi,licet si ipse commisisset,tunc seruaretur distinctio. dict. cap. per tuas. Secundo respõdeo,quod iste testis probat eos voluisse facere,sed nõ sequitur,ergo fecerunt. quia † multa tractantur, quæ non perficiuntur. l.fin. C. de his quibus,vt indig.imò verisimile est , quòd vbi intellexerunt conuentionem talem esse illicitam, 35 qui ab ea obstinuerint,quia † præsumptio delicti nõ est capienda.c.estote.de regulis iuris,& steterint in finib.simplicis tractatus qui est permissus, vt est gloss.in dicta clemen.1.de rer.permut.
Tertio respondeo , quòd cum partes egerunt, vt de hoc fieret,instrumentum apparet, quòd nõ habuerunt conuentionem pro expedita & perfecta: vnde ante † confessionem instrumenti non 36 oritur aliquod ius, & possunt semper & mutare, & pœnitere, vt dicit Paul. de Castr. in l. contractus.C.de fid.instru. post Bart. & alios. & in l. qui his idem.vbi etiam Alexan. ff. de verborũ oblig. & sic iste testis deponit, nisi de tractatu, qui est permissus,vt dixi,& quòd pœnituerint ex eo deducitur,quòd non apparet eos adiuisse alium notarium,& fecisse talem conuentionem,imò verisimile est cessasse, & liberè factas resignationes. 37 & † lex puniens simoniacos, intelligitur, qui simoniam commiserint & perfecerint, non qui tractarint,& licitum tractatum fecerint.l. qui ea mente. vbi per doctor. ff. de furtis. Non obstat rursus, quòd videatur probata hæc conuentio,

A ex epistola subscripta manu ipsius Boerij, &c. quia ad hoc etiam respondetur pluribus modis, & primo,quod hæc † epistola non est recognita, 38 prout debuit, facta comparatione literarum solenniter, iuxta l.comparationes. C. de fid.instrument. & l.scripturas. C. qui pot. in pig. † quæ etiã 39 si facta esset contra scribentem, probaret tantummodo semiplenè vt per Bald. in lege finali, in quinta quæstione. C. de ed. diui Adr. tollend. & Salic. ibi & per Iason. in dicta lege admonendi. contra verò istum canonicum faceret leuissimum indicium. Præterea,ista epistola non obligat,nisi à tempore receptionis.l.Titia.§.idem respondit.2.vbi do & ff. de verborum obligat.vnde oportuisset,pbare, qd fuisset missa & delata illi.
Secundo respondeo, quòd confessio cedentis etiam si plenè probaretur, non præiudicat huic, renuntiatum est, præsertim cum esset facta per socium criminis per ea, quæ suprà diximus in primo dubio.
C Tertio respõdeo,quòd epistola est scripta manu aliena,& hominis suspecti, & habet solã subscriptionẽ cognominis,quæ faciliter potuit alterari, & etiam fingi, & non reperitur quod ex solius cognominis subscriptione probetur aliquid præiudicare neganti; imò lex videtur requirere nomen,& cognomen,cùm cognomẽ verificetur in pluribus, secundũ Bart. in l. si in rem. ff. de rei vend.Alexan.in lege prima.ff. de liber. & posth. Iason.in lege.fin.C.de bon. possess. secũd.tab.cũ D similibus.Et ex his apparet. non esse sufficienter probatum,quòd renuntiatio dicti beneficij facta fuerit per simoniam, & ideo debet reus conuentus absolui, per regulam l. qui accusare. C. de edend. & hoc maximè in hoc iudicio, in quo agit 40 ad priuationem beneficij. & sic ad pœnam, † vnde non debet induci, nisi vbi clare de delicto constet, gloss. cap. fin. vbi Abb. extrà de iure patron. & ideo tali casu † pbationes debet esse luce me- 41 ridiana clariores. l. fin. C. de probat. quæ procedit, etiam quando ciuiliter agitur ad pœnam, secundũ Alex.consi.xxxiij.in secundo vol.& quod idem notat consil. ccij. eodem vol. per Perus. in cap.1.extrà de app.cum concor. & in simonia est gloss. nor. in dicto cap. veniens. 1. extra de testibus:quæ est communiter approbata. Nec obstat text.in c.sicut simoniaca. extra de sim. vbi videtur,quòd in tali crimine sufficiant signa:quia respondeo,quòd debet intelligi,quando sunt violentæ ptæsumptiones, quòd non est in casu nostro. de quo etiã in c.literas.per Feli.extrà de prę sump. Secundo respondeo, q. posset procedere contra eum, qui ipse imputaretur fecisse simoniam,& ita loquitur ille rex.& doctor. ibi,non autem contra eum qui ipse simoniacus nõ est,prout in casu nostro: dicto cap. de simoniaco. extrà eodem titulo & ideo concludo partes D.Iudicis esse in absoluendo dictum canonicum Bonaldi, & imponendo perpetuũ silentium acto. Et hæc omnia saluo semper saniori iudicio.

CONSILII III. SVMMÆ.

1 *Emptio annui reditus super fundo, valet: nec præsumitur in fraudem vsurarum facta.*
2 *Emptio fructuum nasciturorum valet, & tenet.*
3 *Pignus (vendita super re pensione) contrahi.*
4 *Personam (vendita pensione) teneri.*
5 *Contractus emptionis præsupponit de necessitate subesse rem quæ vendatur.*

BIU Cujas

6 *Res vendita est quid diuersum à venditore.*
7 *Fœneratitij contractus arguendi modi.*
8 *Fœnus dicitur, quando pecunia nascitur ex pecunia.*
9 *Verborum effectus, non cortex, in materia animam concernente, attenditur.*
10 *Annuus reditus constitui non, potest super datione pecuniæ.*
11 *Nomina contractus non attenduntur, sed veritas contractus.*
12 *Vsura est prohibita.*
13 *Vsura deuorat fructus, antequam nascantur.*
14 *Nomen contractus non attenditur, sed effectus.*
15 *Fœneratores fingunt nomina contractuum.*
16 *Emptori licitum est decipere venditorem.*
17 *Deceptio non conuenit bono viro.*
18 *Censualis contractus natura.*
19 *Pensio secundum redditum vendibilis.*
20 *Contractus consueti celebrari & obseruari ab hominibus, timoratæ conscientiæ omni suspicione fœnoris carent.*
21 *Pecunia pecuniam non facit.*
22 *Vtilitas animæ cæteris rebus est præferenda.*
23 *Quando est dubium, an cõtractus sit vsurarius, nec ne, inclinandum est quòd sit vsurarius.*
24 *Quando dubitatur, an aliquid facere sit peccatum: tutius est credere quòd sit peccatum.*

IN proposita specie, licet causę difficultas, & contractuum istorum frequentia, maiorem diligentiam requirerent, tamẽ pro tenui facultate, & modico temporis spacio, breuiter agendo, prima fronte videretur, contractum istum emptæ pensionis super Castro, de quo in processu, valere. Primò, quia communis
1 est conclusio, quòd † emptio annui reditus super aliquo fundo valet, & tenet: nec præsumitur in fraudẽ vsurarũ facta, secundũ Innocen. in cap. in ciuitate, extrà de vsur. vbi post eum, idem tenent magis communiter cæteri scribentes. Secundò, quia hoc videtur determinatum per S. Romanã Ecclesiam. Primò per Martinum 5. Pontificem in extrauaganti, regimini. de empt. & vend. & rursus per Calistum 3. in extrauagant. secunda, eo-
2 dem tit. Tertiò facit, quia hæc videtur esse † quędam emptio fructuum nascturorum, quæ de iure valet, l. si debitor. §. fin. ff. de contrahen. empt. l. 1. in fin. ff. de conditio. & demõstrat. Quartò, quia idem videmus esse decisum in pensionibus, quæ præstantur per Respub. subditis, à quibus pecunias acceperũt, vt & in Monte pietatis Florentię, & Venetijs, de quo extat plena disputatio Petr. de Anch. in q. incipiente antiquis, & modernis temporibus, & in consil. suo. 30. incip. dubitari solet, & in alijs locis diffusè relatis per Ioan. de Anan. in dicto c. in ciuitate, & per Io. Bapt. de S. Seuerino in Rep. l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fid. cath. Sed his tamen non obstan. in
3 præposito casu, puto contrarium de iure esse verius, & q. talis cõtractus sit fœneratitius, pro cuius opinionis fundamento, cõsiderandum, quòd in instrumento, verba contractus † sic se habent, qualiter iste actor vendidit annuam pensionem Rufo. in & sup loco, & Castro de Lamonia, &c. Quæ verba non possunt importare ius aliquod reale esse venditum, non dominium directum, non vtile, sed solum translatum est ius pignoris, per illa verba, super loco, & Castro, &c. vt per Bar. in l. fundus quem. ff. de annu. legat. per Fran. de Crem. sing. 45. Ex quo sequitur per † tale con-

A tractũ, ius personale acquisitũ esse emptori, per quod poterit cogere venditorẽ ad præstandã sibi annuã pensionẽ, cui iuri personali accesit hypotheca dictorũ bonorũ. Quo præsuppositio pro constãti, nõ video quo modo hìc possit esse emptio & vẽditio. Talis enim † cõtractus de necessitate requirit subesse rẽ, quæ vendatur. l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscrip. verb. Et res illa
5 † est quid diuersum ab ipso venditore, qui omni-
6 no actione personali tenetur versus emptorem,
B ad manu tenendũ dictã rẽ. §. in personã. §. rei persequendæ. instit. de actio. Et quod sit simplex obligatio personalis, non autem venditio, apparet etiã ex diffinitione obligationis. instit. de oblig. in princip. cum † igitur in nostro casu ab vna par-
7 te interuenerit pecunia, ab alia obligatio personalis munita pignore de dando, quid annuum, apparet quòd † ex pecunia nascitur pecunia, &
8 sic est fœnus. 14. quæst. 3. pleriq;. & quod habetur in cap. eij ciens. 88. distinct. vbi Archi. & in cap. 1.
C 14. quæst. 3. vbi etiã Archi. reprobata gloss. Et per Abb. in rub. extra de vsur. vers. sunt & aliæ. Si em simpliciter dictum esset, *Promitto tale, quid annuum*, non est dubium, quòd esset vsura, ergo idem, si dictum est, vendo: quia † in hac præsertim materia,
9 concernente animam, attendimus effectum, non corticem verborum, dicto cap. plerique. cum simil. Et hoc casu ita sentit Rodulph. in dicto cap. consuluit. in 12. quæstio. intelligens dicta doctorum posse procedere in pensione iam cõstituta,
D non autem de nouo constituenda, prout etiam finaliter videtur residere Ambr. de Vign. in rep. cap. salubriter. de vsur. firma enim, & indubitata est conclusio, quod † in datione pecuniarum nõ
10 poteſt constitui annuus reditus, vt per Innoc. Ioan. Andr. & alios. in dict. cap. salubriter. Aret. in consilio. clij. viso themate. Sed in casu nostro, ex quo bona sunt tantummodo loco pignoris, apparet etiam constitutum super personali iure, propter dationẽm pecuniæ. Nec refert, quòd vsus sit, verbo emptionis: cum in effectu † esset
11 sola obligatio personalis, quia quodcunque nomen illi imponas, vsura est: dicto cã. pleriq;. Et idem etiam sentit Paul. de Castr. in cons. infrà allegando. confirmatur, quia si videmus rationes relatas per Innoc. Abb. & alios in dicta rubri. &
12 Rodulph. in rep. cap. consuluit. de vsur. per † quas asserunt prohibitam vsuram. omnes militant in casu nostro. Et fortius hic militat ratio, quam refert S. Basilius in sermone, quem habuit
E aduersus fœneratores. Quod ideo † est prohibi-
13 ta, quia deuorat fructus, antequã nati sint: quod præcisè est in casu nostro, propter certitudinem pensionis, & incertitudinẽ fructuũ nascturorũ, cum etiam si non nascantur, & sic pro tunc deficiat pignus, non tamen deficit actio personalis. l. 4. C. de pign. confirmatur etiam ex communi scribentium sententia, qui ideo valere pensionem in simili casu à ciuitate præstitam dixerunt, quia ciuitas potuit eos cogere, vnde non cadit
G suspicio fœnoris, vt dixerunt docto. & theologi relati per Ioan. de Anã. in dicto cap. in ciuitate & Fed. de Senis. consil. vlt. Vnde in contractu voluntario manifestè sentiũt, q. sit vsura. & expressè dicit Sali. in auth. ad hæc. de vsur. C. & videtur etiã tenere Odof. in l. emptione. C. plus val. qd ag. & Io. Cald. in c. nauigati. extrà de vsur. Item etiã cõsuluit Ioan. de Lign. d. Lau. de Pinu, quos refert, & sequitur Andr. Sic. in cõsi. lxvj. in 2. vol. Nec quicquam refert, quòd isti appellauerunt

hunc

BIU Cujas

hunc contractum emptionem & venditionem, quia † non attendimus nomen contractus, sed effectū. l. insulam. ff. de præscrip. verb. l. si olei. C. locati, & hoc maximè obseruandū in hisce contractibus fœneratitijs, in quibus partes, cùm verè agant mutuum † fingūt alia nomina contractuū, dict. cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, eodem titulo cap. ad nostram, de empt. & vendit. & dicto cap. pleriq;. Et ista opin. maximè procederet, quando annus reditus excederet verisimilem reditum, qui caperetur ex tanta terra empta, secundum consuetudinem regionis, & ideo text. in d. extrauagan. 2. requirit certum comperens pretium secundum qualitatem, &c. prout etiam tenet Amb. in Repet. d. c. salubriter, loco suprà allegat. Rodulph. in dicto c. cōsuluit. & Guliel. Bont. in quolibeto suo in fin. & Angel. de Clauasio in summa, & videtur communis opinio. Et licet Innoc. in dicto cap. in ciuitatem, recitet motiuum quorundā cōtradicentiū, quia † licitū est emptori decipere. l. in causam. §. Pōponius. ff. de minor. tamē simpliciter recitat, nec ideo videtur approbare, & meritò. cum enim talis † deceptio non conueniat bono viro. gl. in lege semper in conuentionib. ff. de regulis iuris. Apparet, quod iste contrahens non est vir probus: & ideo in dubio, emptio talis reditus, de se alioquin suspecta, præsumetur fœneratitia. arg. c. illo vos. in fi. de pign. aliter etiam respondet Bald. d. consi. 233. in 3. vol. versi. præterea licet. Nec obstant allegata in contrarium. Et primò, communis conclusio in dict. c. in ciuitate, quia respondetur, q. procedit † in casu suo, videlicet, quando census est venditus, quo casu non simplex pignus censetur constitutum, sed ius reale in ipsum emptorem translatū: quia ista est natura contractus censualis, vt declarat Bartol. in l. prima. §. 1. ff. de publica. vbi etiam Lud. Rom. Ioan. de Imol. in cap. ad audientiam, extrà de rebus eccles. non alien. & est text. cum gloss. in c. cōstitutus, extrà de relig. domib. Ias. in l. 1. C. de iur. emphyt. quod non fuit nostro casu, vt suprà declarauì. Et quòd Innocent. ita senserit, affirmat etiam Paul. de Castr. in consi. 239. præsens dubium videtur determinari in prima parte secundum nouiss. impressionem, vbi versic. item non obst. quod notanter Inno. concludit, quod si in Castro vendito iam erant pensiones ineſſe deductæ, valet venditio. Si verò non erant, sed de nouo constituebant, pro vt est casus noster, tunc est contractus fœneratitius secundum eum, qui ita dicit se intelligere Innocentium in dicto cap. in ciuitate. Item potest procedere, quādo pensio constituta est super re, modicum plus valente, propter periculum, quòd debitor fiat nō soluendo. Et ita loquitur Innocentius Abb. & cæteri. Sed cum in nostro casu dictum Castrum, & bona, longè † superabundent, etiam de quadruplo valore, nō est probabile tale periculum: & istud est expressè de mente Abb. qui ita videtur intellexisse Innocentium, dum dixit valere contractum: dūmodo reditus annuus nō excedat reditum quē capere potuisset de terra, si tantā terram emisset, intelligendo nō solùm respectu valoris, sed etiā securitatis. Et istud etiā voluit Oldr. consi. 206. vniuersis, qui dictam conclusionem doctorum, in dicto cap. in ciuitate, procedere dixit, propter dubium futuri euētus, & ita loqui Goff. Vinc. Inno. Hostien. ibi, & ita etiā tenuit Io. And. in addit. Spec. de vsuris, super rubr. versf. & aduerto, quia hoc dubium. Non obstant præallegatæ extrauagan. quia ibi aderat consuetudo præscripta etiā per prælatos, & timoratę † cōscientię homines obseruata. Quo casu, cessat suspicio fœnoris. arg. c. illo vos. in fin. de pigno. & facit text. in c. nisi essent, extrà de præbend. qđ etiā maximè in extrauagan. Martini apparet. vbi emptor. non erant particulares personæ, in quibus facilius delictum præsumitur, sed ecclesiasticę personæ, aut seculare collegiū, aut vniuersitas oppidi, & sic apparet, ius locale esse, propter consuetudinē præscriptam, non autē ius generale, secundum quā consuetudinē etiam procedūt, quæ not. Bald. in l. vnica. in 3. quæstio. C. de his, qui pœnæ no. arg. gloss. in l. 3. §. fi. de eo, quod cer. loco, & Iaso. in d. l. cunctos populos, & intelligendū est de consuetudine ab his præscripta, qui sunt graues viri, & timoratæ conscientię: vel vniuersaliter & promiscuè à toto populo recepta, & in his terminis loquuntur dictæ extrauagan. & ideo de hoc fuisset articulandū, secundū Ang. in l. 2. §. diē. ff. quemadmodū test. aper. Imo. in l. 2. §. si quis neget. eo. tit. Alex. consi. 81. in 1. Dec. consilio. 321. cum similibus, & pro hac responsione facit etiam, quod notat Bald. consi. 154. in 2. & consi. 210. in 3. vol. Non obstat tertium, quia loquit, quando fructus pendentes, & sic res ipsa nascitura venditur, quibus non natis, eo anno nō præstantur, l. cum certus. l. ex eo. ff. de trit. vin. & ole. leg. Sed in casu nostro nulla res erat vēdita, sed simpliciter inducta erat personalis obligātio, quæ distat à re vēdita, vt suprà dixi. Itē aliud in fructibus, qui ipsi ex re nascuntur, aliud in pecunia. l. vsura. ff. de verb. signi. & p Bal. consi. 130. in 3. † Pecunia enim, vt ibi dicitur, pecuniam non facit, vt habetur in dicto capitul. eijciens. Et ex prædictis apparet etiā solutio ad vltimum: Imò potius cùm procedat in ciuitate, quæ potest cogere mutuantem, ostenditur contrarium esse in particularibus personis, & in hac partem potius inclinare debet dominus iudicans, quàm determinare contractum non vsurarium. Quia primo casu concernitur fauor animæ creditoris, in secundo si contractus non est vsurarius, detrimentum bursale tantum. Sed † vilitas animæ potius est præferenda cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. & † quòd potius inclinemus in partem, quòd contractus sit vsurarius, quàm non, vbi est dubium, tenet Guliel. de monte Laud. in Clem. 1. de vsur. Gem. consil. 112. in fin. & hoc maximè in casu nostro, in quo nemo etiam contradicentium est, qui non fateatur contractum esse periculosum, & ideo suadet veris fidelibus vt abstineāt à similib. Nam † cùm dubium est, an aliquid peccatum sit, vel non, credendum est esse peccatum, quia id tutius, vt not. in capit. extrà de scruti. & hæc omnia salua determinatione melius sentientis.

CONSILII IIII. SVMMA.

1 *Tempus centum annorū est longissimus terminus præscriptionis, & sufficit aduersus Ecclesiam Roma.*
2 *Laicus non est capax possessionis decimarum.*
3 *Decimas præscribendi modus & tempus.*
4 *Dominium directè proscribitur per tempus immemorabile.*
5 *Tempus immemorabile habet vim priuilegij.*
6 *Mitius agendum est cum subditis.*
7 *Emphyteosi finita per defectum tertiæ generationis debent præferri in inuestitura omnibus aliis descendentes Emphytheotæ, alioquin dicitur eis fieri iniuria.*

8 *Syndicos,*

BIU Cujas

8 *Syndicos, non niſi in caſu tranſigere.*
9 *Notarius aſſerens quid factum fuiſſe, quando eius aſſertio probet.*
10 *Notario referente tales homines dixiſſe, illorum hominum dictis non creditur.*
11 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*
12 *Epiſcopus non poteſt tranſigere ſine conſenſu capituli.*
13 *Tranſactionem variè impugnari.*
14 *Succeſſor alicuius debet habere ratum quicquid per authorem ſuum geſtum eſt.*
15 *Inter vaſſallos infeudati, & ipſum infeudatum, Dominus infeudans eſt iudex competens.*
16 *Reſtitutionem in integrum variè peti.*
17 *Communitas æquiparatur minori in reſtitutione in integrum ex capite læſionis.*
18 *L. ſi quis maior quomodo procedat in caſu conſilij.*
19 *Fines mandati non ſunt tranſgrediendi.*



AM copioſè, & ſubtiliter conſultum eſt per clariſsimum I. C. Dominum Ludouicum Catum in fauorem communis, & hominum Muri Tridentinæ diœceſis, vt nihil relictum videatur, quod ſuperaddi poſsit, ſcribam tamen aliqua magis, ne ſola ſubſcriptione cõtentus fuiſſe videar, quàm quod exiſtimem operępretiũ eſſe rei perfectę quicquã addere. Et in primis viſa eſt dubitabilis illa concluſio, q, ius iſtius communitatis eſſet certum, & clarũ ante tranſactionem, ex quo habebant ipſi homines titulum, & bonam fidem à Republica Venetorum. Præterea poſſederant ferè per † centum annos, qui eſt longiſsimus terminus præſcriptionis, & etiam aduerſus eccleſiam Romanam ſufficeret ſecundum l. fin. & auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. nam cùm hic tractetur de decimis, videretur nullũ eſſe huic præſcriptioni locũ, quia † laicus non eſt capax poſſeſsionis earum, niſi probetur q, ante conciliũ Lateranenſe eas acquiſiuerat, quod fuit arbitratũ, anno Domini 1149. & dicunt cõmuniter canoniſtæ in c. cum apoſtolica, de ijs, quæ fiũt à prælat. ſine conſ. c. & in c. prohibemus, extrà de decimis, & eſt cõis opinio ſecundũ Felinũ in c. cauſam quæ, de præſcript. Sed tñ hoc nõ obſtante, cõcurro in ſententiá dñi conſultoris, cũ enim Reuerendus Epiſcopus Tridentinus, eas decimas iure feudi tranſtuliſſet in comites de Litzana, & Barones qui immemorabili tempore poſsideant quodam legitimo † titulo, (vt præſupponitur) qui deinde fuerunt rebelles dominio Venetorũ, & eorum bona fuerunt publicata, etiam ius iſtarũ decimarũ fuit publicatũ, quantũ ptinet ad vtile dominiũ, quod habet feudatarius, & cum deinde homines emerint ab iſtis Venetis, ſequitur, q, dominium illud vtile præſcripſerunt. nec eius reſpectu dicuntur quicquam præſcripſiſſe aduerſus Eccleſiam Tridentinã, ſed aduerſus feudatarios: & ideo ſufficeret præſcriptio etiã 40. annorũ. ſecundũ Card. cõ ſil. 146. notum ſit vniuerſis. Raph. Com. conſil. 83. quia cauſa. circa finẽ. Fel. d. c. cauſam quæ. Io. Frã. Balbus in 1ra. præſcript. in 1. parte quintæ partis principalis. quæſt. 7. vnde ſequitur, q, iſtis hominibus non poteſt amplius moueri quæſtio reſpectu vtilis dominij, quod amplius non erat eccleſiæ, & q, ſunt tuti eius reſpectu, & licet ex delicto feudatarij feudum plerunq; reuertatur ad dominum, vt per Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus ff. de dam. infecto, & Dec. cõſ. 252. tñ præſcriptio aduerſus eccleſiã proceſsit tanquã iniure quærẽdo, nõ aũt tãquã iuris quæſiti. Quo verò ad directũ dominiũ, quod † ſolũ poteſt eccleſia Tridentina prætendere, verior eſt opinio q, ſaltem tãto tẽpore, cuius initij memoria nõ eſt in contrariũ, procedat præſcriptio: quia quicquid tenuerit domin. Felin. in d. c. cauſam quæ poſt Hoſtien. & quoſdã alios canoniſtas, cõis opinio videt eſſe, quòd tale tẽpus ſufficiat, nec requiratur alia probatio famæ, ſecundũ Io. Andr. Anto. de Butr. Io. de Imol. & Florian. quos refert & ſequitur Balbus in d. tract. loco ſuprà allegato mouentur per tex. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. & quia † tale tempus habet vim priuileg. c. ſuper quibuſdã, extrà de verborum ſignificatio. reſpondens q; ad argumenta contraria, vt ibi per eos, & idem etiã tenuit Goff. & Henricus Boyc. in d. ca. cũ apoſtolici. Albericus de Roſate in dictionario, verbo, decima. verſ. 6. circa fin. Raph. Cõ. conſ. 83. quia cauſa. circa fin. Alex. conſil. 6. viſo themate. in fin. in 1. lib. And. Sicul. conſil. 35. ſapienter. in 2. volum. vbi latiſsimè ſcripſit, & adductis auctoritatibus oſtendit hanc eſſe magis communem opinionem. Idem etiam tenuit Iacob. de S. Georgio in tract. feudorũ. verbo, cum mero & miſto. in fine. Nec expedit circa hoc diutius inſiſtere, qa parati (vt arbitror) erunt homines (vt morem gerant ipſi Reuerendo Epiſcopo) agnoſcere eum in dominum directum, ratione dictarum decimarum: dummodo ſinat eos in pace retinere dictas decimas, tanquam præſcriptas, ratione vtilis dominij: & certè hoc dictat æquitas, vt † cum ſuis ſubditis mitius agatur: non autem reſecentur omnia ad viuum, nec cum nuper reuerſi ſint ad ſuam matrem eccleſiam Tridentinam peius tractentur, quàm prius, cùm in hoſtium poteſtate erant. Et facit, quod notat Bartol. in lege prima. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. vbi † finita emphyteuſi per defectum tertiæ generationis debet Epiſcopus nihilominus præferre deſcendentes emphyteutæ alijs: alioquin dicitur eis fieri iniuria: & poteſt à facto Epiſcopi appellari, de quo antè per Doctor. in lege ſi mihi & Titio. de verborum obligat. Deci. conſilio. 78. 131. 328. cum ſimilibus, certè maior æquitas militat in caſu noſtro in fauorem ipſorum hominum qui tanto tempore cum titulo & bona fide poſsiderunt. Circa ſecundum articulum nunquid † tranſactio facta per procuratores, ſeu ſyndicos dictæ communitatis valuerit, concludit primus d. conſultor quod non: quia in conſtitutione ſyndicatus debuit ſaltem maior pars interuenire, quod factum non eſt: imò videtur, quod duæ partes ex tribus requirerentur ſecundum docto. in l. nulli. in l. planè. ff. quod cuiuſque vniuerſ. in cap. cum omnes. de conſtit. Nec obſtat quod † notarius aſſeruerit quod interuenerint dictæ partes, &c. quia hoc procederet, ſi ipſe à ſeipſo hoc atteſtatus eſſet, & ita loquuntur doctores in cap. 1. de ſyndi. vbi Abbas & Imol. Suz. & Alberic. d. l. nulli. Butri, & Card. cap. ea noſcitur, de ijs quæ fiunt à præla. & Rodulph. quæſtio. 24. rep. cap. fine exceptione. 12. quæſtio. 2. Federic. conſilio 163. Cornel. 249. in 1. volum. Sed in caſu noſtro notarius nihil affirmat, ſed refert † quemadmodum ipſi homines ita dicebant. quo caſu ipſis non creditur per regulam l. ſi fortè. ff. de caſtr. pecul. vbi Bartol. prout ſubtiliter per d. conſulentem deductum eſt, pro qua diſtinctione eſt doctrina Bar. in lege ſi ex cautione. C. de non num. pecun.

pecun. vbi declarat quando ex tenore instrumẽti, de actuali numeratione apparere censeatur, & dicit, quod aut notarius attestatur ipse quod dictam pecuniam habuit in veritate, & tunc probatur numeratiõ, aut simpliciter scripsit, quam pecuniam habuit, & recepit, &c. & tunc non probatur: quia potuerunt partes hoc dixisse & notarius rerum assertionem simpliciter sequi, vnde multo magis idem est si scripsisset, quam pecuniam dicunt partes se habuisse, prout in casu nostro, in quo notarius simpliciter attestatur de assertione facta ab ipsis partibus, & cum Bartol. ibi transit Bald. & Saly. & idem etiam tenet Ludo. Roma. in l. prædia. ff. de acquiren. possess. Felin. in cap. si cautio, extrà de fid. instrumen. & in hoc puncto nõ video subesse aliquam difficultatem, maximè cum ex numero vocum descriptarum in dicto syndicatu, & ex habitatoribus dictorum locorum satis possit euidentiam facti demõstrari, quod non interuenit legitimus numerus.

Nunquid autem, saltem ipsi qui interuenerũt in dicto syndicatu obligentur? & viderentur obligari, per tex. in l. ciuitas. uerficul. alioquin ipsi soli. ff. si cert. pet. a. in contrariũ facit regula. l. non
11 omnis, eo. tit. † non enim actus agentium operari debent vltra eorum voluntatẽ: ipsi aũt agebãt, vt obligarentur dũtaxat cum vniuersitate. Vnde si actus non valet tanquam de vniuersis, non debent ipsi in aliquo esse obligati. Nec obstat d. l. ciuitas. quia ibi pecunia mutua ad nos peruenerat, & creditor qui numerauerat, eorũ fidẽ fuerat secutus: in casu nostro nihil peruenit ad istos cõsentientes. Non omitto etiã, quod ex alio capite videtur impugnari hæc transactio: quia non apparet quod ecclesia Tridentina habeat aliquod ius, nisi ex simplici relatione ipsius episcopi, & etiã si ius aliquod habuisset, fuisset cõmune cum
12 capitulo: † nec solus episcopus potuit transigere absq; consensu capituli. c. contingit, de transact. c. 1. & 2. de ijs, quæ fiunt absq; consens. vnde non debet episcopus posse aliquid agere vigore talis instrumẽti, nisi faciat qd capitulũ ecclesiæ ratificet: quia aliàs claudicaret contractus, & ista cõitas nõ esset secura de ad implemẽto, qd perti
13 net ad episcopũ. Circa tertiũ articulũ † nunquid episcopo agẽti ex trãsactione, posito ẽt quod valeat, obstent aliquæ exceptiones: & putarim aliquas obstare, & in primis obstat illa, quam suprà dixi, quòd necessarius sit cõsensus capituli, dicto cap. contingit, ad quod pertinet ius ratificãdi, ũ velit. c. 3. de ijs, quæ fiunt à prælato, & hoc nisi quatenus probaretur, quod tale ius ad solũ episcopũ pertineret, vt quia diuisæ essent prębendæ, & antiquitùs id ius sibi soli assignatũ esset, de quo per gl. & docto. in c. edoceri extrà de rescript. Secũdò obstare exceptio, quod Reuerẽdus Episcopus tenet adimplere ex parte sua, aliàs repellitur ab agendo. l. cũ proponas. C. de pact. & confirmare illius omnia priuilegia sub ea forma sub qua serenissimus Rex Romanorũ fecit confirmationẽ suam, attento q, d. episcopus successit in locum
14 ipsius serenissimi Regis: & ideo † debet rarũ habere quicquid gestum est per auctorem suũ qui in ius alterius. ff. de regulis iuris cum quis. C. de iuris & fac. ignor. Paul. de Castr. consilio 111. circa id, quod primo. in volum. 2. Tertiò potest opponi exceptio, quod promissio syndicorum eos nõ obligat quatenus quicquã promiserint vltra veterem consuetudinem: quia videntur promisisse metu quodam reuerẽtiali erga Reuerendissimũ dñm, secundũ Ioan. And. in c. 1. de præscrip. lib. 6. in nouella, & Bald. in tracta. de pace constantiæ. verbo, pactiones, quem refert & sequitur Præpositus in præludijs feudorũ, vbi ẽt concludit, quod si dñs monitus, vt desistat à tali nouitate, nõ cessauerit, poterit haberi recursus ad superiore, vt per Bal. in titulo de pace tenẽda. §. publici. facit rex. in cap. ad apostolicæ. de re iudica. li. 6. & ibi communiter doct. Old. consi. 234. factũ tale. nec † isto 15
casu dñs ipse erit iudex, sed supior puta Rex Romanorum, cuius officiũ poterunt subditi implorare: ne eos permittat indebitis oneribus aggrauari. vt dicit Spec. in titulo de feudis. §. quoniã. versic. & notã, & ibi Ioan. And. in additiõ. & in §. nũc dicamus. versi. cęterũ. Old. dicto consi. 234. Bald. in cap. 1. apud quos controuer. feud. Quartò poterũt per viam exceptionis petere † restitu- 16
tionem in integrũ, quæ etiam deduci potest per viam actionis, & talis † communitas restituenda 17
est ex capite læsionis, sicut quilibet minor, lege respublica. C. ex quib. cau. maio. vbi Iaco. Butr. Bart. & cæteri. Abb. in c. 1. de restit. in integr. Roman. consilio 422. Socin. consilio 66. in 4. cum similibus. Nec obstat iuramentum præstitum per syndicos in transactione, qa respõdeo, quod lex, si quis maior. C. de transact. non habet locum in vniuersitate quæ est corpus fictum. l. mortuo. ff. de iud. iuris intellectu repræsentatum, quod alligari periurio non potest. argumen. cap. Romana. §. fin. de sentent. excommunic. lib. 6. & ita tenent
D omnes Moderni in dict. † l. si quis maior. vbi dixi 18
& reprobaui quoddam consilium Iasonis viatorium. quod etiam ibi improbat Parpalias Cagnolus, & alij. Mod. Nec etiam obstat pœna promissa ab ipsis syndicis: qui ita non promittere nõ potuerunt, & † mandatũ suum ad hoc non extendeba- 19
tur. l. si procurator. ff. de condic. indeb. cum talis pœna nõ sit consueta apponi in similibus instrumentis, & cum eius probabilem notitiam nõ haberent dicti homines. Et ideo de subscriptione
E requisitus, transeo in sententiam suprascripti, domini consultoris, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII V. SVMMÆ.

1 *Nuptiæ metu initæ nullæ.*
2 *Metus regulariter actum non annullat, secus est in matrimonio.*
3 *Matrimonij substantia consistit in mero consensu.*
4 *Metus vnde probatur.*
F 5 *Metus semper habet in se dolum.*
6 *Dolus probatur ex perspicuis coniecturis.*
7 *Quæstio metus dirimitur arbitrio iudicis.*
8 *Metus ex causis & indicijs probatur.*
9 *Probationes leuiores admittuntur in actu clandestino & solito fieri absq; interuentum testium.*
10 *Testis de auditu qui habet voces contrahentium notas, licet ipsos contrahentes non viderit, regulariter probat præterquam in testamento.*
11 *Testis de auditu probat metum in causa matrimonij.*
G 12 *Duo testes probant plenè.*
13 *Dictum vnius testis debet per dictum alterius suppleri.*
14 *Quilibet præsumitur scire quæ in domo sua geruntur.*
15 *Familia præsumitur agere de voluntate domini.*
16 *Pluralitas non præsumitur.*
17 *Informatio facta ad exonerationem conscientiæ maiorem fidem facere videtur, quàm si esset facta in vim simplicis testimonij.*
18 *Arbitratoris dicto secundum conscientiam arbitrantis statur, & quando.*

19 Metus

19 Metus probatur per coniecturas & ibi nonnullæ adducuntur. A
20 Requisita in celebrando matrimonio.
21 Adolescentum ætas fallacijs est subiecta.
22 Adolescens præsumitur decipi in contrahendo matrimonio si non adsint præsentes aliqui eius consanguinei, vel affines vel amici.
23 Testes de publica voce & fama in matrimonialibus fidem faciunt.
24 Iudex debet occurrere scandalo futuro.
25 Duobus testibus deponentibus metum interuenisse magis credendum est quàm centum deponentibus de voluntate libera, & quare. B
26 Matrimonium factum in præsentia plurium personarum non potest dici clandestinum.
27 Testes habentes notas voces contrahentium & deponentes super matrimonio contrahendo dummodo audiuerint, licet non viderint probant matrimonium: secus, si deponunt ad resoluendum matrimonium, quia non probant.
28 Vbicunq; agitur de separatione matrimonij, requiruntur testes omni exceptione maiores. C
29 Sensus auditus non ita bene concludit essentiam rei sicut sensus visus.
30 Testes qui dicũt nõ verisimilia habentur pro suspectis.
31 Præsumptio legis habetur pro plena probatione.
32 Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.
33 Ad resolutionem matrimonij cum lex requirat probationes omni exceptione maiores præsumptiones non satisfaciunt, nisi sint violentæ.
34 Causa rescißionis matrimonij quoad modum probandi æquiparatur causis criminalibus. D
35 Stuprum communiter clàm committitur.
36 Inhabiles in criminalibus non plenè probant, sed faciunt indicium, & quare.
37 Metus purgati causæ.
38 Puella nupta licet in contrahendo matrimonio cũ Raptore rideat, & læta videatur, tamen præsumitur durare metus, & quare.
39 Paria sunt quem non fuisse impeditum, vel impedimentum potuisse euitare. E
40 Paria sunt non fuisse metum adhibitum, & potuisse talem metum euitari.
41 Dos esse non potest vbi non est matrimonium.
42 Qui vult consequens vult etiam antecedens.
43 Dos præsumitur constituta per metum quando matrimonium fuit meticulosum.
44 Declaratur consilium Cald. ij. sub titulo, quod met. causa.
45 Actus approbatorij alicuius negotij per metum contracti incontinenti sequentes, præsumuntur etiã ipsi F per metum interuenisse.
46 Metus an sit purgatus cognoscitur per subsequentia.
47 Informatio facta parte non citata non probat nec indicium facit.
48 Quando agitur de graui præiudicio, nõ statur arbitratori iudicanti secundum conscientiam.
49 Causa matrimonialis dicitur grauis causa.
50 In causa matrimoniali nunquam defertur iuramentum in supplementum probationis.
51 Causa matrimonij æquiparatur causæ status qui est gra G uis causa & præiudicialis.
52 Confessio facta pro exoneranda conscientia minus probat quàm facta in iudicio parte non citata, & quare.
53 Confessio facta ad vnum finem non probat ad alium.
54 Si duo testes audiuissent aliquem confitentẽ sacerdoti, eorum dicta non probant: nec talis confessio præiudicat confitenti.
55 Non præsumitur mutatio opinionis.
56 Ad resolutionem matrimonij non sufficiunt præsumptiones, sed testes omni exceptione maiores.
57 Causa matrimonialis requirit æquè apertas probationes sicut causa criminalis:
58 Protestatio facta ex post facto non vitiat eã quæ antea legitimè præcesserunt.
59 Consanguineus, subditus, debitor, non sunt testes omni exceptione maiores.
60 Lex approbat ætatem 14. annorum ad contrahendum matrimonium.
61 In contrahendo matrimonio non requiritur præsentia agnatorum.
62 Vna præsumptio tollit aliam.
63 Matrimonium præsumitur facilius contractum propter æqualitatem ad quod probandum admittuntur consanguinei, & etiam mater.
64 Matrimonium violentum ipso iure nullum.
65 Non est verisimile patrem velle tradere in concubinatum filiam.
66 Pater præsumitur semper capere vtiliora consilia pro salute filiorum ac pro eorum honore.
67 Experientia est rerum magistra.
68 Iudex debet semper pro matrimonio inclinare.
69 Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.
70 Nemo præsumitur velle repugnare superioribus.
71 Verisimile est quod quis velit accommodare voluntatẽ suam secundum leges.
72 Plus creditur duobus testibus deponentibus de metu quàm centum attestantibus de spontanea voluntate, & quomodo hoc intelligatur.
73 Nemo præsumitur renuntiare iuri suo.
74 Nemo præsumitur contrahere matrimonium per metum, præsertim vbi adest æqualitas.
75 Peractum subsecutum colligitur mens agentis.
76 Metus non præsumitur nisi probetur.
77 Crẽdendum est potius testibus deponentibus secundum legis præsumptionem quàm deponentibus contra.
78 Declarata Caut. cap. 164. & reprobata.

VISO processu causæ matrimonialis, vertentis inter nobilem Loisetam, & nobilem Gaspardũ Nicienses, requisitus vt breuiter dicam, quid in ea causa sentiam, puto rectè fuisse pronuntiatum & malè appellatum, & vt istud melius deprehendatur, arguam primo pro parte ipsius Gaspardi. Et videretur prima facie dicendum satis esse probatum, qualiter Gaspardus † contraxit istud matrimo- 1
nium per metum: quo casu ipso iure est nullum, nam licet † regulariter metus interueniens non 2
annullet actum ipso iure, † tamen istud nõ procedit in matrimonio cuius substantia consistit in 3
mero consensu, & ita est tex. vbi Abb. & cæteri. can. in c. cũ locũ. de sponsalib. in antiq. & ibi Panor. vers. nota secundo, & est cõmunis. opin. vt etiam per Doctor. in l. si mulier. §. si dos. & ibi gl. super verb. vllam esse. ff. quod metus causa, & in lege si patre. ff. de ritu nuptia. cum concord. Iste autem metus probatur † nedum per testes, sed et- 4
iam per coniecturas, & verisimilia indicia, vt dicit Petr. de Ancha. consi. 299. visa supradicta facti, & est ratio, quia † metus semper habet in se do- 5
lum, & † dolus probatur experspicuis coniectu- 6
ris. l. dolum. C. de dolo. & in causa matrimoniali ita firmauit Corn. consil. 41. in 2. volum. & Alexand. consilio 48. in 3. & propterea dixit Inn. in cap. cum dilectus, extrà quod metus caus. quod metus † quæstio dirimitur arbitrio iudicis, & 7
idem tenent doct. in lege interpositas. C. de transact. & Bald. in c. vnico. §. item sacramenta. de pace iur.

BIU Cujas

ce iur.fir.in vſibus feud. cum concord. & dixit Cyn.in l.carcerem,C. quod met.cauſa. & Bar. in
8 l.ſi ob turpem.ff.de cond.ob cauſam. quod † ex cauſis & indiciis metus comprobatur, ſequitur Bald. conſilio 26. in 3. volum. & per Raph.Com. conſil.68. per totum. Et iſtud debet procedere multo magis in terminis noſtris in quibus ſumus, 9 †in actu, qui communiter ſolent fieri clàm. & in quo communiter non ſolent interuenire teſtes, vnde tunc etiam leuiores probationes ſufficiunt.cap.fin.extrà de teſtib.cogendis.gloſſ. & doctor.in l.in teſtimonium.ff.de teſtib.Anto. de Butr.in 63.loco,de prob.Alex.in conſil. 64.viſo themate,& dubiis.in 1.vol.& Iaſ.in l. 1. in fin. C. de ſumm.trinit.& fid. cathol. & in terminis noſtris,per Alex.conſ.156.viſo proceſſu.in 5. lib.

¶Iſte autem metus in propoſito caſu videtur eſſe probatus.Et primo,per Antoniũ Sardini qui atteſtatur in tempore,quòd verisimiliter potuit eſſe ante contractum dictum matrimoniũ, quòd audiuit fratres dictæ Loiſetæ altercantes cũ Gaſpardo,& deinde eius patrem ſuperueniẽtem, & minantem ſibi mortem, niſi duceret filiam ſuã: & licet iſte teſtis non dicat de viſu,ſed de auditu
10 tantùm,tamen probat:quia †teſtis licet non videat contrahentes:dummodo habeat voces notas regulariter probat præterquam in teſtamento, vt eſt communis opin. per gloſſ.ſuper verb. audierint.Bart.& docto.in l.2.§.idem Labeo.1.ff. de aqua plu.arcen.& eſt gl.in cap.teſtes.3. quęſt. 9.in verb.quæ nouerunt & viderunt, & iſtud p-
11 cedit †etiam in probando metum in cauſa matrimoniali, vt conſuluit Alex. conſi. 99. in caſu prædicto tria.in 3. volum.Secundo probatur metus per Iacobum Sigaudi qui eſt conteſtis ſupra-
12 dicto Antonio, vnde cum ſint †duo teſtes plenè probat.l.vbi numerus.ff.de teſtib. & licet dictus Iacobus dicat non habuiſſe cognitam vocem ipſorum,tamen atteſtatur quòd audiuit dicta ver
13 ba prolata in ipſa altercatione, vnde † eius dictũ debet ſuppleri per alium teſtem: ſicut dicimus quod fides vnius teſtis ſuppletur per alium leg. ſi quis ex argentariis.§.1,vbi Bal.& Moder. ff. de eden. Præſertim:quia cum iſti teſtes probent illa verba ibi dicta,certè reſultat præſumptio quòd fuerint dicta à patre ipſius Loiſetæ, tum quia
14 ſunt dicta in domo ſua, & † præſumitur quilibet ſcire,quæ domi ſuæ gerantur,iuxta not. in l. de tutela.C.de in int.reſt.min.& illud Gellii, ędib⁹
15 in noſtris,quę praua,aut recta gerantur:& †familia præſumitur agere de voluntate domini, extrà de teſt.cap.conſtitutis. l. 4. ff. de min.tum etiam quia non probatur quod ibi eſſet alia filia
16 nubilis,in qua poſſent verificari illa verba,† nec pluralitas præſumitur leg. omnium. C. de teſta. c.in preſentia.extrà de teſtib.Tertiò videtur cõprobari per informationem aſſumptam à Iacobina de ſancta Agnetæ, quæ dicit ſe vidiſſe patrem dictæ Loiſetæ vnà cum eius fratribus irruẽtes aduerſus Gaſpardum, & tenentes eum per
17 maxillas,quæ †informatio fuit facta ad finẽ exonerandæ conſcientiæ:vnde videretur, quòd de-
18 beret facere maiorem fidẽ quàm ſi eſſet facta ſimpliciter in vim teſtimonij. Iſtud probatur: quia† ſtatur dicto arbitratoris iudicantis ſecundũ conſcientiam, quando iſtud poterat facere ex forma compromiſſi, & tunc nunquam conceditur reductio ad arbitrium boni viri ſecundum glo. ca. ſtatutum. §. aſſeſſorem.de reſcrip.in 6.per Bal. in tract.ſchiſmatis,& ibi per Abb.in cap.propoſui-

A ſti,de probat.Ang.& Imol. in l.inter ſtipulantẽ. §.ſi Stichum.ff.de verborum obligatio. cum concor.& in iſto caſu videtur valere arg. de arbitratore ad teſtem per Bar.in lege fin. ff. de præſt.ſtipul.Quartò, videtur iſte † metus ſuaderi ex ali- 19
quibus coniecturis ſimul concurrentibus, nam primò concurrit,quòd iſtud † matrimonium eſt 20
clandeſtinum,nec factum precedentib⁹ edictis, prout requiritur cap.fina.extrà de clãdeſtina deſponſat.& non fuit factum interueniente ſacerB dote parochiali,prout ibi requiritur, ſed quodã religioſo regulari, qui per triennium ab officio ſuſpendi deberet:quia non ſeruauit formam dicti canonis,vt ibi dicitur in §.fina.Secundò concurrit proteſtatio per eũ oretenus facta, vbi fuit ad domum ſuam coram matre,& indicia grafiaturæ in collo,quæ proteſtatio ſatis arguit metũ precedentem.leg.qui in aliena. §. fina. ff. de acC quiren.hæred. & per Roma. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.ff.de op.no.nunt. & Bald. in d. tract.ſchiſmatis. Tertiò concurrit ętas ipſius Gaſpardi,qui erat valde adoleſcens: quæ † ætas plu- 21
rimis fallaciis ſubiecta eſt.l.1.ff.de minoribus, & iſtud † præſertim præſumitur, quãdo non adſunt 22
aliqui affines,& amici ipſius minoris per tex. in cap. fin.extrà de rapt.& Andr.Sicul. conſilio vltimo in 2.volum. præſertim cum tales actus ſoleant fieri interuenientibus conſanguineis,& amicis,vt ibi dicitur.Quartò concurrit † vox popu 23
li,quia aliqui teſtes de auditu atteſtantur, quòd
D audiuerunt dici iſtud matrimonium fuiſſe factũ per metum, & tales teſtes etiam faciunt aliquã fidem,vt per Raph.Com. conſilio lxviij. licet nõ atteſtentur à quibus audiuerint dici. Et quod in dubio videretur, quod iudex deberet inclinare in hanc partem,quia cum exiſta lite ſit veriſimilis indignatio inter ipſos,probabiliter poteſt dubitari de futuro ſcãdalo,† vnde meritò iudex de- 24
bet illi occurrere,facit tex.c. præterea de ſponſ. & no.in c.de illis.de deſponſ.impub.& ita dicit
E Corn.conſi.cxcvj.in fi.iij.volum.Præterea,† cum 25
hîc agatur de probando metu, qui dependet ab arcano mentis,& videtur magis credendũ duobus teſtibus de eo deponentibus, quàm centum atteſtantibus de voluntate libera,ſecundũ Inno. in c.ſuper hoc.de renunt.Bal.in d.tract.ſchiſmatis,& in l.obſeruare.§.proficiſci.in xiij.q.de offi. proconſ.Ang.in l.ſi quis à ſe fundum.C.vnde vi. Alb.de Roſ.in rub.ff.q, met.cauſa.cum concord. per And.Sicul.in dicto conſil.vlt.& Dec.cõſ.100.
F plus dicit Bar.Veron.in caut.144.incip.tempore meo,quòd in iſto caſu crederetur vni teſti,& matrimoniũ non teneret:allegat Innoc. & Bar. vbi ſuprà.Sed his non obſtantibus, puto quod contraria pars ſit verior,& conſequenter pronuntiãdum ſit pro matrimonio, quod quidem matrimoniũ clarè probatũ eſt, per verba de præſenti, per teſtes productos pro parte ipſius Loiſetæ,& licet non interuenerint edicta, tamẽ tenet: nec propriè poteſt dici † clandeſtinũ,ex quo eſt factũ 26
G in præſentia pluriũ perſonarũ. c. de clandeſtina deſpõſ.Nec obſt.allegata in contrariũ, & primo dictũ ipſius Antonij,quia dico,q, talis teſtis non ꝓbat in noſtro caſu,nã licet cõmunis ſit opin.q,† 27
valet dictũ teſtis deponẽtis de proprio auditu,licet nõ viderit,dũmodo habeat notã vocẽ cõtrahentiũ,vt ẽt in caſu matrimoniali dicit Spe.in titulo de teſte.§.1.verſ.q, ergo.vbi dicit q, ſi vir, & mulier erãt in certa camerã clauſi,& teſtes,q erãt extra camerã deponũt q, audiuerint qualiter in-

BIU Cujas

ter se contraxerunt matrimonium, quod tales testes probant, tamen istud est verum quoad p-
bationem matrimonij, quia tales admittuntur,
sed quoad rescisionem non: vnde testes depo-
nentes ad finem separationis nō probant, si sim-
pliciter audiuerint, quamuis haberent voces no
tas. ita gloss. super verb. de auditu. & ibi Ioā. An-
dr. & Ioan. de Imol. in cap. præterea. de testib. i-
dem tenet Alex. & Ias. in l. si nō speciali. C. de te-
28 sta. & confirmatur ista opin. †nam vbicunq; agit
de separatione matrimonij: requiruntur testes
maiores omni exceptione. c. 1. de consang. & af-
fin. vbi Abb. notat Alexan. consi. 144. incip. quo
niam abundè. in 2. volum. sed tales non sunt ma
iores omni exceptione, quia possibile est, quòd
aliquis imitetur vocem alterius: vt per docto. in
29 dicta l. si non speciali. item †sensus auditus non
ita bene concludit essentiam rei, sicut sensus vi-
sus, vt xxvij. q. j. c. nec aliqua, & not. in dicto cap.
testes, per Dominic. de S. Gemin. qui intelligit,
illam glo. de perceptibilibus per auditum sicut
de tonitru & voce, non autem per visum, sicut in
casu nostro q, fuerit ipse pater Loisetæ, qui illa
verba protulerit, & ita etiam est de mente Abb.
in cap. cum causam. extrà de testib. Non obstat
quod notat Alexand. in dicto consil. xcix. qui vi-
detur tenere, quod imò etiam ad rescisionē ma
trimonji admittantur tales testes, quia illud di-
ctum ita simpliciter intellectum non est verum,
& est contra communem opin. in d. c. præterea,
necillud fuit cons. Alex. de Inno. sed alterius. A-
lex. de Neuo Vicentini, qui fuit canonista, vt ap-
paret ex lectura ipsius consilij, & etiam dicit Ias.
in dicta l. si non speciali, & est ita inscriptum in
iisdem consiliis Alexand. in consi. xlij. in fi. in 4.
vol. & potest saluare illa opin. quando concurre
rent multæ aliæ præsumptiones, & essent multi
testes, qui ita deponerent, quod non est in casu
30 nostro, imò †iste testis est satis suspectus; quia
non dicit verisimilia; iuxta not. in cap. quia veri-
simile, extrà de præsumpt. nam dicit se ex voce
cognouisse fratres dictæ Loisetæ, sed tamen nō
potuisse intelligere quid dicerent, certè istud si-
gnificat, quod non bene intelligebat vocem, si
nō potuit scire quid diceretur. l. Labeo. in fin. ff.
de suppel. leg. quomodo ergo non potuit co-
gnoscere eos ex voce? Prętera ad dicta istius te-
stis etiam respondebitur in alio modo. Secundò
non obstat dictum alterius testis scilicet Iacobi:
quia ipse non cognoscebat aliquem ex voce, &
nesciebat si esset ille vociferans, nisi ex relatiōe
Antonii, cui credendum nō est, vt suprà ostendi.
Et sic dicatur, q, saltem probatur integrè p duos
testes, quòd illa vox fuit audita de domo ipsius
31 Loisetæ, vnde debet succedere †præsumptio le
gis, quæ quidem præsumptio habetur pro ple-
na probatione, iuxtà tex. in l. si tutor petitus. C.
qui pe.tur, per Felin. in cap. quanto. de præsum.
& sic iuncta præsumptione videtur plenè pro-
batum, quòd pater ipsius Loisetæ dixerit illa
verba. Nam respondeo, fundamentum inten-
tionis ipsius Gaspardi est, quod illa verba fue-
rint dicta ante contractum matrimonium, aliàs
non potest dici interuenisse metus, sed istud de-
buit per eum probari. l. verius. ff. de probat. not.
in l. non hoc. C. vnde legit. vnde cum non sit p-
batū, præsumit contra eū, q dicit: & sic potuerūt
illa verba interuenire post contractum matrimo
nium, puta si Gaspardum pœnituisset eā accepis
se in vxorem, & dixisset quod nolebat eam du-

A cere domum, nec habere pro vxore. Nec obstat
quod Alexand. in consil. clvj. in v. volum. tertic.
nec dicatur. concludit non præsumi minas in-
terueniisse post matrimonium, sed ante, quia in
casu nostro testes deposuerant de hora, & verba
minarum erant clara, vt matrimonium fieret, q
quod non est in casu nostro. Item ibi probata e-
rat violentia manifesta. Item non est verum, q, il
la verba præsumantur dicta ab ipso domino do-
mus. & sic à patre Loisetæ: quia potuerunt dici
B ab aliis personis, & ad alium finem, & †non pro- 32
bat hoc esse, q, ab hoc contingit abesse. l. neq; na
tales. C. de prob. cum similibus. Et facit quia †cū 33
ad resolutionem matrimonij lex requirat p-
bationes maiores omni exceptione, non videtur
esse satis quælibet præsumptio, nisi si fit violen-
ta sicut dicimus in criminalibus. l. si hi qui a-
dulterij. vbi Bald. C. de adul. & no. in c. afferte.
extrà, de præsum. per Abb. in c. accedens, de ac-
cus. & †causa rescisiōis matrimonij æquiparat 34
C quoad modum probandi ēt causis criminalib⁹,
vt dicit Alex. in d. cons. 144. in 2. vol. Nec obstat
q, not. Alex. in d. consi. 156. in versi. posse etiā re-
sponderi, vbi videt dicere q, quamuis requirant
testes maiores omni exceptione, tamen istud
non procedit, vbi matrimonium dissolueret per
metum. ex q̄ à communiter accidentibus, clàm
& secretè iste metus cōmitteret: vnde pro idoneis
habent testes, etiam qui aliàs non habentur. d. c.
fi. de testib. cog. nam respondeo, quod Alex. non
D firmat illam opi. & bene, quia est contra tex. d. in
c. in literis. de testib. vbi requirunt in prędicto ca
su testes maiores omni exceptione, licet matri-
monium impugnaretur ex causa, quæ commu-
niter clàm solet interuenire †sicut est stuprum, q, 35
cōmuniter fit clàm: vt no. in d. c. fin. & c. signific.
extrà de adul. & in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de
adulter. facit, quia etiam in casibus, in quib. ad-
mittuntur †inhabiles, non tamen plenè probāt 36
in criminalibus, sed solum faciūt iudiciū, vt per
E Cyn. & Sal. in l. fi. C. de accus. Abb. Imo. & doct.
in c. j. extrà de cons. Corn. consi. 58. in j. & est ra-
tio, qa nō sunt maiores omi exceptiōe, & ita in-
telligit tex. in d. c. fi. licet Bal. aliter intellexerit.

Prætera, dato etiam quòd præfati testes p-
barent metum, tamen dicit q, ipse †metus fuit 37
purgatus in tempore ipsius matrimonij: quod
sic deducitur, nam licet, probato metu præsu-
matur ducere, tamē istud intelligitur, donec du-
ret eadem potestas, secundum Bartol. & doct. in
F l. pen. ff. de cond. ob tut. caus. & Cald. in consil.
2. sub titulo de his, quæ mer. causa. & Corn. in d.
cōs. 42. in 2. & propterea dicit Abb. in antiquis.
in c. super hoc. de renun. quod †si puella rapiatur 38
deinde desponsetur, quamuis in illa despōsa-
tione interuenerint risus, vel oscula, pręsumitur
tamen durare metus, & fingi risum: sequitur Io-
an. And. Abb. Imo. & cæteri, & est ratio. quia cū
sit in potestate raptorum, meritò præsumitur
durare ipse metus. Sed in casu nostro, quando
fuit contractum matrimonium, non durabat am
G plius ratio ipsius metus: quia potuisset Gaspar-
dus abire si †voluisset, ex quo erat prope por- 39
tam, & porta erat aperta, & nemo eum custodie
bat, vt dicunt ferè omnes testes ipsius Loisetæ:
ergo dicitur verè consensisse et purgatur metus,
vt est gloss. verb. per annum et dimidium, in c.
ad id, quod. de sponsa. quæ adducit distichum:

Effuge cum poteris, ne consensisse puteris:
Nam si perstiteris, illius vxor eris.

Et il-

BIU Cujas

Et illam gl. sequuntur ibi omnes & etiam Oldr. in consil. 35. factum tale: & istud est de mente Alexand. in dicto consilio 99. & Com. in dict. consil. 41. facit quod notat Bald. in capit. 1. de præsump. per tex. in cap. fina. de elec. vbi dicit quòd
40 † paria sunt, quem non fuisse impeditum, vel potuisse illud euitare, & quod notat Bart. in l. qui commeatus. ff. de re mil. & ideo in casu nostro paria sunt, non fuisse metum adhibitum, vel potuisse euitari talem metum, puta recedendo. Cõfirmatur ista solutio, quia Gaspardus deinde cõ- B uenit de dote, & petiit etiam sibi dari, certè non potest dici, quòd propter metum petierit dotẽ: vnde inducitur concludens ratio, quòd sponte
41 eam desponsauerit, ex quo dos † non potest esse, vbi matrimonium non est. l. 5. ff. de iur. dot. l. fin. C. de don. ante nupt. no. in rub. ff. solut. matrim.
42 & † quivult consequens, vult etiam antecedens. l. ad rem mobilem. ff. de procur. l. illud. ff. de acquir. hæred. & facit tex. in l. ad solutionem. C. de re iud. vbi qui sponte petit consequens, videtur C etiam approbare antecedens à quo prius dissentiebat. Nec obstat quod not. Cald. cons. 2. in titu.
43 quod met. causa. vbi præsumitur † dos constituta per metum, quando contractus matrimonij fuit
44 meticulosus, quia Cald. loquitur, quando † dos ipsa fuit cõstituta per metum, puta quia quis fuit coactus consentire acceptationi ipsius dotis, sed nos sumus in casu claro, quòd ipse Gaspardus eã petiit: nõ autem fuit sibi oblata, & cõsensit. Ter tiò per timorem, & eodem modo respõdetur ad D
45 not. per Alex. cons. 98. in fin. in 3. vol. vbi † actus approbatorij incontinenti sequentes, præsumũtur etiam ipsi interuenisse per metum, allegando Bal. in l. 2. versic. sed quæro, quid in dubio. C. quod metus causa. nam Bald. & Alexã. loquuntur in dubio, quando non constat quòd iste potuerit euitare vim. sed nos sumus in claro: quia testes dicunt, quòd potuisset abire, si voluisset, & istud est de mente Bald. in d. l. 2. in 3. quæst. quicquid dicat Andr. Sic. in cons. 14. in fi. in 1. lib. qui E tamẽ obscurè loquitur, nec aperit, an posset quis tutò recedere. Confirmatur etiam ista opinio: nam Gaspardus non solùm desponsauit Loisetã, in qua desponsatione dicit sibi fuisse illatum metum, sed etiam subarrauit per traditionem triũ
46 anulorum: certè ista † subarratio non potest dici facta metu, nec est hoc verisimile: & propterea concludo, quod iste metus sit purgatus per subsequẽtia. Non obstat informatio Iacobinę, quia
47 facta, parte non citata, & propterea nihil probat. cap. 2. extrà de testib. vbi Fel. & cæteri, imò F non facit neque indicium, secundum Barto. in l. maritus. ff. de quæst. Nec obstat quòd videtur ei credendum, ex quo deponit pro exoneranda cõscientia, sicut dicimus in arbitratoribus: quia lõga est ratio differentiæ inter istos casus: nam arbitrator habet hanc facultatem à partibus, meritò imputent sibi partes, & debent stare eius dicto quod non est in casu nostro, quamuis † vbi a-
48 gitur de graui præiudicio, non sterur neque ar- G bitratori iudicanti secundum conscientiam, vt dixit Bald. in l. 1. C. de reb. cred. ita intelligẽs gl. in clem. 1. de iur. patr. nos autem sumus in tali
49 casu, quia causa matrimonialis grauis dicitur, vt per Anu. de Bur. Abb. & alios in cap. si pro debilitate. extrà de offi. deleg. vnde in tali causa requiruntur testes maiores omni exceptione, vt suprà
50 dixi, & nunquam defertur in ea iuramentum † in supplementum probationis, vt per Pau. de Cast.

A Alex. Ias. in l. 3. in prin. ff. de iureiurand. & facit, quia † talis causa æquiparatur causæ status: quæ 51
quidem causa status dicitur esse grauis, & valde præiudicialis. l. placet. C. de ped. iud. no. in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de off. proconsi. facit quod not. Dec. cons. 163. & cons. 133. & And. Sic. consilio 4. lib. 3. cum similibus. Fortius dico, quòd † ex quo ista mulier deposuit pro exo- 52
neranda conscientia sua, minus probat, quàm si deposuisset in iudicio, parte non citata: & est ratio, quia ista confessio fuit facta ad alium finem, ergo non debet trahi ad finem probationis. arg. no. per Bal. in auth. sed nouo iure in fi. C. de pœna iud. qui malè iud. quem refert & sequitur Præpositus in ca. super eo. in 3. not. extrà de eo, qui cog. consan. vx. suæ. & adidem facit quod notat Rota decis. 855. incip. quidam agebat. ex quibus dictis probatur, quòd † confessio facta pro vno 53
fine, non probat ad alium: & melius, & magis ad propositũ casus nostri facit, quod dicit Tyndarus in tract. de testib. versic. sequitur alia pars. vbi dicit quòd si † duo testes audiuissent aliquem 54
confitentem sacerdoti, quòd eorum dicta non probant: nec talis confessio præiudicat. allegat Ioan. Andr. in cap. fina. de tempo. ordi. in addit. sequitur Feli. in cap. 1. extrà de except. & facit quod not. Bald. in l. archigerontes. C. de episcõ. audi. ergo idem debemus dicere in casu nostro, pro quo facit gloss. in cap. tua nos. de sponsalibus. Et istud tanto fortius procedit: quia ista D mulier dicit, quòd tunc credebat eum esse quendam famulum ipsius domi. Ioannis. nec deinde declarat quomodo ex tractu temporis mutauerit opinionem, cum habeat præsumptionem legis contra se: † quia non præsumitur mutata o- 55
pinio. l. eum, qui. ff. de proba. l. sancimus. C. de testamen. Quartò, non obstant præsumptiones suprà allegatę, quia etiam dato quòd essent verę, tamen † cum agatur de resolutione matrimonij, 56
non sufficiunt præsumptiones, imò requiruntur testes maiores omni exceptione. d. cap. in literis. extrà de testib. sicut dicimus in causis criminalibus. l. fina. C. de proba. & † causa matrimo- 57
nij requirit æquè apertas probationes, sicut causæ criminales, secundum Alexand. in d. consilio clxiiij. in 2. volu. Præterea potest particulariter responderi. Primò, non obstat quod matrimonium sit clandestinum, quia istud non est ita simpliciter verum: quia quamuis non interuenerint edicta posset dici clandestinum, si ageretur de F resolutione propter consanguinitatem: sed hîc non agitur ex isto capite. Item omnia iura loquentia de matrimonio habent locum etiam in matrimonio clandestino, vt dicit Ioan. de Imol. in consil. cxxv. incip. in causa, quæ vertitur. vnde eædem probationes requiruntur & habet etiam eosdem fauores dummodo posit probari. d. cap. 2. de cland. desponsi. Secundò, non obstat † protestatio per eum facta: quia cum sit ex 58
postfacto, non debet vitiare ea quæ ante legitimam processerunt, vt nota. in d. §. Celsus. quamuis etiam dicta protestatio non sit legitimè probata, † quia alter testis est consanguineus, alter 59
est eius subditus, & debitor: & sic non sunt maiores omni exceptione d. cap. in literis. & l. 2. & l. patentes. C. de testi. Tertiò, non obstat, quod non adessent aliqui consanguinei, & ipse esset multum iuuenis, quia respondeo, quod † satis 60
est, quòd si erat annorum xiiij. & quo lex approbat talem ætatem pro sufficiente ad contra-

BIU Cujas

hendum matrimonium.cap.3. extrà, de despõs. impu. & præsumitur fuisse in tali ætate sufficienti, nisi probetur contrarium. c. in præsentia. vbi
61 omnes, extrà de ꝓbat.† nec requirit aliqua præsentia agnatorum: imò tenet etiam ipsis dissentientibus. 27.q.2.c.sufficit. d.c.cum locum, & c. cũ apud. extrà de sponsalib. no. insti. de nup. §. fi.

Quartò non obstant illi testes de auditu auditus, quia nihil penitus probant, quia non dicunt à quibus audiuerint, vt sunt simul contestes, vt p Rom. in dict. §. item Labeo. per Alexan. cons. 82, in 1. Fulg. cons. 184. Dec. cons. 82. cũ simil. Et dato, quod sint aliquæ præsumptiones pro Gaspardo, certè multo fortiores sunt pro ipsa Loiseta,
62 †vnde vna presumptio aliam tollit. l. diuus. ff. de
63 in integ. restit. Et prima est† præsumptio oriens ex magna æqualitate ipsorũ, quo casu vbi adest talis præsumptio facilius ꝓbatur matrimoniũ & admittuntur etiam consanguinei pro eo probando, imò etiam mater: vt est text. in c. super eo. ij, extrà de testib. & per Marianum Socin. in cõs. 17. Secunda est præsumptio, quia non est verisimile quòd pater ipsius Loisetæ, & eius fratres vellent eam tradere in nuptui per vim, & consequenter tradere ipsam in concubinatum, quia
64 †cum matrimonium violentum ipso iure sit nul
65 lum (vt suprà dixi) sequeretur quod† ipsa esset tradita in concubinatum, quod non est verisimile. L. in coniunctione. C. de nupt. & p Bal. in dict. c. sup capere eo. facit, qa† pater præsumitur sem
66 per vtiliora cõsilia pro salute, & honore filiorũ. instit. de pup. subst. §. sin autem. l. isti quidem. ff. quod met. causa. l. milites. §. fin. ff. de re milit. Tertia præsumptio est, quia si illud matrimonium fuisset contractum per metum non est verisimile, quòd potuissent tam cito fieri præparationes, & præsertim impetrari licentiam à domino vicario episcopali, & etiã à priore Carmelitarũ: quę impetrationes nõ possunt fieri ita
67 subitò, prout† experiẽtia docet rerũ magistra. c. cùm sit. de elect. in vj. imò est verisimile quòd ante fuisset aliqualiter tractatum. Non obstat, qd in dubio iudex debeat occurrere futuro scandalo, quod posset in casu nostro accidere, si Gaspardus inuit9 compelleretur eam agnoscere in vxorem: quia regula procederet in aliis casibus, quando non ageretur de matrimonio dissoluen
68 do, ex q̃ †debet semper iudex inclinare vt iudicet pro matrimonio. c. fi. de re iudi. vbi not. & p Fran. de Curt. in cons. 55. incip. super processu. quamuis pro matrimonio sint apertissimæ probationes, vt suprà dixi, & sic simus etiam in casu claro. Nec istud scandalum præsumitur, imò est verisimile quòd acquiescet sẽtentiæ, vt not. in l. Julianus. versi. debitorem. ff. de condit. indeb. &†nemo præsumitur immemor salutis æternę,
69 & velle repugnare †superioribus. l. veluti. ff. de.
70 iust. & iure. l. merito. ff. pro socio. imò† verisimile est quòd accommodabit voluntatem suã secundum leges. l. quidam. ff. de verb. obli. Vltimò non obstat dictum Inno. in d. c. super hoc. de renunt. quod in terminis nostris adducit Alex. in
72 d. cons. 156. in v. ibi †plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, q̃ centum attestanti bus de spontanea voluntate. Nam respondetur primo quod in nostro casu non constat iste metus per duos testes, quia illi reiiciũtur multis rationib. quas retuli suprà. Præterea illud dictũ habet duas declarationes. Prima est, vt procedat, qñ præsumptio legis est pro metu, veluti in casu

A Inno. qui loquitur de eo, qui renuntiauit & abiurauit beneficium: nam lex præsumit in tali cõtractu metum: vt est text. in d. c. super hoc. & ibi Abb. ponit rationem: quia† nemo præsumit re- 73
nuntiare iuri suo, & consequenter prodigere bona sua. l. cùm de indebito. ff. de probat. secus in casu nostro: quia† nemo præsumitur contrahere 74
matrimonium per metum, præsertim vbi est æ-
qualitas vtrinq;. d. c. super eo. & ita declarat An
gel. in l. 6. ff. de eo, quod met. cau. & sic Inno. c. lo
B quitur quando præsumptio est pro asserẽte metum, noster verò casus est contrarius, quãdo præ sumptio est contra asserentem metum. Secũda declaratio est, vt illud dictum procedat quando constat manifestè de minis, & de vi, nam tunc reiiciuntur testes etiam si essent mille attestantes de animo suo, videlicet quod quamuis sibi vis inferretur, tamen habebat animum spontaneum talem actum faciendi, tamen lex non debent admitti ex quo deponunt impossibilia:
C quia deponunt de mente ipsius contrahentis, quæ est nota soli Deo. vnde pone, quod non deponat de mente, sed de actu facti per quem colligitur mens † spontanea, puta: quia ille qui dici- 75
tur intulisse metum, erat vir probus, vel, quod illi contrahenti erat tutus locus fugiendi, tum dictum Inno. non procederet, & attenderẽtur ma ior numerus & dignitas testium, ita declarat Io. de Imol. in d. c. super hoc. & est de mente cæterorum scribentium ibi, si bene ponderetur eorũ
D rationes. & istud est propriè in casu nostro: quia testes nihil deponunt de mente ipsius Gaspardi, sed solùm de actu facti qualiter contraxit mã trimonium, qualiter subarrauit, & quod erat lętus, & quod potuisset recedere si voluisset, & similia: vnde dictum illud Inno. nihil obstat. nam si aliter intelligeret, esset satis irratiõabile, quia cum † metus non præsumatur nisi probetur se- 76
cundum Inno. c. causam matrimonij. extrà de offic. deleg. † debet potius credi testibus de- 77
E ponentibus secundum præsumptionem legis q̃ illis qui deponunt contra presumptionẽ. c. quia verisimile. extrà de proba. præsertim concurrente maiori numero: iuxta tex. cum ibi not. in c. in nostra. extrà de testib. †Nec obstat quod notat 78
Cepolla in dicta cautela. 164. vbi videtur velle esse satis si probetur metus in casu nostro per vnũ testem: quia (vt suprà vidimus) non est neque vnus testis, qui sit maior omni exceptione prout requiritur in causa matrimoniali. Præterea illud
F dictum non est verum, & contra regulam generalem positam. in cap. licet vniuersis. extrà de testib. & Inno. c. q̃ Bal. per eum allegari, dicunt totum contrarium & est contra mentem omnium scribentium, tam Alexan. in dicto cõs. 156. & cõs. 99. quam Ange. in d. l. fi. & Corn. in dicto consil. 41. & est mirum quod posuerit, in illis cautelis suis illud dictum tam irrationabile, cui discordat & lex diuina, & canonica, & ciuilis, & propterea non est faciendum aliquod fundamentũ
G super eius dictis. Et ita concludo, saluo semper iudicio alterius rectius sentientis.

CONSILII VI. SVMMÆ.

1 *Nuptiarum & sponsaliorum discrimen.*
2 *Schedula per testes subscripta nisi sit recognita per testes per se non probat.*
3 *Scriptura priuata tribus testibus subscripta habet vim publici documenti etiãsi nõ sit recognita, & quomodo.*
4 *In causa matrimonium agitur de statu hominis.*

5 Pater

5 *Pater potest contrahere sponsalia pro filia.*
6 *Sponsalia per Patrem contracta pro filia valent: ita demum si filia scierit & ratificauerit expressè vel tacitè.*
7 *Testes recognoscentes scripturam, attestantur scripturã esse factam: non autem in ea contenta esse vera.*
8 *Comparatio literarum facit semiplenam probationem.*
9 *Vnus testis deponet de veritate negotij, & alius de fama tantùm, plenè probant.*
10 *Nominatus in scriptura tanquam præsens & consentiens, præsumitur fuisse præsens.*
11 *Scriptura priuata si est talis quæ solet fieri inter præsentia, præsumitur præsentia.*
12 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, & quare.*
13 *Filiæ præsumuntur scire quando pater contrahit sponsalia pro eis, & si non contradicunt præsumuntur consentire.*
14 *Sponsalia de futuro secuta copula resoluuntur in matrimonium.*
15 *Tempus in contractu appositum de voluntate partium est de substantia actus.*
16 *Tempore sponsalia non soluit.*
17 *Terminus vel tempus non extinguit sed differt obligationem.*
18 *Copulæ matrimonialis probatio.*
19 *Naturales matri succedunt, & quando, & qui.*
20 *Coitus cum persona honesta vidua vel virgine incidit in crimen stupri, & punitur pœna l. Iuliæ de adult.*
21 *Causa filiationis dicitur causa grauis, & ardua ac præiudicialis: qua agitur de statu hominis.*
22 *Fama in causis arduis non probat semiplenè.*
23 *Fama quomodo probetur.*
24 *Confessio matris facta in absente patre in materia filiationis non probat.*
25 *Filiatio quomodo probetur.*
26 *Probatio famæ in filiatione admittitur, & est speciale propter difficultatem probationis.*
27 *Filius per famam constituitur in quasi possessione filiationis, & transfert onus probandi contrarium in aduersantem.*
28 *Præsumptio est, quod testes deponentes de fama audierint dici ab hominibus fide dignis: quia inter tot homines per quos fama constituitur, sunt multi fide digni & honesti.*
29 *Dictum testis sufficit quod concludat præsumptiuè.*
30 *Lex præsumit filium natum ex marito & vxore, ex sic. ex legitimo matrimonio.*
31 *Confessio absente parte quando probet.*
32 *Publicè interest probationes non coangustari.*
33 *Ad probandam filiationem sufficit probare quem fuisse habitum, tentum, reputatum, & tractatum tanquam filium, & pro filio.*
34 *Filius est proximior hæres matri ab intestato.*

AD primum quæsitum, nunquid matrimoniũ sit ꝓbatum inter Impertum & Ioannam, casus videtur satis dubius: nã schedula, de qua in facto, asseritur, non ✝ importat matrimonium: sed spõs. dato, q, esset recognita per testes subscribẽtes: ex q̃ in ea deducit ꝓmissio de acceptãdo ipsam in vxorem: nõ aũt ipsa acceptatio, l. j. ff. de spõs. Videndũ est ergo priùs, nunquid legitimè ꝓbent ista spõs. Prima dubitatio occurrit, qa ista ✝ schedula subscripta per testes, nõ ꝓbat de se, nisi testes agnoscãt subscriptionẽ & deponãt, vt not. in auth. ar si contractus. C. de fi. instr. & Sal. in auth. si quis vult cautè. C. q pot. in pig. hab. & Soc. consi. 33. vers. 2. cõcl. circa fi. & cõs. 41. vers. non obst. terriũ. & per Alex. cõs. 116.

A visõ ꝓcessu. in 4. Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & istud ꝓcedit ẽt si testes sint mortui, ꝑ tex. & ibi Doc. in c. 2. de fi. instr. quicqd dixerit Paul. de Cast. consi. 134. in causa ser. Ludouici. in 1. vol. in nouissimis, vbi video velle, q, ✝ scriptura priuata subscripta trib. testibus, habeat vim publici documẽti, ẽtsi nõ sit recognita. putà, qa testes sint mortui: sed istud dictum debet intelligi, qñ partes cõsitent, cõtenta in scriptura esse vera: qa in præiudiciũ tertij ꝓbabit concurrente comparatione literarũ, q nõ est noster casus, quia (vt in facto præsupponit) pãs seu eius hæredes, & possessores bonorũ negãt omnia, nec satis est, q, vnus ex testib. vnã recognouerit, qa ille, quãuis nõ solũ eam recognoscat, sed ẽt attestatur de veritate facti, tamen facit semiplenã probationem tantũ, vt per gl. & Doct. in l. 3. C. de reb. cred. Bar. in d. l. admonendi, & quãuis alius deponat de fama, nõtñ debet coniũgi illi deponẽti de veritate, idem ẽt si deponat de cõfessione extraiudiciali ipsius mulieris: quia adhũc non cõiungitur cum primo vt patet ex latè notatis per Alexan. cõsi. 28. pondetatis. in 2. vol. & Ioan. Bapt. de sancto Seuerino in repet. d. l. admonendi. verũ applicat prædictis quæstio elegãs, & est ẽt de mente Ias. in d. l. admonẽdi. dũ reꝓbat Paul. de Castr. aliter tenentẽ cõsi. 209. visa petitione. in 2. vol. & & in cõsi. 259. visõ ꝓcessu agitato, in 2. vol. circa fi. & istud maximè ꝓcedit in causa matrimoniali, in qua requirũt testes maiores oñi exceptiõe & probationes clarissimæ: ẽt si agat de ꝓbando matrimonio ✝ quia est causa grauis & ardua, in qua agatur de statu hominis: vt no. per. glo. & Doct. in c. mulieri, de iniur. Alex. cõs. 143. quoniã abunde, in 2. Andr. Sicul. consi. 45. & cõs. 53. in 1. vide in tali causa nõ sufficeret vnus testis cũ fama plenè ꝓbata: vt per Mod. in c. 1. de app. Secunda dubitatio est, quia licet ✝ parer possit contrahere sponsalia pro filia. l. in potestate. ff. de spõs. ✝ tñ ea ita demũ cõualidant: si filia sciuerit & ratificauerit expressè, vel tacitè. sic hæc ita. l. sed eam. ff. de spõ. vnde in casu nostro ẽtsi testes recognoscerẽt scripturã suã, nõ tñ posset dici contracta spõsalia: ergo nõ ꝓbatur, q, filia sciuerit: nõ q, in illa schedula est subscriptio ipsius filiæ. Nec obstat, q, in schedula sint verba indicãtia ꝓsentiam ipsius: qa hoc nõ probat q, fuerint patris: qa ✝ testes recognoscẽtes scripturã, solũ attestãtur scripturam esse factam, nõ aũt contenta in ea esse vera: vt ꝑ Ias. in d. l. admonẽdi. in loco suprà allegato. Sed tñ istius non obstantibus, puto in præfato casu probata esse sponsalia. Et pro fundamento istius conclusionis, præsuppono vnum in facto, q, ✝ per cõparationẽ literarũ secundũ not. in hõ parationes. C. de fi. instr. sit ꝓbatũ q, illę subscriptiones sunt de manu eorũ, qui nominati sunt in ipsa descriptione. vnde hoc stante dicuntur esse probata sponsalia. nam ille testis primus attestat de veritate negotij; & sic facit semiplenam probationem. Itẽ attestat de subscriptionib. aliorũ: quæ secunda attestatio iungitur cũ probatione cõparationis literarũ: quæ cõparatio facit aliã semiplenã. auth. ar si cõtractus. C. de fi. instr. & sic resultat plena ꝓbatio, & q, testis deponẽs de veritate negotij iungatur cum deponentib. de comparatione literarũ, & plenè probent: firmat Abb. in d. c. 3. de fi. inst. & refert & sequitur ibi Felin. vers. sed istorum opinio. Nec obstat si diceretur: quòd hoc concesso, resultaret vnum inconueniens: quia ille testis chirographarius

faceret plusquam semiplenam probationem, q̃ videtur absurdum: nam faceret semiplenam ex depositione super veritate negotij, & adminicularetur ꝓpter recognitionem literarum & subscriptionem aliorum testium. Sed respondeo, q̃d imò non est absurdum. vnde videmus: quòd si vnus testis † deponat de veritate negotij & de fama: alius de fama tantum: quod plenè probant: vt dicit Bald. Ias. & Soc. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthu. & est magis communis opinio: quicquid dixerit ibi Alex. Præterea si comparatio literarum probaretur etiam respectu istius testis chirographarij: & sic corroboraretur eius dictum, cessaret difficultas. Et hoc tenendo. Non obst. primo adducta: quia procederent: vbi non probaretur veritas subscriptionis per comparationem literarum, vt suprà dixi. Nõ obstat secunda ratio: dum dixi: non probari scientiam & præsentiam ipsius Ioannæ, quæ est necessaria in sponsalibus. Nam respondeo duobus modis. Et primo, q̃d imò ex q̃ ipsa est nominata in ipso chirographo tanquam † præsens: & cõsentiens præsumitur talis præsentia: vt vult glo. notab. in l. 1. C. de contrahenda & committẽ. stipu. & firmat Io. de Imo. Aret. & Ias. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. vbi concludunt: q̃ † si scriptura priuata est talis, quæ soleat fieri inter præsentes, præsumitur præsentia: quod tanto magis procedit in casu nostro, in quo fit expressa mentio in schedula de eius præsentia; facit gl. in l. tutor. §. fi. vbi Raph. Fulg. ff. de vsuris. Secundo respondeo: quod ex quo apertè constat de subscriptione patris, præsumit filia habuisse cognitionem. † quia coniunctus præsumitur scire facta coniunctim: in his quæ verisimiliter solent coniuncti scire. l. octaui. ff. vnde cogna. Alex. in l. 1. ff. si cert. pet. quod est in casu nostro: † quia solet filiæ scire, q̃n pater contrahit sponsalia pro eis. vnde si non contradixit, præsumitur etiam consensus. d. l. hæc ita, & l. in sponsalibus. in fi. ff. de sponsa. Et ex his concludo, esse probata sponsalia. Et ex hoc infertur ad aliam dubitationẽ: nũquid probatum sit matrimonium. Et clarum est: q̃ sequuta copula. sponsalia de futuro † resoluuntur in matrimonium. c. is qui fidem. extrà de spõsa. Sed circa hoc primò aduertendum est: quia licet sponsalia resoluantur in matrimonium, vt suprà dixi: istud posset procedere in sponsalibus factis de futuro sine prefinitione certi temporis, vel etiam quando sequuta est copula intra tempus præfinitum matrimonio contrahendo: & ita intelligitur tex. in d. c. is qui fidem, qui est exorbitans: vt dicunt ibi moder. & consequenter restringẽdus ad casum suũ. vnde in casu nostro: cùm sponsalia essent contracta de eam accipiendo: inde ad festum paschale: deberet probari copula intra illud tempus, quod † tempus ex voluntate partium videtur de substantia actus, per no. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus impera. offerendo. & Paul. de Cast. in l. si in lege, in prin. ff. loca. vnde sicut † verum matrimonium debuit contrahi intra illud tempus, idem etiam debemus dicere de præsumpto, sic & de copula. Sed tamen puto satis esse, si probetur copula quocũque tempore pòst, † ex quo terminus paschalis non fuit appositus ad extinguendã obligationẽ, sed ad differendam. vnde, etiam lapso tempore, remanent sponsalia. l. obligationum. ferè. ff. de actio. & oblig. per Bartol. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. ff. de verb. obligat. & ibi modern.

A vnde tempus in casu nostro non est de forma, vt etiam per Pau. de Cast. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in fin. ff. de verb. oblig. Secundò aduertendum † est ad probationes: nunquid probata 18
sit ista copula: & videtur quod sic, ex quo primo testis deponit, quod faciebant actus matrimoniales ad inuicem, & quod soli morabantur, & q̃d iam natus est Petrus. Item deponit de publica voce & fama, & alius deponit de confessione mulieris, & de fama, vnde debẽt iũgi, vt infrà dicam in secundo quæsito. Sed dicet aliquis. Nónne ista qó est superflua? Quia dato, q̃ probet Petrum fuisse filium Ioannæ, dẽt illi succedere, & dato, quod non interueniissent aliqua sponsalia, nec matrimonium, quia clarum est, q̃ naturales
† succedunt matri. §. vulgo quæsitos. inst. de succes. cogna. & l. 2. ff. vnde cogn. cum simi. Respondeo, q̃ imò ista quæstio est necessaria, quia illegitimi succedunt matri, quando nati sunt ex coitu non accusabili nec punibili per leges, secus
C si sint nati ex coitu punibili, vt dicũt doct. in l. si qua illustris. C. ad Orficianum, q̃ esset in casu nostro, quia præsupponitur, q̃ ista Ioanna erat matrona, & persona honesta, & † coitus cum perso- 20
na honesta, vidua, vel virgine, incidit in nomen stupri, & punitur lege Iulia de adul. l. inter liberas. §. 1. ff. de adul. Bar. in l. si adulteriis cum incestu. eo. tit. vnde filii non succedunt, vt etiam per Soc. in l. Gallus. §. quid si is, in fi. ff. de lib. & post. & sic ad hoc q̃ ille Petrus succedat matri, requi-
D ritur q̃ sit natus ex legitimo matrimonio. Et ista quæstio etiam vtilis ad finem agendi ad recuperandum dotem conuẽtam in dicta schedula. Et sic sit absolutũ primum quæsitũ. Circa secũdum quæsitum, an sit probatum sufficienter dictũ Petrum fuisse filium naturalem & legitimũ dictorũ iugaliũ, casus est valde dubius. Et videreẽ dicendum q̃ non. Primò si consideramus dicta prioris testis subscripti in chirographo, ipse non videt probare nisi de fama, quæ probatio famæ nõ est
E sufficiens, quia dato, q̃ haberet aliquos cõtestes in fama, nõ tñ fama probata in casu nostro faceret semiplenam probationem, ex quo sumus in causa ardua, † quia in causa filiationis, quæ dicit 21
grauis & præiudicialis, qa agit̃ de statu hominis. l. placet. in fi. C. de ped. iud. & §. iudiciales. inst. de acti. & † in causis arduis fama non probat semiplenè, vt dicunt canonici in c. 1. extrà de ap- 22
pel. & suprà dixi. Præterea non bene probat famam, ex † quo non deponit, quòd publicè dice- 23
F retur per ciuitatem à maiore parte populi, nec quod audiuerit ab hominibus fide dignis, prout requiritur, vt per Bartol. in l. de minore. §. fi. ff. de quæst. Alex. cons. 3. super processu. in iiij. & cons. 153. & cons. 155. in v. vol. cum concord. per Decium cons. 133. Secundò, quia non probatur ista filiatio neque ab alio teste. Et hoc pluribus rationibus. Primò, quia deponit de fama, non plenè deponit, & obstant supradicta.

¶ Secundò, quia non deponit de confessione 24
G matris, talis confessio † non probat, quia facta absente patre, vnde non probat. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. etiam de iure canon. vt est verior conclusio, quia etiam de iure canonico non quæritur absenti nisi per certas personas, vt per Feli. post alios in prõe. Greg. in glos. in verb. seruus. † Tertiò, quia dato, quòd probaret, tamen confessio parentum non probat filiationem. vt not. in l. fin. §. fin. ff. de prob. & ref. in l. neque professio. C. de testam. & Salicet. in l. 25
1. in

nim prin. ff. de testi. Quartò, quia iste testis dicit, q̃ cõfitebatur Petrũ esse filiũ suũ, sed non specificat, nunquid intelligeret de isto Petro, vnde non ꝓbat de isto, vt per Bar. & Doct. in l. inter stipulãtem. §. si Stichum. in fi. ff. de verb. obli. Sed his nõ obst. in casu nostro, dico aliam partem esse de iure veriorem. Quòd imò probetur filiatio: & consequenter Petrus debeat succedere in dote, & in
26 bonis maternis. Et dico † quod probatur filiatio ex duobus capitibus. Primò: quia vnus testis deponit de confessióe materna extra iudiciali pluries reperita: quo casu iste testis facit semiplenã probationẽ saltẽ in terris ecclesię, in quibus seruatur ius canonicũ: de quo iure communis conclusio est: q̃ confessio absente parte plenè ꝓbat, per glo. super verb. & per te. in c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. per Fel. in c. si cautio. vers. fallit. 2. extrà de fi. instr. & idẽ tenet Cor. Perusinus cõs. 218. in 1. & in 2. & cons. 219. in 3. & istud tanto magis procedit in casu nostro, in quo asseritur pluries fuisse geminata, quo casu indistinctè ꝓbat, vt per Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. & Feli. in d. §. si cautio, in vltima limitatione, & sic infertur q̃ iste testis respectu istius confessionis facit semiplenã probationẽ. Alia semiplena ꝓbatio resultat ex dicto eiusdem testis, cũ deponit de fama: & habet contestem alium chirographarium respectu famæ, quæ facit regulariter semiplenam: vt per Bar. in d. l. de minore. §. fi. & sic debent iũgi, vt plenè probẽt: vt per Bal. Ias. Soc. in d. l. Gallus. dict. §. ille casus, & sic ex isto primo capite resultat plena probatio. Ex alio quoq; capite ꝓbatur intẽtio istius filij agentis: dum ambo testes deponũt, q̃ ista mater eum tenebat, & reputabat ꝓ filio suo legitimo: & naturali ex se & Imberto marito suo: & q̃ ita tenebatur palam publicè, &c. nam licet istę attestationes nõ ꝓbẽt veram filiationẽ, probant tamen quasi possessionem filiationis: & incũbit onus probãdi contrariũ parti aduersæ, aliàs filius debet obtinere: vt dicit Bar. in l. q̃ senatus. §. 1. ff. de lib. agn. Iacob. Butr. in l. quidam. ff. de prob. & per Alex. consil. 51, viso & discusso processu. in 2. volu. Fel. in cap. per tuas, extrà de probat. Et istam partem tenẽdo. Non obst. allegata in contrariũ. Et primo nõ obst. q̃ probatio famæ non est sufficiens, ex quo sumus in causis arduis, &c. Nam dico: quod quãuis causa filiationis sit ardua, tamẽ admittitur ꝓbatio famæ speciali ratione: quia probatio filiationis est valde difficilis. l. Lucius. ff. de condi. & demõst. per Bar. in l. 1. C. quor. bon. vnde admittitur probatio per famam, & licet sola fama non sufficiat: secundum Sal. in d. l. 1. ff. de testi. tamen facit semiplenam probationem, vnde debet cõiungi cum alia semiplena: vt suprà dixi. Itẽ fama in isto casu probat in effectu, licet non principaliter: quia
27 † per famam filius constituitur in quasi possessione, & transfert onus probandi in aliũ, vt dicit Alexã. in d. cons. 51. allegat Bar. in d. l. de minore. Secundo non obst. q̃ testes deponũt nõ bene de fama, ex quo non deponunt, quòd audiuerint à personis fide dignis, nec à maiori parte vicinię, &c. Quia ex quo deponunt ita esse fama publica precedente palam, publicè, notoriè, &c. satis ostendunt præsumptiuè, quòd audiuerint à
28 fide dignis, quia † præsumptio est, quòd inter tot homines, per quos fama constituitur, sint multi fide digni & honesti, vt dicit Bal. in l. ea quidem. C. de accusatio. refert & sequitur Are. cons. 73. &
29 † sufficit, q̃ dictum testis cõcludat præsumptiuè, vt per Bar. in l. ffi si cert. petat. Item istud tanto magis ꝓcedit in casu nostro in quo est verisimilis coniectura; super quam fundatur ista fama, videlicet, illud chirographũ, per q̃ probãtur sponsalia, & assidua cohabitatio & cõuersatio, vnde tali casu res adhuc fit clarior, vt ibi per Aret. Tertiò non obstat, quòd confessio matris non probat veram filiationem: quia istud est verum ratione constituendi filium in quasi proprietate filiationis, sed secus est ratione eum constituendi in quasi possessióe quod satis est in casu nostro, nisi pars aduersa probet contrarium, vt per Alex. d. cons. 51. & Ias. in d. l. neque confessio. Item posset fortè attentari, quòd imo esset etiam probata filiatio respectu proprietatis: quia dato, quod ꝓbetur matrimonium saltem præsumptum inter dictum Imbertum & Ioannam, & Ioanna tractauerit, & habuerit hunc in filium, certè hic ex prę- 30
sumit, q̃ habuerit ex marito. l. miles. §. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adul. Bal. in l. filiũ eum diffinimus. ff. de his q̃ sunt sui, vel alie. iur. Pau. de Castr. cõs. 175. super 1. videtur. Andr. Sic. cons. 97. in 1. & cõs. 58. in 2. cum si. Quartò non obst. q̃ † confessio ab- 31
sente parte non probat, nec cõiungitur, vt suprà dixi. Quia istud est verũ de iure ciuili, sed de iure canonico est secus, vt suprà dixi, alle. Fel. d. cap. si cautio. & Corn. in tribus cõsiliis. Nec obst. dicta per eũdem Fel. in prob. Greg. quia ibi loquitur, quoad acquisitionem: quia etiam de iure cano. alteri per alterum absenti non queritur, sed secus est in confessione, quę detegitur ea ineſſe deductam, & est fauorabilior: quia tẽdit ad probandũ, & † publicè interest ne ꝓbationes coangustẽtur. l. curent. ff. de testib. Bald. in l. spadonẽ. §. qui iura multa. ff. de exc. tut. Itẽ in acquirendo cessat æquitas iuris canonici. In confessióe enim quis tenetur illi stare, quia aliàs sequeretur peccatũ, quia fuisset mendax, quod non est in acquirẽdo. Quintò non obst. q̃ ille testis nõ specificet, se intelligere de isto Petro, &c. Quia potest dici, q̃ ꝓsumatur de eodẽ, quia pluralitas nõ prẽsumitur, de quo in l. omniũ. C. de testa. c. in præsentia. de proba. & firmat Bal. cons. 68. incip. cum appareat in 4. & dictum Bar. est verum ad cautelã, de qua per Ang. in tract. maleficiorum. in verb. Gaiũ Sẽpronij, vel melius debet iste testis ad tollendum omnes difficultates, specificare, quod intelligebat de isto Petro. Prætera ista obiecta tolluntur alia ratione: quia (vt dixi) satis est probasse, quod iste Petrus reputabatur ab eis, & publicè ab omnibus agnoscentibus eum, tãquam filius: nã ista probatio quasi possessionis est sufficiens ad obtinendam victoriã, vt dixi, & per Fel. in d. ca. per tuas. de proba. Præpo. in c. transmissæ, extra quę fil. sint leg. Sed adhuc remanet vna difficultas, quia supra feci fundamentũ in matrimonio prẽsumpto propter copulam, quæ dicitur esse secuta sponsalia, iuxta c. is qui fidem. de spons. & tamen nihil concludenter probatum est de ista copula. Sed respondeo, quòd cum iste Petrus agat ad bona materna, & consequenter matrimoniũ incidenter ꝓbare velit, satis est, † q̃ probet se habitũ, & tractatum ab eis, scilicet Imberto & Ioãna, pro filio legitimo & naturali, vt dicit Alex. in d. cõs. 51. ver. & sufficeret, & per Ang. in l. nõ ignorat. C. qui accus. non pos. & dictum Imbertum & Ioannam habitos, & reputatos pro viro. & vxore secundum formam traditam per Bar. in d. l. filium eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, & hoc modo filius obtinebit tam do- 33

BIU Cujas

34 tem, quàm bona materna, cũ † matri sit ꝓximior hæres ab intestato, l. 1. C. ad Orfic. cũ similib. Et hæc omnia saluo semper rectiore iudicio.

CONSILII VII. SVMMÆ.

1 *Emphyteosis ecclesiastica facta seruatis seruandis transit in quoslibet extraneos hæredes.*
2 *Emphyteosis ecclesia nõ transit in legitimatos, & quare.*
3 *Argumentum à feudo ad emphyteosim valet.*
4 *Ecclesia submouet bastardos ab hominib. tanq infames.*
5 *Ecclesia non intelligitur sensisse de filiis reprobatis.*
6 *Doctorum dicta debent intelligi secundum legem quã allegant.*
7 *Legitimatus non est amplius turpis persona & dicitur carere omni macula.*
8 *Legitimato possunt conferri omnes dignitates.*
9 *Legitimatus non laborat aliqua infamia iuris vel facti.*
10 *Ius franchandi transit in singularem successorem.*
11 *Exceptio hæc tua non interest, repellit agentem à limine iudicij & quomodo probatur huiusmodi exceptio.*
12 *Ex diuersis non infertur.*
13 *Differentia assignatio inter canonis solutionem inuestituram.*
14 *Inuestitura est contractus qui consensu perficitur.*
15 *In dubio pro possessore pronuntiandum.*
16 *Qui alieno vitio laborat misericordia dignus est.*



cium dicatur affectæ, & ligatæ manus ordinario collateri propter litis pendentiam. iuxta c. ij. vt lite peden. lib. vj. quando agitur, vt aliquis propter delictum amoueatur; & beneficium accusatori conferatur. Circa primum regula † est, quòd propter delictum nemo ipso iure à beneficio priuatur, nisi expressè à iure exprimatur. glo. in Clem. ij. in verb. suspensus. de vita, & hon. cler. c. fi. in gl. pe. de iur. patr. cum multis concord. per Fel. post alios. in c. ex parte, extrà de rescri. & ideo † à regula recedendum non est nisi fallentia expresse probetur secúdum gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Innò. in cap. præterea, de delict. Marhesyl. not. xviiij. Deci. in l. j. de reg. iur. & consi. viij. cum concord. de pirata autem nulla lex est, quæ ipso iure eum priuet: ergo nec nos hoc dicere debemus. Facit q; not. Felin. in c. ij. de rescrip. vbi dicit, quod † nullum crimen priuat ipso iure à beneficiis excepto, crimine hæresis, & symoniæ. & ante eum idé tenuit Anch. consil. cc. cũ j. vltra alia cũ similibus. Imò fortius † pirata nõ est ipso iure excõmunicatus, nisi quãdo spoliat eos qui iã naufragiũ fecerũt, vt est casus vbi oẽs notãt in cap. iij. extrà de rapt. & ideo Romani pontifices secundũ Hostie. ibi solẽt semel in anno eos excõmunicare in cœna Domini, quod non esset faciendũ si ipso iure essent excõmunicati. Nec obstat, quod pirata, non videatur esse alius, quàm assassinus maritimus: ergo in eo debet habere locũ tex. in ca. pro humani. extrà de homicid. lib. vj. Quia respondeo, quod ille text. † non considerat vim vocabuli, sed effectum, videlicet eum, qui pretio accepto aliquem occidit, & inter † piratam & talem sunt multæ differẽtiæ. Prima est, quæ colligitur ex d. c. iij. de rapt. vbi pirata non est ipso iure excommunicatus, & tamẽ assassinus sic. d. c. j. Secunda est, quia assassinus principaliter sæuit in personas: pirata verò principaliter sæuit in res & bona, & si posset rem habere absque occisione personæ, libenter facit, & pretio redẽptionis contentus est, vnde apparet † quanto execrabilior sit assassinus: argumento l. iustissimè. ff. de ædil. edicto. Tertia est, quia pirata transcurrit † mare, quod nemini subiicitur, & iure gentium cõmune est: vt dicit Bald. in rubri. ff. de rerum diuis. Iaso. in l. ex hoc iure versiculo, eodẽ modo Veneti. ff. de iust. & iur. & facit l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. sed assassinus delinquit in terra subdita aliis & contra leges territorij. vnde in assassino nemini subdito, fortè non procedit tex. in d. c. j. de homicid. vt tenuit Archi. & Ioan. And. ibi in addit. glo. in verb. formidates, & quicquid sit † minus delinquit, qui in mari delinquit, in quo iure gentiũ vtitur, & nulli legi subiicitur. Quarta est, quia assassinus ex indiciis & ex tuto occidit, pirata certat, & se in maiori periculo ponit, vnde mitius punitur, vnde etiam videmus quod † mitius punitur raptor, quàm fur, secũdum Ang. Aret. in §. ex maleficiis. insti. de actio. Quinta, quia videmus, quod nemo est tã immanis qui tolleret assassinos: & tamen piratæ, dummodo non sint hostes, tolerantur à principibus, & maximè hic in Gallia, imò fuerunt gentes, & nationes, quæ publicè piraticam exercuerunt, vt Cilices & Isauri, non tamen hoc reperitur de assassinis: fortius refert S. Augustinus in libro de ciuitate Dei, quod cũ quidã archipirata captus adductus esset ad Alexandrũ Magnũ. Rex eũ interrogauit, cur mare infestaret; cui ille, cur tu Rex orbem terrarũ: sed quia ego id parua nauĩ facio, pirata vocor, tu quia magnis classibus, diceris Imperator. Ex his apparet multas esse differentias inter piratam & assassinum. Vnde etiam si non essent in effectu, tamẽ cum ex communi † vsu loquendi aliter vnum appellemur, aliter alium, apparet, quòd habetur pro diuersis: l. si idem. C. de codicil. & dispositio. d. c. j. quæ est † pœnalis in vno loquens, non debet ad alium trahi. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. & quod not. Bald. in l. transigere. C. de transact. vbi dicit quod † si statutum dicit, quòd de furto non possit fieri concordia, poterit fieri de raptore stratæ; & ita aduocari practicant: secundum eũ melius facit quod notat idem Bald. consilio cclxxxiij. in v. vbi dicit, quòd ille text. in d. c. j. loquens † in assassino occidente propter pretiũ non habebit locum in eo, qui occidit sub spe æqui quẽ existimet fore, vt sibi donetur à mandante: argumento cap. odia. de reg. iur. in vj. mouetur etiã aliis rationibus de quibus per eũ. Et hoc tenendo, non obstãt quæ in contrarium allegãtur. & primò glo. Hieronymi in Prœmio Bibliorũ, quæ in vers. captus à piratis. interpretatur, maritimis assassinis. Respõdeo primo, illa qualitas, maritimis, arguit, quod non sint propriè assassini, vt per Bartol. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. † quod enim profertur per adiunctum, arguit non esse propriè tale. Secundo dicit quod tex. in d. c. j. de homicid. nõ loquitur simpliciter in assassino, sed in eo assassino, qui mandatum occidendi, vel dederit vel susceperit: quod nõ verificatur in pirata, qui ad spolium rerũ anhelat, non ad mortem. Tertio dicitur, quod illa gloss. nõ est † Hieronymi qui numquã vsus est verbo assassini, quod non est Latinum, sed sumptum de fæce vulgaris sermonis. & illa glossa, in rebus ad ius ciuile spectantibus nullam facit fidem secundũ cõmunem doctrinam, de qua in l. j. ff. si cer. petatur.

Non obstat secundũ, dũ dicitur, aut iste domino nauis seruiuit pretio, † & cùm per pretium deliquerit in Christianos dicitur assassin⁹ d. c. j. & per Ang. & Alex. in l. j. §. fi. ff. de eo, per quem factũ erit. aut seruiuit vt illi gratificaretur, & tunc idem. c. cũ etenim. extrà de re iud. Respondeo, neutrum caput istius argumenti est verum. Primum non est verum, quia vt quis sit assassinus, qui comprehendatur in pœnis dicti ca. primi. oportet non simpliciter quòd delinquat, per pretium, quia etiam milites hoc modo essent assassini, sed quòd suscipiat mandatum occidendi hominem pretio conuento, quod non facit pirata, qui potius quærit bona, quam mortem personarum, vt suprà dixi. Secundum caput non est verum: † quia minus delinquit, qui per gratiam peccat, quàm qui per pretiũ, vt dicit Bart. in l. Cicero. ff. de pœnis, & † quod talis non dicatur assassinus consuluit Bald. cõsil. cclvj. in ij. & d. consi. ccclxxxiij. in v. Non obstat tertio, quod † piratæ sint ipso iure diffidati, sicut & assassini. aut. naui. vbi Bal. & Sali. C. de furtis facit l. prouinciarũ. C. de feriis. l. fi. C. ad l. iul. de vi. vnde possunt offendi in persona, ergo & in bonis sicut dicimus de hæreticis. in cap. j. de hæret. in vj. maximè cum æquiparentur † hostibus fidei. d. c. j. & facit c. excommunicamus. de hæret. lib. vj. Respõdeo, † lex ciuilis non ligat clericos, vt habetur in ca. quæ in ecclesiarum. extrà de constit. vnde clericus † pirata à lege canonica puniatur secundum dispositionem d. cap. iij. extrà de rapt. & cap. quod in dubiis. extrà de pœnis. non autem habetur pro hoste vel diffidato: quia episcopus eum debet punire in foro suo secundum legem suam, nõ autem secundum legem ciuilem. cap. cum non ab homine. extrà de iudi. Et istud maxime procedit respectu beneficiorum, † quod quis a se abdicare non

poteſt, niſi in manu ſuperioris eccleſiaſtici reſignet.ca. admonet. cap. quod in dubiis. de renũt. vel per legem canonicam eis priuetur iuxta c.felicis.de pœnis.cùm ſimilibus. vnde lex ciuilis quo ad beneficia,non poteſt eos habere pro pactis: & ideo concludo in hoc puncto piratam ipſo iure cenſeri priuatum beneficio.Circa ſecundum punctum breuiter concludendo,dico collationem per ordinarium factam valuiſſet non obſt. tex. in dict. c. ij. vt lit.penden. Primò,quia tex. ſolum inhibet ordinario, quando ſuper beneficiis litigatur,pon-
25 dero dictionem † ſuper, quæ denotat ius in re,vt dicit Bartol. in l.fundus quem.ff.de anu.leg.Fran. Crem.ſingul. xlv. cum ſimilibus. Secundò, pon-
26 dero verbum,†litigatur,quod gloſ. remittendo ſe ad cap. j. eius tituli interpretatur, quando res eſt litigioſa: quia agens prætendat ſe dominum.iuxta auth. litigioſa. C. de litig. & aliud eſt rem eſſe litigioſam; aliud actionem. l. iij. vbi Bart. C. de litig. Tertiò, quia is, qui agit, vt quis priuetur & beneficium ſibi conferatur ante priuationem,non habet ius aliquod reale.glo.c. veniens. de renunt.
27 nec propter mandatum † de conferendo beneficium dicitur affectum,quominus ordinarius poſſit conferre.cap.dilectus. ij. de præben. niſi mandatum fuerit intimatum ordinario. cap. ſi ſoli. de poſſ.præb. lib. vj. vel in mandato ſit clauſula decreti. c. eod. tit. Quartò, quia hoc in terminis tenuit Rota, deciſ.vlti.in titul.vt lit. pend.in nouis. & idem etiam domini capellæ Toloſanæ, deciſ. cccxxxvj.&eſt ratio,quia etiam hoc caſu per mortem talis,dicitur lis finita, nec poteſt amplius de eo quæri, ſecundũ Felin.in ca.in noſtra.in xxxvij. corollario.verſ.cæterum quãdo. vnde neſcio quis viuentium ſit tantæ auctoritatis,qui auderet contrarium dicere, & ſe auctoritati domi.de Rota præponere : cùm nullum habeant contradicentem. Nec obſtat gloſſ.in d.c.ij.in verb.finita.in fin. quia ibi petitor non ſolùm agebat, vt ille ab eccleſia remoueretur, ſed petebat ſibi aſsignari: quia ad ſe ſpectabat, & prætendebat ius in re: quia hoc im-
28 portat(propriè loquẽdo) verbum,† aſsignari, id eſt, tradi ei,qui iam ius habet l. item legato. §. itẽ intereſt.ff.de leg.iij.ibi quæ emerat,necdum tamẽ aſsignauerat.& ita intelligit ibi Peruſ.dum loquitur
29 de traditione poſſeſsionis: & licet verbum, † ſpectare, lãrgè intelligatur etiam de eo quod per actionem perſonalem ſpectat.l.verbum pertinere. ff.de verb.ſignifica. tamen in caſu noſtro non ſpectabat aliquo modo,quia adhuc collatũ non erat, & reo priuato, potuiſſet adhuc petitori beneficiũ
30 non adiudicari,vt ſi fuiſſet inhabilis,† glo. illa debet intelligi, vel quando beneficium ipſo iure vacabat, vel quando ius iam erat in petitore, quod non erat in caſu noſtro.Item quando ſuper beneficio principali litigaretur, & in conſequentiam deduceret delictum,per ea quæ not. Bart.o.in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.quod ſecus eſt in caſu noſtro:in quo ſuper iure beneficij nunquam li-
31 tigatum fuit.† vnde nullo modo poteſt dici litigioſum,vt infrà dicam.facit quod not. Lap. Dom. & Peru.in d.c.ij. in iij. not. vbi ſi acceſſoriè litigatur ſuper beneficium, non procedit diſpoſitio d.c.ij. & non impeditur collatio ordinarij. c. dudum. ij. de elect. c. j. ibi per Archid. & Ioan. And. ſecus, ſi principaliter. Non obſtat notata per Gemin. in conſi. cv. ad ſupplicationem:quia in caſu ſuo petitus poſt litem motam renuntiauerat: vnde non potuit in fraudem petitoris cedere: ſecundum Bur.conſilio xliij. in fin.& Feli.in dict. cap. in noſtra. loco ſuprà alleg. & meritò lis dicitur pendere:cùm poſſeſſor dolo egerit ne penderet. ſed in caſu noſtro nulla eſt fraus: quia iſte mortuus eſt. Et licet doct.in c.per tuas. j. de ſimonia. dicant talem litem. vt quis priuetur † eſſe ciuilem, cum ta-
32 men dependeat ex verificatione delicti,reo extincto,extinguitur,ſi ordinarius alteri conferat,vt dicit Rota in loco ſuprà alleg. & ſentit gloſ. in dict. c. ij.cum beneficium non cenſeatur affectum. d. c. veniens.& dict.cap. dilectus.ij.vt ſuprà dixi. Non obſtat, quod ſi eadem ratione detur nouus collitigator ſuperſtiti in caſu noſtro, quia reſpondeo quòd imo non eſt : cum iſte ſuperſtes non habeat ius in re, & nulla lis fuerit ſuper beneficio,ſed ſuper delicto tantum. Non obſtat, quòd iſte petitor ex dicta conceſsione dicatur habere ius ad rem: cum beneficium ſit ſibi debitum. clem. gratiæ. de reſcript. cum ſimilibus per Felin. in dict. cap. in
33 noſtra. reſpondeo, quòd tale † ius eſt debile, & à remotis, nec facit beneficium litigioſum, cum tamen vt habeat locum text. in d. cap. ij. requiratur lis ſuper beneficio.& quod beneficium ſit litigioſum vt ſuprà dixi. facit, quia videmus, quòd quamuis agatur actione perſonali vt res detur, quo caſu etiam res poteſt dici ſpectare actori. d. l. verbum pertinere. in fine. non tamen propter hoc
34 res fit † litigioſa, ſed actio tantum. vt per Bar. & doc. in l. lite pendent. C. de litig. & ideo non impeditur alienatio eius rei in alium.l. fina. C. eod. tit. ergo idem in caſu noſtro.Facit ſimile de l.quotiens. C. de rei vendic.vbi poſterior † emptor, cui
35 res tradita eſt potior eſt in dominio rei : nec primus emptor habet aliquod ius contra eum, ſed ſimpliciter poteſt agere actione perſonali ad intereſſe contra venditorem qui non debuit tradere ſecundo. Sed in caſu noſtro nulla eſt culpa ordinarij,qui conferendo,vſus eſt iure ſuo,& cui mandatum non fuit intimatum. d.c. ſi ſoli. de conceſſ. præb.lib.vj.& ex iſta ratione tolluntur omnia cõtraria,ſi quis bene conſideret. Non obſtat, quod †
36 tex. in d. c. ij. maximè debet intelligi in eo, qui proſequitur mandatum ſimplex de prouidendo: reſpondeo quod eſt verum in mandato ex quo res redderetur litigioſa,puta quãdo mandatum fuiſſet,quo id ius exequutum, vel reus ipſo iure fuiſſet priuatus : alioquin ex mandato ex quo ſõlum poteſt implorari officium iudicis,vt cõferat,quod habet inſtar actionis perſonalis,non eſt credẽdũ beneficium litigioſum,maximè ante imploratione dicti officij iudicis,vnde nullo modo in caſu noſtro poteſt dici litigatum ſuper benefrcio. vnde non militant verba,nec ratio dicti textus. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

CONSILII XII. SVMMÆ.

1 *Recognitione emptores teneri.*

2 *Recognoſcens rem propriam in emphyteoſim vel cenſum ab alio niſi expreſſè conſtet quod iſtam recognitionem facit ſciens rem eſſe ſuam, & volens transferre ius in alium, præſumitur recognitio per errorem facta & quomodo hoc dictum intelligatur.*

3 *Confeſsio non acceptata non præiudicat confitenti quia requirit multaneum conſenſum.*

4 *Eccleſia licet ſit priuilegiata vt in ea tranſeat dominium abſque aliqua traditione : hoc tamen intelligitur quando contractus acceptatus eſt & non aliter.*

5 *Reuocatio tacita & expreſſa parificantur.*

6 *Bona fides præſcribentis non requiritur ad hoc vt præſcribatur iuri quærendo.*

7 Præla

7 *Prælatus solus potest præiudicare ecclesiæ in iure quærendo, secus vero in iure quæsito.*
8 *Laici quandoque simulant se habere bona allodialia ab ecclesiis vt euitent onera.*
9 *Liber anniuersariorum ecclesiæ non facit probationem quando tractatur de graui præiudicio.*
10 *Liber censualis ecclesiæ in Archiuo publico conseruatus sub custodia officialis, fidem facit.*

VISA contingentia facti, & quæstione proposita vertente inter nobiles de Belucis, & ecclesiam Iorchacherij. videretur prima fronte dicendum iustiorem esse causam dictæ ecclesiæ. Cum † enim appareat Ambrosium Mosehini bona, de quibus agitur, recognouisse sub directo dominio dictæ ecclesiæ, à cuius hæredibus dicti fratres causam habuerunt, necessariò sequitur, vt quælibet probatio, quæ aduersus ipsũ Ambrosium concluderet, etiam sit efficax aduersus istos emptores, vt per Bar. in l. si mater. §. fina. ff. de except. rei iud. in l. qui superatus. ff. de pign. per Soci. consil. xiij. in iij. volum. Quod autem illa recognitio probaret aduersus Ambrosium, sic deducitur, quia licet doct. dicant, quòd quando quis recognoscit † rem propriam in emphyteusim, vel censum ab alio, quòd nisi expresse consteret, quòd istam recognitionem fecit, sciens rem esse suam, & volens transferre ius in alium, præsumitur recognitio per errorem facta, secundum Spec. tit. de locat. vers. an quis soluens. per Alex. consil. lxviiij. in v. vol. & quod notat Bart. & doc. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. possess. Raph. Cõ. consil. clxv. tamen istud intelligitur, quando constaret rem antea fuisse recognoscentis: aliàs, & non constito illa recognitio facere præsumi, quod dominium esset illius, qui recognoscitur, nisi probaretur contrarium secundum doctr. Bar. in l. cum falsa. vers. quid si confiteor. C. de iur. & fact. ign. Bald. in l. si certis annis. C. de pact. Raph. Com. cons. clxxxvij. in fi. Guid. Pap. in decisio. Delphin. quæstio clxxij. per totum, cum concordant. per Iaf. in l. ij. in xvj. q. C. de iur. emphyt. & quod nota. Felin. in cap. cum Bertoldus. extrà de re iudic. & ideo in proposito casu videtur dictam ecclesiam habere fundatam intentionem. Sed tamen his nõ obstantibus in proposita quæstione, sentio contrarium duabus rationibus.

Prima est, quia non apparet quòd ista confessio fuerit vnquam acceptata per agentes, pro dicta ecclesia, vnde succedit communis conclusio, quòd confessio † non acceptata non præiudicat confitenti, quia requirit simultaneum consensum, secũdum Cyn. in lege vnica. in vj. quæstio. C. de confes. & ibi Salic. in xv. opp. & in lege generaliter. in vj. quæst. C. de non nume. pecu. cum concordan. per Iason. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. in l. postquam liti. C. de pact. Feli. in cap. si cautio. de fid. instrumen. & in c. capitulum. de rescrip. & est diffusum consilium Franc. de Cur. consilio lxxvij. incipiente super articulo. & istud maximè in casu nostro debet attendi, in quo apparet nunquam factam fuisse aliquam solutionem, nec ecclesiam acceptauisse, maximè tam longo tempore quadraginta annorum, & clarum est, quòd licet ecclesia sit priuilegiata vt in eam † transeat dominiũ absque aliqua traditione l. fin. C. de sacrosanct. eccles. tamen istud intelligitur quando contractus acceptatus est, & non aliter. secundum Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. cum quo transeunt ibi scribentes, & Bal. in l. cum à socero. circa finem. C. de iur. dotium. & si ecclesia vellet nunc acceptare, non posset; tum quia confessio censetur reuocata per actum venditionis de re tãquam libera. argumento notatorum, per Bart. in l. gerit. vers. si verò non poterat. ff. de acquiren. hære. Alex. cons. xciij. in ij. quæ reuocatio ante receptionem potest indistincte fieri, secundum Rom. Aret. & Andr. Sicul. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. & paria sunt siue † quis expresse reuocat, siue tacitè. l. cum quid. ff. si cert. pet. & facit l. rem legatam. in fi. ff. de ad. leg. & quæ habentur per moder. in l. qui post. C. de legatis. Tum quia obstat præscriptio, quæ currit aduersus ecclesiam: nam cum ecclesia non acceptauerit, non potest dici aliquod ius illi esse quæsitum, & ideo currit præscriptio, nec præscribens potest dici esse in mala fide, prout declarat Petr. de Ancha. in ca. fine possessione. de reg. iur. in vj. dicens ita consuluisse Bald. & reperio quòd Bal. in cons. xij. lib. j. ita tenet, vbi concludit, quòd ad hoc, † vt præscribatur iuri quærendo, non requiritur bona fides perscribentis. l. licet. C. de iur. delib. idem tenuit Soci. consi. lxiij. vers. præterea. in j. vol. Balbus in tract. præscrip. in iij. parte principali. quæst. xiij. in fin. vbi per hoc limitat regulam capituli finalis. extrà de consti. & facit quia aliàs videmus quod solus † prælatus potest præiudicare ecclesiæ in iure quærendo; licet secus sit in iure quæsito. glo. xvj. q. vj. c. fin. cano. in c. j. de dolo, & contu. Iaf. in l. legatum. in fi. ff. de leg. j. vnde eodem modo præscriptio facilius habebit locum in iure nondum acceptato: quia adhuc non dicitur ius ecclesiæ. l. pretia rerum. ff. ad leg. falci. & ista opinio est valde probabilis, attenta communi obseruantia, quia non solent ecclesiasticæ personæ. tam de facili permittere, quòd quis non soluat, & debitores non interpellare, vnde verisimilius est, illum contractum fuisse simulatum, attenta possessione pacifica tanti temporis: argumento not. per Bar. in l. post contractum. vers. tertio præsumitur. ff. de donat. maximè cum quandoque † laici ad euitanda onera, etiam bona allodialia simulant se habere ab ecclesiis. l. sacrosancta. in fin. C. de sac. sanct. eccles. Secunda ratio est, quia dicta recognitio non videtur quòd possit bene probari: cum enim in protocollo notarij non reperiatur aliqua nota de ipso, redditur probatio ipsa valde dubia, & suspecta. §. fi. in auth. de tabel. maximè cũ non appareat aliquod instrumẽtum expletum, & redactum in mundum, quo casu dicitur nullũ originale subesse, & ideo fides deficit, secundum Bal. in rub. C. de fide instrumentorum. vers. secundo quæro. Nec obstat, quod reperiatur † exemplum istius recognitionis in libro anniuersariorũ dicti capituli dictæ ecclesiæ: quia cum tractetur de graui præiudicio istorum, ille liber non facit probationem in eorum præiudicium, secundũ do. Abb. post alios. in cap. cum causam. extrà de prob. Facit lex censualis. C. de dona. per glo. in auth. de tabel. §. nos autẽ. in verbo, iniungentur, Spec. in titul. de instru. edict. §. postquam. vers. sed nunquid. Bene fallit, quod si iste † liber esset censualis ecclesiæ conseruatus in archiuo publico. inter authenticas scripturas sub custodia officialis, & contineret solutiones multorum annorum quod tunc, istis cõcurrentibus, faceret fidem, & ita procedunt quæ latè posuit Feli. in cap. ad audientiam. vers. x. conclusio. extrà, de præscrip. & in ca. cum Berto. de re iudicata. cum similibus: quæ cum proponatur nõ esse in casu nostro, meritò instrumentum deficit in

fide. Et ex istis duabus rationibus satis apparet allegatum in oppositum prædictis fratribus non obstare, Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XIII. SVMMÆ.

1 *Dictio quàm in hac clausula posita, videlicet promitto nõ accipere aliam vxorem quàm filiam, quid operetur.*
2 *Libertas est res fauorabilis.*
3 *Matrimonium est res fauorabilis.*
4 *Verba sunt de forma matrimonij inualente loqui.*
5 *Copula, si sequatur sponsalia, præsumitur secuta in executione matrimonij.*
6 *Delinquens semel præsumitur in eodem genere delicti deliquisse.*
7 *Quis perseuerare præsumitur in eadem intentione in qua prius fuit, nisi expressè contrarium probetur.*
8 *Vita transacta ostendit quid de subsequenti conuersatione præsumamus.*
9 *Confessioni partium, asserentium copulam non interuenisse animo contrahendi matrimonium, standũ, quando aliter non constat de matrimonio.*
10 *Verbum promisi declar.*
11 *Confessio absente parte non inducit probationem in causa matrimonij.*
12 *Consensus vtriusque partis requiritur in contrahendo matrimonio & sponsalibus.*
13 *Verba, promitto non accipere aliam in vxorem quàm N. prolata per maritum per verba de præsenti, nullo alio interueniente, constituunt matrimonium.*
14 *Promitto quod non accipiam aliam in Vxorem quàm N. quia verba sunt concepta de futuro non constituitur matrimonium.*
15 *Interpretatio in dubio fieri debet pro matrimonio, vt potius sit contractum quàm aliter.*
16 *Tex. in l. Titia. §. fi. de manumiss. testam. declar.*
16 *Venditorem vendere vt statim retroemat, non est verisimile.*
18 *Verba non sunt de forma matrimonij secundum magis communem.*
19 *Consensus nuptias facit.*
20 *L. Requirens consensum satisfacta est si interueniat taciteè per coniecturas vel nutu.*
21 *Nemo præsumitur voluntatem mutare quomodo intelligatur.*
22 *Verba indecentia matrimonium purgant omnem culpam præcedentem.*
23 *Præsumptio verisimilis est quod potius secuta sit copula vt confirmaretur matrimonium quàm aliter.*
24 *Fauorabilior interpretatio attendenda est.*
25 *Consuetudini, & vsui loquendi standum est.*
26 *Ad patrem pertinet contrahere sponsalia & tradere filiam nuptui.*
27 *Ignorantia regulariter præsumitur, fall. in coniuncto in his quæ verisimiliter solent scire coniuncti.*
28 *Scientia filiarum quod Pater velit eas tradere nuptui arguit consensum.*
29 *Copula secuta post contracta sponsalia inducit matrimonium.*

CASVS isto, de quo interrogatus sum, magnam præ se fert æquitatem, & propterea quamuis satis ordinaria lectione oppressus. decreui pro iustiore causa aliqua scribere. Et breuiter agendo, videretur prima facie pronuntiandum esse contra do. Ioãnam bonam pluribus rationibus. Et primo, quia illa verba gallica, *ie promesta sire Francois Bon, de ne prendre autre femme que sa fille.* id est, Promitto d. Francisco nõ accipere aliam vxorem. quàm filiam suam, &c. Incipiunt à negatiua. vnde illa † dictio, quàm filiã suam, ponit habitum, & potentiam, non actum. l. Titia. §. fi. ff. de mã. test. quæ lex loquitur in † libertate, & sic in re fauorabili, † sicut etiam est matrimonium, & pro eadem sententia facit tex. in l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de act. empt. & est doctrina Bart. in l. actione. C. de transact. & tex. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & in terminis, videtur hoc decidere Ant. de Butr. in cap. ex parte. extrà de sponsa. Secundò facit, quia etiam dato, quòd illa verba importarent matrimoniũ de præsenti, tamen istud nõ potest procedere in casu nostro, ex quo ipsa erat absens, nec interuenerũt verba ipsius acceptantis. vnde matrimoniũ nõ potest dici contractum. & istud in terminis, tenet Specu. in tit. de sponsa. in prin. ibi, secus autem esset. & facit, † quia in valente loqui, verba sunt de forma matrimonij. c. tunc. vbi Inno. extrà de sponsa. & firmat Lud. Rom. & Alex. in l. j. ff. de verbo. obligat. Tertiò corroboratur etiam dato, quod aliàs suprascripta verba inducerent matrimoniũ, secuta copula. arg. c. is qui fidem. extrà de sponsa. certè istud ideo est, quia cum præcesserint sponsalia, si sequatur † copula, præsumitur secuta in executione matrimonij propter præcedentia sponsalia. Sed in casu nostro, quamuis subsequuta sit copula, potest capi alia præsumptio, videlicet, vt subsequuta sit eo modo: & ea intentione qua prius. Et sic animo committendi stuprum, prout apparet ex protestatione prius facta per ipsam mulierem. & istud suadetur, tum † quia semel delinquens, præsumitur in eodem genere delicti deliquisse. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. & regula semel malus. de regu. iur. lib. vj. tum quia præsumitur † quis perseuerare in eadem intentione, in qua prius fuit, nisi expressè probetur contrarium. l. eũ, qui. ff. de probat. & l. sancimus. vbi mod. in iij. not. C. de testa. & † ex transacta vita cognoscimus, quod de subsequenti conuersatione præsumamus. c. mandata. & c. cum in iuuentute. extrà de præsumpt. & quod dicta protestatio probet contra illam, præsertim accedente consensu adulteri acceptantis, non est dubium, ex quo statur † confessioni partium asserentium copulam non interuenisse animo contrahendi matrimonium: quando aliter non cõstat de matrimonio. c. j. & ij. de cland. de spon. c. super eo. & ibi nota, extrà de eo qui cogn. consangui. vxor. sue. & præsertim si protestatio esset iurata: vt per Bar. in l. si quis. C. depos. & Gui. Pap. quæ. ccxliij. incip. quispiam. vers. facit quod dicit Bart. & ista acceptatio cum protestatio sit in scriptis, potest etiam ex postfacto fieri, vt per Bart. in l. nuda. ff. de dona. Fel. in c. si cautio. de fide instru. Quartò confirmatur, quia ista conuentio fuit facta cum patre istius puellę ipsa absente, vnde sic arguitur. Aut illud verbum gallicum, *Promest* respicit præteritum, id est, promisi, & ista non esset conuentio, sed confessio, † absente parte, quæ non inducit probationẽ etiam in causa matrimonij, vt concludit Alex. consi. clij. in v. vol. & in consi. cliij. eo. vol. & Fel. in prœmio Greg. vbi se corrigit: quia contrarium tenuerat in c. si cautio. de fid. instr. in secunda fallentia aut interpretatur de præsenti. Et adhuc † non contrahitur matrimonium neque spõsalia, ex quo requiritur cõsensus vtriusque. l. nuptias. ff. de reg. iur. l. hæc ita. ff. de sponsalib. Sed in casu nostro nõ constat, quod quando interuenit copula, dicta puella habuerit notitiam illius conuentionis, neque eam ratificauerit. Ergo non possumus quicquã præsumere de sponsa. neq; de matrimonio, vt dicit Bal. & Fulg. in d. l. hæc ita. Et ex his redditur

præsens

præsens casus satis dubius. His tamen non obst: magis inclino in contrariam partem, quod imò censeatur probatum matrimonium. Pro cuius conclusionis fundamento aduertendum est ad duas conclusiones. Nam aut per verbum de præsenti: dictum est per maritum, † 23
Promitto non accipere aliam in vxorem quam, &c. Et isto casu omnes tenent esse contractum matrimonium de præsenti, etiam alio non interueniente, vt etiã tenet Spec. & Io. And. in d. tit. de spõs. in prin. Car. Ant. de But. Abb. & præpos. S. Ambrosii. in d. c. ex parte. Aut verba sunt concepta de futuro, puta: 24
† *Promitto quod non accipiam aliam in vxorem*, &c. Et isto casu Ant. de But. tenuit non esse contracta sponsalia, nec matrimonium, per tex. in d. l. Titia. §. fin. Tamen contrarium tenuit Abb. ibi, & alii, & And. Sic. consi. vj. in j. volum. & est communis opinio: vt attestatur Præpos. & etiam Philip. de Perus. in d. c. ex parte. & in casu quo sequatur copula, ista conclusio communis est etiam indubitata, & eam firmat consulendo Alex. consi. clii. in v. vol. In casu ergo nostro clarissimè resultat conclusio, illa verba si fuissent habita cum ipsa Ioanna, importare matrimonium, tũc quia de præsenti, *ne prendre*, &c. tum quia est sequuta copula, tum etiam quia dato verunq; cessare tamen adhuc cõmunis opinio est, per illa verba, *Promitto, quod non accipiam*, &c. contrahi matrimonium de præsenti. Nec ob. d. l. Titia. §. fin. Quia respondetur secundum Præpositum in d. c. ex parte. & cum ista verba in hoc contractu sint 25
dubia † debet fieri interpretatio pro matrimonio, vt potius sit contractum, quàm aliter. c. fi. extra de re iudi. &c. videtur. cum ibi no. extrà, qui mart. ac- 26
cus. poss. † Sed in casu d. l. Titia. ibi eramus in vltima voluntate, in qua verba in dubio respiciunt futurum, & important conditionem, vt ibi declarat solennis doc. Io. Maria Vimin. & differentiam inter contractus & vltimam voluntatem. In hac materia etiam constituit Bart. in d. §. qui iniuriarum. per tex. in lege, quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demon. Præterea & secundo ad illam tex. potest responderi, prout aliàs dixi, dando illi nouum intellectum Paradoxorum lib. v. c. iiij. Nec etiam ob. tex. in d. l. si sterilis. §. si tibi fundum. Quia potest. responderi pluribus modis. Sed inter alias ista responsio plus placet. nam ibi venditor primus, quando vendidit sub hac conditione vt 27
emptor † nulli alii venderet quàm sibi, videtur tacitè egisse, non statim retro emere: quia non statim retro emeret, vt in simili not. Bar. & Alex. in lege, si pœnam. ff. de verb. obligat. & quod not. Modern. in l. virum. ff. si cert. pet. dum declarant l. iij. §. si pervenditorem. de act. empt. & ibi fumus in casu claro, quando coniecturam inducunt, ne actus videatur de præsenti celebratus, quod non est in casu nostro. Non obstat, quòd verba ipsius Ioannæ non interuenerint: prout voluit Specul. in d. tit. de sponsa. quia respond. quod magis communis opinio est contra Inn. & Specu. quod imò verba non 28
sunt † de forma matrimonii: sed sufficit consensus etiam tacitus, prout tenet Abb. & Præpos. post, in d. cap. tuæ. de sponsa. & facit l. nuptias. ff. de reg. 29
iur. vbi † nuptias consensus facit. certum est autem 30
quod vbi † lex requirit consensum, satis est, si interueniat tacitè per coniecturas, vel nutu lege ij. §. voluntatem. ff. solut. matr. iuncta lege, fi. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. & per Abb. in ca. vestra. de locato. Angel. in lege, j. §. Marcellus. ff. sicut plus quam. per leg. falcid. quidquid dixerit Aret. in dicta lege, ij. §. voluntatem. Non obstat tertium dum dicitur, quod si sequuta est copula, præsumitur sequuta eo animo, quo aliàs contracta fuerat, & sicut animo stuprum committendi. argumen. dicta lege, non omnes. §. à barbaris. & item argum. lege, eum, qui. ff. de probat. cum similibus. Nam respondeo, quod † quamuis 31
non præsumatur quis mutare voluntatem, istud est verum, rebus sic stantibus, vt declarat Decius, in ca. j. in ij. not. extrà de iudic. & melius probatur ex no. per Bar. in lege, in confirmando. ff. de confir. tut. Vnde in casu nostro cum interuenerit illa promissio, quæ de se inducit matrimonium, vt suprà concluси, cessat præsumptio durantis voluntatis, imò potius præsumitur secuta noua copula ad corroborandum matrimonium. dict. ca. is qui fidem cum similibus. Et ex hoc etiam tollitur argumentum de regula, semel malus: quia 32
† propter verba inducentia matrimonium, purgatur omnis culpa præcedens ca. tanta. qui fil. sint leg. & facit text. in cap. ij. in fin. de consecr. distin. iiij. vbi sequuto sacramento, quod ex cõcupiscentia est factum, aboletur, & quasi factum non sit, habetur, & est verisimilis præsumptio, quod potius † sequuta sit copula, vt confirmaretur matrimonium; 33
tum per regu. l. merito. ff. pro soc. tum etiam quia † 34
istud est fauorabilius: vnde potius est attendendũ. Bart. in l. cum seruus. ff. ad l. falcid. & hoc modo filiis est magis consultum, quorum legitimationes respectu ipsorum, lex amplectitur. l. ab Anastasio. C. de natural. libe. & etiam sic tollitur scandalum. cap. lator. de re iudic. Non obstat vltimum fundamentum, quia illa verba, *Promez*. secundum consuetudinem idiomatis Gallici intelliguntur de præsenti: non de præterito, & huic † consuetudini stan- 35
dum est. l. Labeo. ff. de supp. leg. & dato, quod etiã respicerent præteritum, & sic esset confessio, tamẽ adhuc probarer respectu filiæ absentis: per gloss. in cap. quoties cordis oculus. j. q. xxvij. & est communis conclusio, de æquitate canonica, vt per cõcord. per Felin. in d. c. si cautio. extrà de fi. instr. & Mod. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Cor. consi. cxiij. in j. & consi. ccxv. in ij. & cons. ccxj. in iij. quicquid dixerit Alex. in d. consi. clij. nec Felin. in dicto proœmio se corrigit, quoad hoc. Præterea non potest dici facta, parte absente, cũ sit facta ipsi patri acceptanti, † ad cuius officium pertinet, & cõ- 36
trahere sponsalia, & tradere nuptui filiã l. sed & ea. ff. de spons. l. iij. ff. derit. nupt. Nec obstat si dicatur, quod non probatur, quod filia habuerit notitiam istius conuentionis, quia respondeo, quod imò probatur, quia in facto asseritur, quod constat de mandato speciali facto ad abundantem cautelam per filiam patri, quo ad hoc: quo casu cessaret omnis difficultas, vt per doct. in l. tuæ, de spons. Præterea licet † regulariter ignorantia præsumatur, 37
tamen fallit in coniuncto, in his quæ verisimiliter solent coniuncti scire. l. octaui. ff. vnde cogn. l. de tutela. C. de integ. restit. min. Alexand. latè in l. j. ff. si cert. pet. † Solent autem filiæ scire, quan- 38
do pater eas tradit nuptui, & ista scientia arguit consensum, dicta lege, in sponsalibus. in fi. eo. tit. vnde cum ista verba sint facta cum patre, absente filia important sponsalia, vt etiam facit in argumen. ca. j. de despons. libro vj. & consequenter sequuta copula † inducitur matrimonium d. c. 39
is qui fidẽ, extrà de spons. & præsertim istud dicẽdũ est in casu nostro, in quo publicè habeb. pro sua vxore. arg. glo. in lege, si tutor, vbi Bal. C. qui per.

BIU Cujas

tūt. & publicè, perperit filios ex eo, & visitabatur ab omnibus, tamquam eius vxor, & portauit vestes funebres in morte pattis mariti, & sic soceri sui, & est maxima æqualitas inter vtrumque quo casu etiam cessant multa dicta per Soc. consilio xxviij. vnde casus redditur clarissimus, & de equitate, & de iure. Et sic concludo partes dict. iudicis in pronuntiandum dictam Ioannam bonam vxorem legitimam ipsius Alexand. Et hæc omnia saluo semper meliore iudicio.

CONS. XIIII. SVMMÆ.

1 *Ecclesiam ex causa etiam de non versis in eius vtilitatem teneri.*

2 *Prælatus cum c. delinquendo ecclesiam obligat, & quare.*

3 *Successor in prælatura obligatur ad solutionem debiti prælati defuncti.*

4 *Commenda conceditur propter vtilitatem vel necessitatem ecclesiæ.*

5 *Commenda quandoque concedi solet magnis personis pro conseruando statu suo.*

6 *Commendatarius cui concessa est commenda pro conseruando statu suo non potest disponere de fructibus nisi tempore suo adeo quod successorem obligare non potest.*

7 *Successor in beneficio non tenetur ad dissolutionem æris alieni per antecessorem contracti, nisi probetur contractum in vtilitatem vel necessitatem ecclesiæ.*

8 *Prælatus debet habere solum vsum in fructibus.*

9 *Antecessoris assertio non probat, nisi aliter de necessitate vel vtilitate ecclesiæ appareat.*

10 *Prælatus non potest etiam cum c. facere aliquem contractum qui ad successorem transeat, nisi interueniente authoritate superioris.*

11 *Inter prælatum & c. de iure communi non est diuisio bonorum sed tantummodo in aliquibus est inducta ex consuetudine.*

12 *Ecclesia nunquam moritur.*

13 *Prælatus & c. si deliquerunt debent præstare ecclesiam indemnem de proprio patrimonio aliàs ecclesiæ succurritur per rest. in integrum.*

14 *Hæres commendatarij in temporalibus si est soluendo tenetur pro debito commendatarij.*

15 *Quando aliquid est ad casum ordinatum sibi debet imputare qui illud non prospexit quod poterat euenire.*

CAsus præsentis controuersiæ videtur prima fronte dubius, & difficultatem facit doctrina Abb. in ca. pen. de fideiusso. vbi † per illum tex. concludit, 1 quod quando debitum est ab ecclesia contractum, & potest de redditionibus satisfieri, si contractum est præsentibus ca. & prælato, ecclesia tenetur, dato quod non probetur versum in eius vtilitatem, arg. illius tex. & ca. j. de deposito, & quia prælatus & capitulum habent liberam 2 administrationem circa fructus. † Itēque prælatus vt habetur ca. delinquendo ecclesiam obligant. lege, iubemus nullam. C. de sacr. eccle. habetur in ca. j. de dolo & contuma. fortius obligabunt contrahendo, & loqui videtur Abb. etiam quoad 3 hoc † quod successor in prælatura obligetur ad solutionem dicti debiti, vt apparet ex sequenti membro, vbi præcisè loquitur de successore. Sed hoc non obstat, in casu nostro aliud dicendum est, pro cuius opinio. fundamento considerandæ sunt duo principaliter. Primum est, quod Reuerendus Commendatarius senior habebat Abba- 4 tiam hanc in Commendam, quæ † Commendam Pontifice concessa fuit, non propter vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ, prout de iure solùm fieri debet, iuxta tex. in ca. nemo deinceps, de elec. lib. vj. sed propter sustentationem personæ, vt deductis necessariis pro ecclesia, cæteros reditus in vtilitatem suam conuerteret, quod solet † quando- 5 quæ magnis personis cōcedi pro conseruandō statu suo, vt dicit Abbas in capit. de monachis in tertio not. extrà, de præbend. & tali casu non potest Commendatarius de fructibus disponere, nisi pro tempore suo. Vnde † quicquid agat, non po- 6 teſt obligare successorem, arg. glo. in c. fi. extrà, ne præl. vices suas & ita consulēdo firmauit Domin. de sancto Gemin. consilio xvij. incipien. pro declaratione. Rom. consilio cccl. Nec in isto casu attenditur consensus capituli: quia cum ad capitulum non pertineant nisi necessaria, non habet sic impedire de fructibus superfluis qui ad Commendatarium solum ex forma bullæ pertinent, & idem putarem in vero Prælato, qui haberet ex consuetudine bona diuisa, seu distincta inter se & capitulum. Cùm enim fructus bonorum ad se pertinentium nullo modo ad capitulum spectent, eius consensus nihil debet operari in præiudicium successoris, & veritas huius opin. magis apparebit ex dissolutione contrariorum. Standum igitur est regulæ positæ in cā. j. de solut. vt successor in beneficio † non teneatur ad dissolutionem æris alieni per 7 antecessorē cōtracti, nisi probetur contractū in ecclesiæ vtilitatē, vel necessitatē, vt ibi traditur, & ratio d. c. j. de solut. est, quia prælatus dicitur habere solum vsum in fructibus. vnde nec directum nec † per indirectum potest eos obligare post 8 mortem, nisi in dictis casibus, vt dicit Abb. in repe. c. cum esses in iiij. q. prin. circa medium extrà de testa. † Nec assertio ipsius antecessoris probat, 9 nisi aliter de necessitate vel vtilitate ecclesiæ appareat. l. iubemus. ij. §. scientes. C. de sacr. eccl. & facit l. si fortè, in fi. vbi Bar. ff. de castr. pecul. & not. per gl. & doctor. in l. si donatione. C. decollation. Car. in clemen. j. in princ. q. xviiij. & quæstio. xxx. de rebus eccl. nō alien. & Iason. in rub. Feud. aliàs alleg. Secundo principaliter considerādum est, quod in ista promissione, vel confessione non interuenit auctoritas episcopi, vel superioris, & clara est con- 10 clusio in iure, quod non potest prælatus etiam cū † capitulo facere aliquem cōtractum, qui ad successorem transeat, nisi interueniente auctoritate superioris: vt est text. in c. de cætero, de transact. & est glo. in c. veniens. eod. tit. & in c. ex multiplici, de decim. Host. Io. Andr. & Ant. de But. in c. fi. ne prel. vices suas. Archid. xij. quæstio. ij. c. alienationes. Bart. consi. lxiij. factum sic proponitur Gemin. d. consi. xvij. Alex. consi. clx. in vj. vol. nuper impressō: vbi allegat multos cōcord. & in terminis nostris de confessione pecuniæ receptæ, consuluit Franc. de Ramp. & Gaspar. Cald. in consi. v. sub titulo de confess. Et hæc duo fundamenta sunt in iure verissima. Istis igitur sic præsuppositis, respondeo ad cō traria. Non obst. doctrina Abb. in d. c. pen. quia respondeo duobus modis. Primo, quod non loquitur in casu, quo bona essent inter prælatū, & c. diuisa, vt est casus noster, secundum Bullam, quæ reliquū fructuū concedit liberè Commendatario, & nullū ius in eis reliquit capitulo, & ista solet esse in cōcessionib. istorum Commendatariorum, secundum Abb. in d. c. de monachis. & Gemin. d. consi. xvij. & q. Abb. nō loquat in tali casu. Suadetur primò, quia Abbas loquitur secundum ius commune, vt appa- 11 ret ex iuribus per eum allegatis † de quo iure cōmuni inter prælatū, & capitulu nō est diuisio bonorū, sed

sed tantummodo in aliquibus est inducta ex consuetudine vt no. omnes in capit. edoceri, de rescriptis. Secundò suadetur, quia in tali membro nihil considerat de morte prælati: in sequenti verò, quando solus prælatus contrahit debitum, considerat quod non potest esse ex alia ratione, nisi quia in primo membro loquebatur, quando prælatus vnà cum c. habet bona indistincta: tunc enim non potest considerari mors, quia ecclesia ipsa in effectu videtur contraxisse, † quæ nunquam moritur, arg. ca. si gratiosa, de rescrip. in vj. lege, proponebatur. ff. de iudic. vnde si bona non ad capitulum, sed ad prælatum pertinent, vt est in casu nostro, cessat ratio, & attendimus sequens membrum in quo dicit Abb. præcisè, quod successor non obligatur. Tertiò suadetur, quia verba Abb. in d. membro priore loquuntur, quando prælatus & capitulum habent liberam administrationem in fructibus. Sed in casu nostro capitulum nullam habet, sed solus prælatus. Ergo apparet, quod doctrina Abb. non attingit casum nostrum. Præterea & secundo respondeo, quia (vt dixi) Abb. in illo membro, quando prælatus cum capitulo promittit, non loquitur, nisi quoad obligationem efficacem viuente dicto prælato, non autem vt successor obligetur, qui (vt dixi) non potest obligari, nisi accesserit in contractu auctoritas superioris dicto ca. de cætero, & per Card. in d. consilio v. cum concord. & loquuntur prælati doctores in tali debito, cui de fructibus satisfieri potest, licet in sequenti membro faciat mentionem de morte prælati, non tamen necessariò infertur, quod in priore membro velit prælato mortuo successorem grauari, nam istud esset falsum, & contra cõmunes opinio. Nõ obstat textus in ca. j. de depos. & in di. ca. penult. Quia loquuntur in prælato habente fructus communes cum ca. prout habet de iure communi, sed in casu nostro aliud est vigore bullæ pontificis, qua fructus vltra necessaria ecclesiæ, liberè conceduntur reuerendo Commendatario, & hoc poterit apparere ex ipsa concessione, & sic cessat etiam ratio Abb. ibi posita, & puto, quod ista sit verissima intelligentia ad illam doctrinam. Non obstat quod prælatus cum capitulo obliget ecclesiam delinquendo: quia propter hoc non infertur damnum successori, ex quo ipse prælatus & capitulum si deliquerunt debeant de proprio patrimonio præstare ecclesiam indemnem, aliàs ecclesiæ † succurritur per restitutionem in integrum, vt tradunt omnes, in dicta lege, Iubemus nullam. C. de sacro. sanctis eccl. Non obstat quod hoc modo ecclesia locupletaretur cum alieno damno: quia respõde. Cum auctoritas superioris non interuenerit, non præsumitur solutio versa in vtilitatem ecclesiæ, sed tantummodo in vtilitatem solius Cõmendatarii. Vnde successor in beneficio non tenetur dict. ca. j. & dict. ca. de cætero, bene verum est, quòd si Commendatarius haberet hæredem in temporibus, si esset soluendo, ipse teneretur: vt dicit Host. in di. ca. fi. ne præl. vices suos, si verò non sit soluendo. † imputet sibi conductor, qui debuit hoc præuidere, vt ibi not. nam cum † aliquid ordinatum est ad casum, sibi debet imputare, qui non prospexit illud, quod poterat euenire, vt per Din. & Barto. in lege, inter stipulantem. §. sacra. ff. de verborum obligatione & ita etiam dicit Cal. in titulo, de locato. consilio vij. Et ista sufficiant vltra eleganter tradita per præstantissimum coaduocatum.

CONSILII XV. SVMMÆ.

1 *Interpretatio in materia quantumuis stricta semper fit quatenus generalitas verborum ferre potest.*
2 *Præcedentia declarant subsequentia.*
3 *Alternatiuæ natura quæ.*
4 *Concessio facta episcopo per Papam de creando nouam dignitatem in ecclesia intelligitur etiam sine consensu capituli & quare.*
5 *Papa quando mandat episcopo quod alicui conferat præbendam intelligitur cum consensu canonicorum.*
6 *Verba debent in dubio referri ad iuris dispositionem.*
7 *Rescripta & priuilegia recipiunt interpretationem à iure communi.*
8 *Indultum quod emanauit ad dispensationem circa quatuor beneficia obtinẽda debet intelligi taxatiuè quod quoad alia interueniant omnia habilia requisita.*
9 *Indulti verba quæ dicunt quod episcopus liberè conferat non tamen per hæc intelligitur excluſus consensus capituli sic si dicat liberè inquirat intelligitur vnà cum c. nisi ius. c. sit præscriptum.*
10 *Papa si concedat religiosis quod possint liberè eligere confratum, non censetur per talem indulgentiam præiudicatum ordinarij: quia illi sit præsentandus.*
11 *Vna pars alternatiuæ alteram declarat.*
12 *Qualitas adiecta verbo modificat ipsum verbum.*
13 *Qualitas in vna oratione posita ad totam orationem semper refertur.*
14 *Oratio ea dicitur quæ ab vno verbo regitur.*
15 *Oratio generalis debet restringi & eius verba referri ad terminos iuris vt non inducatur præiudicium tertio.*
16 *Dispensationes sunt odiosæ & sui natura restrictionem recipiunt.*

IN proposita consultatione prima fronte videretur reuerendissimum Cardinalem vigore pontificalis indulti fouere iustiorem causam. Nam ei datur licentia specialiter constituendi vicarium, qui beneficia sibi conferat, quo verba generalia non videntur pati illam restrictionem, vt prius requirat consensum capituli † in materia tantum quantumuis stricta, semper fit interpretatio: quatenus generalitas verborum ferre potest. l. cum lege, vbi Francis. de Aret. ff. de testa. & quod not. Cal. consilio j. de consang. & affin. quod autem consensus aliorum requiratur, procederet ex restrictione, vt est casus in cap. in his. in verb. quidam nimis strictè interpretando, extra de priui. leg. quæ restrictio (vt dixi) non est capienda. Confirmatur prædicta ratio ex tenore indulti, per quẽ apparet, quòd cum prius essent numerata varia genera beneficiorum, etiam eorum, quæ requirunt consensum capituli, subditur deinde, quòd dictus vicarius possit ea conferre, certè intelligemus de omnibus præcedentibus, & sic etiam si nominatiuo vel electo, spectaret ad capitulum: quia † præcedentia declarant subsequentia lege, si seruus plurimum. §. fi. ff. de leg. j. augetur etiam difficultas ponderando naturam alternatiuæ, † quæ est, vt diuersa alternet secundum glo. in lege, vbi pactum. C. de transact. vbi doct. & glo. in rubric. ff. si ager vecti. vel emphyt. sed illo indulto in effectu alternatur tria mẽbra. si beneficia per vicarium conferantur, aut aliàs canonicè, aut eligatur, præsentetur, assumatur ad illa, vnde vt ista vltima pars alternatiuæ sit diuersa à prima, videtur necessariò faciendam interpretationem, vt vicarius conferre possit et non expectata lectione, vel nominatione quãuis alias esset expectanda, & istud fundamẽtũ est

est stringens. Ad idem facit quia si intelligeremus, quod vicarius non potuerit conferre, nisi expectata nominatione capituli modicum in hoc priuilegii haberet Cardinalis, cum etiam circumscripto priuilagio, ordinarius assentiente c. potuisset illi conferre. Vnde talis gratia non multum operaretur contra not. in his, extra de priuil. & contra mentem ipsius pontificis, qui multo cum honore verborũ asserit e illi fauorabilẽ specialéque gratiã cõferre, & hoc in simili decidit Bal. in c. cum olim, de consuet. † vbi si papa concedit episcopo facultatem creandi nouam dignitatem in ecclesia, intelligitur etiam sine consensu capituli quando alias concessio esset modici effectus, sequitur Fel. in c. j. de rescript. versi. priuilegium. Et hoc tenendo non obstarent notata per Hugon. Archidiac. & Gemi. viij. q. j. in c. licet. Mod. in c. super eo, extra de offic. deleg. dum concludunt † quod si papa mandat episcopo, quòd alicui conferat præbẽdam, intelligitur cum consensu canonicorum, & ibi Felin. & Dec. allegat etiam similes decisiones quasdam, C. nã cũ facultas cõferendi seu instituẽdi sit cõmunis episcopo, & capi. vt est. text. in c. eo noscitur, extra de his quę fiunt à prælato, & no. in c. cum eccle sia Vulterana. de elect. in tali mandato non est versimile, quod pontifex voluerit, vt sine eis episcopus conferre posset, quia tale mandatum non emanauit in fauorem episcopi sed tertii, quod non est in casu nostro, indultum enim pontificis emanauit in fauorem Cardinalis vt ipse posit cõstituere vicarium ad hoc, vnde si iste vicarius teneretur postea requirere consensum istorum, gratia illa nimis restringeretur, vt suprà fuit ostensum. Nec dicatur istud ius, in casu nostro competere c. ex consuetudine vel statuto speciali: vnde non videtur ei derogatum per generalia verba indulti, iuxta gl. in c. sedes apostolica. in verb. immutari. de offi. deleg. in extran. quia imò verba indulti sunt satis specialia ex quo præcisæ derogatur quibuscunque consuetudinibus, & statutis contrariis, vt habetur in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. publ. imò cum ius capituli non respiciat commodum bursale, sed solam facultatem conferendi beneficii, tale ius potuit censeri sublatum etiã absque dicta clausula propter magis specialem prouisionem factam cardinali. c. dudum. de præbend. in vj. vbi doc. & c. quamuis eo. ti. declarat Fel. in c. j. de rescrip. tanto magis, quia pontifex faciliter derogat tali facultati quando competit ecclesiasticis: sicut in simili dicimus de iure patro. ecclesiastico: de quo in c. cum dilectus. extra, de iure patro. Sed tamen his non obstantibus, contraria opinio videtur probabilior, & quidem pluribus rationibus, & primo, quia si bene consideret illud indultum, fuit ad hoc concessum, quod cardinalis posit ad quatuor beneficia admitti, & illa est vera, & principalis causa cur dicta gratia emanauerit, vnde quamuis subdatur, quòd posit vicarius ab eo constitutus ei cõferre, debet intelligi quod canonicæ conferat, & sic cum c. consen-
6 su, quia † verba debent in dubio referri ad iuris dispositionem. l. Gallus. §. j. vbi Iac. de Aret. & Bal. ff. de liber. & posthu. l. damni. §. sed quid. ff. de dam. infect. per Iaf. in l. iij. in tertio notab. ff. de
7 leg. j. & rescripta † priuilegiaque recipiunt interpretationem à iure communi. c. cum dilectus. de consuetud. l. si quando, C. de inoffic. test. per Moder. in c. j. de rescript. facit tex. & glo. in c. si gratiosa. de resc. lib. vj. in fi. & hoc maxime in
8 casu nostro est dicendum in quo † indultum emanauit ad dispensationem circa quatuor beneficia A obtinenda, vnde quoad cætera debent intelligi, quòd interueniant omnia habilia requisita. ar. c. j. de æta. & quali. li. vj. & l. qui testamento. ff. de testam. l. barbarius. vbi Fulg. & Iaf. not. j. ff. de offi. præt. Dec. in c. j. versi. sed tamen defendi, extra, de iudi. & ista sit prima ratio, quæ me adducit in hanc sententiam. Secunda ratio est, quia non est verisimile papam voluisse per dicta verba præiudicare iuri capituli, quin eorum consensus requiB ratur, vt in simili est rex. vbi omnes not. in c. pastoralis, extra de priuileg. & facit decisio doc. in d. c. licet. viij. q. j. & in d. c. super eo, quæ optimè decidit casum nostrum si bene consideretur. † Tertia, quia etiam si dictum esset, quòd liberè 9 conferret, tamen non videretur adhuc excludi consensus capituli per textum in c. j. de offic. ord. vbi conceditur episcopo, quòd liberè inquirat, & tamen intelligitur vna cum capitulo, nisi ius capituli sit præscriptum. c. iij. de consuet. in vj. † vnde si papa concedat religiosis, quod possint 10 libere eligere curatum, non tamen censebitur per talem indulgentiam præiudicatum iuri ordinarii, quin illi sit præsentandus, vt dicit se consuluisse Feli. in dicto c. j. de rescr. & dato, quod in hoc sint aliquæ decisiones quæ videntur contrariæ, de quibus dixi post Andream Siculũ in d. c. j. de offi. ordi. tamen casus noster clarior: quia indulto non dicitur, quod liberè conferat, sed simpliciter, quid conferat deinde subditur, quod de eis liberè ordiD nat, & sic libertas illa non respicit modum in acquirendi beneficii, sed formam disponendi de fructibus acquisitis. Quarta ratio est, quia † vna 11 pars alternatiuæ aliam declaratur lege, j. ff. de rebus dubiis. Bal. in lege, & si post tres. ff. si quis caution. Romanus consilio cclxxxj. premissorum Iason lege, qui filiabus. ff. de leg. j. Soc. consilio ccxxij. & consilio xiij. in iij. cum similibus, sed ij. pars alternatiuæ dicit aut alias canonicæ conferantur, ergo etiam prima debet intelligi, quod E vicarius canonicæ conferat quinta quia qualitas † adiecta verbo modificat ipsum verbum lege, 12 iij. ff. de auro & argento leg. lege, in delictis. §. j. ff. de noxal. vnde cum etiam verba spectantia ad facultatem vicarii regantur a illo verbo, conferantur, quid est qualificatum per dictionem canonicæ perinde est, ac si illud verbum in prima quoque parte fuisset positum, & facit quia generaliter traditum est † qualitatem in vna oratione 13 positam ad eam totam semper referri lege, Seiæ. §. Caio. ff. de fun. institu. leg. vbi per Bartolum F & in alternatiua est textus. in lege, generaliter. in principio. C. de institutionibus & substitutiõib. in inducendo, vt per Aret. consilio j. † vna autem 14 est oratio, quæ ab vno verbo regitur, vt habetur in lege, coniuncti. ff. de legat. iij. in lege, triplici. ff. de verb. significatio. Sexta ratio est, quæ colligitur ex consilio Dec. clxviiij. vbi consulit in terminis similis indulti: in quo specificè cauebatur, quod vicarius posset sine c. conferre, & satis sentit quod nisi expresse hoc dictum fuisset, G quod collatio aliter facta non valuisset. Arg. d. c. ea nolcitur, & quid habetur in c. fi. de offi. vicarii libro. vj. Et hanc partem tenendo non obstant allegata in contrarium. Et primo, quod talis interpretatio sit nimis stricta & contra generalitatem verborum: quia respondetur ita esse faciendum † vt verba referantur ad terminos iuris, & 15 non inducatur præiudicium tertio. dicta lege, si quando, & dicto ca. pastoralis, & maxime istud dicen-

16 dicendum est in istis † dispensationibus quæ sunt odiosæ, & natura sui recipiunt strictam interpretationem: c. non potest, de præb. in vj. glo. in c. quia in tantum. eod. tit. in antiquis. no. Ant. in c. at si clerici. §. de adul. versi. venio ad quartum, extra de iud. cum similibus. Non obstat, quod prius essent enumerata plura genera beneficiorum, & c. quia fateor ad ea electionem vicarii posse referri, sed non sequitur quin vicarius ea canonicæ debeat conferre, & sit cum consensu capituli. Non obstat, quod alternatiua isto modo non esset inter diB versa, quia est & seruat naturam suam, quia prima pars alternatiuæ respicit facultatem vicarii, & sic conferentis vltima verò respicit factum nominantium, seu eligentium. Item prima pars est generalior, ista vltima est specialior, & sic manifestè apparet diuersitas. Non obst. quod secundum hanc expositionem gratia illa parum operatur, nam imò operatur multum, quia dispensat eum ad plura beneficia, & excusat à pœnis iuris & maximè extran. execrabilis vnde satis est, si illum effectum operatur, non autem vltrà debet extendi, vt not. in dict. cap. super eod. & dict. c. non potest, cum similibus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XVI. SVMMÆ.

1 *Emphyteosis ecclesiastica accepta vsque in tertiam generationem mortuo vno ex liberis non accrescit alteri, & quare.*

2 *Idem receptum est in feudo etiam ante acquisitum emolumentum.*

3 *Quando locus sit iuri accrescendi ex verbis dignoscitur.*

4 *Alienatio facta de re emphyteotica ualet si de dicta alienatione scientiam habuerit dominus directus.*

5 *Promissio de recognoscendo habet vim puræ recognitionis causa uitandi circuitus inutiles.*

6 *Possessorium debet expediri antequam admittatur controuersia concernens petitorium.*

7 *Promissio de præstando consensu iure canonico actionem parit.*

8 *Exceptio facilius conceditur quàm actio.*

1 SVPRASCRIPTI domini consultoris viso consilio facilè transeo in eius sententiam, quod † emphyteusis ecclesiastica, de qua agitur, non pertineat ad patruos Philomenæ: quia in illo puncto an emphyteusis ecclesiastica accepta vsque in tertiam generationem mortuo vno ex liberis accrescat alteri, magna est veterum altercatio, & Doctores constituunt regulam quod non: cùm post emolumentum acquisitum regula-
2 riter non sit locus iuri accrescendi. l. j. in fin. de vsufruct. accres. quod & in feudo † receptum videtur etiam ante acquisitum emolumentum c. j. de duobus fratribus. c. j. de bene frat. c. j. de inuesti. noua. c. j. de gradibus succes. Vnde hoc multò magis est dicendum in emphyteusi ecclesiastica post emolumentum acquisitum, & ita se habet communis opinio per Dd. in l. si mihi, & Titio. de verb. obl. in l. re conuncti, in vltima par. de leg. iij. Dec. in consil. cclxiij. Limitat tamen Bar. suprascriptam conclusionem, nisi emphyteusis sit paterna: quia tunc frater succederet fratri; excluso ecclesia: quia idem etiam in feudo videmus. c. j. de succes. feud. Idque non tam iure accrescendi quam iure repetitæ concessionis, de quo in c. j. verbo, per inuestituram, & ibi Bal. not. de feud. march. & ita etiam consuA luit Bar. consil. lviij. incip. ex themate prædicto, per quatuor rationes, de quibus ibi per eum, & videretur nos esse in casu dictæ limitationis: quia tractatur de emphyteusi paterna, & sic videtur ibi decidi præsentem quæstionem in fauorem patruorum. Sed tamen suprascriptis non obstantibus, pùto contrariam opinionem in casu nostro esse veriorem, quam tenuit Bal. in l. vnica. C. quando non petentiù partes, vbi respondet rationib. Bar. prout etiam respondet Imo. Alex. Ias. in d. l. si mihi, & Titio. & quicquid sit in casu Bar. quæstio nostra ex verbis inuestituræ est satis clare decisa per illa verba, ita tamen quod pars præmorientis ad † monasterium reuertatur, quæ verba manifestè videntur adiecta ad excludendum istud ius accrescendi, seu ius repetitæ concessionis. Sicut enim quando dictum est quòd post mortem omnium emphyteusis reuertatur ad concedentem propter vim dictionis, omnium verba significant quod sit locus iuri accrescendi: ita è contrario, si dictum sit, per mor-
C tem vnius, &c. Verba significant, oppositum, vt ius accrescendi sublatum sit, vt per Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua uers. lxx. Salic. in l. ij. ij. q. C. de iure emphyt. Paul. de Cast. consi. clxiij. incip. viso puncto. Ludouicus Rom. con. xix. incip. in casu quæstionis propositę. versi. iij. ostendit. Alex. consi. cciiij. in ij. vol. mortua ergo Philomena, vigore suprascripti pacti dicta bona non potuerunt peruenire ad patruos, sed reuertebantur ad ecclesiam. Et cum in facto præsupponatur, quod ante mortem
D ipsa Philomena ea vendiderit istis emptoribus, quos deinde eitam reliquit hæredes: & quod Abbas promiserit eos † recognoscere in emphyteutas: videtur res esse clara in fauorem ipsorum; valuit. n. alienatio, nec pòt dominus directus prætendere se esse contemptum, eum de eius consensu sit facta. l. fin. C. de iure emphyt. nec hoc casu arbitror multum referre an consenserit vero promiserit consentire, semper enim militat ratio d. l. fin. cùm non videatur esse contemptus dominus.
E Imò satiùs putarim quòd talis promissio de recognoscendo, † habeat uim puræ recognitiõis causa vitandi circuitus inutilis, vt in simili dicit Ioan. And. in additionibus Speculi, in rubric. de oblig. quem refert & sequitur Alexand. & Ias. in l. cùm fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cert. pet. maximè cùm Abbas teneretur saltem de honestate recognoscere istos hęredes, vt per Bar. in l. j. §. permitti, versi. vlterius dicitur. ff. de aqua quotid. & æstiua, & Deci consi. cxxxj. cum similibus. Non
F omitto etiam quod cum isti emptores sint etiam hæredes Philomenæ, in primis indicium † possessorium debet expediri ante, quàm admittatur controuersia concernens petitorium. l. in certi. C. de interdict. l. ordinarij. C. de rei uendication. cum ergo isti sint hęredes Philomenę, debent poni in possessione bonorum omnium, in qua erat ipsa testatrix. l. fi. C. de edic. diui Had. tollend. & habetur in l. j. C. quorum bonorum, quæ concluſio procedit etiam si de feudalibus bonis, aut emphyteuticis ecclesiarum ageretur secundùm Paul. de Cast. Fulg. Alex. Ias. ind. l. fi. & est tex. in c. j. §. si de feud. defun. sit conten. vbi Dd. in vsibus feudorum, & si deinde isti patrui Philomenæ volent agere? oportet, quod intentent indicium petitorium, & ex suprascriptis facilè poterunt reiici. Si verò Abbas vel monasterium volet agere eodem modo excludetur propter promissionem consensus præstandi. quæ promissio iure canonico etiam actionem parit. cap. j. de pactis, & in omnem casum

tuti

tuti erunt isti hæredes ope exceptionis quæ aliàs
8 † faciliùs conceditur, quàm actio: vt in simili per Bar. in l. si peculium. §. j. ff. de pecul. leg. & in l. cui fundus. ff. de cond. & demon. Et ita arbitror iuris, esse, salvo semper saniore iudicio.

CONSILII XVII. SVMMÆ.

1 *Ecclesia non potest alienare nisi seruata forma auth. hoc ius porrectum de sacros. eccl.*
2 *Alienare non valens nec transigere potest.*
3 *Alienare non valens nec potest compromittere.*
4 *Lex resistens alenationi facit quod non credatur parti alleganti subesse litem.*
5 *Partes non possunt fingere subesse litem pro valore transactionis.*
6 *Non obseruanti non est obseruandum.*
7 *Prælatus cum consensu capituli potest transigere.*
8 *Transactionis illicitæ explicatio.*
9 *Contractus aliàs inualidus per papam confirmatus, valet.*
10 *Citatio nõ requiritur quãdo non adest nullus aduersarius.*
11 *Citatio partis non requiritur in confirmatione sententiæ.*
12 *Executores testamentarij propter consensum testatoris possunt alienare etiam non citato hærede.*
13 *Possessionis uis.*
14 *Præscriptio procedit aduersus ecclesiam per 40. annos.*
15 *Oblatio realis in casibus moram purgat.*
16 *Oblatio verbalis in casu moram purgat & debitorem excusat.*

IN proposita quęstione breuiter agen
1 do † videretur prima fronte transactionem nõ valere, & id duplici fundamento. Primo, quia ecclesia non potest alienare, nisi seruata forma, de qua in authen. hoc ius porrectum, de sacros. eccl. & c. sine exceptione. xij. q. ij. & qui non potest
2 † alienare, non potest etiam transigere. l. nõ solùm. C. de præd. minorum, & per hanc rationem ita tenet in ecclesia Bart. & Dd. in l. j. c. si aduersus vendi. And. Sicu. c. nulli. extra de reb. eccle. non alienan. Ioan. de Imol. consi. j. cum similibus, quod maximè procedit in casu nostro, in quo transactio videtur facta coram arbitro, & in executionem cõpromissi, & clarum videtur; quod, qui non potest
3 † alienare, nõ potest neque compromittere. c. cum tempore. vbi Anto. Abb. & alij extra de arbitris, & quid habetur per Mod. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiuran. nec quicquam facit quod asseruerint subesse litem: quia non credi-
4 tur istis verbis, ex quo † lex resistit alienationi. per regulam Bart. in l. si fortè. in fin. ff. de castr. pecul. & Dd. in l. cum donatione. C. de collat. & ideo videtur ista assertio † esse ficta, cui non est standum, quia partes non possunt fingere subesse litem pro valore transactionis. l. j. ff. de transact. l. ij. C. eo. tit. vbi Ange. & alii, Ang. & Paul. Castr. in l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transact. Secundo, quia etiam si transactio aliàs valuisset, tamẽ ex quo cõmunitas non soluit illas pecunias ex parte sua, videtur quòd non posit ex dicto instrumento se iuua-
5 re, quia † non obseruanti non est obseruandum. l. cùm proponas. ij. C. de pactis, & hoc maximè cùm istæ pecuniæ debuissent implicari in tot reditibus annuis, quod non est factum. Vnde apparet de manifesta lęsione eccles. & ideo etiam si numerata fuisset dicta pecunia, si non fuisset conuersa in vtilitatem ecclesię, adhuc non fuissent liberati dicti syndici: nec in hoc staretur dicto ipsorum monachorum, quia lex nõ confidit de eis, vnde voluit interuenire diligentem causę cognitionem, & decretum iudicis. Cle. j. de reb. eccl. non alien. & in extr. Pauli. ij. eo. tit. in com. ext. aliàs esset reperta via alienandi res ecclesiasticas sine solennitate, & fraudandi legem, & ista sunt quæ prima fronte videntur facere hunc casum dubitabilem. Sed his tamen non obstantibus contrarium de iure dicendum est, concludendumque dictam communitatem in pleno dominio dictorum nemorum esse securam, & ad tribus rationibus per quas apparebit esse responsum omnibus, quæ in contrarium adducuntur. Prima est quia videtur, quod ipso iure valeat talis transactio ex quo regula est, quod prælatus † cum consensu capituli potest transigere, vt est tex. in c. statuimus, & in c. contigit, & c. veniẽs. 7
extra de transactio. & cum Abbas ipse esset etiam episcopus; videtur quod potuerit facere hãc transactionem etiam alio superiore non requisito tanquam alienando repręsentet duas personas Abbatis alienantis, & episcopi consentientis l. si, consul. ff de adopt. & ibi per Bar. quod puto in hoc casu procedere, ex quo dictum monasterium non erat propriè ecclesia ipsius episcopi sed adiecta, seu vnita, vnde videtur cessare quod dicit gl. in Clem. ij. in fi. de reb. eccl. non alien. maximè quia ista propriè non est alienatio, vt infrà dicam, nam licet communis & vera sit conclusio, quòd ecclesia non possit † transigere quando sequeretur 8
alienatio bonorum immobilium, istud est verum, si ecclesia, rem quam possideret in alium transferret, vel possessionem penes alium existentem: cum constaret de dominio ipsius ecclesiæ, penes illum relinqueret: & ita loquitur Abb. & doct. in cap. contingit. de transact. sed in casu nostro non constat nec de domino vllo ecclesiæ, nec etiam de possessione, & ideò non potest dici transactio habere vim alienationis, iuxta l. fi. C. de reb. alien. non alienan. facit quia idem videmus etiam in emphyteuta, vel vasallo. qui in simili causa potest talem transactionem facere, etiam irrequisito domino. c. vnico. §. si vasallus de suo ibi per Bald. si de feud. fuer. contr. inter dominum & agnatum. & in c. vnico. de contr. inter vas. alium per Ias. in l. iij. versic. x. quęro. C. de iur. emphy. Secunda ratio est, & fortior est, quia hæc transactio fuit auctoritate papæ confirmata: cùm enim in ea actum esset vt Pontifici Romano pro conualidatione supplicaretur, atque ita in instrumento concessa facultas cõmunitati, & ita etiam Abbas: ipse & monasteriũ in instrumẽto supplicauerint, & Romanus Pontifex dederit illis delegatum qui confirmaret dictum † contractum, & ipse confirmauerit: non 9
potest amplius in dubium refricari, quin contractus teneat per ea, quam habentur in c. j. de transa. & in c. examinata, de conf. vti. vel inut. Nec obst. quod in confirmatione non appareat citatum fuisse Abbatem vel capitulum quia cum hoc factum sit de partium consensu, de quo in dicto instrumento constet, non erat necessaria alia citatio, nemo enim aderat aduersarius, meritò † citatio non re- 10
quirebatur. l. ij. ver. pen. ff. de bon. poss. & per Bal. l. fi. versi. sed pone, quòd altera pars. C. de re iudic. & ideo dixit Inno. quod in confirmatione sententiæ non requiritur alia partis † citatio. in c. cùm olim. in gloss. hoc facto, extrà de dol. & contra. 11
refert & sequitur Bal. in marg. sua. in verbo, confirmatio. facit quod not. Idem Bal. in fin. C. communia de leg. vbi dicit, quod propter consensum testatoris possunt executores † testamẽtarij aliena- 12
re etiã nõ citato hærede. l. creditor, vbi p Cyn. ff. de distract.

distract. pignor. ergo idē in casu nostro propter consensum ipsarū partiū. Tertia ratio, & quidem † fortissima est, quia ab eo tempore citrà, semper 13 cōmunitas possedit dicta nemora tit. pro suo iā lapsis 90. annis, vnde dico quod est tuta beneficio præscriptionis: quia habet titulū & bonā fidē, vnde præscriberet aduersus ecclesiā saltē 40. annis. c. illud. c. quia indicāte, extra de præsc. maximè cùm ius cōmune illi nō resistat. iuxta c. 1. de 14 † præscr. in 6. nec potest dici interrupta talis præscriptio p assertā quandā aliā transactionē: quia fuit facta postquā decurrerat iā & absoluta erat prima præscriptio, videlicet 50. annis iam elapsis, vnde non habet impedire præscriptionē iam perfectam, vt notat in c. fi. de præscrip. Præterea illa sequens transactio expressè cōfirmat primam, & eam approbat: vnde non potest dici, quod interrumpat cùm inuicem non repugnent: vt est glos. in c. veniens, in verbo, renuntiasse, extra de præscrip. nec etiā hoc casu potest dici, quod ecclesiā debeat restitui aduersus hanc præscriptionem quadragenariā, iuxta notata per doct. in Clemētin. 1. de rest. in integr. & per Bart. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. quia respondeo, q cùm in nostro casu nō solùm lapsum sit quadriennīū, quod datur restitutioni in integrum petendę, & impetrandæ, sed etiam 40. alij anni frustrà disputamus de tali beneficio quod ampliùs non competit. l. fi. C. de temp. in integr. restit. pet. & d. Clemen. 1. & ibi per Card. & Anch. Nec obstat, quod videatur ciuitas ex parte sua nō adimpleuisse, ex quo tunc non soluit dictos quingentos florenos: quia respondeo, quod cùm per documentum publicum appareat, qualiter dicta pecunia fuit realiter delata ad monasterium, & oblata ipsi Abbati, qui respondit nolle se eam pecuniam tunc receptare: quiā nolebat tunc congregare capitulum, nec habebat tunc modū implicandi: per ta- 15 lem † oblationem, fuit purgata omnis mora respectu ciuitatis. l. obsignatione. C. de solut. l. si acceptā. C. de vsur. imò dicto casu quando creditor 16 respōdet se nolle acceptare † sufficeret sola verbalis oblatio & excusaret. l. si residuū. in prin. C. de distract. pign. l. si fundus. ff. de rescind. vend. Bal. in l. 1. C. ne liceat tertiò appellare. Raph. Com. Paul. Castr. Alex. & moder. in l. qui Romæ. in prin. ff. de verb. oblig. Alex. in l. si mora. vers. fallit. ff. sol. matr. quāuis etiā mihi in facto proponatur dictas pecunias fuisse persoluras: & de hoc cōstare p publica documēta, vnde tūc casus haberet etiā minorē dubitationē, quāuis etiā aduersus nō solutionē prerij obstaret fortè præscriptio, sed qa de hoc nō sum interrogatus vlteriùs nō insisto. Et hęc oīa saluo semp saniore iudicio.

CONSILII XVIII. SVMMÆ.

1 *Procurator si quid acquiri non præsumitur acquirere de bonis domini pro quo procuratio nem gessit.*
2 *Administrator si quid acquisiuit post finitam administrationem non præsumitur acquisiuisse de bonis administratis sed de bonis aliunde ex sua industria quæsitis.*
3 *Prælatus sustentatur de bonis ecclesiæ.*
4 *Coniectura delicti in dubio non est capienda.*
5 *Prælati licitè non possunt negotiari.*
6 *Vicarius habēs vicariam perpetuam dicitur habere ius proprium.*
7 *Consanguinitatis coniectura sola non est sufficiens ad coniecturandam fraudem in casu con.*
8 *Agens sine actione est reijciendus.*

Cons. And. Alc.

A 9 *In bonis quæ præsumuntur empta de pecunijs ecclesiæ dominum ipsorum incontinenti acquiritur ecclesiæ per consequens, rei ver.*

QVIA casus iste de quo rogat⁹ sum, vt dicam quod sentio, satis clarus est omittēdo allegationes ad partes, dico breuiter pronuntiandū esse pro hærede istius procura- 1
toris, † seu administratoris qui colligebat fructus
B beneficiorū fraternorū: nā non est verū, quæ præsumatur, bona empta per istū procuratorē, fuisse empta de reditibus ecclesiæ, etiā dato, quòd iste procurator fratris sui nihil habuisset in bonis, quia potius præsumitur aliūde ex sua industria fuisse lucratus. Et primò, pro hac opin. adduco text. in l. si defunctus. C. arbit. tut. prout eū intelligūt, & declarant Ant. de But. & Io. de Imol. in c. 1. de pecul. cler. vbi quærunt, quæ sit ratio, q prælatus
C præsumitur acquisiuisse de bonis ecclesiæ. in d. c. 1. cæteri verò † administratores nō præsumuntur 2
acqrere de bonis eorū, quorū sunt administratores. d. l. si defunctus, & dicūt, qđ ratio est, qa prælatus sustentat de bonis eccles. lxx. dist. c. sanctorū, administratores verò † cæteri sustentant de bo- 3
nis proprijs, nō de bonis dominorū suorū. Item in administratoribus si præsumerentur acquisiuisse de pecunia dominorū præsumeret delictū, cuius † coniectura in dubio non est capienda. l. 4
meritò. ff. pro socio. Bart. in l. cū oportet. in prin.
D C. de bon. quæ lib. quod non est in prælato, qui licitè retinet pecunias ecclesiæ, ex quibus dictis apparet resolutio præsentis difficultatis: nā iste, administrator & exactor reditū fratris sui, si reri nuisset pecunias, & emisset ista bona, deliquisset, & delictū in dubio nō debet præsumi. Itē iste administrator licitè nō sustentatur de bonis ecclesiæ, sed de proprijs partis suo labore, & ꝓpterea cū non militet in isto casu ratio d. c. 1. meritò standum est dispositioni d. l. si defunctus. & istud
E idem etiam est de mēte Abb. in d. c. 1. in 1. oppos. dum dicit, quòd ideo præsumitur contra prælatum, quia † prælati licitè non possunt negotiari, 5
extra ne cler. vel monac. per totū, quæ ratio non est in casu nostro: quia iste non erat prælatus, sed simplex procurator fratris, & licitè potuit negotiari, & istud est etiā de mente Host. ibi, dum generaliter firmat, quod dispositio d. c. 1. non procedit in vicario, ex quo ipse nomine alieno agit, nō proprio: nisi habeat † vicariā perpetuā, quō casu 6
F diceretur habere ius proprium. c. postulasti. de rescript. & illud dictum sequitur ibi Ioan. And. Petr. de Anch. & Imol. & optimè quadrat in proposito nostro. Secundò, pro eadem sententia est doctrina Pet. & Cin. & Doc. in auth. licentiam. C. de episc. & cler. vbi dicunt quod si aliquis administrator reddidit rationem, & fuit absolutus quod quamuis interim multa acquisiuerit, non tamen præsumitur acquisisse de bonis domini, sed potius propria industria, sequitur Petr. de
G Anch. & Imol. in d. c. 1. de pecul. cler. & istud est in casu nostro, quia iste frater cōsecutus fuit quietationem, seu liberationem à fratre suo beneficiato, nec præfati Doc. in administratorib. istis hoc casu constituunt aliquam differentiam, an sint administratores seculares, vel ecclesiastici. Vnde nec nos distinguere debemus, & sequitur Abb. in c. & vnus in fi. eo. ti. de pec. cler. Tertiò, pro ea dē parte dico, quod si in facto probaretur, quod iste aliūde haberet, vnde potuisset lucrari, tūc ea

d

sus esset etiam magis expeditus: quia non solum in procuratore, prout nos loquimur, sed etiam in ipso Prælato cessat præsumptio. d. c. 1. puta, si prælatus habuisset aliquod officium lucrosum, vel aliàs esset vir industriosus, vel aliàs ipse habuisset alia bona vnde potuisset lucrari, prout not. Ioan. And. Pet. de Anch. Anton. de But. & Imol. in d. c. 1. & per Abb. in c. cum esses, extra de testam. Nec obst. si diceretur, quòd ex quo iste procurator emit ista bona, videtur emptio facta in fraudem per prælatum, qui per substitutam personam voluit euitare dispositionem d. c. 1. & hoc videtur verisimile, attenta consanguinitate ipsius substituti. argu. gloss. 1. quæstio. 3. c. peruenit, & quod not. in auth. quibuscunq; modis. C. de sacr. sanct. eccles. & in §. hæc vsus præstatio. 16. quæst. 2. & per Abb. in c. cum sit generale, extra de foro competen. Nam ad hoc respond. Et ista coniectura
7 † consanguinitatis non est sola sufficiens in isto casu ad coniecturandam fraudem. l. fin. vbi omnes. ff. de his quibus vt ind. & quod notat Fed. de Senis. consil. cclxxiij. & Abb. consi. xlj. in 1. lib. & istud maximè procedit, quando constituitur procurator affinis, qui potest ad libitum reuocari, vt per Bart. in d. auth. quibuscunq; modis, & Paul. de Castr. ibi cum concord. Præterea & fortius dicitur, quia quantum sit aduersus fiscum, omnino hęres istius procuratoris debet obtinere, ex quo, dato, quod præsumerentur ista bona empta de pecunia ecclesię, nõ tamen competeret ius agen-
8 di fisco, vnde tanquam † agens sine actione esset reijciẽdus. l. si pupilli. §. videamus ff. de neg. gest.
9 & no. in l. si Titius. ff. de verb. oblig. nam si † ista bona præsumerentur empta de pecunijs ecclesiæ, dominium ipsorum incontinenti fuisset acquisitum ecclesię. d. c. 1. de pecul. cler. quem text. dicit ad hoc singularẽ Corsetus in singul. suis in verb. emptio, & ita tenent communiter Canon. in c. inquirendũ. extra eo. tit. & per Andr. Sicul. in c. quæ in ecclesiarũ, extra de constit. & consequenter actio seu rei vendicatio cõpeteret rectori dictæ ecclesiæ, vt per Abb. in c. cum esses, de testa. non autem fisco. reijciendus ergo est fiscus, si agitur nomine ipsius, quia agitur sine actione, & quia sua non interest. c. venientibus, extra de testib. c. super his. de accus. l. nõ ignorat. C. qui accus. non poss. per Bar. in l. posthumus. §. si quis ex ijs. ff. de inoff. testam.

CONSILII XIX. SVMMÆ.

1 *Præbenda debetur excepto in canonicum & quando statim.*

2 *Quando in ecclesia est certus numerus canonicorum & præbendarum electus, simpliciter in canon. in illa ecclesia dicitur canonicus in aere & ad præbendam non in præbenda, nec habet ius canoniæ integrum.*

3 *Affectandi forma & vis.*

4 *Gratia facta per Papam alicui, si tamen decedat Papa non expirat per eius mortem, sed est perpetua.*

5 *Correctoria iuris communis debent stricte intelligi, nec vltra vim verborum. Amplianda sunt.*

6 *Reuocatio generalis facta per constitutionem Pontificis per verba exuberantia de quibuscunq; pactis nõ com præbendit postea confirmata per literas Pontificis.*

7 *Priuilegia propter aliquam qualitatem confirmata nõ aboleri generali derogatione priuileg.*

8 *Statutum cum pacto potentius est, quàm statutum solũ, vel pactum solum.*

9 *Clausula non obstan. quando non operatur.*

10 *Duo vincula magis ligant.*

11 *Funiculus duplex non tam facile potest dissolui.*

12 *In generali reuocatione nunquam comprehenduntur priuilegia causa remunerationis facta.*

13 *In dubio pronuntiãdum esse pro gratia & gratiam dirare, quia in dubio reuocatio non præsumitur.*

14 *Par in parem non habet Imperium.*

PAVCIS agendo, & omissa disputatione ad partes videretur mihi præferendum esse dominum Laurentiũ in canonicatu, de quo agitur tanquã potiorem tam secundum regulas iuris communis, quàm secundum Bullam Papæ Clementis: cum enim fuerit D. Laurentius receptus † in canonicũ supernumerarium in eccle- 1
sia sancti Petronij adsignato sibi loco: in stallo, &c. non est dubium primam præbendam vacantem ei debitã fuisse. c. dilectus filius, de prębend. & cũ præsupponatur in dicta ecclesia esse certũ
C numerũ canonicorũ: præbendas verò non esse distinctas iste receptus statim consequitur integrũ ius canoniæ, quod per assequutionem alicuius præbendę postea nõ extinguitur. c. fi. §. fi. de concess. præben. lib. 6. & per dominos de Rota decis. 445. incip. si legatus. in nouis: cũ secus esset, si prębendæ distinctè essent: tunc enim quoties † in ec- 2
clesia est certus numerus nõ solũ canonicorũ sed & præbendarũ, talis simpliciter receptus diceretur canonicus in aere secundũ Innoc. in d. c. dilectus, nec haberet integrum ius canoniæ, neq; ius
D aliquod haberet in præbenda, sed duntaxat ad præbendam. c. pen. de prębend. in 6. per Anchar. in c. eũ, cui de præbend. eod. lib. Sed nos sumus etiã in casu fortiore propter bullam Clementis, quæ approbat, confirmat, & supplet omnes defectus dictæ receptionis, &c. propter quam concessionem censetur † affecta præbenda vacatura 3
adeò quòd collatio alteri facta nõ valet. c. si postquam, de præbend. in 6. c. si soli ordinario. & c. si capitulo de concess. prębend. eo. lib. & per do. Abbatem in c. inter cætera. de prębend. in antiquis, & quamuis. deinde mortuus sit Clemens, non tamen gratia illa expirat, † sed est perpetua. c. de 4
E cet. de reg. iur. in 6. c. si super gratia. de rescrip. eo. lib. & quod notat Andr. Sic. in c. ex parte. 1. de offi. deleg. & propter fulminationẽ processus, quã facit exequutor, non dicitur amplius res in integra: vt vult Lepº & Dominic. in c. si cui. de præb. eo. lib. & facit gl. in c. præsenti. in verb. finitur. de
F offic. leg. & quod notant domini de Rota, decis. 285. in nouis vbi, mortuo Episcopo, ille, cui ab eo collatus est canonicatus, poterit acceptare prębendam per rationes, de quibus per eos, quę militant etiam in casu nostro, & ista puto vera, & de plano procedere secundum terminos iuris communis. Sed difficultatem facit in casu nostro regula cancellariæ sanctissimi D. nostri Papæ Pauli, in qua reuocauit quascũq; expectatiuas, & collationes, &c. etiã si quis per eas in canonicos sub
G expectatione præbendę, vel portionũ creati, aut recepti fuissent, sed respondendum est quod dicta regula tanquã correctoria † iuris communis, 5
strictè est intelligenda, nec vltra vim verborum amplianda, de quo per Feli. in c. 1. de re iud. Dec. consil. clxviij. Verba autem loquuntur de reuocatione expectatiuarum, sed hæc bulla Clementis non est expectatiua sed confirmatio receptionis secundum ius commune à canonicis factæ, quæ plurimũ differt ab ipsa expectatiua, & quod hæc non

non censeatur compræhendi in dictis verbis neq; fit reuocata per dictam regulã suadetur multis rationibus. Prima est per gl. antepenult. in clem. dudum. de sepult. vbi reuocatio generalis facta per
6 † constitutionem pontificis, per verba exuberantia, de quibuscunq; pactis non compræhendit pacta cõfirmata per literas pontificias, sequitur Lud. Rom. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. vbi con-
7 cludit † priuilegia quę propter aliquam qualitatẽ confirmata sunt, generali priuilegiorum derogatione non aboleri, ar. gl. in l. 2. §. legati. de iudic. in c. cùm non liceat, in fin. de elect. lib. 6. & quod habetur in c. nonnulli. de rescript. per Cyn. in l. 1. C. quando Imper. inter pupil. Secunda, per id quod not. Bal. in c. venientes. de iureiur. quem refert &
8 sequitur Ias. in l. fin. C. de pact. quod statutũ † cum pacto plus potest, quàm statutum de per se vel pactum solum, & ideo lex canonica reuocãs tale statutum non trahetur ad casum in quo obligatio pacti accesserit, de quo etiam per Ias. cõsi. cv. in 1. vol. Tertia ratio: quia, istud videmus esse etiam in con
9 stitutione † habente clausula nõ obstante, & quæ licet soleat multũ operari, vt habetur in l. item Vlpianus. §. sunt & alij, de excus. tut. in l. nec damnosa. C. de precib. Imp. offer. nõ tamẽ operat quando plura obstãt, secundũ Bal. in l. 1. C. de furt. & in l. 1. C. de seruit. maximè quãdo talis clausula tenderet ad correctionẽ iuris cõmunis: vt per Bald. in l. humanũ, in 2. not. C. de legib. & habet in l. si nõ speciali. C. de testam. Quarta ratio, quę sumitur ex re-
10 gula generali, † quod duo vincula magis ligant:
11 † & funiculus duplex non tã facilè potest dissolui. c. 1. extra de treuga & pace, auth. itaq; C. cõmunia de succes. & quod no. Franc. de Curte, cõsi. xlviiij. versi. circa sextũ. & Dec. consi. cccixxiij. Quinta ratio, quia hæc cõfirmatio Pontificis facta est in remunerationẽ obsequiorum sibi præstitorũ per dictum Laurentiũ. Vnde † generali reuocatione nũ-
12 quã compræhendũtur priuilegia causa remunerationis facta. l. si pater. §. fi. de donat. per Bald. in l. si cũ mihi. ff. de dolo. Romã. d. §. de viro. Ias. d. consil. E cv. Sexta & vltima est ratio, vt si dominus iudex ex suprascriptis videat casum essẽ ambiguũ, pro-
13 nuntiet pro ipso Laurentio, † quia in dubio semper pronuntiandum est reuocationem non censeri factam, & gratiam ipsam durare, vt not. Fede. in consi. ccxxxiij. casus talis est, circa fin. refert & sequitur Dec. in d. consi. clxviij. Ex suprascriptis ergo apparet nõ obstare dictã regulam Cancellarię. Primò, quia nõ agitur de reuocanda expectatiua, sed potius cõcessione canonicorũ secundum ius F cõmune facta. Secũdò, quia reuocatio nõ trahitur ad res nõ integras, prout in casu nostro, cum præbendæ non sint distinctæ vt sup. dixi. Tertiò, quia non trahitur ad concessionem duplici iure subnixam, s. iure communi, & auctoritate Clemẽtis, & quia Papa Mod. facilius reuocat indulta antecessoris, quia par † in parem non habet imperiũ. l. est
14 receptũ. de iur. om. iud. quàm legis cõmunis secũdum quã & ipse viuit. l. digna vox. C. de le. Quartò, quia nõ intelligitur regula de iure quod duplici vinculo innititur. gl. d. cle. dudum, in gl. antepe. quam sequitur Lud. Rom. sing. 7. Alex. consi. cxxv. in 2. & 120. in 4. consi. iij. in 5. Feli. c. 1. vbi etiã alij Mod. de rescrip. & latius c. cõstitutus. eo. tit. & in c. super his vers. 101 reg. in fin. eod. tit. & c. fi. eo. tit. de constit. Ias. l. pacta nouissima. C. de pact. Dec. consi. cxlij. & consi. clxxxvij. Quinto, quia regulà dicit de expectatiua cuius vigore qs sit receptus in canonicum, hic non est receptus vigore expe-

ctatiuæ, sed titulus huius cœpit ab admissione seu receptione, quam deinde subsecuta est expectatio præbendæ. Sextò, quia talis concessio facta est in remuneratione: & ideo non videtur voluisse Papa impedire præmia obsequiorum suo antecessori factorũ. Et ita arbitror iuris esse, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII XX. SVMMÆ.

B 1 *Instrumentum emphyteosis non seruata forma c. 1. de rebus ecclesiæ non alienan. non valet.*
2 *Contrahens potest quandocunq; actui nullo, & contra formam publicam à l. traditam contrauenire.*
3 *Dispensatio Papæ confirmat actũ nullum ob non seruatam formam, & actus sustinetur prout ex nunc, non prout ex tunc.*
4 *Ius publicum iuramentis priuatorum remitti nõ potest.*
5 *Inuestitura propter formæ defectum nulla redditur.*
6 *Nullum omninò ratihabitione confirmari non potest.*
C 7 *Cessante ratione legis, cessat & ipsa lex.*
8 *Lex interdicens alienationem quomodo intelligatur.*
9 *Vbi agitur de vtilitate ecclesiæ actus, in tantum valet vt cõfirmari possit, quàm vis solennitas vel forma à prin. non interuenerit.*
10 *Emphyteota per non solutionem canonis, sicut cadit ab emphytheosi, ita cadit à melioramentis.*
11 *Conductos simplex licet cadat ab inuestitura ob non solutionem, pensionis tamen recuperat meliorationes.*

D IN proposito † casu videretur prima frõte dicendũ instrumentũ emphyteusis non valere, quia non est seruata forma, quæ est necessaria in alienatione rerũ immobilium ecclesiæ: de qua in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. & Clem. 1. eo. tit. Et cum talis actus sit nullus, quia contra formã publicam à lege traditam, potest † contrahens quandocunq; contra-2
uenire. c. ex tenore, de concess. preb. l. quemadmodum. C. de agr. & censitis. lib. 11. gl. l. à diuo Pio. ff. de rit. nupt. Quod adeo est verũ, vt etiã si sequatur dispensatio. † Pontificis actũ confirmantis, tamen 3
actus non sustineatur prout tunc, sed valeat tantũ ex die dispensationis. c. super eod. de cond. app. vbi Doct. Bald. l. quicunq;. C. de bon. quæ lib. Vnde ante dispensationem secutam debet permitti pœnitentia, & reuocatio actus. l. si cùm. ff. de manumiss. vind. c. licet, de procur. in 6. Nec tali reuocationi debet impedimento esse iuramentum, quia videtur esse nullum, ex quo est contra ius publicum, quod † priuatorum sacramentis remitti 4
non potest. c. si diligenti circa fin. de for. compet. per Doct. in c. cum contingat, extra de iureiur. in 2. casu, & etiam si valeret iuramentum, tamen non impediretur reuocatio actus, quamuis ille efficeretur periurus. c. dilecto. vbi no. extra de præb. Et quod talis inuestitura † sit nulla propter defectũ 5
formæ firmat Bald. consil. cccclxxv. vol. 1. Feli. c. causam, extra de iudic. Sed tamen ijs non obstantibus puto meram esse sententiam, quod ista em-G
phyteuta teneatur stare contractui cum enim talis contractus proponatur esse in eiusdem vtilitatem ipsius ecclesiæ, debet obseruari, & cogi emphyteuta, constito de hac vtilitate vt stet conuentis, quia vt inquit Host. Andr. & Abb. in c. 1. extra de ijs quæ fiunt à prælat. & in alienatione perpetua, in qua procedere debet tractatus, & accedere consensus c. tamen sufficit alienatio facta per prælatum, dummodo deinde sequatur ratihabitio c. per text. in cap. 3. eod. tit. Vnde apparet alienatio-

BIU Cujas

nem illam, quamuis non ſeruata forma, tamen non eſſe funditus nullam, cum aliàs ratum haberi
6 non poſſet, quia quod † nullum omnino eſt confirmari ratihabitione non poteſt. c. non firmatur. de reg.iur.in 6.§.tutor autem.inſtitut.de auct.tut. & dicit Abb.in d.c.1.quod iſta opinio Hoſt.magis communiter tenetur per Canoniſtas, facit, quia vbi adeſt vtilitas eccleſiæ non debemus curare de iſtis apicibus iuris, dummodo eccleſia faciat conditionem ſuam meliorem.l. cum ij.§. eam tranſactionem. vbi doct. ff. de tranſact. Nam forma hæc inducta fuit à l. pro maiore vtilitate eccleſiarum. Vnde ſi ea adſit, non eſt vlterius quærendum: quia
7 † ceſſante ratione legis, quæ formam inducit, debet etiam ceſſare lex ipſa.l.fin.C. de fideicommiſ. vbi Bald.l.neque.C.de contrahen.ſtipul. Bald. in margarita, verb. teſtis ſufficit. Roman. conſil. cccexxxiij. incip. quoad primum ſufficit, & per multa ſimilia oſtendi in l.1. ff. de lib. & poſthum.
8 Et facit ratio generalis quia lex quæ † interdicit alienationem debet intelligi de alienatione rei vtilis, & lucroſæ: ſecus, ſi alienatio tenderet ad vtilitatem prohibiti. c. vt ſuper. §. fin. de reb. eccleſ.non alien.ſicut dicimus etiam in prohibitione rei minoris ſecundum Ang. in l.2. ff. de acceptill.Abb.conſil.xxij.quanquam.Lud.Rom.conſil. cccxxxvij. circa propoſitum. Alex. conſil. lix. viſo proceſſu.in 2.vol.Addo etiam pro hac opinione text.in §.ſi verò.in auth.de non aliena.vbi Ang. not., quòd ſi eccleſia conceſsit emphyteuſim non ſeruata debita ſolennitate & emphyteuta rem poſſediſſet, tenebitur ad ſolutionem canonis, perinde ac ſi legitimè conceſſa fuiſſet: vnde apparet non omnino actum fuiſſe nullum. ſequitur Iaſ.l.2.
9 C.de iur.emphyt. & pro iſta opinione, quod vbi † agitur de vtilitate eccleſiæ actus in tantum valeat, vt confirmari poſsit, quamuis ſolennitas vel forma à principio non interuenerit, eſt deciſio Bald. in l.contra iuris.in prin.ff.de pact.allegatur in d.l. cum ij.§. eam tranſactionem, & idem firmat Petr. de Anch.in conſil.clxxxxxij.vbi dicit ſe exiſtimare hoc eſſe verum, & ſentit Abb.in d.c.1. Nec obſtant allegata in contrarium. Et in primis, quòd non ſit ſeruata forma, quia reſpondeo quod quamuis actus non valeat ſecundũ Bal. & Fel.in allegatis iuribus, tamẽ fauore eccleſiæ non adeo eſt nullus, quin confirmari poſsit: maximè per bullã Pontificis, & cogat iſte ſtare promiſsioni, & ideo Abb. in d.c.1. dicit qđ contractus ipſe claudicat ex quo non eſt omnimodo nullus reſpectu contrahentis cũ eccleſia per ſuprà dicta, & ſecundũ hanc diſtinctionẽ poſſunt cõcordari ſupraſcriptæ opiniones doctorũ, de quibus etiã per Laurent.de Rodolf.in rep.c.ſine exceptione.in 8.not.12.q.1. Circa alium punctũ nunquid iſte emphytheuta qui ob non ſolutionẽ canonis cadit à melioramentis, cenſeat etiã cadere ab ijs, quę emit à conductoribus & ratione
10 meliorationũ, quas fecit tanquã † emphyteuta, caſus non habet difficultatẽ, quod per non ſolutionem canonis, ſicut cadit à iure emphyteuſeos, ita etiã cadit ab iſtis.l.2.verb. nomine meliorationis. C. de iure emphy. vbi Bal. & Iaſ.in 6.not. & per doctor.in l.ſenatus.§. Marcellus.ff.de leg.1.In conduc
11 tore † verò ſimplici ſecus eſt, quia licet ipſe cadat ab inueſtitura propter non ſolutionem, tamen recuperat meliorationes.l.colonus, in prin. & l.dominus horreorũ.§.1.vbi Bart. ff. locati. Quid ergo erit in iſto caſu miſto in quo emphyteuta habet meliorationes emptas à cõductoribus, & putarim eas nõ perdi, quia d.l.2. pœnalis eſt & ſtrictè intel-

A ligenda, quæ loquitur in melioratione factis tanquã ab emphyteuta, non ijs quæ factæ ſunt tanquam à ſimplici conductore, & ideo non debet extendi ad hũc caſum, l. ar ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſumpt. & quæ not. Raph. Com. conſ. 65. Andr. Siculi. conſi. 1. in prim. Cor. conſi. cclxxxviij. in 1. vol. Alex. conſil. cclxxviij. in 6. Et maximè quia ratio d.l. colonus militat in caſu noſtro, de qua per Bar. ibi, & quia quãuis cadat tanquam emphyteuta, tñ debet ſibi remanere ſaluũ ius, q̃ habetur ex capite
B ſimplicis locationis, vt in ſimili per Bal. in l.2. q.8. C. de reſc. vend. Et quia de iſto caſu mixto poteſt ſeparatim iudicari ſecundum contingentiam, vnde quilibet ſecundũ ſuam naturã intelligunt d.l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de don. inter virũ. l. ſi ſtatulib. §. fi. de ſtatulib. l. Ariſt. vbi doct. ff. de don. & quòd habetur per doct. in l.2. in prin. vbi dixi. ff. de verb. oblig. Et ita ego ſentio, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

C CONSILII XXI. SVMMÆ.

1 *Bigamia eodem tempore illicita.*
2 *Exod.c.21.explanatiũ locus.*
3 *Conditio nihil diſponit.*
4 *Conditio poteſt verificari de facto, licet non de iure.*
5 *Argumentum à contrario ſenſu non eſt ſumendum, quando reſultat prauus intellectus.*
6 *Conſuetudo contra expreſſam legis prohibitionem non eſt bona.*
D 7 *Exempla non inducunt firmum argumentum.*
8 *Ex verbis narratiuis legis, vel quæ enunciatiuè proferuntur, non inducit firmum argumentum.*
9 *Bullæ irritandæ cauſa multiplex.*
10 *Papa non poteſt derogare iuri diuino.*
11 *Pœnitentiario magno non ſunt permiſſa ea quæ reſeruata ſunt ſupremæ poteſtati papæ.*
12 *Certæ ſcientiæ vis.*
13 *Conceſsio emanata per viam diſpenſationis, arguit mentem concedentis fuiſſe velle derogare iuri communi.*
E 14 *Conceſsio contra ius diuinum regulariter nõ valet, tamẽ quando reperiretur dictum ius diuinum aliàs limitatum teneret.*
15 *Papa per viam interpretationis in iure diuino quod variis modis intelligitur, poteſt vnam partem approbare magis quam aliam.*
16 *Papa ex cauſa ſterilitatis, poteſt diſpenſare contra ius diuinum.*
17 *Pœnitentiarius maior diſpenſat in caſibus pœnitentiariis quantumuis arduis etiam Papæ reſeruatis.*
F 18 *Cardinali dicenti ſe quid facere iuſſu Pontificis viuæ vocis oraculo ſibi facto creditur.*

PRIMO quæritur: an licuerit Gratia Deo Hebræo † ſuperinducere aliam 1
vxorem ſub prætextu quòd prima ſit ſterilis, & ſic an liceat ei duas vxores eodem tempore habere; & quidem in eadem domõ? Et concluſiuè loquendo dico quod non ſiue ad ius ciuile attendamus, per text.
G in l. nemo Iudæorum. in fin. C. de Iudæ. & cœlicol. ſiue ad ius canonicũ per text. in c. gaudemus. extra, de diuor. vbi gloſſ. concludit, nec quidem ex cauſa ſterilitatis hoc hodie concedi, vt eſt text. S. Ambroſij xxxij. quæſt. 4. dixit Sara. ſiue ad ius diuinum reſpiciamus: quia ſcriptura dicit, *Erunt duo in carne vna*, non dixit tres, vel plures, ſed duo, nec dixit, *Adhærebitis vxoribus*. ſed *vxori*. & ſic tenent omnes in d. c. gaudemus. Nec me mouent quædam loca ſacræ ſcripturæ quæ videntur facere in

re in contrariũ, veluti Genes. cap. xvj. & cap. xxx. quia respondeo, quòd illa exempla Abraam & Iacob, erant ante legem, secus post, vt dicit Ambros. in dicto cap. dixit Sara, & ita etiã tenet Ioannes Chrysostomus in omilia, super illo loco. Nec me mouet, q; † habetur Exodi xxj. quia verba ibi non permittunt ductã aliã, sed conditionalia sunt q; si altera ei acceperit, &c. conditio autem † nihil disponit. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. causa rest. l. ex facto. 1. de hæredib. instituẽ. & potest conditio † verificari de facto, licet non de iure. l. mulier. §. 1. de condi. in ser. & ita respondetur ad id quod habetur Deuteronomij cap. xxj. si habuerit homo vxores duas, &c. Nec me mouet, quod habetur Leuitici cap. xviij. ibi, sororẽ vxoris tuæ in pellicatũ non accipies, &c. non sequitur ergo in vxorem poteris accipere, tum quia istud esset † argumentum à contrario sensu: quod in hoc casu non est accipiendum, quia resultaret prauus intellectus. l. ij. C. de condic. in ser. vbi doctor. Tum quia videtur facta mentio pellicatus aliter non posse eam appellari, quæ superinducatur iam habenti primã vxorem, & secũdum suprascripta est etiã respondendũ ad ea, quæ habentur Deuteron. cap. xvij. non habebis vxores plurimas, nõ sequitur ergo habebis duas. Nec mẽ mouent alia loca quibus probatur, quod aliqui habuerint, plures vxores, vt Iudicum cap. viij. Regum cap. 1. Paralipomenon cap. xj. & cap. xiij. quia non ideo sequitur quod rectè fecerint & bono exemplo, neque quod illa † cõsuetudo esset bona, cum acceperint plurimas contra expressam prohibitionem. in dicto 2. Deuteronomij xvij. Præterea ab † exemplis non inducitur firmum argumentum: sicut nec ex verbis narratiuis legis, vel quæ † enuntiatiuæ sint probata secundũ gloss. in l. vnicam. C. quando non pet. par. & ibi per Modern. Et ita etiam potest responderi ad ea quæ dicuntur de Dauid qui habuit plures vxores. 1. Regum cap. 25. & 2. Regum cap. 16. de quo tamen dicendum est, vt per Theologos ad quos me remitto. Secundò quæritur, quid iuris sit, considerata Bulla † Pontificis, quæ est satis clara in fauorem dicti Iudæi, & difficultatem facit: quia talis concessio est expressè contra legem, videlicet contra text. in dicta l. nemo Iudæorum. & non habet dictum rescriptum clausulam derogatoriã non obstante tali l. &c. Ergo debet non valere. l. fin. C. si contra ius vel vti. publ. Secundò, quia (vt suprà dixi) talis concessio videtur contra ius diuinum. Et erunt duo in carne vna, &c. dicto cap. gaudemus. ergo non potuit † papa illã derogare: facit quod notat Bald. in cap. lator. extra de sent. & re iud. vbi dicit hæc formalia verba: nunquid Papa si regina est sterilis, possit concedere licentiam superinducendi aliam vxorem vel concubinam iuxta consuetudinem veteris testamenti? Respondeo non credo: quia scriptura dicit, erunt duo in carne vna, &c. & sic videtur ibi decisio Bald. in terminis quæstionis nostræ. Tertiò, quia ista concessio non emanauit à papa, sed à Cardinale qui curam † pœnitentiariæ gerit, cui non videntur permitti huiusmodi reseruata supremę potestati Pontificis. c. nihil specialis. & c. quod translationem. extra de offic. leg. Sed tamen his nõ obstantibus, concludo dictam concessionem esse obseruandã prouciacen. & licuisse dicto Gratiadeo superinducere aliam vxorem, seruata tamen dispositione legis suæ quæ habetur Exodi cap. xxj. videlicet, quod prouideat primæ vxori circa necessaria & vestimenta, & cõgressum seu cõsuetudinem ipsi non deneget, vt habetur in Græca litera expressius, quàm in Latina.

Nec obstat, quòd in rescripto non adsit clausula, nõ obstante, &c. quia respondeo, quòd ex quo per supplicationem expressa est, certificatio negotij sufficit † certa scientia per tex. in l. idẽ Vlpianus. §. sunt, & alij, vbi Bart. versi. Ex isto text. ff. de excus. tut. & quod notat Paul. de Castr. in l. j. §. si is. ff. quod quisq; iur. & ibi Modern. & facit, quia cum † concessio ista emanauerit non secundũ ius commune, sed per viam dispensationis, satis ostenditur mens Pontificis volentis derogare iuri cõmuni: & istud sufficit vt per Cano. in cap. quę in ecclesiarum. de constit. gloss. Bald. & alij, in l. rescripta. C. de præcib. imp. off. Non obstat, quòd dicta † cõcessio videatur contra ius diuinũ, & ideo non valeat, &c. quia respondeo, quòd istud procederet quando istud esset ius diuinum quod nunquam alias limitatum reperiretur: prout declarat Abb. in d. c. quę in ecclesiarũ. secus si aliquando limitatum fuerit, prout in casu nostro ante legem ex causa sterilitatis. d. ca. dixit Sara. meritò etiam nunc potest Pontifex limitare in ipsis Iudæis, de quib. loquitur text. in d. cap. dixit Sara. facit quia etiam in iure diuino, quod variis modis intelligitur, potest Papa † per viam interpretationis inter Christianos magis vnam partem approbare, quàm aliam, vt habetur in d. c. quæ in ecclesiarum. ergo idẽ etiam poterit in interpretatione testamenti veteris, quæ secundũ ipsos Iudæos variis modis possit accipi: non est ergo dubitandum de potestate Pontificis, quin possit dispensare † ex causa sterilitatis contra ius diuinũ, de quo per gloss. in c. à nobis. in verbo. exemptis. de decim. gl. in c. ex publico. de consuet. coniug. Ioan. And. in regula, semel Deo. de reg. iur. in vj. cum simil. de quibus latè per Moder. in d. c. quæ in ecclesiarũ. Nec dictum Bald. in d. c. lator. obstat suprascriptæ conclusioni, quia loquitur Bald. quãdo Papa dispensaret inter Christianos, quod quis haberet duas vxores istud non posset: quia in Christianis inimutabiliter semper est obseruatum, vt vnicam tantum haberent. secus in Iudæis, quorum mos & consuetudo fuit in contrarium. d. l. nemo Iudæorum. Non obstat vltimo quod non emanauerit concessio à Pontifice, sed à maiore † pœnitentiario: respondeo enim, quod istud nihil refert cum pœnitentiarius dispenset in casibus pœnitentialibus, quantumuis arduis & Papæ reseruatis: vt per Card. in cle. ne Rom. vers. eo ipso. q. v. de elect. maximè cum in casu nostro attestatus sit ipse pœnitentiarius Cardinalis, se hoc facere iussu Pontificis † viuæ vocis. oraculo sibi facto: quo casu ei creditur. c. nobilissimus. xcvij. dist. vbi Car. Alex. & qd habetur in c. quod super his. de fid. instr. vbi omnes sequuntur. Et ita arbitror iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXII. SVMMÆ.

1 *Decimæ prædiales debentur de iure diuino.*

2 *Laici nullo tempore possunt præscribere libertatem nõ soluendi decimas integraliter sall.*

3 *Papa licet non possit in totum tollere decimas: quia esset tollere ius diuinum, tamen potest illud moderare.*

4 *Priuilegium ad futura porrigi: quando q; contra.*

5 *Eadem res diuerso iure censeri non debet.*

6 *Præscriptio decimarum in agro partim culto irabitur ad aliam partem, si contingat de nouo cum reduci ad culturam.*

7 *Seruitutem habere ducendi aquam pro rigando prædiũ,*

non poteſt argumentari illud, vel habere aquam ad ampliora prædia.

8 *Promittens dare cuilibet canonico omni anno par caponum non tenebitur ſi numerus canonicorum augeatur.*

9 *Priuilegium conceſſum monaſterio, & capellis ſuis, non trahitur ad capellam quæ de nouo erigatur.*

Præſcriptio cenſetur ſtricti iuris, & ad futura non trahitur.

In beneficiis Principum pleniſſima fit interpretatio.

Præſcriptio ſtrictiſſimè debet interpretari tanquam abſorbens alterius ius.

13 *Debitore ſolo lapſu temporis in mora conſtituitur.*

14 *Decimæ ſunt portandæ vſq; in horreum eccleſiæ à debitoribus etiam non interpellatis ipſorum expenſis.*

15 *Præſcriptio quæ diminuit veram decimam, & iam redegit ad vigeſimam non valet, niſi ſit à Papa approbata.*

16 *Papæ ſcientia præſumitur per lapſum centum annorum.*

17 *Per tempus centum annorum præſumitur priuilegium non ſoluendi laicis à Papa conceſſum.*

PRAESENS caſus ordinariè per ſcribentes diſputatur, me admonet, vt concluſiuè tantummodò loquar: quia rationes diffuſiſsimè per omnes canoniſtas attinguntur, apud quos facillimum eſt vnicuiq; eas perlegere dico igitur, quod † decimæ prędiales debentur de iure diuino: vt per quatuor doctorum eccleſiæ auctoritates oſtēditur, & ideo nullo tempore † poſſunt laici præſcribere libertatem ne eas integraliter ſoluant. c. in aliquibus. extra de deci. per Abb. in rubr. eius tit. diſputat latè Hoſtienſis in ſumma de deci. §. vtrùm præſcribi. verſi. quæro. Ant. de But. & Imol. c. ſtatuimus. ad finem. de tranſact. But. in c. parochianos. de deci. cum ſimilibus. & eſt communis & canonizata vbique concluſio, quæ fallit ſecundum aliquos, vt poſsit præſcribi in tanto, licet non in toto, & ſic quod ſoluatur vigeſima non decima, quæ fuit ſententia beati Thomæ de Aquino, quem refert Fel. in c. cauſam. in prin. extra de præſcript. & idem etiam tenuit Bald. in l. comperire. C. de præſcript. xxx. ann. quod dictum ſanè eſt intelligendum quando concurreret approbatio ſummi Pontificis. ſecundum Hoſti. in loco præalleg. & Fel. in d. cap. cauſam. ſola enim præſcriptio non ſufficeret: quia laicus eſt incapax talis quaſi poſſeſsionis. vnde nullo tempore poſſet præſcribere. cap. ſine poſſeſsione. de regulis iuris. quando verò accedit licentia papæ, ſecus eſt: quia papa licet non poſſet † in totum tollere decimas, quia eſſet tollere ius diuinum, tamen poteſt illud moderari: ſecundum Felin. in cap. fin. de maior. & obed. & ſic expeditū eſt primum dubium.

Circa ſecundam dubitationem facit, quia poſito quod valeret præſcriptio nō ſoluend', decimas de oliuis, videretur, quod deberet extendi, vt non conſeretur ablata libertas faciendi nouā olieta, quæ ipſa etiam deberent eandem habere immunitatem per text. in c. quia circa. de priuilegijs. & quod ibi plenè notatur, vbi priuilegium † conceſſum eccleſiæ ſuper Epiſcopalibus decimis retinendis extenditur, etiam ad poſſeſsiones ſeu prędia poſtea quæſita, ne † eadē res diuerſo iure cenſeatur, & multa ſimilia adducit Alexand. conſil. clxxviij. in occurrenti caſu. in 2. vol. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo. obligat. confirmatur hæc concluſio per id quod conſuluit Abb. in conſil. lxxj. videtur prima fronte, in 2. vol. vbi tenet quod præſcriptio decimarum † in agro partim culto trahitur etiam ad aliam partem, ſi contingat de nouo eam reduci ad culturam: argum. text. in c. 1. & c. quid per nouale. de verb. ſignific. & in c. cum in tua. ſecundum vnam lect. extra de deci. & ea, quæ habentur per Innoc. in cap. dilectus. extra de relig. dom. & illam deciſionem ſequitur Felin. in cap. cauſam. in fin. extra de præſcript. His tamen non obſtantibus, arbitror contrariam opinionem eſſe de iure veriorem, moueor principaliter, per text. cum gl. ibi ſuper verbo, modus. in l. non modus. C. de ſeruitut. vbi, qui habet † ſeruitutem ducendi aquam pro rigando prædium non poteſt augmentare illud, vel trahere aquam ad ampliora prædia, quàm prius eſſent, & ideo ibi infert. Petr. & Gyn. ad ruſticū, qui promiſit dare † cuilibet canonico omni anno par caponum, non tenebitur ſi numerus canonicorum, augeatur ad addeñ. quod not. gl. & doc. in c. cùm in capellis. extra de priuileg. vbi † priuilegiū conceſſum monaſterio, & capellis ſuis, non trahitur ad capellas, quæ de nouo erigantur. argu. l. fin. §. Caio. de liber. leg. facit doctrina Bart. in l. 1. §. ſi qs hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuat. & per Inno. in c. Cumana. extra de elect. vbi præſcriptio ſtrictè intelligitur, vt non cenſeatur † præſcriptū niſi quatenus apparet fuiſſe poſſeſſum & nō vltra, vnde præſcriptio cenſetur ſtricti iuris, & ad futurum non trahitur, ſecundum Iaſ. in authent. qui rem. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Abb. in c. quod tranſlationem. de offic. lega. Felin. in cap. cum ex iniuncto, de hæret. Non obſtant allegata in contrarium, & primo text. in d. c. vt circa. quia (ſi bene eius ratio conſideretur) magis probat in fauorem monachorum: fundat enim ſe † in beneficijs principis, in quibus pleniſsima fit interpretatio. ſed nos loquimur in præſcriptione, quæ † ſtrictiſsimè intelligitur tanquam ius alterius abſorbens. xvj. q. 3. c. placuit. §. poteſt. Non obſtat conſilium domini Abb. quia loquitur, non in laico præſcribente libertatē à decimis, vt eſt caſus noſter, ſed in clerico in quo non eſt dubiū, quod clericus facilius præſcribit in aliena parochia: nec eſt ita odioſa talis præſcriptio, vt eſt gl. in d. c. in aliquibus, in gl. fin. & per Felin. in d. c. cauſam, præterea Abb. ibi mouetur alijs rationibus, quæ non faciunt ad caſum noſtrum, & ideo omitto, & concludo, quòd ſi laici faciunt noua olieta vltra antiquā & præſcriptā formā, tenebūtur de eis ad ſolutionē decimarū, aliàs eſſet in facultate earū eximēdi ſe omnimode à decimis plantando, niſi noua olieta, quod eſt abſurdum. Circa tertiū, nūquid † poſsit decima pro annis præteritis exigi, quāuis nō fuerit petita, concludendū, quod ſic: quia è ſolo lapſu temporis debitor in mora conſtituitur: vt per Abb. poſt alios, in c. peruenit, extrà de deci. per illud dictū Exod. c. 22. dū dicitur, decimas & primitias non tardabis offerre, & ideo communiter concluditur, quod decimæ ſunt portandæ vſque in horreum eccleſiæ à debitoribus, etiam † non interpellatis expenſis ipſorum per c. reuertimini. 16. quæſt. 1. & not gloſſ. in c. 1. 16. quæſt. 7. & per Abb. in c. ex parte. 2. de decimis, bene faretur: quod quāuis iſti fuerint in mora, nō tamē tenētur ad pretiū quāti plurimi, ſed ad ſimplicē æſtimationē eius quod tunc valebant per doct. Barr. in l. diuortio. §. ob donationes, vbi etiam Pau. de Caſt. & Alexan. ff. ſoluto matri. vel ſaltem quatenus facti ſint locupletiores: & ita puto debere intelligi quod not. Arch. in c. 2. de decim. in 6. quem refert Felin. in c. ſi autem. de reſcript. cuius dictum aliàs de iure non poſſet procedere,

cedere, vt sentiunt domini de Rota. tit. de decim. decis. 1. in antiquis. Circa quartũ & vltimũ suprà cõcluſum eſt, q. † præſcriptio quæ diminuit verã decimã putà, q redigit eã ad vigeſimã nõ valet, niſi ſit à Papa approbata: prout etiã cõcludit Balb. in trac. præſc. in 5. parte princ. verſ. 7. quæro, ſorte tamẽ in iſto caſu propter tanti tẽporis lapſum videlicet cẽtũ annorũ pſumeret † papæ ſcientia, vel tolerantia: arg. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig. & l. hoc iure. c. ductus aquæ, de acq. quotidiana, & æſtiua, & ita ſentit Abb. in d. c. in aliquibus, & firmat Soc. cõſil. 143. circa primũ, in fi. p tex. in c. cõmiſſum. eo. ti. & idẽ Soc. 297. viſo priuileg. Fulgo. conſil. 106. Paul. de Caſtr. conſil. 324. & ita ẽt tenet ſumma Ang. in verbo, decima. §. 1. circa fi. & in hac opinione videtur magis cõmuniter approbata, quia per tale tempus † præſumitur priuilegiũ nõ ſoluẽdi laicis à papa cõceſſum. c. cum apoſtolica, vbi Bald. Card. Imol. de ijs, quæ fiunt à Prælat. Old. conſil. 196. Com. conſil. 83. Fulg. d. conſil. 166. Dec. conſil. 85. quod tamen videtur intelligendũ, ſi allegatur tale priuilegium, ceu approbatio ſecundum And. Sicul. conſi. 35. ſapienter, in 2. Dec. conſ. 152. in cauſa exceptionis. Et ideo putarem tali caſu talem vigeſimam, poſſe peti etiam de oliuetis nuper inductis: ne eadem res diuerſo iure cenſeatur. arg. c. cum in tua. de decim. c. vt circa. de priuileg. Abb. conſil. 71. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XXIIII. SVMMAE.

Succeſſor non obligabilis, niſi in caſu.

Prælatus licet habeat adminiſtrationem omnium bonorũ eccleſiæ, tamen in arduis neceſſe habet requirere conſenſum capituli.

3 *Arduæ res cognoſcuntur à qualitate perſonæ & reditus.*

4 *Conſenſus eius qui interuenit in obligando, debet interuenire etiam in liberando.*

Prælatus non poteſt etiam cum capit. facere aliquem contractum qui ad ſucceſſorem tranſeat, niſi interueniente authoritate ſuperioris.

Præiudicium perpetuum illud dicitur quo ſucceſſor obligatur.

7 *Prælato eſſe cum cap. ſimpliciter aſſerenti quid factum in vtilitatem eccleſiæ non eſt ſtandum, nec per eius aſſertionem ſimpliciter probatur vtilitas in præiudicium ſucceſſoris, niſi interuenerit autoritas ſuperioris.*

8 *Mutui & locationis diſcrimen.*

9 *Per confeſſionem Prælati & cap. videtur eccleſia contraxiſſe.*

Confeſſio prælati & cap. non probat eccleſiam cõtraxiſſe vtiliter.

IN iſta cauſa reuerendiſſimi Cõmẽdatarij plura replicantur contra reſponſiones meas, ſed, his non obſtantibus, apparebit me iuridicum reſponſum in præſentibus difficultatibus dediſſe. Dico igitur, quod in cõmendatario, ſiue etiã prælato, qui vel ex cõceſſione pontificis, vel aliter faciat fructus ſuos deductis neceſſarijs pro eccleſia, conſenſus capituli non habet effectum, vt obligatio in ſucceſſorem tranſeat, niſi probata vtilitate vel neceſſitate, ſecundum cap. 1. de ſolut. per iura & rationes alias adductas. Nec obſtant tria quæ in contrarium adducuntur. Primò, quòd etiam † in prælato habente adminiſtrationem omnium bonorum eccleſiæ, tamen in arduis, vel quando vellet habere magnã quantitatem pecuniæ neceſſarius eſt conſenſus capituli, ſecundũ Inno. in cap. 1. de procurat. quẽ refert & ſequitur Ioan. de Imol. in cap. 1. de depoſ. Nam reſpondeo, quòd iſtud procedit in prælato habente ſimpliciter adminiſtrationem, qui tamẽ debet ad miniſtrare in vtilitatem capituli, ſeu eccleſiæ, de quo in cap. 2. extra de dona. vbi ſcrib. & ita eſt de iure communi, de quo iure loquuntur Innoc. & Imol. ſed quæſtio eſt, in prælato qui non eſt ſimplex adminiſtrator ſed dominus fructuum & qui non habet conuertere in vſum eccleſiæ, ſed ex forma indulti pontificij poteſt conuertere in ſuos vſus pro ſuſtinendo ſtatu ſuo, prout ſolet cõcedi magnatibus prælatis ſecundum Abb. in dicto capite de monachis. extra de præben. vnde cum nullum penitus ius in eis habeat capitulum, fruſtra diſputatur de eius conſenſu. Præterea hic non ſumus in arduis † quia attenta qualitate perſonæ, & reditus videtur potius modica ſumma, vt eſt gloſ. in l. ſed & ſi ſuſcepit. §. 1. ff. de iudic. ſuper verbo modica. Secundò non obſtat, quòd ex quo conſenſus capituli interuenit in obligando † ita etiam debuit interuenire in liberando. l. nihil. tam naturale. ff. de regul. iur. Reſpondeo quod hoc conceſſo, non tamen ſequitur quod ideo debeat talis conſenſus operari in præiudicium ſucceſſoris. Præterea ex quo non erat neceſſarius conſenſus iſte in obligatione, niſi quatenus importarent neceſſitates eccleſiæ: ita non erat neceſſarius neque in liberatione argumen. d. l. & hoc, quia vltra neceſſitates eccleſiæ nullum penitus ius competit capitulo, ſed etiam eſt Cõmendatarij ex forma bullæ. Tertiò non obſtat, quod admiſſa hac opinion. ſuperflua eſſet cautela Cepol. ccxiiij. alias, num. xlij. incipien. vnus eſt modus. quam etiam renuit Ioannes de Imol. in capite quod quibuſdam. extra de ſideiuſ. Nam reſpondeo, quod imo non eſt ſuperflua: quia licet non præiudicet ſucceſſori, tamen valebit & habebit effectum, viuente ipſo prælato, qui vnà cum capitulo fecit talem confeſsionem, & in tali caſu loquuntur prædicti doctores, non autem in caſu quo mortuus ſit, an præiudicetur ſucceſſori: nam tunc ſumus extra illam materiam, & attendimus text. in capit. 1. de ſolut. Secundo principaliter † dixi, quod non poteſt prælatus etiam cum capitulo facere aliquem contractum, qui ad ſucceſſorem tranſeat, niſi interueniente auctoritate ſuperioris. dicto c. de cætero. c. veniens. de tranſact. glo. ſuper ver. eandẽ cõuentionẽ. in cap. ex multiplici. de decimis. cum multis concord. relatis, in conſil. Alex. clx. in vj. vol. Non obſtat, quòd illa iura loquantur, quia ad inferendum propter perpetuum præiudicium eccleſiæ, quòd non eſtan caſu noſtro: nam reſpõdeo, quod in iſta materia intelligit perpetuum † præiudicium illud, quo ſucceſſor obligaretur: & iſtud manifeſtè apparet ex illa glo. in c. ex multiplici iuncta textui. & etiam ex not. per doct. in c. fin. ne prælat. viç. ſuas. cum concord. Non obſtat, quòd in locatione videatur dici contrarium, quoad ſucceſſorem obligandum, dummodo vtiliter facta ſit, vt probatur in clem. 1. de rebus eccleſiæ non alien. & in cap. 2. de locat. quia reſpondeo, quod probata vtilitate ego fateor ſucceſſorem obligari. iuxta text. indicto c. 1. de ſolut. ſed ex ſimplici aſſertione † prælati etiam cum capitulo, nõ probatur vtilitas in præiudicium ſucceſſoris, niſi interuenerit auctoritas ſuperioris, vt cõcludunt oes doct. p me allegati. & inter locationem, & † mutuum eſt etiã differẽtia:

quia vtilitas facilius deprehendetur in locatione, in qua pretium seu pensio correspondere debet rei, & statim potest videri si in damnum oriatur ecclesiæ, sed in mutuo si non constet interuenisse, nisi per confessionem lex præsumit donationem. d.l.si forte. ff. de cast. pec. l. iubemus nullum. in fine principij. C. de sacr. eccl. Non obstat, quod istud videtur contra theoricam omnium, in c. 1. de depos. & dicto c. super quibusdam. in quibus iuribus nulla fit mentio de auctoritate superioris: quia illa iura non attingunt casum nostrum: quia B non loquuntur, mortuo prælato, qui recepit mutuum, sed eo viuente: ipso autem mortuo est quæstio nostra: quia debet probari vtilitas ad hoc, vt successor obligetur, alias esset parata via prælatis qua possent facilime defraudare successores suos, & quando nō essent de hoc aliqua iura, certè cuilibet prudenti viro ratio naturalis hoc debet dictare. Non obstat, quod Ioan. Cald. in dicto consil. v. sub titulo de confessis. non dicat, quod requiratur auctoritas episcopi, quia imò dicit, si bene cōsideretur & præsertim in subscriptione in fi. dū disputat de inualiditate auctoritatis, & etiā dū dicit talē confessionē requirere probationem veritatis causæ licitæ & vtilitatis, vel necessitatis ad hoc vt successor præiudicet, & certè ibi cōsuluit in casu fortiori etiā quam sit iste de quo agitur. Nō obstat, quòd ratio cur debeat successor teneri, militat in nostro casu: quia † per confessionem prælati & capituli videt ecclesia cōtraxisse, vt per Abb. in d. c. 1. in glo. 2. de depos. meritò & successor debet teneri: nam respondeo, quòd videtur ecclesia contraxisse quoad obligationem viuente prælato, ex quo ipsi ita potuerunt confiteri, quia habent liberam administrationem in fructibus, vt dixit Abb. in d. c. super quibusdam, sed quoad fructus qui percipiuntur, tempore successoris non habent aliquam administrationem, nedum liberam, & ideo opus est aliter probare vtilitatem ecclesiæ, quam per confessionem ipsorum. Quantum ergo sit respectu successoris, nō est satis, quod E ecclesia videatur contraxisse, sed requiritur, quod vtiliter contraxerit, & istud aliter est probandum 16 quam ex † confessione prælati defuncti vnà cum capitulo, & certè non video, quod amplius possit super hoc dubitari, cùm etiam ratio Abb. in d. c. super quibusdam. expressè hoc inferat, vnde nō est quærendus nodus in scirpo.

CONSIL. XXIIII. SVMMAE.

1 *Laici iudices regulariter non debent se intromittere in causis beneficialibus, & quare.*
2 *Beneficia seu spiritualia ex causa tractant laici.*
3 *Anterior in possessione debet in ea manu teneri & si anterior haberet titulum ab ordinario & aduersarius a papa.*
4 *Beneficia in curia vacantia sunt de reseruatis Papæ, nec ab aliquo quomodocunq; priuilegiato conferri possunt.*
5 *C. ij. de præben. in 6. explic.*
6 *Beneficij appellatione in materia stricta non venit commenda.*
7 *Beneficium proprie dicitur præbenda ipsa cum tit.*
8 *Commendatarius dicitur habere tantummodo commendationem & detentationem ecclesiæ & fructuum, nō autem titulum vel præben.*
9 *Reseruationes tanquam derogantes iurisdictioni ordinariæ stricte debent intelligi.*
10 *Consuetudo dicitur esse stricti iuris.*
11 *Papa dando beneficium in commenda dicitur manum beneficio apposuisse, unde tanquam quod sit effectum nemo potest de disponere.*
12 *Reseruata conferri posse causa.*
13 *Rescriptum continens clausulam etiam de necessitate exprimenda derogat legi contrariæ habenti clausulam derogatoriam licet non sit nominata in indiuiduo.*
14 *Papæ quid asserenti in bulla credendum est.*
15 *Papa quando attestatur de facto proprio, est præsumptio iuris & de iure quod dicat veritatem nec admittitur probatio in contrarium.*
16 *In verisimile est quod Papa velit sibi soli credi in præiudicium tertij.*



IN causa possessorij, de qua agitur, puto Reuerendissimum Cardinalē fouere iustiorem causam & præmitto, quòd licet communis, & verior conclusio sit, quòd iudices laici non debeant se † intromittere in 1
causis beneficialibus, quia etiam possessorium dictarum causarum propter cōmixtionem dicitur C spirituale, vt per Abb. & Moder. in c. quanto. extrà de iudicijs. vbi concludunt etiam idem esse quādo ageretur actione personali ad rem ecclesiasticam: tamen videtur, quod magnifici Senatores ex † antiqua consuetudine de possessorio cognoscāt 2
ratione temporalitatis, quæ in eo vertitur sub fundamento glossæ. in c. literas. de iur. cal. super, verbo spiritualibus, & quæ habentur per Guid. Pap. quæst. 1. incip. in manibus magistri, quòd sanè intelligendum est, vt se non intromittant, circa subtilem inuestigationem tituli. Sed si aliquis prius D possideat, cum qualiquali titulo is debeat coram eis obtinere: aliàs si vlterius vellent se intromittere, inciderent in censuras de quibus in cōstit. Martini relatā per Guid. Pap. in d. q. 1. His sic præsuppositis, dico Reuerendissimum Cardinalem manutenendum in possessione sua, in qua est † anterior 3
suo aduersario dato, quòd aduersarius habeat titulum à Papa ipse ab ordinario. cap. si à sede. de præben. in 6. Nec obstat, quòd beneficium illud E asseratur † uacauisse in curia, & ideo sit de reseruatis pontifici: nec possit aliquo modo per alium cōferri quòcunq; priuilegio suffultum. c. 2. de præb. in 6. quia ad hoc respōdetur multipliciter. Primò, 4
dicitur † q, textus ille loquitur de beneficijs vacā- 5
tibus in curia: sed nos sumus in commenda, & appellatione † beneficij in materia stricta non venit 6
commenda, ex quo † beneficium propriè dicitur 7
præbenda ipsa cum titul. c. ex parte. de conces. præb. per Card. in clem. causam. versi. quod si forsan. in 5. notab. de elect. † Commendatarius autem 8
non dicitur habere titulum vel præbendam, sed tantummodo commendationem, & detentionē ecclesiæ, & fructuum, vt per glo. & docto. in c. nemo deinceps. de elect. in 9. Abb. in c. de monachis. in 3. not. extrà. de præb. Gemin. consi. 17. incip. p declaratione. Rom. consi. 350. incip. in casu propositæ consultationis. in princ. cum similibus. Quod autem text. in d. cap. 2. procedit in materia stricta G apparet: quia † reseruationes tanquam derogan- 9
tes iurisdictioni ordinariæ strictè debent intelligi, vt per glo. in c. P. & G. de offic. deleg. & per Dd. item quia innititur super consuetudine: quæ & 10
ipsa † dicitur esse stricti iuris, vt per Bart. in l. 2. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. Abb. in c. quod translationem. de offic. leg. Feli. in c. cum ex iniuncto. extrà, de hæret. Secundum respōdeo, quod beneficium dicitur vacauisse vsque à principio ante, quam conferretur in commendam huiusmodi asserto

asserto familiari pontificis: & deo semper ab eo tempore dicitur vacauisse: vt habetur in d. ca. nemo de inceps, & tunc quando vacauit, non vacauit in curia, nec ille primus erat familiaris, nec id aliquo modo est probatum: & ideo non militat verba d. ca. 2. & si diceretur saltem Papa dando
11 illud in † commendã dicitur manũ beneficio apposuisse, vnde tanquam affectum sit non potest aliquis inferior amplius de eo disponere. c. vt nostrũ
12 extrà, de appellat. respondeo, quod si dicamus † reseruationem esse factam ex isto ca. potuit cõferri ab ordinatio vigore secundi indulti, ipsi reuerẽdissimo concessi, quo disponitur, vt conferre possit omnia beneficia vel officia, specialiter apostolicæ dispositioni reseruata, ex qualibet causa etiam de necessitate exprimenda, per quæ verba potuit fieri collatio non obstante dispositione dicti cap.
13 vt nostrum, quia quoties in rescripto est † talis clausula, potest derogari legi contrariæ habenti clausulam derogatoriam, licet non sit nominata in individuo, secũdum Butr. in c. 1. & ibi etiã Are. extrà, de rescrip. allegat text. in c. fin. de senten. ex com. in 6. sequitur Felin. in cap. nonnulli. versic. fallit. 2. extrà, de rescript. & licet per talem clausulam non tolleretur dispositio d. ca. 1, quia in eo requiritur specialis & individua mentio, secundum Gemin. & Perus. ibi tamen secus est quoad regulam dicti cap. vt nostrum. in quo non requiritur certa forma derogationis, vt declarat Felin. in præalleg. loco, versic. secunda declaratio. Tertiò respondetur, quòd non constat illum fuisse familiarem, & beneficium vacauisse in curia. & conse-
14 quenter reseruatum nec obstat, quod † Papa hoc videatur asseruisse in bulla aduersarij; cui videtur credendum, per text. in Clement. literis. de probat. & ibi gl. super verbo, feciſſe narramus, quæ
15 distinguit: quia † aut Papa attestatur de facto proprio, & tunc est præsumptio iuris, & de iure quod dicat veritatem, nec admittitur probatio in contrarium, aut attestatur de facto alieno, & tunc præsumitur verum, sed potest probari contrarium: & cum glossa transeunt ibi scribentes, nã dico, quod illud secundum membrum habet aliam limitatiõnẽ, videlicet nisi agatur de præiudicio tertij, secũdum Petr. de Anchar. consi. cccxix. præmitto circà finem. Paul. de Castr. consi. clvj. viso. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. versic. nõ obstat, & ideo si papa hoc asseueraret antequam beneficiũ collatũ fuisset, tutum diximus. satis potest dici, quod staretur assertioni pontificis secundum illam glossam, sed cum talis asseueratio facta sit vel post collatum beneficium, vel eodem tempore, quia concurrunt in dato, non potest procedere d.
16 gl. quia esset in præiudicium tertij, † nec est verisimile quod Sanctissimus Dominus velit sibi soli credi in præiudicium tertij per supradicta, & ista sufficiant quoad possessorium.

CONSIL. XXV. SVMMÆ.

1 *Dispensandi facultas in prohibitione matrimonij in tertio vel quarto gradu est de reseruatis soli Pontifici.*
2 *Papa non dispensat in tertio, & quarto gradu, nisi ex magna causa.*
3. *Pœnitentiarius maior ex mandato speciali Pontificis quãdoque concedit dispensationem in tertio.*
4 *Surreptio dicitur quando non fuit expressum id, quo expresso difficilius Papa dispensasset.*
5 *Impuberum ætas multorum captionibus est subiecta.*
6 *Copula inter impuberes facile non præsumitur.*
7 *Dissolutio matrimonij ante legitimum tempus non parit scandalum.*
8 *Falsitas causæ reddit dispositionem nullam.*
9 *Dispensatio cum ratificatione puellæ non probat secutã esse copulam.*
10 *Dictio forsan est dubitatiua, & nihil affirmat in facto.*
11 *Dictio qualificatiua posteriori loco posita omnia antecedentia qualificat.*
12 *Confessio recipit interpretationem secundum mentem confitentis eam declarantis.*
13 *Copula non probatur ex affirmatione mariti.*
14 *C. continebatur de desponsa. impub. nunc restringi.*
15 *Impuberes secundum naturam, & regulas iuris, nõ præsumuntur habiles ad coitum.*
16 *Impuberes licet probetur fuisse in lecto, non hoc probatur inter ipsos secutum sed potius nixum ad copulam.*
17 *Inter Impuberes verba de præsenti resoluuntur in sponsalia.*

A DEO diffusè, & subtiliter allegatũ est in hac causa, vt minimè opera mea necessaria sit: scribam tamẽ pauca p̃ maiore iudicis informatione. Et videtur mihi, quod omnis difficultas cõsistat circa dispensationẽ, qua sublata, oẽ ius primi mariti corruit. In primis † igitur dico, 1
quòd ista facultas dispensandi, in prohibitione matrimonij in tertio vel quarto gradu est de reseruatis soli † Pontifici, quam nõ solet facere, nisi 2
ex magna causa, vt dicitur in c. literas, vbi Dd. extrà, de restitut. spons. Et licet † Pœnitentiarius maior ex mandato Pontificis speciali eam quandoque concedat, tamen non solent alij officiales hoc facere, & si quandoque sub alijs Pontificibus habuerint similia indulta: tamen, eorum morte adueniente nouo successore expirant, vt dicitur in regula Cancellariæ, nu. 13. vnde oportuit, quòd in processu fuisset producta auctoritas istius collegij, & Præpositi fabricæ Lateranensis: aliàs dicta dispensatio nullius est momenti, per regulam l. vnicæ. C. de mãda. Princip. & quæ habentur in c. cum à nobis, extrà, de restitus & in c. nobilissimus. 97. dist. Maximè cum non soleat Pœnitentiarius permittere huiusmodi concessiones, quæ tendunt in damnum officij sui, & quia in casu nostro non est seruata forma, quæ requiritur in literis dispensationum secundum regulam Cancellariæ nu. 46. & si exhibebitur auctoritas ipsorum, tunc poterit videri si seruauerunt formam mandati sui, de quo p̃ nunc aliter nõ insisto. Secundò posito, quòd defectus non esset in potestate tamen videtur esse in voluntate, quia dispensatio est subreptitia: ex quod non fuit expressum quod isti essent impuberes. & proculdubio † difficilius 4
papa tali casu dispensasset. l. si non lex. §. temporibus. vbi Bald. ff. de hæredib. institution. & in terminis nostris diffusè confuluit Decius consi. 602. in 7. dub. & ideo non est opus vlterius insistere, adhibetur etiam maior causæ cognitio quãdo de † impuberibus agatur, quia ætas illa est subie- 5
cta multorum captionibus, & in eis non tã facile † præsumitur copula, nec † dissolutio ante legiti- 6
mum tempus parit aliquod scandalum. c. attestationes. de despon. imp. Tertio, est nulla dicta † dispensatio ob falsitatem causæ. de quo per Dec. dicto consi. & diffusè est allegatũ. Vltimo est aduertendum, quia † verba dispensationis cum ratifica- 9
tione ipsius puellæ non probant, quòd secuta sit copula carnalis, nec videt puella aliquo modo hoc facere, quia verba dispelationis dicit, *Matrimonium*

BIU Cujas

nium per verba de præsenti carnali copula, & prole forsan A
10 *subsequutis contraxistis, &c.* quia † dictio forsan, est dubitatiua, & nihil affirmat in facto. l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. vbi no. & refertur non solum ad dictionem. *Prole.* sed etiam ad præcedentem, *Carnali copula, &c.* tum quia est in vna & eadem clausula, tum quia participium, subsequutus, numero plurali necessarie ad vtrunque refertur, tum quia
11 posterius est posita vnde vtrunque antecedens † qualificat. l. mulieri, & Titio. ff. de condit. & demon. vbi Bartol. & doct. Car. consil. xxx. Felin. ca. B in nostra. in iij. fall. extrà, de rescript. per Bartol. & alios in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. Quamuis ergo dicta puella simpliciter approbauerit dispensationem, non potest dici affirmasse de copula, cum in dispensatione nihil de eà affirmatiuè dicatur. Et maximè hoc est dicendum quia non est verisimile quod sub inuoluero illorum verborum, & generali illa approbatione puella senserit de tali qualitate, & per ea, quæ ponit Bart. & Bal. in l. prima. C. de diuer. rescript. & in l. si cui. 2. ff. de leg. 1. Matth. not. xxxiij. Bart. l. fin. §. Titia. de libera. legat. Alex. consi. xlij.
12 in 5. Corn. cviij. in 1. & debet hæc † confessio recipere interpretationem secundum mentem puellę eam declarantis. l. si quis intentione. ff. de iud. Bart. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. Non etiam pro
13 batur † copula ex affirmatione mariti secundum tex. in cap. continebatur. extrà de desponſ. impu-
14 ber. quia ille † tex. recipit tres notabiles limitationes. Prima vt procedat in marito iam pubere, & se D cũdum naturam habili ad coitum, & ita loquitur textus ibi allegatus, in cap. si quis accipit vxorem
15 xxxiij. quæ. 1. non autem procedit in † impubere, qui secundum naturam & regulas iuris non præsumitur hoc facere. §. 1. instit. de nupt. glo. 2. in c. 1. de deli. puer. & Hostien. in c. quod sedẽ. de frigid. & malefic. Gemin. consil. xxiiij. & elegantèr per Lancel. Galiaul. in l. centurio. in 3. q. 1. partis. de vulg. Secundo limitatur, non procedere, quando aliqua præsumptio est contra ipsum maritum, se- E cundum Ant. de Butr. & Præpos. in d. c. continebatur. in casu autem nostro sunt multæ præsumptiones contra maritum. Prima ætatis. Secunda, quia non meretur tantam dotem: iuxta notata. in l. 1. C. si aduer. dot. Tertia, conculsio, & terror curatoris. Quarta, deceptio ipsius puellæ, cum similib. Tertio limitatur, vt regula illius textus procedat quod credatur primo viro: nisi tamen mulier discessisset ante pubertatem, & accepisset alium virum, quia in præiudicium secundi mariti non sta- F tur dicto primi asserentis se consumasse matrimonium, secundum Card. in cap. fin. extrà, de sponſ. quẽ refert, & sequitur Præpos. ibi, in versic. vel aliter & tertio. & hæ duæ vltimæ limitationes tollunt difficultatẽ, quæ posset moueri ex dictis But. quem refert Præpos. ibi: in d. cap. fin. in princ. versic. & ideo infert hic. & in dicto ca. continebatur. Nec etiam probatur per testes dicentes, quod viderunt ambos in lecto cõplexos, &c. cap. præterea. de testibus. Dec. consil. ccccclxxvij. quia cum G
16 essent † impuberes, potius probant nixum ad copulam, quàm ipsam copulam. gl. d. c. 1. d. c. si quis acceperit. Hostien. dicto cap. continebatur. Gemin. dicto consilio v. hoc autem non sufficit dict. cap. fina. extrà, de sponſ. cap. attestationes. de desponſ. impub. Et quamuis textus in dict. cap. fina. loquatur in sponsalibus: tamen idem est si verba
17 de præsenti † interuenerint: quia inter impuberes talia verba resoluuntur in sponsalia. cap. 1. §. 1. de desponſ. impub. lib. vj. & probatur in d. c. attestationem. & istud puto verũ. licet aliqui dissentiant. Et quia allegationibus contrarijs copiosè & subtiliter responsum est: ex parte secundi mariti: non scribo vlterius: sed concludo eum fouere bonam causam, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXVI. SVMMA.

1 *Matrimonium absq; consensu nullum.*
2 *Nuptiæ simulatæ nullius sunt momenti.*
3 *Copula in castibus matrimonium non imiri.*
4 *Barb. consilium 6 in 1. vol. reprob.*
5 *Nixus ad copulã post sponsalia de futuro nõ facit vt trãseat in vim matrimonij, sed requirit vtrũq; rectè peruenisse.*
6 *Contrahens sponsalia sub conditione si pater consenserit ipso dissentiente, licet deinde sequatur copula non purificatur matrimonium.*
7 *Sponsalia de futuro per copulam subsecutam transeunti vim matrimonij.*
8 *Verba enuntiatiua temporis præsentis, non inducunt obligationem respectu futuri.*
9 *Conditio appositа in contrahendo matrimonio arguit omni modo defuisse consensum.*
10 *Dictio nisi, ponit casum contrarium.*
11 *Præsumptio procedit in casu dubio.*
12 *Præsumptio non extenditur ad casum certum.*
13 *Confessio etiam parte præsente facta si non sit acceptata, non præiudicat.*
14 *C. is qui fidem declar.*
15 *Dolus excludit consensum saltem in effectu etiam in causa matrimoniali.*
16 *Disparitas in contrahendo matrimonio, facit vt non verisimile consensum absfuisse.*
17 *In foro conscientiæ qui verè non consensit, non tenetur stare matrimonio.*



IN hac causa matrimoniali nõ videtur mihi subesse cõsensus, absque 1
quo nullũ est matrimonium: iuxta ea, quæ habentur in l. nuptias. ff. de reg. iur. quia in casu nostro nec cõsensus nec verba interuenerũt apta matrimonio. ca. tua nos. in fi. extrà, de sponſ. Et etiã si dota esset spes matrimonij, cũ tamẽ spes illa nec per verb. de præsenti, nec de futuro, sit ad effectũ deducta, non pót dici subesse matrimoniũ, sed potius quędã simulatio, vnde lex ait, q, simulatę † nuptiæ nullius 2
sunt momenti. l. simulatæ. ff. de rit. nupt. & p hoc facit q, no. Cald. & Præpos. in c. ex parte. de spõsa. de puella, quę dixit, *Nolo, quod tangas me, niſi ducas me in vxorem*, sequuta † copula, nõ tamẽ erit matrimoniũ, nec plumeẽ cõsensus viri, refert & sequit Cur. 3
Iun. in l. actione. C. de transact. vbi etiã ponit aliũ casum de illa puella, quæ dixit: Nolo q, tangas me nisi prout honestati conuenit, & vir respondeat, quod aliter non est facturus, sequuta nihilominus copula, secundum eum non erit matrimonium, quia deficit consensus, videtur enim potius illusisse puellam, quã cõsensisse, vt ibi dixi reprobato cõsi. Barbatię † 6. in 1. vol. prout etiam alij Mod. ibi 4
improbãt, & Picus in l. 2. C. de secund. nup. Et facit quod habetur in c. fin. de sponſal. vbi † post spõsalia de futuro nixus ad copulã nõ facit vt transeant in vim matrimonij, sed requirit vtrunq; rectè 5
peruenisse, facit quod habetur in c. pen. de cond. appos. vbi † qui sub conditione sponsalia contrahit, 6
puta, si pater suus consenserit ipso dissentiente, licet deinde sequatur copula, non purificatur matrimonium. Nec obst. q, in contrariũ adducitur vi-

delicet

delicet cõfessio Arluiri, qui dicit, q, nisi quidam respectus fuisset etiam statim eã in coniugẽ accepisset: vnde videtur succedere regula posita, in c. 7 is qui fidem de sponsal. vbi † sponsalia de futurò per copulã subsecutam, transeunt in vim matrimonij. Respondeo multis modis. Primò, quod oportet sponsalia de futuro esse contracta, & sic qui dixisset, q, in futurum esset acceptus: ista 8 autem verba sunt † euntiatiua temporis præteriti quæ obligationem nõ inducũt respectu futuri. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. empt. l. cũ certus. ff. de tritic. vin. oleoq; leg. & facit text. in l. Titia cum testa. §. Cæsus. vbi doct. de leg. 2. Secũdò respondeo, q, dicta cõfessio habebat cõditionem nisi quidam respectus fuisset, quæ † cõ- 9 ditio arguit omni modo defuisse consensum, ergo aderat respectus ne eam duceret in coniugẽ: quia † dictio, nisi ponit casum cõtrarium. l. actio- 10 nes. C. de transact. absq; quo consensu non potest esse matrimoniũ, & cũ tex. in d. c. is, qui fidẽ, indu- 11 cat præsumptionem, debet intelligi hæc † præsumptio in casu dubio secundũ suã naturã. iuxta glo. in l. vnica. §. accedit. super verb. præsumatur. C. de rei vxo. act. † non autem extendi ad casum 12 certum, quãdo constat de dissensu: quia subesse certus respectus: ne vltra vim verborum illa enũciatio accipiatur. Lucius. §. filiam. ff. ad S. C. Treb. Tertiò, quia text. in d. c. loquitur in eo, qui dedit fidem mulieri, ista autem confessio nõ emanauit erga ipsam mulierẽ, sed erga tertiam personam, vnde nõ potest inducere hæc sponsalia quæ fiũt per promissionem sponsi erga sponsam. l. 1. cum seq. l. hæc ita. ff. de sponsal. l. in sponsalibus. eod tit. vnde solet dici, q, † confessio, etiam parte pręsente facta, si non sit acceptata, nõ præiudicat, vt 13 diffusè consuluit Franc. Curt. Sen. consil. lxxvij. super articulo. Alexãd. consi. cxj. in 3. consi. xx. & lxxxij. in 4. ccxij. in vj. Hippol. Marsil. in l. de vno quoq;. nu. 125. ff. de re iud. imò videtur, quod ista confessio, quę nõ est facta de directo versus puellã, censeatur incidẽter facta ad colorandum suũ propositum: vnde nõ præiudicat versus puellã, secundũ gl. in ver. nõ prodidit in c. ex pœnitentibus. 50. distinc. per doc. in c. at si clerici. in princ. extrà, de iud. Quartò respondeo, † q, text. in d. c. 14 is, qui fidem. loquitur, vbi sponsalia pcesserunt: deinde sequuta est copula: nostra quæstio est in casu cõtrario, quia copula præcesserat de subsequuta est dicta confessio: & forte nõ constat ex processu q, post dictã cõfessionem amplius se copulauerit, vt meritò tali casu non possit dici subesse præsumptum matrimonium, secundũ gl. in c. venies. ij. de sponsali. vbi doctores. Quintò respondeo, q, cũ in casu nostro sit magna disparitas. Credibile est, quòd mater & puella finxerunt se decipi: nec tunc saltem in foro animæ sit locus præsumptioni, de qua in d. c. is, secundũ Theologos maximè S. Thomã in 4. sententiarũ distinc. 28. articu. 2. quẽ sequitur summa Angelica in verb. matrimoniũ. 2. §. 2. cũ similib. q, 15 põt deprehendi ex qualitate parentũ, † vnde dolus videtur excludere consensum saltem in effectu, etiã in causa matrimoniali. c. ex literis. extra, de sponsal. vbi tunc non recedemus à verbis nec quicquã præsumitur in fauorẽ dolo agentiũ. Et debet d. Iudex in hanc partem inclinare. Primò 16 propter † disparitatẽ, quæ facit vt non sit verisimile cõsensum adfuisse huic matrimonio. c. super eo. extrà, de testib. Secundò, quia in foro 17 conscientiæ certũ est non subesse matrimonium, quia licèt in foro contentioso nõ obstantibus verbis captiosis aliquandò videretur pro matrimonio tamen in foro conscientiæ si ille verè non cõsentit, nõ tenet stare matrimonio, secũdũ Abb. in c. ex literis. 1. extrà, de sponsali. Tertiò, quia aliàs isti essent in perpetua rixa, & possent sequi multa scandala: vt dicitur in cã. cum locum. extrà, de sponsa. Quartò, quia satis apparet ex processu, q, iste fuit allectatus per matrẽ cuius dolus stante disparitate nõ debet nocere huic iuueni secundũ Theologos, vt sup. dixi. Quintò, quia iste pro peccato suo satis pœnarum edit cùm diu manserit in carcere, & fecerit máximas expensas, & sit passus multa incõmoda. l. si diutino. vbi doc. ff. de pẽ. & licet adducantur aduersus iuuenem quædam alia argumenta, putà donatio vnius an nuli, & verba quædam inaniam, quæ solent ab amatoribus efutiri, tamẽ tã leuẽ coniecturã faciunt vt alia responsione nõ sit opus. Et ita mihi videtur sãluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

1 *Emphyteosis ecclesiasticæ natura talis est, vt ad descendẽtes pertineat, & extraneis non deferatur.*

2 *Verba hæredibus, & successoribus nõ alterant naturam emphyteosis, sed secundum eam intelligunt.*

3 *Verba vtriusq; sexus non referuntur ad extraneos, sed ad descendentes.*

4 *Ecclesia finita linea tenetur inuestire hæredes decedentis secundùm qualitatem pristinæ concessionis.*

5 *Filiæ Patri succedunt, quando ad sexum respectus non habetur.*

6 *Eques Hierosolimitanus non potest vti beneficio statutorum suæ ciuitatis.*

7 *Translatio emphyteosis in potẽtiorẽ personã est vetita.*

8 *Potentior ille dicitur, qui cum difficultate potest conueniri, & aduersus quem non facilis executio.*

9 *Verba hæredis & successoris sunt collectiua & vniuersalia quemlibet ex liberis comprehendentia.*

10 *Successione paterna prima causa est descendentium.*

PLACET mihi conclusio suprascriptorũ dominorum consulentiũ, q, emphyteusis, de qua agitur, pertineat ad filios d. Claræ, tali ratione: nã emphyteusis cõcessa fuit Achilli pro se, hæredibus, & successoribus vtriusq; sexus, quæ verba referuntur ad filios, & descendentes: quia in eis attendimus ad qualitatem sexus, quæ hic considerata fuit, tum quia † natura emphyteusis ecclesiasticæ est talis, vt ad descẽdentes pertineat. §. emphyteusim. in auth. de nõ alie. & extraneis non deferatur. vt habetur in l. etiã. ff. sol. matr. & verba † illa, hæredibus, & successoribus, nõ alterant naturam emphyteuseos, sed secundum eam intelliguntur, secundũ Alex. consil. 27. in v. Dec. consi. clxxj. quicquid dixerit Soc. consil. clxvj. quem Dec. loco suprascripto reprobat: & in casu nostro res est certior propter verba † vtriusque sexus, quæ non referuntur ad extraneos, sed ad descendẽtes, prout sentit Alex. consi. 16. in 5. Dec. consi. ccviij. Curt. in trac. feu. 3. pars. q. 17. Et ideò, mortuo Achille, absq; filiis res reuertebatur ad ecclesiam tãquã finita linea. Cæterùm cõis † opinio doctorum est, q, teneatur ecclesia rursus inuestire hæredes ipsius decedentis, idque secundùm qualitates pristinæ concessionis, vt per Bar. & Dd. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl. in fi. in l. 1. §. per hunc titulum. de aqua quot. & æsti. Dec. 858. cxx). Soy. ad. cons. lxxxvj. nu. 23.

Rip. latè

Rip.latè in l.1.ff.de pri. cred.eùm ergo decesserit relicto patre hærede,ius etiam in eum transijt,& ecclesiá eum recognouit,quia omnino, vt dixi, erat obligata hoc facere. Mortuo autem patre ei
5 succedere † debent eius filiæ,ex quo in hac inue stitura non habetur respectus ad sexum.Neç obstat q; adsit frater masculus, ad quem pertineat successio ex forma statutorum Rhegien.quia re-
6 spondeo, q; cùm sit eques † Hierosolymitanus, & illi religioni addictus, nõ potest vti beneficio dictorum statutorũ,prout aliàs dixi in auth.cassa C.de sac.ec.vbi reprobaui quandam opi. Dec.in consi.cxiiij.quia statutum Rhegien.excludit talẽ à beneficio suo,quòd facere põt.l.si quis curia lis.vbi Bal. & Fulgo. C. de episc. & cler.Ias.l.de quibus. ff. de legib.& facit ad illud statutũ quod not.And.Sic.consi.xlviij.& lj.in 2.Io.Cur. in repet.§.diui.l.filiusfamiliâs.ff.de leg.1.Ripa consi.
7 iiij.lib.1.respons. Præterea talis † reputatur persona potẽtior:in quẽ vetita est trãslatio emphyteusis:tũ quia ratione fori dicit potẽtior. l.1. vbi Bar.C.de ijs qui pot.nom.Ias.l.fi.C. de iure em-
8 phyt.cẽsetur enim † difficulter posse conueniri secundũ gl.in l.2.in prin.ff.qui satisd.cog.tũ quia aduersus eũ nõ est facilis executio.c.Odoardus. de sol.tum quia sicut armatæ militiæ milites ꝓhibẽtur,l.milites.C.loc.ita & iste facit, c. vnico. §.qui cler.si de feu.fue,contro.meritò ergo eccl. nõ tenebatur eum recognoscere: & cũ in extra-
neos tale ius trãsferri nõ possit:sequitur vt rema neat sororibus:& earum hæredibus,siue ex con- D
sensu ipsius.de quo per Alex.consi.cxx.vers. po-
9 test.in prin.siue ex iure accrescendi:cum † verba illa,hæredibus & successorib. sint collectiua: & vniuersalia,quemlibet ex liberis cõprehendentia:vt donec aliquis superfit nõ reuertatur res ad dominũ:sed locus sit iuri accrescẽ.arg.l. sicut.in fi.ff.q; cuiusq; vniuer.quod Aret.& Ias.tradiderũt
3 in d.l.si mihi & Titio.Nec obst.quod istud ius ad hũc militẽ Hierosolymitanũ deuoluatur iure hę reditario,siue ex auth.defuncto.C.ad Tertyl. vt E
10 succedat fratri, siue † ex successione paterna,in qua prima causa est descendentium.auth. cessan te.C. de leg.hæred. Quia respõdeo,quid cũ sit de personis vetitis.succedere in emphyteusi,nõ po test eam habere,& si emphyteusis esset alienabilis in extraneos,teneretur eam alienare in perso nam habilem,arg.l.fil.famil.§.cũ quis. ff. de leg. 1.& tradit.Spec.in tit.de locatio. §. nunc aliqua. vers. cxvij.gl. Ray.Alb. Guid. de Suza.in l.fi.ita qs promiserit.§.ea lege.ff.de verb.oblig.Alex.d. F
consi.cxx.Sed cũ in casu nostro nõ sit alienabilis in extraneos, sed transeat in hęredes & succes- sores vtriusq; sexus tantùm,necessariò devolue- tur ad istas sorores,seu earum filias, & sufficit q; sint hęredes, vel pro parte vt ius renouationis in uestituræ ad eas pertinuisse dicamus, secundùm Alex.& Dd. in d.l.si mihi,& Titio.& consi.x.lib. 3.Anch.consil.cxxxiij.Dec.consi.cxxxj.318,Curt. in tract. feud. part.2. q.xv. Sunt autem hæredes ꝓ parte tã fratris.d.auth. defuncto. quàm patris G
l.maximam.C.de liber.præter.maximè cùm iste frater nõ possit vti beneficio statutorum Rhegi- en.vt suprà dixi.Et ita ego sentio requisitus de so la subscriptione,saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXVIII. SVMMÆ.

1 *In contractibus regulariter non est locus iuri accrescẽdi.*
2 *Dictio cuiuscunq; est distributiua.*
3 *Per secundam inuestituram non censetur derogatum iuri prouenienti ex prima inuestitura,nisi appareat hoc expressè actum.*
4 *Perceptio pensionis probat continuationẽ possessionis.*
5 *Reseruatio iurium quod non fiat præiudicium, censetur reseruare non solùm ius proprietatis, sed etiam possessionis.*
6 *Rei conuenti regulariter possunt contrarias exceptiones proponere.*

 VBTILITER & copiosè allegatũ est in hac causa per prestantissimũ d.Aduocatũ & sublatę multæ difficultates quæ fiebant cõtra Comi tes de Cast. veteri: quib. allegationib.ego contentus duntaxat pauca sum scripturus in articulo principali.Et contra istos Comites prima facie sunt verba inuestituręcõcessæ à vicario commẽdatarij S.Crucis, quibus dimidia Piagiolini cõceditur Co.Roberto,&c.& alia dimidia nepotib.ipsius ex fratre,q; verba indicant istos vocari pro partibus separatis quẽlibet pro dimidia:vnde inter ipsos nullũ,est ius accrescen di.l.Męuio fundi,in prin.de leg.2.vbi habẽtur ꝓ separatis in vltimis voluntatibus,multò fortius † in cõtractibus,in quibus regulariter nõ est lo- 1
cus dicto iuri accrescendi.l.si mihi & Titio. ff.de verb.obli.Sed tamẽ in casu nostro puto contrarium,quod etiã alia dimidia Piagiolini, quę fuit Co.Roberti,pertineat ad nepotes suos, nõ quidẽ vigore suprà scriptæ inuestituræ monasterij S.Crucis, sed vigore inuestiturarũ acceptarũ ab Abbate S.Laurentij propter clausulam,*Pro se, & cuiusque ipsorum & filijs,& descendentibus,&c.*propter vim distributiuæ † illius,cuiusq;,de qua per Dd. 2
in d.l.si mihi & Titio,& dictum fuit in alio consilio.Et quamuis deinde in posteriore inuestitura talis clausula fuisset aliter cõcepta, tamẽ non censeretur derogatum iuri prouenienti ex prima † inuestitura, nisi appareret expresse hoc a- 3
ctum,secundũ Bal.in c.1.per illũ tex.de eo,qui fi- bi,& suis hæred.& in c.1.§.si verò, ad fi.de grad. suc.cũ multis cõcorda.per Dec. cõsi.185.193.194. vnde si posteriores inuestituręfactę ab eodẽ dño nõ nocent emphyteusis, multò minùs ista facta ab alio qui asserebat se dominum. Nec ob. quòd hæc secunda inuestitura facta sit de consensu, & licentia primi domini:quia talis licẽtia emanauit eo colore: qa ipse Abbas nolebat litigare cũ secũdo,& ideo concesit facultatẽ renouationis quã facultatẽ ꝓfatus est nõ debere, nec posse quoque,vel quouis cõfiro colore cedere in præiu diciũ iuriũ monasterij S.Laurẽtij,quibus verbis nõ videtur ex parte ipsius monasterij.S.Laurẽtij amissa esse possessio ciuilis bonorũ emphyteuti corũ:tũ quia † semp percepit eandẽ pensionẽ per 4
quẽ actũ,probat cõtinuatio possessionis. l. quã- uis.4.§.si cõductor,vbi Dd.ff.de acquir.poss.dot. c.inter dilectos,extr.de fid.instr.tũ quia ꝓ talẽ licẽtiã renouãdi nõ cẽsetur amissa poss.vel trãslata in aliũ qñ fit ab abbate, vel prælato,seu simili administratore,qui nõ possidet suo nomine,sed nomine ecclesiæ,secundum doctri.Bart.in l.1.in prin.in 4.q.principa. vers.pone quod tutor. ff. de acqui.poss.& consuluit Ale.consi.81.vers.alio respectu,in 3.vol.& maximè quia illa † reseruatio 5
iurium,quod non fiat præiudicium, &c. censetur reseruare non solùm ius proprietatis, sed e- tiam possessionis.Inno. c. episco.de reb.eccl.nõ alien.Abb.c.1.de rest.in integrũ,vnde videtur o-

mnino

mino saluum esse ius istorum ex antiquiore inue- A
stitura, vt possint isti se tueri ex iure monasterij san
cti Laurentij.

¶ Nec obst. d. recognitio Co. Roberti: quia ap-
paret per errorem facta si ius erat penes monaste-
rium sancti Laurentij. Vnde attenditur antiquior
inuestitura, vt suprà dixi. Item non obstante tali re
cognitione solutus est integer canon monasterio
S. Laurentij, vnde certum continuata eius pos-
sessio, vt est dictum. Item etiam quod aliqua pos-
sessio esset translata in commendatarium S. Cru- B
cis, tamen nihil impedit, quin isti ex diuturnitate
possint retinere, & se defendere ex vilio-
re. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss. maxime cũ sint
6 † rei conuenti, qui possunt regulariter etiam con-
trarias exceptiones proponere: l. nemo prohibet.
ff. de excep. cum ibi not. & etiam quia factum Co.
Roberti, non potuit præiudicare istis nepotibus
suis ex fratre absentibus: qui aliàs ex prima inue-
stitura vocabantur. Et ita mihi videtur, saluo sem-
per saniore iudicio.

CONSIL. XXIX. SVMMÆ.

1 In decimis soluenda de fructibus comprehenduntur etiam Porci, quia & ipsi sunt in fructu.
2 Transactio de decimis valet & tenet.
3 Qualitas secundum quam contractum fuit attendi debet.
4 Verba generalia generaliter intelligi debent.
5 Decimæ de animalibus solui debent in eo loco in quo pascuntur.
6 Consuetudo in perceptione decimarum attendi debet.
7 Consuetudo ex decem annis inducitur.
8 Ex ijs quæ deinde secuta sunt præsumimus quid à principio in contractum gestum sit.
9 Ab exordio tituli posterior formatur euentus.
10 Possessio præsumitur ex præambula forma processisse.
11 Actus sequens in executionem eius quod à prin. tractatum est intelligitur factus.
12 In his quæ habent se, sicut finis ad initium, Tunc per modum declarationis ex post facto præsumitur in præteritum.
13 Colonus respondens mihi de fructibus præsumitur retrò coluisse nomine meo.

BREVITER agendo in proposita quæ-
stione, non videtur dubium, quin is-
te laicus teneatur ad solutionem de
1 cimæ † porcorum: cum & ipsi sint in
fructu, vt est text. in c. peruenit, & in
c. non est, de decim. in antiq. Sed dubium est, ad E
quem pertineant dictæ decimæ ad rectorem curę,
an ad religiosos, & clarum est de iure communi
spectare ad ipsum rectorem, sed in proposita quæ-
stione, fronte suadetur oppositum propter verba
permutationis initæ ex causa transactionis inter
rectorem, & religiosos, quæ transactio valet, & fie
ri potuit de ipsis decimis. c. ex multiplici. extra,
de deci. Nec potest reuocari in dubium, an iste sit
rector vel vicarius: cum ipsi religiosi contraxerint
cum eo tanquam cum rectore ipsius curæ, non au-
tem tanquam cum vicario, vt ex lectura transactio
nis appareat: vnde satis confiteri videtur esse recto-
2 rem. l. opt. C. de contrah. & commit. stip. & † attẽ
denda semper est qualitas, secundum quam con-
tractum fuit. l. si pater. §. qui duos. ff. de adop. Ang.
l. si proponis. ff. de inoffi. test. Omnis igitur difficul-
tas oritur ex verbis transactionis. Et pro reli-
giosis facit, quia rector in parte ipsis à se tradita re
nuntiauit omni iure decimæ bladi, & viuorum: q.

Consil. Andr. Alc.

in dictis tertiis haberet vigore curæ suæ, subiecit- A
que clausulam generalem, & cuilibet alij iuri de-
cimarum, quod dicto rectori occasione curæ suæ
competit, vel competere posset intra dictos fines,
quæ verba cùm generalia sint debeant generali- 4
ter intelligi. l. de pretio. ff. de publicia. & consequẽ
ter ad mixtas trahi. In contrarium facit, quia illa
verba, intra dictos fines arguunt de decimis tantũ
prædialibus actum esse, quia ille intra fines ppriè
continentur: non autem de personalibus: vel mi-
xtis, quæ ex lucro animalium, seu mouẽtium pro- B
ueniunt. l. Cains. ff. de leg. 2. l. si fideicommiss. §. 1.
de iud. l. fin. C. de præscrip. lon. temp. dato enim
† quod pro animalibus debeat solui decima in eo 5
loco, vbi pascuntur secundum glo. in c. ad apostoli-
cæ, extr. de dec. tamen, cùm iste locus sit etiam ip-
se de parochia, licet alijs, ijs, qui religiosis, ius pa-
rochiale saluum est, exceptis decimis de dictis ter-
ris: at istę non sunt de terris, sed de animalibus. d.
l. Cains, & per Iac. in l. fundi. hoc modo, in fin. de
verb. oblig. Bal. consil. 3. in fin. li. 2. volum. vnde C
in dubio pronuntiandum est, pro dicto rectore,
cui ius commune assistit, vt est glos. in l. omnis. ff.
de reg. iuris. Bar. in l. quotiens. ff. si quis cau. & per
Dec. in l. 1. de reg. iuris. Fortius me mouet consue-
tudo ex post subsequuta, ex qua apparet, quod di-
ctus rector semper ab illa transactione citra percep-
tionem dictas decimas animalium per 15. annos con-
tinuos: † quæ consuetudo maxime tamen istis deci- 6
mis attendenda est. d. c. ad apostolicæ, & c. cum D
sint, eod. tit. Nec est dubium per tale tempus con-
suetudinem censeri probatam: cum † etiam ex so- 7
lis decem annis inducatur, vt est communis opin.
post Bartol. in l. de quibus. in 2. quæstio. 2. quæstio.
in prin. ff. de leg. & leg. 1. quæst. C. quæ sit lon. tem
po. consuetud. cùm igitur talis consuetudo subse-
quuta sit, declaratur retrò, quid contrahentes ipsi
senserint. Pro qua conclusione facit regula l. Iul.
§. proinde. 2. ff. ad Mace. vbi † ex ijs, quæ dein- 8
de sequuta sunt, præsumimus quid à principio in
cõtractu gestum sit, & quod per illam decidit Bar-
to. in l. cætera. §. fina. ff. de leg. 1. & Ludouico Rom.
consil. 313. Facit etiam, quod solet dici † ab exor- 9
dio tituli posterior formatur euentus l. vnica. li. 11.
C. de impõ. lucrat. descript. lib. 10. & quod habetur
in l. quædam mulier. ff. de rei vend. vbi † poss. præ- 10
sumitur ex præambula forma perseueraſſe. l. pen.
ff. de vsucap. pro leg. l. si ante, vbi Bald. ff. si ser. ven-
di. & † actus sequens in executionem eius quod à 11
principio tractatum est, intelligitur factus. l. 3. §. vl
de quæri. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is qui
putabat. ff. de acq. hæred. per Iaso. in l. post dotem,
in 1. col. D in. ff. solut. matrimon. Facit etiam alia re-
gula quod † in his, quæ habent se, sicut finis ad ini 12
tium, tunc per modum declarationis ex post facto
præsumitur in præteritum. d. §. proinde, & l. liti-
bus. C. de agricol. & censi. libr. 11. vbi † si colonus 13
respondet mihi de fructibus præsumitur retrò co-
luisse nomine meo, & ibi glo. in verb. colonorum,
quę hoc intelligit: dummodo respondeat per de-
cennium, seu longum tempus. facit l. si filius. C.
de petit. hæred. & not. in l. 1. C. qui admit. & Pet.
de Ancha. in reg. semel malus, de reg. iur. in 6. vbi
concludit id induci per modum declarationis,
non autem præscriptionis, & ideò non requirun-
tur necessariò tempora, quæ præscriptioni
sufficiant. Et ita mihi videretur, sal-
uo semper saniore iu-
dicio.

BIU Cujas

CONSIL. XXX. SVMMÆ.

1 *Dictio filijs apta est comprehendere vtrunque sexum ideo ambigua.*
2 *Ex ijs quæ deinde secuta sunt sumitur præsumptio eorum, quæ prius gesta sunt.*
3 *Hæres tenetur habere ratum quicquid gestum fuerit per eũ à quo hæreditatem habet.*
4 *Inuestitura prior reuocabilis etiam si vni prouisum sit.*

PRO Fabricio facit prima inuestitura, per quam non admittuntur fœminæ, nisi in defectum masculorũ. Sed pro filiabus Lucię facit quia videntur Lucia, & Catharina mutuo consensu illi renuntiasse per secundam inuestituram à domino acceptam, quod probatur infrà scriptis rationibus. PRIMA, quia verba primę inuestituræ pro filiabus fœminis, & illarum filijs, & nepotibus masculis, sunt ambigua: & dictio, filijs, potest comprehendere vtrunq; sexũ. l. inter stuprũ. §. seruis, de verb. signi. & qualitas masculinitatis referri solùm ad nepotes, & ista interpretatio debet accipi, postquam partes ipsæ ita videntur declarasse accipiendo secundam inuestituram, per quam filiæ fœminæ Luciæ, & Catharinæ admittuntur, vt † ex ijs, quę deinde sequuta sunt sumatur præsumptio eorũ, quæ prius sunt gesta. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. SECVNDA, quia presuppositio, quòd Fabricius sit hęres matris suæ, vt quia eius dotem habeat, iuxta not. per Bart. in l. gerit. de acqui. hær. tenetur † ratum habere quicquid per ipsam sit gestum. l. cum à matre. C. de rei vend. & cum ipsa in instrumento diuisionis liberauerit dicta bona, non potest nunc cõtrauenire, de quo per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 8. de verb. oblig. quæ diuisio appareat fuisse facta nõ solùm per publicum documentũ, sed etiam per lapsum temporis: quia vltra decẽ annos possederit dicta bona, secundùm gl. & Dd. in l. pe. C. cõ. diuid. & ideo censetur confirmata lapsu tanti temporis, etiamsi non appareat de consensu matris, tanquam tutricis, quòd si instrumentum tutelæ inueniatur, res erit magis clara.

TERTIA, qa licet magna altercatio sit inter scribentes, nunquid possit inuestitura † ab ecclesia p se, & filijs de emphyteusi disponere in vnum tantum, & sic contra formam primæ inuestituræ, de quo per Alex. consi. 52. in 4. Soc. consi. 25. in 1. Iaso. l. 2. q. vlt. C. de iur. emphyt. tamen antequam acquiratur vtilis actio ipsi Fabricio, videtur, quòd accedente consensu domini, potuerit recedi à prima inuestitura, per tex. in c. 1. in prin. de proh. feu. alie. per Fed. vbi præpositus hoc tenet, & facit tex. in l. 3. C. de ser. expor. & q. not. Bart. & Dd. in l qui Romæ. §. Flauius, de verb. obl. & l. 2. ff. de assig. lib. tãquam habeat hæc Fabricius per mortis causa capionem, quam potuit eius mater & Lucia reuocare, secundùm Bart. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obl. cum ergo antequam inuestitus esset Fabrici⁹, factæ sunt inuestituræ illæ posterioris, satis videtur illis standum esse, & ita etiam tenẽt aliqui Moder. in l. quod dicitur. ff. de de verb. obli. vt cum in feudo nouo simpliciter est permissum. c. 1. §. si vasallus culpa, si de feud. fuer. cõtrouer. c. 1. de duob. fratr. à c. inuestit. per Alexan. d. consi. 52. idem sit in emphyteusi paterna, vel auita quando adhuc non est quæsitum ius nepoti, & consensus domini accesserit. Et hoc dictat æquitas: ne filiæ Lucię remaneant omninò excluſæ, vt postquàm matres quãuis fœminæ admissæ sunt etiam filię admittantur, & Fabricius si est hæres matris teneatur habere ratam dictam inuestituram posteriorem & instrumẽtum diuisionis, de quo suprà, quo casu rationes Alex. consi. 105. in causa Nicolai. lib. 4. non habent obstare, si rectè videantur. Et hæc omnia saluo semper iudicio.

CONSIL. XXXI. SVMMÆ.

1 *Conductor non nisi ex causa decimas solvit.*
2 *Decimas deberi, varie probatur.*
3 *Quid actum esse per epistolam transmissam probatur, & talis epistola fidem facit.*
4 *Ex post facto coniecturamus quod retroactum est.*
5 *Contractus partim locationis, & partim donationis, debet regulari secundùm naturam donationis quæ principaliter etiam vertitur in contractu, &c.*
6 *Qui donat fructus trium annorum, non censetur velle donare aliorum.*
7 *Fructus præteritos esse renuntiantis.*

CONCVRRO & ipse in sententiam suprascriptorum dominorum consulentium, & subscribentium. Et primò circa primum punctum, † licet 1
aliàs conductor non teneatur ad huiusmodi decimas impositas per pontificem, & similia onera extraordinaria, secundùm gloss. super verb. si beneficiorum. in cle. 2. de dec. vbi Dd. tamen fallunt, vbi ita actum sit: quia conductor susceperit in se id onus, prout in casu nostro: quia promisit d. Sancto aureos 45. detractis oneribus quæ ipse soluebat, & quod ita actum sit, satis † probatur, ex epistola transmissa † quæ fidem facit. l. ea 2 3
quę. ff. de dona. inter virum. l. Publia. ff. depo. Item probatur ex coniecturis, quia aliàs esset manifesta læsio, & quidem supra dimidiam iusti pretij, quæ quidem coniectura non est capienda. l. cum de indebito, de prob. Item probatur ex quantitate decimæ solutæ, quæ est ducatorum decem pro decima qualibet. arg. gl. in l. semper in stipulationibus de reg. iur. Non enim est verisimile quod de 45. aureis solueret decem pro decima, sed potiùs soluendа esset extra illos 45. aureos pro vero valore totius beneficij. Item probatur ex euentu quia ipse cõductor soluit ipsam decimam, quam profectò non soluisset, nisi id onus sibi incubuisset vt ex post facto coniecturemus † quod retrò sit actum. l. sed Iu- 4
lianus. §. proinde. ad Macedon. & quod habetur in l. litibus, de agricol. & cen. lib. 11. cod. Circa secundum punctum sentio idem, quod suprascripti domini consultores: cùm enim iste contractus sit partim † locationis, & partim donationis, debet 5
regulari secundum naturam donationis quæ principaliter etiam vertitur in contractu, secundum regulam l. Aristo. ff. de donatio. & probatur in l. si sponsus. §. circa venditionem, vbi bonus text. in l. cum hic status. §. pe. ver. idem dicendum erit. ff. de don. inter vir. & vxo. per glo. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. & firmat Lud. Rom. in l. 2. in prin. de verb. oblig. Anch. & Imo. c. cum causam, extra de emp. Soc. consi. 22. in 4. vol. clarum aũt, & indubitatum, q. regula l. item quæritur. §. fin. ff. lõc. non procedit in donatione: quia qui donat fructus † tri- 6
um annorum, non censetur etiam velle donare aliorum. l. si certis annis, vbi dixi. C. de pac. & tradit Alex. consi. 76. visis dubitationibus, in 5. volu. & in simili per Socin. l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 3.

Vlteriùs circa alium punctum, cuius sint pẽsiones bene-

BIU Cujas

beneficij, quæ percipiuntur occasione fructuum præteritorum perceptorum ante renũtiationem, puto esse clarum, quòd sint renuntiantis, per regulam l. defuncta. ff. de vsufr. vbi Alb. infert ad casum nostrum. Sed cum iste renuntians decesserit ab intestato in eis succedit ecclesia vnde prouenerunt, & consequenter eius rector. c. 1. c. vt vnusquisque, extra de pec. cler. si verò fecisset testamentum, esset recurrendum ad distinctionem gl. in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6. Abb. c. cùm esses, de testa, And. Sicul. c. fi. de pec. cler. cum simil. quod non prosequor, quia iste non fecit testamentum. Et ita de sola subscriptione requisitus arbitror iuris esse, salvo semper rectiore iudicio.

CONSIL. XXXII. SVMMÆ.

1 *Omnes fundi debent præstare decimam ecclesiæ suæ parochiali.*

2 *Quarta pars decimarum Episcopo debetur regulariter.*

3 *Decimarum genera differentiæ, dignoscendique modi.*

4 *In dubio præsumendum est decimas esse ecclesiasticas.*

FVNDATA est intentio reuerendi episcopi Nouariæ circa decimas, de quibus agitur: quia secundùm regulam † iuris communis omnes fundi debent præstare decimam ecclesiæ suæ parochiali. c. 2. de restit. spol. in 6. c. cum cõtingat, &c. apostolicę, de deci. & earum quarta † pars debetur episcopo. c. de quarta. extra, de præscrip. nisi episcopus tõtum præscripsisset, vt ibi habetur quod videtur procedere in casu nostro, in quo decimæ circumuicinæ omnes præstantur episcopo: vnde etiam ista de qua agitur, quamuis empta à laicis, tamen censetur habere originem ab ecclesia, & potest per eam peti, seu eius conductores, nisi probetur, quòd dicti laici eam habuissent ante cõcilium Lateranense factum, iam à ducentis annis supra, vt dicunt communiter Dd. in c. cum apostolica. extra, de ijs quæ fiunt à prælat. & in c. prohibemus. extra, de decimis, & extat diffusum consilium Andr. Sic. in suprascriptis locis à Dd. allegatum. Nec obst. quòd † posset ista decima possessa per laicos & empta à Rhodis esse merè laicalis, pura si haberet esse ab imperatore vel principe sæculari, de quo dixi in l. sylua. §. noualis. versi. ait Appianus, de verb. sign. per Bal. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de cõtrah. empt. Card. cl. 1. de dec. Respõdeo quod imò in dubio præsumendum est quod hæc decima sit ecclesiastica, non autem imperialis. Primò, quia in iure non reperiũtur aliquando præstationes specificæ ad decimas coarctatæ, nisi hæ quæ ecclesiæ dantur secundum titulum, extra de decim. Secundò, quia cum omnis terra debeat decimam ecclesiæ, vt habetur in c. 1. de decim. & nu. 20. & in ijs bonis de quibus agitur non soluatur alia decima, quam ista sequitur quod sit illa, quæ ecclesiæ debebatur, per ea quæ habentur in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Tertiò, quia aliàs sequeretur, quòd † de istis bonis duæ decimæ pręstari deberent, in primis ista empta à Rhodis, deinde alia ecclesiæ cuilibet: imò soluendum esset, nisi probaretur emptam à laicis fuisse ante concilium Lateranense, vt suprà dixi, & videtur communis opinio. Quarto, quia isti hæredes de Rhodis pro alijs decimis retentis rerogauerunt ecclesiam: vnde verisimile est idem quoque fuisse respectu istius venditæ ab antecessoribus suis. Facit enim hoc probabilem coniecturã. l. a sententia. ff. de app. per Abb. c. quamuis. q. 3. vbi Fel. extra, de re iud. maximè in antiquis vbi alia omnis probatio est difficilis. Et ita arbitror iuris esse salvo semper, &c.

CONSIL. XXXIII. SVMMÆ.

1 *Quando beneficiatus contrahit æs alienum pro refectione alicuius rei, vel domus, si illa domus est patrimonialis, cogitur hæres redimere pignus hoc nomine contractum, si verò est ecclesiæ tenetur ecclesia, siue successor in ea.*

2 *Si clericus fecit meliorationes in vtilitatem ecclesiæ, tenetur successor ad solutionem, quando vtilitas ecclesiæ est euidens.*

3 *Si Prælatus promisit aliquid alicui pro opera in ecclesiam impensa, & moritur, eius successor in beneficio tenetur soluere promissum.*

4 *Non est permittendum quod ecclesia locupletetur cum alterius iactura.*

5 *Quando debitum est contractum pro necessitate ecclesiæ, & quando est contractum in euidentem ecclesiæ vtilitatem parificantur.*

6 *Actus nostri voluntarij non extenduntur vltrà quam apparet.*

FACTVM tale est: Reuerendus d. Martinus Agrippa in domo ecclesiæ fecit multa melioramenta, & impendit de suo suprà quadringẽtos aureos, adeò, quod domus illa nunc longè maiore pretio locatur, deinde decessit, relicto quodam modico debito: erga Lapicidam ex dicta causa, quęritur, ad quẽ pertineat onus satisfaciendi dicto creditori, an ad successorem in beneficio, an ad hæredem patrimonij, & quia casus est clarus, paucis agam. Concludo enim tale onus pertinere ad successorem in dicta ecclesia: Primò per doctrinam Io. And. in c. ex præsentium. extra, de pignorib. vbi concludit, q. † quando beneficiatus contrahit æs alienum pro refectione alicuius rei, vel domus: quod aut talis domus est patrimonialis, & cogitur hęres redimere pignus hoc nomine contractum: aut est ipsius ecclesiæ, & tunc tenetur ecclesia, seu successor in beneficio: & cum illo transeunt communiter Dd. vt attestatur ibi Abb. Secũdò per doctrinam Abb. in c. quod quibusdam, de fideiuss. vbi † si clericus fecit meliorationes in vtilitatem ecclesiæ, tenetur successor ad solutionem: secundum l. in fundo. ff. de rei ven. quando vtilitas ecclesiæ est euidens, prout in casu nostro: cum domus cariore pretio locetur, & istud debitum sit, quid minimum respectu impensæ, quam fecit dictus Agrippa. Tertiò per id, quod no. Arch. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. vbi concludit, quòd † si prælatus promisit aliquid alicui pro opera in ecclesiam impensa & moriatur, eius successor in beneficio tenetur soluere promissum, sequunt aliqui Mod. in c. 1. extra, de depos. facit quod no. idem Arch. 25. q. 2. c. decessorum, & qa. † aliàs ecclesia locupletaretur cum damno alterius, quod non est permittendum. d. c. quod quibusdã. c. 1. extra, de depo. & habetur in c. fi. extra, ne pl. vic. suas. Merito ergo successor in beneficio tenetur, facit q. no. Card. cons. 95. in fi. Dec. cons. 157. Nec obst. q. rex. in c. 1. extra, de sol. solum obliget successore in beneficio, † qñ debitum est contractum pro necessitate ecclesiæ: nam respondeo quod idem est, etiam si in euidentem vtilitatem: quia ista parificatur. gl. cle. 1. verb. necessitas, de reb. eccl. non alie. & ita tenet Abb. d. c. q. quibusdam, cum quo transi-

eunt ibi Io. de Imo. And. Sic. & cæteri. Non obst. q. potuit Agrippa soluere de fructibus dicti beneficij, prout in simili dicit se consuluisse And. Sic. in d.c. ex presentium, in prin. respondeo, deducta pē sione minimum supereſt Agrippę: vnde frustrà tractatur de fructibus. Non obst. quod possit dici, q. omnem hanc impensam censeatur donasse Agrippa ipsi ecclesiæ: respondeo non censetur donasse, nisi quatenus expendit, quod verò erat expendendum, remanet in terminis iuris, vt ad successorem beneficij onus pertineat: quia † actus nostri voluntarij non extenduntur vltrà quam appareat, secundum Barto. in l. Titium, & Mæuium. §. altero, ff. de administr. tut. Et ita teneo saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXIIII. SVMMÆ.

1 *Emphyteosis ecclesiastica non transit in filios naturales, & quare.*
2 *Feuda in filios naturales non transeunt.*
3 *Legitimati non admittuntur ad feuda.*
4 *In emphyteosi magis attendimus ad fauorem accipientis, quam dantis.*
5 *Clausulæ & quibus dederit vis.*
6 *Ecclesia abhorret naturales in beneficijs spiritualibus, nō autem cum de bonis tractatur.*
7 *Ecclesia curat solùm quod in emphyteosi canon sibi soluatur, & res in potentiorem non transeat.*
8 *Legitimato dicitur abolita omnis macula, & est perinde ac legitimus nec est infamis aliqua infamia.*

QVIA per aduocatos prestantissimos diffusè hoc in pūcto allegatum fuit, paucis sententiam meam exponam. Et in primis constat emphyteusim † ecclesiasticam non transire in naturales filios, quia non est verisimile ecclesiam propter sui dignitatem de ijs cogitasset. l. ex facto. §. 1. ad Treb. & quia tales nō possunt haberi absq; pec cato, qua ratione, nec † feuda in naturales filios transeunt. c. 1. §. naturales, si de feu. fuer. controu. inter domi. & agnat. & ita se habet cōmunis opin. quam ampliant Bal. & alij in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substit. vt procedat etiam si tales essent legitimati: sicut etiam videmus † in feudo, ad q. legitimati non admittuntur. d. §. naturales, & hæc opinio etiam ipsa est communis, & certa propter auctoritatem Dd. licet concludenti ratione nō probetur, nec etiam satis bona lege, quia text. in §. naturales, loquitur in feudis, & sic beneficijs in quibus ad solam mentem concedentis attendimus, nostra quæstio est † in emphyteosi, in qua plus attendimus ad fauorē accipientis, quàm dantis. l. veteribus. de pact. l. in conuentionibus, de verb. sign. sed (vt dixi) quæ iam diu placuerunt maioribus nostris, non sunt refricāda in dubium. Ampliauit suprascriptam conclusionem nouissimè Dec. consi. 171. vt procedat non solùm in filio legitimato, sed etiam in emphyteusi accepta cū clausula, pro se, & hęredibus, & successoribus, & quib. dederit. Contrarium in terminis tenuit Matth. afflic. in decisionibus regni Neapolitani, deci. 386. & ego etiam vidi ita quandoq; iudicari. Quæritur ergo, vtra opinio sit verior? Et puto hunc legitimatū debere admitti ad hanc emphyteusim, ppter † vim dictæ clausulæ, & quibus dederit, &c. quæ facit vt talis emphyteusis, quamuis ecclesiastica, transire possit in extraneos c. 1. de feu. non hab. prop. na. & satis fatetur Dec. d. consi. 171, & late consuluit Franc. Curt. consi. 4. in primis, & cum transeat in extraneos eadem ratione in istum legitimatū: nam & videmus, q. stante tali clausula, transit emphyteusis hæc ex delicto emphyteutæ in fiscum, & cogitur ecclesia accipere eum in emphyteutā, vt sentit Barto. & Dd. in l. in finita. §. si de vectigalibus. de dam. infec. qui tamen est odiosior ecclesiæ, & etiā potentior, vt etiā concludit Curt. d. consi. 4. vt meritò etiam admittatur legitimatus. Et hanc interpretationem suadeat verba clausulæ, & cui dederit, quibus apparet non esse limitatum, cui sit dandum, nec fuisse in cōsiderationem quisnam hic esset legitimus, an legitimatus, an extraneus. Nec obst. q. † ecclesia videatur abhorrere tales: quia istud est verum in beneficijs, & spiritualibus, non autem cum de bonis tractatur, vt dicit Io. And. in c. 2. de fil. presbyt. lib. 6. in gl. defectu. in nouel. † in emphyteusi enim solum cura q. canon sibi soluat, & res in potentiorem non transeat. l. 2. & 3. C. de iure emphyt. & cum iste sit † legitimatus dicitur abolita ei esse omnis macula, perinde ac si verè esset legitimus: & ideò non est infamis aliquā infamia, secundùm Bal. consi. 146. n. 388. in 5. per tex. in l. imperiali. §. 1. verſ. nam omni macula. C. de nup. seq. tur Lanc. Galiaula in l. Gallus. § & quid si tantum. de lib. & posth. maximè, si restitutus sit ad dignitates, & honores, secundum Alex. consi. 2. verſ. prætea in 1. vol. & dictum Azo. q. allegari solet in contrarium loquitur in spurio, qui non sit legitimat⁹, & hæc procedunt, cum cōstat bona fuisse ecclesię, & data deinde in emphyteusim: q. si hoc non constet, sed appareat duntaxat de consensu prælati in venditione melioramentorum adhibito, res esset clarior: quia non constat: q. emphyteusis sit ecclesiastica, cum potuerit prouenisse à laico, qui legauerit directum ecclesiæ: quo casu ecclesia deleret iure Laicali secundùm no. per Bar. in l. cum filius. §. in hac, de verb. obl. Cin. auth. quas actiones. 5. C. de sac. san. eccl. & cum non soleat ecclesia dare in emphyteusim: cum clausula, & quibus dederit credendum est in dubio prouenisse à laico, qui legando ecclesiæ non potuit facere deteriorem emphyteutæ conditionem: qua tamen in re vlterius non insisto, quia non sum de hoc requisitus, nec vidi q. in processu sit probatum.

CONSIL. XXXV. SVMMÆ.

1 *Omnes terræ iure communi soluunt decimam.*
2 *Decima non afficit fundum, sed fructus ex quo prouenīt.*
3 *Emptor de decimis non tenetur.*
4 *Pactum per quod venditor obligasset se ad decimas non valet.*
5 *Emptor non potest emere aliud quàm ius quod habet venditor.*
6 *Dictio omnis restringitur ad habilitatem & verisimilitudinem.*
7 *Dictio omnis non comprehendit decimas.*
8 *Decima ex conuentione debetur.*

ISA est mihi dubia suprascripta consultatio, quia vendens rem liberā, & frācam ab omni onere videtur intelligendus de hypotheca, vel seruitute, vel canone, vel vasalla, & similib⁹. Non autem de decima? alioquin nulla res esset libera: † cum omnes terræ iure communi soluāt decimam. c. j. & c. antep. extra, de decim. Nec res ipsa dicitur minus libera. Cū † decima non afficiat fundum, sed fructus, puenientes exe. c. tua nobis, de decim. & xvj. q. j. c. si quis laicus, vbi per Arch. nisi tamen propter reliqua præterita temporis, vt per Dd. in

3 Ad.in c.pastoralis de dec. Et † tale on' ad emptorem pertinet ex persona & facto ipsius, nō autem ex facto venditoris: vnde venditor teneri non de-
4 bet. l. fundum, vbi Bart. ff. de euic. † Nec valeret pactum, per quod venditor obligasset se ad decimas. Bar. l. inter debitorem ff. de pact. & q̄ habetur in l. epistola. §. pen. eo. tit. cum de lucro, & commodo emptoris pacti omnino emptor ad decimā teneretur, d. c. tua nobis, & d. c. ante p. eo. tit. Nec ge neralium dictæ promissionis adiuuat emptorē in his oneribus, quę sciebat, vel scire debebat subesse. l. j. §. fi. l. quæro. ff. de act. emp. l. j. §. si in obligatione. ff. de act. ed. Cum igitur sciret † emptor, nō potest videri aliud emisse, quā iuris quod habebat venditor. d. l. qui tabernas. de contr. empt. non autem ipsas decimas: put in casu fortiori decidit Alb. de Ros. in l. Seiæ. §. Tyranniæ. ff. de fund. instr. & habetur in d. c. tua nobis. Et hoc satis sentit Bald. in allegata l. fistulas. §. frumenta. de contrah. empt. & Fel. in c. sedes, de rescript. intelligentes remissionem exemptionis à decimis, intelligi de extraordinarijs tantùm, quæ decisio est vera quia de ordinarijs non potest intelligi per supra dicta. Nec hic est aliqua superfluitas: cum verba illa, *ab omni onere*, debeant intelligi de
6 seruitute, canone, & similibus: & dictio, † *omnem*, restringitur ad habilitatem & verisimilitudinem, secundum not. in l. j. §. nunciatum. de op. no. nunt. Fel. duc. sed ep, & per Bal. in allegata l. à procuratore c.
7 mandat, & quod † per dictionem, omnem, nō comprehendantur decimæ. firmat Inn. in c. ex literis, de iure patro. Sed tamen in hac quæstione non videtur recedendum à distinctione Speculatoris, qui fuit magister practicę, quam posuit in tit. de emp. & vend. §. j. vers. nonnunquam, vt si res vendita sita sit in loco, in quo de consuetudine communiter non soluantur decimę, & tamen res illa soluat: teneatur venditor adhonore emptorem, alias compelli possit ad interesse: secus, si sit in loco, vbi omnes soluāt, prout est regulariter de iure communi. c. cum non sit, de decim. Quam distinctionem refert, & sequitur Nicolaus. Mihi in verbo, venditor. Si ergo in loco, de quo agitur, erat consuetudo, quod decimæ non soluerentur, puto indubitanter suprascriptam conclusionem homini consulē-
8 tis veram esse, maximè cum ista † decima ex conuentione debeatur per ea, quæ notat Io. And. in Spec. in rub. de decim. vers. fi autem esset decima conuentionalis, &c. Et ita ego transeo, saluo semper sapiore iudicio.

CONSIL. XXXVI. SVMMÆ.

1 *Admissus semel ad dandum vocem in capitulo per talem actum, acquirit possessionem eligendi, seu dandi vocem.*
2 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
3 *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*
4 *Iurans sub iuramento generali de seruandis statutis, perinde est ac si iurasset in specie de seruando tali, & tali statuto.*
5 *Spoliatus regulariter ante omnia est restituendus, fallit tamen in beneficialibus quando notoriè constat de nullo iure ipsius spoliati.*
6 *Consensus canonicorum non potest derogare statuto, cuius ratio sit fundata in publica vtilitate ecclesiæ.*



REVIBVS præsens casus decidi potest, nam prima fronte pro canonico facit, quia semel † admissus est ad dādum vocem in c. Vnde per talem actum dicitur ei acquisita possessio e-

Consil. Andr. Alc.

A ligendi, seu dandi vocem l. j. §. hoc interdicto. ff. de trin. actuq; priua. vbi Bart. in vers. ij. noto. & idem Bart. in l. j. C. de seruit. & no. Abb. in c. cum ecclesia de causa poss. & prop. cū cōte. per mod. ibi, & Ange. de Aret. in §. æquè. inst. de actio. Vnde cū fuerit deinde repulsus, potest prætendere se spoliatum, & spoliatus † ante omnia restituendus est. l. ij. quis 2
B ad se fundum. C. ad legem Iuliam de v. c. ij. c. in literis, in fi. extra, de rest. spo. & hoc maximè cum fuerit admissus de consensu ipsorum canonicorum. Vt nunc non debet reijci: quia † q̄ semel placuit, am 3
plius displicere non potest. c. quod semel. de reg. iur. in vj. l. sicut. C. de act. & obl. Sed his non obstantibus, contrarium de iure est verius, nam præsupponitur in facto, q̄ in dicta ecclesia adsit statutum, q̄ nemo habens canonicatum nō pacificum in fieri, nisi constitutus habeat vocem in d. c. q̄ statutum est in viridi obseruantia, & fuit per istu canonicum iuratum de obseruando sub illo iramē-
C to † generali, de seruandis statutis dictæ ecclesiæ, 4
quo perinde est ac si in specie iuratum fuisset. l. si duo. in fi. ff. de adm. tut. l. si chorus. in prin. ff. de leg. iij. & quæ habentur per Iaf. in l. si mihi & tibi. §. fi. de leg. j. & per Mod. in c. ex rescripto. extra, de iureiu. Vnde tale statutum attendi debet. Non ob. q̄ fuerit semel admissus & consequenter spoliatus: quia licet spoliatus regulariter ante omnia restituē dus sit, tamen fallit † in beneficialibus, an notorie 5
D constat de nullo iure ipsius. c. ad decimas, de resti. spo. in vj. Ioan. And. Imo. & cæteri in d. c. in literis, & est communis opi. quando talis notorietas non solùm esset respectu iuris agentis, sed etiam fundaret intentionem excipientis, prout est in casu nostro propter d. statutum, & ita etiā transeunt mod. in l. naturaliter. §. nihil commune, in j. lect. Bart. ff. de acq. poss. Præterea ille volendo se admitti con tra formam statuti incideret in periurium. Vnde etiam spoliato obstat exceptio quando aliàs peccaret: quia ob salutem animarum denegatur tali
E casu restitutio. c. literas, de rest. spo. & ibi habetur. Non obstat consensus dictorum canonicorū: quia d. statutum est fundatum in publica vtilitate ecclesię, & ideo eorum consensus non attenditur, vt est tex. in Cle. vt ij. qui in verbo, etiam si hoc sibi ab alijs libere concedatur, de æta. & qual. Cùm † igit 6
ratio statuti sit fundata in publica vtilitate, cōsensus canonicorum non potest illi derogare l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. fi. diligenti, de fōro comp. & habetur per Mod. in c. cum M. Ferrarien-
F sis. extrà, de const. præterea talis consensus respicit tantummodò possessorium illius actus vt per Bar. in d. §. hoc interdicto, cum conco. & ideò non potest derogare in futurum quando obstat exceptio peritorij notoria, prout in casu nostro.

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

1 *Præscriptionis tempus.*
2 *Ius patronatus ex fundatione præsumitur per consuetudinem præsentandi pluribus vicibus iteratam.*
G



IHI placet suprascripta conclusio q̄ reuerendissimus D. Rodolphus sit potior in beneficio de quo agit. Sed obstat illa ratio, q̄ cum non constet de fundatione facta p istos parochianos, videtur istud ius esse † quæsitum præscriptio- 1
ne, quo casu valet concessio reuerendissimi legati aduersus tale ius, etiam quod eius mentionem non fecerit: secundum Fed. consil. 65. Butr. c. dile-

ctus de offic.leg.Card. Clement. j. quæstio. vij. vt lit.pend.Alex.conſ.74.& ſeq.in iiij.Dec.conſ.124. & conſi.149.verſi.ſed obſtāte. Rurſus obſtat, quod Dd.communiter requirunt pro tali præſcriptione ſaltem tempus cuius initij memoria non eſt in cō trarium.c.quærelam.de elect. Felin. c. cauſam. de præſcrip.Roch.Curt.tract.iuris patr.quòd non eſt in caſu noſtro: cùm nō ſint centum anni.vt per Alexan.l.cùm aliquis.C.de iur. delib. Sed reſpondeo ad vtrunq; quod procederet in ſimplici allegatione præſcriptionis, ſed in caſu noſtro Parochiani allegant titulum, id eſt, ius patronatus ex fundatione quæ præſumitur † per conſuetudinem præſentandi, tot vicibus iteratam, vt per Fel. tract. quando lit.apoſt.noce.patr.Roch.d.tract.Dec.conſ.117. & conſi.126.134. Quæ ſententia mihi videtur verior circumſcripta omni diſputatione cum de ſola ſubſcriptione rogatus ſim.

CONSIL. XXXVIII. SVMMÆ.

1 *Canonici vnà cum Epiſcopo tenentur ad reparationem eccleſiæ.*

2 *C.fi.de his quæ fi.à mai.parte capituli declar.*

3 *Prælatus ipſe tenetur reparare eccleſiam, vbi nulla eſt conſuetudo pro quarta deputata pro fabrica.*

4 *Cauſa inſtaurandæ eccleſiæ, eſt cauſa popularis, & quilibet poteſt agere.*

1 NOn videtur dubitadum, quin canonici † vnà cū epiſcopo teneantur ad reparationem eccleſiæ, per tex.in c. i.de eccleſ.ædif.de ijs, vbi not.eo.ti. & xvj.q.j.c.ſi monachus. Io. And. c. propter. de reſcr.in vj. Nec ob.tex.in c.fi. † de ijs, quæ fiunt à maio.par.c.vbi à contrario ſenſu requirit conſenſus maioris partis capituli.quia reſpon. ibi Abb.in fin.quod intelligitur, quando canonici non haberent vnde contribuerent: vt puta quia eſſent pauperes, ego reſp. quod ille rex. loquitur ad hoc vt canonici teneantur ex ſtatuto capituli, q̄ requiritur maior pars: de iure verò communi tenentur citra ſtatutum, & inuiti: in caſibus tamen à iure communi prouiſis, vt quia diuites, vt quia nō ſufficiant reditus, pertinentes ad canonicos tāquam vniuerſos, tunc teneātur etiam de ijs, quæ tanquā ad ſingulos ſpectant. Nec item obſtat, quod Abb. in d.c.j.de eccl.ædif.tenet, quod vbi nulla eſt † cō ſuetudo quartam deputatam pro fabrica, prout non eſt in caſu noſtro, quod prælatus ipſe teneat. all.tex.in c.cognouimus.xij.q.ij. & Hoſt.in Summa.§.j. ad fin.reſpon.debet intelligi, prout loquitur Hoſti. quando ipſe prælatus eam quartam ſibi appropriaſſet, at in caſu noſtro cum diuiſi ſint reditus beneficiorum, veriſimile eſt eam quartam non ſolius epiſcopi vtilitati ceſsiſſe, ſed etiam capituli & ideo omnes ſimul pro rata debent teneri. Nec rurſus ob.quod epiſcopus promiſerit ſapientibus cleri. & deinde in ſynodo, ſolutis duobus millibus ducatorum, ſe nihil vltrà petiturum ratione dictæ fabricæ. reſpond. iſta † cauſa inſtauran dæ eccleſiæ, eſt cauſa popularis, & quilibet poteſt agere. L.ſtipulatio iſta habere licere. §. ædem ſacrā. ff. de verb. obl. gl. Io. And. Hoſt. Anto. de Butr. c. ex parte Adæ, extra, de teſt. & facit tex. in l.j. §. ius publicum. ff. de iuſt. & iur. Quamuis ergo epiſcopus ipſe non peteret, tamen non ideo prohibetur quilibet alí⁹ petere, & iudex ex officio debeat eos cogere, non enim promiſit epiſcopus ratam portionem ad Canonicos ſpectantem ſoluere de ſuo, ſed q̄ in ſe eſt, non petere. Quamuis huic argumento etiam aliter reſponſum ſit, & bene per clariſſ. conſultorem reuerendum d. Bernardinum decanum, qui omnes difficultates, & copioſe, & ſubtiliter diſcuſſit, adeò vt mea opera minimè ſit neceſſaria, & ideo in eius ſententiam tranſeo eaque veram & iuri conſentaneam.

CONSIL. XXXIX. SVMMÆ.

1 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſecundum magis communem opinionem non tranſit ad hæredes extraneos.*

2 *Dictio hæredibus eſt generalis, & comprehendit quoſcunque etiam extraneos, &c.*

3 *Dictiones hæredibus & ſucceſſoribus in inueſtitura poſitæ, intelliguntur hæredibus titulo vniuerſali, & ſucceſſoribus titulo particulari.*

1 LICET magis cōmunis ſit opinio, q̄ emphyteuſis † eccleſiaſtica non tranſeat in extraneos hæredes, de q̄ in l. etiam. ff. ſol.mat. tamen fallit illa concluſio, quādo in emphyteuſi interueniſſent ſolennitates ſufficientes alienationi, & emphyteu. eſſet recepta p̄ hæredibus, quia dictio hæredib. eſt generalis † & comprehendit quoſcunq; etiam extraneos: & natura emphyteuſis propter ſolennitates tranſit in naturam alienationis, & ſicut res vendita trāſit in quemcunq;, ita etiam res locata tālicau, & ita tenuit Alb. & Dec. in præſentia, de probat. q̄ ſententia eſt communiter approbata, & eam tenuit Matthæus de Afflictis, Dec. Neap. & dicit ita iudicaſſe conſilium Neapolitanum. Cur. Iun. conſi. iiij. Ang. de Clauaſio, in Summa angelica, verb. emphyteuſis. & Sylueſter in ſumma Sylueſtrina, eodem verbo, & ſentit Imol. in c. ſi de loca. Ang. de Aret. in §. adeò. inſt. locati. Pau. Caſt. conſi. 237. in j. Alex. conſi, 83. in vij. Cor. cōſi. 173. in ij. & conſi. xiij. in iij. Ruinus conſi. 161. in j. vbi reſtringit quando canon correſponder fructibus ſecundùm tempus cōtractus, q̄ fuit in caſu noſtro: vnde in practica non eſt recedendum ab hac opi. fundata tot auctoritatib. Nec dicitur non eſſe ſeruatas ſolennitates, & quia hoc eſt falſum, Quoad extrauagantem Pauli, nō eſt loquendum, quia iſte cōtractus eſt antiquior illa extrauagante: ſed eſt loquendum de ſolennitatib. requiſitis in cle.j.de reb.eccl. non alie. q̄ requirit vel neceſsitatem, vel euidentem vtilitatem, q̄ euidēs vtilitas deprehenditur ex lectura cōtractus, cū nō repiret̄ p̄ canone, niſi 30. floreni, ipſa dixit quartū plus, & ſi p̄poſitus non habet collegiū, requirit cō ſenſum p̄lati ſeu epiſcopi, q̄ conſenſus interuenit, & cū lex nō requirat auctoritatem, ſed cōſenſum, nihil refert, q̄ antè vel pòſt interuenerit in cōtinēti, vel ex interuallo l.ij. voluntatem. ff. vbi Aret. ſolu. matrim. Nec quicq̄ facit illa atteſtatio ſtyli facta p̄ notarios q̄ſdam, quia hic nō tractam⁹ de ſtylo, ſed de conſuetudine ſecūdū diſtinctionē poſitam per Dec. conſ. xj. verſi. ij. reſpondetur, q̄ cōſuetudo debuit legitimè p̄bari, iuxta no. in j. de quib. ff. de legib. maximè q̄ ſit ei locus, etiam quando ſolēnitates alienationis ſunt obſeruatæ, & melior nō ditio eccleſiæ & emphyteuſis recepta p̄ ſe & hæredib⁹, & ſucceſſoribus, & oportere p̄bari, q̄ iſta conſuetudo fuiſſet tpe contractus ſecūdùm conſiliū Ful. q̄ refert Soc. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe. & poſt. Nec eſt dubitandum quin illa verba, hæredib⁹ & ſucceſſoribus, intelligantur † hæredib. tit. vniuerſali, ſucceſſoribus tit. particulari. l. fluminum. §. j. de dam. inf. Iaſ. l. q̄ ſi quis ex argentariis. §. j. de oden. Ale. conſ. 193. in ij. quia illa interpretatio ſucceſſori-

est communiter repro
ff. de verb. sign. & certè
ecclesia audiretur ad rescissionē
centum annos, & est res
verificatur quod dicit Socin.
in quibus omnibus.

CONSILIVM SVMMA.

Licentia de retrouendendo facta inter partes de retrouendendo, est illicita, & fenerat.

In quo contractu fenoratitio fructus computantur in sorte.

Contractus in quo insint modalitas precij & pactum de retrouendendo, sub quam ecclesia seu viris ecclesiasticis imitata conscientiæ non præsumitur fenoratitius.

Ratio vtriusque formæ.

Monachi qui indigentes pecunia acceperunt pecunias ad interesse vt subuenirent monasterio, poterunt retinere fructus pro aliquali compensatione.

LICEAT alias sit cōtrouersia inter Dd. an ex modicitate precij; & pacto de retrouendendo contractus præsumatur illicitus, & fenerat. 1
ideoq; fructus imputentur in sorte, de quo per Bart. & alios nostros. de emp. & vend. in c. illo vos. de pig. Bal. Veron. in trac. de simul. cō tractuum. tamen quando talis contractus fieret cum ecclesia seu viris ecclesiasticis timoratæ conscientiæ, certum & indubitatum est non præsumi fenerantissimum, & est constitutio Martini Papæ. & alia Cœlestini. in extrau. communibus. tit. de em. & vend. quæ dicit pactum licitum, & reditus xiiij. in annum pro centenario & plus, & tamen dicitur non esse fenoratitium. & illa iura decidunt quæ controuersiam, maxime cum tempore contractus, reditus annui emerentur vulgò & communiter ad rationem decem pro centenario. Confirmatur supascripta conclusio per text. in locum de vitor. vbi Bart. ff. an quib. cau. pig. vsucap. contrah. vbi manifeste dicit, quod in pignoribus reputantur fructus vsque ad legitimas vsuras. & quod ibi dicitur de vsuris, hodie etiam iure canonico habet locum in interesse secundum practicam Papiensem, in libello actionis hypothecariæ: bene aduertendum. cum ergo monachi indigentes pecunia quia subuenerāt nō 5
talibus acceperint pecunias ad interesse, certè potuerunt retinere fructus pro aliquali compensatione. facit de usuris C. de usur. in vi. lib.

CONSIL. XLI. SVMMÆ.

Facta renuntiatione, vel permutatione non possunt partes redire ad sua priora beneficia sine noua collatione.

Episcopus vno potest restituere depositum, sine consensu Patroni.

Dispensatus vt in sua promotione possit retinere priora beneficia non poterit retinere quæ sunt iurispatronatus sine consensu patronorum.

Tempus & officium prorogatum non dicitur idem tempus, &c.

Princeps non præsumitur velle nocere etiam in nocumento tantum dilatiuo.

Gratia intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur.

Indulgentia concessa à pontifice intelligitur secundum regulas iuris, &c.

Consil. Andr. Alc.

Licentia data emphyteotæ de alienando intelligitur tamen prius habito consensu à patrono directi.

Promittens colonum non expellere intelligitur tamen si soluerit.

Regressus est quædam collatio conditionalis si ille decesserit, vnde nō debet talis collatio fieri, nec operari in præiudicium patronorum.

Papa non videtur velle tollere iurispatronatus laicorū per quamcunq; concessionem generalem.

Rescripta pontificum intelliguntur saluo iure tertij.

QVOD in regressu requiratur consensus patronorum probatur: quia facta renuntiatione, † vel permutatione non potest partes redire ad sua priora beneficia, sine noua collatione: ita Rota 23. & 339. & in nouis. & Gemi. in c. i. de rerum permu. in vi. vbi tenet, quod si renuntiant 1
potest adscribi aliqua culpa, puta quia non habuit consensum patronorum, nō dabitur etiam regressus ad illud per c. quamuis. de rescrip. in vi. vbi glo. dicit quod † episcopus non potest restituere depo- 2
situm. sine consensu patroni. Et idem in hæretico postea reconciliato tenet Felin. in c. vergentis. de hæret. vbi multa. & dispensatus vt in sua promotione † possit retinere priora beneficia, non poterit retinere quæ sunt iurispatronatus sine consensu patronorum. Rota 331. nouis. & talis regressus dicitur nouus titulus, vt in simili de emphyteuta dicitur. Barto. in l. si a me. ff. ad l. fal. & in feudo extincto, & de nouo eidem concesso tenet Ale. cons. xxxiiij. in v. vol. & † tempus & officium prorogatum non dicitur idem tempus. Feli. in c. in causis de off. deleg. item facit, quia † princeps non præsu- 5
mitur velle nocere etiam in nocumento tantū dilatiuo. Fel. in c. constitutus. de rescr. & in c. in nostra. xxvij. corollar. eo. ti. & talis gratia † intelligit 6
secundum naturam actus super quo interponitur l. si qñ. C. de inoff. test. & indulgentia † concessa à 7
Pontifice intelligitur secundum regulas iuris. c. quam sit. vbi Fel. de Iudæis. & licentia † data emphyteutæ de alienando, intelligitur tamen prius habito consensu à patrono directi. ita Alex. consil. 104. in iiij. vol. & promittens colonum † nō expel- 8 9
lere, intelligitur tamen, si soluerit. Iaso. in l. ij. C. de iur. emph. sic igitur dicamus vt talis habeat regressum, si prius tamen patroni consenserint.

ALCIATI SVBSCRIPTIO.

Concurro in eandem sententiam: quia † regressus 10
est quædam collatio conditionalis, si ille decesserit, vnde non debet talis collatio fieri, nec operari in præiudicium patronorum, vt est gl. in fortioribus terminis. in c. cum dilectus. in verb. præsentari. de iure pat. & regula est generalis, quod per quæcunque concessionem generalem non videtur † papa velle tollere iuspatronatus laicorum. 11
c. ij. de præb. in vj. Lap. all. 96. Host. & Ant. de But. in c. iij. extra. de iur. pat. Gem. cons. 18. debet ergo talis regressus intelligi saluo iure patronorum. ex quo rescripta † pontificum intelliguntur saluo iu- 12
re tertij. c. quamuis. de rescr. in vj. c. cum in tua. de consuet. eod. libr. & quod not. Bald. in l. vnica. C. de constitu. princip.

CONSIL. XLII. SVMMÆ.

Stipulationem etiam non iuratam committi.

Matrimonium de iure ciuili liberum esse debet.

BIU Cujas

3 *Promissio contra bonos mores non solùm ciuiles, sed nec se cundum ius canonicum considerados iuramento potest firmari.*

4 *Tex. in c. ex literis desponſ. declar.*

5 *Lex habet pro inconuenienti quòd matrimonij libertas adstringatur pecunia.*

tur d. Hercules ciuibus originariis. Sed nostra quæstio est in successione, negatiua: quia statutum excludit nuptam extra territorium, ne succedat. & de hac negatiua nihil in illa clausula disponitur, sed in aliis in quibus tollitur dictum statutum. Nec obstat quod suprascriptæ clausulæ videntur istos descendentes æquiparare veris, & naturalibus ciuibus, vnde debent ligari statuto, quia priuilegia transeunt cum qualitate sua. & † 40 qui vult vti statuto quoad acquisitionem debet illud acceptare etiam quoad onera acquisitionis, & pati censuram alterius statuti: vt per Bald. in l. iiij. C. ad leg. falc. & in lege, omni. C. de sacrosanct. eccles. & † non deber plus operari fictio, quàm 41 veritas. vt scilicet melior sit † conditio ficti & ado- 42 ptati ciuis, quàm naturalis, & veri. l. sub conditione. ff. de solut. l. quamuis. §. si mulier. vbi Aret. ff. ad Velleja. l. filiusfam. ff. si cert. per. Nam pro responsione considerandum est, quod in priuilegio ciuilitatis isti non simpliciter æquiparantur aliis ciuibus: nec quoad omnia, adeo quod cessat in casu nostro disputatio Dd. de qua in l. j. ff. de lega. j. quando priuilegium dicit, quod scholares in omnibus habeantur pro ciuibus, vel in omnibus, & per omnia. Sed solum efficiuntur ciues, quoad quid: videlicet, quod succedere & acquirere possunt, & sic dumtaxat in eorum fauorem: quod manifestius apparet ex illis verbis, quod possint fungi, & gaudere † omnibus hono- 43 ribus, pactis, immunitatibus, exemptionibus, commoditatibus, prout alij antiqui ciues, &c. quæ verba concernunt duntaxat fauorem istorum. Vnde existimandum est, quod respectu eorum, quæ concernunt onus, & incommodum, non habentur pro ciuibus antiquis, & veris per doctrinam Bartoli in dict. l. iij. §. si emancipatus. quæ est communiter ab omnibus approbata, & per regulam dict. l. quod fauore. & quæ habentur in dict. l. si Rufinus. tenebuntur ergo ad onera ciuium duntaxat, quę connexa sunt concessioni, secundum Baldum in dict. l. quod fauore. in vij. oppositio. per text. in l. cum ex oratione. in fin. ff. de excusa. tut. ita quod separari ab ea non possint, vt declarat etiam Aretinus in l. quidam cum filium. de verborum obligatione. sed concessio loquitur duntaxat, quod æquiparentur veris ciuibus, vt possint succedere, & acquirere, & gaudere commoditatibus eorum: ergo non intelligitur respectu statuti excluſiui, separati ab aliis loquentibus de inclusione, & sic de commoditate, secundum doctrinam Bartoli in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. & per Angel. dict. consilio cccl. generosus. Iaſ. dict. consi. lviij. in iij. Et allegata in contrarium non loquuntur in eo, qui potest vti statuto ex priuilegio sibi concesso in fauorem: talis enim non cogitur pati censuram alterius statuti non connexi, sed separati ab alio, secundum supradicta. † & tali casu melior 44 est conditio ficti ciuis, quàm naturalis propter verba priuilegij, prout dicunt Dd. in dict. l. si filiusfamil. quando priuilegium non restringitur ad habilitatem. facit textum cum gloss. in lege, si ei. ff. mand. vbi Aretin. & l. si sponsalibus. §. j. de iure dot. prout declarat Rapha. Fulg. in l. singularis. ff. si cer. petat. Barb. cap. constitutus. in fin. extra, de fideiussor. Vltimò non omitto quod communis practica, in ducatu Mediolanensi, ita habet, quod statutum illud non intelligatur de ciuibus priuilegiatis, & sunt infiniti ciues Medio-

BIU Cujas

lani, possidentes bona in agro Laudensi, habentes ius ciuilitatis Laudensis per priuilegiũ, qui filias suas maritant Mediolani, & nihilominus illis succedunt dictæ filiæ in bonis Laudensibus: nec vnquam à seculo fuit auditum, quòd fieret in hoc difficultas: & nullus est iudex in istis partibus, qui admitteret talem allegationem. vnde non sunt mutanda, &c. l. minimè. ff. de legib. Circa statutum Papiæ, verior est opi. quòd domina Lucretia etiam sit admittenda cum fratre, ex quo statutum non excludit eam ab hæreditate materna, nisi quando dotata est ex bonis maternis, vt mox ostendam: in eo enim dicitur, quòd mulieres dotatæ de bonis auitis, paternis, maternis, fraternis, vel filiarũ fratris non faciant partem cum fratribus in hæreditate auita, paterna, materna, vel fraterna, neque in dote materna cum masculis filiis fratrum, quibus verbis sic præsuppositis sciendum est, quòd
45 certa, & cõmuniter approbata est cõclusio, † q. statutum excludens fœminas dotatas à successione intelligitur, non generaliter omnium, sed à successione dotantis tantùm, secundum gl. vbi Bal. Cast. Fulg. Cor. in l. j. C. de legit. hæred. Ful. consi. liiij. in subscriptione Alex. l. j. §. veteres. de acq. poss. Soc. consi. xxx. lxxxiiij. Cor. consi. lxxiij. in j. xlviij. in iij. cccxiiij. in iiij. Dec. l. vt liberis. vij. not. C. de col la. Franc. Curt. senior consi. lxv. per totum: & ratio
46 conclusionis est, † quia cum fœmina & ratione naturali, & iure ciuili ad successionem admittatur. l. maximum vitium. C. de lib. præte. non debet censeri exclusa, nisi quatenus verba clare & expresse eam excludant. at in prædicto casu non est clarè exclusa: quia statutum potest intelligi de hæreditate dotantis tantùm: sicut videmus fieri sepissimè talem interpretationem. vt in d. l. j. C. de leg. hæred. dict. l. vt liber. ibi de cuius hæreditate agitur, & in l. quoniam nouella. C. de inoff. test. vbi Bal. & Iaso. iij. notab. & in l. cum oportet.
47 C. de bo. quæ lib. † Nec enim verisimile est, quod statutum propter dotem ab vno datam velit mulierem ab alterius successione excludi: & sic, quod factum ab vno prodesset respectu alterius. arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. alioquin statutum esset absurdum, & iniquum: cum posset contingere, vt ex minima re in dotem ab vno fratre paupere accepta excluderetur mulier ab opulenta hæreditate alterius fratris. Debet ergo statutũ potiùs declarari, vt singula singulis concordentur: & dotatę de bonis auitis excludantur ab hęreditate auita, de paternis à paterna, & sic de similibus, quę interpretatio in iure nostro est frequens, maximè
48 quando lex est concepta verbis disiunctiuis, † vel per solutam, quæ disiunctæ æquiparatur. l. in eo.
49 §. vbi verba. cum gloss. ff. de reg. iur. † tunc enim sit interpretatio per applicationem singulorum ad præcedentia. l. quoties. §. non mutat. C. fam. ercis. l. j. C. de fal. ca. adiecta. l. fin. in verbo, vniuersitatis. vbi gloss. C. de fideicommiss. l. j. §. fin autem. aliquid sub conditione. vbi gloss. verb. ex fortuna. C. de cad. tollen. gloss. in verb. non ergo. & in verb. vltra. instit. de inoff. testamen. §. j.
50 Decius consilio ccccccxlvj. in fin. cum simil. † vnde Dd. concludunt, quod quando statutum, vel per solutam, vel per disiunctam est conceptum, quod mulier non censetur exclusa, nisi ab hæreditate dotantis, secundum Pet. de Anchar. consilio lxxx. quod consilium communiter Dd. sequuntur vt Alexand. consilio clj. in ij. Benedictus Capra consilio xxxix. Corneus consilio clxx. in ij.

A Soc. in consilio xxxv. & cxxvij. in iiij. Ludo. Bolog. inter conf. Ioan. de Ana. consilio lxxxix. Alber. Bru. in tracta. stat. excluſiui fœmin. quęst. xvj. artic. viij. & nouissimè in terminis statuti Papiensis. de quo agitur Dec. consilio cccxlvj. & licet nuperrimè dictum consilium sit reuocatum in dubiũ per consultores partis aduersæ: tamen eorum rationes non sunt adeò vrgentes, vt propter eas recedamus à communi sententia, & negligamus auctoritatem Decij. deducunt autem quasdam
B coniecturas, per quas conantur ostendere, quod mens statuetium fuit simpliciter dotatam excludere à quacunque hæreditate: in primis autem & potissimum ad hoc est attendendum, vt fatentur Bald. & Corn. & Modern. consulendo vbicunque venantur aliquas coniecturas ad euadẽdam istam communem opinionem, vt Castrensis consilio cccxlj. & Corn. consilio cxxiiij. in ij. Cum † in sta- 51
tuto non fit mentio de cuius bonis dotetur. Vel cum loquitur statutum de excluſa ſucceſsione vC nius personæ tantùm, puta hæreditate fratris: vt Corn. consilio cxxiij. in ij. Alexand. consil. xxix. in j. Vel cum rubrica adeò generalis sit, vt nigrum declaret. Curt. in consilio lxiij. per totum de quo tamen aliter loquitur Dec. d. l. vt liberis. vij. not. dum respondet argumentis Ias. & Cor. consilio cxxxiiij. in ij. Vel cùm qualitas dotationis esset in conditione posita propter naturam conditionis simpliciter adscriptæ, secundùm Corn. consilio cxliiij. in j. quæ coniectura est satis leuis. Vel cùm
D statutum haberet clausulam taxatiuam à patre tãtùm, vel à fratre tantùm: de quo in consil. Franc. Curt. seni. vbi allegat Rapha. Ful. consilio xxxv. cum subscriptione Raph. Com. & Signoroli de Homodeis. Vel cùm auus dotasset neptem: censebitur enim pater dotasse, secundum l. dedit dotem. ff. de collat. bon. secundùm Ancha. consilio clxviij. Vel cùm statutum loqueretur alternatiuè respectu dotationis, seu copulatiuè respectu exE clusionis secundum Baldum consilio lxxj. vt l. iiij. de quo tamen aliter sentit Alexan. consilio clj. sed nostra quæstio est extra omnes has coniecturas: quia statutum vtrobique est conceptum per diſiũctam, seu solutam, quæ in singularitates suas resoluitur. l. falsa. §. fi. de cond. & demonst. & singula singulis refert, vt supra dictum est. Non obstant ergo coniecturæ adductę in consiliis contrariis. & in primis ponderatio dicti statuti. in ver. *In capillis verò, &c.* vbi fratres, vel frarrum filij, si eas
F dotent, excludunt eas à ſucceſsione cuiuscunque. respondeo, cum statutum ponat hos casus † 52
pro diuersis non est de vno ad alium arguendum: quippe ratio diuersitatis est euidens, si sunt in capillis, debent ex forma statuti dotari competenter secundum qualitatem patrimonij: & sic habito respectu etiam ad hæreditatem, à quo excluduntur per fratrem: & sic ex ea hæreditate aliquid habent, id est, pinguiorem dotem. At quãdo iam dotatæ sunt, nihil haberent, excluduntur ergo quæ in capillis sunt: quia à statuto aliquid
G æquipollens consequenter, non excluduntur dotatæ: quia nihil loco excluſionis habent: qua responsione etiam tollitur ponderatio statuti tertio loco facta in fine: habet enim quæ in capillis est interim vsum fructum, & deinde pinguiorem dotem. Minus probabilis est alia coniectura, quia dicitur, quod ex statuto excluduntur professæ ab hæreditate omnium: ergo & dotatæ, vel ab vno, vt æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. ff. de

vulg. &

BIU Cujas

53 vulg. & pup. † vbi dicitur, quod vnum determinabile respiciens duo determinabilia, æqualiter debet ea determinare. respondeo, dictam regulam non habere locum, quando subest diuersitas rationis. l. cohæredi. §. qui discretus. ff. de vul. & pup. tradit diffusè Decius in l. in testamento. iij. notab. C. de testamen. milit. diuersitas stat in hoc: quia dictio, dotata, habet subauditionem à dotante: sed dictio professa, non potest pati hanc subauditionem à profitente, quia is, qui moritur non facit ipse professionem, sed mulier: potest tamen ipse dare dotem. Excluditur ergo mulier professa in totum: quia respectu ipsius subauditio locum habere non potest. Et si locum habere posset non excluderetur in totum à dicto statuto, sed fortè ab aliis statutis excludentibus moniales, quale est illud quod Papienses habent nume. cj. vbi mulieres professæ non succedunt in hæreditate alicuius intestato. Nec obstat, quod præfati consulentes conantur tollere argumentum Decij ab eo efficaciter inductum ex verbis statuti in versiculo declarantes. si enim dotata ab vno excluderetur ab hæreditate omnium frustra disponeret statutum quod præsumatur dotata à viuente: ad quod argumentum respondetur duobus modis. Primo, quod inducitur facilius probatio, quod sufficit ad tollendam superfluitatem. respondeo, ad q. opus est inducere hanc probatio nẽ siue facilem, siue difficilẽ cum nullius vsus sit, si fœmina indistinctè excluditur etiã ab hereditate eius, qui non dotauit. Secundo, quod illa præ- D
sumptio nõ inducitur, quãdo allegaret se dotatã ab extraneo: sed ad hoc responsum est per Dec. in dicto consilio, & non est casus verisimilis quod detur ab extraneo, & verba statuti indicant differentiam respectu ipsorum patris, fratris, aui inter se, non respectu extranei, & videntur mihi ista esse satis leuia, sicut & illud vltimum, quod illa præsumptio cum facultate probandi contrarium concessa mulieri, non potest videri facta, vt excludatur mulier à successione eius de cuius bo- E
nis dicitur dotata: ex quo non inducitur aliqua præsumptio respectu bonorum maternorum, respondeo, istud fuit quia statutum magis fauet filiabus fœminis in successione matris propter communionem sexus, & præsumptam voluntatem matris, quàm in successione masculorum, vt in simili per gloss. & doctor. in cap. j. de nat. suc. feud. in vsibus feud. gloss. cap. j. §. & quia vidimus. & quod notat Petrus de Anchar. consilio cccxlj. pro maiori. cum similibus. eodem libro. & F
ideo tali casu noluit inducere aliquam præsumptionem contra eas, sed non reliquit in terminis iuris communis, & certè hæ coniecturæ contra Decium adductæ sunt satis friuolæ, & omnino negligendæ à dominis iudicibus præstantissimis iurisconsultis. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. II. SVMMÆ.

1 *Iuramentum omnino seruandum est.*
2 *Donatio vltra legitimum modum quæ non sit insinuata iuramento confirmatur.*
3 *Omissio intimationis faciendæ ex forma statuti non videtur comprehendi sub promissione iurata de non contraueniendo, & quare.*
4 *Verisimile est cogitatum fuisse de intimatione ac insinuatione cum necessaria sit ex forma statuti.*

Cons. Andr. Alc.

A 5 *Iuramentum tertio non præiudicat.*
6 *Donationum solemnia.*
7 *Lex ciuilis non potest disponere super actu iurato.*
8 *Detrahere seu adijcere quicquam iuramento est extra facultatem statuentium.*
9 *Iudex ecclesiasticus non curat statuta laicorum sed simpliciter iubet seruari iuramentum.*
10 *Donatio non reuocatur per susceptionem filiorum ex cõcubina qui postea per priuilegium fuerint legitimati, secus si per subsequens matrimonium.*
B 11 *Spurius non legitimatur per subsequens matrimonium sed naturalis sic.*
12 *Donatio simpliciter facta simpliciter intelligi debet.*
13 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
14 *Conditio illa si liberos susceperit à lege subintellectu de filiis naturalibus non potest accipi sed solum de legitimis.*
15 *Legislator habet naturales tanquam alienos à politia sua.*
16 *Dispositio l. si vnquam tanquam exorbitans à regulis iuris communis debet intelligi de legitimis & naturalibus* C *tantum.*
17 *Legitimatio nunquam trahitur ad præiudicium iuris alteri quæsiti.*
18 *Principis indulgentia alteri damnosa esse non debet.*
19 *Lex non habet legitimatos pro liberis.*
20 *Præsumptio legis in fauorem iustæ sobolis inducta ad iniustam trahi non debet.*
21 *Donatario cui iam quæsitum est ius non debet nocere Patris testimonium.*
D 22 *Filius naturalis non habetur pro iusta sobole.*
23 *Legitimatus saltem tunc dicitur legitimè nasci cum legitimatur.*
24 *Legitimatus habetur pro posthumo & rumpit testamentum.*
25 *Generalitas verborum facit vt etiam de beneficio principali expreßione digno videatur in genere cogitatum.*
25 *L. si vnquam non est fundata super fauore filiorum sed super simplici præsumptione voluntatis donan.*
27 *Annullatio actus est pœna.*
E 28 *Pœnæ non habent locum nisi sint expressæ.*
29 *A conuentione non est recedendum.*
30 *Pœnæ dupli quæ in instrumentis paßim apponi solet in casibus locum non esse.*

DVo sunt principales articuli præsentis consultationis, qui diffusissimè à doctoribus disputantur: quorum argumenta & rationes hincinde si referre vellem nimium excederetur scripturæ modus. More ergo veterum breuiter ea duntaxat attingam, quæ necessaria videbuntur pro præsentis casus dilucidatione. Primus est articulus, an valeat donatio à Hieronymo facta fratribus suis: cum seruata non fuerit forma statuti Lucensis propter omissum decretum & omissam intimationem, seu insinuationem, quæ à statuto requiruntur, cum clausula decreti annullatiua. Et breuiter agendo & insistendo communibus opinionibus, dico valere huiusmodi donationem, propter vim iuramenti, quod G
† omnino seruandum est. ca. cum contingat. de iureiur. tale enim statutum videtur principaliter inductum in fauorem donantis: ne de facili deciparur. vnde si iuramentum interuenit, sufficit & debet contractus tenere per text. in dicto ca. cum contingat. vnde concludunt doctores, quod † donatio vltra legitimum modum, quæ non sit 2
insinuata, nihilominus confirmatur iuramento,

BIU Cujas

ſecundum Ioann. Andr. in Spec. tit. de inſtr. edit. §. porro. in fin. ſequitur Abb. in dict. capit. cum contingat. vbi etiam Ioan. de Imol. in repet. vbi etiam dixi. verſicul. ex eadem declaratione. & idem Imol. in l. Modeſtinus. ff. de dona. Guido. Pap. quæſtio. cccl. incip. vtrum renuntiatio. Alexand. in l. nemo poteſt. in ij. quæſt. Bartol. ff. de leg. j. vbi dicit, ſe ita conſuluiſſe, & vidiſſe multa conſilia doctorum pro hac parte, & ita conſuluit, conſilio iiij. conſilio xij. conſilio cxxv. in j. conſilio lxxxiij. & conſilio clvij. in fin. in ij. & conſilio liij. in iij. & Aretinus conſilio ij. incip. intellecta, verſicul. tertio etiam. & conſilio xvij. cõſideratis. Corſetus in repet. rubr. extrà, de iureiurand. priuil. xxvj. Corneus in repet. authentic. ſacr. publ. C. ſi aduerſ. vend. verſicul. iij. infertur ad donationem. vbi dicit, quod in practica non putaret recedendum ab iſta opinione, ſecundum quam fatetur ſe conſuluiſſe, & in ſuprà dictis locis reſpondent diffusè doctores rationibus, quæ in contrarium adduci poſſunt. Sed in caſu noſtro videntur tria potiſsimum fundamenta facere
3 non modicam difficultatem. Primum eſt, quia † omiſsio illa intimationis faciendæ, ex forma ſtatuti non videtur compræhendi ſub promiſsione iurata, de non contraueniendo: quia tale iuramentum non debet trahi ad annullationem ſuprauenientem, ex poſt facto propter culpam patris, nec de tali caſu videtur fuiſſe cogitatum, argumen. cã. ad noſtram. ij. cum gloſſ. extrà, de iureiurand. & quod tradit Federi. de Senis conſilio clxxxj. Angel. lviij. in fin. clxxviij. nam tali caſu donans, qui contrauenit, non poteſt dici periurus: cum allegat ſolam negligentiam partis. vnde ex tali cauſa ſuperueniente poteſt contrauenire argumen. cap. cum P. extrà, de renuntia. & iſtud tenent Baldus & Angelus in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. Angel. l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. Raph. Com. Ludouic. Pont. in dict. l. Modeſtinus. & conſilio xij. Paulus de Caſtr. conſilio c. viſa quadam ſcriptura. & conſilio cv. circa bona, quæ fuerunt. & dicit Ioan. Crot. in dict. l. nemo poteſt. quod vidit conſilium Card. Alexand. ſubſcriptum à pluribus doctoribus, ſecundum hanc concluſionem, & puto quod ſit conſil. lxvj. inter conſil. Fran. de Curte Sen. Sed tamen (quicquid ipſi dicant) ſuprafcripta ratio in caſu noſtro non procedit propter generalitatem verborum iuramenti, in quo promittit non contrauenire etiam prætextu alicuius inſinuationis, vel ſolennitatis legum vel ſtatutorum omiſsione, &c. quæ verba ſatis clarè compræhendunt hunc caſum:
4 maximè cum † veriſimile ſit de hac intimatione & inſinuatione cogitatum fuiſſe, cum eſſet neceſſaria ex forma ſtatuti, quamuis etiam ſufficiat, vel in genere fuiſſe cogitatum. l. qui iure militari. ff. de teſtamen. milita. per Iaſon. in dict. authẽtic. ſacramenta puber. in iij. limitat. principali. vnde poſito, quod iſta limitatio ſit vera, quæ tamen non videtur communiter approbata eſſe, nihilominus adhuc non obſtat, quin donatio ſuum effectum habeat, propter generalitatem verborum iuramenti, qua ſtante mens omnium doctorum eſt, quod defectus inſinuationis, non obſtet donationi. Aliud & ſecundum fundamentum eſt, quòd obſtat, quia in caſu noſtro ſolennitas omiſſa videtur à ſtatuto requiri, non ſimpliciter reſpectu contrahentium, ſed etiam reſpectu aliorum: ne quis clam donaret, & deinde contraheret cum creditoribus, & ſic eos deciperet. l. donatio ſiue. l. data. C. de donat. & ideo, quamuis iuramentum intercueniat, contractus non debet firmari: quia hoc eſſet in præiudicium tertij: quo caſu † iuramentum tertio non præiudicat, vt dicitur in dicto capit. cum contingat. 5
Sed reſpondeo, quod hæc obiectio poſſet militare reſpectu creditorum qui ignorantes præfatam donationem Hieronymo credidiſſent: ne remaneant decepti. Sed de iis non loquitur quæſtio noſtra, verum de ipſo Hieronymo, qui iurauit, & tenetur ſeruare iuramentum, & quomodo ad ipſum donatio valet per ſupradicta. & per cap. cum veniſſent. in fi. vbi Anto. Butr. extrà, de inſtit. Areti. conſilio clvij. in j. dub. Tertium fundamentum eſt, quia ſtatutum † requirit 6
iuramentum, & præterea etiam alias ſolennitates puta decretum, & intimationem, ſiue inſinuationem. vnde apparet quod ſtatuentes non fuerunt contenti ſolo iuramento. Sed reſponde, quod cum Hieronymus iurauerit non contrauenire donationi prætextu cuiuſcunque ſolennitatis ſtatutariæ, tenetur obſeruare dict. iuramentum, & non poſſunt ſtatuentes eum liberare à periurio: quia † lex ciuilis non poteſt diſponere 7
ſuper actu iurato, vt per Barto. in l. omnes populi. in iiij. quæſt. principali. ff. de iuſtitia & iure. per Alexand. dict. conſilio xxvij. cum multis concordan. quod procedit etiam † ſi ſtatuentes non ſo- 8
lum detrahant iuramento, ſed etiam ſi adiiciant quia iſtud omne eſt extra eorum facultatem. argum. cap. tua. cum ibi not. extrà, de ordin. cog. & quod not. Ioan. Andr. in ca. ſtatutum. j. de hæret. lib. vj. & ita ſentit Ray. & Bart. in dict. l. omnes populi. Fed. conſilio cclxxij. Bur. Abb. Imol. dict. ca. cum contingat. & eſt communis opinio, ſecundum Corn. in dict. authen. ſac. pub. verſic. ij. quæro. in obſeruantia quicquid dixerit Bald. & ſequaces. Et hoc maximè dicendum in caſu noſtro: in quo voluit donans poſſe conueniri ſub quocunque iudice eccleſiaſtico eius iuriſdictionem prorogando: clarum enim eſt, quod talis † 9
iudex non curat de ſtatuto laicorum, ſed ſimpliciter iubet ſeruari iuramentum. ca. fin. de foro compet. lib. vj. ca. licet. de iureiurand. eodem libro. Sequens articulus principalis eſt, an quia poſt donationem, Hieronymus donator ex concubina ſuſcepit duos filios naturales, deinde & legitimatos talis donatio reuocetur, per l. ſi vaquam. C. de reuoca. don. & communis concluſio eſt, quod talis † donatio per legitimatos, non 10
reuocetur: niſi eſſent legitimati per ſubſequens matrimonium, ſecundum Baldum in cap. innotuit. extrà, de elect. Refert & ſequitur Iaſ. in lege, Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. & loquuntur præfati doctores in eo, qui poteſt 12
legitimari per ſubſequens matrimonium, & ſic in naturali nato ex concubina, non autem in ſpurio: quia † talis non legitimatur per ſubſequens 11
matrimonium. cap. tanta. extrà, qui fil. ſint leg. & ita etiam ſentit Bal. in l. ij. circa fi. C. ſi quid in frau. pat. in l. j. C. de inoffi. donat. Salic. in l. ſi coras. C. eodem titulo Mart. Laud. in diſputat. incipiente, Augerius. nam ſequuta legitimatione, nihil differunt ſpurij à naturalibus, & ſicut legitimatio ſpurij non operatur reuocationem donationis: ita nec legitimatio naturalis, maximè cum hodie concubinatus ſit prohibitus, etiam iure ciuili, ſecundum Feli. in cap. cum ſit generale, extrà,

de

de for.comper.vbi allegat concordantes. Dico igi A
tur eōem esse opinionem, q̄ donatio non reuocē-
tur natiuitate, vel legitimatione istorum natura-
lium, prout etiā tenet Ruy. in rub. ff. de lib. & post-
hu. vbi respondet rationibus Soci. ibi, qui videtur
cōtrariū tenuisse. Et pro ista parte facit ratio: † do
12 natio enim simpliciter facta, simpliciter quoque
intelligitur & mens donantis qui donaturus non
fuisset si de filiis cogitasset, secundum regulas iu-
13 ris non debuit attendi: † quia propositum in men-
te agentum nihil operatur l. si repetendi. C. de B
condic. ob causam. Verum Constantinus Impe-
rator, ex quadam æquitate motus in tali donatio-
ne subaudiuit conditionem resolutiuam, nisi libe
14 ros susceperit, &c. quæ † conditio à lege subintel-
lecta de filiis naturalibus non potest accipi, sed so
lū de legitimis, l. generaliter. §. cū autem. vbi gl. su
per verb. sobole. per illū tex. C. de inst. & substit. q̄
communiter sequunt doctores. & in l. ex facto.
§. si quis rogatus. ff. ad Treb. quia † legislator istos
15 naturales, tanquam alienos habet à politia sua, vt C
dicitur in auth. quib. mod. nat. eff. sui. in prin. quia
16 † dispositio d. l. si vnquam. tanquam exorbitans
à regul. iur. cōmunis, debet intelligi de legitimis,
& naturalibus tantum, secundum l. filium eum dif
finimus. ff. de iis, qui sunt sui. & per Alex. cons. 39.
incipiente, super primo dub. in 4. volu. nec legiti-
17 matio debet hoc casu operari. quia † nunquā trahit
ad præiudicium iuris alteri quæsiti, vt per Bar. in
d. §. & quid si tantum. in fi. quia tali casu legitima-
tus nunquam pro posthumo habetur. Præiudica- D
18 tur ergo alteri quæsito cum † principis indulgen-
tia alteri damnola esse non debeat. l. impuberi. de
administ. & lex præsumptionem suam aduer-
sus vim verborum inductam ad hunc casum non
extendit. quia verba legis de eo loquuntur, qui li-
beros susceperit. l. j. vbi Bald. C. de posthu. hær. in-
stit. † lex autem istos pro liberis non habet. l. quia
19 ff. de in ius vocan. nec me mouet quod conditio,
si decesseris sine filiis legitimis, & naturalibus, le-
gitimatione deficit, tollitur que spes fideicommis- E
sarij. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebel. vt Ale-
xander respondit, receptioreque sententia traditum
est. Alex. cons. ij. in j. quia respondeo, aliud esse
spem eludere, aliud ius certum, & pure quæsitum
auferre. c. fi. de cons. præbend. in vj. Arbitror ita q̄;
si distincte reuocationem donationis non fieri, q̄
quid Soci. & Deci. attentarint. Soc. cons. ccxxvj.
Dec. cons. ccxvj. & in l. posthumo. C. de cōtratab.
allegatque Socin. Dynum, Castrensem, Baldum q̄;
21 si quibusdam locis, qui non repetiuntur, nec sunt F
in impressis literis. Nec me moueret amplitudo
priuilegij Comitis, propter quam dicit Soci. in d.
rub. se respondisse reuocari donationem: respon-
deo nihil hoc ad ius tertij, facit l. fi. de nat. restitu.
20 nec ideo præsumptio legis in fauorē iustę sobolis
inducta ad iniustam debet trahi. l. ij. §. legitimos.
de excus. tut. Nec etiam moueret si tales filij iure
communi legitimati essent, vt quia oblati curiæ,
vel paterno testimonio filii appellati: q̄ Ruy. cen-
suit. auth. si quis liberos. C. de nat. lib. Bartol. q. xj.
21 quia † testimoniū hoc patris, donatario, cui ius iā G
quæsitum est nocere non debet. l. si superatus, de
pig. Nec rursus mouerer, quod filius ille † natura-
22 lis duntaxat esset, non autē damnato coitu natus.
Ripa. d. l. si nunquam. q. xxviij. quia non ideo pro
iusta sobole habendus est. d. §. legitimos. q̄, si ho-
rum natiuitas fideicommissaria, qui solam spē ha-
bet. nihil obest. l. generaliter. §. cùm autē. C. de in-
stit. & substitutio. Ripa, dict. §. si quis rogatus. nu-

me. xxvij, minus donatario nocebit cuius potē- A
tius est ius. vt suprà vidimus: nec enim lex præsum
ptionem suam aduersus vim verborum inductam
hunc casum extendit: cum hi naturales pro libe-
ris non habeantur. dict. l. filium eum definimus. ff.
de iis, qui sunt sui. & d. l. quia. de in ius vocan. Vn-
de apparet fundamenta Socini, & Decii in dictis
consiliis, ea ratione subuerti, quod dispositio d. l.
si nunquam. in fauorem legitimè natorum inuēn-
ta non debet ad istos trahi in præiudicium dona-
tariorum, qui ius in re quæsitum habent, quod abs
que ipsorum facto auferri non potest. Minusque
vrget argumentum Ripæ in rep. d. l. si nunquam.
q. xxx. vbi dicit, quòd dicta opin. Socini, & Decii,
in totum corruit, nisi sustineatur tali ratione. quod
† legitimatus tunc saltem dicitur legitimè nasci, 23
cum legitimatur, secundum Aucha. consil. ccxxx.
Bald. l. si filii à patre. §. j. de liber. & posthu. Bald. &
Imol. l. certum. ff. de iniust. rup. vnde verificantur
verba d. l. si vnquam, respondeo præfati doctores
hoc non dicunt & quamuis † legitimatus habea- 24
tur pro posthumo, & rumpat testamentum vt di-
cunt omnes, vt non procedat in præiudicium iu-
ri quæsiti tertio. & ideo inferunt ei, qui post mor-
tem patris legitimatus fit, pro posthumo non es-
se, ne tollat ius quæsitum venientibus ab intesta-
to. Item inferunt idem esse in casu d. l. si nunquā.
quia ius pure est translatum in donatarium, non
procedit ergo suprascripta Ripæ ratio, quando au
ferretur ius tertio quæsitum, nam tunc non est ve-
rum censeri talem legitimatum tunc nasci, imò ha
betur pro quandoque non nato. Et certè solent
iudices in practica negligere huiusmodi subtilita-
tes, quæ inducuntur à modernis contra commu-
nes opin. & ipsemet Soci. autor huius opinionis
non audet eam firmare, in d. rub. sed potius via di
sputatiua duntaxat: laborat p rollendis rationib.
Bal. quas infideliter declarat, vt eis posit cōmo-
dè rndere: sed secundū suprascripta apparet, q̄ d.
opi. Bal. vltra q̄ est magis cōis, innitit etiam effi-
cioribus fundamentis: & ideo in via iudicandi nō
est ab ea recedendum. Et mirum est, quod Ripa
in d. l. si vnquam. q. xxviij. teneat opinionem pro
naturalibus. & non aduertat, quod communis o-
pinio est in contrarium. & adducit solum rationes
friuolas contra illos, quibus potest facillimè re-
spondere. Rationem autem veram cui innititur
communis opinio, non refert, nec refellat, sed sim-
pliciter transit, & ipsemet fatetur quod sua opi-
nio est contra Alexand. & Rui, quorum auctoritas
est maior, quam sua. Fortius dispositioni dict. l. si
nunquam renuntiatum sit per seipsum donantem
illis verbis, quibus promisit non tenere aliqua
causa, vel occasione etiam ingratitudinis vel alia,
quæ dici vel excogitari possit, &c. quæ verba ge-
neralia sunt & casum quoque comprehendunt
supernascentium liberorum, vnde etiam di-
ctæ legi videtur renuntiatum per ea, quæ po-
nit Bartol. in l. si qui sub conditione. de testa-
men. tutel. Aretin. consil. xxxiij. † generalitas e- 25
nim verborum facit, vt etiam de tali beneficio
videatur in genere cogitatum, idque sufficit,
vt per Roman. in l. sicut certi. C. de testament.
milit. Angel. in l. tres fratres. ff. de pact. Alexand.
consil. xj. in ij. vol. idque maximè propter iuramen
tum q̄ habet vim specialis consensus. de quo etiā
per Mod. d. l. si vnquam. q. iij. Puto autem non esse
dubitandum, quin dictæ legi, si vnquam. possit
renuntiari, etiam simplici renuntiatione nedum
cum iuramento, quia dicta † lex non est fundata 26

BIU Cujas

fauore filiorum, vt quidam crediderunt, ſed ſuper A
ſimplici præſumptione voluntatis donantis ſe-
cundum glo. ibi, vnde poteſt ei etiam ſine iuramen-
to renuntiari. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.
& ita eſt communis opinio quam tenet Bartol. I-
mol. Raph. in l. Titia. §. imperator. de leg. ij. Anch.
But. Abb. Imol. in c. fin. de donat. cum multis con-
cordantibus, per Alexan. conſi. iij. perſpectis. in 3.
volum. quicquid dixerit Fran. de Curte. conſi. ſuo
j. cuius opinio eſt communiter reprobata, vt aliàs
dixi, in d. c ſi contingat. & per Ripam, d. l. ſi vnquã. B
q. lj. Circa aliud dubium, an dicta donatio poſsit
infrigi: quia dicti fratres non ſoluerunt quantita-
tem in tempore conuento ex forma inſtrumenti
dubium facit text. in l. j. C. de donat. quæ ſub mo-
do. Sed tamen concludendum eſt contrarium,
27 quod imò infringi nõ poſsit: quia † annullatio act⁹
eſt pœna l. ſenatus. ff. de contrahen. empt. cap. co-
28 gnoſcentes vbi Felin. de conſt. † pœnæ autem locũ
non habent niſi expreſſæ ſint l. at ſi quis. §. diuus.
de relig. & ſumpt. l. ij. §. diuus. de ſepulcr. viol. An. C
Sicu. conſi. lj. in j. volum. Sed in caſu noſtro non ſo
lum non eſt expreſſa hæc pœna reſciſsionis dona-
tionis, ſed potius contrarium videlicet, quod ſol-
uatur duplum eius quantitatis in qua contracta
29 fuerit mora: vnde † dicta conuentione non eſt re-
cedendum. l. in ciuile. C. de rei vend. l. Iulianus. §.
offerri. ff. de act. empt. & cum duplum fuerit appo
ſitum pro pœna, eius ſolutio facit, vt amplius non
poſſunt donatarij moleſtari. l. reſcriptum. §. ſi pa-
30 cto. ff. de pact. quamuis etiam dici poſsit nec † qui- D
dem pœnæ dupli in caſu noſtro locum eſſe, ſi ali-
qua probabilis ſit excuſatio: cur dicti fratres in tẽ
pore non ſoluerint, vt habetur in l. quod te. ff. ſi cer
tum pet. vbi dixi. & in terminis noſtris per Cur. Iu
nio. conſi. xxxiiij. Circa vltimum dubium caſu, q̃
donatio ex aliqua legitima cauſa poſſet infringi,
quid iuris ſit de melioramentis per dictos fratres
in bonis donatis factis. Reſpondeo caſus eſt cla-
rus & expeditus, quod huiuſmodi melioramen- E
ta eſſent ipſis fratribus ſoluenda quatenus,
ſcilicet meliorata eſſent bona ipſa. cap. j. §. ſi
vaſallus. ſic finitur lex Corradi. in vſibus feu. vbi
Præpoſit. & quod habetur in l. domus. cum l. ſeq.
ff. de leg. j. ſed quia hæc quæſtio eſt ſatis plena, &
tractata locis vulgaribus, & (vt arbitror) futura ſu-
perflua, in præſenti caſu, vlterius non inſiſto. Et
hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII III. SVMMÆ.

F

1 *Qui relicta patria propria alibi per 12. annos moratur vi-
detur ibi domicilium contraxiſſe.*
2 *Habitare, familiam in loco conſtituere vxorem ibi ducere
indicant, quem habuiſſe animum ibi domicilium con-
ſtituendi.*
3 *Maritus poteſt ſua ſimplici voluntate prius domicilium
mutare, & aliud conſtituere.*
4 *Pertu, quæ ſubſequuntur declaratur quænam fuerit mens
quid facientis.* G
5 *Maritus pro reſtitutione dotis poteſt conueniri in loco vbi
mortua eſt vxor.*
6 *Paria ſunt forum ſortiri & ſtatutis ligari.*
7 *Ratione bonorum ſtatutum loci cui ſubiecta ſunt bona at-
tendi debet.*
8 *Qui habet domicilium duobus in locis locus ille attenditur
in quo diutius manſit, familiam conſtituit, vxorẽ duxit,
eam ſepeliuit, bona immobilia accepit, &c.*
9 *Semper in reſtitutione dotis attendimus ad forum domici-
lij ipſius mariti, & quare.*
10 *Quoties quis ſortitur forum in pluribus locis attendimus
ad illud quod eſt principalius.*
11 *Domicilium originis videtur eſſe principalius.*
12 *Domicilium originis habet annexam cauſam naturalẽ quæ
præualere debet.*
13 *Quis dicitur habere domicilium vbi maiorem partem facul
tatum habet.*
14 *Qui contrahit cum hærede videtur reſpectu illius quali-
tatis hæredis contrahere.*
15 *Semper inſpiciendum eſt qua contemplatione actus fiat.*
16 *Qui habitat in loco tanquam officialis illius loci nunquam
acquirit domicilium eo in loco.*
17 *Habitans in loco tanquam officialis & inibi quid faciens
tanquam ſimplex habitator videtur feciſſe & finito of
ficio in patriam ſuam receſſurus.*
18 *Declaratur quomodo procedat regula illa paria ſunt forũ
ſortiri & ſtatutis ligari.*
19 *Quando agitur ſimplici rei vendicatione attenditur forum
vbi res ſitæ ſunt.*
20 *Forum principale mariti reſpectu lucri tributi à ſtatuto &
ſic in deciſionis iudiciorum attenden. eſt, & quare.*
21 *Verba hæc ſine filiis referuntur ad vxorem.*
22 *Qualitas ſecundum quam ſtatutum loquitur attẽdenda eſt,
& quare.*
23 *Verba debent intelligi eo reſpectu quo prolata ſunt.*
24 *Semper in ſucceſsione prima eſt cauſa filiorum.*
25 *Maritus non admittitur ad lucrum dotis niſi ex pacto vel
ex ſtatuto.*
26 *Non eſt dicendum in ſtatuto reperiri verba ſuperflua.*
27 *Verba ſimpliciter poſita ſimpliciter intelligi debent.*
28 *Si vir & vxor conducant in emphyteoſim pro ſe & filijs
admittentur etiam filij prioris matrimonij.*
29 *Plerunq; fit relatio ad id quod olim fuit licet nunc non ſit.*
30 *Caſus omiſſus quandoq; pro omiſſo habetur.*
31 *Statutum non eſt extendendum vltra vim verborum.*

DOmina Caſtura vidua Ceſenẽſis nupſit Domi
no Iacobo Foroliuienſi præfecto arcis portus
Ceſenatici, deinde deceſſit nullis relictis filiis
communibus ex dicto Iacobo, ſed relicta Ca-
tharina ex priore matrimonio, quæ nunc eſt
penes ipſum, & vocatur ſoror Thecla, quæritur eius dos ad quem
pertineat. Pro dilucidatione præſentis controuer-
ſiæ. In primis videndum eſt quod ſtatutum debe-
at attendi; an ſtatutum Ceſenenſe, quod reſpectu
certæ partis eſt in fauorem mariti, an verò ſtatutũ
Foroliuienſe; quod eſt in fauorem monialium? Et
prima fronte pro marito facit, quod attendat ſta-
tutum Ceſenæ; quia maritus, relicta † patria iam 1
per duodecim annos, & plus ſteterat Caſtellanus
dicti portus Ceſenatici, vnde videtur contraxiſſe
ibi domicilium. l. ij. C. de incol. lib. x. vbi omnes
notant. Secundo, quod iſta fuerit mens ſua, pro-
batur ex eo: † quia ibi habitauit, familiã conſtituit, 2
vxorem duxit: quæ omnia indicant eum habuiſſe
animum domicilium ibi conſtituendi, not. Barto.
in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iud. in l. lex Cor
nelia. §. domum. ff. de iniur. l. domicilium. ff. ad mu
nicip. & poruit † maritus ſua ſimplici voluntate 3
prius domicilium mutare, & aliud conſtituere. c.
fin. extrà, de paroch. vbi Hoſt. Abb. & cæteri. Ter-
tio facit, quia dictam vxorem ſuam nunquam tra-
duxit ad ciuitatem Forliuienſem: vnde ſatis de-
claratur ex iis, † quæ ſubſequuta ſunt q̃ mens ip- 4
ſius erat perſeuerare in domicilio Ceſenenſi tan
tum per ea, quæ notat Bald. in l. final, C. ſi à non
competen. & ita etiam dicta vxor in dicto loco
eſt mortua, quo caſu ſicut maritus poteſt ibi
conuenire pro reſtitutipne dotis, l. ſi vxor.

vbi

vbi Angel. & Paul. de Castr. ff. de iud. ita etiam vi-
6 detur eius loci statutum attendi, quia † paria sunt forum sortiri & statutis ligari, vt not. Inn. in rubr. extrà, de consuetud. sequitur ibi Anto. de But. Alexand. consil. ccix. ponderatis. lib. ij. Deci. consil. cclxxxiij. versi. vij. cum similibus. Quarto facit, quia præsupponitur, quod bona, de quibus agitur, sint
7 in agro Cesenensi: vnde † ratione bonorum videretur attendendum statutum Cesenense, vt voluit Bald. in l. j. in quibusdam lecturis. C. de summ. trinit. in cap. j. de iur. calum. Andr. Sicul. in dict. rubr. de consuetud. versic. limita nisi dos. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in repet. dictal. j. Dec. dicto consil. cclxxxiij. versic. vij. & sentit Angel. in l. exigere. ff. de iud. Quinto & vltimo, quia dato, quod haberet, etiam Foroliuij domicilium, tamen istud Cesenen-
8 se videtur magis attendendum † in quo tandiu mansit, familiam constituit, vxorem duxit, eam sepelierit, bona immobilia accepit, quæ omnia debent facere vt tale domicilium præualeat, vt in simili per Abbatem in capit. dilectus filius. de rescrip. versic. iij. conclusio. & quod latè consuluit Alexander consil. 100. ex inspectione. lib. iij. vbi vult attendi ad locum domicilij, non autem ad locum originis mariti, seu eius patriæ. Sed iis, & similibus non obstantibus, puto in casu nostro contrariam opinionem esse veriorem, quod imò attendi debeat statutum Forliuiense, quia regula
9 est generalis posita in l. exigere. ff. de iud. quod † semper in restitutione dotis attendimus ad forum domicilij ipsius mariti, quia mulier cum eo contrahit tanquam in eius domum accessura, & eum sequutura, vt notat Bartol. in d. l. prima. versicu. ex prædictis. & sequuntur ibi communiter doctor. & Bald. in cap. primo. §. fin. de inuest. de re alien. fac. & idem tenent Butrig. Abb. Felin. & cæteri in cap. j. de spons. cum concord. per Decium consil. xix. & ab ista regula, & conclusione non est facilè recedendum. Secundo, quia stante suprà-
10 dicta conclusione forum Foroliuiense tanquam principalius debet attendi: quia † quoties quis sor-
11 titur forum in pluribus locis attendimus ad illud, quod est principalius. l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad municip. cap. ij. de reg. in vj. & domicilium originis † videtur esse principalius, prout in simili notat Bart. in l. quod conclaue. in fin. ff. de damno infect. & † domicilium originis habet an-
12 nexam causam naturalem, quæ præualere debet. l. qui habent. in princip. & quod notat ibi Bartol. ff. de tutel. notatur in l. prima. §. bestias. ff.
13 de postul. maximè quia † ipse maritus habet sibi maiorem partem fortunarum suarum, nec eas alienauit, vt Cesenam habitatum veniret, secundum Bartol. in l. ciues. C. de incol. lib. x. vnde satis arguitur mens eius volentis forum originis retinere vt habetur in dicto cap. fin. & in dicta l. lex Cornelia. l. et si dominus fundum. versic. ego puto. cum similib. Tertio, quia in instrumento facto cum fratre vxoris contraxit tanquam ciuis Forliuiensis, & frater ei fecit promissionem certæ partis dotis iis verbis, domino Iacobo ciui Forliuiensi, ad præsens Castellano, &c. quibus verbis arguitur contractum esse, cum eo tanquam cum Forliuiensi, argum. l. si ponas. §. primo. de inoffic. testa.
14 vbi ille † qui contrahit cum hærede videtur respectu illius qualitatis contrahere. & Angel. ibi alle-
15 gat alia iura idem probantia, est enim † semper inspiciendum, quia contemplatione actus fiat. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. facit tex. in l. si quis domum. §. si quis tamen. ff. locati. in l.

A debitor. §. fin. ff. ad Trebellianum. in l. professitia. §. fin. ff. de iur. dot. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. per Decium. dicto consil. cclxxxiij. versicu. & hoc confirmatur. Nec obstant rationes in contrarium allegatæ, & in primis, quod suprà decennium habitauerit, &c. l. ij. C. de incol. lib. x. C. quia respondeo secundum doctor. ibi, † 16
quod cum habitauerit tanquam Castellanus seu officialis, nullo tempore acquiri domicilium, etiam per mille annos. l. quæsitum. in princip. de
B legat. iij. per Bartol. in dicta l. lex Cornelia. §. domum. item respondeo, quod etiam si acquisiuisset domicilium, tamen in casu nostro debet attendi Forliuiense, tanquam domicilium principalius: vt suprà dixi in l. si quis hæc cautum. ff. si certum pet. Non obstat secundum: quia quamuis fecerit aliquos actus arguentes voluntatem constituendi domicilij Cesenæ tamen cum esset Castel- 17
lanus, videtur potius fecisse tanquam simplex habitator, & finito officio, in patriam suam recessu-
C rus, d. l. quæsitum. in princip. vnde ista præsumptio aliam tollit. l. cum de indebito. ff. de probat. l. diuus. ff. de in integrum. restitu. Et (vt dixi) etiam si teneremus contractum fuisse domicilium Cesenæ, tamen illud Forliuiense est principalius: & ideo attendendum. Non obstat tertium, de d. l. si vxor. quia satis fateor posse maritum cõuenire ad restitutionem dotis in loco vbi vxor est mo-
rua, de quo etiam per Bald. Nouell. in tract. dot. par. ix. q. xix. Sed non sequitur eius loci statutum
D attendi: quia † illa regula, quod paria sunt forum 18
sortiri, & statutis ligari intelligitur de statutis concernentibus modum procedendi, non autem respectu concernentium decisionem, & merita causæ. l. si fundus. ff. de euic. & quod habetur in cap. quod clericis. de foro compet. Et istud maxime procedit in dote, quæ videtur excepta ab illa regula, per dicta l. exigere. Non obstat quartum, quod bona sint in agro Cesenensi, &c. quia allegata in contrarium possent procedere quando ageretur † simplici rei vendicatione: quia tunc 19
attenditur forum vbi res sitæ, l. fin. C. vbi in rem actio. cap. fin. de foro compet. † respectu verò lu- 20
cri tributi à statuto, & sic in decisiuis iudiciorum attendendum est forum principale mariti, quia non reperitur hoc casu limitata esse regula dicta l. exigere. secundum Rapha. Comen. consilio cix. & idem sentit Anchara. in capit. statutum. §. cum autem. de rescriptis. lib. vj. & per Andr. Sicul. consil. v. in iiij. Iason dicta l. prima. versic. vltim. C. de summa trinit. & fide cathol. in prima lectura. & latè ita concludit Purpur. in dicta l. prima. Itẽ respõ deo, quod contraria procederent in statuto, quod afferret lucrum dotis ipsi marito, nam non potest hoc operari extra territorium, vt declarat Bald. in cap. j. extrà, de iur. calum. sed noster casus est, in statuto non deferente lucrum, sed relinquente rem in terminis iuris communis, secundum quod filii excludunt maritum. l. j. C. vnde vir & vxor. quod tamen potest statutum facere. Item respon-
G deo, quod contraria procederent in dote rerum immobilium, seu fundo dotali inæstimato, quod poteretur rei vendicatione, secus si ageretur actione personali ad restitutionem, prout in simili distinguimus. dicta l. Nesennius. §. j. ff. de re iudic. Præterea est aduertendũ quod doctores allegati in contrarium, non bene probant illam opin. & Bald. in lectura d. l. j. non reperitur quod hoc dicit. & Ioann. Bapt. de S. Seuerino qui refert, non tamen in hoc eum sequitur, sed potius

tenet

tenet contrarium, quia mens doctorum est, quod regula dict. l. exigere procedat generaliter. & Deci. dicto consi. allegat alias quæstiones, quas dicit simul sufficere, quasi sentiens hanc separatam non esse veram. & Felin. in dicto cap. j. de spons. ponēs vij. limitationes ad regulam d. l. exigere, non ponit istam, tanquam non veram. Non obstat quintum & vltimum, quod non attendatur locus originis, de quo per Alexand. d. consi. 100. quia in casu suo maritus omisso prorsus foro originis, constituerat aliud domicilium, quod non est in casu nostro, in quo manifestè apparet, quod maritus semper retinuit antiquum domicilium, & ideo allegata per Alexandrum potius faciunt in contrarium quatenus concludit semper domicilium mariti attendi. Restat, vt nunc videamus de sequenti articulo, j. de interpretatione verborum statuti Forliuiensis. Et videretur dicendum, quod maritus lucretur tertiam partem propter verba statuti, quibus dicitur, quod *Maritus lucretur tertiam partem dotis vxoris suæ præmortuæ, sine filiis.* & infrà *Si cõtingat vxorẽ præcedere viro suo absque filiis, &c.* intelligi enim debet absq; filiis cõmunibus, etiã si haberet aliquos ex alio matrimonio, quia † verba, *Sine filiis*, referũt ad vxorem, & sic quos habeat tanquam vxor dicti mariti: secundum Signor. de Homod. consil. xxxvij. in iij. dub. & cons. lxviij. per totum. † attendenda enim est qualitas secundum q̃ statutũ loquitur: quia quando lex disponit sub nomine qualitatis, valet argumentum de tanquã, l. ij. de auro & argento leg. l. si verò. in gloss. super verb. quasi ad patrimonium. ff. soluto matrimonio. l. item eorum. in princip. ff. quod cuius vni. l. debitor. §. fin. ff. ad Trebellianum. l. nam & tertium. ff. de hæredibus instituendis. & sic ibi videtur esse decisio in terminis pro marito, quod in simili etiam casu sentit Deci. in dicto consi. cclxxxiij. Iaſ. in l. j. C. vnde vir & vxor. quia secũdum eum † verba intelligi debent eo respectu quo prolata sunt. l. si quis domum. §. quid tamen. ff. locati. l. profectitia. §. final. de iur. dot. & per Felin. in cap. cum ordinem. extrà, de rescript. vbi allegat multas similes decisiones. Confirmetur quia si statutum intellexisset de filiis prioris matrimonii, nihil necesse fuisset dicere vxoris, sed potius mulieris: cum respectu Catharinæ finita esset vxoris qualitas per mortem primi mariti prout in simili dicunt doct. de filio primogeniti. in l. Senatoris. ff. de Senat. in cap. inter cæteras. vbi Decius in no. j. de rescrip. Suadet & hoc æquitas; cùm aliàs maritus nihil lucraretur, & homines retraherentur à matrimoniis, secundum Paul. Castr. in l. vnica. C. de inoffic. dot. Ad idem facit quia statutum defert illud lucrum marito, etiamsi contrarium expressè sit conuentum cum vxore, vel quolibet alio dante dotem pro ipsa: tunc sic, plus iuris habet extraneus in dote à se data repetenda, quando expressè conuenit, quam mulier vel eius filij. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. Si ergo statutum præfert in illa tertia maritum extraneo dotanti, multo magis liberis matrimonij primi. Sed tamen his non obstantibus contrarium est verius, quia † semper in successione, prima est causa filiorum. inst. de hæred. quæ ab intest. §. j. & de Senat. consul. Orfi. in princip. melius probatur in §. j. in authent. de hæred. ab intest. veni. collat. ix. & quia per statutum nunquam censetur esse derogatum liberis prioris matrimonij, nisi quatenus verba expressè dicantur. secundum Bart. Bald. Salicet. & alios. in l. hac edictali. C. de secund. nup. & qura † maritus non admittitur ad lucrum dotis, nisi ex pacto, vel ex statuto. d. l. hac edictali. & quod non interuenit in casu nostro, quia verba statuti sunt clara, vt maritus lucretur, si non adsint filli, vero in casu nostro adsunt, videlicet Catharina, seu soror Thecla. l. non est sine liberis. ff. de verborum significatione. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleri. Non obstant allegata in contrarium: quia omnia tolluntur vnica ratione, id est, propter verba statuti, quæ dicunt, si contingat vxorem prædecedere viro absque filiis legitimis, & naturalibus, quibus verbis ostenditur non posse illam dictionem, filiis, intelligi tanquam ex vxore: † aliàs dictio illa, legitimis, & naturalibus, esset superflua in statuto, quod non est dicendum. l. si quando. ff. de legatis primo. per Bald. in rubrica. C. de cõtrahen. emp. q. ix. cum simil. & in casu isto nõ procedunt rationes Signoroli, in dicto consil. vt de se patet. præterea in casu Signoroli contrarium, & melius consuluit Ray. d. Forliuio eius præceptor, & grauioris autoritatis, vt apparet in eius consilio impresso in fine consiliorum Signoroli. Hæ etiam rationes ipsius sunt efficaces. Et in primis quod valeat argumentũ de tanq̃, seu q, verba intelligantur eo respectu quo prolata sunt. Respondeo enim hoc esse verum, sed in casu nostro non apparet, quod sint prolata tantùm respectu filiorum cõmunium, imò † simpliciter posita sunt, ergo & simpliciter debent intelligi. l. j. §. quod autẽ. ff. de aleæ lusu. l. de pretio. ff. de public. l. moris. §. liberos. ff. de pœnis, facit, quod notat Bald. in authẽn. qui rem. C. de sacrosanct eccles. † vbi si vir & vxor conducant in emphyteusim pro se, & filiis admittentur etiam filij prioris matrimonij. de quo etiam per Cyn. Bald. & alios in l. penult. in fin. C. de impub. Nec quicquam facit, quod statutum vtatur dictione, vxoris, non autem mulieris: quia istud dixit propter relationem ad maritum, non autem ad filios, de quibus nos loquimur, quamuis etiam † plerũque fiat relatio ad id quod olim fuit, licet nunc non sit. l. si ancillæ. ff. de condict. & demonst. l. penult. ff. si cert. pet. vbi Docto. notant, & per Bartolum in l. si cognatis. in vltim. quæst. de reb. dub. Alexand. consil. xx. in ij. Nec est vlla æquitas in fauore mariti: qui sibi imputet, si non est stipulatus lucrum dotis in tali casu, sed reliquit illud in terminis iuris: vt † meritò casus omissus habeatur pro omisso. l. si extraneus. ff. de cond. causa dat. & quod habetur in l. si cum dotem. in princip. ff. solut. matrimon. Minus etiam facit, quod statutum deferat lucrum contra pactionem expressam extranei, quia statutum limitatè loquitur in casu suo: scilicet quando non adsunt filij? Vnde non est extendendum vltra vim verborum. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. per Barto. in l. omnes populi. de iust. & iur. Doct. in l. quicquid. ff. de verborum obligatione. Circa vltimum dubium delegato relicto: per primum virum dominæ Castore: rès non habet aliquam dubitationem quin reuertatur ad filiam per l. fœminæ. C. de secund. nupt. Idemque de paraphernalibus cum remanserint in dominio vxoris. iuxta l. si ego. §. dotis autem. ff. de iur. dot. Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII IIII. SVMMÆ.

1 *Statutum inextendibile.*
2 *Mulierem varie successione excludi.*

BIU Cujas

3 *Si quis fortiatur fori in duobus locis & habeat bona vtrobique qualibet pars bonorum secundum suam legē iudicabitur.*

4 *Statutum excludens fœminas extra Territorium nuptas valet de iure.*

5 *Vera & antiqua ciuis ſt excluditur è statuto ex eo quod forenſi nupſit, excludetur etiam ciuis quæ beneficio priuilegij ius ciuilitatis eſt affecuta.*

6 *Fictio deberet naturam imitari.*

7 *Priuilegium tranſit in priuilegiatos cum qualitate ſua.*

8 *Priuilegiati non poſſunt vti priuilegio quoad acquiſitionē niſi etiam vtantur quoad onera acquiſitionis impoſita à ſtatuto.*

9 *Forenſes vel clerici volentes vti beneficio ſtatuti debent pati cenſuram alterius ſtatuti, quia non poſſunt recipere illud duntaxat quod pro ſe facit, quin accipiant etiam quod eſt contra ſe.*

10 *Laicus volens in foro ciuili vti beneficio can. redintegranda 3. q. 1. non poterit allegare quod in foro ciuili non appellatur à poſſeſſorio.*

11 *Volens vti aliquo iure debet vti cum ſuis qualitatibus & circunſtantijs.*

12 *Poſſidens bona in loco & ex priuilegio ſt ciuis loci ſatis dicitur ratione domicilij ibi poſſe conueniri.*

13 *Quis poteſt habere domicilium in diuerſis locis cum id pendeat à facto & animo.*

14 *Domicilium originis licet alias ſit principalius fallit tamen quando bona ſunt in alio foro & de bonis tractatur.*

15 *Ciuilitas quæ non prouenit ab origine ſed à priuilegio poteſt repudiari.*

16 *Ciuilitate repudiata res deuenit ad caſum à quo incipere non poteſt & ideo vitiatur ſucceſſio reſpectu ipſius repudiantis.*

17 *Actus conſumatus infirmatur in pœnam eius qui legis iuſſioni aduerſatur.*

18 *Raro contingit vt puellæ à ſeipſis nubunt.*

19 *Dictio hæreditas accipitur tam pro delata quàm pro deferenda.*

20 *Hæreditas nondum adita probi dicitur hæreditas.*

21 *Statutum ſimpliciter excludens fœminam an cenſeatur etiã à legitima excludere.*

22 *Pactum vel renuntiatio generalis non trahitur ad legitimã niſi de ea fiat ſpecialis mentio.*

23 *Legitima debetur tanquam portio hæreditatis : vnde qui eſt excluſus ab hæreditate cenſetur excluſus à legitima.*

24 *Excluſus à toto cenſetur & à qualibet parte etiam ſpecialiter etiam & indiuiduo excluſus.*

25 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

26 *Mulier quando habet dotem omnes fatentur de pleno quod ſtatutum poteſt ei legitimam auferre.*

27 *Ius tertio quæſitum auferri non poteſt.*

28 *Reſcriptum Principis nunquam trahitur ad præiudicium ius alteri quæſiti.*

29 *Per literas Principis quibuſcunque clauſulis conceptis nõ cenſetur ſublatum ius tertij.*

30 *Senatus Mediolanen. nunquam approbat literas Principis continentes præiudicium tertij.*

IN ſequendo ordinem dubiorũ mihi propoſitorum, primo videndum eſt an iſta mulier Mutinènſis nupta Bononiæ poſsit ſuccedere in bonis maternis, quæſita ſunt Carauagij, obſtante ſtatuto dicti oppidi. Et videretur dicendum † prima fronte, q, ſic: quia ſi bona eſſent Mutinæ, poſſet ſuccedere ſecundum formam iuris communis. l. maximum. C. de liber. præter. ergo idem dicendum de iſtis in alieno territorio exiſtentibus: tamen quia diſpoſitio iuris communis debet extendi etiam ad dictum territorium tanquam fauorabilior, ſecundum doctrinam Barto. in l. j. C. de ſumm. trinit. verſic. vj. videndum. tum quia ſtatutum Carauagij nõ debet cõprehendere iſtã mulierem alibi nuptam, & non ſubiectam. l. j. in fin. de tut. & cur. dat. ab iis. l. fin. de iur. om. iud. maximè cum loquantur in perſonam, quo caſu non poteſt extendi ad hanc forenſem, ſecundum doctrinam Bar. in d. l. cunctos populos. q. vij. in q. Anglicana, quam concludendo diffusè approbat Alex. conſi. xliiij. in v. volu. & etiam cum ſit odioſum. l. ex ea. ff. de poſtul. Sed tamen † contrarium eſt verius. cũ. n. per priuilegiũ pater & filij, effecti ſint ciues terræ Carauagij : nec potuiſſent ex forma ſtatuti acquirere dicta bona, niſi fuiſſet illud priuilegium, & dicuntur eſſe de iuriſdictione Carauagij, quoad illa bona, & ſubiiciuntur eius ſtatuto ſecundum quod maſculi excludunt fœminam dotatam, &c. vnũ cũ vtroq; loco ſortiant domicilium Mutinæ reſpectu originis, & habitationis Carauagij reſpectu dictorum bonorum iudicantur de hac hæreditate, tanquã de duplici, vt bona Carauagij, deferãt bona verò Mutinæ, ſecundũ legẽ Mutinenſem, & hoc facit diuerſitas patrimoniorum. facit l. pupillo ff. de tut. & cur. dat. ab iis. l. ſi arrogator. vbi not. ff. de adopt. l. certa forma. C. de iure fiſc. lib. x. & ita ſentit Bartol. in d. l. j. q. vij. dum dicit quod ſi verba ſunt cõcepta in perſonam, & ille nõ eſſet Anglicus, quod conſuetudo Angliæ eũ non ligaret: quia forenſis: vnde ſentit, quod ſi forenſis non eſſet vt ciuis Anglus per priuilegium, prout in caſu noſtro, quod ſecus eſſet, ceſſat enim tunc ratio Barto. cuius opinio eſt communiter approbata, quantum ſit ad hoc, vt per Paul. de Caſtrenſ. conſil. xxxij. circa primum. in ij. volum. in nouiſſ. & per Alexandrum conſi. cxxviij. in j. & dicto conſi. xliiij. in v. cum ſimil. Eandem opinionem expreſsè tenuit Bald. in l. ſi arrogator. verſic. iij. quæritur, ponamus. ff. de adopt. vbi decidit, q, † ſi quis ſortiatur fori in duobus locis, puta Rhegij, & Bononiæ, & habeat bona vtrobique, quod fit ſeparatio bonorum, vt quælibet ſecũdum ſuá legem, vel ſtatutum iudicentur. argum. not. in l. apud eum. in princ. ff. de manumiſſ. & in l. 1. de ſepar. bonorum. & refert, & ſequitur Alexan. in conſil. xvj. in j. volum. Eandem ſententiam etiam ſequutus eſt Iaſ. conſil. lxxx. in iij. volum. verſic. confirmo etiam. vbi refert Salicet. in d. l. cunctos. populos. idem concluſiſſe, & conſuluiſſe: & conſilium fuiſſe approbatum per Ioannem de Lignano, & alios doctores. Et idem etiam tenent moderni videlicet, Alberi. Brunus. in tractatu ſuo, de ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis, &c. in viij. parte principali. q. xxv. vbi dicunt, quod iſta communis opinio, & ideo in practica non eſſet ab ea recedendum. Allegata autem in contrarium procederent, quando iſta fœmina non eſſet ciuis Carauagii, nec ſubdita ſtatutis dictæ terræ, ſed prorſus forenſis, quod non poteſt dici in caſu noſtro propter priuilegium ciuilitatis conceſſum patri, & deſcendentibus, abſque quo ipſa eſſet prorſus incapax dictorum bonorum, cum ergo reſpectu illorum bonorum ſubiiciatur ſtatuto dicti oppidi, & ſecundum illud fratres excludunt ſorores dotatas in ſucceſsione matris, apparet hanc fœminã nõ poſſe aliqd petere ex dictis bonis. Nec obſt. q, diſpoſitio iuris cõis tanquam fauorabilis videatur ad

BIU Cujas

tur ad hæc quoque bona extendi debere: quia re-
ſpondeo, quod cum ſtatutum, cui bona ſubiiciun-
tur, poſsit in iis fratribus & ſororem ſocum habe-
re: quia propter ciuilitatem ei alligantur, potius
ſeruabimus ſtatutum tanquam legem magis ſpe-
cialem dicti loci: vt ſentit Bal. in d. l. ſi arrogator.
& Laſ. d. conſi. lxxx. & alii doctores ſupra alligati,
ſecus ſi tali ſtatuto non ſubiicerentur, vt quia eſ-
ſent foreſes: quo caſu militaret ratio contraria. Ex
iis apparet hanc mulierem excludi per ſtatutum,
quod exiſtentibus maſculis fœminæ nõ ſuccedat, B
&c. q̃ viget in dicta terra Carauagij. Secũdò, prin-
4 cipaliter excluditur per † aliud ſtatutum de fœmi-
na, quæ nubit forenſi, &c. cuius ſtatuti verba ſunt
clara: nec eſt dubium, quin de iure valeant, vt
per Alexand. conſi. clj. in ij. And. Sicul. conſi. iiij.
in j. vol. Feſ. c. j. verſic. vj. extrà, de ſponſal. non em
debet melioris conditionis eſſe hæc mulier nupta
Bononiæ, & ciuis Carauagij ex priuilegio, quam
ſi eſſet vere originaria: clarum autem eſt, † quod
5 vera & antiqua ciuis nubendo Bononiæ exclude- C
retur à ſtatuto: ergo iſta etiã quę beneficio priuilę-
gij id ius eſt aſſequuta. l. filio quem pater. ff. de lib.
& poſthum. vbi Alexand. l. iij. §. e contrario. vbi A-
retin. & Modern. ff. de acquir. poſſeſſ. l. qui ad cer-
6 tum. ff. locati. cum ibi not. deberet ergo † fictio na-
turam imitari. §. adoptio. inſtru. de adop. & ſicut
naturalis ciuis nubendo extra territorium exclu-
deretur: ita & hic commentitius, & factus autori-
tate principis. Nec obſt. quod cum ſemel iſta bo-
na tranſierint in iſtos Mutinenſes, videtur perpe- D
tuò exempta eſſe ab onere ſtatuti. argu. l. cùm pa-
ter. §. quindecim. ff. de leg. iij. & quæ habentur in
l. j. ff. de off. eius, cui. l. j. C. qui prò ſuà iuriſ. per De-
ci. conſi. lxxxviij. Alex. conſi. lv. in fi. in ij. vol. Re-
ſpondeo non eſſe verum, quod bona exempta ſint
ab onere ſtatuti: imò tranſierunt cum dicto onere
ſimpliciter tanquam in Mutinenſem, ſed potius
tanquam in ciuem Carauagii: vnde durat ſemper
vis, & poteſtas ſtatuti erga illos: facit quod notat
Deci. conſil. lxix. & conſil. clxxxij. cum ſeq. in fin. E
¶ Probaturq; eadem ſententia ex verbis priuilegii,
quibus vbique dicitur, quod iſti ſuccedunt ſicut
veri & antiqui ciues, &c. vnde ſicut antiqui ci-
7 ues ligantur tali ſtatuto, ita etiam iſti, quia † priui-
8 legium in eos tranſit cum qualitate ſua, & † non
poſſunt ipſi vti priuilegio quoad acquiſitionem,
niſi etiam vtantur quoad onera acquiſitionis im-
poſita à ſtatuto, vt in ſimili habetur per Bal. in l. j.
C. de contrah. empt. & in l. omni. C. de ſacroſanct.
eccleſ. in l. iiij. C. ad leg. Falc. † vbi forenſes, vel cle- F
9 rici volẽtes vti beneficio ſtatuti, debẽt pati cẽſura
alterius ſtatuti: qa non pñt recipere illud dñtaxat,
quod pro ſe facit, quin accipiant etiam quod eſt
contra ſe, & facit quod not. practica Papien. in for
ma libelli, in cauſa ſpoliatæ poſſeſsionis. in ver-
bo, per veſtram ſententiam. vbi dicit ſe vidiſſe cõ-
ſultũ Bald. q; † laicus volens in foro ciuili vti be-
10 neficio. can. redintegranda. iij. q. j. non poterit al-
legare, quod in foro ciuili non appelletur à poſſeſ-
ſorio. l. j. C. ſi de moth. poſſ. fu. app. † quia volens G
11 vti alicuius iure, debet vti cum ſuis qualitatibus &
circunſtãtiis, arg. l. fin. §. & ſi præfatam. & §. fin au-
tem hoc. C. de iur. delib. cum ergo illud ſit remẽ-
dium iuris canonici, conſequenter erit etiam ap-
pellabile. Qua ratione & idem dicendum eſt in
caſu noſtro, vt iſti ciues priuilegiati non ſint me-
lioris conditionis, quam veri & antiqui, ſed vtan-
tur priuilegio cum ſuis qualitatibus, vt dixi. & ſic

A expeditum eſt primum dubium, quod eſt princi-
pallus. Circa ſecundum, an iſti ſint de compræ-
henſis in ſtatuto Carauagij: cum nec ratione ori-
ginis, nec domicilij alligentur foro eius oppidi,
&c. reſpondeo, ex ſupraſcriptis patet quod ficta
propter verba ciuilitatis effecti ſunt de foro illius
patriæ: † cum enim ibi bona poſsideant, & ex pri- 12
uilegio ſint eius loci ciues, ſatis dicuntur ratione
domicilij ibi poſſe conueniri: † cum poſsit quis ha 13
bere domicilium in diuerſis locis, pendeatque id
à facto & animo ipſorum, & dicit Abb. in c. fin. ex-
trà, de paroch. & habetur in l. aſſumptio. §. iuriſ-
prudentibus. ff. ad munic. in l. domicilium. in l.
placet. vbi Bar. ff. eo. tit. & licet aliàs domicilium 14
originis ſit principalius, tamen fallit quãdo bona
ſunt in alio foro, & de eius bonis tractatur, ſecũdũ
Abb. in c. dilectus filius. de reſcrip. & per Marian.
Socin. in c. fin. in v. de foro compet. & in terminis
noſtris conſuluit Deci. conſi. clxxxiij. & hoc maxi
mè eſt dicendum in caſu noſtro propter pugnan-
tia verba ciuilitatis, quibus rediguntur iſti in-
ſtar originariorum, & efficiuntur de iuriſdictione,
&c. quibus verbis apparet non poſſe eos dici fo-
reſes, ſed ciues quoad dicta bona, de quo per Cor.
conſi. ccij. in ij. & Albertum Brunum in dicto tra-
ctatu. in vj. articu. & per Felin. in capit. j. extrà, de
ſponſa. & Deci. in d. conſil. cclxxxiij. cum ſimil.
Circa tertium dubium, an dicta fœmina poſsit re-
pudiare ciuilitatem à patre obtentam, &c. ſatis
puto †, quod iſta ciuilitas, quæ non prouenit ab o- 15
rigine, ſed à priuilegio poſsit repudiari, per regu-
lam. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. gloſſ.
in verb. contrauenerint. capit. cùm acceſsiſſent.
extrà, de conſtitu. Bartol. in l. j. C. de iis, qui ſponſ.
mun. lib. x. & per Alexandrum conſil. cxcviij. in ij.
volum. Bartol. l. beneficium. de conſt. princ. verſi.
quæro, quanto tempore. ſed in caſu noſtro obſtãt
tria. Primum, quia ciuilitas erat quæſita filiæ,
tempore, quo mater eſt mortua, & ſic tempore
debitæ hæreditatis, quod debet attendi. §. proxi-
mus inſtitu. de legat. agnoſ. ſucceſſ. l. quid ergo. in
princ. de iis, qui not. infam. Bald. conſil. ccclvij.
in j. verſic. ſed nunquid dicitur Paul. de Caſtr. con-
ſil. x. in antiquis. & ſic tunc excludebatur à fratri-
bus, vnde quamuis deinde repudiet talem ciui-
litatem, hoc non poteſt nocere fratribus, quibus
ius iam quæſitũ erat ſecundum Salicet. & Aretin.
in l. non plures. C. de ſacroſanct. eccleſ. Secun-
dum eſt repudiata ciuilitate iſta, remanet extra-
nea & forenſis & ex forma alterius ſtatuti rema-
net excluſa, adeò, vt ſuccedere non poſsit; quod
ſtatutum valet, & eſt in viridi obſeruantia. de quo
per Bald. in l. fin. §. fin. circa prin. C. comm. de leg.
Alberic. de Roſ. in ij. parte ſtat. ij. q. Aretin. l. ſi quis
ita. §. ea lege. de verbor. obligat. Tertium eſt, † 16
quia repudiata ciuilitate, res deuenit ad caſum, à
quo incipere non poteſt: & ideo vitiatur ſucceſ-
ſio reſpectu ipſius repudiantis, vt probatur in l.
iiij. §. final. ff. de adulter. in verſic. ſed neque eum.
in auth. quemadmod. opor. epiſcop. etenim gene-
raliter traditum eſt, etiam † actum conſumatum, 17
infirmari in pœnam eius, qui legis iuſsioni aduer-
ſatur ſecundum Aretin. in l. penult. §. ſi placeat. vbi
dixi verſic. rurſus non procedit. in ij. limitat. ff. de
verb. obligat. & ideo concludo, quòd talis repu-
diatio nihil adiuuaret hanc mulierem quæ om-
nino remaneret excluſa. Circa quartũ dubium, an
ex quo hęc fœmina marito tradita fuit per patrẽ,
verificentur verba ſtatuti quæ loquũtur de fœmina

quæ

quæ se nupsit? & Bal.cõsi.cccl vij.in 1.arguit. quod non verificantur: quia non videt se nupsisse, quæ iussu patris nupsit, quę ratio est valde friuola: quia etiam si iussu patris nupsisset, dicitur ipsa nupsisse non pater, & sic verificãtur verba statuti, & etiam ratio statuti, quæ est, ne bona trãseant in forenses. Vnde nõ est dubitandum, cõprehendi hanc mulierẽ in prohibitione statuti, alias nũquam statutum
18 haberet locum: cum † raro contingat, vt puellæ à seipsis nubant. 32. quæst. 2. cap. honorantur & ita etiam seruatur practica Mediolani. Præterea (vt dixi) etiam circumscripto hoc statuto extenditur hæc mulier per aliud statutũ, quo stantibus masculis fœminæ excluduntur: & ideo nõ est necessariũ insistere circa hoc dubiũ. Circa quantum dubium nunquid dictũ statutũ intelligatur non solùm de hæreditate acquisita tempore nuptiarum, sed etiam de acquirẽda post contractum matrimonij, respondeo verba statuti sunt clara, propter illa verba, *Et si nupta fuerit non succedat, &c.* & quia ratio
19 statuti militat vtroq; casu, & † dictio illa, cũ hæreditate longè accipitur tã delata, qua deferenda: vt est cõis opi. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. vbi Ias. multa allegat, & etiã Soc. quã opinionẽ etiã ego sum sequutus in l. nihil aliud est hæreditas. ff. de verb. sig. & ita etiã vidi sæpissime practicari dictũ statutũ & licet disputent doctores circa intellectũ istius statuti, magnaq; sit altercatio inter illos, tamen (quantum sit ad quæstionem nostram) nulla est ambiguitas: aliqui enim tenuerunt, quod verba illa, *Nulla mulier nubat cum hæreditate.* intelligantur
20 de † hæreditate nondũ adita, quæ pbè dicitur hæreditas, & ita tenuit Bal. in l. si matrẽ. C. de suis, & legit. Raph. Cõ. & Lud. Rom. in l. hęres per seruũ. ff. de acqui. hæred. & in d. l. 1. §. veteres. Cor. consi. xxx. litera E. & cõsi. cccxiiij. litera L. in 4. vol. Cur. Senior. consi. 44. statuto. Alij verò tenuerũt quod imo intelligatur etiam de hæreditate adita: quia verba statuti de ea loquuntur: non autem solum de iure adeundi, & ita tenuit Bal. in c. cõsultationibus, de offi. deleg. & in consi. ccclxxxxiij. in 3. & sequitur Soc. Ias. Mod. in d. §. veteres, & Albertus Brun. in d. trac. 6. arti. q. 16. Soc. consi. xxx. sed quæstio nostra est de hæreditate delata postquam mulier iã nupta est, qui articulus caret omni scrupulo propter verba statuti quæ sunt clara: dũ dicit. *Et si nupta fuerit extra iurisdictionem non succedat alicui, &c.* & ita firmat etiam Alex. in d. cons. clj. in 2. vt meritò ista nupta Bononiæ non possit succedere matri in dictis bonis. Circa sextum quæsitũ, an ista mulier adeo excludatur, quin saltem non habeat legitimã debitã iuri naturæ in dictis bonis: & magna
21 est altercatio inter doctores, nunquid † statutum simpliciter excludens fœminam censeatur etiam à legitima excludere? de quo, per Soc. consi. cl. cũ concord. ibi relatis. Sed in terminis statuti nostri, quod saltẽ debeatur legitima firmauit Fran. Cur.
22 Iun. consi. cv. ad fin. 2. vol. quia sicut † pactum vel renuntiatio generalis non trahitur ad legitimam: nisi de ea fiat specialis mentio. l. si qñ. §. fi. C. de inoffi. testam. ita etiã debemus dicere de statuto, secũdũ Raph. Com. cõsi. cxxvj. in fi. & consi. clxxxij. Oldr. consi. cvij. Sed (quicquid dixerit præfatus doctor) cõtraria opi. est verior: quia ratio sua non est vera & eam reprobat Ias. in d. l. si quando. §. fi. in fin. & Alex. consi. lxviij. in 4. & ostendũt, quod
23 cõis opin. est in contrarium † legitima enim debetur tanquã portio hæreditatis: vnde qui excluſus est ab hæreditate, cẽsetur excluſus à legitima, secundum Alex. post alios, in l. quia poterat. ff. ad

Trebel. & consi. lxxv. in 1. Abb. capit. Ray. ad fin. extrà, de testam. cum enim legitima sit pars hæreditatis † excluſus à toto censetur, & à qualibet 24
parte etiã specialiter & in indiuiduo excluſus. l. si quis cum totum. ff. de exception. rei iudic. & hoc in quæstione nostra maximè est dicendũ, in qua mulier excluditur à statuto, quando est dotata vel potest dotari, quo casu † dos succedit loco legitimæ, nec potest mulier vlterius petere, vt habe- 25
tur per Bar. Pan. de Cãstr. Raph. in l. Titio cętum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. tali casu † qñ mulier habet dotẽ omnes fatentur de plano, 26
quod statutũ potest legitimam ei auferre, de quo habetur in d. §. Titio genero, & in l. Gallus. §. & quid si tm, de liber. & posthu. & per Abb. & alios, in c. Raynutius. in vltimo no. de testa. per Alex. consi. lxv. in 4. lib. Dec. consi. xiij. consi. cvj. cũ similibus, & ita quotidie practicatur Mediolani. Et quoad statutum, quod non nubat extra territorium, idem est: quia excluditur facto suo, sibi enim imputet q̃ nupsit, & lex ei nõ defert ius adeundi, imò defert alijs cõiunctis, vt meritò nõ possit petere aliquã, & ita etiã tenet Albertus Brunus in d. trac. in 9. parte. vers. 1. casu, & dicit etiam communem opin. Soc. con. cclxxxviij. Cor. 86. in 1. & cõsi. 1. in 2. Curt. Iun. consi. x.

Circa septimũ, & vltimũ dubiũ, an hæc fœmina possit nunc dispensari: vt succedat non obstante tali statuto? respondeo paucis: quia casus non habet difficultatem, & dico quod non, quia cum ius quæsitum sit fratribus confestim, à tempore mortis maternæ. §. proximus. instit. de leg. agno. suc. l. si alienum. §. in extraneis, vbi no. ff. de hæred. inst. † nõ potest istud ius eis quæsitum auferri, & satis 27
sentit Raph. Com. consi. lxxxiiij. circa medium & † rescriptum principis nunquam trahitur ad præ- 28
iudicium iuris alteri quæsiti. l. impuberem. ff. de admin. tuto. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco public. & quod habetur per Sal. & Aret. in l. non plures. C. de sacros. eccl. Et istud maximè procedit in ducatu Mediol. vbi est decretum conditũ anno 1424.
† quod nunquam per literas principis quibuscũque clausulis conceptis censeatur sublatum ius 29
tertij, de quo decreto habet, per Dec. consi. ccccx. nu. 14. & † senatus Mediol. nunquã interinat seu 30
approbat literas principis continentes tale præiudicium, vt est notorium in d. ducatu.

CONSILII V. SVMMÆ.

1 *Statutum excludens fœminas dotatas à succesione intelligitur non generaliter omnium sed à succeßione dotantis tantum.*

2 *Fœmina & ratione naturali & iure ciuili ad succeßionem admittitur.*

3 *Statutum volans quod mulier excludatur à succeßione aliorum propter dotem ab vno datam est in verisimile quia sic factum vnius alteri prodesset.*

4 *Persona extrinsecus facilè non est intelligenda.*

5 *Statutum transire in absurdam significationem non est credendum.* (sensum rediguntur.

6 *Verba indefinita & simplicia ad habilitatem & fanum*

7 *Statuta ad terminos iuris communis restringuntur maximè si sint correctoria.*

8 *In correctorijs angusta fit interpretatio, vt minus lædatur ius commune.*

9 *Copulata non eiusdem finis respectu in orationes separatas resoluuntur.*

10 *In claris non est locus coniecturis & tunc non est fas recedere ab expressa statuentium mente.*

11 *Dispositionum genera & differentiæ.*

BIU Cujas

12 Alternatiua altero contenta est vt sit locum dispositioni.
13 Disiunctiua simplex in vno verificata totam orationē affirmatiuam veram efficit.
14 Natura alternatiuæ est casuum singulorum distinctionem inducere citra vllam improprietatem.
15 Natura vera alternatiuæ est prorsus separatim stare debet.
16 Argumentum à commixtione capitum legis non debet attendi in statutis præsertim correctorijs.
17 Verba in dispositione legali facilius separatim & singulariter accipiuntur quàm verba in dispositionibus testatorum vel contrahentium accipi soleant.
18 In vltimis voluntatibus sæpissimè singula singulis applicamus.

QVIA præsens casus adeo quotidianus est, vt quā plurima cum veterū, tū etiā Mod. extēt consilia, quæ pugnare simul videntur, ponemus primò conclusiones certas, deinde attingemus, quid in dubijs sit dicendum. Prima † ergo est conclusio certa, & clara & cō
1 muniter approbata, quod statutū excludēs fœminas dotatas à succesſióe, intelligit nō generaliter omniū, sed à succesſione dotantis tantùm, secundum glo. super verb. dotatas, vbi Bald. Paul. Fulg. Corn. in l. 1. C. de legit. hæred. & ista est cōmunis opinio, vt per Imol. in consilijs Fulg. subscriptione cōsi. liiij. & per Alex. l. 1. §. veteres, de acq. poss. Soc. consi. xxx. & 84. Corn. 84. in 1. 49. in 3. 314. in 4. Dec. in l. vt liberis. 7. not. C. de collat. vbi ampliat hanc conclusionem, & allegat multos concord. & Franc. Cur. Iun. consi. lxv. per totum. Et ratio conclusionis est, quia † cum fœmina, & ratione naturali, & iure ciuili ad succesſionē admittatur. l. maximū. C. de lib. præte. non potest censeri excluſa,
2 nisi quatenus verba clarè & expresſè eam excludant, at in prædicto casu non est expresſè excluſa ab hæreditate aliorum: ex quo potest statutū intelligi de hæreditantis tantum, sicut videmus fieri sæpissime talē interpretationem, vt in d. l. 1. C. de legit. hæred. & in d. l. vt liberis. C. de collat. ibi, de cuius hæreditate agitur, & in l. quoniam nouella. C. de bon. quę libel. Nec enim verisimile est, quod † statutū propter dotē ab vno datā velit mulierem
3 ab alia succesſione excludi, & sic, quod factū vni- us alteri prosit, arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi Doct. † Nec facile pſona extrinsecus est
4 subintelligēda. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, de ver. oblig. q, ꝓcedit non solùm in contractibus sed etiam in legum dispositionib. & statutis, vt ibi per Signor. Homod. & Alberic. de Ros. loquentes in statuto Florentino: alioquin † statutū trāsiret in
5 absurdā significationē, q, nō est credendū. l. nā absurdū. de oper. libert. esset ēt iniquū, cū posset cōtingere, vt ex minima re in dotē ab vno fratre pau pere accepta, excluderetur ab opulenta hæreditate alterius fratris, quod esset valde impiū, dēt ergo potius statutū restringi, quatenus commodè fieri
6 possit † verba enim indefinita & simplicia ad habilitatē, & ad sanū sensum rediguntur. l. 1. §. nuntiatio. vbi Bar. de ope. nou. nunt. & † statuta ad termi
7 nos iuris cōis restringūtur. l. 2. C. de noxa. l. vt gradatim. §. 1. de muner. & hon. maximè si correctoria
8 sint, vt est istud, de quo agit † sit enim in correctorijs angusta interpretatio, vt minus lædatur ius cōe. l. fancimus. C. de testam. cū vulgarib. meritò ergo accipiet diuisim, & nō cōiunctim, vt secundū singularitates suas in qualibet persona operetur. l. falsa. §. fin. de cond. & demonst. sicut videmus, q, † copula nō eiusdē finis respectu in orationes se-
9 paratas resoluūtur, secūdū Bar. l. si is qui ducenta.

A §. vtrū, de reb. dub. in l. 1. de ijs, qui not. infam. Fallit tamē supraſcripta cōclusio, qñ cōstat ex verbis statuti, q, voluerit fœminā excludi, à quocunq; sit dotata, secundū Bal. & Paul. in d. l. 1. C. de legit. hęred. Paul. cōsi. cccxxxxviij. Corn. consi. xxxxij. in 2. Alex. 89. in 6. † In claris em̄ nō est locus cōiecturis. 10
Et tūc nō est fas cedere ab expreſſa statuentiū mē te, videtur aūt ea mēs clara multis modis & exemplis. Veluti, quia statutū loquat̄ in rē: qa dicat. Mulier dotata, nec subijciat, à quo arg. l. itē veniūt. §.
B à quo. ff. de petit. hęred. Paul. Castr. cōsi. cccxxxxj. nec subijciat, quo tēpore sit dotata. Si enim restringeretur ad hęreditatē dotātis requireret, q, tēpore, quo hęreditas defertur, sit dotata. arg. l. in delictis. §. si dū extraneus. de noxal. secūdū Pan. d. cōsi. & Laur. de Palac. Tract. Qd̄ extē. masc. fœmi. & Corn. consi. cxxij. in 2. arg. not. per Bar. cōsi. xxxj. Idem quoties ex verbis statuti appareret, q, dotata ab vno excluderetur ab hæreditate alterius, secundum Corn. consi. cxxiij. in 2. vt quia diceretur,
C quod nō succederet dotāti, nec alij: vel diceretur, q, nō succederet alicui eorū, secundū Corn. consi. cxxiij. in 3. vel diceretur, esse dotata ab extraneo, secundū Rom. cōsi. cccclxxxv. incip. in casu ꝓpositæ cōsultationis, quoad primā, etenim extranea mentio arguit generaliter excludi, cum extraneo succedere nequeat tanquam non statuto, sed iure cōi excluſa, vel si statutum diceret, quod fœmina dotata excludatur ab hęreditate fratris, à quocūq; ergo erit dotata, cēsebitur excluſa. Alex. cōsi. xxix.
D in 1. Idē qñ rubrica in rē esset cōcepta, & generalis & nigrū specialiter cōnumeraret personas, à quarū hæreditate mulier excluderetur secūdū Franc. Cur. Iun. consi. lxv. per totū q, intellige si specificaret personas respectu dotationis: si enim eo respectu loqueretur in rē, nihil referret, quod in capite excluſionis specificarentur personæ, vt sentit Dec. d. l. vt liberis. 7. not. dum respondit ar. Iaſ. & quod not. Corn. consi. cxxxiij. in 2. Idem, qñ † qua 11
litas dotationis esset ſimpliciter in conditione posita, puta, fœminæ si dotatæ sint, nō succedant pa-
E tri, matri, auo, intelligitur enim à quocūq; sint dotatæ, propter naturam conditionis ſimpliciter adscriptæ, secundū Cor. cōſ. cxliij. in 1. quod tamen ego secundū supraſcripta intelligendū arbitror. Idē si statutū diceret, quod fœmina dotata à patre, vel à fratre tm̄, pro paterna, vel fraterna substantia sit dote contenta, propter dictionem, tantum, de quo in consilijs Cur. Sen. consuluit Rapha. Fulg. conſ. xxxv. cū subſcriptione Raph. Cō. & Signor.
F Homod. vbi addūt, q, tale statutū de hęreditate paterna extenderetur ad hæreditatē patruit. in qua est maior ratio secundum eos, quia est remotior. Idē quādo statutum excluderet dotatas à patre, auo vel proauo, & auus dotauerit neptem, excludetur etiā ab hæreditate patris: quia cēsebitur pater dotaſſe. l. dedit dotē, de coll. bon. secūdū Anch. cōſi. clxviij. Idem, qñ statutū loqueretur alternatiuæ respectu donationis, & copulatiuę respectu excluſionis, secundū Bal. consi. lxxj. vol. 4. de quo infrà
G dicemus. Sed difficultas est in casu statuti Laudēſis dicentis, *Filia, vel ſoror, dotata à patre, vel fratre, sit cōuenta dote ſua, nec venire poſſit ad ſucceſſionem, vel diuiſionē, cum fratribus, vel deſcendentibus fratrum maſculis, in bonis paternis, vel fraternis.* Et videret̄ eā quę dotata est à patre, excludi à succesſione fratris propter † vim & 12
naturā alternatiuę, quę altero cōtenta est, vt sit locus dispositioni. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. l. hæc verba, ille. de verb. signifi. vt cōſuluit Bal. d. consi. lxxj. vol. 4. incip. de iure communi. Sed tamen

men aduertendū est, quia Bal. ibi potius sentit cō
trariū, quia ponderat, quod verba exclusionis sta-
bant copulatiuè sentiēs secus esse, si starent alter-
natiuæ, prout in casu nostro. Et sine dubio ista o-
pinio est verior, secundum quā in terminis statuti
loquentis alternatiuæ cōsuluit Anch. d. consi. 80.
quod consiliū Anch. Doct. cōiter sequūtur, & ap-
probant, vt Capra, consi. 39. Corn. 170. in 2. Soc.
consi. 127. in 4. Bologn. in consilijs Ananiæ. 89.
Dec. 346. Brun. in tract. stat. exclud. fœm. 16. q. art. 8.
& in terminis huius statuti Laudensis Alex. consi.
151. vbi loquitur formaliter in casu nostro, & certè
in iudicando & consulendo non esset tutum rece
dere ab hac opinione, quę est cōiter approbata, &
secūdum quā in indiuiduo consuluit Alex. nec est
aliquis Doct. qui ijs in terminis contradicat: quia
(vt suprà vidimus) loquuntur in alijs casibus sepa
ratis à nostro. Nec quicquam facit natura alterna-
tiuæ, quia etiam propriè loquendo, accipi potest
duobus modis. Primò, vt sit † simplex disiunctiua
quæ vel ū vho verificata totam orationem affirma
suam veram efficit. l. si is, qui ducenta. §. cū ita,
de reb. dub. vbi Bart. l. si quis ita stipulatus fuerit
decem aureos. ff. de verb. oblig. & secundum hūc
sensum obstaret suprascriptæ conclusioni. Secun-
do modo accipitur, quando non solū est disiuncti-
ua, sed etiam disiūctim, id est, separatim casus sup-
positos distinguit, singula singulis referendo, vt
instit. de inoffi. test. in prin. & in l. 1. C. de falf. cauf.
adiec. leg. & in l. fi. in verb. siue vniuersitatis: vbi
glo. C. de fideicōm. l. 1. §. fin autē, aliquid sub con-
ditione, vbi glo. verb. ex fortuna. C. de cad. tollēd.
l. general. in prin. vbi glo. ver. expectata. C. de reb.
cred. & secundū hūc sensum probat optimè cōmu-
nis conclusio. Et quod hic sensus potius sit accipi-
endus, probatur, quia si doctores intelligunt sta-
tum in excludens mulierem dotatam, vt intelliga
tur ab hæreditate dotantis, & sic verba generalia
restringunt ad dotantem (vt suprà vidimus) ratio
nibus supradictis. Ergo fortius in casu nostro, in
quo hæc interpretatio accipitur, non per viam re-
strictionis, sed propter † naturam dictæ alternati-
uæ, quæ casuum singulorum distinctionem indu-
cit, citra improprietatem vllam, vt dicit Alber. de
Ros. in diction. verb. aut Confirmatur per text. in
d. l. si is, qui ducenta. §. fi. de reb. dub. vbi illa condi
tio, si filius, aut filia hæres non erit, separatim acci
pitur, & subauditur, si filius, qui solus nascatur, aut
filia, quæ sola nascatur, idque ex mēte testatoris,
ergo idem in casu nostro ex mente statuentium,
vt verbū statuti, filia, vel soror dotata à patre, vel
fratre, intelligantur, à patre tantum, si de eius hæ-
reditate agatur, vel à fratre, si de fraterna
solum, &c. per quem textum idem dicunt esse do-
ctores in statuto: quo cauetur, decedente filio abs-
que patre, vel matre, vocari agnatum, intelligitur
enim separatim, quando sola mater extet non au-
tem coniunctim, etiā si pater extet, vt dicit Raph.
Comm. & Iacob. Put. & Socin. in d. l. si is, qui du-
centa. §. fin. in vlt. not. & Mod. in l. Lucius. 2. ff. de
hæred. instit. idem quo etiam tradunt in condi-
tione, Si Titius, aut Seius hæredes non erunt, Caius esto. ad-
mittetur enim substitutus, altero repudiante, non
in tota hæreditate, sed in parte, tanquam à princi
pio facta esset separatio. l. si post. §. quo vulgo. ff.
de liberi & post. vbi Bart. in fin. & l. penult. ff. de in-
iust. rupt. irrit. qui sui. fac. §. si duo, de bonor. poss.
secundum tab. per Bart. & Doct. l. 1. de vulg. in 2.
quæst. vlt. partis. Confirmatur hæc intelligentia,
quia dum verba statuti dicūt, filia, vel soror dotata
à patre, vel fratre, &c. Si intelligantur, vt secundū
singula fiat relatio, seruabitur † natura vera alter- 15
natiuæ, quæ prorsus separatim stare debet, alias
si ponamus patrem dotasse, & à fraterna excludi,
cōmiscebuntur capita statuti † quod argumentū 16
commixtione capitum legis no debet attendi in
statutis, & maxime correctorijs. l. is qui puteum.
§. interdictum. ff. quod vi aut clam. l. vim passam.
§. præscriptione, vbi doc. de adul. l. si ita scriptum.
de lib. & post. Mouet me etiam, quod video statu-
entes perpetuò seruasse eum ordinem, quater v-
tendo ea serie verborum, filia, vel soror dotata à
patre, vel fratre, non veniat ad successionem, vel
diuisionem cum fratribus vel descendentibus in
bonis paternis, vel fraternis: paternis quando con
currit cum fratribus: fraternis, quando concurrit
cum descendentibus fratrum: vt in casu nostro.
Quis non videt in hoc casu expressam applicatio-
nem singulorum ad singula? vnde satis clarè deter
minari potest intentio statuentium, argum. l. cum
quo. §. fi. ad leg. Falcid. vbi Ang. Imo. Alex. Quæ
sententia maximè est † seruanda in verbis legum, 17
seu in dispositione legali, quæ facilius separatim,
& singulariter accipitur, quàm dispositiones te-
statorum, vel etiam contrahentium soleant acci-
pi. l. fi. in prin. ff. de vulg. & pup. l. & Proculo. ff. de
leg. 2. quamuis etiam † in vltimis voluntatibus sę 18
pissime singula singulis applicemus. l. quoties.
versi. nec mutat. C. famil. ercisc. vt per Dec. in cōsi.
646. in fi. sicut & plerunque facimus in contracti-
bus, vt per Soc. consi. 38. in 4. vol. cum simil. meri-
tō ergo & hoc casu idem est faciendum in supra-
scripto statuto. Et licet aliqui velint nodū in scir-
po quærere, ponderantes in contrarium verba sta
tuti, tamen eorum ponderationes sunt satis te-
nues: nec indigent alia resolutione, cum ex supra-
scriptis omnis difficultas diluci detur.

CONSIL. VI. SVMMAE.

*In successione filiæ mater sola in totum præferenda est ami 1
tis de iure communi.*

*Masculinum non concipit fœminium ad exclusionem 2
matris.*

*Statutum vocans consanguineos ad successionem censetur 3
hoc facere contemplatione agnationis vt familia con-
seruetur & ideo fœminæ non sunt admittendæ quia
cessat ratio statuti.*

*Masculinum regulariter in qualibet materia concipit fœ- 4
mininum.*

Amitæ sunt agnatæ. 5

Successiones debent esse reciprocæ. 6

*Statutum referens se ad ius commune secūdum ius cōmune 7
debet intelligi.*

*Clarum est de iure communi in successionibus non esse dif- 8
ferentiam inter masculos & fœminas.*

*Amitæ dicūtur esse priores in gradu filiæ quàm sit patruus 9
magnus.*

Radice submota submouentur & omnes stirpes. 10

Banni fides. 11

*Bannitus propter homicidium amittit proprietatem bo- 12
norum suorū & deuoluitur ad Patrē vsufructuarium.*

*Bannitus non amittit iura communia sed duntaxat iura ci- 13
uitatis.*

*Bannitus qui possit impunè offendi habetur pro hoste 14
ciuitatis & etiam pro mortuo, ideo respectu bonorum
iam acquisitorum potest in eis à quocunque offendi
vel à fisco spoliari.*

QVAERITVR de intellectu ſtatuti Papiēſis 94. an in ſucceſsione filię mater excludat amitas. Et videretur prima frōte matrē in totū præferendam, quia de iure cōi ſola admittitur, illis excluſis. auth. defuncto. C. ad Tertyl. Nec obſt. ſupraſcriptū ſtatutū admittēs cōſanguineos patruos in duabus partib. hereditatis: quia triplici fundamēto nō pōt verificari in iſtis amitis. Primo, quia nō loquitur ſimpliciter de quibuſcūq; cōſanguineis, ſed reſtrictiuè, quib. de iure deferetur hęreditas defuncti, ſe amitæ iſte de iure nō admitteretur: quia remotiores in gradu, vnde videt ſolū intelligēdū de fratrib. & ſororibus, qui ſunt cōſanguinei. l. 3. C. de legit. tut. l. 2. §. ſi ſit cōſanguinea. ad Tertyl. & qui de iure admitterētur in viriles cū matre. d. auth. defuncto. Secundo, quia ſtatutum vocat cōſanguineos paternos, & ſic maſculos, ergo non amitas, quę ſunt
2 fœminæ: quia† ad excluſionē matris maſculinum nō cōcipit fœmininū, vt dicit Arch. 17. q. 4. c. ſi qs ſuadente, Bal. l. Gallus. in prin. de lib. & poſth. in l. quicūq;. C. de ſer. fug. & in terminis huius ſtatuti,
3 cōſuluit Alex. cōſi. xlv. in 7. lib. Tertio, quia† ſtatutū vocās iſtos cōſanguineos cēſetur hoc facere cō tēplatione agnationis, vt familia cōſeruetur, & ideo fœminæ nō ſunt admittēdæ: quia ceſſat ratio ſtatuti: vt diffusè cōſuluit Cur. iunior, conſi. v. & cōſi. clxxvj. vbi aggregat aliquot deciſiones, de quib. per eū. Sed his nō obſtātibus, cōcludēdū eſt cōtrarium; q, imo iſtæ amitæ admittātur ex verb. ſupraſcriptis ſtatuti uocātis patruos cōſanguineos: quæ verba cōpræhendūt etiam fœminas: quia hoc eſt regulare, vt in materia ſtatutorum ſicut in qualibet alia, †maſculinū cōcipiat fœmininū. l. j.
4 de ver. ſig. & i caſu dicti ſtatuti cōſuluit Cur. ſenior in d. conſi. 9. vbi reſpōdet omnibus rationib. quæ in contrariū adduci poſſunt, & cōſuluit Bal. cōſi. xlvij. in 5. vol. & etiā Alex. cōſi. cxv. circa dubitatio nē. in 2. refert, & ſequitur Iaſ. l. ſi quis id q, ver. 4. de iur. om. iud. & hoc ego puto certiſsimū, maximè in ciuitate Papiēſi, in qua viget illud ſtatutum nu. 53. ſub rubr. de regimine poteſtatis, q, in ſtatutis Papię maſculinū gen⁹ cōcipiat fœmininū, &c. de quo per Bald. d. cōſi. 47. Nec obſtat, quod tale ſtatutū habeat rationē illā cōſeruationis agnatio-
5 nis: quia reſpōdeo † etiā amitas eſſe agnatas. §. cęterū. inſt. de leg. agn. ſuc. & de familia. l. voluntas. C. de fideic. nec ſtatutū in hoc diſtinxit maſculos à fœminis, quod apparet, quia ad excluſionē matris admittit etiā filiā fœminā fratris, & alibi: ſtatuto 96. vocat agnatos maſculos, vel fœminas ad ſucceſsionē decedētis ab inteſtato, vnde apparet nō curaſſe ſtatuētes de cōſeruatione familiæ, quę per ſolos maſculos fit, cū admittunt etiā fœminas. Et cū decedente amita ſtatutū expreſſè vocet filiā fratris, credēdum eſt idē eſſe etiā in caſu cōtrario,
6 vt † ſucceſsiones ſint reciprocę. §. filium, in auth. quib. mo. na. eff. ſui. per Doct. in l. 3. ff. de acq. poſſ. Non obſtāt nūc allegata in oppoſitū: & in primis q, ſtatutū reſtringat cōſanguineos per relatiuum, quibus de iure, &c. reſpōdeo, quod nō poteſt intelligi de cōſanguineis, puta, fratre, prout ſuprà dixi, quia ſtatutum in prin. facit ſpecialē mētionem fratris, & eo exiſtente, matrē in totū excludit. Vnde cum deinde admittat in vna tertia exiſtētibus cōſanguineis intelligūtur cōſanguinei remotiores, quā in primo gradu, & ſic patruus vel amita, & vlteriores ordine ſucceſsiuo. §. tertio gradu. inſtitu. de gradib. per Bar. l. cum quidā. §. quod dici

A tur. ff. de acq. hær. Nō obſt. quod maſculinū ſupraſcripto in caſu nō debeat cōcipere fœmininū; qa reſpond. primò regulā eſſe in oppoſitū, cui locus etiā eſt in pœnalibus. l. ſi quis de iuriſd. om. iud. nec dicatur id odiū eſſe irrationabile, ſecundū l. 1. §. quare, de ven. in poſſ. mit. reſpōdeo id factū eſſe: imò ſtatutum principale eſt fauorabile: quia factū nō in odiū matris, ſed in fauorē cōſanguineorum paternorū, ſecūdum l. qui exceptionem, de cond. ind. & quod no. Bald. in l. 1. C. de ſum. tri. & fi. cath.
B cū cōcor. per Fran. Cur. d. cōſi. 9. Secūdò reſpōdeo q, cū ſtatutū iubeat admitti cōſanguineos, quib. de iure, &c. cōprehēdet etiā fœminas: quia in ea clauſula † refert ſe ad ius cōe, ergo ſecūdū ius cōe, 7
debet intelligi. c. cū dilectus, de cōſuetu. † clarum 8
autē eſt de iure cōi nō eſſe differētiā inter maſculos, & fœminas. l. maximum. C. de lib. præter. §. cęterū, inſtit. de leg. ag. ſucceſſ. nec de iure municipali ipſius ſtatuti: ex quo admittitur etiā filia fratris, vt dicūt expreſſa verba ſtatuti, & alibi ſtatuto
C 96. vocat agnatos, vel cognatos maſculos, vel fœminas ex parte patris: vnde ſatis indicatur mens ſtatuentiū fœminas admittētium prout etiā dicit in caſu dicti ſtatuti Iaſ. conſi. lij. & cōſi. ccv. Tertiò reſpōdeo, quòd omnis hæc difficultas ſublata eſt per aliud ſtatutum, de quo ſuprà, quod in ſtatutis cōis Papienſis, maſculinū genus cōcipiat fœmininū: niſi quotiens ius, vel natura reſiſtit: at in caſu noſtro & ius & natura aſsiſtūt iſtis amitis. d. l. maximū, & p Bal. d. cōſi. xlvij. vt meritò magnificus
D magiſtratus in iudicio poſſeſſorio ita illud ſtatutū intellexerit à qua interpretatione, nec in petitorio quidē eſt receſſurus. Nec auctoritas Alex. cōſi. xlv. in 5. lib. quemq; mouere debet: quia ipſemet pro fœminis cōſuluit in cōſi. cxv. Item ipſe loquitur in alio caſu. ſ. reſpectu ſororis nō vtrinq; coniunctæ: vbi ibi poteſt videri, & in fine conſilij ſatis ſentit admitti amitas in caſu dicti ſtatuti, dum allegat. Bal. in l. illam. C. de colla. & etiam in caſu ſuo, dum cenſet excludendam ſororem altero tā-
E tum latere cōiunctam. Contrarium ſentit Fran. Cur. ſenior in d. cōſi. ix. Ticinēſi, & Iaſ. dictis conſilijs lij. & 205. qui diffusè reſpondet omnibus rationibus cōtrarijs: ad quos me remitto: quia iudicio meo in re clara non eſt laborandū, & profectò Alex. nunquam cōſuluiſſet in illo caſu, ſi fuiſſent ſibi exhibita alia ſtatuta ex quibus prēſens declaratur. Nec obſtat, quod ſtatutum ſit factum fauore agnationis, quia etiam ſi verum id eſſet tamē etiā amitæ ſunt agnatæ, vt ſuprà dixi, & ſtatutū nō cō-
F ſtituit differentiā inter maſculos, & fœminas: ſed vocat æqualiter ſecundū gradus prærogatiuā: vnde † cū amitæ ſint prioris in gradu, quam comes 9
Galeā, qui eſt patruus magnus. l. iuriſconſultus de gradib. §. tertio gradu. iuncto §. ſeq. verſi. patruus magnus, debeat nō ſolū matrē, ſed etiā ipſum patruū magnū excludere, & vt dixi res nullā habet difficultatē. Hinc q; apparet ſuperfluā eſſe omnē illā allegationē: qua diſputatur, an mater, q̄ vincit amitā, vincat ēt comitē Galeaciū, ſecundū no. in l.
G illā. C. de colla. quia nō eſt verū amitas iſtas vinci à matre, nec ab ipſo comite, imò verba ſtatuti ſunt clara in earū fauorē. Nec obſt. cōſi. Curtij 176. quia nō habet nec legē nec rationē, ſed ſolū innititur quibuſdam deciſio. ſeu deciſionibus potius, nihil ad propoſitū facientibus. In primis allegat conſi. Soc. 31. in lib. 1. reſpondeo loquitur, quādo ſtatutū ad excluſionē matris vocabat parentes maſculos, & concludit, quod non veniunt maſculi, & cō iuncti per fœminas, quia cum fœminæ excludan-

tur

35 in primis, quòd iſtud † ſtatutũ, quamuis pœnale,
tamen debet recipere fauorabilem interpretatio-
nem, ex quo principaliter non eſt factum in odiũ
alicuius, ſed fauore publico, vt diuitiæ, & facultа-
tes remaneant in ciuitate ſua, qua in re vertitur pu-
blica vtilitas, vt declarat Bart. in l. i. ff. ſol. matr. &
eſt tex. in l. qui exceptionem. ff. de condic. indeb.
36 Cur. Sen. conſ. 9. conſi. 81. & † in materia quantũ-
uis odioſa ſemper verba accipiuntur, quatenus ſi-
gnificare poſſunt. l. cũ l. vbi Are. not. ff. de teſta. Iſta
autem d. Blanca quãuis origine Brixienſis, tamen
domicilio & matrimonio erat Laudenſis, iuxta d.
l. ea quę, & l. exigere, & quæ ibi habẽtur. ff. de iud.
& tradunt omnes in d. l. pen. Vnde ſatis verifican-
tur verba ſtatuti alicui de iuriſdictione, &c. Maxi-
37 mè cùm † forum incolatus, ſeu domicilij ſit poten-
tius foro originis, & illud prævaleat, ſecundũ gl.
in cle. 1. ver. ſubditus. de for. compe. & in c. ſtatu-
tum. verb. vnam dietam, de reſcrip. in 6. Ruy. conſ.
lix. nu. 9. in 3. Et hoc maximè eſt dicendum, cùm in
hoc caſu ſubſit eadem ratio ſtatuti conſeruandi fa-
38 cultates inter ſubditos, vnde † propter identitatẽ
rationis, pœna afficiens originarium: etiam de eo,
qui fuit incola intelligitur. l. relegatorum. §. inter-
dicere. ff. de interdic. & releg. & facit text. in l. 2.
verſ. quid ſi curatores. ff. ad Tertyl. Septimò adduc-
itur quia etiam ſi ſtatutum hunc caſum compræ-
henderet, tamen reuerendus d. Maphæus non de-
bet poſſe vti beneficio tali ſtatuti, cùm ſit eccleſia-
39 ſticus, & non ſubditus ſtatuto, quia † qui onera nõ
ſuſtinent, non debent frui beneficijs ſtatutorum,
vt dicit Pau. de Caſt. in l. omnes populi, in fi. ff. de
iuſt. & iur. & probatur in epiſtola inter claras. C.
de ſum. tri. & fid. cath. in verbo, extorres, vbi dixi.
Sed ad iſtud reſpondetur quòd hoc procederet in
40 aduenis & forenſibus: non autem in † clericis, qui
ſubeunt onera ſpiritualia, & propriè ſunt ciues:
vnde poſſunt vti beneficio ſtatutorum, ſecundùm
Bart. in tract. repræſal. in 5. q. principali, & dixi in
d. verb. extorres, & diffuſè conſuluit Dec. conſil.
cxiiij. Præterea, cum ius ex ſtatuto pertineret ad d.
Auguſtinã ſororem, vt ſuprà dixi, & d. Auguſtina
ſolenniter fecerit ceſsionẽ iſtius iuris reuocando
d. Balthazari, cui præfatus d. Maphæus ſucceſsit:
non dicitur d. Maphæus vti beneficio ſtatuti qd
effectũ habuit: ſed beneficio conuentionis ſecum,
ſeu cũ auctore ſuo initæ. Clarum eſt autẽ non poſ-
ſe clericos ſubmoueri à beneficio proprij contra-
ctus ſibi parto: cum iſtud procedat à iure commu-
ni, vt dicunt omnes in auth. caſſa. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & in c. eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Præ-
terea (quicquid ſit in hoc puncto) cum d. Ma-
phæus ſit reus conuentus, ius metimur ex perſo-
na actoris: l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. pet. & cùm actor
ſit excluſus à ſtatuto, non quærimus, an reus iuſtè
poſſideat, an id minus. l. fi. C. de rei vend. Octauò
& vltimò adducitur, quòd dictum ſtatutũ Lauden
ſe non videtur debere attendi: quia partes egerũt
contrarium, q; imò in reſtitutione dotis attendat
ad ſtatutum Brixienſe, per illa verba, promiſit d.
Paſſarinus reſtituere dotem præfatæ d. Blãcæ, vel
ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, aut cui dicta dos
veniet reſtituenda, cum alimentis, expenſis, & in-
tereſſe, ſecundũ formam ſtatutorũ Brixię, &c. Sed
ad hoc reſpõdetur quod illa verba quod reſtituat
ſecundum formam ſtatutorũ, videntur referri ad
proximiora reſpectu damni, vel intereſſe, per gl.
in l. ſi idem. §. fi. ff. de iur. om. iud. & per Alberic. de
Roſa. in l. Titia. §. idem reſpondet. 1. de verb. oblig.
allegat in ſimili tex. in l. qui fundũ. ff. de cõtrahen.
empt. & quod not. Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. & fa-
cit quod in ſimili caſu dotis reſtituendæ reſpõdit
Ruy. conſi. lviij. nu. 14. & conſi. lix. in 3. vol. Secun-
dò reſpondetur, quod pactum illud habet relatio-
nem ad terminos iuris, per illa verba, aut cui, vel
quibus dicta dos veniret reſtituenda, vnde non ex-
cludit prouiſionem ſtatuti Laudenſis, quinetiam
ipſum debeat obſeruari quatenus d. Leonella ſit
excluſa, & erit locus regulæ paſsiuæ, de qua in d. l.
2. ff. de leg. 1. Tertiò reſpondeo, quòd etiam ſi dos
eſſet reſtituenda, ſecundùm ſtatuta Brixiæ, tamen
cùm petat in ciuitate Laudenſi, excludetur d. Leo
nella, quæ eſt facta incapax à ſtatuto Laudenſi, cui
† ſtatuto ranquã cõcernente ius publicũ non poſ- 41
ſunt cõtrahentes pactis ſuis derogare. l. ius publi-
cum, & quod ibi habet per Bart. ff. de pac. & ideò
nihil refert, quòd tempore mortis paternæ, & fic
ceſſante vſufructu iam autem eſſet mortuus mari-
tus ipſius d. Leonellæ, quia adhuc militant verba
ſtatuti cum excludentis, nupſit enim extra iuriſdi
ctionem, & † ſemel excluſa perpetuò remanet ex- 42
cluſa. c. 1. §. 1. Epiſc. vel Abb. vbi Bal. in vſib. feud. &
per Iaſ. conſi. xj. in 1. vnde etiam nunc remanet ſub
iuriſdictione Papiæ, & extra iuriſdictionem Lau-
denſem. l. filij libertorum. §. vidua. ff. ad municip.

CONSILII X. SVMMÆ.

1 *Statuta non ligant eos, qui non ſunt ſubditi.*
2 *Paria ſunt forum ſortiri & ſtatutis ligari.*
3 *Non ſubditi non ſortiuntur forum.*
4 *Mulier nupta extra territorium dicitur nõ ſubdita, quia per nuptias ſecuta eſt domicilium mariti.*
5 *Subditus propriè dicitur qui habet domicilium.*
6 *Verba ſtatuti concepti in perſonam eam ligant non habito reſpectu ad bona, quia adhuc perſona ſubijcitur ratione originis.*
7 *Statuta excludentia fœminas nuptas à ſucceſſione cũ non retrahant ab obſequijs viri ligant etiam mulierem alibi nuptam.*
8 *Papa vel imperator non poſſunt legitimare non ſubditũ in alieno Territorio.*
9 *Subditos eſſe locupletiores intereſt publicè.*
10 *Aliquæ diſpoſitiones pœnales ſunt, quæ dicuntur fauorabiles.*
11 *Ratio naturalis & ciuilis ſuadent ne qui ſunt extra territorium, aut peregrino iure vtentes fruantur ijs, quæ ſpecialiter ciuibus indulta ſunt.*
12 *Mulier debet iure naturali parere ſtatuto.*
13 *Statutum quando eſt mixtum, hoc eſt, partim odio, & partim fauore, odium potiùs attenditur.*
14 *Nullum ſtatutum eſt tam fauorabile quin aliquo reſpectu alicui damnũ inferat, & conſequenter ſit odioſum, & tunc attendimus ad principalem intentionem ſtatuentium.*

15 Forenſes

15 *Forenses non possunt vti beneficio statutorum.*
16 *Verba simpliciter posita, debent simpliciter intelligi.*

AD primã difficultatem respõdetur, pro regula cõstituendum esse, quòd † statuta non ligant eos, qui non sunt subditi. vt per Paul. de Cast. in l. omnes populi in fi. de iust. & iur. & habetur in l. cũctos populos, cum concord. quia † paria sunt forũ sortiri, & statutis ligari secundũ Imo. in rub. extra, de consuet. & ibi etiam per Anto. de But. cũ cõcord. per Alex. consil. ccx. Ponderatis. lib. 2. sicut ergo † qui nõ sunt subditi, non sortiuntur forum l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. Ita etiã non ligantur statutis: & secũdùm hanc regulam procedũt allegata in motiuo. Fulg. consil. cij. Feder. de Sen. consil. v. Geminian. in c. 2. de constit. lib. 6. versi. ego credo. Corn. consil. ccxxxij. in 4. vol. ccij. in 2. cum similibus. Fallit suprascripta conclusio, quando statutũ expressè hoc agit, vt liget non subditos, quatenus enim potest hoc facere, eatenus ligabit. In casu autem nostro statutum loquitur de muliere † nupta extra territoriũ, & sic de muliere non subdita: quia per nuptias, sequuta est domiciliũ mariti. l. fi. §. itẽ rescripserunt. 2. ff. ad municip. l. 1. C. de mulier. & in quo loco, p Bar. & Dd. in l. cũ quædam puella, in prin. de iur. om. iud. & sic nõ est ampliùs subdita statuto: quia † propriè dicitur subditus, qui habet domicilium. gl. in clem. 1. in verb. subditos, de foro comp. Abb. in c. 1. in fi. eo. tit. in antiq. Cum ergo statutum expressè loquatur de tali, proculdubio compræhenditur verbis statuti ista mulier. Nunquid aũt statuentes possint hoc facere respectu bonorum, extra iurisdictionẽ sitorũ. dico, q, sic. † Verba enim statuti concepta sunt in personã, & sic eam ligant, nõ habito respectu ad bona: quo aũt ad personam, potest ligari & statuto: quia adhuc subijcitur ratione originis. vt est tex. in l. incola. 1. ff. ad municip. l. origine. C. de mu. & orig. lib. 10. & retinet primũ forũ receptum, quatenus impedirentur obsequia maritalia. l. assumptio. ff. ad municip. not. Bart. l. fin. §. item rescripserunt. eo. tit. Vnde † statuta excludentia fœminas nuptas à successione, cũ nõ retrahant ab obsequijs viri, ligãt etiam mulierẽ alibi nuptã, secundũ Sal. in d. l. cunctos populos, vbi adducit nõ. per Bar. in d. §. idẽ rescripserunt. Ergo idẽ est dicendũ etiã in casu nostro, posito, q, statutum sit fauorabile, vt mox dicã, secùs si esset odiosum, secundùm distinctionẽ Bar. in d. l. cũctos populos, & ità loquitur Cop. consil. cciij. prælleg: Nec me mouet illud exemplum, q, † Papa, vel Imperator nõ possint legitimare non subditũ, in alieno territorio, quia istud simpliciter nõ est verũ, vt per Dec. in cõsil. cl. & quicquid sit in d. casu: In nostro, mulier quãuis alibi nupta, dicitur subdita, ratione originis, vt dixi. Ad secundã difficultatem q, ratio statuti sit, ne bona exirent patriã, secundũ Alex. & Iaſ. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos. Respõdeo, hæc quidẽ ratio vera est, sed habet aliã magis generalem, sub qua etiã præfatã cõpræhenditur, videlicet, q, ratio statuti sit, † vt subditi sint locupletiores, quia hoc interest publice. §. pen. inst. de his, qui sint sui vel al. iu. §. cogitatio, vers. cõsideranimus, in auth. vt iudi. fin. quaq; suff. & not. in l. seruum quoq;. §. publicè, de procur. & per Bart. in l. 1. versic. 4. modo. ff. sol. mat. Istud autem, quòd remaneant locupletes, consistit in eo, vt bona per eos quæsita illis remaneant: siue sint in territorio, siue extra territorium. Et ideo dico, q, in casu nostro, respectu bonorum existentium extra territorium, adhuc militat

A ratio statut. no. Bal. in alleg. consil. 357. in 1. vol. sentit oppositũ, quia loquitur secundũ quandã intelligentiã statuti veteris, quæ hodie fuit reprobata in statutis nouis, & intelligit statutũ, de successione passiua, id est, quãdo filij volunt succedere matri nuptæ extra territorium, in iuribus dotalibus, pro quibus ipsa habebat actiones personales. Sed quæstio nostra est in successione actiua, quando ipsa mulier, quę nupta est, extra territoriũ, vult succedere alteri, in cuius hęreditate nõ dicitur habere actionẽ aliquã. l. pretia rerũ. ff. ad leg. falcid. & reg. illæ generales Bal. dictę incidenter, & argumẽtando nõ attingunt casum nostrum: dum dicit, q, extra territorium nõ patet successio, &c. loquitur in successione passiua, vt dixi. Ad tertiam difficultatem, q, statutum in secundo sui capite nõ est prohibitorium in personam, sed in rem: dum dicit. *Et eodem modo perueniat hæreditas, &c.* Quæ verba sunt in rem, secundum Sal. in d. l. cunctos populos, ergo non trahitur ad bona alibi sita, secundũ Bar. ibi in 7. q. Respondeo, statutum illud, continet duo dicta, primò prohibitionẽ in personã, ne mulier nubat cum hæreditate, &c. Secundò, q, faciendũ fit de illa hæreditate, & licet in hoc secundo capite, dicat, q, hęreditas perueniat ad agnatos, &c. tamẽ stat firmũ primum caput prohibitum in personã, de quo nos disputamus. Præterea, verba, *Et eodem modo perueniat, &c.* tollunt omnem difficultatem. Si enim vera esset ratio suprascripta non perueniret eodẽ modo, sed diuersò, quia aliud est in prohibitione in personã, de qua, in principio, aliud est in prohibitione in rem, de qua in isto capite. Merito apparet motiuum non obstare, sed resolui ex verbis ipsiusmet statuti. Ad quartam difficultatem, q, statutum sit odiosum, & non fauorabile, &c. Dico hoc esse falsum: quia nunc est fauorabile fauore reip. & ipsorum statuentium, & nubentium, vt dicit Bal. in d. consil. ccclviij Nec obst. rub. statuti, de pœna nubentis. &c. Quia nõ sequitur, est in pœna, ergo odiosum: quia etiam † aliquæ dispositiones pœnales dicuntur fauorabiles, vt per Bar. in l. quẽadmodum. C. de agric. & cens. li. 11. & in l. quod ait prætor. §. exercitus. ff. de ijs q no. infam. & est tex. in l. itẽ vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Præterea, licet sit pœna mulctis nubentis, tamen lex nõ perpendit eam, sed fauorẽ publicum, cuius causa principaliter est facta. l. qui exceptionẽ. ff. de cond. inde. vbi Bar. & cæteri. Non obstat, q, sit contra ius naturale, & ciuile, &c. l. maximũ vitium. C. de liber. præter. Respondeo, illa lex non loquitur in casu nostro, & tã † ratio naturalis, quàm ciuilis suadet, neque sunt extra territorium, aut peregrinõ iure vtentes, fruantur ijs, quæ specialiter ciuibus indultà sunt. l. scire oportet, aliàs incipit [illegible] ff. ad munici. l. 1. l. nec apud. C. de hæred. instituend. & † iure naturali debuit mulier parere statuto, & nõ nubere extra territorium. l. veluti. ff. de iust. & iur. Præterea vt dispositio sit fauorabilis, attenditur duntaxat ad ius ciuitatis ipsorum statuentiũ, non ad ius com. vel naturale, secundùm Bald. in l. sancimus. C. de nup. in l. 1. in fi. C. de secund. nupt. Non obst. q, saltem tale † statutum sit mixtum, partim odio, & partim fauore, & q, odium potiùs attendatur, secundùm Aret. consil. xcj. incip. visa consultatione, vers. 3. confirmatur. Respondeo, q, imò, attenditur potiùs quod principaliter in tali statuto versatur. d. l. qui exceptionem, vbi Bar. & omnes. Et nullum † statutum est tã fauorabile, quin aliquo respectu alicui damnum inferat, & consequenter sit odiosum sed attendimus ad principa-

Item intentionem statuentium, aliàs exempla Bar. in d.l.1.q.6. non essent vera, & satis nobis est, q; doct. cõmuniter tenent, q; statutũ de quo agitur est simpliciter fauorabile, vt per Bal.d. cons. Ad vltimam difficultatem, q; rationes statuti pro hac parte ponderatæ, nõ sunt concludentes, &c. Respondeo contrariũ est verius. Prima q; factum sit, vt imponi possint onera, sed pro bonis alibi sitis, onera non imponantur, secundũ Alex. consi. ccxxviij. in prin. Respondeo notoriũ esse Mediolani, quemq; in extimo poni, respectu bonorũ, quæ possideat extra territorium, puta si possideat in Nouariensi, Laudensi, &c. & sunt Decreta principũ expressa de hoc. Secunda, vt subditi reddantur locupletiores, debet enim intelligi respectu bonorum intra territorium. Miror de hac restrictione, quasi publicè non interfit, q; etiã ex alibi satis possint esse locupletes, & quasi ciuium non interfit, non solùm vt bona territorij non exeant, sed etiam vt quæ extra sunt quantum fieri potest, retineant vt suprà dixi. In secundo dubio difficultatẽ facit, quia † forenses non videntur posse vti beneficio statutorum, vt habetur in epistola inter claras, in fin. in verb. extorres, vbi Albe. C. de summ. trinit. per Paul. de Castr. in l. omnes populi, in fin. de iust. & iur. maximè cùm statutum videatur loqui in personam, quòd parentes paterni præferantur, &c. Sed respondendum est, quòd regula suprascripta fallit, quando tractatur de iurisdictione voluntaria vt in materia successionis, vt dixi in dicta epistola inter claras, & sentiunt omnes in d.l. cunctos populos, concludentes aduenas succedere secundùm consuetudinem locorum, vbi bona sunt sita. In tertio dubio illa verba ex parte matris, † tanquam simpliciter posita debent excludere filiam sororis, vt simpliciter intelligantur. l. de pretio: ff. de publica, & quia hic intellectus concordat cum rubr. quod agnati præferantur cognatis. Soror enim est agnata, filius sororis cognatus, &c.

A

B

C

D

E

F

G

CONSILII XI. SVMMÆ.

1. *Legitima est pars hæreditatis, vnde excluſus ab hæreditate, intelligitur etiam excluſus à legitima.*
2. *Quod Patri visum fuit competens in dotanda filia, non debet alteri videri incompetens.*
3. *Statutum tollens legitimam, quando est fundatum aliqua ratione valet.*
4. *Statuentes licet nõ possint disponere circa matrimoniũ, tamen respectu successionis possunt disponere.*
5. *Verba generalia statuti sufficiunt ad excludendam filiam à legitima, nec est opus speciali mentione.*
6. *Timor reuerentialis non præsumitur nisi probetur.*
7. *Mulier hodie sine authoritate Patris potest nubere.*
8. *Ciues per priuilegium habẽtur pro veris, & originarijs.*
9. *Mulier nupta sequitur domicilium maritĩ.*
10. *Non suppositus propriè dicitur esse ille, qui non subest quoad domicilium.*
11. *Clericus dicitur ciuis & originarius, & tamen nõ est suppositus, neq; de iurisdictione.*
12. *Domicilium breuiori tempore decennij acquiri potest.*
13. *Domicilium tenens per decennium præsumitur ex tali tempore non recessum, sed in domicilio perseueraturum.*
14. *Peccatum non remittitur nisi restituatur ablatum.*
15. *Dictionis nisi vis & significatio.*
16. *Vbicunque lex decidit aliquem casum respectu alicuius dubij, semper intelligitur concurrentibus cæteris habilibus.*



ASVS, de quo præsens controuersia tractatus est, veritatẽ habet modica dubitationẽ, & ideò me breuiter expediam, præsertim cum hinc & inde diffusissimè fuerit allegatũ. Et punctus est. Nunquid filiæ nuptę extra territoriũ debeatur vel hæreditas materna, vel supplementũ legitimę in bonis paternis: & cõcludo neutrum deberi per statutum nostrum, à quo est excluſa: vt in eo clarissimè legitur. Vnde cùm excludatur à successione, sequitur etiam excludi à supplemento: cum † legitima sit pars hæreditatis, nec possit ei dari, qui ab hæreditate excluditur, siue repudiatione, siue alio modo, vt per Bart. in l. gerit. ff. de acq. hæred. Abb. in c. Raynutius. in fi. de testa. Pau. de Cast. & Alex. in l. hæres instituta. C. de impub. Soc. in repet. l. 1. ff. de vulg. & pupilla. Confirmatur ex verbis statuti, quibus huiusmodi mulier habetur, tanquã non sit in rerũ natura, quo casu non est dubiũ excludi à legitima & augere partẽ aliorũ, vt dicũt omnes in l. planè. 1. §. si duobus. ff. de leg. 1. & concludit Dec. consi. cccliij. in vlt. dub. Confirmatur etiam ex alio statuto quo cauetur fœminã, quæ ab ascendente suo fuerit dotata, censeri idoneæ dotatã, nec eam aliud ab excludentibus posse petere, quibus verbis manifestè tollitur supplementum legitimę: & confirmatur statutum illi, quod dixit Pau. Cast. in consi. cclxxv. super primo quæsito dicendum, in 1. volu. in 7. dubio, quod stante statuto, q; masculi excludãt fœminas dotatas, si à patre dotatæ fuerint, & minùs legitima habuerint, non tamen possunt agere ad supplementum: quia † quod patri visum fuit cõpetens, non debet alteri videri incõpetens. l. si furioso puberi, in fi. ff. de cur. fur. & illud dictũ sequitur Alex. consi. xxxiij. in 4. Cur. cons. xxvij. & consil. lxxx. Dec. consil. xxvj. & consil. clxxx. & ita cõmuniter approbat. vnde in casu nostro cũ hæc filia sit dotata à patre, & sit excluſa eũ ex testamẽto paterno, tùm ex dispositione dicti statuti, *Nulla mulier, &c.* non est dubitandũ non posse eum petere, neq; supplementũ. Non obstant multa allegata usq; ad nauseam per Soc. consil. cl. quia in casu suo verba statuti non erant ita clara, nec disponebant mulierem ipsam censeri pro mortua. Item si restringeremus statutum, vt non procederet respectu legitimæ, talis restrictio esset contra literã statuti, & nos iure municipali cautũ habemus, vt verba intelligantur ad literã, quod statutũ hoc operatur, vt quotiescunq;, & ratio statuentiũ, & verba possunt aliquid cõprehendere, nunquã fit restrictio, sub prætextu interpretationis, secùs si ratio nõ militet, vt per Deciũ consil. lxiiij. & de virtute talis statuti ponit Bald. in l. 2. C. de pact. qui filios distr. in l. precibus. C. de impub. Ange. in l. si ita scriptũ. ff. de lib. & posth. Ias. l. qui filiabus, de leg. 1. cũ concord. & si in casu Soc. fuisset tale statutũ, vel verba ita clara, proculdubio omnes in hãc sententiam concessissent. Non obst. si dicatur, q; statutum non potuit tollere legitimã: & sic non valet, quia talis allegatio nõ admittitur à doctorib. nostri collegij, imò imponitur pœna iudici, & aduocato alleganti circã inualiditatem nostrorũ statutorum, vt apparet in nouissimis sub rubrica generali, de legi. stat. 1. & 2. Secũdò respondetur, q; imò valet † statutum tollens legitimã quando est fundatũ aliqua ratione, vt dicit Io. de Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. & in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. Falc. vbi dicit hãc esse cõmunem opin. sequitur Alex. consi. clxviij. in 7. vol. cum concord. per Dec. consi. 29. Ratio autem

huius

huius statuti est æquissima, videlicet fauor retinẽ di bona inter homines illius iurisdictionis vbi viget tale statutũ. Vnde tale statutũ valet, vt per multa cõcludit Alex. cõsi. clj. in 3. vol. & dato, q̃ nõ possint † statuentes disponere circa matrimoniũ, tñ possunt disponere respectu successionis, vt in casu nostro concludit Angel. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure, & per Alex. in loco, de quo suprà. 4 5 Nec est verum, † quòd filia non excludatur à legitima, nisi facta speciali mentione, quia imò sufficiunt verba generalia statuti, vt est communis, & vera conclusio, de qua per Ias. in l. si quando. §. fin. C. de inoff. test. & sentit Alex. in d. consi. clj. ex quo consi. tolluntur multæ rationes Calcan. consi. iij. iiij. & v. contra quẽ Alex. vbi consuluit. Nõ obstat, q̃ statutũ debeat intelligi de muliere seipsam nubente absq; voluntate patris, non aũt in ea quæ timore reuerentiali consensit, secundum Bal. consi. lvij. nulla mulier, in 1. vol. & Calcan. in dictis consi. ij. & iiij. Nam respondeo: q̃ prædicta procederẽt, quando probatũ esset, q̃ nupsisset timore reueren 6 tiali: † sed alio non probato, talis timor non præsumeretur, vt per Dd. in c. causam matrimonij, de offic. deleg. & in c. veniens. extra, de spons. alioqn etiã matrimonium non teneret, vt habetur in d. c. veniens, nam quãuis simpliciter pater eam tradat nuptui, nõ tamen dicitur metu nupsisse: nec pater eam dicitur nupsisse, sed ipsa seipsam: iste enim est actus, qui fundatur in personã nubentis, non aũt in personam patris vnde † hodie etiã sine auctoritate patris potest nubere, & not. in l. Paulus. ff. de 7 stat. hom. & c. sufficiat. 27. q. 1. & nõ attenditur consensus ipsius, sed filiæ, & certè quicquid ibi dicat Bal. & Calcan. practica communis seruat totũ oppositũ: quia aliàs statutũ nunquã haberet locum: nec est recedendũ ab eo quod tamdiu obtinuit. l. minime. ff. de legib. & rationes Calcanei in hoc pũcto sunt tam friuolæ, vt Alex. in d. consi. clj. contrariũ in indiuiduo consulens nõ existimauerit dignas, quibus respõderet. Præterea, in casu Bal. & Calca. statutũ habebat verba cõcernentia personã ipsius nubentis, quia dicebat, *Nulla mulier se nubat*. Sed in casu nostro tale pronomẽ non est in consideratione, vt apparet ex statuto nouo: & ex verbis decreti veteris, in quo non additur tale pronomen. Et in omnem casum debuisset pars probare, quòd pater eam nupsisset, ex quo est fundamentum inuentionis suæ. l. verius. ff. de ptobat. quòd tamen non fecit, & sic sumus extra casum Bal. & Calc. quãuis (vt dixi) eorum decisio, adhuc non sit vera. Non obst. in casu nostro, q̃ isti Morigiæ sint ciues per priuilegiũ: & ideo non posset dici eam nupsisse extra territoriũ, cum † ciues tales habeantur pro ve- 8 ris, & originarijs, vt latè per Alex. in consil. xxxij. lib. 5. Nã respondeo duobus modis. Primò q̃ statutum phibet, ne mulier nubat extra iurisdictionẽ cõmunis Mediolani, vnde cum isti Morigię essent ex Palãtia, & origine, & domicilio quod castrũ est extra iurisdictionẽ Mediolani: meritò dicitur ipsa nupsisse extra iurisdictionẽ, ex quo † sequitur do- 9 miciliũ mariti. l. eã, quæ despõsata. ff. ad municip. l. exigere. ff. de iudic. vnde dico, q̃ aliquo respectu matitus suus fuisset de iurisdictione Mediolani, puta quia ciuis per priuilegiũ, vel alio modo: quia tamen principaliter habet domiciliũ extra iurisdictionem, & mulier sequitur tale domiciliũ principale, meritò comprehenditur in verbis prohibitiuis statuti, q̃ autem attendat domicilium principalius, est doctr. Bar. in l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad municip. & quod habetur in c. 2. de le-

A pulc. in 6. & in simili. per Bar. in l. quod conclarę. in fi. ff. de dam. infe. & quãuis priuilegiũ per ampla verba eos faciat ciues, tum non facit vt quę ea nupta sit, non dicat esse nupta extra iurisdictionẽ, cõfirmatur hęc solutio ex verbis statuti, & etiã decreti, dũ excludũ etiã filios natos ex nõ suppõsito iurisdictioni, & c. nã † nõ suppositus, prout ille dicitur, qui nõ subest quoad domiciliũ, vt est gl. in cle. 1. in ver. subditos. de for. compe. Abb. in c. 1. eodẽ, eo. tit. Ias. in l. cũ quædã puella. de rit. nup. & B sic apparet, q̃ statutũ habuit eum pro alienigena qui nõ haberet domiciliũ, facit in simili, quia etiã † clericus dicitur laicus, & originarius, & tamẽ est suppositus, neq; de iurisdictione, secundùm Bald. in l. de quibus, & ibi Ias. ff. de legib. Fel. in c. ecclesia S. Mariæ, de cõstit. Ang. consi. xlviij. circa fi. ergo idem in simili stat simul, q̃ hic Morigia esset ciuis per priuilegium, & tamẽ nõ dicatur suppositus, nec de iurisdictione, nisi probet se tũc temporis quãdo duxit vxorem habuisse domicilium Mediolani. Cõfirmatur etiam dũm statutum requirit, C q̃ saltem per decennium habitauerit Mediolani cum familia: quamuis enim † domicilium etiam breuiori tempore possit acquiri, secundùm not. per Abb. in c. fi. extra, de paroch. tamẽ mens statuti, quæ erat vt hæreditas nõ trãiret, nisi in eum, qui verisimiliter esset perpetuũ moraturus in ducatu, requisiuit tẽpus decẽnij, quia † tale domiciliũ verisimiliter durabit, & ex tali tempore præsumitur etiã alienigenam nõ recessurum, sed in domicilio D perseueraturũ, vt est tex. in l. 1. C. de incol. lib. 10. & si dicatur, q̃ talis interpretatio nõ videtur cõuenire decreto, quia decretũ in aliqua alternatiua præsupponit q̃ habens tale priuilegiũ, item q̃ habens bona immobilia, succedat nõ obstante tali statuto, sicut succederet, qui habitasset per decennium. Respondeo, q̃ cùm statutũ excludat nõ habentẽ domicilium, vt sup. ostendi, debemus ità intelligere decretũ ne corrigat statutũ, sed declaret & equipa ret duos casus, videlicet siue quis habitauerit per E decenniũ cum familia, siue habuerit priuilegiũ, & emerit bona, intelligendo tamen q̃ & ipse habitauerit licet minus decennio: quæ habuerit præterea animo cõstituẽdi domicilij, & sicut primus casus nõ comprehendit in prohibitione statuti, ita etiã debemus intelligere de secũdo, vt nõ cõprehendatur in tali prohibitione, & sic cõstituerit domiciliũ, quia aliter cõpræhenderetur & per decretũ corrigeretur statutũ, q̃ tamẽ est cõtra mentem decreti, quòd (vt ex præfatione apparet) fuit conditũ causa restringẽdi fauores priuilegiatorũ, nõ aũt causa ampliandi, quæ ampliatio resultaret in casu F nostro, ex quo circũscripto decreto, iste ciuis priuilegiatus nõ habens domiciliũ per verba statuti excluderetur, vt sup. ostendi, vnde talis interpretatio nõ est admittenda, per regulã l. legata mutilierem, de leg. 1. & l. qd fauore. C. de legib. cũ simil. Nõ omitto etiam, q̃ talis interpretatio nõ colligitur, nisi per argumentũ à contrario sensu: quia decretũ dicit, *Decernimus, quòd forenses prædicti non vtãtur prærogatiua contra statutum: Nulla mulier, &c. Nisi prius habuerint, vel emerint immobilia habuerint, &c.* iam si dicamus, ergo si habuerint bona immobilia vtentur priuilegio, respondeo verum esse, si concurrant cætera habilia, quæ ab illud importat natura istius dictionis, vt est text. in regula peccatum, de reg. iur. in 6. & ibi Pet. de Anch. in 2. opp. vbi licet text. dicat, quòd d. peccatum non remittatur, nisi restituatur ablatum, non sequitur ergo restituendo remittitur, nisi concurrant cætera habilia, pura bris 14

confeſsio,& contritio, & ita ſentit de hac † dictio 15
ne Bar.in l.diuus.in prin.ff. de pet. hæred. & facit
regula generalis: q, † vbicunq; lex decidit aliquẽ 16
casum reſpectu alicuius dubij,ſemper intelligitur
concurrentibus cæteris habilibus. c.1. de ætat. &
qual.in 6.l.q teſtamẽto.in prin.ff.de teſt.& hãc re-
gulam tradit Dec. in repet. c.1. ver. confirmatur
hoc.extrà,de iudic.in 1. lect. & ante eum idem di-
xit Raph. Fulg. & Alb. de Roſ. in l. Barbarius, per
illum tex.ff.de offic.prætoris, in propoſito igitur,
ſi forenſis habuerit bona immobilia admittetur B
ad ſucceſsionem, ſi tamen concurrant cætera ha-
bilia requiſita per ſtatutũ, videlicet, quod habeat
domicilĩ, licet breuiore tempore decẽnij, vt vna
pars alternatiuæ diſtet ab alia. Secundò principa-
liter ad argumentum reſpondeo, q, tempore quo
priuilegiũ impetratũ fuit, requirebatur, q, impe-
trans ſatisdaret de emendo,vel emeret aliqua bo-
na immobilia vt dicit in decreto,ſed in cauſa non
eſt probatũ,eos ſatis dediſſe,vel tunc emiſſe,& ſic
etiam tollitur omnis difficultas,aut ergo pars ad-
uerſa nititur ea ratione, quia priuilegium ciuita-
tis fuit ſibi conceſſum ante decretum quod nunc
extat:& tunc dicitur,quòd non ſeruauit vetus pro
ut debuit,aut nititur ex nouo:& tunc minùs ſerua
uit,quia non eſt ſpecificata in priuilegio quæ ſecũ
da bonorum eſſent emenda.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

1 *Filia ſororis prædefunctæ vnà cum materteris admittitur ad ſucceſsionem Auunculi, quia ipſa ſuccedit in locum matris.*

2 *In correctorijs maſculinũ non comprehendit fœmininũ.*

3 *Maſculi conſeruant agnationem,fœminæ deſtruunt.*

4 *Quando vnica tantum ratio adduci poteſt, pro expreſſa habetur.*

5 *Cùm diuerſa ratio ſit inter maſculos & fœminas ſtatutũ loquens per verba maſculini generis,non comprehendit fœmininum.*

6 *Statutum quoties præponit agnatos cognatis, intelligitur de agnatis maſculis tantùm, & non de fœminis.*

7 *Exceptio debet intelligi ſecundùm terminos regulæ.*

8 *Ab exceptione ipſa conijcimus quemadmodum intelligenda ſit regula.*

9 *Verba in dubio debent referri ad defunctum non ad ſuccedentem.*

10 *Caput excluſiuum debet de actio intelligi,quàm de eo qui in capite incluſi poteſt comprehendi, quia vna pars aliam declarat.*

11 *Dictio agnatus,quid.*

12 *Caſus non comprehenſus à ſtatuto remanet in terminis iuris communis.*

13 *Specialia cum ſint contra iuris regulas introducta, ſtrictè debent intelligi.*

14 *Extinctio odij fauor eſt.*

15 *Statutum in loco vbi viget,dicitur ius commune.*

16 *Diſpoſitio benigna & fauorabilis dicitur quæ ſe refert ad ius mediæ iuriſprudentiæ, licet contrarietur l. 12. tab.*

QVIA per celeberrimos Iuriſ.in hac cau-
ſa vario modo reſponſum fuit, rogatus
vt quid ſententiæ meæ eſſet paucis ad
tingere, nõ putaui petenti id amico de-
negandum. Et in primis † habet Mariangela fun- 1
datam intentionem ex iure cõmuni,quo filia ſoro
ris prędefunctę vnà cum materteris admittitur ad
ſucceſsionẽ auunculi:quia ipſa ſuccedit in locum
matris:authẽtica,ceſſante.C.de legit.hæred. §.ſin
autẽ defuncto,& §.ſeq.in auth.de hæred.ab inteſt. A
& niſi clarè appareat eam excludi per ſtatuta, ſta-
bimus iuri communi.Solum ergo in præſenti cau
ſa difficultatem facit ſtatutũ Vigleuani,quo paren
tes paterni præferuntur parentibus ex parte ma-
tris. vnde cum hæc videatur coniungi ex parte
matris debet cenſeri excluſa. Sed ad hoc ego re-
ſpondendo dico ſtatutum loqui, quando extant
agnati maſculi, vbi verò nõ extent, ſtatutum non
procedit:& ſic remanemus in terminis iuris com-
munis,probatur hæc cõcluſio,quia ſtatutũ loqui- B
tur per dictionem maſculini generis,*Parentes pater-
ni,&c.*& eſt correctoriũ iuris communis † vnde nõ 2
videtur, q, maſculino compræhendatur fœmini-
num.l.1.§.ſed & ſi,verſi.quare.ff.de ventre in poſſ.
mittẽ.& videtur eſſe cõmunis cõcluſio, vt per Iaſ.
in l.ſi quis id quod.ff.de iur. omn. iud. Gemini. in
c.generali.de elect.lib.6.Alex.conſi. cxxv. in v. &
cõſi.xxiiij.in 2.cõſi.xxvij.in 3.Cornæus cõſi.xiiij.
in ij.Dec. conſi.cccxxxix. cũ ſimilibus: nec obſtat
ſi diceretur tale ſtatutũ reſpectu agnatorũ eſſe fa- C
uorabile, & ideo extendendũ etiã ad agnatas fœ-
minas:quia reſpondeo quod iſtud procederet ſi par
ratio eſſet in vtroq; ſexũ, quæ nõ eſt vt infrà dicã.
Secundo, quia ratio ſtatuti fuit pro conſeruanda
agnatione.l.1.§.quãuis.ff.de vent.inſpic.quę † per 3
maſculos cõſeruatur,per agnatas fœminas deſtrui
tur,vt dicunt doctores communiter in l. publico.
poſt Cin.C.de adult.Soci. inter conſilia Franc. de
Curte,conſi.xl.in 4.quę ratio, † cũ vnica poſsit ad 4
duci huiç ſtatuto habetur pro expreſſa.l.quamuis D
vbi Bald.Paul.de Caſt.Corn.C.de fideicom. gl. in
l.tale pactum.§. fin.ff. de pactis, cum ſimilibus per
Alexan.conſi.xxiiij.in ij.conſi.lxxvij.eo.lib.Fran.
Cur.conſi.ix.Ticinenſi. Sequitur ergo vt † cum di 5
uerſa ratio ſit inter maſculos & fœminas, ſtatutũ
loquens per verba maſculini generis, nõ compræ
hendit fœmininum.l.Lucius.§.Lucius.§.quæſitũ,
de leg.3.l.ſi ita.de lib.& poſthu.Guid.papæ,q.116.
Iaſ.d.l.ſi quis id quod. Tertio,quia quoties † ſtatu 6
tum præponit agnatos cognatis, intelligitur de E
agnatis maſculis tantùm,non de fœminis,vt con-
ſulendo tenuit Ioan.de Ana.conſi.iiij.in ij.dub.&
ibi cum eo tranſit Lud. Bologninus, idem tenet
Dec.in rubr.C.vnde legit. in ſi. & Cur. conſil.xl.
& ante hos omnes idẽ tenuit Bal.conſi.ccccl xxiij.
circa quæſtionẽ.lib.5.& ſentit Alex. conſi. cxlviij.
in fin. vol.6. Quartò, quia quicquid ſit aliàs gene-
raliter concludendum,in caſu ſtatuti noſtri res vi-
detur clariſsima: nam cum in primo capitulo ad
excluſionem matris vocaſſet parentes paternos F
maſculos, ſubijcit deinde, item parentes, paterni
præferantur, &c, dico cenſeri repetitam illam
qualitatem maſculi per glo.notabilem, in §. item
Iapilli.Inſtitut. de rerum diui. quam ad hoc notat
Alexand.in l.filius à patre.ff.de liber.& poſthu.&
facit quod notant doc. in l. in repetendis. ff. de
leg.3. Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. Quin-
tò, ponderando ſtatutum in exceptione dum ſub
ijcit, ſaluo quod dictum eſt de matre, cum enim
ſtatutum dum loquitur de excluſione matris pre- G
ciſè nominet parentes maſculos, & deinde in hoc
c.ponat talem exceptionem:certè † debet intelli- 7
gi ſecundum terminos regulæ,quæ erat de maſcu
lis.arg.l.nam quod liquide.§.fin. de pen.leg. quia
† ab exceptione ipſa conijcimus quemadmodum 8
intelligenda ſit regula, per id quod not. Paul. de
Caſt. in l. in his. ff. de legibus. & per has rationes
concludo, quòd in caſu noſtro non habet lo-
cum ſtatutum, cum in facto proponatur non
extare

extare aliquos agnatos masculos. Et licet ista suf-
ficiant pro victoria clientulæ, & tollant motiua
per præstantissimum iudicem data, tamen etiam
aliter potest obiectis responderi. Non obstat igi-
tur dictum Azonis in summa. C. de leg. hæred. &
Bald. in l. lege 11. tabul. C. eod. cum quo transeunt
Paul. de Cast. Raph. Fulg. Corn. ibi Bald. consil.
clxiiij. in j. clxiij. in ij. Paul. de Castr. & Corn. in l.
fin. §. in computationem. C. de iur. del. dum di-
cunt quod si statutum vocat agnatos ad exclusio-
nem cognatorum, intelligi debet de his, qui ve-
rè, & propriè sunt agnati: non autem de filijs so-
roris. Respondeo, illa decisio posset procedere in
statuto vtente dictione, agnatus, sed noster casus
est in dictione, parens, quæ est magis generalis:
vt per Ang. in §. œconomis. in authent. de alien.
& emphyt. & in hac verificantur verba capitis in-
clusiui: quia est parens paterna ipsius defuncti de
cuius hæreditate tractatur: quam parentelam de-
bemus attendere respectu eius, de cuius hæredi-
tate tractatur secundum Paul. Castr. consil. vij. su-
per primo dubio, seu quæsito circa fin. in nouis-
simis: & quia † verba in dubio debent referri ad
defunctum, non ad succedentem. l. ex facto. in
princip. ff. ad Trebell. Bartol. in l. cùm in testa-
mento. ff. de aur. & arg. leg. & licet possit etiam
dici esse parens ex parte matris suæ, & sic verifica-
ri verba capitis exclusiui, tamen iste intellectus
non est capiendus: tum † quia caput exclusiuum
debet de alio intelligi, quàm de eo, qui in capite
inclusiuo potest comprehendi: quia vna pars ali-
am declarat. leg. 1. ff. de reb. dub. l. doli clausula. ff.
de verb. obligat. tum quia fit interpretatio respe-
ctu eius, de cuius successione tractatur, non respe-
ctu personæ succedere debentis, vt suprà dixi.
Secundò respondeo, quòd dicta doctorum præ-
allegatorum procedunt, vbi tractaretur de ex-
clusione cognatorũ proximiorum in gradu: quia
inconueniens esset, quod filius sororis, qui etiam
ipse est verè cognatus, dato, quod à lege ciuili cõ-
sequutus sit iura agnationis, excluderet cogna-
tam proximiorem, vt dicit Bald. in consil. cccclxix.
statuto cauetur. lib. 1. & in c. 1. an agna. vel filius.
sed vbi non extant cognati proximiores, & sic
non tractatur de eorum exclusione, prout in ca-
su nostro, sed solum de successione agnatorum,
tunc debet admitti vnà cum ex dispositione le-
gis antiquæ eum vocantis vnà cum agnatis. d. §.
fin autem defuncto: & §. sequ. cuius legis ratio
non est ex vi nominis: quia sit agnatus, sed ex ef-
fectu: quia vocatur in eundem locum, & gradum
quo agnati. §. hoc etiam. Institut. de legit. agn. suc-
cess. & ideò dato, quòd verba propriè non veri-
ficarentur, tamen ipse debet admitti. Pro qua sen-
tentia adduco duo similia: Primum quod not.
Bald. in l. in quibus. in princip. C. de sec. nupt. vbi
in statuto, stantibus filijs fœminæ non succedant,
nepos admittitur vnà cum patruo ad partem de
fœmina lucrifactam, dato, quod verbum filijs in
eo non verificetur: & hoc quia est subrogatus in
gradum patris, secundum Bald. ibi, & in simili
idem tenet Bartol. in l. liberorum, versic. pone, sta-
turo cauetur. ff. de verb. signif. & Alexand. vbi mul
ti adducit, consil. xxxvj. in ij. dubio. in 6. vol. Ang.
consil. cccxliij. totum dictum statutum. Secun-
dum in statuto vocante proximiores ad succes-
sionem admittetur talis nepos cum patruo, vigo-
re subrogationis legis antiquæ, dato, quòd illa
dictio, proximior, non verificetur. ita Bald. Imol.
Raph. Com. in l. cum ita §. in fideicommisso. ff. de

leg. 2. Alexand. consil. lxxxviij. in j. xxvij. in iij. &
est communis conclusio: vt per Ias. & Dec. in l. si
auiæ. C. de succes. edi. Corn. in l. fin. C. de verb.
signif. In proposito igitur, dato, quod dictio, † *agna-*
tus, ex proprietate verbi non verificaretur, tamen
neptis ista admitti deberet virtute surrogationis
per legem antiquam factæ. & ita etiam sentit Ias.
in l. omnes. in fin. de iustit. & iure. Tertiò respon-
deo, quod dato, non concesso, quòd neptis non
vocaretur tanquam agnata: & sic non compræ-
henderetur in capite conclusiuo, nõ tamen com-
præhenditur in exclusiuo, & sic iste † casus tan- 12
quam non comprehensus in statuto remanet in
terminis iuris communis, de quo in d. §. fin autem
defuncto. hoc sic deducitur, nam statutum factum
est ad exclusionem parentum ex parte matris, &
respectu eorum est odiosum, & strictè intelligen-
dum: vnde non debet intelligi de filio sororis,
qui æquiparatur agnatis, & habet iura agnatio-
nis: vt dicit Decius in allegato consil. xiij. & hoc
maximè cum illa verba, *Ex parte matris*, debeant in-
telligi respectu matris defuncti, vt suprà dixi. Nec
obstat quòd imò videatur in totum fauorabile
istud statutum ex quo reuertimur ad ius primæ-
uum 12. Tab. de quo in l. pronuntiatio. §. 1. de verb.
sign. & habetur in stit. de legit. agn. succes. in prin.
nam tali casu dispositio dicetur in totum fauora-
bilis, iuxta gloss. in c. statutum. in verb. numeran-
dum. de præb. in 6. & habetur in l. si vnus. §. pactus
ne peteret. in fin. ff. de pactis. Quia respondeo ista
generalia deducenda non esse aduersus commu-
nes, & approbatas doctrinas. communis enim co
clusio est, quòd tale statutum respectu agnatorũ,
& sic capitis inclusiui est fauorabile, & extenden-
dum, vt per multas auctoritates ostendit Franci-
scus de Curt. consil. ix. Ticinensi, & consil. lxxxj. &
ideo in capite inclusiuo comprehendetur filius
sororis per extensionem, quę debet fieri in casu fa
uorabili: vt nouissimè etiã sentit clarissimus præ-
ceptor meus D. Franc. Curt. consil. suo 5. in versic. 2.
respectu verò capitis exclusiui non comprehen-
detur, quia odiosum: quod quidem caput, quod
sit odiosum tenet Bart. in l. cunctos populos. ver-
si. 6. in fi. C. de sum. trin. & fid. cat. & omnes scriben
tes ita sentiunt in l. venia. C. de in ius vocan. Alex.
consil. lxxix. in vj. vol. Nec obstant allegata gl. in c.
statutum. quia loquitur quando de iure speciali
reuertimur ad ius commune. vt dicit Fel. in c. cum
accessissent. de constit. cùm enim † specialia sunt 13
contra iuris regulas, introducta strictè debent in-
telligi. l. quod verò contra. ff. de legibus. & dispo-
sitio per quam ab eis recedimus large accipitur: † 14
quia extinctio odij, fauor est. l. 2. vbi omnes. ff. de
lib. & posth. sed in casu nostro ista quadrant: quia
† statutum in loco vbi viget dicitur ius commune. 15
c. 1. in fi. extra, vt lit. pend. c. cùm venissent. de eo,
qui mitt. in poss. & circumscripto statuto ius com
mune, de quo in d. §. fin autem, defuncto adiuuat
hanc interpretationem, nec lex 12. Tab. est in con-
sideratione, tanquam lex correcta, sed solum fiet
extensio respectu iuris communis nouissimè rece
pti. l. non sine. versi. in quibus. C. de bonis, quæ li-
beris. vbi † benigna, & fauorabilis dispositio dici- 16
tur, quæ se refert ad ius mediæ iurisprudentiæ li-
cet contrarietur legi 12. Tab. alioquin si fieret statu
tum inducens talionem esset fauorabile, quia re-
duceret rem ad legem 12. Tab. de qua per A. Gel-
lium lib. 20. cap. 1. quod esset absurdum. sed quia his
& alijs rationibus fuit eleganter per alios respon-
sum vlterius non insisto.

CONSILII XIII. SVMMÆ.

1 *Commissio debet intelligi secundùm supplicata.*
2 *Multa in iure & certa & constituta sunt, quæ tamen arbitrio iudicis ex æquitate moderationem, correctionemq; recipiunt.*
3 *Compellere aliquem inuitum ad vendendum est pœna.*
4 *Volens compellere vicinum ad vendendum puniri debet.*
5 *Quæ inducant iustam affectionem.*
6 *Propter affectionem quis restituitur in integrum.*
7 *Quis non debet compelli ad vendendum partē domus.*
8 *Rei appellatione proprie loquendo venit res integra, no autem pars.*
9 *Demolitiones ædium sunt præcisè contra ornatum ciuitatis.*
10 *Decretum loquens de futuro non debet trahi ad præteritum, nec de faciendo ad factum.*
11 *In re sua potior debet esse conditio ipsius domini.*
12 *Laute ædificare intelligitur ille qui splendidè ædificat.*
13 *Quod ædificium debeat appellari domus vel palatiū statur reputationi ciuitatis: nam si reputatur communiter Palatium erit palatium.*
14 *Volens per vim prohibere ne quis habitet in domo, quia minxtus fuit in ea saxa & sordes, & stercora iniecerit ad finem vt dicta domus sibi vendatur, talis cadit à iure suo.*
15 *Quando quid è domo aliqua proijcitur, licet nesciatur à quo tamen præsumptio est contra dominum.*
16 *Præsumitur quemlibet scire quæ domi suæ gerantur.*
17 *Familia præsumitur agere de voluntate domini.*
18 *Verba super re quid importent.*
19 *Exceptio declarat regulam.*
20 *Facilius tollitur & præsumptio iuris ad rem quam iuris in re.*
21 *Facilius tollitur ius quæsitum quàm quærendum.*

ILlustres relatores, in hac causa, in qua agitur de decreto, *Si quis velit laute ædificare*. debent in primis dominationes vestræ obseruare cōmissionem suam, † quæ intelligitur secundùm supplicata: fuit autem supplicatum, quòd cùm decretum ponat rem in arbitrio principis per clausulam in fine decreti positam, debet potius illustrissimus Senatus arbitrari pro ipso Alciato, & pronuntiare non esse seruandum. & sic commissio vestra non est in cognoscendo, nunc an sumus in casu decreti, vel non: sed dato quod essemus in casu dicti decreti, vel non: sed dato quod essemus in casu dicti decreti, an subsit aliqua æquitas, per quē debeat princeps potiùs arbitrari pro ipso Alciato: ita quod in casu, quo princeps nollet aliquid arbitrari contra decretū, tunc coram ordinario erit disputandum, an simus in casu decreti. Quod autem res ipsa sit arbitraria appareat ex clausula, quæ est in fine decreti, dum dicit, quòd antequam aliud agatur, res omnis principi declaretur. cùm enim sciret princeps tale decretum esse valde odiosum, & iniquum voluit sibi rem significari, vt videlicet vteretur aliqua moderatione habito respectu ad qualitatem volentis emere, & eum qui compellitur vendere, item habito respectu ad rem, vt si domus non esset hæreditaria, & antiqua maiorem ipsius, qui conuenitur, vel esset domuncula vilis per quam impediretur pulchrum ædificium. Nam intelligere illam clausulam, quod ideò sit adiecta, ne quis faceret fortalitium, est intellectus valde abusiuus, tum quia absurdū, quod clausula illa varios motus animi principis comprehendens ad vnum casum restringa-

A rur: tum quia iste casus ante erat prohibitus & per ius cōmune, & per decreta, quibus manifestè prohibentur subditi facere fortalitia, vnde non est verisimile factam fuisse relationem ad arbitrium principis de re iam antea manifestè prohibita. Tertiò, quia si iste intellectus esset verus, hoc erat generaliter statuendum, non solum in volente rem à vicino emere, sed generaliter in quodlibet volente ædificare: ex quo arces potuissent cōstrui etiam quod à vicino aliquid non emeretur, si ædificans habuisset magnum ambitum. sequitur ergo, quod clausula illa absolutè sit in fine decreti posita, vt rem ad merum arbitrium principis dirigeret. Sicut videmus multa in iure esse certa, & cōstituta, quæ tamen arbitrio † iudicis ex æquitate moderationem correctionemq; recipiunt. l. verbum, oportere. ff. de verb. sig. Fel. c. 1. versi. fallit 7. extra, de consti. quod maximè procedit in pœnis. l. quod ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & † pœna est aliquem inuitum compellere ad vendendum: vt per Ioan. And. in add. Spec. in rub. de pœnis. Quod verò princeps debeat arbitrari in isto casu pro ipso Alciato ne decretum seruetur, adducuntur plurimę rationes. Prima, quia decretum est contra ius diuinum, quod habetur 3. Reg. c. 21. vbi Deus puniuit Acham regem Iudæorum: quia † voluit compellere Naboth vicinū, vt venderet vineam, vt posset lautiùs facere palatiū suum: & hoc, quamuis obtulisset sibi quodcunq; pretium vellet, vt etiam meminit Iosephus de antiq. Iud. lib. 8. c. 11. & sic quamuis & ibi ageretur de ornamento publico, videlicet de ornamento palatij Regis, tamen non licuit regi compellere vicinum. Et certè debemus semper imitari gesta optimorum principum, sicut fuit Aug. Cæsar, qui (prout refert Sueton. Tranquillus. in eius vita c. 56.) cum forum ædificaturus esset illud fecit angustius, ne vicinos inuitos sibi ad vendendum compelleret: & tamē fori amplitudo ad ornatū publicum pertinebat: meritò ergo debet Christianissimus Rex potius Augustum tantum principem imitari, quàm Ludouicum Sphortiam auctorem eius decreti, cuius administrationē nunquā approbauit. vt cùm eius decretum sit irrationabile, de eo dicatur, quod dixit Bal. de lege Lōbarda, extincto Regno, extincta est etiam eius lex. c. trāslato. de constit. Nec obstat, quod adsint quædam similia statuta, veluti statutum de quota, & de re paterna luenda, quæ tamen sunt in viridi obseruantia: quia per illa quis non compellitur vendere, sed loquuntur in eo qui iam decreuit vendere, vt magis vni vendat, quàm alteri, alia verò statuta loquuntur de venditione rei modicæ: de qua non solet haberi magna consideratio vbi fauor publicus aliud suadeat. l. scio. ff. de in integ. restit. Mod. in c. de appellationibus. extra, de appell. Secundò, quia Bartholomæus hanc denuntiationem solum fecit ad cumulationem, quod probatur ex lectura ipsius denuntiationis. nam in ea respondet. Primò denuntiationi factæ per ipsum Alciatum eius domum petentis iuxta formam statuti nostri de quota, & subdit, q, ipse intendit habere domum Alciati vigore dicti decreti. Vnde ex actu incontinenti, & in eadem scriptura gesto satis apparet de expressa æmulatione, & lex loquens de re emendā non habet locū, quando hoc fieret per æmulationem argumento eorū quæ notat Bal. in l. 1. in pen. q. C. qui test. fac. poss. per gloss. super verb. sui dominij. in l. per prouincias. C. de ædit. priuat. & in l. opus. ff. de opp. public. Tertiò, quia tale decre-

tum

dum det intelligi, vt quis lautè ædificet. cum mi-
nore tamen incõmodo vicini, quã possibile
sit. l. si cui. Dd. ff. de seruit. sed ipse potest hoc face-
re absque quod euat domum dicti Alciati, quæ
dirimitur à domo d. Bartholomei mediate aditu
seu via communi ipsorum, & etiam alterius tertij,
cum habeat aliam domum suæ penitus eo hære-
tẽ, cuius habet directum dominium, & longe vi-
liori pretio poterit ab emphyteuta suo luere vtile
quàm domum Alciati, nõ ita sibi cõtiguam. Quar-
tò, quia in decreto dicitur fuisse prouisum: quia
vicini propter malignitatem deseruire necessitati
ædificandum reculabant. quæ ratio cessat in isto
casu: quia lex non præsumit malignitatem in eo,
qui recusat vendere domũ suam paternã, & maio
rũ suorum, & in qua natus est, & in cuius parochia
& ubi defũcta sunt sepulchra sua: & quæ est pars alte-
rius domus suæ † quæ omnia inducunt iustam af-
fectionem. l. in fundo. ff. de rei vend. l. libertus, qui
soluẽdo. in fi. ff. de bon. lib. l. si in emptione. ff. de
minor. vnde cum nec verba, nec ratio decreti mi-
litet, debet cessare eius dispositio. Quintò, quia
in decreto subijcitur, quod iniuit rationem, qua
quisque sine damno suo priuatorum vsibus, publi
coque decori seruire possit: & sic vult princeps de
cretum seruari sine damno eius qui compellitur
vendere, quod in casu nostro esse non potest: tum
quia propter iustam affectionem ex causis suprà
dictis vẽditor ipse in damnum incurreret. quod
probatur per d. l. si in emptione. ff. de minor. vbi
propter dictam affectionem quis restituitur in
integrum: ergo præsupponitur læsio: & sic dãn,
sum etiam quia ista domus est vnita cum alia do-
mo ipsius Alciati. vnde ex dispositione patrisfam.
est vna & eadem domus: iuxta not. in l. planè. §. fi.
ff. de lega. 1. l. si quis duas. §. planè. ff. communia
prædiorum, licet pro maiori commoditate sua
tantum partem locum inquilinis, vnde cùm sit vna &
eadem domus † non debet compelli ad venditio-
nem partis. l. cum ex causa. ff. de verbo. obl. Bart.
in l. qui vsumfructum. ff. de vsu. leg. & maximè,
quia decretum dicit quod compellatur vicinus ad
venditionem domus, ergo de domo integra intel
ligenda est, quia appellatione † rei, proprie loquẽ
do, venit res integra, non autem pars. l. Titia cum
testam. 2. §. Lucius Titius. & ibi Bart. ff. de leg. 2.
l. si rem. ff. de rei vend. Aret. l. ferui electione. §. 1. ff.
de leg. 1. cum simil. Ex venditione enim partis, pa
teretur multum detrimentum, etiam quod exce-
deret illud quartum plus, quod offert dictus Bar-
tholomeus. Sextò, quia decretum loquitur in eo,
qui vult ædificare ad ornatum: sed Bartholomeus
non vult ædificare, sed potius demoliri: quia in-
xendi facere curtem pro pullis, & horum. quæ qui
dem † demolitio est præcisè contra ornatum ci-
uitatis: vt not. in l. 2. C. de ædif. priuatis. in l. cæte-
ta. & in l. Senatus. ff. de leg. 1. quod autem velit de-
moliri, & facere curtem seu hortum, probatum est
per eius confessionem, & testes & hoc etiam di-
xit coram reuerendissimis senatoribus. vnde val-
de inconuenies est, quod compellat vicinum ad
venditionem domus satis ornatæ vt eam destruat
pro curte pullorum, vel horto: imò istud est con-
tra ornatum ciuitatis, vt dixi. Septimò, quia de-
cretum loquitur in eo, qui velit lautè ædificare: &
sic loquitur de futuro: ille autem ædificauit, & per-
fecit suum ædificium. & sunt iam multi anni. vn-
de † decretum loquens de futuro non debet tra-
hi ad præteritum, nec de faciendo ad factum. l. no-
uissima. ff. iud. solui. l. si stipulatus. §. cum stipula-

mur. ff. de verb. oblig. Nec dicatur, quod velit lau-
tè ædificare in domo, quam est emptus: quia
ista solutio confunditur ex verbis decreti, dum
dicit, *Si quis locum lautè ædificare volenti contiguum ha-
buerit, qui nouo ædificio vsui esse possit.* & sic præsuppo-
nunt quod quis velit lautè ædificare non respectu
solius loci vicini, sed respectu etiam suæ domus,
seu noui ædificij faciendi, non autem ante per ali
quot annos facti. & suaderur hoc fundamentum
per rationem decreti. Vt enim ciues incitentur ad
exornandam ciuitatem pulchris domibus fuit fa-
ctum tale decretum, & data licentia volenti ædifi
care, sed ista ratio cessat, quando iam est ædifica-
tum: non enim est incitandus, qui iam est incita-
tus, & perfecit licet velit nũc de præsenti aliquid
addere. illa enim additio tanquam modica nõ est,
quæ orner ciuitatem, sed illa domus, quæ iam est
perfecta: aliàs sequeretur quod quicunque habet
pulchram domum perfectam iam ab antiquis tẽ-
poribus posset indistinctè compellere vicinum se
cundum formam istius decreti, tãquam vellet ad-
dere aliquid domui suæ lautè. quod absurdum est,
nec vnquam factum fuit. & facit quod in simili de
hoc decreto not. Bal. in l. 1. C. de com. seruo. man.
vt nõ habeat locum, quãdo cessat ratio, refert & se
quitur Ias. l. fi. C. de ind. vidu. tol. Octauò, quia †
re sua debet esse potior conditio ipsius domini. l.
in re. C. mandati. Vnde in casum, quo illustrissi-
mus princeps tantum curet hoc ornamentum ci-
uitatis, si dominus rei vult ipse hoc facere, debet
sibi permitti, nec debet compelli ad vẽditionem:
& ideò potiùs quàm Alciatus compellatur ven-
dere, maiult ipse facere istud ornamentum, & æ-
dificare, seu altiùs tollere faciem parietis versus
viam publicam, quę nihilo minus erit ornata, quã
domus Bartholomæi, & hoc in casu quo prædictæ
rationes nõ militarent in fauorem ipsius Alciati,
quæ tamẽ militant, vt suprà vidimus. Nono, quia
† lautè ædificare intelligitur, id est, splendidè, vt
dicit glo. in l. sed & si lege. §. si quis. in verbo lau-
tius. ff. de petit. hęred. quæ lautitia & splendor, ac
cipitur secundum communem vsum & æstima-
tionem ciuitatis: sed per testes probatum est,
quod talis lautitia intelligitur in ædificare volen-
tibus palatia. & † quod domus ipsius Bartholo-
mæi non est palatium secundum reputationem
ciuitatis. facit l. an in totum. C. de ædif. priua. De-
cimò, quia probatum est, quod Bartholomęus ad-
hibuit † vim vt domus hæc vẽderetur. quia mina-
tus est, quod nõ permitteret, q. aliquis in ea domo
habitaret, & proiecit saxa, & lordes, & stercora in
eam domum, vt est probatum per testes, vnde ca-
dit à iure suo. l. extat. ff. quod met. caus. & talis de-
licti est grauissima pœna: vt est rex. in l. saccularij.
§. sunt quædam. ff. de extr. cri. & ibi Albe. de Rol.
& certè debet princeps in dubio arbitrari contra
eum, qui vsus est tali improbitate. Nec obstet si
diceretur, quod non est probatum quod ipse fue-
rit, qui proiecerit, quia † respondeo quod cum ex
domo sua hoc peruenerit, præsumit contra ipsum.
l. 1. ff. de his, qui deiece. † præsumitur enim quem
liber scire quæ domi suæ gerantur iuxta not. in l.
de tutela. C. de in int. restit. min. & illud Arc. ellij.
Ædibus in nostris, quæ recta, aut prauè gerantur.
& † familia præsumitur agere de voluntate do-
mini. extrà, de test. c. constitutus. l. 4. ff. de min. &
istud tãto fortius præsumendum propter minas q̃
præcesserant: vt habetur in l. 1. C. de his qui b. vt in-
dig. per Bar. in l. si quis mihi bon. §. sed qui si ma-
dauit. ff. de acq. hęr. vbi Alex. & Fel. c. 2. extrà, de p-

sump. Vndecimò, contra Bartholomæum obstant A
cridæ: quia postquam Bartholomæus perfecit istud suum ædificium, Alciatus posuit dictam domum ad proclama, & cridæ pertransiuerunt liberè, & ideo censetur præiudicasse iuri emèdi, quod competebat ipsi vicino, probatur ex verbis cridarum, quæ volunt quod habentes ius in re, vel super re compareant: illa enim verba, † super re, in-
18 telligũtur de iure ad rem, & quod istud sit verum, apparet ex exceptione posita in cridis, vbi nolũt, quod præiudicetur statutò de quota, & de re paterna luenda: ergo præiudicabitur decretò si quis B
19 vult lautè † exceptio enim declarat verba regulæ. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu. leg. vnde cum exceptum sit ius competens ex statuto ratione facultatis emendi, sequitur quod in regula de tali iure intelligeretur. & sicut ius quotæ non competit, nisi domino eiusdem domus volenti emere, ita ius istius decreti non competit, nisi vicino volenti ædificare: nec satis esset dicere tempore cridarum, nolebam ędificare, sicut in statuto quotæ, nisi fuisset exceptio, non erat satis dicere, *Tunc nolebam emere*, quia (vt dixi) proclamata præiudicant etiam respectu iuris ad rem seu facultatis. & facit ratio: quia sic per ea tollitur ius domi- C
nij & hypothecæ: & † sic ius in re, quantò magis
20 debet tolli ius ad rem, cui facilius præiudicatur. capit. fina. in princip. de conces. præb. in 6. capit. pen. de præb. eo. titu. Domini de Rota decis. 9. de conces. præben. in antiquioribus & decis. 244.
21 in nouis Dec. consi. 147. & etiam facit quia † fa- D
cilius tollitur ius quæsitum, quàm quærendum. l. qui autem. in princip. ff. quæ in frau. cred. not. in l. si seruus. C. de pactis: *Desunt aliqua quæ reperiri hactenus non potuerunt.*

CONSIL. XIIII. SVMMAE.

1 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.* E
2 *Filius fororis in dispositione legali dicitur agnatus.*
3 *Dictio parentes ex vulgari consuetudine loquendi intelligitur pro quolibet coniuncto.*
4 *In statutis masculinum concipit fœmininum, etiamsi statuta intelligi debeant ad contextum prout iacent.*
5 *Quod statutum sibi ipsi aduersetur, vel seipsum corrigat absurdum est.*
6 *Filius fororis loco agnati est de iure communi.*
7 *Statutum loquens de agnatis non intelligitur de filijs fororum.* F
8 *Agnatus si excludit fœminas ex forma statuti filius fororis non intelligitur agnatus.*
9 *Statutum tendens ad correctionem iuris communis, non debet interpretationem ab ea accipere.*

VISO statuto inclytæ ciuitatis Comensis in materia successionum, oritur difficultas, an filij fororum prædefunctarum admittantur ad G
hæreditatem Lucini auunculi vnà cum sororibus ipsius, an verò excludantur ab illis? Et prima facie dicendum videbatur eos admitti cum materteris ad dictam hæreditatem: quia licet vno gradu sint posteriores, tamen iure communi succedunt in locum matris & vnà admittuntur. auth. cessante. C. de legit. hæred. §. sin autem defuncto. & §. seq. in auth. de hæred. ab intest. Nec hæc dispositio iuris communis est sublata per statutum. quod loquitur existentibus agnatis masculis. vnde † casus hic tanquam omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de libe. & posth. l. sancimus, C. de testam. cum simil. Secundò, quia etiam ex verbis statuti videntur isti admitti, ex quo statutum defert hæreditatem agnatio, seu parentibus paternis proximioribus, quæ omnia verba verificantur in filijs sororum: nam † filius sororis in dispositione
2 legali dicitur agnatus, vt est gl. communiter approbata in rub. C. vnde legit. Item talis dicitur esse ex parentibus, quia ista vox † ex vulgari con-
3 suetudine loquendi intelligitur pro quolibet cõiuncto, vt dicit Angelus in §. œconomis. in alien. & emph. & ita etiam accipitur apud Diuum Hieronymum in libro aduersus Rufinum secundo. Vnde & parentela apud Iulium capitolinum in vita Gordiani Imp. dicitur etiam ita proximus, sicut sofor, ex quo subintrat in locum matris: & ideo in dispositione legali vocante ad successionem promixiores admittitur filius fratris vnà cũ fratre: & consequenter filius sororis vnà cum sorore, secundùm glo. in verb. nominati sunt. in l. cùm ita. §. in fideic. ff. de leg. 2. vbi Baldus & Ioannes de Imo. sequitur Alexand. consil. lxxxviij. lib. 1. consil. xxvij. lib. 3. Ias. & Decius in l. si auitæ. C. de succeff. edicto. Cor. in l. fi. C. de verbo signification. & pro hoc facit consil. Decij 13. Sed tamen præmissis non obstantibus, in proposito casu, puto solam sororem admittendam esse: & hoc ex verbis statuti vocantis agnatum proximiorem: quæ verba includunt etiam sororem. l. voluntas. C. de fideic. c. per Alexand. cõs. liij. in 3. & quia in hoc, statutum concordat cum iure communi ad exclusionem remotiorum in gradu. Vnde debet fieri lata interpretatio, iuxta glo. cum ibi not. in l. 2. C. de in ius vocan. & quia in statutis † mascu- 4
linum concipit fœmininum: vt per Bartol. in l. iurà non in singulas. vers. quæro, quid si statutum. ff. de legibus præsertim in eo, in quo cõcordat cum iure communi, vt per Bald. cons. xlvij. factum tale. lib. 5. & in l. in multis. ff. de stat. hom. Rom. consil. xlviij. quoad id circa fi. Fulg. consi. 20. visis. Dom. de S. Gemi. in c. generali. de elect. in 6. & licet cautum sit, vt statuta intelligantur ad contextum prout iacent, tamen non excluditur hæc interpretatio vt masculinum concipiat fœmininum, vt dicit Francis. de Curte cons. viij. Ticinensi. tum quia hæc interpretatio est de statuentium secundùm Anc. cons. cxij. & cons. ccccxxiij. tum quia eam cõmunis vsus loquendi approbat secundùm Bald. in c. ad audientiam. de rescriptis. & hoc in casu nostro est verisimum: in quo statutum respectu capitis, de quo agitur, videlicet, existente sorore ad exclusionem agnatorum remotiorum concordat cum iure communi. Fortius potest dicit quod imò etiam ex vi, & proprietate verborum sorores vocentur: quia statutum vocans agnatos subdit se declarando, seu parentes proximiores, quæ voces non sunt simpliciter masculini generis, sed etiam fœminini: & ideò etiam propriè cõprehendunt sorores. arg. l. inter stipulantem. §. fi. ff. de verb. sig. & quod notat Sign. Homod. consil. clxxiij. & licet addat qualitatem masculini generis, videlicet patruos. tamen non ideò minus propriè continentur fœminæ, vt dicit Bart. in l. i. ff. de verb. sig. Et quod istud statutum vocet sorores ad exclusionẽ agnatorum remotiorũ in gradu aliàs cõsului in casu Io. de Alb. quę fundamẽta possunt videri in meo consi. proximè sequenti: & ideò non

non existimaui esse operæpretium ea repetere: & ex his tollitur prima ratio in oppositum allegata, quia non est verum, quod casus sit omissus: imò, soror vocatur ex vi verborum, & mente statuentium, vt dixi. Non obstat, quod filius sororis videatur admissus etiam à statuto: quia respondeo non esse verum, ex quo repellit omnes coniunctos ratione fœminini sexus, quæ verba propriè excludũt ipsos filios sororum. §. hos etiã. instit. de succes. sio. cogn. & ideò non potest capi intellectus quod appellatione agnorum ipsi compræ-
5 hendantur: quia isto modo † statutum seipsum corrigeret, vel potiùs sibi ipsi aduersaretur, quod esset absurdum. l. non ad ea. ff. de cond. & dem. Bartol. l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Rom. consi. xciiij. visis his quæ narrantur. Alex. in l. si mihi. §. fi. ff. de leg. 1. consil. cxxxv. in consi. xxviij.
6 in 4. Præterea † licet filius sororis loco agnati sit de iure communi, vt dicit glo. in d. rub. C. vnde
7 legit. tamen † statutum loquens de agnatis, non intelligitur de filijs sororum, vt notant Baldus Raph. Fulg. Corneus. in l. meminimus. C. de legit. hæred. quia non est verè agnatus per illum tex. qui dicit tanquam. & idem not. Bald. in lege. 12. Tab. in fi. eod. tit. & sequitur ibi Paul. de Castr. quia secundum eum non habet veram agnationem, & idem tenet Paul. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. in fi. Bald. in c. 1. versic. extra quæro. in tit. an agnatus, vel filius. vbi concludit,
8 quod si † agnatus exculdit fœminas ex forma statuti, filius sororis non intelligetur agnatus, & ita ipse consuluit cons. ccccl xix. statuto lib. 1. sequitur Decius in d. rub. C. vnde legi. Nec etiam in eo verificatur verbum, proximioribus, ex quo soror est proximior in gradu. Nec obstat distinctio Bal. Io. de Imo. & aliorũ. in d. l. cùm ita. §. in fideicommisso, quia illa procederet secundùm ius commune: nos autem loquimur in materia statuti, quod debet ad literam intelligi: & secundum literam, verum est, quo iste non est proximior licet lex communis fingat esse. vnde tali casu stamus statuto secundum Bald. & Cor. in d. l. meminimus. & Paul. de Castr. & Cor. in d. l. fi. §. in computatione. istud enim non esset ad literam, sed ex legis extensione, quæ censetur sublata per tale statutum, vt per Iaſ. & Mod. post Bar. in l. omnes populi. in 6. quæst. princ. ff. de iust. & iur. Alex. in l. 1. ff. si cer. pet. And. Sicu. in Rep. l. cùm acutissimi. C. de fideic. vbi latissimè attingit Iaſ. l. 1. & in 4. not. ff. de offi. eius, cui. Et hoc maximè procedit cùm appareat statutum quoad exclusionem coniunctorum ratione fœminei sexus tendere ad correctionem iuris communis. vnde tab eo non debet
9 interpretationem accipere. arg. l. tribunus. §. fi. ff. de test. mil. per quem text. ita concludit Bald. in l. 1. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs. & ex his concludo sororem admittendam exclusis filijs sororum. Saluo tamen semper iudicio cuiuslibet rectiùs sentientis.

CONSILII XV. SVMMÆ.

1 *Per masculos conseruatur agnatio, per fœminas verò destruitur.*

2 *Licet in materia indifferenti masculinum concipiat fœmininum, etiam in statutis, tamen secus est quando ex coniecturis colligitur legislatorem non ita dilexisse fœminas, sicut masculos.*

3 *Statutum si præponit agnatos cognatis, intelligitur de agnatis masculis tantum non de fœminis.*

4 *In statutis pœnalibus vel exorbitantibus à iure communi masculinum non concipit fœmininum.*

5 *Statuta intelligi debent ne inducant absurditates.*

6 *Quoties causatum tollitur propter causam multò magis ipsa causa censetur esse sublata.*

7 *Vna pars statuti aliam declarat.*

8 *Hæredes fratris de iure communi non videntur posse cogi ad dotandam vel alimentandam sororem, nisi in extrema necessitate.*

9 *Sorores licet sint nuptæ in aliena familia, tamen sunt agnatæ de agnatione, & parentela, &c.*

10 *Quod ascendentes succedant est quædam turbatio ordinis.*

VISIS his, quæ in facto proponuntur, & diligenter pro tempore consideratis, videretur prima fronte hereditatem Ioannis de Albricis ad eius agnatos, citra quartum gradũ existentes pertinere, exclusis sororibus & earum liberis. & istud probatur ex verbis statuti Comẽsis, quibus cauetur, vt exclusis matre & auo materno, & qualibet persona coniuncta defuncto ratione fœminini sexus, vt hæreditas perueniat in agnatos siue parentes paternos proximos. nam ex hoc statuto non admitti sorores probatur pluribus rationibus. Prima, quia ratio statuti fuit † causa conseruandæ agnationis, vt bona in ea cõseruentur. l. 1. §. quamuis. ff. de vent. inspic. quæ per masculos conseruatur: per fœminas verò destruitur, vt dicunt doctores communiter in l. publico. C. de adult. vbi Cin. & per Soc. inter consilia Franc. de Cur. consi. xl. in 4. & plena sunt consilia Moder. Vnde censentur soli agnati masculi vocati exclusis quibuscunque alijs, vt dicit Bart. in l. 1. §. videndum. ff. ad Tertyll. cum concord. Secunda, quia verba statuti, loquuntur per dictionẽ masculinam, dum dicunt, quod bona perueniant in agnatos, & in hac materia non videt, quod masculinum compræhendat fœmininum: & sic, vt censeatur vocatæ etiam agnatæ: ex quo videmus in illo statuto vbique fœminas reijci. & his masculos anteponi. vnde succedit regula, quòd † licet in materia indifferenti masculinum, concipiat fœmininum etiam in statutis, tamen vbi apparet ex coniecturis colligitur legislatorem non ita dilexisse fœminas secus est, vt per Bal. in l. tres fratres. in 10. not. ff. de pact. Alex. consi. cxxvij. viso testamẽto. lib. 1. & ideo si † statutum præponit agnatos cognatis, intelligitur de agnatis masculis tãtum, non de fœminis, vt consuluit Io. de Ana. in consi. iiij. in 2. dubio. vbi in casu nostro decidit in terminis pro agnatis masculis contra sorores, sequitur Decius in rub. C. vnde legi. in fi. facit quod not. Alex. consi. cxxv. in 1. consil. xxiiij. in 2. consil. xxviij. in 3. Cor. consi. 14. in 2. Barth. Veron. consi. 26. Decius consi. 339. cum simil. vbi † in statutis pœnalibus vel exorbitantibus, à iure communi masculinum non concipit fœmininum. Tertia ratio: quia nisi diceremus excludi sorores, sequeretur absurdum quod mater, quæ est proximior, & cui magis debetur hæreditas filij, excluderetur non alia ratione, quam quia fœmina & sorores admitterentur, quibus tamen obstat eadem sexus qualitas, & eodem modo etiam amita excluderet matrem, quòd in se nullam rationem videtur habere, vt dicit Bald. in consi. 473. circa quæst. lib. 5. per totum. & † statuta debent intelligi ne inducant istas absurditates, vt per Bal. in l. quod verò. ff. de legibus. & quod not. Socinus consi. 31. in 1.

Quarta

Quarta ratio, ſtatutum excludit coniunctos defuncto ratione fœminini ſexus, quibus verbis excluduntur expreſsè filij ſororum, vnde eodem modo debent cenſeri etiam excluſæ ipſæ ſorores, quæ vna cum filijs aliorum ſororum prædefunctis de iure communi ad hæreditatem vocantur. §. ſin autem defuncto, & §. ſequ. in auth. de hæred. ab inteſtat. & text. in auth. ceſſante. vbi Cor. C. de legit. hæredibus. ſi enim excludũtur, quia coniuncti per fœminas, ergo & fœminæ debẽt excludi qa
6 quoties cauſarũ tollitur propter cauſam, multò magis ipſa cauſa cenſetur eſſe ſublata, vt per Iacob. Buc. Bald. Sal. Pau. de Caſtr. in auth. multo magis C. de ſac. ſanc. eccl. Soc. cõſi. cclxviij. in 2, & melius quod not. Paul. de Caſtr. per illum text. in l. maritus. C. de procu. vbi dicit ſe conſuluiſſe. & ſequitur Alexand. conſ. xxxxiij. in 3. Quinta ratio, quia ſtatutum in proxima clauſula loquendo de agnatis precisè reſtringit ſe ad maſculos. vnde eodem modo debemus dicere in ſuperiore clauſula, ex
7 quo † vna pars aliam declarat. arg. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & per hanc rationem in ſimili ita tenet Abb. conſi. xxxvj. videtur. lib. 3. Raph. Com. conſ. cxxvij. And. Sic. conſi. xlviij. inter conſilia Alexand. in 4. Dec. conſi. xv. & 170. Franc. de Cur. conſi. xj. Sed tamen his non obſtãtibus, licet caſus ſit periculoſus, & ambiguus, tamen ſentio contrarium, & ſic, quod ſorores excludant agnatos iſtos. Nam clarum eſt, quod de iure communi iſtæ admittũtur, & potior eſt earum cauſa, vt eſt caſus in d. §. ſin autem defuncto. & in d. auth. ceſſante. ergo, ſi oſtenderimus ſtatuti verba illis non obſtare, caſus erit clarus in earum fauorem. & quod ita in dubio tenendum ſit, multũ me mouet, quia ſi ſtatuentes voluiſſent ſorores excludere, non fuiſſent vſi illa circumlocutione de perſona, quæ coniungitur defuncto ratione fœminini ſexus, ſeu de deſcendẽtibus ex linea fœmininâ, ſed dixiſſent quaſcunque fœminas excludi. Item me mouet æquitas naturalis, quia ponamus ſororem eſſe indotatam, ſi eius frater moreretur, ſequeretur quod agnati totum haberent, & ipſa
8 remaneret ſine dote: ex quo † de iure communi hæredes fratris non videntur poſſe cogi ad dotandã vel alimentandam ſororem. l. ſi quis, à liberis. §. item reſcripta. ff. de liber. agnoſc. niſi in extrema neceſsitate, quod eſſet valdè iniquum, & certè ſi ſtatutum voluiſſet excludere ſorores, prouidiſſet huic caſui quod cum non fecerit, ſatis apparet non fuiſſe eius intentionis aliquid illis innouare in fraterna hæreditate. vnde veriùs puto, quòd iſtæ ſorores ab ipſo ſtatuto non ſolùm non ſunt excluſæ, ſed vocatæ per illa verba, *quod hæreditas perueniat in agnatos, ſeu parentes proximos.* nam etiam
9 ipſæ ſunt † de agnatione & parentela data, quòd ſint nuptæ in alienam familiam. l. voluntas. vbi eſt caſus. C. de fideicommiſſ. & facit text. in §. 1. & §. cæterùm. Inſtitution. de legit. agnat. ſucceſſ. & quod not. Alexand. conſil. liij. in 3. & regula eſt, quod in ſtatutis maſculinum cõcipit fœmininũ: vt per Bartol. in l. iura. in fin. ff. de legib. cum concord. per Alexand. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſoluto matrimon. Nec obſtat, quod ſtatutum ſit correctorium iuris communis, quia quoad caſum noſtrum non eſt correctorium: imò ſecundùm ius commune, videlicet, quod ſoror excludat iſtos agnatos remotiores, vnde faciẽda eſt lata interpretatiò, vt in ſimili habetur per gloſſ. & Doctores in l. 2. de in ius vocando. quatenus ergo eſt correctorium, tunc fateor quod deberet reſtringi, & forte poſſet procedere contraria ratio; quatenus verò eſt conforme iuri communi, prout in caſu noſtro, debet ampliari vt maſculinum concipiat fœmininum, & ſic tollitur ratio Ioan. de Ana. in allegato conſi. iiij. Quamuis & in ſimili caſu Bal. in allegato conſi. cccclxxiij. in §. poſt longas allegationes reſideat in opinione contra maſculos, tanquam pro eis ſit ruditas (vt eius verbis vtar) pro contraria parte æquitas; ſatis enim apparet in caſu noſtro dilectas fœminas dummodo ſint ſint agnatæ ex quo ſtatutum eas vocat: ſecùs ſi vocaſſet ſolos maſculos, & ſic tolluntur duæ primæ rationes. Non obſtat 3. ratio, quia non eſt abſurdum ſorores admitti etiam excluſa matre. nam videmus quod iſtud idem erat etiam ante ſenatuſconſultum Tertyllianum, & ratio ſtatuti militarent in iſto caſu, ex quo ſorores ſeruant rationem agnationis & familiam, quod ceſſat in ipſa matre, & eſt quædam turbatio ordinis † quod 10
aſcendentes ipſi ſuccedant. l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam. Non obſtat quarta ratio, quia non eſt abſurdum quod filij ſororum prædefunctarum excludãtur, prout etiam iure veteri excludebantur. l. 3. C. de legit. hæred. §. ſi plures inſtitu. de leg. agn. ſucceſſ. l. auunculo commu. de ſucceſſ. & admittantur ſorores priores in gradu prout etiam in fideicommiſsis familię accidit. ſecundum Bald. & Rapha. Com. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. Ang. Aretin. in §. cum filius. Inſt. de hæredib. quæ ab inteſt. & verba ſtatuti clara ſunt: dum excludunt coniunctos defuncti ratione fœminini ſexus, quibus verbis filius ſororis cenſetur reiectus. §. hos etiam. Inſti. de ſuc. cogn. & in ſimili per Bal. Rapha. Com. & communiter Mod. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis & poſth. & licet ipſi excludantur, non tamen excluduntur ſorores, in quibus eſt qualitas, quæ in ipſis deficit: ſorores enim ſunt de agnatione defuncti, ipſi autem non ſunt. l. pen. §. in his igitur. C. de leg. hæredib. §. j. Inſtit. leg. agnat. tut. vnde cum in eis deſit qualitas propter quam admittuntur, debent cenſeri excluſi: vt per Bart. in l. liberorum. ff. de verbo. ſign. & ſic falſum eſt quòd excludantur ſimpliciter à ſtatuto propter cauſam fœminarum, ſed propter cauſam agnationes, quæ in eis non eſt. vnde regula d. auth. multò magis. & l. maritus. nihil aduerſantur in noſtro caſu. Non ob. quinta & vltima ratio, quia potiùs poteſt retorqueri in oppoſitum. nam ſi ſtatutum in prima clauſula, quo vocat agnatos excluſis cognatis, ſolum intellexiſſet de agnatis maſculis, vtique expreſsiſſet, ſicut expreſsit in ſequenti clauſula excluſiua deſcendentium ex linea fœmininâ. arg. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cãd. toll. & cap. ad audientiam. extrà. de decimis. & per hanc rationem ita in ſimili tenet Petr. de Anc. conſi. cxx. Io. de Ana. conſi. xxij. Alex. conſi. xxxviij. in 6. lib. & cõſi. xvij. in 7. Lud. Bolo. in conſi. xlix. in 4. vol. conſiliorum Alex. Iaſ. in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. Cor. in conſi. cxxxiij. verſic. Item circa. in 3. vol. & eſt communior & verior concluſio, & allegata in contrarium poſſint procedere, quando eſſent in ſequenti clauſula ſeparata, ladicta aliqua verba relatiuè, ſeu repetitiua qualitatis præcedentis, puta dictos agnatos maſculos: & ita loquitur Abbas in dicto conſil. xxxvij. & Raphael Com. in allegato conſi. cxxvij. & doctrina Bartol. in l. fina. ff. ad Trebel. & ità latiùs iſta adtingendo pluries conſului. ſed quia iſtud venit incidẽter, nõ eſt opus in præſentia repetere; & ſic

concludo

concludo dictam hæreditatem ad eas sorores solùm pertinere, quæ erant superstites tempore mortis ipsius Ioan. exclusis agnatis, & liberis sororum, quæ prædecesserant. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVI. SVMMAE.

1 *Matricula nihil confert ad substantiam rei, sed duntaxat ad probationem.*
2 *Lex requirens aliquam qualitatem quæ verisimiliter substantiam rei respicit, oportet eam adesse, aliter verba legis non verificantur.*
3 *Scholaris etiam non matriculatus ciuis.*
4 *Noua consuetudo prævalet, & censetur subrogata veteri observationi.*
5 *Semper facienda est interpretatio per quam lex aliquid operetur & observantiam suam habeat.*
6 *Qualitas adiecta non restringit dispositionem præcedentem.*
7 *Rubrica declarat legem, & facit vt generalis intelligatur.*
8 *Licet verba legis non possint verificari ex toto, non tamen ideo cessat lex, sed secundùm legislatoris mentem adhuc habet locum, quatenus observari potest.*
9 *Delicta remanere non debent impunita.*
10 *Habentes præcipua scholaria verè & propriè censentur scholares.*
11 *Dum quis habet libros Bononiæ, & habet animum reuertendi perinde est ac si esset Bononiæ.*
12 *Regulariter secuto delicto confunditur mandatum cum delicto.*
13 *Delictum non punitum, non potest extinguere præcedens.*
14 *Præparatorium consumitur per actum subsequentem, tanquam per actum finalem.*
15 *Delinquens debet puniri in loco delicti non in loco mandati.*
16 *In loco domicilij non potest procedi aduersus absentem.*

VERIOR est conclusio, quod statutum volens scholarem tractari tanquam ciuem habeat locum, etiam si non sit matriculatus. † Matricula enim nihil confert ad substantiam rei, sed duntaxat ad probationem. l. Herennius. cum gl. ff. de decur. Ant. de Butr. Imol. Felin. cap. 1. extra, de fid. instr. Alex. in l. scriniarios. C. de test. mil. vnde si aliter constat, quod sit scholaris fruetur tali priuilegio statuti. Nec obstant verba statuti, *Scholares forenses, qui in matriculis vniuersitatum conscripti sunt, &c.* Quia † respondeo, quòd in hac materia solet tradi à doctoribus distinctio. aut enim lex requirit aliquam qualitatem, quæ verisimiliter substantiam rei respicit: & tũc oportet eam adesse, aliter verba legis nõ verificãtur. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. causis in possess. ea glo. l. mãcipia. C. de seru. fugit. Ioan. And. & Lan. in c. 1. de homicid. lib. 6. Aut verò talis qualitas probationem seu quid extrinsecùs accidens respicit: & tunc nihil refert, q. ea nõ intercueniat. l. 1. §. quod vulgo. ff. quod vi, aut clã. l. à diuo. §. in vẽditione. ff. de re iudic. per Bart. in l. denuntiasse. §. quod tamen, vers. vltèrius quæro. ff. de adult. Bald. l. Titia. ff. solut. matr. In casu † autem nostro quod sit matriculatus non videtur respicere ad substantiam rei infrascriptis rationibus. Primò, quia matricula respicit solam probationem, vt suprà dixi. Secundò quia aliàs sequeretur, quod statutum nunquam haberet locum: cùm hodie nemo matriculatur. & hæc qualitas amplius non sit in vsu. vnde † noua consuetudo prævalet: & censetur subrogata veteri observationi. §. postea. Inst. de succes. lib. quod habetur in c. tranlato. extra, de cõst. & per Bar. in l. Gallus. §. & quid si tatum. de lib. & posth. vbi cõditio quæ & ipsa quædam qualitas est, per equipollens adimpletur & † semper facienda est interpretatio per quam lex aliquid operetur, & obseruantiam suam habeat glo. cle. 1. de stipul. verbo. sepelire. & quod habetur in c. si ciuitas. de sen. excomm. lib. 6. Tertiò, quia statutum in rubrica & in prima parte simpliciter facit mẽtionem de scholasticis. Vnde qualitas † deinde adiecta nõ restringit eam dispositionem. l. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ign. Io. de Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. Nec in c. cùm non ab homine. not. 2. extra, de iudic. Quartò, propter generalitatem rubricæ, *Quod scholares tractetur, &c.* & nõ dicit de matricularis: & ideo intelligatur statutum etiam de non matricularis † rubrica declarat legem: & facit, vt generalius intelligatur secundum Bald. consil. lxxvj. an statutum, in 3. & xxiiij. in 5. Pau. Castr. consil. cccxxiiij. præsens casus. Alexand. consi. lxxxiij. & cons. cxxij. in 3. vol. Soci. cxxviij. & est communis opi. vt per Mod. in l. 1. ff. si cert. pet. Quintò, quia † licet verba legis non possint verificari ex toto, non tamen ideo cessat lex. sed secundùm legislatoris mẽtem adhuc habetur locum quatenus obseruari potest secundum gloss. in c. 1. in verbo, in primitijs, extrà, de decim. glossa. in Clem. vnica. verb. censura. de vsur. Lud. Rom. in consil. cccxxxiiij. incip. in quo quæritur. versic. secundo ad idem cum similibus per Felin. in c. nonnulli. extra, de rescript. Sexto, quia hoc casu facienda est lata interpretatio, † ne aliàs delictum remaneat impunitum. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & quia reuertimur ad ius vetus, seu ius commune, secũdùm quod quis punitur in patria de crimine extra patriam perpetrato, quando bursa fiscalis est vna & eadem secundum Bar. in l. cũctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. vnde tali casu dispositio secundum qualitatem ei adiectam non restringitur. c. cum illorum. versiculo, nos tamen. vbi Felin. extrà, de sen. excomm. Nõ obstat, quod statutum in fine excipit eos, qui nõ sunt verè scholares. respondeo, quod quamuis quis non sit matriculatus non ideo minus est verè scholaris: quia matricula est solum ad proprietatem, vt dixi, & habetur in d. l. scriniarius. & tales per hodiernam obseruantiam habent vocem inter scholares, & fruuntur priuilegijs. vnde cum † habeant præcipua scholaria verè, & propriè censebuntur scholares. l. scire oportet. vbi omnes. ff. ad municipal. Non obstat, quòd talia priuilegia scholasticis concessa videntur circumscribi loco, & non extendi extra territorium, &c. Respõdeo hoc esse falsum. imò cohærent personæ extra territorium, secundùm Bal. in l. si non speciali. C. de testa. in l. omnia. C. de episc. & cle. in tit. & de pac. Const. vers. quæro nunquid ciuitati & † dũ habet libros Bononiæ & habet animum reuertendi, perinde est, ac si esset Bononiæ. l. quæsitum. de leg. 2. l. penult. C. de priuil. eorum, qui sac. pala. libro xj. Septimò & vltimò non omitto, quod hic etiam non obstante dicto statuto debet puniri reus ille saltem propter mandatum, & tractatum hic factum, secundùm Bar. in l. si amicis. §. sed & si. ff. de adult. licet enim † regulariter, secuto delicto confundantur mandatũ cũ delicto l. illud. in fi. ff. ad leg. Aquil. gl. l. qui de crimine. C. de accusa. & habet in l. non solum. §. si mandato. vbi Bar. ff. de iniur. tamen

men

men hoc dictum recipit aliquas limitationes, quę habent locum in casu nostro. Prima est, quando quis non ordinauit, quod ipse occideret, sed alius tunc mandatum alij factum, qui executus sit, non cõfunditur, sed potest in loco mandati puniri, vt sentit Bar. in d. §. sed & si in domum, per illũ tex. vbi est casus huius limitationis. Secunda est in mãdato assassinamenti, per tex. in cã. 1. de homicid. lib. 6. & sequitur Ang. in tract. maleficiorum. verb. existens Florentiæ. Tertia est limitatio, quando in loco delicti. homicida fuisset cõtumax, & non
13 potuisset puniri: quia † delictũ non punitũ, nõ potest extinguere præcedens, secundum Bar. in d. §. sed & si domum. Refert, & sequitur Angel. in loco suprà allegato. & facit quod idem videmus in furto, in quo rei contrectatio extra territorium facit nouum furtum videri, si in loco delicti non potuit puniri, secundùm Bar. in l. si dominium. ff. de fur. vbi Ang. ita tenet: sequitur Ioann. de Ana. in c. si. extra, de fur. Nec obstat, quod Ang. in d. §. sed & si domum. dicat hoc sibi non placere, sed innitatur leuibus rationibus. Prima, quia confunditur tractatus per maleficium, non autem per impositionem pœnæ. respondeo hoc est falsum, aliàs maleficium redderetur omnino impunitum, & ipsemet Ang. hoc sensit, in d. l. si dominium. & Bal. in l. si executorẽ. C. de exe. rei iud. & facit quod not.
14 Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. viola. Secunda † præparatorium consumitur per actum subsequentẽ, tanquam per actum finalem, secundum Angel. in l. nunquã plura. in fi. de priua. delict. Respon. hoc verum est si actus finalis sit punitus, sicut accessio nõ extinguitur per principale quod sit infirmum seu inutile. l. hęres à debitore. §. quod si hic seruus. ff. de fideiuss. quæ fuit cum Bar. iudicio meo concludens. ideo ab eo non recedendum. Quarta limitatio videtur posse dari, vt procedat conclusio, quando & mandatum, & delictum factum est in eodem territorio: secùs, si in diuersis. cum enim ex mandato, & tractatu, quæsitum sit ius fisco incolatus, si deinde alibi delinquat, nõ debet tolli ius semel, primo fisco acquisitum, sicut dicimus de crimine mixto punito in foro ciuili. quod potest etiam in foro canonico puniri, & econtrà, quia iurisdictiones sunt separatæ, vt est tex. in c. 1. extra, de offi. ordi. in fi. & per Iac. de Aren. Guil. Iac. Butr. & Bal. in l. placet. per illum tex. C. de sacrosan. eccl. Bal. consi. cclx. facta est inquisitio. in 3. vol. cum cõ cord. per Felin. in ĉ. de ijs. in 12. limitatione. de accusa. vbi attestatur ita cõmuniter teneri: facit tex. in c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. Quintò, limita per gl. in l. si quid fur. in prin. ff. de fur. Flor. in d. l. illud. §. 1. Sextò, limita vt per Bar. in l. quod ait lex. §. q. ait. de adult. Septimò, limita vt per Alexan. consi. ccxj. 6. lib. Nec obstat etiam consilium Philippi Cisolæ, inter consil. Bal. 321. in 4. facit in proposito quia ibi nõ poterant illi malefici puniri de tractatu in ciuitate Genuẽsi, quia non habebant ibi domicilium, vt expressè ibi dicitur, quod cõtrà est in casu nostro: quia iste delinquẽs est ciuis Bononiẽ.
15 Non obstat, quòd debeat † delinquens puniri in loco delicti, non in loco mandati, secundùm Bar. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. quem sequitur Ang. in tract. malefi. varijs locis, respondeo, procedit hoc secundùm regulam, quæ fallit suprascriptis casibus. Non obstat, quòd † in loco domicilij
16 non debet posse procedi aduersus absentem. l. 1. C. vbi de crimi. agi oport. c. fi. de foro comp. respõdeo, prouisum est per statutum, vt etiam cõtra absentes procedatur. Et ideo istud nihil est.

A CONSILII XVII. SVMMÆ.

1 *Fraus præsumitur ex coniunctione personarũ, quando quis non potest relinquere marito, aut filijs mariti relinquit vxori, seu matri filiarum.*
2 *Nulla maior coniunctio personarum quàm inter matrem & filios reperitur, seu inter maritum & vxorem.*
3 *Statutum à iure communi exorbitans censetur odiosum, & quare.*
4 *Statutum à iure communi exorbitans restringi debet vt minus lædat ius commune, quàm fit possibile & vltra verba sua non extendatur.* B
5 *Donatio inter coniuges reuocatur quatenus donataria effecta sit locupletior vnde si consumpserit nulla est actio.*
6 *Hæres hæredis dicitur hæres testatoris primi.*
7 *Vxor prohibita dare marito secundùm l. hac edictali. C. de secun. nup. potest filijs ex eo quantum velit dare, nec fraus vlla præsumetur.*
8 *Fraus præsumitur per interpositionem personæ, vbi probetur positio, & de re prohibita agatur.* C
9 *In statutis non attendimus formam conceptionis verborũ, sed sensum.*
10 *Statutum quod statibus masculis fœminæ non succedant tanquam odiosum non debet extendi extra territoriũ, nam tale statutum simpliciter loquendo est fauorabile, quia factum principaliter propter fauorem masculorũ non autem in odium fœminarum.*
11 *Successio ab intestato defertur secundùm præsumptam mẽtem decedentis, qui videtur se conformare cum dispositione legis.* D
12 *Mulier nupta sequitur forum mariti post mortem, tanẽ post mortem mariti potest mutare incolatum, & mutat etiam forum.*
13 *Forum vbi adsunt bona & adest incolatus præualet.*
14 *Quando quis habet plura domicilia & vnum sit principalius altero, sed in domicilio inferiori sit res de qua agitur, tunc debet attendi domicilium minus principale propter bona, quæ ibi reperiuntur, & quare.*
15 *Duo vincula magis stringunt, quàm vnum.* E

PRÆSENS quæstio vertitur circa intellectum statuti nostri Mediolanensis, quod ascendens, non possit meliorare conditionem descendentis directè, nec per indirectum, &c. nunquid habeat locum in præsenti casu, in quo socrus prælegauit plurima nurui. Et dubitationẽ facit: quia videtur huiusmodi prælegatum esse factum in fraudem statuti, quæ fraus præsumitur † 1
ex coniunctione personarum. Cum enim non possit relinquere marito, aut filijs mariti, reliquit vxori, seu matri filiorum: vnde fraus videtur præsumenda. arg. l. si is, qui. ff. de vulg. & pupil. & quod not. Albe. in secunda parte statutorum, quæst. 111. & Paul. Cast. consi. cxciij. in 2. succedent enim in eo tandem matri sui filij, sicq; plus consequentur, quàm alij. l. Lucius Titius. in fi. de iure fisci. vbi Bar. Suader dolum etiam † coniunctio personarũ 2
qua nulla maior quàm inter matrem & filios. l. data. C. de don. seu vxorem & maritum. c. debitum. extrà, de big. Sed tamen ijs non obstantibus, puto dictum statutum in casu nostro locum non habere: est enim tale † statutum exorbitans à iure 3
communi. l. non vsque adeò. ff. si à pa. qui fu. manu. & censetur odiosum: quia restringit potestatem ascendentibus relinquendi, & remunerandi obsequia liberorum secũdùm benemerita. Contigit q; ius causę secundùm quod possunt parere, 4

salua

salua legitima, disponere arbitrio suo inter descen A
dentes. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inoff.
4 test. vnde † debet restringi, vt minus lædat ius com
mune, quàm possibile sit, & vltra verba sua nó ex-
tendatur, quod regulare est in omni statuto odio-
so, vt in terminis huius statuti dixit Ias. cons. xlij.
vers. ij. in iij. Modo in casu nostro non verificatur
melioratam esse conditionem domini Caroli, vel
filiorum eius: quia relictum sit vxori. Cum enim
vxor possit hæc bona consumere aliter, quam in
vtilitatem mariti, vel filiorum, non potest interim B
dici eorum conditionem melioratam. l. sed & si le
5 ge. §. consuluit. ff. de pet. hær. sicut videmus in † do
natione prohibita inter coniuges, quæ non reuo-
catur, nisi quatenus donataria effecta sit locuple-
tior: vide si consumpserit, nulla est actio. l. si præ-
dia. in fi. ff. de don. int. vir. tunc posset subesse pro-
babilis dubitatio, si hęc mulier mortua esset, & bo
na hæc prælegata reliquisset marito, vel filijs: ob-
staret enim illa dictio, per indirectum, posita in sta
6 tuto. Et quia † hæres hæredis dicitur primi testato C
ris hæres. l. si quis filium. in fi. de acq. hær. Verum
ipsa viuente, non militant verba statuti: & sicut po
tuit relinquere cuilibet extraneo, multò fortius
nurui: maximè propter benemerita, vt ipsa assent
in dictis donationibus. Cui assertioni videtur stan
dum cum respectu nurus, nulla sit prohibitio: per
ea, quæ not. Dd. in l. si donatione. C. de coll. Dec.
cons. xxi. Et quod ista opinio sit vera, probatur per
textum expressum in l. fi. ff. de ijs quib. vt indig. vbi
prohibitus relinquere vxori vulgari, vel eius libe- D
ris potest fœcum instituere: nec ideo fraudem le-
gi facere dicitur. Pro eadem sententia etiam facit,
quia † vxor prohibita dare marito secundum legę,
7 hac edictali. C. de secund. nupt. potest filijs ex eo,
quantum velit dare, nec fraus vlla præsumitur. §.
nec illud. in fi. & §. pen. in auth. de nupt. & in quæ-
stione facti ita respondent Bald. Pau. Castr. & alij,
quos refert & sequitur Dec. cons. cclxvj. & ita vi-
8 detur magis communis opinio. Nec obst. quod †
fraus præsumitur per interpositionem personæ: E
quia hoc verum, vbi probetur interpositio, & de re
prohibita agatur, iuxta l. si quis in integris. ff. qui,
& à quib. manumis. & d. l. si is, qui. de vul. & l. iij. §.
fin. eaque. C. de natu. lib. Sed in casu nostro non
cóstat, quod sumus in vetitis, cum relinquere nu-
9 rui de se sit permissum, nec constat ei datum tan-
quam interpositę personæ, imò verba contractum
sonant in oppositum, quod contemplatione ipsę,
& propter eius benemerita, & in casu Paul. Castr.
erant aliæ coniecturæ efficaciores maximè quod F
prius fecerat aliam donationem vxori, quàm in-
terponeret sorori. Et ita eo soleo tenere in l. post
contractum. ff. de don. in iiij. præsum. Bar. ad fi. Prę
terea, vt intelligo, maxima pars bonorum est sita
in agro Papiensi: vnde dico quod suprascriptum
statutum non debet attendi extra territorium, pu-
ta in simili statuto, dicit Dec. cons. xxvj. vbi loqui
tur in statuto, quod mulieres maritentur secundũ
paragium, quod non habet locum extra territó-
9 rium, & licet in casu Decij † statutum esset conce- G
ptum per verba affirmatiua, tamen non attendi-
mus formam conceptionis verborum, sed sen-
sum, vt dicit Bar. in l. inter stipulantem, in fi. prin.
ff. de verb. obl. glo. & Dd. in l. actor. C. de probat. &
eodem modo † statutum nostrum potuisset poni af
firmatiuè quod ascendens teneretur tractare æ-
qualiter, &c. nec per hoc deberet induci diuersi-
tas iuris. Nec obstat doctrina Bart. in l. j. : vers. vj.
videndum. C. de sum. trin. & fid. cathol. quia Bart.

Consil. Andr. Alc.

debet intelligi quando statutum continet prohi- A
bitionem fauorabilem, vel odiosam, non quidem
absolutè sed fauorabilem, vel odiosam ipsi prohi-
bito, & ita eum intelligit Pet. de Anch. in repet. ca-
nonum statuta. vers. venio ad alium. de const. &
Lud. Rom. cons. xxxix. sed in casu nostro prohibi-
tio est odiosa ipsi ascendenti, licet sit fauorabilis
filijs, ergo cum sit odiosa respectu prohibiti non
extenderetur extra territorium. arg. d. l. ex ea. & qd
ista intelligentia sit verissima, ad Bart. apparet ex
eius exemplo, dum dicit, quod † statutũ quod stan- 10
tibus masculis, fœmina non succedat tanquam o-
diosum non: debet extendi extra territorium:
nam tale statutum, si simpliciter loquimur, est fa-
uorabile, quia factum principaliter propter fauo-
rem masculorum, non autem in odium fœmina-
rum. arg. l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. & ista
est communis opi. vt attestatur latè Fran. de Cur.
cons. ix. inci. Ticinensi statuto. & cons. lxxxj. inci.
recte. & tamen Bar. dicit, quod non debet extẽdi,
ratio est quia respectu personæ prohibitæ. id est, 11
fœminæ datur odiosum. Et suaderur hac ratione, †
nam successio ab intestato defertur secundum pre
sumptam mentẽ decedentis, qui videtur se confor
mare cũ dispositione legis. l. conficiuntur. ff. de iur.
codic. l. quidam cum filium. ff. de verb. ob. Cum
ergo deferatur ex presumpta mente decedentis, si
statutũ est fauorabile ipsi decedenti verisimile est,
quod voluerit seruari respectu omnium bonorum
etiam extra territorium & ideo extenditur. Si ve-
rò continet prohibitionem odiosam ipsi decedẽ- D
ti prohibitò, est verisimile quod noluerit extendi
dato, quod inde resultaret fauor alteri, vnde mer-
tò debemus considerare fauorem, vel odium re-
spectu prohibiti, non autem generaliter, præser-
tim cum statuta omnia limitantia, vel corrigẽ-
tia ius commune non possint esse fauorabilia vlli
quin sint odiosa alteri, & non potest negari, quin
suprascriptum statutum sit odiosum, vt de plano
fatetur Ias. d. cons. xlij. Vltimo est aduertendum,
quod in casu nostro non solum agitur de bonis, E
quæ sunt extra territorium, sed etiam persona est
forensis, seu originaria Neapolis, vnde † licet pro- 12
pter matrimonium sequuta sit forum mariti & cœ
perit esse incola Mediolan. tamen dictum incola-
tum post mortem mariti mutauit, quod facere po
tuit. l. domicilium. ff. ad municip. l. placet. vbi Bar.
eod. tit. & accessit habitatum, vbi erant bona, &
quamuis potuerit retinere etiam domicilium Me
diola. tamen cum iuerit habitatum extra territo-
rium respectu bonorum ibi existentium, † illud fori 13
præualet, & consequenter et illius statuta fori, nó
aũt statuta Medio. vt in simili voluit Abb. in c. dile
ctus filius. ij. de rescr. vers. iij. contrariò, vbi inquit,
quod † quando quis habet plura domicilia, & vnũ 14
sit principalius altero, sed in domicilio inferiori
sit res, de qua agitur, tunc debet attendi domicili-
um minus principale propter bona, quæ ibi repe-
riuntur, quia tunc in domicilio inferiori duo con-
currunt, domicilium, & res litigiosa: ideo præua-
let † quia duo vincula magis stringũt. c. j. de treug. 15
& pac. Idem tradit Abb. in cap. ex parte. C. de for.
compet. Maria. Soc. in c. fin. de foro comp. in V. q.
prin. in fin. vers. aduer. tamen. sequitur Dec. cons.
cclxxxiij. & ideo concludo respectu bonorum, si-
torum extra territorium cessare omnem difficul-
tatem, salua semper saniore iudicio.

CONSILII XVIII. SVMMA.

1 *Statutum correctorium iuris communis stricte intelligendũ est, & cum loquatur in genere masculino non debet tra-*

bi ad fœminum.

1 *Statutum loquens de habitatore non habet locum in muliere habitatrice.*

2 *Natura correctorium debet ſtrictiſſimè intelligi.*

3 *Natura ſtatuti eſt quod ſtrictè eius verba intelligantur, nec ab eius verbis recedatur.*

4 *Clauſula omni meliori modo virtus.*

5 *Præſumitur quis procuratoris nomine agere dato quod nō expreſſerit etiam reſpectu tertij, quando tertius ſit de mandato.*

6 *Dictio quatenus quid denotet.*

7 *Lex non recepta non obligat.*

8 *Iudex non debet iudicare ſecundum leges non receptas.*

COntra nobilem Ioannam Boni rurſus adducitur q, videatur abſq; actione ex periri propter ſtatutum q, aſſeritur ordinare, *Ne aliquis de ciuitate poſſit acquirere dono, vel emptione actionem aliquam contra ciuem.* ſed ad 1 hoc ſtatutum reſpondetur. Primò, quòd eſt† correctoriũ iuris cõmunis, & ideo ſtrictè intelligẽdum: vnde cum loquatur in genere maſculino, non debet trahi ad fœminam acquirentẽ: vt dicit Alex. in l. Gallus. de lib. & poſth. & conſ. xxiiij. animaduerſis his. libr. ij. vbi concludit q, †ſtatutum loquens de habitatore nõ habet locũ in muliere habitatrice, & idẽ conſ. xxviij. præclarè, & ſubtiliter. lib. iij. Com. conſ. xiv. in prin. lib. ij. Bar. Veron. cõſ. xxvj. cum ſimilib. & iſta opi. in correctorijs, ſ, put nos loquimur non habet difficultatẽ, quia cõcurrũt duo, 3 & †natura correctoriũ, quę debet ſtrictiſsimè intel 4 ligi. l. pręcipimus. in fi. C. de appel. & etiã † natura ſtatuti, à cuius verbis non recedimus, l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. geſt. & ſi quid Dd. cõtradicant loquũtur in altero, non aũt vtroq; concurrente. Confirmatur, quia rõ ſtatuti non videtur ita habere locũ in fœmina, ſicut in maſculo, videtur enim id factũ propter præſumptas fraudes, quę plerunq; in ceſſionibus interuenirent. l. ab Anaſtaſio. & l. per diuerſas. C. mand. quæ ratio ceſſat in muliere, pręſertim in caſu noſtro: cùm ipſa eſſet abſens, vnde eis dolus ceſſat. Ad idem facit quia ſtatutũ, dum loquitur de perſona cedẽtis, fecit mentionẽ ſpecialem ſexus fœminei, dũ dicit q, non poſsit acquirere ab aliquo vel aliqua: qñverò loquitur de ceſsionario, ſolum vtitur dictione maſculina, *Statuimus, ne aliquis, &c.* cũ ſi intellexiſſet de fœmina vtiq; ſciuiſſet exprimere, *Ne aliquis vel aliqua.* prout fecit reſpectu alienantis. argu. l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & c. ad audientiam. de decimis. per quam rationem in ſimili ita concludunt Pet. de Anc. conſi. cxx. Io. de Ana. conſi. xxij. Alex. conſi. xxxviij. in vj. vol & conſ. xvij. in vij. Lud. Bol. cõſi. xlix. in iiij. vol. cõſi. Alex. Corn. conſil. ccxxx. verſi. item circa. in iij. vol. Iaſ. in l. qui filiabus. de leg. j. Secũdò reſpondeo, quod ſi ſtatutum valeat, ius adhuc remanet in credente cuius nomine potuit nobilis Ioanna experiri: quia in inſtrumento ceſsionis, in quo etiam conſtituit eam procuratricem, eſt 5 clauſula, †omni meliori modo, & c. vnde ſi propter ſtatutum nõ valuit acquiſitio actionis, ſaltem debet valere conſtitutio procuratricis, vt agere poſsit & exigere, quia iſtud operatur virtus clauſulæ illius. l. j. ff. de iure cod. l. fi. C. e. per Alex. conſ. cxij. in iij. vol. Fel. in c. cum ſuper. de off. deleg. Moder. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. ob. nec petitio ipſi repugnat, quæ ſimpliciter agit vigorem dicti inſtrumenti, quatenus eam tangebant, vnde quando Iaſ letus ſoluerit, tunc poterit de hoc ſtatuto diſputari inter ipſam, & cedentem, interim Ialetus omnino debet ſoluere. Tertio reſpondeo, quod etiam ſi vera eſſet aſſertio Ialeti adhuc fouet iniquã cauſam, nam ſi ceſsio nihil valet, & ius remanſit in cedente, ſequitur quod d. Franciſcus pater agere potuit tanquam procurator cedentis. Nec obſtant, quæ in contrarium adducuntur. Et primò quod d. Bordini non eſt conſtitutus procurator, tanquàm ſubſtitutus vigore mandati Malabailę, reſpondeo quod imo cõtrarium eſt verum. quod apparet ex libello, in quo d. Bordini expreſsè dicit ſe agere tanquam ſubſtitutum ex facultate, per Malabailã conceſſa: vnde cum reus non poſsit prætendere aliquam ignorantiam de hoc valet proceſſus† præ- 6 ſumitur enim quis procuratoris nomine agere, dato quod non expreſſerit, etiam reſpectu tertij, quando tertius ſcit de mandato. l. poſt mortem. §. j. verſi. niſi fortè creditor. ff. quando ex facto tut. & eſt de mente Alexan. & aliorum, in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. & ſatis eſt id expreſſum fuiſſe. reo cuius intererat, licet inter mandantem & mandatarium nõ fuerit expreſſum cum potuerint hoc etiam tacitè agere, & ita actum fuiſſe præſumitur. l. pignori. §. fi. ff. de vſuca. Imol. Corn. Alex. & Iaſ. in l. poſt dotem. in lectura Din. ff. ſol. matr. quod tãto magis procedit: cum in libello deinde fuerit expreſſum. Secundò non obſt. quod petitio patris, & filię videatur inuicẽ cõtrariari: & ideo non poſsit dici quod pater filiæ conſenſerit iuxta doctrinam Bar. in l. cũ pater. §. libertis. in fi. ff. de leg. ij. quia reſpondeo, q, imò non cõtrariatur, cum in libello dicatur quod agunt quatenus ad eos tangit, & iſta clauſula etiam pluries repetatur, ex quibus verbis apparet, quod ſi ceſsio tenet, filia agit propter proprietatem, pater propter vſumfructum: iuxta l. fi. C. de bo. quæ lib, ſi verò ceſsio nõ tenet, pater agit ad totum, quia dictio, † quatenus 7 rem refertur etiam ad totum. l. ij. C. de hęred. inſti. vbi Iaſ. facit. l. virilis. ff. de verb. ſigni. l. ſi ita à te. eo. tit. Item poteſt agere directis actionibus quæ remanſerunt incedente filia vtilib. ſibi ceſsis, vt habetur in l. ſi pecunia. vbi Iaſ. de leg. j. & in l. j. C. de tranſac. & ſic apparet, quod imò petitiones inuicẽ ſe compatiuntur. Vltimò eſt aduertẽdum, quia (vt ego intellexi) tale ſtatutum moribus vtentium receptum non eſt, imò quotidie recipiuntur ceſsiones aduerſus ciues non obſtante tali ſtatuto, vnde ſuccedit communis concluſio, q, †leges non recepta 8 non obligat gl. in c. j. extra, de treug. & pace. vbi Dd. Bal. in l. rem non nouam. in fi. per gl. ibi. C. de iudi. & in auth. omnes peregrin. C. com. de ſucceſ. & de hoc debet †iudex ſe informare dato, q, in proceſſu probatum non ſit, quia iſtud principaliter tendit ad officium ſuum, qui non debet iudicare, ſecundum leges non receptas, vt habetur in l. j. C. vt quæ deſ. aduo. part. facit tex. in c. ad audientiã. de ſimo. & gl. in §. j. in verb. officij. in auth. de teſtib. & gl. Sal. in l. iij. in verb. inimicitiæ. ff. eo. tit. aliud eſt ſi ſimpliciter agoretur de probanda contraria conſuetudine. Et hæc omnia ſaluo ſaniori iudicio.

CONSIL. XIX. SVMMA.

1 *Statuta recipiunt ſtrictam interpretationem & in eis à verborum proprietate non recedimus.*

2 *Statutum loquens de vendendo, non intelligitur de alijs contractibus.*

3 *Licentia dato à domino, vt vaſſallus poſsit feudum vendere non intelligitur quod poſsit in vltima voluntate relinquere, nec quidem per donationem cauſa mortis alienare.*

BIU Cujas

alienare.

4 *Lex prohibens alienationem bonorum ciuibus, non intelligitur de alijs alienationibus.*

5 *Eadem ratione qua permittitur venditio eadem permittitur quælibet alienatio titulo particulari.*

6 *Verbum vendo comprehendit quamlibet alienationem.*

7 *Statutum disponens feudum posse vendi, censetur alterare naturam ipsorum feudorum.*

8 *Alterata semel natura feudorum nihil impedit, qui quacunque alienatione transferri possint.*

9 *Extensio passiua habet locum in quacunque materia quauis correctoria.*

10 *Extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, habet locum in quacunque materia exorbitanti, & pœnali propter identitatem rationis.*

11 *Filiusfamilias quamuis contrahere possit de re paterna cũ consensu patris non tamen potest testari.*

12 *In dispositione hominis non fit extensio ex identitate rationis.*

13 *In statutis vbi est par ratio, ibi eadem est iuris dispositio.*

STatuta permittunt feuda vendi posse, quæritur vtrùm ex ipsa permissione, venditionis legari possint in vltima voluntate. Et videtur prima facie dicendum quod non: quia statu-
1 ta † recipiunt strictam interpretationem, & in eis à verborum proprietate non recedimus. l. iij. hæc verba. de neg. gest. per Bar. in l. omnes populi. in
2 vj. q. princip. de iust. & iure. Vnde † statutum loquens de vendendo nõ intelligit de aliis contractibus, secundum Io. And. in addi. Spe. de emp. & vend. §. nunc videndum. Alex. consi. lxxvj. in v. Io. Firm. in trac. de gabel. viij. parte principali. particula iij. q. iij. & seq. & idem simpliciter in quacunque materia stricta procedere firmauit. Bal. in l. voluntas. C. de fideicomm. Sicut videmus in simili,
3 quod † licentia data à domino, vt vasallus possit feudum vendere non intelligitur, quòd possit in vltima voluntate alienare, nec quidem per donationem causa mortis. l. filiusfamil. vbi Imol. ff. de don. Bald. cap. j. de prohib. feu. alien. per Fed. si verſic. quod si vasallo. Socin. consil. xix. in j. & facit
4 quia † lex prohibens vend. bonorum ciuibus, non intelligitur de alijs alienationibus. l. final. C. de præd. cur. lib. decimo. ad idem. l. si pupillorum. §. si præter. vbi Alber. de rebus eorum. l. milites. in fine & in princ. de re milit. Sed tamen ijs & similibus (quæ adduci possent non obstantibus) dico
5 contrarium verius esse, quia & ratio & verba statuti hoc inferunt; qua enim † ratione permittitur venditio, eadem etiam quælibet alienatio, quamuis titulo particulari. l. in conuentionibus. ff. de verborum signific. vbi dixi. & quia ex lata significatione verbi, † vendere comprehenditur
6 quælibet alienatio, vt est text. in l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pignor. vel hyp. sol. l. statuliberi à cæteris, in fin. ff. de statuliberis. quòd procedit etiam in statutis, & legibus pœnalibus. gloss. l. quemadmodum. verbo, vendi. C. de agr. & censibus lib. vndecimo. Alexand. consil. j. in iiij. volu. Ias. l. fin. C. de iure emphyteut. post alios in l. filiusfamil. §. diui. in vlij. quæstione. Bart. ff. de leg. j.
7 Et facit quia non potest dominus aliquod interesse prætendere: si enim permittitur venditio quo casu venditor habet pretium, non tamen dominus in illo pretio aliquod ius habet, nec res ex eo empta censetur feudalis, vt dicunt omnes in cap. j. in fi. de feud. non habeu. prop. nat. in vlibus feu. ergo nihil sua interest magis quod vendat, quam
A quod donet, vel in vltima voluntate cui voluerit relinquat. Confirmatur quia † statutum disponens
7 feuda posse vendi, censetur alterare naturam ipsorum feudorum. d. c. j. de feud. non habẽ. propo nas. † vnde alterata semel eorum natura, nihil im-
8 pedit, quin quacunque alienatione transferri possint, quia istud est regulare in feudis non habentibus propriam natũ. & ideo † extensio passiua
9 hoc inducit, quæ habet locum in quacunque materia, quamuis correctoria, secundum Alexand. &
B alios in l. ij. ff. de leg. j. & etiam in statutis, vt ibi per Ias. & Moder. meritò ergo leges feudales prohibentes, rem feudalem extraneis legari. c. j. de succeſſ. feud. verbõ nullo ordinarij, non habebunt locum in tali fundo, prout sentit Bald. in tit. de pace Constantiæ. verb. libellariæ. in c. significauit. de rescript. & c. j. §. & quia vidimus. post Odofr. ibi q feud. da. poss. in vlib. feud. & quod no. Alex. cõsi. cxxxvj. viso & examinato. in j. vol. Cor. cons. xvj. in j. Curt. Iun. in trac. feud. iij. parte. verſic. vj. limitat. cum similibus. Et hoc tenendo non obstant al
C legata in contrarium, & in primis, quod verba in statutis intelligantur propriè, nec in eis sit licita extensio, nam respondeo primo, hoc non procedere, quando † extensio fieret de stricta significa-
10 tione vocabuli ad latam. quia talis habet locum in quacunque materia, siue exorbitanti, vt est glo. in auth. vt hi, qui obligatas. in prin. verſ. hæc omnia. verb. ad curationem. & in clem. j. verb. obligatur. de electione. sed etiam in pœnalibus, propter
D identitatem rationis. l. si vxor. §. j. ff. de adult. facit l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. Secundò respond. quod istud videtur induci vigore extensionis passiuæ, vt suprà declaraui: quæ extensio habet locum etiam in statutis & quacunque materia, vt per Bartol. & doct. in d. l. ij. ff. de leg. j. Non obstat decisiones suprà dictæ Aretini, & Alexand. quia in casu ipsorum non erat identitas rationis, & decisio Ioan. Andr. in d. §. nunc videndum simpliciter. non est vera, vt dixi libr. secundo. de verbor.
E signif. & solùm eo casu potest defendi, quando ratio quæ militat in venditione non haberet locum in datione in solutum. l. pero. §. prædium. ff. de legat. secundo. Non obstat quod licentia de vendendo non trahatur ad alienationem, quæ fit per viam vltimæ voluntatis. dict. l. filiusfamil. vbi Imol. quia hoc procedit in illo casu propter di-
11 uersitatem rationis, quia † filiusfamilias quamvis contrahere possit de re paterna cum consensu
F patris, non tamen potest testari, vt ibi dicitur, & procedit suprascripta decisio in licentia paterna, & sic † in dispositione hominis, in qua non fit ex-
12 tensio ex identitate rationis, vt dixi per multa similia, in tertio lib. de verbor. sign. in princip. Sed quomodo nostra est in dispositione legis, & sic in statuto, in quo maximè attendimur ad rationem statuentium, vt † vbi sit par ratio, ibi & eadem sit
13 iuris dispositio. l. adigere. de iure patronatus. leg. iis solis. in fi. C. de reuoc. don. l. nec in ea. de adul. Nec obstat text. in d. l. final. C. de præd. curial. vbi
G lex prohibens venditionem non censetur prohibere donationem, nam ibi est diuersa ratio inter hos contractus, ratio prohibitionis fuit, ne accepto pretio in diuersas regiones delaberentur, & munera curiæ euitarent, quod non est verisimile eos facturos si pretium habere non possint. Nec obstat l. si pupillorum. §. si prætor, quia illud est ex eo quod quandoque expedita venditio, vtilior est pupillo, & quia forma decreti prætoris fuit ad vnguem obseruata, vt ibi per Alber. non obstat

dictum Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiss.existimantis in materia stricta appellatione venditionis non contineri aliàs alienationes, quia loquitur in prohibitione venditionis, facta per contractum. Sed nostra quæstio est de permissione venditionis facta per statutum, quæ est longè fauorabilior, & pleniorem interpretationem recipit, vt etiam habetur in l.quorum. vbi Bartol. ff.de pignorib.Et ita ego sentio, saluo tamen cuiusque meliore iudicio.

CONSILII XX. SVMMÆ.

1 *In ordinarijs iudicijs offerenda est petitio seu libellus in scriptis, & quomodo hoc intelligatur.*
2 *In summarijs iudicijs, vel quando reus libellum non petit, non est necessaria petitionis oblatio.*
3 *Ex verbis statuti simpliciter aliquid disponentis non inducit forma.*
4 *Lex pro forma requirens citationem censebitur obseruata quamuis non sit citatus ille qui præsens erat.*
5 *Statutum formam inducens recipit condictionem si petatur.*
6 *Exceptio ordinis præposterationis est de apicibus iuris.*
7 *Agens ex statuto debet probare qualitates statuti.*
8 *Vbi deficiunt verba legis deficit dispositio.*
9 *Satis est qualitatem interuenire per æquipollens.*
10 *Statutum requirens oblationem petitionis loquitur, secundum communem cursum causarum in quibus necessaria est oblatio.*
11 *Protestatio Notarij extra iudicium facta non præiudicat parti, sed actis tantum statur, ne in facultate ipsius sit auferre ius quæsitum parti.*
12 *Nuntius non potest reuocare relationem semel factam.*
13 *Lex præsumit pro primo dicto, & quod secundum emanauerit ad subornationem partis.*

VErba statuti sunt, *Si quis oblata petitione coram iudice, & penes notarium actorum dimissa citatus fuerit, &c.* Videndum est, quid iuris sit, si citatio facta sit ad videndũ fieri oblationem petitionis, nunquid videatur seruata dispositio statuti. Præmitto in primis quod secundum ius commune distinguuntur ordinaria iudicio à summarijs, vel ab ijs in quibus reus ipse libellum non peteret, in † ordinarijs enim iudicijs offerenda est petitio seu libellus in scriptis, authen.offeratur. C. de litis contestat. quod intelligendum est, si reus petierit, quo casu, si actor non offerat, & quidem expensis suis iudicium erit nullum.cap.primo.de lib.obl.vbi doct. † In summarijs verò iudicijs, vel vbi reus libellum non petat non est necessaria petitionis oblatio: sed satis est in actis à notario describi.clement. sæpe. de verb. significat.& ita hodie obseruatur, maximè sublegatis, & gubernatoribus, quæ omnia iudicia expediũt summariè & de plano, nec res vllam habet difficultatem.Secundò præmitto, quod quamuis statutum posuerit illa verba, *Si quis oblata petitione.* non tamen inducit formam, per quam actus vitietur, sed sufficit, quòd per æquipolens statuti dispositio obseruetur, quia regula est, & communis conclusio, quod † ex verbis statuti simpliciter aliquid disponentis non inducitur forma. l. statutis. C.de sen.ex breuic.recit.vbi Bald.Salic.gloss. clement.prima. verbo, inhibentes. de iur. patr. tradit Bald. Paul. de Castr. & Alexand. vbi attestatur hanc esse communem, in l.prima.ff.de liberis & posthumis, & quamuis ab hac conclusione excipiantur aliqui casus, de quibus per Felin. in cap. cùm dilecta. de rescr. tamen quæstio nostra non pertinet ad illos casus exceptos, puta quando adiecta esset clausula actus aliter facti infirmatiua. c. dilecto.de præb.aut prohibitiue loqueretur, perpetuamque prohibitionis causam haberet. l. non dubium.C.de legib.gloss. cap. tua. de sponsa. duo. aut per viam mandati ad substantiam rei pertinentis procederet.gloss.non intelligitur.§.diuus.ij.ff. de iur.fisc.Bart.l.j. quæst. iiij. ff. de exer. aut aliàs verbis legis expressum sit formam induci, secundum Marianum, quem refert Felin.in d. cap. cum dilecta.quem tamen ego non soleo sequi. in d. l.j. & quicquid sit, isti casus excepti non pertinent ad quæst.nostram.vnde standum est regulę, vt dispositio statuti in causæ æquipollenti adimpleatur, & pro hoc est decisio Bald.Alexand. & aliorum in l. fin.C.de procur. vbi † lex pro forma requirens citationem censebitur obseruata, quamuis non sit citatus qui præsens erat sic, & † statutum formam inducens recipit condictionem si petatur.l. vniuersa.vbi Iaſ.C.de prec.Imp.offer.Tertiò præmitto, quod istud vt præcedat oblationi petitionis: recipit quendam ordinem præposterationis, quæ † exceptio est de apicibus iuris. gloss. l. si mancipium.§.j.de euict.& ideo coram gubernatore, vel similibus maioribus magistratibus non esset attendenda, secundum Guid.Pap.quæst.xxj.incip. in superiore.allegat not.per Cyn.& Bartol.& in l. j.vt quæ des.aduo. His sic præmissis tolluntur argumenta subtiliter in motiuis, per iudicem adducta. Et in primis dum dicitur quod † agens ex statuto, debet probare qualitates statuti.l.j. §. quod ait prætor.ff.ne quid in flum. pub.quia † vbi deficiunt verba legis, deficit dispositio. l.iiij. §. toties. ff.de dam.infect.Respond.primò, quod † satis est qualitatem interuenire per æquipollens. d. l. statutis.per Bald.& Alexand.d.l.fi.C.de procur. Secundo respondeo, quod dicta qualitas non est necessaria in iudicio coram gubernatore, qui ad solam facti veritatem attendit per supradicta. Tertiò respondeo, quod d. qualitas interuenit, licet ex post facto: sed istud non refert, quia concernit apices iuris. d.l. si mancipium. Quartò respon. quod verba illa, oblata petitione, intelliguntur in casibus in quibus aliàs offerri debet, vt statutum intelligatur secundum ius commune. l. si serui. C. de nox. per Bald. in l. j. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs. intelligentur ergo oblata petitione, si pars libellum petierit, quia aliàs statutum etiam inducens formam recipit subauditionem à iure communi, si par petierit. dict. l. vniuersa. C. de prec. Imp. offer. vbi Iason multa cumulat. Quintò respond. quod † statutum requirens obla. petitionis, loquitur secundum communem cursum causarum, in quibus necessaria est d. oblatio. d. authen. offeratur. d. c. j. de lib. obla. sed tamen non ideo sequitur quin dispositio statuti, habeat locum etiam in casibus in quibus descriptio notarij loco oblationis subrogatur, cum subsit eadem ratio. l. si. n. §. qui iniuriarum. cum ibi notatis. ff. si quis caut. Sextò est aduertendum, quia illud quod dicitur ad qualitatem statuti esse aduertendum, intelligitur de qualitate necessaria, secundum mentem statuentis, non si eadem subsit ratio etiam si qualitas deficiat, secundum gloss. in cap. primo, in verbo, primitiæ. extra, de deci. glos. in clemen. prima. verbo, cẽsura. de vsur. Rom. consil. ccccxxxiiij. de quo per Felin. in cap. nonnulli. extra, de rescript. & facit quod not. Bartol. in l. Titia. ff. sol. matr. Et suprascriptis etiam tolluntur

cætera

cætera motiua, quatenus dicitur quod necessaria fit peritio in scriptis & oblato, &c. quia suprà responsum est, scilicet necessariam esse in ordinarijs, si pars perat, in summarijs verò vel parte non petente sufficere scripturam quam facit notarius actorum. dict. clement. sæpe. in verbo necessario libellum non exigat. Nec obstat quod citatio non videatur legitimè facta; quia etiam ad hoc suprà responsum est, & cùm præsens pars fuerit, satisfactum est statuto requirenti citationem, vt per Bald. & Alexand. d. l. fin. C. de procur. & satis apparet ex testibus quod d. Galeatius non erat ibi casualiter. Nec obstat † protestatio notarij, extra iudicium facto, quia non præiudicat parti, sed statuit ipsis actis, ne in facultate ipsius sit auferre ius quæsitum parti, vt per Bartol. in l. si librarius. ff. de regul. iuris. per doctt. in cap. cum Ioannes, quod not. Alexand. in l. sciendum. ff. de verborum obligat. & quod dicitur de notario, idem etiam de † nuntio, qui non potest reuocare relationem semel factam: subest enim semper eadem ratio, & quia † lex præsumit pro primo dicto, & quod secundum emanauerit ad subornationem partis. cap. præterea. de test. cog. & habetur in §. quia verò multi. in glo. verbo, nam etiam. in auth. de testibus. Cætera suppleat acutissimum ingenium iudicare debentis.

CONSIL. XXI. SVMMÆ.

1 *De iure communi proximior admittitur in successione nõ habita differentia agnatorum.*

2 *Extra, hæc dictio est localis.*

3 *Quando aliquis sortitur forum in variis locis, ratione originis bonorum domicilij, proprie subditus dicitur qui respectu domicilij subijcitur.*

4 *Forum domicilij quandoq; potentius, &c.*

5 *Supplicatio mariti in alia causa, & inter alias personas nõ noceret ipsi marito, multò minùs debet nocere vxori.*

DEfuncto Marchino suborta est controuersia de eius hæreditate inter agnatos in quinto gradu, & Anastasiam consobrinam, quæ est in quarto gradu, & consequenter † proximior secundum formam iuris communis, secundum quod non habita differentia agnationis, vel cognationis proximior admittitur. authent. post fratres. ij. C. de legit. hær. Sed aduersus istam consobrinam opponunt agnati, quod non potest succedere, quia nupta extra iurisdictionem Laudensem, & non suppositò prætori, ex quo Petrus eius maritus est Bergomensis origine, & adhuc seruat illud forum, & ibi habet bona, & subit onera, licet suprà annos decem & octo habiter in agro Laudensi, nec vnquam vxorem suam transtulerit ad partes Bergomenses. Quæritur quid iuris? Respond. Anastasiam præferri istis agnatis. Prima ratio, quia statutum eam punit, quæ se nubit extra iurisdictionem, at cum ista nunquam fuerit extra iurisdictionem, sed semper cum marito permanserit in iurisdictione Laudensi, non verificantur verba statuti, quia † dictio, *extra*, est localis. l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Secunda ratio, quia statutum infrà se declarat illis verbis: *Qui nati fuerint ex non suppositò, &c.* certè Petrus dicitur suppositus, quia cum à tot annis semper domicilium tenuerit in agro Laudensi, non potest haberi pro non subdito, secundum gloss. cap. statutum. §. cùm verò. verb. vnam dictam. de resc. in vj.

A vbi Dd. & Mod. in rub. ff. fol. matr. Fel. c. fi. de foro comp. vbi † quando aliquis sortitur forum in variis locis, puta, ratione originis, ratione bonorum, ratione domicilij, proprie subditus dicitur, qui respectu domicilij subijcitur: merito ergo nihil refert, quod probatum sit eum esse Bergomensem, & ibi subire onera: quia satis est respectu statuti istius, quod domicilium tenuerit in Laudensi. glo. clement. j. verbo, subditos. de foro comp. in fi. Tertia ratio oritur ex alio statuto Laudensi, quo simpliciter dicitur, quod *Qui à modo stabunt per decem annos in districtu, in omnibus habeantur pro incolis & municipibus & tractentur, sicut cæteri, &c.* quod statutum est satis clarum in hac materia, & conforme iuri communi. l. ij. C. de incol. lib. x. Quarta ratio oritur ex ipsi statuti ratione, quę fuit in fauorem eorum, qui sunt de iurisdictione & subeunt onera: ne bona transferantur in non subditos qui difficilius collectantur, & detrectant onera, vt per Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. quæ ratio cessat in isto, qui toc annorum domicilium in agro Laudensi contraxit. Quinta ratio ex verbis statuti, quia oporteret quod agnati probassent, quod hæc mulier se nupsisset, quia statutum non habet locum si nupta sit à patre, vel fratribus, vel similibus, sed oportet, quod à seipsa propter illud pronomen, *se*, quod est personale, secundum Bal. consil. cccl vij. in j. quod not. Gemi. in c. in criminalib. v. quæst. iij. aliàs tale pronomen esset superfluum in statuto, vt in simili per Alex. in l. iij. §. si procurator. vers. limita. ff. quod quisque iur. & quia statutum inducit pœnam infucessibilitatis, vnde ei pœnæ locus esse non debet si reuerentia paterna vel fratrum adducta nupsisset. l. ad ea. in princ. de reg. iur. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. & ita consuluit Bald. vt dixi, cuius magna est auctoritas, maximè quando non habet contradicentem, vt in cons. Calcan. consil. iiij. Sexta ratio, istud statutum pœnale debet intelligi de ea, quæ nupsit non suppositò verè, non autem secundum quid. l. Lucius. §. quæsitum. de leg. iij. vbi Bart. c. j. vbi Bal. de feud. March. Iste autem Petrus propriè dici non potest non suppositus, vel extra iurisdictionem, cum tot annorum domicilio sit suppositus: Non obstat, quod iste est originarius Bergomensis, & ibi habet bona: quia (vt dixi) † potentius est forum domicilij, per gloss. d. clem. j. & per Ruin. cons. lix. num. ix. in iij. lib. Non obstat quod iste supplicauit, vt haberet immunitatem tanquã forensis: Quia respond. quod sumus in ijs, quæ tractu temporis mutantur, erat enim forensis à principio, deinde habitatione decennali factus est incola, & tempore quo cessit dies adeundæ hæreditatis, iam erat incola quod tempus debet attendi. Leum qui. ff. de cond. & demon. vbi Dd. & l. interuenit. ff. de leg. præst. Secundò respond. quod supplicatio † mariti in alia causa, & inter alias personas non noceret ipsi marito, multò minus debet nocere vxori. l. j. l. fin. C. ne vxor pro mari. & facit quod habetur in l. cum præsumit. C. de lib. caus. Imò non sufficit supplicationem esse porrectam nomine Petri, nisi probetur quod verè ipse Petrus eam porrexit, potuit enim ab alio porrigi ipso insciente. vnde debet probari ratificatio. Tertiò respond. quod stat simul quod Petrus tanquam forensis perierit immunitatem, & tamen vxor non excludatur, quia istud onus habitandi per decennium, requiritur in vim modi; vide sufficit, si deinde adimpleatur, quo casu retrotrahitur acquisitio, & perinde est, ac si à principio iste fuisset ciuis, se-

cundum Soc. cons. xix. in iij. vol, & sentit Bartol. in l. murileguli. C. de muril. libr. xj. Fulgos. consil. cij. ad fin. Castr. cons. cxciij. incip. potest quis dicere. Et ita m. i videtur de iure esse dicendum, saluo semper, &c.

CONSILII XXII. SVMMA.

1 *Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*
2 *Statutum debet intelligi, ne seipsum statim & incontinenti corrigat.*
3 *Verbum derogetur quid importet.*
4 *Relatum quis vel qui quandoque stat restrictiuè quandoque declaratiuè ex propria significatione.*
5 *Statuta generaliter vel indefinitè prolata recipiunt interpretationem restrictiuam, & quare.*
6 *Statutum generale quod vxor lucretur post mortem mariti omnia eius causa parata recipit restrictionem à iure communi.*
7 *Argumentum de contractu ad statutum valet.*
8 *Interpretationi statuti magis conformi iuri communi inclinandum est.*

STatuto de quo agitur viso, & subtilissimis allegationibus vtrinque factis, licet prima fronte res visa sit dubia, tamen penitus, & in recessu magis inspiciendo videtur verior opinio, quod legitima in primis debeat à filijs primi matrimonij percipi, & deinde dos in capita diuidi cũ secundo marito: moueor infrascriptis rationibus. Primò, quia statutum vetus simpliciter dicebat, saluo quod non derogetur iuri liberorum prioris matrimonij, & se referebat simpliciter ad dispositionem l. hac edictali. C. de secũ. nupt. vt consuluit Bal. in allegato cons. cclxxiij. suppositio statuto in ij. & nouissimè per Dec. cons. cclxxxiij. in ij. dub. quo statuto stante, si filij habuissent alia bona æquiualentia dotti iuxta formam dic. l. hac edictali. maritus lucratus fuisset totam dotem, & tamè per additionem in statuto nouo factam aliud est, quia quicquid habeant filij de bonis matris, adhuc vocantur ad ratam partem dotis. & sic statutum apparet factum ad † diminutionem lucri, quod maritus facturus erat: ergo non debet interpretari, vt operetur argumentum. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. & ista ratio tollit illud obiectum, quod statutum superfluum sit. Secundò, quia † statutum ita debet intelligi, ne seipsum statim, & incontinenti corrigat. l. non ad ea. iuncta ibi gl. ff. de cond. & demò. & in simili per Alex. in cons. cxxxv. vers. præterea. in j. lib. sed statutum primò dicit, quod non derogetur iuri liberorum prioris matrimonij quod † verbum *derogetur*, importat etiam respectu cuiuslibet partis, vt dicit tex. in l. derogatur. ff. de verb. sig. Vult ergo non derogari neq; respectu legitimæ, vnde per subsequentia verba non debemus intelligere id correctum. Non obstat generalitas statuti, dum dicit quibus existentibus succedat maritus in dote capita, &c. Quia talis generalitas optimè verificatur, quando filij prioris matrimonij haberent legitimam in alijs bonis non dotalibus: ubi verò non haberent non est inconueniens, quòd restringatur statutum ad terminos iuris, tum quia satis apparet de mente statuti se referentis ad ius: vt dicit Bal. in alleg. cons. cclxxiij. tũ quia illud † relatiuum, quibus, non semper stat restrictiuè, sed quandoq; declaratiuè ex propria significatione, vt no. in l. cũctos populos. C. de sum. tri. & fid. cath. & pro hoc est generalis doctr. Sal. in l. vnica. C. de rap. vir. vbi concludit, quod † statuta generaliter, vel indefinitè prolata recipiunt interpretationem restrictiuam. l. ij. C. de noxa. maxime quando particularium sub genere comprehensorum varia est ratio: prout in casu nostro, quando filij habent legitimam in alijs bonis, & quando non habent. Et magis in simili facit quòd not. Raph. Com. in l. secunda. ff. de leg. j. vbi dicit se consuluisse in regno Neapolis, quod † statutum generale quod vxor lucretur post mortem mariti omnia eius causa parata, recipit restrictionem à iure communi, videlicet, quòd tamen teneatur reseruare filijs prioris matrimonij, iuxta dispositionem l. si quis priori. & l. fœminæ. C. de secund. nuptijs, sequitur Aretin. in d. leg. ij. Fortiùs stringit, † quia valet argumentum de contractu ad statutum, l. non impossibile. ff. de pac. sed promissio mariti de dote restituenda patri intelligitur, nisi de dimidia, quando statutum vult quod præcedente vxore maritus lucretur dimidiam, quia generalitas promissionis, de dote restringitur, id est de dimidia, ita dicit Ray. de Forli. in l. post dotem. in 4. lectura. ff. solut. matri. & sequitur ibi Alexand. & Iason. & idem Alexand. consil. cxxxiij. in quinto. & consil. v. in iij. & in simili quæstione idem decidunt Angel. & Imol. in l. damni infecti quidam. §. cùm parietem. per illum text. ff. de damn. infect. ergo conuentio de dote restringitur ad partem dotis, vt intelligatur secundum formam statuti, ita statutum de dote debet restringi ad partem, vt intelligatur secundum ius commune, præsertim in casu nostro in quo statutum se refert ad ius commune, vt dicit Bald. in dict. consil. cclxxiij. Et in hanc partem facilius debet inclinare doctissimus iudex, tum quia † hæc interpretatio est magis conformis iuri communi, argum. l. præcipimus. in fin. C. de appel. tum quia non est verisimile quod statuentes in illa generalitate noluerint intelligere de legitima quò minus filij eam præcipuam habeant. argum. l. si quando. §. fin. C. de inoff. testam. cum ibi not. per Ias. & alios.

CONS. XXIII. SVMMÆ.

1 *Iure communi excluso patre ab hæreditate sibi delata per repudiationem locus est sequenti in gradu secundũ naturam successorij edicti.*
2 *Statuta correctoria iuris communis stricte sunt intelligenda.*
3 *Repudiata quibus debita.*
4 *Dictio deinde quid importet.*
5 *Verbum adiri quid significet.*
6 *Non minus operari debet casus fictus quàm præsumptus.*
7 *Exceptio statuti quæ est conformis iuri cõmuni, secundum ius commune accipi debet.*
8 *Potest eadem persona ab vno gradu exclusa ex alio admitti.*
9 *Quod factum patris filio præiudicet est contra naturalem æquitatem.*

IN casu proposito in primis sciendũ est † iure communi excluso patre ab hæreditate sibi delata per repudiationem, locum esse sequenti in gradu secundum naturam successorij edic. l. j. de succes. edic. & ideo si do. Io. Angelus repudiauit, potest eius filius Henricus ipse adire, quia repudiatione patris non perimit ius filij. l. fi. §. fin. aut in ij. C. debo. q̃ lib. Vnde apparet, q̃ statutũ nimirum cõtrarium disponens est correctorium iuris

luris communis, & ideo stricte † intelligendum, se-
cundum not. in auth. quas actiones. C. de sac. sanct. eccl. Quas quidem verbis diligenter ponderatis, puto in casu nostro ei locum nō esse: moueor principaliter ex rationibus. Prima est, quia non in statuto est expressa, ne partes astuta & calumniosa ratione in fraudem repudient & curent à filijs adiri. Vnde apparet tunc loqui statutum, cum fraus ex eo deprehenditur, quia repudiatione sua sciat pater ius ad filium suum deuolui: sed in casu nostro tali repudiatione ius non ad filium, sed ad sororem defuncti deuoluebatur, ergo nulla fraus di- 3 ci potest subesse. Secunda ratio † causa successionis Henrici non est repudiatio patris, sed repudiatio sororis defuncti consobrinæ suæ, nec statutum impedit, quin possit quis adire hæreditatem à cōsobrina repudiatam, attendendaq; potius est repudiatio consobrinæ, tanquam causa immediata, secundum l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoffi. testa. c. j. §. illud vbi Bald. de prohib. feu. alien. per Feder. & not. l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. quam repudiatio patris, qui non potuit diuinare, quod soror repudiaret, & sic vocaretur deinde filius suus: vnde non subest consilium fraudis, arg. l. Iulianus. ff. qui & à quibus. & §. in fraudem. insti. quib. ex caus. ma. Tertia ratio, statutum scriptum est aduersus patres, qui repudiant hæreditatem, & deinde qui filios adiri curant, quæ ver- 4 ba non verificantur hoc casu, tum quia dictio † *deinde* intelligitur post, & quidem immediatè. l. pen. §. fin. C. de bon. damn. & per Gemin. in c. j. de rest. spo. lib. vj. Iaso. in l. fructus. ff. solu. matr. in casu autem nostro intercessit medium sororis, tum quia 5 † verbum, *adiri*, non potest verificari post repudiationem patris: cum non ideo esset hæreditas filio delata, sed sorori. l. delata. de verb. sig. Quarta ratio, statutum excipit emancipatum, nec præsumit fraudem, ergo fortius censebitur exceptus hic casus, vt exceptio ea ratione facta, quia fraus nō præsumatur; ad hunc casum trahitur in quo constat 6 non subesse fraudem † ne minùs operetur casus verus, quàm præsumptus. l. filio quem pater. ff. de 7 lib. & posthum. & vt † exceptio statuti, quę est conformis iuri communi, secundùm ius commune accipiatur, vt est text. in c. ad audientiam. extra, de cle. non resi. vbi canon. Quinta ratio, cum soror media interceſſerit inter patruum & eius filiū, cessat suspicio fraudis propter interuentum mediæ personæ, sicut videmus in l. fin. ff. de ijs quib. vt indi. vbi si quis legat vxori in fraudem legis facit, & tamen legando socero non dicitur fraudem facere, quamuis à socero in vxorem res deinde possit peruenire ad idem. l. hac edict. C. de sec. nupt. vbi vxor non potest dare secundo marito, nisi secundum dispositionem illius legis; & tamen vxor dans filio mariti non dicitur fraudem facere, vt ibi concludit Bald. & probatur in §. nec illud quoque. in fin. in auth. de nup. & ita etiam consuluit Paul. de Cast. consi. cccexj. viso & examinato. in ij. parte. in nouissimis. Dec. cons. ccccxxxxvj. requisitus. cum sit sexta & vltima ratio est, quia considerandū est, si dici possit, quòd posito, absque veri præiudicio, quòd repudiatione patris filius impediatur, tamē non propter hoc excludetur post repudiationem 8 consobrinæ, potest enim † persona eadem ab vno gradu exclusa ex alio admitti. l. j. §. si proponatur. ff. si quis om. caus. testa. l. j. §. sed videndum. de succes. edict. & l. æquissimum. §. j. ibi. & rursus auus vocabitur. ff. ad Tertyl. quòd maximè est dicendum in casu nostro, in quo verba statuti hæc illius

simpliciter & absolutè non excludunt, sed temporaliter. s. viuente patre, iuxta doctri. Bart. in l. fin. §. fin. ff. ad Tertyl. Repudiante ergo patre, erit exclusus filius à gradu immediatè post patrem sequenti propter statutum, & vniuersa hæreditas ad sororē defuncti pertinebit, quę si repudiet iterum ex alio gradū ille filius, qui est cōsanguineus defuncti vocabitur. Et certè debet iudex in dubio hanc in partem inclinare, tum quia statutū illud est correctorium, vt dixi, tum vt faueat agnationi, tum † quia 9 est contra æquitatem naturalem, vt factum patris præiudicet filio. leg. j. & toto titulo. C. ne filius pro patre.

CONSILIVM XXIIII.

1 *Verba generaliter et simpliciter posita, generaliter sunt intelligenda.*

2 *Restrictio quæ fit vt singula singulis aptentur eo casu fit, quo singula omnibus aptari non possint, secus si possint.*

3 *In materia quantumuis pœnali & odiosa verba generaliter accipiuntur, quatenus vis verborum importat.*

4 *Statutum illud dicitur fauorabile quod principaliter est factum ad tollendam æmulationem, non est in odium alicuius.*



VIA in prioribus allegationibus sufficienter adducta sunt argumenta in fauorem Aromatarij Melonis. Nunc dūtaxat summouebo ea quæ in contrarium valdè subtiliter inducuntur per præstantiss. iudicem. Primò igitur non obst. quòd statutum videatur singula singulis aptasse. *Vt non possit scrinium poni penes aliud scrinium, & discum penes aliud discum, & apotheca fieri penes aliam apothecam, &c.* Respondeo hæc intelligentia statuti, repugnat verbis ipsius, † quæ 1 generalia sunt & simpliciter posita, non possunt commodè hoc modo restringi, sed generaliter sunt intelligenda. l. de pretio. ff. de publicia. & † restrictio, quæ fit, vt singula singulis aptentur, eo casu fit quo singula omnibus aptari non possint, secus si possint. l. sæpe ita comparatum. vbi not. ff. de verb. sign. l. si quis ita stipulatus. de verb. oblig. cle. in plerisque. de elect. in gl. Præterea hæc intelligentia repugnat etiam rationi statuti, quæ est ad tollendam æmulationem artificum, orientem ex vicinitate, quæ vicinitas inducitur siue quis sit mihi vicinus per scrinium, aut bancum, aut alio modo. Præterea videtur etiam repugnare sensui naturali, vt vicinitas per scrinium tuum facta alteri scrinio meo noceat: si verò per scrinium fiat non alteri scrinio, sed apothecæ non noceat, certè non potest assignari ratio diuersitatis: ergo erit idem ius. l. adigere. §. quamuis. de iure patr. Secundò non obst. quòd tale statutum factum sit ad similitudinem artis salariolorum, &c. respondeo, solent salarioli habere tales discos separatos ab apothecis, & aromatarij solent habere contiguos apothecis, vnde cum statutum aromatariorum loquatur de discis, necessariò intelligitur de ijs, quos habent contiguos, cum non soleant habere separatos, sicut salarioli: & similitudo locum habet quatenus habere potest, vt in simili statuto, dicit Bartol. & Dd. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. Alex. cons. cvj. in iij. volumin. Decius c. at si cleric. in fin. de iudic. & non est dubitandum si salarioli haberent apothecam, & scrinium extra, quin

dicto scrinio accipienda esset mensura. Tertiò nõ obstat, quod ex verbis statuti apparet, quòd vltra apothecas etiam super alijs, & in alijs locis dictas artes exercentur, &c. respondeo, esto, quod istud sit verum, non sequitur, qui exercentur in apothecis, præterea in scrinio exteriore, quin mensura statuti accipienda sit à dicto scrinio, & ab appendicijs exterioribus apothecæ, vt dictum est. Quartò non obst. quòd alijs temporibus concurrerint dictæ apothecæ, quin, &c. respondeo, sufficit interuenisse quinquennium, quòd non concurrant, & quòd qualitas prohibitiua superuenerit, arg. l. tandiu. de cũ. fu. & per Bart. in l. cum vir. ff. de vsuc. & in l. pluribus. §. fin. de verb. obli. id est vicinitas intra tres perticas terræ, quæ facta est propter ampliationem apothecæ melioris, & licita est tali casu præoccupatio. l. naturalem. §. j. de acquir. rer. dom. Bartol. l. quo minùs. ff. de flumin. vnde facta ampliatione acquisitum est ius statim illi præoccupanti, ne quis possit illi amplius appropinquare ad dictam mensuram, quamuis prius potuisset, qualitas ergo prohibitoria superueniens, perimit ius volentium amplius appropinquare. Quartò non obst. quod credendum sit dictam apothecam olim factam fuisse, quia non esset intra mensuram & sic præsumendum sit secundum regulam statuti, &c. respondeo, vt suprà proximè. Præterea est aduertendum, quòd cùm potuerit illa apotheca fieri in proximo de licentia, onus probandi quòd licentia non interuenerit pertinet ad ipsos, qui volunt iterum facere, vt in simili concludit Lap. allega. cxxvj. quem referunt & sequuntur Anton. de But. & Io. de Imo. in c. super his. de accu. & facit quòd not. Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. Sextò, non obstant responsiones datæ rationibus meis, quatenus dicitur, quòd mæuianæ, & suggrundæ sunt pars domus, quia perpetuò remanent, &c. respondeo, statutum in casu nostro non considerat, quòd remaneant seu perpetuò sint, cum loquatur etiam de scrinijs & discis, quæ absportantur noctis tempore, &c. Septimò non obstat, quod statutum istud est correctorium iuris communis, & ideo restringendum, &c. respondeo, in † materia quantumuis pœnali & odiosa, tamen verba generaliter accipiuntur, quatenus vis verborum imputat. l. cum lege. ff. de testament. vbi Aretin. statutum autem non absque alia extensione ex vi verborum suorum comprehendit hunc casum: quia expressè loquitur de scrinio, seu re aliqua, &c. Præterea (vt dixi) tale † statutum est fauorabile, quia principaliter factum ad tollendam æmulationem, non autem in odium alicuius. l. qui exceptionem. vbi omnes not. ff. de cond. indebit. Octauò & vltimò non obstat, quòd videtur cessare ratio statuti seu tollendæ æmulationis, ex quo via publica est in medio, &c. respondeo, statutum solum considerat distantiam trium perticarum, non autem quod sit apotheca ex eodem latere, vel ab alia parte, & ideo concludo pronuntiandum pro Helenibus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

A

B

C

D

E

F

G

3

4

CONSIL. XXV. SVMMÆ.

1. *Proximiores præferri.*
2. *Dictio adhoc stat restrictiuè seu modaliter secundum supradicta.*
3. *Argumentum de re ad personas valet.*
4. *Difficilius fit extensio de persona ad personam, quàm dere ad rem.*
5. *Remotiores in gradu censentur minùs dilecti.*
6. *Ratio fauoris agnatorum siue tacita siue expressa à statuto, restringitur personis in statuto nominatis.*
7. *Casus magis dubius rationabiliter exprimi debet.*
8. *In correctorijs & statutis licita est extensio ex identitate rationis, quando ratio est expressa.*
9. *Dictio proximiores, quid.*
10. *Absurditas semper est vitanda.*

REQVISITVS de subscriptiõe, & vt paucis sententiam meam explicarem, non potuit id denegare auditori & discipulo meo, maximè pro veritate id petenti. Et videtur mihi Dominicum amitinum præferendum esse Ioan. Anton. filio consanguinei Bonaquisti testatoris: quia proximior est in gradu, cum Dominic⁹ sit in quarto, Ioan. Anto. in quinto gradu. Verba autem testatoris vocantis ad fideicommissum proximiores gradarim, & de iure communi res nullam habet difficultatem: cùm sublata sit differentia agnationis & cognationis. authentic. post fratres. ij. de legi. hæred. Non obstat statutum Tridentinum, quia testator vocando proximiores † gradatim, intelligitur derogasse statuto, quòd præferret remotiores agnatos & proximioribus cognatis, quia quicquid dicat statutum nõ est recedendum à verbis testatoris, qui proximiores vocauit, non autem remotiores, quamuis ex forma statuti præferantur proximioribus, & licèt in dispositione legis sit aliqua dubitatio, tamen in dispositione hominis, seu in verbis fideicommissi hoc est certum, prout tenent Bald. Raph. Florian. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. & fideicommiss. secundo. & sæpe consuluit Alexand. & alij relati per Deci. consil. j. quæ sententia est magis communis, vt attestatur Curt. Iun. in l. ij. C. de succes. edict. Et ego arbitror id verisimum in casu nostro in quo agitur de successione transuersalis, in qua filius nõ succedit ex persona patris, vnde cessant hoc casu rationes contradicentium. de quibus per Socin. consil. xxxvij. in iij. volumi. & Cor. xxiiij. in ij. cum simil. Et maximè in casu nostro, hoc dicendum est, quia statutum respectu descendentium fororis non vocat agnatos, tãquam proximiores, sed potiùs etiam si remotiores, vnde verba statuti nullo modo congruunt cum verbis testatoris, meritò non possunt mutuam declarationem accipere, secundum Bald. l. j. §. excipiuntur. in fin. ff. de fer. & quòd not. Bartol. l. Caius. penul. q. ff. sol. matrim. & in l. si dotem. C. de iu. dot. Alexand. l. si prior. ff. sol. matrimon. & dixi libr. j. de verb. signif. vers. secunda sectio. vbi declaraui doctrinam Bartol. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Trebel. & istud solum sufficit pro victoria Dominici. Præterea dictum statutum nullo modo obstat, quia loquitur de eo qui moriẽs relinquit fratrem, & sororem, & præfert descendentes ex fratre, &c. quod non contingit in casu nostro. Et licet subijciat, ad hoc, vt parentela ex parte masculina valeat, meliùs cum honore stare, &c. tamen ista ratio est limitata, & restricta ad personas suprà expressas, quia dictio illa, † *ad hoc*, vt, &c. stat restrictiuè seu modaliter secundùm supradicta, vt, est text. vbi Bartolus. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condition. & demonstration. quod etiam ex verbis statuti apparet, quibus non omninò excluditur descendens fororis, quamuis non sit de parentela, sed solùm pro parte. Sicut ergo illa

1

2

illa ratio non ampliat statutum, vltra partem dimi
diam præcisè in eo determinatam, ita nec amplia-
3 re debet, vltra personas in eo nominatas, † arguen
do de re ad personas. l. miles ita. in princip. de te-
4 stamen. mili. Maximè cum † difficilius fiat exten-
sio de persona ad personam, quàm de re ad rem. l.
Titius. in princip. de liber. & posthu. l. si ita quis.
§. penul. de testamen. tut. l. si ita stipulatus. §. Chry
sogonus. in fin. ff. de verb. oblig. & no. Aretin. in l.
Gallus. §. & quid si tantum. & §. quid si is. ff. de li-
ber. & posthum. & facit l. fin. §. Seio. ff. de lega. ij. & B
quòd not. Bald. in l. fin. C. de hæred. instit. opp. xvj.
Felin. c. super literis. de rescrip. quę conclusio pro-
cedit etiam in statutis, vnde lata lege, vt Titius ce-
seatur esse ex patritijs, non fiet extensio ad eius fi-
lios, secundùm Alber. post veteres, in d. §. Chryso-
gonus. ne fiat extensio ad personas. c. penultim. &
c. fin. de offic. deleg. Et certè durum & irrationa-
bile videtur, quòd statutum istud loquens de de-
scendentibus fratris, extendatur ad descendentes C
consanguinei, qui non est in adeò propinquo gra-
5 du defuncti, & à † quo minus censetur dilectus, &
sic in quo non est tanta ratio, vt etiam dicunt Dd.
in l. j. C. de successo. edicto. Iason. consil. xxiiij. &
6 ccv. quia † ratio fauoris agnatorum, siue tacita, si-
ue expressa, à statuto restringitur in personis in sta
tuto nominatis, secundum Det. ibi, allegat Bald.
in l. sed & milites. ff. & excu. tuto. & concludit sta-
tutum non extendi per talem rationem, vt etiam
tenuit Bartol. l. liberorum. de verb. signi. cum mul
tis concordan. vt ibi per eum, & Alexand. consil. D
lxxx. in j. lxxxxvij. in ij. Aretin. xxvij. Soci. iij. Quæ
interpretatio in casu nostro est certior, quia nisi re
stringeremus dictam rationem ad personas ex-
pressas, sequeretur, quòd statutum absurdè dispo-
suisset, nominando in specie descendentes fratris,
omittendo casum dubitabiliorem in descenden-
7 tibus consanguinei, cum † tamen rationabiliter
debuerit exprimere casus magis dubius. l. quòd
Labeo. de Carbon. edicto. Meritò ergo non fiet tà-
lis extensio, ne incidamus in tale absurdum. Non E
8 obstat igitur argumentum illud vulgare quod † in
correctorijs, & statutis licita sit extensio ex iden-
titate rationis, quando ratio est expressa, &c. re-
spondeo ex suprascriptis apparet satis responsum
esse. Primò, quia posito quòd hoc verum sit, ver-
ba fideicommissi non vocant remotiores, de qui-
bus in statuto, sed proximiores, & ideo frustra al-
9 legatur statutum, & dictio *proximiores*, † refertur ad
terminos iuris. Alexand. consil. clxj. in vij. Secun-
dò, quòd hoc non procedit quando statutum limi F
tat loqueretur respectu rei. sicut non extenderetur
ad aliam rem, ita nec ad aliam personam, quàm
compræhensam in statuto. Tertiò, quòd non pro-
cedit quando casus expressus haberet minus du-
bium si fieret extensio, ne videantur statuentes
10 absurdè concepisse verba, † cum semper vitanda
sit absurditas. l. cum patrem. vbi Bald. C. de condi.
inser. per Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cle
ric. Alexand. in l. sed si hac. §. liberas. ff. de in ius
voc. & not. in l. nam absurdum. ff. de bon. lib. & ex G
iis transeo in sententiam suprascriptorum domi-
norum aduocatorum, concludendo malè iudica-
tum, & bene appellatum fuisse. Saluo semper iudi
cio melius sentientis.

CONSIL. XXVI. SVMMÆ.

1 *De iure communi instrumenta non habet paratam execu-
tionem, sed solum ex eis via ordinaria agitur.*

2 *Quia non dicitur apparere, nisi post productionem instru-
menti.*

3 *In causa quantumuis summaria semper productio fieri de-
bet, per quam probetur iudici instrumentum fuisse o-
stensum.*

4 *Iudex non potest abbreuiare terminos à statuto datos.*

5 *Exceptio compromissi impedit executionem.*

6 *Verbum prætendat quid denotet.*

DE iure communi instrumenta † non 1
habent paratam executionem, sed so
lũ ex eis via ordinaria agitur, & por-
recto libello, & contestata lite, & cę-
teris solennibus obseruatis. l. mino.
xxv. an. cui fideicommissum. ff. de minoribus vbi
Dd. & per Ias. l. fin. v. not. C. de edic. diui Adr. toll.
Non obst. statutum Papiæ sextum, quia respondetur, quòd cum coram episcopo seruetur clerico i°
commune contra laicum, ita etiam clerico coram
prætore contra laicum idem ius seruandum est, vt C
dicit statutum xix. & valet tale statutum, nec dicit
contra libertatem ecclesiasticam, tum propter re-
gulam edicti, quod quisque iuris, de quo per De-
cium in cap. ecclesia S. Mariæ de constit. tum quia
istud non est auferre beneficia clericorum, sed sua
illis non concedere, vt dicit Bald. l. si quis curia-
lis. C. de episcop. & cleric. per Deci. d. c. Præterea
non est seruata forma talis statuti: quia duo requi-
runtur in statuto. Primum, quod quis appareat cre
ditor. Secundum, quòd statuatur debitori termi-
nus x. dierum vtilium ad probãdum quicquid vo-
luerit, &c. In casu autem nostro neutrum videtur
obseruatum. Primò, quia non fuit productum in-
strumentum ante illa præcepta non apparebat, 2
quia † non dicitur apparere: nisi post productio-
nem instrumenti, vt per Alex. consil. iij. in ca. fi.
& consi. xxxvij. in ij. volum. Felin. c. j. de proban. &
† in causa quantumuis summaria, & in qua sufficiat, 3
quòd prima facie appareat, semper productio
fieri debet, per quam probatur instrumẽ. tum iu-
dici fuisse ostensum: vt est tex. in l. fin. vbi Decius.
iij. no. C. de edic. Adr. toll. per Inn. c. cum venis-
sent. extra. de in int. rest. Secundum etiam non fu-
it obseruatum: quia non fuit statutus terminus x.
dierum, sed quinque tantum dierum, & deinde
quatuor. & non potuit † iudex abbreuiare hanc 4
dilationem: iuxta tradita in l. ij. ff. de re iudic. Nec
in hoc termino computatur biduum datum ad
calculandum. quia statutum vult terminum dari
generaliter, ad omne genus probationum, non ad
calculandum tantum. Rursus aduertendum est, F
quia etiam si locator posset vti statuto & seruasset
eius formam, tamen in casu nostro nõ posset pro-
pter verba pacti: quibus conuentum est, vt fiat
compromissum: † exceptio autem compromissi 5
impedit executionem, auth. si tamen. C. de temp.
appella. Cle. quandiu de appellat. Dd. in c. ex ra-
tione. extra. eod. titu. & dum pendet articulus seu
cognitio, an simus in casu pacti, & sic an bellum fu
erit notabile, eodem modo impeditur executio. G
gl. super verb. deliberationis. l. ij. C. de appella. l.
j. in princip. ff. nil nouari. & sicut causa principalis
ex forma pacti arbitro committenda est, ita etiam
ipse articulus an bellum fuerit notabile, vt per Ias.
Dec. & cæteros communiter, in l. penul. C. de pa-
ctis. per Anchar. consi. lxxvij. & hoc maximè sua-
deretur ex verbis pacti, quibus dicitur adeundum ar
bitrũ, si partes prætendant, &c. satis ergo est, quod
† *prætendant*, id est, simpliciter allegent. c. fin. de 6
in int. restit. lib. vj. Nec obstat decisio. Soci. in l. pe-

cuniam.

cuniam. ſi cer. pet. quia in caſu ſuo ſtatutum debet executionem inſtrumento, in noſtro non, cum det x. dies ad probandum. Item in caſu ſuo ex inſtrumento conſtabat de debito & relinquebatur iuriſdictio iudici exequenti. In noſtro non relinquitur, ſed adeundi ſunt arbitri, tam circa principale quàm circa articulum. Item in caſu ſuo non reſultabat exceptio, ex eodem inſtrumento: vt in ſimili per Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pactis. facit quod idem no. in l. j. §. & parui circa fin. ff. quod vi, aut clam: cum vulga. Item in caſu B ſuo loquitur Socin. quando inſtrumentum erat liquidum ex parte producentis, ſed in caſu noſtro non ita eſt: quia producens inſtrumentum locationis vt obtineat, oportet quòd præſtiterit patientiam, & ipſe, & quilibet alius conductori: aliàs non obtinet, ſed in caſu noſtro non eſt præſtita patientia per milites, vt eſt text. in l. ex conducto. §. j. ff. loc. ibi oportet enim præſtari agrum conductori, vt frui poſſet, & ideo indiſtinctè locatori obſtat exceptio remiſsionis mercedis: quia quamuis non ſit C liquida, nec inſtrumentum ſuum eſt liquidum, & ita reſpondetur ad notata per Alex. & Dd. l. iiij. §. condemnatum de re iu. Nec etiam obſtat aliud ſtatutum præcedens, quæ debita ſint condemnata, &c. quia ſtatutum illud habet duo capita. Primum, quando reus citatus non comparet, de quo nullus non tractatur: quia reus comparuit. Secundum, quando comparet, & tunc ſtatutum non dat executionem, ſed potiùs cognitionem vt committat conſilio ſapientis ſi petitum ſit, vel ipſe cognoſcat, &c. & ſic res eſt cognitionis, nó executionis: D & quamuis conſilium ſapientis non ſit petitum, tamen eſt petitum quod committatur arbitris iuxta formam iſtam. Nec etiam obſtat decretum, quòd inter dominum, & locatorem agnoſcatur ſummare. ſimpliciter ſola facti varietate inſpecta, &c. quia non per hoc incipiendum eſt ab executione. Clementina ſæpe. de verbor. ſign. l. j. C. de except. rei iud. imò decretum expreſsè dicit. quòd prætor faciat ius, & non remouet conſilium ſapientis, multominus compromiſſum, de quo expreſsè conuenerum eſt inter partes. & ſecundum facti veritatem notoria eſt veritas exceptionis, quod in bonis conductis propter bellum notabile conductor paſſus eſt notabile damnum. Minus obſtat allegata confeſsio, quia non ſunt confeſsi ſe debere illam pecuniam, imò negauerunt, petendo remiſsionem, & compromiſſum.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

1 *Dotem quandoq; vir lucratur non liberi.*
2 *Liberis in caſu mulierem nocere.*
3 *Prima dos data, primo viro cenſetur data, etiam ſecundo iuris præſumptione.*

VISIS verbis ſtatuti Papienſis ſub rubrica, De *lucris Matrionalibus*, & requiſitus quid ſentiam, duxi paucis reſpondendum, quòd verba ſtatuti deferunt lucrum dotis marito, etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij. Quia licet Bartol. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & Dd. in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. dicant, quòd per ſtatutum ſimpliciter deferens lucrum dotis marito non cenſetur derogatum liberis prioris matrimonij, tamen ipſi loquuntur in ſtatuto ſimpliciter loquente: qui non eſt caſus noſter: quia ſtatutum Papienſe ſpecialiter & indiui-

duo loqui ad præiudicium dictorum filiorum. nec dubium eſt, quin ſtatutum hoc poſsit facere ſecundum Bald. & Salic. in d. l. hac edictali. Paul. de Caſtr. in l. j. C. de inoff. don. Ludo. Roman. conſil. 44. Decius conſil. ix. Signor. Homod. conſi. xvij. & conſil. lxix. cum ſimilibus. Quod autem ſtatutum hoc fecerit, apparet, ex verbis eius, dum conſtituit regulam hoc modo: *Vxore mortua in matrimonio, maritus lucretur dotem, in caſu verò non exiſtentium viro ex ipſa liberorum, &c.* propter enim illa verba, *in caſu non exiſtentium viro ex ipſa liberorum.* apparet ſtatutum non ſimpliciter loqui, ſed ſpecialiter excludere prioris matrimonij liberos, quia non ſunt liberi exiſtentes ex ipſa & dicto ſecundo viro: vt eleganter in ſimili caſu conſuluit Socin. conſil. lij. in iij. volumin. & Decius conſil. cclxxxiij. quorum rationes non expedit referre, cum verba ſtatuti ſint clara, maximè cum practicus Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, *dictæ dominæ Margaritæ.* atteſtetur ita ſemper fuiſſe practicatum, dictum ſtatutum. & etiam Franciſc. de Curte ſenior, in conſil. lxxviij. domina Franciſcina hoc fateatur ſaltem, quando non adſunt liberi ex ſecundo matrimonio: prout in caſu noſtro. Et ideo fruſtra laborat ipſe Curtius in dicto conſil. lxxviij. & Iaſo. in conſil. 50. in j. volum. dum nituntur oſtendere quod ſtatutum hoc non inducit, & inſiſtunt circa verſiculum, *Et quod mortuo primo viro, &c.* quia non facio fundamentum in dicto verſiculo. ſed in regula ſtatuti ad quam ipſi non aduerterũt. Et ſi dicas, ſi hoc cautum erat ex regula ſtatuti, ad quid ſtatuentes adiecerunt dictum verſiculum, quod mulier poſſet paciſci in præiudicium liberorum prioris † matrimonij. reſpondeo adiunctus E eſt dictus verſiculus cauſa ampliandæ regulæ. quę non potuiſſet locum in tertio pluri, quod omninò de iure reſeruandum erat filijs prioris matrimonij. l. fœminæ. C. de ſec. nupt. item non habuiſſet locum regula, quando extitiſſent liberi communes ex ſecundo matrimonio, & tunc dictus verſiculus ampliat, vt tali caſu poſsit mulier paciſci in fauorem communium liberorum in præiudicium liberorum prioris matrimonij: vt eleganter aduerſus Curtium ſeniorem docet Curtius Iunior in d. authen. præterea. vbi dicit, quòd dicta opinio ſenioris nunquam ſibi placuit. Circa ſecundam difficultatem dico, quòd cum hæc mulier dederit dotem primo viro, cenſetur † iuris præſumptione eandem, & ſecundo dediſſe. l. dotem primo quæ in princip. l. diuus. ff. de iure dot. l. pen. §. vxor. ff. ſolut. matrimon. l. cùm maritus. §. Titius. ff. de pact. dotalibus & eſt communis opinio, vt per Bartol. in d. q. vij. inci. mulier habens magnum. Paul. de Caſt. in l. ſi mulier diuerterit. ff. ſol. matr. cum ſimilibus. Nec obſtat, quòd Barto. in d. q. vij. dicat non cenſeri dotem datam ſecundo viro, in præiudicium liberorum primi matrimonij. per d. l. hac edictali. ſecundum quam videtur mulier noluiſſe contrahere, ſequitur Raph. Com. conſil. cix. domina Ioan. Curti. Iunior conſil. iiij. reſpondeo dicta G lex ex correcta per ſtatutum, vnde videtur potius voluiſſe contrahere ſecundum ſtatutum, vt dicit Socin. in l. Gallus. §. j. verſicul. ex hac communi concluſione. ff. de liber. & poſthum. vnde ceſſat ratio Bartol. in caſu noſtro, & militat contraria. Nec obſtat, quòd dictum ſtatutum loquitur, quòd liceat mulieri dare, & tradere, &c. at in caſu noſtro nihil eſt traditum: ergo non debet habere locum ſtatutum, & dicit Iaſon. in d. conſil. 50. & Curt. Iunior in d. authen. præterea, reſpondeo, nos non

innititi-

innitimur in dicto vers. statuti. secundùm quem pe-
teremus tritici plus, & etiam dotem extraneis
communibus liberis, vt suprà dixi; sed innitimur
regulæ statuti, quę nō requirit istas qualitates, sed
simpliciter defert secundo viro lucrum dotis. & ta-
le statutum habet locum etiam in hac dote per le-
gem præsumpta, vt dicit Paul. de Cast. in d. l. si mu
lier decesserit. Raph. d. consi. cix. domina Iohan. &
Soc. in consi. 80. in iiij. lib. vbi hoc probat & multis
rationibus & auctoritatibus, quas breuitatis cau-
sa non refero. maximè cum ad rationes istorum sit
particulariter per aduocatos responsum, quorum
laboribus acquiescendum duco. Et hæc omnia sal
uo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVIII. SVMMA.

1 Solutionis locus.
2 Soluendum vbi res est.
3 Leida rem ipsam afficit sicut tributum.

1 HIS, † quę in facto proponuntur visis, videretur prima fronte istos empto-
res tritici in ciuitate Arelatensi non
teneri ad solutionem leidę Domino
Montis Draconis: quia cum contrac-
tus sit factus Arelatæ, gabella ibi, hoc est, in loco
contractus soluenda est. non autem in loco Mon-
tis Draconis, vbi erat repositum triticum secundū
Doct. in c. fin. extra, de foro comp. Nec possunt fa
cunctesur loco Montis Draconis imponere legem
contractui qui celebretur alibi, & extra iuris dictio
nem ipsorum. l. fin. ff. de iur. omn. iud. & maximè
hoc procedere videtur in casu, de quo agitur in
quo solutio destinata videtur in ciuitate Arelaten
si: vnde cum & contractus ibi sit celebratus, & so-
lutio destinata videntur cessare omnes difficulta-
2 tes, de quibus per Fel. in d. c. fin. Sed † his non ob-
stantibus, puto contrarium esse verius, & conside-
ro, quòd verba statuti rem ipsam afficiunt, & con-
cepta sunt in rem, non autem in personam cōtra-
hentium: quia dicunt de vnoq; & quolibet grano
soluatur leida, vnde tali casu debet attendi statu-
tum loci, vbi est res ipsa secundum Bart. in l. cun
ctos populos. in vlt. q. vers. secūdo casu. C. de sum.
Trin. & fid. cath. Pet. de Anch. in repet. c. canonum
statuta. in 11. q. prin. versi. quæro iuxta prædicta. de
const. & est communis conclusio, vt per Ioa. Bapt.
de S. Seuerino, in rep. d. l. cunctos populos. Et sua-
detur hæc opinio: quia aliàs statutum redderetur
illusorium: quia irent semper contrahentes ad vil-
lam proximiorem causā contrahendi, vt euitarent
solutionem leidæ, vt dicunt Dd. in c. si ciuitas. per
illum text. de sentent. excomm. lib. vj. Nec ob-
stant allegata in contrarium. Et primo, de gabella
soluenda in loco contractus: quia illa respicit per-
sonas contrahentiū sicut collecta, nos verò loqui-
3 mur in leida, † quæ afficit rem ipsam, sicut tributū,
vt res non possit leuari extra castrum Montis Dra
conis, nisi soluto vno de xxx. duobus. Vide atten
dimus statuta loci vbi est res. Non obstat, quòd sta
tuentes non possint ligare eos, qui contrahunt
extra territorium, quia hoc fateor, sed ex statuto
de quo in casu nostro non sunt ligatæ personæ cō-
trahentium, sed res ipsa, videlicet, bladum exi-
stens in dicto loco Montis Draconis, quod subia-
cet iurisdictioni ipsorum, prout in simili etiam di
cit Salic. in auth. cassa. C. de sacrosanct. eccl. Non
obstat, quod destinata sit solutio Arelatæ: quia i-
stud nihil est, ex quo (vt dixi) statutum afficit rem
ipsam, ne possit extrahi de territorio, nisi facta so-
lutione, & ista procedunt concesso pro vero, quòd
illa transactio habeat vim statuti, vt quia facta sit
ab habentibus potestatem.

CONSIL. XXIX. SVMMA.

1 Statutum cogens dominum ad alienandum rem suam ipso inuito est odiosum, & contra regulam iuris ciuilis.
2 Statutum licet odiosum sit, valet.
3 Exceptio concordans cum iure communi & naturali latius & fauorabilius est accipienda.
4 Dictio simpliciter posita, debet intelligi de qualicunque, &c.
5 Appellatione ædificiorum comprehenduntur etiam fundamenta iacta tantum.
6 Qui totum dicit, quemlibet eius partem dixisse censetur.
7 Aedificiorum alia sunt perfecta, alia imperfecta.
8 Aedificiorum alia sunt informia, alia habentia certam formam.
9 Statutum loquens simpliciter de ædificijs, intelligi debet de quibuscunq;.
10 Aedicta prætorum loquentia de ædificijs, intelliguntur etiam de tantummodo cœptis vel fieri præparatis, secus in odiosis. & num. 11.
12 Dictio, aliquod, verificatur in quolibet minimo.
13 Dictio ædificium est generalis, & comprehenditur etiam locus sine parietibus & tecto, & solum ipsum dummodo in eo sit quid fundatum.
14 Beneficia legum non deseruntur, nisi volentibus.
15 Facultas à statuto delata ante acceptationem, non dicitur in bonis nostris.
16 Non dicitur fraudem fecisse, qui vsus est iure suo.

HINC, & inde adductis circa interpre
rationem statuti, de quo agitur, visis
arbitror partes clariss. Dd. Iudicis es
se absoluendo hunc medicum reum
à petitis. Et vltra ea quę subtiliter &
E verè per eius aduocatos sunt adducta. In primis † 1
considerandum est, quòd statutum illud, quoad re
gulam, est odiosum: quia cogit dominum rei suæ
inuitum ad alienandum, quod est cōtra regulam
iuris ciuilis positam in l. nec emere. C. de iure de-
lib. & l. inuitum. C. de contrah. empt. & contra re-
gulas iuris naturales, de quibus habetur Regum
li. iij. cap. xxj. & dixi in l. ædificia. §. perfeciſſe. ver-
si. sed finge. ff. de verb. sign. † valet tamen statutum 2
licet odiosum, vt per Bar. & Io. de Plat. in l. ij. C. de
de B. ciuit. lib. xj. Alex. conf. xxxij. in vij. Quantum
verò sit respectu exceptionis, quatenus excipit p̄-
dia in quibus sunt ædificia est fauorabile: quia cō-
cordat cum iure communi, & naturali: meritò ista
F exceptio † est latius, & fauorabilius accipienda. c. 3
odia. de reg. iur. lib. vj. Deinde considero, quòd ver
ba statuti sunt pro reo cōuento quia statutum sim
pliciter loquitur excipiendo prędia sub quib. sunt
ædificia. quæ † dictio *simpliciter* posita, debet intelli 4
gi de qualibuscunq; ædificijs, & ideo debet suffi-
G cere etiā si solùm iacta sint fundamenta, quia & † il 5
la appellatione ædificiorum continentur, cùm sit
pars: & † qui dicit totum, quemlibet eius partē di 6
xisse censetur. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei
iudi. Secundò, quia † ædificiorum alia sunt perfe- 7
cta, alia imperfecta. d. l. ædificia. §. perfeciſſe. ff. de
verb. sig. alia † sunt informia, alia habentia certam 8
formam. l. si is, qui cccc. §. quædam. ff. ad l. falc. vn-
de cùm statutū simpliciter † loquatur, de quibus- 9
cunq; intelligi debet. l. de pretio. ff. de publi. l. j. §. q
autem.

autem.ff. de ale. lusu. Tertiò, quia videmus idem
10 in ædictis † prætorum, loquentibus de ædificijs, quæ intelliguntur etiam de tantummodo cœptis, vel fieri præparatis, puta per cæmentorum præparationem.l.j.§.prætor ait.vers.ędificare videtur.ff. de mort.infer.l. de pupillo.§.nuntiationem, super verbo, inchoet.ff.de ope.nō.nunt.l.j.§. cœpisse.de pollicit. Quartò, & pro hoc etiam facit distinctio, Iaſ.Dyn. Oldr. Bart.in l.stipulatio. §. opus autem nouum.ff.de oper.nō.nunt.vbi distinguunt aut su B
11 mus † in fauorabilibus & sufficit cœpisse, seu fundamenta eieciſſe.l.& si non sint. §. quid ergo. & §. cui.ff. de aur.arg.lega. aut in odiosis, puta in interdicto demolitorio: & tunc secus.d.§.opus autem. Supra autem concluſi exceptionem, de qua agitur esse fauorabiliter accipiendam. Quintò, confirmatur hoc ex verbis statuti infrà positis, dum dicit posse reum conuentum eligere cambium alterius prædij, super quo non sit aliquod ædificium. vnde appareat per aliquod ædificium excludi pro- C
12 uisionem illam. Pondero dictionem † *aliquod*, quæ verificatur in quolibet minimo glo. in Clemen. j. verb. aut earum parte. de foro compet. Abb. c. super eo, extra. de eo, qui cogn. consang. vxor. Iaſ.l. plane.§. fin.ff. deleg.1. Sextò, quia vox hæc † *ædificium*,
13 est generalis, & complectitur locum etiam sinè parietibus & tecto.l.j.§. deinde. vbi Bartol. ff. de cloacis. & solùm ipsum: dumodo in eo sit aliquid fundatum.l.si fundum.j.§. qui fundum. ff. de leg.j. vbi doc. Septimò, propter rationem statuti volentis fauere ædificijs.l.ij.l.iij.l.si quis post. C. de ędif. priu. quæ ratio militat etiam hoc casu, & satius est ædificia fieri à domino suo secundum regulam iuris, quàm inuitum compelli. Octauò, propter auctoritatem Rofredi in quæstio. 44. & Lambertini quæst. v. quos refert, & sequitur Ioan. Andr. in add. Spec. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum. versic. sed pone statutum, vbi concludunt, quòd vnio facta de bonis ecclesiæ, & bonis istius actoris non debet nocere reo quia transijt res cum sua causa: & E
sicut ecclesia non potuisset cogere, ita nec iste ex iure superueniente ab ecclesia rationibus & juribus, de quibus per eos. Nono, quia beneficium statuti non censetur delatum ipsi volenti emere,
14 nisi à die denuntiationis: quia † beneficia legum non deferuntur nisi volentibus. l. si sponsus. §. si qs rogatus. ff. de don. int. vir. vbi Raph. Fulg. l. si adulterium. § idem Pollioni. ad l. Iul. de adult. vbi Bar. & per Bal. l. fi. in fi. C. de reuoc. donat. & quia ista
15 est † quædam facultas à statuto delata, quæ ante acceptationem non dicitur in bonis nostris. l. pretia rerum. ff. ad l. falc. per Aretin. in l. Iulianus. ff. de leg. j. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acqui. hæred. cùm ergo reus pparauerit fundamenta ante talem denuntiationem, dicitur præoccupauisse, vt deinde ius aliquod acquirere actori negauerit. l. ij. §. j. ibi & tantum iuris habemus. ff. ne quid in lo. publ. & per Bartol. in l. quominus. quæst. v. de flumi. Decimò, quia iste reus ædificando fecit, ne verba statuti verificarentur pro actore, quod quidem sibi li
16 cuit, quia † non dicitur fraudem feciſſe, sed potius censetur vsus iure suo. l. nullus videtur. ff. de reg. iur. & facit tex. in l. Seia. §. virgini. ff. de don. inter vir. & est doctrina Bartol. in l. iusiurandum. ij. §. fi. ff. de iureiur. & in simili per Archidi. xij. q. ij. c. sancimus. & per Bal. consil. cccix. in iiij. & ex ijs
8 tolluntur omnes rationes quæ adduci in contrarium possent.

CONSIL. XXX. SVMMÆ.

A
1. *Statutum laicorum nominatim factum de clericis non valet idq; ex defectu potestatis.*
2. *Paria sunt foro alligari, & statutis subijci.*
3. *Clericus foro laicali non alligatur.*
4. *Sicut laici de clerico cognoscere non possunt, ita nec de eo statuere.*
5. *Statutum de clericis loquens quatenus conformaret cum iure canonico à clericis obseruandum est, licet per laicos fuerit factum.*
6. *Statutum non valeret quatenus vltra ius commune deteriorem fieret conditio clericorum tanquam aduersus libertatem ecclesiasticam.*
7. *Clericus beneficiatus de iure communi debet abstinere ab officio aduocationis in curia sæculari.*
8. *Clerici possunt pro viduis, & orphanis intercedere in foro sæculari.*
9. *Clerici, imò & religiosi possunt intercedere pro ecclesia sua, & pro amicis suæ ecclesiæ, quatenus talis intercessio redundet in vtilitatem monasterij.*
10. *Clerici possunt in foro sæculari intercedere quando non cupiditate lucrandi, sed ex charitate, & zelo defendendæ iustitiæ hoc faciunt.*
11. *Clerici in foro Canonico in causis ecclesiasticis indistinctè possunt intercedere.*
12. *Conficere allegationes, & dare consilium petentibus est opus meritorium, & maximè conuenit prælatis.*
13. *Prohibitus aduocare, non censetur prohibitus consulere in camera.*
D 14. *Statuta disponentia aliquem in collegium non admitti, nisi secundum certas qualitates sunt benignè, non autem rigidè interpretenda, vt quis admitti possit.*
15. *Quilibet admittitur qui prohibitus non reperitur.*
16. *In dubio semper pronuntiandum est pro habilitate, cum quilibet præsumatur habilis, & idoneus.*
17. *Pars nemini onerosa in dubijs eligenda.*
18. *In eo quod neminem ladit, benignior via est sequenda.*
19. *Quod mihi prodest, & tibi non nocet, debet facilè obtineri.*
E 20. *Honor collegij est vt sit quàm frequentissimum, cùm homines ordini, non ordo hominibus conferat authoritatem.*
21. *Verba restringuntur ad qualitatem secundum quam prolata sunt.*
22. *Statutum excludens clericum à iure aduocandi, ex se in matricula aduocatorum describendi, non intelligitur excludere à cæteris actibus doctoralibus, prout est consulere in Camera, & frui alijs priuilegijs doctorum.*
23. *Exclusus ab vno effectu generis, non intelligitur exclusus à toto genere.*
F

VERBIS statuti inclitæ ciuitatis Veronæ visis, dubitari contingit an clericus beneficiatus in collegium doctorum, dictæ ciuitatis admitti possit, ad cuius rei declarationem præmitto tria. Et primò illud vulgare quod statutum
1 † laicorum nominatim factum de clericis, non valet, idque ex defectu potestatis. c. ecclesia S. Mariæ. de consti. vbi Abb. in ij. princip. q. & per Bar. G
in l. j. vers. §. quæro. C. de sum. Trin. & fid. cath. & hoc tenent omnes, & ratio est quia † paria sunt foro
2 alligari, & statutis subijci, vt not. Inn. in rub. extra. de consuet. & refert ibi Ant. de But. cum concord. per Dec. consil. cclxxxxij. & per Alex. consil. ccix. in ij. Clarum autē est, † q. clericus foro laicali
3 non alligatur. c. si diligenti. de foro comp. ergo nec statuto subijcitur; & † sicut laici de eo cognoscere
4 nō possunt, ita etiā nec statuere. l. nulli. C. de sent. quatenus tñ † statutum conformaret cum iure ca-
5 nonico: tunc satis putauerim esse obseruandum, argum.

BIU Cujas

argument.gloss.in Clemen.ne Romani.super verbo,tolli.de elec. & quæ post alios notat Corn. in authent.sacramenta puberum. versic. quarto fallit. C.de aduer.vendit.aliàs in isto † statuto ita tenui, in l. collegarum. de verb. signif. Quatenus verò vltrà ius commune deterior fieret conditio clericorum,statutum non valeret tanquam aduersus libertatem ecclesiasticam. authent.cassa.C. de sacr. sanct. eccles. & per Doct. in d.cap.ecclesia S. Mariæ. Vnde tali casu statutum etiam si de facto seruaretur, tamen strictè intelligendum esset, de quo per Lau.Calcan.in cõsi.vij.Soc.cõsi.545.Ang. 48. & cclxxxviij. cum simil.Rursus,præmitto,q† clericus beneficiatus de iure communi debet abstinere de officio aduocationis in curia seculari. c. j.vbi Abb.in v.not.extra ne cler. vel mon. secul. q, tamen variis modis restrictum,& limitatum inuenitur. Etiã primis pro † viduis, & orphanis possunt intercedere:de quo in c.j.& in cap.fin. de postul. Secundò, possunt pro † ecclesia sua hoc exercere:imò(quod plus est) hoc in religiosis quoque procedit,& non solùm pro ecclesia, sed etiam pro amicis ecclesiæ suæ,quatenus superior videat hoc in consequentiam ad vtilitatem monasterij sui, secundum Inn,in c. cum I.& A.de re iudic. Tertiò,possunt † hoc facere, quando non cupiditate lucrandi, sed ex charitate & zelo defendẽdę iustitiæ hoc facerent,vt probatur in c. peruenit. lxxxvj.distinct.à contrà io sensu,& per Abb. in c.ij. ne cle.vel mon.& tali † casu debet hoc fieri gratis, secundum Hostien.& Abb. in dicto cap. j. cùm hoc eis permittatur ex pietate. Quartò, hoc possunt non generaliter facere, sed ad vnum negotium: non enim prohibentur secundum Innoc. in cap. vnico.de obl.ad ratio.de quo per Abb.in dicto ca. ij. Quintò, videtur hoc eis indistinctè permittendum in † foro canonico, saltem in causis ecclesiasticis:de quo in cap. ij. de postu. & cap.in nostra. de procur. Sextò videtur,quod saltem domi possint † allegationes conficere, & consilium dare petentibus:quia hoc est opus meritorium quod maximè prælatis conuenit.capit. j. xxxix. distinct.& per Ioan.de Ripa.in cap.decernimus. versi.tertio. extrà,de iudi. & quia † prohibitus aduocare non censetur prohibitus consulere in camera, secundum Bart.in l. Paulus.§. Paulus. de legationib.l. j. §. j. de postu. Abb. in rubr.extrà, de postul.& est magis communis opinio. Septimò, quamuis clericus non debeat tale officium exercere si tamen faciat actus, ipse tenet, licet possit per exceptionem, à parte repelli. cap. ij. de postu. cap. dilecti.de arbit. de quo per Abb.in d. c. ij. & probatur in ca.non magnopere.eod.titul. versic. & in nulla causa.vbi est speciale in religiosis, quod iudex ex officio suo eos non audiat,sed teneatur repellere. ergo,in aliis secùs,vt iudex ex officio eos non cõpellitur excludere. Tertiò præmitto, quod † statuta disponentia aliquem in collegium non admitti, nisi secundum certas qualitates sunt benignè, non autem rigidè interpretanda, vt quis admitti possit,quia pro tali admissione faciunt plures iuris regulæ. Prima, quia sumus in materia prohibitiua, id est, in qua † permissum est quilibet admitti,nisi reperiatur prohibitus.l.ab ea.ff.de pba. gloss.Bartol.si quæramus.de testam. cum tale collegium sit licium tam secundum statuta, quàm secundùm ius commune.c.ex literis.de consti. Secunda,quia in dubio semper pronuntiandum est pro habilitate: cum quilibet præsumatur habilis & idoneus.cap.fin.extrà,de præsumpt.d.l. ab ea. de proba.l.huiusmodi.§.legatum. vbi Iaf. de leg. j. Tertia,quia ista † pars nemini est onerosa, & ideo in dubiis eligenda.l.j.ff.si quis caut.& quod ibi not.Paul.de Castr.cum † in eo quod nemini lædit benignior via sit sequenda.l. ij. §. item Varus. de aqua plu.arc. Quarta, quia † quod mihi prodest, & tibi non nocet debet facile obtineri. l.secunda. in princip.vbi Doct.soluto matri.glossa. l. fina. de seruit. vrbanor. prædior. l. si quis sepulchrum. de relig. Quinta, quia † honor collegij, est vt sit quam frequentissimum:cum homines ordini, nõ ordo hominibus conferat auctoritatem. l. magistros.ibi optimorum conspirante consensu. C. de profes.lib.x.l.iij.§.pe.ff. de decuri.Sexta,quia hoc in termitis statuti ciuitatis Veronẽsis tenuit Bal. consil. clxxxiij.Incip.statuto Veronæ.in ij.vol. secũdum impressionem Mediol.Refert, & sequitur Iaf.in d.l.huiusmodi.§.legatum. & dicit se ita solitum tenere consulendo,& ego etiam sum sequutus in l.Neratius.ff.de verb.signif. His sic præmissis apparet manifesta resolutio suprascriptæ quæstionis, quod clericus beneficiatus sit in prædictũ ordinem recipiendus: quia nulla subest prohibitio,& verba statuti de hoc casu non loquuntur. Nec me mouent illa verba,quod non possit esse aduocatus,nec esse in matricula iudicum, siue aduocatorum,quia ex suprascriptis apparet resolutio.Primò,quod statutum non valet tanquam contra libertatem ecclesiasticam, & tanquam disponens de personis iurisdictionis suæ non suppositis. Secundò, quia licet non possit esse in matricula iudicum,vel aduocatorum,tamen poterit esse in collegio doctorum,non tanquam officialis, seu aduocatus,sed tanquam doct.l. relegatorum,§. item alicui.ff.de interd.& releg. Tertiò, quia statutum loquitur de aduocato, & sic secundùm illam qualitatem debet intelligi:quia † verba restringuntur ad qualitatem secundum quam prolata sunt. l. si proponas. §. j. vbi Angelus de inoffic. testam. l. si pater.§.qui duos.vbi Bald. de adopt. Si ergo est admittatur non tanquam aduocatus, sed tanquam doctor,vtique verba & qualitas statuti cessabunt, l.Fulcinius.§.j.quib.ex caus.in possess. & Quartò, quia † statutum excludens clericum, à iure aduocandi,& se in matricula aduocatorum describendi,non intelligitur excludere à cæteris actibus doctoralibus,prout est, consulere in camera, & frui aliis priuilegijs doctorum:per ea, quæ supra dixi, & quæ notat Bart.in d.§.Paulus.& in d.l. j. §. j. de postul. quia exclusus ab vno effectu generis, & non intelligitur † exclusus à toto genere. §. Item alicui. & l.spurij.§.minores.ff. de decur.l. iij. C.de re milit.l xij. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXI. SVMMÆ.

1 *Solennitas non scripta,non obest.*
2 *Satis est solennitatem fuisse seruatam, licet non sit scripta.*
3 *Nulla est ratio cur à verbis statuti recedamus, maximè ad infirmandam vltimam voluntatem.*
4 *Annullatio actus censetur pœna.* (batæ.
5 *Hodie formulæ verborum sunt sublatæ, & à lege repro-*
6 *Ei qui formam per errorem neglexit est succurrendum.*

IN sententiam cõcurro suprascripti Domini consultoris,quod error ille corrigi debeat, & nihil sit imputandũ notario,quamuis nõ affirmauerit † inter testes testamentarios ad- †

fuisse sacerdotem, qui ita publicè in vicina haberetur, quia etiam si hoc pro forma requireretur, satis est quod verè interuenerit, licet scriptum non sit, & potest quandocunque scribi, & error corrigi per doct. Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. ver. vult.
2 melius ibi loquitur, & c. satis enim est † solennitatem fuisse seruatam, licet non sit scripta: vt ibi per eum, cum quo transeunt Doct. Nec obstat, quod statutum dicit, quod teneatur notarius, apponere, &c. quia illis verbis infertur præceptum ipsi notario, quod si sit omissum, non tamen nocet partibus: vt per Ioann. Andr. Ancha. & Abb. in c. sicut. extrà, ne cler. vel mon. glo. Clem. j. verb. inhibentes, de iure patron. Felin. cap. decernimus. de iudi. Nec obst. clausula illa statuti, si aliqua vltima volũtas reperiatur non facta, & scripta prædicto modo, & forma, pro non legitima habeatur, &c. quia respondeo quod statutum copulatiuè requirit q. reperiatur nõ facta, & non scripta: ergo non habet locum quando solennitas facta esset licet non scripta, alioquin verba statuti debuissent alternatiuè non autem copulatiuè concipi. l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig. l. si is qui cc. §. cùm ita. de
3 reb. dub. Corn. consil. cxci. in ij, & † nulla est ratio, cur à verbis statuti recedamus, maximè ad infirmandam vltimam voluntatem. l. si quis hæredem. in fin. C. de instit. & substitut. maximè quia etiam casibus, quibus aliàs copulatiua concursum non requireret, tamen hoc fallit quoties aliàs induceretur aliquid pœnale, secundum Ange. consil. xvj. visis. hic autem annullaretur actus, quæ † annul-
4 latio censetur esse pœna. l. non dubium. C. de legi. l. turpia. in princip. ff. de legat. j. l. senatus. de contrahenda emptione. Idem si induceretur aliquid odiosum, vel correctorium secundum gloss. vbi Anch. & Imol. in Clemen. in plerisque. de elect. & quod istud sit regulare in statutis etiam firmat do. Alexand. consil. xlviij. in j. & consil. cx. in iij. Et certè non est verisimile quod statuentes curauerint adeò istam formalitatem scripturæ dummodo res ipsa interuenerit: quia hoc careret ratione. Vnde omissio non vitiaret tanquam leuis esset solennitas secundum Bald. in l. hac consultissima. C. qui
5 test. fac. poss. & quia † hodie huiusmodi formulæ verborum sunt à lege reprobatæ. l. j. C. de form. &
6 † si qui formam per errorem neglexit. est succurrendum, vt sentit Bartol. & Doct. in l. j. in fin. ff. de hæred. instit. in l. qui Romæ. §. fin. quæst. iiij. de verb. oblig. & facit lex antepen. ff. de man. vindict. & quod not. Bald. in l. Margar. verb. testi. sufficit. Nec obstat consil. Ias. xcvij. in iiij. quia non est verum, & pluries vidi illud reprobari aut aliàs dixi iam sunt xx. anni in lib. v. Paradox. c. xvj. & hoc ano etiam nominatim reprobaui in l. nemo potest. ff. de leg. j. nec expedit nunc referre rationes cum non sum rogatus nomine partis, sed duntaxat pro defensione notarii.

CONSILII XXXII. SVMMÆ.

1 *Iuramentum semper confirmat contractum, etiamsi in eo solennitas à statuto requisita adhibita non sit.*

2 *Papa, neque lex canonica non potest in fauorem priuatum impedire obligationem, quæ virtute iuramenti quæritur Deo.*

3 *Per transactiones à litibus recedimus, impensisque parcimus.*

4 *Statutum prohibens alienationem, non intelligitur de transactione.*

5 *Natura transactionis est, non vt ex ea transferatur dominium, vel quicquam alienetur, sed simpliciter actio remittatur.*

6 *Emphyteota non potest alienare sine consensu domini.*

7 *Emphyteota potest transigere sine consensu domini relinquendo rem possessori.*

8 *Ecclesia quamuis prohibita sit alienare, potest tamen transigere relinquendo rem possidenti.*

9 *Clausula omni meliori modo quid operetur in contractu.*

10 *Diuisio præsumitur in lapsu decennij.*

11 *Statutum nunquam potest tollere naturalem obligationem, quæ secundum veritatem propter consensum oritur.*

12 *Iudex debet inclinare in fauorem transactionum sustinendarum.*

13 *Quærens rescindere contractum facilè non est audiendus.*

14 *Tacitus, & diuturnus consensus videtur ratificare omnia facta.*



PLACET mihi suprascripta consultatio in fauorem domini Nicolai Pasij, aduersus d. Herculem eius consanguineum, quòd valeat transactio inter eos facta, nec amplius possit refricari in dubium. Et quia omnis difficultas pendet à statuto Bononiensi, sub rubrica, de contract. à minoribus fact. in versi. adiungentes, &c. Videtur mihi posse variis modis responderi. Et primò, q. quãuis seruata nõ sit illa solennitas, nihilominus † trãs-
1 actio valeat propter vim iuramenti, quod semper est obseruandum, & confirmat contractum: iuxta capitulum cùm contingat, extrà, de iureiurã. cũ ibi notatis per Doct. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Ias. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Alex. consil. lix. in j. Et quamuis statuta Bononiæ sint cõfirmata per Bullam Papæ, & iussa obseruari, etiam si contractus sint iuramentis roborati, tamen non videtur impediri iuramenti efficacia talibus verbis. Tùm quia † non potest Papa neque lex Canonica in fauorem priuatim impedire obligationẽ,
2 quæ virtute iuramenti quæritur Deo. secundùm Abb. in dicto cap. cùm contingat. per tex. in capit. ad apostolicam. de regularibus. & c. qui post votum. eod. tit. in vj. & gloss. in cap. non est. extrà, de voto. Tum quia etiam si possit, debet semper subesse iusta causa: & ideo requiritur certa scientia, & causæ cognitio secundum Bald. in d. c. cap. cum contingat. & per Card. consilio xliiij. in fin. Alex. d. consil. lix. in j. & facit quod not. idem Alexand. consil. xxviij. in iiij. & Aretin. consil. viij. Tùm etiam quia in casu nostro cessat ratio posita in Bulla pro vtilitate, pace, & commodo, & fugiendis litibus, ne sumptibus, & expensis homines fatigentur, &c. Quæ ratio facit, vt Bulla intelligi nequeat de instrumentis transactionum, vt mox dicam. Secundò, quia verba statuti loquuntur in venditione, vel alienatione bonorum immobilium, vnde non videntur trahenda ad transactionem in qua cessat ratio Bullæ: cum † per transactiones, à litibus recedamus, & impensis parcamus, qua ratione multa fauore transactionum inducta sunt, vt habetur in l. quamuis. C. de transact. Vnde † statu-
3 4 tum prohibens alienationem, non intelligitur de transactione. c. si vasallus, de fuo. Si de feud. fu. contro in vsibus feu. per Modern. in l. j. C. si aduersus transact. & est ratio, quia † natura transactionis nõ
5 est, vt ex ea transferatur dominium, vel quicquam alienetur, sed simpliciter actio remittatur. l. si profundo. C. de transact. Tertiò, quia etiã quod quãdoque prohibitio alienationis extendatur ad trãsactionem. l. si ad resoluendam. C. de præd. minor. per gloss. in d. l. j. C. si aduers. vend. tamen hoc non pro-

procedit, quando prohibitus rem illam non poſ- A
sidebat, ſed alius cum quo celebratur tranſactio:
6 prout dicimus in † emphyteuta qui non poteſt a-
lienare ſine conſenſu domini. l. fin. C. de iur.em-
phyt. & † tamen poteſt tranſigere relinquendo
7 rem apud poſſeſſorem, vt declarat Bald. in cap.j.
de prohibit.feud.per Feder. cum concord. per Iaſ.
in d. l. fin. verſic. x. quæro. idemque etiam vide-
8 mus † in eccleſia, quæ quamuis prohibita ſit alie-
nare, tamen poteſt tranſigere relinquendo rem
poſsidenti. l. nulli. cum glo. ff. de tranſact. Abb. B
conſi.lvij.in j.lxiij.eo.vol. In caſu autem noſtro ex
lectura tranſactionis apparet quod Nicolaus ha-
buerat tenutam de dictis bonis, & ſic poſsidebat.
Quartò, ſupraſcripta tranſactio habet duas diſpo-
ſitiones, vna eſt per illa verba, *Dedit, tradidit, &c.* &
hæc poteſt comprehendi in prohibitione ſtatuti.
Alia eſt, promittit non mouere litem, &c. & iſta
non poteſt comprehendi, neque ſub verbo, *ven-*
ditionis, neque ſub verbo, *alienationis*. d. l. ſi profun-
do. & l. ſtipulatio iſta habere licere. ff. de verbor. C
oblig. Vnde quamuis contractus infirmaretur re-
ſpectu primæ diſpoſitionis, tamen ſuſtineturre-
ſpectu iſtius ſecundæ, & agenti obſtabit exceptio,
& contractus valebit, vt valere poteſt, tum pro-
9 pter vim iuramenti, tùm propter clauſulam, † om-
ni meliori modo. ſecundum Doctr. Barto. in l. j.
§. ſi quis ita. ff. de verbor. obligat. per Felin. in cap.
cùm ſuper. in fin. extrà, de off. deleg. & quod ha-
betur in l. j. ff. de iur. codicillorum. Quintò, cum
iſta tranſactio ſit obſeruata per longum tempus, D
10 & partes poſſederint, ſecundum eam vltra † de-
cennium, videntur ita diuiſiſſe ex lapſu tanti tem-
poris ſecundùm glo. in l. penult. C. com. diuid. per
Balbum. tract. præſcript. iij. parte. num. xlv. & nul-
litatem iſtam remiſiſſe, quod facere poſſunt. iuxta
glo. in l. ij. C. com. vtriuſque iud. per Alex. conſi. e-
xxiiij. in j. videturque quod huiuſmodi ratificatio
eis noceat, ſicut reſpectu reſtitutionis in integrũ:
ita etiam reſpectu huius nullitatis. l. fi. C. ſi maior
factus ratum habuerit. Bald. conſil. cclxxxij. pro- E
ponitur, quod minor. in ij. volum. Sextò, eſt ſcien
11 dum q, quibuſcunque verbis concipiatur † ſtatu-
tum nunquam poteſt tollere naturalem obliga-
tionem, quæ ſecundùm veritatem propter con-
ſenſum oritur, & in qua fundatur euangelica de-
nuntiatio, vt dicit Bal. in auth. ad hæc. C. de vſur.
& habetur in c. nouit. extrà, de iud. Vnde quamuis
prædicto ſtatuto impediatur oriri ciuilis obliga-
tio, impediatur etiam ſorte effectus naturalis ob-
ligationis illi à lege attributi: de q̃ per Bar. & Doc. F
in l. cum lex. ff. de fideiuſ. tamen in caſu noſtro cũ
iam ſit facta executio, & agatur de ſola retentione,
videtur q, iſta naturalis ex conſenſu, & iuramento
proueniens non obſtante ſtatuto ſufficiat reten-
tioni, & limitetur ſtatutum tali caſu, prout in ſimi
li per Bar. in l. j. in prin. quib. mod. pig. vel hy. ſol.
doct. l. ſi filiusfa. ff. ſolut. matri. Deci. conſi. celvij.
Benedictus Capra conſi. xix. in fi. Alex. ccxiij. in 6.
vol. facit quod habetur in l. amplius non peti. ff.
rem rat. hab. cap. ad noſtram. j. extrà, de iureiur. Vl G
timò debet iudex inclinare in hanc opinionẽ p-
pter multa, quæ ſimul concurrunt, etiam ſi ſepara-
tim non concluderent, iuxtà not. in l. ij. §. j. de ex-
12 cuſ. tut. In primis enim fauor † ſuſtinendæ tran-
ſactionis, & litium finiendarum hoc ſuadet, propter
quẽ multa priuilegia in iure ſunt inducta, vt habet
in d. l. quãuis. & in l. in ſumma. de cõd. indeb. & in
l. ſi quis. maior. C. de tranſac. Deinde odium iudi-
cij reſciſſorii: cùm tendat iſte aduerſarius ad eorũ
reſciſsionẽ, quæ ſemel placuerunt † vnde facilè nõ 13
eſt audiendus. l. Seio. cũ ibi notatis. ff. de in integ.
reſtit. Rurſus periculũ animæ: quia quicquid di-
ſponat ſtatutum, negari nõ põt, quin iſte ſit periu-
rus, vt habetur in c. dilecto. extrà, de præben. per
Io. And. in c. quod ſemel. de reg. iur. in vj. Et quia
res ampliùs non eſt integra: cùm fortè interim pe
rierint teſtes ſpurietatis, & deficiant Probationes
Nicolao. vnde non videtur ſuccurrendum iſte mi-
nori. de quo in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iure-
iuran. vbi Alexand. Et quia iam longum tempus
tranſiit, & † tacito conſenſu omnia videntur ratifi- 14
cata, ſecundum gl. in d. l. pen. Et quia iſte Nico-
laus eſt reus conuentus. vnde præſumptio pro eo
eſt accipienda. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. qui
accuſare. C. de edend. ex quibus omnibus conclu
do cum ſupraſcripto conſulente in fauorem dicti
Nicolai, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONS. XXXIII. SVMMÆ.

1 *Donatarij primi dicuntur habere fundatam intentionem ex inſtrumento primæ donationis pro qua præſumitur.*
2 *Donans licet ſit minor, per iuramentum tamen confirmat donationem.*
3 *Statutum tollens auth. ſacramenta puberum tanquam fa-uori contrarium eſt odioſum.*
4 *Statuta odioſa prohibitiua in perſonam non porrigunt vi-res ſuas extra territorium.*
5 *Prohibitio facta minoribus, ne alienent immobilia ſine de-creto, eſt in perſonam.*
6 *Statim facta donatione trãsfertur dominium, & poſſeßio.*
7 *Beneficium reſtitutionis eſt tranſmißibile in hæredem.*
8 *Diſpoſitio ſtatuti regulariter non ligat eos, qui ſunt in pro babili ignorantia.*
9 *Per conſtitutum transfertur poſſeßio.*
10 *Minor poteſt (dummodo non ſit pupillus) alienando nulli-ter transferre poſſeßionem.*
11 *Transfertur poſſeßio ex donatione, quamuis nulla ob defe-ctum inſinuationis.*
12 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet.*
13 *Poßidens non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeßionis.*
14 *Contractus factus per minorem in alienatione rerum im-mobilium ipſo iure eſt nullus.*
15 *Declar. auth. ſacramenta puberum.*
16 *Paria ſunt q̃ dolus ex propoſito, vel in re ipſa intercueniat.*
17 *Quando quis contrahit cum veriſimiliter cõſumpturo nõ confirmatur contractus per iuramentum.*
18 *Iuramentum habere debet tres comites, iudicium, iuſtitiam, & veritatem.*
19 *Validatio contractuum non eſt iuris diuini, ſed gentium, vel ciuilis.*
20 *Statuentes facere non poſſunt, quòd iurans non teneatur reddere iuramentum Deo præſtitum.*
21 *Rei vendicatio præſupponit dominium in agente.*
22 *Actio perſonalis non ſequitur feudum, nec competit contra ſucceſſorem particularem.*
23 *Succeſſor particularis obligatus eſt ad ſeruandũ iuramentũ eius, à quo cauſam habuit.*
24 *Declar. Doctr. Bart.*
25 *Iuramentum debet imitari naturam actus cui accedit.*
26 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
27 *Donatio iurata propter defectum inſinuationis non inua-lidatur.*
28 *Statutum Laudenſe cũ habeat clauſulam decreti annulla-tiuam, videtur etiam ligare ignorantes.*
29 *Statutum poteſt ligare etiam eos, qui extra territorium cõ traxerunt, & quando.*
30 *Quilibet præſumitur ſcire iura.*
31 *Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.*

BIU Cujas

82 *Ex contractu nullo nunquam transfertur possessio per actus ciuiles, sicut est constitutum, vel reseruatio vsusfructus.* 82

83 *Vbi contractus est nullus, etiam constitutum in eo appositum est nullum.*

CONtra do, Catharinam secundam donatariam multa deduci possent: sed perstringendo punctum, videtur, q̃ primi donatarij habeant fundatam 1 B inceptionem ex primæ donationis instrumento pro quo præsumitur l. cùm precib. C. de probat. præsertim cum sit iuratum, & factum seruata solennitate statuti Mediolanensis. Nec, quę contra instrumentum adducuntur, videntur vrgere: quia dato, q̃ donans esset minor, iuramentum tamen confirmat donationem secundum auth. sacramenta puberu. C. si ad. vend. quæ auth. procedit etiam in donatione omnium bonorum, & etiã in impubere, qui tamen sit doli capax, vt nouissimè consuluit Philipp. Corn. in consi. ccxl. in j. vol. C Nec obst. statutum Mediolani quo tollitur dispositio dictæ auth. sacramenta. tum quia communis conclusio est non valere tale statutum: vt per Iaſ. ibi, & But. Abb. & Imo. in c. cùm contingat. extra, de iureiur. & per doct. in c. licet. eo. tit. in vj. tùm etiam quia dispositio dictæ auth. est fauorabilis p̃pter fauorem animæ, vt ibi communiter concludi 3 tur, & firmat Alexan. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. Vnde † statutum eam tollens tanquam fauori contrarium est odiosum, vt not. in l. ij. ff. de lib. & post 4 hu. sed † statuta odiosa prohibitiua in persona prout in effectu istud non porrigunt vires suas extra territorium, vt est doctr. Bar. in l. cunctos populos. versi. vj. videndum. C. de summ. trinita. & fid. cath. 5 † prohibitio enim facta minoribus ne alienent immobilia sine decreto est in personam. l. j. ff. de reb. eorum. l. non solum. C. de præd. min. & per Anto. de But. Abb. & Imol. in d. cap. cum contingat. in 3. membro, princip. Raph. Com. Iaſ. in d. auth. sacramenta puberum. Alexan. consi. xxvij. versi. vj. probatur in j. vol. cum simil. Vnde cum dicta auth. eã prohibitionem tollat, accedente iuramento, & statutum nostrum eam authenticam auferat, sequit perinde esse ac diceret, minor non possit sine solennitatibus, & causis à iure communi requisitis alienare etiam si iuret: quo casu apparet manifestè statutum esse prohibitorium in personam, & consequenter non debet operari respectu bonorum existentium in agro Laudensi. Nec etiã obstat statutum Laudense requirens insinuationem intra F 6 mensem aliàs annullans donationẽ, quia sine dubio, etiam stante tali statuto, † statim facta donatione transfertur dominium & possessio, vt per Bart. in l. cùm lex. ff. de fideiuss. & est communis opin. in l. vniuersa. C. de precib. Imp. offer. vñ cũ donatarius esset minor & Mediolanensis dato, quod non fecerit insinuari secundum formam statuti, tamen habet duo remedia. Primum, ex capite minoris ætatis: cum enim in eum esset mero iure translatum dominium, si propter lapsum talis temporis G perderet illud dominium, quia donatio annullaretur, incideret in damnum. vnde esset restituendus in integrum vt per Bartol. & doctor. in l. auxilium. in fin. ff. de minor. Card. Anch. Anto. Abb. & 7 Imo. in c. cõstitutus. extra, de restit. in integ. & tale beneficium restitutionis † est transmissibile in hæredem. l. non solum. ff. de restit. in integrum. fortiùs dixit Bald. in l. minoribus. per illum text. C. de donat. ante nuptias, quod minoribus tale A tempus ipso iure non currit, sequitur † in l. quamdiu. in fin. C. qui admitti. Secundum remedium est, ex capite iustę ignorantiæ, cum etiam esset ciuis, & habitator Mediolani habet iustam ignorantiam statuti Laudensis: & ideo sibi succurrendum est: vt per Bald. & Alexand. in d. l. quamdiu. C. qui admitti. & quod habetur in c. vt animarum, de consti. in vj. vbi † dispositio statuti regulari 8 ter non ligat eos, qui sunt in probabili ignorantia, per Rom. consi. ccxxviij. ij. Alex. consi. xxxiij. in j. consi. xlj. in v. & per Canon. in rub. extrà, de cõsuet. & per hoc remedium incurritur etiam maioribus, & consequenter hæredibus istius donatarij. Præterea dato etiam, quòd prædicta fundamenta non militarent, sed donatio esset nulla, tñ non videt aliqua esse difficultas in possessione: cũ 9 in tali donationis contractu sit † constitutum p̃ quod transfertur possessio. l. quod meo. ff. de acq. poss. sit etiam reseruatio ususfructus quæ inducit alium modum transferendæ possessionis. l. qſquis. C. de donatio. & † potest minor (dummodò 10 non possit pupillus) alienando nulliter nihilominus transferre possessionem. l. pupillus. vbi not. ff. de acquir. rerum dom. sicut † transfertur & pos- 11 sessio ex donatione, quamuis nulla ob defectum insinuationis, vt concludunt omnes in l. j. §. si vir vxori. ff. de acquir. poss. per Soc. in consil. 13. in iiij. cum igitur primus donatarius sit constitutus D 12 possessor. potest agere tanquam † spoliatus, & erit ante omnia restituendus cum fructibus. c. grauis. de restit. spol. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. & vbi erit restituendus, si do. Catharinæ intentabit petitorium, potior erit primus donatarius: quia dicet aut vis istum minorem potuisse donare, & ego sum prior: vnde debeo obtinere. l. quoties. C. de rei vend. aut vis quod non potuerit donare, & tunc tua donatio non valebit, quę etiam ipsa est facta à minore, vnde in pari causa, si possidet, absoluendus est. l. qui accusare. C. de edẽ do. & ista sunt quæ in veritate in præsenti casu difficultatem maximam faciunt. Sed tamen, his non E obstantibus, puto contrariam opin. de iure esse veriorem: & secundùm ea, quæ in facto proponunt, p̃supponо hanc dominam Catharinã esse in possessione, & sic cùm possideat, si pars aduersa non fundat intentionem suam, ipsa, dato q̃ nihil probaret, est absoluenda à petitis: iuxta not. in l. qui accusare. C. de eden. & in c. j. vt eccles. beneficia, † 13 nec tenetur dicta domina allegare, neque ostendere titulum possessionis suæ. l. cogi. C. de petit. hæred. & in terminis nostris est tex. in l. fin. C. de rei vend. Videndum ergo solum est nunquid actor legitimè doceat de iure suo: & dicendum est, quod non: quia dato, quod habent donationem, tamen talis donatio non valuit, ex quo per eam in effectu alienarentur bona immobilia sine decreto † 14 vnde contractus est ipso iure nullus. d. l. j. ff. de reb. eorum. & toto tit. C. de præd. min. Nec obstat, q̃ interuenit iuramentum, per quod in effectu conualidatur etiam donatio. d. auth. sacramenta. & ibi not. doct, quia primi respondeo quod illud procederet in aliqua donatione aliquarum facultatũ: vnde non induceretur enormis læsio, puta: quia non alienaretur vltra † dimidiam facultatum, alio- 15 quin si excedatur dimidia, vt in casu nostro resultat enormis læsio: & tali casu teneo non procedere dictam authen. quia videtur minor per talem contractum fraudari. l. si quis superstite. circa fin. C. de dolo. ex quo paria sunt, quod † dolus ex ppo- 16 sito vel re ipsa interueniat. l. si quis, eũ aliter. ff. de

verbor.

BIU Cujas

verbor.oblig.vnde ſicut, † quando quis contrahit
17 cum verisimiliter conſumpturo non confirmatur
contractus,per iuramentum. argum. l. ſi verò.§.a-
doleſcens.ff.mand.l.quod ſi minor.§.pen.ff.de mi
noribus. à fortiori non debet confirmari in hoc
caſu, in quo quis actualiter conſumit donando.& A
iſta ratio eſt concludens in oppoſito noſtro,quam
approbat dominus Antonius & Abb, in dicto ca.
cum contingat.verſi.nonus caſus,pro qua opin.e-
tiam adducunt,quod † iuramentum debet habere
18 tres comites, iudicium, iuſtitiam & veritatem. c.
& ſi Chriſtus.extrà,de iureur. quod iudicium ma
ximè deficit in eo, qui ſe ſpoliat omnia bona do-
nando,& ideo tale iuramentum non tenet, & per
hanc rationem idem ſentit Petr. de Ancha. in c.j.
de conſtit.in xj.dubio.& conſi. lxxxiij. viſis Ioan.
Cald.in conſil.viij.duæ puellæ. in fin.Aretin.in d.
l. qui iuraſſe. cum multis ſimilibus allegatis per
Deci. qui hanc partem tanquam communiorem
implectitur, in conſi.lxxx.& licet ille loquatur in
renuntiatione, tamen idem eſt in quolibet con- C
tractu,in quo induceret talis læſio,& Cald. in fin.
d.conſi. & etiam Anchar. ſatis innuit in hoc non
eſſe conſtituendam differentiam, prout etiam
Ant. & Abb. ſentiũt.& And.Sicul.cõſ.lx. verſ. cir
ca aliud dubium.in iij. lib. & idem etiam concor-
dando opiniones affirmat Corn. in reo. d.auth.
ſacramenta. in verbo inuiolabiliter. in fin. quan-
do contrahẽs eſſet idiota,& ex qualitate perſona-
rum accederent aliquæ coniecturæ fraudis, quod
poteſt eſſe in caſu noſtro,& ab iſta opin.quæ eſt ę-
quior,non videtur eſſe recedendum. & licet Ale- D
xand. aliter plerunque conſuluerit. & aliqua vi-
deantur in contrarium facere, tamen quia Mod.
in prędictis locis reſpondent,non inſiſto vlterius.
Secũdò reſpõdetur,dictam donationem eſſe nul
lam propter ſtatutum noſtri Mediolani,derogans
d.authen.ſacramenta.& licet doct.concludant nõ
valore tale ſtatutum tanquam de re ſpirituali, ta-
men dato, quod hoc ſit verum, valet ſaltẽ quoad
hoc,quod contractus non confirmetur, † validatio E
19 enim contractuum non eſt iuris diuini, ſed gen-
tium,vel ciuilis.l.iuriſgentium.ff. de pact.vnde li-
20 cet non poſſunt † ſtatuentes facere, quod iurans
non teneatur reddere iuramentum Deo præſti-
tum:iuxta c.debitores. extrà, de iureiur. poſſunt
tamen facere, quod nihilominus contractus ſit
nullus,& auferre vires obligationis, quæ ex iura-
mento cauſatur in partem illud recipientem, vt
ſatis innuit Ant.& Abb. in dicto cap. cum contin-
gat.& firmat Cardi.conſil.xlij.Marian. Socin. con F
ſil.lxj.in j.lib.vbi dicit ita tenuiſſe aliquos. in d.c.
cùm contingat.& idem ſequutus eſt Paul.de Caſt.
in repet.d.authen.ſacramenta. & ibi etiam Corn.
verſic.tertiò fallit.vbi dicit,quod tutius eſt pro iu-
dicibus in ſyndicatu, quod ſeruent hanc opinio-
nem,& quod tali caſu non firmetur contractus,vo
luit etiam Fed. de Senis, conſil. cclxxij. quem re-
fert,& ſequitur Petr. de Anc.in rep. d.c.canonum.
& licet d.conſi.Fed. reprobetur, ab aliquibus, ta-
men ſtante tali ſtatuto, non reperio qui contradi- G
cat, quoad hoc quod contractus ipſe non rema-
neat nullus. & eius opinio ſine dubio in hoc caſu
eſt vera: & licet Ioan. de Imo. in d. c.cùm contin-
gat. multum variauerit tamen verſ. ſed illud.po-
ſſiſmè reſidet in effectu cum hac opin.concluden
do in foro ciuili non poſſe iurantem compelli. vt
ibi per eum,& iſta eſt vera & communis opin.quę
etiam in practica ſeruatur.licet Alex.conſi.lix.in j.
vol.inaduertenter dixerit oppoſitum. Cùm ergo
ſtante dicto ſtatuto, contractus non confirmetur,

non poteſt actio aliqua competere huic donatà-
rio aduerſus hunc poſſeſſorem: nam actione reali
agere non poteſt, ex quo contractus non tenuit:
& ideo dominium non fuit in eum translatum, &
† rei vendicatio præſupponit dominium in agen-
te.l.officium.ff.de rei vend.nec † actione perſona- 21
li poteſt agere:quia illa non ſequitur fundum,nec
competit contrà ſucceſſorem particularem. l. fin. 22
ff.de contr. empt.l.j. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. &
quod notat Bartol. in l.ſi quis pro eo. in iiij. caſu.
B cum quo ibi tranſeunt doct. ff. de fideiuſſ. & iſtud
maximè procederet, ſi iſta q̃ poſsidet ſuum titu-
lum non oſtenderet, nec probaretur, quod habet
cauſam ab illo,qui iurauit:nam tunc ceſſaret opi-
nio quædam Antonij volentis in d.c.cùm contin-
gat.quòd imò etiam † ſucceſſor particularis obli- 23
getur ad ſeruandum iuramentum eius à quo cau-
ſam habuit.arg.l.apud Celſum.§. de auctori. ff. de
dol.excep. Sed Antonius non loquitur ſtante tali
ſtatuto, per quod extinguitur omnis obligatio
C quæ parti ex tali iuramento acquireretur, vt ſuprà
oſtendi.Nec obſtat, quod tale ſtatutum tanquam
odioſum non debet operari quoad bona exiſten-
tia extra territorium,per Doct.Bar.in d. l.cunctos
populos,quia Bart.loquitur,quando verba ſtatuti
reſpiciunt perſonas contrahentium ſimpliciter,
ſed ſtatutum noſtrum vlterius procedit limitan-
do iuriſdictionem iudicum Mediolani ius reddẽ
tium,& mandando,vt illud ſeruent,non autem di
ctam authenticam:vnde etiam ſi vellent eam ſer-
D uare non poſſunt, quia quoad hoc deficerent iu-
riſdictione, & eſſent tanquam perſonæ priuatæ,
vt in ſimili dicit Iacob. Butrig. & Bald.in authent.
ſtatuimus. C. de epiſcop. & cler. Bald.in l. obſer-
uare.§.proficiſci.in xxvij.q.ff.de offic. proconſ, &
iſtud eſt quod voluit Ioã. de Imo.in dict. cap.cùm
contingat. vbi dicit quod ſtante tali ſtatuto non
eſſet prouiſum ei qui recipit iuramentum aliquo
modo in foro ciuili ex quo iudex non haberet iu-
riſdictionem.& tex.in c.licet.de iureiu.in vj. dum
E vult poſſe compelli iudices, vt faciant obſeruari
iuramenta,debet intelligi de habentibus iuriſdi-
ctionem,cuius vigore hoc poſsint facere quod nõ
eſt ſtante tali ſtatuto. Prætetea eſt aduertendum,
quia imò tale ſtatutum eſt fauorabile ipſi minori:
quia fuit factũ vt ei conſuleret, vnde debet ex-
tendi etiam in bonis exiſtentibus extra territoriũ,
ſecundùm ibi not.per Bart. Nec obſtat, quod no-
ceat animæ,& ideo poſsit dici odioſum:quia rñ-
deo trib. modis. Primo,quod quoad inualiditatẽ
F contractus & obligationis ex iuramento parti ipſi
quærendæ, non reſpicit aliquod odium animæ,
nec habet aliquid cõmune cum anima. vnde quã-
tum ſit ad hoc debet operari quamuis extra terri-
torium,& iſte eſt caſus noſter. Vnde diſtinguere-
mus modum agendi, aut minor vult dicere de nul
litate contractus & obligationes quoad dicta bo-
na,& poſſe,aut vel dicere ſe non teneri ad ſeruan-
dum iuramentum & non poſſet, tum quia ſtatutũ
quoad hoc,non valeret, tum quia etiam ſi valeret
G non traheretur ad dicta bona.Secundo reſponde-
tur, † quòd doctrina Bart. debet intelligi, quãdo 24
ſtatutum continet prohibitionem fauorabilẽ, vel
odioſam,non quidem abſolutè,ſed quãndo diſpo
ſitio in fauorem prohibiti, vel eius odium, & ita
eum intelligit Pet.de Anch.in rep.cap.canonum.
verſ.venio ad alium.de cõſtit. & Lud.Rom.conſi.
xxxix. & quod iſtud ſit verum apparet ex exẽpils
per eũ poſitis.dũ dicit,q̃ ſtatutũ, q̃ ſtãtibus maſcu
lis fœminæ non ſuccedant, tanquam odioſum nõ
debet extendi extra territorium: nam tale ſtatutũ

BIU Cujas

simpliciter loquendo est fauorabile: quia principaliter factum in fauorem agnatorum. l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. & est communis opin. vt latè per Fran. de Cur. consi. ix. incip. Ticinēsi statuto. & consi. lxxxj. rectè. & tamen Bart. dicit non debere extendi, ratio est: quia respectu personæ prohibitæ, id est, fœminæ dicitur odiosum. Igitur in casu nostro non potest negari quin respectu personæ prohibitæ tale statutum sit fauorabile: quia factum in eius fauorem, vt apparet ex doctrina Bar. ibi dum explificat in minore prohibito testari, ergo trahetur etiam ad dicta bona. Tertiò † considerandum est, quòd Bart. loquitur, quando fauor, vel odium statuti cōsistit circa principalem prohibitionem, & in principali prohibitione clarum est, q statutū nostrū est fauorabile prohibito, vñ dispositio talis phibitoria circūscripto iuramento sine dubio trahitur ad bona extra territorium existentia: & ideò dato quod accesserit iuramentum † debet imitari naturam actus, cui acce-
26 dit. l. fi. C. de non num. pec. l. iij. C. plus valere q̄d agitur. nec debet posse facere, vt non videatur de eis bonis actum, de quibus eo non interueniente nulla erat difficultas, quin actum fuisset. & sic apparet ex isto capite primum donatarium excludi.

Ex alio quoque capite excludi tur, videlicet, ex forma statuti Laudensis requirentis insinuationē .xxx. dies, aliàs donationem ipsam annullantis, & cùm nullitas donationis censetur ex culpa donatarij, qui non fecit eam in tempore debito registrari: talis contractus non sustinetur, etiam si iuramentum interuenerit: non enim videtur in tali iuramento de hoc casu fuisse cogitatum. arg. tex. in c. ad nostram. ij. vbi glo. extrà, de iureiur. & quia iuramentum intelligitur de rebus sic stantibus. c. cùm inter. extra, de renunt. l. fi. ff. qui satisd. cog. & Fed. de Senis consi. cclxxxj. casus talis est. Anch. cōsi. clxxviij. visis instrumentis. & consi. lviij. in fi. Bal. & Ang. in l. illud. C. de sacr. eccle. Angel. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Raph. Com. & Lud. Rom. in l. Modestinus. ff. de solut. Rom. consi. xxij. Paul. de Cast. consi. 100. visa quadam scriptura. & consi. cv. circa bona, quæ fuerunt. Ant. in c. cùm contingat, in viij. casu. de iureiur. Io. de Imo. in d. c. cùm contingat. in vij. membro princ. & est de mente Ioan. Cald. in consi. ij. sub rub. de iureiur. & idem tenēt Mod. repe. in l. nemo potest. in ij. q. Bart. ff. de leg. j. vbi dicunt, quod viderunt consiliū domini Car. Alexandrini subscriptum à pluribus doctoribus, & est verum, quia ita consuluit inter consilia Fran. de Curt. consi. lxvj. & ibi etiam Curt. hoc tenet in
27 seq. consi. & licet Alexan. in d. l. nemo potest. affirmet donationem iuratam † propter defectum insinuationis non inualidari, & ita pluries consuluerit, prout etiam facit Aret. in consi. ij. & consi. xvij. tamen non debet intelligi, quando statutum requireret hanc solennitatem infra certos dies, prout in casu nostro per supradictam rationem. Nec obstat, quòd competit beneficium restitutiōis in integrū transmissum per minorem in hæredes suos: quia in casu nostro non apparet fuisse imploratum tale beneficium & ampliùs implorari non potest: statim adita hæreditate per maiores succedentes minori, debuerat fieri illa insinuatio saltem intra xxx. dies. ex quo minor fuit læsus in illo numero dierum tantùm. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. & §. quoties. ff. ex quibus causis maiores. notatur in l. interdum. ff. de minorib. & per glossam, Bartolum, Bal. Salic. Paul. de Castr. in fin. C. de tempor. in integ. restitut. pet. licet velint, q̄ petita per illud tempus restitutiōe cā possit deinde p quadriennīū durare, sed in casu nostro lapsum est ferè decēniū. vñ casus non habet difficultatē, pīsertim, qa illud quadriennīū est cōstitutū nō solū liti inchoandæ, sed ēt terminandæ, vt ibi dicūt oēs doctores. vñ ēt corā iudicibus non suppositis instantiæ; tñ illud tempus currit, & cā extinguitur, nisi eo termino fuerit expedita. Non obstat, quòd hæredes habeāt præsumptā ignorantiā, & illud tēpus nō currat ignoranti, vt per Bald. & Alex. in d. l. quandiu. quia cùm statutū Laudense habeat clausulam decreti † annullatiuam, videtur ligare ēt ignorantes, vt est tex. in c. j. in §. adiiciebant. de cōcess. præb. in vj. gl. in c. eo tempore. de elect. eo. lib. tradit Paul. de Eleaz. in proœmio. clē. & Lap. in cle. j. de elect. Abb. in c. cæterū. de rescript. Perus. in c. vt nostrū. de appel. Ant. Ioan. de Imo. & Mod. in c. cognoscentes. extra, de constit. Nec videt ēt adesse iusta cā restitutionis in integrū, vt. n. apparet † ex verbis statuti eo ligāt ēt q extra territoriū cōtraxerūt, & potuit statutū illud facere, vt per Bal. in l. fi. ff. de iur. om. iud. Per. de Anch. in rep. d. c. canonū. in xij. quæst. & per Alex. in d. cōsi. xlj. quia pōt hāc legē imponere rei suæ sub sua iurisdictione constitutæ, ne videlicet possit trāsferri sine certa solēnitate, & facit q̄ not. Fed. de Sen. consi. 182. incip. in hoc dubitabili. Anch. in d. c. canonū. Rom. & Mod. in c. fin. de const. in vj. & ideo hæredes adeūtes hæreditatē, & cōsequēter volentes acquirere dominiū rei sitę in iurisdictiōe Laudēsi, debuerūt se informare de statutis illius patriæ. & si nō fecerūt sibi imputēt: qa satis est q̄ potuerint in gñe cogitare esse aliqua statuta, q̄ formā imponerēt, vt p Are. in cōs. xj. vers. sed respōsiones. Et suadet hoc forti ratiōe: nā licet vulgò dicamus, q̄ † qlibet p̄sumit scire iura. l. leges sacratissimæ. C. de legi. tñ istud est, qa si nescis sibi imputet, q nō cōsuluerit sciētes, vt dicūt doct. in l. iuris ignorantia. C. q adm. & p Fel. in c. de quarta. extra, de præscr. Idē est in nostro casu: debuerūt. n. hæredes informare de se statutis Laudēsib. Vnde cū debuerint hoc facere in eorū damnū sit præsumptio, q̄ fecerit, & sic nō possint allegare ignorātiā: qa † paria sūt scire, vel scire debere. l. q̄ te. ff. si cer. pet. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsuris. Nō obst. q̄ isti hæredes debeāt obtinere saltē in possessorio, ex q̄ p clausulā cōstituti, & reseruationē vsusfructus iste donatarius videat cōstitutus possessor, q̄ possessio ex forma decreti nostri continuat in hęredes: de q̄ in l. cū hęredes. ff. de acq. poss. & p Ias. l. sororī. C. de iur. delib. qa rñdeo, q̄ imò dictus donatarius nunq̄ possedit: qa (vt §. cōclusimus) cōtractus erat null⁹ &, † ex cōtractu nullo nunq̄ trāsfert possessio p istos act⁹ ciuiles sicut est cōstitutū, vel reseruatio vsusfructus: istud fuit solēne dictū Argētini de Forliuio in d. l. j. §. si vir vxori. q̄ approbāt Paul. de Castr. Ias. & Soc. ibi, vbi ēt adducūt, q̄ † vbi cōtractus est nullus, ēt cōstitutū in eo appositū est nullū, vt per Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. de quo dicendum est, vt per eos.

CONS. XXXIV. SVMMÆ.

1 *Domicilium origimis & incolatus generaliter præfertur, & est potentius, fallit tamen, quando bona sunt sita in alio foro & de eis bonis tractatur.*

2 *Fictio plus operari non debet quàm veritas.*

3 *Si quis sortiatur forum in duobus locis, & habeat bona vtrobiq̄, fit separatio bonorum, vt quælibet secundùm suam legem, vel statutum inducentur.*

4 *An quis possit succedere tanquam ciuis, loci debet attendi tempus hæreditatis delatæ.*

5 *Actum consumatū infirmari in pœnā eius, qui legis iussioni aduersatur.*

BIU Cujas

6 *Pater potest filiis suis ius ciuilitatis acquirere.*
7 *Sororem & fratrem matri æqualiter succedere.*
8 *Statuta originis attendi.*
9 *Statutum personale forenses non ligare.*
10 *Priuilegij fauorabilis & collectiui sensus.*
11 *Quis non potest vti priuilegio contra alium, qui sit in pari causa.*
12 *Inter pares non est dare victoriam.*
13 *Dictio descendentes, est dictio collectiua.*
14 *Dispositio collectiuè pro parte aliquorum versus extraneos non habent locum inter ipsos.*
15 *Priuilegium hypothecæ concessum legatarijs per Iustinianum, non habet locum quando legatarij inter se litigarent.*
16 *In fideicommissis substitutio facta post mortem omnium, & sic collectiuè respectu omnium non induxit fideicommissum reciprocum inter ipsos.*
17 *Priuilegium concessum Episcopis & Canonicis, non attenditur inter Canonicos simul litigantes.*
18 *Dispositio statuti prouidens inter socios & eorum creditores, non habebit locum si inter ipsos socios non mutuò litigetur.*
19 *Prohibitio alienationis facta filiis, respectu aliorum non habet locum inter ipsos.*
20 *Interpretatio passiua à lege inducta habet locum & in statutis, & in quibuscunque dispositionibus, siue odiosis, siue etiam correctoriis.*
21 *Interpretationem passiuam ex causa restringi.*
22 *De defectu iurisdictionis semper & quandocunque opponi potest.*
23 *Accipere aliquem in ciuem, est contrahere, & contractus fieri non potest, nisi ex vtriusque consensu.*
24 *Priuilegium licet possit conferri absenti, & ignoranti, tamen requirit acceptationem.*
25 *Beneficia Principum non quæruntur absentibus & ignorantibus, quamuis principes sint personæ publicæ, sed omninò opus est acceptatione.*
26 *Legitimatio filij absentis per rescriptum Principis, non est valida nisi fecuræratificatione.*
27 *Acceptatio seu ratificatio legitimati trahitur retrò in præiudicium aliorum, quando facta est à Patre viuente.*
28 *Ratihabitionem in alienius præiudicium retrò non trahi.*
29 *Manumissio licet æquipararetur legitimationi, non tamen trahitur retrò.*
30 *Contractus transit in filios hæredes, & eos obligat quauis inuitos.*



ECTO & diligenter considerato consilio Clarissimi Iurisconsulti domini Sigismundi Augustoni, visa est mihi certissima conclusio sua, quantum sit respectu statuti Laudēsis, cuius verba non excludunt fœminam, quin succedat vnà cum fratre in bonis maternis, nec etiam mens statuti, quæ sequitur voluntatem matris, quam non est verisimile abhorruisse sexum suum, & voluisse masculum præferri fœminæ, prout eleganter in consil. dicitur. Maior est dubitatio circa bona existentia in agro Papiensi, vbi statutum expressè excludit fœminam, stantibus masculis. Et difficultatem facit. quod per priuilegium concessum Illustriss. Herculi eorum parenti, pro se, & descendentibus, effecti sunt ciues ciuitatis Papiæ, nec potuisset dictus eorum pater, ea bona in dotem accipere, nisi habuisset dictum priuilegium, propter statuta dictæ ciuitatis excludentia forenses ab omni acquisitione bonorum suorum in suo territorio. Vnde quamuis illustris dominus Sigismundus, & do. Lucretia eius soror, nati dicto domino Herculc, respectu originis, & domicilij sint ciues Ferrarienses: tamen quia respectu dictorum bonorum concurrit duplex vinculum: quia sunt ciues Papiæ per priuilegium, & etiam bona sunt ibi sita, videtur quod quoad dicta bona statuto Papiæ subiiciantur. Quia licet aliàs domicilium originis & incolatus præferatur, & sit potentius: tamen fallit hoc, quando bona sunt sita in alio foro, & de eis bonis tractatur, secundum d. Abb. & dilectus filius. ij. de rescrip. per Maria. Soc. c. fi. in v. q. de for. compe. & consuluit Dec. cōs. cclxxxiij. Et hoc maximè est dicendum in casu nostro, propter amplitudinem verborum priuilegij, quibus isti rediguntur ad similitudinem originariorum ciuium Papiæ, quibus verbis apparet, non posse, eos dici forenses, sed ciues, quantum sit respectu dictorum bonorum, de quo per Corn. consil. ccij. in ij. Felin. c.j. extrà, de sponsa. Dec. dicto consil. cclxxxiij. Alber. Brun. in tract. statuti exclusiui fœminarum. in vj. articulo. Probaturque hęc opinio manifestè ex verbis priuilegij, quibus expressè dicitur, quod succedant sicut alij veri & antiqui ciues: vnde priuilegium in eos tranfit cum quantitate sua, vt non possunt esse capaces horum bonorum, nisi tanquam ciues, nec deferatur eis in dictis bonis hæreditas, nisi secundum formam aliorum statutorum, per text. in l. cùm ex oratione. §. fin. ff. de excus. tut. & in simili habetur per Bald. in l. j. C. de contr. empt. in l. omni. C. de sacrol. eccl. in l. 4. C. ad l. Falcid. Vnde sicut d. Sigismundus ex dicto statuto excluderet veram, & antiquam ciuem Papiensem, ita etiam excludit hanc sororem, quæ est ciuis, per priuilegium, & quæ non potest vti ciuilitate, nisi cū qualitate sua, id est, q, excludatur à masculo, ne melioris sint conditionis priuilegiati ciues, quàm veri, & plus operetur fictio quàm veritas: l. sub conditione. ff. de sol. l. bona. in fi. ff. de capt. l. si filius fam. vbi omnes not. ff. si cert. petat. Et pro ipsa videtur esse cōmunis doctrina scribentium dum dicunt, q, propter diuersitatem bonorum cēsebitur mater decessisse cum duplici patrimonio, vt respectu bonorum, quæ sunt in agro Papiensi deferatur hæreditas, secundùm statutum Papiense: respectu verò aliarum rerum attendatur forum originis, sicut aliàs videmus fieri propter diuersitatem patrimoniorum. l. pupillo. ff. de tut. & cura. dat. ab iis. l. si arrogator. vbi not. ff. de adopt. l. certa forma. C. de iure fisc. lib. x. & ita in simili casu sentit Bart. in l. j. q. vij. C. de summ. Trin. & fid. cathol. dum dicit, quòd si verba statuti sunt cōcepta in personam, & ille nō esset Anglicus, quod consuetudo Angliæ eum non ligaret, quia forensis: vnde sentit quòd si forensis non esset, vt quia ciuis Anglus, per priuilegiū, prout in casu nostro, quod secus esset. cessat enim tunc ratio Bartol. cuius opinio quantum ad hoc, est communiter approbata, vt per Paul. de Cast. cons. xxxij. circa primum in secundo volum. in nouiss. & per Alex. consilio cxxviij. in j. & consil. xliiij. in v. cum similibus. & in ciue priuilegiato idem sentit Bald. cōsilio cccclx. in j. incip. Ioan. de Alligniana. Eandem opinionem expressè tenuit Bald. in l. si arrogator. ff. de adopt. vbi decidit, quòd si quis sortiatur forum in duobus locis, puta Regij, & Bononiæ, & habebat bona vtrobiq;, q, fit separatio bonorū, vt quęlibet secundum suam legem, vel statutum iudicentur, allegat not. in l. apud eum. ff. de manumiss. in l. j. ff. de separat. refert & sequitur Alexan. consi. cvj. in j. volum. Eandem sententiam etiā sequutus est Ias. cons. lxxx. in iij. volum. ver-

BIU Cujas

fic. confirmo etiam. vbi refert Salicetum in dict. l. cunctos populos. idem concluſiſſe, & conſilium fuiſſe approbatum per Ioan. de Lignano, & alios Dd. & idem etiam tenet Albert. Brun. in d. tract. ſuo in viij. parte principali. quæſt. xxv. vbi dicit, q̃ iſta eſt communis opi. & quod in practica nõ eſſet ab ea recedendum. Nec quicquam, facit ſi diceretur, quòd d. Lucretia non debet alligari tali ſtatuto: quia poteſt repudiare illam ciuilitatem, & nolle vti illi ſtatuto, cum ratiõe originis & incolatus, non ſit ſubiecta illi. gl. c. cùm acceſsiſſent. extrà, de conſtit. Bar. l. j. C. de his qui ſpont. mune. lib. 10. l. beneficium. de mand. princip. in fi. Alexand. conſ. clxxxxviij. in ſecundo vol. Nã hoc nihil obſtaret. illuſtriſ. domino Sigiſmundo fratri ſuo, qui tempore† quo mater eſt mortua, erat ciuis, & ſic tempore delatæ hæreditatis, q̃ tempus debet attendi. §. proximus. inſti. de legit. agn. ſucceſ. Bald. conſil. cclvij. verſic. ſed nunquid dicitur. in j. vol. Paul. de Caſt. conſ. x. in antiquis, & ſi tunc excludebatur à fratre, quamuis nunc repudiet, non poteſt nocere fratri, cui ius eſt quęſitũ. l. non plures. C. de ſacroſ. eccl. vbi Sal. & Are. Nam & repudiata ciuilitate iſta, remaneret extranea & forenſis, & ex forma alterius ſtatuti eſſet excluſa, adeò vt ſuccedere non poſſet, quod ſtatutum valet, & eſt in viridi obſeruãtia, de quo per Bal. in l. fi. §. fi. C. cum de leg. Alberi. de Roſ. in ſecunda parte ſtatutorum. q. ij. Areti, l. ſi quis ita. §. ea lege. de verb. obli. Addo, q̃ repudiata ciuilitate, res deueniret ad caſum à quo incipere nõ poſſet, & ideo vitiaretur ſucceſsio reſpectu ipſius repudiãtis, vt probatur in l. iij. §. fi. de adul. & in §. ſed neque eum in auth. quẽadmo. oport. epiſ. etenim generaliter traditũ eſt, etiã† actum conſummatum infirmat in pœnã eius, qui legis iuſsioni aduerſatur ſecundũ Areti. in l. pen. §. & ſi placeat. vbi dixi. ff. de verb. obli. Nec etiam videtur obſtare ipſi d. Sigiſmundo ſi dicatur, q̃ tempore delatæ hæreditatis maternæ, non conſtat quod acceptaſſet priuilegium ciuilitatis: vnde non poteſt deinde acceptare in præiudicium ſororis, cui ius erat pro ſua parte delatũ, vt conſuluit Pet. de Anch. conſ. clxix. refert & ſequitur Decius conſ. dclxj. Nã abſq; alia acceptatiõe ſtatuti ex facto patris, videtur ei quęſita ciuilitas, licet poſsint filij, eam repudiare ſi velit, ſecundum d. l. ij. vbi Bar. & Ioã. de Platea. C. de iis qui ſpon. mun. publ. li. x. † poteſt enim pater filiis ſuis acquirere ius ciuilitatis. l. libertus. §. patris. vbi Bar. ff. ad municip. per eundem Bar. in l. aſſumptio. §. filius. in fi. eo. ti. per Bal. l. j. C. de patr. qui fil. & loquitur Bartol. in caſu quo pater expreſsè non conuenit de filiis, nihilominus tranſit. multo magis in caſu noſtro in quo expreſsè indulta eſt ciuilitas deſcendentibus. Quãuis etiam videatur poſſe dici, quod ſit locꝰ ratihabitioni, & q̃ trahatur retro etiam in præiudicium ſororis. Sicut dicimus de legitimato abſente, à principe, qui poſt mortẽ patris ratificare poteſt legitimationem, quia beneficium principis fatis eſt q̃ acceptatum ſit per patrem, & prodeſt filio, ſecundum Are. in l. Gallus. §. forſitan. de libe. & poſth. Alex. cõſ. cxxxix. in j. ſenſit Ang. conſ. lxxj. & tenuit Ruin. in l. ſi is qui pro emptore. in materia fictionis tranſlatiuæ. ff. de vſu cap. Sed tamen his non obſtantibus, viſa mihi eſt probabilior opinio ſupraſcripti domini conſulentis, quod imò illuſtriſ. D. Lucretia ſit † admittenda in hæreditate matris, æquis portionibus cum fratre ſuo, nec per eum excludatur, habet enim fundatam intentionem de iure communi ſecundum l. maximum vitium. C. de lib. præter. cui ſtatuta originis ſuæ non contradicunt. ad quę ſtatuta & ſorum originis videtur eſſe attendendum, vt attendatur patria cui ſunt ſubditi. l. j. C. vbi de hæred. agi opor. per Bal. in l. ij. C. quemadmod. teſta. aper. & eſt conſilium D. Signorol. clxvij. quod ſequitur d. Io. Cãpeſius, in tract. dot. in vlt. par. q. lxiiij. vbi allegat concordantes, & licet dicta concluſio in terminis ſuis poſsit eſſe dubia: tamen in caſu noſtro videtur certa, quia diſpoſitio iuris communis debet extendi tanquam fauorabilis ad territoriũ Papienſe. ſecundùm doct. Bart. in d. l. j. verſi. vj. videndum. C. de ſum. Trin. maximè cùm ſtatutum Papienſe† ſit conceptum in perſonam: vnde non debet operari, vt excludat hanc mulierem illi nõ ſubditam, & quæ verè eſt forenſis quantum ſit ad dictum ſtatutum, ſecundum doctrinam Bar. in d. l. j. q. vij. in quæſtione Anglicana, quam conſulendo diffusè approbat Alex. conſ. xliiij. in v. vol. & per Petr. de Anch. in d. conſi. clxix. Nec obſtat priuilegium ciuilitatis, quia conceſſum à Duce Ioan. Galeacio, qui nullam habebat inueſtituram ab Imperatore, & ſolum de facto incubabat Ducatui: vnde hodie Imp. ratas habet conceſsionis Ducis Ludo. tantùm, qui accepit inueſtituram pro ſe & filiis, iſtas verò Ioan. Galeacij, pro nullis habet, vt eſt notorium in locis Ducatus. Sed omiſſa iſta quæſtione & ſuppoſita poteſtate Ducis Ioan. Galeacij, adhuc dico, hanc dominam eſſe admittendam: quia ſi videantur verba dicti priuilegij, totum emanauit† in fauorem ipſius Illuſtr. Herculis, & filiorum: vnde operatur duntaxat in his, quæ eorum fauorem reſpiciunt, non ſi ad alterius in priuilegio cõprehenſi damnum pertinerent, per regu. l. ſi Ruſinus. C. de teſta. mili. cũ ibi not. per Alex. & alios. & per reg. l. quod fauore. C. de legi. & cum priuilegium emanauerit fauore ipſorum, operabitur contra alios volentes eis mouere controuerſiam, puta ſi Papienſes velient eos excludere, tanquam non ciues: ſed ſi lis inter ipſos deſcendentes, priuilegium non operabitur. ceſſat enim ratio priuilegii, & mens Ducis, qui noluit vni ex eis fauere quando noceret alteri. Et probatur hoc ex doct. Bar. in lege, iij. §. ſi emancipatus. ff. de contra tabulas vbi dicit, quòd tale ſtatutum vel priuilegium cenſetur inductum ad reſciſsionem obſtaculi, quod eſſe poſſet, ne ille eſſet ciuis, non vt tollat ius vetus, inter ipſos, ſentit Alex. conſilio xxxij. in v. vol. & per Felin. in ca. cum dilectus. ij. in viij. concluſ. extrà, de reſcript. per Ang. conſilio cccl. incip. generoſus, & quod habetur in l. falſa. §. j. de cond. & demon. & quia regula eſt generalis quod† quis non poteſt vti priuilegio contra alium qui ſit in pari cauſa. l. priuilegia. ff. de priuil. credit. l. ſed & milites. §. cœqualitas. ff. de excuſ. tutor. per Deci. c. in præſentia. extrà, de probat. cum† inter pares non ſit dare victoriam l. qui ſoluendo. in fin. cum l. ſequen. de hæred. inſtitu. l. cum enim. de ſtip. ſer. Et quia in hoc priuilegio vocati ſunt iſti, per† dictionem, deſcendentes, quæ dictio eſt collectiua, & concluſio eſt generalis quòd† diſpoſita collectiuè ex parte aliquorum, verſus extraneos, nõ habent locum inter ipſoſmet. l. qui duos. & l. ſequen. ff. de procur. l. ſi quis ingenuam. §. inciuilibꝰ. ff. de capt. Doc. c. fi. de præb. in vj. & quod habetur in l. accipientis. ff. de auct. tuto. vnde & primo videmus, quod† priuilegium hypothecæ conceſſum legatariis per Iuſtinianum, non habet locum quando legatarij inter ſe litigarent, vt eſt gloſſ. in l. j. C. com. de leg. vbi Paul. de Caſtr. not. in dict. l. ad fi. verſ. ij. quæritur. vbi pro hoc allegat duos

duos textus, videlicet l. si fideicommissorum ff. vt in pos. leg. & l. procuratoribus. §. pe. ff. de tribut. Secundò, quia etiam in fideicommissis videmus, A
16 quòd † substitutio facta post mortem omnium, & sic collectiuè respectu omnium, non inducit fideicommissum reciprocum inter ipsos, vt habetur in l. pater filiam. §. fi. ad l. Falcid. in l. Titia Seio. & Seia libertis. de leg. ij. in l. vel singulis. l. si pater impuberes. ff. de vulg. Tertiò, & magis in terminis, quia
17 idem videmus in priuilegiis, vnde † priuilegium concessum epis. & canonicis, non attenditur in- B ter canonicos simul litigantes, secundum Io. And. in c. & in iudicijs. de reg. iur. in mercurial. in fi. & quę habentur in c. fi. de off. deleg. in vi. per Inno. in c. prudentiam. de off. deleg. Dd. in l. minor autem magistratus. de minorib. Quartò quia idem videmus etiam in statutis, vnde † dispositio statuti pro-
18 uidens inter socios & eorum creditores, non habebit locum si inter ipsos socios mutuò litigetur, secundum Alexand. consilio cxxxix. in v. volum. C Quintò quia hoc idem obseruatur etiam in compromissis, vnde si inter plures ex vna, & Titiũ ex alia factum sit compromissum, non potest arbiter laudare inter istos plures adinuicem: quia nullum censetur factum compromissum in tali casu, secũdum Bald. consilio cccix. in j. volum. quem refert & sequitur Soc. in l. Gallus. §. j. de liber. & posthũm. vbi refert Anto. de Butr. & alios idem consuluisse & ita consuluit Butr. dict. consil. lxxvij. vi-
19 sis actis. Sextò, quia idem vidimus etiam † in prohibitione alienationis, quæ si fit facta filiis respectu D alterorum non habet locu cum inter ipsos. lege, voluntas. C. de fideicommiss. & per Bald. consilio cccclxxxxviij. in fin. in j. volum. & facit, quod consuluit Deci. consil. ccliij. vbi instituto fratre & liberis, considerantur liberi solùm respectu fratris, nõ autem inter se. Septimò, per id quod not. Alexã. in rubr. matrimo. versic. Sed quid econtrà vbi post Ioan. Andr. & alios veteres, concludit, quàm repræsaliæ concessæ Bononiensibus, contra Perusinos, non comprehendunt Bononiensem habi- E tantem Perusij: quia non trahunt ad ipsos Bononienses inter se, meritò igitur in casu nostro non habetur ratio istius priuilegij inter ipsos priuilegiatos inter se litigantes, sed stabitur foro originis, quòd concordat cum iure communi. Nec obstant decisiones suprà allegatæ, quia protederent vbi Illustriss. dom. Sigismundus, & Lucretia non ex solo priuilegio haberent ius ciuilitatis, sed etiam haberent contractum † domicilium Papiæ: quia tunc non solum in fauo- F ribus, sed etiam in oneribus subiicerent, statuto Papiensi, & ita loquuntur decisiones suprà allegatę, & vidi nuperrimè in causa cuiusdam Mutinensis consultum: secus vbi adest solum priuilegiũ quod fauorem tantùm operatur, per supra dicta. Nec obstat textus in dict. l. cum ex oratione. §. fin. de excus. tut. quia ibi priuilegium faciebat, ne verba legis concedẽtis excusationem verificarentur, quod non est in casu nostro, ibi enim dicebat lex libertini procurantes pro senato- G re patrono excusentur, pone quod quis impetrauerit ius aureorum annulorum: certè desinit esse libertinus, nec verba legis concedentis excusationem amplius verificantur: sed in casu nostro, quãuis quis habeat priuilegiũ ciuitatis Papiæ, non desinit esse ciuis in foro originis, & incolatus, q̃ forũ est potentius, & debet attendi, vt suprà dixi. Non obst. eadẽ ratione regula generalis quæ habetur, quod isti per priuilegium sint effecti ciues Papiæ, & debẽt de eis iudicari perinde ac de cæteris ciuibus, quia hæc est † quędam interpretatio passiua, 20
quæ à lege inducitur, & habet locum, & in statutis, & in quibuscunque dispositionib. siue odiosis, sipe etiam correctorijs l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. per Bart. Alex. & cæteros. in l. ij. ff. de leg. j. & in terminis nostris per Bal. consi. xxix. in v. li. Sed ad hanc difficultatem satis apparet responsum ex supradictis. sciendum enim est etiam hanc interpretationem † passiuam restringi, vt locum non ha- 21
beat, quando diuersitas rationis hoc suadet, vt est gl. in §. omnem. verb. cautionem. in authen. de litig. per Bart. in l. hæres. §. j. ff. de iudi. & quod habetur in l. fin. iuncta auth. quas actiones. C. de sac. eccles. in l. fi. ff. de reg. Cato. in casu autem nostro diuersitas rationis, subest ex diuersis causis: vnde inducũtur diuerse responsiones ad dictam difficultatem. Primò, non dicuntur affecti ciues Papiæ, quia dux Io. Galea. non habuit legitimum titulum Ducatus, vt suprà dixi: vnde priuilegium est nullũ, defectu † iurisdictionis, de quo defectu potest sem- 22
per, & quandocunque opponi, iuxta glo. in cle. j. in verb. non obstante, de seq. poss. Bal. l. j. C. si à non comp. iudi. Alex. Ias. & ceteri in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de op. no. nunt. cum concord. & licet quoad acta, quę executionem habuerunt, possit dici ea sustineri per l. Barbarius. ff. de off. præt. tamen secùs est, quoad ea quæ nondum habuerũt effectum, in casu nostro, per l. decernimus. C. de sacrosc. eccles. l. fin. C. de incest. nupt. Secundò, non operatur priuilegium reciprocè inter ipsos priuilegiatos per ea quæ suprà dixi in alio fundamento: quia mens principis non fuit magis vni decidentium fauere quàm alteri, sed solum eos adiuuare respectu cæterorum extraneorum: & ideo supradicta regula non habet locum, quando cõcessa in fauorem, aliàs verterentur in odium: quia tunc cessat ratio priuilegij, vt in terminis nostris inquit Bar. in d. l. iij. §. si emancipatus. cum concord. Tertiò quia esto quòd vterque sit ciuis Papiensis per priuilegium: tamen origine & incolatu vterque est ciuis Ferrariensis, & forum originis & domicilij est principalius inter ipsos, & ideo debet attendi secundum Bar. in l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad municip. & not. in c. ij. de sepul. lib. vj. & quod not. Bart. in l. quod conclaue. in fi. de dam. infec. Et licet res de qua litigatur sit Papiæ, & ideo tale forum videatur quoad dictas res potentius, per ea quæ no. Abb. in c. dilectus filius. secundo suprà allegato: tamẽ istud posset esse verum, si ibi litigaretur, & litigium esset contra extraneum, & ita loquitur Abb. non si inter se ipsos, maximè cum verba statuti Pap. sint in personam, non autem in rem. vt suprà dixi, quod ergo dicitur virtute interpretationis passiuæ eos in omnibus & per omnia subiacere statuto Papiensi, verũ esset nisi ratio potentioris fori resisteret per supradicta. Quartò respondetur, quòd prædicta regula procederet in ciuibus priuilegiatis: sed in casu nostro, isti non sunt ciues: ergo cessat difficultas. Hoc autem sic probatur, † recipere aliquem in ciuẽ, est 23
cõtrahere, & cõtract⁹ nõ potest fieri nisi ex vtriusque consensu. l. consensu. ff. de act. & oblig. ex parte enim recipiẽtis est cõsensus, quo recipit, ex parte recepti est cõsensus, q̃ acceptat, & se obligat ad munera subeũda iuxta formã iuris, adeo q̃ videt si ista receptio fiat et p priuilegiũ, nihilomin⁹ opus est acceptatiõe: quia † priuilegiũ, licet conferri pos- 24
sit absenti & ignoranti, tamen requirit acceptationem, cap. si tibi absenti. de præb. l. vj. ca. j. de conc. præb.

preb.eo.lib.not.in l.Labeo.ff.de iureiu. Et in priui-
legio ciuilitatis à principe conceſſæ, quod non
quæratur ante acceptationem, firmat Bal.conſilio
cccxlviiij.ſtatuto Placentiæ.in j.vol. Et facit con-
25 cluſio generalis, quæ habet, quòd etiam † beneficia
principum non quæruntur abſentibus, & igoran-
tibus, quamuis Principes ſint publicę perſonę: ſed
omnino opus eſt acceptatione, ſecũdùm Rom. &
Are.in l.q abſenti.ff.de acquir.poſ. Curtiũ ſenioré,
conſi.iiij.in fin.& conſi. lxiiij. incip. ſerioſa. & lo-
quitur Rom.& Aret.in priuilegio ciuilitatis. ante B
ergò acceptationem non eſt effectus ciuis ipſe d.
Sigiſmundus, & iſtud omnes tenent. & Ancha. d.
conſi.clxviiij.& Deci.conſi.ccccccclxj.ſuprà allega
to: vnde ſequitur, quòd cum tempore mortis ma-
ternæ, non conſtaret de aliqua acceptatione, quòd
hæreditas deuoluta ſit etiam ſorori, ſecundum ius
commune, non attento ſtatuto Papiæ, cuius ciui-
tatis ipſa adhuc non erat ciuis. Sed difficultas eſt,
quòd ſi ipſe ciuilitatem hanc deinde acceptet, an
retro habeatur hęc ciuilitas, ad excluſionem ſoro-
ris. Et videretur quod ſic: quia Dd. hanc ciuilitatẽ
æquiparant legitimationi, vt per Bal.in d.conſilio
cccxlix. Lud.Rom.& Aret.in d.l.qui abſenti.dum
26 dicunt, quòd ſicut † legitimatio filij abſentis per re
ſcriptum principis non eſt valida, niſi ſequuta ra-
tificatione.§.generaliter. in auth. quib. mod. nat.
effic.ſui.l.fin.ff.de iis qui ſunt ſui, vel alie.iur. ita e-
tiã eſt dicendum in ciuilitate: quia ius in ciue, &
patria poteſtas æquiparantur, ſecundum eos: vnde
27 ſtante hac æquiparatiõe, ſicut † acceptatio ſeu rati- D
ficatio legitimati trahitur retrò in præiudicium a-
liorum, quando facta eſt à patre viuente.l.fin.ff. de
nat.reſt.p Alex.in l.Gallus.§.& quid ſit tantũ.ff.de
liber. & poſthu. & ita procedunt, quæ ſuprà dixi
per Aret.in d.§.forſitan. & Alex.d.conſ. cxxxix. in
v.cum ſimilib. & ita debet hęc acceptatio ciuilita-
tis retrotrahi in præiudicium ſororis. Sed tamen a-
liud eſt in legitimatione, quæ non ciuili iure tan-
tum ſubſiſtit, ſed iura quoque naturalia ſibi ſecun-
dum veritatem ſuffragantia habet: aliud in iſta ci- E
28 uilitate à principe conceſſa, quæ iuri naturali non
innititur, acceptatio enim † in ea non retrahitur in
29 præiudicium alicuius, vt eſt tex.in d.cap. j. de cõ-
ceſſ. præb.in vj, qua ratione & † manumiſsio, licet
aliàs æquiparetur legitimationi, non tamen trahi-
tur retrò. l. homo liber.de ſta.hom. §. liceat in au-
then.quib.mod.natu. eff. leg. & facit etiam gloſſ.
in c.per tuas.de cond. appoſ. & reg. l. ſi partem. §.
fin. ff. quemadmod. ſer. amitt. ſtatim enim mor-
tua matre quæſitum fuit ius ſorori, quod ei auferri F
non poteſt, vt in ſimili per Bal. in rub. verſic. aut
iſta legitimatio. Decium in l. ſemper, qui. ff. de
reg.iur. Card.Pariſ.conſi.xviij. in j. Sicut etiam vi-
demus, quòd ſi maritus vxori obligaſſet pro reſti-
tutione dotis feudum, ſub conditione, ſi Princeps
conſenſerit, non nocet agnato proximo cõſenſus
principis, qui poſt mariti mortem interuenerit, cũ
iam ipſi agnato ius ſit quæſitum. c. Imper. in c. fi.
prin. de proh. feud. alie. per Feder. in dec. Neap.
cclxxxvj. ergo idem dicendum in caſu noſtro. Nec G
obſtat quod ciuilitas quæſitam per partem, cenſe-
tur etiam quæſita filio: ſecundum Bar.in d.l.liber-
tus. §. patris. quia videtur hoc intelligendum, ſe-
quuta acceptatione, ſecundum ſuprascripta: quia
loquitur Bart. quando ſaltem tacitè apparet de ac-
ceptatione, puta per perſeuerantiam domicilij,
30 vel alia ſimili ratione, vel quia ex contractu quæ-
ſita eſſet ciuilitas, tranſit enim † contractus in fi-
lios hæredes, & eos quamuis inuitos obligat:
A noſtra verò quæſtio procedit in priuilegio, per ſu-
pradicta. & per Baldum dict. conſilio cccxlix. A-
rati. dict. l. qui abſenti, & habetur etiam per Soc.
conſilio xix. in iij. & ex ſupraſcriptis tranſeo in
ſententiam ſuptadicti domini conſultoris: mihi
tanquam fratris maioris honorandi. Saluo ſem-
per ſaniore iudicio.

CONS. XXXV. SVMMÆ.

1 *Cridæ vocant habentes ius in bonis, ſed fideicommiſſarius ante euentum conditionis, nullum ius habet, vnde & non tranſmittit.*

2 *Verbum habere eſt de præſenti, vnde non trahitur ad ius conditionale de futuro.*

3 *Quod ſub conditione debetur non competit, ſed competiturum eſt.*

4 *Vbi non conueniunt verba, nec diſpoſitio conuenit.*

5 *Cridæ fiſcales ſunt inuentæ cauſa liquidandi credita, non autem cauſa excludendi ſeu priuandi quem iure ſuo.*

6 *L. is cui. ff. de act. & oblig. declar.*

C 7 *In contractibus retrotrahitur conditio, in legatis verò, vel fideicommiſsis non.*

8 *Fideicommiſſarius conditionales non dicitur creditor, & conſequenter nullum ius habet.*

9 *Fideicommiſſarius licet non habeat ius in bonis, habet tamen ius conditionale quod vendi poteſt.*



Ideicommiſſarium puto conditiona-
lem quamuis cridis fiſcalibus non
contradixerit minimè excludi mo-
deor infraſcriptis rationibus. Prima,
quia cridæ vocant habentes ius in
bonis, ſed iſte ante euentum conditionis nullum
ius habet, † vnde &, non tranſmittit. l. vnica. §.
ſin autem. aliquid ſub conditione. C. de cad. tol.
Bart. in l.à teſtatore. in fi. ff. de cond. & demonſtr.
Secunda, quia id ſuaderetur ex verbis decreti. Pri-
mò dum dicit quod quid prætendit habere ius,
quod † verbum habere eſt de præſenti, vnde non
trahitur ad ius conditionale de futuro. l. ſi ſic ſtipu
latus. §. cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig. Secun-
dò in verſicul. ſi quem autem. dum vtitur † verbo
competere, quod enim ſub conditione debetur
non competit, ſed competiturum eſt. l. conditio-
nales. ff. de verb. ſign. Tertiò ex verſi. quælibet au-
tem. dum dicit, qui prætendunt aliquid de bonis
appræhenſis ſibi reſtitui, vel relaxàri, quæ verba
non conueniunt huic caſui, non enim finita lite
ſunt reſtituenda, ſed eueniente conditione tantũ:
vnde cùm non conueniant iſta verba, nec diſpoſi-
tio ad hoc caſus trahitur, vt † per gl. & doct. in l.
mancipia. C. de ſer. fug. Tertia, quia cridæ † fiſca-
les ſunt inuentæ cauſa liquidandi credita, non au-
tem cauſa excludẽdi, ſeu priuandi quem iure ſuo:
nam tali caſu non valerent vt per Fel. poſt alios in
c. fi. de præſcri. cum ergo ſint factæ cauſa liquidã-
di, non debent trahi ad conditionale ius quod in-
eſſe adhuc deductum non eſt, & fortè nunquã de-
ducetur. Quarta, quia videmus cridas prouiſionis
recepiſſe hanc interpretationem, à qua nunquam
vidi receſſum, nec eſſet recedendum. l. minimè. ff.
de legibus. ſi hoc eſt in illis, multò fortius in fiſca-
libus maioritas rationis eſt in hoc, quia per illas
præiudicatur emptori. & ſic tertiæ perſonæ, quæ
aliàs circunſcripta iſta interpretatione non fuiſſet
obligata, per iſtas fiſcales non præiudicatur fiſco,
ex quo omnino de iure debuit ſoluere æs alienum
confiſcati. l. j. C. de fideiuſſ. Non ob. deciſio Raph.
& Moder. in dict. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum
ſtipulamur. quia nec lex: nec ratio Raphaelis
habet

6 habet locum in casu nostro: nam tex. in † l. is cui. ff. de act. & obliga. expressè constituit differentiam inter contractus & legata seu fideicommissa, vt in illis quis dicatur creditor, in his non ratio differentiæ est, quia euenientè conditione fingitur mero
7 creditor, quia † in contractibus retrotrahitur conditio, secùs est in legatis, vel fideicommissis. l. j. §.
8 serui. ff. ad Syllan. & sic ex illo tex. probatur quod † fideicommissarius conditionalis non dicitur creditor, & consequenter nullum ius habet, nec tridæ sibi præiudicant ad rationem Raphaelis, dum dixit quod statutum non exigit, vt quis agat, sed quod det ius in scriptis, &c. dicitur quod ista ratio concludit in fauorem fideicommissarii, ex quo decretum fiscale requirit quod agatur, & fiat liquidatio. & certè sensus naturalis hoc dictat, aliàs sequeretur absurdum quod quis deberet contradicere, & soluere salaria sententiarum, & expectare deinde euentum conditionis, quæ si non eueniat pro incerto certus labor habitus fuisset. Non obstat ratio Iaf. dũ dicit q, propter dictionem, aliquod ius, debet intelligi etiam de iure impropriè, & sic conditionali, respondeo. quod iura per eum allegata loquuntur in materia fauorabili, & in qua eadem ratio est de vno ad aliud, non autem in decreto strictè interpretando, & in quo diuersa est ratio vt suprà demonstratum est, præsertim cum in eo decreto alia verba non quadrent iuri cõditionali, vt suprà dixi. Alia ratio Iaf. nihil facit ad cridas fiscales: & ideo non respondeo. Non obstat doctrina Bart. in l. is potest. ff. de acq. hæred. quia in casu suo verba erant aliter concepta videlicet, qui haberet instrumẽtum alicuius valoris compareat, &c.
9 dat. enim quod † fideicommissarius non habeat ius in bonis, habet tamen ius conditionale, quod vendi potest. l. spem. C. de don. l. si iactum. ff. de act. empt. & ideo tale instrumentum dicitur esse alicuius valoris in casu autem nostro dicitur, quod habeos ius in bonis compareat, quæ verba non cõprehendunt fideicommissarium.

CONSIL. XXXVI. SVMMÆ.

1 *Actorem variè pro re submoueri.*
2 *Vel quod res sit euicta, vel euictio emineat, etiam iudicium vtrum ea sit acceptum æquiparantur.*
3 *Creditor conditionalis dicitur habere ius in & super re.*
4 *Statutum non debet extendi extra territorium.*
5 *Statutum auferẽs beneficium excussionis, dicitur odiosum, & ideo non debet extendi extra territorium.*
6 *Maximè conuenit iudici circuitus an putare ac lites finire.*
7 *Res inter alios acta nocere non debet aliis.*

1 ADuersus Rancatum, quod non possit inquietare d. Alciatum, nec habere recursum ad eius bona. Primò obstant † cridæ factæ in ciuitate Laudẽsi, quibus dictus Rancatus non cõtradixit, & ideo excluſus est, &c. maximè à iuribus antiquis quæ prætendit se habere, ea pro quibus debuit contradicere, &c. Respectu verò bonorum euictorum idem est: quia tẽpore dictarum cridarum iam erant euicta, & ipse Rancatus erat cinctus de possessione à Ruschino, & pẽdabatis inter eum & Ruschinum: vnde æquiparã-
2 tur, vel q, res sit euicta, vel euictio immineat. & iã iudicium de ea sit acceptum. l. si post perfectam. C. de euict. & verba decreti cridarum volunt, q, quilibet habens ius in, vel super re, compareat quæ cõprehendunt creditorem cõditionalem, prout est ille, cui debetur, si res fuerit euicta, quia & talis dicitur habere ius secundum d. Christoph. Castel. & Hiero. Tottum, & Raph. Coma. quos ibi sequitur Iaf. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. & Iaf. in repe. l. si is qui pro empt. ff. de vsucap. & ita seruabat practica in cridis camerę, licet in aliis cridis aliud seruaret in causis euictionũ, quæ possent protendi in longissimum tempus, nõ si quæ de præsenti pendent. d. l. si post perfectam. In noua verò reformatione simpliciter dicitur, q, non præiudicant in casib. euictionum. Sed nostra quæstio pendebat ante reformationem. Secũdò obstat, quia non debet Rancatus infestare Alciatũ tertium possessorem, nisi prius excusso principali, vt est tex. in auth. hoc si debitor. C. de pig. & ideo prius debet interrogare vxorem Ruschini, an velit esse hæres, & fatere, quod detur curator hereditati iacenti, &c. Nec obst. statutum Mediolani tollẽs coniunctis hypothecaria beneficium excussionis. Quia resp. pluribus modis. † Primò statutum limitatè loquitur respectu locorum suppositorum cõmuni Mediolani, sed bona, de quibus agitur, sunt in agro Laudensi. Secundò tale † statutum non debet extendi extra territorium, quia cum excussio sit beneficium, & quidem inductum maxima æquitate, vt dicitur in §. sed neque in authẽ. de fideiuss. meritò statutum † tale beneficium auferens dicitur odiosum, & ideo non extenditur extra territoriũ. l. ex ea vbi doct. ff. de postu. Bart. in l. j. C. de sum. trini. & fide catho. Tertiò posset procedere, quando iudicium contra solum tertium fuisset inchoatum, sed cùm in casu nostro sit in iudicio Ruschinus, & vxor, qui sunt principales in hac causa, debet iudex potiùs contra eos dirigere sententiã, nõ est igitur beneficium excussionis, quod implorat Alciatus, sed potiùs ordinis, vt cum ambæ partes sint in iudicio prius illa condemnetur, ad quam effectus succumbentię pertiner. l. vnde quęritur. vbi Ang. ff. commoda. Pau. Cast. l. si vt certo. §. fi. eo. tit. & quod no. Bar. in l. cùm in plures. §. vestimẽta. ff. loc. Quartò esset valde inconueniens, quod cora senatore litigatum esset tanto tempore, & deinde is sententia sua rem non diffiniret, sed lites de litibus fereret, vt cogeretur deinde Alciatus ordiri nouam litem contra Ruschinum, cum tamen ille sit in hoc iudicio, & possit vna sententia lis diffiniri, & maximè † conuenit iudici istos circuitus amputare. l. cum fundus §. seruum tuum. ff. si cer. pet. meritò ergo tale statutum ad hunc casum non trahetur. Quintò & vltimò vt Rancatus obtineat oportet eum probasse, quod bona, quæ possidet Alciatus, fuissent in bonis & dominio Vincentij Regij debitoris sui. l. pign. ff. de pig. l. cum res. C. qui res pig. quod non fecit, nec potest se fundare super testib. examinatis inter Alciatum & Ruschinum, † quia res inter alios acta, &c. Alexan. l. admonendi. ff. de iureiurando.

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

1 *Frater vtrinque coniunctus præfertur ei, qui ex altera tantum parte coniungitur quia duo vincula vnum vincũt.*
2 *Verba iuris ciuilis, quod ius ciuile denotent. declar.*

STatuti castri Bellicionis verba sũt, *Quod bona defuncti perueniãt magnatioꝰ, ipsi defuncto proximioresꝰ vsque ad quartum grãdũ.* Quęritur, nunquid mortuo isto infanti soror vtrinque cõiuncta sola ad successionem admittatur, an verò concurrat, cum aliis duabus sororibus ex parte patris tantùm coniunctis? Et hanc quæstionem in fauorem

fationem ſororis vtrinque coniunctæ, decidit Pet. de Anch. in rep. c. canonum ſtatuta. verſ. occurrũt. extra, de conſtit. vt iſtud ſtatutum intelligatur ſecundum ius com. de quo in auth. itaque. C. communi. de ſucceſſ. vbi frater vtrinque cõiunctus præfertur ei, qui ex altera tantum parte coniungatur: quia duo vincula vnũ vincũt. Et pro hac parte, nouiſsimè conſuluit Ruyn. conſ. xxviij. in iij. Ego tamen ſoleo tenere contrarium, & lib. i. de verb. ſig. reprobaui hãc deciſio. quia ſtatutum non videtur habuiſſe reſpectum ad coniunctionem maternam, ſed ſolum ad paternam, ſecundùm Bar. Fulg. Caſt. Corn. in l. j. C. de legi. hær. & hoc tenet Steph. de Feder. in trac. de interpre. ij. part. Lud. Ro. conſilio cccxj. iiij. Soc. conſ. vlti. ad fi. in ij. Ant. de Roſ. in trac. de ſucceſſ. ab inteſt. num. cix. Mod. apoſt. in conſ. ix. Alex. in §. Alber. Bru. in trac. ſtantibus maſculis, &c. arti. xiij. q. iiij. vbi allegat alios concordantes, & atteſtatur hanc eſſe magis communem ſententiam, & ideo ab ea non eſſe recedendum in practica. Vnde non obſt. deciſio. Anch. in d. c. canonum. Reſpondeo illa opi. Anch. habet cõtra ſe magis communẽ opi. & cõſ. Ruyn. nititur etiam aliis rationibus. Nec obſt. illa verba, iuxta iuris ciuilis ordinẽ, &c. quia debẽt intelligi de ordine graduũ, vt prior in gradu admittatur, non quãdo duo ſunt in eo gradu, & vnus eorum habet qualitatem potentiorem. rub. quis ordi. in bon. poſſ. cum legib. ſeq. Et illa verba iuris ciuilis, debent intelligi, de iure ciuili ordinario, & regulari, non de extraordinario, & commentitio ſolius Iuſtiniani, vt in ſimili q. decidit Bal. in l. meminimus. C. de legit. hære. Dec. in rub. C. vnde legi. Et in alia idẽ tradit Cur. Iu. conſ. v. nu. xxix. Et in alia Craue. conſi. clxxiiij. nu. vij. Et ego aliàs dixi in ij. lib. de verb. ſignifi. verſicu. ſanè in correctoriis. Et hæc concluſio procedit in caſu noſtro: maximè, cùm ſtatutum, de quo loquimur, vocet proximiores vſque ad quartum gradum. Et ſic videtur hanc proximitatem cõſiderare ſecundum gradus. Clarum eſt autẽ, quod tam coniuncti ex vtraque parte, quàm ex paterna tantùm dicuntur eſſe in eodem gradu, & in pari proximitate ipſi defuncto. Et ita mihi videtur: licet res non careat difficultate. Saluo tamen ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII XXXVIII. SVMMÆ.

1 *Bona ad fœminas in caſu non transferri.*
2 *Lex ſimpliciter prohibens, vel reſtringens actum, non debet trahi ad actum iuratum.*
3 *Iuramentum eſt perſonale, nec egreditur perſonam iurantis.*
4 *Statutum trahi etiam ad actum iuratum.*
5 *Pars tacendo iuramentum dicitur ſurrepſiſſe Principi, ex quo debet omnia exprimere.*

PRo Comite Scarmucia † faciunt expreſſa verba decreti, quibus prohibentur bona à principibus donata, in fœminas transferre. Solum obſt. vna difficultas, quia hæc donatio facta fuit per ducem Philippum pro Scarmucia & ſucceſſoribus cum iuramento de non contraueniendo, &c. vnde videtur tale decretum non debere trahi ad donationem iuratam: quia † lex ſimpliciter prohibens vel reſtringens actum non debet trahi ad actum iuratum, ſecundum gl. in c. cum non deceat. de elect. lib. vj. Alex. conſ. cxxv. in primo. & xxxviij. in tertio. & alibi ſæpe. Sed hoc non obſtante contrarium eſt verius propter verba decreti valde generalia, quibus loquitur de donationibus quibuſcunque verbis, clauſulis, conditionibus, titulis, derogationibus amplificatæ & munitæ fuerint, quæ clauſula etiam ad iuramentum trahitur, quod verbis concipitur. §. ſed nec. in auth. de mand. principum. Præterea niſi ita intelligeretur decretum: redderetur ferè eluſorium, quia cũ ex forma alterius decreti omnes donationes fiant cum iuramento, nunquam traheretur iſtud ad donationes, quod credendum non eſt. c. ſi ciuitas. de ſenten. excom. lib. vj. Vlterius aduertendum eſt, q. † iuramẽtum illud eſt perſonale, nec egreditur perſonam ipſius Ducis Philippi. c. veritatis. extra, de iureiurando. nec ligat Sfortiacas qui non ex iure ipſius Ducis, ſed ex noua inueſtitura ſuccedũt. Fortius dico † ſtatutum trahi etiam ad actum iuratum, vt voluit Bal. in c. cum contingat. de iureiurando. in variis exemplis per eum relatis. & Ioan. And. in tit. de ſent. §. vt autem in addi. Specu. quẽ ſequuntur Canon. in d. c. cum contingat. Nec gl. in d. c. cũ non deceat. facit in contrarium, quia loquitur quãdo ad poſtulationem partis aliquid cõceditur, tũc verum eſt non cenſeri derogatum actui iurato: ratio eſt quia † pars tacendo iuramentum dicitur ſurripuiſſe principi, ex quo debet omnia exprimere, quam difficiliorem conceſsionem faciunt. c. cæterùm. ca. ad aures. de reſcri. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quia verba decreti ſunt generalia, cuius ratio verificatur, etiamſi actus ſit iuratus, quod in ſimili etiam tenuerunt Lap. & Domi. in c. j. de filiis presby. in vj. & c. ei cui. de præben. eo. lib. Quæ ſententia maximè eſt tenenda: quia dicto decreto nõ corrigitur iuramentum, nec donatio, ſed ſolũ declaratur, vt illa verba pro ſe, & ſucceſſoribus declarentur, de quibus ſucceſſoribus ſit intelligendum, nempe de maſculis, non autem fœminis, prout in ſimili caſu conſuluit Anto. de But. conſi. ij. tit. de cõſti. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII XXXIX SVMMÆ.

1 *De iure communi filiæ fratrum ſuccedunt patruo, vnà cum patruo, & licet ſint in poſteriori gradu, tamen ſuccedunt in locum patris ſui.*
2 *Filia fratris ſuccedit in locum patris ſui, & repræſentat patrem cum ſuccedit patruo.*
3 *Statutum de ſucceſsione gratum, explic.*

COnſideratis † verbis ſtatuti Mediolani inclino in eam ſententiam, vt exiſtimem neptes iſtas admitti cũ patruo in ſucceſsionem alterius patrui. Clarum. n. eſt, quod de iure cõi filiæ fratris ſuccedũt patruo, vnà cum patruo, & licet ſint in poſteriori gradu, tamẽ ſuccedũt in locũ patris ſui, auth. poſt fratres. ij. C. de legit. hæred. vbi Cin. Bal. & cæteri: quia videntur repræſentare perſonam patris ſui, vnde & in ſtirpes ſuccedunt non in capita, vt ibi habetur. Clarum eſt etiam eas admitti ex verbis ſtatuti noſtri ſaltem ad tertiam partem, vt in eo expreſſè dicitur. Nec obſt. quæ in contrarium adduci poſſunt. Et in primis quod ſtatutum excludit ſororem exiſtente fratre, ergo multo magis filias fratris. Reſpondeo iſtud argumentum non poteſt ſumi, ex quo ſtatutum habemus, quod verba intelligantur ad literam prout iacẽt, &c. quo caſu non eſt locus tali argumento, ſecundum Bal. lege, precibus. C. de impub. lege, ij. ff. de origi. iur. cum vulgaribus. Præterea diuerſa ratio

BIU Cujas

2 ratio est inter istos casus, filia † enim fratris succedit in locum patris sui, & repręsentat patrem cum succeditur patruo: at soror neminem repręsentat, sed ex se succedit: efficacior ergo est neptis propter repræsentationem patris masculi, vnde & videmus quod in substitutione facta filio si sine filiis decesserit, neptis fœmina excludit substitutum, quamuis testator eum propriis filiabus prętulerit, vt est magis communis opi. per Alex. cons. xxxviij. in vj. lib. per Cor. cons. cxxx. in ij. Sicut ergo in dispositione testati potior est conditio neptis quàm amitæ seu sororis, ita & dicendum in statuto. Nec ob. quod æquiparetur amita, & filia fratris in statuto, quia hoc verum regulariter, tamẽ aliquo casu filia fratris habet aliquid plus, vt infrà dicam, quamuis etiam dici posit quod argumentum ab æquiparatis sublatum sit, per suprascriptum statutum, quod verba intelligantur ad literam, & vt suprà di-
3 xi. Nec ob. cauda † filia statuti, saluo si esset agnatus, qui eas amitam, & fratris filiam excluderet, respondeo debet intelligi de fratre vtrinque coniuncto, qui excluderet in dicto casu amitam non excluderet, cum ille frater ex altero tantum latere coniunctus esset, auth. itaque. C. communia de succes. Nec me mouet, quod ex altero statuto æquiparatur frater ex patre tantum, & frater ex vtroque latere, quia illud statutum loquitur respectu ipsius fratris non respectu filiarum ab eo descendentium. Et ista pars videtur mihi & consulendo, & iudicando tutior. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XL. SVMMÆ.

1 *Vbi verba clara sunt, non est admittenda quæstio voluntatis.*
2 *Magisterij gradus ordo.*
3 *Athletæ si volunt frui præmiis Athletarum, ter certare debent.*
4 *Non est concedendum idem illi, qui in itinere est, quod conceditur illi qui est in meta.*
5 *Lex doctorem præferens, intelligitur de eo, qui verè est doctor, & qui ad consumationem artis deuenit.*
6 *Nihil videtur actum, cum aliquid agendum supereſt.*
7 *Non est eiusdem efficaciæ spes, cuius est res ipsa præsens.*
8 *Rescriptum, quo canonico aliquid demãdatur, in eo locum habet, qui tunc canonicus sit, non qui deinde efficiatur.*
9 *Qualitas adiecta verbo, ad tempus verbi refertur.*
10 *Licentiatorum genera.*



RDinis lex sic scripta est. *Quatuordecim numerarij nuncupentur, quorum nomina seriatim, suoq; ordine secundum prioritatem, & posterioritatem, doctoratus eorum sint descripta, & albi aliquo eorum defuncto. antiquior in doctoratu ex ipsis doctoribus supra numerariis assumant, &c.* Quæritur nunquid doctoratus medio tempore prętetatur licentiato, qui deinde effectus sit doctor, & verba legis manifestè se referunt ad tempus doctoratus: & ideo nihil videtur interesse,
1 quod quis licentiam prius assumpserit. Et † vbi verba clara sunt non est admittenda quæst. voluntatis. l. ille aut ille. de leg. iij. lex enim antiquior. inquit in doctoratu, &c. Nam & receptum est, vt
2 quis ad † magisterium promoueatur, tres gradus requiri Baccę, Laureæ, Licętię. & doctoratus, idq; Athletarum exemplo, qui ter certare debent vt præmijs fruantur. l. j. C. de Athl. lib. x. nunquid ergo † Athleta, qui tertium quidem certamen subiit
3 & vicit, fruatur præmio? an expectetur adhuc, vt perfecte actum adimpserit, id est, vt coronam seu

A insignia assumpserit, aut vrbem solenniter inuectus? & constat indulgentiis non frui, nisi coronatus sit. l. Athletæ. vbi Bal. de exc. tut. & diuus Traianus statuit, adhuc expectãdum, quod sit inuectus. cuius rescriptum extra libr. epistolarum x. Plinij iunioris epist. antepen. Sed & Iustinianus noster, hos discipulorum gradus. constituisse videtur. §. sed quia. §. seq. in proœ. ff. & quarti anni studiosos, lytas, id est solutores appellat, qui difficultates legum incipiat dissoluere, deinde prolytas, qui perfectius soluant, quibus omnibus perfectis (inquit)
B Oratores maximi, &c. nunquid ergo, qui prior in
4 vnõ gradu fuit, & in alio prefertur? certè hoc tri-
C sisimile non est, ne qui in itinere est. idem consequatur, quod qui in meta. l. j. & ij. C. de præf. præt. siue vrb. lib. xj. Fel. c. eam te. de rescr. Confirmatur hæc sententia & ex vulgaribus regulis, vt † lex doctorem præferens. intelligatur de eo, qui verè est
5 doctor, & qui ad consumationem artis peruenit. c.
6 quidam. vbi Bal. de renunt. Bald. l. pen. ff. de testa. milita. etenim † nihil videtur actum. cum aliquid
7 agendum supereſt. l. pen. de iis qui vt indign. & vulgò traditum est † non eiusdem efficaciæ spem
8 esse, cuius est res ipsa præsens. l. cum ij. in prin. de trãs. & rescriptum, quo † canonico aliquid demãdatur, in eo locum habet, qui tunc canonicus sit, non qui deinde efficiatur. gl. c. statutum. ver. canonicis. in fi. de resc. in vj. sic solemus dicere † semper
9 qualitatem adiectam ad verbi tempus referri. l. Titius. ff. de test. Feli. c. examinata. de iudic. lex enim
D non doctorem simpliciter præfert, sed antiquum. Vnde cum testator eligi ad ædiculam suam sacerdotem iussisset. Respondit Sic. Barb. cons. xxxiij. in ij. dub. in ij. non sufficere, si Diaconus eligeretur, qui intra tempus à lege præfixum. c. licet cãn. de elect. lib. vj inauguraretur. quod & in verbis legis municipalis Roch. Cur. tradit. de iur. patr. ver. honorificum. q. iiij. & tamen Diaconatus ordo nõ minus sacerdotio coniungitur, quàm licentia. doctoratui. Nec me mouet, quod consil. Socin. lxx. in iiij. & alij quidam videntur existimasse, præferendum esse licentiatum. Respondeo eorum sententiam haũd quaquam veram esse. vt lib. præsumpt. c. xlv. disputaui. Præterea duplex † est licentiatu-
10 rum species. Aliis enim simpliciter licentia doctoralium insignium assumendorum conceditur. & hi nunquam præferuntur, nec in iis eorum rationes locum habent. Signorol. consi. lj. Alij doctores quoque declarantur, & hi antequã insignia assumpserint, nihilominus dicuntur licentiati, & ih iis defendi suprascripta sententia potest, tanquã in-
F signium adiectio dignitatem non conferat, sed cla-
riorem, illustrioremque eam, quæ iam collata est reddat. arg. lxxxxiij. dist. c. legimus. circa medij. Tametsi etiam dici possit, eorum argumenta ad ius commune referri. At quæstio nostra in verbis statuti consistit. Sed quia copiosè, & subtiliter per ipsum doctorem allegatum est, non existimaui operæpretium me facturum. Si diffusius hac in re scriberem, & quod dicitur, solem facibus illustra-
G tem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XLI. SVMMÆ.

1 *Emphyteutica ad varios non transferri.*
2 *In bonis emphyteuticis non attenditur rescriptum principis, per quod quis legitimatus sit.*
3 *Statutum laicorum, non potest disponere de iure ecclesiastico.*

BIU Cujas

4 *Creditores in solutione potiores.*
5 *Inuentarium excusat à dolo.*

QVod statutum Mantuæ non habet locũ in emphyteusi † ecclesiastica, quæ alias non possit transire in extraneum, verũ puto, tum quia verba statuti hoc indicant ibi cum talia sint, quæ non sint prohibita distrahi: tum quia hoc etiam est de iure, ne bona in alios transeant, quàm à principio sit actum, vnde nec ad fiscum transeunt, vt per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damno infecto. per text. in §. j. in auth. de alien. & emphyt. nec ad legitimatum,
2 quia † rescriptum principis in talibus bonis non attenditur. de quo per Dec. consil. clxxj. imo fortius non puto, quod statutum laicorum etiam si
3 expresse vellet, posset hoc facere, quia † istud esset disponere de iure ecclesiastico, quod non potest, per ea quæ habentur in c. ecclesia S. Mariæ. de constit. quod ergo in d. statuto fit mentio de emphyteusi ecclesiastica debet intelligi: de ea quę ex forma pacti possit trãsire in extraneos, secundum not. in l. etiam. ff. sol. mat. per Dec. d. consil. clxxj. alias si non posset transire, per ius accrescendi deuoluitur ad fratres, secundum nota. in l. si mihi & Titio. de verb. oblig. prout rectè fuit conclusum in consi. in ij. etiam puncto, quod hæreditas sit obligata per redditionem rationum, casus non habet difficultatem. In tertio est maior ambiguitas, ta-
4 men puto, quid cum isti sint hæredes † cum beneficio inuentarij potuerint soluere creditoribus liquidis, quamuis prius fuerint interpellati ab hac vxore, quia text. in d. l. si. §. & si præfatam. C. de iur. delib, dat hanc facultatem hæredi. & licet dicat vt soluat iis qui primi veniant, tamen intelligitur qui sint liquidi: aliàs iniquum esset impediri, iura liquidorum, per non liquidos, nec grauatur hæres tali casu accipere satisdationem, secundum formã l. is à quo. ff. de rei vend. & quæ habentur in c. veniens. ij. de testib. quia propter beneficium inuentarij releuatur ab hoc onere: ex quo eam non pe-
5 tendo † non potest dici in dolo, quia fecit inuentarium. l. dolo. ff. ad l. falcid. & per Iaſ. d. §. & si præfatam. in ij. vtilitate. & istud maximè procederet, si teneamus quod pro ista donatione, supta dotali nõ competat aliqua hypotheca, ex quo in chirographo non est descripta, de quo per Oldr. consi. v. Titius. Alex. consi. xiiij. circa princip. libr. j. & inter chyrographarios habet hæres facultatem gratificandi, citra tamen fraudem. Sed quia in casu nostro res est dubia, per ea quæ habentur in §. aliud. in authen. de æqual. dot. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. quomodocunque sit, siue subsit hypotheca, siue non, puto excusari hęredes qui soluerunt prius liquidis creditoribus, vt eleganter in consil. est cõclusum. Et ita ego sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLII. SVMMÆ.

1 *In eo quod neminem lædit, benignior via est sequenda.*
2 *Edictum de testibus prohibitorium est.*
3 *Edictum de testamentis est prohibitorium ex quo quilibet habet testamenti factionem, qui non reperitur expresse prohibitus.*
4 *In dubio semper pronuntiandum pro habilitate, cum quilibet præsumatur habilis & idoneus.*
5 *Pars nemmi onerosa in dubio eligenda est.*
6 *Quod mihi prodest, & tibi non nocet, debet facile obtineri.*

7 *Homines ordini, non ordo hominibus auctoritatem confert.*
8 *Habens vota paria, debet obtinere ex quo admittendus habet fauorabiliorem causam.*

VIa est cõclusio, quod statuta disponentia de non admittendis in collegium doctorum, nisi habeant certas qualitates, sunt benignè, & nõ rigidè interpretãda, ex quo nullius præ-
B iudicium versatur, & † in eo quod neminem lædit 1
benignior via est sequenda. l. ij. §. item Varus. de aqua pluuia arcẽda ita consuluit Bal. cõs. clxxxiij. incipiente statutum ciuitatis Veronæ. in ij. volu. secundum impressionem Mediolanen. refert & sequitur Iaſ. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de legatis j. & dicit etiam se ita solitum tenere consulendo, & ego etiam sum sequutus. in l. Neratius. ff. de verb. signi. Confirmatur conclusio, quia sumus in materia prohibitiua, id est in qua permissum est
C cuilibet admitti, nisi reperiatur prohibitus. l. ab ea parte. ff. de prob. cum tale collegium sit licitum, tam secundùm statuta, quàm secundùm ius commune. c. ex literis. de constit. prout in simili diximus, de † edicto de testibus quod est prohibitorũ. 2
l. curent. l. iij. §. lege Iulia. de testib. & † in edicto 3
de testamentis. Ex quo quilibet habet testamenti factionem, qui nõ reperiatur expressè prohibitus, vt per glos. & Bar. in l. si quæramus. ff. de testa. Abbas in rub. extra de testamen. sed in casu nostro
D doctor Bonuicinus non est vetitus ingredi, quia non habet contra se maiorem partem doctorum: imò habet pro se æqualem numerum. ergo. & ita intelliguntur notata per Bart. in l. quod maior. ad municip. Ad idem facit, quia pro petente admitti sunt plures iuris regulæ, vnde ab eis discedere nõ debemus, secundum gl. l. omnis diffinitio. de reg. iur. prima quia † in dubio semper pronuntiandũ 4
est pro habilitate; cum quilibet præsumatur habilis, & idoneus. c. fin. extrà de præsumptionibus. d.
E l. ab ea. ff. de proba. Iaſ. d. §. legatum. secunda, quia 5
† ista pars nemini est onerosa, & ideo in dubiis eligenda. l. j. ff. si quis caution. & quod ibi not. Paul. de Castr. Tertia quia † quod mihi prodest, & tibi 6
non nocet debeo facilè obtinere. l. ij. in princ. vbi doct. soluto matrimonio. glo. l. fi. de ser. vrb. præd. l. si quis sepulchrum, de relig. cum si. Quarta, quia honor collegij est quod sit frequentissimum, quia
† homines ordini, non ordo hominibus confert 7
auctoritatem argu. l. magistros. vbi optimorũ conspirante consensu. C. de profess. lib. x. Quinta, quia
F cum † habuerit vota paria debet obtinere, ex quo 8
fauorabilior est eius causa. l. si pars. ff. de inofficioso testamento. quod per illum text. not. Andr. Siculus consil. vj. in j. volumine.

CONSILII XLIII. SVMMÆ.

1 *Statutum alienationem vetãs, varie & de perfecta accipi.*
2 *Dominus non acquirit pœnam caducitatis ex simplici alienatione emphyteutæ, nisi alienatio fuerit perfectè facta, id est, res tradita.*
3 *Quãdo non est locus publicationi, reseruatum est his proximis successoribus.*

QVandem difficultatem † faciunt in præsenti casu, verba statuti transferentia ius omne in commune, per illam clausulam, *Et si secus factum fuerit ipsa res in toto, vel in parte alienata, vendicata,*

vel

vel translatio fit, & esse intelligatur ipso iure ex facto confiscata, & incorporata communi, & ipsius rei dominium, vel possessio fit translatum in commune, &c. vnde aut dicimus quod statutum sit simpliciter intelligendū, prout loquitur, & posito, quod posset domi. Albertinus opponere de tali iure exclusiuo, ipso iure iuris agentis secundum doctri. Bart. in l. ij. de excep. rei iud. Bar. consi. lxxxj. Bal. in l. si cum seruum. C. de ser. fug. Socin. consi. lxxviij. in iiij. tamen frustra hoc fieret: quia lucrum in effectu, deinde cederet fisco. aut volumus dicere quod fiscus non lucrifacit, & quod verba statuti sunt restringenda ad alienationem factam fraude, vel culpa alienātis, prout in simili dicitur in specie palàm instituto, de quo in l. Lucius. §. j. ff. de legat. j. l. non intelligitur. ff. de iure fisci. Alex. consi. ccij. in vj. Soc. xxij. & tunc nō debet posse do. Alberti. opponere, de tali iure fisci: cùm nullum ius sit in fisco, ex quo verba statuti restringuntur, secundum dominos consultores. Nec videtur tali casu admittenda reuolutio mantelli, ex iure eiusdem personæ, de qua in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. in glos. Vnde considero, quod fortè alia ratione poterit tolli suprascripta difficultas, non enim credendū est, quod statutum publicet dicta bona, ex simplici titulo, propter institutionem vel fideicommissum: sed requirat perfectionem alienationis, seu translationis, quæ fit per apprehensionem possessionis, vt in simili dicimus de † domino, qui pœnam caducitatis ex simplici alienatione emphyteutæ non acquirit, nisi alienatio fuerit perfectè facta, id est, res tradita, secundum Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. lxxxxv. Bal. c. j. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. Iaso. l. iij. C. de iure emphyt. vers. xix. num. cxxxj. cum concor. per Alex. consi. clxxiij. in ij. facit glo. in l. j. §. si rem depositam. ff. depos. & ideo putarem, quod in casu suprascripti statuti confiscatio non procedat, nisi demum sequuta apprehensione, quia ante non dicitur verè facta, translatio, vel alienatió. Habet ergo statutū duplex caput, vnum prohibitiuum alienationis in forensem, & ex hoc capite potest se fundare vnusquisque, cuius interest. arg. l. ij. §. fi. Bart. ff. de collat. bon. Barto. l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. Roman. singu. cccccclxxxxij. Dec. consil. clxxxxvij. Aliud confiscatiuum bonorum, quod non procedit, nisi sequuta traditione, & istud est in fauorem solius fisci, & de eo opponere pertinet ad fiscum. iuxta glos. in l. iis consequenter. §. j. ff. famil. erciscun. Et quod ista fuerit mens statuti, apparet ex eo, quod dicitur in casu intestati, in quo reseruat ius ciuilibus proximis ab intestato succedentibus: vnde ostenditur quo quando non est locus publicationi, † reseruatum est ius proximis successoribus, quod etiam est secundū regulas iuris communis, de quo in l. si ante quam in glos. ff. ad Sillan. Saluo semper saniore iudicio.

A B C D E F G

CONSILII XLIII. SVMMÆ.

1 *Lui tota ædes posse.*
2 *Appellatione domus, vel sediminis, intelligitur de tota domo.*

NVllam habet difficultatem primus casus; nam cùm ad porticum, & cameram supra porticum, eatur, per eundem aditum, per quem itur etiam in alia parte domus non potest negari, quin sit vna & eadem domus. l. Olympico, cum glo. in verb. legatum. ff. de ser. vrb. præd. Bart. in l. quod conclau. ff. de dam. infec. per Alex. consi. xxiiij. in iiij. vnde cum vicinus habeat coquinam supra dictam cameram, & claustrum, seu † porticum, verificatur verba statuti, quod habens ius eundi supra partem domus, potest domū ipsam alienatam luere, & intelligitur statutum quod possit luere domum totam, non autem solā partem, super quam habet ius eundi: quia appellatione domus, † vel sediminis, intelligitur de tota. l. Titia. cum testamento. §. j. ff. de leg. ij. cum concor. per Alex. consi. clxxxxv. in vj. vol. & facit quod not. Alex. consi. cx. in j.

CONSILII XLV. SVMMÆ.

1 *Dos promissa antequam tradatur non est proprie dos.*
2 *Contractus dotis ab executione nomen sortitur.*
3 *Dos simpliciter promissa, non dicitur proprie dos.*
4 *Dictio hæredibus licet intelligatur de filiis, tamen intelligitur de filiis, qui sint hæredes.*
5 *Statuta proprie sunt intelligenda, non autem secundum casus fictos legis interpretatione.*
6 *In concessione feudali qui statim periit, habetur ac si natus non esset.*

MOrtua d. Hyppolita, quod acquiratur eius marito, quæritur & si ipsa dotem dedisset, propter statutum Papiense, ipse maritus eā lucrifaceret. Sed videndum est, vtrunquid statutū disponēs, quod maritus, mortua vxore, lucretur dotem: habeat locum in isto casu, & pūto quod non, quia doctores in dote promissa loquuntur, & existente promissore, in mora statutum locum habeat, no mora promissori prosit, sed vbi dos non probatur promissa, vel data, non videtur locus esse lucro statuti: quia ante traditionē propriā † nō est dos. l. dotal. §. dotale. de fundo dota. & contractus dotis † ab executione nomen sortitur. Bart. l. iurisgentium. in prin. de pac. vnde etiam, si simpliciter dos sit † promissa, nō dicitur proprie dos, secundùm Alex. & Socin. in l. diuisione. ff. sol. mat. & licet aliqui tenuerint: adhuc locum esse lucro statuti, vt per Ias. in l. si donaturus. in fi. ff. de cond. cau. dat. tamen hoc debet intelligi, quando promissor esset in mora vt suprà dixi: sed nos sumus extra omnem difficultatem, quia præsupponitur in facto, quod talis dos, nec quidem promissa fuit, vt meritò maritus nihil possit lucrari. Circa secundum dubium cum tractetur de hæreditate ipsius mulieris, secundum ius commune admitteretur mater, & frater, & duæ sorores inuiriles. authen. defuncto. C. ad Tert. Sed ex forma statuti Papien. lxxxxiiij. mater admitteretur tantùm, ad tertiam vsufruct. proprietas verò in vitiles applicabitur fratri, & sororibus, nec videtur statutum excludere fœminas, propter fratrem, vt apparet ex illis verbis, filio, vel filia fratris, &c. Item ex statuto lxxxxvj. ibi masculos, vel fœminas, ex parte patris, &c. de quibus statutis habetur per Ias. consi. lij. & ccv. Alex. xlv. in vij. cum simi. Vltimo videtur alia ratione etiam excludi maritus à successione, nempe ex verbis statuti, quibus vocatur in dimidiam maritus, vxore decedente absq; hæredibus ex eo, & in aliā dimidiā agna. illa enim † dictio *hæredibus*, licet intelligatur de filiis, tamē intelligitur de filiis qui sint hæredes. l. ex facto. §. fi. vbi Bar. Ale. Claud.

cæteri.ff. ad Treb. quæ verba non verificantur in A
tſto electo, qui non potuit adire hæreditatẽ matris, & cui nõ poteſt dici delata hæreditas matris: & licet iure ſpeciali, per l. ſi infanti. ibi quaſi iam infanti quæſita. C. de iure delib. fiat tranſmiſſio in patrem: tamen hæc interpretatio non videtur
5 facienda in † ſtatuto, quod propriè eſt intelligendum: non autem ſecũdum caſus fictos, legis interpretatione. l. iij. §. hæc verba. ff. de negotiis geſt. ſi-
6 cut nec ſit in † conceſsione feudali, in qua qui ſtatim perijt, habetur ac ſi natus non eſſet. c. j. §. quin B
etiam. in glo. epiſc. vel abbat. in vſib. feud. vbi Bal. & doc. quia non videntur ſtatuentes habuiſſe reſpectum ad actum momentaneum, ad excluſionẽ agnatorum, & incluſionem mariti, vnde cùm deceſſerit abſque filio hærede, debent admitti agnati ad dimidia. Et iſta ratio ſaltem in caſu dubio, debet inclinare animum iudicis in fauorem vulpiotum. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XLVI. SVMMÆ. C

1 *Cum ſtatutum loquatur verbis prohibitiuis, reſiſtẽdo perſonæ, quia pars contrafaciens peccat, iuramentum eſt nullum.*

2 *Iuramentum poteſt quandocunque à parte remitti.*



O in magnifici domini Sigiſmundi Auguſtoni ſententiam tanquam fratris Honorandi, quod ſtatutum qualiter mulieri non liceat petere, D
vltra dotem habeat locum, etiam in actu iurato. Moueor quia verba ſtatutorum ſunt generalia, & prohibent perſonam, ratione certi effectus, vnde videtur prohibita quælibet via, vt not. Paul. de Leazar. & Domi. in c. cum non deceat. de elec. in vj. & dixi in c. cum cõtingat. extra de iureiur. & cõtraria procedunt, quando alias reſultaret actus illicitus; quod non eſt in caſu noſtro, vt mox dicã. † Cum enim ſtatutum loquatur
1 verbis prohibitiuis, reſiſtendo perſonæ: quia pars E
contrafaciens peccat, iuramentum eſt nullum. c. ij. de maior. & obedientia. & ita tenuit vbiq; Bart. nec vnquã variauit, vt habetur per eum in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. vbi etiam Ange. idem Bart. in authen. decernit. C. de arbi. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend. vbi Alex. actẽſtatur, quod iſta eſt communis opin. legiſtarum quam etiam aliqui Canoniſtæ tenẽt. vt Io. Cald. & Anch. in d. c. cum contingat. Cald. cõſi. ix. de iureiu. But. & Fel. cum aliqua declaratione in d. c. ij. de maior. F
& obed. And. Sicu. conſi. xj. in j. vol. Dec. c. nã concupiſcentia. de conſtitu. Sed quia Abba. But. Imo. in d. c. cum contingat. tenent contrarium, non auderem ſimpliciter eam ſequi, maxime cũ d. Alex. ſæpiſſime conſuluerit etiam ipſe contrarium. Tamen dico quod in caſu noſtro dicta opin. Bart. indubitanter eſt verior, quia ſtatutum dirigit verba prohibitoria non adiurantem, ſed ad mulierẽ iurãmentum acceptantem, quo caſu verior eſt opin. G
Bar. & ita eam ſaluat Io. de Imo. in d. c. cum contingat. & ibi eam ſum ſequutus. verſ. quartus caſus. & habet iſta opinio rationem euidentem, non enim dicitur ſtatutum diſponere aliquid circa iuramentum, quia tale † iuramentum habet tacitam
2 conditionem, ſi pars acceptauerit, & ideo poteſt quandocunque à parte remitti. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſsis. c. ij. extra de ſponſalib. c. ſignificauit. de cenſibus. c. j. de iureiur. vnde poteſt ſtatutum illud relaxare ſicut mulier ipſa poſſet, ne plus poſsit particularis perſona ſubdita ſtatuto quàm ipſum ſtatutũ. l. non impoſsibile. ff. de pac. & ita ſemper tenui, vt poteſt videri in reperitione d. c. cum contingat. vbi reſpondi omnibus obiectionib. quas hic referre nõ expedit, maximè cum ſim de ſola ſubſcriptione rogatus.

CONSIL. XLVII. SVMMÆ.

1 *Verbum alienare intelligitur à Docto. de perfecta alienatione qua fit per translationem poſſeſſionis.*

2 *Alienatio à reali traditione nuda non facit cadere rem in commiſſum.*

3 *Quando agitur de faciendo aliquem incidere in pœnam, debet fieri ſtricte interpretatio, vt lex requirens traditionem intelligatur de actu naturali non de ciuili tantum.*

4 *Quando dominium authoritate legis ipſo iure transfertur non interueniente reali apprehenſione res non incidit in commiſſum.*

5 *Ad hoc quod emphyteuta cadat oportet quod peruenerit ad efficacem & perfectam alienationem.*



Antuani ſtatui in cauſa requiſitus, vt ſubſcriberem conſilio magnifici Iuriſconſulti Alberigij libenter feciſſem, niſi alia opinio mihi viſa eſſet probabilior amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Verba ſtatuti ſunt, *Nullus poſsit alienare, vel legare, vel per hæredis inſtitutionem*, &c. illud † verbum alienare Dd. intelligunt de perfacta alienatione, quæ fit per trãſlationem poſſeſſionis, ſecundum Caſt. conſi. cccxlij. videtur, quod dicta ſententia Opiz. & Iaſ. in §. diui. Rip. lib. j. reſponſorum. c. j. cum concordan. per eum adductis: † alienatio enim à reali traditione nuda, non facit 2
cadere rem in commiſſum, ſecundum Bal. in c. j. §. denique. quæ ſunt priuileg. penef. Fortin conuenit aliqui idem eſſe ſi poſſeſsio tranſlata eſſet per conſtitutum non ſufficit, niſi actu aliter eſſet tranſlata, quia † cum agatur de faciendo aliquem incidere, 3
in pœnam debet fieri ſtricta interpretatio, vt lex requirens traditionem intelligatur de actu naturali, non de ciuili tantum. l. ſi. C. de iis qui vi metus. & quod in ſimili dicit Per. Iac. in tract. de actio. in rem quæ pro re emphyteutica vbi † quando dominium authoritate legis ipſo iure transfertur non interueniente reali apprehenſione, concludit rẽ non incidere in commiſſum, vt in caſu l. ſi. C. de ſacroſ. eccleſ. vel in pacto legis commiſſoriæ, vel in legato & ſimilibus, & cum hac opinione etiam tranſit Guid. Pap. in q. xlvj. vbi dicit quod ita ſolet iudicari, & in q. cj. & q. cij. & q. cclxiiij. vbi multa ad hoc allegat, ſequitur Rip. d. c. ij. nu. xj. Et idem videtur ſentire Alex. conſi. clxxiij. viſo themate, & ſcriptis. in ij. volu. vbi infert ad hoc quod † emphy- 5
teuta cadat oportere quod peruenerit ad efficacẽ & perfectam tranſlationem, allegat Specu. §. nũc aliqua. verſ. cclxv. & Bal. in variis locis, vt per eum, & Corn. conſil. xj. in præſenti. litera O. lib. iij. Nec me mouerunt reſponſiones in conſ. datæ. Prima dũ dicitur hoc non procedere in teſtatore qui quantum ad ſe attinet contrafecit, ſecundum Pariſ. cõſ. c. in iiij. Reſpondeo verba ſtatuti intelliguntur de perfecta tranſlatione quæ non poteſt fieri à ſolo teſtatore, ſed requirit factum fideicommiſſarij. Secunda quod ſtatutum punit tentantem alienare: reſpondeo, iſtud non reperitur in verbis ſtatuti, imò requirit perfectam traditionem, vt ſupra dixi,

& in

& in casu huius statuti consuluit Rip.d. consi. ij. & ego etiam ter vel quater consului pro hac parte, quam puto veram.

CONSILII XLVIII. SVMMÆ.

1 *Statutum excludens dotatam intelligitur ab hæreditate dotantis.*
2 *Fœmina prior in gradu, præfertur secundum ius commune.*
3 *Domicilium solo animo & facto, id est, habitatione contrahitur.*
4 *Perseverans in habitando vltra decennium, censetur ab ipso principio fuisse de subiectis, & retrotrahitur hæc præsumptio.*
5 *Pœna statuti non debet habere locum, nisi aduersus contrafacientes dolo, vel culpa.*
6 *Pœna non habet locum, quoties subest excusatio.*
7 *Statutum pœnale non est extendendum vltra verba sua & stricte est intelligendum.*

NOuissime contra Anastasiam adducitur, quod sit excluſa à statuto, quia dotata, &c. & quod videtur dictum statutum factum in fauorem agnationis, &c. Soluo facilis est responsio. † Statutum excludens dotatam, intelligitur ab hæreditate dotantis. secundùm Bald. Fulg. Paul. Corn. in l. j. C. de leg. hæred. cum concor. per Dec. consi. cccxlvj. Sed iste, de cuius hæreditate agitur, eam non dotauit. Item statutum loquitur, existentibus agnatis paribus in gradu, vel proximioribus non si sint remotiores, vt in casu nostro. † fœmina enim prior gradu præferetur, secundum ius commune. Auth. post fratres secunda. C. de legit. hæred. quia statutum hoc casu non loquitur. Rursus adducitur, quod videtur attendendum tempus, quo mulier se nubit, quo tempore iste nõdum habitauerat per decennium, &c. respondeo, quod nihilominus iste contraxerat domicilium, & dicebatur suppositus statutis, ex quo † domicilium, solo animo, & facto, id est, habitatione contrahitur l. domicilium. ff. ad Municipal. & ideo non dicitur esse extra iurisdictionem, vt alias dixi. Item respondeo, quod cum † perseuerauerit etiam vltra decennium, censetur ab ipso principio fuisse subiectus, & retrò trahitur hæc præsumptio. l. si filius. C. de pet. hæred. l. sed Iulianus. §. proinde. ad Maced. & alias dixi. & istud etiam sensit statutum Laudense in fi. dum dicit, in iis, quæ steterint minus decem annis, seruetur ius commune, &c. hoc est, si venerit animo contrahendi domicilium habeatur pro subdito, alias non secundum doctrin. Barto. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniur. Fortius dico, quod etiam si simplicem habitationem iste contraxisset, non debet Anastasia in pœnam statuti incidere, cum nunquam iuerit extra iurisdictionem, & potuerit credere maritum non iturũ, & † pœna statuti non debet habere locum, nisi aduersus contrafacientes dolo, vel culpa. l. seruus nõ in omnibus. de act. & oblig. l. j. de his qui not. inf. & facit tex. in c. j. de consecr. in vj. vbi † pœna non habet locum, quoties subest excusatio, ad idem. l. fi. de decr. ab ord. fac. Et quãuis statutũ intelligitur de facultate adeũdi, & qualitas tẽporis, quo nupta est, sit inspicienda, tamen eo tempore cùm iam habitauisset per septem annos, & perseuerauerit in habitado, adeò, vt intra tres alios annos futurus erat ciuis, interim non dicitur debita hæreditas simpliciter agnatis, sed ipsi Anastasiæ sub modo, ita quòd maritus perseueret ad decennium. secundùm Soc. in allegato consil. xix. in iij. vol. Et (quicquid sit circa veritatem istius motiui) casu Anastasiæ non est restringendus ad hunc punctum, cùm foueat bonam causam etiam aliis rationibus, deductis in consilio, quas non repero. tale enim † statutum non est extendendum vltra verba sua, & stricte intelligendum cùm sit pœnale. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. imò multi teneant, quod non valeat, vt Laur. Calca. consi. iij. & multi subscripserunt. & Felin. in c. j. de spons. vers. sexto fallit. vbi allegat cõcord. Sed esto, quod valeat, debet intelligi in casu suo, videlicet, in nupta extra iurisdictionem, ista verò nũquam nupsit extra iurisdictionem: quia semper remãsit, & remãsura est in iurisdictione, & allegata in motiuo procederent. quando statutum loqueretur de nupta non subdita ratione originis: iste enim fuit subditus ratione domicilij, vt dixi. Nec debet facilè hæc mulier excludi ab hæreditate proximi sui, nisi appareat expresse excluſam, quod profectò non est in casu nostro. Et ita mihi videtur indubitanter esse dicendum, & iudicandum.

CONSILII XLIX. SVMMÆ.

1 *Dispositio statuti declarari debet secundùm suppositionẽ seu petitionem.*
2 *Sententia regulare est, quod declaretur secundùm petitionem seu libellum.*
3 *Copula censetur repetere qualitatem præcedentem.*
4 *Qualitas præcedentis copulat, sequentem restringit.*
5 *Põtifex si mandat mihi de beneficio prouideri vacante per mortem Titij, vel alio modo, intelligitur alio modo ex persona tamen Titij.*
6 *Comitatenses minus lucrantur communiter, quàm qui in vrbe exercent & quare.*

NOn discedo à cõclusione suprascripta domini Consultoris, præstantissimi iurisconſ. Quod illa verba statuti. *Declarantes, quod comitatiui & externi, seu forenses, soluere debeant dimidium, &c.* intelligantur de externis: seu forensibus exercentibus in comitatu, & consequenter forenses exercentes in ciuitatem, teneantur ad integram summam veteris statuti: quia ex lectura supplicationis, ad cuius expeditionem emanauit statutum, apparet quod controuersia non erat cum illis de ciuitate, sed cum illis de gardia, & sic comitatensibus. Vnde † dispositio illa debet declarari, secundùm supplicationem, seu petitionem. c. nonnulli. §. sunt & alij. extra, de rescr. vbi Ant. de But. & alij. per Feder. de Senis. consi. xj. Dominicus de S. Geminia. consil. xxxiij. prout etiam regulare est, quod † sententia declaretur, secundùm petitionem seu libellum. l. vt fundus. ff. commun. diuid. & † copula illa comitatiui, & externi, censebitur repetere qualitatem præcedentem externi, qui comitatiui sunt, id est, se exerceant in comitatu, prout in simili videmus statuto, loquente de nobilib. & spuriis, intelligitur spuriis nobilium, non simpliciter, secundùm Imo. clem. in plerisque. de elect. & ita disputauit Butrig. quem alij sequuntur. vt ibi per eum, & regula est, quod † qualitas præcedentis copulati, sequentem restringit. glos. l. si sic. quem. ser. amit. l. si legatarius. vbi Bart. de leg. iij. & quæ ponit Fel. in c. ij. vers. fallit. v. de rescrip. vnde etiam receptum est, quod si † Pontifex mandet mihi de beneficio prouideri, vacante per mortem

Titij, vel alio modo, intelligitur alio modo ex A
persona tamen Titij, secundùm Card. consil. xxx.
Fel. c. in nostra. iiij. fallen. de rescrip. vnde idem
videtur dicendum etiam in casu nostro. Et suadet
hoc ratio, quod voluerit vicelegatus minuere
summam respectu Comitatensium tantum, vt ma-
gis allicerentur deseruire agricolis, ne haberent
causam quotidie commeandi in vrbem, pro in-
6 strumentis aprandis, iuxta l. j. ff. de nund. & quia † 2
tales minus lucrantur communiter, quàm qui in
vrbe se exercent, vbi maior est copia emptorum. B

CONSILII L. SVMMÆ.

1 *Cridis non opponentem varie excludi.*
2 *Actio in rem non datur, nisi contra possessorem.*

DOmina Bona vendidit Castilioni, quæ posuit ad cridas. Scantius con-
tradixit iure dominij, asserendo D. C
Bonã precario habere ab ipso, Ca-
stilionus denuntiauit D. Bonæ, vt
defenderet, pendente lite Castili-
onus confiscatus fuit, bona fuerunt proclamata,
Scantius non contradixit, arbitror esse exclusum.
1 Nam † Decretum Ducis Philippi in vers. elapsis, 1
præcisè dicit, quod lapsis cridis, nulla admittatur
contradictio, &c. & quòd omnes fingantur ipso
iure nullum ius habere in bonis condemnati. Aut
ergo Scantius vult vendicare ist bona, & non po-
test, quia camera est tuta per cridas, aut vult age-
re contra D. Bonam, & non potest: quia D. Bona
non tenetur, nisi de euictione, & bona non sunt
euicta, nec possunt euinci. Cùm ergo Magnificus
Nouatus sit iudex in causa cridarũ, & sic in actio-
ne reali, secundùm quam fuit contradictum, &
res ad emptorem seu fiscum eius successorem per-
tineat, frustrà disputatur in hoc iudicio contra D.
Bonam. Nec obstat, si dicatur, quod lis est inter
Scantios & Dominam Bonam tantùm, non autẽ E
inter Castilionum, seu fiscum. respondeo tribus
modis. Primò, quod imò est inter Scantios & Ca-
2 stilionum emptorem, tum quia est † actio in rem 2
quæ datur nisi cõtra possessorem. l. fi. ff. de rei vẽd.
§. j. insti. de actio. & D. Bona non possidet, sed em-
ptor. tum quia venditor in tali iudicio comparet
ad defendendum, & est tanquam procurator em-
ptoris, vt dicit glo. in l. venditor. ff. de iudic. Secũ-
dò respondeo, quod Scantij semper in iudicio ci-
tauerunt Castilionum, & cum eo litem contestari P
sunt. vnde per comparitionem venditoris nõ po-
test dici facta nouatio, cùm non constet actorem
consensisse, secũdùm glo. in l. non solùm. in prin.
in glo. secunda. in fin. ff. de procura. per Bar. in di-
sput. sua secunda. Tertiò dico, quod etiam si lis es-
set inter Scantios. & D. Bonam tantùm, tamen ex
quo est rei vendicatio, non potest D. Bona con-
demnari, ex quo cridæ obstant quæ fingunt domi
nium esse Cameræ, nec cuiusquam alterius.

CONSILII LI. SVMMÆ.

1 *De eis quæ sunt assuta vestibus, iudicatur, sicut de ves-*
tibus.
2 *Ascophala, hoc est, scuphia venit appellatione vestium,*
quia vestit caput.
3 *Vittæ semimitræ non continentur appellatione vestium,*
sed ornamentorum.

QVæstionis est, an in statuto deser-
te lucrum vxori omnium eius causa
paratorum, excepris iocalibus, &c.
& ornamentis cuiuscunque gene-
ris, &c. compræhendantur ternetæ
partim aureæ assutæ vestibus? respondeo, quod
non: quia cum sint † assutæ vestibus, de eis iudica- 1
tur, sicut de vestibus. l. cum aurum. in fi. cum l. seq.
ff. de aur. & arg. leg. l. hæres meus. in fi. ff. de leg. iij.
Rursus quæritur, nunquid Ascophala, seu, vt vul-
gò dicitur scuphia, sit excepta, maximè cum sit or-
nata auro, & serico, &c. respondeo, quod nõ, quia
† venit appellatione vestis, ex quo vestit caput. vn- 2
de iudicemus de ea, sicut de cæteris vestibus. l. ve-
stis. §. muliebria. vers. quæ magis capitis tegendi.
ff. de aur. & arg. leg. l. quamuis. ff. eo. tit. si tamen nõ
tegeret caput, sed duntaxat circundaret, prout † 3
vittæ semimitræ, &c. esset loco ornamentorum. l.
argumento. §. ornamẽtorum. ff. eo. tit. Non obstat,
statutum in illis verbis siue separatim, siue mix-
tim, &c. quia refertur illà clausula, ad proxima de C
rechamo tam perlarum quàm auri, & argenti, qua-
si dicat, siue sit ex solis perlis, siue ex solo auro,
aut argento, siue ex vtrisque. Non obstat, quòd
statutum videatur excipere aurum, &c. quia re-
spondeo, quod si haberet plures vestes aureas, so-
la sponsalitia esset excepta, reliquæ remanerent
vxori. Vnde apparet non excipi indistinctè res
aureas.

CONSILII LII. SVMMÆ.

D 1 *Statutum de luendo restringi.*
2 *Qui potest agendo eumcere, multò fortius poterit exci-*
piendo se defendere.
3 *Extensio quæ fit per regulam passiuam, habet locum etiã*
in statutis, & correctoriis.
4 *Appellatione rei in casu non venire partem.*
5 *Ratio differentiæ inter totum & partem est manifesta.*

MIhi clarus videtur præsens casus in
fauorem magnifici Corij. Qui statu-
tum nimirum concedens agnato ius
luendi rem paternam, non videtur
verificari in persona D. Pet. Antonij.
idq; variis rationibus adductis per D. Aduocatos.
Ego verò consido, quod sola pars, quæ fuit Mi-
chaelis, potest dici paterna. D. Pet. Anto. si autem
eam lueret, manerent duę aliæ ipsi Corio, qui pro-
pter statutum de quota, posset illam paternam D.
Pet. Ant. luere: quia luitio vigore quotę est poten-
tior, vt dicit statutum inferius. incip. si contingat
concurrere. Limitabitur † ergo statutum per aliud 1
vt non habeat locum aduersus eum, qui alioquin
quotam habeat, qui si potest iure quotæ † agen- 2
do euincere ab agnato, multo fortius potent ex-
cipiendo se defendere. l. vendicantem. ff. de euict.
& si ambo concurrant ad luendum contra extra-
neum, ipse iure quotæ excluderet agnatum, mul-
to magis excludere debet, si ipse possideat. l. si
duo. ff. vti possid. & quia ista est † extensio, quę fit 3
per regulam passiuam, quæ habet locum etiam in
G statutis, & in correctoriis secundum Alex. post a-
lios in l. ij. ff. de leg. j. & consequenter statutum no
strum, si quis rem aliquam, &c. quamuis verificari
possit etiam in parte, secũdùm l. appellatione rei.
de verb. signi. l. ait prætor. in prin. de iureiu. tamen
hoc non est ex proprietate sermonis, sed per inter-
pretationẽ, vt dixi in d. l. appellatione rei. & in l.
pupillus. §. fi. eo. tit. quæ interpretatio nõ est acci-
pieda in statutis. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. &
maximè in casu nostro propter limitationẽ ab alio
statuto,

statuto, vt non procedat, quando emptor vigore partis remanentis se tueretur, per aliud statutum de quota secundum doc. Bart. in lege j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. tali enim casu † appellatione rei non veniret pars: quia † manifesta esset ratio differentiæ inter totum, & partem, secundum Sali. & Ias. in d. l. ait prætor. cum statutum præferat integrationem domus, iure quotæ, lutrioni partis, quæ fieret ab agnato. Qua in re videtur mihi manifesta esse mens statuti in fauorem Corn. Et ideo eo clu do absoluendum Cornium à petitis.

CONS. LIII. SVMMÆ.

1. *Persona bene certa ex multis modis comprehendi.*
2. *Si statutum prima facie est factum generale, sed in veritate contra vnam personam factum est, vt sæpe accidit, debet per superiorem corrigi.*
3. *Collegium recte statuere.*

DVæ quæstiones in præsenti specie proponuntur. *Prima* est in statuto nationis Germanicæ certa persona præ aliis demonstrata sit & videtur satis esse demonstratum per illa verba, constat enim vnus aliquis ex istis societatem hanc defugiens quam multis cauilam dederit recusandi, &c. licet enim his verbis nemo in specie nominetur, tamen generalitas hæc ostendit, etiam ad certam personam habitum fuisse respectum, quod sufficit: & ideo inquit Bar. in l. si res. quod etiam † si statutum prima facie est factum generale, sed in veritate contra vnam personam factū est, vt sæpe accidit, quod debet per superiorem corrigi. arg. l. j. in fi. de dol. except. & quod not. Abb. in c. consuluit. ij. extra, de appel. Ale. consi. clxxx. in ij. Dec. cccxxxv. cum simi. Et ideo suaderem quod dictum statutum reformaretur, & illa clausula aboleretur, ne grauamen aliquod cuiquā inferretur, neque expresse neque tacite. *Secunda* est, vtrum † collegium iure tale statutum condere potuerit, & videretur prima facie nō potuisse in præiudicium aliorum, quibus arctatur terminus. arg. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & quod no. Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. vers. sed quod in collegio. Sed tamen contrarium puto verius per regulam. lege, fin. C. de iurisd. omn. iud. & quia statutum nititur ratione, satis honesta iuxta ea quæ not. Bal. in d. auth. habita. maximè cum de iure dictus terminus bimestris non currat, nisi de cōsciētiæ. l. fin. ff. de decret. ab ord. fiūt. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ.

1. *Iniquum est facto alterius damnum dari.*
2. *Fraus Gabellæ per vnum socium facta, alteri socio nō nocet.*
3. *Quis non dicitur amittere, id quod non habet.*
4. *Vbi nō est dolus vel culpa, ibi non debet esse pœna.*

DVrum est, quod sit in facultate famuli alicuius mercatoris facere dominū incidere pœnā cōmissi ex facto suo, cū etiā procuratori id non permittatur per regulā. l. si procurator. ff. de cond. indeb. multo minus famulo simplici, qui non est constitutus ad hoc à domino. Et ideo dicunt doct. in l. eorem. §. dominus. ff. de publica. quod statutum gabellæ publicans aduehentem triticum cum iumento intelligitur si iumentum sit ipsius aduehentis, non si sit alienū: quia iniquum est facto, alterius damnum dari, vt est ibi text. in versi. q. si absente domino, q. in casu nostro est dicendū, in quo præsupponitur: q. dominus erat absens. i. extra territoriū, & Florentiæ. facit quod habet in l. fraudati. §. j. eo. tit. † vbi fraus gabellæ per vnum socium facta alteri socio, non nocet, multò minus ergo si per famulum facta sit. Confirmatur hæc opinio et ex verbis statuti iubentis, quod omnes conducentes sericum teneantur denuntiare, &c. sub pœna x. librarum, & amissionis serici. Loquitur ergo statutū in eo, qui possit amittere sericum, & sic qui sit dominus, vel quasi, famulus. n. non diceretur † amittere, quod nō habet, vt est glo. in l. mancipia. C. de ser. fugit. verb. ad uocandum. vbi Iac. But. inducit ad similem quæstionem statuti pœnalis, & sequitur Raph. Fulg. & Mod. ibi. Suadetur hęc opinio et ex alio statuto, loquente in alio casu, in quo dicitur, quod si quis inuentus fuerit, incidat in pœnam librarū cc. & quod dominus teneatur pro famulo, si. n. noluissent statuentes etiam in hoc casu teneri expressissent, sicut in eo fecerunt. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. quod tamen factum nō est. & maximè in casu nostro, in quo iste incurreret longè maiorem pœnam. Et ita debet iudex inclinare, propter æquitatem rei. Et quia videt istum dominum nihil dolo egisse, & omnia secundum veritatem fuisse confessum. vnde † vbi nō est dolus, vel culpa, ibi non debet esse pœna, cum tanta iactura istius mercatoris, secundum Din. & Bal. in l. commissa. eod. tit. ita intelligentes tex. in l. fi. §. diui. secundo. ff. eo. ti.

CONSIL. LV. SVMMÆ.

1. *Statutum iuri communi præualet in pœna.*
2. *Soluti legibus, leges tamen seruant.*
3. *Statutum propter confirmationem de eo factam à Pontifice habet vim canonis inter subiectos.*
4. *Crimen stupri, cum sit mixtum, potest puniri secundum leges canonicas.*
5. *Pœna à iure canonico imposita, pro stupro est excommunicatio, nisi publicam & idoneam de scelere egerit pœnitentiam.*
6. *Pœna statuti si est maior, vel saltem non minor canonica, satis si quis sit pœna statuti punitus.*
7. *Ius canonicum concedit punitionem episcopo in criminibus mixtis.*

TEneo quod isti laici † rei stupri cum monialibus non possint puniri, nisi secūdū formam statuti Rauennatis, quia per tale statutum censetur sublata esse pœna iuris cōmunis, & licet in hoc fuerit aliqua altercatio inter veteres, secūdū Bar. in l. j. ff. vi bon. rap. tamen cōis opi. est, q. in dubio ius cōe sit sublatū, & sola statuti dispositio sit attendenda, & ita totus mūdus obseruat, & cōcludit Dec. in c. de causis. extra, de offi. delega. vbi allegat cōcordātes, & Corn. cōsi. cxiij. in j. Hipp. Marf. cōsi. xj. cū sim. Non potest ergo reuerend. d. Legat. istos punire pœnis furis cōis, cùm tale ius sit sublatum per statutū cōfirmatū à sede apostolica. Inn. & doc. c. j. extra, de trā sac. Et licet isti nō subiiciatur statutis, tamē debet vnūquenque iudicare, secundum legē quando tractamus non de ordine procedendi, sed de sententia diffinitiua, secundum gl. in c. quod clericis vbi doc. extra, de foro comp. Et quia etiam † soluti legibus eas tamen seruant. lege, digna vox. C. de legib. Et quia † propter confirmationem pontificis tale statutū habet vim canonis inter subiectos.

ſtatutis.c.j. de conſti.vtil,vbi But.Feli.Dec, c. cum accelſiſſent.nu.viſ. de conſti. Et ſi dicatur per tale ſtatutum, non potuit tolli diſpoſitio iuris cano. vide cum † crimen iſtud ſit mixtum debet poſſe puniri, ſecundum leges canonicas.c.cum ſit generale.de fo.compe.& quæ habentur in l. placet. C. de ſacroſ.eccl. quæ † pœna eſt excomunicatio niſi publicam & idoneam de ſcelere egerint pœnitentiam. ca. impudicas.c. virginibus. vbi gl. & Arch. xxvij.q.j.cũ ſi.nã reſpodeo,q.cùm † pœna ſtatuti ſit maior,vel ſaltẽ nõ minor canoica ſatis eſt,ſi ſit quis pœnaſtatuti punitus.c.felicis. vbi Io.And. Lap. & Gemi.c.j.de pœnis.li.vj. Bal.Pau. Caſt.in l.j. C.de ſacroſ.eccl.vbi Io.Ba.de S.Seuer.in repe. verſi. quit⁹ caſus.Aret.in c. de iis.extra, de accuſ.& maximè hoc eſt dicendum,quia † in criminibus mixtis ius canonicum conceoit punitionem Epiſcopo, quia ſeculares ſunt quãdoque remiſsi vt, dicit in d.c.cũ ſit generale.quæ ratio ceſſat quando quis punitur ex ſtatuto habente pœnam competentem,& ſimilem pœnæ canonicæ.Et ita mihi videtur ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII LVI. SVMMÆ.

1 *Maſculum fœminæ præferri per ſtatutum.*
2 *Filiæ cum patre concurſus.*

1 DEcedente D.Blanca,hæreditas † deuoluta eſt ad Iac. filiũ, maſculũ excluſa D. Lucia fœmina per ſtatutũ Mediolani,& etiam Papiæ, quia licet ex ſtatuto Papiæ faciat partem reſpectu vſusfructus, quia adhuc non erat dotata, tamen,vbi dotatur, deſinit facere partem,vt dicitur in ſtatuto.Deinde mortuo Iacobo, de iure communi hæreditas pertinet pro
2 dimidia ad patrem,† pro alia dimidia ad ſororem auth. defuncto. C. ad Tertyl. Nec ſorori obſtare. videtur ſtatutum Papiæ.quod non videtur eſſe factum in fauorem aſcendentis,ſed fratris, vel filiorum fratris,ſi tamen Papiæ non extat aliud ſtatutum,quàm illud,quod ad me eſt tranſmiſſum.Alioquin ſi ex ſtatuto Papienſi pater præferretur,cũ bona ibi ſint,&cũ pater eſſet factus ciuis Papienſis,in dubio non reperẽ excludi ſororẽ, per ea, quæ not. Iac.in all.cõſi.lxxx.Fortius obſtat D.Lucię ſtatutũ Mediolani quod videtur eſſe extendendum etiam extra territorium, tanquam fauorabile, quia per illud reducimur ad ius antiquum quòd erat ante dictam authent.defuncto.& ad l.xij. tab. ſecundũ quam pater omnia occupabat iure peculii,& iſtud ſentit Cur. Iun. conſi. ix. & licet Bar. in l. j. C. de ſumm.trin. verſi. aut ſtatutum continet prohibitionem odioſam,&c. videntur contradicere, reſpondeo,loquitur in ſtatuto quo frater excludit ſororem,non quo pater,quod eſt fauorabilius,vt ſuprà dixi,ſecundum Curt.

CONSILII LVII. SVMMÆ.

1 *Agens interdicto recuperandæ prætendit ſibi ius eſſe in poſſeſſione.*
2 *Cridæ excludunt quemcunque habentem ius in re, vel ad rem.*
3 *Habens ius poſſeſſionis,cenſetur habere ius in re.*
4 *Poſſeſſio eſt ius.*
5 *Exceptio præſcriptionis quoties poteſt incontinenti verificari ſemper eſt impeditiua litis ingreſſus.*
6 *Non eſt credendum quod ſtatutá voluerint ſeinuicem corrigere.*
7 *Lapſo tempore,res dicitur eſſe deciſa,& poſſeſſor amplius inquietari non poteſt.*
8 *Regula generalis ſtatuti recipit reſtrictionem ſecundum ius commune,non obſtantibus exceptionibus, quia exceptiones non ampliant regulam.*

QVæritur, ſtante ſtatuto, quo omnes exceptiones dilatorie,declinatoriæ,peremptoria cuiuſcunque generis ſint,iubentur eſſe ſaluæ in fine litis, ne impediat proceſſum,an exceptio quoque proueniens ex prouiſione cridarum in interdicto recuperandæ debeat reſeruari, & breuiter agendo puto, quod non:clarum enim eſt, quod † agens eo interdicto prætendit ſibi ius eſſe in poſſeſsione, ſed † cridę excludunt quemcunque habentem ius in re,vel ad rem,& quod † habens ius poſſeſsionis, cenſeatur habere ius in re, probatur in lege, ſi domus. §. fin. de leg. j. & in l. rei appellatione. ſecundum primum intellectum. ff. de verb. ſig. per Alexan.in lege,naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & melius per Inn. & dot. in ca. epiſcopi. de reb.eccl.non alien. & facit † quia poſſeſſio eſt ius, vt apparet ex eius diffinitione. de qua per Bar. in lege, j. ff. de acq. poſſ. meritò ergo in propoſito caſu debet habere locũ dicta exceptio cridarum, quæ in effectu inducit præſcriptionem trium menſium, & quoties † præſcriptionis exceptio poteſt incontinenti verificari, prout in caſu noſtro ex inſtrumento cridarum ſemper eſt impeditiua litis ingreſſus.lege, tranſacta. & lege, ſeq. ff. de verb. ſig. ca. j. de lit. conteſt.in vj.Bar. in lege, ſi. ff. pro ſuo.Aret. conſilio lxxxxviij. incip. clariſsimè. cum ſim. & confirmatur hoc ex verbis prouiſionis, quæ dicunt non contradicentes ampliùs non audiri, quæ verba impediunt litis ingreſſum, vt habetur in lege, j. in prin. ff. ad Treb. in lege.vir bonus.ff. iud. ſolui. Non obſt. ſtatutum reiiciens omnes exceptiones: quia reſpondetur pluribus modis. Primò, quod non intelligatur de iſta, quæ prouenit ex alio ſtatuto videlicet, ex prouiſione cridarum, non † enim eſt credendum, quod ſtatuta voluerint ſe inuicem corrigere.arg.lege,nã ad ea. ff. de cond. & demon. & per iſtã rationem in ſimili idem tenet Io. And.in add.Spe.in vj. de exec.ſen.§.poſtremo.Mod. Peruſ. in ca.dilecto. in lij.q. verſ.iiij. limita. extra de appel. vbi allegant Bar.in lege,j.§.& paruì.ff.quod vi,aut clam. Idem tenet Raph. Ful.conſilio cvij. Secundò reſpondetur,quod ex lectura cridarum apparet euidenter iſtos agentes excludi,& per tale ſtatutum,non poteſt cenſeri reſeruata exceptiõ euidens,per nõ.per in lege,iiij.§.condemnatum. ff. de re iudi.in l. de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.nõ.nun.Iaſ.in l. j. in prin.in glo. ij. ff. eo.tit. Sign. de Homo.conſi.lv. Barb.conſi.j.in j.vol.Feli.c.inter cætera.extra, de re iudi.cum concor:Terrio reſpõdetur iſtum caſum ſatis exceptum eſſe in ipſo ſtatuto,dum excipiuntur exceptiones,de quibus ſit cognitũ, & deciſum. † lapſo.n.tempore,dicitur reſeſſe deciſa.l. ſi eo. tempore.C.de re. pig. per Bar.in l.ſi.C.de edi. diui Adr.tol. & poſſeſſor amplius inquietari non poteſt.l.locorum.C.de omni agr.deſ.lib.xj.& præceptum, ſeu mandatum vicarii prouiſionum eſt ſententia habẽs vim definitiuæ,vt apparet ex nor. per mod. in rub. ff. de re iudi.& licet huiuſmodi commínationes non habeãt de iure communi auctoritatem rei iudicatę, vt in totũ tit.C. com. vel epiſtol.tamẽ illud intelligitur,vbi fuerit in caſu illicito,ſecùs in caſu noſtro,in quo ordinis prouiſiõis

tra-

tradunt talem formam. Et dato etiam, quod iste casus non contineretur, in exceptionibus statuti, non tamen per hoc dicendum est, quid comprehendatur in regula, ex quo † regula generalis statuti recipit restrictonē secundum ius comune, nō obstantibus exceptionibus, quia exceptiones non ampliant regulam, & ita in terminis de statuto dicit Card. in c. lator de homicid. vbi Io. de Ana. in vers. vlt. quærit. D. Flor. idem etiam tenet Dec. in c. ij. de consti. vers. Et ampliatur.

CONSILII LVIII. SVMMÆ.

1. *Quando verba statuti sunt concepta in rem, attenditur ipsum statutum intra territorium suum.*
2. *Cum verba sunt concepta in rem ipsa res non acquiritur, nisi seruata forma statuti.*
3. *Ratio quare publicari debeant donationes infra mensem, est, vt omnes sciant eam esse factam ne cum donatore contrahant, tanquam cum diuite, qui per clandestinam donationem exinaniuerit patrimonium, sicque facile decipiantur.*

POsset videri in casu proposito ad valorem donationis sufficere, si seruata sit solennitas loci contractus, per l. si fundus. ff. de euict. & quæ per illum tex. tradunt vbique Dd. maxime Bart. in l. j. C. de sum. tri. & fid. cath. Areti. consilio lxxiij. Dec. cxviiij. cum si. Sed tamen ista non est quæstio nostra, quia non negatur, quin donatio à principio valuerit, saltem respectu bonorum sitorum extra Ducatum Mediolani: sed quæstio nostra est, quia statutum Ducatus iubet, *Donationes publicari voce præconis ad loca solita ciuitatum, intra mensem, alias sint nullæ, &c.* An ista donatio quæ deinde publicata non sit nulla? Et puto quod sic,
1 quia † verba statuti sunt clara, & sunt concepta in rem: vnde attenditur ipsum statutum intra territorium suum lege, pupillo. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & quod tradit Bar. in dicta lege, j. in q. Anglicaria, vbi cum † verba sunt concepta in rem, res
2 ipsa non acquiritur, nisi seruata forma statuti, de quo per Alex. consi. cxxviij. in j. xliij. in v. vol. Imo fortius voluit Card. consilio cxxxxiiij. quem refert & sequitur Alex. in apostil. ad Bar. in lege. j. q. stāte statuto Pistorii disponente, quod donatio sit ipso iure nulla nisi fuerit denuntiata; quid tale statutum ligabit etiam clericum; quamuis aliàs nō suppositum statuto; & nisi clericus denuntiauerit, donatio erit nulla. Multo fortius in casu nostro, in quo vterque tam donans quàm donatarius subiiciebantur statuto, licet contraxerint in loco non suppositō. Et maximè hoc est dicendum; quia alias parata esset via fraudibus; & statutū redderetur eluforium. cap. si ciuitas. de senten. excom. lib. vj. si donare volens iret in alienum territorium & facta donatione reuerteretur domum, prout dicit Salic. se consuluisse in ciuitate Anconæ; in dict. lege, j. refert & sequitur Aret. dicto cōsilio lxxiij. Et quod ista fuerit mens statuti apparet ex eius verbis dum dicit, *Debere publicari ad loca solita ciuitatum, vbi fieri solet.* donatio enim bonorum alicuius territorii non solet publicari in alieno territorio, sed in sua ciuitate. Suadet hoc etiam ratio ipsius statuti, † quæ est, vt omnes sciant
3 esse factam donationem, nec cum eo contrahent, tanquam cum diuite qui per clandestinam donationem exinaniuerit patrimonium, sicque facilè decipiantur. l. donatio. lege, lata. C. de do. per Bar. in lege, Modestinus. ff. de do. & habetur per do. in lege, testamenta. C. de testa. Et hoc maximè procedit, quando intra certum tempus debet talis publicatio fieri: non possunt enim partes tali statutum renuntiare, etiam si interueniat iuramentum, vt est in consiliis Franc. Cur. Sen. cōsilio lxvij. in fi. & seq. & per Ioan. de Monteferrato, in rep. l. nemo potest. in ij. q. Bar. ff. de l. j. vñ de apparet non obstare reg. d. l. si fundus. per supradicta, & iis paucis volui esse contentus pro breuitate temporis, & quia iudicio meo res est satis clara.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber III.

QVI AD IVS CLIENTELARE, SEV VT VOCANT, FEVDA INSCRIBITVR.

CONSILII I. SVMMÆ.

1 Dictio hæredibus in materia feudali intelligitur de hæredibus sanguinis & sic de filiis, etiam quod non sint hæredes.

2 Dictio hæredibus simpliciter intelligitur de hæredibus sanguinis licet non successionis.

3 Filius vulgariter vocatur hæres.

4 Valet argumentum de sermone vulgari ad Latinum.

5 Dictio legitimis, necessariò denotat debere intelligi de descendentibus tantùm, & hæredibus sanguinis.

6 Vna pars instrumenti aliam declarat.

7 Dictio Masculis in vna parte testamenti posita, declarat aliam simpliciter de filiis loquentem.

8 Quando inuestitura facta est pro se, & hæredibus masculis propter dictionem masculis declaratur dictio hæredibus, vt intelligatur de hæredibus sanguinis. & feudum non censeatur hæreditarium.

9 Natura feudi est, etiamsi esset simpliciter pro se acceptum vt non transeat in filios, nisi quatenus sint hæredes.

10 Feudi natura in quo distet a natura emphyteusis.

11 Emphyteusis ecclesiastica principaliter ob canonem annuum conceditur, & in tali emphyteusi filij veniunt ex stipulatione patris, quàm acceptando emphyteusim censetur ratificare.

12 In feudo veniunt filij ex persona patris, tanquam eius hæredes, quia videtur eis acquisiuisse tanquam hæredibus.

13 Patris interest hæredes habere qui adimpleant omnia ab eo disposita. & eius fidem obseruent.

14 Feudum in dubio censetur esse hæreditarium, etiamsi non sit facta mentio hæredum.

15 Ad hoc vt feudum dicatur hæreditarium, non sufficit filium esse, nisi sit hæres.

16 Dictio Masculis licet faciat vt intelligatur de filiis, tamen non simpliciter intelligitur, sed de filiis masculis qui sint hæredes.

17 Testibus contrariis non creditur.

18 Verba priuilegij imperialis debent recipere interpretationem secundum cõmunem vsum positorum in iure, non autem secundum vulgares, cùm verba ad qualitatem personæ debeant referri.

19 Ad vtilitatem parentum magis pertinet ne possint filij feudum habere, nisi etiam sint hæredes, & subeant onera hæreditaria.

20 Illegitimi non possunt habere dignitatem comitatus.

21 Illegitimi non possunt ferre eadem arma, quæ ferunt legitimi, nisi cum linea seu harra transuersa.

22 Dictio masculis in vno capite instrumenti posita, non trahitur ad aliam partem testamenti separatam.

23 In feudo expressio masculorum ponit illud, quod tacitè inerat.

24 In emphyteusi par est causa masculorum, & fœminarum.

25 Dictio legitimis ponitur ad exclusionem illegitimorum.

26 Dictio masculis ponitur ad exclusionem fœminarum aliàs ad hæreditatem fuissent admissæ.

27 Hæreditas patris cum effecta sit vnum patrimonium, cum bonis feudalibus non potest eadem hæreditas diuidi, vt filij habeant feuda & non totam hæreditatem.

28 Hæredes tenentur ratum habere, quicquid testator gesserit.

29 Quando quis est hæres cum beneficio inuentarij, potest contrauenire facto testatoris.

30 Dictum doctoris intelligi debet secundum authoritatem quam allegat.

31 Dictio maximè est augmentatiua.

32 Minor qui petit restitutione in intra quadriennium debet eam non solùm petere, sed etiam obtineri, aliàs lapso quadriennio amplius non auditur, quia fatale quadriennij est datum non petitioni restitutionis, sed finiendæ liti.

33 Minor qui tam sero petijt se restitui vt causa non potuerit expediri intra quadriennium sibi imputet secus si facto partis fuisset iniustè impeditus.

34 Titulus transactionis nouat priores titulos, & eos perimit.

35 Quando plures interueniunt in vno contractu, videntur alterum alteri consensisse.

36 Nihil refert an verbo, an facto quis ratum habeat.

37 Restitutio nõ conceditur minori, nisi in subsidium quatenus ex bonis tutoris, non possit damnum resarciri.

38 Lex præsumit aduersus hæredem non conficientem inuentarium quod surripuerit res hæreditarias.

39 Exceptio non confecti inuentarij non operatur, nisi quatenus non sit tantum in hæreditate, quod sufficiat æri alieno dissoluendo, aliàs enim inducitur compensatio & hæres non releuatur quin integrè soluat.

40 Bona semper censentur allodialia, nisi quatenus probentur esse feudalia.

41 Feudum est species seruitutis.

42 In dubio quælibet res præsumitur esse libera.

43 Vt competat reston, oportet quod minor probet se læsum fuisse, aliàs læsione non probata, nunquam conceditur reston in integrum.

44 Quoties feudum ab imperatore duobus fratribus concessum est deficiente linea vnius in eo non succedunt agnati, sed feudum reuertitur ad dominum, nec in eo habet locum ius accrescendi.

45 In feudo quod processit ad supplicationem partis non est locus iuri accrescendi.

46 Dictio hæredibus in materia feudali intelligitur de masculis tantum.

47 Feudum francum quod concessum est, pro nullo transit ad fœminas.

48 Extantibus masculis non admitti fœminas ad feudum quomodo intelligatur.

49 Facilius tollitur alicui, quod ex priuilegio competit, quàm quod iure communi.

50 Iure ipsis descendentibus quæsito non potest facto patris fieri præiudicium.

51 Probatio ex confessione implicita tanquam incerta non probat.

52 Non potest quis censeri ratificasse, quod non constat esse gestum.

53 Eo

BIU Cujas

53 Eo ipso quod quis constituit procuratorem ad ratificandum censetur ratum habuisse.

54 In iis quæ dependet ab animo nostro per constitutionē procuratoris ad faciendum dicimur statim ipsi facere.

55 In iis quæ cum alio agenda sunt quis non censetur ratificare, nisi postquam alius consenserit.

56 Præstatio iuramenti fidelitatis requirit verborum solennitatem.

57 Vasallus potest de feudo transigere dummodò id bona fide faciat, & valebit transactio non solùm in successorum, sed etiam in domini præiudicium.

58 Nemini licet vltra suum tempus regulariter rei seruitutem imponere.

59 Prælati ecclesiarum possunt transigere de re debita ecclesiæ, & talis transactio obligat successores in beneficio, dummodo transigant bona fide, & super re dubia & incerta, in qua verisimiliter possent succumbere.

60 A rescriptis imperatoris non est facilè indulgenda in integrum restitutio.

61 Argumentum à contrario sensu in iure validissimum.

PRo declaratione dubitationū, quæ occurrunt præsenti causa, in primis videndum est, quod nam feudum sit istud, de quo agitur, simplexne, an hæreditarium? Et in primis videretur dicendum, quid est feudum simplex, non hæreditarium, quia concessio facta est illustri Manfredo seniori, & hæredibus: † dictio autem *hæredibus*, in materia feudalia, intelligitur de hæredibus sanguinis, & sic de filiis, etiam quod non hæredibus, secundum Paul. de Cast. l. ex facto. §. si quis ita. ff. ad Trebel. per tex. cum gl. ibi super verb. ex voluntare. Refert, & sequitur Ias. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. Nam & vidimus idem esse in emphyteusi ecclesiastica, quæ accepta est pro se, & duobus hæredibus filiis, & aut nepotibus: non enim ideo dicitur hereditaria: sed † dictio, *hæredibus*, simpliciter intelligitur de hæredibus sanguinis, licet non successionis, vt ex tex. in §. emphyteusin. in auth. de non alie. vbi Iac. de Belui. no. Suadet hoc & vulgaris promiscuus loquendi † vsus secundum quem simpliciter hæredem vocamus filium, prout dicit Bar. consi. lij. quod incip. Salumben. Ioannelli suum. versi. ad quod respō. Sali. in l. ij. q. ij. C. de iure emphy. & in simili quod notabiliter consuluit Bal. consilio xxxij. & consi. cxxv. in iiij. Soci. consilio ccxlviiij. in ij. & consil. lvj. in iij. And. Sicu. cōsi. lxxxviiij. lib. iij. & cùm hæc cōsuetudo sit in sermone vulgari, idem etiam dicendum est in sermone latino: quia valet † argumentum de vno ad alium. l. qui venenum. vbi dixi. §. glandis. versi. illud tamen. ff. de verb. sig. confirmatur etiam ex subiecta materia, vt feudum in descendentes conseruetur, & fidelitas primi inuestiti magis censeatur remunerata, quæ per hæredes sanguinis, magis transmittitur, cùm aliàs feuda facilè trā sirent in extraneos: quia hæres non posset auocare ab illis, & teneretur ratam habere alienationem, secundum l. cùm à matre. C. de rei vend. sic & feudum non perennaret in descendentes, prout tamen fuit verisimiliter actum, tam à concedente, quàm ab ipso inuestito. Vnde etiam videmus plerunque dictionem, *hæredibus*, ex tali coniectura restringi ad sanguinem, vt in simili haberet per Bar. in lege, Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthu. vbi etiam Paul. de Cast. & alii per Guid. Papæ in q. ccccl viij. incip. à dispositione paterna. & q. cccclxxxvj. incip. verbum hæres. Alex. consilio xxxvj. in iij. & xxxxviiij. in vj. cum si. Secundò principaliter confirmatur hæc sententia in verbis inuestituræ quibus quandoque fit mentio non simpliciter de hæredibus, sed adiicitur dictio *legitimis*, quo casu propter dictionē † *legitimis*, necessariò intelligitur de descendentibus tamen, & hæredibus sanguinis, vt dicit Raph. Cōm. & Claud. de Seis. sello. in d. lege, ex facto. §. si. non est autem dubium quin ista dictio, *legitimis*, in parte inuestituræ posita debeat declarare dictionem, *hæredibus*; alibi simpliciter descriptam, vt in simili dicit Franc. de Aret. consilio xiiij. incip. viso, & diligenter considerato. & facit regula generalis quod † vna pars instrumenti aliam declaret lege. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. sicut in simili dicunt Dd. de dictione, † *masculis*, quæ in vna parte testamenti posita, declarat aliam simpliciter de filiis loquentem, vt per Raph. Cō. consi. cxvij. Abb. consi. xxxvj. in j. cum similibus. per Dec. consilio ccccxxv. Et facit quod magis ad propositum disputauit Ray. de Forli. quem refert, & sequitur Bal. in lege, Caius. ff. sol. matr. quod † quando inuestitura facta est pro se, & hæredibus masculis, propter dictionem masculis, declaratur dictio hæredibus, vt intelligatur de hæredibus sanguinis, & feudum non censeatur hæreditarium. ca. vnic. §. & si clientulus. de alien. feud. & not. in ca. j. de eo, qui sibi, vel hæred. masc. & latè per Dec. consilio clxxxv. & consilio cclxxxxvj. ergo idem dicendum, quando adiecta est dictio, *legitimis*, subest enim eadem ratio. Sed tamen iis non obst. contrarium est verius, nempè quod feudum, de quo agitur, est hæreditarium, nec potest à filiis habere nisi etiam sint hæredes, quia † natura feudi est, etiam si esset simpliciter pro se acceptum, vt non transeat in filios, nisi quatenus sint hæredes, vt est tex. vbi omnes not. in c. j. an agna. vel filius defunc. in vsi. feu. & glo. in c. j. quib. mod. feud. tradit Bar. & omnes in lege, quod dicitur. ff. de verb. obl. & † in hoc distat feudi natura ab emphyteusi ecclesia, feudum enim principis beneficio conceditur ob clientis merita, quod autem ob merita acquiritur aduentitii peculii pars est, vnde filius clientis tanquam partem hæreditatis paternæ beneficium tale consequitur, meritò oportet hæredem esse, secundùm Bal. & And. de Iser. in dict. ca. j. an agn. quod non est in emphyteusi ecclesiastica, † quæ principaliter ob canonem annuum conceditur, spe consolidationis meliorationum salua, & in emphyteusi filii veniunt ex stipulatione patris, quàm acceptando emphyteusin censetur ratificare lege, Caius de manumis. l. fin. C. ad Maced. Imō. & Alex. in lege, Iulianus. §. qui fundum. & dict. lege, quod dicitur de verb. ob. & † in feudo veniunt, filii persona patris tanquam eius hæredes: quia videtur eis acquisiuisse tāquam hæredibus, prout in aliis quo que contractibus dicitur, gl. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. & quia ista acquisitio à patre facta debet intelligi, prout ei vtilius est, interest autem sua habere † hæredes, qui adimpleant omnia ab eo dispositā, & eius fidem obseruent. §. valdè enim prospicie dum erat, Insti. quib. ex caus. manu. Et ideò † feudū in dubio cēnsetur esse hæreditarium, etiam si non sit facta mentio hæredum, secundùm Alex. consilio xxvj. in v. vol. quod multò magis dicendum est, cùm in instrumento facta est mentio hæredū, vt quia feudum sit acceptum pro se & filiis, & hæredibus, † non n. sufficeret esse filiū, nisi etiā sit hæres,

BIU Cujas

hæredes, vt dicit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. cuius opinio communis est magis cõmuniter approbata. Idemq; si dictum esset pro se & hæredibus, vel successoribus, Ang. consi. clxxxiiij. Cur. Sen. consi. lxxxij. cum si. Idemq; si dictũ esset pro se & suis, intelligitur in hæredibus, secundum Imol. consi. xxj. Iaso in l. Gallus. §. etiã de lib. & posth. ff. de quo etiam per Alex. consi. xxxj. in v. Idem quidq; aliqui censuerunt quando dictum esset, pro se & hæredibus masculis, licet n. dictio *masculis*, faciat vt intelligatur de filiis. tamen non simpliciter intelligitur, sed de filiis masculis, qui sint hæredes, secundũ And. de Iser. & Iac. de Belui. in d. c. j. de eo qui sibi Bal. consi. cccxxvj. & cccxxviij. in ij. vol. Car. Alex. in d. c. j. an agn. Dec. consi. lxxviij. Alber. Bru. consi. xxiiij. & videtur cõmunior cõclusio, quicquid dixerit Dec. consi. clxxxv. & infrà dicam. Meritò ergo in casu nostro idem dicendum est, vt investitura pro se & hæredibus, intelligatur de filiis, qui tamen sint hæredes, & ita tenuit And. de Iser. in c. j. §. hoc quoq; de succes. feud. Iaco. de Bel. & Alm. in d. c. j. de eo qui sibi, vel suis hæredibus per illos tex. & consuluit Alex. sæpissimè, vt in consi. xxiij. in iij. cxxiij. in iiij. xviij. in v. & Alber. Bru. consij. & consij. & consi. ix. & duobus seq. & Cur. Iun. consi. j. Et est cõclusio certa & indubitata, quicquid distinguat Paul. de Cast. in d. l. ex facto. §. fina. ad Treb. qui ipse mutauit sententiam, & in l. si mihi & Titio. de verb. obl. correxit seipsum, & tenuit quod in omnibus dictum sit, pro me & hæredibus, sive pro me, filiis, & hæredibus, semper necessarium sit filium esse hæredem, & ita etiam tenuit in consi. lxxxxiij. in fi. in ij. vol. incip. in causa quæ vertitur secundum vlti. impressionem, & ita etiam tenuit Lancelo. Galliaula. in d. l. Gallus. §. j. vers. ij dimitat nisi, allegat etiam Ro. in §. Cato. de verbor. obl. & consi. cxxij. Et sic responsum est auctoritatib. Paul. Cast. Iasonis in contrarium adductis, quia cõmunis opinio est contra eos, & ipsimet alibi sequuti sunt communem sententiam: & ideo eis non est credendum, qui sunt testes iuris. l. fi. in fi. C. de iis qui in ecc. manumit. sicut nec testibus contrariis creditur l. eos. de fal. Nec obstat gl. in d. l. ex facto. §. si. quæ intelligit dictionem, *hæredes*, id est, filio, qui non sit hæres: quia gl. illa communiter reprobatur vt ibi per Bar. Alex. & alios. Nec obstat tex. in d. §. emphyteusin. in auth. de nõ alien. quia ad illũ tex. respondet tribus modis d. Iaso in d. l. quod dicitur. de verb. obliga. & quicquid sit, aliud est in emphyteusi ecclesiastica, aliud in feudo, vt dicit Bar. in d. l. quod dicitur. & suprà ostendi rationem differentiæ inter istos casus. Nec obst. consuetudo vulgaris loquendi: quia licet vulgò dicatur hæres filius: tamen intelligitur de tali filio qui etiam sit hæres facultatum & iurium, non autem sanguinis tantum. Præterea verba priuilegij Imperialis debet recipere interpretationem secundum communem vsum peritorum in iure, non autem secundũ vulgares, cùm verba ad qualitatem personæ debeant referri. l. Labeo. de sup. leg. Bald. c. j. de succ. feud. facit l. omnium. & quod ibi no. C. de test. Nec ob. quod hoc modo non perennaret feudum in descendentes, si cogerentur ratas habere alienationes parentum, prout etiam in simili dicit Dec. consilio xxxviij. quia respondeo, ad vtilitatem parentum magis pertinere, ne possint filii feudum habere, nisi etiam sint hæredes, & subeant onera hæreditaria. dict. §. valde enim prospiciendum erat. Insti quib. ex cau. manu. & liberent animas parentum suorum, soluendo debita, & clamores ipsorum, secundum Host. ca. tua. de vsur. per illum tex. & quæ habentur in ca. fin. de sepul. Nec etiam obstat secundum principale fundamentum, quod in verbis investituræ quandoque dicitur hæredibus legitimis: quia respondeo, non per hoc inferri quin isti legitimi debeant esse hæredes, & sic feudum sit hæreditarium. nec hoc negat Raph. aut Clau. in d. l. ex facto. §. fi. & manifestè sentit ibi d. Alex. & fuit de mente Bar. ibi, & licet Alexan. dictionem *legitimis*, intelligat de agnatis, & venientibus ab intestato, tamẽ semper præsupponit quod sint hæredes, & ita etiam tenet Albe. de Ros. in rub. de vulg. vers. quidam nobilis. Nec quicquam facit quod Ial. in d. lege, & si nõ sortem. §. libertus. differentiam constituit inter agnatos, & filios, vt agnati necessariò debeant esse hæredes, filii non: quia ista differentia Iasoni non habet rationem, & est de directo contra tex. in d. c. j. an agn. vel filius. in vsib. feud. & communis, imò omnium opinio est contra eum. Præterea est aduertendum, quod dicta investitura habet tria capita. primum, bonorum quæ recognoscuntur in feudũ, & in hoc capite est sola mentio de hæredibus, & de hoc est nostra quæstio. Secundũ caput est, de dignitate comitatus, & in hoc est mentio legitimorũ, quia Imperator noluit dignitatem comitatus dare illegitimis, l. ij. C. de dignit. lib. vij. c. per venerabilem. qui filii sint legiti. Tertium est caput, concessionis insignium, & armorum, & in hoc quoq; est mentio legitimorum: quia illegitimi non possunt ferre eadem arma, nisi cum linea, seu vt dicunt doct. cum barra transuersa, de quo per Bar. in prac. suo de insignibus & armis. in proposito ergo mentio legitimorum facta in duobus posterioribus capitulis, non potest trahi ad primum caput penitus diuersum, & in quo est magna ratio differentiæ, vt s. dixi, sicut nec dictio, *masculis*, in vno capite instrumenti posita, non trahitur ad aliam partem testamenti separatam, secũdùm Ias. in l. qui filiabus. ff. de lega. j. Anch. consi. cxx. Alex. consi. xlviiij. in iiij. & dixi in l. Herennius. ff. de verb. sig. Nec etiam quicquam facit disputatio Ray. de Forliuio, quando accepta est inuestitura pro se & hæredibus masculis, &c. quia respondeo tribus modis. Primò, quod Ray. loquitur in emphyteusi ecclesiastica, nõ autem in feudo, vt est quæstio nostra. suprà autem ostendi non modicam esse differentiam inter hos casus. nam & in feudo expressio masculorum videtur illud ponere quod tacitè inerat. c. j. de nat. feud. secus est in emphyteusi. in qua par est causa masculorum & fœminarum. Secundò dico, quod in feudo communis opi. est, quod etiam sub illa verborum conceptione, oporteat filium esse hæredem, aliàs non admittitur, secundum doctò. in d. c. j. de eo qui sibi. & §. allegaui concordantes, hisi quando manifestè appareret, quid mentio hæredis masculi esset facta principaliter propter se, non autem actus principaliter esset gestus cũ patre, prout aliàs distinxi, in d. l. q. dicitur. de ver. obli. prout in casu in quo consulnit Dec. consi. xxxviij. & consi. ccxxxviiij. Tertiò dico, quod in casu nostro non est dictum, *hæredibus masculis*: sed *hæredibus legitimis*, ad exclusionem illegitimorum, qui omnino non fuissẽt admissi. auth. licet. C. de nat. lib. sed dictio *masculis* ponitur ad exclusionẽ fœminarũ, quæ alias ad hæreditatẽ fuissent admissæ. l. maximũ. C. de li. præt. vnde sumitur coniectura, quod masculi tali casu non admittantur iure hæreditario, cum exclusis fœminis, admittãtur, vt per Bal. in d. l. Caius. de manu. Alia est principalis qó, nunquid filii Co.

Giberti

Giberti possunt conuenire transactioni factæ per patrem? & cum s. cõcluserimus hoc feudum esse hæreditarium, non possunt illud habere prædicti filij, nisi sint hæredes patris, & cõsequenter tenẽt ratam habere d. transactionem. l. cùm à matre. C. de rei vend. & per Bart. in l. eum qui. ff. de interd. & releg. & per Alex. cons. 19. 26. 28. lib. 5. & cons. 27 10. lib. 3. cũ enim † hęreditas patris effectum sit vnũ patrimonium cũ bonis feudalibus, nõ potest eadem hæreditas diuidi, vt filij habeãt feuda, & nõ totam hæreditatem. l. 1. de acq. hæred. quod si totã B habere velint, † iam tenẽtur ratũ habere, quicquid testator gesserit, & cùm de euictione teneantur facilius ipsi agẽres, exceptione sunt repellendi. l. vẽdicantem. ff. de excep. & ita tenent omnes. & in hoc non est probabilis dubitatio. Sed difficultatẽ in casu nostro facit, quia isti filij erant minores, & possunt restitui in integrum aduersus non confectum inuentarium, vt habeant beneficium legis, ac si cum beneficio inuentarij adijssent, vt est tex. in 5. pupillis. in auth. de hæred. & fal. l. auxilium. C ff. de minoribus. Sed † quando quis est hæres cum 29 beneficio inuentarij, potest conuenire facto testatoris, & sic feudũ petere, per text. l. fi. 5. in cõputatione. C. de iur. delib. & ita dixit Bal. in l. q se patris. vers. itẽ q̃ritur si vassallus. vnde lib. & idẽ sentit Iac. Alua. d. c. 1. an agn. vel fil. & d. Alex. cõs. xiij. & 26. in 5. vol. vbi sentit istud procedere, nõ solũ in feudo simplici: sed etiã in feudo hęreditario, vt est casus noster, & idẽ expressiùs dicit cõs. 122. in 4. vol. & latè disputat, & defendit nouissimè Decius cons. 185. Sed tamẽ ijs nõ obstantib. dico, in feudo hæreditario cõtrarium esse verius, vt tenuit ipsemet d. Alex. cons. 19. vers. non obst. lib. 5. & consil. 28. eod. lib. & cons. 18. eod. lib. vbi allegat Andre. de Iser. in c. 1. ad fi. qui success. teneantur. & in c. 1. de alie. pat. feud. & in d. c. 1. an agn. vel fil. & in c. 1. 5. hoc quoque. de success. feud. & ideo concludit quod dictum Bald. in d. l. qui se patris. debet intelligi in feudo quod pro se, & liberis quæsitum sit, non autem pro se, & hæredibus, & ita illud dictum intelligunt omnes Mod. reprobato consil. Deci. 185. vt diffusè per Franc. de Cur. Iu. consil. 155. & cons. 138. vbi respondet omnibus rationibus Decij. quas responsiones non expedit transcribere, & ita etiam intellexit Ias. in cons. 7. vers. 3. principaliter. & cons. 56. in fin. in 3. vol. & etiam alij Mod. in apostillis Bal. ita intelligunt. & verè Bal. ita loquitur, quia loquitur secundum text. in d. c. 1. an agna. vel fil. qui textus non procedit quando pater stipulatus est feudum sibi & hæredibus, vt F est casus noster, nec enim tunc potest constitui differentia inter filium & agnatum, cum vtroque casu oporteat semper esse hæredẽ. Suadet hoc & ratio, quam Bald. adducit, allegando notata in d. l. fi. 5. in computatione. C. de iur. delib. vbi confecto inuentario, non periclitatur hæres de suo, dicitur autem suum, quod aliunde habet, quàm titulo hæreditario, & sic feudum stipulatum illi vt filio, remanet illi saluum, dato quod consuetudo feudorum in quandam consequentiam velit nihilominus eum esse hæredem, & releuare animam defuncti ab oneribus quod si eum non tanquam filius simpliciter, sed etiam tanquam hæres habeat, aliud est. tũc enim nõ adiuuat tali inuẽtario, quia text. in d. 5. in computatione. per tale beneficium reseruat illi expensas ex causa necessaria, & actiones quas contra defunctum habebat: non autem illas quas non nisi ex persona defuncti potest habere. & eodem modo intelligen-

da est decisio, Iac. Aluar. in d. c. 1. qui allegat And. de ser. & † dictum doctoris debet intelligi secun- 30
dum auctoritatem, quam allegat, vt per Bar. in l. non solùm. 5. si liberationis. vers. præterea. ibi loquitur, &c. de lib. leg. Nec est verum quod d. Alex. sit sibi contrarius, & quod dictũ Bal. intellexerit procedere etiam in feudo hæreditario. quia in cons. 13. & 26. in 5. hoc non dicit, sed simpliciter quod renuntiatio paterna nolebat filijs, maximè quia erant hæredes absque beneficio inuentarij: non sequitur ergo si hæres cum beneficio inuentarij, non nocuisset. sed potiùs sequitur oppositũ, quia † dictio, maximè, est augmentatiua, vt idem 31
sit etiam absque eo, vt habetur in l. si aliquis, de do. caus. mort. in l. illud. ad l. aquil. Nec etiam ab ijs discrepant ea quæ dixit Alex. in allega. consil. 122. in 4. vbi loquitur in feudo hæreditario, & tamen videtur velle, quod per confectionem inuentarij excusentur filij hæredes, ne subeant onera hęreditaria, &c. Respondeo, ibi loquitur in creditoribus, quibus potest satisfieri super fructibus feudi: nostra quæstio est in renuntiatione ipsorũ bonorum feudalium, quæ non potest aliter habere effectum, nisi filij tanquam hæredes excludantur: & ideò non potest capi hæc media via. & ita etiã sentit Paul. de Castr. cons. 218. præmittendum in 2. Tertia est principalis quæstio posito quod isti filij possint in integrum restitui ad confectionem inuentarij, quæ exceptiones eis opponi debeant? Et primò ob. eis, quod † minor qui petit restitu- 32
tionem intra quadriennium, debet eam non solũ D petere, sed etiam obtinere, aliàs lapso quadriennio ampliùs non auditur, quia fatale quadriennij est datum, non petitioni restitutionis, sed finiendæ liti. l. fi. C. de tempore in integ. rest. & vbi Paul. de Castr. & alij declarant: quod est notandum pro Hyppolito qui si excesserit 29. annum, ampliùs non est audiendus, † & sibi imputet, si se arctauit, & tã 33
serò petijt se restitui vt causa non potuerit expediri. l. 2. 5. si quis tamen. ff. si quis caut. si tamen facto partis, esset iniustè impeditus, aliud esset. l. intra vtile. de min. Alex. cons. 62. & cons. 223. lib. 6. Secundò, obst. exceptio approbationis quam fecerunt, postquam erant maiores, iuxta l. 1. & totũ titu. C. si maior. fact. rat. hab. Nam omnes qui simul cum Co. Manfredo transegerint cum Co. Salæ. dicuntur ipsi mutasse titulum, & titulo transactionis incipere possidere, & sic ex sua industria, non ausit titulo feudi, secundũ tex. in l. 3. in prine. ff. ad leg. Falci. quia † titulus transactionis nouat 34
priores titulos, & eos perimit. c. 1. extra, de transa. & cùm † omnes interuenerint in d. contractu, vi- 35
detur alter alteri consensisse. l. cùm pater. 5. libertis. vbi Bartol. ff. de leg. 2. & quod not. Deci. cons. 111. & Com. Hiero. eligendo æstimatorem dicitur ratificasse: quia † nihil refert, an verbo, an facto 36
quis ratum habeat. l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. Tertiò, obijci potest exceptio, quod prius minor agat contra tutorem, qui non fecit inuentarium, † vt restitutio non concedatur, nisi in subsidi- 37
um, quatenus ex bonis tutoris non possit damnũ G resarciri, vt sentit gl. in d. 5. pupillis. in verb. per restitutiones. in auth. de hæredib. & falc. & ibi per Ang. & facit tex. & quod ibi notatur in l. si tutoris. C. de admi. tut. & est l. pperãdũ. 5. fi. C. de iud. & l. 2. in fi. C. de fund. patr. lib. 11. vbi Iac. cum enim † lex præsumat aduersus hæredem, non conficientem inuentarium, quod surripuerit res hæreditarias, dato quòd minor restituatur aduersus hunc dolum præsumptum de præteriro, vt habetur in l.

auxilium.ff.de min.& per decretist.in c. fraternitatis.de testib. & per Doc.in l.j. §. nuntiatio.in fi. de ope.no.nũ.tamen hoc debet intelligi in subsidium, sicut videmus in ecclesia,quæ ex culpa rectoris non restituitur,nisi in subsidiũ, quando contra rectorem non potest sibi esse consultum.c.1.extrà de ope. no. nun. l. iubemus in gl. C.de sacrosc. eccl.Nam aliter sequeretur quod esset in facultate tutoris,subripere res hæreditarias, & fraudare creditores nó faciendo inuentarium,cùm deinde sciat esse succursum pupillo, meritò ergo in casu nostro putauerim prius agendum cõtra tutorem ex quo alias res non esset integra creditoribus. l. quod si minor.§. restõ. ff.de min.quæ sententia saltem est tenenda,quando tutor fuisset voluntarius & qui potuisset se excusare si voluisset, puta mater,aut auia, & similes. arg.l. cùm mandato.ff.de min.& per Bald.in l.etiam in fi.C.si tut.vel cur.in terue.& ita limitatur l.1.C.eo.tit.Quartò obij ciẽ-
39 dum est,quod † exceptio non confecti inuentarij non operatur, nisi quatenus non sit tantum in hæreditate,quod sufficiat ære alieno dissoluendo, aliàs enim inducitur compensatio, & hæres non releuatur,quin integrè soluat,vt dicit gl.& oẽs sequuntur.in d.l.fi.§.in computatione. at in casu nostro hæreditas paterna videtur locuples,etiam de ductis feudis.In quo sciendum est, communẽ cõ-
40 clusionem esse,quod † bona semper cẽsentur allodialia,nisi quatenus probentur feudalia esse.c. fi. de iudi.c.nimis.de iureiu.l.Caius.vbi Dy. & Alb.
41 de ann.lega.cum enim † feudum sit species seruitutis,secundum glo.in l. vsusfructus. 1. ff. de vsu-
42 fru. † in dubio quælibet res præsumitur libera.l. altius.C.de serui.Mod.in l.si prius.de op.no. nun. Iac.in trac. feudorum. & in terminis inuestituræ nostræ per D.Dec.cõs.588. Et ideo quamuis in prima parte inuestituræ connumerentur multa loca quæ dicuntur à Romano Imperio in feudum dependere,debet intelligi respectu eorum, quę sunt Romani Imperij de quibus in c.1.quæ sint regalia. nõ autem respectu proprietatum priuatarũ, quæ quotidie emũtur, & venduntur,& ab ipsis comitibus,& à priuatis.facit quod not.Alex.cõs.191. in 2.& cõs.55.viso puncto.Alb.Bru.cõs.1.Dec.Neap. 267.vidi.Et ita etiam debet intelligi secunda pars priuilegij,in quo multa loca, & villæ annectũtur castro Corrigij ad dignitatem comitatus, nã talis clausula nihil infert respectu dominij, & proprietatis,prout aliàs allegabatur in litẽ pro Com. Salæ, prout potest in eius allegationibus videri, quas nõ refero.Et hoc maximè verùm est stãte firma illa conclusione, quod dicta inuestitura nihil probat contra hæredes Com. Io. Galea.qui ipse nec auctores sui non ratificauerunt dictam inuestiturã,de quo infrà videbimus. Quinta exceptio aduersus hanc restitutionem in integrum, oritur ex eo,quia † vt competat restõ, oportet quod mi-
43 nor probet se læsum fuisse,aliàs læsione nõ probata,nunquam conceditur restõ in integrum.l. nam postea.§.si minor.ff.de iureiu.vbi Alex.Ias. & cæteri.In casu autem nostro nõ videtur vlla læsio ex transactione oriri:quia per eam relaxauit Co. Gibertus illud,quod ad se nõ pertinebat:sed potius ad hæredes d.Co. Io. Galea,cũ quibus nouissimè transactum est, adeò quod omne quod remansit ipsis Corrigiensibus ex dicta trãsactione, dicit remansisse ex industria sua, non autem ex titulo inuestituræ præcedentis.d.l.3.in prin.ad l.Falci.c.1. extra de transa. vbi Bald.quod autem istud sit verum demonstrabitur ex subsequẽti dubio,Quarta ergo est principalis quæstio, nũquid istud feudum Com. Io. Galea. post eius mortem pertineret ad Com.Gibertum agnatum in quinto gradu,an verò ad sorores,an ad neutros?Et videretur quod ad sorores pertineret multiplici ratione.Prima, quia † quoties feudum ab Imperatore duobus fratri-44 bus concessum est,deficiente linea vnius, in eo non succedunt agnati: sed feudum reuertitur ad dominũ.c.1. §. cùm verò.versi.sin autem vnus, qui feud.dare pos.nec in eo habet locum ius accrescẽdi.c.1.§.si Titius.de grad.succ. & c.2. de duob.fra. de no.ben.inuestit. vbi And.de Iser.Aluar.& Mar. de Laud.hoc tenent,& Cy.& Sal.in l.1. C. quãdo non pet.par.Corn.consi.196.in 2.Curt.Iun.in trac. in 2. par. principali. & ita etiam ego tenui in l.si mihi & Titio.ff.de verbo.ob.Nec ob. quod Alex. Aret.Ias.Fran. Cur. videantur tenere contrarium per l.1.C.si Imperial.liberali.Soci.lib.10. quia alia opinio est verior, & receptior:nimis enim violantur verba textus in d. c.1.§.cùm verò. cum simi. si restrigantur quando inuestitura esset facta ab inferiore magistratu,& non à principe. Et text.in d. l.1.loquitur in donatione principis, & sic in liberalitate procedente ex motu proprio principis:secundùm quod declarat glo. ibi: noster autem casus est † in feudo, quod processit ad supplicatio-45 nem partis,vt apparet in inuestitura,quo casu etiã Mod.fatentur non esse locum iuri accrescendi, vt per Cur.loco.prælleg. & per Ias.in l.re cõiuncti. ff.de leg.3.char. pe.item procedit in feudo, quod nõ cõtinet meram liberalitatem,imò requirit mutuum officium, quod domino cliẽs debet,vt Sal. & Ias.dicit:vel vt Sign. de Homo.& Alb. de Rosa. in d.l.si mihi & Titio.quia feuda sui naturam, facilè ad dominum reuertuntur,quod in mera liberalitate nõ est. cum ergo ius ad Imperatorem reuerteretur,potuit rescripto suo concedere, quod Com.Io.Galea.disponeret in dictas sorores, & valet rescriptum quo Cæsar non ius agnatorum,sed suum remittit,& istud est indubitatum. Altera ratio est,quia istud feudum est concessum pro se, & hæredibus, quo casu supra concluso non admitti nisi eos,qui sint hæredes:aut ergo sorores petijssent se admitti,& nõ potuissent,quia † dictio hære-46 dibus,in materia feudali, intelligitur de masculis tãtum.c.1.de nat.feud.c.1.quẽad.feud.ad fil. pert. Soc.consi.19.1.vol.aut Com.Gibertus petijsset,& nec ipse potuisset admitti, quia excludebatur ab hæreditate à sororibus prioribus in gradu, vnde ei non erat delata hæreditas.l.delata.ff.de verbo. sign.cum feudalia ab allodialibus, stante forma illa inuestituræ, separari non possint. l.1. de acq. poss.l.sed si plures.§.filio.de vulg.sequitur ergo,vt feudum ad dominum, & sic ad Imperatorem sit reuersum,vt sentit Dec.cons.390.Cur.in trac.feu. 1.par.versi.4.& consi. suo feudali. 1. vnde potuit Imperator gratificari sororibus, vt ipse succederent,& valuit rescriptum suum.c.1.quemadmodũ feu.ad filiam pert.vbi Iac.de Beluisio, & Card.in fi.Tertia est ratio,quia posset etiam dici, quod tale † feudũ ad fœminas transire possit:quia est feu-47 dum francum,& quod pro nullo seruitio concessum est:quo casu limitatur regula posita in c. 1.§. & quia vidimus,qui feud.dar.poss. vbi Bal. & per Cur.d.trac.3.par.prin.versi.5.limitat. Corn. consi. 239.vol.1.Dec.consi.32.38.139.208. 313. 424. & alibi sæpè & maximè hoc dicendum est in feudo isto, quod non ex mera liberalitate Cæsaris proueniat, sed ex liberalitate Com.Manfredi,qui bona allodialia recognouit in feudum. vnde tunc videtur

omnino

omnino etiam fœminas admittẽdas, vt per Curt. Senio. consi. 48. Cur. Iun. d. consi. 1. Alber. Brun. consi. 11. & 13. & 18. facit quod habetur in l. si rem aliquam. ff. de acq. poss. Et licet † extantibus masculis, non admittantur ad feudum fœminæ: tamen istud debet intelligi, quando essent tales masculi qui possunt admitti ipsi, quod non est in casu nostro, ex quo requiritur, quod sint hæredes, at ipsi non possunt esse hæredes, quia excluduntur à fœminis proximioribus. Item debet intelligi nisi Imperator rescripto suo eas habilitauerit, q̃ potest facere in præiudicium, masculorum, qui ex priuilegio fœminis præferuntur, non autem verbis inuestituræ, aut iure communi. vt cõsuluit Alber. Bru. consi. 1. † facilius enim tollitur alicui quod ex priuilegio competit, quam quod iure communi. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de testa. milit. habetur in l. Cęturio. Quarta est ratio, per quam potuerunt masculi agnati excludi per rescriptum Cęsaris, admissis sororibus. Nam licet magna sit inter doctores altercatio, nũquid is qui feudum stipulatus est sibi, & filijs, possit mutare sententiam, & vnum excludere, alium verò admittere, adeò vt varia in hac re consuluerint. Alex. & Soci. & alij Mod. vt apparet in cons. Alex. 52. vol. 4. Soci. 25. vol. 1. Mod. Repe. in l. Gallus, §. 1. de lib. & posthu. tamen receptum videtur, quod si possit tale ius filiorum reuocari, antequam patris contractum approbarint. l. 3. ff. de ser. expor. not. in l. qui Romæ. §. flauius. de verbo. oblig. cum enim habeant filij istud ius per mortis causa capionem, secundum Bar. in d. l. si mihi & Titio. ff. de verb. ob. non est dubium locum esse pœnitentiæ, & istam opi. saltem quando Imperator ipse, seu dominus feudi consensisset, puto esse veriorem, prout tenet d. Præpos. in c. 1. in prin. de prohi. feud. alie. per Feder. & etiam ego sum solitus sequi. in l. quod dicitur, de verb. obli. saltem quãdo adhuc nullum ius, seu nulla actio, est acquisita ipsis filijs, prout in casu nostro in quo Com. Io. Galea. cũ consensu Maximiliani Imp. reuocauit concessionem respectu masculorum, & vocauit sorores eo tempore, quo præcedebantur à patre suo Com. Giberto, & fortè adhuc non erant nati, vnde non potest dici, quod ius aliquod illis acquisitum fuisset: & ideo tali casu cessat rõ Doctorum in eo se fundantium, quod † iuri ipsis descendẽtibus quæsito, non possit facto patris fieri præiudiciũ, vt per Bar. in d. l. vt iusiurandi. §. si liberi. doc. in c. 1. de suc. feud. per illũ tex. Alex. cons. cxiiij. & seq. in 4. vol. Quinta est ratio, quia vt supra dixi ista bona, sicut quelibet alia debet præsumi allodialia, vt habere in d. c. nimis. de iureiur. & d. c. fi. de iud. & per Dec. in consi. 588. nec sufficienter probantur esse feudalia, ex inuestitura seu confessione, quæ in ea emanauit: quia talis confessio non potuit nocere Com. Io. Galea. aut dictis sororibus, per regulã l. tranſactione matris. C. de transa. l. Seia. ad Velleia. & ea quæ habẽtur in l. si vnus. in prin. ff. de pac. Soci. consi. 38. in 4. vol. & Abb. consi. 5. in 2. & Lud. Ro. in l. si cõstante. in vlt. verbis repetitionis. ff. sol. mat. Nec obstat, quod in indulto impetrato ab Imp. Maximiliano dicatur concedi licentiam testandi de bonis feudalibus, &c. quia non per hoc confessus est Com. Galea. quæ essent bona feudalia, vnde † probatio oriens ex tali confessione implicita tanquam incerta non probat, vt per Bar. in l. si sic. §. 1. de leg. 1. & habet in l. 3. §. in certa. ff. de acq. poss. Nec obst. etiam mandatum Com. Nicolai in Erasmum Brasiam, ad recognoscendum & præstandum homagium, & iurãdum, &c. quia respõdetur, quod nec in eo est specificatum quæ bona sint feudalia, & subest eadem incertitudo. Præterea nõ apparet, quod dictus procurator executus sit: & ideò antequam fuerit executus, nõ est ius aliquod translatum in Imperatorem. l. absenti. ff. de dona. l. si pater. ff. de man. vind. nec † potest censeri ratificasse, quod nõ constat esse gestum. Et si dicatur quod † eo ipso quod constituit procuratorem ad ratificãdum, cẽsentur ratum habuisse. l. si procuratorem absentem. ff. de procura. gl. l. 3. §. pen. verb. consentirent. ff. rem rat. hab. & per Bal. in l. 1. in vlti. oppo. C. de procur. quia in iis † quæ depẽdẽt ab animo nostro per constitutionem procuratoris ad faciendum dicimur statim ipsi facere. l. per procuratorem. alias Paul. respondit. ff. de acquir. hæred. per Bar. l. serui electione. ff. de lega. 1. Respondeo, quod istud non procederet in iis, quæ cum alio agenda sunt, † in iis enim non censetur quis ratificare, nisi postquam alius & ipse consenserit, vt declarat Bar. in d. l. per procuratorem. & facit tex. in l. 4. §. Cato. in fi. ff. de verborum oblig. & maxime in casu nostro hoc est dicendũ, in quo requirebat etiã † præstatio iuramẽti fidelitatis, quæ requirit verborum solennitatem. c. pen. extra, de succes. ab intesta. vbi canonist. & in c. 1. eo. tit. Ial. l. ex ea. de verb. oblig. Socin. consi. 24. & 85. vol. 1. & 99. in 3. Et facit, quia huiusmodi recognitio non transfert dominium in Imperatorem, nisi aliter appareret, bona esse feudalia, de quo tamen dicẽdum, vt per Alex. in consi. 69. vol. 5. Rapha. Cõ. consi. 161. Corn. cõs. 201. lib. 1. idq; est verisimũ respectu tertij, vt per Soc. dictis locis consi. 166. & Guid. Pape, q. 272. per totam. Cùm ergo concludenter nõ probetur bona esse feudalia, ius ad fœminas potiores in gradu pertinebit. d. l. maximum vitium. C. de lib. præteri. Sexta & vltima est ratio pro istis mulieribus, quæ sumitur ex indulto Cæsareo, quod concessum est ob causam remunerationis, & potuit piudicare istis agnatis, vt late in hac causa cõsuluit Dec. d. consi. 188. ad cuius dicta me remitto. Si ergo ius erat in fœminis, potuit Com. Gibertus concordare cum nepotibus suis arbitrio suo, nec ideo censebitur præiudicasse iuribus filiorum suorum, quæ iura nulla erant, vt meritò nec vlla restitutio in integrum sit concedenda. Ex suprascriptis infertur omninò obseruandam esse suprascriptam transactionem à Cõ. Giberto factam, & successiuè à filijs approbatam, † cùm possit vasallus de feudo transigere, dummodo bona fide id faciat: & valebit trãsactio non solum successorum, sed etiam in domini præiudicium. c. 1. §. si verò. qualiter olim feud. alien. c. 1. de contro. int. vasal. & aliũ de benefi. & licet aliàs † nemini liceat vltra suum temporis, rei seruitutem imponere. his qui. §. fi. ff. quemadmo. seruit. amit. l. & in prouinciali. ff. de pign. tamen hoc fallit propter beneficij feudalis fauorem, vt permittatur transactio, dummodo bona fide fiat, vt habet in dictis iuribus: quæ bona fides satis ex eo perpenditur, quod etiam si suprascripte rationes non essent cõcludentes in fauorem dictarum sororum, tamẽ saltem faciunt probabile dubium, sufficiens ad inducendam bonam fidem, & valorem tranſactionis, vt dicatur Cõ. Mãfredus habere potius ex industria sua, non autem ex titulo feudali. d. l. 4. ad leg. Falcid. & ideò non possit amplius cõtrauenire. nec posset allegare isti minores se dolo, aut nimia facilitate circumuentos, vt approbarent hanc transactionem, & vltrò supplicarent Cæsari pro eius confirmatione: cum

ergo nimia facilitas nulla allegari posſit, non eſt reſtitutio in integrum concedenda, vt habetur in d.l. nam poſtea. §. fi minor. de iureiu. Nam & videmus in † prælatis eccleſiarum, qui minus iuris habent, quam vaſalli, & Comites, & tamẽ poſſunt tranſigere de re debita eccleſiæ, & tranſactio talis obligat ſucceſſores in beneficio, dummodò tranſigãt bona fide, & ſuper re dubia & incerta, in qua verisimiliter poſſent ſuccumbere, vt probatur in c. cõtingit de tranſa. & dixi in l. præſes. C. de tranſa. & maximè ſi longo tempore, puta, per 20. annos ſit ſeruata, vt dicit Pet. de Ancha. conſi. 135. & Dec. conſi. 474. Quod & dicendum in hoc caſu, in quo acceſsit longi temporis obſeruantia, & etiam Impera. Caroli confirmatio, à † cuius reſcriptis non eſt facilè, ſed perraro indulgenda in integrum reſtitutio. l. minor autem in magiſtratus. §. ſi autẽ Princeps ſententiam dixit. ff. de minoribus 25. annis, & ibi gloſſella ſuper verbo, & induci † à contrario ſenſu, quod in iure eſt validiſsimum. l. 1. §. huius autem. ff. de offi. eius cui, &c. Ita arbitror iuris eſſe.

CONSIL. II. SVMMAE.

1 *Credendum eſt verbis Pontificis.*

2 *Vaſalli ex iuramento in forma fidelitatis tenentur ad præſtandum auxilium domino, & adiuuandum ad recuperationem amiſſorum.*

3 *Si quis tenetur adiuuare aliquem perſonaliter multò magis pecuniariter.*

4 *Si dominus ſit belligeraturus extra territorium, tenetur vaſallus eum ſequi, & adiuuare pro viribus ſuis.*

5 *Licet feudum conceſſum ſit ad certa ſeruitia, tamen non eſt actum quod illud ſolum præſtetur, vnde tenetur feudatarius etiam ad cætera ſeruitia ex natura feudi, quamuis aliqua certa ſint nominata.*

6 *Si feudatarius haberet expreſſum in inueſtitura quod ad nihil aliud teneretur, tamen propter imminẽs periculũ tenetur in caſu conſilij, quia omnia priuilegia ceſſant tali tempore.*

7 *Propter imminens periculum quamuis vaſallus non eſſet obligatus, ad pecuniam tamen tenetur, ſi ita expediret domino.*

8 *Vaſallus non tenetur domino ad pecuniam ſi ipſe in caſu periculi debitum auxilium præſtare ſit paratus, quia electio eſt vaſalli pecuniam offerre velit, an auxiliũ cõpetens mittere.*

9 *Vaſallus non tenetur auxiliari domino de pecunia, etiamſi videat eum in periculo amiſſionis vitæ.*

10 *Vaſallus ſi conuenit à principio in inueſtitura, quod ſit ſoluendum, ſatis eſt canonem conuentum ſoluere.*

11 *Vaſallus ſi non conuenit à principio quod ſit ſoluendum, ſi agitur pro defenſione patriæ, tenetur.*

12 *Vaſallus alicuius principis ratione certi dominij, tenetur eum adiuuare in bello cõtracto, reſpectu illius dominij, non autem reſpectu aliorum regnorum, niſi quando dominus ipſe ſolueret expenſas.*

13 *Eccleſia Romana & vniuerſalis differunt.*

14 *Cauſæ quibus vaſallus non iuuat dominum.*

15 *Charitatiuum ſubſidium impoſitum per dominum in caſu quo vaſallus teneatur, intelligitur in ſubſidium, quando dominus aliter ſe defendere non poteſt.*

16 *Intimatio Bullæ in qua decernitur vt ſufficiat affixio in valuis eccleſiæ, & in campo Floriæ, minimè neceſſariò ſpecialiter facienda.*

17 *Pœnæ incurruntur ex contumacia ſeu culpa.*

18 *Ignorans non poteſt dici contumax, nec in culpa.*

19 *Vaſallus data ſcientia tenetur ſuccurrere domino.*

20 *Quilibet Epiſcopus eſt iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ.*

21 *Papa iudex in cauſa propria propter ſupremam ipſius authoritatem.*

22 *Curiæ ſupremorum Principum cognoſcunt in cauſis inter vaſallos & dominum.*

23 *Quoties lis eſt inter vaſallum & dominum, non ipſe dominus, ſed pares Curiæ iudicant in cauſis feudalibus, & quomodo procedat.*

24 *Quilibet Epiſcopus eſt iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ reo cõſentiente, ſecus eſt ſi reus recuſet, & alleget ex iuſta cauſa, eaq; probabili ſuſpicionem.*

25 *Epiſcopus in cauſa feudali non poteſt cognoſcere, quando vtilitas ad ſuam eccleſiam pertineret.*

26 *Papa licet ſit iudex in cauſa propria, tamen de bonitate debet arbitros eligere.*

27 *Conſuetudo eſt facti.*



LICET † iam in hac cauſa plures præſtantiſsimos Doctores eſſe ſcripturos, idque adeò diligenter, vt opera mea minimè neceſſaria ſit futura: pro mea tamen erga Illuſtriſs. Ducem ſingulari affectione, volui & ipſe pauca ſcribere, eiq; acutiſsimo iudicio ſubijcienda. Quæritur ergo in præſenti caſu, an Excellentiſsimus Dux Ferrariæ ſit in caſu Bullæ Põtificiæ, mandantis charitatiui ſubſidij ſolutionem vſque ad quartam reditus, omnibus vaſallis, etiã Ducali dignitate inſignitis, &c. Et prima fronte videtur dicẽdum quod ſic: quia bulla videtur fundata magna ratione, propter imminens periculũ à Turcis, qui infeſtauerunt oꝝ Italiæ, & Regnum Hungariæ occuparunt, ſicque imminent ceruicibus eccleſiæ, & iſta notoria ſunt: & etiam ſi non eſſent, † credendum eſt verbis Pontificis. Clem. 1. de probatio. & in ſimili eſt glo. not. in c. paſtoralis. in prin. de offi. deleg. vbi Doc. Et cum in inueſtitura teneatur Dux ad ea omnia, ad quæ vaſalli Duces domino tenentur, videtur quod debeat teneri ad hanc pecuniam. In primis † ex iuramento in forma fidelitatis, quo tenetur ad præſtandũ auxilium domino, & adiuuandum ad recuperationem amiſſorum. c. 1. de form. fid. c. 1. de iu. for. fid. & † ſi tenetur adiuuare etiam perſonaliter, multò magis pecuniariter, vt dicit Iac. de Ardi. in ſumma feud. ſecunda parte primæ principalis. §. ſed quæritur ad fin. & facit text. in c. 1. §. firmiter. de prohibit. feudi aliena. per Federic. Et hoc procedit, etiam † ſi dominus ſit belligeraturus extra territorium, dummodo pro defenſione. Tenetur enim vaſallus ſequi & adiuuare dominum pro viribus ſuis, vt dicit And. de Iſer. & Bald. & cæteri in c. 1. quibus mod. feud. amittat. Curtius in tract. feud. in 4. parte. verſi. tertio cadit. Iacobinus de S. Georgio in verb. etiam promiſerunt. quæſt. 4. Et licet d. Dux habeat † feudum conceſſum ad certa ſeruitia, id eſt, ad ſolutionem certæ pecuniæ: tamen non eſt actum, quod illud ſolum præſtetur: vnde tenetur etiam ad cætera ſeruitia ex natura feudi, quamuis aliqua certa ſint nominata, vt dicit Iac. Ardi. in ſumma verſi. & eſt notandum. allegat in argu. l. verba. ff. de alimen. & cib. leg. l. ſi verò. de conſti. pec. quantò magis in caſu noſtro, vbi eſt expreſſum, quod teneatur ad ea omnia, ad quæ vaſalli Duces, &c. Et etiam ſi d. Dux † haberet expreſſum in inueſtitura, quod ad nihil aliud ex qua cunque cauſa teneretur, tamen adhuc videtur eſſe in hunc caſum obligatus, propter imminens periculum: ceſſant enim tali tempore omnia priuilegia, vt dicunt Dd. in l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. Vnde in tali caſu † quamuis aliàs vaſallus non eſſet obligatus

gatus ad pecuniam: tamẽ tenetur, si ita expediret domino, vt consuluit Io. de Ana. consi. 7. quem refert & sequitur ibi Ias. allegant Iacob. Ardi. in summa, parte secunda. §. sed quæritur. versic. sed quid si potuit. Sed tamen his non obstan. puto contrarium esse verius: & præmitto quasdam conclusiones, quas habeo pro certissimis in iure, Prima est
8 conclusio, quod † vasallus nõ tenetur domino ad pecuniam, si ipse in casu periculi debitum auxiliũ præstare sit paratus: quia electio est vasalli pecuniam offerre velit, an auxilium competens mitte
B re, vt tenent omnes feudistæ in d. c. 1. §. firmiter. de prohibit. feud. alien. per Frideri. Secunda est con-
9 clusio, quod † vasallus non tenetur auxiliari domino de pecunia, etiamsi videat eum in periculo amissionis vitæ, vt est tex. in §. licet. si de feud. def. conten. sit inter dom. qui textus loquitur in domino, qui est in periculo amissionis animæ, id est, periurij faciendi: ergo idem de vita, secundum Doc. ibi, videturque ista esse communis opi. And. de Iser. Bal. Aluar. & cæterorum: & licet aliqui dissen
C tiant, tamẽ nos sumus extra omnem difficultatẽ, quia hic non subest periculum animæ, vel corporis domini. Tertia est conclusio, quam ponit Ioã.
10 Blan. in summa feud. in secunda parte, vbi dicit, † quod si vasallus conuenit à principio in inuestitura, quod sit soluendum, satis est, canonem conuentum soluere argumento. l. 1. C. de collati. fundo. patrimo. & emphyteu. lib. 11. l. operas. ff. de
11 oper. liberto. in authen. vt nulli iud. §. 1. Si verò † non conuenit tunc aut agitur pro defensione pa- D triæ, & tenetur. & sic loquitur in graui periculo pro defensione patriæ, & tamen concludit, vasallum non teneri, ex quo satis est, quod soluat pecu
12 niam conuentam. Quarta est conclusio, quod † vasallus alicuius Principis ratione certi domini, tenetur eum adiuuare in bello contracto respectu illius dominij, nõ autem respectu aliorum regnorum, nisi quando dominus ipse soluere expẽsas. c. 1. versi. & si contigerit. de noua forma fid. vbi Prę posi. post alios cap. antiquitatum. de feud. in ex- E tra ordinarijs, & est communis opi. Cum autẽ do. Dux sit vasallus Romanæ ecclesiæ, vt in inuesti-
13 tura dicitur, nõ debet teneri ratione belli, quod † sit ecclesiæ vniuersali, quæ distat à Romana. c. primę. c. nullus. c. seq. 99. distin. & habetur in registro S. Gregorij, idque ad adiuuandum suis expensis. Et facit, quia potiùs debet censeri vasallus particularis ecclesiæ Romanæ, quando assumitur cum vniuersitate, per l. hoc legatum. vbi Bar. ff. de leg. 3. Bar. l. 1. ff. de æden. Bal. l. vnica. C. de cõfess. Alex. rub. fol. matri. Marian. c. significantibus. versi. vicesimo casu. extra, de lib. oblat. Ias. in l. certi condictio. ff. si certum petatur. Socin. consi. 165. Dec. consi. 13. & facit quod not. Abba. & Can. in cap. Rodulph. de rescript. bellum ergo Hungariæ speciaF liter pertinens ad Sereniss. Regem Romanorum, nihil debet obesse d. Duci, cùm Papa eum adiuuet ratione vniuersalis ecclesiæ, & Christianitatis, nõ autem quia quicquam particulariter attineat ad ecclesiam Romanam, nisi ratione dictæ vniuersiG tatis, cuius vniuersitatis d. Dux non est vasallus, vt meritò suis expensis adiuuare non debeat. Si ergo velit suis expensis à Duce vasallo iuuari, tunc etiam respectu aliorum feudorum tenebitur iuuare eundem. cap. vnico. de noua for. fid. à contrario: & hoc si requisitus fuerit, dicto cap. vnico.
14 † Sunt tamen certæ causæ quibus dominum non iuuabit vasallus. gl. in dicto capitulo vnico. Quin-
15 ta est conclusio, † quod charitatiuum istud subsidium impositum per dominum, in casu quo vasallus teneatur, intelligitur in subsidium, quando dominus aliter se defendere non potest: adeò quod ea, quæ de suo habet, non sufficerent, nisi vasallus adiuuaret. l. ab omnibus. §. Titio. vbi per Din. & Bal. ff. de leg. 1. Bald. c. conquerente. in fi. de offi. ordin. Pet. Cin. Alber. Bald. & cæteri in l. neminẽ. C. de sacrosc. eccles. Bal. in l. 1. in fin. C. de bon. libert. In casu autem nostro prius essent exigendę omnes ecclesiæ, cùm id bellum ad vniuersalem
B, ecclesiam pertineat, antequam inquietarentur vasalli ecclesiæ Romanæ, & attenta opulentia vniuersalis ecclesiæ, præsertim hodiernis temporibus, satis potest deprehendi, an tanta subsit necessitas, quæ suadeat manus ad vasallos porrigi, in qua tamen re ego non ausim ponere os in cœlum, sed hoc relinquẽdum est ijs, qui melius sunt informati. His conclusionibus sic præsuppositis resultat aperta responsio ad ea, quę in contrarium allegantur. Non obst. ergo, quod vasallus teneatur dominum adiuuare etiam pecuniariter, etiam
C in bello, extra territorium, &c. Nam respondeo, hoc non procedere. Primò, cum dominus de suo potest occurrentibus necessitatibus prouidere. Secundò non procederet, cùm belligeratur extra territorium pro defensione rei, cuius respectu vasallus non est feudatarius, tunc enim non tenetur nisi expensis domini militare. Tertiò, non procedere respectu pecuniæ soluendæ, quia ad eam nõ tenetur vasallus, qui offerat personaliter, & arma ta manu se adiuuaturum. Quartò, non procedere, D quando de periculo mortis domini nõ tractatur: tunc. n. nõ potest compelli ad solutionẽ pecuniæ. Quintò, non procedere in feudo conditionato ad certam pecuniam, quia dominus debet esse illa contentus, vt §. dixi. Nec ob. decisio Io. de Ana. in d. consi. 7. & Ias. in d. l. si extorto: fundant enim se Doctores quod talis casus censeatur inopinatus & improuisus, quod non est in quæstione nostra cum etiam eo tempore subesset hæc eadem E causa. s. timor belli Turcici. Imo in inuestitura dicit Pontifex, se illa 180. M. velle impẽdere in bello Turcico, vnde cum fuerit nihilominus ille annuo canone contentus, non potest nunc vltra quicquã augere. Secundo respondeo, quod Io. de Ana. & Ias. fundat se super auctoritate Iac. Ardi. in summa, in tertia parte loco. s. alleg. qui si bene videatur, non firmant hanc opi. imò potius sentit oppositum. Tertiò respondeo, quod d. decisio non procedit in casibus quinque conclusionum s. relatarum, quæ vt dixi, sunt communiter per Doctores F & sensum naturalem approbatæ. Circa proceden di modum dubitari potest: quia hæc bulla intimata non est specialiter d. Duci, an sit excusandus. Et † videretur necessariam non esse intimationem: 16
cum in ea decernatur, vt sufficiat affixio in valuis ecclesiæ, & in campo Floræ, & hoc videtur satis p cle. 1. de iudic. & indubitanter potest Papa hoc facere, & valet, vt habetur per Abb. in c. quoniam frequenter. §. porrò. vbi Abb. versi. quæro, an G ille. extra, vt lit. non cõtest. Sed tamen ista possent procedere, nisi tractaretur de incurrendo in pœnam caducitatis in bulla expressam, cum enim † 17
pœnæ incurrantur ex contumacia seu culpa. c. 1. de feud. sine culpa non amitten. † non potest dici 18
contumax, vel in culpa, qui ignorauit. c. 1. §. Si vasallus feudum alienauerit. si de feud. defunct. fuer. contr. & ideo tales citationes generales non sufficiunt, secundùm Abb. in cap. exhibita. vbi Felin. extra, de iud. idque maximè dicendum in causa

lita feudali, in qua non ipse Pontifex, sed pares cu A riæ sunt iudices, vt mox dicam. Illud tamen certum est, quod † data scientia, tenetur vasallus domino succurrere. cap. 1. §. sed non est alia. vbi oēs not. quæ fuer. pri. caus. ben. amitten. & §. præterea eod. titu. Quæro igitur, ad quem pertineat huius rei iudicium, & videretur, quod ad ipsum Pontificem. Primò, quia in inuestitura tradita est forma, secundùm quam debeat per ipsum Pontificem procedi in causa caducitatis huius feudi: vnde satis appareret id actum esse inter ipsos. Secundò, B quia † quilibet episcopus est iudex in causa eccle siæ suæ. glo. c. cùm venissent. de iudic. & 2. quæstiō. 7. cap. si quis erga. quantò magis ipse Pontifex maximus. Vnde videmus, quod aduersus Imperatorem Henricum pronunciauit, in cap. ad Apostolicæ. de re iudic. in sexto. & dicunt Doctores quod regula illa, † ne quis in propria causa ius sibi dicat, non habet locum in Papa, propter supremā auctoritatē ipsius gl. in d. c. cùm venissent. & cap. si quis pecunia, vel gratia. 79. dist. Et maximè hoc C debet habere locum stante consuetudine, quæ videtur esse vbique, quod † curiæ supremorum Principum cognoscunt in causis inter vasallos & dominum, sic fit Romæ, sic fit Lutetiæ Parisiorum, sic Spiræ, in terris Imperij, sic vbique, de quo per Baldum in cap. Imperialem. §. præterea. de prohibit. feud. aliena. per Frideric. Abb. ca. nouit. de iudic. Curt. in tracta. feud. parte vlti. versi. 3. Sed tamen de iure puto esse contrarium, quia regula est certa, quod † quoties lis est inter vasallum & do- D minum, non ipse dominus, sed Pares curiæ iudicant in causis feudalibus. vt est text. in d. c. Imperialem. §. penul. de prohibit. feud. alien. per Fride. Innoc. in cap. cæterùm. extra, de iud. quod procedit in quocunq; non recognoscente superiorem, etiamsi sit Imperator, vt loquitur text. in d. §. pen. vel Papa. Aluar. in cap. 1. apud quem contr. feud. fin. Nec obstat modus ille procedenti traditus in inuestitura: quia procedit in casu suo, quoad citationem transmittendam, prout loquitur: non E autem impedit, quin causa cognoscatur sub suo iudice, secūdum terminos iuris, maximè quoties dubitaretur, ad quod onera teneretur d. Dux, prout in casu nostro. † Non obstat, quod quilibet episcopus sit iudex in causa suæ ecclesiæ: Respondeo hoc est verum, reo consentiente: secùs si reus recuset, & alleget ex iusta causa, eaque probabili F suspicionem. c. postremò. vbi not. omnes. extra, de appel. l. apertissimi. C. de iudic. & ibi Bald. Abb. & cæteri in d. c. cum venissent. † maximè in causa feudali, in qua ipse non potest cognoscere, quando vtilitas ad ecclesiam suam pertineret. Bald. c. 1. in prin. an apud iudic. vel cur. Alexan. consi. 79. circa primum lib. 1. Et † Papa, licet sit iudex in causa propria: tamen de honestate debet arbitros eligere, secundum glo. in verb. ecclesia. 36. quæst. 6. cap. 1. & in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. vbi Doct. & hoc verum in alijs causis, prout loquuntur Doctores sed in causis feudalibus non reperitur limitata conclusio, quin etiam ipse apud pa- G res litiget, & stet firma regula. d. c. Imperialem. §. fi. & c. 1. de cont. feud. apud pat. termi. Nec obstat vltimum de consuetudine, quia respondeo, † consuetudo est facti, non videtur subesse in casu nostro, imò potius contrarium: quia etiam superioribus annis Papa non cognouit: sed factum fuit compromissum in Cæsarem. Vnde satis apparet, non subesse aliquam consuetudinem. Et quicquid sit respectu aliorum, respectu Ducis Ferrariæ magis specialis consuetudo stat in contrarium: & ideo non videtur recedēdum à iure communi. gl. §. item mista. instit. de actionibus. Bald. c. 1. §. porrò. quæ sit pri. caus. & quod habetur in c. quod translationem. de offic. lega. In qua tamen re, sicut in cæteris omnibus suprascriptis me subijcio iudicio cuiuslibet rectius sententis.

CONSIL. III. SVMMAE.

1 *Feudum ob finitam generationem reuertitur ad dominum.*

2 *Fœmina non impedit quin linea dicatur finita, cùm fœminæ ad feudum non admittantur.*

3 *Agnatorum appellatione non comprehenduntur fœminæ.*

4 *Quando Neptis ex fratre petit se admitti ad possessionem in iudicio possessorio, non debet admitti obiectio petitorium, concernens & requirens altiorem indaginem.*

5 *Vasallo mortuo si inter fœminam & agnatos sit contentio, fœmina ipsa in possessionem mittenda est.*

6 *Fœmina in iudicio possessorio præferenda.*

7 *Donatio facta de feudo absq; consensu domini directi, non valet, & alienans cadit à iure suo.*

8 *Alienatio rei feudalis facta irrequisito domino, nulla temporis præscriptione confirmatur.*

9 *Transactione vasalli domino præiudicari, adeò vt illam ratam habere teneatur dominus quo modo procedat.*

10 *Feudum concessum pro se, & hæredibus censetur hæreditarium.*

11 *Vasallus non potest de iure tertij opponere.*

12 *Contractui ipso iure nullo, & nullo declarato, quis contra venire potest, etiamsi contractus sit iuratus.*

13 *Concessio prior attendenda est.*

14 *Princeps de plenitudine potestatis, non tollit ius quæsitū ex contractu.*

15 *Donatio facta per metum rescindenda est.*

16 *Iuramentum metu extortum remittendum est.*

17 *Quomodo probetur metus.*

18 *Iustus est timor Patris pro salute filij.*

19 *Non est verisimile aliquem sponte donasse, & ius liquidum remisisse, sed potuit per circumuentionem & metum.*

20 *Nimiæ cautelæ fraudis suspicionem arguunt.*

21 *Renuntiatio metus auget suspicionem.*

22 *Quoties de probando metu agitur sufficiunt leuiores probationes.*

23 *Plus creditur vni testi. qui rem metu factam dicat, quàm duobus qui spontaneæ voluntatis sint assessores, & quare.*

24 *Metus purgatur per ratificationem secutam, quomodo idem timor, seu timoris causa non subsit.*

25 *Contrahens metu & contractum iuramento firmatum, postea ratificans, videtur potius timore iuramentum eum ratificasse, quàm libero consensu.*

26 *Longi temporis lapsus vim priuilegij habet.*

27 *Gestum ante hominum memoriam in casu licito, gestum præsumitur, etiamsi alias talis actus regulariter non sit licitus.*

28 *Concessio facta pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, quomodo intelligatur.*

29 *Participia dandi casu, esse ex proprietate terminorum complectuntur.*

30 *Feudum Marchionatui connexum, secundùm legem Marchionatus dijudicari debet.*

31 *Quomodocunque appellent partes contractum suum, seu*

accordium, seu donationem, semper attendimus ad id, quod ex eo quod actum est, deprehenditur.

32 Donatio facta ob remunerationem pecuniæ debitæ censetur potius in solutum datio.

33 Feudum censetur processisse ex mera liberalitate, sed potius ex necessitate præcedentis promissionis.

34 In feudis ligijs fœminæ admittuntur ad successionem.

35 Quæ causæ sufficiant ad hoc vt vasallus cadat à iure suo.

36 Quotiescunq; vasallus aliquam iustam causam allegat quæ excusationi sufficiat, pœnas legales euadit.

37 Iusta causa pœnas legales effugiendi est ignorantia vasalli, existimantis se lege feudali illi non alligari.

38 Iusta causa credulitatis regulariter excusat ab omni contumacia.

39 Fœmina semel excluſa perpetuò remanere debet excluſa.

40 In feudis etiam si actum sit fœminas succedere intelligitur ex linea descendentium, non autem ex collaterali.

41 Fœmina non extante masculo succedit.

42 Fœmina statuto excluſa masculis extantibus licet in successione fratris fuerit ab hæreditate Patris excluſa, poterit nihilominus ipsi fratri succedere.

43 Ius in feudis defertur non iure successionis ab eo, qui vltimo loco decedit, sed concessionis vigore illi factæ, qui primus impetrauit.

PROPTER rei, de qua agit magnitudinem, personarumque excellentiam, tot consultationes, tot responsa, & veterum, & recentiorum extant, in hac causa, vt mihi non multa relicta sint, quæ illis addere possint. Solum ergo id restat, vt post optimorum vindemiatorum terga, racematio- E nem ego quandam conficiam, quæ omnis acutissimo præstantissimorum iudicum examini subijciatur. Ea igitur omittendo, quæ parum ad rem facere videntur, illustrissimi Ducis Sabaudi causa, eo potissimum fundamento innititur, quod cum Marchiones Montisferrati, post Ioannem Iacobum Palæologum, castra de quibus agitur, recognouerunt in feu- 1 dum ab illustris. Ducibus Sabaudiæ, finitaque sit masculorum linea, videtur † feudum ipsum F ad dominum reuerti debere ob finitam generationem. cap. 1. §. si vasallus. hic fin. lex. cap. pe- 2 nult. de leg. Corr. Et licet supersit adhuc illustriss. Ducissa Mantuæ, tamen † quia fœmina est, non impedit, quin dicatur finita linea. d. cap. 1. §. his consequenter, cum fœminæ ad feudum non admittantur. cap. 1. §. & quia feud. dar. poss. cap. 1. in fin. ex quibus caus. feud. amit. maximè quia in inuestitura feudali dicitur, eam fieri 3 Ioanni, & suis descendentibus, & collateralibus † agnatis, quæ verba fœminæ: non conueniunt, quæ in alienam familiam transit, nec agnationem conseruat. Bald. l. quoties. C. de suis & legit. in colum. penult. Sed his non obstantibus, puto contrariam sententiam veriorem in casu nostro esse, & illustrissim. Ducissam Mantuæ, potiorem in dictis castris esse: idque potissimùm rationibus, ex quibus remanebunt dissoluta, quæ in contrarium adduci possunt. Et prima ratio est, quia cum mortuo Marchione Ioan. Georgio, tractetur de eius successione, & † neptis ex fratre petat se ad- 4 mitti ad possessionem, in hoc iudicio possessorio, nō debet admitti suprascripta obiectio, & concernens petitorium, & requirens altiorem indaginem. lex 1. & 2. C. quor. bon. vbi Bartol. leg. enim manifestè ait, si mortuo † va- 5 sallo contentio sit inter fœminam, & agnatos, fœminam ipsam possessionem mittendam esse. B cap. 1. §. de feud. def. fuer. contr. & alibi. quod de agnatis dicitur extendit, etiamsi contentio cum ipso domino sit. † interim enim ipsa debet possidere, & in iudicio possessorio præferenda est. cap. 6 1. de contro. inter episcop. & vas. quo argumento Suzarius, Alexander, & cæteri tradiderunt, in bonis quoque feudalibus constitutioni illi locum esse, quæ statim iubet in possessionem hæredem scriptum poni, & ei interdictum adipiscendæ possessionis concedit. Doct. leg. fin. C. de C edict. diui Adrian. toll. & in d. c. 1. de contr. inter epiſc. Quæ sententia in casu nostro maximam habet æquitatem, cum ius Sabaudi, in petitorio quoque ipso sit valde ambiguum. imò, vt infrà videbimus nullum, non debet retardari missio in possessionem, quæ est liquidi iuris, propter huiusmodi obiectionem illiquidam, & valde obscuram. Secunda principalis ratio est, quia ius d. Sabaudi processit à donatione sibi facta per Marchionem Ioan. Iacobum, & eius filium: D quæ bona sibi donata ille deinde in feudum ipsi Marchioni concessit. Sed cum illa † donatio fa- 7 cta sit absque consensu Imperatoris domini directi, non valet, & alienans cecidit à iure suo. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. idque etiamsi ex magna feudatarij necessitate, puta famis, facta esset: quia nihil illa ad dominum directum. cap. 1. quali. olim pot. feud. vbi Bald. nec confirmatur † talis alienatio vlla temporis 8 præscriptione. c. Imperialem. de prohibit. feud. all. per Feder. Nec refert, quemadmodum facta sit talis alienatio: puta, colore quæsito per compromissum, vel transactionem: non enim 9 valet, quoties feudum tali contractu non remaneret vasallo, sed in aduersarium transiret. l. non solum. C. de præd. min. Curt. tractat. 4. parte quæstio. 7. n. 9. vt receptissimo calculo omnes probant. Et licet quandoque lex dicat † transa- 10 ctione vasalli præiudicari domino, adeò vt illam ratam habere, consolidato vel commisso feudo teneatur dominus. cap. 1. de contr. inter vasal. & alium. tamen hoc potest procedere, cum ius quoque domini dubium fuisset, & ideo super eo transactum: aliàs enim non potest respectu domini, dici transactio bona fide facta, cum ius domini clarum liquidumque sit dum fuma. de confidt. in de Bald. d. c Imperialem. Cum ergo in casu nostro ius Imperatoris super omnibus illis castris clarum esset, non tenuit alienatio: quod ab alijs diffusè disputatum extat. Aret. consilio 14. Nec obstant tria fundamenta, quæ in contrarium deduci possent. Primum quod non debet admitti illustrissim. Ducissa ad hoc allegandum, quia feudum in- studi est concessum ab imperatore † pro se & hæ- 11 redibus, quo casu censetur hæreditarium. l. iusiurandi. §. si liberi. vbi Bartol. de ope. libertor. cap. an agnat. vel filius. vnde non potest ipsa venire contra factum defuncti. l. cum a matre. C. de rei vendi. Secundū, quia ita demū alienatio

hæc est nulla, si ipse dominus voluerit. glos. l. 2. ff. si ager vectigal. vbi Bartol. & ideo non potest † vasallus de iure tertij opponere: quòd eleganter Bartol. tradidit. l. 2. ff. de except. Tertium, quia nouissimè Maximilianus Imperator ratam habuit eam alienationem in amplissima forma, cū clausula, certè scientiæ, & motus proprij, & de plenitudine potestatis. Afflictus Decis. 112. cum clausulis derogatorijs derogatoriarum, prout latiùs in eius priuilegio continetur. Sed ad hæc omnia respondetur, quòd iam diu antè per Fridericum Imperat. fuerit facta declaratiò, quòd intendebat talem alienationem esse nullam, & de nouo inuestiebat Marchionem Montisferrati: idemque deinde etiam à Maximiliano factum fuerat: vnde † cum contractus esset ipso iure nullus. & ita per Imper. declaratus, licuit ipsi Marchioni contrauenire. glos. à diuo. de rit. nupt. l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. Bartol. l. post mortem. de adopt. etiam si alienatio sit iurata: quia iuramentum intelligitur, quatenus domino placuerit. Luc. de Pen. l. nulli. C. de fund. patr. lib. 11. Afflict. decis. cccxxxv. nec dicitur tali casu opponere de iure tertij, sed de iure proprio, seu authoris sui. l. qui superatus. de pignor. cum de nouo fuerit ei concessum feudum. Nec me mouet Maximiliani confirmatio: quia cum ius iam esset quæsitum Marchioni, non potuit tale ius ei auferri. Bald. c. 1. §. ad hæc. colum. 5. versic. item nota ex glos. de pace iur. fir. Pau. Cas. l. digna vox. C. de legibus Isern. d. c. Imperialem. in princ. maximè cum per decennium ante per similes clausulas, & etiam efficaciores, ius Marchionum aduersus Sabaudiensem confirmasset: vnde prior † concessio attendenda est. l. Si mihi. §. fin. de leg. 1. vbi doc. & clausulæ illæ, certæ scientiæ, & plenitudinis potestatis, & similes, non operantur: quia etiam de † plenitudine potestatis non tollit Princeps ius quæsitum ex contractu: quod Bald. tradit. cap. 1. de probatio vbi Dec. 1. not. & nouissime respondit. Dec. consilio cccxx. colum. penult. Et quicquid sit in alia materia, in feudis hoc est certissimum, quòd non debet ferre. Carolus successor Maximiliani ratam habere inuestituram factam à prædecessore suo ipsi Sabaudiensi, cum de re esset, quæ ab alio possidebatur. cap. 1. qui succes. feuda. ubi Præpos. sed potius approbare possessoris ipsius inuestituram, quæ tempore quoque anterior erat. Nec obstat, quod Fridericus, & ipse Maximilianus declarauerint contractum illum fuisse nullum, Duce ipso Sabaudiensi hoc ignorante, & nemine citato. cap. 1. de caus. poss. Quia respondeo, cum id à sola Imperatoris voluntate penderet, an vellet contractum valere, non fuit necessaria alia citatio: quod & omnes doctores vno ore fatentur. Bartol. l. non solum. §. morte. 1. part. de opt. nor. nunc. l. quia. ad Trebell. idque non in feudis solum, sed & in emphyteusi receptum est. Rom. consil. ccxij. Alexan. consilio vj. in iij, Tertia ratio principalis est, quia † talis donatio facta est per metum, quo casu videtur rescindēda. l. 1. de eo quod met. caus. idque etiam si iurata sit: quia † iuramentum metu extortum remittendum est. c. si verò. c. verum. de iureiur. † metus autem probabitur. Primò, ex literis indictiuis belli, emanatis per Ducem Sabaudiæ ipsi Ioan. Iacobo, Bald. in l. 4. C. de obs. patr. præstant. Secundò, ex bello Ducis Philippi, qui eum deiecerat de toto statu; deinde in restitutione voluit arbitrari circa dicta castra, arg. c. accusatores. 1. 2. quæst. 1. Tertiò, quia hoc actum fuit, vt idem Dux Philippus comminaretur bellum Marchioni, nisi pareret pronuntiatis, vt in ipsa arbitrorum sententia legitur. Quartò, quia filius primogenitus erat in potestate ipsius Sabaudiensis: vnde † iustus est, timor patris pro salute filij. l. isti. quod met. caus. Quintò, fama publica, & Chronica Benuenuti. Doc. l. 1. si cert. pet. Sextò, quia acta sunt, hac in ciuitate Taurinensi: vnde apparet, tam filium, qui patrem fuisse in potestate ipsius Sabaudi, qui potuissent statim arbitratu eius carcerari. Satisque ostenditur, rem non esse gestam tuto loco. c. cum te. de offic. deleg. Bartol. tract. Tyr. colum. 5. Septimò, communis regula, quòd † non est verisimile, aliquem sponte donasse, & ius liquidum remisisse. sed potius per circumuentionem & metum. cap. super hoc. de renunt. vbi Innoc. c. solicite. de restitut. spolia. Octauò, clausulæ insolitæ adiectæ illis instrumentis. c. quam graui. de crimin. falsi. l. constitutionibus in fin. ad Municip. † nimiæ enim cautelæ fraudis suspicionem arguunt. glos. l. si quis sub conditione. de condict. institut. qualis illa, quòd ipse protestetur, se esse in sua potestate, & habere facultatem recedendi ad libitum. Item illa, quod arbitri gressibus reuersis ad ciuitatem Marchionem concomitentur, &c. clausulæ enim huiusmodi, sicut & † renuntiatio metus, augent suspicionem. Bald. tract. schism. in colum. 7. versic. & si dicatur. quæ omnia debent simul iungi, & in antiquissimis iisce negotijs probationi sufficere. l. cum aliquis. C. de iur. delib. vbi doct. Illud enim sciendum, † quoties de probando metu agitur sufficere leuiores probationes. Bald. l. decernimus. colum. 3. C. de sacrosanct. eccles. vnde Barthol. Veronen. tradidit † plus credi vni testi, qui rem metu factam dicat, quam duobus, qui spontaneæ voluntatis sint assertores. Cæp. cautel. 144. nam & Innoc. Baldusque quandoque censuerunt (quoniam metus ab arcanis mentis pendet) magis credendum duobus esse, qui de eo attestentur, quàm centum contradicentibus. Bald. l. obseruare. §. proficisci. quæst. 13. de omn. pro. conf. Dec. consil. c. penult. colum. meritò ergo in nostro casu ex coniecturis præsumemus metum. Nec obstat si diceretur, † purgatum fuisse hunc metum ex ratificationibus deinde factis: quia cùm semper subesset idem timor, non potest credi, vllam fuisse purgationem. cap. 1. extra, quod met. caus. l. nouissime. quod fals. rat. ubi Bald. maximè cum vel solius iuramenti respectus faciat, vt videatur † quis potiùs timore iuramenti ratificasse, quàm libero consensu l. 2. C. quod met. caus. vbi doct. Sed quia per alios consulentes, circa hoc caput latius disputatum est, non insistam in eo vlterius, sed eorum laboribus interim acquiescam. Vltima ratio, quæ inducitur aduersus Sabaudiensem est talis: nam etiamsi diceremus donationem, conuentionem, infeudationem, cæteraque instrumenta valere, quæ pro parte ipsius Ducis Sabaudi sunt exhibita, adhuc tamen illustr. Ducissa Mantuæ esset potior, saltem quòd attinet ad vtile dominium: quia non est verum finitam esse lineam, imo ipsa est capax dictorū feudorum: quod sic demonstratur. Et in primis si volumus attendere primum priuilegium, secundum quòd domus Aledrami successit in Marchionatu, cōstat fœminas in tali dominio successisse. Per fœminam enim, id est, Violantidem transijt feudum in Palæologos, & cùm id factum sit iam ferè 300. annis

annis elapsis, credendum est de iure fieri potuisse, & fœminas capaces dicti feudi extitisse: quia † tanti temporis lapsus vim priuilegij habetur. l. 1. §. ductus aqua. de aqua quot. Iaſ. consilio ccxxvij. & † quod ante hominum memoriam gestum est, in casu licito gestum præsumatur; etiam si aliàs talis actus regulariter non sit licitus. Doct. in c. cum apostolica. extra. de ijs quæ à prælat. Alexan. consilio 6. colum. 2. Afflict. Decis. 305. in fin. quòd si attendimus priuilegia Palæologorum, id est: cum in concessione Caroli 4. & Vencislai, fiat manifesta † concessio pro se, & suis hæredibus masculis, & fœminis: quæ verba hoc sonant, vt non existentibus masculis, quod in casu nostro est, fœminæ admittantur. ouus. quin etiam epiſc. vel Abb. Idemque dicendum ex verbis concessionis, quam confirmauit Imper. modernus, qui Ioan. Georgium recognouit, pro se, & suis hæredibus, & successoribus, quibus verbis censentur etiam admissæ fœminæ, ne aliàs dicta illa, successoribus sit superflua. l. si quando de leg. 1. quòd ex facto respondit Soc. consilio cclvij. Corn. 16. volum. 1. Corn. 3. parte. quæst. 29. & quod not. Alexan. consilio cxcv. in 6. Dec. consilio cclxix. volum. 1. & nos in dubitatum in casu nostro existimemus, propter naturam feudi, quæ ex Caroli, Vencislaique priuilegio illi erat tributa, vt ad fœminas quoque transire posset. Videamus nunc, quid iuris sit ex Sabaudiensis inuestitura. In ea fit concessio Ioanni pro se, & ascendentibus, & descendentibus, & collateralibus agnatis. Quibus verbis videtur admitti illustriss. Ducissa, quæ est agnata, & collateralis Ioan. Georgio. l. 4. C. de fideicomm. & † ista participia dandi casu, etiam ex proprietate sermonis fœminas complectuntur. l. inter stuprum. §. fin. de verb. signific. vnde ab ea proprietate recedendum non est, & licet soleat dubitari, quando masculinum in feudis concipiat fœmininum. Alexan. consilio 2. colum. 1. versic. plus etiam. lib. 5. tamen in nostro casu cessat omnis dubitatio: quia verba non sunt simpliciter masculini generis, sed communia, quo casu vtrunque sexum æquè proprie comprehendunt. Confirmatur hæc sententia ex pacto inuestituræ, in qua dicitur, quòd sit inseparabilitas perpetua inter dignitatem Marchionatus, & dicta feuda, adeò vt quilibet succedat in Marchionatu, succedat etiam in dictis feudis: vnde apparet hoc † feudum connexum esse Marchionatui, & secundum legem Marchionatus dijudicari debere, si conuenerit. §. si quis. vbi Bartol. de pign. act. c. translato. de constit. vbi Felin. colum. 1. vt sicut Marchionatus ex inuestitura imperatorum, vt suprà vidimus, ad fœminas transit, ita etiam ista feuda transeunt. Ad idem quòd fœminæ admittantur, facit quia istud feudum origine sua non emanauit à Duce Sabaudiæ: sed ipse directum dominium consequutus est, iure cuiusdam transactionis: quia asserebat se esse creditorem maximæ summæ pecuniarum, vt in ipsis instrumentis dicitur: vnde non sapit propriam naturam feudi, vt ab eo mulier excludatur: sed potiùs dationis in solutum: quia † quomodocunque appellent partes contractum suum, seu accordium, seu donationem, semper intendimus ad id, quod ex eo, quod actum est, deprehenditur. l. insulam. de præscript. verb. l. si vno. ff. locat. & ideo cum talis † donatio sit facta ob remunerationem pecuniæ debitæ, censetur potiùs in solutum datio. l. litis. ff. de vsucap. pro empt. & quodammodo venditio directi dominij pro eo prerio: quia pactum illud, quòd res donatæ retroinfeudentur, pars est contractus. l. fundi partem, de contrah. empt. & facit, ne sit pura donatio, & † feudum non censetur processisse ex mera liberalitate, sed potius ex necessitate præcedentis promissionis: quo casu dicunt doctores feudum non iudicari secundum propriam naturam, sed transire in fœminas, sicut & feudum emptum transit. Doct. c. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dar. poss. Rom. consil. cclxxvj. Cur. 7. part. versic. 6. quod Odof. Bald. Rom. & non pauci alij censuerunt. Corrobbratur eadem conclusio: quia cùm actum esset, vt incontinenti facta donatione, sequeretur infeudatio, perinde est ac si Marchio alienasset simpliciter directum dominium, reseruato sibi vtili. l. si tibi. si cert. pet. l. qui vxori. vbi Bald. & Alberi. de aur. & argent. leg. vnde sicut si alienatio nulla sequuta esset, fœmina ex concessione Imper. succederet, ita etiam succederem vtili dominio debet, quod effectu alienationem sequutum fuit. l. qui fit. de sol. Bald. in add. Spec. de feud. versicul. 5. quæritur. sed ipsi Marchioni reseruatum. Quod & ex eo confirmari potest: quia inuestitura concedit ea castra in feudum ligium: censent autem doct. † in feudis ligijs admitti ad successionem fœminas quoque, quod vehementer aliqui tradiderunt, & ab Alexan. responsum extat in consilio xxxv. in 1. Dec. d. consilio cclxix. Nec obstat, si dicatur, quod præsupposito huius infeudationis valore dicti Marchiones à iure cecidissent: † quia interuenerunt possessionem dominij, & monuerunt illi controuersiam, & non petierunt inuestituram, prout de iure deberent, quæ omnes causæ sufficiunt, vt vasallus à iure feudi cadat. c. 1. quæ fu. prin. causa benefic. amit. Respondeo enim pœnas istas legales euadi, † quotiescunque vasallus aliquam iustam causam allegaret, quæ excusationi sufficeret. c. fin. de prohib. feud. al. per Loth. ca. 1. quo temp. mil.: † iusta autem causa est ignorantia vasalli existimantis se lege feudali illi non alligari; quod Bald. censuit, & alij probarunt. Bald. l. fin. C. si pend. app. Alu. d. c. 1. in princip. in vltim. colum. At ex istis satis ostenditur, non solùm iustam ignorantiam habere Marchiones respectu iuris ipsius Ducis: sed etiam certam scientiam respectu iuris proprij, vnde † iusta causa credulitatis debet eos excusare, prout regulariter ab omni contumacia excusat. Bartol. l. 2. §. non solùm. ad Terull. Maximè cum vice mutua ipse Dux erga Marchiones teneretur ad plurima, quæ ex parte sua minimè obseruauit, vnde nec ipsi per vasallos suos fuit obseruandum. l. cum proponas. C. de pa. vbi dixi, quòd argumentum apud alios consultores diffusius tractatum ego omitto. Mar. in fin. consilij sui. Non rursus obstat, quòd illustriss. Ducissa Maneæ semel excluſa sit à successione fratris, per Marchionem Ioan. Georgium. vnde † semina semel excluſa, perpetuò remanere debet excluſa. c. 1. §. quin etiam epiſc. vel Abb. vbi doct. huius rei illa est ratio: quia si succederet Ioan. Georgio, succederet ex linea collaterali. At † in feudis etiam si actum sit fœminas succedere, intelligitur, ex linea descendentium, non autem ex collaterali. secundum Andr. Ilern. & quosdam alios d. §. quin etiam. ar. l. sed si plures. ff. de vulgar. & pupill. Respondeo verum esse, quod fœmina semel excluſa, perpetuò tamen non excluſa, ab ea hæreditate, à qua

semel

semel exclusa est: & ideo si illustriss. Ducissa vellet venire tanquam hæres Bonifacij fratris sui, non posset, ex quo ab ea semel excluſa, per existentiam masculi, scilicet, Ioan. Georgij. Bart. l. fin. ad Tertull. Alexand. consil. xxix. col. vltim. in. vol. 1. Quod si velit venire ad hæreditatem Ioan. Georgij, vtique admittenda est, cùm ab ea nunquam fuit excluſa. † Lex enim non existente masculo, fœminam succedere ait. c. 1. §. filia. de succ. feud. & alibi, donec masculus extet. c. 1. de eo qui sibi & hæred. succ. &c. quæ verba ostendunt ad tempus tantum fœminam excludi, & deinde post masculum admitti. Bart. d. l. fin. ad Tertull. quam sententiam Iac. Bel. Martinusque Laud. diserte approbarunt, & responsum à Fulgosio extat, Fulgos. consil. xij. qui humanius hoc esse affirmat, & iuri tam scripto, quàm naturali conueniens. Sentit hoc & Bald. & Aluarot. d. §. qui etiam Od. Ioan. Blanc. in sum. & post eum non pauci alij, qui hunc casum æquiparant, illi, cum † fœmina à stirpe existentibus masculis excluſa est: licet enim à fratre in patris succeſsione fuit excluſa, poterit nihilominus ipsi fratri succedere. Doc. leg. 1. §. veteres. de acquir. possess. quia iam non de patris hæreditate, sed fraterna agitur. Et licet recentiores aliqui conentur ostendere aliter se habere communem sententiam. Præpos. d. §. quin etiam. Cur. in tract. 3. part. quæst. 27. Brun. consil. lxx. & lxxvij. cviij. colum. vij. Dec. consil. ccccccxxvij. colum. 2. 3. 4. num. 5. in 4. Soci. volum. 2. consil. xj. & consil. xx. tamen auctoritates, quas adducunt parum ad rem faciunt, ex quibus Alber. & Ancha, nihil dicunt, quod ad id propositum faciat Raph. Comensis, & Paul. de Cast. nihil affirmant, Fulgos. manifestè illis aduersatur, Bartol. in neutro consilio, quicquam attigit Bald. & cæteri. Feudistæ respectu hæreditatis primi loquuntur: quid verò si excludenti ipsi velit fœmina succedere, non explicant. sed sentiunt potiùs posse, exemplo eius, quæ à lege municipali excluſa est, vt suprà dixi. d. §. Veteres. vbi Ias. solus est ex adductis per eos, iudicio meo, qui clarè dissentiant. Isernia, & Cald. consil. iiij. tirul. de feud. Paul. Castr. consilio ccc. viso quodam colum. 2. lib. 2. & 191. visis, eod. lib. Butr. consilio xlvii. aduersus quos stant glossæ Iacobæ Martini, Fulgosijque auctoritas, & ratio ipsa naturalis, quæ super omnia est, rigorosa enim nimis est alia sententia, vnquodam loco Pontanus ait. Nec me mouet Isernię ratio, dum ait, quod hoc modo fœmina succedens illi, à quo semel excluſa est, succederet collaterali: quia talis ratio in casu nostro locum non habet, in quo ex inuestitura manifestè vocantur etiam collaterales; & ideò indubitanter etiam secundum eorum rationem illustriss. Ducissa admittenda esset. Scio etiam supraſcriptam rationem, qua ipsi mouentur, non satis veram esse. In † feudis enim ius defertur non iure succeſsionis, ab eo qui vltimo loco decedit: sed vigore concessionis illi factæ qui primus impetrauit. Bartol. authent. post fratres. 1. C. de legit. hæred. gloss. c. 1. §. cum verò. Cõrad. in. qui feud. dar. poss. cui si mulier esset descendens, non autem collateralis est, verisimileque est id ab eo actum, vt mulier à se descendens potius haberet, quam dominus ordine; neque succeſsiuo prius masculi, quàm fœminæ. l. Gallus. §. 1. de lib. & posthum. & illæ priùs, quàm dominus haberent. Et quicquid sit hac in re, casus præsens extra omnem difficultatem est, cùm inuestitura expreſsa, de collateralium succeſsione, cum sit. Et hæc omnia, saluo semper rectiore iudicio.

CONSILII IIII. SVMMA.

1 *Patrueles in feudis iure communi succedere.*
2 *Inuestitura potissimum attendenda.*
3 *Descendentium appellatio valde generalis est, in feudis generaliter accipitur.*
4 *Succeßiones debent esse reciprocæ, & qualiter quis succedit, taliter sibi succeditur.*
5 *Verba supplicationis simpliciter prolata, intelligi debent de succeßione tam activa, quàm passiva.*
6 *Extenßio intelligi debet secundùm qualitatem præcedentem.*
7 *Conceßiones principum secundùm supplicationem intelligendas.*
8 *Qui vnum dicit, aliud excludit.*
9 *Quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
10 *Fauor gratiæ Principis facere dispositio largiorem.*
11 *In fauorabilibus non censetur repetita qualitas per quã dispositio fauorabilis restringeretur contra mentem legislatoris.*



Illustris Ducis Ferrandinæ in primis fundata est intentio de iure communi, secundùm quod in feudis † patrueles inuicem succedunt: nec refert, an is qui decesſit sit masculus, vel fœmina. cùm inter se in quarto gradu, alio proximiore non existente, ipsi vocentur, iuxta text. c. 1. §. 1. de nat. succeſs. feud. c. 1. §. 1. de succeſsio. feud. fundata † quoq; est eadem intentio ex verbis inuestituræ, ad quam potissimum semper est attendendum. d. c. 1. §. fin. de succeſs. feud. Quibus verbis dicitur, per se, suosque hæredes ex suo corpore legitimè descendentes, vtriusque sexus: constat autem hunc esse descendentem, id est, nepotem ipsius primi inuestiti: quia † descendentium appellatio valde generalis est, & in feudis etiam generaliter accipitur. c. nouit. vbi Dec. post alios, extra, de iud. Fundata quoque est ex conceſsione, & gratia Cæsareæ maiestatis; per quam ampliata est succeſsio in feudis aduersus veterem constitutionem Regni, vt extendatur ad fratres patrueles masculos, prouenientes per lineam masculinam, à primo inuestito, seu stipite. Cæterùm difficultas omnis in præsenti casu vertitur super verbis dictæ conceſsionis: quia videtur prima fronte debere intelligi, quando patruelis masculus decederet, vt ei succedat superstes patruelis pariter masculus, non autem quando decedens patruelis esset fœmina, prout in casu nostro: quod probatur per regulam generalem quæ habet, quòd † succeſsiones debent esse reciprocæ, & qualiter quis succedit, taliter sibi succeditur. l. lege 12. C. de legit. hæred. vbi doct. Sed in casu nostro decedente masculo patruele, non admitteretur fœmina: quia verba conceſsionis Cæsareæ in hoc sunt clara: ergo nec vice mutua, decedente fœmina, debet admitti masculus. Et quòd ista fuerit mens constitutionis, apparet ex supplicatione in qua petitur, q, dicti patrueles inuicẽ succedant, & sic videt respectus habitus ad mutuã succeſsionẽ. Confirmat ex illis verbis, extẽdat ad patrueles masculos, &c. quę † simpliciter plata intelligi debẽt de succeſsione,

ne, tam actiua, quam passiua l. filius. vbi doctor. ff. de testam. l. cum lege. ff. eod. tit. vt semper qualitas illa masculina debeat subintelligi etiã respectu successionis passiuæ. l. Herennius. vbi dixi, de verb. sign. & qd' not. Abb. consi. xxxvij. in 1. Raph. Com. cxxvij. cum similibus. Potest etiam non improbabiliter dici, quòd cùm regula ex constitutione Regni est, vt isti transuersales excludant, & concessio Cæsaris, eam limitet quoad patrueles masculos, debet talis concessio restringi, vt minùs de regula corrigat, & locum non habeat, nisi quando vtrinq; sint masculi, tã decedens, quàm succedẽs, per ea quæ in simili not. Bald. & Pau. Castr. in l. in ijs. ff. de legib. Sed tamen his non obstantibus, puto contrariam partem esse veriorem, vt omninò illustris Dux admittatur, propter verba Cæsareæ concessionis, quæ videntur esse satis clara, quatenus dicitur. 5. extendatur ad patrueles masculos, &c. & loquitur concessio manifestè de successione actiua, vt sufficiat, quòd succedẽs sit masculus. Quod apparet primò, ex præcedentibus verbis loquentibus de successione actiua patrui, & amitæ: vnde quod subijcitur, quòd extendatur ad patrueles, &c. eodem modo est intelligendum respectu
6 successionis actiuæ, vt † extensio intelligatur secundùm qualitatem præcedentem l. sed & si manente. ff. de precar. Bald. in repet. l. Æmilius. de minor. Deinde ex verbis supplicationis, quibus apparet simpliciter petitum, quòd vsq; ad quartum gradum inuicem succedant, non distincta persona, cui debeat succedi, an sit masculus, vel fœmi-
7 na: clarum autem est † concessiones principum secundum supplicationem intelligendas esse. §. præterea. instit. de inutil. stipul. l. de ætate. §. quod autem. cum seq. ff. de inter. act. per docto. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. cùm ergo Cæsar. maiestas ad dictam supplicationem responderit, placet quòd extendatur ad fratres patrueles masculos, &c. quia † qui vnum dicit aliud excludit. l. cũ prætor. ff. de iud. cap. nonne. extra, de præsump. satis apparet illam dictionem, inuicem esse reiectam, & simpliciter admissos masculos non distincta persona, cui succedendũ sit. dummodò in quarto gradu sit. Suadetur etiam hæc opinio: quia vt apparet ex verbis concessionis, Cæsarea maiestas eam fecit causa ampliandi successiones, & concedendi gratiam subditis suis, quę ratio propriè procedit respectu successionis actiuæ, vt masculi succedant, & nihil infert respectu successionis passi-
9 uæ, cui succedatur. vnde postquam † respectu huius capitis passiuę successionis lex nihil dicit, nec nos distinguemus. l. de pretio. ff. de publicia. Adiu-
10 uatq; hanc interpretationem † fauor gratiæ principalis. qui facit, vt talis dispositio largiùs accipiatur. l. fi. ff. de const. prin. c. odia. de reg. iur. in 6. maximè in hac materia feudali, quæ de se est fauorabilis, propter naturam beneficij principalis, secundum Petrum de Ancha. in repeti. c. Canonum. 14. q. prin. de constit. cum concordantibus. per Iaſ. in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. Illud quoq; non parum me mouet, q, si decedente masculo patruele, lex vult istũ admitti, multò magis videtur admittendus, decedente fœmina, cùm lex soleat ita interpretari, vt hæreditates ad masculos plerunq; pertineant, versic. quod ideo. instit. de legitim. agnat. succes. quod maximè in feudis videtur dicendum. d. c. 1. de succes. feu. Et hoc tenendo nõ obstant allegata in contrarium: & in primis, quòd successiones debeant esse reciprocæ: quia hoc verum, nisi appareat, q, lex potiorem causam faciat alterius, vt in casu nostro, in quo potior est conditio masculorũ, & in simili per multa exempla declarat Corn. in auth. post fratres. 2. C. de leg. hered. & per Soc. consil. lxxv. in 3. vol. & tradunt Mod. in rub. ff. de acquiren. possess. vbi aliquando dixi. Et quamuis in supplicatione esset apposita dictio *inuicem*, tamen Cæsar. maiestas in decretatione aliter constituit: quia vocando solum masculos, censetur exclusisse fœminas, vt suprà dixi. Non obstat rursus, quòd qualitas masculina videatur intelligenda etiam respectu personæ cui succeditur, &c. Nam respondeo, quòd verba concessionis, non patiuntur hunc sensum: quia expresse loquuntur de persona quæ succedit, non cui succeditur: quia respectu eius cui succeditur, nihil dicunt, vel distinguunt: nec † in istis fauorabilibus censetur repetita qualitas, per quam dispositio fauorabilis restringeretur contra mentem ipsius legislatoris. & Bald. & Castr. in d. l. in ijs. loquuntur in exceptione odiosa, & strictè intelligenda non in fauorabili: prout est casus noster. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. V. SVMMÆ.

1 *Priuilegia Principum regulariter transferunt ius absq; alia apprehensione seu traditione possessionis.*

2 *In feudalibus competit primo vasallo ex sola inuestitura rei vendicatio aduersus eum qui secundo inuestitus fuit & cui tradita sit possessio.*

3 *Prioritas tituli in personis ecclesiasticis semper attenditur.*

4 *Verba in dubio debent interpretari in vim modi, potius quàm in vim conditionis.*

5 *Verba prægnantia, & clausulæ derogatoriæ in casu consilij quid operentur.*

6 *Concessio posterior de re alij concessa, est ipso iure nulla.*

7 *Contrahens tenetur actione personali contra cõtrahentes.*

8 *Actio non competit, nisi domino.*

9 *Dominia non transferuntur absq; traditione.*

10 *Consensus non potest retrotrahi in præiudicium secundi emptoris seu donatarij.*

11 *Prior in possessione licet sit posterior in titulo, debet tamen præferri priori in titulo absq; possessione.*

12 *Dominium præsupponit ius in re.*

13 *Principes in dubio videntur agere & contrahere secundùm regulas communes.*

14 *Possessio non censetur translata ex inuestitura.*

15 *Princeps potest si vult transferre dominium ipso iure, sicut lex animata.*

16 *Inuestitura sola non transfert ius in re, nec ex ea acquiritur dominium vtile vasallo.*

17 *Consuetudo vnius loci ad alium non extenditur.*

18 *Clausula in fine rescripti posita, limitat & restringit suprascriptam omnem dispositionem, & vim conditionis obtinet.*

19 *Beneficia & rescripta principum magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus.*

20 *In vltimis voluntatibus potiùs præsumitur conditio, quàm modus.*

21 *Quando consensus in actu aliquo requiritur in vim solennitatis expreßè debet interuenire, quia tacitus non sufficeret.*

22 *Specialitas in vno casu allegata, denotat ius commune in contrarium.*

23 *Qui semel contrarium conditioni fecit, eam perpetuò facit deficere.*

24 *Quando assensus requiritur in aliqua confeßione, ponitur talem assensum esse simplicem, non autem sub conditione resolutiua.*

25 *Consensus in fraudem tertij factus, non debet ei nocere.*

IN

IN causa vertente inter magnificum Rodulphum possessorem Castri duciæ, & nobiles Maluitios, dubium facit: quia ipsi Maluitij videntur esse priores in tempore, propter concessionem papæ Clementis factam cum clausulis efficacissimis, ex qua videtur ius in ipsos translatum, vt est regulare in priuilegijs principum. cap. ad audientiam. de præscrip. vbi Bal. I. in conceden do. ff. de aqua pluui. arcen. Confirmatur, quia con-
1 cessio † principis operatur talem translationem etiam absque alia appræhensione, seu traditione possessionis, secundùm Bald. in præludijs feudorum, sub finem explicationis diffinitionis feudi, ibi, *sed in priuilegijs.* sequitur Alexan. cons. cccxxviij. incip. in hac causa & lite. Idem etiam tenuit Bald. in cap. 1. quid sit inuestitura vbi loquitur in assignatione castri, prout est quæstio nostra. Ad idem facit, quia cùm hæc concessio sit facta secundum naturam feudi, non videtur fuisse necessaria alia
2 appræhensio: quia in feudalibus † competit primo vasallo ex sola inuestitura rei vendicatio, aduersus eum qui secundò inuestitus fuerit, & cui tradita sit possessio. ca. 1. §. rei. de inuestit. de re aliena fac. & ita dicit seruari de consuetudine. Ioannes Fabri, in l. quoties. C. de rei vend. Et maximè istud dicere debemus in casu nostro, in quo hæc prima cõcessio apparet facta à papa Clemente: vnde succedit quòd dicunt Host. Ioan. And. in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præla.
3 quod in † personis ecclesiasticis semper attenditur prioritas tituli, nec curamus quod posteriori fuerit tradita possessio, sequitur Rom. in repetit. auth. similiter. in 12. speciali. C. ad le. Falc. & consi. ccxcviij. circa præmissam. Ioan. de Imol. in clem. cum illusio. per illum tex. de renuntiat. in 1. notab. Nec huic sententiæ videtur obstare, quod cõcessio Clementis censeatur esse conditionalis propter illa verba, *volumus etiam quod quò ad præmissa communitatis Imolensis expressus accedat consensus*:
4 quia videtur quod ista † verba non sunt in vim conditionis, sed potiùs modi, prout in dubio fit interpretatio, secundùm Bart. & alios in l. cum mota. C. de transact. & sic non suspendant dispositionem, prout est natura modi, vt per Bart. in d. loco, & satis suadetur, quod ista
5 fuerit mens Pontificis ex verbis valde † prægnantibus ipsius concessionis, & ex clausulis derogatorijs, etiam derogatoriarum, de quibus per Feli. in cap. nonnulli. de rescript. quæ indicant, quod hoc agebatur vt ius tunc, & de præsenti transiret, non autem, staret in suspenso. Nec etiam obstat
6 concessio posterior facta reuerend. Cardinali Campegio: quia ista posterior de re alij iam † concessa, est ipso iure nulla, secundum Bald. in l. 2. in 3. not. C. de legi. qui dicit de hoc esse text. & gloss. in l. si qua locatio. C. de fundis, & saltri. rei dom. lib. 11. sequitur Fulgos. & Paul. de Cast. ibi dicentes, quod Bald. hanc quæstionem in facto proprio habuerat in Castro quodam communitatis Eugubiensis, quod Vrbanus sextus Baldo donatum, alteri deinde dederat: quod maximè dicendum est in casu nostro, cùm in concessione hac posteriore non appareat, in specie derogatũ priuilegio Maluitiorum: vnde arguitur surreptio, cum Clemens illud Castrum concedat, tanquam sedis Apostolicæ esset: cum tamen fuisset alienatum. Ista sunt quæ rem faciunt dubiam aduersus Campegios possessores: sed tamen his non obstantibus, puto rem claram esse aduersus istos actores, & secundùm terminos iuris tutissimum esse præfatum dominum Rodulphum: quia ipse cum Maluitijs
7 non † contraxit, & ideo erga illos nulla personali actione tenetur. l. fin. in fin. de contra. empt. l. 1. §. si hæres. uersi. neq; enim. ff. ad Trebell. actione verò in rem, ratione dicti Castri, conueniri etiam non potest: quia dicta actio † non competit, nisi
8 domino. §. 1. Instit. de act. Maluitij autem dominium probare non possunt, quia absq; traditione † dominia non transferuntur. l. traditionibus. C.
9 de pac. & quia ante consensum Imolensium non apprehenderunt, nec poterũt appræhendere possessionem dicti Castri, post consensum verò frustrà appræhendissent: quia dominium iam in alium translatum erat, nec talis † consensus potest
10 retrotrahi in præiudicium secundi emptoris, seu donatarij, vt est gloss. in l. si indebitum. §. primo. ff. rem rat. hab. quam ibi Bart. & cæteri sequuntur. Idem tenuit Bald. in l. si debitor. C. de distract. pign. facit quod not. Alexan. in l. quod meo. ff. de acquir. possess. Stat ergo firma conclusio pro domino Rodulpho, quod ipse quamuis posterior in
11 tit. tamen quia est † prior in possessione, debet præferri, per regulam. l. quoties. C. de rei vendic. quæ procedit non solùm in venditione, sed etiam in datione in solutum, & in quacunq; donatione, vt tenent ibi omnes, & per Bart. in l. filius fam. §. Diui. ff. de leg. 1. q. §. Et hoc tenendo, non obstant allegata in contrarium. Et in primis, quod Maluitijs sit quæsitum ius absq; traditione, &c. Respondeo, quod tale ius dicitur ad rem, non autem in
12 re. cap. fin. de concess. præb. in 6. vt autem possint obtinere aduersus tertium possessorem, oportet vt probent † dominium, & sic ius in re, quod vt dixi non habent. Non obstat, quod in concessionibus principum non videatur esse necessaria traditio possessionis: quia respondeo, quod regula l. traditionibus, generaliter procedit, quæ est fundata super iure gentium: & ideò ea ligantur etiam
13 † principes, qui in dubio videntur agere & contrahere secundùm regulas communes, & illa est magis communis conclusio, vt aliâs dixi in d. l. traditionibus. & per Bald. in l. 3. in fin. C. de test. & in c. 2. de noua for. fid. & per Iaf. in d. l. quoties. & ideò ex inuestitura, † non censetur esse translata
14 possessio. §. 2. de consuetu. test. feud. ibi doct. quod maximè in casu nostro est dicendum, in quo appareret expressè quod actum erat ne transferretur dominium, per illam clausulam, volumus etiam quod Imolensium accedat consensus, &c. vnde dato, quod † princeps possit si velit transferre do-
15 minium ipso iure, sicut lex animata. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. tamen hoc intelligitur si hoc manifestè voluit, actumq; sit, vt per Bald. d. c. 1. §. fin. de noua for. fid. & dixi in dicta l. traditionibus. verb. transferuntur. in 13. limitat. Non obstat, quod in feudalibus non videatur necessaria traditio: quia respondeo, quod veritas est in contrarium, cùm † ex sola inuestitura ius in re nõ transferatur, nec dominium utile vasallo acquiratur,
16 secundùm Bald. in d. cap. 2. de noua form. fid. cum concord. per Iaf. in dicta l. quoties. in 12. limitat. nec aliqua consuetudo est in contrarium, saltem in Italia: quia Ioannis Fabri loco præallegato, sequitur in consuetudine Franciæ. † consuetudo
17 autem vnius loci ad alium non extenditur. l. 2. §. si quis hoc interdicto. de itin. actuq; priu. ubi Bart. Non obstat etiam, quod regula d. l. quoties. non videatur procedere in alienationibus factis à personis ecclesiasticis, &c. Respondeo enim, quod magis communis opinio est in contrarium, secundum

BIU Cujas

dum Anto. de Butr. Card. Ancharan. Imol. Abb. in d. cap. continebatur. de his quæ fiunt à prælat. & late sequitur Ias. d. l. quoties. 7. limitatione. Et quicquid sit, nos sumus in casu claro: quia actum fuit vt dixi ne ius transeat nisi, accedente cõsensu Imolensium, &c. Nec obstat, quod videatur dicta clausula, *volumus etiam quod quoad præmissa accedat assensus*, &c. videatur inducere modum, non autem conditionem: quia respondeo quòd imò stat in vim
18 conditionis, cum enim clausula illa † in fine rescripti posita sit, limitat & restringit suprascriptam omnem dispositionem, & ideo vim conditionis obtinet. l. qui promisit. de condict. indeb. l. cum tale. §. 1. vbi Paul. Cast. de cond. & demonst. quod
19 & in dubio in rescriptis & † beneficijs principum, & priuilegijs esset dicendum, quæ magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus. ca. scisitatus. de rescript. secundum Bartol. l. suus quoq;. §. 1. de hæred. instit. gl. in l. 1. C. de ijs quibus vt indig. Ias. l. ita stipulatus. de uerb. oblig. Clarũ autem est † in vltimis voluntatibus potius præsumi conditionem, quam modum, vt est gl. in l. 2. ff.
20 de in diem addict. Confirmatur hoc etiam ex argum. subiectæ materiæ, cum enim consensus Imolensium requiratur propter præiudicium quod aliàs eis fiebat, censetur talis consensus in vim cuiusdam solennitatis requiri. vnde noluit papa tacitum sufficere: sed duntaxat expressum, & sic meritò huiusmodi † consensus ante omnia interueni
21 re debuit. cap. auditis. de elect. Bal. in l. 1. in vltima charta. C. qui admitt. Alex. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. doct. in c. nihil. de præscr. si ergo ante requiratur, apparet non in vim modi, sed conditionis requiri. Nec quicquam faciunt clausulæ ipsius priuilegij valdè prægnantes: quia limitantur & restringuntur omnes per dictam clausulam in fine positam, vt habetur in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & in c. cæterùm. de rescrip. Nec obst. quòd concessio Campegij tanquam posterior, & de re alteri contessa debeat esse nulla, per gl. & doct. in d. l. 2. respondeo non loquuntur B
ibi doct. quando posteriori facta est traditio, prout in casu nostro: & ideo dicit ibi Paul. de Castr. quod Bal. licet multum litigaverit in curia Romana nunquam potuit obtinere: quia aduersarius suus prius habuerat possessionem. Præterea in casu nostro prima concessio (vt dixi) erat conditionalis, nec adhuc euenerat conditio. doc. autem ibi loquuntur quando prima concessio esset pura, vt de apparet quòd termini non sunt pares, secundũ Angel. consil. clxxxiij. incip. ex forma & serie. in F
fin. Nec etiam quicquam facit, quod in specie derogatum non sit priuilegio Maluetiorum: quia istud non est necessarium, stante clausula motus proprij, de qua in ca. si motu. de præb. in 6. & quia
22 speciale est † vt requiratur talis expressio in casu l. prædia. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. vt ibi dicit Bar. ergo in contrarium est ius commune. l. fin. C. de pac. conuen. Nec potest argui vlla surreptio quia verum est, quod castrum illud sedis Apostolicæ erat, licet enim Maluetijs concessum, tamen G
dominium adhuc sedi ipsi remanserat, ex quo in eos translatum adhuc non fuerat. l. qui absenti. §. j. de acq. poss. Nec etiam transferri poterat ante consensum Imolensium, vt suprà coclusum est. Non omitto etiam circa hunc consensum Imolensium, ad duo aduertendum esse. Primum est, quòd si Imolenses requisiti à Maluetijs noluerint semel consentire, quod ius omne Maluetiorum extinctum fuit, nec deinde potuit suscitari per pœniten-

A tiam: quia cum ille consensus in vim conditionis requiratur, vt suprà dixi, qui semel †, contrarium 23
conditioni fecit, eam perpetuò facit deficere. l. penult. C. de condit. insert. vbi Per. & ita inquit Bal. in l. 1. C. de furt. & ideo nullum impedimentum obstitit Cardinali, quò minus ipse posset impetrare. Secundum est, quia cum in concessione Maluetiorum requiratur † expressus assensus, vt verifi- 24
centur verba concessionis, oportet talem consensum esse simplicem, non autem sub conditione re
B solutiua, vt in simili per Ioan. And. in c. fi. verb. assensu. de iudic. in nouella. Dec. consil. clxxvj. Et ideò si Maluetij eis fecerunt pactum de retrodando, non videntur ipsi consensisse, vt Maluetij habeant. l. qui sic. ff. de sol. Bart. l. per diuersas. quæst. 7. C. mand. l. Titia. in prin. ff. de verb. oblig. iuxta formam bullæ: sed potius contrarium, vt scilicet Imolenses habeant, Maluetij non habeant. quod 25
est contra bullam, & ideo talis † consensus nihil
C potest nocere concessioni reuerend. Cand. Campegij, tanquam in eius fraudem factus. l. 6 quis duos. ff. de solut. & tanquam non interesset Maluetiorum, qui alteri sunt restituturi, cui præferuntur ipsi Campegij. argum. l. si donaturus. in fin. vbi Ange. & Ias. in iij. not. de cond. ob caus. l. si totum. de acquir. hæred. Et hæc omnia salvo semper sanioris iudicio.

CONSIL. VI. SVMMÆ.

D 1 *Principis feudale decretum odiosum, ad emptum feudũ non pertinet.*
2 *Perimere ius alterius est valde odiosum.*
3 *Feudum quod sua origine gratuitum non est, sed emptũ proprie feudum non est.*
4 *Decretum exorbitans à regulis iuris, stricte intelligendum est.*
5 *Dictio quibuscunq;, propter uim geminationis trahitur ad casus improprios.*
6 *Generalitas ad hoc vt non tollat ius quæsitum ex contractu restringi debet.*
7 *Fiscus licet reuocet alienata in fraudem suam, tamen ab eo non reuocat, qui habet titulo oneroso, nisi probata eius fraude.*
8 *In feudo semper attenditur tenor inuestiturę.*
9 *Dictio feudum non verificatur proprie in feudo acquisito per pecuniam.*
10 *Ius feudi ex contractu iuris ciuilis, vnde à Principe potest tolli etiam sine causa.*
11 *Ius de futuro facilius tollitur quàm ius de præsenti.*
12 *Princeps potest in præiudicium legitimorum restituere naturalem natalibus.*
13 *Renuntiatio feudi, etiam facta in manibus domini per vasallum, non præiudicat agnato.*
14 *Qualitas secundùm quam celebratur contractus, semper attendi debet.*
15 *Consensus directi domini non perimit ius agnatorum.*
16 *Clausula ex certa scientia quid operetur.*
17 *Clausula de plenitudine potestatis quid importet.*
18 *Princeps non potest sine causæ cognitione feudum auferre vasallo.*
19 *Papa vel imperator non possunt priuare quem iure suo, nisi cum causæ cognitione, & præcedente legitima citatione.*
20 *Donatio facta à Principe malè informato, de re donata non valet.*
21 *Clausula ius tertij tollens, debet restringi quantum fieri potest.*
22 *Vasallo interest potius esse feudatariam ducis, quàm alicuius priuati, vel inferioris à duce.*

BIU Cujas

23 *Clauſula legitimationis ſine præiudicio legitimorum hæredum, quomodo intelligatur.*
24 *Non citatus habet pro ſe ignorantiam probabilem.*
25 *Princeps non poteſt tollere ius tertij de poteſtate ordinaria in his, quæ ſunt iuris ciuilis tantùm, niſi in modicis hic enumeratis.*
26 *Promiſſio ratihabitionis & non contrauentionis, nõ inducunt euictionem.*

FVNDATA videtur intentio magnificorum Valeagorum ex inſtrumento recognitionis feudi facto domino Iuliano, & deinde domi. Ioanni eius filio, in quo fit recognitio pro ſe, & filijs ſuis legitimis, & deſcendentibus maſculis tantùm, quibus verbis ſolùm maſculi admittũtur, excluſis fœminis, prout etiam eſt de natura ſucceſsionis in feudis. c.1. §. & quia vidimus. qui feu. dare poſſ. c.1. §. quin etiam. epiſc. vel Abbas c.1. de ſucceſſ. feud. cum ſimilibus. & iſtud non habet dubium. Sed difficultas in caſu noſtro oritur ex duplici capite. Primum eſt, propter decretum Illuſtr. Ducis, quo data eſt † facultas, quod ſubditi quicunq;, de quibuſcunq; feudis, quæ ad eos peruenerint, præhabito conſenſu ducis, liberam habeant inter viuos diſponendi facultatem, ſiue feudum ſit nouum, ſiue antiquum, nec alienationes factæ reuocari, aut quouis modo infringi poſsint, & ſeruetur decretum ad vnguem, prout litera ſonat, nec aliter interpretari poſsit, aut gloſſari, &c. Sed videtur, quod tale decretum non habeat locum in caſu noſtro. vt enim ex eius lectura appareat, princeps ius aliquod ſuum non remittit, ſed reſeruat in omnem caſum cõſenſum ſuum: remittit autem, & perimit † ius alterius, id eſt, agnatorum, quod eſt valdè odioſum. l. toties. ff. de pollicita. l. ſi priuatos. ff. qui & à quibus. Et omiſſa diſputatione nunquid poſsit hoc facere, de quo artic. habetur, in l. Antiochenſium. vbi Bart. ff. de priuil. cred. in l. omnes populi. in fin. §. quæſtio. prin. per Can. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. in caſu noſtro dico, quod non voluit hoc facere: quia verba decreti, loquuntur in feudo nouo, vel antiquo, &c. & ſic debent intelligi in feudo propriè loquendo, quod ſcilicet habeat propriam naturam feudi: nõ autem in iſto, quod fuit in emptum pro pecunia ab illo primo vaſallo, accedente tamen conſenſu domini, tale enim feudum † quod ſua origine gratuitum non eſt: ſed emptum propriè feudum non eſt, & leges feudorum de tali nõ intelliguntur. c.1. extra, de feud. non hab. propter. nat. & ideò decretum iſtud † exorbitans à regulis iuris, & ideo ſtrictè intelligendum, ad tale feudũ non extenderetur, vt in ſimili per multa conſuluit Soc. conſil. cclij. & conſilio cclxij. Cor. conſil. xvj. & tradit Alexan. in l. vtrum. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus. Sed huic concluſioni obſtat primo: quia decretum loquitur de quibuſcunq; feudis: at † dictio, *quibuſcunq;*, propter uim geminationis videtur mihi trahi etiam ad caſus improprios. cap. ij. §. j. vbi Dominic. de ſanct. Gemin. de reb. eccleſ. non alien. Rom. in l. id tempus. in fin. de vſuc. Aret. & Moder. in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de lib. & poſthu. Reſpondeo, hoc non procedit in l. exorbitanti, vel odioſa, quæ ius alterius tolleret, per ea quę ponit Felin. in c. ſedes. de reſcript. verſic. quinta declaratio, & quæ ſcribit Andr. Sicul, conſil. j. in 2. vol. Dec. conſilio cccj. & facit text. in c. Tit. ſi de feud. defuncti. & quod not. Bald. in c. donare. quemadmodum olim feud. admitt. Dec. cap. in præſentia. de prob. & maximè cum tollat ius ex contractu quæſitum, quod eſſet aduerſus ius naturæ, quo caſu quęlibet † generalitas reſtringitur, ſecundum doctr. Bart. in l. 1. §. nuntia. ff. de oper. nou. nuntiat. Secundò obſtat, quia feudum hoc non fuit emptum à principe, ſed à primo vaſallo, licet ſubſequuta deinde ſit recognitio principis, vnde quod ad principem attinet, videtur eſſe merum & ſimplex feudum, vt de eo quoq; tale decretum poſsit intelligi, & ſentit Albert. Bru. in conſilio cviij. verſic. item etiam non dicitur. ſed ad hoc reſpondetur, quod ſiue à principe, ſiue ab alio, negari non poteſt, quin titulo oneroſo hoc feudum in Valeagos peruenerit: quia numerauerunt pretium librarum dec. tale autem decretum non debet intelligi. vt operetur in præiudicium illorum, quibus titulo oneroſo, ius eſt acquiſitum, arg. l. cum ij. §. planè. ff. de tranſactione, vnde videmus, quod licet fiſcus † reuocet alienata in fraudem ſuam, etiam ſi donatarius non fuerit particeps fraudis. l. poſt contractum. ff. de donat. l. qui pœnæ ſerui. ff. de manumiſſ. l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcr. tamen ſecus eſt in eo qui titulo oneroſo habeat. non enim reuocat, niſi probata eius fraude. l. ſi debitor. cũ. l. ſeq. ff. quæ in fraud. cred. & quod not. in l. hæreditarium. ff. de bonis auth. iud. poſsid. ad idem reg. l. fin. C. de iure codicil. & quod per illum text. not. doct. dato ergo, quod reſpectu principis ſit feudum: tamen quia ius ipſum eſt acquiſitum agnatis titulo oneroſo, non debet decretum illud exorbitans, & alienum à ratione naturali de tali feudo intelligi per prædicta. Tertio obſtat, quia videret quod iſta numeratio pretij deberet facere, quo magis iſti agnati excludãtur, nõ autem includantur: quia ſi feudum eſt emptũ, tanquam non ſeruans naturam feudi, poteſt etiã ad fœminas peruenire, vt per Alex. in d. l. vtrum. & Corne. dicto conſ. xvj. Dec. conſi. ccviij. & conſi. cccxc. num. vij. Cur. in tract. feud. 3. par. verſi. vj. limitat. cum ſimilib. vnde potuit do. Ioan. ſecundus illud dare in dotem filiæ ſuæ, in præiudicium agnatorum. Augetur difficultas, quia emptio facta à do. Iuliano fuit facta ſimpliciter, pro ſe & hæredibus, non diſtinguendo fœminas à maſculis: ergo videntur etiam eius fuiſſe capaces fœminæ, & feudum factum hæreditarium, & licet reſtrictum deinde ſit per recognitionem principis ad maſculos tantum, tamen potuit princeps decreto ſuo hanc reſtrictionem tollere. l. eius eſt. cum ibi not. de reg. iur. Sed tamen etiam ad hoc reſpondetur, quod etiam in feudo quantumuis empto, ſemper attenditur † ad tenorem inueſtituræ, ſecundum Abb. conſi. xxxvj. in j. vol. Alber. Bru. in cõſi. lxxiij. verſi. ad tertium. cum ſimilib. tenor aũt inueſtituræ eſt, quod ſolis maſculis ius competat: tum quia primus venditor ita habebat expreſsè cautum in prima inueſtitura, tum etiam quia ſequentes inueſtituræ factæ in Valeagos eandem formã habent, & ideo illa verba emptionis, *pro ſe & hæredibus*, intelliguntur ſolùm de maſcu. c.1. §. & quia vidimus. qui feu. dar. poſſ. vbi doct. & habetur in c.1. §. quin etiam. Epiſc. vel Abbas in vſibus feud. Alex. conſi. xxix. ad fin. vol. 1. cum ſimilib. cum ergo quæſitum eſſet tali inueſtitura ius maſculis tantum, non cenſetur tali decreto voluiſſe princeps illud auferre, cum titulo oneroſo quæſitũ ſit, vt ſuprà dixi. Nec me mouent verba decreti pro libentis gloſſari, vel interpretari, & volentis ad literam illud intelligi: quia etiam ad literam intelligendo, dictio † *feudũ*, non proprie verificatur in hoc acquiſito per pecuniam,

BIU Cujas

niam, secundum suprà allegata: & quia etiam non obstantibus talibus verbis, nunquam censetur reiecta sana interpretatio, vt habetur in l. omnes populi. in vltima par. de iust. & iur. & per Anchar. in c. canonum statuta. ad fin. de cõstit. Sign. Homod. consi. xxxvij. Aret. consi. cix. Franc. Curt. senior cõsi. ix. & consi. xiij. & consi. xxxv. Dec. cons. lxiij. in fin. & cccxc. cum similib. Secundum caput principalis difficultatis est in casu nostro: quia do. Ioan. secundus dedit hæc bona feudalia in dotem filiæ suæ, cum consensu ipsius Ducis, qui absoluit & liberauit dicta bona nexu feudali, & voluit, iussit atque mandauit, vt propria, & libera, & allodialia essent, etiam in præiudicium agnatorum; & quorũcunq; in dicto feudo comprehensorũ, & õmne ius suum ipsi Ioanni dedit, & donauit, &c. quibus verbis videtur omninò sublatum esse ius ipsorum agnatorum: tamen quia † ius feudi est ex contractu iuris ciuilis, secundũ glo. & doct. in l. ex hoc iure. de iust. & iur. vnde potest à principe tolli, etiam sine causa. l. Lucius. vbi Ang. de euict. Bal. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. Pau. de Cast. in l. cum hæredes. in prin. de acquir. possess. tum quia nõ est ius de præsenti, sed in futurum † quod facilius tollitur. l. fi. C. de acq. possess. gl. & doct. in l. seruus. C. de pact. & facit gl. in c. 1. §. naturales. si de feu. fuer. contr. vbi potest † princeps etiam in præiudicium legitimorũ restituere naturalem natalibus, quãuis hæreditas iam delata illis esset. Et idem ad præiudicium substituti per fideicommissum, secundũ Alex. consi. 2. vol. 1. maximè cum isti qui nunc agũt non essent adhuc nati, nec in rerum natura, de quo Isern. & Aluar. in cap. 1. §. hoc quoq;. de succes. feudi. Dec. consi. cccxcv. in fin. & consi. ccccxcviij. nu. x. & habetur in cap. 1. in prin. de prohib. feu. alien. per Frid. vbi Præp. Sed tamen ijs, & similibus, quæ allegari possent nõ obstantibus, puto contrarium esse verius, & agnatos adhuc admittendos, qui habent fundatam intentionem ex regula generali, quæ habet, quòd renuntiatio † feudi etiã facta in manibus domini per vasallum, non præiudicat agnato. d. c. 1. §. hoc quoq;. vbi Bal. versic. prima conclusio. de succes. feu. & Bal. c. 1. l. 2. de alienat. feu. par. & per Iacob. de Ardisi. in summa sua, secunda parte in cap. si vasallus refutauerit. & tali casũ consensus domini non præiudicat agnatis, secundum Bald. in d. §. hoc quoq;. q. 6. per Decium. d. consil. cccxcv. Non obstat, ergo suprascripta liberatio à iure feudi facta per do. Ducem: quia respondetur pluribus modis. Primò quia in primis semper attendimus ad † qualitatem, secundum quam contractus celebratur. l. si proponas. §. 1. ff. de inoffic. testam. vbi Ange. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. in hoc autem contractu illustrissimus Dux præstitit consensum non tanquam Dux volés ex suprema potestate auferre ius tertij: sed simpliciter tanquã dominus directi dominij, quo casu clarum est quòd talis † consensus directi dominij non perimit ius agnatorum, vt suprà dixi, post Bald. in d. §. hoc quoq;. & per Paul. de Cast. in l. digna vox. C. de legib. Andr. de Isern. in cap. imperialem. in prin. de prohib. feud. alien. per Frid. & quãuis apposuerit in dicto instrumento † clausulam, ex certa scientia, & de plenitudine † potestatis, & similes clausulas. de quibus per Afflictũ, decis. sua cxij. cum concordant. tamen positę sunt ad alium effectum, vt infrà dicam. Secũdò respondeo, quòd etiam si dicta liberatio à iure feudi, facta sit nõ simpliciter tanquam à dominõ, sed etiam tanquam à Duce volente iuis istorum agnatorum tollere: to

men nõ valeret: per illud quod tenet Abb. in cap. quę in ecclesiarum. de constitut. & sequitur ibi Felin. & Decius consi. cccxc. vbi dicunt, quòd nõ potest princeps sine causæ cognitione feudum auferre vasallo: quia non est in potestate principis priuare aliquem iure suo, nisi culpa probetur. cap. 1. de feud. sine culp. nõ amitt. tum quia vt quis priuetur iure suo, oportet cum causæ cognitione fieri, & præcedente legitima citatione, adeo quòd etiam Papa vel Imperator † nõ possint aliter hoc facere. cap. 1. de cauf. possess. & propr. vbi Abb. l. fi. vbi Bal. C. de legib. facit tex. in clem. pastoralis. de re iudic. per Dec. d. consi. cccxc. Tertiò respondetur, quòd etiam si potuisset, tamen nõ censetur voluisse: quia peccat talis actus vitio obreptionis, nõ enim constat quod princeps esset informatus de natura istius feudi, videlicet quod habitum esset titulo oneroso, seu emptum, cũ difficilius censeat sublatum tale ius, vt suprà dixi. facit l. originarios. cùm ibi not. C. de agric. & censit. lib. 11. vnde non valet talis † donatio tanquam à Principe male informato facta, sicut videmus etiã in l. 1. C. de petitio. bon. sublat. lib. 10. in cap. quamuis. de rescript. lib. 6. & in c. intellecto. de iureiur. in antiq. cum similib. Quartò respondetur, quod cum talis † clausula tollat ius tertij, debet quantum fieri potest restringi interpretatione. l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. vnde intelligemus etiam in præiudiciũ agnatorum, quòd ad ius directi quod transferebat princeps in do. Ioannẽ, & deinde eius filiam, vt agnati eueniente casu non censerentur feudatarij principis: sed eorum in quos Dux dictum directum tunc transferebat. Quamuis enim interfit † vasalli potius esse feudatarium ipsius Ducis, quam priuati alicuius, vel inferioris à Duce. c. 1. §. eadem l. de l. Corra. gl. in l. inuitus. de fideic. liber. doct. cap. dilecti. de maio. & obed. tamen videtur etiam, in præiudicium tale agnatorum voluisse princeps valere illam liberationem, non autem debet talis clausula referri ad ius conditionale, casu quo morte Ioánis ius ad istos agnatos reuerteretur. l. si ita stipulatus fuerim. l. si à colono. de verb. oblig. l. si ità scripsisset. de legat. & fideic. 2. per Bart. & doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. q. 4. restringetur ergo generalitas illius clausulæ, secundum actum, qui tunc gerebatur, vt † clausula illa etiam in præiudicium agnatorum, intelligatur de præiudicio præsenti, quod tunc suberat non de futuro, in euentum conditionis: sicut dicimus in casu contrario de clausula legitimationis sine præiudicio legitimorũ hæredũ, quæ intelligitur de præiudicio præsenti, nõ autem de futuro: quia ius nullum possunt prætendere agnati viuente testatore, nec eorũ spes probabilis est, vt dicit Angelus consi. cclxiij. Ancha. cõsi. clij. incipit pro fratrib. Paul. de Cast. consi. xxvij. dicendum. in 2. Alex. consi. penul. in v. vol. Quintò respondetur, quòd etiã quòd illustriss. Dux tunc voluerit, & potuerit tollere istud ius agnatorum, tamen ex quo † citati nõ fuerunt, habent probabilem ignorantiã: vnde in hoc iudicio, si exhibeatur per partem aduersam dictũ instrumentũ, statim cum ad eorum notitiam peruenerit poterũt per viam quærelæ adire illustriss. Modernũ Ducem, & petere vt auferat dictum præiudicium. l. 2. C. de precibus Imp. offer. & princeps debebit hoc facere, vt per Abbatem in c. cõsuluit. 3. ad finem de appellationib. Bart. in l. fin. ff. de appellat. recipien. vbi allegat Cin. in l. 1. in 4. quæst. prin. C. quæ sit long. consuetud. & facit quod not. Felin. in c. cùm omnes. extra, de constit. Nec ob-

stat, quòd vt suprà dixi, possit princeps in præiudi- A
cium agnatorum legitimare naturalem, &c. quia
respondeo quòd istud est propter
iura naturalia, quæ erant in tali filio: quæ præstant sufficientem
causam vt possit princeps hoc facere: quod nō est
in casu nostro: qa qualitas masculinitatis, de qua
in inuestitura, nūquam fuit in hac filia Ioannis, &
quòd istud sit propter dictam causam tenent om-
nes ex l. Gallus. §. & quid si tantum. in fin. de libe.
& posthu. Non obstat, quòd istud præiudiciū agna
torum vertatur circa feudum, & sic in ijs quæ sunt B
iuris ciuilis, &c. quia respondeo, quod etiam in ijs
quæ sunt iuris ciuilis tantùm non potest princeps
† tollere ius tertij de potestate ordinaria, nisi in
modicis, puta concedendo exceptionem dilato-
riam. l. quoties. C. de precib. Imper. offeren. Bart.
in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. public. licet secùs sit,
quando apponit clausulam ex certa scientia, & de
plenitudine potestatis, de quo per Bal. in l. rescri-
pta. vbi etiam Ias. C. de precibus Imp. offeren. & li
cet in casu nostro, sint appositæ tales clausulæ: ta-
men sunt multi effectus: quia non interuenit cau- C
sæ cognitio, nec etiam habuit princeps notitiam,
quòd istud feudum esset emptum, seu habitum ti-
tulo oneroso, per ea quæ suprà dixi, & quæ not.
Dec. in d. consi. ccccx. nu. xxj. cum seq. ad quē re-
mitto. Nec obstat, quòd videat princeps ipse pro-
misisse de manutenēdo, & de euictione, &c. Nam
respondeo, quòd si verba instrumenti diligenter
considerentur, non est promissa aliqua euictio per
Ducem ex isto capite: sed solùm quando euince- D
rentur illa bona data in solutum pro decem milli-
† bus libris: & in fine instrumenti princeps solum
promittit, de rato habendo & non contraueniendo
per se nec alium, quæ verba nullam obligationem
euictionis inducunt. l. stipulatio ista habere
licere. in prin. de verb. oblig. per contrauentionē.
enim agnatorū, non censetur Dux ipse contraue-
nire: & ideo non verificantur verba promissionis
pœnalis, vt de se patet. facit quod notatur in l. flu-
minum. §. quanquam. ff. de dam. infec. l. qui insu-
lam. §. fin. de verb. oblig. l. is cuius. ff. si seruit. vend.
maxime cùm verba promissionis sint versus Poly
phemum: at quæstio nostra est respectu liberatio-
nis factæ Ioanni, & hoc puto esse certissimum, li-
cet autem superiores articuli sint magis dubij, ta-
men in re dubia malui inclinare in eam partē per
quam vnicuiq; saluum sit ius suum, & non video-
tur princeps ius alterius sustuliſſe. Et hæc omnia,
saluo semper saniore iudicio.

CONSILII VII. SVMMÆ.

1. *Communitatem læsam in integrum restitui.*
2. *Dominus alicuius loci non potest locum alteri subijcere hominibus d. loci inuitis.*
3. *Rex Franciæ non posset vendere vnam ciuitatem Regni inuitis ciuibus.*
4. *Constantinus quando donauit vrbem Syluestro, fecit cū consensu populi.*
5. *Ciuium interest esse immediatè sub maiori domino.*
6. *Interueniente consensu ciuium alienatio ciuitatis per superiorem facta valet.*
7. *Per desertionem appellationis inducitur præsumptus cō sensus appellantis.*
8. *Præstatio homagij, & responsio facta de fructibus, denotant consensum manifestum alienantis.*
9. *Respublica pupillis æquiparatur.*
10. *Priuilegia concessa pupillis, censentur cōcessa omnibus, qui per administratores reguntur.*

11. *Vniuersitates Castrorum, & villarum habent beneficium restitutionis in integrum, sicut minores, & ciuitates, & quare.*
12. *Ad impetrandum restitutionem in integrum non sufficit mandatum generale, sed opus est mandato speciali.*
13. *Contra vniuersitatem habet locum præscriptio.*
14. *Communitati competit restitutio in integrum aduersus præscriptionem ex capite præsumptæ ignorantiæ per clausulam si qua mihi iusta causa.*
15. *Facti alieni probabilis est ignorantia.*
16. *Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia.*
17. *Ad impediendum restitutionem in integrum non sufficit probare aliquos particulares de communitate sciuisse pactum, vel aliquos syndicos etiam, quia eorum scientia non debet præiudicare toti communitati ignoranti, quo minus sibi succurratur.*
18. *Communitati ignoranti succurritur ne dum aduersus desertionem appellationis, sed etiam aduersus rem iudicatam.*
19. *Quando transactiones per syndicos factæ cum domino teneant.*
20. *Syndici quando electi sunt à toto populo, vel à consilio generali totum populū repræsentante, permittitur eis de rebus dubijs transigere.*
21. *In casibus claris qualiscunq; sit, syndicus non potest transigere, & quare.*
22. *Quando in casu constet litem subesse.*
23. *Iuramentum nunquam firmat actum nullum ex defectu potestatis in præiudicium tertij.*
24. *Transactio per longum tempus obseruata per communitatem videtur ratificata.*
25. *Si aliqui ex communitate obseruauerunt transactionem vt singuli non nocuerunt cōmunitati, secus si vt vniuersi, quia aliud singuli aliud vniuersi.*
26. *Factum paucorum de communitate qui noluerunt obseruare transactionem videtur conseruasse iura vniuersitatis respectu omnium.*
27. *Fides non est seruanda fidem non seruanti, etiamsi iuramentum interueniſſet.*
28. *Dominus si non seruat fidem vasallo, vasallus nō tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis.* E
29. *Connexum quid dicatur.*
30. *Correspectiuum quid dicatur.*
31. *An aliquid sit connexum statui arbitrio iudicis.*
32. *Seruitia præstita per subditos domino vltra consuetudinem veterem, præsumuntur per metam extorta.*
33. *Dominus si monitus à subditis vt desistat ab iniusta exactione & non desistit, poterit per superiorem priuari feudo.*
34. *Inter dominum & subditos non ipse dominus, sed superior est iudex cuius officium subditi possunt implorare, ne eos permittat indebitis oneribus grauari.* F
35. *Per vnicum actum, vel per vnicam solutionem facta per subditos domino, non acquiritur domino aliquod ius personale, neq; possessionis, vel quasi.*

QVIA casus præsentis controuersiæ mihi generaliter, & in nube figuratus fuit, in-
sequar ordinem propositorum dubio-
rum, decidendo prout mihi iuris esse vi
G debitur. Circa primum dubium, nunquid vniuer-
sitas † castri alicuius, quæ ex pactis antecedenti- 1
bus erat immediatè de dominio regis, si fuerit de
eo castro aliquis inuestitus in feudū, possit reclā-
mare, & se opponere quò minus præster homagiū
illi domino. Et in hoc puncto paucis concluden-
do, dicendum est vniuersitatem posse opponere:
quia hoc in terminis tenet Host. & Ioan. And. Bal.
& Felin. in c. dilecti filij. extra. de maior. & obed.
vbi concludunt, quòd hominibus † inuitis, nō po- 2
test

BIU Cujas

test dominus alicuius loci subijcere locum alteri, A
& facit l. inuitus. in prin. & quod ibi not. Angel.
Alber. de Ros. & Bened. de Plumb. ff. de fideicom.
libert. & ideo dicit Bald. in cap. in generali. si de
3 feu. fuer. contr. inter do. & agna. quod † Rex Fran-
ciæ non posset vendere vnam de ciuitatibus re-
4 gni, inuitis ciuibus: & ideo † Constantinus quan-
do donauit vrbem beato Syluestro fecit cum con-
sensu populi Romani, secundùm eum. & idem te-
net Bald. in c. 1. §. si quis. in prin. quo remp. miles.
vbi dicit tali casu admittendam esse contradictio- B
5 nem hominum: quia † eorum interest esse imme-
diatè sub maiore domino, & cum hac opin. etiam
transeunt doct. in c. 1. §. præterea. de prohib. feud.
alien. per Frider. Abb. in c. auditis. vbi etiam Fel.
de præscript. Ang. de Aret. Institut. de eo cui lib.
cau. in princ. & in §. item Seruiana. Institut. de act.
vbi etiam Ias. Franc. de Aret. in l. j. ff. solut. matrim.
Bald. consilio ccxxvj. Rex. & consilio seq. in 1. vo-
lu. Andr. Sicul. consilio xj. volu. 2. Et istud dictum
non videtur habere dubium: sed difficultas stat in C
casu nostro, quia videtur quod isti subditi consen-
6 serint: vnde stante † consensu ipsorum non est
dubium, valere alienationem, vt dicit ipsemet
Host. & sequuntur doct. in d. c. dilecti. & Andr. Si-
cul. in d. consilio. 11. Colligitur autem iste consen-
sus varijs modis. Primò, quia cum syndici contra-
dixissent alienationi, & appellassent à præcepto
ipsis emanato, vt parerent nouo feudatario, per-
7 miserunt labi fatalia, & remansit appellatio † de-
serta, quo casu inducitur præsumptus consensus. D
l. hi qui. C. de app. l. ab eo. C. quomo. & quan. iud.
8 Secundò arguitur consensus ex præstatione †
homagij alias facta, & quia semper respondè-
runt de fructibus, tam illi nouo feudatario, quàm
eius successoribus habentibus causam ab eo: vn-
de cum executi sint quod in illo præcepto conti-
nebatur, apparet de manifesto consensu. l. penult.
C. de iud. Tertiò arguitur consensus, ex transa-
ctione facta per syndicos nomine communitatis:
& videtur quòd isti syndici hoc facere potuerint, E
vt habetur per doct. in l. præses. C. de transact. &
ista sunt quæ casum reddunt difficiliorem. Sed
his non obstantibus, puto adhuc superesse reme-
dium, quo huic communitati consulatur. Et scien
dum est, quòd si probetur quòd interfit istorum
hominum magis esse in dominio Regis, quàm es-
se sub aliquo dominio, & istud interesse sit proba-
bile, vt quia communitas damnum aliquod inde
patiatur, videtur quòd non obstante tali consen-
su sit restituenda in integrum. l. respublica. C. ex F
quibus cau. mai. æquiparatur enim respublica
9 † pupillis, & habet eandem restitutionem quam
10 illi habent: ex quo omnia priuilegia concessa †
pupillis censentur omnibus concessa, qui per ad-
ministratores reguntur, vt est gloss. sing. in l. 2. C.
de cur. fur. quam tenet Bald. in l. iubemus nulli.
in princ. de sacrosanct. eccles. Et in terminis, quòd
11 istæ vniuersitates † castrorum, & villarum habe-
ant beneficium restitutionis in integrum, sicut
minores, & ciuitates, tenet Iac. But. & Bartol. in G
d. l. respub. quando regitur per administratores:
imò etiam si non regatur idem est, propter infan-
tes, furiosos, & mulieres, quibus non est æquum
ex alieno facto inferri præiudicium, vt tenet Iac.
de Aren. Bald. Sal. Paul. de Cast. & communiter
moder. in d. l. respubl. Ioan. Andr. Spec. in tit. de
restit. in integ. in addit. incip. quadriennij. Abb.
in c. 1. de rest. in integ. Rom. consilio ccccxxij. Soc.
consilio lxvj. lib. 4. cum simi. Poterit ergo ista vni-

uersitas † petere restitutionem in integrum ex 12
capite læsionis, dum tamen constituat procura-
torem specialem ad hoc, vt enim impetretur re-
stitutio in integrum, non sufficit mandatum ge-
nerale, vt habetur in casum ex literis. extra, de in
integr. restit. & in rubr. & nig. C. etiam per pro-
cur. cau. restit. vbi Bald. tenet quod ipsi syndici
absque procuratore poterunt petere dictam resti-
tutionem, de qu per eum. Nec ob. si contra eam
induceretur præscriptio longissima, qua proba-
retur longissimo tempore præstitam fuisse fideli-
tatem & homagium per dictos homines: clarum
enim est, quòd contra † vniuersitatem villæ, vel 13
castri habet locum præscriptio, nec in hoc æqui-
paratur vniuersitas pupillo, vt habetur in authen.
quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & per Sali.
in l. penult. C. ex quibus cau. maio. Nam ad hoc
respondetur, quod ex capite præsumptæ ignoran
riæ competit † restitutio in integrum dictæ com- 14
munitati, etiam aduersus præscriptionem, & hoc
ex clausula si qua mihi iusta causa, de qua in l. 1. in
fin. ff. ex quibus cau. maior. per Bart. in l. 2. §. si quis
autem. ff. de iti. act. priua. per mod. in l. cum filius.
ff. de verb. oblig. & magis communis conclusio
est, quòd d. restitutio competat etiam lapsis xxxx.
annis, vt per Alexand. consilio lxxj. & consilio
lxxxiiij. in ij. vol. & consilio cxvij. in v. & Soci. con
silio lxxxvj. in j. & alibi sæpè, & idem tenet Ias. in
l. sicut. C. de testamen. mil. Feli. in c. vigilanti. de
præscript. & ab hac opinione non esset recedèn-
dum in consulendo, ex quo est magis communis,
vt etiam dicunt Mod. Taurinenses in trac. de præ-
script. in vlt. parte quartæ partis princip. quæst. 29.
vniuersitas enim potest iustam ignorantiam præ-
tendere, ex quo ius dominij fuit illi quæsitum ex
pacto inito inter Regem, & illum de morantia:
vnde facti † alieni probabilis est ignorantia, vt ha- 15
betur in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignoran. &
in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et in proposito
nostro, Paul. de Castr. consilio cccxj. circa id quod
primo: in ij. vol. præsertim cum ignorantia † præ- 16
sumatur, nisi probetur scientia. c. ignorantia. de
reg. iur. lib. 6. Et dato, quod probaretur aliquos
particulares sciuisse † tale pactum, vel etiam ali- 17
quos syndicos, non tamen eorum scientia debet
præiudicare communitati ignoranti, quò minus
sibi succurratur: cui succurritur † non solùm ad- 18
uersus desertionem appellationis: sed etiam ad-
uersus rem iudicatam. l. fin. C. si aduer. rem iudica.
iuncta d. l. pen. C. ex quibus cau. maiores. Circa
secundum dubium, nunquid valeant transactio-
nes † factæ à syndicis cum domino suo, breuiter 19
concludendo, si isti syndici † sunt electi à toto po- 20
pulo, vel à concilio generali, totum populum re-
præsentante, permittitur eis de rebus dubijs tran
figere, l. præses. C. de transact. si verò sint electi à
decurionibus simpliciter, est secùs: quia isti cen-
sentur tanquàm priuati procuratores, secundum
Bart. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. defensor.
ff. de iureiu. & habetur per Ias. in l. præses. & ideo
non possunt transigere absque speciali mandato.
l. transactionis. C. de transactionibus. In casibus
† verò claris, qualiscunque sit syndicus non potest 21
transigere: quia istud esset dissipare & donare,
quod non est ei permittendum, vt habetur in d. l.
præses. & per Alexand. consilio xxij. viso instru-
mento. in 1. volum. Idem in casibus † in quibus lis 22
non subest, non enim possunt litem figere vt va-
leat transactio, secundum Bartol. in l. cùm hi. §. si
cum lis. ff. de transact. nunquid autem subesset lis,

BIU Cujas

poterit constare ex actis, secundum not. in c. quoniam contra falsam. extra, de proba. Item poterit iudex arbitrari nunquid esset probabile dubium litis, vt habetur in d. §. si cum lis, Et in casu in quo transactio in isto casu non valeret, non tamen firmaretur periuramentum, iuxta regulam text. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. & fideicommiss. secundo. & not. per Bartol. & doc. in l. si quis maior. C. de transact. laf. in l. eleganter. in versic. 4. limita. ff. de condict. indeb. quia iuramentum
23 † nunquam firmat actum nullum ex defectu potestatis, in præiudicium tertij, vt habetur in c. cum contingat. extra, de iureiur. in casu autem nostro esset manifestum præiudicium ipsius communitatis, ad quod inducendum syndici non habent potestatem. Sed in hoc dubio maior est difficultas: quia dato quod syndici non potuis-
24 sent transigere: tamen transactio † fuit per quamplurimos annos, & longo tempore obseruata, vnde videtur communitas tacitè ratificasse. argument. l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. per Innocent. in cap. grauamen. de sentent. excommun. Bartol. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. & ita consuluit Pet. de Ancha. consilio clviij. incipiente, ex narratis ex facto, & tenet Anton. in cle. 2. de pœnis. Socin. in l. 1. §. fin. ff. de acquiren. possess. sed argumentum militaret, quando dicta transactio fuisset ab his eo modo obseruata, quomodo potuisset etiam de nouo fieri: in casu autem nostro præsupponitur, quod multi nunquam obser-
25 uauerint, illi verò qui obseruauerunt † tanquam singuli obseruauerunt, vnde non potest dici quod nocuerint vniuersitati: quia illud singuli, aliud vniuersi. l. in tantum. §. vniuersitatem. ff. de rerum diuisione. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. cùm concordan. per Feli. in c. eam te. de rescriptis. Imo factum illorum
26 etiam paucorum, † qui noluerunt obseruare, videtur conseruasse iura vniuersitatis respectu omnium, vt in simili casu dicit Guliel. de Cun. in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. Circa tertium dubium, cum capitula concernentia fauorem Castri, dominus non obseruauerit an liceat vicissim impunè dictis hominibus non seruare capitula facientia pro domino? Videretur dicen-
27 dum quod sic: quia fides † non seruanti non est seruanda. l. cùm proponas. 2. C. de pact. quæ regula procedit etiam si iuramentum interuenisset. cap. 3. cap. sicut. vlt. in fine. extra, de iureiur. facit gloss. in cap. 1. in gloss. penult. de noua for. fid. in vsibus
28 feudorum. quæ dicit, quod si dominus † non seruat fidem vasallo, quod vasallus similiter non tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis. facit etiam quod not. consuluit Corn. 246. in tertio. vbi dicit quod pœna. l. si quis maior. C. de transact. non habet locum, nisi agens ad eam, pro parte sua in totum adimpleuerit, aliàs si non adimpleuit, vt quia in parte fidem non obseruauit, non potest vti beneficio dicta. l. si quis maior. quod solum competit eis qui intemerata pacti iura seruauerunt, vt ibi dicitur. Breuiter pro resolutione est distinguendum: quia aut loquimur quoad pœnas positas in transactione, quæ ex contrauentione deberentur, secundum formam. d. l. si quis maior. & vera sit opinio Cornei, quòd non competant nisi ei qui plenariè pro parte sua seruauerit; aut loquimur quoad actionem concedendam ad id
29 quod in transactione deductum est: & si † capitula sint connexa, non debet concedi nisi ei qui pro parte sua adimpleuerit: si verò sint separata secus est, quia quilibet poterit alium compellere ad obseruandum. l. si duo. ff. de dolo. l. fin. ff. de eo per quem fa. erit, & ita distinguunt Petr. Cyn. Sal. & Moder. in d. l. cùm proponas. Et quid † dicatur connexum vel correspectiuum, de- 30
clarant Ant. & Abb. in c. 3. de iureiur. Putarem etiam hoc maximè consistere in arbitrio iudicis, pro ut in simili concludit Ioan. de Imo. in consilio cxxxix. vbi concludit, an † aliquid sit connexum 31
stari arbitrio iudicis, per gloss. in c. si ciuitas. de sententia excomm. in 6. vnde si dominus non obseruauit aliquid, vnde verisimile sit subiectos eo non obseruato, nullo modo fuisse transacturos, videtur dominum agentem ex contractu esse reijciendum, saltem in vim exceptionis, quod tanto magis procedit respectu pœnarum in transactione contentarum, vt suprà dixi. Circa quartum dubium, dum dicitur quod in præstatione homagij vltra consuetudinem antiquam, exegit dominus pro quolibet vrnam amurcæ seu oliuarum. Item fecit sibi promitti, quod homines irent ad suum molendinum, nunquid censeatur inde præiudicium ipsis. Et concludendum est, quod non: quia non potest dominus releuari si alleget quod aliqua † seruitia præter veterem consuetudinem si- 32
bi fuerint per subditos soluta: præsumuntur enim in dubio metu extorta, secundum Ioan. And. in c. 1. de præscr. in 6. in nouel. & secundũ Bal. in tract. de pace const. in verb. pactiones quem refert & sequitur Præpo. in præludijs feud. vbi etiam conclu
dit, quod † si dominus monitus à subditis non de- 33
sistat ab iniusta exactione, quòd poterit per superiorem priuari feudo, vel per Bal. in tit. de pace tenen. §. publici. facit text. in c. ad apostolicæ. de reiud. in 6. & ibi communiter doctr. & Oldr. consil. ccxxxiiij. factũ tale. Nec isto casu † dominus ipse 34
erit iudex, sed superior cuius officiũ poterunt subditi implorare ne eos permittat indebitis oneribi aggrauari, vt dicit Spec. in tit. de feu. §. quoniã. in charta fin. vers. & no. & ibi Io. And. in addi. & in §. nũc dicamus. vers. cęterũ. Old. in d. cõsi. ccxxxiiij. Bal. in c. 1. de cap. qui cur. vend. Iac. Alu. in c. 1. apud quos contr. feud. & Præpositus in loco præallegato. Et ista tanto maximè procedunt in prẽstatione illius vrnæ oliuarũ, quę vt asseritur, semel tantummodò præstita fuit: clarũ enim est, per illum † vni- 35
cum actũ non acquiri domino aliquod ius, neque personale, neq; possessionis, vel quasi, vt per Cin. Bal. & cæteros in l. si certis annis. C. de pac. vnde casus non videtur habere difficultatem.

CONSILII VIII. SVMMA.

1 *Vasalli non contribuunt cum suis subditis & vicinis, & quare.*
2 *Vasalli æquiparantur militibus veteranis.*
3 *Dominus vasallos cogere non potest vltra naturam feudi, & satis est, si adimpleant conuenta cum domino.*
4 *Domini feudorum successerunt in locum fisci & non tenentur ad munera extraordinaria vel superinducta, & quomodo procedat.*
5 *Cõsuetudo immemorabilis habet vim priuilegij specialis.*
6 *Partes possunt agere vt sua dispositio etiam ad casus incognitos trahatur.*
7 *Aestimum ipsum secundũ ius commune nullam hypothecam inducit, nisi statuto sit expressum.*
8 *Hypotheca non oritur ex catastro, nisi id dictet statutũ.*
9 *Bona quæ sunt in catastro dicuntur affecta, & ad quemcunq; transeunt cum onere suo, quomodo intelligi.*
10 *Bona vbi transiuerunt in personam non subditã, æstimo*

æstimum

BIU Cujas

æstimum diminuatur, & hæc est causa iusta diminuendi æstimum, quod aliàs diminui non posset. A

11 *Venditor qui bona alienauit in personam non subditam, æstimo releuandus est in noua reformatione æstimi, & emptor grauandus si talis sit, qui grauari possit.*

12 *Confectio catastri concernit iurisdictionem.*

13 *Exempti per conuentionem ad casus insolitos, no tenetur.*

14 *In contractu venditionis venit casus insolitus, quando actu æstimo venditorem præstet.*

15 *Consolidatorum eadem est natura.*

16 *Si res concedatur in feudum & exprimantur confines, quicquid in dictis confinibus comprehenditur censetur esse feudale.* B

17 *Vtile dominium quando reuertitur ad directum, & cum ea consolidatur, non fit noua acquisitio.*

18 *Vasallus ecclesiæ si accipiat mutuam pecuniam ab ecclesia, & tradat prædium feudale ipsi ecclesiæ in pignus ecclesia non computat fructus in sortem, & quando.*

19 *Abbas vnitus non potest fructus beneficiorum.*

20 *Bona consolidationem iudicatur perinde ac si à principio bona semper fuissent incorporata, seu consolidata.* C

21 *Originalis causa prævalet, & res de facili reuertitur ad naturam suam.*

22 *Ecclesia licet aliàs per restitutionem in integrum succurratur, tamen fallit si ecclesia habens emphyteosim non soluat canonem, & quare.*

23 *Persona ex qua quis lucrum sentit, illius factum debet approbare.*

24 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis.*

CONCLVSIO suprascripta mihi placet. quod isti domini Tupparelli, nō teneātur ad contribuendum cū vicinis & subditis suis, istis oneribus extraordinarijs, stante generali consuetudine vbique locorum vigente, quæ habet quod nunquam do. Castrorum contribuunt cum † subditis ad onera. Cum enim vasalli teneantur secundum naturam feudi ad onera vasallorum, de quibus in c. i. de noua for. fid. & in c. i. quibus mod. feud. amit. & in capit. 2. §. similiter de prohib. feudi alie. per Frid. non fuit æquum vt etiam contribuant eum subditis suis. æquiparantur enim ij vasalli † militibus veteranis. ca. i. de foris sine culp. non amit. vbi glo. & doc. & per Alua. & d. Car. in rub. feu. qui non tenentur nisi ad certa onera, in cæteris sunt exempti. l. 2. C. de veteran. lib. 12. & † dominus eos cogere non potest vltra naturam feudi, & tunc si adimpleant conuenta cum domino seu Rege, non viribus cogi possunt, secundum Ioan. Planc. in summa feu. in secunda parte, qui allegat in hanc tex. in l. operas. de oper. libe. & §. 1. in auth. vt nulli iud. & l. 1. C. de collat. fund. lib. 11. & quia isti domini † feudorum successerunt in locum fisci, qui non tenetur ad munera extraordinaria, vel super in d. l. 1. C. de priuil. domus august. lib. 11. per Dec. cons. 48. & ista est ratio cur nobiles non contribuant cum vicinis, ad eorū exonerationem, & ita vbiq; seruatur, vt per Guid. Pa. q. 384. Iacobin. tract. de homag. Alber. Bru. cōs. 103. cū similib. Et procedit suprascripta cōclusio, etiā respectu extraordinariorum, quę inducuntur propter necessitatem belli, quia licet aliàs qui tuti sunt solo generali priuilegio immunitatis, hoc casu non excusarentur ne impugnetur vtilitas publica: & quia non videtur de tali casu cogitatum, tanquam valdè insolito. l. 1. C. vt nemini liceat ab emp. lib. 10. l. iubemus nullam. C. de sacros. eccl. & fuit opi. Din. cum qua magis communiter trahentur doc. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. vbi Iul. allegat. D

multas similes decisiones, tamen ista procedunt respectu eorum, qui nituntur priuilegio generali tantum, non autē habent locum respectu eorum, qui ex consuetudine immemoriali sunt tuti. Cum isti nobiles nullo vi quam tempore cōtribuerint, quæ † consuetudo maxime in istis oneribus est attendenda, etiam in casibus quantumuis insolitis & non præmeditatis, secundum gl. in 2. C. de excoct. & transl. mil. ann. lib. 12. vbi Ioan. de Platea. & facit ratio, quia talis consuetudo habet vim priuilegij specialis. cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. Certum autem est specialiter posse concedi vt ad tales necessitates bellicas etiam insolitas, quis non teneatur, vt dixi in d. l. iubemus. & facit l. qui iure. ff. de test. mil. possunt enim partes agere † vt dispō sua etiam ad casus incogitatos trahatur, secundū Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. Lud. Rom. in l. sicut certi. C. de test. mil. Alex. cōsi. 11. in 2. vol. Rursus procedit conclusio in casu nostro, etiam respectū bonorum alias ab istis nobilibus emptorum à vicinis, & quæ fuerunt in æstimo seu Catastro vicinorum: quod in casu nostro probatur tribus principalibus fundamentis. Primum est, quia æstimum † ipsum, secundum ius commune, nullam hypothecam inducit, nisi hoc expressum sit statuto, vt dicit Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & ho. cum quo ibi transeunt doct. & Ancha. consi. 104. hoc statuto Car. consi. 154. Alber. Brun. d. cōsi. 103. Et licet doct. dubitent, an tale statutum noceat ecclesiæ, & in hoc sit maxima altercatio: tamen omnes fatentur, ex Catastro non oriri † hypothecam, nisi stante d. statuto. Et licet Bal. in l. 1. §. q; si nemo. ff. q; cu. vniquē refert & sequitur Dec. consil. 285. dicant q; bona † quæ sunt in Catastro, dicuntur affecta, & ad quemcunque transeant cum onere suo: tamen loquuntur in oneribus merè realibus, id est, tributis l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mu. & ho. l. modios. C. de susc. & arc. lib. x. non autem in collectis quæ imponuntur personis pro rebus. d. l. rescripto. §. fi. Bartol. & doctores in l. placet. C. de sacros. eccl. Bartol. consi. clxxx. Bald. in tit. de pac. constant. verbo, munitione ciuitatum. Alexand. consi. 30. vol. 5. Socinus cclij. cum similibus. Et vbi bona transiuerunt † in personam non subditam dicto æstimo, subest causa iusta cur æstimum diminuatur, quod aliàs diminui non posset. l. 1. C. de collatio. donat. vel releuat. lib. x. vbi Bartolus & in noua reformatione æstimi venditor † ipse est releuandus. iuxta l. forma. §. illum. ff. de censibus. l. 3. §. fin. ff. vbi pupil. educ. & grauandus emptor, si sit talis qui grauari possit, vt quia subditus, cum † confessio catastri concernat iurisdictionem l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuers. si verò grauari non potest: quia non subditus, aut aliàs † exemptus, vt ecclesia, vel dominus, tunc est secus, secundum Bartolū in l. sciendum. & in l. libertus. §. sola ratio. ff. ad municipal. de incol. per Alexand. consi. 101. nu. 4. in 1. & consi. lxviij. in 2. & dicto consi. 52. in 5. Secundum fundamentum est, quod colligitur ex capitulis conuentionum ipsarum partium, quibus cauetur pro bonis immobilibus, quæ obuenient in futurum ipsis dominis, ex causa successionis, vel successionum, quod non teneantur ad tales extraordinarias, seu collectas, quæ rebus imponi solent pro personis: quia de iure communi talis res non transit cum onere suo, quibus verbis videtur expressim decisus presens casus. Et licet loquat conuentio in cau- E F G 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

sa succesionum: tamen ratio expressa in illo capi A
tulo, militat etiam in casu nostro: quia tale onus
extraordinarium non sequitur rem, quæ ratio am
pliat dispositionem, secundum Baldū in l. suum.
C. de iure deliberan. & in l. si seruus legatus. §. qui
quinque. ff. de lega. 1. & quæ not. Bartolus in l. qui
volebat. de hæred. instituend. in l. si soror. §.
1. soluto matr. Socinus consi. xxxxiij. lvij. lxij. in
iij. Dec. consi. xxlij. 182. & quæ habentur in l. cùm
pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. Et licèt loquantur
aliqui in vltimis voluntatibus: tamen idem est e- B
tiam in contractibus, in quibus potissimum vo-
luntas contrahentium magis quàm verba atten-
duntur, vt in simili est tex. in l. in conuentionibus,
vbi dixi. ff. de verbo. signification. & quia verbum,
succesionum, cõprehendit etiam succesores par
ticulares. d. l. in conuentionibus. & l. id tempus,
§. 1. de vsuc. & l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam.
infec. maximè propter dictionem, succesionis,
præcedentem, secundum Alexand. consi. cxcv. in
secundo. & dixi in l. hæredis appellat. de verbor.
signification. & propter expressam rationem cen- C
setur decisus etiam hic casus. l. fin. §. & licet. ff. de
iur. & facti ignorant. qui saltem sublata significa-
tione comprehendebat iuxta glo. in authen. vt ij
qui obligat. in princip. verbo, ad curationem.
Et licèt principaliter dicta conuentio sit facta pro
pter bona forensium: tamen ratio est generalis, &
ex ea ostenditur, quod idem sentiebant de bonis
quomodocunque applicatis ipsis dominis: vnde
cum isti domini sint exempti ab istis oneribus, e- D
tiam per conuentionem, non est dubitandum,
quin talis conuentio extendatur etiam ad casus
insolitos, & nõ procedunt not. per doctores in d.
l. si ex toto. prout tenuit Ioan. Bapt. de sancto Se-
uerino in repet. l. omnes populi. ff. de iustitia &
iure. Alber. Brun. consi. xij. & probatur hæc con-
clusio in l. fistulas. §. frumenta. de contrahen.
emptio. secundum intellectum Salice. qui con-
14 gruit verbis literæ, vbi in † contractu venditionis
venit casus insolitus, quando actum est vt ven- E
ditor eum præstet. & ita tenuit Baldus, Angelus,
Fulgo. Castren. Alexand. in l. sed & si quis. §. quæ-
situm. ff. si quis cautio. per Ripam in tractatu pe-
stis. fo. 17. Tertium fundamentum est, quia ista bo-
na seu per emptionem seu alio titulo reuersa ad
15 dominos, sunt † consolidata directo dominio, F
& censentur eiusdem naturæ cuius sunt reliqua
ipsorum dominorum. Cum enim ipsi domini ha-
beant fundatam intentionem in toto territorio,
non solùm respectu iurisdictionis, quod est indu-
bitatum. c. si diligenti. vbi Abb. 2. not. de præscr.
Sed etiam respectu dominij directi, quod apparet
ex instrumento Franchisiarum, in quo vbique di-
citur, quod illa bona prius erant serua, seu præsta-
bant seruitutem dominis, quæ verba significant
feudum, secundum glo. in l. si vsusfr. leg. ff. de vsu-
fr. Et quia soluebant tertiam in alienationibus,
quæ successerat loco quinquagesimæ, de qua in l.
fi. C. de iur. emph. quod ius est reseruatum etiam
hodie in certis casibus: vndè arguitur ius directi G
dominij. Et quia ita in dubio videtur præsumen-
dum, vt cum constet eos respectu aliquorum bo-
norum esse vasallos, idem præsumamus de alijs
nisi probentur allodialia, vt tenet Spec. in tit. de
emph. §. nunc aliqua. versi. 40. cum seq. & versi. 62.
Baldus in c. 1. de vasall. qui contra const. not. tra-
dunt omnes in c. 1. §. vasallus. si de feu. defun. Ias.
in l. 2. num. 173. C. de iure emph. maximè cum con
cessum sit castrum, & eius iura omnia, adiectis

confinibus in inuestitura: vnde quicquid est inter
dictos † confines censetur esse feudale. d. c. si dili- 16
genti. facit text. in §. fin. quibus modis feud. amit.
& quod not. Paulus Castren. & Socinus in l. 1. in
not. ff. de acqui. possess. & diffusè allegatum est in
suprascripto consilio, ad quod remitto. Cùm igi-
tur fundata sit intentio dominorum respectu di-
recti dominij: si deinde † vtile ad eos reuertatur 17
fit consolidatio, nec dicitur noua acquisitio. l. 4.
ff. de iur. dot. vbi Bartolus, Baldus, Fulgo. l. si con-
uenerit. §. si nulla. vbi Aretinus. ff. de pig. act. vnde
cum non fit noua acquisitio, imitatur naturam ce-
terorum bonorum. Et pro hac opinion. est text.
valde not. in c. 1. extra, de feu. secundum intelle-
ctum magis communem, quem tenet ibi Host.
Guer. Abb. Anch. Car. Imo. vbi si vasallus † eccle- 18
siæ accipiat mutuam pecuniam ab ecclesia, & tra-
dat prædium feudale ipsi ecclesiæ in pignus, ec-
clesia non computat fructus in sortem: quia cen-
setur facta consolidatio, nec amplius attenditur
natura pignoris, pro quo etiam est text. in cap. 1.
in fin. & in capit. conquestus. extra, de vsuris. Si-
cut ergo ibi pignus non attenditur: sed consoli-
datio, ita & in casu nostro non attendemus ven-
ditionem seu titulum singularem per quem dic-
ta res redierit ad dominum, sed potius vim vnio-
nis, seu consolidationis. Facit in simili, quia nos
videmus quod Abb. † qui vnire non potest fru- 19
ctus beneficiorum. c. cum singula. verbo, vnire. de
præbend. in 6. clemen. ne in agro. §. adhuc. de
statu monachorum. c. sicut. de excess. prælatorum.
& tamē potest hoc facere bonis in quæ originali-
ter sub directo dominio suæ ecclesiæ fuerunt. c.
vt super. de rebus eccl. nõ alien. vbi doctores quia
per talem † consolidationem iudicatur perinde 20
ac si à principio semper dicta bona fuissent incor-
porata, seu consolidata. facit quod not. Alexand.
cõs. vlti. in 4. vol. & cõs. est Andr. Sic. vbi declarat
doctrinam Bartoli ita tenentis in l. si vacantia.
C. de bo. vac. lib. 10. vnde videmus, quod licet cle-
ricus non possit prorogare iurisdictionem alte-
rius iudicis, potest tamen ad eum reuerti à quo
fuit exemptus: quia originalis † causa præualet, 21
& res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si v-
nus. §. pactus. in fin. ff. de pact. vt tenet Abb. post
alios in c. significasti. de for. compet. & consi.
xxv. in 1. in disputatio. incip. duo clericali. & facit
quod not. Baldus in l. placet. C. de sac. san. eccl.
per illum text. in verbo translationem. vbi licet
aliàs † ecclesiæ succurratur per restitutionem in 22
integrum: tamen fallit si ecclesia habens emphy-
sin, non soluat canonem: quia res reuertitur ad
dominum, & sic ad originem suam, eique cõsoli-
datur absque spe restitutionis. Nec me mouet di-
stinctio do. Iacobini de S. Georg. in tract. feudali.
fo. 17. in princip. dum videtur distinguere, an feu-
dum reuertatur ad dominum vt dominum, an ve-
rò reuertatur ad eum tanquam priuatum, vt quia
vasallus domino donasset: nam tunc succederet
regula, ex qua † persona quis lucrum sentit illius 23
factum debet approbare. l. ex qua persona. de re-
gul. iur. alleg. Petr. de Bellapert. in l. 3. ff. de ser.
& Petrus, Iacobus & Ioannes Rayn. vt per è-
um. Respondeo enim quod illa distinctio pro-
cedit in terminis in quibus loquitur, s. in serui-
tutibus & iure reali, quod sequitur rem ipsam:
nostra quæstio est in muneribus & catastro, quæ
munera imponuntur personis, licet pro rebus:
vnde quãdo res puenit ad personas nõ subiectas
tali oneri indistinctè remanet libera, nisi aliter
statuto

statuto esset cautum, vt dicit Bar. in d.l. rescripto. A §. sciendum. ff. de mu. & ho. & supra dixi. Secundò respondeo, quod illa distinctio habet locum in iuribus alteri debitis, seu iam quæsitis. cum enim fundus vasalli debet seruitutem fundo vicini, si fundus seruiens reuertatur ad dominum, iure dominij resoluitur seruitus: quia † resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pig. si verò ad dominum transeat ex emptione, vel donatione, vel simili titulo: quia dominus succedit in locum datoris, tenetur ratum habere factum ipsius d.l. ex qua persona. sed nostra quæstio est in istis oneribus, quæ non imponuntur iure successionis, nec in quibus aliquis tenetur ex persona alterius: sed quilibet ex sua: adeò quod venditis bonis venditor liberatur. d.l. forma. §. 1. emptor verò non ex persona datoris sui: sed ex sua tenetur. vnde si ipse sit immunis vltrà non quæritur. Tertiò respondeo, quod dicta distinctio in casu nostro nõ potest esse vera, per tex. expressum in d.c.j. extra, de feud. secũdum intellectum communem, vbi dominus recuperauerat rem non tanquam dominus, sed tanquam quilibet extraneus, ex contractu pignoris ob pecuniam mutuò datam vasallo, vel emphyteutæ, & tamen res illa iudicatur secundum qualitatem aliorum bonorum domini propter consolidationem: & ideo fructus non imputantur in sortem, & probat ille text. à fortiori: quia ibi non erat adeò plena consolidatio, sicut in casu nostro, in quo vtile dominum omninò fuit translatum in dominos, ibi sola possessio pignoris transfertur in creditorem, secundum l. sciendum. §. si creditor. ff. qui satisd. cog. l. legata. §. fin. ff. de supel. leg. Nec rursus obstant aliæ rationes, quæ oriuntur ex quibus conuentionibus & instrumentis; quia ad illas optimè fuit responsum per suprascriptum dominum consulentem do. Nicolaum Taparellum: cuius iudicio acquiesco. Salua semper sententia cuiuslibet melius sentientis.

CONSIL. IX. SVMMAE.

1 Concessiones per tyrannum factæ non valent.
2 In Ducatibus, Comitatibus, vel similibus magnis feudis præsumitur mala fides continuata in quoscunque successores, nec vnquam talia feuda præscribuntur etiamsi lapsi essent, plusquam centum anni.
3 Vitium reale in quoscunque successores perdurat.
4 Bonæ fidei possessor alienando seu infeudando Castrũ nõ potuit transferre aliquod dominium vel ius, cum ipse non haberet, sed solum translatũ vsucapiendi conditionem.
5 Coram Rege non seruantur solennitates iuris, sed proceditur sola facti veritate inspecta, & attenta, & sicut coram Deo.
6 Disputare de potestate Regis seu Ducis Mediolani, & annullare eorum gesta, esset velle reformare totum mundum.
7 Patientia diuturna ciuitatis approbat tacito quodam consensu dominium Principis seu regentis dictam ciuitatem.
8 Non est recedendum à iure, quod longo tempore placuit.
9 Prius in possessorio de iure pronuntiandum est.
10 In possessorio exceptiones respicientes dominium reiciuntur.
11 Possessio antiquior præsumitur magis iusta.
12 Standum est literis Regis, & cuiuslibet Principis superiorem non recognoscentis exculpantibus aliquem & quomodo hoc intell.
13 Dux mediolani habet omnia iura imperialia etiam alias reseruata.
14 Concessio Regis contra ordinationem alias per eum facta, est nulla, quia præsumitur circunuentus.
15 Princeps non potest priuare vasallum feudo sibi concesso, nisi vasallus fuerit conuictus de culpa.
16 Feudum est contractus.
17 Princeps ligatur proprijs contractibus propter consensum, qui est de iure naturali.
18 Princeps de plenitudine potestatis non potest contrauenire proprio contractui.
19 Concessionem bonorum fisco applicatorum, vel applicandorum parte petente nullam.
20 Princeps ex causa potest ius tertij tollere.
21 Princeps si restituat bannitum, non obstante quacunque condemnatione quam vult haberi pro infecta talis bannitus, recuperabit etiam bona in tertium alienata.
22 Citatio partis, quando requiratur, & quando non.
23 Princeps potest legitimare aliquem in præiudicium iuris quæsiti, tertio etiam eo non citato.
24 Citatio ex causa per Principem tolli potest.
25 Papa si faciat aliquam ecclesiam exemptam, licet sit in graue præiudicium Episcopi, tamen valet concessio, quatuis eo non citato.
26 Patronus restitutus acquirit iura aduersus libertum absq; aliqua citatione.
27 Restitutio regulariter non trahitur ad alienata.
28 Res semel alienata per fiscum amplius non potest euitari.
29 Princeps quando quid vere, & ex propria scientia facit, debet attendere conscientiam suam non autem probationes, nec ordinem iudiciarium, sed prouidere, sicut Deus.
30 Obliuio non præsumitur de rebus se præsente intra decennium gestis.
31 Dispositio magis specialis attendi debet.
32 Non valenti agere non currit præscriptio.
33 Princeps potest intuitu innocentiæ sententias criminaliter latas annullare quamuis stet statutum, quod ab illis non possit querelare, seu supplicare.
34 Princeps debet reuocare sententiam, quæ transiuit in iudicatum propter innocentiam condemnati.
35 Princeps etiam sine causa potest annullare sententias contra aliquem latas, & quare.
36 Princeps potest derogare beneficio cridarum.
38 Decreta quæ contra ius commune fiunt, debent stricte interpretari.

PRAESENTI in causa, in qua simpliciter sum requisitus, vt dicam, quid iuris esse existimem, breuiter duxi procedendum: tum quia per alios fuit diffusissimè allegatum: tum etiam quia solet veritas à multisquip abhorrere, videndum erit igitur de duobus tantum artic. Primus est, nunquid illustris dominus Galeaz sancto Seuerinus magnus Scutifer regius possit prætendere sibi aliquod ius competere in feudo Castri nouj, vigore concessionis sibi factæ per Sphortiacos. Secundus est, nunquid si quod ius habuit censeatur perdidisse, & iure censeatur translatum in illustrem Comitẽ Musochi. Circa primum articulum videretur prima fronte dicendũ, quod inuestitura feudalis sibi facta per quondam ducem Mediolani Ioannem Galeaz nullum ius in eum transtulerit. Et pro hoc facit, quia dictus dominus Ioannes Galeaz nõ habebat

habet

bebat aliquod ius in ducatu, sed eius maiores illum armis occupauerant: vnde dicebatur † Tyrannus, & consequenter concessiones per eum factæ nihil valent. l. decernimus. vbi Bald. & doct. C. de sacrosanct. eccles. & firmat Bar. in tract. suo de tyrannia in 1. quæstione. & Pet. de Anchar. in c. fundamenta. de elect. lib. 6. Confirmatur, quia dato prout negari nō potest, quod eius maiores per vim, & armis illum occupauerint, eodem modō dicebat ipse in
2 mala fide, sicut primi occupatores: quia in † ducatibus, comitatibus, vel similibus magnis feudis. B præsumitur mala fides continuata in quoscūque successores, nec vnquam præscribuntur etiamsi lapsi essent, plusquam centum anni, vt in notabili casu consuluit Abb. in consi. 3. incip. inter in præsenti. ver. 16. quæstio. in 2. vol. sequuntur mod. in c. si diligenti. extra, de præscr. & est ratio, quia in tali occupatione vertitur vitium reale, quod † vitium in quoscūque successores perdurat. l. vitia. C. de acq. poss. 5. furtiuæ. insti. de vsuc. Confirmatur etiam, quia dato quod ipse. do. Ioannes Galeaz
4 esset bonæ † fidei possessor: tum alienando seu infeudando talē castrum, non potuit transferre aliquod dominium, vel ius, cùm ipse non haberet, sed solùm transtulisset vsucapiēdi cōditionem. l. 1. C. de vsuc. transfor. 5. sed tantummodo. inst. de vsuc. in prin. vnde ante vsucapionem potest verus dominus tale castrum in quem voluerit transferre, prout in proposita quæstione fecit christ. Rex Ludouicus, qui cōcessit illud castrum comiti Musochi quocūq; ad eum peruenisset, & ex his casus D iste redditur satis dubius in fauorem magni Scutiferi. Sed tamē his nō obstātibus videtur dicēdum, quod imo illustris do. Galeaz possit prætendere iustum titulum, vigore cōcessionis sibi factæ tam per d. Io. Galeaz, quam etiam vigore tacitæ recognitionis, factæ per quōdam d. Ludouicum Sfortiam. Et pro huius opinionis fundamento cōsiderandum est, quod ipse d. o. Galeax, & deinde d. Ludouicus, in ducatu Mediolani tunc temporis habebantur pro veris ducibus, nedum à cæteris E potentibus Italiæ, sed etiam ab externis: & etiam Christianissimus Rex Francorum Carolus octauus, quando ad eos scribebat non aliter eos appellabat, quàm Mediolani duces: quinimò & fortius etiam Maximilianus Imperator, quando duxit in vxorem ipsius Io. Galeacij sororem, ad eum scripsit, Mediolani ducem appellando, & istud etiā est magis manifestum in principe Ludouico, qui habuit inuestituram feudalem ducatus ab ipso Imperatore, & licet aliqua ex istis forte non F sit deducta in processu: tamen ex quo causa est auocata; vt iudicetur per Christianissimum Regem poterit ipse ex seipso hoc cognoscere, & ex aliorum relatione intelligere, ex quo coram eo proceditur † sola facti veritati attenta, & sic co-
5 ram Deo, vt per Bartolum in l. vnica. C. vt quæ deser. aduoc. in fi. & can. in c. dilecti. extra, de iudicijs. Et certè disputare de potestate istorum principum, & annullare † eorum gesta, esset reforma-
6 re totum mundum, vt dixit Bal. loquens de principe Mediolani, in consi. cclxij, recolo me consuluisse in 1. & facit quod in simili casu consuluit Corn. consi. cxxvij. primo aspectu in 2. vol. vbi idē consuluit in do. Pandulpho de Malatestis, qui de facto per multa tempora tenuerat dominium Arimini, & istud fortius procedit in dictis Sfortiacis, quorum dominium videtur approbatum ex quo † ciuitas tacito consensu diu eos passa est,
7 vt dicit Card. in cle. 1. terra. in 4. quæst. de pœnis.

A Vnde etiam Christianiss. Rex Ludouicus, quando eos deiecit de possessione dicti ducatus: non tamen rescindit eorum gesta, sed potius confirmauit: quia priuilegia & donationes per eos olim variis nobilibus factas, ratificauit: nec vnquam in ducatu Mediolani fuit istud refricatum in dubium: vnde non debemus recedere † à iure quod randiu placuit. l. minime. ff. de legibus. 8 Et certe inconueniens esset, vt quod in alijs obseruatum est, non etiam per Christianissimum Regem obseruaretur in magno Scutifero, qui infinita semper seruitia exhibuit versus regiam maiestatem. Et ex hoc possunt tolli deducta in contrarium, quia procedunt in vero tyranno, quorum acta fuerint rescissa, sed Christianiss. Rex nō est solitus rescindere inuestituras, factas per Sfortiacos, attento quod omnes eos habebat pro veris principibus, & quod Ludouicus habebat etiam titulum, & quod ciuitas diutiùs eos passa est: vnde saltem attenta æquitate negotij, videtur in hanc partem C inclinādum. Et istud tantò magis procederet si ferat̄ † sentētia in iudicio possessorio, prout pri- 9
us de iure pronūtiandum est. c. 1. de cau. possess. & prop. l. ordinarij. C. de rei ven. in quo iudicio reijcitur ista exceptio † respiciens dominium. l. si quis 10
ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. c. fi. de ord. cogn. cum si. & præsertim si feratur sententia possessorij, spectans redintegrationem. secundum can. redintegranda. 1. q. 3. in quo sufficit probare possessionem. magis antiquam agentis, & conuē- D tum ipsum possidere, quia possessio † agentis ta- 11
quam antiquior præsumetur magis iusta, vt dicit Abb. in c. cùm ad sedem. de resti. spo. cum concor. per Alex. consi. 6. in 5. volū. & consi. 89. in 5. & per Mod. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & si reus conuentus volet probare actorem cecidisse à possessione ex iusta causa, reijcetur per literas regias, attestantes magnum Scutiferum de iure non potuisse banniri, nec expelli de quarum literarum viribus dicam in sequenti articulo: & sic E quantum sit ad iudicium possessorium, casus iste videtur clarus. Et quamuis vtrunque iudicium tam possessorium, quàm petitorium sit cumulatum tamen prius debetur in possessorio pronuntiari. c. 2. vbi omnes extra, de cau. poss. & prop. Circa secundum articulum, casus est longe clarior in fauorem do. Scutiferi. cum enim Christia. Rex Ludouicus † attestatur ipsum nihil deliquisse, & 12
nullam famæ bonorum iurium, dignitatisve priuationem incurrisse, standum est illis literis. cle. 1. F de prob. quæ constitutio habet locum nedum in pontifice, sed etiam in quolibet principe non recognoscente superiorem, vt est communis conclusio in c. cùm à nobis. de testibus & per Alexan. consi. 15. volu. 5. & istud propterea procedit in † duce Mediolani, qui habet omnia iura imperialia, etiam aliàs reseruata, vt per Bald. consi. ccclix. quemadmodum Imperator. lib. 3. Paul. de Castr. consi. cccxxv. in Christi nomine, ad primum Lud. Ro. fing. 417. an dux Mediolani. Fel. in c. quę in ecclesiarum num. 33. vers. quarta declaratio. extra, de cōsti. Ioā. Bap. de S. Seuerino in repet. l. imperium in 18. q. ff. de iurisd. omniū iud. Moder. in l. ex hoc iure. de iusti. & iur. & ex dictis literis resultat solidum fundamentum in fauorem domini Scutiferi. Sed hic insurgit difficultas, quia licet text. in dicta clem. dicat standum esse verbis principis aliquid referentis: tamen istud nō procedit, quando ex hoc resultaret præiudicium tertio, vt cōcludit Pe. de Anch. cōsi. 398. prmitto. in fi. & Pau.

de

de Cast. consi. clvj. Et ille proprie est casus noster, in quo resultat magnum præiudicium comiti Musochi. Sed respondeo, q, dicti doctores loquuntur in casu quo simpliciter princeps aliquid asseruit iniustum, nec aliter constat de eius enixa voluntate, nam tunc non statur tali assertioni: sed præsumitur malè informatus, & rescriptum non tenet: secùs in casu nostro in quo Rex ita attestatur, & propter eius innocentiam reuocat omnia bãna; & sententias motu proprio, & de plenitudine potestatis, quo casu nihil potest opponi, quo minùs concessio suum sortiatur effectum, vt per Baldũ. in l. 2. C. de ser. & aqua. cum concordan. Nec obstant oppositiones factæ per aduocatos illustris comitis Musochi. Et in primis dum dicitur, quod istæ literæ declarantes magnum Scutiferum nihil deliquisse, non debent retrotrahi in præiudicium ipsius comitis Musochi: pro qua ratione facit quod notat Baldus in c. cum olim per illum textum extra, de re iudi. vbi dixit, quod
14 concessio † Reges Franciæ cõtra ordinationem, aliàs per eum factam, est nulla: quia præsumitur circunuentus: & idem in Rege Aragonum consuluit Lud. Rom. consi. cclxxxxviij. circa præmissa & propterea dicit Felin. in d. cap. cùm olim. quod ille text. inducitur ad id, quod quotidie facit Papa, declarando qualis fuerit sua intentio in aliqua concessione: nam si illa declaratio non consonat verbis prioris concessionis, habetur pontifex pro circunuento, & ipsa declaratio est nulla: ergo idem debemus dicere in casu nostro, in quo ista declaratio Regis, nedum non consonat verbis prioris concessionis per eum factæ in comitem Musochi: sed penitùs aduersatur & eam annullat, & pro hoc faciunt multa allegata per Felinum in d. c. cùm olim. sed tamen in casu nostro contrarium est verius, quia tex. in d. c. cum olim. procederet, quando essemus in casu in quo princeps non haberet seu non præsumeretur habere certam scientiam: nam tunc præsumitur circunuentus, & ita procedunt allegata in contrarium, & illum text. ita intelligit Abb. & Cano. ibi. Sed nos loquimur in casu qui erat cognitissimus ipsi Regi: vnde ipsemet attestatur seriem facti, prout fuit in literis deducta esse veram, & attestatur veram fuisse protestationem factam Regi Carolo de capiendo arma contra quamcunq; personam, & facit illam declarationem cum efficacissimis clausulis, de quibus infrà dicam. Secundò videtur obstare, quia per talem declarationem in effectu tolleretur ius tertij, & priuaretur comes Musochi feudo sibi concesso, quod tamen non potest fieri. c. 1. de natura feud. vbi nõ potest princeps
15 priuare † vasallum feudo sibi concesso, nisi fuerit vasallus conuictus de culpa, & ille tex. procedit etiam in Papa & Imperatore, & quibuslibet principibus nõ recognoscentibus superiorẽ de facto. Et
16 pro hoc facit, quia ex quo † feudum est contractus, vt dicit Bart. in l. legitima. ff. de pac. princi-
17 pes † ligãtur propriis contractibus, propter cõsensum, q est de iure naturali. c. 1. extra, de prob. imò dicit Paul. de Cast. in l. digna vox. C. de legib. quod
18 nec etiam de † plenitudine potestatis potest princeps contrauenire proprio contractui: ad idem quod not. Baldus in c. 1. §. ad hæc. versi. item not. ex glo. de pace iuramen. firmand. in vsibus feudorum. Sed ad hoc respondetur, quod imò non tollitur ius tertij, scilicet comitis Musochi, ex quo ipse nullum ius habebat, tum quia dictũ feudum non potuit dici applicatũ camerę, ex quo dictæ sententiæ, & banna, contra ipsum magnum Scutiferum sunt irritæ, & nulla, prout declaratur in literis regijs, & etiam circunscriptis literis, latissimè fuit demõstratum in alijs allegationibus: tum etiam quia concessio facta comiti Musochi est nulla, per l. 1. & 2. C. de pet. bon. subl. lib. 10. vbi
19 concessio † bonorum quæ peruenerunt in fiscum tam ante incorporationem, quam post, est nulla, si sit facta ad postulationem partis; quod in dubio præsumitur, vt ibi per omnes: nec suffitit si in tali concessione sit generalis clausula, non obstante, &c. ex quo procedit specialis prohibitio, vt ibi declarat Io. de Pla. Nic. de Neap. Et licet Bald. in c. ad audientiam. extra, de præscr. in vltimis verbis dicat, quod ille titulus. C. de pet. bo. sub. non procedat in feudis, sed in alijs concessionibus tantum, tamen illud dictum caret ratione, nec reperio doctorem qui eum sequatur: sed feudistæ præsupponunt contrarium in c. 1. qui succeff. teneant. vbi And. de Isern. & Præpositus sancti Ambrosij dicunt, fuisse multas infeudationes hoc prætextu. per Innoc. quartum in regno Siciliæ reuocatas. Secundò respondetur ad istud argumentum, quod ex quo Rex attestatur ipsum magnum Scutiferum fuisse innocentem, certè ista est causa sufficiens per quam debeat restitui ad bona etiam in terim aliqua dubium est, quod potest † princeps
20 ex causa, præsertim quando procedit de plenitudine potestatis, tollere ius tertij, vt dicit Abbas & sequuntur omnes in capit. quæ in ecclesiarum. extra, de constit. & per doctores in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. & pro hoc facit quod not. Card. in c. quia diligentia. de elec. vbi si princeps †
21 restituat bannitum, non obstante quacunque condemnatione, quam vult haberi pro infecta, talis bannitus recuperabit etiam bona in tertium alienata. & sequitur Imo. & Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in pen. char. de lib. & posthum. & licet aliqui Moder. in c. fi. extra, de constit. dubitent de ista decisione: tamen eorum rationes procedunt, vbi aliquis esset restitutus simpliciter de gratia: secùs in casu nostro, vbi princeps attestatur eum fuisse innocentem. Tertiò videtur obstare, quia in tali concessione non fuit citatus comes Musochi: ergo non debet illi fieri præiudicium. c. 1. vbi Abb. & alij extra, de causa possessionis & proprietatis: sed quia ad istud argumentum pluribus modis respondetur, vltra dicta aliorum potest etiam responderi, quod cum rex fecerit istam declarationem de plenitudine potestatis, nõ fuit necessaria citatio † partis, vt dicit Ioan. And. In-
22 nocen. & Imo. in c. inter quatuor. de maior. & obed. & per doct. in d. c. 1. Præterea quãdo aliquid contra aliquem principaliter statuitur verum est eum debere citari, & ita possunt procedere contraria: sed vbi aliquid principaliter tenditur in fauorem alicuius, licet in consequentiam resultet alicui damnum, videtur quod princeps indistinctè hoc possit facere, eo non citato, per not. per Bart. & doc. communiter in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthum. vbi potest † princeps legiti-
23 mare aliquem in præiudicium iuris quæsiti tertio etiam eo non citato argu. l. 2. ff. de nata. resti. & facit, quia citatio ex † causa per principem tolli po-
24 test. glo. in l. antep. ff. ex quib. caus. maio. quę causa in principe præsumitur. glo. in l. relegati. ff. de pœn. & doct. in d. c. quæ in ecclesiarum. & pro hac solutione facit, quod not. Corn. consi. liij. in 4. volum. vbi † si Papa facit aliquam ecclesiam ex-
25 empta, licet sit in graue præiudicium episcopi, tamen

men valet concessio, quamuis eo non citato. c. si papa. c. cum capella. de priuil. Et pro hac solutione etiã facit text. in l. 3. §. si deportatus. ff. de bon. lib. & in l. siue. ff. de iure patro. vbi patronus restitutus † acquirit iura aduersus libertum, nec ibi fit mẽtio aliqua de citatione. Quartò videtur obstare, quia illa declaratio facta per Regem, per quam in effectũ dominus Scutifer restituitur, † non debet trahi ad bona alienata, præsertim per fiscum, tum quia regulariter restitutio non trahitur ad alienata, vt per glo. doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. tum quia vbi res est semel † alienata per fiscum, amplius non potest euinci. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. & per Bar. in l. fi. C. de sentent. passis. & in terminis nostris per Ioan. Fabr. in §. cum autem. Inst. quibus modis ius pat. pot. sol. sed ad hoc respondetur quod imo ista declaratio trahitur ad alienata, ex quo est facta contemplatione iustitiæ, non autem de gratia, & ita communiter tenetur in d. §. & quid si tantum. & per Can. in c. quia diligentia. extra, de elec. & per Fel. in c. inter quatuor. de maior. & obed. per text. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. & ibi propriè doc. loquuntur in bonis alienatis per fiscum, & facit etiam text. in l. 1. C. de reputatio. quæ fiunt in iudic. & quod not. Nellus in trac. bannitorum in q. tertij. temporis, in fi. Nec obst. si dicatur, quod non videtur istam declarationem factam esse de iustitia, ex quo nõ est seruatus modo iudicialis, imo princeps fecit hãc declarationem aduersus binas sententias & banna contra eum latas: quia respondetur quod ex quo princeps sciebat ipsum esse innocentem, prout ipsemet attestatur, debuit de iure dictas sententias annullare, l. diui fratres. ff. de pœnis. & in l. 1. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. & in hoc debuit attendere † princeps conscientiam suam, non autem sententias prius latas, nec alias probationes, vt not. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. nec ipse debuit attendere ordinem iudiciarium, sed potuit procedere sicut Deus, vt not. per Bar. & docto. in l. 1. in fi. C. vt quæ desunt aduoc. par. Nec obstat d. l. bene à Zenone. quia potest multipliciter responderi. Et primo respondetur, quod illa solùm procedit, quando fiscus bona fide possidebat rem alienatam credens esse suam, prout declarat Bar. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. Iac. de Are. Bald. & Ange. in l. 2. C. de com. rer. alie. & per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. extra, de const. quod non est in casu nostro, ex quo Rex Ludouicus sciebat rem nõ esse suam, ex quo verũ nõ erat quod dominus magnus Scutifer esset rebellis propter protestationem Regi Carolo factã, nec aliquo modo deliquisset, & cum ipse hoc attestetur in literis cõcessis do. Scutifero est verisimile quod eandem scientiam haberet etiam tempore literarum concessarum comiti Musochi, quia obliuio † non præsumitur saltem de rebus se præsente intra decennium gestis, glo. & docto. in l. 1. C. de seruis fug. Secundò respondetur, quod dispositio d. l. bene à Zenone. est generalis, sed ista alia dispositio, quod restitutus de iustitia recuperaret bona etiam alienata, est magis † specialis, vnde ista attenditur per regulam iuris. l. in toto. ff. de reg. iur. & quod not. Bald. in l. executionem. C. de execution. rei iudi. Corn. cons. 66. volum. 1. Tertiò est aduertẽdum: quia præscriptio quadriennij, de qua in d. l. bene à Zenone. nõ videtur habere locum in casu nostro: quia dominus Scutifer non potuisset agere si voluisset propter iustum timorem officialium regiorum, vnde non † valenti agere non currit præscriptio. l. sed & si prætorem ff. ex quibus cau. maio. & per Innocen. & Abb. in c. ex transmissa. extra, de præscrip. Quintò videtur obstare, quia cõtra do. Scutiferum lata est sententia, à qua non licet prouocare, vel quærelare, ita disponẽtibus decretis. Item bona fuerunt proclamata secundùm prouisiones communis Mediolani, nec fuit contradictum, vnde bona sunt libera: sed istud argumentum est leuissimum: tum quia, quamuis non liceat quærelare, nec supplicare à sententia † criminaliter lata: tamen potest princeps intuitu innocentiæ dictas sententias annullare. d. l. diui. ff. de pœnis. cum similibus. vbi quamuis sententia transierit in iudicatum, tamen debet princeps † eam reuocare propter innocentiam condemnati: de qua innocentia ipse Rex attestatur. Præterea potest princeps, † etiam sine causa, annullare sententias contra aliquem latas, ex quo istud non est, nisi derogare ijs, quæ statuta sunt iure ciuili, vt est communis conclusio omniũ in dicto cap. quæ in ecclesiarum. Et eodem modo etiam † potest derogare beneficio cridarum, ex quo istud non est, nisi tollere præscriptionem trium vel sex mensium. Præterea quoad cridas potest etiam responderi, quod si bene videantur, verba proclamationum dicunt, quod si quis prætendat se habere ius in bonis magni Scutiferi, compareat intra tres menses, alioquin bona censebuntur libera, &c. quæ verba non vocant ipsum domi. Scutiferum, sed alios prætendentes habere ius in eius bonis: vnde fatuum est dicere, quod præiudicent ipsi magno Scutifero: illud enim decretum † introducens illam prouisionem est stricte interpretandum, ex quo contra ius commune. Et etiam est satis iniquum, quod contra aliquem præscribatur ius dominij, vel hypothecæ, tam breui termino, vnde stricte est interpretandum, nec est recedendum à verbis, prout in casu istarum cridarum considerat Rapha. Cu. & Moder. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verborum oblig. Posset etiam ad supradicta omnia argumenta aliter responderi, sed quia per alios fuit optimè responsum, non duxi vlterius insistendum, sed istis breuibus contentus fui. saluo semper meliori iudicio.

CONSILII X. SVMMÆ.

1 *Fœminam feudo semel exclusam, perpetuò exclusam esse.*
2 *Dictio donec quid importet.*
3 *Verba habere possint, quid significent.*
4 *Glossa debet intelligi ne contradicat textui, sed secundùm textum quem allegat.*
5 *Successio in feudis deuoluitur non ab eo qui vltimo loco decessit, sed vigore concessionis illi factæ, qui primò impetrauit.*
6 *Declar. doctr. Bar. in l. in ambiguo de rebus dubijs.*
7 *Fœminæ admittuntur in feudo empto.*
8 *Feudi emptionem à tertio nihil nocere domino.*
9 *Tenor inuestituræ attendendus est in feudo empto.*
10 *Sororem viuis fratribus, & citatis inutiliter pure inuestiri.*

SECVNDVM cõmunes opiniones aduersus quas nõ oportet quęrere nodũ in scirpo, præsertim in iudicio casus præsens est satis clarus, & expeditus. Cũ. n. inuestituræ feudales factæ sint, p se, & hęred. suis masculis, et fœminis, mortuo fratre nõ admittit amplius fœmina de iure

iure feudorum, per tex.in c.j.§.quinetiam. episco. vel Abb.in vsib.feud.nisi quando dictus masculus incontinenti post patrem esset mortuus.c.j.§.filia. de succes.feud.vel nisi dictum esset, donec masculus extet.ca.j. de eo qui sibi, & suis hæred. propter vim temporalis dictionis, donec, de qua per Bal. in d.§.quinetiam.& probat ille tex.à fortiori: quia ponit casum, quando dictum est, vt eius descendentes masculi, & fœminæ habere possint, quę verba habere possint, respiciunt tempus futurum, & secundum illud intelliguntur, vt declarat Bart. in l. qui Romæ.§.duo fratres.in vj.q.ff. de verb. oblig. & tamen non comprehendunt fœminam: & ratio est, quia fœminę naturaliter excluduntur à feudis: vnde earum mentio suprascripto modo facta restringitur, secundum subiectam materiam, vt non comprehendat, nisi quando succederent patri acquirenti, non autem transuersalibus, & sic intelligitur, vt succedant ex linea descendentium, non ex collaterali, secundum Andr. de Iser. & alios vbi. vnde si filius semel successit excluditque fœminam, hæc fœmina semel exclusa, perpetuò durat exclusa, vt talis exclusio secundum naturam suam perpetua censeatur. l. pater.§.quindecim. de leg.iij. Corn. consi. xij. in fi. in j. volum. in quibus. vbi Bald. C. de sec. nupt. Cin. auth. sed & si quis. in fi. C. eod. tit. declarat Alber. Brun. consil. cviij. & ista est communis opinio feudistarum in d. cap. quinetiam. vbi And. de Isern. Bald. Aluar. & nouissime Præpos. ita late disputat, & concludit Matth. de Afflict. & consuluit Cald. consilio iiij. I. mo. xxvij. Dec. cclxxxx. citu. de feud. cum multis concordantib. per Cur. in tract. feud. tertia parte, quæst. xxvij. Socin. xix. cui adde Lud. Ro. consil. j. Alex. consil. ij. in j. ad fi. Alber. Brun. d. consil. cviij. lxv. & lxxviij. & alibi sæpe Card. Parif. cons. xxij. & xxiij. adeo quod ista opinio est tam approbata, & canonizata præscribentis, vt non sit de ea dubitandum: maximè in iudicio, Brun. trac. stantib. masculi. artic. x. versi. quinto quæro. Et licet Mart. de Laude, ibi attentauerit contrarium per tres rationes satis fragiles: tamen sua opinio est à scribentibus reprobata, maximè à Card. Alexandrino, ibi, qui respondet dictis rationibus, & etiam à Cur. in d. trac. quæst. xxvij. & maximè reiiciendus est dictus intellectus Martini ad d.§.quinetiam. quia est expresse contra verba illius textus, in verb. vlteriùs, quod est præcisum propter sequentem negatiuam. Et quamuis iisdem rationibus quibus opinio Mart. à Dd. confutatur, posset etiam responderi argumentis nouissimè deductis. in consil. quod mihi nuper exhibitum est, in quo Martini opinio adstruitur, tamen particulariter etiam respondebo. Et in primis non distat gloss. in dict. §. quinetiam. dum dicit, fœminam non admitti, donec masculus superest, quasi sentiat mortuo masculo admitti: quia debet gloss. intelligi ne contradicat textui: sentit enim mortuo masculo admitti, quando talis masculus est mortuus viuo stipulatore, vel incontinenti post, vt seipsum declarat. Nec ab hoc intellectu dissidet ibi Iac. de Belui. nisi quod limitat illum tex. in feudo conditionali dato ad certum seruitium, non autem in feudo simplici, vt est casus noster, & verba Iacob. ibi formaliter refert Alua. rot. quæ nullo modo contradicunt nostræ sententiæ, licet Martinus de Laude aliter retulerit, & non ex fide, & dictam limitationem Iacobi improbat Alex. consi. ix. ponderatis, in v. volum. Non obstat, quod Præpos. in cap. j. de eo qui sibi, vel suis hæred. &c. dicit, quod quando feudum est acquisitum pro se, & hæredibus suis masculis & fœminis, non differt ab acquisitione facta in casu illius textus, qui est, quando acquiritur pro se & masculis, & ijs deficientibus, pro fœmina. Nam respondeo hoc esse verum, quantum sit respectu illius textus, quo quæritur, quando feudum propter non existentiam masculorum deuenit ad fœminam, quæ decessit, relicto masculo & fœmina, & masculus præferatur, intelligitur enim secundum textum quem allegat in d.§. quinetiam. scilicet propter non existentiam masculorum qui petierant viuo stipulatore, vel incontinenti post, & ita intelligitur secundum tex. quem allegat, vt in simili per Bar. in l. non solum.§. liberationis verba. ff. de lib. leg. secus si perissent ex interuallo: tunc enim est magna differentia. Virtus enim clausulæ suspensiuæ facit fœminas admitti, vt supra dixi, quod non esset sublata dicta clausula, quo casu fœminæ vlterius non admitterentur, vt dicitur in d.§.quinetiam. & tradit ibi clarè Bal. non obstat, quod tex. in d.§.quinetiam. non loquitur in casu nostro: quia ibi forma inuestituræ erat concepta, vt descendentes masculi, & fœminæ illud habere possint: vnde soror non admittitur mortuo fratre: quia succederet illi non tanquã descendens, sed tanquã collateralis, vt dicit Andr. de Iser. in casu verò nostro non est dictio, descendes, & sic meritò debet admitti. Respondeo, ille tex. probat à fortiori, vt supra dixi, & procedit etiam si dictio, descendens, non est apposita, vt dicit Præpos. in d.c.j. in prin. de eo qui sibi vel suis hæred. quia omninò illa dictio semper subintelligitur, nõ enim potuit, nec voluit pater stipulari, nisi suis descendentibus, & in feudis deuoluitur successio non nisi ab eo, qui vltimo loco decedit: sed vigore concessionis illi factæ, qui primò impetrauit. gloss. ca. j. §. cum verò Coradus. qui feud. dar. pos. Bar. in auth. post fratres. secunda. C. de legit. hæred. & tamen ibi est textus, quod soror non admittitur ex quo semel fuit exclusa: quia verba inuestituræ intelliguntur de primo actu si decedat stipulator non relictis masculis, vt suprà dixi. & ita tenent omnes. in d.§. quinetiam. excepto Martino Laudensi. vt dixi: & licet domina Ioanna fuerit hæres d. Francisci, primi acquisitoris: tamen non in feudo, ad quod non potuit admitti existentibus masculis, propter naturam feudi. d.§. quinetiam. d. cap. j. Et nihil refert, quod tex. in dict. §. quinetiam. habeat plures intellectus, quia verba literæ sunt clarissima, ibi, vlteriùs non admittatur, & doctrina Bar. in l. ambiguo. de reb. dub. procedit, quando nullus est communis intellectus, aut verba non sunt clara, quod non est in casu nostro: & puto, quod Mart. de Laude. & dominus consulens non habuerit in textu suo illam dictionem, vlteriùs, aut non aduerterint ad eam, aliòquin non dixissent, quod verum est quod fœmina non admittitur viuente masculo, sed bene illo defuncto, quod est falsum. & contra illum tex. in illo verbo, vlteriùs. Non obstat rursus, quod istud feudum fuit pretio emptum à quibusdam de Percellinis. vnde tex. in d.§. quinetiam. non debet procedere in feudo empto: quia in tali admittuntur etiam fœminæ, secundum Alexand. in l. vtrum. de verb. oblig. Corn. consi. xvj. volum. j. Dec. consil. ccviij. cclxxxx. lib. ij. Respondeo siquidem istud procederet, si esset emptum à domino, seu ab ipso episcopo, sed ista emptio à tertio facta, nihil nocet domino, & respectu domini censetur vetus & proprium feudum, vt sentit Alber. Brun. d. consilio cviij. versi.

irent etiam non dicitur, imò hoc facit deteriorem A
conditionem valsalli, qui asserit se emisse à Percil-
linis non apparet de consensu domini, cui ius per
alienationem esset acquisitum, de prohibita feud.
alien. per Frider. in vsibus feud. & per Franc. Cur.
Seniorem consi. xlviij. Præterea etiam in feudo
empto attendendum est ad tenorem inuestituræ,
secundum Abb. consi. xxxvj. in j. volum. Alber.
9 Brun. consi. lxxiij. versi. ad tertium. tenor †autem
est talis, vt perpetuò excludat fœminam, iam se-
mel à masculo exclusam. d. §. quinetiã. Non obstat B
10 vltimò, quod domina Ioanna †fuerit inuestita viu-
entibus fratribus, & illis citatis, &c. Nam respon-
deo, quod talis inuestitura de re ad masculos per-
tinente non potuit fieri, & nihil valet, nisi facta es-
set cõditionaliter, in casu quo feudum aperiretur
domino, quo casu adhuc successor in episcopatu
non tenetur habere ratam illam, nisi dicta Ioanna
consentientibus fratribus fuisset in possessionem
missa, vt est rex. in ca. qui succes. feud. dare teneã-
tur. Sed in casu nostro plura requisita non inter- S
uenerunt: in primis inuestitura non conditio-
nalis, sed pura & de iure præsenti fuit, cùm ta-
men nullum ius de præsenti esset. dict. §. quinc-
tiam. Deinde dicta, d. Ioanna non habuit consen-
sum fratrum, qui quamuis citati potuerunt non
comparere, quia sciebat ius suum saluum esse. l.
sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hy-
po. sol. & in simili per Paul. de Cast. consi. clxxxxv.
visis & consideratis omnibus. in j. vol. versi. nec
sibi præiudicauit: & quia alius fuit necessarius con
sensus expressus, vt dicit ibi Aluaro. in vlt. quæst.
Tandem nec dicta Ioanna vnquam fuit missa in
possessionem dicti feudi, vt mihi præsupponitur
in facto, licet in consilio contraria aliud dicatur.
Sed quicquid sit, suprascripta sufficiunt ad exclu-
sionem dictæ mulieris, vt feudum censeatur reuer-
sum ad ecclesiam Vincentinam. Et hæc omnia sal-
uo semper saniore iudicio.

CONSILII XI. SVMMÆ. E

1 *Legitimatos & arrogatos beneficio principis in feudis succedere.*
2 *Naturales non succedere in feudis, est de iure positiuo introducto per consuetudinem feudorum.*
3 *Naturales per viam adoptionis non traduci ad legitima iura, est de iure positiuo.*
4 *Imperator ea quæ sunt iuris positiui arbitratu suo potest tollere.*
5 *Concessio facta in magnum præiudicium tertij non valet* F
secus si præiudicium non sit considerabile.
6 *Pater potest præiudicare filio.*
7 *Citandi non sunt, qui nõ habent ius probabile de præsenti.*
8 *Legitimationem immediato domino ex causis præiudicare, & ibi plures enumerantur.*
9 *Legitimare naturales ad feuda, non est nouas personas aduersus naturam feudi inducere, sed potiùs impedimentum maculæ simpliciter tollere.*
10 *Fiscus ad bona vacantia vltimo loco vocatur.*
11 *Imperator non dicitur præiudicare alteri, nisi ex certa* G
scientia.
12 *Reseruationis iuris quod competit sensus.*
13 *Verbum præsentis temporis, non debet trahi ad futurum.*
14 *Imperator licet posit declarare mentem suam, & valeat talis declaratio, tamen illud est verum, nisi iam ius esset quæsitum parti, quia non potest ei auferri sub prætextu declarationis, quando verba erant clara in fauorem eius, cui ius est quæsitum.*
15 *Verbum legitimè descendentibus vis.*
16 *Surreptio in substantialibus infirmat gratiam.*
17 *Verbum decernimus ex se competit rescripto declaratorio, maxime si subiecta materia suaderet.*
18 *Reseruare ius quod competit alicui, intelligi debet de competenti, nunc de præsenti, non autem de competituro.*
19 *Verba ius quæsitum quid denotent.*

IN quæstione proposita tam diffusè & subtiliter in quæstione allegarum est à clarissimis subsignatis Calorio, & Cor-
ta, vt in eorum sententiam statim de- Ba
buerim accedere, & sola subscriptione esse contẽ-
tus: sed tamen vt melius satisfaciam magnificis i-
stis clientibus saltem pauca scribere decreui. Et
puto omninò sentiendum esse pro istis † legitima- 1
tis, seu arrogatis, vt possint admitti ad bona feu-
dalia, propter expressam mentem Cæsareæ maie-
statis, de qua constat in priuilegio amplissimis
clausulis concepto, & quidem geminato. Quod e-
nim naturales non succedant in feudis, iuxta §. na-
turales, † si de feu. defunct. cont. istud est de iure 2
positiuo, introducto per consuetudinem feudorũ:
sicut etiam quod naturales † per viam adoptionis 3
non traducantur ad legitima iura, pariformiter est
iuris † positiui. l. legem Anastasij. C. de nat. lib. vn- 4
de potest per Imperatorem talis dispositio arbitra
tu suo tolli, vel temperari, maximè accedente clau
sula, supremæ potestatis, de cuius efficacia sunt
plena consilia Modernorum. Non obstat quod ta-
lis concessio † censeatur in præiudicium tertij, id 5
D est, istorum agnatorum, qui ipsi admitterentur:
quia respondeo duobus modis. Primò, q. istud præ
iudicium non est considerabile: agnati enim cape
rent istud feudum à principe per mortis causa ca-
pionem: scilicet per mortẽ dominorum Baptistæ
& Georgij, secundùm Bar. in l. si mihi, & Titio. ff.
de verb. oblig. vbi alij sequuntur naturam autem
huius capionis est, vt sit ad libitum reuocabilis. &
ideò de consensu Principis, potuerunt isti adoptã-
tes præiudicare istis agnatis in feudis, secundùm
E And. de Isern. in c. j. de alien. feud. pat. & Prepos.
in ca. j. in prin. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi
loquuntur etiam in fortioribus terminis, vt pater
† possit præiudicare filio multo magis agnato vl- 6
tra quartum gradum. Secundò respondeo, quod 7
verba priuilegij sunt clara, quemadmodum sim-
pliciter istos legitimatos habilitat, non obstante
prole illegitima, & existentia agnatorum, quibus
nullum adhuc ius competit. Cùm enim istud ius
agnatorum sit condirionale, vtpote proueniens
post mortem duntaxat legitimantium, non dicun
tur agnati habere ius aliquod quęsitum, nec eis cõ
petere, secundùm doctri. Bart. in l. is potest. ff. de
acquiren. hæred. & q. not. Bar. & alij in l. Gallus. §.
& quid si tantum. ff. de lib. & posth. vbi concludit
non esse citandos, † quia non habent ius probabi- 7
le de præsenti. Gomesius in reg. cancell. de nõ tol-
lendo communiter quæsito. q. xvj. cum similibus.
Non obstat aliud obiectum dum dicitur, quod i-
stud tenderet in præiudiciũ Illustrissimi Marchio-
nis ad quem finita linea, feudum deuolueretur: &
quia sequeretur, quod Marchio haberet vasallum
qui per inuestituram non esset vocatus. Nec vide-
tur fuisse mens Imperatoris derogare iuribus do-
mini Marchionis, cùm & narratum non sit, quod
isti vasalli haberent do. Marchionem, immediatũ
dominum. Nam ad ista omnia respondetur, quod
illa opinio quæ fuit Salic. in authen. item si quis.
C. de naturalib. libe. quod talis legitimatio † non 8
extendatur ad præiudicium domini immediati,
est

est periculosa, & contrarium consuluit Curt. Iun. A consil. j. nu. xxx. & clvij. num. xxiiij. & Soci. inter consilia Brun. consi. x. & sentit Alexan. consi. ij. volum. j. & est contra mentem glossæ, & cæterorum scribentium in d. §. naturales. Et etiamsi sit vera dicta opinio, tamen debet limitari per alias regulas magis speciales in hac materia. Et primò, vt non procedat, nisi quando ipse immediatus dominus hoc allegaret: quia facultas de hoc opponendi nõ debet competere tertio, iuxta gl. in l. his consequẽter. in princip. ff. famil. ercis. & quæ not. And. Sic. B in rub. extra, de succes. ab intest. Alex. consi. ccviiij. lib. vj. & cxxvj. in vij. Secundò, vt non procedat, quando subest alia persona, quæ præteritur, ipsi domino immediato, quia tunc non videtur interesse domini. l. lex vectigali. ff. de pig. saltem durante iure illius, per ea quę habentur in l. & in prouinciali. C. de seruit. & interim mutatio personæ vasalli nõ censetur præiudicialis domino. c. j. §. rursus. vbi doc. quib. mod. feud. amit. & quod in casu fortiore dicitur in c. j. de controuer. inter vas. & alium. C Tertiò, vt non procedat, quando Princeps vius esset clausula, plenitudinis potestatis, tunc enim nõ consideratur prejudicium interioris domini: quia tali clausulæ nihil potest aduersari, vt in simili per Io. de Ana. consi. lxxxj. Soci. consi. iiij. in iij. volu. cum similibus. Quartò, vt non procedat, quando ipsemet Imperator legitimauit, quia Alex. consi. lx. visa legitimatione lib. ij. qui sequitur hãc opin. Salic. loquitur quãdo Comes Palatinus legitimauerat, qui non habebit facultatem derogandi qualicunque iuri ipsius domini immediati: sentiens D aliud esse in ipso Imperatore, secundum Cur. in d. consi. clvij. nu. xxiiij. Quintò, vt non procedat quando ille immediatus dominus esset feudatarius ipsius Imperatoris, respectu castrorum, de quibus agitur, cum enim in inuestitura illi facta, censeatur Imperator reseruasse ea, quæ concernunt superioritatem, & quæ sibi competunt in signum supremæ potestatis. c. quod translationem. extra, de offi. leg. c. quod sedes. vbi Felin. de offi. ordin. E sicut est ius legitimandi, secundùm doc. in l. Imperium. ff. de iur. omn. iud. & per Alex. in l. j. & seq. ff. de offi. eius cui mand. consequens est vt possit
9 ad ea feuda legitimare, † etiam naturales, quia istud non est nouas personas aduersus naturã feudi inducere, sed potiùs impedimentum maculæ simpliciter tollere. l. quæris. ff. de natalib. restit. per Cur. Iun. d. consi. j. num. xx. cum similib. Et ideo, vt suprà dixi, non est considerabile istud interesse domini immediati: quia non noua persona inducitur, sed solùm impedimentum maculæ F aboletur: aliâs non posset neque Imperator legi-
10 timare quoad allodialia: quia † fiscus istius immediati domini, qui vltimo loco vocatur ad bona vacantia, secundùm l. j. ff. de iure fisc. posset in hoc prætendere interesse cum excluderetur ab isto legitimato, quod tamen est falsum. d. l. quæris.
11 Nec obstat, quod non videtur Imperator † præiudicare dicto domino immediato, ex quo nesciebat dicta feuda illi subiecta. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. Nam respondeo, quod satis sciebat ad se immediatè non pertinere, sed ad alium, & istud sufficit: quia in facto proprio, &c. l. si. ff. pro suo. vbi not. Item cùm tractetur de solo impedimento amouendo, id est, sublatione maculæ, non erat necessaria alia expressio, & satis ista obiectio tollitur supradictis, de quibus, & aliis diffusè & eleganter scriptum est per præstantissimos aduocatos, in quorum sententiam & ipse trãs-

eò. Nec obstat, quod per nouissimas literas ad petitionem agnatorum Cęsarea maiestas declarauerit, per prædictam legitimationem, agnatis in 12
suo iure quod illi competit in feudis prænarratis, derogatum non esse, sed tale ius saluum & illęsum permanere. Nam ad istud dictum respondetur pluribus modis. Primo, quod istæ literæ non sunt contrariæ primis, & vt hæ literæ habeant simplicem declarationem, prout in eis dicitur, non autem correctionem, debẽt intelligi de iure si quod illis competet de præsenti, tum quia ita erat expresse dictum in primis literis: tum quia verbum 13
† competit, est præsentis temporis, nec debet tra hi ad futurum, sed comprehendere duntaxat ius re competens, vt dixi, non spe, quę ad futurũ pertinet. l. si stipulatus fuerim illud. §. cùm stipulamur. l. si à colono. ff. de verb. oblig. vbi doct. & facit gloss. in ca. fi. de concess. præb. lib. vj. Secundò, quia si aliter diceremus, non valerent hę postremę literæ, quia licet Cæsarea maiestas posit † declarare mentem suam, & valet talis declaratio: tamen 14
istud est verum, nisi iam ius esset quæsitum parti: quia non potest ei auferri sub prætextu declarationis, quando verba erant clara in fauorem eius, cui ius est quæsitum. secundùm Paul. de Ca. in l. hæredes palàm. §. si quid. de test. & cõs. cccxxxviij. incip. quia exceptiones. in fi. vol. j. Ancha. consil. cccxcviij. Felin. c. cùm olim. extra, de re iud. & in c. si quando. de rescrip. Soci. consi. cclx. in causa. Dec. l. edita. nu. xlix. C. de æden. in l. j. C. de impub. in c. fi. de constit. & in l. edita. respondet ad consilium Ange. cclxxiij. quod procedit in beneficialibus, quæ sunt manualia pontifici, secùs in casu nostro in feudis, quæ debentur per viam contractus. c. j. extra, de probat. Tertio, quod videntur hæ nouissimæ literæ esse subreptitiæ, cùm supplicauerint agnati, quod inuestituræ veteres erãt pro agnatis legitimè descendentibus † à primo sti- 15
pite inuestito: & tamen istud est falsum, quia inuestituræ veteres solùm sunt pro hæredibus, vel pro hæredibus masculis: & magna est differentia, quãdo dictum esset, legitimè descendentibus: quia tũc naturales etiam persequens matrimonium legitimati excluderentur, secundùm Alexan. consil. v. in vij. vol. vnde cum ista subreptio sit † insubstan- 16
tialibus, infirmat prorsus has secundas literas, secundùm c. postulasti. cum ibi not. per doc. de rescrip. Quartò respondeo, quod mens Cæsaris omninò fuit reseruare istis agnatis ius in re presens tantum, non autem quod spe competeret: quod probatur ex eo, quod vbique procedit per viam declarationis, non autem correctionis, vt suprà dixi. Et quia ad interrogationem partis petentis, quod iuri agnatorum in spe probabili & considerabili consistenti non præiudicetur, respondet & ordinat, quod non præiudicetur in iure quod eis competit, vnde satis innuit prejudicari in eo quod non competit, sed in spe tantum est. Et in simili per Bald. in l. si cui. ff. de leg. j. Matth. not. xxxiij. Specul. tit. de positionibus. §. vij. versic. vj. Aret. l. gerit. de acqui. hæred. Corn. consil. cviij. in j. & facit tex. in cap. nónne. cùm ibi not. extra, de presump. & licet dicat, decernimus, & declaramus, &c. tamen copula ibi stat pro. j. & sic pro expositiua. gloss. in l. ij. ff. ad leg. Aquil. gloss. & doc. in l. vbi pactum. C. de transact. quamuis etiam verbum, † decernimus, ex se competat rescripto de- 17
claratorio tantùm. ca. ad audientiam. vbi Host. & Card. extra, de cler. non resid. ca. decernimus. vbi Ripa j. not. extra, de iudi. maximè si subiecta ma-

BIU Cujas

teria hoc fuadeat per Abb. & Can. in c. nam concupiſcentiam de conſtit. Quintò reſpondeo, quod etiam intelligendo literas haſce vltimas prout iacent, nihil adiuuãt iſtos agnatos, quia Imperator re-
18 ſeruat ius quod illis competit, † quæ verba non verificantur in iure quod in ſpe duraxat eſt, etiamſi ſpes ſit probabilis, quia ius conditionale, nõ dicitur ius competens, ſed competiturum lege, ſi ita ſcripſiſſet. de legat. ij. & per multa tradit Ludouic. Rom. conſil. clvj. inci. approbo ſententias. quem ſequitur Felin. in ca. ſuper literis. de reſcrip. facit deciſio do. de Rot. xx. in tit. de præben. in nouis. incipien. item ſuppoſito. verſicu. ſecundo prin-
19 cipaliter. illa enim verba, † ius quæſitum, vel ius quod competit, non de ſpe intelliguntur, ſed de re, & perfecta acquiſitione, ſecundum Aegid. conſi. xxxiij. in vij. dubio. & deciſ. cccccccxxxviiij. Socin. conſi. lxxxvij. nu. xxv. in iij. Bartol. Caſſan. conſi. lvij. licet quantum ſit ad mentionem de tali iure faciendam, aliud ſit, ſecundum Aret. conſilio clxvj. magnifici & excelſi. ne reſcriptum cenſeatur ſubreptitium, circa quod multa poſſent dici, ſed iſta videntur ſufficere. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONS. XII. SVMMÆ.

1. *Fœminæ in bonis allodialibus patris & fratris reſeruantur.*
2. *Fœminæ remedium poſſeſſorium etiam ab inteſtato adipiſcendæ poſſeßionis cauſa obtinent.*
3. *Fœminæ ponuntur in poſſeßione, licet agnatus alleget bona eſſe feudalia.*
4. *In petitorio agnatus dicens bona eſſe feudalia, habet hoc probare, & quod ſint talis conditionis, vt in fœminas tranſire non poßint.*
5. *Bona præſumuntur potiùs allodialia, quàm feudalia.*
6. *In claris non eſt opus coniecturis.*
7. *Princeps quando dicit: do no tibi tale caſtrum non cenſetur dare iure feudi, ſed ſimplicis donationis, & meræ liberalitatis.*
8. *Princeps donans, ſi dixerit ſe dare in remunerationem fidei præſtitæ, hæc verba non inferunt, quod res donata ſit feudum, & quare.*
9. *In dubio facienda eſt talis interpretatio vt contractus cum Principe geſtus pleniùs & fauorabiliùs accipiatur.*
10. *Ius commune in ſucceßionibus non conſtituit differentiam inter mares & fœminas.*
11. *In iuriſdictionibus & dignitatibus præſumptio eſt, quòd ſint potius feudales, quàm allodiales, & quare.*
12. *Fœmina licet ſit excluſa à ſucceßione patris per ſtatutum tamen deinde poteſt admitti, tanquam hæres fratris.*
13. *Acquiritur alteri per traditionem ſecuta ratificatione.*
14. *C. j. de duobus fratr. limit. plur. modis.*
15. *Renouatio actus, intelligitur ſecundùm naturam præcedentis, niſi expreßè actum ſit contrarium.*
16. *Exactura inueſtituræ cognoſcitur an ſit noua inueſtitura, vel renouatio antiquæ.*
17. *Natura feudorum eſt, quod fœminæ excludantur, & de maſculis tantùm intelligatur.*
18. *Dictio hæredes quid importet.*



Aliis videtur clarus caſus præſens de quo agitur, & nihilominus adeò diffuſa per tres excellentes Iuriſconſultos fuit diſputatus, vt eorum ſcripta addere, nihil aliud ſit quàm in ſyluam ligna deferre. Acquieſco ergo ſententiæ eorum, quod filiæ Comitis Antonii de Vrbino, † habeant meliorem cauſam in portione patris ſui & fratris Nicolai, quã aduerſarij; habent enim fundatam intentionem de iure communi, vt ſuccedat patri, item que fratri ſuo, ſecundùm authenti. ceſſante. C. de legit. hæred. & remedium poſſeſſorium etiam ab inteſtato adipiſcendæ † poſſeſſionis cauſa obtineant, iuxta l. j. vbi Bart. & quorum bon. idque † quamuis ſint fœminæ, & agnatus alleget bona eſſe feudalia, nihilominus ponentur in poſſeſſione, ſecundum tex. in c. j. §. j. ſi de feud. def. conten. ſit. vbi doct. per Alexan. in l. ſi. C. de edict. diui Adria. tollen. In iudicio verò † petitorio, neceſſe habebit agnatus probare, quod talia bona ſint feudalia, & talis conditionis, vt in fœminas tranſire non poſſint, quod minimè facere poterit: tum quia ipſe habent præſumptionem legis pro ſe, quæ eſt, quod bona † præſumuntur potiùs allodialia, & libera quàm feudalia, per regulam l. altius. C. de ſeruit. & quod not. Hoſtien. & Io. And. in c. ſi. de iudi. in c. nimis. de iureiuran. vbi Anton. de Burr. & alij, Iaſ. in l. ſi prius. de ope. no. nun. Alexan. conſil. xv. in v. Dec. conſil. cccxcviij. cum ſimilibus. tum etiam quia ex inſtrumentis in cauſa productis apparet, quod talia bona partim habentur titulo emptionis, partim titulo donationis, & in † claris nõ eſt opus coniecturis, nec eſt facilè quærendus nodus in ſcirpo. & conſtat, quod quando Princeps † dicit, dono tibi tale caſtrum, &c. non cenſetur iure feudi dare, ſed ſimplicis donationis, & meræ liberalitatis, ſecundùm Andr. de Iſern. Martin. de Laud. Card. & aliis, in c. j. in fi. in quibus cauſ. feud. amit. Et licet † dixerit ſe dare in remunerationẽ fidei præſtitæ, & vt in ea perſeueret: tamen iſta verba nihil inferunt ad feudum, cùm fides ſit præſtanda etiam à ſimpliciter ſubiectis, quamuis feudum non habeant, ſecundùm Bart. in extrauag. reprimendum in gloſſ. iij. & facit quod not. Paul. Caſt. conſi. xvj. Corn. conſil. xvj. in j. Dec. ccccxiij. Iaſ. in rubri. feud. ſicut nec illa verba, quod remaneát ſub protectione Ducis, & ſint commendati, & habeant dependentiam ab eo. l. non dubito. in fi. de capti. c. accepimus. extra, de priuileg. c. ad audiẽtiam. vbi doc. extra, de appel. per Bar. in j. conſtit. digeſt. Et in dubio facienda eſt talis † interpretatio, vt contractus cum Principe geſtus plenius & fauorabilius accipiatur, ſecundum Docto. in d. §. j. in quibus cauſ. feu. amit. & in caſu magis dubitabili, quod tamen ſit ſimplex donatio, non feudi datio, conſuluit Oldra. in allegato conſ. clix. quem refert & ſequitur Alberi. de Roſ. in rub. C. de donat. ſequitur etiam Bald. in prohi. feud. & ibidẽ Claudius de Aquis, & Franciſcus Cur. in trac. Alexand. conſ. xxiiij. in quinto. Dec. cõſ. xxxij. ccviij. cclxix. cccxc. Cùm ergo hęc bõa tranſierint per viam donationis, apparet eſſe allodialia, & nõ feudalia, & ideò defertur in eis ſucceſsio, non ſecundũ naturã feudorum, ſed potiùs ſecundum ius † commune, q̃ diſſentiam non conſtituit inter mares, & fœminas. l. maximum vitium. C. de libe. præterit. meritò igitur in caſu noſtro, ſuccedent in iis caſtris hæ ſorores, prout in ſimili tradit Angel. conſil. ccxlij. Bal. conſ. cccj. in bonis. lib. iij. & ſentit Card. cõſ. lxiiij. in princ. & Decius in conſiliis ſuprà allegatis, vt fuit diffusè ſcriptum per dominos conſulentes. Nec obſtat, quod quicquid ſit in aliis rebus videtur, quod in † iuriſdictionibus, & dignitatibus præſumptio ſit, q̃ ſint potius feudales, quàm allodiales, cum reſpectu iuriſdictionũ fundata ſit Principis intentio in toto territorio, argu. cap. ſi diligenti. extra, de præſcrip. vbi Abb. in princip. & per Bald. in c. cum venerabilis. eod. tit. idque ſatis

ſenſit

sentit Anto. de Butr. & Abb. in d. cap. nimis. extra, de iureiuran. Nam respondeo, quod possent istæ procedere in dubio, sed verba donationis, & venditionis sunt clara. quod princeps sibi non reseruauit ius vasallitium: sed dedit ad eius proprium, liberum, &c. cum clausula, ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum, &c. Nec obst. si diceretur, quod verba contractus sunt, vt dicta bona non possint transferri in alium, nisi in ipsos emptores, & descendentes tantùm, &c. vnde videtur permissa dũtaxat successio, ex gradu descendentium: sed istæ sorores videntur succedere ex gradu transuersali: quia Nicolaus successit Anto. patri tanquam masculus, ipse verò sorores succedunt Nicolao fratri, & sic transuersali: quod facere non videntur posse, propter verba conuentionis. de quo est tex. in cap. j. §. quinetiam. Episco. vel Abb. vbi doc. in vsibus feudorum. Cald. consi. iiij. intentio. de feud. Paul. de Cast. consilio clxxxxj. visis & diligenter. in ij. Nam respondeo, quod etiam hoc argumentum posset procedere in feudo vero & simplici, prout loquitur tex. in d. §. quinetiam. sed in re allodiali, vel in feudo empto non procederet: in allodialibus enim licet fœmina †sit exclusa successione patris per statutum: tamen deinde potest admitti tanquam hæres fratris vt tenent omnes in l. j. §. veteres. ff. de acquir. possessio. facit quod not. Fulg. consil. xij. Præterea etiam in feudis certum est, ius deferri non vigore successionis ab eo, qui vltimo loco decessit, sed vigore concessionis illi factę qui primus impetrauit, secundùm Bart. in authen. post fratres. ij. C. de leg. hæred. gloss. c. j. §. cum verò Conradus. q feud. dare possunt. sed illi primò istæ mulieres sunt descendentes, non autem collaterales. Nec obstat vltimò, quod aliqua ex istis bonis non sint allodialia, sed emphyteutica ecclesiæ: quia respondeo, in iis attendendum esse ad formam inuestituræ, quæ est, quod inuestita fuit do. Perablanca pro se in eius vitæ tãtum, & Iulius posthumus eius filius, pro se & vice, & nomine Comitis Antonij fratris absentis, notario vt publicæ personæ pro eo recipiente, & pronorum & cuiuslibet filiis, & nepotibus masculis, vsque in tertiam generationem, ita quod pars præmorientium in superuiuentes deueniat, & accrescat, & masculis filiis, & nepotibus prædictis deficientibus, & non existentibus, ex nunc recipientibus & stipulantibus pro filiabus & nepotibus ex ipsis, & eorum quolibet per lineã fœmininam, &c. Et in primis dico, quod potuit notarius, & etiam frater, stipulari Antonio fratri, istam emphyteusim, cum in casu nostro accesserit actus naturalis, id est, traditio, per quam secuta †ratificatione, alteri quæri potest. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquiren. rer. domi. l. certi condictio. §. pen. si certum petat. maximè per notariũ, de quo in l. j. ff. rem pup. sal. for. nam & idem videmus in feudo, quod quis sibi & fratri suo fuerit stipulatus. cap. j. de benefic. fratr. cap. j. de feud. March. ca. j. in fi. de succes. feud. in vsibus feudo. & tradunt Doctor. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. Rursus dico, quod in tali inuestitura pluralitas resoluitur in suas singularitates, vt perinde sit, ac si quilibet frater ea forma sibi, & suis descendentibus stipulatus esset secundùm Bartol. in l. si mihi & Titio. versicul. sed quando conceditur. ff. de verb. oblig. quem ibi sequitur Alexan. & in consilio ccliij. consideratis verbis. in secundo. & ideo cum amplius non extent masculi ex Antonio, admittentur fœminæ, quæ sunt ex linea Antonij, an

A tequam transeamus ad lineam Iulij, secundum Bald. in authen. qui rem. versi. in contrarium arguo. C. de sacrosan. eccle. & ita tenet Salic. in l. ij. quæst. xxiiij. C. de iure emphy. Rom. consilio xix. Fulg. ccxxxij. Alexand. consilio xvij. in secundo. cxix. in v. Corn. xxiiij. in ij. Et pro hoc est textus expressus in ca. j. de duobus fratribus. à capi. inuestit. vbi omnes feudistæ notant. Sed tamen adhuc superest aliqua difficultas, quia conclusio posita in d. ca. j. recipit aliquot notabiles limitationes, quæ videntur habere locum in casu nostro. 14
B Prima est limitatio, vt textus ille non procedat, quando emphyteusis prouenit ab vno, per tex. in ca. j. de eo qui sibi, & hæredi. mascul. & quod cõsuluit Paul. de Cast. consilio ccc. viso quodam in fi. & consilio cccxvj. suprascriptus dominus. in ij. volum. Corn. consilio xxiiij. in ij. volum. in casu autem nostro fuit acquisita, & stipulata per Iulium tantùm, &c. sed hoc habet facilem resolutionem: quia ratio limitationis est, quia respectu communis ascendentis qui stipulatus sit, sola attenditur
C ratio, quod masculi excludant fœminas, ex quo omnes sunt descendentes: sed in casu nostro, non ita est: quia quilibet videtur suos descendentes, quamuis fœminas, prætulisse descendentibus fratris sui, vt declarant prædicti doctores, maximè Corn. dict. consilio xxiiij. & non refert, quod ambo simul stipulati sint, vel vnus suo, & nomine fratris, qui deinde ratum habuerit, vt per Fulg. d. cõsil. ccxxxij. Alexan. consi. cxix. Secunda limitatio
D infertur ex præcedenti, quod tex. in d. ca. j. procedat prout loquitur in feudo nouo, secùs in feudo antiquo per suprascriptam rationem, vt declarat Paul. de Cast. dict. consilio cxcj. in secundo. ergo idem dicendum in emphyteusi: sed in casu nostro, ista emphyteusis videtur fuisse accepta iam antiquitus, & illa quam stipulatus est Comes Iulius, videtur potiùs fuisse quædam renouatio, quę semper intelligitur, †secundùm naturam præce- 15
dentis, nisi expresse actum sit contrarium. ca. j. in
E fi. de eo qui fin. facit agn. de feud. pat. & declarat Paul. in d. consil. Sed respondeo, quod imo non apparet, quod alia vnquam inuestitura accepta sit ab ecclesia, quam hæc de qua agitur, nec apparet quod aliud ius in personam aduersarij defenderit, quàm ex acquisitione Co. Iulij: limitatio autem procederet, si ius descenderet à communi ascendente aduersarij & istarum sororum, imo ex lectura inuestituræ satis cognoscitur, non †fuisse 16
renouationem antiquæ, sed nouam prorsus in-
F uestituram, de quo per Dec. consilio cccxc. cum concordant per d. consultorem allegaris. Tertia est limitatio, quam tenet Mart. de Laud. & Card. in d. c. j. de duobus fratri. à capitu. secundùm quã dicunt se consuluisse, quando feudum fuisset à duobus fratribus acceptum, pro se & descendentibus suis ita vt descendentes sui succedant: tunc enim masculus alterius, fœminam alterius excluderet, propter naturam feudorum, quæ †est vt in- 17
telligatur solum de masculis. cap. j. §. si clientu-
G lus. de alien. feu. Sed respondeo, quod hoc est quia suprascripto casu non fuit facta specialis mentio fœminarum, prout prædicti Docto. declarant, quod non est in casu nostro, in quo diserte actum est, quod fœminæ succedant post cuiuscunque ipsorum masculorum, vt suprà dixi. Quarta est limitatio, vt text. in d. cap. j. procedat in quo loquitur, quando feudum nouum est quæsitum duobus fratribus, quamdiu ipsi vel hæredes masculi, &c. tunc enim propter dictionem †hæredes, suc- 18

cedit ratio in textu posita, quod vnusquisque sibi, suisque hæredibus prospexisse videtur, &c. vnde secùs esset si dicti filii non essent hæredes, seu non succederent iure hæreditario. secundùm Iacob. Aluar. ibi, & sentit Socin. in lege, cum auus. q. viij. de condi. & demon. vnde cum emphyteusis ecclesiastica non deferatur iure hæreditario, secundum Bar. in lege, vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. videretur ei conclusioni non esse locum in casu nostro. Sed respondeo, quod imo illa dictio hæredibus, propter naturam feudorũ, intelligitur de hæredibus sanguinis, maximè propter adiectionem dictionis, masculis, de quo in cap. primo de eo qui sibi & hæred. mascul. & quæ habentur in lege, quod dicitur. ff. de verbo. oblig. in l. Gallus. §. etiam si. ff. de liberis & posthu. & semper subest illa ratio, quod quis videtur potius suis descendentibus acquirere quam aliis. dict. lege, cum auus. & potest stipulari pater filiis, etiamsi non sint hæredes, vt habetur in lege, quod dicitur & in emphyteusi ecclesiastica, quàm uis non deferatur iure hæreditario, fatentur omnes esse locum suprascriptæ conclusioni, vt per Alex. dict. consi. cxix. in v. cum simil. suprà allegatis. Nec conclusio Bald. in l. cum acutissimi. in fi. C. de fideicommis. quam ibi sequitur Ioan. Bapti. de S. Seuerino, quæstio. viij. & etiam sequitur Aluar. in d. ca. j. de eo qui sibi vel hæred. Ias. l. ij. C. de iure emphyt. quæst. xiij. obstat supradictæ responsioni, licet videatur ponere aliam limitationem ad d. c. j. de quo diffusè per dominos consulentes scriptum est, ideo vlterius non insisto, sed in eorum sententiam transeo: saluo semper iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

CONSILII XIII. SVMMA.

1 *Fœminæ arma ferre non possunt, nec ea facere, quæ continentur in forma fidelitatis.*
2 *Dictio quibuscunque est vniuersalis, nec debet restringi.*
3 *Dictio quibuscunque quandoque restrictionem recipit.*
4 *In dispositione hominis non est recedendum à proprietate verborum.*
5 *Iuri naturali nunquam censetur derogatum.*
6 *Fœminas in feudo ligio, deficientibus masculis, admitti.*
7 *Feudum emptum allodialia potius sapere.*
8 *Princeps si pro feudo recipiat pretium, etiam si vtatur verbo indulgemus, significat de feudo venditionem fecisse.*
9 *Nomen contractum à partibus positum, non est attendendum, sed quod verè actum est.*
10 *Absurdum est apud eundem rem & pretium remanere.*
11 *Verborum proprietati mens contrahentium assistit.*
12 *Fœminæ per lineam masculinam descendunt.*
13 *Posteriori inuestituris standum esse.*
14 *Inuestituræ primæ regulariter standum est, tamen id non procedit quoties communi consensu ab ea recessum fit.*
15 *Fœminæ sunt feudorum capaces.*
16 *Meliorationes hæredibus vasalli finito feudo restituũ.*

QVæritur nunquid Illustris. domina Ioãna Palauicina nupta illustrissimo Comiti Canelarum possit succedere fratri suo in Comitatu Stiponisij. Et videretur prima fronte dicendum quod non, propter regulam generalem, quod fœminæ excluduntur à successione feudorum. ca. j. §. & quia vidimus. qui feud. dare poss. cuius rei illa est ratio, secundum Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. quia † fœminæ arma ferre non possunt: nec ea facere quæ continentur in forma fidelitatis, de quo in ca. j. de form. fidel. cum tit. seq. & istud in casu nostro videretur tanto fortiùs dicendum, propter primam inuestituram de anno 1419. in qua apparet feudum concessum do. Rolando, & suis liberis masculis, &c. & per lineam masculinam descendentibus, quibus verbis satis apparet hoc actum fuisse, vt fœminæ à tali feudo excluderentur. ca. j. vbi Bald. de natu. feud. ca. j. quib. mod. feud. const. poss. cum simi. Et maximè quia in vltima inuestitura addita sunt verba, de more tamen patriæ, capacibus, &c. Vnde videntur excludi fœminæ, nisi quatenus extaret consuetudo, prout in regno Franciæ, & Siciliæ, quod etiam fœminæ admitterentur in defectu masculorum, secundum And. de Isern. Iac. de Belui. & Aluar. in d. §. & quia vidimus. Sed tamen istis non obstantibus, puto contrarium in casu nostro dicendum, & Illustrissimam dominam Ioannam admittendam, propter verba secundæ inuestituræ factæ in dominum Bartholomæum pro se suisque hæredibus, & successoribus vniuersis: & successiuè per alias inuestituras concessas pro se, & eorum hæredibus, & successoribus quibuscunque illa enim dictio, quibuscunque, tanquam † vniuersalis non restringitur ad habilitatem, & ideo etiam fœminæ debent admitti. l. j. §. permittitur. verb. qualemcunque successorem. ff. de aqua quotidiana, & æstiua. glos. iuncto text. in cle. j. de iudi. & ista videtur magis communis opin. vt propter talem dictionem, non fiat restrictio de habilitate, vt attestatur Ias. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & posth. vnde tali casu admitterentur etiam extranei, vel singulares successores. ca. j. de feudo non haben. propr. natu. Bal. in l. j. q. xxxiiij. ff. de rer. diuisio. in c. Imperialem. in princip. de prohib. feud. alien. per Frideri. vnde stante tali forma verborum potest feudum transmitti in extraneis: etiam per vim fideicommissi, secundùm Alexan. in l. si patroni. in princip. ff. ad Treb. & vt dixi ista est communis opinio, prout etiã attestatur Curt. Iun. in tracta. feud. parte tertia. q. penul. & Matth. de Affli. in c. j. §. donare, qualiter olim feudũ poter. alien. Albertus Brunus cons. x. & xiiij. Iacobinus in trac. feud. verbo. & cum pacto, quod de ipso feudo possit. & habetur in apostil. nouis ad consilium Alexand. xxxvij. in j. Et licet aliqui contradicant, imò sint inuicem sibi contrarij: tamen in iudicio non est recedendum à communi sententia: maximè cum ista sit extra difficultates quas ponunt contradictores, quorum aliqui dictas taxas dubitatiuè loquuntur, vt Bald. in dict. §. donare. & in l. cum virum. C. de fideicommiss. & Socin. in dict. §. etiam. vbi relinquit cogitandum. Curt. verò in dict. §. & Cur. Sen. consilio lxxxij. & Rub. consilio lxxxiij. non loquuntur in terminis nostris, in quibus concurrunt alia argumenta. Mouenturipsi, quia dictio, quibuscunque, recipit † restrictionem de habitatione. l. ij. §. proponit. verbo. quod ait prætor. ff. qui satisd. cog. ca. j. §. fi. de iureiurand. in vj. l. instrumenta. verb. quibuscunque. C. de fid. instru. & iure hastæ fiscæ. li. x. quod argumentum potest esse verum in dispositione legis, & ita loquuntur iura suprà allegata: non autem in dispositione † hominum, in qua non recedimus, à proprietate verborum. j. vt distinguit Ias. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. nouiu. & Cur. Iun. dict. q. per doctos suprà allegato. Addo ego, posse illud argumentum procedere, vel quando sequeretur duplex inconueniens, secundum Lud. Goza. consilio viij.

consi.cccix.in j. quando inhabilitas à iure naturali procederet: quia talis iuris nunquam censetur derogatum. l. proponatur. ff. de iur. doc. dixi in l. si filius familias. ff. si cert. pet. & in l. C. de iur. C. de iur. Sed fœminæ à feudis non excluduntur tum in successione naturali, sed duntaxat ex consuetudine quæ mutanda est, vt dixi. Nec debuit inducere differentia inter masculos & fœminas, cum maximum vitium. C. de liber. præter. Casu nostro, vt dixi, res est clarior, cum 6 concessum sit † feudum tanquam ligium, de cuius natura est, vt deficientibus masculis, succedat fœmina, secundum Alexandrum allegatum consi. xxx. iij. vol. per Speculat. de feud. §. quoniam. versicu. sed allegat tenax. significauit. extra, de rescript. Quæ sententia nostræ quæstioni videtur ve- 7 rior. Quæ enim hoc feudum fuerunt emptum mediantibus florenis mille. & non fit datum pro aliquo seruitio, stante dicta clausula, & quibuscunque successoribus, videtur omnino deficientibus masculis, fœminam excludendam non esse, secundum Odofr. quem refert Bald. in d. §. & quia vidimus. & in tit. de pac. constan. verba libellarium sequitur Corneus consil. xvj. in j. Decius cxvij. Cur. Sun. in d. iij. par. vers. c. sexto limitatur. vbi respondet rationibus Martini, Laudensis qui contrarium dicebat, & debet hoc feudum sapere naturam allodialem, propter pretium receptum æquipollens ipsi rei, pro quo est decisio Bal. in liqui se patris. C. vnde lib. vbi dicit, quod si princeps pro feudo recipiat pretium, quod † significat 8 vendicationem, etiamsi vteretur verbo *indulgemus*, quod habetur. C. de præd. curial. lib. x. & ideo non potest reuocare talem indulgentiam, nisi restituat pretium. quod maxime procedit in successione fœminæ, quia non subeunt, secundum Bart. ibi text. in l. filius puerum. ff. de obseq. patro. præstan. & idem tenent Moderni in capit. j. de nat. feud. in Vsib. feud. & pro hac sententia facit, quia non attendimus, ad nomen † contractus a partibus dictum: 9 sed potius ad quod actum est, vt si pretium intercesserit, dicatur venditio, licet partes aliter appellauerint. l. nisi ita. ff. de præscrib. verb. & quod notat Bartol. in l. j. §. j. ff. de superf. & nisi ita diceremus, casu nostro sequeretur magnum inconueniens, quod finita inuestitura dominus haberet pretium & præcium, quod iura reputant absurdum, vt habetur in dicto capitulo j. de nat. feud. & 10 in cap. j. in fin. qui feud. dar. poss. maxime cum pretium solutum sit correspondens alteri rei, secundum Bart. dicto §. j. de superf. nec posset probabiliter dici emptam esse spem & dubium euentum, iuxta l. emptorem. §. fin. & l. si iactum. ff. de act. empt. merito igitur fit interpretatio hoc casu, quod posset emptor disponere vel ex testamento, vel ab intestato, & in personas quæ alias non succederent, & verba illa, *quibuscunque successoribus*, simpliciter intelligantur: quia † pro- 11 prietas verborum hoc significat, cui & probabilis ratio concurrit. Et hoc tenendum, non obstat prima inuestitura: quia respondeo, quod illa verba inuestituræ, & ab eis per eam in- 12 scripta descendentibus, non excludunt huiusmodi propepetem, quia quamuis tenuata, tamen deficit descendens per lineam masculinam. l. Gallus. §. nunc de legat. 3. de liber. & posthum. vbi Bal. declarat. & idem in Vmarites. C. de procur. & in l. j. ver. si vero primo quæro. C. de iur. emphy. Et licet aliqua iura dicant, talem loquuntur in filia primogeniti, à quo incipit linea fœminina,

Conſ. Andr. Alc.

A nec minus pro vero, vel pronepte seu vlteriori, nō videtur esse aliqua dubitatio, secundum Alexan. cōsil. iiij. lib. vj. vers. fateor, quod si ex Gabriele. & c. quod est repetitum in consil. xlv. in iij. volum. & per eundem Alexan. consil. cxxv. in vij. Secundò respondeo, quod illa prima inuestitura est extincta & nouata per secundam de ann. 1464. in qua positæ sunt clausulæ longè efficaciores, & renuntiatum pactum luendi. Vnde † standum est huic 13 posteriori. c. j. de vasall. decrep. æta. vbi Iser. Iaſ. cō si. xxiiij. in ij. decis. Neap. cxij. Tertio rndeo, quod licet regulariter videatur standum primæ conuen tioni seu inuestituræ, c. j. vbi Bald. de eo qui sibi. 14 Dec. consi. clxxxv. tamen hoc non procedit quoties communi consensu ab ea recessum sit, quia tunc imputandum est domino qui aliam formam iuditxit. c. j. in fin. de eo qui fecit finem agn. Iaſon. d. consi. xxiiij. num. iiij. nisi quatenus error, vel metus probaretur, secundum Bald. in extrauag. de pac. const. verb. patronos. allegat 10. And. in ca. j. de præscript. in 6. in nouella. sed in casu nostro nullus error, vel metus interuenit: vide non est dubitandum, quin standum sit posterioribus inuestituris. Nec etiam ob. quod in vltima inuestitura, post dictionem, *quibuscunque*, adiectam sit de more tamen patriæ, capacibus: quia talis clausula, nō videtur excludere sororem: quia etiam mulieres † 15 sunt capaces feudorum, secundum Aud. de Iser. in d. §. & quia vidimus. & est tex. in cap. j. de benefic. fœm. in c. j. quem ad. feu. ad filiam pertin. in c. j. an masculus succedat vxori in benefi. cum similib. Et satis est, quod fœmina vocetur verbis generalibus secundum supradicta: quia si vocarent verbis specialibus res nullam prorsus difficultatem haberet. Non omitto tamen, quod finita inuestitura feudali per extinctam generationem, tenetur dns ad restitutionem † melioratiorum quas vasallus 16 in bonis feudalibus fecerit, & restituendæ sunt eius hæredibus, vt est tex. in c. j. §. si vasallus. in titu. hic habetur. Et deinde consu. regu. incip. vbi Bald. Alvarot. & cæteri, & per do. Guid. Pap q. clxix. vbi dicit ita etiam seruari de cōsuetudine. Et quia res non habet aliquam difficultatem vlterius non insisto. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

B

C

D

E

F

G

CONSILIVM SVMMÆ.

1 *Qualitatem subditi in vitam, adesse omnino necessarium, & quæ qualitatis sit habenda ratio.*

2 *Semel electus à principe, & cuius electio fuerit approbata, illi est acquisitum, non ab eo auferetur.*

3 *Hæredem etiam pro scripto & particulari accipiet.*

4 *Viventis non est hæres.*

5 *Quis est conditionem semel exortæ appropriatum habeat effectum.*

6 *Qualitas in oratione adiecta verbo quod significat actum disponendi, satis est illam qualitatem adesse cum sit disputatio licet non duret.*

VErba inuestituræ sunt, pro se, filiis & descendentibus masculis, &c. & in defectum filiorū masculorū, ex suis hæredibus, quem ipse ad hoc, infra annum à data præsentium numerandum, eligendum duxerit. Quæritur, facta electione de persona Comitis Iacobi, in tempore præfixo, & ea à Cesare approbata, an liceat nunc mutare sententiam, & ad quem ius deuoluatur. Et cùm verba clara sint, vt electio fiat ex vno † de hæredibus, oportet hanc qualitatem omnino ad- 18

BIU Cujas

esse secundùm doctri. Bart. in l. vt iurisiurãdi. §. si li- A
beri. ff. de ope. lib. quæ est communiter approbata, etiam per feudistas. And. de Iser. c. j. §. hoc quoque. de succesione feud. Iac. de Bel. & Aluar. in c. j. qui sibi & suis hæred. & consuluit Alexand. sæpissimè, vt in consi. cxiij. in iij. cxxiiij. in iiij. xix. in v. cum sim. Quo stante, si Comes Iacob. non sit hęres, tanquam defectus qualitate substantiali, non poterit admitti, nec quisquam alius: quia non nominatus intra præfixum tempus, & sic feudum ad dominium reuerteretur, vt tradit in simili Cur. in B
trac. feud. 1. parte q. viij. & sentit Decius consilio cccxc. Vnde potest Imperator tanquam dominus gratificari hac in re cui voluerit. capitu. j. quemad. feu. ad filiam perti. vbi Iac. de Bel. & Præpos. Alex. in fi. Sed tamen mihi verius videtur, quod ius Comitis Iacobi stet firmum, & immutabili, nec per pœnitentiam possit extingui, ex quo enim semel electus est; & electio à Cæsare approbata, ius ei est
2 †acquisitum. c. quod semel. c. mutare, de reg. iur. in vj. l. cuius. Item cur. fur. c. ii. de rescript. in vj. vbi do C
cto. quod amplius auferri, vel mutari non potest l. id quod nostrum. de regu. iur. l. j. §. videamus. C. de rei vxo. act. & in materia feudali est text. in c. j. de feud. successione. in prin. per Barto. in d. §. si liberi. Alexand. cons. cj. in v. Corn. cx. in iiij. & xxxvij. in v. Dec. cccixxxix. Vnde frustra fieret talis reuocatio, secundum Alexan. cons. cvij. in iiij. ccxxxix. in iij. dub. maximè cum dies certa esset adiecta, intra quam electio fuit facienda. l. Celsus. ff. de arbit. l. si sterilis in fin. de act. empt. Nec me mouet D
contraria ratio, quod iste non sit hæres, & consequenter in eo deficiat qualitas requisita, nam re-
3 spondeo, quod illa † dictio, *hæres, seu vnum ex hæredibus*, &c. non potest intelligi de vero hærede, cum viuentis non sit hæres. Bartol. in l. ex facto, versic. ij. casu. ff. de † vulg. Alexand. cons. penult. in v. in-
4 telligetur ergo de hærede, scilicet scripto, prout in l. si plures. j. vbi Rayn. ff. de vulg. & declarat Decius in l. j. versicu. quarto, & c. C. de impub. vnde sufficit quod semel fuerit scriptus, quia satis † est E
5 cõditionem semel euenisse, vt perpetuum habeat effectum. l. in substitutione. ff. de vulg. l. ex facto. in fin. cum gloss. ff. eo. titu. l. si quis hæredum. vbi omnes not. C. de instit. vel substi. l. hæc conditio, filiæ meæ. ff. de condi. & demon. Ale. cons. cccxlij. in iiij. & sufficiet, quod tempore nominationis dest[illegible] hæres esset, argum. l. si serua. ff. de iure dot. l. si rem. §. si cùm mihi de præscr. verbis. in glo. & quæ ibi intellexerint partes. dictum verbum, satis appareat, ex ipsa nominatione, & confirma- F
tione Cæsaris subsequuta. Præterea possunt illa verba intelligi, de hærede particulari, vt per Bart. de §. liberi. vt eo ipso, quod est nominatus, prout verè factum fuit. vnde satis verificata sunt verba. & pro hoc est doctrina Bart. in l. ex facto. in princ.
6 ff. de vulg. vbi quando qualitas † in oratione adiicitur, verbo, quod significat actum disponendi, satis est illam qualitatem tunc cùm fit dispositio adesse, licèt non duret. l. mela. in princ. ff. de alimentis & cibariis legatis. l. iij. ff. de auro & argento legato, arrõditur ergo volũtas quæ tunc fuit tempore illius dispositionis, nec ex post facto mutari potest, prout in simili dicit Bal. in l. in testamento. q. ix. C. de testamento mili. & ius ipsi Comiti Iacobus acquisitum, amplius etiam facto eligentis auferri ei non põt, secundùm Salic. & Aret. in simili in l. 4. C. de sacrosanct. eccle. Et ista mihi videtur verior opinio, saluo semper sapientiore iudicio.

CONS. XV. SVMMÆ

1 *Bona præsumuntur allodialia.*
2 *Ius clientelare est quædam species seruitutis.*
3 *Recognitio recognoscenti tantum nocet.*
4 *Res inter alios acta alios non præiudicat.*
5 *Nobiles solet allodialia à Principib. recognoscere, & quare.*
6 *Feudo hæreditario hæredes tantum succedere, & quomodo intelligatur.*
7 *Instituti in re certa censetur hæredes, vt possint habere feudum.*
8 *Præscriptione 40 annorum omnia sopiti.*
9 *In feudis annalis tacitumitas excludit negligentem.*

VIso consilio spectatissimi Iurisconsulti domini Bernardi Burgontij, fuissem simplici subscriptione contentus ne viderer contra vetus prouerbium, in syluam ligna deferre, adeo subtiliter & copiosè omnes articulos ille pertractauit: sed vt morẽ gererẽ cùm ipsi, cùm illustri Comiti, pro quo ipsi intercedit, existimaui operę pretium pauca q̃dam satis certa & clara, subiungere. Et in primis nõ arbitror istos Illustres dños Coregienses venire ex persona do. Manfredi senioris aui ipsorũ: quia cũ ipse fuerit cõfiscatus pp detrectationẽ fidelitatis, q̃ præstare debuit Duci Mediolani. iux. text. in c. j. §. j. q̃ sit prima cã benefi. amit. cũ ibi not. & quę not. in extrauag. ad reprimendũ. vbi Bar. in gl. iij. amisit ius suũ: & sententia contra eum lata per magistros ordinarios transiuit in iudicatum nec contra eam erat aliquod remedium, stantibus decretis & constitutionibus Ducalibus, quæ sunt adhuc in viridi obseruantia, & quæ puto exhibita esse in hoc iudicio, & de quibus diffusè allegatum est in d. consilio. Probabilior est allegatio istorum Coregiensium ex eo capite, quod vallis Campiginis videat esse feudalis, & isti sint in inuestitura vocati. Sed tñ obstant tria fundamenta, ex quibus apparet eos omninò reiiciendos, & Comitem sancti Vitalis absoluendum esse à petitis. Primum est fundamentum, quia non est probatũ dictam vallem, de qua agitur esse feudalem, præsumptio eñ est contra actores: quia bona † præsumunt allodialia, cùm ius clientelare, sit quædam
1 †species seruitutis. gl. in l. si vsusfructus. j. de vsufruc. c. nimis. vbi doct. de iureiu. c. si in verb. respõdere. vbi doc. de iud. Maximè cum appareat, de ista valle fuisse dispositum, & per Ducem Ferrariæ, & per Comit. Io. Galeaz alienando, donando, cõtrahendo, sicut de reliquis allodialibus. Nec obst. recognitio facta per dominum Mãfredum seniorem, versus Imperatorem Fridericum, quia hujusmodi † recognitio bonę probaret in fauorem domini, seu Imperatoris, contra ipsum Manfredum
3 recognoscentem, secundum not. per Bartol. in l. cum falsa. C. de iur. & facti ignor. Odofred. & Bal. in c. j. §. sacramentum. de consuet. rectè feud. Sed contra tertium, sicut erat Dux Galeaz, & Dux Ferrariæ, & habentes causam ab eis, talis cognitio nõ G
probat. l. censualis. l. si functiones. vbi Bald. C. de donatio inter vir. & vxor. Bald. cons. ccclxxviij. octo prætendens lib. j. Socin. cons. cclxxvj. lib. secũdo. Barba. cons. 50. illud afferam. libr. j. Corn. cons. 24. lib. iiij. Et licet etiam Nicolaus obtinuerit inuestituram ab Imperatore Maximiliano: tamen loquitur de feudalibus in genere, nec in ea fatetur, quòd vallis Campaginis sit feudalis. Et etiam si fateretur talis cõcessio nõ noceret ei, nisi respectu domini, non aũt aliorum, vt tradit Paul. Cast. & Areti. in l.

ri.in l.si aliquam rem. vbi dixi, de acquirenda pos-
4 sessione, quia res inter alios acta, &c. maximè cũ
per procuratorem impetrata sit inuestitura: vnde
confessio inde resultans, in alia causa domino nó
nocet, secundùm Iohannem Andreæ in c. per in-
quisitionem. de elec. quam sequuntur Modern. in
l.j. in fin. C. de reuendo. & solent nobiles etiam al
5 lodialia à recognoscere à principibus, vt quoties
opus est, possint vtiliore titulo seruari, non quod
velint hoc præiudicium inde generari: sed vt ab-
undantiore cautela sibi præuideant, pro quo est
tex. apertissimus. & rotund. cap. post electionem.
extra, de consuet. præbon. vbi Abb. & in cũm o-
lim. de re iud. Felin. cap. in nostra. de rescript. &
quod habetur in l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. leg. Se-
cundum fundamentum est, quia etiam si hæc val-
lis esset feudalis, non tamen possunt admitti Co-
regienses: quia in nouitura est accepta, pro se &
hæredibus legitimis, quibus verbis feudum cen-
6 setur esse hæreditarium, nec in eo admittuntur,
nisi qui sint hæredes, secundùm Andr. de Isern. in
c.j.§. hoc quoque. de succes. feud. Iac. de Beluis. &
Aluar. in d.c.j. de eo, qui sibi & suis hæredibus per
illos textus. & consuluit Alex. fæpissimè. & in cõs.
cxiij. in ij. cxxiiij. in iiij. & xix. in v. & Alber. Brun.
cons. ij. ix. & duobus seq. & Cur. Iun. cons. j. &
est conclusio certa & indubitata, quicquid distin-
guat Paul. de Cast. in d.l. si ex facto. §. fi. qui ipsi mu
tauit sententiam, & in l. si mihi & Titio, de verbo-
rum obligat. correxit seipsum, & tenuit quod i-
mo siue dictum sit, pro me & hæredibus, siue pro
me, filiis & hæredibus, semper necessarium sit fi-
lium esse hæredem, & ita tenuit in consil. xciij. in
fin. in ij. volum. incipien. in causa quæ vertitur. se-
cundum vlti. impressionem. & ita etiam tenuit
Lancell. Gall. in d.l. Gallus. §. j. versi. secundò li-
mitatur. vbi allegat etiam Ruynum in §. Cato. &
Decium cons. cxxij. Cùm ergo istud fundum sit
hæreditarium, oportet istos Coregienses esse hæ-
redes istius vltimi decedentis, qui cùm non pos-
sint esse: quia Comes Ioan. Galeaz decessit insti-
tutis sororibus, sequitur hunc admitti ad feudum
non posse: quia in feudo hæreditario oportet a-
gnatum volentem succedere esse hæredem vltimi
decedentis, vt concludit Curt. Iun. cons. j. & cons.
cxxxviij. & in tract. versi. quadragesimo. post Ale-
xan. cons. xiij. cons. xix. in v. sentit Dec. cons. lxx-
vij. per multas rationes & auctoritates de quibus
per eos. Et licet alij teneant contrarium: tamen
si bene videantur auctoritates contrariæ, loquun-
tur in tribus casibus tantùm, primus est, quando
feudum non est hæreditarium, vt in c.j. an fil. vel
agna. vbi Bald. & Aluar. & per Dec. cons. cccxc. nu.
v. & in emphyteusi ecclesiastica, quæ accepta sit p
filiis, & non sit dictum, & hæredibus, & ita loqui-
tur Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct.
eccl. quem refert & sequitur Aluar. in d.c.j. Secun
dus est casus, quando agnatus qui vult succedere,
ipso iure est hæres, licet effectu cogatur abstinere,
vt quia renuntiauit cum iuramento hæreditati:
intelligitur enim exclusus ab hæreditate respectu
allodialium tantùm, non respectu feudalium: quia
talis renuntiatio non omninò perimit ius hære-
ditatis. vnde facerem, partem aliis etiam in allodia-
libus, vt inquit Bart. in l.j. §. qui habebat. q. iij. ff.
de contrahend. & secundum hanc declarationem
potest intelligi & saluari, quod not. Deci. in cons.
cxvij. qui aliter male loqueretur: quia Bald. in
d. auth. si quas ruinas. loquitur in emphyteusi
non hæreditaria, non autem in feudo hæredita-
A rio, prout eũ allegauit Decius: sed potest salu-
ari, vt dixi quia sufficit, quod non sit omninò ex-
clusus. vnde etiam instituti in reliqua, censentur
hæredes, vt possint habere feudum, secũdùm Bar- 7
to. in d.l. vt iurisiurandi. §. si liberi. Bald. c.j. de suc-
cess. feudi. Tertius est casus, quando fumus qui-
dem in feudo hæreditario, sed in eo locus est iuri
accrescendi, tunc enim præfertur agnatus domi-
no, propter dictum ius, dum tamen sit hæres pri-
mi acquisitoris, nec tunc curamus de vltimo, ve-
B rificatur enim illud, & hæredi dummodò sit hæres
primi, & in hoc casu procedunt notata per Alexã.
cons. xxx. in j. & cons. xxvj. & xxviij. in v. & quod
not. Paul. de Cast. cons. iij. Calde. cõs. xij. in feud.
Alber. Brun. cons. xviij. & xxiiij. & ita intelligun-
tur doctores qui loquũtur alternatiuè, quòd opor-
tet vt agnatus sit hæres vltimi, vel primi, vt per A-
lex. cons. xxvj. in v. Curt. dicto cons. cxxxviij. In
casu autem nostro non videtur locus iuri accrescẽ
di, per tex. in c.j. §. cùm verò Conradus. qui feud.
C dar. pos. c.j. §. fi. de suc. feud. c.j. §. fi. do feudi marchi
c.j. de frat. de nouo ben. fi. inuest. & ita quæ not.
Iah. in d.l. si mihi & Titio. de verbor. oblig. in 1. pre
coniuncti. ad fin. de leg. iii. vbi etiam alij Modern.
Et licet aliqui ab eo relati tenuerint, contrarium
tamen loquũtur quando primus socius inuestitus
nó acceptauit, q̃ non est in casu nostro, quia Nico-
laus acceptauit partem suam. Item loquunt in feu
do, puenière ex liberalitate principis. tũc ẽm pro-
cedit dispositio l.j. C. si Imperial. liberal. soc. lib. x.
D at in casu nostro est contrarium, quia liberalitas
prouenit ab illis Coregiensibus, qui recognouer-
unt Imperatorem, & ad supplicatiõem ipsorum,
non autem metu principis: nec apparet quod ipse
Imperator, nunquam eis dederit: quia (vt suprà di
xi) præsumuntur omnia allodialia. Item loquun
tur in bonis quæ retenta sunt semper titulo feudi,
at hæc vallis tenebatur à Nicolao, & Co. Ioã. Ga-
leaz, tanquam allodialis & empta à Duce Ferra-
riæ, & idèo iis casibus tenenda est opinio Iasonis,
E & veterum Per. Cin. And. Iacob. Mart. Lauden. vt
non sit locus iuri accrescendi, de qua per Ias. dictis
locis, quam etiam sequitur Signoro. & Per. de Bel
ui. & Alber. de Rosa. in d.l. si mihi & Titio. & etiã
ego ibi sum sequutus. Tertium est fundamentũ
præscriptionis seu vsucapionis longi temporis.
cũ. n. fiscus pro iudicato possideret, & titulo per-
mutationis transtulerit in Ducem Ferrariæ, qui
deinde vendidit do. Nicolao, apparet subesse titu-
lum & bonam fidem, & ideo inter præsentes lo-
F cum fuisse vsucapioni decennali, iuxta l. per. C. de
præscrip. long. temp. in casu autem † nostro la- 8
psum est tempus xl. annorum, quod imponit per-
petuum silentium, l. omnes. C. de præscri. xxx. vel
xl. an. per Dec. cons. xxix. Aret. cons. cclxij. Ale. cij.
clxiij. in ij. Soc. clxiiij. cxcviij. cùm sim. Et hoc ma
ximè est dicendum † in feudis, in quibus, vel anna- 9
lis taciturnitas excludit negligentẽ. c.ij. in fi. si de
inuesti. inter do. & vasal. & c. Titius si de feudo de
funct. & cutrit hæc præscriptio aduersus quemcũ-
G que, siue natum, siue nasciturum, quando est in tã-
ti temporis, vt per Curt. Sen. cons. pen. De quo ar
ticulo & cæteris omnibus, quia diffusè scriptum
est, per clarissimum Iurisc on. suprascriptum vbe-
rius non scribo, sed ad eum remitto. Saluo semper
saniore iudicio.

CONS. XVI. SVMMÆ.

1 *Inuentarij vix respectu feudi.*

BIU Cujas

2 *Feudi hæreditarij diiudicandi ratio.*
3 *Feudum in dubio censetur hæreditarium, etiamsi non sit facta mentio hæredum.*
4 *Hæredibus, hæc dictio in inuestitura posita, quid importet?*
5 *Feudi quæ ratio sit ex fratrum diuisione.*

CArus satis videtur præsens casus ex verbis inuestiturae feudalis, quibus feudum conceditur Titio, & hęredibus suis legitimis masculini texus, ab eo descendẽtibus, vñ succedit decisio Bald. in l. qui se patris. versi. Item quæritur si vasallus. C. vnde legitimi. vbi concludit quod in feudo antiquo, si pater renuntiauit, vel aliter alienauit, & filius adiuit hæreditatem, sibi prętudicat, nisi fecerit inuentarium, quia tunc aditio hæreditatis sibi nocere non potest. l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. sed in casu nostro præsupponitur quod iste fecit inuentarium: ergo debet admitti ad partem suam feudi. Verum suprascripta decisio Baldi reuocatur in dubium per doctores, quomodo sit intelligenda: quia in feudo non hæreditario, sed procedente ex pacto, & prouidentia concedentis, omnes fatentur suprascriptam decisionem esse veram: in feudo verò hæreditario magna est discordia inter doctores. Videamus ergo, ad euadendas has difficultates, quale feudum sit istud. Et videretur prima fronte esse hæreditariũ, per illa verba, *pro se † & hæredibus suis legitimis*, tanquã ista dictio, *hæredibus*, non simpliciter significet liberos, secundùm naturam feudi: sed liberos, qui etiam sint hæredes: quia natura feudi est, etiã si simpliciter pro se sit acceptum, vt non tranſeat in filios, nisi sint hæredes, vt est text. in c. j. an agn. in vsib. feud. ubi oẽs not. glo. in c. j. quib. mod. feud. tradit Bar. & alij in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. Vnde feudum † in dubio censetur esse hæreditarium, etiamsi non sit facta mentio hæredum, secundùm Alexand. consil. xxvj. in v. quod multò magis dicendum est, cùm in instrumento facta est mentio hæredum, vt quia feudum sit acceptum pro se, & filiis, & hæredibus, non enim sufficeret esse filium, nisi etiam sit hæres, vt dicit Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de oper. lib. cuius opinio est magis communiter approbata. Idemque si dictum esset, pro se & hæredibus, vel successoribus, secundum Angel. consi. clxxxiiij. Curt. Sen. consi. lxxxij. cum similibus. Sed tamen in casu nostro sentio contrarium: quia suprascripta procedunt, quando dictum est pro filiis, & hæredibus, † ne dictio, *hæredis*, alias sit superflua: sed in casu nostro, in quo non est posita dictio, *filijs*, sed simpliciter dictum, *hæredibus*, intelligitur de hæredibus sanguineis, & sic liberis, etiam quod non sint hęredes, secundum Paul. de Cast. in l. ex facto. §. si quis ita. ff. ad Trebell. per text. cum gl. quem ibi refert & sequitur Ias. in l. si non sortem. §. libertus. de condi. indeb. quod maximè dicendum est in casu nostro, in quo subiiciuntur illa verba, legitimis masculini sexus, &c. quę verba indicant habitam affectionem, ad prolem masculinam, & sic ad descendentiam sanguinis, secundùm Matthæum de Afflic. in cap. j. an agna. Paris. consi. lxv. num. xxxv. in iij. non ad rationem successionis, ad quam æqualiter iure nostro, masculi cum fœminis vocantur, vt dixit Ray. de Forl. dispu. incip. quidam habebat duos filios, quem refert & sequitur Bald. in l. Caius. fol. mat. Alex. consi. cv. in j. & est communis opin. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posth. & per Dec. consi. clxxxv. & ccxcv. & alibi sæpè. Et quod idem sit, quando dicitur, legitimus, tenuit Raph. Com. & Claud. de Seissello. in d. l. ex facto. §. fi. Cõfirmaturque hoc ex subiecta materia, vt feudum in descendentes conseruetur, cùm alias feuda facilè tranſeant in extraneos: quia sorores non possent auocare ab illis, & tenerentur ratam habere alienationem, secũdum l. cũ à matre. C. de rei vẽd. Sicque feudum non perpetuaretur in descendentes, prout tamen fuit verisimiliter actum, tam à cõcedente, quàm ab ipso inuestito. vnde etiam videmus plerunque dictionem, *hæredibus*, tali coniecturarestringi ad sanguinem, vt in simili habetur per Bart. in d. l. Gallus. §. etiam vbi Paul. de Cast. & alij. Guid. Pap. in q. ccccl viij. & q. ccccxcj. Alexand. consi. xxxvj. in v. & xlix. in vj. cum similib. Fortius tenuit Dec. in allegato consi. clxxxv. & seq. quod dicta decisio Bald. procedat etiã, si feudum sit hęreditarium, vt beneficium inuentarij, etiam hoc casu operetur argu. dicti §. in computatione. & qđ nor. Doct. in l. ij. C. de repu. hæred. quæ sententia si est vera, tollit omnem dubitationem, & probat hoc Dec. per multas rationes, quas non expedit trãscribere: quod tamen dictum ego non ausim pro nunc affirmare: quia non expedit, & suprascripta sufficiunt: & quia Alexan. videtur sibi fuisse cõtrarius in consiliis suis, vt per Dec. & per Alexan. consi. xiij. & xxv. in v. lx. in iij. & cxxij. in iiij. volũ. Curt. Iun. consi. clv. cum fim. Circa alium articulum, nunquid licuerit † istis fratribus diuidere feudum, ita quod totum remanserit tribus, quartus verò frater habuerit alia bona allodialia, in hoc solet distingui, vt in feudo antiq, in quo sit locus iuri accrescendi, hoc liceat, etiam absque consensu domini, in feudo verò nouo, non liceat sine eius consensu, vt per Bal. in l. voluntas. C. de fideicomm. in c. imperialem. in prin. de prohi. feu. alien. per Frid. per doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in x. q. Bart. ff. de verb. obligat. vbi dixi post alios. Deci. consil. ccccxj. cum simil. Nec refert quod hoc factum sit in diuisione, an deinde quia quartus, refutato feudo, receperit alia bona, semper enim accrescit aliis. c. j. de alie. feud. pat. vbi Bald. & alij. Sed ista quæstio est impertinens, quia procederet respectu domini, qui molestaret istos: nostra autẽ quæstio est, respectu istius filij, qui censetur vocatus ex propria persona, ex pacto & prouidentia concedentis, cui factum patris non debuit nocere, propter confectionem inuentarij, & ideo tua difficultas vertitur circa primum dubium, de quo s. dixi, & aliàs latiùs distinxi. in l. quod dicitur. ff. de ver. oblig. & ad ibi dicta me remitto. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. XVII. SVMMÆ.

1 *Feudum regulariter non tranſit in filios, nisi sint hæredes, etiamsi acceptum sit feudum.*
2 *Pater regulariter acquirit filiis, non tanquam filiis simpliciter, sed tanquam hæredibus etiam, & quare.*
3 *Feudum in dubio censetur hæreditarium, etiamsi non sit facta mentio hæredum.*
4 *Dictio legitimis quid denotet.*
5 *Emphyteusis ecclesiastica transit tam ad masculos, quàm ad fœminas.*
6 *Feudum hæreditarium ex causa ad dominum reuerti.*

CIrca duo quæsita seu dubia mihi proposita, dicam pro veritate quid sentiam, omissa argumentorum pompa, & multiloquio, vtpote hac in re non necessario, quæ quotidie contingit, & multis Modernorum consi-

consilio est ventilata. Primum dubium est, ab feudum concessum, pro se & hæredibus, cum aliqua adiectione generis, vel sanguinis demonstratiua, sit simpliciter hereditarium, ita quod non admittatur aliquis nisi sit hæres? Et puto quod sic: quia illa demonstratio generis vel sanguinis, non repugnat, quo minus simul concurrere debeat, & quod sit de genere, & quod sit hæres: tum quia ratio iuris hoc suadet, quod regulariter non trahit in filios, nisi sint hæredes, etiamsi simpliciter accipiatur, vt est textus vbi omnes DD. in glo. in magna, in vsibus feudi glossam c. quib. mod. feud. per Bart. & Bal. nec non in l. quod dicitur de verb. oblig. tum quia istud regulare est in omnibus contractibus acquisitis per patrem, vt videatur pater filiis acquisiuisse, non tanquam filiis simpliciter, sed tanquam extraneis & hæredibus. glossa in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. Cùm talis acquisitio hoc modo sit vilior patri, cuius interest habere hæredes, qui adimplean ab eo disposita, & eius fidem obseruent §. valde. Instit. quib. ex caus. manumit. & soluat æs alienum ipsius, ne anima sua stet in peccato, secundum Hostien. in capitu. tua. de vsur. per illum textum. & quæ habentur in cap. fin. de sepult. Et ideò feudum in duobus censetur esse hæreditarium, etiam si non sit facta mentio hæredum, secũdum Alex. consi. xxvj. in v. quod multò magis dicendum, cùm in verbis concessionis facta est mentio hæredum: vnde non sufficit esse filium, nisi sit hæres, vt dicit Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de oper. lib. cuius opinio est magis communiter approbata. Idemque si dictum esset, *pro se & suis successoribus*, vel *successibus*, secundum Angel. consi. cxxxiiij. Curt. Seniorem consil. lxxxij. cum similibus. Idemque si dictum esset, *pro se & suis*, intelligitur enim in hæredibus, secundum Imol. consq. talem in l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthum. per Alexan. dicto consi. xxvj. in v. Quibus sic dictis sequitur, vt etiamsi addita sint verba denotantia, habitum fuisse respectum ad prosapiam, & nobilitatem generis, tamen idem sit dicendum: quia talia verba nihil impediũt, quin vtrumque debeat concurrere, vt sentiunt Bartol. & Alexan. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellian. vbi lequuntur, quando dictum est de hæredibus legitimis: licet enim dictio legitimis, intelligitur de veniẽtibus ab intestato: tamen semper præsupponitur, quod sint hæredes, & ita etiam tenet Albericus de Rosate in rubric. de vulgar. & pupill. versicunquidem nobilis. Et credo dominos de consilio Neapolitano recte iudicasse secundùm hanc opinionem. & Afflic. decipi, qui contrarium tenebat in decis. cxl. & istud satis sentit Paris. in dict. consil. lxxxiiij. Probabilis posset esse dubitatio, quando verba repugnarent, vt quia dictum esset, *tibi & hæredibus*, ita quod primogenitus aliis præferatur, in successione enim paterna non est locus tali prælationi, cum omnes æqualiter admittantur: vnde videretur esse recessum à iure hæreditario, pro quo facit disputatio Rayne. de Eccl. de qua per Bald. in l. Caius. solut. matrim. quiloquitur in emphyteusi ecclesiastica, accepta pro hæredibus masculis, natura enim emphyteuseos ecclesiasticæ est, vt transeat tam ad masculos quàm ad fœminas. vnde dicendo solùm de masculis, videtur recedere ab ordine hæreditario, vnde licet aliqui in emphyteusi sequatur Ray. tamen in feudo videtur cõmunior opinio quod oporteat tales esse hæredes, secundum And. de Iser. Iacob. de Bel. in d. c. j. de eo qui sibi Bal. consi. cccxxvj. cccxxviij. in secundo volt Card. Alex. d. c. j. an agnat. Deci. lxxviij. Alber. Brun. consi. xxiiij. Alex. repetuy. & quid si tantum. & videtur communior opinio, secundum hanc distinctionem, quicquid dixerit Decius consi. cxxxv. & cccxcv. & auctoritates per eum allegatæ, licet dicant, his verbis, *hæredibus masculis*, intelligi de filiis, non tamen dicunt, quod non debeant esse hæredes. Certior est casus, quando manifestè apparet, quod mentio generis & prosapiæ esset facta principaliter propter ipsos descendentes, non habito respectu, quod actus esset gestus cum patre, prout in casu in quo consuluit Dec. consi. xxxviij. & consi. cxxxix. & aliàs ita distinxi in d. l. quod dicitur, & quandoq; consului secundum hunc casum, qui non aduertatur suprà dictis. Sed limitat regulam ipsam, à qua tamen in dubio nõ arbitror tutũ esse in iudicando recedere. Alterum dubium est, quid in suprascripto casu sit dicendum, si vasallus in personam domini directò deliquerit? & putaretur feudum † reuerti ad dominum, non solum si sit hæreditarium, vt suprà conclusi, sed etiã si ex prouidentia: quia ita sentit Bart. in l. eum qui ff. de interdi. & releg. cuius opinio est magis communis, vt attestatur Cur. Iun. in d. tract. feud. in v. pareniſi tamen feudum concessum esset vnicuiq; eorum, id est, tractaretur de iure non decrescendi, de quo habetur in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. non nisi esset concessum simpliciter tali generi: non autem Titio, & eius generi, iuxta ea quæ suprà dixi, & sentiunt omnes in c. j. §. si quæ fuerit cau. benefi. amis. & Cur. Iun. loco suprà allegato, versi. iij. videtur. Et secundum suprascripta in tanta altercatione doctorum, ego me resoluerem, & consulendo, & iudicando, quia contrariæ opiniones istorum Modernorum Decij & Afflicti sunt satis periculosæ.

CONS. XVIII. SVMMÆ.

1 *Actio personalis solum aduersus hæredes datur.*
2 *Assignare quid pro solutione est agnoscere debitum.*
3 *Soluens cum non sit obligatus ad soluendum, potest petere restitutionem in integrum.*
4 *Dominus feudo recepto tenetur ad melioramenta.*
5 *Dominum vasalli creditoribus ex causis obnoxium esse.*
6 *Aequum nõ est quẽ locupletiorem fieri cum aliena iactura.*
7 *Qui facit assignationem pro solutione debiti nõ potest sententiam mutare, & eam assignationem reuocare.*
8 *Curator ex bonis causa non necessarius.*
9 *Hypothecaria datur contra quemlibet possidentem, sicut rei vendicatio.*
10 *Conuentionis fines non debent excedi.*
11 *Restitutio in integrum nunquam conceditur nisi probata læsione.*



Visa est mihi prima fronte dubitabilis subscripta conclusio. Primò, quia cũ non constet, quod Cæsarea Maiestas velit esse hæres illustriss. Ducis Francisci non potest à creditoribus conueniri, non quidem actione † personali, quia illa solum aduersus hæredes datur. l. fin. §. de cõtt. emp. l. j. §. fi. hęres percepto. ff. ad Trebel. nec etiam reali actione quæ præsupponit dominium in agente. l. officium. ff. de re vendica. §. j. Instit. de act. creditores autem nullum dominium habent in meliorameneis, vel bonis allodialibus Ducis, vnde necessariò debuit dari curator hæreditati vacanti, quia possess-

possessoribus res hæreditatis vendicaret, & creditoribus satisfaceret. iuxta l. j. ff. de curat. bon. dan. & eorum authen. si omnes. C. si min. ab hæred. abstitio. secundò, quia obstat conuentio in fœdere Bononiensi, quod Cæsa. Maiestas non teneatur ad solutionem æris alieni per Ducem contracti, nisi ex vna causa, videlicet quando contractum esset pro solutione pecuniarum, quæ fiebant ipsi Cæsari, vnde videntur excludi creditores, nisi probent, q̃ id ipsum, q̃ mutauerint pecunias, & quod de talibus pecuniis Dux soluerit Cæsari, per ea quæ habentur in l. ciuitas. ff. si cert. pet. per Bart. in authent. hoc amplius post collat. C. de sacrosanct. eccl. in l. dolo in fin. ff. de noua. Tertiò, quia etiam quod probetur Cæsarem soluisse aliquibus partem dicti æris alieni, & aliis fecisse assignationes, † per quas videtur cognoscere debitum, iuxta l. ad solutionem. C. de re iud. l. si Iulianus. §. fi. ff. ad Maced. tamen non esset deneganda ei in integrum restitutio, cùm non esset † obligatus. l. j. & ij. C. si aduer. cred. iud. nul. C. ex quib. caus. maio. no. in l. j. C. de sent. aduers. fisc. lib. x. Sed his tamen non obstantibus accedo in sententiam suprascriptorum dominorum consulentium. Et præmitto vnam conclusionem, quæ in iure est verissima, quod reuerso feudo ad dominum † propter finitam inuestituram tenetur dñs ad melioramenta in re feudali facta. c. ius do vasallus. vbi omnes not. hic limitor lex in vlt. feudo. Item præmitto, quod si dominus detinet res si allodiales vasalli, debet satisfacere creditoribus vsque ad valorem dictarum rerum: quia æquum † est eum non fieri locupletiorem cum aliena iactura. l. nam hi natura. ff. de cond. indeb. si me & Titium. ff. si cert. pet. vbi omnes notant. Host. & Ioan. And. in c. bonæ. extrà, de appell. Rursus præmitto, quod si dominus agnouit † bonam fidem, & cœpit satisfacere creditoribus, vel fecerit assignationes, seu delegationes hoc nomine, non potest mutare sententiam & eas reuocare. l. ij. C. de nouat. l. sicut. de act. & oblig. l. nemo potest. de regul. iur. cum si. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod non sit seruatus † modus procedendi, & datus curator, &c. Nam respondeo; quod hoc non fuit necessarium in primis respectu creditorum habentium hypothecam: quia hypotheca † datur cõtra quemlibet possidentem, sicut rei vendicatio & pignoris. §. j. de pignoribus. & per Bartol. in proœm. ff. §. tertiò. Item non fuit necessarium respectu eorum quibus lex dat exæquitate actionem, ne possessor fiat locupletior cum alterius iactura, dicta l. si me & Titium. l. si eum. eo. titul. l. mater. C. de rei vendit. vbi notat. Item in casu nostro, res est clarior: quia Cæsarea Maiestas agnouit † bonam fidem, & fecit assignationes: vnde non conuenitur, sed tractatur de conseruandis assignationibus. Nec obstat fœdus Bononiense: quia illa conuentio † fuit facta respectu bonorum, de quibus infeudabatur à Cæsare, non respectu meliramentorum, vel allodialium ipsius Ducis: potuit etiam de eis Dux ad libitum disponere. l. in re mandata. C. mand. Præterea etiam aduersus expressam conuentionem & prohibitionem, quis obligatur, quando aliàs fieret locupletior cum aliena iactura, & creditor non esset in culpa, secundùm gloss. in l. sed Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad Maced. & notant omnes. in l. fin. C. de negot. gest. Nec obstat, quod Cæsar possit petere restitutionem in integrum. Nam dico, quod restitutio † in integrum nunquam cõceditur, nisi probata læsione, & oportet probari hanc læsionem inductam dolo aduersarij, vel minùs facilitate prudentis. Verùm scicndum, cum l. seq. ff. de minoribus. ibi, & minor. vbi omnes notant. ff. de iureiurando. sed in casu nostro, nulla fuit læsio: quia Imperator possidet longè plura bona ipsius Ducis, si calculentur meliramenta, & acquisitiones per eum factæ in bello Mossij, & Lenci. Item munitiones artium. Item ciuitas Cremonensis, quæ est allodialis: quia data in dotem auitæ suæ paternæ à Duce Philippo qui ex forma inuestituræ Vvencislai Imperatoris potuit dare, vnde censetur exempta de iure feudi, & effecta allodialis. c. j. de feud. nõ hab. proprinatu. Ioann. And. in additio. Specul. vbi. de feudis in fin. Bald. & doctor. in cap. ij. §. si vasallus. de beneficio. si de feudo def. in vsibus feudorum. Erra ego arbitror in his, salua semper seniore iudicio.

CONS. XIX. SVMMÆ.

1 *Feudum antiquum agnatorum esse, nec confiscari.*
2 *Onus probandi delictum, incumbit illud alleganti.*
3 *Vasallum contumacem directo in dominum non peccare.*
4 *Sententia contra absentem lata, præsumitur lata propter contumaciam.*
5 *Propter contumaciam quis habetur pro confesso & conuicto.*
6 *Contumacia vnius alteri non nocet.*
7 *Feudum descendentium ad dominum nunquam reuerti.*

Missis superfluis allegationibus, videtur dicendum, partem feudi, quæ fuit Cõmitis Francisci Bernardini, non ad fiscum, sed ad fratres suos pertinere: quia quotiès vasallus propter delictum confiscatur, & tractatur de feudo † antiquo, illud non ad dominum, sed ad agnatos reuertitur. ca. j. in fine cap. j. §. fi. quæ fuc. prim. cau. benefi. amit. Nec obstat si diceretur, quod in casu nostro vasallus priuatur feudo ex offensione directa in dominum facta, seu aduersus fidelitatem ipsi domino debitam, quæ casu communis videtur opinio, quod feudum ad dominum reuertatur. dc. j. §. fi. quæ fuc. prim. caus. quia respondeo, quod multi doctores in hoc tenent contrariũ, tanquam ille textus sit intelligendus in feudo nouo tantum, vel in præiudicium descendentium ipsius delinquentis, non autem fratrum seu transuersalium, per And. de Isern. & Hostien. relatos ibi per mod. Præterea dico, quod in casu † nostro onus probandi incumbit illi, quod dictus Comes aduersus fidelitatem directò peccauerit in Cæsaris Maiestatem, licet enim à principio collegerit manum militarem pro Rege Francorum contra Ducem Sabaudiæ: tamen statim cum Cæsari suscepit defensionem dicti Ducis, recessit ab armis, nec aliquid aduersus fidelitatem Cæsari debitam amplius molitus est: vnde non potest esse locus suprascriptæ pœnæ, secundùm notata per Bartol. in l. qui ea mente. ff. de furt. Præterea & fortius dico, quod ipse Comes est bannitus, non ex suprascripto, sed ex contumacia, quia citatus non comparuit, clarum est autem contumaciam delictum non concernere † directo personam Cæsaris, vel fidelitatem, quia ſnia † contra absentem lata, præsumitur contra contumaciam lata, non quia absens malam causam haberet. l. Papinianus. §.

nus. §. meminisse. de inoff. test. l. & ideo. ff. de euic. & ideo lex loquens de vasallo in dominum delinquente non intelligetur de eo, qui per contumaciam damnatus sit, secundùm Bar. in l. cum filius. in fin. ff. de verb. obl. vbi Ias. & cæteri, & in q. sua iij. incip. statuto Perusinæ ciuitatis. & Corn. consil. xiiij. in ij. & ideo in præiudicium fratrum, bona condemnati non censebuntur fisco applicata, secundum Ang. in authen. bona damnatorum. C. de bon. proscrip. Et quamuis † propter contumaciã habitus sit pro confesso, & conuicto dicti delicti, istud est verum in præiudicium ipsius cõtumacis, † non autem tertij, & sic fratrum suorum, secundũ Bar. in d. l. cum filius. cum sim. allegatis per Deciũ consil. ccccx. Non omitto etiam, quod quotiescunque in persona vniuscuiusque descendentium, † est facta noua concessio, tunc feudum ex quacũque ingratitudine, vel delicto, nunquam reuertitur ad dominum, secundum Bal. in d. c. j. si vasal. feud. priuetur, cum concordantibus, per Cur. in tract. suo feudorum in quinta parte, quod in casu nostro videtur esse ex tribus causis. Prima, quia cõcessio in inuestitura videtur esse facta de vno in alium. Secunda, quia est facta ex magna causa remunerationis, prout est notorium. Tertia, quia in casum ingratitudini specialiter est prouisum alio modo, quam quod feudum reuertatur ad dominum: quia tali casu prouisum est, solummodò sub pœna perditionis fidei & periurij, & pœna restitutionis omnium damnorum, & interesse, non autem reuersionis feudi ad dominum, vt expressè dicitur in mandato inuestituræ: vnde nostrũ non est augere pœnas periura vulgaria. Nec edictum Cæsareum quicquam facit, quia ex eo non tollitur ius tertij, & sic dictorum fratrum, prout clarum in iure.

CONSIL. XX. SVMMÆ.

1. *Hæreditarium feudum variè dephendi.*
2. *Natura feudi est quod non transeat regulariter in filios, niſi ſint hæredes, etiam ſi ſimpliciter acceptum ſit.*
3. *Regulare eſt in omnibus contractibus acquiſitis per patrẽ, vt videatur pater filiis acquiſiuiſſe, non tanquam filiis ſimpliciter, ſed tanquam etiam & hæredibus.*
4. *Patri interest habere hæredes qui adimpleant ab eo diſpoſita, & eius fidem obſeruent, & ſoluat æs alienum ipſius, ne anima ſua ſtet in peccato.*
5. *Feudum cenſetur hæreditarium in dubio, etiam ſi non ſit facta mentio hæredum.*
6. *Cum in verbis conceſſionis feudi facta ſit mentio hæredũ non ſufficit eſſe filium, niſi ſit hæres.*
7. *Dictio legitimis, intelligitur de venientibus ab inteſtato.*
8. *In feudo antiquo locus eſt iuri accreſcendi.*
9. *Filius non poteſt habere feudum patris, niſi ſoluat debita paterna.*
10. *Princeps ius ſuum remittens alienum conſeruat.*

INueſtituræ verba in perſonam Comitis Matthæi primi acquiſitoris ſunt, pro ſe, eiuſq; filiis † hæredibus, & ſucceſſoribus, &c. In perſonam vero Comitis Ioãnis antiquioris ſunt, pro ſe, ſuiſq; filiis legitimis maſculis, natis & naſcituris, hæredibus & ſucceſſoribus, &c. quibus verbis videtur, quod feudũ de quo agitur ſit hæreditariũ. Tum quia † natura feudi hoc ſuadet, quod regulariter non tranſit in filios, niſi ſint hæredes, etiamſi ſimpliciter acceptum ſit, vt eſt text. vbi omnes not. in c. j. an agn. in verb. aut vtrunq; glo. in c. j. quib.

mod. feu. per Bar. & alios in l. quod dicitur. de verbo. obl. Tum quia iſtud † regulariter eſt in omnibus contractibus acquiſitis per patrem, vt videatur pater filiis acquiſiuiſſe, non tanquam filiis ſimpliciter, ſed tanquam etiam & hæredibus, glo. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pac. Cùm talis acquiſitio, hoc modo ſit vtilior † patri, cuius interest habere hæredes: quia adimpleant ab eo diſpoſita, & eius fidem obſeruent. §. valde. Inſti. quib. ex cauſ. manum. & ſoluant æs alienũ ipſius, ne anima ſua ſtet in peccato, ſecundùm Hoſt. in c. tua. de vſur. per illum tex. & quæ habentur in c. fi. de ſepult. Et ideo † feudum in dubio cenſetur eſſe hæreditarium; etiamſi non facta fuerit mentio hæredum, ſecũdum Alex. conſi. xxvj. in v. Quod multò magis dicendum, † cum in verbis conceſsionis facta eſt mentio hæredum: vnde non ſufficit eſſe filium, niſi ſit hæres, vt dicit Barto. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de ope. lib. cuius opi. eſt magis communiter approbata. Idemq; ſi dictum eſſet pro ſe & hæredibus, vel ſucceſſoribus, ſecundum Ang. conſil. clxxxiiij. Cur. Sen. conſ. lxxxij. cum ſim. Idemq; ſi dictum eſſet, pro ſe & ſuis, intelligitur enim hæredibus, ſecundum Imo. conſ. xxj. Ias. l. Gallus. §. etiam. de libe. & poſth. per Alex. d. conſ. xxvj. in v. Quibus ſic ſtantibus ſequitur, vt etiamſi additá ſint verba denotantia habitum fuiſſe reſpectum ad proſapiam, & nobilitatem generis, tamen idem ſit dicendum, quia talia verba nihil impediunt, quin vtrunque debeat concurrere, vt ſentit Bar. & Alex. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. vbi loquuntur, quando dictũ eſt de hęredibus legitimis, licet enim † dictio legitimis, intelligatur de venientibus ab inteſtato, tamen ſẽper preſupponitur quod ſint hęredes, & ita etiã tenet Alb. de Roſ. in rub. de vulg. & pup. verſi. quidam nobilis. Et credo dominos de conſi. Neapolitano rectè iudicaſſe ſecundùm hanc opi. & de Afflic. decipi, qui contrarium tenebat in deciſione cxl. & iſtud ſatis ſentit Pariſ. d. cõſ. lxv. in ij. Cùm ergo in caſu noſtro feudum iſtud ſit hæreditariũ. conſequens eſt vt Comes Sacramorus debeat eſſe hæres fratris ſui, vt tradit Cur. Iun. in trac. feud. verſ. iiij. ſub hac j. ſpecie. & conſil. j. nu. xj. & xij. & conſi. clxxxviij. num. xxiiij. cum ſim. Si debet eſſe hæres, ergo tenetur ad æs alienum fratris, & maximè ad ſolutionem dotis, de qua agitur. Sed tamen in caſu noſtro, arbitror cõtrarium eſſe verius, quia eſto, quod feudum ſit hæreditarium, ſufficit quod Comes Sacramorus ſit hæres primi inueſtiti, cum enim † feudum iſtud ſit antiquum, in eo locus eſt iuri accreſcendi, præfertur enim agnatus domino propter dictum ius, & ſufficit quod ſit hęres primi acquiſitoris, nec tunc curamus de vltimo, verificatur enim dictio & hæredibus, dummodo ſit hæres primi, & ita ſentit Alex. conſil. xxx. in j. xxvj. & xxviij. in v. Paul. de Caſtren. conſil. cccxv. Cald. conſ. xij. in feudis. Alber. Brun. conſi. xviij. & xxiiij. & ita intelligunt doct. qui loquuntur alternatiuè, quod oporteat vt agnatus ſit hæres vltim. vel primi, vt per Alex. d. cõſi. xxvj. in v. Cur. Iun. di. conſi. cxxxviij. poteſt ergo vera eſſe opinio Curtij in feudo nouo, in quo non ſit locus iuri accreſcendi, vel quando quis primi hæres eſſe non poſsit, niſi ex vltimi perſona, vt quia illi ſoli delata eſſet hęreditas, quod non eſt in caſu noſtro cũ Comes Sacramorus ſit hæres primi, mediãte perſona patris, & aui ſui: vnde poteſt arbitratu ſuo repudiare hæreditatem fratris, nec tenebitur ad æs alienum ipſius. Et iſtud etiam eſt de iure communi, quia licet † filius nõ poſsit habere feudũ patris, niſi ſol-

uæ debita paterna, ſaltem de vſufructu feudi, iuxta tex. in d. cap. j. an agn. tamen ſecus eſt in tranſuerſali defuncto, puta fratre: quia tunc admittitur agnatus quãuis eius non ſit hæres, nec tenetur ad æs alienum, vt declarat Alex. d. conſ. xxvj. in v. ſecundum quam diſtinctionem etiam loquitur ſtatutum noſtrum: Mediolanenſe incipiens, ſi quis vaſallus, quod de ſucceſsione deſcendentium loquitur, non autem tranſuerſalium, quamuis etiam tale ſtatutum non ſit extendendum ad bona ita extra territoriũ, vt aliàs dixi. Nec circa hoc nunc vertitur difficultas. Nec obſtat conceſsio Cæſ. Maieſtatis permittentis dicta bona feudalia obligari pro dote, quia reſpondeo, quod dicta cõceſsio habet expreſſam reſeruationem iuris † tertij, & iuris iſtorũ agnatorũ, quibus Imperator præiudicare nõ intendit, ſed remittit ſolum ius ſuũ, caſu quo feudũ ad ſe reuerteretur: vnde ſaluũ remanet ius Comitis Sacramori, iuxta gl. in l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. fol. & ſic quantum, ſit ad Comi. Sacramorũ, hypot. dotis per mortem fratris ſui eſt extincta. c. nuper. extra, de don. inter vir. c. ex parte. in glo. j. extra, de feu. vbi doct. Et ita mihi videtur, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII XXI. SVMMÆ.

1 *Verborum, Maiorem natu prò tempore exiſtentem, ſenſus.*
2 *Filij primogeniti excludunt patruum, quando ſemel admiſſi fuerunt ad feudum.*
3 *Natura ſucceſsionis feudi eſt vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui eſt proximior ipſi deſcendenti, non ad eum, qui eſt proximior primo inueſtito.*
4 *Verba ſecũdum naturam actus ſemper intelliguntur, etiãſi reſtringantur, ſeu propriè accipiantur.*
5 *Secundo genitus, ſemel à fratre excluſus, cenſetur eſſe ab eius deſcendentibus excluſus.*
6 *Verba ſemper debent intelligi vt ſingula ſingulis aptetur.*
7 *Quilibet primogenitus videtur prius ſtipulatus ſuis primogenitis.*
8 *Non eſt veriſimile concedentem velle ſe incontinenti corrigere.*
9 *Verba potius accipiunt interpretationem ſuperfluitatis, quàm correctionis.*
10 *Verba impropriantur potiùs quàm vt corrigant.*

1 VErba priuilegij † feudalis ſunt illorum videlicet, maiorem natu pro tẽpore exiſtentem, &c. quæ poſſunt dupliciter intelligi. Primò, illorum deſcendentium quacunq; linea ſint, quo caſu potior eſſet à cauſa Com. Fraciſci patris, ſecundũ Anch. conſi. lxxxij. Alex. conſi. iiij. lib. iiij. Dec. conſi. cccxliiij, in fi. Secundò, poſſunt intelligi, illorum deſcendentium intra lineam morientis, quo caſu præferendus eſſet Comes Annibal filiis primogeniti. Puto, quod iſte ſecundus intellectus ſit verior, & in dubio accipiendus. Primò quia concordat cum iure communi, ſecundum quod 2 receptior eſt opinio, quod † filij primogeniti excludant patruum, quam opinionem fere omnes tenent, quando iſte primogenitus fuit ſemel admiſſus ad feudum: quia fuit ſuperſtes patri, & excluſus patruus, de quo per d. Præpoſ. Alexandrin. in c. j. de feu. March. Iaſ. l. is poteſt de acquir. hære. Soc. con. cclij. Secundò, quia concordat liter ſubrogatione facta filiis Nicolai, de quo cum fu. bri. allegatum eſt per præſtantiſs. conſultorem d. Graſum, ad quem remitto. Tertiò, quia concordat cũ 3 † natura ſucceſsionis feudi, quæ eſt, vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui eſt proximior ipſi deſcendenti, non ad eum qui eſt proximior primo inueſtito, vt ſæpe tex. in cap. j. in fi. de nat. ſucceſ. feu. & quod not. Andr. de Iter. in c. j. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. & per d. Præpoſ. in d. c. j. de feud. March. verſi. xv. Soc. l. ſi cognatis. de reb. dub. verſicul. pro iſta etiam eſt, quod † verba ſecundũ natu- 4
ram actus ſemper intelliguntur, etiam ſi reſtringantur, ſeu impropriè accipiãtur. c. j. §. filia. de ſuc. feud. vbi doct. l. ſi vno. ff. locati. & in ſimilibus terminis. Areti. conſil. clxiiij. quia concordat cũ alia regula, quod † ſecundo genitus ſemel à fratre ex- 5
cluſus, cenſeatur eſſe ab eius deſcendentibus excluſus. c. j. §. quinetiam. ſecundum vnum intellectum, Epiſc. vel Abb. Bald. c. j. de matr. ad morga. contracto, alias ſucceſsio iſta eſſet nimis ambulatoria de vna linea in aliam, quod non eſt veriſimile, arg. l. pen. in fin. C. de cur. fur. Quartò, quia ſemper † verba debent intelligi vt ſingula ſingulis ap- 6
tentur. gl. inſtit. de inoff. teſta. in princ. l. j. C. de fal. caul. Decius conſi. ccccccxlvj. in fi. Soc. xxxviij. in iiij. ſed hoc modo aptabuntur vt maior in ſingula linea admittatur, ita tamen quod durante linea primogeniti non tranſeamus ad ſecundogenitum. d. c. j. in fi. de nat. ſucc. feud. quia † quilibet primo- 7
genitus videtur prius ſtipulatus ſuis primogenitis. cap. j. de duob. frat. vbi doc. Quintò, quia cum ſubrogatio facta ſit ad totalem effectum, † non eſt 8
veriſimile, quod concedens voluerit ſe incontinenti corrigere. l. non ad ea. de cond. & demon. Et † verba potius accipiunt interpretationem ſuper- 9
fluitatis, quàm correctionis, ſecundum Corn. conſ. xliij. in ij. & † impropriantur potiùs, quàm vt cor- 10
rigant, ſecundum Rom. conſil. ciij. pater reuerende. Soc. xxvij. in fiij. Alex. xxviij. in iiij. cxxxv. in j. maximè cum in caſu noſtro priuilegium ſatis operetur, inducendo ſubrogationẽ: nec ideo illa verba ſint ſuperflua. l. non ſolent. de reg. iur. & per gl. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in gl. magna. ad fi. ff. ſi quis caut. Sextò, quia iſtud videtur ſentire Paul. de Caſt. conſi. clxiiij. in præſenti cauſa, quæ vocatur maioris in ij. volu. in nouiſsimis. Soc. d. conſil. cclij. verſi. iij. iuncta reſponſione quæ eſt. verſic. ad tertiam. Et datis ſentit idem Sozi. conſi. lxxxviij. in iij. quando non eſſet dictio, alterutrius maiorem, &c. & prout in caſu noſtro non eſt, & Dec. in allegato conſi. cccxliiij. in fi. ſe fundat maximè: quia patronus non erat admiſſus, & poſsidebat; quod in caſu noſtro eſt contra. & in caſu Anch. d. conſil. lxxxij. non erant illa verba, quæ in noſtro. Idemq; in caſu Alex. d. conſi. iiij. verba enim ibi non poterant accipere, niſi ſenſum pro patruo: quod ſecus eſt in caſu noſtro, per ſupradicta.

CONSILII XXII. SVMMÆ.

1 *A muneribus extraordinariis quæ inducuntur propter neceſsitatem belli, non ſunt aliqui excuſandi quocunque priuilegio polleant, ne impugnetur publica vtilitas.*
2 *Bona quæ ſemel fuerunt in cataſtro ad quemcunque tranſeunt cum onere ſuo.*
3 *Bona vbi fuerunt vendita domini ſubeſt iuſta cauſa cur venditor relcuetur à contributione, &c. & grauetur emptor ad hoc vt æſtimum non diminuatur.*
4 *Ex qua perſona quis lucrum ſentit, illius factum debet approbare.*
5 *In materia onerum attenditur ad id, quod inter partes eſt conuenium.*
6 *Quotieſcunque vaſallus vel ſubditus conuenit cum domino à prin-*

BIU Cujas

à principio, talis conuentio est seruanda, nec mutari po- A
test.

7 *Remissionem onerum generalem in insolitis seruari.*

8 *Remissum ad tempus, videtur post tempus reseruatum.*

Circa contributiones quæ imponuntur per Cæsa. Maiestatem, videndum est, an domini communitatis Spig. teneant contribuere cum dicta communitate, pro cuius rei, declaratione B de pluribus dubitari contingit. Prima quæstio est, an teneantur domini ratione feudi, & rerum feudalium? Et videretur dicendum quod non. Cùm enim vasalli teneantur, secundùm naturam feudi ad onera vasallorum, de quibus in c.j. de nou. for. fid. & in c.j. quib. mod. feu. amit. non fuit æquum, vt etiam contribuant cum subditis suis, secundùm Albert. Bru. cons. ciij. Iacob. de S. Georg. in trac. de
1 homag. In contrarium facit, quia hæc † munera extraordinaria inducuntur propter necessitatem C belli: vnde non videntur aliqui ui excusandi quocunque priuilegio polleant, ne impugnetur vtilitas publica: & quia non videtur de tali casu cogitatum, tanquam valdè insolito. l. vnic. C. vt nemini licè. in empt. lib. x. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccles. & fuit opin. Din. cum qua magis communiter transeunt doct. in l. si ex toto. ff. de leg. j. vbi Iaso. allegat multas similes decisiones. Et intelligo, quod extant literæ Cæs. Maiestatis, quibus mandatur vt omnes, cuiuscunque dignitatis sint D omninò soluant, exceptis qui sunt in rotulo suo, quibus literis inspectis posset certius quid iuris sit in hac quæstione responderi. Secunda est quæstio, posito & non cesso, quod de bonis feudalibus isti non teneantur contribuere, quod iuris sit de bonis non feudalibus per eos acquisitis? Et videretur de istis eos teneri, quia cessat ratio supradi-
2 cta. Et quia † bona quę semel fuerunt in catastro, ad quemcunque transeunt cum onere suo, secundùm Bal. in l.j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque B vniuers. quem refert & sequitur Dec. con. cclxxxv.
3 Et quia vbi † bona fuerunt vendita dominis, subest iusta causa, cur venditor releuetur. l. forma. §. illam. ff. de cens. l. iij. §. fi. ff. vbi pup. educ. & grauetur emptor, & sic æstimum non diminuatur. iuxta l.j. C. de collat. don. lib. x. vbi Bart. Non omitto tamen, quod hoc in puncto aliter sentit d. Iacobi. in trac. feud. in princ. vbi dicit esse distinguendum, an res reuertantur ad dominum tanquam dominum: puta ob caducitatem, vel feloniam, & tunc E de eis iudicetur, sicut de cæteris feudalibus, an verò ad eum reuertantur tanquam priuatum, vt quia subditus domino vendidisset, vel donasset, seu legasset, & tunc teneatur dominus pro illis bonis, per regulam quæ habet, quod † ex qua persona
4 quis lucrum sentit illius factum debet approbare. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. allegat Petr. de Bellapertica in l. iij. ff. de serui. Pet. Iacob. & Ioan. Ray. in summa feudali, de quibus per eum. Tertia est quæstio, quid sit stante contentione, de qua rogatum est instrumentū, de anno 1494. in qua d. Marchio promisit communitati manutenere, & manuteneri facere terras francas, & liberas ab omni onere, vinculo, & onere seruitutis: & terras quas habuerunt homines montis Baldoni in feudum, aut non feudales: ita quod in perpetuum dictæ terræ feudales, & non feudales non contribuant, in grauaminibus quibuscunque, sicut homines Spigni, &c. quæ verba sunt satis clara, ues reco-

dendum est à tali conuentione: quia † in hac mate- 5
ria onerum, maximè attenditur ad id quod inter
partes est conuentum, secundùm Ioan. Blanc. in
summa feudali, in secunda parte. vbi † quotiescun- 6
que vasallus, vel subditus conuenit cum domino
à principio, talis conuentio est seruanda, nec mutari poteſt. arg. l.j. C. de collat. fund. libr. xj. l. operas. ff. de oper. lib. & in authen. vt nulli iud. §. j. Nec
verò tali casu potest dominus † se excusare, quod 7
non intellexerit de casibus raris & insolitis; quia
imo natura conuentionis etiam hoc comprehendit, secundùm Ioan. Baptistam de S. Seuerino in rep. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Alber. Brun. consil. xij. Et istud confirmatur ex instrumento in tres partes contracto de anno 1500. vbi dicti domini acceperunt liberationem ab ipsa communitate ab omnibus collectis, & talees, & oneribus, vsque in illam diem: vnde † ab illa die citrà, satis osten- 8
ditur eos teneri vt per Ange. in l.j. in prine. in vlti. verbis. ff. de oper. nou. nunt. quia remissum ad tempus, videtur post tempus reseruatum. l. statu liberum. §. stychum. de leg. ij. & est glo. in d. l.j. in prin. facit quod not. Bar. in l. decem. de verb. oblig. per glos. in c. venerabili. versicu. sunt enim notoria. de elect. & ita mihi videtur dicendum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXIII. SVMMÆ.

1 *Feudi, ceteri, successores debitis hereditariis non te-*
neri.

2 *Successores esse per medias personas dici.*

3 *Separatio feudi ab hæreditate fit propter onus annexum*
feudo, vt transeat in hæredem primi inuestiti.

4 *Hæres hæredis, dicitur hæres testatoris.*

5 *Melioramenta qua probatione soluantur.*

PRo Magnifico Comite Sacramoro, non videtur dubitandum, quin potuerit repudiare hæreditatem fratris, & nihilominùs habere feudum, & sic non † teneatur creditoribus 1
fratris: quia pro eo est casus expressus in cap.j. an agn. vel fil. in vsib. feud. vbi dummodo feudum sit paternum, seu quod idem est, antiquum, potest agnatus repudiare hæreditatem, & habere feudū, & loquitur ille textus simpliciter dummodo feudum sit paternum, nec distinguit an hereditarium, an ex prouidentia; & ita tenent doct. per me allegatū in consilio: & vltra illos idem tenuit Bal. in d. c.j. versi. ex quo collige. Salic. in l.ij. versi. nec etiā obstat. C. de liber. & eorum lib. vbi attestatur hanc esse communem opinionem. Idem tenet Ioan. de Imol. c. ex parte. extra, de feud. Alexan. d. consil. xxvj. in v. Et hoc suadet ratio: quia verba inuestituræ sunt pro Comite Matthæo, eiusque filiis, hæredibus, & successoribus; vnde satis † est, quod Co- 2
mes Sacramorus sit hæres per medias personas ipsius primi inuestiti, nec cogitur esse hæres istius agnati ex quo verba inuestituræ hoc non inferunt. Nec obstat, quod non posit Com. Sacramorus separare id feudum à reliqua hæreditate, cum per adrionem coniunctum sit cum bonis agnati. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. Respondeo enim, quod propter onus † annexum feudo, vt transeat 3
in hæredem primi inuestiti, fit ista separatio: prout in simili est tex. in l. filius fa. ff. ad leg. Falcid. declarat Iaso. in rub. ff. de acquiren. hæred. & videmus quotidiè hoc fieri, cum quis repudiat hæreditatē,

BIU Cujas

& petit fideicommissum, vel emphyteusim ecclesiasticã, vel feudum, vel operas: & similia, & Alex. in consi. xix. vol. v. non loquitur, quando repudiás erat hæres primi inuestiti per mediam personam
4 quo casu † hæres hęredis, dicitur hæres testatoris. l. si quis filium. §. fi. ff. de acqu. hæred. per Dec. consi. ccviij. sed loquitur non in agnato, vt est quæstio nostra, sed in filiis, qui non poterant esse hæredes primi inuestiti, nisi ex persona patris, cuius hæreditatem debet adire si volunt feudum. Nec obstat quod illi primo inuestito semel est successum, nec eius hæreditate agi quæ semel fuit adita, neque amplius dici potest hęreditas. l. j. §. veteres. ff. de acq. poss. Respondeo enim secundum supradicta, quod tamen est hęreditas respectu istius, qui per mediam personam successit, & propter eius adiunctum feudo vt trahat in hæredes ipsius primi. d. l. filius fam. & per Iaſ. vbi sup. Et certè istę rationes parùm vrgent, quia sunt contra communem opin. doctorum supra allegatorum & contra tex. in d. c. j. an agn. Nec obstat, quod Curt. Iunior contrarium consuluerit consil. cxxxviij. nu. xxiiij. eo fundamento, quod Dd. teneant, quod in feudo hæreditario oporteat esse hæredem, &c. secundũ Barto. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Aret. consi. xiiij. vers. esset autem maior. vbi allegat etiam feudistas & alios concordantes. Sed certè mirandum est de tali allegatione: quia nec Bart. nec Aretin. nec quisquam per eum allegatus dicit, quod necessariò debeat quis esse hæres agnati vltimo loco decedentis sed satis est, quod sit hęres primi inuestiti, vt supra concluſi per text. in d. c. j. dum ergo dicunt, quod in feudo hæreditario oportet esse hæredem, fateor verum vt sit hæres primi inuestiti, saltem per medias personas, hæreditatem verò vltimi potest repudiare, vt est casus in d. c. j. Nec obstat decisio Capitij clxxxxix. vbi vult quod agnatus licet non hæres teneatur soluere debita hæreditaria. Nam respondeo, quod tale dictum debet sano modo intelligi, ne sit contra textum. in d. c. j. an agn. secundum quem tex. E
potest esse verum duobus casibus. Primus, vt satisfiat de fructibus collectis ante calendas Martias, vt ibi dicitur. & est tex. in c. vnico. §. his consequenter. hic finitur lex in feu. Secundus est, quando agnatus non potest venire tanquam hæres primi, quia feudum non sit paternum, sed veniat ex noua concessione principis, & ita propriè loquitur Capitius, qui casus non pertinet ad nostram quæstionem. Non obstat, quod debitum istud videtur contractum in vtilitatem feudi, vnde debet solui sicut alia melioramenta. c. j. §. si vasallus. hic finitur
5 lex. Nam respondeo, quod vt † melioramenta soluantur, requiritur probatio copulatiua, quod tantum fuerit impensum, quantum melioratum, & cõtra prout declarat Abb. in c. j. extra, de in integr. restit. allegat l. in fundo ff. de rei vendicat. vbi Dd. quod non videtur esse in casu nostro probatum. Et hæc saluo semper meliore iudicio.

CONSILII XXIIII. SVMMÆ.

1 *Dictio cuiuslibet propter naturam distributiuæ, videtur insolidum quemlibet vocare, & admittere superstites in casu consilij per ius non decrescendi, quod regulariter locum habet in contractibus.*

2 *Decrescendi ius ex verbis diiudicari.*

3 *Dictio vobis est collectiua, & fortiorem coniunctionem inducit, quàm quando adest copula.*

A 4 *Beneficia Principum latissimam accipiunt interpretationem.*

5 *Pontifex Romanus est supremus Princeps.*

6 *Possessio cuius initij memoria non extat, pro contrario dicitur esse centum annorum.*

7 *Longinquitas temporis inducit præsumptionem omnium solennitatum.*

ADeò subtiliter, & copiosè allegatum est per prestantiss. Iurisconsultum Pabium, Aduocatum istorum Comitum Mirabelli, vt opera mea minimè necessaria videri possit: ne tamen omninò vacuus ad has partes accedam, circa duo puncta principalia insistam: vnde ius istorum Comitum redderur clarius & apertius. Primus articulus est circa verba inuestituræ feudalis, quibus dicitur, vobis, vestrisque ac cuiuslibet vestrum hæredibus, & successoribus in perpetuum, honorificum & nobile feudum, &c. quibus verbis sic statibus videndum
C est, an pars Petri Nuccioli & Monaldini, accreuerit Francisco fratri, & eius descendentibus. Et difficultatem facit, quia dictio illa, † cuiuslibet, licet 1
alias propter naturam distributiuæ, videatur insolidum quemlibet vocare, & consequenter per ius non decrescendi superstites admittatur, quod regulariter habet locum in contractibus, secundum Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & est communis opinio in l. si mihi & Titio. vbi Iaſ. de verb. oblig. Dec. consil. cccxxvj. tamen hoc videD tur procedere, quando dictio cuiuslibet, est posita respectu ipsorum primorum inuestitorum, non autem si respiciat filios, & hæredes ipsorum, vt consuluit Pet. de Anch. consi. ccxlv. incip. duo prima dubia. Alex. consil. xlij. in v. Soc. consi. lxvj. nu. xxviij. libr. iij. sequitur Rip. in l. re coniuncti enim clxv. ff. de leg. iij. Quod videtur factum in casu nostro. Sed tamen dico contrarium, quod imo sit locus iuri † accrescendi inspectis verbis inuestiturę, 2
in quibus illa verba, cuiuslibet vestrum, manifestè referuntur ad ipsos principales. Aliud enim est E
dicere, concedo vobis, & cuiuslibet vestrũm hæredibus, aliud concedo Titio, & Sempronio, & cuiuslibet eorum filiis, in hoc enim secũdo casu, copula à principio fecit diuisionem pro rata, quod non est quando dictum est, concedo vobis. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. quia dictio illa, 3
† vobis, est collectiua & fortiorum coniunctione, inducit, quam quando adest copula. l. interdum. in princ. ff. de hæredib. instit. l. si quis Titio. ff. de vsufr. accres. Et istud manifestè sentit ipse Anch. in F
d. consil. Item aliud est dicere, concedo cuiuslibet vestrũm hæredibus, aliud filiis, prout loquitur Ripa: quia decedente aliquo absque filiis, deficiunt verba inuestituræ, & feudum reuertitur ad dominum: sed quando dictum est, & cuiuslibet vestrũm hæredibus, non deficiunt: quia frater superstes potest esse hæres fratris, cum vterque sit vocatus per inuestituram. Præterea mihi videtur periculosa illa opinio Anch. & Ripæ, caret enim ratione, eũ G
si istud feudum iam esset deriuatum in filios, ipsis deficientibus, fuisset ius accrescendi in filios aliorum: ergo videtur multò magis, si adhuc non sit applicatum: quia aliqui principalium decesserint, ad quod fundamentum Anch. non respondet, sed solũ dicit, q, casus omissus habetur pro omisso, & quod nõ recedimus à forma verborũ: quę ratio nõ est bona, & conuincitur per tex. expressum in l. in cõuentionibus. vbi dixi. ff. de verb. signif. & etiã si esset vera in emphyteusi, tamen non procederet

in casu

4 incasu nostro, in feudis scilicet, quæ sunt † beneficia principum, & accipiunt latiorem interpretationem l.fi. ff. de constit.prin. Et hoc maximè est dicendum in feudo concesso à † Pontifice Rom. 5 qui est supremus princeps, per text. in l.j. C.si liberalit.imperial. loc. lib.x. & est communis opinio, secundùm Alex.Ias. & cæteros. in d. l. si mihi & Titio. & copiosè dictum est per dominum consultorẽ. Alius articulus est, quia isti Comites sunt in possessione huius feudi ferè per annos centum 6 & quinquaginta. vnde succedit conclusio, quod † possessio cuius initij memoria non extet in contrarium, dicitur esse centum annorum, secundùm Cin. in l.ij.q.x.C. de seruit. & aqua, & Barth. Veron. in tract. seruit. verba. præd. c. xix. vbi allegat concordantes, & est communis opinio. Nos autẽ in hoc sumus extra omnem difficultatẽ propter longissimum tempus, vltra annos centum: clarum autem est, quod talis possessor habet vim priuilegij expressi, etiam in præscriptione regalium, & eorum quę aliàs non possent acquiri. c. super quibusdam. 7 §. præterea, de verb. sign. vbi doct. & † inducit præsumptionem omnium solennitatum, vt de iis amplius disputari non possit, secundùm Felin. in c. cũ nobis. de præscr. & quæ not. Dec. consil. lxxxv. Et Cur. Iun. xx. post feuda, cũ concord. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXV. SVMMÆ.

1 *Fœmina existente exclusa à feudo, omnis eius proles exclusa censetur.*

2 *Adoptiuus non vocantur ad feuda, siue naturã feudi inspiciatur, siue in casu consilij tenor inuestituræ.*

3 *Imperator facere potest, quod fœminæ ad feudum admittantur ad quod aliàs non admitterentur.*

4 *In feudo antiquo non potest Pater præiudicare successoribus contra formam inuestituræ, etiamsi dominus feudi seu Princeps consentiat.*

5 *Declarationis à Principe obtinendæ forma, vt filia in feudo submotis agnatis succedat.*

A

Dvertendum est, quod filia Comitis Ludouici est † exclusa à feudo Canellarum, etiam ex prima inuestitura Ducis Aurelianensis anni 1462. & consequenter omnis eius proles. Et etiam de parte castri & villæ Cayri, in inuestitura est clausula, pro successoribus quibuscunque masculis. Et quãtum sit ad adoptionem nepotis ex filia, clarum est 2 † adoptiuos non vocari ad dicta feuda, siue naturam feudorũ inspiciamus. §. adoptiuus. si de feudo defunct. fuer. contr. siue tenorem inuestituræ, siue etiam decreta ducalia. Et licet † Cæsarea maiestas 3 possit illis derogare & facere quod admittantur fœminæ, secundum not. per Dec. consil. cclxix. & ccclxxxx. Curt. Iun. cxxxviij. & in consiliis Bruni, j. tamen postquam iam confirmauit ius agnatorũ erit difficilius obtentu, & quia semper obtinebit pars aduersa, quod per quascunque concessiones Cęsareas non censeatur sublatum ius suum, prout etiam est Iura. l.ij. l.iij. l. pen. C. de precib. Imp. off. Et etiam videtur communis conclusio, quod in 4 feudo antiquo † non potest patet præiudicare successoribus contra formam inuestituræ, etiamsi dominus feudi, seu princeps consentiat. cap. j. de aliena. pat. feud. Alex. consi. cciij. & seq. in iiij. Dec. consi. ccxxxix. iij. dub. Vt tamen concordem cum magnificis consultoribus, non nego, quin expe-

B C D E

diat illud remedium adoptionis, certè nocere nõ potest, & maximè quod viuente Comite Lud. ponatur in possessione propter commoda possessionis. Cæterum puto per viam declarationis planius esse remedium, si supplicetur † Cęsareæ Maiestati quod ipse exiit in Comitatum locum Canellarum, & ordinauit quod in eo succedant ipsi fratres, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum filij primogeniti, legitimi & naturales, & eorum descendentes, & descendentium descendentes, primogeniti, masculi, & successiuè de primogenitis, prout latiùs continetur in ipso priuilegio Maiestatis suæ exhibito. Et quia qualitas masculinitatis non est apposita, nisi respectu descendentium, nõ autem respectu filiorũ ipsorũ fratrũ. Et ita etiàm erat de mente Ludouici, qui non fuisset contentus tali priuilegio in sui fauorem concesso; quod excluderetur sua filia. ca. j. de duob. frat. à cap. inuest. Et ideo supplicetur Maiestatis suæ quod velit declarare, rescriptum suum, quod illa verba, eorum & cuiuslibet ipsorum filij primogeniti, intelligantur prout iacent, vt secundum regulas iuris communis, masculinum concipiat fœmininum, adeo vt etiam filia primogenita succedere possit Ludouico excluso filio ex fratre quamuis masculo, quę declaratio obseruetur, non obstantibus clausulis veterum inuesiturarum, & regulari natura feudorum. Cum talis fuerit mens Cæsareę Maiestatis. Et perinde habeatur, ac si talis declaratio inserta in ipso primo priuilegio, fuisset literis posterioribus, si quæ aduersus dictam declarationem obtentę sint, ipso iure infirmitatis, &c. Et etiã quatenus huic declarationi obstarent aliqua verba inuestituræ aliàs, acceptæ à Ducibus Aurelianensibus, & confirmatæ per Modernos Principes Astenses, quibus de masculis tantùm fit mentio, sua maiestas illis deroget, nec ratum habeat dicta verba, cum præfati Duces à Sacro Romano Imperator. essent alieni. Andreas Alciatus subscripsi.

CONSILII XXVI. SVMMÆ.

1 *Successionis feudi paterni conditio.*

2 *C.j. an agn. declaratur.*

Pro Comite Sacramoro, quod nõ teneatur † ad debita fratris sui: est textus clarus & expressus in ca. j. an agnatus, 1 qui textus procedit in feudo antiquo, seu paterno, vt ibi dicitur: nec F distinguit an feudum sit hęreditariũ primi acquirentis, an non, & ideo habet locum etiam in feudo hęreditario primi acquirentis, vt dicit ibi And. de Iser. vbi dicit alios ita tenere: quia textus nõ distinguit, sed simpliciter loquitur. Nõ obstat, q, in motiuo dicitur q, istud debet saltem intelligi quod sufficiat esse hęredem primi, quando vltimi non potest': secus si possit. nam respondeo, quod ista intelligentia confunditur per text. in d. c. j. vbi agnatus poterat esse hæres vltimi, quia sibi erat delata hæreditas, & tamen potest eam repudiare, & G habere feudum si sit antiquum, seu paternum, nec tenebitur ad debita vltimi. Nec Aluar. in cap. j. de eo qui sibi vel hæredib. contradicit huic sententię: quia licet dicat post Iac. quod feudum non acquiritur, nisi ei qui sit hæres: tamen non restringit se, quod sit hæres vltimi, sed sufficit quod sit hæres primi: quia doctores alternatiuè loquuntur, vt dixi in consilio. Nec etiam Dec. in consi. ccviij. contradicit, imò fatetur de plano, quod oporteat esse

BIU Cujas

hæredem primi per medias personas: quia hæres A hæredis dicitur hæres primi testatoris: & quod deinde subdit, quod vbi non admittitur quis nisi sit hæres, quod hoc intelligitur, si sibi sit delata hęreditas, ponitur, ponit alium casum in quo quis admittitur quamuis non sit hæres, qui casus non facit ad quæstionem nostram, cùm sufficiat esse hæredem primi. Nec etiam obstat opinio Alfict. in d.cap.j.an agn. in prin. quatenus vult quod in feudo hæreditario nō admittitur neque filius neque agnatus, nisi sit hęres. Nam respondeo esse verum, sed sufficeret quod agnatus sit hæres primi cui inuestitura est concessa primo, & suis hæredibus: ergo satis est esse hæredem primi, vel per medium personam. Et certe auctoritas Alfict. parum me mouet, qui ibi perseuerat in illa opinione quæ fuit reprobata per consilium Neapolitanum, vt ipse dicit in decis.cxl. & bene fuit reprobata. quia contra communes opiniones vt dixi in consilio. Et quod subdicit idem Alfictus. num. vij. quod filius non potest feudum accipere nisi sit hęres, quod hoc intelligitur dummodo possit esse hæres: fateor hoc etiam verum, sed nihil ad quæstionem nostram, quæ non loquitur in filio, sed in agnato qui etiamsi possit esse hæres vltimi, nihilominus potest eam hæreditatem repudiare & retinere feudum ex hæreditate primi, quando feudum est paternum, vt dicit text.d. cap. j. an agna. Nec Card.Parisius consil. ij. num. xxxj. vol. j. dissentit ab hac sententia, sed simpliciter vult quod feudum hæreditarium potest relinqui descendenti, dummodò ille ad cuius vtilitatem disponitur, sit de personis ad quas feudum poterat transire, vt ibi per eum in num. xxxiij. vnde nihil dicit quod obstet casui nostro. Minus facit quod notat Capitius decisio. clxxxxix. quod agnatus licet non hæres teneatur soluere debita hæreditaria. Nā respondeo, quod hoc dictum debet intelligi sano modo, ne sit cōtra textum in d.c.j.an agn. secundum quā textum, potest esse verum duobus casibus. † Primus est, vt satisfiat de fructibus collectis ante Kal. Martias, vt ibi dicitur, & est tex. in cap.j.§.his consequenter. hic finitur lex. Secundus est, quando agnatus non potest venire tanquam hæres primi, quia feudum non sit paternum, sed veniat ex noua concessione principis, & ita proprie loquitur Capitius, qui casus non pertinet ad nostram quæstionem. Et ideo nihil dubito, quin vera sint quæ in primo consilio scripsi: subiiciendo tamen qualiacunque cōsummatissimo iudicio domini iudicis.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

1 *Verba ista pro se & hæredibus masculis, denotāt quod vtraque qualitas concurrere debet, quòd nō solùm sit masculus, sed etiam hæres.*

2 *In feudo nouo concedens potest imponere quamcunque legem velit.*

3 *In feudo antiquo potest admitti filius adoptiuus si Imperatori placet, nec possunt agnati, quorum spes diminuitur, allegare præiudicium, &c.*

4 *In casibus quibus Imperator potest facere vt admittantur filij legitimati, in iisdem potest etiam facere, quod admittuntur adoptiui.*

5 *Legitimati possunt admitti ex dispensatione Cæsaris, dummodò non adsint alij legitimi, quibus præiudicetur in legitima iure naturæ debita.*

6 *Adoptiui regulariter non admittuntur ad feudum habens veram feudi naturam, admittuntur tamē ad feudum emptū per pecuniam, in quo etiā inhabiles possunt admitti.*



Transeo in sententiam suprascripti domini consultoris, & vltra allegata per eum, moueor etiam infrascriptis rationibus. Cùm enim inuestiturę feudales fint conceptæ, pro se & hæredibus masculis, &c. vt in tali feudo admittatur filius fratris, oportet quod † vtraque qualitas concurrat, non solùm quod sit masculus, sed etiam quod sit hæres: vnde si nō possit esse hæres: quia non sit institutus in testamento Comitis Ludouici feudum deuoluitur ad dominum, vt late tradit Cur.Iun.in tract.feudali ij in prima parte, vers. viij. principaliter. vbi dicit se ita consuluisse, prout apparet consi.cxxxvij. nu.xj. consi.cxxxviij. nu.xxiiij. & ante eum idem tenuit Alex.consi.xiij. consi.xlx. in secundo. & Dec.consi.lxxviij. Si igitur feudum deuoluitur ad Cæsaream Maiestatem, potest dicta Maiestas concedere etiam filio adoptiuo, qui accedit † feudum nouum, cui potest imponere quascunq; leges velit, cap.j. de duobus fratr. a capita. 2 inuest. Alex. consi.lj. in iij. nec dicitur Cæsarea maiestas facere præiudicium tertio, cùm omnino iste agnatus sit exclusus, nec facto Cæsaris, sed facto Comi.Lud. qui eum non instituit hærede, cùm tamen illa qualitas esset necessaria, vt iste agnatus admitteretur. Secunda ratio, quia etiam in † feudo 3 antiquo potest admitti filius adoptiuus, si ita placuit Cęsareæ maiestati, nec possunt agnati quorū spes diminuitur, allegare tale præiudicium: quia doctores in d.§.adoptiuus. si de feu. defunct. controuer. fit inter do. & agna. concludunt, quod † in 4 casibus quibus Imperator potest facere vt admittantur filij legitimati in iisdem potest etiam facere, quod admittantur adoptiui, præsertim descendentes ex linea materna, vt per Aluaro. Præpos. & alios in d.§.adoptiuus. in † legitimatis verò con- 5 cludunt posse admitti ex dispensatione Cæsaris, dummodo non adsint alij legitimi, quibus præiudicetur in legitima iure naturæ debita, secundùm præfatos doct. in §.naturales. si de feu. defunct. cōtrouer. sit inter dominum & agnatum, quod est in casu nostro. cum Comes Lúdouicus nullos masculos habeat. Tertia ratio, quia quamuis alias † adop- 6 tiui non admittantur ad feudum: tamen hoc est intelligendum de feudo habente veram naturam feudi, non autem in feudo empto per pecuniam, in quo etiam alias inhabiles possunt admitti, secundum Odofre. quem refert Bal. in extrauaga. de pace Constant. verbo, libellariū & in l. liberti. post Cinum. C. de ope. liber. cum concordan. per Curtium d. tract. in iij. par. vers. vj. limitate. & per Decium consi. ceviij. & cccl xxxx. & Corn. consil. xvj. in j. Feudum autem Canoti, de quo agitur, fuit emptum, & licet hodie forte valeat plus, tamen tempore contractus fuit emptum pro iusto pretio, & in omnem casum pro summa dicti pretij exburfati, non videtur subesse aliqua difficultas quin adoptiuus sit admittendus. l. si sponsus. §. circa venditionem. ff. de donat. inter vir. & vxor. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXVIII. SVMMÆ.

1 *Verba pro se & hæredibus legitimis in materia feudali non comprehendunt fœminas, maximè existentibus masculis.*

2 *Regulariter appellatione hæredum legitimorum veniunt fœminæ, sed propter naturam feudi in casu consilij non capitur hæc interpretatio.*

3 Pre-

BIU Cujas

3 *Præsumi omnia bona esse feudalia, nisi probetur, quæ sint allodialia.*

4 *Quicquid intra fines rei feudalis continetur, feudum est, vel feudale censetur.*

ACcedo in sententiam suprascripti domini consulentis, q. admittantur agnati masculi, in successione domini Thomasini, exclusa domina Antonia eius sorore, tanquam bona de quibus agitur, omnia illa sint feudelia per inuesturã imperatorum, Federici ii. & Caroli iiij. concessam, filiis cessoribus istorum, pro se & hæredibus suis
1 legitimis, quæ† verba in materia feudali non comprehendunt fœminas, maximè existentibus masculis. c. j. §. & quia vidimus. qui feud. dare possint. vbi doct. & quæ habentur in c. j. §. quinetiam epis. vel Abb. in vlt. feud. Lud. Roma. consil. j. Alex. cõsil. xxviij. ad fin. lib. j. Albert. Brun. cons. cviij. Et licet aliàs, † appellatione hæredum legitimorum,
2 venirent etiam fœminæ tamen in casu nostro pro pertinatiam feudi, no capitur hæc interpretatio. cap. j. de fœd. ill. feu. c. j. §. & si clientulus. de alie. feu. tradunt doct. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & postu. Nec obstat, quod non appareat omnia bona relicta in hæreditate domini Thomasini esse feudalia: quia ad hanc difficultatem, in qua cardo omnis huius controuersiæ vertitur, respondeo,
3 quod cum inuesturæ verba non repugnent, † præsumendum est omnia bona esse feudalia, nisi probetur, quæ sint allodialia, vt tenet Specu. in tit. de emphy. nunc aliqua. ver. xi. cum iij. seq. & vers. lxij. Bal. in c. j. de vas. qui contra const. Loth. tradũt omnes in c. vasallus. j. de feu. fœm. contr. Albe. de Ros. in l. si certis annis. C. de pact. in l. plures apochis. C. de fide instr. Ita vt l. j. nũ. clxxvij. C. de iure emphy. Sed nos sumus etiam in casu fortiore, quia fines positi in inuestitura satis comprehendunt
4 omnia hæc bona, vnde † quicquid est intra dictos confines censetur esse feudale. c. si diligenti. vbi Abb. in secundo nota de præscrip. Et licet aliàs in tentio principis non censeatur fundata in territorio, nisi respectu iurisdictionis, de quo per Bart. in l. j. in fine. de iurisd. omnium iudicum. non autem respectu dominii: tamen hoc non procedit in casu nostro, in quo facta est recognitio, etiam respectu dominii, §. si. quib. mod. feu. amit. facit rub. C. de omni agro deser. & C. de fund. patrimon. lib. xj. & dixi in l. sylua. §. noualis. de verbo. signifi. post Paulum Castr. & Soci. in l. j. in nota. ff. de acquir. possess. & ita videntur mihi iudicare, maximè cum sim de sola subscriptione rõgatus.

CONSILII XXIX. SVMMÆ.

1 *In feudationem vtilem consolidatione noa resoluit.*

2 *Vltimo hæredis ex possessione censetur.*

3 *Feudi alienatio ex causa facta valet.*

1 VIsum ex forma † inuesturæ quam Imperator Maximilianus fecit in Ducem Ludouicum Sfortiam, & quæ impressa est in chronicis Corii, permissum sit ducibus dare in feudum castra suis subditis, non est dubitandum, quin valeat infeudatio Melignani, facta in Brippium per Ducem Maximilianum, adeò quod consolidato Ducatu in persona Cæsareæ maiestatis: tamen non resolvitur dicta inuestitura. c. j. de con-

A tro inter vasallum & alium. per Bald. in l. fi. §. sed quia nostra. in fin. C. commun. delegat. Et sicut tenetur Imperator ratam habere dictam inuesturam, ita etiam Dux Franciscus tenebatur, quamuis non esset hæres Maximiliani, cũ vt dixi dicta alienatio esset facta ex permissione & facultate sibi competente in inuesturã Ducatus. Quamuis etiã dici posit, & verum sit, quod Dux Franciscus esset hæres fratris: possidebat enim vt omnis reditus 2
B Cremonæ quæ est vrbs dotalis auiæ paternæ ipsorum, vt est notorium: vnde ex hoc satis dicebatur adiuisse hæreditatem fratris, per doctrinam Bart. in l. ge ff. ff. de acquir. hær. Et fortius hoc est dicendum in casu nostro, cum hæc infeudatio fuerit fa- 3
C cta, recepta pecunia, quæ erat tunc necessaria pro defensione status à Gallis communibus hostibus, tam ipsorum Ducum fratrum, quam etiam Imperatoris, vnde indubitanter valuit dicta alienatio, vt per Iserniam in c. j. §. præterea. de prohib. feud. alienat. per Fridericum per Can. in c. in nostra. de iniur. Iason in l. vlt. ff. de pact. in fi. & dux Franciscus qui tenebatur dare Medici aliquod castrum, debuit dare de suis, non de alienis, seu iam alteri infeudatis, & satis, & est quod ipsi Medici, est consul, tum per actum euictionis.

CONSIL. XXX. SVMMÆ.

1 *In feudo paterno vel Emphyteosi paterna, verum est locum esse iuri accrescendi.*

2 *Hæredem ex inuentario aliud pro alio ex causa soluere.*

3 *Specialia non sunt multiplicanda.*

4 *Inducta in fauorem fisci non præiudicant doti cum fiscus & dos pari passu ambulent.*

D VIsa præscriptæ conclusiones factæ per dominum consulentem præstantissimum iurisconsultum, sunt in iure verè, & secundum communes opiniones. In feu- 1
E do enim paterno † vel emphyteusi paterna, verum est esse locũ iuri accrescendi, seu repetitæ successionis. ca. j. versic. quod ita. de succes. frat. c. j. §. cũ verò. qui feu. dare possunt. adeò vt pars ista accrescens nõ possit diminui per legitimam, cùm non deferatur iure hæreditario, sed ex inuestitura, & filii habeant tanquam filii, non autem tanquam hæredes, de quo tamen dicendum, vt per Alexãd. cons. lxxxviiij. in iiij. & cons. viij. in iij. xx. & xxvj. in v. & dixi post alios in l. in quartã. ff. ad legẽ Falcid. Et etiam verũ est, quod facto inuẽtario † potest 2
F hæres creditoribus offerre de bonis hæreditariis, quando ea absque cautione euictionis vendere non posset. l. fin. §. & si præfatam. vbi omnes doct. C. de iur. delib. quod dictum procedit, etiam si tale creditum esset causa dotis, ex quo non reperitur dotem hac in re specialiter esse priuilegiatam per regulam l. in fraudem. §. fin. vbi Bald. de resta. nil. hæc enim † specialia sunt multiplicanda, vt 3
recte consulnit Dec. consil. v. & ccj. cum similes. secus esset si dos specialiter in hoc esset priuilegiata, G secundum Salic. l. fin. in prin. de iure dot. vel dubrogaretur rei priuilegiatæ, puta legitimæ, secundum Paul. Cast. consil. cclxxv. licet ista dominus vel statutum aut lex esset † facta in fauorem fisci vel similis 4
causæ, non enim præiudicaret doti, quæ esse non minus priuilegiata, secundum Baldum consilio. cclviij. quem ad hoc allego lib. iij. Soc. cons. in iij. idem si ratio legis generalis locum in dote nõ haberet. Barba. c. ex literis. de pignor. Bald. nouel-

BIU Cujas

tract. de iure dot. in vj. part. versi. xlvij. & xlviij. Socin. lxxvj. in iiij. Bart. in addit. ad Bald. in c. j. §. donare. quali. olim pos. feud. alien. vnde cùm nos simus extra istos casus, non est recedendum à regula iuris communis generali, posita in dicto §. & si prædictam, vt liceat mulieri ex causa doris restituere dat creditrici offerre tot ex bonis hæreditariis, vt eleganter conclusum est in dicto consilio, cuius omnes mihi videntur esse verissimæ, & requisitus de subscriptione libenter id feci. Saluo semper saniori iudicio.

CONSILII XXXI. SVMMÆ.

1 *Officialium appellatione feudatarios non contineri.*
2 *Vsus loquendi maximè attendendus.*
3 *Gratia fauorabilis generaliter concessa non restringitur.*
4 *Vna pars statuti per aliam declaratur.*

QVæritur an exceptio decreti gratiarum, nisi officiales qui in suo officio deliquerint, intelligatur etiam de feudatariis. Respondeo quod non: quia appellatione officialiũ, nõ † veniũt feudatarii, qui non nomine alieno, seu principis, sed suo imperiũ habent, vt sentiunt cano. in rub. extra, de offi. deleg. Alex. in l. j. de iurisdict. omn. iud. Franc. Paulus in tract. sede vacante. in prin. verb. officio. Et probatur, primò quia officium geritur nomine principis, & habet officialis nudam administrationem, secundum Ant. de Butr. consi. lxxiiij. Dec. rub. ff. de off. eius cui mandat. & consi. xl. sed feudatarii habent ius in re, id est, vtile dominum, vt declarat Raph. Fulgo. con
2 si. j. Secundò, quia † vsus loquendi stat in contrarium, qui maximè attendi debet, secundum not. in
3 rubr. ff. de oper. no. nunt. nec † gratia fauorabilis generaliter concessa, restringatur, prout in simili per Pau. de Castr. in l. in iis. ff. de legibus. Tertiò, quia videmus, in iis decretis vbique officiales distingui à feudatariis: vnde in primo libro Decretorum Ducalium tractatur de officialibus, in tertio libro tra-
4 ctatur de feudatariis, & † vna pars statuti declaratur per aliam, vt in simili per Bart. in l. j. §. parui. ff. quod vi aut clam.

CONSILII XXXII. SVMMÆ.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur, nisi quatenus est in hæreditate.*
2 *Fœmina semel à fratre suo exclusa amplius non admittitur vt succedat patruo.*
3 *Inuestituræ nouæ diiudicatio.*

SAtis arbitror in iudicando sequendã esse eam sententiam, quod illustrissima Ducissa Mantuę non teneatur ad solutionem æris alieni contracti per patruum suum. Quia cum † sit hæres
1 eius cum beneficio inuentarii, non tenetur, nisi quatenus est in hæreditate, secundũ l. fi. C. de iure delib. Et quantum sit ad feudum Montisferrati, finita fuit linea in personam ipsius illustriss. Io. Georgij, quia † fœmina semel à fratre suo exclusa, amplius non admittitur vt succedat patruo, per rex-
2 tum in c. j. §. quinetiamo epis. vel abb. secundum communem intellectum doctorum ibi, qui communiter reprobant quandam opin. Mart. de Laud. & vidi sæpissimè consultum aduersus illam opinionem. Vnde finita linea Imperator deinde, in quem omne ius erat consolidatum, inuestiuit ipsam Ducissam cum marito, & est † noua inuestitura pro-
3 pter multas nouas qualitates, quæ in ea adiiciuntur. non autem veteris prorogatio, vt aliàs dixi, in l. si mihi & Titio. de verb. obligat. post Alexan. & suprà copiosè est scriptum. Nec me mouet, quod noua hæc inuestitura facta sit cum clausula, in feudum antiquum, nobilem, &c. Quia talis clausula est adiecta in fauorem Ducissæ, non vt contrarium operetur, & eam obliget creditoribus patrui, secũdum magis communem opinionem, de qua per Alex. consi. xxx. in j. & consi. xxviiij. in v. Curt. Sen. consi. xlviiij. & habetur per mod. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. vbi dixi. Cũ ergo illustris. Ducissa non veniat ex persona patrui, non tenetur ad eius debita. Quo verò ad meliorameṇta facta per Palæologos, licet finita linea, in melioramentis possint ius prætendere creditores. c. si vasallus. hic fin. lex Corr. tamen talia melioramenta, si qua adsunt, pertinent ad Ducissam, non ex hæreditate illustris. Io. Georgii, sed ex hæreditate fratris sui: quia in iis ipsa succesit, tanquam prior in gradu, authen. cessante. C. de legit. hæred. Et ideo concludo cum suprà scripto domino consulente, requisitus de sola subscriptione. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXIII. SVMMÆ.

1 *Domini ius in vasallum ex proprietate est, & quasi possessione.*
2 *Pendente quæstione super proprietate, non debet interim dominus in possessione turbari.*
3 *Causa spolij prius est expedienda.*

ALlegatio suprascripta secundùm veros terminos & communes regulas iuris procedit: ius enim † quod habet dominus in vasallum constat, & ex proprietate seu directo dominio, & etiam ex quasi possessione dicti iuris: vt dicit Bart. in l. fin. ff. quor. bonor. & ideo † pendente quæstione super proprietate, nunquid perdiderit dominus directum suum, non debet interim turbari in quasi possessione. & querelam. extra, de electiõ. Castren. in l. fi. de vi. de iudic. aliàs diceretur dominus spoliari, secundùm Innoc. in c. suborto v. extra, de re iudic. quem refert & sequitur Abb. in dicto ca. querelam. Et † causa
3 spolii prius esset expedienda. c. fin. extra, de ordin. cogn. Inno. c. inter. de excess. prælatorum. doct. c. insuper. de prohib. feud. alien. per Frideri. Abb. ca. ex literis. de iure patronat. Bart. tract. de tyranno. Et ideo transeo in sententiam suprascripti domini consultoris.

CONSILII XXXIIII. SVMMÆ.

1 *Feudum prouocatione vasalli diuidi per actionem communi diuidundo, inuito alio vasallo, & irrequisito domino.*

DVbitandum † non videtur, quin feudum de quo agitur, ad petitionem alterius ex vasallis diuidi debeat per actionem communi diuidundo, altero inuito, prout tenet An-
dr. Item. in §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. & ibid. Bal. in add. & Aluar. in princ. Alex. consilio vj. versi. quarta probatur. li. & consilio. xxv. vol. v. Soc. consilio. ccxxvij.

Franc.

Franc. de Curt. consi. lxvij. Franciſchinus tract. A
ſuo ipſius, part. quæſtio xxx. Decius in c. prudentiam, princip. de offic. deleg. Et iſtud intelligi-
tur, ſi in requiſito domino, vt expreſſè dicit Alex.
dicto consil. vij. & Socin. dicto consi. cclxxviij.

CONSILII XXXV. SVMMÆ.

1 Filiis Baronum exceptis, hæc clauſula in conceſſione poſi-
ta debet reſtringi, quia fauorem limitat.
2 Dictio Baro debet proprie accipi de eo, qui verè & perfe- B
ctè eſt Baro, præſertim in odioſis.
3 Clericus Beneficiatus videtur ipſo iure feudo priuatus.
4 Baro ipſe perfectè dici non poſſit.
5 Si quis non eſt magnus nobilis, nec poterit dici Baro.
6 Ordines tres, & ſingulorum cenſus.
7 Equeſtris ordo habebat in caſu quadringenta feſtertia id
eſt decem millium aureorum.
8 Feſtertium eſt duæ libræ & argenti.
9 Imperator non cenſetur attendere ad conſuetudines parti-
cularium ciuitatum, ſed ad ius commune. C

Aris mihi placet illa opinio, quod cùm iſte legitimans eſſet clericus beneficiatus, non poſſit dici Baro, etiam quod alioquin feudum haberet: quia conceſſio Comiti Palatino legitimandi facta, eſt fauorabilis, tanquam beneficium principis, ſecũdum Bart. 1
in l. ij. in princ. de verb. oblig. ſ. exceptio verò, filiis Baronum exceptis, debet reſtringi: quia fauorem limitat, ſecundum l. cum quidam. vbi doc. de lib. D
& poſth. vnde dictio, Baronibus, debet propriè ac 2
cipi de eo, qui verè & perfectè ſit Baro: quod non 3
eſt in caſu noſtro. Primò quia clericus præſertim beneficiatus, videtur ipſo iure priuatus feudo, ſecũ dũ tex. in c. j. §. qui clericis de feu. fu. cõtr. cũ ſimi libus, & licet requiriturſ ſententia declaratoria, vel 4
aliàs poſſet ſeruire per ſubſtitutum ſi dominus voluerit: tamen iſta faciũt, vt perfectè nõ dicatur dominus iuriſdictionis, & nõ ſequẽter nec Baro. vnde nõ verificabitur verba exceptionis, ſicut dicimus in co E
mite actu non exercente iuriſdictionem in comitatu. non enim propriè dicitur Comes, ſecundum Balduin. vj. per illum tex. quis dic. Dux, vel March. & Mart. de Laud. in diſpu. Augerius. vbi infert ad quæſt. noſtram. Iaſ. in l. id quod apud hoſtes. de leg. j. Et facit illud argumẽtum vulgatum. Si rem priuatus, nec nomen habet merõris, de quo gl. xxxiij. q. 2. admone re. ih princ. & Anod. Sicut. conſil. iij. in ij. & cõſ. viij. eod. lib. vnde ſicut habens ſolum titulum, non conteritur ea dictione, multominus qui priuatus eſt F
titulo, licet adhuc poſſideret. Secundò, quia feudum illud exiguum eſt, vtpote reditus tamen aſſium l. vnde non videtur de tali intelligendum. arg. lege, ſi proprietarius. vbi doct. de dam. infect. & eorum quæ congerit Gorſetus in tract. de Minimis. & Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. & in terminis noſtris facit deciſio Lucæ de Penna in lege, ſi. C. de mancip. & colen. lib. xj. vbi allegat tex. in lege, ſemper. §. erunt. in verb. ampliorem partem ſubſtantiæ. ſſ. de iure communitatis, quem & in ſimili notat Guid. Pap. quæſt. cccxij. & Iacob. Reb. in rub. C. de nauicul. lib. xj. Tertiò, quia ex verbis priuilegii appa- G
ret, Imperatorem gradatim eſſe locutum, excipiendo filios Illuſtrium Ducum, Marchionum, Barohum, & magnorum nobilium, prout in ſimili dicunt doct. in ca. deremimus. de iudic. per
illum text. vnde ſi iſte non eſt magnus nobilis, multò minus erit Baro. Cum enim haberet in 5
reditu duntaxat ducentos aureos, ſequitur quod eſſet plebeius: quia † tres ſunt ordines, ſenato- 6
rius, equeſtris, & plebeius. lege, j. C. de equeſt. digni. lib. xij. vbi doctor. † equeſtris habebat in 7
cenſu quadringenta feſtertia: eſt autem feſtertium † duæ libræ & ſemis argenti, vnde Cenſus equeſ- 8
tris erat decem millium aureorum: qui erant infra illum cenſum, erant plebei, non equites, & conſequenter nõ poterant dici Magni nobiles. Iſta ſunt manifeſta apud intelligẽtes; & declarat Budæus in lib. de Aſſe. & etiam ex conſuetudine ciuitatis noſtræ, habentes tam modicum reditum, non habentur pro magnis nobilibus, quamuis † Impera- 9
tor non cenſetur attendiſſe ad conſuetudines particularium ciuitatum, ſed ad ius commune. c. j. de conſtit. lib. vj.

CONSILII XXXVI. SVMMÆ.

1 Actionum ſcopus eſt, & ad hoc actiones inſtitutæ ſunt vt
vnuſquiſque perſequatur quod ſuum eſt, non autem
quod eſt alienum.
2 Exceptio, tua non intereſt repellit agentem à limine iu-
dicij.
3 Reſtitutus non eſt inquietandus.
4 Subditus ratione feudi tantum, & non originis non poteſt
dici commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis contra domi-
num.
5 Ciues ſi machinantur contra principem amittunt vitam,
vaſalli verò feudum.
6 Poſt abolitionem criminis impetratam, non eſt admitten-
da amplius eadem accuſatio.
7 Felonia rum cauſæ.
8 Confœderatio cum inimicis reddunt vaſallum indignum,
& præſtant cauſam iuſtam amittendi feudi.
9 Gratia Cæſaris debet reſtringi ad ius ipſius Cæſaris, non
autem quod præiudicet tertio.
10 C. 1. hic finit lex Corr. ſenſus.
11 Illud dicitur remanere, quod immutabiliter remanet, & E
auferri non poteſt.
12 Verba cum effectu intelligi debent.
13 Per fellonian vaſalli finitur inueſtitura, nec amplius du-
rat.
14 Dictio ius ſuum, quomodo intelligi debeat.
15 Semper fit interpretatio, ne ſequatur vel inducatur cor-
rectio.
16 Gratia Principis latam & fauorabilem interpretationem
accipit.
17 Contractus Principum, ſemper cenſentur eſſe bonæ fidei.
18 Princeps ex ſuo contractu tam ciuiliter, quàm naturali- F
ter obligatur, nec de plenitudine poteſtatis contraue-
nire poteſt.
19 Priuari hominum commercio admodum graue eſt.
20 In feudis quantum ad offenſionem ſemper attendimus
perſonam quæ principaliter offenditur non quæ per
conſequentiam.
21 Semper attendendum ad id quod principaliter eſt actum.
22 Iniuria reſtringitur ſecundum animum facientis.
23 Tranſactio facta propter pacem, ſufficit ſi facta ſit cum
principali, quia trahitur ad omnes adhærentes.
24 Quando remiſſio eſt facta per primũ feudi, præiudicat G
ne ſub feudum applicetur primo vaſallo.
25 Contractus imperatoris habet vim legis.
26 Lex generaliter omnes obligat.
27 Quis obligatur naturaliter etiam reſpectu tertij.
28 Obligatio naturalis obligat ſaltem in conſcientia.
29 Principes debent ſecundum conſcientiam iudicare.
30 Approbans tranſactionem, & omnia in illa contenta, qua-
tenus pro ſe faciant videtur etiam approbaſſe ea, quæ
contra ſe faciunt, dummodo ſint connexa.

BIU Cujas

31 *Rex non potuisset dare in subfeudum Duci, quem Imperator habebat pro hoste.*

32 *Dictio domus est collectiua, & quid comprehendat.*

33 *Caducitas interquant est locus; nisi ex culpa, vel dolo.*

MAiestas Cæsarea causam hanc Ducis Vldrici ad cognitionem suam cum reuocauerit, non dubitabo ea de iure in medium afferre, quæ ipsum Ducem adiuuent, vt viris eius iuribus, B posit Cælarea maiestas certius iudicium facere submittendo, tamen qualiacunque hæc scripta mea sapientissimo eius iudicio, & consiliariorum suorum, quibus me humiliter commendo. Petitio serenissimæ Regiæ Rom. maiestatis duo habet capita. Primum est, quo petit decerni, & declarari per Cæsaream maiest. caput, & bona Ducis Vldrici propter crimen læsæ maiestatis ad ipsum Cæsarem applicari. Secundum caput est quo petit feudalia, & subfeudalia ad ipsum Regem tanquam immediatum dominum pertinere debere, atque tam esse ranersa. Circa primum caput, non videtur subesse magna difficultas, quin procedere non possit. Cum enim actio intendatur, vt caput, & bona allodialia sint Cæsaris, hoc nihil interest 1 ipsius Regis: quia actiones sunt institutæ, vt vnusquisque persequatur quod suum est, non autem 2 quod est alienum. & ideo exceptio tua non interest, repellit agentem à limine iudicii. cap. super iis. vbi doct. extra, de accusat. l. non ignorat. C. qui acu. nō poss. l. posthumus. §. si quis ex iis. ff. de inof. 3 testa. vbi Ang. & cæteri. Et hoc maximè est dicendum, cum Cæsarea maiestas remiserit felonias, & ordinauerit Ducem remanere in suo Ducatu, & ipse Dux satisfecerit ipsi Cæsari secundum verba gratiæ. vnde amplius nō potest admitti dominus subfeudi, vt est text⁹ in c. j. §. illud. de prohib. feud. alien. per Feder. in versi. nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, &c. Nec petitio ipsa respectu ipsius Regis potest verificari, quia E contra ipsum Regem non potuit committi crimē læsæ maiestatis; quia Dux non videtur † subditus 4 Regi: nisi ratione feudi; non autem ratione originis; vel aliter. vnde contra eum non potest dici, quod commiserit crimen læsæ maiestatis iuxta text. in Cle. pastoralis. §. denique. de reiudi. vbi Papa hoc statuit in Rege Roberto, qui tenebat Comitatum Prouinciæ in feudum ab Imperatore. & certum est in iure, quod qui non est subditus, nisi ratione feudi, non committit crimen læsæ maiesta. F vt per Spec. in tit. de feu. §. quoniam. vers. xvij. & idem etiam sentit Bul. cons. vlt. incip. Rex Rom. in j. vol. vbi distinguit ciuem à vasallo: quia † ciues 5 machinantur contra Principem perdunt vitam: vasalli verò perdunt duntaxat feudum, & ita omnes tenent in d. Cle. pastoralis. & per Bar. in extrauag. qui sint rebelles. verb. rebellando. de quo non est vlterius disputandum, postquam petitio Regis hoc crimen læsæ maiesta. non imputat Duci ex persona sua, sed ex persona Cæsaris, à quo Cæsare habet G gratiam, vt dixi. Nec obstat, quod etiam ipse Rex fuit læsus, & adeo ius ei commissa felonia. vnde videtur, quod pro interesse suo talis petitio sit admittenda. nam respondeo quod cum perierit pœnam Cæsari applicari, nō autem sibi apparet quod sua nihil interest respectu pœnæ de qua agitur. & cum ipse principaliter non fuerit læsus, sed in eo tantum, dum fratri suo auxiliatur, videtur tale crimē potuisse remitti per ipsum fratrem, vt infrà dicam, & cum Dux impetrauerit à Cæsare † abolitionem, non est admittenda amplius 6 hæc accusatio. lege. j. C. de abolitio. ubi ne semel finita instauretur, &c. Circa secundum caput maior est difficultas, quia regula est, quod † pro- 7 pter feloniam vasalli feudū deuoluitur ad ipsum Regem, etiam si felonia esset commissa contra primum dominum tamen. vt est tex. in dict. §. illud. multo magis in casu nostro, in quo felonia est cōmissa contra vtrunque tam primum, quàm secundum dominum, id est, tam contra Cæsarem quàm Regem. Ne videtur dubitandum, quin in casu nostro subsint plures causæ feloniæ. In primis † con- 8 federatio cum inimicis Imperii in fœdere Smalcaldico, & occupatio Clusæ, & aliarum terratum Regiarum, & apertum bellum per multos menses, quæ omnia reddunt vasallum indignum, & præstant causam iustam amittendi feudi. c. j. §. item, qui dominum. & §. quę fuit prima caus. ben. amit. quia ista omnia sunt contra iuramentum fidelitatis, ad quod tenetur vasallus. iuxta rex. in c. j. de form. fid. & in cap. j. de nou. form. fidel. Nec videtur obstare gratia Cæsa. maiestatis in qua manifestè reseruata est omnis petitio, & actio ipsi Regi. Item rursus reseruatum Regiæ maiestati omne ius, quod ad prę- memoratum Ducatum haberet, ergo viderentur salua & integra iura ipsius Regis, & posse eum petere Ducatum ipsum tanquā subfeudū suum. Et † gratia Cæs. maiestatis debet restringi ad ius ipsius 9 Cæsaris, non autem quod præiudicet tertio, i. ipsi Regi. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. l. ij. C. de precib. imp. off. l. nec auus. C. de emancip. li. & quod Iac. de Belui. in † c. j. hic fin. lex Corr. 10 vbi gratia. & restitutio principis non trahitur ad feudum alteri militi iam concessum: ne ei fiat iniuria. Sed iis non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem, & hanc secundam petitionem esse à Cæs. maiestate reiiciendam tanquā aduersantem gratiæ ipsi Duci concessæ. si enim eius verba videantur in ea ponitur conclusio, quod imperatoria maiestas remittit, & cōdonat offensam, & vult Ducem in Ducatu suo permanere vnà cum eo, quod Imperatoria maiestas occupauit, &c. Regi verò Rom. duntaxat reseruat primo capite omnem actionem, quam ipse vel alii damnificati occasione præsentis belli haberent, cum quibus transigere Dux ipse debeat alioquin Imperator arbitrabitur. Alio verò capite reseruat Reg. maiestati, & domui Austriacæ ius suum subfeudi in dicto Ducatu, &c. ex quibus omnibus satis apparet id esse actum à Cæsarea maie. quod feudalia & subfeudalia ipsi Duci remaneant non autem confiscentur Rom. Regię maiestati primo, ex cōclusione transactionis, quia vult Ducatum remanere ipsi Duci, non autem dicitur † remanere, nisi quod immuta- 11 bilitèr remanet, & auferri non potest. l. aliud est capere. verb. remansurum. ff. de verb. sig. l. si ipsa. ff. quod met. cau. & quia † verba cum effectu debent 12 intelligi. l. j. §. fi. ff. quod quisque iur. Et hoc suadetur ex illis verbis, quatenus dicitur, quod transactio Cadæsis in suo robore firma maneat. Cum. n. per illam transactionem Ducatus versus sit in subfeudum domus Austriacæ. Si locus esset petitioni Regiæ iam non starent firma, sed esset finita. Sicut dicimus quod † per feloniam vasalli finitur 13 inuestitura nec amplius durat. §. finitur. instit. de vsufru. & habetur in c. j. vt lit. non contest. lib. vj. Et quod talis fuerit mens Cæsaris maiestatis ostenditur in literis, quibus restitui Ducem, & mandat eius subditis, vt ei pareant, & iterum

pro

pro suo domino habeant, nullo reseruato iure Regiæ maiestatis, sed simpliciter, quod præsentem Ducem iuramentum fidelitatis. quod vtiq; fieri non potuisset si locus fuisset caducitati. Nec videtur dubitandum quin Cæsa. maie. potuerit ita ordinare et in præiudicium Regis per textum d.c.j.§.illud. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi si ipsi primus dominus remittat felloniam, vasallo Baronis sui non applicatur subfeudum ipsi Baroni, sed remanet vasallo, & in hoc potest dominus præiudicare Baroni, seu primo vasallo. Confirmatur, hæc sententia per ea, quæ not. doct. in c.j. de vas. decrep. ætat. vbi si vasallus tenens subfeudum à Barone deliquerit in Regem primum dominum, & ideo Baro occupauerit subfeudum, tamen si Rex concesserit gratiam vasallo indulgendo ei crimen, censebitur restitutus ad feudum, quamuis iam Baroni quæsitum secundum Andream de Iser. in d.c.j. cum quo transeunt alii doctores. Et idem ampliat ibi do. Card. Alexand. etiam in feudo quo deuolutum esset agnatis, adhuc valebit gratia primi domini in præiudicium agnatorum, meritò igitur idem in casu nostro erit dicendum. Et probatur hæc sententia etiam verbis transactionis dum simpliciter reseruat Rom. Regiæ maiesta. & domui Austriacæ ius
14 suum quod Ducatum habet: illa enim† dictio, ius suum, non debet simpliciter intelligi pro iure caducitatis, sed duntaxat pro iure subfeudi: quia alias corrigeretur illa dispositio, per quam ordina-
15 tur Ducatum debere remanere Duci. & † semper fit interpretatio, ne tali clausula induceretur correctio. quod non est dicendum lege, non ad ea. ff. de cond. & demon. Bart lege, j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. & quod talis dictio reseruatiua iuris restringatur, ne inducat correctionem. post Baldum consuluit Dec. consilio cclxxxiij. & in alio casu idem tradidit Ias. in lege, si fundum per fideicommissum. ff. de legat j. & do. consi. cxxxv. in j. vol. & alias declaraui in tract. præsumpt. reg. ij. versi. xxviij. vbi plurima adduxi pro confirmatione huius sententiæ, & ostendi quod istud procedit in qua cunque materia, seu in testamentis, seu in cõtract. lib. seu in statutis. Et hoc maximè est dicẽ
16 dũ in casu nostro, si in† gratia Principis, quę lata & fauorabile interpretationem accipit. l. pen. ff. de
17 constit. prin. vnde etiam solet dici, quòd† contractus principum semper censentur esse bonæ fidei, vt inquit Bald. de pac. constit. §. si quis verò. & obli
18 gatur† Princeps tam ciuiliter, quàm naturaliter ex suo contractu. vt not. Cin. & doct. in lege, digna vox. C. de legib. adeò, vt etiam de plenitudine potestatis contrauenire non possit, vt declarat ibi Pau. de Cast. & idem tenet Bal. in c. j. §. ad hæc. de pace iur. firman. & si aliter diceremus, nullus inueniretur qui contrahere vellet cum Principe: &
19 sic† priuaretur hominum commercio, quod admodum graue esset. l. hi qui. C. de apostat. Rom. consi. cccliij. ad fin. Et maximè hæc fides est præstanda in hoc casu, in quo non omninò gratuita fuit concessio, sed sua maiestas accepit notabilem summam auri, adeò vt hæc gratia non possit dici ex causa lucrativa omninò prætersisse. vnde indubitanter dicta maiestas est obligata ad manutenendum dictum Ducem in Ducatu, iuxtà formam transactionis: cum alioquin teneretur ad restitutionem pecuniæ argumento. lege, emptorem. §. fin. de action. empti, & quod tradit Arez. in ca. j. extra, de probat. Et pro hac sententia etiam facit quod dicit se consuluisse Iacobin. de sancto Georgio, in tract. feudo. §. dictiq; vasalli promiserunt. versic. quidam Epi-

A scopus. vbi concludit quòd Episcopus solus absque consensu capituli potest facere gratiam, & remittere ingratitudinem vasallo non attenta contractione capituli, quando iniuria respiceret personam Episcopi, vel quando vtilitas ecclesiæ hoc suaderet pro bono pacis. Nec obstant rationes suprà in contrarium adductæ quod Cæs. maiestas non videatur obtulisse ius tertii & sic ius competens Regi ex caducitate, quia respondetur quod imo voluit, vt Ducatus remaneret ipsi Duci. &
B hæc caducitas locum non haberet, vt suprà ostendimus nec dicitur istud quod Regi aufertur esse ius tertii, sed potiùs ius concedentis, quia principaliter spectat ad ipsum Cæsarem, & bellum cum eo gestum fuit, & felloniæ in eum commissæ, quas potuit remittere etiam in præiudicium Regis per textum in dict. §. illud. vbi fit remissio etiã in præiudicium Baronis, nec est restringendus ille textus, quando Baro non adiuuasset primum dominum. Et facit, quia in† feudis quantum ad of-20
C fensionem semper attendimus personam, quæ principaliter offenditur, non quæ per consequentiam. ca. j. an ille, qui fratrem. in vlib. feud. & facit regula generalis, vt† semper attendamus ad id, 21
quod principaliter est actum. lege, si quis nec cautam. ff. si cert. petat. & videretur Regia maiestas, vnà cum Cęsarea esse quodãmodo duo rei credendi aduersus Ducem, Cæsar principaliter, Rex in consequentiam. vnde liberatio facta à Cæsare debet pro desse Duci, etiam aduersus Regẽ. arg. l. & per iusiurãdum. §. fin. de acceptil. l. si ex pluribus eo. tit.
D & ibi per doc. Maximè cum gratia Cæsaris emanauerit ab eo etiã sub tit. Archiducis Austriæ: quo casu etiam secundum illam qualitatẽ dici potest contraxisse. c. quoniã Abbas. extra, de off. deleg. & quę habentur ibi per doct. Non obstat, quod Dux inuaserit etiam terras Regis, & ideò iniuria principaliter ad Regem videtur pertinere, & Respondeo, q, satis constat bellum indictum fuisse contra Cæs.
E maiest. cuius adiutor erat Rex ipse, & gentes transmissæ ad claustra montium, non fuerunt transmissæ propter aliquas inimicitias, quas haberent fœderati contra Regem, sed solum, vt arcerent externum militem. vnde cum animus non adfuerit iniuriam faciendi ipsi Regi, non debet Rex eam ad caducitatẽ trahere, sed solùm esse contentus restitutione damnorum, quia† iniu- 22
ria restringitur secundum facientis legem, verum. vbi Bart. ff. de furt. per Alex. consilio cij. in iiij. vol. Et ex suprascriptis resoluitur dubium principale: quo quæritur, an dicta transactio facta
F per Cæsaream maiesta. sufficiat ad excludendum Regem à dicta petitione. Respondeo, quod sic: quia verba transactionis disponunt, vt ducatus remaneat ipsi Duci. Nec obstat, quod transactio cum Cæsare facta non debet Regi nocere: quia istud fallit multis casibus. Primò, in transactione † facta propter pacem, quæ sufficit, si facta sit cum principali, quia trahitur ad 23
omnes adhærentes. ca. j. de postul. prælat. Ioan. Andr. in ca. ad apostolicæ. de re iud. lib. vi. alii doct. Angel. in lege, quæ religiosis. ff. de rei
G vend. Alex. lege, si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act. in apostill. Bart. quod procedit, etiãsi ipsorum adhęrentiũ mentio facta nõ sit, dũ verba sint in tẽ cõcepta, prout in casu nostro, & declarat Iacobinus de S. Georgio in tractat. feud. §. adhęrentibus. Secũdò, † quã remissio est facta per primũ dominũ
feudi præiudicat, ne subfeudũ applicetur primo va- 24
sallo, dict. c. j. §. illud. de prohib. feu. alien. per Fe-

der.

der. vbi omnes doctores. Lucas de Pena in l. j. ver. plectendi. de pet. bon. subla. lib. x. & facit tex. in c. fœminis. §. si qua vero feuda. de pœn. Aegid. Bellamer. cccc xxv. & Decis. capell. ccc lxxxv. cum simi
25 libus. Tertiò in gratia facta ab Imperatore, † cuius
26 cõtract⁹ habet vim legis & lex generaliter omnes obligat. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. per Bal. & Ang. in l. omnes. C. eod. tit. Quartò, fallit quo ad obligationem naturalem, secundum†
27 quam quis obligatur etiam respectu tertii. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi glo. & doct. ff. de verb. obli-
28 gat. quæ † obligatio naturalis obligat saltem in cõscientia, secundum gl. & Canonist. in can. quoties cordis oculus. j. quæst. vij. in gl. & ibi in verb. & per te in fin. & per Felin. in rubrica proœmij Gregoria
29 ni † secundum quam conscientiam maximè debẽt Principes iudicare, vt per Bart. in l. vnica. in fin. C. vt quæ desunt aduoc. Guid. Pap. q. xxviiij. Quintò fallit respectu eorum, qui ratam habuerint transactionem, seu talem contractum c. ratihabitionem. de regu. iur. in vj. præsupponitur autem in facto quod Regia maiestas ratam habuerit illam transactionem, saltem respectu capitulorum connexorum, scilicet, recompensationis damni, & fidelitatis obseruandæ tam respectu ducis, quàm subditorum, vnde in consequentiam videtur etiam ap-
30 probasse gratiam, cum expresse Rex † approbauerit omnia contenta in transactione illa, quatenus pro se faciant. vnde videtur etiam approbasse quæ contra se faciunt, dummodo connexa sint secundum Bald. j. C. de eden. Felin. cap. cum vener. de except. Sextò, fallit, quando non est probabile interesse illius tertij, & ideo in casu nostro si fœdus Cadehense adhuc perfectum nõ erat, vel meticulosum fuisset, videtur in casu nostro præsumendũ secũdũ distinctionẽ. Bal. in ti. de pace Constan. verb. pactiones ius feudi dicti Ducatus secundum antiquam originem remansisset in solo Cæsare, qui potuisset remittere tanquam ius sub feudi nondum esset radicatum in personã Regis; cùm enim in transactione Cadehensi actum esset, vt maiestas Cæsarea eam transactionem porro confirmare vellet, ea confirmatio necessaria fuit, & ante eam sub feudi ipsum Ducem non obligauit. c. j. de alien.
31 feu. l. debitor. j. quibus mod. pig. sol. Nec † potuisset Rex dare in subfeudum Duci quem Imperator habebat pro hoste. l. liberi. vbi not. C. de inoffi. testam. & c. j. quot testes sint nec. & ideo sufficit Duci gratia Cæsaris: cùm tempore delicti ius subfeudi non esset in Rege, sed deinde, & ex postfacto cœpit esse, postquam in sua gratia iussit Imperator dictam transactionem obseruari, & ratificatio subfeudi, deinde per Cæsaream maie. facta non retrotrahitur, vt possit videri commissa felonia quæ tẽpore criminis non erat cum tunc Rex nondum esset subdominus, secũdum doctrinam Ant. de But. in c. cùm venissent. ad fin. extra, de rest. spol. Alex. l. quod meo. in fi. ff. de acquire. posses. per text. in le. bonorũ. ff. rem rat. hab. & videtur mihi hoc fundamentum vel solum sufficere ad victoriam. Et ex iis apparet resolutum esse primum dubiũ an transactio Hailprunnæ extendat se ad Regem in quo concludo, quod sic per suprascriptas sex rationes. Circa secundum quæsitum an reseruatio iuris Regii per Cæsarem facta intelligatur, vt possit Rex agere eo modo, quo fecit? supra respondi, quod talis reseruatio intelligitur solum de iure subfeudi ne alias induceret correctionem. d. l. non ad ea. & quia talis reseruatio stricte accipitur, vt per Dec. d. cons. cclxxxiij. vbi hoc clarissimè pro bat per multa iura, rationes, & fundamenta. Et quia illa verba, *ius suum quod ad ducatum habet*, nõ sunt intelligenda de caducitate: alioquin hoc fuisset
32 expressum. Et quia reseruatio fit etiam † domui Austriacæ, quæ dicitur est collectiua, & comprehendit descendentes in infinitum; vt habetur in l. si cognatis. ff. de reb. dub. in l. fin. C. de verb. sign. & non potest conuenire huic caducitati, quæ non domui, sed ipsi Regi Ferdinando esset aperta. Circa tertium, an propter accusationem læsæ maiestatis erga Cæsarem bona feudalia sint aperta Regi? suprà conclusum est, quod non, quia gratia primi domini nocet secundo, cui alias feudum aperiretur per tex. in d. c. j. §. illud. de proh. fẽu. alien. per Fed. & quæ not. Andr. de Iser. in c. j. de vas. decrepi. æta. & ibi etiam d. Cardinalis & suprà dixi. Circa quartum, an causæ, in libello deductæ, sint sufficientes ad priuationem feudi? suprà etiam satis est responsum: & cùm emanauerit gratia à Cæs. maie. abolitum est omne delictum l. j. C. de abolit. & suprà dixi. Circa quintum, an quia filius Regis Maximilianus erat in castris? dicatur Dux contra personam domini insultum fecisse? suprà responsum est, quod cum principaliter contra eum non bellige-raretur, non videtur contra dominum commissa felonia iuxtà not. in c. j. an ille, qui fratrẽ. in vsib. feu. Circa quod non est laborandum: quia gratia Cæsaris abolet istud delictum per supradicta. Circa vltimum, an si Rex probare non possit crimina deducta in libello, cadat à iure directi dominii, sicut vasallus caderet qui falsa crimina impingeret domino. Respondeo † nunquam caducitati est locus, ni
33 si ex culpa, vel dolo, c. j. qualiter domi. propr. priu. non est autem credendum Regiam maiestatem aliter quàm ex iustâ credulitate ad talem accusationem deueniisse: & ideò non est locus caducitati. Quibus omnibus consideratis, Cæs. Maie. poterit in præsenti causa ius dicere, & quia cor Regis in manu Dei est, secundum diuinum animi sui motum pro nuntiare cui ego humilimus seruus ante pedes terrã deosculor Andreas Alciatus Iurisc. secundum supra scripta respondi, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXXVII. SVMMÆ.

1 *Feudum legato non cedere.*
2 *Dominus in quibus casibus potest inuitis vasallis ius suum alienare.*
3 *Verba omni reditu & pertinentijs quid importent.*
4 *Feuda separatim empta, & separatim inuestita, non præsumuntur coniuncta castro, &c.*
5 *Mens testatoris est attendenda.*

QAci, & Rubei præstantiss. iurisconsul. vi sis cõsiliis requisitus vt simpliciter sententiam meam explicarem, quamuis occupatissimus detrectare non potui, quin libenti animo hoc facerem. In primis † itaque arbitror veram esse conclusionem, quod in 1
genetali legato, de quo agitur non veniat ius vasalitii, quod habebat testator respectu illorum duorum prædiorum quæ separatim acquisita infeudauerat cuidã seruitori suo, quia de hoc est tex. in cã. j. de capita. qui cur. vend. & est regula generalis posita in ca. j. §. in generali. si de feu. fuer. controuer. & procedunt illa iura indistinctè prout loquuntur, siue feudum sit extra curiam, siue non, seu in Manso sint vasalli, seu non.

Maximè

Maximè cum semper subsit eadé ratio, vt per eos. Intelligitur tamen supra scripta conclusio, prout loquuntur dicta iura, vt tale beneficium non comprehendatur in generali alienatione, nisi expressé de eo actum sit quo casu subdistinguendum est, aut loquimur in † casibus quibus dominus potest, inuitis vasallis ius suum alienare; vt habetur in c. j. §. eadem l. de lege Conradi, & per Dd. in l. ij. in fin. princip. ff. solu. matr. & ego alias connumerauí in l. debitorum. C. de pact. & tunc ius illud transit in emptorem, & vasallus tenetur eum recognoscere, & ita loquitur Bald. cons. ccixxix. Rex Romanorum. in iij. & in titu. de pace Constan. super gloss. verbo, inuestituram recipietis. & in l. si plures. C. de cond. insert. Aut loquimur in casibus, in quibus vasallus non potest inuitus alienari, qui casus regulæ communi inniituntur. l. inuitus. vbi gl. de fideicom. liber. Dd. in c. dilecti, de maior. & obedien. vbi Felin. & tunc secundum Bald. in l. in testamento. C. ad legem falcid. proprietas adhuc tamen transit in emptorem: quia potuit dominus rem seruo arbitrio suo alienare, sed quia vasallus non tenetur eum recognoscere, venditor ipse commoditates omnes à se perceptas restituet emptori: quia respectu commoditatum nulla est vasalli prohibitio, quin dominus arbitratu suo de his disponat. l. vsufructu. vbi Bald. sol. matr. & ita sentit Bald. in d. l. in testamento si recte intelligatur vbi fortius subdit, quod venditor iste tenebitur de dolo, si non admonuit emptorem, quod rem infeudauisset, & ita etiam intelligitur distinctio Bald. in d. l. si plures. Sed difficultas est in casu nostro ad cognoscendum an hoc in legato expressé actum sit vt ius vasallitij transeat in legatarium, & viderent quod sic propter illa verba, *castrum cum sale, datijs, taxis, molendinis, & omni alio reditu, & omnibus suis pertinentijs, &c.* etenim † illa verba omni reditu, & pertinentijs satis comprehendunt tale ius, vt consuluit Cor. consi. cccxxi. in iiij. ad fin. & facit quod consuluit Paul. Castrens. consil. lxiij. in c. quod dicti reditus, in j. volum. per Dec. consil. ccccxvj. & consi. seq. cum lim. In contrarium facit, quia præsupponitur † quod feuda istorum prediorum nunquam coniuncta fuerint ipsi castro, ex quo testator separatim emit, & separatim inuestiuit, vt per Castrens. consi. ccexvij. volum. ij. & per Alexand. consil. xiiij. volum. vij. Breuiter quæstio ista est magis facti, quam iuris: & putauerim ego non esse recedendum ab opinione suprascriptorum Dominorum consulentium, quæ innititur regulæ, vt tale beneficium non comprehendatur in legato, nisi tamen appareat, quod testator de eius emolumentis disponeret tanquam de re vnita cum castro. l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fundo instrum. l. prædijs. §. balneas. de leg. iij. per Rapha. Com. l. serui electione. §. fin. de leg. j. per Alexand. consi. clxix. in v. lib. vt quia in locationibus quas faciebat de tali castro sineret emolumenta directi dominij à conductore exigi, & simul cum castro tanquam quid accessorium ea locaret; vt per Alexand. post alios in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matr. Idemq; existimarem si per alias coniecturas, puta per rationes, & libros ipsius testatoris, id probaretur cum in hac materia † mens testatoris torum faciat iuribus vulgaribus. Et hæc omnia, saluo semper, &c.

CONSIL. XXXVIII. SVMMÆ.

Disponere de bonis feudalibus in vltima voluntate, vel quouis alio modo nemo potest.

Consil. Andr. Alc.

A 2 *Consuetudo est probanda, aliàs ius commune stat in contrarium.*

3 *Feudalia bona in Agnatos in Inuestitura comprehensos alienari possunt.*

MARCHIO Ioannes Franciscus Malaspina loca infrascripta Varij, Petræ Montis, fortis, Serenissimis Imperatoribus, ac Illustrissimis Ducibus Mediolani, nec non Castrum fabricæ à Reuerendissimo de Gambara in forma antiqua aurita, & paterna sub certa annua census præstatione ipsi de Gambera faciendà, respectu dicti loci fabricæ, recognouit. Qui Marchio quinquidit testamentum, in quo haredem sibi Spandam eius matrem instituit: eo mortuo ianitorium bonorum duntaxat feudalium possessio fuit apprehensa, per Magnificos Ioannem Baptistam, & Angelum fratres Malaspinas proximiores dicti defuncti, accedente consensu dicti de Gambara, à quo se denuò recognouerunt, eam traditione possessionis. per constitutum. Modò contigit de pluribus dubitari. In primis An quid ipse Marchio Ioan. Franciscus de bonis feudalibus vltima voluntate, vel quouis alio modo disponere potuerit? Et respondetur, quod non. cap. primo ibi. nulla ordinatione defuncti. de successio. feud. in vsibus feud. Rursus, an ipsis Marchionibus propria authoritate huiusmodi feudorum possessionem apprehendere licuerit, attenta consuetudine dictorum Marchionum proximiorum, quæ habet, quod vno ex Agnatis præcedente absque filijs masculis, id absque facto Iudicis facere queant. & in hoc an decretum de continuanda possessione in hæredem sibi vendicet locum, quicquid dicter consuetudo? Respondetur, quod † consuetudo est probanda, aliàs ius commune stat in contrarium. x. j. §. j. ff. de sen. def. contem. Dubitatur & vltimò quia, quandoque dicti Marchiones fisci nostri, quæ præstantur per homagium inuicem fecerunt venditionem, an dicta ficta cum homagio acquisita à dictis Marchionibus, cæteris que agnatis debeantur hæredi, an verò vt feuda hæreditaria transeant in Agnatos? Respondetur constito † quod bona sint feudalia, nihilominùs potuerant alienari in agnatos comprehensos in Inuestitura, Bartol. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. ix. de verb. obl. Bald. l. voluntas. C. de fideicomm. & in c. Imperialem. in prin. de prohib. feud. alien. per Fed. & seruant naturam suam, vt sint feudalia, & transeant in agnatos.

CONSIL. XXXIX. SVMMÆ.

1 *Præscriptio habet locum etiam in feudis.*

2 *Præscriptio in feudis contrà nondum natos, non procedit præterquam in quibusdam casibus ibi positis.*

PRÆSCRIPTIO in feudis † respectu vasallorum procedit. a. j. §. quis per triginta. Si de feud. fuer. contr. c. j. §. porrò, quali. vbi tamen maximè si de præscriptione feudi formati agatur. Alexand. consi. lxxxxij. vj. vol. Balb. in tract. præscriptionum. iiij. partis quæ partis. ij. q. Dec. consi. cccclxvij. etiam longi temporis quando alienatum à non prohibito. Ripa in §. Diui. num. xv. Sed † etiam contra nondum natos? quod nolit Bart. in l. fin. §. emptio. C. communia de legat. Alexand. consil. lix. colum. iiij. in iij. Curt. Inn. in Auth. Res quæ

BIU Cujas

colum.ij. C. commun. de legat.Iſer.& alij in c.j.§. quid ergo. de inueſti. de re alie.fa.Dec. conſi.cccxxxxv.nu.xxxxvj.Iaſo. conſil.vij. in ij. Curt.Iun. 181.Rub.xiij.num.xiij. Fallit quando feudum hæreditarium præiudicat, tunc præſcriptio etiã nondum natis currit.D d.in d.§. quid ergo. Curt. conſil.lxxxij. capio primum. Secundò quando completa contra maiores antequàm purificareturius nondum natorum.Comenſ.cccliij.colum.xiij. & ſeq. in ij. Tertiò quando ſciebant maiores ipſorum currere præſcriptionem. Bartol.d.§.diui.q. vlt. & Ferdi.de Loazes.ibi.n.cij. Afflict. d.§. quid ergo.colum.v.Brun.conſ.lxvij.in fi. Quarto quando alienatio à perſona non prohibita alienare præſcriptio etiam non natis nocet.Aluar. d.c.j.§. hoc quoque.col.fin.de ſucceſsio.feu.Balb.d.tract. iiij.par.q.viij.in fin. Curt. d.conſi.lxxxij. Ex quibus in caſu mihi propoſito concludo procedere præſcriptionem feudi alienati à non prohibito, quamuis nondum eſſent nati ſucceſſores, & quia maiores ſciuerunt eam currere, & contra eoſdemmet completa fuit præſcriptio.

CONSIL. XL. SVMMÆ.

1 *Verba, ad vtriuſq; ſexus familias, & ſibi, & hæredibus ſuis. quid operentur. & num. 2. & nu. 14.*
3 *Fœminæ in Marchionatu non ſuccedunt, niſi deſint maſculi. num. 5.*
4 *Conſuetudo, in Marchionatu ius Maſculis acquirit.*
6 *Feudalis conceſsio ex quibus probatur.*
7 *Fidelitatis iuramentum in eo qui iam erat inueſtitus, non requiritur.*
8 *Agnati qui aliàs vſq; ad decimum gradum in feudis vſq; ad ſeptimum tantum ſuccedunt.*
9 *In feudi ſucceſsionibus differentiæ plures.*
10 *Hæres, ergo filius non eſt de iure.*
11 *In feudis contra deſcendentes coniecturæ plures.*
12 *Alienari ea non poſſunt in præiudicium ſequentium, in quibus dominium vita durante eſt limitatum.*
13 *Hæres plus habet ex perſona ſuo, quàm ex perſona defuncti.*
14 *Vendicatio vtilis, quando ſucceſſoribus detur in feudis.*
15 *Præſcriptio etiam longiſsima requirit bonam fidem.*
17 *In Præſcriptionibus etiam hæredi nocet mala fides defuncti.*
18 *Inueſtitura alteri facta, non nocet ei qui venit ex propria perſona, nec ſententia. nu. ſeq.*
20 *Marchionatus diuiſio non præſumitur.*
21 *Scripturæ antiquæ habent præſumptionem pro ſe.*

MARCHIO Saluſiarum vocatur non ex iure trãſmiſſo, ſed ex perſona ſua, 1
quia vocatus illis † verbis ad vtriuſque ſexus familias, & illis, ſibi & hæredibus ſuis, quo caſu deſcendentes omnes ordine ſucceſsiuo veniunt Bar.l.vt iuriſiurãdi. de op. liberto. quando deſcendentes nominantur, ius efficacius quæritur ex propria perſona ſecundùm Bald. & quilibet deſcendens ius habet durante eius vita. Alexand. conſ. cv. In caſu incol. in prin. verſicul. dico primo lib. & nihil interim in præiudicium eius fieri potuit per alios. Quod autem facta ſit ſubſtitutio deſcendentibus in infinitum ſic probatur. Primò. Illa verba † *ad vtriuſq; ſexus familias* familiæ appellatio omnes comprehendit. l.liberorum. l. pronuntia. de verb. ſignifi. de dicto Aledramo & ſuis hæredibus intelliguntur hæredibus ſcilicet ſanguinis. l. ex facto §. fi. ad Trebell. Soci. conſi. ccxxxxix. In concluſion. in ij. maximè 2

A in materia feudorum. cap. j. §. pen. de leg. corra. c. j. §. eth clientulus. de alien. feud. & licet aliqui dubitauerint an neceſſaria ſit qualitas quod hæredes, tamen omnes concordant in feudis quod oportet eſſe deſcendẽtes. & hoc maximè quia ſupradictũ eſt ad vtriuſque ſexus familias, quæ debent declarari ne contradicant. Secundò, Quia † in Mar- 3
chionatu fœminæ non ſuccedunt, ſed de primogenito in ſecundo genitum. cap. licet. de Voto. vbi
B Abb. c. ſignificauit. de reſcript. cap. dilecti. de arbi. Ratio cur fœminæ excludantur. ſecundum Bald. & ita eſt conſuetudo in March. Montisferrati, quę poteſt induci ab vna fœmina. & eſt optima legum interpres & declarat, &c. l. hæredes palàm. §. ſed ſi notam de teſtamen. & primogenitus præferatur, quia diuidi non poteſt. cap. j. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. Tertiò. Aliud fundamentum in fauorem maſculorum. quod vſque ad tempus Ioannis vltimi Marchionis de Saxonia
C fuerit inducta conſuetudo, & quidem præſcripta, ſecundùm quam maſculi excludunt fœminas quę habet iam priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de Aqu. quot. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbor. ſignif. dixi conſi. lxxxv. ideò † ius quæſitũ 4
maſculis in Marchionatu ſiue feudale, ſiue nõ. Nec obſt. *conceſsio Aledramo facta ad vtriuſq; ſexus familias.* Reſpon. quod † fœminæ ſuccedunt ſi nemo maſcu- 5
lus. c. j. §. quin etiam. Epiſ. vel abb. Alexan. conſ. ix. lib. v. ſicut hactenus ſemper maſculi. idque regulariter in magnis dignitatibus. ij. reſpond. quod illa
D verba reſpectu rerum conceſſarum, non reſpectu perſonarum. quod probatur ex ductu ſermonis, & verbo à quo regitur, &c. Quartò, Quia ita ſuadet natura feudi, & quod † conceſsio ſit feudalis pro- 6
batur. j. quod nullus audeat re veſtire, ergo præſupponitur Inueſtitura ij. quod obijcienti quod non habeat inueſtituram liceat per pugnam, &c. iij. vt eum conducat in famulatum, id eſt Vaſallitium. iij. conſiderabat fidelitatẽ. v. appellatur Marchio.
E vj. erat iam inueſtitus de Marchionatu, vnde in nouа inueſtitura non requirebatur Iuramentum fidelitatis. & licet in donatione fœmina ſuccedat. ſecundùm Ange. conſ. ccxxxxij. licet non in feud. tamen hoc eſt feudum per ſupradicta, quamuis nõ debeatur ſeruitium, & ideo reſpectu non expreſſorum naturam feudi ſortitur. Bal. l. j. q. xvj. de reſ. diuiſ. ij. etiamſi non ſit dictum de ſeruitio, tamen præſtan. ſecundùm naturam feudi ad ea quæ ſacramento fidelitatis continentur. Bal. c. j. col. fi. de capit. qui Curt. vend. & tunc non admittitur fœmi-
F na, quando iuramentum fidelitatis præſtandum eſt. Alex. conſ. ix. col. iij. lib. v. Dec. conſ. clxxxxiij. col. iij. iij. reſpon. quod prius Aledramus inueſtitus vt §. vij. ſi quod dubium an feudalis ex longiſſima conſuetudine, & obſeruantia declaratum. quia deſcendentes ex Aledramo ſemper fidelitatem præſtiterunt. l. cum de in rem verſo. de vſur. ſuprà dixi & non mutanda quę certam, &c. & conſuetudo in feudis legem ſcriptam immittatur, ſecundùm quam fœmina excluditur. & idem, ſuprà.
G dixi ſiue feudalis, ſiue non, &c. Quintò. Principaliter licet † Agnati non vltrà x. gradũ. l. fi. C. vñ legi. 8
& in feudis niſi ad ſeptimũ. c. j. §. Hoc quoq; ſciendũ. de his q feu. da. poſ. c. j. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. reſpo. q. verum in minorib. ſucceſsionibus, nõ in magnis, in quibus qẽs in infinitũ Bal. c. j. §. Capitanei. verſ. Item opponitur. de feudo Marchię. vbi etiã ſi centeſimo gradu ibi Iac. Alu. in gl. fi. Iac. de Beluiſ. qñ de acqrente feudũ primordialiter tũc in deſcendẽtes in infinitũ, Cep. caut. 69. loquitur etiã in.

in successione Regis Francorum quæ allodialis. Ratio, quia à primo inuestito descendunt, & sic iure contractus quod est fortius. Bar. l. eum qui ff. de interdict. & relegat. Non obstant ergo contraria, quia non † quando fit transitus in descendentes, vt in casu nostro. Secundò, ibi in minoribus successionibus. Tertiò, non quando ex iure contractus vt dixi consi. lxxxv. aliud si ex sola legis prouidentia. quia lex non tibi tuum, &c. Sextò, principaliter concessio pro se, & eius hæredibus: ergò qualitas quod sit hæres, & sic feudum hæreditarium. Barto. l. ex facto. §. fin. ad Trebell. cum beneficio inuentarij. Alexã. consil. xij. lib. v. cum simil. lib. Respon. † contrarium verius. Sali. l. ij. q. xx. C. de iure emph. hæredes filij secundùm sensum vulgi, licet aliud secundùm sensum iuris. ideò in materia feudi, vel primogenituræ de hærede sanguinis. Bald. cap. j. de eo qui sibi, & suis hæredibus. Dd. l. Gallus. §. etiam si parente. de liber. & posthum. Dubium tamen est, An descendentes debeant esse hæredes? quod non gloss. d. l. ex facto. §. fin. Soci. consi. lvij. lib. iij. Dec. consil. xxxviij. c. prin. colu. ij. Iaso. l. si non sortem. §. libertus. in fin. de condi. indeb. Tertiò, in casu nostro aliud ex † coniectura colligitur. Primò ex subiecta materia, vt conseruentur in descendentes si hæredes non conseruarent. Secundò propter fidelitatem Aledrami quæ ratio potius ad successores sanguinis. Tertiò, quia † descendentes non possunt alienare in præiudicium sequentium, quia limitatum dominium durante vita. Bald. consil. cxxv. Viso testamento. lib. iiij. Confirmatur quia Bar. in d. §. etiam si parente, simpliciter hæredes sanguinis. Socin. d. consi. lvij. Tertiò respon. quod sunt hæredes particulares. quia aliqua bona, puta Salutes de successione Aledrami, & hæres hæredis censetur primi testatoris hæres. l. fin. C. de hæredib. instit. & sufficit esse hæredem in re certa. Bald. c. j. de succes. feud. Bartol. d. vt iurisiur. §. si liberi. de ope. libertor. & consi. lv. lx. Quartò respon. quod illa opinio procedit quando constat de lata hæreditatem, quia tunc non potest separare feudum ab hæreditate. Iac. Aluar. cap. j. colum. v. versic. subsequenter. An agnat. vel fil. Quintò Respon. vt in dicto cap. j. per eundem Iaco. quod adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, tunc vtraque qualitas videtur impleta. vt per Dec. consil. clxxxv. colu. iiij. vbi ostendit quod † hæres ex persona sua plusquam ex persona defuncti. Sextò, plures in hoc feudo successerunt quamuis non hæredes, quia repudiatur onus prædecessoris hæreditatem, ergò non mutandum quod certam formam habuit, &c. Septimò. intelligitur ordine successiuo: vt primò descendentes hæredes admittantur. Secundò, etiam non hæredes dummodo descendentes, quia verisimiliter credendum est ita actum, &c. Octauò, Verba inuestituræ ad vtriusque sexus familias, quæ indicant quod respectu sanguinis, non autem hæreditatis: & ideo illa verba seq. *prosc. & hæredibus*, intelliguntur ex sanguine descendentibus. l. qui filiabus. de leg. j. ne sibi contradicat, & quia dictio, *hæredibus*, æquiuoca, & præcedentia declarant seq. &c. Non obstat fundamentum præscriptionis quod Palæologi longissimo tempore possiderunt cum Firulos & Inuestituris. &c. cap. j. §. si quis per 30. annos. Si de feud. def. conten. sit. l. fin. cut. l. omnes. C. de præscript. xxx. vel xxxx. anno. tanto tempore cuius initij memoria, &c. dicto §. ductus aquæ. Respon. nulla præscriptio, quia factum præcedentis limitatum in vita sua nec præiudicat sequen. qui ex propria persona secundum Aluar. d. §. quoque. col. fin. versic. quæro ab extra. de succes. feud. quia non iure successionis quo casu non nati, vel concepti. &c. l. si cognatis. de Reb. dub. sed contractus. d. l. iij. de interdict. & releg. Vnde posteu † nascentibus vtilis vendicatio. l. iij. C. de donat. quæ sub mo. Vnde eis nihil imputari potest qui non nati adhuc, &c. & non valenti agere. n. vij. l. j. in fi. de Anna. excep. doctrina Bartol. l. senatusconsulto. col. ij. versi. quæro hic. de offic. præsid. & text. in l. Cùm notissimi. §. Illud. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. post conditionis exitum sumitur initium. Abb. consi. cj. In q. quæ vertitur. colum. ij. in ij. dub. Fesi. cap. ex transmissa. col. fin. de præscript. Confirmatur quia etiam † in longissima præscriptione bona fides requiritur ca. possessor. de reg. iur. in vj. quod non fuit in Palæologis qui per dolum, & non bona fide, &c. & quod not. Alexand. consi. iij. col. iij. lib. v. vbi loquitur in inuasore inuestito à Papa. l. auctor. C. vnde vi. l. ij. C. de fundis & saltibus rei dominicæ lib. xj. Vnde cùm spoliauerint Manfredum Salutiensem, &c. vt audiuimus, & quidam testes dicunt, nec refert quod isti sint hæredes. quia † mala fides defuncti nocet hæredi. secundùm magis communem opinionem. in c. si diligenti. de præscriptionibus nec ex persona eorum inchoare possunt præscriptionem. Abb. consil. iij. q. xviij. & ex publica forma præsumitur mala fides. Confirmatur, quia si cucurrisset præscriptio, restitutio in integrum esset concedenda propter iustam ignorantiam. l. j. §. si quis autem. de itiner. actuque priua. Ad. §. si quis per triginta. Respond. vt supra. & dixi dicto consil. cxxxxiiij. colum. iij. Iniquissimum remedium præscriptionis. Non obstat. Inuestitura facta Theodoro Palæologo, quia † talis actus nihil valet in præiudicium Marchionis salutiarum qui ex propria persona venit, & iure contractus vt supra. & quia dominus Manfredus fuit de facto spoliatus, prout fama est, & à iure præsumitur propter probationem antiquioris possessionis Dd. cap. sæpè. de restitut. spoliator. Socin. l. rem quæ nobis. q. vij. de acquir. vel amitten. possess. & non valet inuestitura facta violento muasori vt supra. etiam si longissimo tempore possedisset. Nec obstant duæ aliæ inuestituræ Vvencislai quibus derogat descendentiæ Aledrami, quia non potest in præiudicium iuris ex contractu quæsiti quibuscunque clausulis fit vsus vt dixi in alio consilio. Non obst. † sententia arbitramentalis emologata inter Dominum Manfredum & Theodorum. quia non potuit Manfredus præiudicare moderno Marchioni qui ex propria persona, &c. & quia non tollit ius Marchionum, sed reseruat decidendum intra annum vel duos, & quia gesta per expulsum præsumuntur vi & metu. cap. solita. de restitut. spol. vbi Abb. Nec obst. quod Modern. Marchio videatur hæres per medias personas Manfredi: vnde contrauenire non potest. l. cum à matre. C. de rei vendic. Quia respo. vt in quarta consideratione principali, & in consilio meo clxxxv. colu. iiij. Confirmatur, quia non constat quod Manfredus habuerit scientiam concessionis factæ Aledramo. Alexand. in l. si donatione. colu. v. C. de coll. quod not. Bald. in l. ij. C. si in fraud. patr. vbi casus quando quis ex propria persona contrauenire et facto defuncti, & in l. ij. C. de inoff. donat. Nec obst. quod Modern. Marchio tacuerit per annum & diem. c. j. §. præterea. de prohibit. feu. alie. per Frid. respon. sumus in feudo antiquo, & in iu

ſta ignorantia, & quia alius tenebat feudum. vt dixi in dicto conſil. cxxxxiiij. iij. dub. Nec obſt. recognitiones particularium Caſtrorum per Salutienſes factæ Palæologis. Quia reſpon. quod non præiudicant, & daretur reſtitutio in integrum. vt dixi. primo conſil. Nec obſt. Teſtamentum Ioannis vltimi de Saxonia ſi de eo appareat in quo inſtituiſſe Paleologas ſorores ſimul cum Manfredo, dicitur cap. j. de feudo non haben. reſpon. non valet, quia inducit † diuiſionem Marchionatus contra cap. j. §. præterea ducatus & quia non poſſent filij petere à primogenito legitimam, quia paulatim annihilarentur bona. Vnde permiſsio alienandi debet intelligi de re modica, & in perſonas legitimas, non autem in fœminas quæ ſunt incapaces. Bald. cap. j. §. donare. qualiter olim poter. feu. A alien. dixi conſi. clxxxxiij. Nec obſt. quod impoſſibilis videatur probatio huius deſcendentiæ ab Aledramo cùm ſit vltra ccccccc annos. reſpon. conſtat per famam, & coniecturas quod ſufficit. Bald. l. cum ſuper. C. de rei vendic. in Authen. quas actiones. Aret. conſi. xxxvij. Alexan. conſ. clxxxvij. in ij. Socin. conſ. cxxxvj. col. j. Fama plenam probationem in antiquis facit dixi conſil. xxxxij. & ſufficiunt adminicula & teſtes de auditu. & ſatis eſt probationem eſſe veriſimilem, & adeſt examẽ ad perpetuam rei memoriã 1206. pro parte Domini Manfredi contra Theodorum, & tunc poſsidebat Manfredus qui poſtea fuit ſpoliatus à Theodoro, & † præſumitur proſcripturis antiquis, etiam non ſolennibus. l. cùm aliquis. C. de iur. deliberan. docto. l. Admonẽdi. etiam ſi inter alios factæ ſint, &c.

ANDREAE ALCIATI IV-RISCONSVLTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber IIII.

QVI AD PRIVILEGIA INSCRIBITVR.

CONSIL. I. SVMMÆ.

1 *In interpretatione indulti Pontificij ipſe Pontifex adiri debet.*
2 *Dictio te repetita in indulto videtur eſſe perſonalis, & nõ referri ad Vicarium, &c.*
3 *Dictio ipſe reddit prohibitionem perſonalem quæ non trãſit in ſucceſſorem.*
4 *Pontifex quando mandat delegatis vt per ſe examinent teſtes, non poſſunt hoc facere per delegatum, ſeu Vicarium.*
5 *Reſcriptum intelligitur ſecundum ſuppoſitionem.*
6 *Qui vnum includit, alium excludere cenſetur.*
7 *Succeſſor generalis intelligitur ſubrogatus in locum generalis propter mortem, vel depoſitionem ipſius generalis.*
8 *Vicarius non poteſt ſucceſſor appellari.*
9 *Reſcriptum vltimum reſtringens prius cenſetur odioſum.*
10 *Beneficia Principum largè ſunt accipienda.*
11 *Iußiones quæ reſtringunt beneficia Principum, tanquam odioſæ ſtrictam interpretationem recipiunt.*

1 ON eſt dubium, quod quotieſcunq; de † interpretatione indulti pontificij agitur, ipſe pontifex adiri debet, iuxta tex. in cap. cum veniſſent. extra, de iud. Nã beneficia principũ ipſi principes interpretari ſolent. l. ex facto. in prin. ff. de vulgar. l. Neratius. ff. de regu. iur. nec interim debet ſe inferior intromittere, niſi ad finem, vt nihil innouetur. c. vt noſtrum. extrà, de appella. & q, habetur in cap. ordinarij. §. ſi verò. de offic. ordina. lib. vj. ſed poteſt ſtatuere tempus, intra quod pars procuret, vt ſiat talis declaratio, vel ſaltem adeat pontificem, vt ibi habetur, & in c. conſuluit infrà de appel. Dubium autem probabiliter in caſu noſtro oritur ex verbis *indulti*, dum Papa Paulus 3. ad 2 ſupplicationem magiſtri generalis dicit, *volumus,* B *quòd tu eandem iuriſdictionem exercere poſsis, quã tu, & prædeceſſores tui poterant,* &c. videtur. n. ijs verbis de ſolo magiſtro generali tractari, non autem de vicario, idq; aliquibus rationibus. Prima, quia illa dictio, † 2 *quod tu,* præſertim repetita videtur eſſe perſonalis, & non referri ad vicarium: prout in ſimili not. Bal. in c. fi. in prin. extra, de offi. deleg. aliàs. n. iteratio illius pronominis nihil operaretur, vt not. Bald. c. coram. eod. titu. ſicut videmus q, † pronomen *ipſe,* 3 reddit prohibitionem perſonalem, quæ non tranD ſit in ſucceſſorem, ſecundum Bald. conſi. ccciiij. in v. lib. Iaſ. l. filius fam. §. diui. ix. q. Bartol. de leg. j. & quando † pontifex mandat delegatis, vt per ſe exa 4 minent teſtes, non poſſunt hoc facere per delegatum, ſeu vicarium, vt not. Spec. in tit. de delegato. §. iam nunc videndum. circa fin. & facit tex. in c. in criminalibus. v. q. iij. & ibi Domi. de ſancto Gemi. no. & quod habetur in l. j. in §. fin. ff. de verb. oblig. Secunda ratio, quia reſcriptum † intelligitur ſecu- 5 dum ſupplicationem. c. nonnulli. vbi not. extra, E de reſcrip. & per Dd. in l. j. C. qñ lib. princip. dat. in ſupplicatione verò vt in ea legitur & in reſcripto repetitur, hæſitatum fuit, an ex conceſsione prędicta fratres illi eſſent exempti à magiſtro generali, & aliorum ipſius ordinis ſuperiorum iuriſdictione, & reſpondet Papa, q, magiſter generalis & ſucceſſor poteſt exercere, &c. vnde facilè videtur excludere vicarios, & alios ordinis ſuperiores: quia † qui vnum includit, alium excludere cenſetur. l. 6 maritus. C. de proc. vbi Dd. l. cùm lex. ff. de legib. l. F cum ita legatum. de cond. & demon. quæ concluſio procedit, etiam in poſitionib. & reſcriptis, ſecũdum Bal. l. ſed ſi ſine. §. ſed q, Papinianus. ff. de minor. & per Car. Alex. in c. qualis. xxv. diſt. Nec dicatur, q, appellatione ſucceſſoris videat intellexiſſe de vicario: quia iſtud eſt falſum: quia † ſucceſſor in 7 telligitur alius magiſter generalis ei ſubrogatus p morte vel deponem, ſecũdũ gl. ij. q. j. c. in primis. in gl. ver. ꝙa leuioris. & q, habetur in c. j. extra, de ſol. qui. n. vicarius † cõſtituitur nõ põt ſucceſſor appel 8 lari.

lari.l.j.ff.quis & à quo appe. & facit, quòd habetur in c.quoniam. Abb.extra, de offic.deleg. Tertia ratio est, quia † cum hoc rescriptum vltimum Pauli iij. restringat gratiam Pauli ij. censetur odiosum, quia † sicut beneficia principum largè sunt accipienda.l.fin.ff.de mand.prin.l. si quando.C.de hon. vac.libr.x. ita † iussiones, quæ ea restringunt tanquam odiosæ, strictam interpretationem recipiũt. l.cùm quidam.ff.de lib.& posthum. c.odia.de reg. iu.in vj. meritò ergo hæc clausula, *quod tu eandem iurisdictionem, &c.* stricte intelligatur vt solum magistrum generalem comprehendat, non autem eius vicarium.

CONSIL. II. SVMMÆ.

1 *Pontifex non potest reditus percipiendos tempore successoris donare in successoris præiudicium.*
2 *Episcopi, nec prælati possunt successorem suum obligare.*
3 *Potestas Papæ limitatur.*
4 *Clausula plenitudinis potestatis, quid operetur.*

QVAMVIS verba vtriusque diplomatis pontificij sint valde generalia, & concepta clausulis efficacissimis, tamẽ puto adhuc rationes reuiceri posse cum
1 aliàs censeretur pontifex † donasse ipsi Saluiato. Clarum autem est non posse pontificem reditus percipiendos tempore successoris donare in successoris præiudicium.c. non liceat.j.xj. q. ij. sicut etiam videmus in episcopis & prælatis, qui non
2 possunt † successorem suum obligare, vt not.c.j.de
3 solut. & quia † potestas Papæ quamuis aliàs amplissima, est limitata tempore, donec viuat secundum D.Ant.c.cum venissent.ij.opp.de iudic.ad fi.
4 & clausula † plenitudinis potestatis, quatenus vltra ius operaretur cohæret personæ pontificis, qa ei placuit: vt inquit Bal. in pace Constantiæ. verb. libellariæ. ad fi. & ideo non ligat successorem, poterit ergo successor iterum videre rationes & si reperiat notabilem læsionem non obseruare dictas bullas, quatenus præiudicium suum concernunt, si verò non sit læsio, tunc bulla habebit efficaciam suam: & in hoc casu procedit consilium Paul. de Castr. ccccxiiij. in ij. incipit, in facto præsenti non intendo. & consilium Abb. 41. in j. quę aliàs prima fronte videbantur obstare.

CONSIL. III. SVMMÆ.

1 *Immunitatem etiam belli tempore durare ex causa.*
2 *Dictio quibuscunque est vniuersalis & geminata, respiciens verbum futuri temporis, & nullam restrictionem recipit.*
3 *Consuetudo habet vim priuilegij specialis.*
4 *Insolitis quem eximi posse.*
5 *In contractibus non subauditur clausula rebus sic stantibus, nec admittitur exceptio quod casus improuisus & incogitatus emerserit, quia in eis quicquid omissum est pro omisso habetur.*
6 *Priuilegia sicut vltimæ voluntates concessantis duntaxat voluntate pendent.*
7 *Si vasallus vel subditus conuenit cum domino à Principio, quia sit soluendum, satis est canonem consuetũ soluere.*
8 *Generalitas sermonis ad omnem casum trahitur.*
9 *Vasalli secundum naturam feudi, tenentur ad onera vasallorum.*
10 *Vasalli quibus alij vasalli contribuunt, æquiparantur militibus veteranis, & non tenentur nisi ad certa onera, in cæteris sunt exempti.*

Consil. Andr. Alc.

CVM hac in causa eleganter, & copiose clarissimus Iurisconsultus do. Gabriel Dearus consuluerit, ero ego tato breuior: ne in syluam quodammodo videar ligna deferre, & perfectissimis allegationibus res non necessarias addere. Et difficultas in hoc consistit, quia videretur istos nobiles teneri ad hęc subsidia extraordinaria, quę imponuntur propter necessitatem belli: quia si etiam haberent priuilegia immunitatis quibuscunque ampliss imis verbis concessa, tamen tali tempore propter necessitates bellicas cessarent, nec essent obseruanda: ne, scilicet, impugnetur vtilitas publica. Et quia non videtur cogitatum de tali casu.l.vnic.C. vt nemin. liceat ab empt. lib. x. l. iubemus nullam.C.de sacrosan. eccle.& fuit opinio Dini, cum qua magis communiter transeunt Dd.in l.si ex toto. ff.de leg.j. vbi Iason. allegat multas similes decisiones, & quod non videatur de tali casu cogitatum satis apparet ex eo: quia est valde insolitus, adeò, vt nec per diligentissimos verisimiliter prouideri potuisset, vt per Corn. consil. xxiij. in ij. xv. in iiij. Alexand. cvij. in iij, Socin. cxxiij. in iij. cum sim. Sed tamen ijs non obstantibus contrarium in casu nostro est dicendum quatuor principalibus rationibus. Prima est propter verba † statuti, quo cautum est, quod possessiones 1
istorum Nobilium sint, & esse debeant liberæ, & expeditæ à quibuscunque oneribus in communi supportandis, &c. dictio enim illa, † *quibuscunque*, 2
est vniuersalis, & geminata respiciens verbum, futuri temporis, vnde restrictionem nullam recipit, secundùm doctrinam Bart. in l.j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nunt. Idque maxime in statuto est dicendum, quòd ad literam debet intelligi, & tales subauditiones non recipit, vt in simili per Alexan. in l.& si seuerior. C. de infamib. per Iaso. l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & multa aggregat Hyppolitus Marsil. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. cessatque ratio suprascripta in statuto: quia cùm concernat futurum tempus, & det formam futuris negotijs. l. Arriani. C. de hæret. & sint condita à prudentioribus communitatis (non possunt allegare quòd non præuiderant: quia (vt aiebat Corn. Scipio) non conuenti sapienti viro dicere, *Non putaram.* Secunda est ratio, quæ oritur ex consuetudine immemorabili, quæ probatur ex verbis statuti, per quam apparet quòd isti nobiles nunquam cõtribuerunt, quæ consuetudo maximè in istis oneribus est attendenda, etiam in casibus, quantumuis insolitis & non premeditatis, secundam gloss. super verb. à nullis. l.j. C. de excoct. & transla. milit. nn. lib. xij. vbi Ioan. de Platea. & diligenter fuit allegatum per suprascriptum do. consultorem; & facit ratio, quia talis † consuetudo habet vim 3
priuilegij specialis, cap. super quibusdam. §. præterea. de verbo. significa. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quoti. & æstiu. Certum autem est specialiter posse concedi, vt † ad tales necessitates bellicas 4
etiam insolitas quis non teneatur, vt dixi in d.l. iubemus. & facit l. qui iure. ff. de resta. mili. possunt etiam in partes agere, vt dispositio sua, etiam ad casus incogitatos trahatur, secundum Angel. in l. tres fratres. ff. de pact. & Ludou. Roman. in l. sicut certi. C. de test. mili. Alexand. consil. xj. in ij. volu. Tertia est ratio, quia istud ius. Nobilium ex conuentione ipsi oritur, seu ex contractu inter ipsos nobiles cum paganis inito: quo casu longè efficacior oritur obligatio, quam si ipsi nobiles simplici priuilegio seruerentur. l. In contractibus enim 5

BIU Cujas

non ſubauditur clauſula, rebus ſic ſtantibus, nec admittitur illa exceptio, quod caſus improuiſus & incogitatus emerſerit: quia in eis quicquid omiſſum eſt pro omiſſo habetur. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau. Quia ſemper alter contrahentium affirmabit ſe cogitaſſe, licet alius non cogitauerit: quæ ratio ceſſat in priuilegijs, quæ à concedentis duntaxat voluntate pendent: ſicut & † vltimæ voluntates. l. inter veſtem. ff. de aur. & argen. leg. Et pro hac ſententia facit quod not. Io. Bland. in ſumma feudali, in ij. parte. vbi ſi † vaſallus, vel ſubditus conuenit cum domino à principio quid ſit ſoluendum, ſatis eſt canonem conſuetum ſolue re. arg. l. j. C. de collat. fun. lib. xj. l. operas. ff. de oper. liber. & in auth. vt nulli iudic. §. j. ſi verò non conuenit, tunc aut agitur de neceſsitate bellica pro defenſione patriæ, & tenetur, aliàs non: & ſic concludit vaſallum non teneri vltrà, quàm conuenerit, etiamſi de neceſsitate magna agatur, quod multo fortius eſt dicendum in fauorem dominorum, vt neque domini ipſi teneantur vltra conuenta: vnde apparet, quòd dicta per Dd. in d. l. ſi ex toto. procedunt reſpectu eorum, qui immunitatem prętendunt ex priuilegio, non autem reſpectu eorum, qui ſunt tuti per ius commune via contract⁹, vel tranſactionis, & ita etiam tenuit Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino in repe. l. omnes popul. ff. de iuſt. & iu. Bru. conſ. xij. & puto eſſe veriſsimam concluſionem, quæ probatur in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahend. emp. ſecundum intellectum Salic. qui congruit verbis literæ, vbi in contractu venditionis venit caſus inſolitus: quia venditor expreſsè talem caſum præſtiturum ſe promiſerat. & tenuit Bald. Ang. Fulg. Caſt. Alexand. in d. §. quæſitum. & per Ripam, tract. peſtis. Nec obſtat quod Bartol. & Dd. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & Corn. d. conſil. xxiij. cum ſimil. videantur ſentire contrarium in eo, qui renuntiat caſibus fortuitis, & vult rem eſſe periculo ſuo, & dicunt talem renuntiationem non extendi ad caſus inſolitos: quia ipſi loquuntur in renuntiatione fortuitorum caſuum, quæ ſpecialiter facienda eſt, vt dicitur in text. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. noſtra quæſtio eſt in conuentione, quòd bona ſint libera: quæ ſimpliciter debet intelligi de omnimoda libertate, & in qua nulla eſt differentia, an ſpecialiter, an verbis generalibus ſint concepta, ſecũdum regulam l. ſi duo. in fin. ff. de adminiſt. tut. & † generalitas ſermonis ad omnem caſum trahitur. l. pluribus. ff. de acceptil. l. iij. §. contrarium. ff. de contr. iud. tut. l. fin. C. de do. promiſſ. maximè cum ſatis potuerit in genere de eo cogitari, quòd ex generalitate verborum arguitur, ſecundùm Aretin. conſi. xxxiij. conſultatio. Socin. conſil. cxxxxij. in fin. Quarta eſt ratio, quæ oritur ex generali conſuetudine vbique locorum vigente, quæ habet, quòd nuſquam domini caſtrorum contribuunt cum vicinis, ſeu ſubiectis ſuis ad onera: cum enim † vaſalli teneantur ſecundùm naturam feudi ad onera vaſallorum, de quibus in c. j. de noua. for. fidel. c. j. quib. mod. feud. amit. c. j. §. firmiter. de prohib. feu. alien. per Feder. non fuit æquum vt etiam contribuant cum ſubiectis ſuis: æquiparantur enim † ij vaſalli militibus, & veteranis. c. j. de feud. ſine cul. non amit. vbi gloſſ. & Dd. & per Alua. & Card. in rub. feud. qui non tenentur niſi ad certa onera in cæteris ſunt exempti. l. j. C. de veteran. lib. xij. & ſicut dominus eos cogere nõ poſſet vltra naturam feudi, ita nec & Cæſarea Maieſtas, quæ locum domini tenet, & iſta eſt ratio aut nobiles non contribuant cum vicinis ad eorum exonerationem, & ita vbiq; ſeruat, de quo † Guid. Pap. q. cclxxxiiij. Iacobinum, tracta. de homag. Alber. Brun. conſil. ciij. & eleganter deductum fuit per ſupraſcriptum do. Conſulentem præſtantiſsimum Iuriſconſult. qui ſupraſcripta omnia diligẽter & copioſè diſputauit, in cuius ſententiam & ipſe accedo. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. IIII. SVMMÆ.

1 *Priuilegia variis ex cauſis ſuſpecta eſſe.*
2 *Priuilegium pugnantia continens, fidem non facit.*
3 *Anni imperij ſunt de ſubſtantia priuilegiorum.*
4 *Locus loci in inſtrumento neceſſariò debet exprimi cum ſit de ſubſtantialibus.*
5 *Priuilegium in quo nullus teſtis eſt ſubſcriptus, teſtium nomina per Notarium non ſunt ſubſcripta, nõ probat, etiamſi haberet ſigillum authenticum.*
6 *Error in expreſſione nominis, ſuſpicionem auget.*
7 *Probatio per puniam omni iure prohibita.*
8 *Cum quid per ſuperiorem conceditur contra ius reſcriptũ continens talem conceſſionem præſumitur ſurreptitiũ.*
9 *Recognoſcere quid titulo feudi ab aliquo probatius directum in fauorem illius à quo tale quid recognoſcitur.*
10 *Magis credendum eſt elegantiſsimo ſcriptori, quàm vulgaribus fabulis.*
11 *Priuilegium niſi exhibeatur authenticum, nullam fidem facit.*
12 *Exemplaꝝ inſtrumentorum authenticata authoritate Vicarij probant reſpectu eorum, qui ſunt ſub iuriſdictione d. Vicarij.*
13 *Exemplũ ad hoc vt probet, oportet fieri ex iuſta cauſa partis citata, &c.*
14 *Conceſſionis feudalis confirmatio ſeu inueſtitura, debet intra annum, & diem peti.*
15 *Nihil refert an quid factum non ſit, an probari non poſſit.*
16 *In inſtrumentis antiquiſsimis præſumitur cum, qui ſubſcripſit eſſe Notarium, nec alia fides de tabellionatu facienda eſt.*
17 *Mandatum non præſumitur per mille annorum ſpacium, ſeu lapſum.*
18 *Aldi ſeu Aldiones lege Longobarda vocari ſeruos.*
19 *Conceſſio generaliter facta, nihil operatur, niſi res conceſſæ exprimantur.*
20 *Fama in antiquiſsimis ſufficit.*
21 *Vna præſumptio tollit aliam.*
22 *Quotieſcunq; quis petit ſe ad ſucceſſionem admitti, ſi non probet quo in gradu ſit, debet ſaltem probare neminem illi eſſe proximiorem.*
23 *Qui ex negatiua aſſertione ſuam fundat intentionem, is eã probare debet.*
24 *Quælibet res præſumitur allodialis, & libera, niſi contrarium euidenter probetur.*
25 *Quælibet res præſumitur libera à ſeruitute.*
26 *Si aliquis ſit Comes, vel Marchio, ſub dominio Regis, in dubio exiſtimabitur Comitatum iure proprio habere, nõ autem iure feudi.*
27 *Comes, vel Marchio ſub dominio Regis ſi qua ſeruitia Regi præſtiterit, præſumitur præſtitiſſe ſimpliciter tanquam Principi ſuo, non tanquam feudi domino.*
28 *Verba concedimus, donamus, atq; elargimur, ad meram, & ſimplicem donationem pertinent.*
29 *In feudo mutua eſt obligatio vaſalli ad ſeruitia domini ad defenſionem.*
30 *In dubio à verborum proprietate non eſt recedendum.*
31 *Aduerbium omninò eſt præciſum, & reſtrictionem non patitur.*
32 *Locus à veriſimili in iure validus.*
33 *Non eſt credendum quenquam velle recognoſcere ius feudi,*

BIU Cujas

di, quæ libera habet, & ea seruituti subijcere.
34 In beneficijs Principum latissima debet fieri interpretatio.
35 In concessione feudali præstandum est iuramentum fidelitatis.
36 Inuestitura simpliciter, & propriè est possessio.
37 Inuestitura vox est comprehendens quamlibet possessionẽ, non solum si iure feudi apprehendatur, sed etiamsi quocunq; alio titulo, puta iure electionis ecclesiasticæ.
38 Dictio famulatum, quid importet.
39 Fidelitas nihil speciale in feudis infert.
40 Marchio dicitur, qui Marchiam iure proprio habet, licet non iure feudi cum possit Marchia, sicut & comitatus, haberi iure proprio.
41 Lex simpliciter Marchionem diffinit, qui de Marchia sit inuestitus.
42 Dignior Marchio habetur ille, qui proprio iure habet, quã qui alieno.
43 Fœminæ non possunt succedere in feudo regali.
44 A regula iuris facilè non est recedendum.
45 Consuetudo optima legum interpres est attendenda, & habet vim priuilegij.
46 Consuetudo est facti & probari debet.
47 Verba pro se, & hæredibus Masculis, intelliguntur quod existentibus masculis fœminæ non admittuntur.
48 Fœmina semel excluſa, perpetuò censetur excluſa.
49 Dictio hæredibus suis, omnes descendentes in infinitum complectitur.
50 Ignorans valenti agere non currit præscriptio.
51 Non entis nullæ sunt qualitates.
52 Concessio facta illi, qui in rerũ natura non est, inefficax est.
53 Concessio facta alicui adhuc non nato propter spem natiuitatis antequam nascatur est inefficax, sed ea nato conualescit.
54 Licitum est ei qui in absentis gratiam paciscitur mutare voluntatem, & concessionem reuocare, etiamsi de fauore libertatis agitur.
55 Semper ante ius facto meo tibi quæsitum, licet mihi sententiam mutare, vnde si tibi absenti donauero, &c.
56 Si antequam acceptes donationem à me tibi factam tu moriaris donatio est nulla, nec ad hæredes transmittitur.
57 Contractus antequam per consensum vtriusq; partis absoluti sint, nullum iuris effectum pariunt, & meri facti sunt, ideò ad hæredes non transeunt, & ad libitum reuocari possunt.
58 Quotiescunq; lex concedit absenti stipulationem factam valere, vel absenti acquiri posse semper, intelligitur si ille ratum habeat.
59 Si quis rem emphyteuticam vel feudalem sibi, & filijs suis stipulatus sit, non posse eum mutatione voluntatis deteriorem filiorum conditionem facere, quibus confestim, & ipso iure ex stipulatione paterna ius est quæsitum.
60 Quoties mutatio voluntatis alicui permittitur, etiam hæredi eius permissa censetur.
61 Imperium perpetuum est, & nunquam perit.
62 Prælatus succedens in ecclesia non cogitur ratum habere factum antecessoris.
63 Clausula non obstan. & ex certa scientia, quid operentur.
64 Hæres iure ciuili intelligitur, qui succedit in vniuersum ius, &c.
65 Repudians hæreditatem, consequi non potest feudum.
66 Interpretatio vulgarium non est capiẽda in priuilegio Cæsaris, qui præsumitur locutus eo modo, quo iurisprudentes, & docti loquuntur.
67 Verba secundum qualitatem eorum, qui ea proferre solent pienda sunt.
68 Natura feudi requirit vt qui vult succedere, non solum sit descendens, sed etiam hæres.
69 Hæredes coguntur ratam habere alienationem factam per prædecessorem.
70 Hæredis appellatio in particulari successore nõ verificatur.
71 Hæreditatem adire non potest is, cui delata non est.
72 Quæ certam interpretationem habuerit, minimè mutanda sunt.
73 Actus non iudiciarius non geminatus, non præscriptus, nõ potest inducere consuetudinem.
74 Ex diuersis non fit illatio.
75 Qui filium, & Nepotem instituit, intelligitur ordine successiuo.
76 Cum ratio necessitatis nos cogit, tunc à natura copulæ recedimus, quæ æqualiter solet operari.
77 Propter necessitatem recedendum est à proprietate.
78 Quoties in actu necessariæ coniunctim sunt duæ qualitates, qui vnam tantum habet excluditur.
79 Verba vtriusq; sexus familias, quid importent.
80 Vna pars priuilegij aliam declarat.
81 In feudis tempus 30. annorum, solet actorem excludere.
82 In feudis annalis taciturnitas solet præscriptionem inducere.
83 Aduersus præscriptionem 220. annorum, non datur in integrum restitutio.
84 Qui sunt in mala fide, nunquam præscribunt.
85 Qui titulo hæreditario priuilegijs & inuestituris muniti sunt, non possunt dici in mala fide.
86 Mundium Regium quid.
87 Possessorium iudicium in primis expediendum.
88 Interdictum quorum bonorum competit hæredi in ciuitate nis qui ab intestato decessit.
89 Fœminam in possessorio iudicio agnatis masculis præferẽdam esse, etiamsi de bonis feudalibus agatur.



VI Græcarum fabularum allegorias interpretati sunt, Proteum illum Pellenensem maritimum Deũ, idcirco in varias formas mutari creditum aiũt, quod ea quę solent ab antiquitate repeti, plerunq; ficta, & pro cuiusque ingenio, vel celebrata, vel depressa sunt. Græci enim πρῶτα ψεύδη πελλινάια vetera appellant, & antiquissima. Videndum ergo in primis, an Marchioni Aledramo concessum priuilegium, cui innititur illustris Marchio Salutiensis, verum fuerit, rectęq; probari possit, aguntur enim sexcenti ferè anni, cum adducitur quædam Ottonis primi Imperatoris concessio huic Aledramo Marchioni, pro se, & suis hæredibus facta, iure cuius concessionis petitur successio Montisferrati. Et omissis ijs, quę parum ad rem facere videntur, existimo ego non satis probari Salutiensis intentionem ex eo † priuilegio: quoniam eius fides plurimis coniecturis vacillat. Et primum ex subscriptione apparet datum, anno Domini 967. Imperij Ottonis vj. Et tamen Otto Phrysingensis historicus, lib. vj. c. xxij. scribit, eum Imperatorem factum anno 964. quo fit, vt non sextus annus, sed tertius ille fuerit, cui mentio est in priuilegio. Et licet huic supputationi aliqui dissentiant: tamen etiam secundum eos, constat suprascriptum annum non fuisse sextum Imperij Ottonis: cum ergo † pugnantia contineat hoc priuilegium, proculdubio fidem non fecit. l. scripturæ. C. de fide instrumẽ. idque maximè cum contrarietas hæc in re ad substantiam pertinente sit, nempe ad † annos imperij, quos præcisè referri in priuilegijs constitutio Iustiniani sanxit. in Au. vt prepo. no. nup. §. vnde sancimus. glo. l. generali. C. de rab. lib. x. Rursus me mouet, q, in eo priuilegio simpliciter dicit, datũ esse Rauenę, & nõ exprimit q̃ in loco eius ciuitatis id factũ sit, & tã receptior videt eorũ sententia esse, q etiã † locũ loci in instrumentis necessariũ censuerũ, alias eis substantiam

deficere.l.optimam.C.de contrahend.ſti. vbi Ci. c.abbate ſanè.de re iudi.in 6.vbi Ioan. And. gloſſ. & Io.de Pla.d.l.generali.Moueor etiam illa ratione,quod † nulli teſtes illi priuilegio ſunt ſubſcripti; & tamen eorum ſubſcriptio per notarium fieri debuit:alias enim inſtrumentum non probat.§. oportet.in auth.de inſtrumen.caut.gl.d.l.generali.vbi doct.etiam ſi ſigillum haberet quantumuis authenticum. Abbas & doct.c.poſt ceſsionem.de probat.quæ ſententia receptiſsima eſt præterquã cum de actis iudiciarijs agitur:ea enim teſtium cõ memorationẽm non exigunt.Bal.rub.C.de fid.inſtrum.aut de priuilegio publica concione conceſſo.Bal.in Spec.tit.de inſtrum.edic.verſ. quandoq; inſtrumentum.Illud quoque me mouet, quod in eo priuilegio dicit Otto, ſe illud concedere interuentu ac petitione Adlegidæ coniugis:quę tamen non Adlegida vocata fuit, ſed Adeleida, vt Luitprandus Diaconus, libro hiſtoriæ ſuæ v. & Otto Phryſing.qui fuit Federici Aenobarbi Imperatoris auunculus, ſupraſcripto libro tradiderũt, nec veriſimile nomen ſuæ coniugis non fuiſſe rectè deſcriptum ab Ottonis ſecretario,maximè cum iſtud nomen ſit Germanicum, & frequens,etiam nunc in Saxonia,quod ipſi vulgò appellant: vnde etiam talis † error in nomine auget ſuſpicionem.leg.fin. C.de hæredibus inſti.Confirmatur hæc ſententia, etiam ex diplomatis tenore,dum in eo datur Aledramo,ſuisque hæredibus licentia, inueſtituram illam probare per pugnam:cum enim † probatio per pugnam ſit omni iure prohibita.ca. primo. de cler.c.pugn.in duel.l.vnica. C.de gladia.lib.xj. & maximè lege diuina,non eſt veriſimile, religioſiſſimum Imperatorum Ottonem eam voluiſſe concedere: † vnde reſcriptum potius ſubreptitium præſumitur.l.fi.C.ſi contra ius.l.nec damnoſa. C. de precib. impera. offeren. Videmus enim huiuſmodi duellis non ſolere principes aſſenſum præſtare, ſed quando neceſsitas hoc fert, conniuere potius,& tacitè tolerare.Auget & illud non parũ ſuſpicionem, quod iam ducentis annis, cùm lis eſſet inter Salutienſem & Paleologum, lataque fuiſſet inter eas partes ab arbitro ſententia, nunquam eius priuilegij facta eſt mentio.Cum tamen veriſimile ſit,facilius potuiſſe eius notitiam ad illum Marchionem peruenire, qui ſæculo Ottonis proximior fuit,quàm ad iſtum argumen.c. quanto.de præſumptio.nec vllus eſt color, vt dicamus, eius priuilegij, itemque Aledrami deſcendentium,famam publicam hodie eſſe, quæ tunc non fuerit.Nam & cæteri Marchiones Salutienſes nũquam vigore iſtius priuilegij controuerſiam vllam Paleologis fecerunt:cùm tamen veriſimile nõ ſit,tanto tempore eos tacituros fuiſſe, ſi priuilegium iſtud adfuiſſet.l.cum de indebito.de probatio.l.hęc autẽ.verſ.& ſi qui forte.ff.quib.ex cau.in poſſeſ.credendum ergo eſt in re tam antiqua nullum adfuiſſe,& nobiliſsimæ huius ꝓſapiæ inſtrumenta, ſicut & aliarum multarum deperdita tot annorum curriculis eſſe. Suadetur hoc & illa ratione,quod & Salutienſes ipſi à Palæologis ipſis, titulo feudi, particularia quædam caſtra recognouerunt, quæ † recognitiones probant ius directum in Palæologorum fauorem, quod & Bartol. cenſuit.l. cum falſa. C. de iur. & fact.ignor.Guid. Pap.q.lxxij. & communi calculo admiſſum videtur,cùm ſi prætendiſſent aliquod ius ob ſupraſcriptum priuilegium, vtique illud ſibi reſeruaſſent: vnde cùm id factum non ſit,credendũ eſt, nec priuilegium vllum verè adfuiſſe, neceius priuilegij famam. Oſtendit hoc & elegantiſsimus hiſtoriæ ſcriptor Georgius Merula, qui libro ſexto diffuſius horum Marchionum geſta proſequitur,& Gulielmi, qui longa ſpata eſt dictus,ceu notiſsimi, meminit, & cum Theodorus, qui primus ex Paſæologa familia Marchionatum accepit, è Thracia veniſſet inquietatum illum à Thoma Salutienſi ſcribit:non quod ius in Marchionatu prętenderit, ſed quia tanquam vicinus aulam hærede vacuam, ceu caducam volebat inuadere, actumque id fuiſſe refert, anno 1036. † credendumque magis eſt elegantiſsimo ſcriptori Merulæ.doct. l. prima. ſi cert.pet.quã vulgaribus illis fabulis, q, rapuerit filiam Imperatoris Aledramus, quod multos annos latuerit in Carbonaria,& ſimilibus nugis,quę incerto Auctore ab otioſis narrantur.Non omitto, quod ſecundum hiſtoricos tempora Aledrami nõ conueniunt Ottoni primo. Si quidem Nauclerus Tubingenſis, & Irenicus, in Saxonum & Bruſuicenſium genealogia, primum ſcribunt Guidonem, cui Gulielmus fuerit filius Conrado primo imperante. Gulielmo autem genitum hunc Aledramum:quam originem & ſequitur Benuenutus in ſuis Chronicis Montisferrati. Quomodo ergo ab Ottone primò fuit Aledramus inueſtitus, qui adhuc natus non erat,cum eius pater ſub Conrado fuerit,qui longè poſterius vixit? fuit enim factus Imperator, anno 1138. & ſic 71. anno poſt id priuilegium.Addo, quod nec huius priuilegij authenticum exemplar hactenus exhibetur, vt inde poſsit diligentius videri & perpendi veritas.conſtat autem, † niſi exhibeatur authenticum,nullam fidem fieri.l.ſancimus.C.de diuerſ.reſcri. Nec me mouet, quod † exẽplum exhibeatur factum auctoritate Nicolini Vicarij Ciuitatis, &c.quia poſſet fidem facere reſpectu eorum,qui erant ſub iuriſdictione dicti Nicolini.l.fi.ff.de iuriſd.omn.iud.non autem reſpectu aliorum,quibus ipſe Nicolinus ceſſetur priuata perſona: requiritur autem, † vt tale exemplum probet fieri ex iuſta cauſa.c.fin. de fide inſtr.Alex.conſ.cxij.in iiij.vol. & quidem parte citata:alias enim ei qui impugnauerit, æquum non eſt vllum prorſus fieri præiudicium. l. chirographis.vbi Bar.de admi.tut.Quod ſi reuerſus ſit aduerſarius, debet per edictum ſaltem quiliber admoneri,quod Bal.& Ang.tradiderunt argu.c.fi.de ele.in vj.& l.ſi eo.C.de remiſ.pignor.Doctor. Authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.quæ cum in propoſito caſu obſeruata non ſint: conſequens eſt: vt exemplum fidem non faciat: debuit ergo exemplum ipſum fieri eius auctoritate qui & nouum concedere potuiſſet,id eſt,Cæſaris.l.fin. donatio. C.de don.gl.c.Romanorum. xix. diſt. non autem Vicarij municipalis,qui inter ſuos duntaxat ius dicere poſſet.Et certè ſi priuilegiũ illud verum fuiſſet,eſt veriſimile, quod propter vetuſtatem fuiſſet renouatum.c.cum p.tabellio. de fide inſtru. Alex. d.conſ. cxij. hæc enim eſt iſta cauſa renouationis, & à ſucceſſoribus Ottonis petita confirmatio, & maximè ſi dicamus, prout Salutienſis contendit, quòd illa † conceſsio ſit feudalis: debuit enim intra annum & diem peti confirmatio, ſeu inueſtitura.c.j.§.præterea.de prohi.feud.alie. per Frider. & tamen non apparet tanto tempore,hoc eſt, ſpatio annorum 340. tot enim interceſſerunt ab Aledramo,ad Theodorum Palæologum, fuiſſe nũquam aut petitam, aut renouatam.Quæ omnia arguunt magnam ſuſpicionem,quòd hæc conceſsio vacillat fide.Cæterùm,quia † nihil refert, an quid factũ non ſit,an probari non poſsit.l.duo ſunt. de teſta-

tur.

tutel. videamus circa probationes, quomodo pos- A
sit illustriss. Marchio Salutiensis ea, quæ sibi incū-
bunt, probare. Et quantum ego video, vix est, vt
huius rei sufficientes probationes habere possit.
Et prima est probatio, quæ ex ipsius priuilegij in-
spectione habetur, in eo est talis inscriptio. Am-
brosius cancellarius ad vicem Vberti Episcopi, &
Archicancellarij recognoui, & scripsi. Sciendum
16 enim est, quod licet in † instrumentis antiquissi-
mis præsumatur, eum qui subscripsit, esse notariū,
nec alia fides de tabellionatu facienda sit. Inno. c. B
veniens. de verb. signif. tamen necessarium est sub-
esse aliquas coniecturas, q; ille sit notarius: vt quia
ipse in subscriptione sua asseruerit se notarium, &
plura instrumeta reperirentur ab eo subscripta, &
in archiuis publicis reposita. Bald. l. Barbarius. de
off. prætor. vbi Ias. ver. iij. notabiliter, quod non v-
no in loco Baldus tradidit, & recentiores probant.
Oportet ergo probari hunc Ambrosium alia quo-
que Ottonis priuilegia subsctipsisse, quod, vt ego
arbitror, non facilè erit Salutiensi: aliàs enim si suf C
ficeret nudo subscriptio cum sigillo, nō difficulter
reperirentur, qui vel Caroli Magni, vel etiam an-
tiquorum Imperatorum priuilegia confingerent,
& omnium possessorum iura subuerterent, & Bal-
dus ait, mundum reuangarent. cons. 226. incip. re-
colo me consuluisse, quod quodam cons. in q. ij. in
fi. vol. j. meritò ergo vltra subscriptionem opus e-
rit alias quoq; coniecturas adducere, quibus effi-
ciatur in iudici probabile. Et cum in reb. regni Ita
lici, Episcopus Colonienſis sit Cęsarum cancella- D
rius, fortè perspecto catalogo Colonienſium Epi-
scoporum, non reperietur huius nominis aliquis,
qui tempore Ottonis vixerit. Adde, quòd hic Am-
brosius ait, se vice Vberti Episcopi scripsisse, & ta-
men non constat de mandato sibi ab eo facto. gl. c.
17 cum in iure. de off. deleg. quod quidem † mandatū
non præsumitur etiam mille annorum lapsum,
quod vulgo traditum est. Bal. l. & qui non. C. si ex
fal. instru. in l. j. C. de reb. alie. Alex. cons. j. in vol. 4.
Secunda est probatio rerum, quæ ipsi Aledramo E
concessæ sunt. Et in primis mentio est generalis
cortium, quæ reg no Ottonis debentur, item rerū
omnium, & proprietatū, quæ illi obuenerunt, &
familiarum vtriusq; sexus, puta † seruorum & ser-
18 uarum, seu adscriptitiorum, qui tunc appellaban-
tur Aldi, seu Al diones, vt videre est in lege Longo
barda. l. fi. qual. mul. lib. in Lōbar. & to. tit. de con-
iug. ser. eo. lib. & l. ij. de don. qu. cum Thing. Con-
cernit enim illa clausula res concessas, non autē per
sonas, quib. conceditur, vt satis apparet ex lectio- F
ne priuilegij, & hoc etiam fatentur aduersarij. Itē
mentio est, qualiter concedit ei proprietates suas,
tam de hæreditate paterna, quàm acquisitionis i-
psius, qui sunt in comitatu Aquensi, Ferrati, Par-
mensi, Veronensi, &c. Sed hæc omnia tanquam ge
neraliter dicta, nihil probant: quia oportet vt spe-
cialiter constet, quæ & quales essent huiusmodi
res, quas in dictis locis eo tēpore Aledramus pos-
sidebat, aliàs † concessio nihil operatur. l. legaui.
19 de liber. leg. vbi Bar. & in l. si sic. §. j. de leg. j. Et li- G
cet deinde subiiciatur clausula specialis inter Ta-
narum & Vrbam, cum particulari enuntiatione
quorundam castrorum: tamen de eis non pendet
lis, cum pro maiori parte non sint ex Marchiona-
tu, cum alia per Ducem Mediolani, alia per Genu-
enses, alia per Subaudiensem possideantur, qui li-
tem cum Salutiensi nullam habent. Tertia est pro-
bationis difficultas, quomodo probabit Salutien-
sis, se quoq; à dicto Aledramo descendisse: quia li-
cet asserat se probaturum † per famam, quæ secun- 20
dum aliquos in hisce antiquissimis sufficit. Alex.
cons. xc. lib. vj. Aret. con. xxxvij. ij. dub. tamen hoc
casu non videtur sufficere, quia sunt plures coniec-
turæ, suprà per me relatæ in contrarium, quod sci
licet Aledramus non fuit tempore Ottonis, quod
maiores ipsius Marchionis semper tacuerunt, nū-
quam mouerunt controuersiam. aliqua castra re-
cognouerunt & similes: vnde hac in materia con-
iecturæ aduersus coniecturam famæ induci de-
bent, eiusque vires enerυare. Bartol. l. de ætate. §.
plurimum. vers. quæro quid si probata. de quæst.
sicut solet dici, quòd † vna præsumptio aliam tol- 21
lit. l. diuus. de in integ. resti. l. cum de indebito. de
prob. & fortius videtur esse manifesta probatio in
oppositum: quia in priuilegio Caroli 4. connume
rantur familiæ, quæ ab Aledramo descenderunt,
inter quas non est hæc Salutiensis; ergo illud pri-
uilegium fidem facere aduersus hanc famam de-
bet. clem. j. de probatio. Præterea est aduertendū,
quòd si famam hanc sequi velimus, ea non soli Sa-
lutiensi opitulatur, sed etiam alijs: quia, vt Rapha-
el Volaterranus lib. iiij. scribit, & etiam vulgares
quidam tradiderunt, ab hoc Aledramo aliæ quoq;
familiæ prouenerunt Monteferrati, Ceue, Carre-
tina, Ponzana, Malaspina, quòd & Carolus 4. Im
pera. in suprascripto priuilegio suo, Ioanni Mar-
chioni concesso, attestatur. Videndum ergo, quo
colore Salutiensis soli sibi vendicet, quod alijs
quoque commune est, cùm verisimile sit, in ali-
qua supradictarum familiarum esse aliquem Seni-
orem, qui proprinquitatem gradus Aledramo p-
pinquior: quia † quotiescunq; quis petit se ad suc- 22
cessionem admitti, si non probet, quo in gradu sit,
debet saltem probare, neminem esse illi proximi-
orem, quod veteres aliqui tradiderunt. Specula-
tor titulo de testibus. §. penultimo. Decius con-
silio trecentesimo vigesimo primo in fine. & ex fa-
cto nouissimè Decius respondit; qui enim † ex 23
negatiua assertione suam fundat intentionem, is
eam probare debet. Innocentius capitulo super
his de accusationibus. Bartolus l. hoc iure. de
verbor. obligat. Cùm ergo assertio Salutiensis sit
q; ipse debeat admitti, quia ex illis suprascriptis fa
milijs nemo sit proximior, probare hoc debet. Aret.
l. sed & si de sua. de acquir. hæred. sicut & quod ex
legitimo matrimonio descenderit, quādoque per
continuam seriem masculorum nullis fœminis in
tercedentibus: nam & hoc fundamentum eius in-
tentionis est, ideoque necessariò probandum. So-
ci. cons. xxix. in j. dub. quod an ei sit factu facilè, nō
sat scio. Videamus nunc, posito, quod priuilegium
sit verum & quod probari rectè incumbentia Sa-
lutiensi, possint, qualis sit concessio hæc Aledra-
mo facta, feudalis an non? Et paucis agendo, non
est dubitandum, concessionem hanc feudalem nō
esse: sed potius meram donationem, quæ & vile,
& directum dominium transtulit in Aledramum:
probaturque hæc conclusio varijs modis. Et in
primis ex regula, quòd † quælibet res præsumi- 24
tur allodialis & libera, nisi contrarium euidenter
probetur. capitulo finali, de iudicijs. capitulo ni-
mis. de iureiurand. vbi Doctor. sicut & † quælibet 25
res præsumitur libera seruiture. l. altius. de seruit.
& ecclesia liberè iure patronatus, saluo iure epi-
scopi. capitulo venerabilis. de exceptionibus. v-
bi Innocentius & Baldus vnde † si aliquis sit Co- 26
mes, vel Marchio sub dominio regis, in dubio
existimabitur comitatum iure proprio habere: nō
autem iure feud. l. non dubito. vers. hęc. n. de capt.
& si

27 † si qua seruitia Regi præstiterit: præsumitur præstitisse, simpliciter tanquam principi suo, non tanquam feudi domino, idq; Host. Io. And. Butr. Iaſ. cæteri affirmant. Alex. cons. xv. lib. v. Iason. l. si prius. de oper. no. nun. Dec. cons. cclxix. Confirmatur hæc sententia, & ex priuilegij ipsius verbis, quibus simpliciter dicitur, petiisse eum, vt quasdã
28 cortes concederemus, deinde subiicitur, † concedimus, donamus, atque elargimur, quæ verba ad meram & simplicem donationem pertinent. l. j. de don. non ad feudum, in † quo mutua est obligatio
29 vasalli ad seruitia domini, ad defensionem. c. j. de feud. da. in vic. nec † in dubio à verborum proprietate recedendum est. l. non aliter. de leg. iij. Nam & infrà subdit ita, vt à modo in antea, put ad nos
30 pertinent, & submissæ sunt, ipsius Aledrami dominio subdantur, & in eius ius delegentur & omnino transfundantur, quæ verba videntur omnimodum ius tranferre, vt dictio illa, similitudinem significans, plenariè accipiatur, non autem ad vtile tantum dominium restringatur. Bart. extrau. ad
31 repri. verb. prout. Suadet hoc & aduerbium † omnino, quod præcisum est, & restrictionem hanc nõ patitur. l. si possessor. in princ. de peti. hæred. sicut & illud, in eius ius delegetur: significat enim non vtiles tantùm, sed & directas actiones transferri. l. si cum emptore. vbi Angel. ff. de pac. rursus subijcitur: habeantq; potestatem vendendi, commutandi, alienãdi, pro animo iudicandi, & quicquid eorum decreuerit auctoritas faciẽdi, omnium hominum contradictione remota, quæ & verba prorsus repugnant naturæ feudi. ca. j. de feu. non hab. propr. Nec dicatur, quod hoc potest procedere respectu expressorum: in reliquis tamen debet iudicari secundùm naturam feudi: quod Bald. videtur censuisse. l. j. quæstione. xvj. de rer. diuis. quia loquitur ipse in casu claro, cum constabat esse feudum: in nostro constabat potius oppositum. Suadetur hoc etiam, per † locum à verisimili. c. inspicimus.
32 de reg. iur. vbi Din. cum enim hæc concessio de omnibus per Aledramum possessis atque acquisitis, itemque quærendis loquatur, non est credendum id actum fuisse, vt † illa vellet iure feudi recognoscere, & quæ libera habebat: seruituti subiicere. l. cum de indebito. de prob. sic enim priuilegiũ
33 in odium verteretur. l. quod fauore. C. de legibus.
34 Adde, quod † in beneficijs principũ latissima debet fieri interpretatio. l. fi. de const. prin. quæ profectò non fieret, si feudum potius quàm simplex donatio præsumeretur. Declaratur hoc & ex his: quæ deinde sequuta sunt. l. Iulianus. §. proinde. Ad senatusconſ. Maced. cum enim nunquam petita sit aliqua renouatio, neque inuestitura: sed per
35 100. annos vsque ad Theodorum Palæologum permanserint hæredes Aledrami in possessione: ex titulo illius possessionis satis apparet: non iure feudi possediſſe: cum eo casu necessaria fuisset petitio inuestituræ. c. j. §. præterea. de prohi. feud. alie. per Frideric. Accedit his: quod si concessio feudalis esset: vtique præstandum iuramentum fidelitatis esset. c. j. de noua forma fidel. Et tamen nec Aledramus illud vnquam præstitit: nec constat eius descendentes vsque ad Ioannam præstitisse: nec de hoc iuramento vlla est mentio in priuilegio. Adde etiam, quod tempore istius Ottonis nondum erant feuda: & ideo impossibile est dicere, hanc concessionem esse feudalem. Quia vt in iure expressum legitur. c. j. §. cum verò. qui feu. dare pos. Conradus Imperator, cum Romam iuisset: primus constituit: vt feuda à dominorum potestate separata censerentur: & in filium deinde, & in nepotes transmitti possent: vnde satis apparet tempore Ottonis nõ fuisse feuda, quæ in hæredes transmitterentur: fuit autem Conradus post Ottonem annis circiter 70. Et certè si bene videatur prima pars priuilegij: quatenus ei donat cortes imperij: nulla est mentio hæredum: sed eorum mentio dũtaxat est: quatenus ei res paternas, & per se acquisitas: seu allodialia confirmat, vnde si feuda fuissent morte Aledrami euersa essent ad Imperatorem. d. c. j. §. cum verò. Nec hanc sententiam aliquo modo oppugnant, quæ in consi. contrario adducũtur, dum dicitur, quod in priuilegio fit mentio inuestiendi & diuestiendi, & quod eum condncit in famulatum suum: & hoc propter fidelitatem, quam ipse Marchio habet erga imperium: quæ omnia videntur tacitè arguere concessionem hanc feudalem esse. Sed hæc ergo argumenta satis leuia esse arbitror. Et in primis, † inuestitura simpliciter
36 & propriè est possessio. c. j. in prin. quid sit inuesti. Et diuestire possessione priuare: vnde † inuestitura vox est comprehendens quamliber possessionẽ non solùm si iure feudi apprehendatur: sed etiam
37 si quocunque alio titulo puta, iure electionis ecclesiasticæ. c. proposuit. de concess. præb. iure donationis, iure locationis, & similium cõtractuum. Din. rub. de reg. iur. Albe. rub. C. de loc. vnde nihil infert ad feudum: sicut etiam illa † dictio, famulatum, quæ potius significat quodlibet obsequium.
38 Iaſ. rub. feu. quod à quoc. famil. præste. c. grau. de præb. Corn. cons. xvj. Paul. Castr. cons. clxiij. Dec. cons. cccxiij. nu. vij. nam & † fidelitas nihil speciale in feudis infert, cùm non minus ad fidelitatẽ
39 teneantur simpliciter subiecti, quàm feudatarij; q eleganter Bar. tradidit extrauag. ad repri. glos. iij. Apparet ergo istas coniecturas esse leues, & feudũ non probare, cum etiam donationi conueniant. l. neque natales. C. de proba. Nec, quod appellatus
40 sit Marchio, sequitur, ergo de feudo Marchiæ inuestitus erat. c. j. de feu. March. quia † Marchio dicitur etiam qui Marchiam iure proprio habet, licet nõ iure feudi, cùm possit Marchia, sicut & Comitatus haberi iure proprio. præsumiturque hoc
41 in dubio, vt suprà dixi. † Lex enim simpliciter Marchionem definit qui de Marchia sit inuestitus. c. j. quis dicatur Dux, Marchio sive ergo Marchiam iure feudi, sive iure proprio, habuerit, erit Marchio, dummodo inuestitus, id est, per possessionem cõfirmatus, & † dignior Marchio ille erit qui proprio
42 iure habet, quàm qui alieno. l. si filius. §. erit. de fideic. libert. vbi no. Et ex his satis & super probatur concessionem hanc allodialem, non autẽ feudalem esse. Hinc que consequens est, vt cum de re allodiali tractetur, Ioanni Georgio succedat illustris ducissa Mantuæ eius ex fratre neptis, quæ illi est proximior: non autem Salutiensis, qui nullo illi est in gradu. auth. cessante. C. de legit. hære. Nec me mouent tria argumenta, quæ in aduersum deducuntur. Et in primis, quod cum Marchionatus sit feudum regale, in † eo non possunt succedere
43 fœminæ, quæ regulariter ab huiusmodi successionibus repelluntur, cum in talibus soli masculi, & quidem primogeniti, admittantur. c. licet. de voto. vbi Abb. Nam respondeo, imo etiam fœminas succedere, quando dignitates sunt allodiales, vt suprà dixi. c. significauit. de rescript. quia nulla est
44 lex quæ hoc casu eas excludat: vnde † à regula iuris non est recedendum. l. maximum. C. de liber. præt. nam & videmus aliàs in hoc feudo successisse Violantidem, sicut & in regno Siciliæ Ioannam,

nam, quod & in Hispania obseruatur, & in plerisque aliis locis, nisi consuetudo Regni sit in contrarium, vel lex Salica, prout in Francia. no. c. vnico. de matrim. ad morig. contrac. in feudis. & ideo doctores semper distinguunt istas dignitates, an competant iure feudi, an iure proprio puta donationis. Bal. cons. cccj. in bonis lib. iij. Angel. consil. ccxlij. Car. cons. lxiiij. Oldr. cons. clix. Alber. rubr. C. de donationi. Alexand. cons. xxiiij, in v. Decius cons. xxij. & cclxix. ccviij, cccxc. & cccxiij. Nec rursus mouet, quod in consilio contrario adducitur, nempe ex consuetudine in domo Marchionũ Montisferrati fœminas semper excluſas stantibus masculis, † quæ consuetudo videtur attendenda. Dec. cons. lxxxv. etiam quod ab vna familia inducta sit, estque huiusmodi optima legum interpres, & habet vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quot. & æsti. Nam respondeo, hanc † consuetudinem facti esse, & omnino probari debere. Bart. l. j. C. quæ sit longa consuet. qu. xxvij. & seq. saltem ab Aledramo vsque ad Ioannem vltimum domus Saxonicæ; quia à Ioanne citra excluſę sunt fœminæ, propter inuestituram, qua illa bona allodialia recognouit in feudum à Carolo 4. † pro se & heredibus masculis, & fœminis, quibus verbis, existentibus masculis fœminæ non admittuntur. ca. vnico. de eo qui sibi, vel hær. Bart. l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. de oper. liber. cum ergo hodie non existant masculi, quia Salutiẽsis ab Aledramo originem prætendit, non à Ioanne, meritò admittetur fœmina. Idemque ex inuestitura Maximiliani, & etiam nostri Imperat. quæ concessa est pro se, hæredibus & succeſſoribus, quibus verbis post masculos admittuntur fœminæ. vt Soc. respondit cõsil. cclvij. Minus mouet quod dicitur, † fœminam semel excluſam perpetuò censeri excluſam. l. de quibus. C. de secun. nupt. vbi Bald. cum concord. per Ias. l. inter. §. sacram. de verb. oblig. quia hoc procedere potest, cum de eiusdem personæ hæreditate agitur, secus si de diuersis, vnde absurdum non est, hanc quæ à patris hereditate per patruum excluſa est, nunc mortuo patruo succedere: quia qualitas propter quam excludebatur, scilicet existentia masculi, nũc nulla est, sicut videmus filiam fœminam quæ in hereditate patris propter legem municipalem excluſa est, ipsi deinde fratri defuncto succedere. l. quanquam. Ad legem falc. vbi Ias. l. j. §. veteres. de acq. possess. nec sequitur excluſa est à patruo, qui illi in tertio gradu est, ergo excludenda est etiam à Salutiensi, qui illi in millesimo gradu est. Superest vt vlterius progrediamur, & admisso quod concessio illa Aledrami sit feudalis, videamus an Salutiensis causa defendi possit, & circa hoc maximè insistunt illius consultores. Et videretur prima fronte defendi eius causam posse. Quia concessio facta est Aledramo, & † hæredibus suis, quæ dictio omnes descendentes in infinitum complectitur. l. sciendũ de verb. signi. & cum ex natura feudi donec superstint masculi, fœminæ nõ admittantur. d. c. vnico. de eo qui sibi. Bart. d. §. si liberi. ergo admittẽdus est ipse, & quidem non iure transmisso, sed ex propria persona, quia vocatus verbis inuestiturę. Bar. l. iij. ff. de interd. & rele. & ideo illi non obstat nec testamentum Ioannis, nec priuilegia concessa per Imper. Palæologos, quia ius ipsius non potuerunt auferre. cap. primo. de succeſſ. feud. in prin. vbi gloss. verbo inuestire. nec denique obstat † præscriptio, quæ non valenti agere non currit. l. j. in fin. C. de annexcep. Bar. l. Lenarus consulto. de offic. præsid.

A Salutiensis autem agere nõ potuit, nisi postquam natus est, cum tale ius illi ex persona sua, vt supra dictum comperatum. cap. primo. §. hoc quoque. vbi Alua. verbo. quæro ab extra. Sed tamen his, & similibus; quæ diffusissime in consilio referuntur non obstantibus, adhuc arbitror nullum esse Salutiensis ius, idque quatuor principalibus fundamentis, quibus explicatis omnia quæ in contrarium adducuntur facilime dissoluta remanebunt. Et in primis sciendum est, quod concessio hæc B Ottonis, prima quod facta sit præsenti Marchioni Salutiensi, non dicitur respectu Marchionis vllius esse efficacis antequam natus sit, nec eius vllum in eum prius transfert, quia † non entis, vt vulgò dicitur, nullæ sunt qualitates. l. pen. ff. si cer. per. quod ergo ad eum attinet, antequam nasceretur concessio erat ex defectu personæ inefficax, † quia ei facta, qui in rerum natura non erat. Et licet desse valeat propter spem nanciscendæ, & quia † eo nato conualescit. arg. l. vsufructu. de stip. seruo. l. quidam. de iure codic. interim tamen est inefficax, quia non subest persona, cui ius acquiratur. l. quæcunque gerimus. de actio. & obli. vnde consequens est, vt talis concessio quæ adhuc ius nullum Salutiensi dederat, potuerit reuocari. Et ideo. priuilegium Caroli 4. quo descendentibus Aledrami derogatur, sit attendendum, & valeat, quia potuit mutare voluntatem, & ab Ottonis concessionis recedere, nec ius Salutiensis censetur sustulisse quod non erat. Sicut videmus † licitũ esse ei, qui in absentis gratiam paciscitur, mutare voluntatem, & concessionem reuocare, etiam sit de fauore libertatis ageretur. l. iij. ff. de ser. expor. vel fauore doris. l. si ego. §. si res. de iur. dot. Rom. & Castr. & Ias. l. iij. §. j. de cond. ob caus. vel etiam fauore ecclesiæ, quod Bartol. censuit, & receptiore calculo ab omnibus ferè approbatum est. l. qui Romæ. §. Flauius. vbi Bart. de verb. obl. † semper enim ante ius facto meo tibi quæsitum, licet mihi sententiam mutare. vnde si tibi absenti donauero, quandoq; acceptes possum reuocare. l. absenti. de donat. vbi Bart. cap. si tibi. de prob. in vj. vbi doct. & † si antequam acceptes moriaris, donatio est nulla, nec ad hæredes transmittitur, quod Paul. Castr. & Dec. ex facto rectè respondẽrunt Pau. cõsil. cxcv. Dec. cons. ccxxvj. † contractus enim antequam per consensum vtriusque partis absoluti sint, nullum iuris effectum pariunt, & meri facti sunt, ideoque ad hæredes non transeunt, & ad libitum reuocari possunt. l. fin. de leg. l. non solùm. §. morte. de opę. no. nunt. Et quoties † ex concedit absenti stipulationem factam valere, vel absenti acquiri posse, semper intelligitur si ille ratum habeat. l. ea quæ ciuiliter. verb. volentibus. de acquir. do. & ideo ante ratihabitionem nullum ei ius quæritur. Bar. l. frater à fratre. de condi. indeb. meritò ergo reuocari potest. In casu igitur nostro dubitandum non est, quin Imper. Carolus 4. potuerit etiam circunscripta potestate regia, mutare sententiam Ottonis, & ius Salutiensis permittere, quod ipsi Salutiensi nondum quęsitũ erat. c. j. qui succedentes. vt qui adhuc in rerum natura non esset, tantũ abest, vt de ratificatione sit quærendũ. Nec obstat, quod aliquando traditũ est, † si quis rẽ emphyteuticam, vel feudalem sibi, & filijs suis stipulatus sit, non posse eum mutatione voluntatis deteriorem filiorum conditionem facere. c. j. de succ. feud. Bartol. d. §. si liberi. quibus confestim & ipsũ iure ex stipulatione haberet, ius est quæsitum. qđ & ex facto Alexander censuit. Respondeo enim

Alexand.

BIU Cujas

Alexand. loqui cùm ipse paterit mutare, non cũ princeps, seu dominus, qui concessit. cum enim filius pro mortis causa capionem, tale feudum consequatur. Bar. l. si mihi & Titio. de verb. oblig. possit dominus reuocare, maximè accedente possessoris consensu. cap. j. in prin. de proh. feud. ali. per Esdo. vbi Præpositum loquitur Alexand. cùm filij exirebant, quibus iam erat ius quæsitum: at in casu nostro non potuit ius huic Salutiensi quæri, qui nondum erat natus. Minus quoq; illud obest, si quisquam dixerit procederet suprascriptam ratio nem, si ipse Otto mutasset, nõ autem si eius hæres. d. l. iij. de fer. expor. lij. C. si mancip. ita fu. ali. d. l. si ego. §. si res. Respondeo enim, quod † quoties mutatio voluntatis alicui permittitur, etiam hæredi eius permissa cẽsetur. l. sed interim. §. si vxor. ff. de don. inter vir. non enim diuersum ius à testatore in hæredem constituendũ est. l. hæredem. de reg. iur. exceptis cñ tribus casibus specialibus, fauore dotis, libertatis, & ecclesiæ, vt suprà dixi, qui casus cum speciali ratione procedant, satis indicant regulam in contrariũ esse, & sic quòd Ottoni licuit, & Carolo quoque licuisset. Tametsi etiam illud non absurdè responderi possit, exceptiones illas in hærede locum habere, qui factum defuncti ratum habere debet: at in casu nostro Carolus hæres Ottonis non fuit: sed æquè principalis, atque ipse
61 Otto, cùm enim † Imperium perpetuum sit, & nũquam pereat. c. si gratioso. de rescr. lib. vj. dicuntur Imperatores eius administratores, vt vno mortuo, alius succedit, non tanquam hæres, sed tanquam nouus administrator. Sicut etiam dicimus in Ec-
62 clesia, & eius prælatis. c. j. de sol. vbi not. Et ideo † sequens non cogitur ratum habere factum antecessoris. d. c. si gratioso. & per feudum. in c. j. qui succ. ten. Et hæc procedunt, etiam si quilibet priuatus cõcessum reuocasset. vnde fit, vt minùs dubitatio-
63 nis sit in nostro casu, in quo Imperator apposuit † clausulam, non obstante, & ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, quarum natura est adeò efficax, vt possit ius etiam quæsitum tollere, maximè ex causa, quæ subest euidens nempe tot annorum possessio in Palæologis continuata. vnde nõ est dubium etiam priuilegijs Frider. Maximiliani, & nouissimè serenissimi Caroli. §. ius omne Salutiensis perimi. Secundùm principale fundamentum aduersus Salutiensem, ex verbis priuilegij ipsius sumitur, quo Impera. Otto se concedere ait Aledramo & hæredibus suis, quæ dictio hæredib
64 nullo modo conuenit Salutiensi: si quidem † heres iure ciuili intelligitur qui successit in vniuersum ius. l. nihil aliud. de verbo. signi. &c. & licet vulgari sensu filij vocentur hæredes: tamen hoc ex eo prouenit quia succedunt patri: & ideo vt quis admittatur ad dictum feudum, oportet duo simul cõiungi: &
65 quod sit ex descendentibus, & quod sit hæres. non posset enim † quis repudiata hæreditate feudum consequi. §. emphyteusin vero. in authen. de non alienan. aut permu. Bar. d. §. si liberi. & l. ex facto. §. fi. ad Treb. vbi Dd. aliàs sequeretur quòd successio contra vim expressam verborum: quæ hæredem vocant deferretur: & ita se habet communis conclusio, secundum quam & Alexã. & Iaf. & Soc. & ipse Decius sæpissimè consuluerũt: nec vidi vnquam id in dubium reuocari. Sunt ergo Salutiensis hæres non sit; meritò censetur excluſus. Nec me mouent viij. responsiones quæ huic argumento subtiliter in consilio Salutiensis accommodantur, quia non viderentur difficultatem ipsam satis summouere. Et in primis respondetur commu-

A nem sententiam procedere, quando dictum esset pro se, & filiis, & hæredibus, vt dictio, hæredibus, aliquid operetur: secus in casu nostro in quo simpliciter dictum est, pro se, & hæredibus, & ita videtur Castrensis distinguere. Sed dico eam distinctionem esse contra Bartoli sententiam, quę frequentiori calculo approbata est. d. l. ex facto. §. fin. Præterea procedere posset attento vulgati vsu imperatorum, qui hęredem simpliciter appellatur filium, vt etiã dicit. Sald. j. q. xx. C. de iure emph. sed hæc
B interpretatio non est capienda in priuilegio Cæsaris, qui præsumitur loquutus eo modo quo iuris prudentes & docti. l. omnium. C. de testam. non q plebei, & vulgarea, † verba enim secundum qualitatem eorum, qui ea protulere accipienda sunt. l. Labeo. de sup. leg. Bal. c. j. de succes. feud. Adde qđ in priuilegio vtroq; modò scriptum est, primo, hæredibus, secundo, filijs & hæredib^s, vnde apparet nullam huius distinctionis habitam rationem. Secundò ergo respondetur, in casu nostro limitatã suprascriptam conclusionem. nec requiri eum, qui succedere in feudo velit esse hæredem, Idque quia subiecta materia hoc suadet, vt feudum in descendentes cõseruetur, vt fidelitas Aledrami magis censeatur remunerata, quæ per hæredes sanguinis magis transmittitur, &c. Ego vero dico, ad fauorem Aledrami pertinere non solum quod sint hæredes sanguinis, sed etiam vniuersi iuris. §. valde. instit. quib. ex caus. manu. & ideo vtrunque requiri, nec in priuilegio vllum est verbum de hac
C conseruatione in descendentes, sed in hæredes, et natura feudi hoc suadet, vt † qui vult succedere nõ 68
sõlum sit descendens, sed etiam hæres. c. j. an agn. vel fil. vbi doctor. Et minus conueniens est illa ratio; quòd si essent † hæredes, cogerentur tantã ha- 69
bere alienationem factam per prędecessorem. l. cũ à matre. C. de rei vend. quo casu feudum non perennaret in descendẽtes. Respondeo enim expres-
D se actum contrarium: quia in priuilegio dicitur, q possunt alienare, commutare, vendere, disponere arbitratu suo. Iterum ergo respondetur, & approbata de plano communi conclusione, dicitur Salutiensem per medias personas auctorum suorũ esse hæredem Aledrami. l. fi. C. de instit. & substit. si non vniuersalem saltem particularem: idque sufficere. Bar. d. §. si liberi. Sed respondeo, ista faciliùs dici q probari. & cum sint facti, erit de probatione disputandum. quod enim sit Marchio Salutiarum non arguit successorem esse Aledrami, cum nusquam constet Salutias ad Aledramum pertinuisse. Præterea, cùm ex forma priuilegij posset Aledramus vendere, alienare, disponere, &c. apparet tractari de re quam ad extraneos potuit transmittere. & ideo tali casu † appellatio hæredis, in particulari
E successore non verificatur, solusq; is admittitur q 70
in vniuersum hæres est. Paul. Castr. distinguit l. q-ties. in fi. C. de hæred. inst. & Alex. Imol. probat. l. quædam. §. nihil. de æden. Rursus ergo respondetur suprascriptam conclusionem procedere, quod descendens idem & hæres esse debeat, cùm constet ei delatam esse hæreditatem; ab ea enim feudum separare non potest, quod si delata non sit, nihil prohibet quin saltem feudum sibi delatum habeat, quod Iac. Bald. Aluar. tradidisse dicuntur, &
F ex facto respondit Decius Iacob. Bald. Aluar. d. c. j. an agna. Dec. cons. ccviij. in fin. Sed certè difficilis non est huius responsionis confutatio: quia loquuntur illi, quando in aliqua parte institutus est filius, licet hæreditas vniuersalis non sit ei delata, vnde apparet hanc responsionem cum superiore

eandem

eandem esse, & ideo iisdem argumentis prosterni. Iterũ igit̃ rñdetur, quod descendens adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij: quia tunc poterit habere feudum, & non sustinere onera hæreditaria. Sed quomodo † adibit Salutiensis hæreditatem, quæ sibi delata non est. l. delata. de verb. signifi. impertinens certè & extra propositum est, hæc responsio. Ad aliam ergo responsionem, transeundum est, quia dicitur ex consuetudine ita fuisse interpretatam eam clausulam, pro se & hęredibus, vt minime necessaria esset hæreditatis aditio, sed sufficeret esse ex descendentibus, vnde repetiuntur Palęologi pluries repudiasse paternam hęreditatem, & acceptasse feudũ, † minimè ergo mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuere. l. minimè. de legib. Respondeo itaq; quod fecerunt hoc Palæologi, quia sibi licuit ex Caroli cõcessione, qui feudum indulserat, pro se & descendentibus. non autem ex hac Aledrama, cui innitit Salutiensis. Præterea semel duntaxat id factũ est, ne alienatio per Ioan. Iacob. filium, in Sabaudiensem Ducem facta, comprobaretur, quod an fieri potuerit nunc lis pendet: nec talis † fact⁹ potest cõsuetudinem inducere, cùm non fuerit iudiciarius, nec geminatus, nec præscriptus. glo. de quibus. de legib. nec probabiliter dici potest eum actum, qui ex Caroli 4. priuilegio factus est, ad declarationẽ priuilegii Aledrami pertinere, cùm † ex diuersis nõ fiat illatio. l. Papinianus exuli. de mino. Aliter etiã respondetur, fatendo vtranque quidem qualitatẽ, scilicet, quod hęres sit, & quod descendens, requiri: sed ordine successiuo, vt primum descendentes hæredes præferantur, deinde descendentes non hæredes. quod in simili casu doctores in eo tradiderunt † qui filium, & nepotem instituit, intelligit enim ordine successiuo. l. Gallus. §. j. de liber. & posthum. Sed certè doctores hoc tum demum procedere aiunt, † cùm non necessitatis nos cogit. tùc enim à natura copulæ recedimus, quæ æqualiter solet operari. l. reos. §. cum tabulis. de duob. reis. quod si necessitas nos nõ vrgeat, vt in casu nostro est, † nulla est ratio cur à proprietate recedamus. c. Raynutius. extra, de testa. Bar. l. Caius. q. po. solut. matrim. vt † quoties in actu necessariè cõiunctim sunt duæ qualitates, qui vnam tantum habet, excludatur. Iſi hæredi plures. de condi. inst. gl. l. mancipia. C. de ser. fug. doct. l. diuus. de re iud. vnde peculdubio hæc responsio, contra ipsam conclusionem est, quam vt̃. dixi cõmuniter approbaram. Tandem igitur alio modo respondetur, nempe supra scriptam disputationẽ, an requiratur vtraque qualitas, in casu nostro locum non habere propter verba illa priuilegij, ac † vtriusq; sexus familias, q̃ indicant vocari descendentes non vt hæredes, sed tanquam ex familia, seu sanguine descendentes; debet ergo † illa pars priuilegij aliam declarare. l. qui filiabus. de leg. j. ne videatur eadem scriptura secum pugnare, & verbum hæredibus æquiuocũ, secundum supra scripta declarari, sed certè sunt huiusmodi non satis in proposito, quia si bene legatur priuilegium, illa verba non de personis quibus fit concessio loquuntur, sed de familiis vtriusque sexus, seruis, & ancillis, seu adscriptitiis intelligũt, q̃rũ dñium ipsi Aledramo Imperator cõfirmat, fonãtq; hoc expresse illa verba, cõfirmamus illi res & pp ietates, ac vtriusq; sexus familias, tã de hæreditate parentũ, q̃ de acquisitiõe illi aduenien to p diuersa loca. nec puto hac in re esse vllã prius dubitationẽ. hinc q; apparet stare incõcussum, secundum hoc fundamentum, nec responsiones in consilio adductas sufficere. verumq; esse quod vulgo solet dici, cui multipliciter respondetur, nõ semel bene respondetur. Tertium principali fundamentum est in præscriptione positum, qua tutissimi sunt Palęologi aduersus Salutiensem, cum continua serie possederint per annos 127. vnde dubitandum non est, tanti temporis lapsu sopitam esse communem Salutiensis quæstionem. l. sicut. l. omnes. C. de præsc. xxx. vel xl. an. † cum in feudis soleat vel xxx. anno. teps actorem excludere. c. si quis per xxx. ann. si de feud. defunc. Et certè abhorret à sensu naturali, quod quãdoque admittatur post tantum tps, alias nemo vnquam esset tutus in re possessa, quod esset contra bonum publicum. l. j. de vsuc. idque maximè † in feudis debet obseruari, in quibus vel annalis taciturnitas solet præscriptionem inducere. c. ij. in fi. si de inuestit. inter dõ. & vas. §. Titius. si de feud. defunc. Nec obstat, quod aduersus Marchionem præsentem non potuit præscribi, quia non valenti agere, &c. & qa ex persona sua admittitur, &c. Respondeo enim cum Carolus 4. mutauerit sententiam, & ius Salutiensi ex Ottonis priuilegio prætensum sustulerit, non potest (vt supra scripsi) ex persona sua amplius Salutiensis admitti. confirmataq; est hæc Caroli 4. mutatio, per tanti temporis lapsum, vt amplius de eius valore disputari non possit. l. ij C. de vsucap. transfor. c. volumus. 16. q. 4. Præterea respondetur, quod cum Palęologi habeant titulum, & bonam fidem, præscripserunt aduersus quemcunque siue natum: siue nasciturum, q. Franc. Cur. Sen. cõsi. quodam concludit, quæ sententia iudubitanter vera est: saltem cum præscriptio centenaria proponitur. gl. §. de cætero. in Auth. vt de cæt. con. Bald. l. j. C. de ann. exceptio. Cur. consi. 90. Nec vnquam auditum à condita legali doctrina fuit: quod † aduersus præscriptionem 130. annõ. daretur in integrum restitutio. Disputant doctores, & non modica est altercatio, quid in quadragenaria, & nõ pauci, nec aduersus eam quidem restitutioni locum esse tradiderunt. Dec. consi. 29. Alexand. 71. 84. in j. Socin. 86. 166. Et de ista quæ decies quadragenaria est nemo vnquam dubitauit, quin nulla restitutio competeret. glo. d. §. de cæteto. nulla enim æquitas subest, quæ hoc dictet. Nec obstat, quod Palæologi videantur † in mala fide, quo casu nunquã potuissent præscribere. c. fi. de præscr. respondeo enim id falsum esse, cum enim † titulo hæreditario ex testamento Ioannis vltimi successerint: cũ etiam tot priuilegiis & inuestituris, à Rom. Imp. sint muniti, nõ possunt dici malæfidei possessores. l. bonæfidei. de verb. signi. vbi dixi. Nec in facto verum est Salutiensem vnquam possedisse, & deinde armis per Palęologos spoliatum, quo casu videretur impediri præscriptio. l. auctoritate. C. vnde vi. l. j. C. de fund. & sal. rei domi. lib. 11. Alexan. cõsil. iij. in volum. v. commenta sunt, quæ probatione indigent, & si opus esset probaretur cõtrarium. &, Georgius Merula historia sua lib. 6. ostẽdit cõtrariũ: & ideo nõ duxi in re plusq̃ manifesta vlterius insistendum. Quartum & vltimum fundamẽtum est: quia si bene inspiciatur: supra scriptum priuilegium habet tres partes: in prima confirmantur Aledramo Cortes, & iurisdictiones Regni Italici, & oppida nominatim descripta, & respectu huius partis nulla est mentio hęredum. vnde si volumus dicere iure feudi concessa fuisse sequitur, vt morte Aledrami reuersa sint ad Imperium, prout tunc obseruabantur ante legem Corradi. d. c. j. §. cum veto. qui feu. dar. pos. Secunda pars est, respectu re-

rij, quas Alexander habebat hereditarias, quasq; ipse vel acquisierat, vel acquisiturus erat quarum confirmationem habuit, pro se, & hæredibus, & de iis nulla est controuersia, sed de feudalibus tantum. potuit autem hæc confirmatio esse necessaria propter aliquam legem prohibitiuam, quâ tũc haberent in patria illa, & quæ vocaret Curtem regis ad successionem, quod in lege Longobarda satis deprehendi potest. l. j. & l. si pater. l. si quis de succes. in l. lombar. & l. j. de acquisit. act. regis. Tertia pars est, qua recipit eum cum filiis, & hæredibus, cũ omnibus rebus suis, sub regij† mundij condõe, sic enim vocabant, quod nunc in salua guardia regis, dicunt. i. vt eadẽ condõe sit, qua res seu patrimonium principis. est enim mundium, in lege Lõgobarda, patrimonium. l. j. qualiter mundoaldus in Lomb. & ibi glo. apparet igitur mentionem hęreditum ex verbis suprascripti priuilegij, nullam esse respectu rerum feudalium, & ideo non posse ex eo illustre Salutiensem se iuuare. Postremo non omitto: suprascripta omnia ad iudicium petitorium spectare, in casu autem nostro videtur† in primis possessorium expediendum esse. l. incerti. C. de interd. l. ordinarij. C. de rei vendi. in quo iudicio nulla est difficultas, quin præferri Illustriss. Mantuæ Ducissa debeat. cum enim ipsa sit proximior agnata March. Io. Geor. nuper defuncto, vt quæ sit illi in tertio gradu. §. iij. insti. de gradib. non est dubiũ eam in possessione esse ponendam, saltem per interdictum quorum bon. l. j. C. quor. bono. quod cõpetit hæredi in eius bonis, qui ab intestato decessit. Fulg. Paul. lasc. l. fi. C. de edi. diui. Adr. tol. quę cõclusio procedit etiam si de feudalibus bonis agitur. quia nihilominus lex ait, †fœminam in possessorio iudicio, agnatis masculis præferendam esse. c. j. §. fi. de feu. defun. cont. vbi doc. saluo agnatorũ iure in petitorio, & ita etiam Susarius Alex. & cæteri tradiderũt. l. fi. C. de edi. diui. Adr. tol. Nec hęc res vllam habet dubitationem, præsertim eũ dñus feudi ipse rei tradendæ facultatem habet, nulla enim est ratio cur saluis exceptionib⁹ alitorem indaginẽ requirentibus, possessionem tradere dñs ipse fœminæ non debeat. c. j. de contr. inuest. c. j. de prohib. feudo. alie. in princ. vbi doct. Quæ omnia adeo clara sunt, vt minime operæpretium sit vlterius insistere. Et hæc saluo semper saniore iudicio.

CONS. V. SVMMÆ.

1 Legitimatio post mortem patris non potest fieri in præiudicium eorum quibus tus iam quæsitum est immo requiritur eorum consensus.

2 Ius adeundi, est de iure ciuili tantum.

3 Postquam adita est hæreditas quæritur dominium rerum hæreditariarum quod est de iure gentium modus autem quærendi de iure ciuili.

4 Post aditam hæreditatem & apprehensam possessionem rerum hæreditariarum dominium dicitur quæsitum omnino de iure gentium etiam per modos iuris gentium.

5 Princeps de plenitudine potestatis potest legitimare & auferre ius adeundi venientibus ab intestato.

6 Ea quæ sunt mere iuris ciuilis potest Princeps plenitudine potestatis auferre.

7 Cum ius aliquibus sit deuolutum non est credendum quod princeps voluerit uti plenitudine potestatis in eorum præiudicium.

8 Clausula præiudicium tertio inferens tanquam suadens iniustitiam præsumitur per nimiam importunitatem editoris.

9 Princeps non potest de plenitudine potestatis dominia de iure gentium acquisita auferre.

10 Princeps non potest tollere contractus, propter cõsensum qui est iuris naturalis.

11 Legitimatus cum clausula de plenitudine potestatis non potest admitti ad successionem.

12 Princeps præiudicans tertio per clausulam plenitudinis potestatis tenetur ipse de suo satisfacere aliis non potest quis virtute talis clausulæ dominio priuari.

13 Non prius transit dominium quam solutum sit pretium ei nemo teneatur habere fidem de pretio.

14 Possessori præiudicii cuidens fit si amissa possessione deberet personali actione experiri ad pretium.

15 Princeps concedendo aliquid quod absq; clausula de plenitudine potestatis alias non posset male facit & committit peccatum.

16 In his quæ pertinent ad peccatum non videtur obseruanda plenitudinis potestatis clausula in Pontifice & quare.

17 Papa dicitur frater propter regenerationem baptismi.

18 Gesta per clausulam suprema potestatis mortuo ipso Principe Cassa, irritaque sunt, & quare.

19 Populus Romanus nunquam est vsus clausula plenitudinis potestatis.

20 Clausula de plenitudinis potestatis cum non habeat effectum nisi ex nuda voluntate concedentis eo mortuo cessat voluntas.

21 Potestas Papæ vt posit mutare quadrata rotundis est quãdiu viuit tantum.

22 Papa licet habeat liberam potestatem in spiritualibus tamẽ in temporalibus arduis non videtur eam habere nisi cũ consensu Cardinalium & quare.

23 Successor in papatu nõ debet obseruare malè gesta per prædecessorem immo ad eum pertinet quæcunque inique gesta sunt.

24 Clausula suprema potestatis procedit duntaxat in subditis.

25 Papa nõn potest his qui sibi subditi non sunt rerum suarum dominium auferre etiam ex causa quæ iste est actus iurisdictionalis qui non potest exerceri nisi in subditos.

26 Papa in bonis Ferrariæ existentibus cum sint sub Domino Ducis non videtur disponere de plenitudine potestatis & quare.

27 In Principe ius alterius tollente præsumitur causa quoad subditos suos.

28 Statutum quod legitimati non succedant nisi illis qui fuæ legitimationi consenserunt est validum de iure & consentit cum æquitate naturali & etiam cum regulis iuris.

29 Quod Principi placuit pro lege habetur.

30 Vicarius imperialis ex quacunque potentia sibi generaliter concessa non potest auferri ius quæsitum tertio.

31 Perempta conditione primi gradus cæteri quoque corruit.

32 Quandoque conditio si nascentur extenditur etiam ad casum quo nemo sit natus.

33 In illis fideicommissis quæ inducunt onus hæredi non est facile recedendum à verbis neque facienda extensio ad casus omissos.

34 Vulgaris substitutio per additionem expirat.

35 Verbi communis substituit uis.

36 Clausula codicillaris solet vertere substitutiones directas in vim fideicommissi.

37 In dubio fit interpretatio vt substitutio dũtaxat sit directa.

38 Non debet fieri in dubio interpretatio per fideicommissum ex quo fideicommissum est onus.

39 Quando aliqui vocantur alternatiue veniunt vi vulgaris substitutionis tantum.

40 Dictio postea tractum temporis habet.

41 Participium futuri temporis non trahitur ad præteritum.

42 Reuocatio donationis quæ fit per natiuitatem subsequutam filij non habet locum nisi iam sit natus.

43 In vlti-

43 *In vltimis voluntatibus verba intelliguntur secundum tempus suum.*

44 *Substitutio ad certum tempus limitata extra illud tempus non producitur.*

45 *Disponens per verba de futuro nunquam intelligitur se referre ad præteritum nisi vtatur verbo subiunctiuo.*

46 *Legitimatus censetur renatus.*

47 *Verba testamenti non debent intelligi de natiuitate ciuili, sed naturale.*

48 *Fictio non habet locum in præiudicium tertij.*

49 *Cum testator certo tempore voluerit quem nasci, vt admittatur non attenditur ad fictionem quæ ex legitimatione inducitur.*

50 *Qualibus requisita adesse debet secundum tempus verbi.*

51 *In dispositione loquente de filiis legitimis & naturalibus si disponens sit in equestri dignitate constitutus vel alias nobilis non comprehenduntur legitimati.*

52 *Qualitas dictionis nascituros videtur cohærere ipsi natiuitati, vt ideo requiratur nascituros nasci legitimos.*

53 *Dictio quoscunque habet vim geminationis & in casu trahitur ad inhabiles.*

54 *Dictio tempore futuro, quid.*

55 *Filiationem probandam esse etiam plene in petitorio iudicio.*

56 *Vulgo concepti non habet certum patrem & lex præsumit contra eos.*

57 *Confessio patris dicentis quem esse filium suum respectu bonorum suorum potest aliquid operari, respectu vero fideicommissi & sic bonorum quæ peruenerunt ab alio nihil debet præiudicare.*

58 *Papa dedit amplam potestatem Comiti Palatino eam concessit ad legitimum vsum non ad abutendum.*

QVia priuilegiũ cuius facta vigore est legitimatio domini Romani, habet clausulas valde fortes, & excessiuas. Primo, videbimus de potentia ipsius legitimantis. Et in primis sciendum est, quod Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. concludit, quod † legitimatio post mortem patris, non potest fieri in præiudicium eorum, quibus ius iam quæsitum est: imo requiritur consensus eorum. l. pen. ff. de nat. restit. posset tamen Princeps, si veller, etiam eis irrequisitis, vt l. ij. in fi. ff. de nata. resti. quod intelligũt doctores, etiam si quis sit legitimatus per Comitem Palatinum: quia habeat facultatem vtendi plenitudine potestatis Imperialis, agen. c. quod translationem. de offic. leg. Alexand. consi. clxxxvij. in v. & consi. lxx. in vj. cum concord. Verum quia Bartol. non explicat de quo iure quæsito intelligat, distinguũt ibi doctores triplici modo. sicut & tripliciter acquiritur ius hęredi legitimo post mortem antecessoris. Primum est † ius adeundi, quod est de iure ciuili tantum, secundum gloss. in l. j. ff. de acquir. rer. do. secundum est, † postquam adita est hęreditas. nam tunc quæritur dominium rerum hæreditarium, quod est de iure gentium, sed modus quærendi est de iure ciuili, secũdum Bartol. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Tertium est, † post aditam hæreditatem, & etiam apprehensam possessionem rerum hæreditarium, quo casu dicitur dominium quæsitum omnino de iure gentium, etiã per modos iuris gentium. l. traditionibus. C. de pac. Circa primum communis est conclusio cum Barto. quod † Princeps de plenitudine potestatis potest legitimare, & auferre ius adeundi venientibus ab intestato, & ita procedit d. l. pen. allegata per Barto. quia † ea quæ sunt meri iuris ciuilis, potest Princeps tali plenitudine auferre. gloss. & doctor. in l. fi. C. si contr. ius, vel vtil. pub. & istud dicit Socin. esse indubitabile. consi. xij. in iij. Aduertendum tamen esset, quia tali casu quando Omnes legitimaret, & vteretur tali potestate, videretur quod proximiores quibus delatum est tale ius, cum ad eorum notitiam peruenerit, possint appellare, vel per querelam adire Principem, & facere tolli tale præiudicium. arg. iij. C. de precib. Imper. offe. & Princeps debebit hoc facere, vt per Abbat. in c. consuluit, iij. ad fin. extra, de appellat. & Bartol. in l. fin. ff. de app. vbi alleg. Cin. in l. j. iij. q. prin. C. q̃ sit longa cõsuet. & facit, quod notat Felin. in c. cum omnes. de constit. cum enim ille moriendo censeatur reliquisse illis. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. non debet legitimatus admitti eõ tra eius voluntatẽ. §. sed si nepotis. Instit. de adop. Item cum ius sit deuolutum istis non est credendum, q, † Princeps voluerit vti tali plenitudine in eorum præiudicium. c. hi qui. de præb. in vj. l. fi libertus autem. ff. de ope. lib. & per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. versic. quarta declaratio. extra de consti. imo † talis clausula, tanq̃ suadens iniustitiam, præsumitur per nimiam importunitatem extorta. l. j. C. de peti. bo. subl. lib. x. Rom. cons. cccxcvj. & cccxxxvj. qd̃ in dubium. Iaso. in l. si testa. C. de testa. Fel. in c. olim. de re iudi. Dec. cons. dlxxvj. Vnde debet supersederi, arg. l. si vindicari. C. de pœnis. & ipse Imperator vel Pontifex adiri. c. si tyrannus extra de rescriptis, siue qui iura Imperialia in illo dominio habet, vt in Duce Mediolani dicit Paul. de Cast. cons. ccxxv. alias est consi. 54. in 2. de q̃ per Felin. in d. c. q̃ in ecclesiarum. in prædicto loco. Circa vero secũdum tps, qñ hæreditas est adita, adhuc est magnũ dubium: quia tũc cum quęrat dñium de iure gentiũ, videt q, Princeps legitimãdo, & de plenitudine potestatis, non possit sine causa, tale ius auferre, secũdum gl. & Bar. in d. l. fi. C. si contr. ius vel vtil. pub. & ita tenet Bal. in variis locis relatis per Mod. & ita tenet Pau. de Cast. Alex. Are. Socin. Iaſ. Ruy. Lancel. Gal. in d. §. & quid si tm. Aret. in l. 3. ff. de testa. Fel. d. c. quæ in ecclesiarũ. vers. secunda declaratio. Soci. cons. 14. Et licet aliqui cõtradicãt, tũ ista videt cõmunior opi. vt ibi dixi: sed qa iste nõ est cas⁹ noster nõ insisto. Circa tertiũ tps, qñ actualiter apprehẽsa est possessio, & dñium est acquisitum de iure gentiũ, qui est noster, videt magis certũ & indubitatũ esse, q, † Princeps nõ possit ét de plenitudine potestatis tale dñium auferre, vt dicunt doct. in d. c. q̃ in ecclesiarũ. sicut † nec põt tollere contractus pp consensum qui est iuris naturalis. cap. j. de nat. feud. c. j. vbi Doc. extra de prob. Bar. l. iij. C. de fund. patrimo. lib. xj. & tradit Felin. in c. cum olim. in vlti. car. de re iud. & ideo videtur quod † legitimatus, etiam cum tali clausula, non possit admitti ad successionem. & dicit Ruy. & Lancel. in d. §. & quid si tantum, quod hoc casu ista opi. est magis communiter approbata, & istud sufficeret pro victoria istarum magnificarum sororũ. Addam tamen aliquas conclusiones pertinentes ad intelligentiam huius clausulæ, de plenitudine potestatis, vnde præsens consultatio reddatur magis clara. Prima conclusio est, q, † Princeps præiudicans tertio, per clausulam plenitudinis potestatis, tenetur ipse de suo satisfacere, alias non potest quis virtute talis clausulæ dominio priuari. l. seruũ. C. pro quib. caus. fer. & ibi Bal. l. vedi on. §. si cõstat. ff. comm. præd. Archid. c. per principalem. ix. q. iij. tradunt omnes Modern. in d. c. quæ in ecclesiarum. quod videtur adeo procedere, vt † non prius transeat dominium, quam solutum sit pretium,

cum nemo teneatur habere fidem de pretio.l.in ci
14 uile.C.de rei vendi.vbi Doct. & alias fieret † præ-
iudicium euidens possessori, si amissa possessione
deberet deinde actione personali experiri ad pre-
tium.l.plus cautionis.de regu.iur.vbi Barto. l.ita-
que.in fin. de furt. maxime in casu nostro,in quo
agendum esset aduersus potentiorem, iuxta titul.
de alien.iudicij mut.& quæ habentur in §. fin. in-
stit.quib.mod.testa.infirm. Secunda est conclu-
15 sio,quod † Princeps concedendo aliquid & absq;
illa clausula,alias nō posset,male facit,& committit
peccatū secundū Hostien.in summa,q.filii sint le-
git. ibi, quānis aūs hoc facere Princeps,&c. & ibi,
Imperator aūt potest auferre, refert Paul. de Cast.
cons. xxxiij super primo dubio videtur dicendū,
in volum. in nouissimis,Felin. & Deci. & alii Mo-
16 dern.in d.c.quæ in ecclesiarum † in his autem quæ
pertinent ad peccatum, non videtur obseruanda
hæc plenitudo potestatis à Pontifice, vt tenens cō
munitur Theologi, quia potestas data Petro pro-
pter illa verba,pasce oues meas, de quo in epistō-
la,inter claras.C. de summa Trinit. & fide cathol.
non fuit data, nisi postquam Petrus ter protesta-
tus esset de amore erga Christum, & sic de inno-
centia á peccato.Et idem etiam sentiunt Canoni-
stę in c.nouit.extra,de iudi.vbi concludunt,quod
illa verba,*Si peccauerit in te frater tuus,&c.* verificantur
17 etiam in † Papa,qui dicitur frater propter regene
rationem baptismi,c.ad mensam.xj.quęst.iij.Car.
post alios.c.si Papa.xl.distin.tradit Abb.in d.c.no
uit.& ibi dixi in primo not. Tertia conclusio, ge-
18 sta per clausulam † supremæ potestatis, mortuo ip-
so Principe,cassa,irritaque sunt, quia non per po
testatem ordinariam, & viam iustitiæ facta sunt,
sed quia sic placuit Principi,& nemo potuit illi di
cere,cur ita facis? & nihil aliud hoc est quam vio-
lentia quæ honestiore vocabulo, à Doctoribus ap
pellatur,suprema potestas: quia quantum sit se-
cundum veritatem,populus Romanus,in eum nō
transtulit talem facultatem.l.j.ff.de constit.princ.
sed duntaxat ordinariam,vt commodius respu-
blica administraretur.l.ij.& nouissime.ff. de orig.
iur.l.ij.vers. regimenēis Reip.ff. de offic.præfe.prę
to.& ideo nunq̄ † populus Romanus vsus est tali
19 clausula, vt dicit Bald. in titul. de pac.constan.ver
bo,libellariæ,& alias dixi in l. debitorum.in fi.C.
20 de pac.in l.ij.in fin.C. de in ius voc. cū ergo talis †
clausula effectum non habeat,nisi ex nuda volun-
tate concedentis,eo mortuo, cessat voluntas. l.4.
ff. loc. l.non solum. §. morte. de oper.noui nunt.
per Bartol. & Doctor. in l. centesimis. §. fin. ff.de
verbor. obligat. & quod notat Anto. de Butrig. in
21 cap.cum venissent. de iudic.vbi dicit quod † potes-
tas Papæ,vt possit mutare quadrata rotundis,
est quandiu viuit tantum.& quod mox dicam se-
quenti conclusione. Quarta conclusio,licet † Pa-
22 pa habeat liberam potestatem in spiritualibus,
propter illa verba,*Tibi tradam claues,etc.* tamen in rē
poralibus arduis, non videtur eam habere, nisi cū
consilio Cardinalium, quia Imperium rerum tem
poralium non est in capite solo,sed etiam in mem
bris,& ideo si aliquid ardui, sicut est auferre ius al
terius,faciat absque consistorio,post eius mortem
23 extinguitur, & † successor obseruare non debet, i-
mo ad eum pertinet, quæcunque iniquè gesta
sunt abolere.Card.cons.cxxxviij.incip. ad quem
dam.Card.& Imol.cap.ex gestis.de cleric.non re-
sid.cū multis concordan.per Felin. in rubric. ex-
tra,de constitu.& dixi in l.placet.C.de sacrosanc.
eccles.vbi concordaui opiniones scribentium, di-

A stinguendo temporalia, à spiritualibus, videtur
autem talis potestas fuisse reuocata per Pepam
modernum,per regulam Cancellariæ.num.xlviij.
vbi ordinat, quod in istis legitimationibus pona
tur clausula, sine preiudicio venientiū ab intesta
to,&c.de qua per Felin. in c. cum olim. de re iudi.
Socin.consil.xlj.in iij.volum. Et istud est verisi-
mile in casu nostro.in quo adest quedā confirma-
tio Clementis, quia morte Leonis alias extincta
fuisset dicta facultas,nulla autem adest confirma-
B tio Pauli. Vnde putauerim , quod ad eam clausu-
lam attinet, censeri potestatem Comitis Palatini
esse reuocatam. Quinta conclusio est,quod † clau- 24
sula supremæ potestatis, procedit duntaxat in
subditis,his enim qui subditi non sunt,non potest
Papa rerum suarum dominium auferre, etiam ex
causa,quia iste est actus iurisdictionalis, † qui non 25
potest exerceri,nisi in subditos, secundum Paul.
de Cast. cons. 287. primum dubium. in primo
volum.in nouissimis. Et idem cons. ccxvj. præ-
C suppositio.in antiquis.quem referunt, & sequun-
tur Modern.in d. c. quæ in ecclesiarum. maxime
Deci. Socin. inter consilia Francisc.de Cur. Se-
nio.consil.xx.idem Socin. consil.xxvij. in iij. &
dicit Deci. in prælegato loco, sufficere, quod
quis sit subditus ratione rei cuius dominium au-
fertur,argument.c. fane.de foro competen. facit
l.forma. §. si vero. ff. de cens. quo vero ad non sub-
ditos, omnes fatentur dictam clausulam, nihil o-
perari,vt etiam dicit Bal.in proœm.feud. versic. i-
D tem dicit And.de Isern.vnde infert Franc.de Cur.
Senior,consil.lxv.incipiēte,super præmissa. Quod
non extenderetur hæc facultas ad bona secula-
ria clericorum , non subiectorum Pontificali iu-
risdictioni,secundum Ioann.de Imol. in Clemen.
j.vt lite penden.quia Papa non potest ad libitum
disponere de bonis temporalibus clericorum,
cum bona ipsa non sint illi subiecta.cap. constitu-
tus.de relig.domib. vbi Abb. post Butrig. & idem
Abb.in cap. cum dilectus.extra,de iure patronat.
E quod si hæc clausula non operatur respectu cle-
ricorum patrimonialibus multominus respectu
laicorum in terris infeudatis Duci, vt mox dice-
mus. Sexta conclusio, † Papa in bonis Ferrariæ 26
existentibus, cum sint in dominio Ducis, non vi-
detur posse disponere de plenitudine potestatis,
quia illam non habet,sed omne ius suum transtu-
lit in Ducem, reseruato sibi certo censu.probatur
hæc conclusio, quia videmus, quod Dux ipse est
F in quasi possessione dictæ clausulæ, respectu sub-
ditorum,non autem Papa, quæ quasi possessio suf
ficit,quantum sit in hoc iudicio.l. sicuti. §. si quæ-
ratur.ff.si ser.vend.& habetur per Barto. in l. qui-
dam in suo.de condi.instit.item probatur per Cle
men.pastoralis. versic. denique.de re iud. vbi ex
tali clausula non sustinetur defectus citationis re-
spectu locorum infeudatorum, & est ratio, quia
sicut non operatur erga ipsum Ducem, cui est ius
quæsitū,mediāte cōtractu feudi,c.j.de nat.feud.in
princ. & ibi Bal. ita nec debet operari erga subdi-
G tos ipsius Ducis,nec derogare statutis Ducalibus,
prout sentit Angel. consil.cccl.incipien.pro deci-
sione.& Paul. de Cast.in allegato cons.xxxiiij. &
per Francis.Cur.dicto cons.lxv. versicu.Et forsitan,
etiam si Imperator. Septima conclusio, † in Prin- 27
cipe, ius alterius tollente, licet præsumatur cau-
sa, quoad subditos suos, secundum Innocen. in
cap. inquisitioni. de sentent. excommun. tamen
hoc procedit in simpliciter subditis, non autem
in iis qui venissent in deditionem certis foederibus,

bus, vt quia teneruassent sibi suas leges, & priui- A
legia: tunc enim quantum ad plenitudinem po-
testatis non dicuntur subditi, l. non dubito, ff. de
capt. & tali modo maior pars status Pontificij ei
subiectus est, vt alias dixi in tract. præsumptionũ.
iij. lib. versic. viij. in fin. & in cap. cum contingat. in
vlt. not. extra, de iureiur. Vnde multo minus de-
bet hæc clausula operari respectu Ferrariæ, quæ
omnia recognoscit à suo Duce, licet aliquam sit ius
directæ superioritatis ipsi Pontifici, versus Du-
28 cem. Octaua conclusio est, † statutum, quod le- B
gitimati non succedant, nisi illis qui suæ legitima-
tioni consenserunt, est validum de iure, & consen-
tit cum æquitate naturali, & etiam cum regulis
nostri iuris. §. sed si quis nepotis. instit. de adopt.
per Alexand. consil. xxxvij. in princip. j. volum.
And. Sicul. cons. lvij. ij. volum. Curt. cons. xix. ad
fin. nec tali statuto potuit etiam in specie dero-
gari per Imperatorem, vel Papam, quia non potest
Papa, quamuis dominus, directe auferre ius Du-
cis habentis vtile dominium, cum statutum non C
de iure legitimationis disponat, sed de bonis ipsis
quæ sunt in territorio Ducis, & de se patet per su-
pradicta, & per Bartol. in l. iij. C. de fund. patrimo.
lib. xj. per Paul. de Cast. consi. suprà allegato. per
Dec. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. in vlt. chart.
versic. præterea, & secundo. & ita vidi sæpissime
seruari Mediolani, vbi viget simile statutum, nec
attenduntur clausulæ derogatoriæ, positæ in pri-
uilegiis Comitum Palatinorum, indultis à Cæsa-
re, quia cancellariæ Principum solent esse admo- D
dum liberales istarum clausularum. Et certè plu
rimum interest excellentissimi Ducis, non admit
tere hanc corruptelam in Ducatu suo. Nec obstat
29 l. j. ff. de constitu. princip. vbi † quod Principi pla-
cuit habere pro lege, quia intelligitur, dummo-
do concordant cætera requisita ad leges, vt ibi per
Iaf. ex quibus maximum requisitum est æquitas,
& ratio naturalis, nec ius alterius tollitur. can. e-
rit autem lex iiij. distin. Nec obstat l. disputari. C.
de crimin. sacrileg. & l. sacrilegij. C. de diuers. re- E
script. Respondeo enim, quod non procedunt in
iis quorum flaminia legitur ciuis atque latina,
vt suprà in tertia & quarta conclusione. item nec
respectu non subditorum & aliis casibus suprapo
sitis: ex quibus limitatur conclusio dictarum ll.
Nec enim obstant comminationes & fulminatio-
nes excommunicationum factæ iudicibus, si non
pareant, quia defectu potestatis, seu iurisdictionis
infirmat hæc omnia. gloss. in Clemen. j. verb. non
obstante. de cens. & possess. & propri. Innoc. in capit. F
ex literis. de offic. delegat. Doctor. in l. prima. C.
si à non comp. iudi. in l. de pupillo. §. qui opus. de
oper. nou. nuntia. Nec etiam obstant quæ cumu-
lant Doctores de virtute clausulæ istius, & simi-
lium. de quo per Bald. in l. ij. C. de fer. & aquæ. A-
lex. in l. quamquam. C. de testament. milit. Decius
cons. cxcj. cccclxxiij. coxc. cccciij. ccccxcviij. cum
similibus, quia respondetur secundum suprà dicta,
scilicet quod procedunt in casibus, in quibus ha-
bet Papa, vel Imperator potestatem hoc faciendi.
Et certè nisi fuisset magna coniunctio istius Co-
mitis cum ipsi concedente, propter tot clausulas
insolitas: esset præsumptio falsitatis istius priui-
legij, quia non solent Principes talia indulta con-
cedere, vt dicunt Doctores in cap. ij. de rescript. &
per Abbat. in cap. ex parte ij. de appellationi. & fa-
cit quod notat Rapha. Cuman. consi. clviij. in j. du-
30 bio. vbi † vicarius Imperialis ex quacunque po-
tentia sibi generaliter concessa: non potest auferre
ius quæsitum tertio: & faciunt, quæ habentur
per Felin. in cap. si quando. extra, de rescript. Trá-
eamus nunc ad testamentum d. Camilli: & vide-
mus nunquid prætatus legitimatus posset aliquid
ex eo consequi. In primis ergo videndum est: an
subsit aliquod fideicommissum: & certè substitu-
tiones in eo testamento factæ, propter imperitia,
vt apparet, notarij sunt adeo confusæ: vt varios in-
tellectus accipere possint: de quibus in præsen-
tia non arbitror operæpretium esse particulariter
disputare: sed solum attingam illum qui mihi vi-
detur probabilior: & magis consentaneus, non tã
verbis, quam meti testatoris. Is est, quia cum testa-
tor particulariter, & de vsufructu omniũ bonorũ,
& de dimidia reditnum disposuisse, subiecit, post
mortẽ verò d. Genebræ, instituit & substituit quos-
cunque masculos, &c. quibus verbis, repetit pri-
mam institutionem prius factam, & plenius eam
confirmat: vt pleno iure facta censeatur: non autẽ
deducto vsufructu, sicut prima erat. l. si re solum. §.
primo. ff. de hæred. instit. vbi not. l. quod traditum.
ff. de condi. & demon. videtur autem non subesse
aliquod fideicommissum duabus rationibus. Pri-
ma, quia testator omnes illas substitutiones facit
in casum nascitur orum masculorum, quæ condi- 31
tio defecit, quia nemo natus est: † vnde peremptã
conditione primi gradus, cæteri quoque corruut.
l. si mater. §. j. ff. de vulg. & pupil. Ange. Raph. Imo.
Aret. in l. quãdiu. vltima. ff. de acquiren. hæred. A-
lex. cons. j. Et licet † quandoq; coditio, si nasceret, 32
extendat etiam ad casum quo nemo sit natus. l. si.
C. de instit. & substit. tamen hoc non procedit, vbi
testator expressè distinxit casum nascitur orũ ma-
sculorum à casu nascturarum fœminarum. l. quar
ta. verb. tantummodo. ff. de vulg. l. Lucius. ij. §. quę
habebat. ff. ad Trebell. l. si ita. ff. de liberis & posth.
& in l. cum ex filio. §. j. ff. de vulg. & not. Deci. in l.
quãuis. C. de impub. maxime cum adiecerit testa-
torillas clausulas limitatiuas, tunc, & eo casu, &
de quibus per Decium in d. l. quamuis. & cons. 30.
& Socin. consi. xxv. cum similibus. Secunda est ra-
tio, quia d. Hercules, cum fratribus suis, est vocat⁹
sub pluribus cõditionibus, quarum nulla euenit.
Primo enim sunt instituti filij si extarent: & nemo 33
vnquam est natus. Secundo, si decederent, substi-
tuti sunt filij d. Caroli, & ipse nullos filios habuit.
Tertio non existentibus filiis, est vocatus d. Caro
lus, post mortem tñ Genebræ, & fideicommissum
fuit caducum: quia ante eum periit d. Carolus l. v-
nica. §. sin autem. sub cõditione. C. de caduc. tollẽ.
Vnde videtur, quod substitutio ipsi d. Carolo fa-
cta de d. Herculæ, & fratribus euanuerit: vt in simi
li consuluit Alexand. in allegato consi. j. Oldr. con
sil. cxlj. Ioan. Andr. in Specu. de testamen. §. j. Rom.
d. l. quandiu. Socin. consil. lxxvij. in iij. Ruy. in l. j.
ff. de vulg. vbi etiam alij Modern. hoc tenent, & fa
cit text. in l. Titio vsusfructus. de condition. & de-
monst. & maxime, quia † in illis fideicommissis 34
quæ inducunt onus hæredi, non est facile recedun-
dum à verbis neque facienda extensio est casus
omissos; secundum Anchar. consi. cclxvij. Angel.
lj. & xciij. Signor. xxj. Rom. cxxxj. & cxxxviij. &
Ioan. de Ana. lvj. Fulgo. xlix. Alexan. cxviij. in se-
cundo. Socin. cclix. & lxxvj. in tertio. Dec. lxxxix.
cum similibus. sed circa hoc non insisto vlterius,
quia res est clara etiam per alias rationes. Secun
do videndum est, posito quod casus substitutio-
num euenisset, qualis sit in casu nostro, fideicom-
missaria ne, an vulgaris sit substitutio, quia si esset
sola † vulgaris, per additionem factam à domino 34

Herculē, Guidonē, & Laurentio expirasset, adeo quod ista ista legitimatus peteret admitti. l. post dictam. C. de impub. Et verba testamēti sunt, *Si posteà do. Carolus decederet sine filiis masculis, instituit, & substituit dominos Herculem, Guidonem & Laurentium, & quoscunque eorum filios masculos legitimos ex eis nascituros, æqualiter, &c.* cum enim testator vsus † fuerit verbo communi, substituit, videretur fideicommississe in fauorem filiorum, via enim verbi communis, & subaudita dictio, successiuè, hæc infert. Si enim testator dixisset, instituo, & substituo consanguineos, & successiuo eorum filios, viderentur verba respectu fideicommissi clara esse. cap. j. de testam. in vj. Dec. consi. cccxxxj. ergo idem dicendum si subaudiatur. l. cum quid. ff. si certpet. & ita tenet Paul. de Castr. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. subauditio autem fit propter naturam compendiosæ, substitutionis, quæ tractum temporis habet, vt apparet hic ex dictione, & postea, & dictione nascituros, vt dicunt Modern. in dict. §. quidam rectè. quæ sententia saltem debet obtinere, stante † clausula codicillari, quæ directas substitutiones soler vertere in vim fideicommissi, vt sentit Socin. in d. §. quidam rectè. & respõdit in consil. vj. in iij. volum. & xciiij. in iiij. & est de mente Doctorum in l. si frater. C. de fideicommiss. videtq; hæc fuisse mens testatoris ꝓpter subiectam rationem, dum dicit, vt bona suæ hæreditatis remaneant inter suos consanguineos, & nepotes de Strozis, quæ ratio sui natura ampliat ꝓcedentem dispositionem. l. pater. §. filiam. ff. de legat. tertio. & quod habetur per Bartol. in l. qui habebat. de hæred. instit. Socin. consi. xliij. lvij. in iij. Dec. xxiij. clxxxij. cum similib. Sed tamen iis nõ obstantibus, puto in casu nostro contrarium esse verius: quia quicquid dixerit Paul. de Cast. in dict. §. quidam rectè communis opinio est cõtra ipsum, quod ista substitutio verbis communibus facta, non censeat vocare filios, virtute copulæ: nisi duntaxat per vulgarem substitutionem, † in dubio enim fit interpretatio, vt substitutio duntaxat sit directa. l. verbis. ff. de vulg. c. j. de testam. in vj. † nec facile fieri debet interpretatio per fideicommissum ex quo fideicommissum est onus. l. Lucius. §. tres hæredes. vbi Dyn. Iacob. Alberic. ff. ad Treb. & hæc est in casu nostro communis sententia, sicut enim † quando alternatiue aliqui vocantur, veniunt vi vulgaris substitutionis tantum. l. cum pater. §. pe. de leg. ij. l. hæredes mei. §. fi. ad Trebell. q̃ etiam in fideicommissis locum habet. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. ita & quando coniunctim eo casu filij sunt vocati, quo coniuncta ordine successiuo accipitur, secundum Raph. Cum. Aret. Alex. cæteros Mod. in d. §. quidam rectè. & in hoc casu cõsuluit Alex. consi. xij. visis & perlectis. in iiij. volũ. & in consi. seq. quod fuit Ant. de Prato veteri. Dec. consi. 287. cum simil. Et verisimile est in casu d. Alc. in testamento fuisse clausulam codicillarem, & tñ concludit, filios ex sola vulgari admittendos esse, sicut etiam in allegato casu Decij consi. 287. & 291. vbi concludit suprascriptam opinionem esse veriorem, etiam stante dicta clausula, quoties nõ apparet de mente testatoris volentis fideicommittere. vt per Dec. in l. precibus. C. de impub. Bal. consi. clxxx. volum. v. in casu enim nostro † dictio & postea, quæ tractum temporis habet respectu ipsorũ fratrum consanguineorum, duntaxat apponitur, non autem respectu filiorum, quia quod ad eos attinet, nullus est tractus temporis, sed copulatiue cum parentibus vocantur, & ideo decisio Bald. in dicta l. verbis, ad casum nostrum non pertinet, quæ quidem in se videtur vera, & de mente Bartol. in l. j. q. xvj. ff. de iur. codicillo. & faceret, quod dicti fratres propter dictam clausulam, quamuis vocati verbis directis, vel communibus, admitterentur ex fideicommisso, sed quæstio nostra est circa vulgarem, quæ potest fieri, & in legatis particularibus, & in fideicommissis. d. l. vt hæredibus. de legatis ij. Dico autem, quod vigore dictæ coniunctæ sub qua sunt vocati, duntaxat inest vulgaris, quia coniuncta nullum habet tractum secus si haberet, pura, quia dictum esset instituit dictos fratres, & successiuè quoscunq; filios. vnde cum nõ sit talis dictio, putauerim verius esse, quod sola vulgaris in hoc fideicommisso adsit. Nec obstat allegata ratio, vt bona suæ hæreditatis remaneant inter suos consanguineos, & nepotes, & c. quia hæc ratio nihil infert respectu do. Romani, qui non est consanguineus, nec nepos, sed filius consanguinei: satisque apparet dictam clausulam respicere ad filios d. Caroli suprà vocatos qui futuri erant nepotes testatoris, & ad consanguineos, id est d. Herculem, & fratres suos, non vltra ad eorum descendentes. Tertio videndum est, an possit dici iste legitimatus esse vocatus ex dicta substitutione? Et mihi videtur, quod non, ex duplici capite: primo, quia verba vocant d. Herculem, & fratres & quoscunque eorum filios masculos legitimos ex eis nascituros, cum enim tempore testamenti, vt asseritur in fratre, iste iam natus esset illa dictio nascituros, verificari non potest, quia † participium futuri temporis non trahitur ad præteritum. l. si iam facta. ff. de condict. & demonst. l. Titius. §. Lucius. per locum à speciali. de libe. & posthum. & not. in l. Ploriana. ff. de iur. codici. & prouisio Galli, *si posthumus nasceretur.* non trahebatur ad testamentum præteritum, si iam natus esset, vnde necessaria fuit prouisio legis Velleiæ. l. Gallus. §. nunc de lege. vbi Bartol. ff. de liber. & posthum. & † reuocatio donationis, quæ fit per natiuitatem subsequutam filij, non habet locum, si iam sit natus, secundum Bartol. l. Titia. §. Imperator. de legat. ij. adeo, quod in casibus, quibus legitimatio operaretur hunc effectum, non tamen operatur, quando filius iam esset natus: deinde post donationem legitimaretur, vt in simili per gloss. in §. item non aliter. verb. quartam. instit. de adop. & est communis opinio, vt per Ias. dict. §. & quid si tantum. & regula est, quod † in vltimis voluntatibus verba intelliguntur secundum tempus suum. l. si ita legatum. §. final. de legatis secun. l. si ita legatum esset. ff. de aur. & argento leg. vbi Bartol. & per eum dicitur in l. hoc articulo. in princip. ff. de hæred. instit. & † substitutio ad certum tempus limitata, extra illud tempus non perducitur. l. si ita. l. si pater impuberes. & l. sequen. ff. de vulg. & habetur in l. commodissime. ff. de liber. & posthum. Angel. l. j. §. fin. l. si pater filium. ff. de vulga. & † disponens per verba de futuro nunquam intelligitur se referri ad præteritum nisi vtatur verbo subiunctiuo. l. ex eo. l. cum certus. vbi Bartol. de trit. vino, oleoque leg. & habetur in d. l. Ploriana. & in l. verbum erit de verbor. significa. Nec obstat, quod deinde fuit iste † legitimatus, vnde censetur nunc renatus, vt dicitur in §. liceat. verb. de cætero. in authent. quibus mod. nat. effi. leg. respondeo, quòd † verba testamenti debent intelligi naturaliter, non autem de ista natiuitate ciuili. l. fi. C. de iis qui ven. ætat. impet. Secũdo rñdeo, q̃ licet cõiungant ista tempora per fictionem legis:

48 legis: tamen exclusio non habet locum in præiudicium tertij, puta, quando quis est legitimatus post mortem patris absque consensu venientium ab intestato: tali autem casu non figitur retro in legitimatione, vt dicunt omnes in d. §. & quid si tantum, & est tex. cum glo. in §. filium. & §. illud. in d. authen. & quod habetur in c. quamuis. de rescrip. in vi. Ioan. And. in cap. sing. culpa. de regul. iur. in mercuriales. Doctores in rubric. ff. de liber. & posth. vbi dicunt quod præiudicium tertij illum non habet pro posthumo, & consequenter non
49 censetur tunc renatum. Tertio respondeo quod † testator, certo tempore voluerit eum nasci, vt admittatur, non attenditur ad fictionem quę ex legitimatione inducitur, vt dicit Bal. in l. in testamento. quæstio. in. C. de testa. mil. allega. text. in l. Aurelius. §. j. de lib. leg. facit l. denique. in fi. ff. ex quibus caus. maior. refert & sequitur Alex. in l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. & facit quod notat idem Bald. cons. xvij. incip. super legitimatione. in iij. volum. debet enim qualitas requisita adesse,
50 secundum tempus verbi, vt dicunt omnes in l. ex facto post Bar. ff. de vulga. & per Alex. cōs. v. in vij. volum. Aliud caput est, quia testator erat ex nobilissima familia, & in equestri dignitate constitutus, iuxta l. j. C. de equest. dign. lib. xij. & qui verisimiliter non esset passus, quod in sua hæreditate succedisset spurius, quo casu in † dispositione loquente de filiis legitimis & naturalibus, non comprehenduntur legitimati, l. ex facto. §. si quis
51 rogatus. ff. ad Trebellia. vbi Angelus & cæteri notant, & per Socinum. l. Gallus. §. si eius. versiculo secundus casus. ff. de lib. & posthum. & Alex. cōs. ij. & cons. xciij. in primo. & maxime in casu nostro propter † dictionem, nascituros, quæ qualitas videtur cohærere ipsi natiuitati, vt ideo requirant eos nasci legitimos. d. l. ex facto. & consuluit Alex. d. cons. v. in vij. & sentit Bald. in d. §. si eius. & Angel. in disputa. incipien. nobilis quidam.
52 Sed in casu nostro dubitationem facit † dictio, quocunque, quæ habet vim geminationis: & traheretur ad inhabiles, vt per Ias. in Proœm. feud. Hippo. Marsil. in l. vnius. §. cognituram. ff. de quæst. & dixi in l. j. C. de sacrosan. eccle. Sed tamen puto contrarium, cum enim in casu nostro
53 adiecta sit ea † dictio, tempori futuro, & inducat nouam prouisionem, restringitur ad habilitatem, vt dicunt doctor. post Bar. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. And. Sicul. cons. j. in ij. volum. Dec. consil. ccj. & per Bald. in §. donare, quemadmodum feud. amitt. & hoc maximè est dicendum in casu nostro in quo alias qui iure communi indigni maculosique sunt, ad beneficia legitimorum admitterentur. l. Lucius. §. Lucius. ij. de lega. ij. gloss. §. quod si delinquentes. verbo, nocētes. in authen. de mand. princip. Alexand. in l. j. ff. si cert. pet. Quarto & vltimo est videndum, nunquid iste possit tanquam filius domin. Hercul. ad suprascripta bona admitti. Et quidem verba testamenti vocant filios naturales & legitimos: oportet ergo, quod probet qualitates requisitas. Et quod sit legitimus, satis videtur probari ex charta legitimationis: quod verè sit filius domini Herculis, hoc probandum est, cum enim ipse simpliciter affirmauerit hoc Comiti Palatino, & comes sequutus affirmationem eius eum legitimauerit: non tamē ex eo probatur filiatio: cum enim non constet q. agnitus sit à patre, cum & hæc legitimatio facta sit post mortem eius: per multos annos, absurdum esset credere, quod inde probaretur filiatio.

A Et cum præsumptio sit contra eum, quia † vulgo 55
concepti non habent certum patrem, & lex præsumit contra eos. l. vt ff. de in ius voc. l. cum legitimo. l. vulgo. de stat. hom. Ias. consil. cij. versic. quarto, &c. in iiij. adeò vt nec in bonis quidem patris qui eum pro filio habuit vllam deferat successionem, nisi ex ventre custodito sit natus. auth. licet. C. de nat. liber. cum non subsit ratio, cur magis illius, quàm alterius esse possit, secundū Abb. ca. innotuit. de elec. Et licet † confessio patris 56
B liquid possit operari respectu bonorum suorum: tamen respectu fideicommissi, & sic bonorum, quæ prouenerunt ab alio, nihil debet præiudicare. l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstra. imò cum præsens quæstio pertineat ad iudicium petitorium, oportet plenè probare filiationē, nec satis esset si probetur confessio, vel tractatus. l. nō nudis. vbi Cyn. Barto. Bal. C. de proba. Pet. Cyn. Bal. Alberi. Salic. l. non ignorat. C. qui accus. pos. Bal. cons. clxxx. mortuo filio. in tertio. & in c. per
C tuas. de proba. Ias. l. neque professio. C. de testa. & ista videtur magis communis opi. vt alias dixi, in iij. pan. trac. de præsump. versi. xxxviij. &c. & cū hę probationes sint factæ, vlterius me non extendo. Et cū suprascriptis appareat multas rationes obstare huic legitimato ne possit admitti ad fideicommissum istud, non debuit Comes Palatinus eū simpliciter legitimare parte non citata, & in præiudicium tertij, sed debuit causæ cognitionē adhibere, quę si non est adhibita, non sustinetur act⁹,
D & tali casu clausula, ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, parum operatur, vt dicunt Do. de Rota, decis. ccxxx. incip. Papa confirmando. allegant Spec. in tit. de legato. §. nunc ostēdendum. vers. xv. & idem etiam tenet Alex. cōs. cxcv. incip. assumo, &c. in secundo. Socin. cons. clxiiij. versic. sed ad ista. Cur. Iun. cons. clxx. versi. prętera. quia quamuis. † Papa huic Comiti dederit amplam po- 58
testatem, tamen eam concesit ad legitimū vsum, non ad abutendum. l. cum hi. §. si prætor. ff. de 57
E transact. & maximè hoc dicendum in casu nostro, in quo apparet, quod talis legitimatio est facta à præfato Comite extra territorium Papæ, id est Pisis, & de persona non subdita, id est, Ferrariensi, quia spurij sequuntur ventrem. vnde non potuit causæ cognitio adhiberi, per ea quæ notat Decius consil. cl. versic. iij. de qua re & aliis articulis plura potuissent scribi, sed quia res agitur coram dominis consiliariis consummatissimis iurisconsultis, hæc mihi visa sunt sufficere. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio, & maximè sanctissimi
F domini nostri Papæ, circa ea quæ suprascripsi de clausula, supremæ potestatis.

CONSILII VI. SVMMÆ.

1 *Legitimatus habetur pro vere legitimo & debet succedere fratri legitimo tanquam proximiori agnato.*

2 *Legitimatio quæ respicit integritatem personæ non potest dici limitata quamuis restringatur effectus succedendi, quia est quid diuersum ab ipsa legitimatione.*

3 *Qui non sunt plenè legitimati non succedunt actiuè vel passiuè agnatis.*

4 *Quando aliquid semel est inesse deductum plenariè tam respectu substantiæ quàm effectus, si deinde limitatur vel alteretur effectus substantia semel inesse deducta durat.*

BIU Cujas

5 Quando à principio res ineſſe deducitur cum effectu limitato tunc non dicitur plenè deducta.

6 Cum filiusfamilias miles poſsit teſtari verum erit dicere quod quoad teſtamentum lex fingit cum patremfamilias.

7 Legitimationem cum effectu limitato diſpenſationem eſſe.

8 Legitimatus naturalis ſuccedit agnatis ſpurius verò non.

9 Vitium illegitimitatis quo laborant ſpurij eſt de iure diuino vnde Princeps non poteſt verè legitimare, ſed ſolum ficte.

10 Quando quis eſt ſpurius lex habet eum pro vulgo concepto.

11 Licet pater tractet filium ſpurium pro filio illa tractatio non infert aliquid reſpectu agnatorum qui inhærere debent præſumptioni legis & eum habent pro extraneo.

12 Spurius non poteſt dici legitimatus ab Imperatore, ſed ſolum diſpenſatus: nam legitimatio tunc dicitur quando retro fingitur quem legitimum quæ fictio procedit inſtar veritatis.

13 Ad hoc vt legitimatus habeat ſucceſsiones actiuas & paſsiuas reſpectu agnatorum oportet quod hoc ſit ſpecialiter dictum in legitimatione.

14 Illud quod venit in conſequentiam non dicitur expreſsum.

15 Verba generalia negatiuè prolata ſecundum ſui proprietatem debent generaliter intelligi.

16 Negatiuæ natura eſt omnem modum negare.

17 Plus negat negatiua quàm affirmet affirmatiua.

18 Dictionis non aliter natura & vis.

19 Inducta in augmentum non debent operari diminutionem.

20 Dictio ita quod, quid denotet.

VIta deduci poſſent, in propoſita quæſtione: ſed perſtringendo articulum, & ea ſolum attingendo in quibus eſt difficultas, videretur prima fronte pronuntiandum eſſe pro Ioan. Franciſco legitimato, ſeu eius hæredibus, & id vnica ratione: nam cum Ioã. Franciſc. ſit † legitimatus, habetur pro verè legitimo, & debet ſuccedere Paulino fratri legitimo tanquam proximiori agnato, vt habetur in l. communium. C. de nat. liber. per Ioan. And. in Specu. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. j. verſic. ſed ex facto. Ang. conſ. xvij. incip. Comes Brandiſius. & conſilio lxxxvij. incip. Spurius naturalis. cum cõcordan. per Alexand. conſ. ij. in j. & conſ. cxxxix. eodem lib. Ias. in l. ſi is qui pro emptore. in iij. quę. princ. verſic. octauo, & cęt. ff. de vſucap. Nec obſtat ſi dicetur, q, iſtud procederet, ſi Io. Fran. eſſet plene legitimatus, & ita loquuntur prędicti Doct. ſed in caſu noſtro videtur potius ſolũ diſpẽſatus, ex quo forma fuit addita legitimationi, vt videlicet ſuccederet in hæreditate paterna vſque ad mille ducatos auri, per quæ verba coarctatur ipſa legitimatio, & conſequenter tranſit in nomen diſpenſationis, vt alias conſuluit Ray. de Forli. cum quo tranſit Paul. de Caſt. in l. pactum q, dotali. in fin. C. d. collatio. in l. j. C. de iur. aur. an. in l. ſed & ſi hac lege. §. patronum. ff. de in ius voc. cum concord. per Alex. conſilio vltimo. volum. j. Nam ad hoc reſponderi poteſt, q, cum in legitimatione ſit generaliter reſtitutus, natalibus, & ad primæua iura naturæ, per verba prægnãtia, licet ſi adita illa reſtrictio, quoad ſucceſsionem, non tamen per hoc dicitur diſpenſatus, ſed potius remanet plenè legitimatus, quia † legitimatio quæ reſpicit integritatem perſonæ non poteſt dici legitimata, quamuis reſtringatur effectus ſuccedendi, quia eſt quid diuerſum ab ipſa legitimatione, vt per Bar. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & ideo vnum poteſt eſſe abſque altero, vt habetur in §. quod autem inſti. de capi. dimi. Roma. conſ. lxxxij. incip. quoad id. & in propoſito ita concludit Soci. conſ. ccxlvj. incip. Eleganter. Cur. conſ. lxxiij. verſi. ſecundo reſpondemus. & nouiſſimè per multa conſuluit Dec. conſi. cclviij. Sed tamen iſtis non obſtantibus, ſentio Ioan. Frãcis. cum reſtringendum eſſe ab hac ſucceſsione, & hoc plurib⁹ rationibus. Prima eſt, quia iſte dicitur potius diſpenſatus, quàm legitimatus. Et clarũ eſt, quod † qui non ſunt plenè legitimati, non ſuccedunt a. ſtiuè, vel paſsiuè agnatis. d. l. communium. C. de natu. libe. & §. filiũm. in authen. quib. mod. natur. effi. ſui. ponderando rationem. ibi facimus eum velut ex quadam machinatione cognatam. & per Butr. in c. per venerabilem. circa medium, extra, qui fil. ſint leg. & ibi Card. verſic. ij. quæſt. eſt. de qua principaliter, & Anto. de Roſel. in tract. legit. in fin. iij. lib. Nec obſtat ratio prędallegata, dum dicitur, quod cum ad ſtatutum perſonæ iſtæ ſic generaliter reſtitutus, quamuis effectus ſucceſsionis ſit limitatus, non tamen per hoc dicitur minus legitimatus. Nam reſpondeo, quod † quando aliquis ſemel eſt ineſſe plenariè deductum, tam reſpectu ſubſtantiæ, quàm effectus, ſi deinde limitetur, vel alteretur effectus, ſubſtantia ſemel ineſſe deducta durat. l. ſi. ff. vnde lib. Sed quando à principio † res ineſſe deducitur cum effectu limitato, tũc non dicitur plenè deducta. & ita ſentiunt Doctores, & in primis Bartol. in l. quæſitum alias l. ſi tibi. ff. de adopt. in ſuis recollectis, prout eum allegat Alexand. in dict. conſilio vltimo. vbi argum. illius text. dicit talem legitimatum cum prædicta limitatione cenſeri diſpenſatum, & tamen in illo text. adoptio erat abſoluta. licet per pactum eſſet permiſſum infra tempus emancipare, quod pactum tanquam ſeparatum non debuiſſet, attenta ratione Decij, alterare naturam adoptionis. Idem ſentiunt omnes ſcribentes, allegantes pro hac cõcluſione text. in ca. j. de matr. ad morg. contr. nam ibi filij nati ex tali matrimonio ſunt verè legitimi, licèt excludantur per reſeruationem, à ſucceſsione. & ſic ſentiunt, quod dato, quod quis ſit plenè legitimatus quoad perſonam, ſi tamen excludatur à ſucceſsione, dicetur diſpenſatus. Idem etiam ſentit Bar. in l. ſi is qui pro emptore. verſicu. dixi, quod hoc fallit, &c. ff. de vſucap. dum dicit, quod † cum filiusfamil. miles poſsit teſtari, verum erit dicere, quod quo ad teſtamentum lex fingit eum paterfamilias. l. ij. ff. ad Maced. ſequitur Alex. cõſ. xxix. in iij. ecce ergo. q, per effectum † inducitur fictio reſpectu ſubſtantiæ. Vnde verum erit dicere in caſu noſtro, q, quo ad ſuccedendũ patri, vltra quãtitatem taxatam in legitimatione lex habet eum pro ſpurio. cum ergo partim ſit ſpurius ex diſpoſitione legis, partim legitimus, ſequitur q, non eſt verè legitimus, ſed diſpenſatus: & illam doctrinam Bar. ad materiam iſtam inducit etiam Benedict. de Plumb. in diſputatio. ſua incip. ſtaturo Piſano. in j. dubiõ. idem expreſsè tenet Paul. de Caſt. in l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. & eſt de mente omnium ſcribentium, de quibus per Alex. in d. conſ. vltimo. & Cur. in d. conſ. lxxiij. verſ. circa quę paſſum, qui ſimpliciter dicũt, q, legitimatus cũ tali reſeruatiõe dicitur diſpenſatus. & ſic volunt, q, per quãcunque exuberantiam verborum quis ſit legitimatus, dummodo adſit talis reſeruatio, ſemper

per dicitur dispensatus: cum enim dicunt de legitimato, ea appellatione censentur intelligere quemlibet amplissime legitimatum, & ad primæuam iura naturæ restitutum. vt dicit Card. Alexan. d. c. per venerabilem. §. quod autem. versic. vnum autem solum. idem tenet Ang. cons. xviij. & Aret. §. & quid si quis. & hoc clarius sentit Anton. de Butr. & Card. Alexan. d. c. per venerabilem. dum dicunt, quod sit legitimatus in totum, si habeat talem relaxationem conferri dispensatum de quo ibi per Ant. versic. requiritur. & sexto. Ex ideo in B casu nostro non est dubitandum, quin Ioan. Francisc. solum sit dispensatus, & consequenter nó habeat iura agnationis, quicquid senserint præfati Moderni, tradentes illam nouam fantasiam contra mentem omnium antiquorum, de quibus etiam per Iaf. in rubri. ff. de liber. & posthum. quamuis etiam dicta opinio non multum adiuuat in casu nostro Ioan. Fran. Nam licet Socin. & Curt. in pe. allegatis consiliis dicant, quod per talem relaxationem non fit, quominus quis sit verè legitimus, C dicunt verum, quoad statum personæ, de quo ipsi loquuntur: sed cum legitimato operetur, quoad personam, & quoad bona non negat, quin quoad bona non censeatur legitimatus, sed solum dispensatus, & consequenter non succedit in bonis agnatorum. d.l. communium. Et hoc suader ratio, nam si stante tali relaxatione non potest plene succedere respectu hæreditatis paternæ à quo principaliter & expressè legitimatur, multo minus debet succedere agnatis, quibus non nisi D tacitè, & in consequentiam agnascitur. argu. l. si viua matte. versicu. non licet. C. de bon. mater. & quod not. Paul. de Cast. in l. Lucius. vers. fi. C. de procu. & in casu Decij, verba erant magis prægnantia: nec ipse negat, quin respectu agnatarum, talis tanquam dispensatus illis non agnoscatur, quoad successiones: & sic sustinetur hæc prima ratio. Secunda principalis ratio, cur Ioan. Francisc. excludatur, est: quia vt ex lectura legitimationis apparet, erat spurius, quia natus ex patre coniugato. Vnde licet controuersia sit inter Doctores, an legitimatus succedat agnatis, istud intelligitur 8 de naturalibus legitimatis: sed † de spuriis videtur contrarium, quod non succedant. vt concludit Bened. de Plumb. in d. disputa sua, incip. statuto Pi- 9 sano in vltimo dubio. Mouetur, quia cum † vitium illegitimitatis, quo laborant spurij, sit de iure diuino. Princeps non potest verè legitimare, sed solum fictè. Item cum non posset super antecedenti dispensare, scilicet super matrimonio, ergo nec F dispensando super consequenti, veram legitimationem inducet, & consequenter quoad agnatos, non censebitur legitimatus. Et quod talis non censeatur verè legitimus, tenet etiam Rom. in d.l. si is qui pro emptore. & ibi etiam Iaf. & Ant. Ros. in tract. legitimationum. in rubr. de causa effectiua. & Alex. cons. lxxxvij. in ij. lib. & Soc. cons. lxv. in iij. Et pro hac opinione Benedicti, ego duas addu- 10 cò rationes. Prima est, quia † quando quis est spurius lex habet eum pro vulgo concepto. §. fraduer- G 11 sus. Instit. de nupt. vnde † licet pater eum tractet pro filio, illa tractatio non infert aliquid respectu agnatorum, qui inhærere debent præsumptioni legis, & eum habent pro extraneo. argu. l. ad probationem seruitutis. C. de probat. vnde licet in legitimatione reducatur ad omnia iura naturæ primæua, ac si legitimus esset; tamen ista verba præsupponunt esse filium, quæ præsuppositio respectu agnatorum non habet locum: quia præsumitur filius vulgi. d. §. si aduersus. Secunda ratio est, quia † spurius non potest dici legitimatus ab Im- H peratore, sed solum dispensatus: nam legitimatio tunc dicitur, quando vetus fingitur, quem legitimū, quæ fictio procedit in star veritatis: vnde cum Princeps secularis verè non possit disponere circa matrimonium, nec etiam circa ius diuinū spurios à successione reiiciens, non poterit, neque fictè per quæcunque verba legitimationis. Solum ergo censebitur dispensasse, quoad honores & successionem, vt sentit Ioan. Andr. in c. per venerabilem. extra, qui fil. sint leg. Bal. in l. qui in quincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. Paul. de Cast. in cons. 468. visa dicta puncto. in ij. secundum nouissimam impressionē, vbi concludit, quod in casu, in quo matrimonium subesse non possit, tunc nec Imperator potest verè & essentialiter filios legitimare, & quod legitimatio spurij non sit legitimatio, sed dispensatio. Et de talibus, quod idem iuris sit, quod de dispensatis, firmauit idem Paul. de Cast. in cōs. xxx. super puncto isto in princ. vbi dicit ita fuisse consultum per collegium Bononiēse in causa valde ardua, & ita etiam consuluisse Bal. & eius fratrem, Petr. de Perus. & idem etiam consulendo firmauit Francis. de Curt. cons. lxxiij. versic. veniamus ad quartum. in fin. & nouissime Decius cōs. xxxviij. versi. primus est, quando, &c. Tertia principalis ratio est ex statuto nostro Mediolani, quo cauetur quod nulla legitimatio fieri possit, quoad successiones aliquas non consentiente expressè, & ex certa scientia consensum præstante tali legitimationi, illo de cuius hæreditate agitur. Ex quo statuto in primis dico, quod non sufficeret simpliciter consentire legitimationi, nisi haberetur etiam respectus ad modum additum: quia cum in principio fiat mentio de legitimatione quoad succedendum, dum lex requirit consentiri expresse tali legitimationi, intelligitur, scilicet quoad successionem: quia talis modus, seu qualitas censetur repetita, vt est communis conclusio in l. si cui. ij. ff. de legat. facit l. à filio. §. pater. ff. de alimē. & cib. leg. & l. fi. ff. ad Trebell. cum concord. Modo in proposito casu dico, istum de cuius hæreditate agitur, nō consensisse huic legitimationi quoad suam successionem expresse, & ex certa scientia prout requirit statutum, & hoc duobus mediis. Primò, quia † ad 12 hoc vt legitimatus habeat successiones actiuas & passiuas respectu agnatorum, oportet, quod hoc sit specialiter in legitimatione dictum, secundum Iac. de Bel. in disp. sua, quam posuit in §. j. in auth. quib. mod. natur. effi. legit. & idem tenet Petr. de Bella. Pert. ibi Bart. Salic. in sua dispu. incip. ciuis Mediolanensis. Bald. in l. cum in adoptiuis. C. de adopt. Abb. in cons. lxxxvj. in quæst. in j. Soc. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. vers. quarta, & nisi. & ibi etiam Ioa. de Monteser. vers. quartus casus. & est satis de mente doctorum, qui dum dicunt, legitimatos succedere agnatis, semper formant quæst. quando in legitimatione hoc est dictum, vt per Io. And. in addit. Spec. in tit. de succes. ab intest. c. fi. super gl. in verb. Gosr. vbi refert quæstionē Alberti de Bobio. Sed in casu nostro specialiter non est dictum: ergo, &c. & dato, q. aliqui in hoc tenuerint contrariū, tamē stante nostra statuto requirente expressum consensum, casus non videtur habere difficultatem. Nec obst. si diceretur, quod agnatus consentiendo legitimationi satis dicitur consentire, q. sibi posset succedi ex quo venit in consequentiam. Respondeo enim, quod hoc non potest procedere, quia † illud q. venit in consequentiam, non 14

dicitur

dicitur expressum. l. sicut certi. vbi Aret. C. de test. nisi. Gem. j. c. humanum genus. j. distin. Abb. in c. ad aures. de rescript. præsertim quando illa consequentia potest habere fallentiam, vt dicit Felin. in c. in nostra. in xj. corollario. de rescrip. sicut in casu nostro, quia potuisset Comes legitimare illum absque eo, quod succederet agnatis, & potuisset iste agnatus, ex quo non erat hoc expressum in legitimatione cedere quod iste sibi non posset succedere & consequenter in hoc fallit, & cum articulus in iure sit dubius, propter auctoritatem Iac. de Bel. & Sali. est in eo probabilis dubietas, sicut in dubio facti, vt probatur in c. cum dilectus. per illum tex. extra, de consuet. Bald. in l. cum proponas. C. de reb. cred. per Moder. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Et facit, quia statutum vltra expressionem requirit certam scientiam, quo casu specialis & in individuo mentio requiritur, nec sufficerent generalia verba, dato etiam quod non possent nisi in vna specie verificari. ca. ne captandæ. vbi Gemin. per illum tex. not. de concess. præb. in vj. facit, quod not. Bal. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. vbi dicit, quod certum dicitur, vbi nō potest esse fallentia. Secūdo, quod non cōsenserit, deducitur alio fundamento: nam, vt apparet ex forma consensus, dicitur *quod Paulinus consensit legitimationi, vt Ioan. Franc. posset succedere vsque ad summam mille ducatorum tantum, & non vltra, nec aliter.* per quæ verba apparet, non esse ex tali legitimatione, & consensu tributum ius succedendi, nisi vsque ad dictam summam, non autem vltra: & tamen si succederetur ipsi Paulino excederetur dicta summa. Nec obstat si diceretur, quod illa reseruatio est facta respectu hæreditatis paternæ, non autem respectu successionis Paulini, & reseruatio hæreditatis paternæ non extenditur ad fraternam, dato quod in ea hæreditate adhuc sint bona patris. l. quanquam. vbi Fulg. & Moder. C. ad leg. Falc. Are. Alex. Ias. in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poss. Are. cōsil. clxj. & cons. seq. & Soci. cons. lxxiij. in tertio. Nam ad hoc respondeo, quod imo dicta conuentio, quatenus concernit illud verbum, *Nec aliter*, debet intelligi respectu cuiuscunque hæreditatis. Primo, quia illa † verba sunt generalia, & prolata negatiue, quo casu, secundum sui proprietatem, debent generaliter intelligi de omni successione. argu. l. de pretio. ff. de publicia. & quia hoc est natura negatiuæ. quæ omnem modum negat. vnde solet dici, quod plus † negat negatiua, quam ponat affirmatiua, vt not. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon. & glo. in c. cum dilectus. de consuet. & facit quod not. in c. j. de reg. iur. in vj. & per Ias. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. dum loquitur de vniuersali negatiua, quæ abrogat omnem potentiam. Secundo, quia si restringeretur solum ad successionem paternam, esset superflua, quia per precedētia verba satis erat declaratū. Vnde vt aliquid operetur, intelligemus generaliter, vt omnis modus successionis sibi sit prohibitus. arg. l. si quando. ff. de leg. j. & glo. in c. solitæ. de maior. & obe. & quod not. Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in ix. quæst. Tertio suadetur ex † natura istius dictionis, *Non aliter*. talis enim dictio, est aduerbiū diuersitatis, secundum Bal. in l. fi. versi. text. autē. C. de suis & legit. Quarto dicitur, quod cum per talem dictionem, saltem per præmissa, resultet probabile dubium, an Paulinus negauerit, quod vellet sibi succedi, sequitur quod successioni non fit expresse, & ex certa scientia præstitus consensus: ergo reiicietur iste legitimatus a statuto, & hęc ratio videtur mihi valde probabilis, & vera. Nō obstat fundamentum, in quo intelligo multum se fundare ipsum Ioan. Franc. dum dicitur, quod illa clausula restrictiue, *Ita quod in ea parte solum succedat*, &c. de qua diceris ducalibus non stet proprie limitatiue, sed potius augmentatiue, tanquam contineat fauorem expressum ipsius legitimati, qui cum fuerit legitimatus post mortem patri, & post aditam hæreditatem, non potuisset in aliquo succedere, ex quo iam erat quæsitum dominium fratri, iuxta doctri. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & tamen per hanc clausulam succedit: merito ergo † inducta in augmentum non debent inducere diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. & pro hac sententia est doctri. Bart. in l. libertis. in fin. princ. ff. de alim. & cib. leg. dum loquitur de causa, quæ continet fauorem legatarij. Guil. de Cun. & Ange. in l. nulla. ff. de legib. quos sequitur Soc. cons. ccxlj. in fi. Ias. in l. j. ff. si quis ius dicen. & de tali † dictione, *Ita quod* quando est apposita in fauorem Honorati, quod ster augmentatiue, consuluit Curt. cōsil. xlix. Nam respondeo, quod imo stat restrictiue, cum enim legitimationi consentiat frater, cuius interest, nisi fecisset reseruationem diuidere debuisset, hęreditatem secum æquis portionibus, vt vult Bart. in d. §. & quid si tantum. si bene videatur, & Doct. dicentes, quod legitimatus post mortem, non auocat bona à filiis qui successerūt, loquuntur in legitimato absque consensu ipsorū. vnde ista ratio videtur mihi valde friuola: quæ etiam si vera esset, tamen iste legitimatus excluderetur per rationes inductas in secundo & tertio fundamento principali.

CONSIL. VII. SVMMÆ.

1 *Priuilegia exemptionum regulariter non tenent tanquam ambitiosa nisi sint facta ciuibus venientibus de nouo.*

2 *Priuilegia exemptionum facta pro benemeritis comi. quibus concedūtur tenent.*

3 *Priuilegium concessum alicui ob benemerita tanquam reale transit ad hæredes.*

4 *Si princeps concedit alicui iurisdictionem in aliquo Castro in dubio talis concessio præsumitur realis & transit ad hæredes.*

5 *Immunitas concessa alicui & eius filiis extenditur per fauorabilem interpretationem vt comprehendat vlteriores & omnes descendentes.*

6 *Filij dicuntur caro & ossa Patris.*

7 *Per filios conseruatur nomen & fama Patris.*

8 *Immunitas concessa propter amorem & honorem Paternum transire debet in filios quia censetur data ob gloriam & memoriam Patris quæ maxime viget in filiis.*

9 *Feudum concessum ex causa remunerationis transit ad filias fœminas.*

10 *Quoties in concessione deducitur factum quod aliter esset personale si exprimatur cum per talem expressionem porrigitur ad hæredes.*

11 *Dictio perpetuum quid denotet.*

12 *Perpetuum non dicitur quod cum vita finitur.*

13 *Geminatio quid operetur.*

14 *Ex eo quod postea factum est cognoscimus quæ mens fuerit à principio contrahentium.*

15 *Immunitates personis datæ hæredibus non relinquuntur.*

16 *Quod Priuilegium sit personale vel Reale comprehenditur ex forma verborum.*

17 *Beneficium Principis late interpretatur.*

18 *Donatio est stricti iuris.*

19 Filiorum

19 *Filiorum appellatione in feudis veniunt Nepotes propter latam interpretationem quæ fit in beneficiis Principum.*

20 *Filiorum appellatione in feudis Abbatum & aliorum particularium non veniunt Nepotes quia strictè intelliguntur.*

21 *In remissione onerum seu iuris immunitatis hoc observatur vt stricta fiat interpretatio.*

22 *Priuilegium immunitatis est contra ius & ideo in eo non fit larga interpretatio.*

23 *Priuilegium immunitatis pro se & posteris eos non cõprehendit qui ex fœmin nati sunt & quæ.*

24 *Causa remunerationis propter benemerita non sufficit vt priuilegium censeatur reale.*

25 *Quando causa non respicit rem ipsam vel personam cui fit concessio vt quia dicitur propter laborem quem sustinuisti vel propter eminentem scientiã cum talis clausula inducit concessionem personalissimam.*

26 *In priuilegijs considerandam esse principalem concessionem & secundum eam interpretationem fiendam non autem secundum clausulas, &c.*

27 *Clausulæ subsequentes vocalibus nunquam ampliant principalem dispositionem.*

28 *Dictio perpetuum quid significet.*

29 *Concessio ad vtilitatem alicuius dicitur perpetua.*

30 *Dictio semper personalis est.*

31 *Qualificatio intelligitur magis respectu Principalis quam accessoriorum.*

32 *Inter gemmationem & verborum exuberantiam discrimen.*

33 *Vniuersitas quæ per Rectores & decuriones repræsentatur qui solent annuatim mutari & habent præsumptam ignorantiam eorumque antecessores sui gesserint ex patientia sua non inducitur declaratio eius quod ipsi ignorant.*

34 *In claris non est opus coniecturis.*

35 *Vniuersitas si sit in iusta ignorantia commisit sibi restitutio in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa videtur, &c.*

36 *Vniuersitas iure communi ex capite læsionis in integrum restituitur.*

37 *Vniuersitas non curris quadriennium ad vestitionem petendam nisi de scientia.*

38 *Minores & vniuersitas pariscantur.*

VIso priuilegio cuiusdã exemptionis per vniuersitatem Pontremuli cui nec ipse D. Nicodemus Tancredinus, quo exemptio illi conceditur pro se, & bonis suis, & de cuius validitate & intelligentia nunc contingit dubitari. In primis sciendum est, quod huiusmodi priuilegia exemptionum regulariter non tenent tanquam ambitiosa, vt per Bart. in l. ij. ff. de iureiuran. & in l. vacuatis. C. de decur. lib. x. per illum tex. nisi sint facta eiusdem venientibus de nouo, vel doctoribus & Medicis, quibus hoc posse indulgeri specialiter lex concedit. l. j. C. de decr. dec. lib. x. cum concord. per Alex. in cons. xxx. ponderatis. in v. volui nisi sint facta pro benemeritis eorum, quibus conceditur vt dicit Bart. in l. ambitiosa. vers. quæro. vtrum liceat donare. ff. de decret. ab ord. facien. Sed tali casu debet constare de istis benemeritis, vt dicit Alex. in d. cons. xxx. vnde in casu nostro, nisi hæredes d. Nicodemi probent benemerita, casus nõ habet difficultatem. Sed posito, quod probarentur hæc benemerita, tunc probabile est dubium, an eius hæredes possint se tueri vigore dicti priuilegij, quominus subeant onera cum cæteris. Et videretur prima fronte dicendum, quod tale priuilegium transiret ad hæredes, tanquã sit reale, p doctrinã Bar. in l. pater. in fi. ff. de ser. lega. vbi si Princeps concedit alicui iurisdictionẽ in aliquo castro in dubio talis concessio præsumitur realis, & trãsit ad hæredes, quia talis interpretatio est fauorabilior, & ideo capienda in beneficiis Principũ. l. fin. ff. de const. Princ. vbi Bar. idem tenet, & per Specu. in tit. de instr. edit. §. nunc autem. vers. si autem dubium: & cum Bar. transeunt Moder. in d. l. fi. Io. de Imol. & Alexã. in l. qui tale. ff. solu. matri. Iaſ. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. j. Et ideo infert Bal. in cons. xcviij. quæritur. lib. iij. q. immunitas concessa alicui & eius filiis, extenditur per fauorabilem interpretationem, vt comprehendat vlteriores, & omnes descendentes. & illud dictũ Bal. reperio, quod sequuntur etiam aliqui Moderni & facit quod not. Iaſ. vbi dicit, se ita consuluisse in l. si sic stipulatus. ff. de verb. obligat. licet ipse loquatur in concessione facta per viam contractus. Secundo, quia talis immunitas fuit concessa propter benemerita ipsius Tancredini, & ex causa remunerationis: vnde tunc deberet trãsire etiam ad filios & descendentes. Tum quia talis causa nõ omnino cessat in filiis, qui dicuntur caro & ossa patris. 35. q. iij. §. in hac auctoritate. & can. studeat. l. dist. & per quos cõseruatur nomẽ & fama patris. gl. in l. liberorum. ff. de verbo. signifi. vnde in terminis dicit Bal. in cons. cclv. incip. præmittendum est. in j. lib. quod immunitas concessa propter amorem & honorem paternum transire debet in filios: quia censetur data ob gloriam & memoriã patris, quæ maxime viget in filiis. Tum etiam quia talis causa videtur sufficiens, vt contractus, quia alias non transiret ad hæredes transeat, vt dicit Nicol. de Neap. Iac. de Belui. & Aluar. in cap. j. in princ. qui feud. dare pos. & Card. in ca. ex par. in iij. quæst. extra, de feud. vbi licet feudum non trãseat ad filias fœminas: tamen fallit, quando est cõcessum ex causa remunerationis: & faciunt multa similia relata per Iaſ. in l. ex hoc iure. in vlt. quæſt. ff. de iust. & iur. Et confirmatur ista ratio, quia cum hæc causa in concessione exprimatur, videtur quod debeat concessio ad hæredes transire: quoties enim in concessione deducitur factum, quod alias esset personale si exprimatur causa, per talem expressionem porrigitur ad hæredes, vt notat Specul. in tit. de emptio. & venditione. §. vers. sed pone. & expresse per Bart. in l. iij. §. opus. ff. de aliend. mut. caus. fact. cum similib. per Bartol. Veronen. in tract. seruit. rust. præd. in tit. de ser. real. Tertio, in proposita specie suaderur, quod talis fuerit mens concedentium ex pluribus. Tum quia in priuilegio mandatur correctoribus, vt eorum bona eximant de Castro, nec de cætero veniant computanda, per quæ verba apparet eos sensisse, quod tale priuilegium semper haberet effectum, vt per similem rationem consuluit Socin. cons. cciij. incip. accuratissime. vers. secunda ratione in ij. lib. Tum quia per talem clausulam verba sunt expresse concepta in rem, dum mandatur bona eximi de Castro: vnde apparet cõcessionem realem, & consequenter transitoriam ad hæredes, vt per Baraũ d. l. pater. facit l. forma. §. quanquam. ff. de contrib. tum etiam quia in priuilegio dicitur, *Quod dictus d. Nicodemus sit perpetuo, & in perpetuum exemptus.* quæ verba non bene verificarentur, nisi ad hæredes priuilegium transiret: quia istud proprie significat perpetuum. vt est text. in l. immunitates. ff. de iure immunita. & quia perpetuum non dicitur, quod cum vita finitur, lege fordido-

dilorum. vbi Nicol. de Neap. Ioan. de Plat. & fac. Reb. fi. de extraneis: & hoc maxime in casu nostro procedit, ponderando generationem, de cuius efficacia habetur in l. Gallus. ad Trebell. Accedunt hæc, quod à tempore mortis ipsius d. Nicodemi cessauit, semper vniuersitas permisit eius hæredes pacifice frui immunitate: unde ex tali permissione per tot annos facta, declaratur mens concedentium fuisse, vt priuilegium esset reale: quia ex eo, quod post factum cognouimus quæ mens fuerit a principio contrahentium, sed tacita mens pro inde est ac si Macedo. l. citibi, vbi not. C. de agric. & cens. lib. xj. facit in similibus de quibus ff. de leg. & l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. & in similibus ita consuluerunt duo vtrius nostræ præstantissimi Doctores. Bar. Soc. ibi allegato consi. lxxxiiij. in iij. lib. & Dec. consi. cxlij. vers. accedit vlterius. & facit, quod habemus inter consilia Alex. consi. vlti. in iiij. volu. vers. cum ergo in casu nostro, &c. Sed his non obstantibus, in casu nostro dico contrarium esse verius. Et concludo, quod imo tale priuilegium non competat filiis & hæredibus ipsius Tancredini. Moueor quia casus est de hoc expressus in l. j. ff. de iur. immunit. vbi † personis datæ immunitates, hæredibus non relinquuntur, ad idem tex. in l. iij. ff. de censib. & in l. fordidorum. C. de excus. mun & l. in omnibus. ff. vacationum. ff. de vac. mun. & istud procedit, † quia de tali priuilegio est personale, quod comprehenditur ex forma verborum, vt dicit Bald. in d. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. j. quod punctualiter habet locũ in casu nostro, in quo priuilegium dicit, *Quod eximunt, & liberant, & absoluũt d. Nicodemum pro se & bonis suis*: quæ verba cum de directo personam respiciant, non possumus negare, quin priuilegium sit personale, confirmatur hoc etiam alia ratione: nam dicunt Decuriones se moueri propter bonemerita ipsius Nicodemi: quæ ratio respicit personam, & in dubio facit, vt censeamus talem concessionem ad hæredem non transmitti, vt est casus in l. j. in fin. ff. de constitu. princ. ibi, ob merita indulsit. Sed veritas huius nostræ opinionis, etiam manifestius apparebit ex resolutione contrariorum. Non obstat primo, quod in dubio propter fauorem beneficiorum debeat fieri interpretatio, quod concessio sit realis: quia respondeo tribus modis. Primo, quod non sumus in dubio, sed in claro, ex quo verba concessionis respiciunt personam, non rem, vt per Bal. in d. l. Floren. Raph. Alex. Areti. & Ias. in d. §. si quis alicui. & Bald. & Ang. in d. l. fordidorum. Bald. in l. liberti. vers. denuo quæro, Imperator. C. de oper. liber. Anchar. in repet. cap. priuilegium. in vlti. chan. de regulis iur. in sexto. vbi præcisè post Bal. vltimo notat per Bar. in d. l. pater. limitari in præsenti casu, quando verba directo respiciunt personam. Secundo respondeo, quod argumen. procedere in † beneficio Principis, quia illud facit interpretationem l. si ita de constit. princ. & ita loquitur Bar. & Doct. Sed nos loquimur in priuilegio concesso ab vniuersitate, in quo non debet fieri ita stricta interpretatio: nam talis remissio onerum est instar cuiusdam donationis. & licet donationes laxè interpretentur l. si quando. C. de bon. vac. lib. x. tamen secus est in aliis personis, quod patet quia † donatio est stricti iuris. §. actionum. instit. de action. & per hanc rationem in simili re concludunt aliqui Modet. in l. Gallus. §. si filiusfam. ff. de lib. & posthu. vbi tenent, quod sub nomine filiorum Principum † appellatione, filij, veniant nepotes: propter latam interpretationem, quæ fit in beneficiis, tamen secus est in † feudis Abbacum. & aliorũ particularium, quia illa stricte intelliguntur. Tertio respondeo, quod quicquid sit in aliis beneficiis, in † remissione onerum seu iuris immunitatis hoc obseruatur, vt stricta fiat interpretatio. vt est gl. in l. si ita scriptum. §. filiabus. ff. de legat. j. Alexan. consi. cxxv. in secundo. Dec. consi. xxxij. & in cap. nouit. extra, de iud. & probatur, quia † priuilegium immunitatis, pro se & posteris, eos non comprehedit qui ex fœminis nati sunt. d. l. j. in fi. ff. de iur. immunita. & tamen in alia materia secus est. l. fi. ff. de pollicit. & ratio est, quia tale priuilegium aggrauat alios vt habetur in l. ab omnibus. ff. de legatis. j. per Modern. & est contra publicam vtilitatẽ, vt per Paul. de Cast. in l. maritum. ff. solut. matr. Alex. in l. quia personale. ff. eo. & dicit Bartol. in l. si quis. ff. de iure immun. quod tale † priuilegium est contra ius, merito ergo non fuit in eo lata interpretatio, & ideo Iason. Reb. in l. fordidorum. posuit distinctionem priuilegij immunitates separatim à distinctione aliarum concessionum, ea videlicet ratione: quia concessio exemptionis stricti juris accipitur. Non obstat secundo, quod videatur tale priuilegium esse reale tanquam concessum in honorem & memoriam paternam, vt per Bald. in d. consi. cclv. quia respondeo, quod imo est simpliciter concessum propter merita: non autem in priuilegio dicitur esse concessum memoriæ & nobilitati, prout in casu Bald. Item ibi expressum erat, etiam de hæredibus, quod non fuit in casu nostro. Item erant multa alia, super quibus se fundat Bal. quæ non sunt in casu nostro: nam si simplex concessio immunitatis censeretur facta contemplatione memoriæ & nobilitatis, semper tale priuilegium esset reale, & nunquam haberet locum tex. in d. l. j. de iure immunita. quod esset absurdum, & contra mentem omnium scribentium, præsertim Petr. Cin. Rayn. Alber. de Ros. in d. l. fi. ff. de consti. princ. dum allegant. d. l. Nec etiam allegata † causa remunerationis propter benemerita, sufficit vt priuilegium censeatur reale. quia talis causa potius infert oppositum, & sic, quod sit personale, vt est casus in d. l. j. in fi. ff. de constit. princ. & not. Io. Andr. & Petr. de Anchar. in d. c. priuilegium, vbi dicunt, quod † quando causa nõ respicit rem ipsam vel personam, cui fit concessio: vt quia dicitur, propter laborem quem sustinuisti, vel propter eminentem scientiam, &c. talis enim causa secundum eos inducit concessionem personalissimam. arg. c. quoniam Abbas. extra, de officio delega. & facit quod dnot. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. facien. vbi tenet, quod ista facultas remunerandi non trãsit ad successores. per l. vel vinus. ff. si quid in fraud. pat. sequitur Ias. in d. l. ex hoc iure. Bene fateor, quod si ex patre filiorum, istius Tancredini probaretur, tot beneficia fuisse collata à d. Nicodemo huic vniuersitati, quæ perpetuam commensurationem requirerent propter eorum remunerationem, tunc talis causa non faceret quominus priuilegium, si aliud non obstaret, ad filios transmitteretur, vt per Nic. Matar. & Bald. in l. generaliter. ff. de epis. & cleric. Paul. de Cast. in l. si mihi & tibi. in lect. Bonon. ff. de legat. j. & hoc est, quod vult Socin. in præallegato consi. lxxxiiij. & secundum hanc distinctionem possent procedere, quæ in contrarium deducuntur. Non obstat tertio, quod veriùs ea quæ inducuntur, verba priuilegij in fauorem filiorum, quia semper in priuilegio consideranda est principalis ipsa concessio. & secun-

secundum eam debet fieri interpretatio, non autem secundum clausulas subsequentes executiuas: quia † illæ nunquam ampliant principalem
27 dictionem, vt est tex. in Clem. j. de præben. in fin. Abbas cap. cum nostris. de concess. præben. Ioan. de Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. & Aret. ff. de verb. obligat. Alexan. in l. more. ff. de iur. omn. iud. per Felin. in c. licet. de offic. ord. Iaſ. in l. ex pupil. ff. de vulg. & pupil. & in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. cum concordant. Vnde præsuppositio, tolluntur omnes ponderationes in contrarium B adductæ. Non obstas, quod mandetur bona eximi de catastro, nec de cætero computari: quia intelligitur ipso viuente & non vltra: & hoc maxime, quia ex forma decretorū ducalium, singulis quinquenniis erant reformandi census, & corrigendū catastrum: vnde si mandetur eximi bona de catastro, tale mandatum non operatur, nisi durante præsenti reformatione, & non vltra. argum. l. fi. in princ. ff. de pœn. & quia intelligitur, rebus sic stantibus. c. suggestum. extra, de decim. per Moder. in l. quod Seruius. ff. de cond. ob. cau. & Ioan. Firmia. in trac. gabellarum. ij. parte. in quinta quæst. Et eodem modo tollitur & alia ratio, dicitur, verba videri concepta esse in rem: dum mandatur bona eximi, &c. nam vt dixi, istud non debet attendi: tum quia est in clausula executiua, tum quia debet intelligi rebus sic stantibus, id est per præsentem reformationem, vel durante vita ipsius Nicodemi
28 per supradicta. Non obstat etiam illa dictio, † *Perpetuum.* quia recipit interpretationem secundum D subiectam materiam, & potest intelligi durante vita ipsius, vt est glos. in l. j. ff. pro soc. not. in l. ij. ff. sol. matr. & est glo. in simili, in c. clericos. in verb. perpetuum. de cohabi. cler. & mul. & in c. repetitum. j. quæst. j. in verb. perpetuo. & in reg. actus legit. de reg. iur. in vj. per Felin. in c. ex literis. extra de constit. & quod not. Bald. in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edict. arg. l. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuo. ff. de oper. no. nuntiat. & tex. instit. de per. & temp. act. in prin. vnde dicit Cardi. E in Clem. j. §. Abbates in iij. nota. de excess. prælat. quod † concessio ad vitam alicuius dicitur perpe-
29 tua, & est glo. in Clem. j. in verb. eius. de reb. eccles. non alien. & pro hoc intellectu faciunt duæ rationes. Prima quia cum alia verba inferant, quod priuilegium sit personale, illa dictio debet intelligi, vt non faciat, quod sit reale, ex quo de sui natura est, vt intelligatur secundum subiectam materiam, vt per gl. in d. l. j. ff. pro soc. Secunda ratio est, quia verba priuilegij dicunt, *Quod d. Nicodemus perpetuo* F *& in perpetuum pro se & bonis suis exemptus sit.* vnde cū
30 illa verba qualificent illam dictionem, pro † se, quæ est mere personalis, vt est tex. in c. in criminalibus. vbi Gem. v. q. iij. & facit l. j. §. fi. ff. de verb. ob. & quod not. Bar. in l. iubemus. C. de erog. mil. ann. lib. xij. Bal. in c. fi. de off. deleg. & in consil. ccciiij. nobilis vir Guid. in v. volu. cum similibus, non potest intelligi, nisi respectu vitæ suæ. vnde si respectu sui illa dictio sic intelligitur: ergo idem respectu bonorum: tum, ne eadem dictio diuersimode intelligatur, contra notat. in l. nā hoc iure ff. de
31 vulg. & pupil. rum, quia † qualificatio intelligitur magis respectu principalis, quam accessoriorum, vt est doctrina Bart. in l. fin. §. Titia. ff. de libr. leg. quam approbat Matheſil. in not. xxxiij. Areti. in l. gerit. ff. de acq. hæred. & Alexand. in consil. xvj. in v. clarum autem est per supradicta priuilegium principaliter respicere personam, licet in consequentiam respiciat bona. Nec me mouet illa ge-

minatio, perpetuo, & in perpetuum: quia † talis 32
exuberantia verborum recipit restrictionem à subiecta materia, vt est casus in l. si stipulatus. ff. de vsur. & idem tenet Bald. in rep. rub. ff. de verb. obl. vbi dicit, quod licet ex pacto geminato detur actio de constituta pecunia, si tamen in instrumento dicatur, promitto tibi centum, & ita constituo me tibi debere, non datur talis actio, quia ex quo incontinenti hæc dicuntur, videtur magis esse quædam exuberantia verborum, quam geminatio. idem tenet Alexa. & Aret. in l. j. in princ. ff. eodem tit. dum reprehendunt intellectum Lud. Rom. ad l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tut. de quo dicendum, vt per eos, & per Moder. repet. in l. ij. C. de rescind. vend. in quarta extensione. facit glos. in l. iiij. in glo. fin. ff. de pig. act. & in c. ab eo. in verb. instanter. de appellat. in vj. Non obstat etiam, quod vltimo dicebatur, quod per lapsum temporis declaratur mens contrahentium, &c. quia hoc posset habere locum in persona priuata. Sed nos loquimur in † vniuersitate, quæ per rectores & Decu- C 33
riones repræsentatur, qui solet mutari annuatim, & habent præsumptam ignorantiam eorum, quæ antecessores sui gesserint: vnde non possumus dicere quod ex patientia ipsorum inducatur declaratio eius, quod ipsi ignorant, arg. l. iij. C. de tabul. lib. x. ibi consensum enim, &c. Præterea casus noster est clarus in iure, quod tale priuilegium non transit ad hæredes: vnde † in claris non est recur- 34
rendum, ad huiusmodi coniecturas, vt not. in l. cōtinuus. in princ. ff. de verb. oblig. & Soc. & Dec. loquuntur in aliis terminis longè magis ambiguis, in quibus merito poterat recurri ad huiusmodi præsumptiones. Nec etiam obstaret, si diceretur, dictos hæredes esse fundatos saltem per præscriptionem, quæ incepit currere à morte do. Nicodemi citra, a quo tempore videmus lapsos esse vltra 40. annos. Quia respondeo, quod cum † vniuersi- 35
tas sit in iusta ignorātia, vt supra dixi, ex eo capite comperit sibi restitutio in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, &c. de qua in l. j. in fi. ff. ex quib. cau. maior. per Bart. in l. ij. §. si quis autem. ff. de itin. actuq; priuat. pro Soc. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & est magis communis conclusio, quod competat etiam lapsis xl. annis, vt per Io. de Imol. in rep. c. fi. vers. sed aduertendum. extra, de præscr. Rom. consil. cxlix. Alexand. consi. cj. visis, in j. & consi. lxxj. & consil. lxxxxiiij. consi. clxix. in ij. vol. consil. cxvj. in j. And. Sicul. consi. cxxiiij. super j. & cons. vlr. in iiij. lib. inter consilia Alex. & Soci. consi. lxxxvj. in j. & consi. clxvj. & consi. cclxxxxix. ita etiam resident in d. l. cum filius. in fin. & alibi sæpe. & idem tenet Iaſ. in l. sicut. C. de test. mil. Felin. c. vigilanti. de præsc. & in c. j. de resc. & ab hac opinione non esset recedendum in consulendo, nec iudicando, ex quo magis communis, vt dicunt Moder. Tauerin. in tractat. præfer. in vltim. parte quarræ partis principalis. q. xxix. vbi post alios respondent omnibus rationibus tenentium contrarium, quos referre in præsentia non attinet, postquam ista est communior, & verior opinio, & quæ maxime esset seruanda in † vniuersitate, quæ aliàs etiam 36
iure communi ex capite læsionis in integrum restituitur. l. respublica. ff. ex quibus caus. maior. vbi Iacob. Butr. Bart. Bal. Salice. Pau. de Cast. & cæteri Roma. consi. cccxxij. Socin. consi. lxvj. in quarto. cum similib. & ita sæpe consului, & vidi iudicari nec † illi currit quadriennium ad restitutionem 37
petendam, nisi à die scientiæ, vt probatur in l. fin.

C. de compo. in integ. restit. per. & ita notat Bal. in l. iij. C. si ex fals. instrum. Cardi. in Clem. prima. in xxij. quæst. de rest. in integ. Alexan. consil. lxxj. incipien. videtur prima consideratione. in primo Ias. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Fel. c. j. de prescr. & quo iure † etiam minores consendi sunt. d. l. fi. & vide glo. in c. iij. de transla.

38

CONSIL. VIII. SVMMA.

1. *Dispensatio requirit causæ cognitionem & ideo debent citari illi quorum interest & qui lædi possunt.*
2. *Filius Sacerdotis non potest legitimari sed dispensari tantum quia in radice matrimonij non potest Princeps prouidere propter prohibitionem matrimonij.*
3. *Pater viuens potest facere legitimari filium nec requiritur alia citatio proximorum ex quo illi nullum ius habent viuente testatore.*
4. *Omnis legitimatio quantumuis ampla est dispensatio.*
5. *Dispensatio tripliciter consideratur.*
6. *Quando filius non restituitur natalibus sed simpliciter cum eo dispensatur quod possit esse capax respectu certæ partis.*
7. *Citatio fit propter læsionem proximorum.*
8. *Quando legitimatur spurius cum cuius matre non potuit esse matrimonium vbi non potuit esse veritas matrimonij ibi nec imago fingi potest.*
9. *Dispensatio etiam dicitur quælibet legitimatio quæ requirat causam vt quia extent filij legitimi non enim existentibus potest de ordinaria potestate fieri legitimatio.*
10. *Citari non debet ille qui etiam citatus impedire non potest.*
11. *In principe causa non est necessaria in inferiore vero sic.*
12. *Idem operatur fictio quod veritas.*
13. *Pontifex potest dispensare in radice matrimonij.*
14. *Limitatæ legitimationis distinctio.*
15. *Ius filiationis à iure successionis separatum est.*
16. *Ius succedēdi tollitur & minuitur ius verò sanguinis non.*

LEgitimationis factæ de domino Cęsare, viso instrumento, & motiuis dominorum arbitrorū subtiliter in hac causa datis, putaui nullo modo ea obstare, quin legitimatio valida efficaxque sit, & d. Cæsar sit capax omnium quæ sibi in testamento à patre suo relicta sunt. Et licet prima fronte videatur sibi obstare, quia † dispensatio requirit causæ cognitionem. c. de multa. extra, de præben. & ideo debeant citari illi quorum interest, & qui lædi possunt. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minorib. prout in simili casu firmat Petr. de Anchar. consi. ccxlj. ex tenore priuilegij & cons. cccxxvij. circa primum quæsitum. Iás. & Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. Soc. inter consilia Franc. Curtij senioris consil. xviij. & consil. xvj. & ipse Curt. cons. lxiiij. cum similib. in casu autem nostro nulli citati fuerunt: vnde legitimatio videtur corruere. Quod autem hæc sit dispensatio probatur ex duplici capite. Primo, quia cum ista sit † filius sacerdotis, de talibus non potest dici facta legitimatio, sed dispensatio tantum quia in radice matrimonij nō potest Princeps in hoc casu prouidere, propter prohibitionem matrimonij. l. filius à patre. in glo. verbo, statuit. ff. de liber. & posth. firmat Socin. in rub. ff. eod. tit. per tex. in c. per venerabilem. extra, qui fil. sint legit. Secundo, quia iste non videtur plenarie restituus, ex quo limitata est legitimatio, vt possit tantū succedere ex testamento patris, & non succedat patruo, quo casu videtur haec potius esse dispensatio secundum Pau. Castr. in pactum. C. de collat. in fi. Ange. cons. cclxiiij. incip. dominus Papa. Alexan. consil. clxxiiij. in septimo, & sentit Io. And. in Spec. de succes. ab intest. in fi. vers. sed ex facto. Sed tamen his non obstantibus, teneo contrarium in hærendo doctrinæ Bart. in d. §. & quid si tantum. quæ est communiter approbata, quod † pater viuens potest facere legitimari filium, nec requiritur alia citatio proximorum, ex quo illi nullum ius habent viuente testatore. l. j. si impuberi. ff. de colla. bon. l. cum adoptio. ff. de adoptio. nec requiritur expressio alicuius causæ, cum ex se appareat, nempe quia voluit proprium sanguinem præferre agnatis, & cæteris. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. secundum Alex. consi. clxxxviij. perspectis. vers. non obstat septimum. in quinto. & cons. peu. eod. lib. & Dec. cons. cccvij. vbi reprobat opinionem Franc. de Curt. consil. lxxiij. aliter, sed malè tenentis, & quod hæc sola causa sufficiat, tenet Ioan. And. in additionibus Spec. de succes. ab intest. §. j. versic. item scias quod Obertus. Anto. de Butr. in d. c. per venerabilem. circa medium. Socin. in rub. de liber. & posthu. Nec obstat, quod in dispensatione requiratur expressio causæ: quia respondeo, quod hæc non est simpliciter dispensatio, sed vera legitimatio, vt mox ostendam. Præterea sciēdum est, quod † omnis legitimatio, quantumuis ampla, est dispensatio, prout probatur in d. c. per venerabilem. & ibi per Docto. Sed quoad effectum expressionis † causæ, videtur quod considerari possit dispensatio tripliciter. Primo modo, † quando filius non restituitur natalibus, sed simpliciter cum eo dispensatur, quod possit esse capax respectu certæ partis, secūdum Paulum de Castr. in l. adoptiuum. §. patronum. ij. ff. de in ius voca. Socin. in l. falsa. ff. de condit. & demonstra. & in præallegato consil. xviij. & Dec. cons. cclxiiij. & isto casu non videtur, quod possit limitari doctrina Bar. sed potius quod neque causæ expressio, neque citatio requiratur, cum enim † citatio fiat propter læsionem proximorum. d. l. nam ita Diuus. si non requiritur in plena legitimatione quando derogatur in totum, multo minus in ista quæ præiudicat respectu partis tantum, vt dicit Lancel. Galliaul. in d. §. & quid si tantum. & fuit argumentum Pau. de Cast. in cons. Raph. Cem. consi. lxxxxviij. in subscriptione. Secundo modo dicitur dispensatio, quando legitimatur † spurius, cum cuius matre non potuit esse matrimoniū. vbi enim nō potuit esse veritas matrimonij, ibi nec imago fingi potest. l. j. C. de lat. lib. toll. Pau. de Cast. cōs. ccxix. vbi dicit, q. collegiū Bononiense ita cōsuluit, sequitur Dec. d. cōs. cclxiiij. & d. cons. cccvij. sed ista opinio non videtur vera, quia non fingitur legitimus tanquā præcesserit matrimoniū cū matre. sed tāquā natus illo iure naturali quo omnes legitimi nascebātur, & fictio refertur ad dictū tēpus, non autē ad natiuitatē istius, vt dicitur in l. ij. ff. de nat. restit. & dato, quod ista esset dispensatio: tamen ratio quæ facit vt sit dispensatio, nihil infert ad citationem magis, quā inferat quælibet alia legitimatio. Et ideo concludo, quod nec isto casu requiritur citatio, & ita est de mente Bart. & cæterorum qui formant quæstionem etiam in spurio, cum cuius matre non potuit esse matrimonium, & istam opin. firmat Socin. in d. l. Gallus. §. si eius. & Raun. in rub. ff. de libr. & posthu. vbi sum securus per tex. in l. qui in prouincia. §. j. ff. de ritu nupt. Tertio modo dicitur dispensatio, quælibet legitimatio, quæ requirat causam

causa, vt quia extent legitimi filij: non enim existentibus, potest de ordinaria potestate fieri legitimatio. §. generaliter. in authen. quib. mod. nat. eff. sui. vnde eorum debet fieri mentio, secundum Bald. numero Diuus. ff. de adopt. Paul. de Cast. Areti. d. §. & quid si tantum. Felin. c. postulatis. de rescript. Dec. consil. ccvij. merito tali casu necessaria est causa, quia agitur de eorum præiudicio. Vnde ei. §. j. de adop. & in tali casu loquitur Anchar. d. consil. ccxlj. nam in casu suo, vltra quod habilitabatur spurius ad successionem certæ partis tantum, extabant etiam alij filij, & tunc pertinet, vtrum quantum sit respectu diminutionis legitimæ ipsorum legitimorum, quod hæc dispensatio non operaretur. argum. l. cum quæritur. C. de bo. ex. resid. & quod ibi Paul. de Castr. & ita sentit Idem d. §. & quid si tantum. & facit quod notat Angel. consil. cccl. incip. pro decisione primi dubij. vbi dicit, quod per talem legitimationem pater non potest diminuere talem legitimam. argumen. l. nec ei. §. j. de adop. sequitur Ioan. Crotus in dict. §. & quid si tantum. & isto casu potest saluari opinio Anchar. & præsens limitatio. Aut loquimur citra præiudicium legitimæ istorum, & puto quod nō requiratur citatio, per suprascriptam doctrinam Barto. quam ita intelligit Bald. consil. cccv. in j. & consil. cv. in v. Anton. de But. in d. c. per venerabilem. & ibi communiter Cath. cum concordan. & ita vidi communiter obseruari, licet Alexan. in d. l. ex facto dicat se aliter consuluisse. Sed potest saluari respectu supradicti casus, seu similis, prout loquitur in consil. lxxxxiiij. in j. volu. quando Princeps non derogasset dispositioni d. §. licet. & d. §. si quis igitur. vt ibi per eum. cum enim filius non habeat aliud ius in vita patris, quam spem legitimæ, nō videtur quod debeat citari. d. l. cum adop. & quia etiam si citatus impedire non posset. dict. l. qui potest inuitis. & quia dispensatio extraiudicialis non requirit citationem eorum quorum interest. Imo. cx. nisi cum pridem. super verbo indulgere. extra. de renunc. Bern. inc. debitores. de iureiuran. Abb. consil. lxxxiiij. in j. Nec obstat, quod existentibus filiis requiratur causæ cognitio. d. §. generaliter, & suprà dixi, quia nunc requiritur tamen in vim iudicialem, vt debeant filij citari: & satis est, quod talis causa visa sit Principi legitima, etiam si ex se non esset, secundum Bal. in l. si testamentum. C. de testamen. Dec. consil. xcvij. quia in ipso causa non est necessaria. in quo tamen vero requiritur aliqua coloratio: & puto, quod sufficeret bona mores spurij, iuncta voluntate patris: vel quando haberet tantum vnum legitimum: quia vt in prouerbio dicitur, vnus nullus, vel quando pater esset magnus negotiator, & indigeret pluribus subsidiis, prout in simili dicit Cornelius Tacitus de Augusto Cæsare. lib. j. historiarum. sed de isto casu non est nunc quæstio, cum d. Franc. nullos filios haberet. & respectu agnatorum, nulla est necessaria causæ cognitio, siue de legitimatione, siue de dispensatione agatur, siue Princeps ipse legitimet, siue Comes Palatinus. Nec obstat, quod cum sit filius sacerdotis, nō potuit dispensari in radice matrimonij, ideoque hæc videtur dispensatio, non autem legitimatio, secundum Socinum in d. rubr. de lib. & posthum. Respondeo enim, vt suprà dixi, quod contraria opinio est verior, quam tenet ipse etiam Socin. in d. l. Gallus. §. si eius. & Ruynus in d. rubr. vbi etiam ego fui secutus. & est de mente Bar. & Doct. in d. §. & quid si tantum, qui simpliciter concludunt,

Cons. Andr. Alc.

A in legitimatione spurij non requirit causæ cognitionem, & licet Princeps non possit prouidere in radice matrimonij, potest tamen fingere esse præsumptum idem quo operatur talis † fictio, quod veritas. d. l. qui in prouincia. §. j. de ritu nupt. c. ad audientiam. de cler. non resid. Quamuis etiam dici possit, haud quaquam hac fictione opus esse, cum enim ante legem ciuilem, omnes iure naturæ legitimi nascerentur, & deinde lex hoc restrixerit ad eos, qui ex matrimonio nati essent, potest Princeps hoc legis impedimentum tollere, & secundū primæua iura legitimatum admittere, alias sequeretur, quod Imperator non posset quenquam vere legitimare, quod est falsum vel ipso Socino teste in d. l. Gallus. §. si eius. & per Antonium Rosellum in tract. de legitimatione. quamuis nos simus in casu clariore, cum legitimatio facta sit etiam ex auctoritate † Pontificis, qui potest dispensare in radice matrimonij. Non obstat vltimo, quod iste nō videatur plenariè restituendus, ex quo limitata est legitimatio respectu successionis, secūdum Alex. consil. xxv. in j. vol. xxxiij. & vltimo. nam respondeo esse distinguendum, aut enim † limitatio respicit personam, puta quod legitimetur quoad successionem certæ partis tantum, & potest dici, quod hoc sit dispensatio, & ita loquuntur Doctores in contrarium allegati. aut quoad personam est plenarie legitimatus, & restitutus natalibus, prout in casu nostro, & nihil refert, quod deinde respectu successionis adsit aliqua restrictio, secundum Paul. Castr. consil. cxxxj. Soc. ccxlvj. Curt. sen. lxxiij. Dec. cclviij. in fin. & cclxiiij. in fi. cum enim † ius filiationis à iure successionis sit separatum. l. si ab eo. vbi Ang. C. de leg. hæred. Bart. l. is potest de acquir. hæred. nihil prohibet filium omni respectu esse, successorem verò aliquo duntaxat casu. arg. l. communium, vbi Bal. C. de nat. lib. glo. l. ij. in gl. fi. C. de iure aur. annul. sunt enim hæc diuersa. d. l. qua in prouincia. §. j. nam & videmus † ius succedendi tolli & minui posse, ius verò sanguinis non posse. d. iura sanguinis. ff. de regu. iur. l. abdicatio. C. de pat. pot. merito ergo talis diceretur adhuc verè legitimatus, & licet aliqui quandoq; vocent dispensatum, vt Castr. in d. l. pactum dotali. C. de collat. in fi. Corn. consil. iij. in primo. istud est largè: quia, vt suprà dixi, quæliber legitimatio est dispensatio. d. cap. per venerabilem. nemo tamen dicit, quod hoc casu sit magis necessaria citatio agnatorum, imo totum contrarium est verum, quia plenaria legitimatio plus præiudicat agnatis, secūdum Lancell. Galliaul. in d. §. & quid si tantum. & Rapha. Com. Pau. de Castr. d. consil. lxxxxviij. in subscriptione. Et ita arbitror iuris esse. Salua semper saniore iudicio.

CONSILIVM IX. SVMMARIA.

1 *Legitimatio dicitur subreptitia quando tacitum fuit ius legitimam extare.*
2 *Legitimatio fieri non debet nisi deficientibus legitimis.*
3 *Licentia data à patre filio naturali quod se faciat legitimare valet secus in spurio.*
4 *Quoties agitur de excludendis legitimis & diminuendo eorum legitima portione necessaria est eorum citatio.*
5 *Cuius non potest per legitimationem filij naturalis diminui portio legitima filiis iustis.*
6 *Facultas auferendi dominium rei suæ non potest exerceri contra non subditum vel in bonis non subditis.*
7 *Imperator sicut non potest legitimare in terris Papæ nec Papa in terris imperij.*

BIU Cujas

8 *Dominus directus non potest apponere manus ad iura domini vtilis inferioris.*

9 *Prorogatio in casu non permissa.*

10 *Dictio legitimati posita in statuto quid operetur.*

11 *Dispositio statuti per participium præteriti temporis cõcepta & sic de legitimato loquens non erit extendenda ad futurum, id est, ad legitimandum.*



VAmuis in hac causa diffusissimè allegari posset: tamẽ ero ego breuior. & solum attingã rationes, quæ sufficere videntur ad victoriam, in fauorem istius filiæ legitimæ do. Dianæ. Et in primis sciendum est, quod do. Hieronymus nõ videtur potuisse instituere Brutum filium spurium in testamento, quamuis deinde eum legitimauisset: quia cum legitimatio illa facta à Campegio Comite Palatino sit nulla, vt mox ostendam, sequitur quod institutio illa corruat. §. fi. in authẽ. quib. mod. nat. effi. sui. & est decisio Paul. Cast. in l. eam quam. C. de fideicommiss. quam ibi omnes sequuntur. Quod autem sit nulla, apparet ex vitio † subreptionis: quia nulla facta est mentio, quod subesset proles legitima. Cum enim † legitimatio fieri non debeat nisi deficientibus legitimis. §. generaliter. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. debet omnino de hoc certiorari Comes Palatinus, vel Princeps, alias legitimatio esset nulla, secundũ Bald. in l. tam ita. Diuus. ff. de adopt. Paul. Castr. Aretin. & cæteros, in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. ibi etiam Ias. nu. cij. Dec. consil. cccvij. Felin. ca. postulasti. de rescript. Nec obstat, quod deinde post mortem patris iste spurius fecerit se iterum legitimari in forma amplissima, & potuerit hoc facere propter licentiam sibi datam in testamento patris, quod toties quoties, &c. Nam ad hoc, in quo tota difficultas huius causæ vertitur, respondeo in primis, valere quidem huiusmodi † licentiam à patre datam filio simpliciter naturali, per rex. in authen. item. cum quis. C. de natu. liber. Sed in spurio non videtur valere: quia d. authen. item, cum quis. procedit duntaxat in casu suo, videlicet in naturali, non autem in spurio. d. §. fin. in authen. quib. mod. nat. & hoc videtur certissimum in filio incestuoso, prout in casu nostro ex concubitu cum duabus sororibus, & etiam ex ea, quæ antè erat cognita à filio iuxta text. xxxv. quæstio. iij. C. de incestis, &c. nec eam & quæ habentur in §. fraduersus. instit. de nupt. quia lex respectu institutionis istorum aufert administrationem patri, vt non possit testari erga illos, etiam conditionaliter, si legitimentur, vt declarat Bald. in l. si quis. per illum vexeum. C. de incest. & inutil. nupt. & sequuntur cæteri communiter. Præterea, etiam si nuberet dicta Cla. tamen cum mortuus esset pater, & ius quæsitum filiæ legitimæ non potuit ei auferri, non citatæ nec vocatæ, quia † quoties agitur de excludendis legitimis, & diminuenda eorum legitima portione, necessaria est eorum citatio, secundum Anchar. cõs. ccxlj. & ita consuluit Angel. consil. ccl. in cip. pro decisione primi dubij, vbi tenet, † quod paulem legitimationem pater non potest diminuere legitimam iustis filiis, argumento l. nec ei. §. j. de adop. sequitur Ioan. Crotus in d. §. & quid si tantum. & etiam est satis de mente Iasonis. nu. cxxxiij. ibidẽ. Et quamuis dicta legitimatio secunda habeat clausulas valde efficaces, tamen non puto, quod clausulæ illæ plenitudinis potestatis, vel derogatoriæ citationum, possint habere effectum in territorio Ferrariensi, in quo Papa habet duntaxat ius directum, & recognitionem à Ducæ, cætera verò sunt ipsius Ducis: vnde isti Comites Palatini, nec etiã Papam & possunt vti istis clausulis, quæ habent effectum duntaxat, quoad illos qui sunt simpliciter & omnimodo sibi subditi, vt sentit Ang. d. cõs. cccl. Paul. de Castr. consil. xxxiiij. Curt. sen. consil. lxv. Et fortius, quia † facultas auferendi dominium rei suæ. non potest exerceri contra non subditũ, vel in bonis non subditis. Cast. consi. ccxvj. præsupposito. & consi. cclxxxj. primũ dubiũ. Dec. in c. quæ in ecclesiarũ ver. prædicta cõclusio vbi allegat Bald. Salic. l. nec causas. C. de appellat. Imol. Cle. pastoralis. versi. ceterum. de re iud. Alex. consi. xj. alias consil. viij. lib. vij. Dec. cccij. in simili. Castr. dccclvj. viso Abb. Aret. & alij cum à nobis. de testib. Felin. cap. ad audientiam. de præsumpt. Barba. consi. lviij. Et certa est iuris conclusio, quod sicut † Imperator non potest legitimare in terris Papæ, & vice versa Papa in terris Imperij. cap. per venerabilem. extra, qui sit. sint legit. Ancha. cccxxj. Bartol. in authent. ex complexu C. de incest. nupt. & est communis opinio, secundum Imol. in c. pastoralis. in princ. de off. ord. Iason. consil. lxx. in iij. ita non debet posse fieri Ferrariæ, quæ est extra iurisdictionem Pontificis, saluo tamen directo, &c. Dec. cl. num. v. sicut nec Paduæ, secundum Ias. d. consil. lxx. vel Florentiæ, secundum Dec. cccclvij. Lucæ, Dec. cccciij. Socin. cxx. memini. lib. iij. Ianuæ, Doct. dxxxiiij. Senis, Abb. xx. in vol. j. Dec. dlxxx. nec Mediolani ab Imperatore, quia habet solum directũ, secundũ Franciscũ Curt. cõsi. lxv. & xciij. versi. quinto principaliter quia. Et † non potest dominus directus apponere manus ad iura domini vtilis inferioris. Alexand. consi. lx. visa legitimatione. in ij. Afflict. decis. Neapo. cxxviij. fuit dubitatum. Corn. xciij. in ij. cc. in princ. in iiij. & de Duce Mediola. Socin. iij. in iij. Alex. xj. in iij. Bal. cclix. quemadmodum. in iij. Ang. cxvij. Dec. cccxiij. Bart. xxxiiij. præclare. in ij. Curt. iunior c. in Ducæ ianuæ. Bald. clxxxij. in v. Mantuæ. Curt. iunior lxj. Quod videtur procedere etiã patre petente: quia non potest † prorogare, vt sentit Dec. d. consil. cl. & consi. dlvij. vbi dicit esse communẽ opinionem contra Paul. Castren. consil. ccxxiij. de quo etiam per Capr. consi. ij. Corn. consil. j. lib. iij. consil. ix. lib. iiij. post Bartol. in d. l. quia in prouincia. §. Diuus. de ritu nupt. Nec obst. statutum Ferrariense, quo cauetur, quod filia sit contenta eo quod pater dederit, nec aliud quid petere possit donec erunt aliqui de descendentibus, vel ascendentibus masculis, natis ex legitimo matrimonio saluo nisi fuerint legitimati de voluntate patris, &c. Nam respondeo, quòd dictio † illa legitimati, posita in statuto refert se ad tempus delatæ hæreditatis, secundum regulam §. cum autem. inst. de hæred. quæ ab intest. eo autem tempore non erat legitimatus: quia prima legitimatio fuit nulla, vt dixi: respectu verò secundæ erat legitimandus: vnde † dispositio statuti per participium præteriti temporis concepta, & sic de legitimato loquens, non erit extendenda ad futurum, id est ad legitimandum. l. si à colono. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verbo. obligation. & quòd in statuto tradit Bald. in l. si matre. C. de suis & legitim. Bald. Paul. Castren. Corn. & cæteri in l. non sine. C. de bonis, quæ liber. per Bartolum consil. xxxj. quidam decesit. cum similibus. Idque maximè est dicendum in hoc statuto satis odioso, in fauorem legitimatorum contra

tra

tia verè legitimos inducto, quod est correctorium iuris communis: maxime regulæ quæ ponitur in §. & quoniam variè. in authen. quibus mod. natur. effic. sui. cum similibus. Et ita ego sentio, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII SVMMÆ.

1 *Filium ad partem dispensari nec proximiores citari.*
2 *In legitimatione spurij citatione opus non esse.*
3 *Spurium legitimis existentibus dispensari, nec illos in casu citari.*
4 *Filij cum non haberent aliud ius viuente patre, quàm legitimæ, non videtur quod sint citandi.*
5 *Dispensatio extraiudicialis non requirit citationem, quorum interest.*
6 *Causæ cognitio quæ in legitimatione, & quæ necessaria sit.*
7 *Legitimationem limitatam in forma considerari.*
8 *Abolitio tollit vitium præcedens.*



Consultoris suprascripti placet mihi conclusio perrationes suas, quibus eleganter & copiosè respondum est argumentis contrariis. Etenim verũ est, quod omnis legitimatio quamuis ampla, est dispensatio, vt est text. in c. per venerabilem. extra, qui fil. sint legit. Sed quoad obiecta, quæ fiunt, potest considerari dispensatio quadrupliciter. Primò modo, quando filius † non restituitur natalibus; sed simpliciter dispensat, quod possit esse capax respectu certę partis, secundùm Paulum Cast. in l. adoptiuum. §. patronum. ij. ff. de in ius vocand. Socin. in l. falsa. ff. de conditio. & demonstra. quo casu videtur Socinus requirere citationem proximiorum, vt per eum consil. xviij. inter consi. Franciſci Curtij, & Dec. consil. cclxiiij. quorum sententia non videtur vera. Cum enim citatio fiat propter læsionem proximiorum, l. nam ita Diuus. ff. de adopt. si non requiritur in plena legitimatione, quando derogatur in totum † multò minus in ista quæ præiudicat tantum parti secundum d. Lancelot. Galliaul. in repetit. dicti §. & quid si tantum. vbi reprobat hanc opin. Socini, & fuit argumentum Pauli Castrensis inter consilia Rapha. Comen. consil. lxxxxviij. in subscriptione: sed de hoc in casu nostro non est disputandum, cũ legitimatus ille de quo agitur fuerit plenè restituturus natalibus. Secundo modo dicitur dispensatio, quando legitimatur spurius cum cuius matri non potuit esse matrimonium, quia vbi non potuit est veritas matrimonij, ibi nec imago fingi potest. l. j. C. de dediti. liber. tollend. secundum Paulum de Castr. cons. ccxix. Decium dicto consil. cclxiiij. & consil. cccvij. quæ opinio respectu nudi nominis potest aliqualiter tolerari, sed quoad effectum nullo modo est tenenda, & eam reprobat Ruyn. in rubric. ff. de libe. & posth. & ibi sum sequutus, quia legitimatus non fingitur legitimus, tanquam præcesserit matrimoniũ cum matre, vt credidit Paul. Castre. sed tanquam natus illo iure naturali, quo omnes legitimi nascebantur, & fictio refertur ad dictum tempus, nõ autem ad conceptionem matris, vt dicitur in l. ij. ff. de inat. restit. & in §. si quis ergo filius. in auth. quibus mod. na. eff. sui. & ipse Paul. Castren. in alia specie tenuit cõtrarium, dum consuluit filium sacerdotis posse legitimari à quolibet Comite Palatino etiam Cæsareo, & habente simpliciter potestatem legitimandi, & tamen

A tale vitium est in radice matrimonij: quia sacerdos non potuit matrem in uxorem ducere, tenuit Paul. Cast. consi. cij. in ij. sequitur Cardin. Alexan. in d. c. per venerabilem Soci. consi. xcv. in iij. Curtius iunior. cxxxvj. & facit gloss. in §. fin. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. Et quod talis ratio seu consideratio radicis matrimonij, non sit bona, satis sentit etiam Socin. dicta l. Gallus. §. Item si aliàs nullas legitimatio Imperatoris esset vera legitimatio cum ipse non possit respectu matrimonij dispensare, vt dixit Alexand. in d. §. patronũ. quod est contra textum & ibi Bart. in l. qui in prouincia. §. j. de ritu nup. Item quod in hac legitimatione non sit necessaria citatio satis firmat Bart. & cæteri in d. §. & quid si tantum. qui simpliciter dicunt non esse necessariam quando legitimatur spurius. vnde cum loquatur de spurio non habente de simplici naturali satis apparet, quod negligerunt istam subtilitatem radicis matrimonij: & sentit Cardin. Paris. consi. ij. in ij. & siue ista sit dispensatio, siue legitimatio, mihi infertur quod magis sit necessaria citatio hoc casu, quàm in vera legitimatione, semper enim subest eadem ratio, quod pater potest arbitratu suo de re sua disponere. Tertio modo dicitur dispensatio, quælibet legitimatio quæ requirit causam, vt quia extenditur filij legitimi. §. generaliter. in authentic. quibus mod. nat. effic. sui. & tali casu loquitur Anchar. in dicto consil. cclxvij. qui est casus noster. Sed in hoc dico, quod si diminueretur legitima iustis filiis, tunc procedat opinio Anchar. in dicto consil. & Socin. in dict. §. & quid si tantum. si verò non diminuitur, quia iusti filij habent longè plus legitima, vt in casu nostro, tunc non est opus alia citatione per rationem Bart. in d. §. & quid si tantum declarat. Bal. consi. cccvj. in ij. & cv. vol. v. cum † filij non haberent aliud ius viuente patre, quàm spem legitimæ, non videtur quod sint citandi l. cum adoptio. ff. de adopt. Et quia quamuis citati impedire non posset, l. qui potest in ius. ff. de reg. iur. Et quia dispensatio † extraiudic. non requirit citationem eorum quorum interest. Imol. in c. nisi cum pridem. verb. indulgere. extra, de renun. But. c. debitores. extra, de iureiur. Abb. consil. lxxxiiij. vol. j. Et quamuis † lex dicat, quod existentibus filiis requiratur causæ cognitio. d. §. generaliter. non tamẽ requiritur in vim iudicialem. vt filij sint citandi. & satis est, quod talis causa visa. sit Comiti, vel principi legitima aut honesta, etiam si non esset, secundùm Baldum in l. si testamentum. C. de testam. Decius consil. cccvij. & voluntas patris, & boni mores spurij, videntur sufficere, propter rationem vinculi naturalis, secundum Angel. dicto consil. ccl. qua ratione Iugurtha fuit adoptatus à patruo, vt est apud Salustium. Quarto modo † potest dici dispensatio, quando legitimatio fuit limitata quoad certam speciem, vel quantitatem, seu modum succedendi, vt declarat Paul. Castren. in l. pactum. C. de collatio. Corneus consil. iij. vol. j. Et in hoc communiter traditur, quod si quis respectu personæ sit plenè legitimatus, seu restitutus, nihil refert, quod modus sit adiectus respectu successionis, secundũ Cassi consil. cclxxj. Soc. cclxvj. Cur. lxxiij. Dec. cclviij. in fi. cclxiij. in fi. & talis legitimatio nihilominus, tanquam beneficium Principis, reciperet latum interpretationem, secundùm doctrinam Bar. in l. ij. in princip. de verb. obl. ficeret aliud sit, quando etiam respectu personę esset limitata, quo casu loquitur Angel. consil. ccxlix. Dominus Papa & Alexand. consil. clxxiiij. in vij.

Et cum in casu nostro non possit negari, quin saltem respectu personæ, iste spurius sit restitutus, & non tractetur: quod ipse succedat, sed eius filius, qui ab auo vocatus, est ad fideicommissum nulla videtur subesse difficultas, quin sit admittendus: quia lex prohibens filium spurij capere existentibus legitimis, de quo in glossa l. fin. C. de natura. lib. per doctores in d.l. Gallus. §. quid si is. intelligitur de spurio omninò: nō quod respectu saltem personæ sit restitutus. propter enim abolitionem maculæ in persona, cessat ratio exclusiua nepotis, propter vitium paternum, cum tale vitium sit abolitum. † Abolitio enim sustulit vitium præcedens, argu. l. præses prouinciæ: ibi, præfata abolitione sopitum crimen. C. de abolitionib. tit. generali & de spurij filio, an instirui possit: vide latè Bart. d. §. quid si is vbi dixi. Et ideo concurro in sententiā suprascripti domini consultoris, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XI. SVMMÆ.

1 *Naturales filij per subsequens matrimonium efficiuntur legitimi.*
2 *Alimenta naturalibus debentur.*
3 *Legitimatus ampliùs non dicitur persona turpis.*
4 *Quis potest legitimari vt succedat in quanta parte voluerit Pater.*
5 *Pactum quod filius non succedat, nisi in quantum voluerit Pater reiicitur, cùm sit contrarium naturæ legitimationis, quæ debet esse vniuersalis, aliàs esset monstruosa.*
6 *Verba priuilegij proprie debent interpretari.*
7 *Legitimatio est actu fauorabilis & dicitur concessio gratiosa.*
8 *Priuilegium etiam fauorabile, non trahitur ad alium casum, in quo sit minor ratio.*
9 *In materia legitimationis cui conceditur fauorabile quod est minus, non intelligitur concessum odiosum quod est plus.*
10 *Comes habens priuilegium legitimandi, non tamen potuit legitimare Infantem.*
11 *Comes habens priuilegium legitimandi filios, & naturales, & spurios, non tamen poterit legitimare naturales ad petitionem ipsorum.*
12 *Habens potestatem legitimandi spurium & incestuosum non poterit legitimare eum qui vtrunque habeat.*
13 *In materia filiationis Canonistarum opinio est tenenda.*
14 *Legitimationem reiecto pacto puram censeri.*
15 *Pactum modale vitiatur, & non vitiat.*
16 *Pactum impossibile, seu modus impossibilis non vitiat contractum.*
17 *Si monachus tempore ingressus monasterij per pactum sibi reseruet dominium rerum, pactum reiicitur, & ingressus tenet.*
18 *Si quis donaret iuspatronatus ecclesiæ & apponeret pactum, quòd donatarij tenerentur præsentare ad voluntatem alterius Episcopi, istud pactum vitiatur & non vitiabit.*
19 *Si fieret donatio ecclesiæ cum pacto, quod non pertineret ad Episcopi ordinationem, tale pactum vitiaretur non autem nuntiaret.*
20 *Doctores debent intelligi secundùm iura quæ allegant.*
21 *Vtile per inutile vitiatur, quando sunt simul connexa ex voluntate disponentis.*
22 *L. Pedius declar.*
23 *L. in ambiguo de rebus dub. declar.*
24 *Legitimatum purè legitimatorum iure succedere.*

DOminus Angelus habuit duos filios, Lancelotum & quendam aliū, qui erant naturales, & fecit hos legitimare per Comitem Palatinum habentem priuilegium ab Imperatore, quod posset legitimare quoscunque spurios, &c. & sic isti legitimati verè, addita clausula, ne possent succedere nisi in quantū vellet pater suus. Sed iste pater postea † duxit vxorem quandā mulierem, ex qua habuerat alios filios naturales, quo casu isti naturales censentur legitimati, seu verè legitimi. c. tanta. qui fil. sint leg. instit. de hęred. quæ ab intest. §. j. cum simil. Accedit, quod dictus Do. Angelus fecit testamentum & Lanceloto nihil, seu parum quid reliquit, secundum consilium glo. in l. nam & his. ff. de inoff. test. Sed reliquit aliis filiis, qui erant legitimati per subsequens matrimonium, & sic dictus testator mortuus est. Nūc quæritur principaliter de duobus. Primum est, an dictus Lancelotus possit consequi alimenta à fratribus suis, & hæredibus patris. Secundum verò, an possit etiam ipse succedere vnà cum fratribus, tanquam legitimus, ritè & rectè, &c. Et circa primum breuiter agendo, quia non est casus multum dubitabilis. Clarum est, quod dictus † Lancelotus debet habere alimenta, & hoc tex. vbi casus in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. si quis igitur non habens. vbi glos. idem firmat. ad idem est tex. in §. discretis. vbi Bart. eodem tit. & Bar. in tracta. alim. versiculo quæro, an pater. & idem tenet Angel. in dicto §. si quis igitur & hoc tanto magis procedit de iure Canonico, per text. in cap. cùm haberet. de eo, qui dux. in mat. quam pollu. per adult. glos. Bart. & Alexan. in l. si quis à liberis. §. vtrum. ff. de lib. agnosc. vbi allegat Alexand. concordan. & ad hæc alimenta præstanda tenentur dicti fratres Lanceloti, duabus rationibus. Primò quia hæredes patris: nam etiam si essent, extranei tenerentur, quia hæredes, per text. in dict. §. si quis igitur. Secunda ratio est, quia etiam posito, quod dicti fratres non fuissent hæredes patris: tamen tenerētur ad alimenta fratris naturalis, per ea, quæ ponit Bart. in dict. l. si quis à liberis. §. vtrum. in fi. vbi idē tenet glos. & glos. & Bart. in l. pater. C. de alien. lib. Bald. in l. prima §. ius naturale. ff. de iust. & iur. & est text. vbi Bald. in authent. licet. C. de nat. lib. Angel. de Aret. instit. de iur. natu. in fin. princ. cum similibus: quod tamen intelligit procedere Ang. in dicto loco, nisi sit artifex filius, & talis, qui possit sibi alimenta parare. per glos. in d.l. si quis aberit. §. si filius fam. vbi idem tenet. Bart. & Alexand. sed iste Lancelotus non est talis, qui possit facere aliquam artem, quia non est edoctus, ergo, &c. Itē non posset, attētata dignitate familię, ergo &c. per l. nepos ff. de verb. signifi. & not. per Alexan. in prædicto loco. Et hæc procedunt in filio naturali: quanto magis igitur in eo, qui sit legitimatus, licet non succedat: nam ista legitimatio multum † operatur, quia non videtur, quod possit amplius dici persona turpis. Bald. in l. Imperialis. C. de nupt. Iason. in lege, si is, qui pro emptore. ff. de vsucapi. Circa secundum vtrum possit † quis legitimari; vt succedat, sed in quanta parte voluerit pater, licet articulus sit disputabilis, tamen tenendo communi dicendum est, quod sic, & valet talis legitimatio, quam opin. tenuit. Barto. in l. quæsitum. in reportatis antiquis. ff. de acquirend. hæredit. Ludouic. Roman. in lege, qui superstitis, eodem titul. Ludouic. Roman. Paulus.

BIU Cujas

ius Cast. Alexan. Iaſo. Corneus. in lege, pactum quod dotali. C. de collat. Franc. Crem. in ſing. xvj. incip. pater poteſt. Iaſ. in l. j. §. hoc autem. ff. ad Treb. & conſulēdo Alex. in cōſilio xxviiij. in iiij. volum. Sed quando fit hoc modo, non autem ſimpliciter, non eſt proprie legitimatio: ſed tranſit in aliud nomen, & vocatur diſpenſatio, vt dicit Pau. Caſt. in l. j. in fi. C. de iur. aurian. Paul. Caſt. & Alexan. & alii in d. l. pactum quod dotali. Paul. de Caſt. in lege, ſolet. ff. de iur. omni iud. vbi dicunt, quod ita conſuluit Ray. de Forl. vt ibi per eos. nam aliàs iſtud † pactum, quod filius non ſuccedat, niſi in quantum voluerit pater, reiiceretur: quia eſt contrarium naturæ legitimationis, quæ debet eſſe vniuerſalis, aliàs eſſet monſtruoſa, vt eſt text. in ca. per ven. qui fil. ſint leg. tranſit igitur in aliud nomen, vt ſuprà concluſum eſt. Quare dico, quod Comes Palatinus habens licentiam ab Imperatore legitimandi naturales ſpurios, &c. non tamen poterit facere iſtam diſpenſationem nam diſcedendum non eſt verbis priuilegii, quod habet dictus Comes. cap. porro & cap. recipimus. de priuil. lege, cum precibus. C. de probat. in his terminis firmat dict. Iaſo. in lege, Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu.

Item † verba priuilegii proprie debent interpretari. ca. cui de ſacerdotali. de præb. Sed diſpenſatio non eſt propriè legitimatio, vt dicunt præfati doctores, ergo, &c. Item & ſecundo legitimatio eſt † actus fauorabilis, & dicitur conceſsio gratioſa, vt tenet Bart. & Mod. in lege, ij. de ver. oblig. Abb. in ca. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iud. & dicit dict. Philip. Dec. in conſi. lxxvj. quod eſt communis opinio. iſta verò diſpenſatio eſt odioſa, vt eſt text. in cap. filii nati. ſi de feud. conter. ord. fit inter dom. & agn. vbi dicitur, quod ratione iuris naturalis reprobatur. Item monſtruoſa, vt eſt text. in ca. per venerabilem qui fil. ſint le: & not. Paul. de Caſt. in dicta lege, j. C. de iur. aur. an. Iaſ. in rubr. ff. de liber. & poſthu. Ergo non eſt par ratio vnius & alterius. Vnde † priuilegium etiam fauorabile non trahitur ad alium caſum, in quo ſit minor ratio. vt not. dom. de ſan. Gem. in ca. j. per illum tex. de gl. preſb. lib. vj. & in ca. item ſi is. eodem tit. & lib. Idem tenet D. Card. & Petr. de Ancha. in cle. ſi. in fin. de priuileg. fortiùs facit, quia etiam ſi eſſet par ratio de vno ad aliud, non tamen in priuilegiis etiam gratioſis licita eſt extenſio, ſecùs ſi eſſet maior ratio, vt per dict. Abb. in ca. at ſi clerici in §. de adulteriis. & ibi. Philip. Dec. de iud. Abb. in ca. ad aures. de reſcript. in cap. per venerab. vbi dicit, hanc eſſe communem opinio. qui fil. ſint leg. late Felin. in cap. poſtulaſti. de reſcrip. facit quod not. Iaſ. in l. ij. ff. de verb. obligat. vbi in materia legitimationis dicit. quod † cui conceditur fauorabile, quod eſt minus, nō intelligitur conceſſum odioſum; quod eſt plus vt ibi per eum. Cùm igitur Comes Palatinus habeat tantum priuilegium legitimandi, vt patet in eius priuilegio ad me tranſmiſſo, certè non dicitur habere priuilegium diſponſandi. Comprobatur per illud quod tenet Ang. in l. inuiti. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieno. vbi dicit, quod † Comes habens priuilegium legitimandi, non tamen poterit legitimare infantē, quia in eo eſt maior ratio, quam deciſionem ſequitur Dec. in conſilio lv. in prin. ad idem facit, quod tenet Iaſ. in lege, Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. vbi vult, quod talis † Comes habens poteſtatem legitimandi filios. & naturales, & ſpurios, non tamen poterit legitimare naturales ad petitionem ipſorum: quia, vt dixi, in his eſt maior ratio. Ad idem communis Canoniſtarum opinio relata per omnes Mod. in l. ij. in princ. ff. de ver. oblig. Quod † habens poteſtate legitimandi ſpurium, & inceſtuoſum, non poterit legitimare eum qui vtrunque habeat, ex quo illud eſt magis odioſum & licet legiſtæ aliter teneant, apud Canoniſtas tamen communis eſt in contrarium, vt ibi dicunt Mod. quorum Canoniſtarum opinio videtur tenenda † in materia filiationis, per ea quæ ponit Petr. de Anch. in diſputa. ſua incip. Antiquis & Modernis temporibus viri Catholici, &c. Phil. Dec. in conſilio cxj. not. per Bar. & alios in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccl. His ergo ſtantibus in propoſito pariformiter non videtur, quod habens priuilegium legitimandi, poſsit diſpenſare. Quare † ſi iſte Comes Palatinus dixit, legitimo te cum hoc, quod non ſuccedas niſi in eo, quod voluerit pater tuus, cum non potuerit iſte Comes addere illud pactum iſta legitimatio debet eſſe pura, & reiici illud pactum, cum ius legitimandi illi conceſſum ad hoc extendi non poſsit. iſtud probo per plura. Et primo de hoc videtur deciſio in terminis Pau. caſt. in dicta l. j. C. de iur. aur. an. in verb. in contrarium, &c. vbi præſupponit expreſſe, quod dato caſu, in quo iſtud † pactum modale addi non poſsit, vitiatur, & non vitiat. per tex. in l. cum precario. ff. de preca. Secundo pro hac parte facit, quia iſtud pactum, ſeu iſte impoſsibilis reſpectu ipſius Comitis, quia non habet tam latum priuilegium: vnde ſuccedit regula, † quod pactum impoſsibile, ſeu modus impoſsibilis non vitiat contractum. l. per ſeruum. §. de vſu & habit. per quem tex. ita tenet Aret. in l. impoſsibilis. ff. de verb. oblig. vbi idem tenet Ang. de Peruſ. & eſt gl. quam ibi not. Bal. Rimin. Alex. Iaſ. in l. cum donationis. C. de tranſact. Vitiatur igitur ipſum pactum, nō autem actus, ſeu contractus. Tertiò pro hac facit deciſo Bart. in aut. ingreſsi. C. de ſacr. eccl. vbi poſt gl. ibi tenet quod, † ſi monachus tempore ingreſſus, per pactum reſeruet ſibi dominiū rerū, q. pactū reiicit, & ingreſſus tenet & illā gl. & doct. Bar. comiter ſequūtur Doct. tam legendo, quàm conſulendo, vt ibi per Iaſ. & vltra eum per And. Sicu. vbi latiſsimè examinat in conſi. textus in l. ſi quis ita hæres. vbi Ioannes de Imol. ff. de hæred. inſtit. Quartò, pro hac opi. facit deciſio Domini de ſan. Gemi. in c. j. de iur. patr. lib. vj. vbi notabiliter decidit, q. † ſi quis donaret ius patronatus eccleſiæ, & apponeretur pactum, quod donatarii tenerentur præſentare ad voluntatem alterius Epiſcopi, iſtud pactum vitiabitur, & non vitiabit: quia eſt impoſsibile de iure, & contra concilium Lateranenſe, de quo habetur in c. ij. de conc. prælat. vt ibi per eum, cuius deciſionem refert, & ſequitur D. Pau. de Citad. in tract. Iuriſpatr. in iij. par. in ij. cauſa. in viiij. quæſt. ex qua infert, quod † ſi fieret donatio eccleſiæ cum pacto, quod non pertineret ad epiſcopi ordinationem, tale pactum vitiaretur, non autem vitiaret. facit glo. in c. ſi quis baſilicam. de conſecr. diſt. j. & ibi Archid. not. illam glo. ad idem gl. in c. ſic quidam. x. q. j. & ibi Gemi. Nec obſtat ſi diceretur, quod quamuis modus vitietur, non vitiet, quod iſtud procedit ipſo iure, ſecus in effectu: quia ope exceptionis vitiabitur etiam ipſe actus, prout voluit Ange. in l. impoſsibilis. ff. de verb. oblig. per gl. in lege, cum donatio. ſuprà alleg. Quia reſpōdeo, iſtud dictum Ang. q. ſequi videtur Corn. in l. ab admini-

ſtrarione. C. de legat. non eſſe verum, nec gl. per eum allegata illud dicit, & dictum Ang. in ſpecie reprobat Are. in d. l. impoſsibilis, per deciſio. Bart. in d. Auth. ingreſsi. & certe non puto, quod ſit vera, per ſupradictas deciſiones, quicquid dicat Alex. in d. l. impoſsibilis, præſertim quia gl. in d. l. cum donationis, probat contrarium. Nec obſtat, quod quãdo Comes Palatinus in legitimatione adiecit modum ſibi non conceſſum per Imperatorem, legitimatio in totum debet eſſe nulla, vt not. tradit d. Alex. in conſi. vlti. vol. vij. Quia reſpondeo, quod Alex. loquitur in caſu, quo vtrunque vitiaretur: puta, quãdo eſſet conditio ſecunduml. impoſsibilis. ff. de verb. obligat. nos verò loquimur in modo. nã Alexan. non reſpondet fundamentis ſuprà allegatis, & ideo debet intelligi, ſecundum iura, quæ allegat. Non obſtat etiam opin. Corn. in d. l. ab admi niſtratio. Quia loquitur in còdotine, nõ in modo, in quibus eſt magna differentia, vt not. in d. l. impoſsibilis. Nec tex. in l. militẽ. C. de cond. ob cauſ. aliquid facit: quia in noſtro caſu non erat aliqua datio ob cauſam, ex qua poſſet dari repetitio, quod eſt in d. l. militem. quare teneo opio. Aret. & Bart. quæ per ſupra dictas deciſiones videtur eſſe communis. Eſt verum, quod contrà, hanc opinionem facit. Primò, regula, quod † vtile per inutile vitiatur quando ſunt ſimul connexa ex voluntate diſponẽtis, vt eſt tex. in l. Pedius. ff. de arbit. Bart. in l. gregre. §. j. in fi. ff. de fideiuſſ. nam teſtator non habuit in mente legitimare dictum Lancelotum: niſi vt ſuccederet cum illo pacto, aliàs non legitimaſſet: & propterea, ſi vnum non valet, non debet valere aliud. d. l. Pedius. Sed reſpondeo, quod debet talis contrahens ſibi imputare, ſi iura neſciuit. nam attẽditur quod expreſſum eſt, & lex fingit eum voluiſſe actum valere, reiecto impoſsibili. iſtud probatur ex ſuprà ſcriptis deciſionibus, vbi in monacho tenet ingreſſus, licet fortaſſe eius voluntas eſſet in contrarium, reiecto pactõ. & hoc idem tenet gl. in d. c. ſic quidam. x. q. j. Idem eſt in deciſ. Gemin. nã fortaſſe donans non dediſſet, ſi pactum reiiceretur. facit, quia iſta legitimatio, eſt actus ſolius Principis. Bart. in l. Gallus. §. forſitan. quẽ omnes ſequũtur. ff. de liber. & poſthu. Dec. in conſ. cl. vnde debet plus attendi priuilegium Comitis, quàm voluntas patris. Non obſt. igitur d. l. Pedius, quia non loquitur in † pacto modali; ſed in eo, quod æquè principaliter deducitur in contractum. nam neceſſe eſt quod illa lex limitetur per ſuprà dicta. Non obſtat etiam † l. in ambiguo. ff. de reb. dub. quam quidam adducebant in contrarium, quia ibi cum expreſſo non concordabat mẽs, ſed in noſtro caſu erat mẽs, licet modificata per pactum, aliàs obſtaret. d. l. prædictis deciſionibus. Et ex his concludo, quod dictus Lãcelotus cenſebitur † purè legitimatus, quo caſu debebit habere ſaltem quartã portionẽ eius, quod eſſet habiturus ab inteſtato. nam ſi inſtitutus eſt in tali teſtamento in modica parte, poterit petere ſupplementum, condictione ex l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. Bart. in l. ſi à milite. §. fin. ff. de teſtam. mil. vbi Bald. & Ang. & eſt cõmunis opinio. Si verò eſt præteritus, dicet nullum, per id quod traditur in auth. ex cauſa. C. de lib. præt. nam legitimatus ſimpliciter, habetur quoad ſucceſsionẽ pro vere legitimo, præſertim cum eſt legitimatus ante quam naſcerentur alii legitimi, vt per Bald. in l. ſi tẽ parens. C. de ſuis & leg. & in Margarita ſua, in verb. legitimatus. Item cum etiam ſui fratres ſint & ipſi legitimati per ſubſequens matrimonium. Et hæc mihi videntur de iure vera. Saluo tamen iudicio vniuſcuiuſque rectius ſentientis.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

1 *Ciuitatem conceſſam animo quæri.*
2 *Modum poſt ius quæſitum impleri.*
3 *Interpellati vt veniant ad habitandum non cadunt à iure ciuilitatis, niſi fuerint negligentes per annum integrum.*
4 *In obligatione modali non committitur mora ſtatim ex implemento vnius.*
5 *Interpellatione opus eſt vt debitor modum adimpleat.*
6 *Interpellatio ſolenniter facta conſtituit debitorem in mora.*
7 *Quis poteſt habere domicilium in duabus diuerſis ciuitatibus eodem tempore.*
8 *Excluſo Patre à beneficio ciuilitatis, non excluditur excluſus filius.*

PRiuilegii ducalis verba ſunt, intelleximus ſibi in animo eſſe reliquum ſuæ vitæ tempus velle tranſigere ſub patrocinio, & auſpiciis noſtris &c. quibus verbis adimplendis ſufficeret, quod tunc iſti Bononienſes † fuiſſent eius animi, & conſequerentur priuilegium ciuilitatis, licet mutarent propoſitum & intentionem. l. j. §. vnde quærit. Offilius. vbi Bald. & Alberic. ff. de exercito. per Bart. in l. cætera. §. fi. vbi Iaſ. enim xvj. ff. de leg. j. & nihilominus duraret priuilegium ſeu ciuilitas ſemel acquiſita, vt ibi dicunt Dd. & facit c. decet de reg. iur. in vj. Sed princeps non ſtetit in illis finibus verborum. verum vltra progreſſus eſt, modò in ea ſtent, habitent atque morentur, &c. quæ verba modificant † ciuilitatem conceſſam: & per vim modi probata ſunt. l. quibus diebus. §. Termilius. vbi Bar. ff. de cond. & dem. vnum ſequitur vt ciuilitas ſtatim ſit quæſita, licet deinde incumbat iſtis onus modum adimplendi. Quibus ſic ſtãtibus, reſponderi poteſt ad difficultatem contra eos motam modis quinque. Primò, quod quamuis † interpellati ſint vt adimpleant id eſt, vt veniant habitatum: tamen non cadunt à iure ciuilitatis: nõ ſi fuerint negligentes per annum integrum, vt eſt gl. cõmuniter approbata in §. ſi verò nõ implens. in auth. de hæred. & Falc. verbo, admonitus. Secundò, quia † in obligatione modali non committitur mora ſtatim ex implemento vnius: vt eſt tex. in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. ff. de præſcrip. verb. ſed prætereà † opus eſt etiam interpellatione: vt debitor adimpleat modum. arg. c. j. §. licet ſi de feu. fue. contr. & per Bal. in l. & ſi poſt tres. in repet. verſi. idem videtur in contractibus. refert & ſequitur Aret. in lege, ita ſtipulatus. verſ. ex quo conſequenter dicitur tertius. ff. de verb. obli. quæ † interpellatio ſi ſit ſolenniter facta, conſtituit quidem in mora, ſecundum legẽ, quod te. ff. ſi cer. pet. non vt ſtatim quis cadat à commoditate modi: ſed demum lapſo anno, ſecundum gl. in dict. §. ſi verò non implens. ſed in caſu noſtro non videtur, quod eſt fortius: commiſſa mora, quia iſte fecit quod potuit; perquiſiuit dominum, miſit familiam, &c. vnde non poteſt quicquam ei imputari. dict. lege, quod te. Tertiò, quia illa conditio. ſiſtet & habitet: &c. dicitur eneniſſe quamuis legatarius non omni momento ſteterit: & ideò quamuis aliquandiu latitauerit timore patroni, tamen ad legatum admittitur: vt eſt tex. in lege, ſi ita

si ita quis legauerit.ff.de cod.& dem. quando qui- A dem dicatur mecum morari: etiam qui ex causa iusta recesit.l.Caio.§.Imperator.ff.de ali.lega: ergo idem in casu nostro:pro tempore quo iste latitauit timore principis. Quartò quia conditio hæc seu modus:quod stet,habitet,& moretur,omnis consistit in arbitrio boni viri.l.Mæuia.§.j.ff. de ann. lega,qui non debet eos priuare vtilitate concessionis:sed cogere ex officio ad obseruationem modi. l.Mæuia decedens. ff. de man. test. & satis est si adimpleant modum habitando:prout faciunt alij B ciues Ferrarienses: vt in simili dicitur in l.quidam cum filium.ff.de verb. oblig. clarum autem est: q alii ciues ex negotiis exeunt ciuitatem:& stant absentes Bononiæ : & in aliis vrbibus vbi expedit: etiamsi causa non sit valde vrgens:& etiam si conducerent domum in alia ciuitate : non tamen per-
7 derent domicilium Ferrarienſe:cùm possit † quis habere domicilium in duabus diuersis ciuitatib. eodem tempore.l.assumptio.§.viris prudentib. ff. ad munic.vbi Bar.c.ij.de sepult.in vj.vnde proba- C tio:quod iste tunc esset Bononiæ nihil infert contra eum.Quinto & vltimò,priuilegium est cõcessum patri & filio,& constat quod filius ipse habitauit:vnde saltem ipse per successorium edictum est admittendus,quia filio nihil imputari potest: imò etiam si non habitasset adhuc admitteretur,ne cul
8 pa patris sibi noceret:vt est tex.in l.Titia.prima.§. si ea.ff.de leg.ij.quantò magis non debet ei nocere, qui habitauit:† excluso enim patre à beneficio ciuilitatis:non censetur excluſus filius , vt dicunt D Salic. & Aret.in l.iiij.C.de sacrosanct.eccle.vbi sum sequutus:&ita ego in suprà scripto casu arbitror iuris esse.Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIII. SVMMA.

1 *Declaratur consilium Anchar.169.*
2 *Modus ciuilitati adiectus à quo, & quando impleri possit.*
3 *Naturæ dispositionis modalis quæ.*
4 *Statim pœnale & odiosum loquens in forensi,& non subeunte onera, non debet extendi ad ciuem priuilegiatum.*
5 *Spem implendi modi solam sufficere.*
6 *Dispositio modalis transfert ipso iure ciuilitatem, licet deinde modus sit adimplendus.*
7 *Comminatio iudicis contra ius nihil operatur.*
8 *Index non debet abbreuiare tempus parti indultum à lege.*
9 *Dictio dummodo quid importet.*

CLarissime Iudex, licet existimem pro veritate à me allegatum in hac causa fuisse, quia tamen D. vestra adhuc dubitat : pro tollendis difficultatibus vt animus vester meliùs conquiescat, hæc pauca subiicienda duxi. Et in primis aduerten-
1 dum arbitror, quòd consilio Anch. clxviiij. † procedit in casu diuerso à nostro : imò præsupponitur expresse in illo consilio quod casus noster alio iure censeatur,quia fundamentum Anha. est, ex quo priuilegium ciuilitatis erat concessum absenti, qui ignorauerat, & nunquam subiuerat munera ciuitatis , & reliquerat hæredem non comprehensum in priuilegio, quod etiam si vellet deinde subire onera præterita, quod non posset nihilominus vti beneficio statuti , per quod masculus excludebat fœminam , rationi-
2 bus de quibus per eũ.In casu verò nostro iste† præsens impetrauerat acceptauerat; beneficiũ ciuilitatis , & ipsi delata est hæreditas seu successio non ex beneficio statuti , sed beneficio iuris communis , & paratus fuit adimplere modum, & soluere onera si qua interim occurrerunt. vnde dico, quòd Anch. præsupponit in casu nostro , quod hæreditas pertineat ad istum de Bono. Primò , dum præsupponit , si præsens ille fuisset, & impetrasset, quòd esset ciuis. Secundò, dum præsupponit, quòd si hæres esset comprehensus in priuilegio , & vellet retrò soluere onera, quod esset admittendus. Tertiò , dum dicit, quòd ante implementum modi non consequitur effectum ciuilitatis: lege , vniuersa.[& quòd ibi per Bar. & Bal. C. de prec. Impera.off. quæ verba significant quòd ipso iure est ciuis , tamen oportet deinde vt adimpleat, aliàs effectus ciuilitatis non habebit locum, & ita ibi dicunt doc. per eum allegati, quo autem tempore sufficiat adimpleri, est alia quæstio, de qua dixi in præallegatis,nec dicit Anch. quod ante implementum modi, non detur capacitas,sed quòd non datur, nisi adimpleatur deinde per eum, qui possit,id est, qui nominatus sit in priuilegio in re transmissibili , sed si persona ipsa viuat,prout in casu nostro, habuit Anch. pro certo,quòd posset adimplere,& traheretur retrò, quia ista est natura dispositionis modalis , vt Bar.in §.Termilius.l.quibus diebus. ff.de cond.& demon. Quartò , dum dicit quod in casu suo ille non poterat vti beneficio statuti,sed solum vti iure communi,vnde in casu nostro, cum iste amittatur secundum regulas iuris communis , cessat allegatio Anch.nec statutum ei obstat, quia loquitur in forensi,at iste qui impetrauit priuilegium non est forensis,quia ciuis,secundum Bar.in tract. represaliũ.in iiij.q.v.principalis.Alex.xxxiiij.in v. Dec. consi.cclxxxiij.& tale† statutum pœnale , & odio-
4 sum loquens in forensi,& non subeunte onera, nõ debet extendi ad hunc ciuem priuilegiatum, vt per Soci.consi.lxxvj.in iiij.& in simili per Alex. in l.si dignum.ff.ad leg.Falci.maximè cùm esset paratus subire onera,secundũ l.murileguli.C.de murile.lib.xj.vbi Bar.&per Bar.in l.si ita quis.§.ea lege. de verb.obl.Et eodem modo respondetur etiam ad consilium Dec.dclxj.dum dicit, quod siue illa verba,dummodo,&c.sient in vim conditionis siue in vim modi , debuit requisitum prius adimpleri , cum ante ciuilitas acquisita non fuerit, allegat Anch. allegato cõs.clxviiij.intelligitur enim Dec. secũdum allegata per Anch.quòd non acquiratur effectu,nisi sequuto implemento, & æquipa rat modum & conditionem ,quia in casu suo non poterat adimpleri modus cùm non viueret impetrator, & hæres nondum acceptasset, aliàs male allegasset Dec. Ancha. & quod plus est, æquiuocasset in terminis, quia præsuppossuisset æquiparare modum & conditionem quoad hoc, vt prius non quæratur quàm adimpletus sit modus , quod est falsissimum,secundum omnes vno ore. in d.§.Termilius.& l.j.C.de iis,quæ sub mod. & in terminis nostris multum iuridice consuluit Socin. consilio
G xviiij.in iij.vol.vbi concludit , † quòd spes sola, quòd iste possit implere modum ciuilitati adiectum , facit vt interim non admittatur aduersarius, & istud etiam sentit Bar.in d.§.ea lege. dict. l. murileguli.Ful. consi.cij. ad fi.Cast.consi.cxciij. potest quis dicere.& procedit secundum regulas generalis iuris.Quia† dispositio modalis ipso iure transfert ciuilitatem,licet deinde modus sit adimplẽd⁹,secũdũ omnes.d.§.Termili⁹,& in terminis per Bal.in c.dudũ.ij.de ele.vnde cũ i⁹ iã esset trãsla-

tum,

tum, licet posſit teſolui casu non ſequuti implementi, tale ius non perdit ſimplici interpellatione vel mora, nec etiam decem interpellationibus, ſed lapſu anni, ſecundum fil. communiter approbatã, in d. auth. de hæred. & fal. verb. admonitus. Et ideò nihil expedit diſputare, an requiratur bina interpretatio, & an adſit comminatio; de quo Rip. in l. ij. nu. xvij. de æden. quia †comminatio iudicis contra ius nihil operatur. rub. C. com. vel epiſt. nec debet † abbreuiare tempus parti indultũ à lege. l. ij. ff. de re iudi. Nec hic tractatur de iure quærendo, ſed quæſito ſtatim, per illa verba, eſto ciuis, adeo q̃ opi. Dec. in l. quod te. iij. not. nihil obſtat. Nec refert, quod modus eſſet facilis, & honeſtus. ideo nõ requiratur interpellatio, ſecundũ Pariſ. cõſi. xviiij. nu. xxiiij. in ij. & ſit in faciendo, ſecundum Fel. c. ij. nu. iij. de magiſt. quia non cadit quis à iure ſuo ſtatim, nec ideò minus verum eſt, quod ius incontinẽti tranſierit in eũ. Nec Fel. in cuiuscunq; de prob. xij. limi. negat, quin gl. in d. verb. admonitus. ſit vera, & communiter approbata, & quin ſit expectandus annus, ſed dicit, quod non requiritur duplex monitio, & quod illa tex. loquitur in caſu ſuo, qui caſus nihil commune habet, cũ regula de qua. ibi per Fel. cum noſtro autem eſt conformis, quia non vult aliquem non obſeruantem onus aliquod cadere, niſi lapſo anno, prout etiam tenet Alex. in l. j. de leg. ij. Nec Pau. Caſt. in d. §. Termilius. dixit, q̃ vbi onus poteſt explicari ante, quod verba illa faciant conditionem, quia non loquitur de potẽtia, vt ea ſufficiat, ſed de actu, quando teſtator vult, vt prius explicetur, ſed in caſu noſtro nõ id voluit Dux, quia dicendo, modo in ea ſter, &c. ſatis indicat ſe prius conferre ciuilitatem, ſed beneficio iã conceſſo, addere illud onus. & Cur. Se. conſ. lxxiij. de † dict. dũmodo ſimpliciter dicit eſſe limitatiuã, & in caſu ſuo non erat aliquod onus explicãdum. Quoad filium ego ſemper vidi in prac. ſeruari opi. Bar. in l. Centurio. quamuis ibi etiam ſequitur Rip. & ego ſolitus ſum ſemper ſequi, tanquam magis cõmunem, quicquid dicat Dec. d. conſ. cccxxij. & Alex. cxliiij. cum ſimi. Moder. & in iudicando, pro prementem teſtatoris, non eſſet ab ea recedendũ, præſertim cum aduerſarius contra expreſſam volũtatem teſtatoris, anhelat ad eius hæreditatem.

CONSILII XIIII. SVMMÆ.

1 *Copulæ & natura.*
2 *Argumentum à fortiori in iure validum.*
3 *Æquiparationis vis.*
4 *Dictio liberè quid denotet.*
5 *Priuilegium commeatus prohibitione ſecuta valere.*
6 *Tracta quid ſit, & quomodo intelligi debeat.*
7 *Conſequenti conceſſo etiam neceſſaria antecedentia conceſſa videntur.*
8 *Habens ſalnum conductum pro eundo cenſetur habere etiã pro redeundo.*
9 *Dictionum liberamus pro conductoribus ſenſus.*
10 *De iure communi licet vnicuique bladum ſuum quocũque voluerit etiam extra territorium deuchere.*
11 *Priuilegia ſic interpretanda ſunt, vt aliquid operentur.*
12 *Ex obſeruatione poſtea ſecuta colligitur mens partium, & declarantur verba priuilegii, ſi qua in eis eſſet dubitatio.*
13 *In conſuetudine declaratoria verborum priuilegij ſufficit minus tempus, quàm in correctoria.*
14 *Realem conceſſionem in quemlibet tranſire.*

ARbitror ſcriptam concluſionem do-cõſultoris eſſe in iure veram, & quod Magnifi. Co. Camillus ſit immunis à tracta, & qualibet gabella pro rebus quas ex poſſeſſionibus ſuis extrahit, & extra territorium Mantuæ deferri facit. Et in primis hoc probatur ex illis verbis priuilegii, quibus dicitur, pro conductionibus de Mantua, & aliis locis territorii noſtri, ad eius poſſeſſiones, & extra territoriũ, noſtrũ bladorũ vini, victualiũ, ab omnibus datiis gabellis tractis, &c. in perpetuũ liberamus, eximimus ſi enim eſt immunis reſpectu eius, q̃ ex Mantua ad eius poſſeſſiones & extra territorium conducit, ſatis apparet eſſe immunem, reſpectu eius q̃ de poſſeſſionibus ſuis extra territorium cõducit. illa enim † copula, & extra territorium, non reſtringit reſpectu acceptorum in Mãtua, ſed ſimpliciter intelligitur vbicunque accepta ſint, ex quo per ſe principaliter videtur appoſita, ſecundum diſputationem Iac. But. de qua per Bar. in l. reconiuncti. de leg. iij. idque in materia fauorabili, vt dicit Io. de Imo. in clc. in pleriſque. de ele. & in ſi no. Lu. Ro. conſi. ciiij. Car. conſi. lviij. maximè cum maior ratio prohibitionis ſit in iis, quæ ext. vrbem exportantur, quam quæ extra ipſius poſſeſſiones. aut. multò magis. C. de ſacroſ. ec. cum ibi no. vnde à fortiori † debet habere locum in hoc priuilegio immunitatis, cum alias etiam in materia ſtricta, valeat tale argumentum. gl. c. in literis. de reſt. ſpol. vbi Bal. & in l. tranſigere. C. de tranſac. vbi omnes notant. Idque ſuaderetur etiam aliis verbis priuilegij, quatenus in eo dicitur, volentes eum frui quibuſcũq; immunitatibus, & exemptionibus, in datijs quibuſcunque quibus nos vtimur & quibus verbis æquiparat priuilegium Comitis, ſuis priuilegijs, vnde ſicut princeps ipſe poſſet, ita etiam videtur, quod poſsit Comes virtute iſtius † æquiparationis, per ea quę not. doc. in l. j. gl. l. princeps. ff. de legib. Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. Soc. conſi. clxiij. in ij. cum ſimilib. Subiicitur quoque in dicto priuilegio, quod poſsit tenere & ſeruare foris, & extra ciuitatem vbi maluerit, omnia blada, & introitus cuiuſque ſortis, impunè & liberè, non ſecus quam nos facere poſſumus. illat. n. dictio, liberè, ſignificat, q̃ arbitratu ſuo poſsit deferre, vbi velit aliàs non haberet liberè, in dictis locis, ſecundũ gl. in c. ſi pro debilitate. vbi do. de offi. deleg. gl. in c. cum plures. de offi. deleg. lib. vj. doct. in c. reprehenſibilis. extrà, de appella. And. Sicu. in c. j. de off. ord. præſertim propter æquiparationem, ſicut nos facere poſſumus. &c. arg. d. l. princeps. & notatorum in d. l. j. de leg. j. Nec obſtat † ſi diceretur, quod eſto quod cõperat talis immunitas Comiti Camillo, tamen facta prohibitione per Ducem, ne blada extrà territorium deuehantur, deber accipere licentiam, & impetrare tractã, ſeu commeatum deducendi: quia quamuis cõceſſa ſit immunitas conducendi, debet intelligi, caſu quo poſsit conducere, quia non ſubſit prohibitio, vel impetrata ſit licentia: quia ſemper debet præſupponi habilitas. c. j. de ætat. & qualit. in vj. l. qui teſtamen. in prin. ff. de teſta. ſed tamẽ iſta obiectio, iudicio meo, non militat in caſu noſtro: quia imò immunitas comprehendit etiam hanc facultatem ſiun conſideremus verba priuilegij, ſeu mentẽ principis, ſeu etiam regulas iuris communis. & in primis verba dicunt, liberamus & eximimus pro conductionibus extra territorium: certè conductio extra territorium habet duplex onus, primum impetrandi tractam, ſecundum ſoluendi gabellã impoſitã, cũ igitur ſimpliciter dicatur, eum liberamus pro conductionib. extra territorium, debet intelligi ab vtroq; onere d. mulieri & Titio de cõc. & demonſt. l. ſi. §. ſi. de verb. oblig. maximè propter verba

ba specialia ab omnib⁹ datiis, gabellis, tractis, &c. A
illa. n. † dictio tractis, secundum vulgarem modũ
6 loquendi, & communẽ vsum, intelligitur propriè
de ista licentia vehendi extra territorium, quæ licẽ-
tiæ in iure appellantur, tractatoriæ l. pen. C. de
cur. publ. lib. xij. Cõsimatur hæc licentia, quia cõ-
ductiones extra territoriũ non possunt fieri absq;
dicta licentia propter prohibitiones principũ. vn-
dè cum talis licentia sit quædã antecedens, sequi
7 tur vt † concesso consequenti, etiam necessaria ante-
cedentia concessa censeatur. l. ij. vbi doct. de iur. B
omn. iud. quod maximè procedit in concessione
principis, secundum doct. in l. quidam cõsulebant.
de iud. & l. Barbarius. de offi. præto. & traditur per
Clau. de Aquis. in l. j. de op. no. nunt. sicut videmus
idem in consequentibus: vndè † habẽs saluũ cõdu-
8 ctum prò eundo, censetur habere etiam prò redeũ
do, l. j. C. de nauicul. lib. xj. vbi Bar. c. quia diuersita-
tem. vbi Abb. de concess. præben. Ad idem facit il-
la æquiparatio posita, in priuilegio, & iterata qua-
tenus dicitur, vt possit quibuscunque exẽptioni-
bus quib. nos vtimur, & rursus, nõ secùs quã nos fa
cere possumus. sicut enim princeps absque alia tra
9 ctatoria conducit, ergo propter † illã æquiparatio-
nem idem debemus dicere, in Comite. arg. not. in
d. l. princeps. ff. de legib. Suadent hoc etiã regulæ
10 generales. cùm. n. de iure communi † liceat vnicui-
que voluerit, etiam extra territorium deuehere, vt
not. omnes in c. j. extra. de const. lib. vj. & in l. j. C.
de sum. trin. Alex. cõs. lxxxvj. visa inquisit. lib. iiij.
& doct. in l. si quis post hoc. C. de ædif. priuat. istud
priuil. non potest intelligi respectu iuris commu- D
11 nis † intelligitur ergo respectu prohibitionũ, quæ
fiunt ab ipso principe, alias parum, vel nihil opera
retur iuxta not. in l. si quando. ff. de leg. j. Et hoc ma
ximè est dicendum in casu nostro, in quo tractatur
de beneficio principis, quod semper solet fauora-
biliter accipi. l. fi. ff. de const. prin. maximè cùm nõ
præiudicat alicui, & non tam priuilegium, quàm
beneficium dici possit, vt ibi not. & in l. si quando.
C. de bon. vac. lib. x. & satis apparet de fauorabili
mente concedentis, ex lectura dicti priuilegii, & E
ideo talis liberalitas debet plenissimè accipi. Ad-
do suprascriptis, q, intelligo semper, à tempore cõ-
cessi priuilegij ita obseruatum, vt Comes Baltha-
sar absque alia tractatoria, arbitratu suo, semper fe-
cerit fructus dictæ possessionis extra territorium
12 asportari, ex qua † obseruatione colligitur mẽs par
tium, declarari debẽt verba priuilegij, si qua in eis
esset dubitatio, prout certè non est. l. si de interpre
tatio. l. minimè. ff. de legi. vbi Ang. dicit, quod suf- F
ficit tempus decennũ, & probatur in l. diuturna. ff.
eo. tit. tradit Bar. in l. de quib. eo. tit. cum. n. sit con-
13 suetudo declaratoria † verborum priuilegii, sufficit
minus tempus, quàm in correctoria, vt habetur
etiam in l. C. quæ sit long. cons. Circa bona Pelaluchi, idem quoque est dicendum prout elegãter per
d. aduocatum & consulentem est deductum per ra
tiones suas. & præterea etiam est aduertendum:
quia dicta immunitas non est simpliciter concessa
hominibus habitatoribus dicti loci, sed etiam ipsi G
loco, vt appareat ex illis verbis. homines dicti loci
& locum ipsum vti frui, & gaudere, in perpetuum
suis solitis immunitatibus, &c, vnde cũ per illa ver
14 ba appareat, quod talis concessio † est realis transit
ad quemlibet dominum dicti loci, per regulam l.
formam. & quãquã. ff. de censib. & quod habetur in
c. decet. de reg. iur. li. vj. maximè cũ etiã appareat,
rationem priuilegij fuisse, vt locus induceretur ad
culturam qui alias erat sterilis, & collimitaneus, cũ
Vermensib. vt in eodem, quæ ratio facit vt tale be-
neficium transeat in quoscunque possessores, vt in
simili concludit Cor. cons. cclj. in causa inquisitio.
in iiij. vol. refert & sequitur Ripa. in tract. pestis, in
vltima par. n. cccxxxvij. Et hoc maximè dicendũ
in casu nostro stante consuetudine: quod semper
prætatus Comes & antecessores sui extraxerint tri
ticum absque alia licẽtia, arg. d. l. minimè. & suprà
dixi. Et hæc omnia saluo saniore iudicio.

CONS. XV. SVMMÆ.

1 *Inter legitimatos & alios agnatos vltrò & citrò sunt iura agnationis, & inuicem succedunt, secundùm gradus proximitatem, perindè ac si verè legitimi essent.*

2 *Comes Palatinus Imperatoris potest legitimare filium Sacerdotis.*

3 *Tempus legitimationis spectandum.*

4 *Citatio agnatorum in legitimationibus quando necessaria.*

5 *Omnis legitimatio, quamuis ampliſſima, dicitur dispensatio.*

6 *Dispensatio tripliciter accipitur.*

7 *Primo modo quando filius non restituitur natalibus sed simpliciter dispensatur, quod possit esse capax respectu certæ partis.*

8 *Secundo modo quãdo legitimatur spurius idẽ talis cũ cuius matre non potuit esse matrimonium. vbi. n. non potest esse veritas matrimonij ibi nec imago fingi potest.*

9 *Quis non fingitur legitimus tãquam præcesserit matrimonium cum matre, sed tanquam natus legitimus illo iure naturali: quo omnes legitimi nascebãtur, & fictio refertur ad dictum tempus, non autem ad nativitatem ipsius.*

10 *Tertio modo dicitur dispensatio quælibet legitimatio, quæ requirat causam, vt quia extent filij legitimi, & tunc necessaria est citatio, & quare.*

RE quisitus in casu proposito quid sen-
tiam, non potui detrectare, quin veritatis & iustitiæ, secundùm tenuem facultatem meam testimonium ferrem, sentio itaque magnificos Dominos Ludouicum, & Antonium, in hæreditate, de qua agitur potiores esse: etenim cõmunis est conclusio, quod † 1
inter legitimatos, & alios agnatos, vltrò & citrò sunt iura agnationis, & inuicem succedunt, secundum gradus proximitatem, perinde ac si verè legitimi essent. l. communium. vbi Bar. Bal. Salic. C. de nat. lib. §. filium verò. vbi Ang. in auth. quibus mo. na. eff. sui. & §. quapropter hoc à nobis. eo. tit. cũm cõcord. per Ias. in l. si is qui pro emptore. vers. viij. ff. de vsuc. & facit tex. in lege, cum adoptio. ff. de adopt. arguendo de adoptiuis, ad legitimatos, prout communiter faciunt doct. in locis vulgaribus: Nec obstant quædam, quæ aduersus legitimationem adduci videntur & in primis, quod isti essent filii sacerdotis, & ideo legitimari à principe seculari, seu ab Imperatore non potuerint. Quia respondeo, quod in hoc communis conclusio doctorum est in oppositum, vt notat Bal. in l. & si contra. C. de nuptiis, circa finem. Cãdin. in cons. iij. in fin. in titu. qui fil. sint leg. Paul. de Castr. consilio ccxxij. videndum est. in fin. Signor. consil. cxxvij. Decius cons. cclviij. vbi concludunt, quod † Co- 2
mes Palatinus Imperatoris potest legitimare filium sacerdotis: quia legitimatio est actus principis, & non patris. Vnde sufficit legitimatum esse laicum, in quem Comes secularis agit,

vt

vt per Socin. in l. Gallus. §. forsitan. in fin. de liber. & posthum. ita alias fuisse iudicatum attestatur Decius cons. cl. Secundò non obstat, quod hæreditas de qua agitur, sita sit in agro Placentino, qui nunc est iurisdictionis Pontificiæ, & ideo non videatur legitimatio ab Imperatore facta extra territorium, operari debere. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. Quia respondeo, quod satis est, quod tempore † legitimationis Placentia esset agri Imperatorii, vt notorium est, licet enim transiuerit deinde ad Pontificem, censetur cũ omnibus suis legibus, & qualitatibus transisse, secundum doct. Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act. alias fatuum esset credere, eos qui legitimati tunc Placentiæ erant, per status mutationem effectos esse illegitimos, imò sufficit semel, eos fuisse legitimatos vt perpetuos legitimationis effectus consequantur, secundum Bar. Alex. & cæteros in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil. Vltimò non obstat, quod isti videantur non legitimati, sed dispensati: & ideò † tali in dispensatione necessaria fuerit citatio agnatorum, maximè cum dispensationes huiusmodi odiosæ sint, & strictè accipiantur. Quia respondeo, aduertendum esse, quod † omnis legitimatio, quamuis amplissima, dicitur dispensatio, vt est tex. in c. per venerabilem. extra, qui fil. sint leg. Sed in proposito nostro videtur, quod † dispensatio possit accipi tripliciter vt in consi. viij. isto libro. † Primo modo, quando filius non restituitur natalibus, sed simpliciter dispensatur, quod possit esse capax respectu certæ partis, secundum Paul. de Cast. in lege, adoptiuum. §. patronum. de in ius voc. Soci. in lege, falsa. de cond. & demon. Dec. consilio cclviij. in fi. & iste non est casus noster: de hoc dicendum est, vt per Paul. de Cast. inter consilia Raph. Com. consilio. lxxxxviij. in subscript. & Lancelotum Galliaul. in dicta lege, Gallus. §. & quid si tantum. quicquid dixerit Dec. consilio cclxiiij. Secundo modo dicitur dispensatio † quando legitimatur spurius, id est, talis cum cuius matre non potuit esse matrimonium, vbi enim non potest esse veritas matrimonii, ibi nec imago fingi potest. lege, j. C. de lat. lib. toll. Paul. de Cast. consilio ccxviiij. vbi dicit, quod collegium Bonõ. ita consuluit. sequitur Dec. d. consilio cclxiiij. & consilio cccvij. sed ista opinio non videtur niti bona ratione: quia non fingitur quis legitimus, tanquam præcesserit matrimonium cum matre: sed tanquam natus legitimus, illo iure naturali, quo omnes legitimi nascebantur & fictio refertur ad dictum tempus, non autem ad nauitatem ipsius. l. ij. ff. de nata. restitu. & quicquid sit circa veritatem huius opinionis, etiam dato, quod ista esset dispensatio: tamen ratio, quę facit, vt sit dispensatio, nihil infert ad citationem magis, quàm inferat quælibet alia legitimatio: & ideo cõcludo isto casu nullã requiri citationẽ. & ita est de mẽte Barto. & cæterorũ in d. §. & quid si tantum qui formãt quæstionem in spurio, & sic in eo, cũ cuius matre non potuit esse matrimonij, & iste propriè est casus noster † Tertio modo dicitur dispensatio, quælibet legitimatio, quæ requirat causam, vt quia extẽt filii legitimi. §. generaliter. in aut. quib. mod. natura. eff. sui. & casu potest defendi necessarium esse citationẽ, ne diminuatur legitima filiorũ, & ita loquitur Petr. de Anchar. cõsi. ccxlj. de quo dicendũ est, vt alias dixi in d. §. & quid si tantũ quia iste vltimus nõ est casus noster. nec. n. vllos filios legitimos habebat pater. & ex iis concludo secundum suprascripta. Saluo semper meliore iudicio.

CONS. XVI. SVMMÆ.

1 *Immunitatis priuilegia ex causa reuocari possunt.*
2 *Priuilegium immunitatis est quædam nuda concessio, quæ non transit in contractum.*
3 *Sacerdotio translato, transfertur lex.*
4 *Priuilegia inducta à feudatariis extinguuntur consolidato feudo.*
5 *Ex subsequentibus declaratur intentio, &c.*
6 *Præsumitur perseuerantia non mutatio.*
7 *Quælibet dispositio magis interpretatur, vt sit perpetua, quàm temporalis.*
8 *Modicum verisimiliter contemni.*
9 *Indefinitiuorum verborum ius.*
10 *Si Princeps abstulit ex causa rem alicui, illa cessante, debet sibi restitui.*
11 *Præcedentia & consequentia inuicem recipiunt declarationem.*
12 *Immunitatis præscriptio quæ sit.*
13 *Vbicunque quis habet priuilegium immunitatis vel exemptionis, si describatur in libro debẽtium soluere, & sciat nisi appellet infra decem dies, amplius non auditur, & sibi præiudicat.*

ANisti de Parauexino possint pretendere immunitatem ab imbotaturis. vigore priuilegiorum, visis allegationibus ipsorum sentio quod non possint. Et in primis cum Illustr. d. Clara sit posita per instrumentum, in locum principis, videtur quod habeat iura principis in illa plebe Incini, vt per Ang. in l. iij. C. de nouat. & in l. fi. ff. de transact. vnde sequitur, quod potuerit reuocare † priuilegium immunitatis, per tex. in c. in nostra. extra, de iniu. Et ratio est, quia tale † priuilegium est quædam nuda cõcessio, quæ non transit in contractum, vt declarat Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & ibi Alex. in apostillis, vbi vult priuilegium habens causam successiuam, vt est, quod quis non soluat collectam, indistinctè posse reuocari, est ratio, quia tale priuilegiũ habet vim quandam pollicitationis in futurum: vnde ante euentum temporis, debet posse quãdocunque reuocari, & ita sentit Bar. in d. l. omnes populi. Item cum in facto præsupponatur istos fuisse ingratos versus dominam, debet ex capite ingratitudinis reuocare, vt in terminis dicit Bald. in l. ij. in vlt. verb. C. de libert. & eorum lib. & quamuis priuilegia immunitatum fuerint confirmata ab Illustr. Ducib. tamẽ non per hoc minus possunt reuocari. l. omnium. C. de testam. & quod not. in c. non potest de præb. in vj. Et hæc sola ratio sufficeret ad obtinendum in causam. Sed tamen respondendo, etiam particulariter omnibus subiectis. Non obstat primò priuilegium Comitis Aluisii de Verme: quia cum extinctum fuerit in ipsius, extinguitur & priuilegium, iuxta illa † translato sacerdotio, transfertur lex cap. translato. vbi Bald. & alij. extra, de constitu. & quod † priuilegia inducta à feudatariis extingantur, consolidato feudo: habetur in ca. j. circa med. de inuest. de re alie. facta in vsib. feu. per Bal. Salic. & Paul. Cast. in lege, & in prouin. C. de ser. & aqua facit ex. in lege, lex vectigali. ff. de pign. Non obstat priuilegium Ducis Francisci: & Galeacii: quia talia priuilegia fuerunt reuocata per literas ipsius principis Galeacii. nec obstant tria quæ adducunt contra ipsas literas. Primò, quod literæ non loquantur nisi de intratu illius anni, idq; suadeat etiã ratio, videlicet occurrõs

neces-

necessitas, quæ ratio non est perpetua nam re-
spondeo quod † ex subsequentibus declaratur in-
tentio principis. l. si seruus plurium. §. final. ff. de
leg. j. sed in fine manifeste ostenditur, quod vole-
bat dictas literas habere vim perpetuæ reuocatio-
nis, dum dicit: quod illi quibus reuocauit exem-
ptiones, qui sunt in terris alienatis, deberent sol
uere dictæ cameræ: & sic appareat per huiusmo-
di literas factam esse reuocationem, & quod sta-
tuit princeps de præsenti anno, voluisse etiam in
futurum obseruari: quia † præsumitur quod vo-
luerit, in eo perseuerari nec fieri mutationem. l.
in rebus. vbi Bald. ff. de const. princ. & mentio de
præsenti anno, censetur facta pro termino à quo
incipiat reuocatio, non pro termino in quem fi-
natur, ex quo † quælibet dispositio magis inter-
pretatur, vt sit perpetua, quàm temporalis. §. fin.
vbi Angel. instit. de iniur. Alexand. in l. qui in alie-
na. in princ. ff. de acquir. hæred. per Bartol. in l. ser-
uus. C. de pœn. Et quod hæc fuerit mens princi-
pis, ex eo apparet: quia reseruauit quosdam ha-
bentes priuilegia à patre suo, & Duce Philippo,
quos non reseruasset si voluisset literas habere effe
ctum pro illo anno tantum, ex quo † non est veri-
simile, quod curasset de modico illo præiudicio,
quod illis potuisset inferri per vnum annum tan-
tum, argument. l. scio. ff. de in integrum restit. &
per Alexand. consil. ccxvj. nec arguendi. libr. se-
cundo suadetur etiam ex ratione: quia in eis di-
citur, quod hoc fit, vt prouideatur occurrentibus
indigentijs, quæ verba † indefinita sunt, seu ge-
neralia, & se non referunt ad præsentes indigen-
tias, sed ad omnes quæ pro tempore occurrunt sta
tui, prout etiam ab eo tempore citra semper oc-
currerunt: & sic cessat ratio, qua dicitur, quod si
† princeps abstulit ex causa rem alicui, illa cessan-
te, debet sibi restitui, vt habetur in cap. quæ in
ecclesiarum. extra. de const. nam causa sibi assi-
gnata est perpetua, & adhuc durat. Non obstat
secundo, dum ponderant verba literarum, dum
princeps subdit, quòd sunt aliqui in locis alienatis, quibus reuocauit exemptionem, &c. quasi si-
cut in eo capite fecit expressam mentionem re-
uocationis, ita & esset facturus in principio, si vo-
luisset perpetuò omnes reuocare. argum. l. prima.
§. sin autem. ad deficientis. C. de cad. toll. Nam re-
spondeo, quòd illud † caput venit in consequen-
tiam præcedentis, vnde inuicem recipiunt de-
clarationem, d. l. si seruus. §. fin. & ex hoc secundo
capite, apparet mens principis, qualiter præsup-
ponebat per præcedentia verba factam fuisse re-
uocationem; nec enim constat alias reuocationes
factas fuisse per d. Illustrissim. Ducem, quàm illas
de quibus in dictis literis: vnde istud argumen-
tum merito reflecti potest in contrarium. Non ob-
stat certiò, quòd deducitur mes principis ex eo,
quod postea factum est: quia non obstantibus dic-
tis literis, videtur semper præseruata fuisse ex-
emptio. Nam respondetur, istud in facto non esse
verum, & si qui fuerunt præseruati, istud fuit,
quia forte impetrauerat nouas exemptiones. No
obstat principaliter priuilegium ipsis factum per
ipsam dominam Claram, quia non requiritur qd.
fecerit seruata solennitate statuti nostri, & sic cum
consensu agnati, vnde actus est nullus, quia sta-
turum procedit annullando quandocunque alie-
nationem. Nec hic potest obiici præscriptio, cũ
non sit probatum; quòd fuerint in quasi pos-
sessione † immunitatis, per quadraginta annos con-

tinuos, prout requiritur in huiusmodi præscu-
ptione. l. omnes. C. de præscript. xxx. an notum.
per Bartol. in l. licitatio. §. earum. ff. de pub. Præ-
terea est notandum, quòd aliâ ratione videntur
cessare omnia obiecta in casu nostro, nam † vbi-
cunque quis habet priuilegium exemptionis, vel
immunitatis, si describatur in libro debentium
soluere, & sciat, nisi appellet infra decem dies,
amplius non auditur, & sibi præiudicat. l. j. §. si
quis tutor. vbi Angel. ff. quando appel. sit. Alexã.
consil. centesimo primo, visis instrumentis exem-
ptionis. & consil. centesimo trigesimo sexto, in
causa & lite. in ij. volumine. Felin. cap. cùm acces-
sissent. de constit. per Mod. Taurin. in tract. præscr.
in quarta parte iiij. part. princip. in xxx. quæstio-
ne vbi respondetur omnibus quæ in contrarium
adduci possent: vnde cum isti Parauaxini in dic-
to termino non appellauerint, cessat omnis du-
bitatio.

CONS. XVII. SVMMÆ.

1. *Imperator vel eius comes Palatinus non potest legitimare non subditum in terris ecclesiæ, & quare.*
2. *Papa in territorio suo nullam prorsus superioritatem reliquit Imperatori.*
3. *Legitimatio facta in terris ecclesiæ à Comite Palatino imperiali de consensu summi Pontificis valet.*
4. *Comites Palatini in terris Venetorum legitimare possunt, & quare.*
5. *Imperator potest legitimare scholarem qui sit de terris ecclesiæ, & quare.*
6. *Legitimatio valet quando non tractatur de præiudicio alicuius, & pater consentit.*

VIdetur procedere suprascripta con-
sultatio, secundum magis commu-
nem opinio. Canonistarum, quòd
Imperator, vel † eius Comes Pala-
tinus non possit legitimare non sub
ditum in terris Ecclesiæ: quia talis iurisdictio re-
seruata soli principi, non est prorogabilis. ca. per
venerabilem. versic. rationibus. extra, qui fil. sint
legitimi. Et quia † Papa in territorio suo nullam
prorsus superioritatem reliquit Imperatori, iuxta
extrauag. vnam sanctam. de maioritate & obedien
tia, & quæ habentur in can. Constantinus. xcvj.
distinctione, & ita sensit Innocent. Hostien. An-
ton. de Butr. & Abbas in dicto cap. per venerabi-
lem, cum multis concord. per Dec. consil. lv. vbi
dicit hanc esse communem opin. & Iason consil.
lxx. in tertio, vbi allegat multos tenentes hanc o-
pin. de quo etiam per Capr. consil. ij. Corn. ccxlv.
in primo cum similibus. Et licet Iacob. de Belui. in
authen. quibus modis nat. effi. sui. in prin. disputa
uerit contrarium, quem refert Ioan. Andr. in d. c.
per venerabilem. licet non firmet, multi tamen
alij firmant: sed tamen sua opinio non est vera
simpliciter, sed certis duntaxat casibus, veluti in
terris, quæ sunt origine de Imperio, quæ quam-
uis postea transierint in ecclesiam, censentur trans-
isse, secundum leges suas veteres, iuxta not. per
Bartol. in l. si conueneric. §. si nuda. ff. de pign. act.
Et hoc maximè est dicendum in terris quæ per via-
am fœderis transiuerunt in iurisdictionem Eccle-
siæ, vt alias dixi, in cap. cùm contingat, numero
so. extra. de iureiurand. Idem dicendum, quando
† legitimatio facta esset de consensu summi Pon-
tificis, tunc enim non esset dubium quin valeret,

BIU Cujas

secundum Alexand. consil. xj. in septimo, vbi attestatur hanc esse communem opin. si facta sit ad instantiam patris, cum consensu domini loci, & satisfatetur Ias. d. consi. lxx. Idem etiam est putandum, in terris non subditis Imperio re ipsa, quæ tamen sint de corpore Romani Imperij, vnde † videmus in terris Venetorum Comites Palatinos legitimare, quia Veneti quoad hæc reseruata Imperatori se non impediunt, & consuluit Cardin. Paris. consil. j. in ij. volumine, numero xv. Quod & in Florentinis obseruatur, qui licet emerint libertatem à Rodulpho Imperatore, tamen permiseruht huiusmodi reseruata Imperatori, salua esse, de quo per Gozad. consil. xlviij. versic. ad quintũ. vbi concludit generaliter hoc procedere stante consuetudine, de quo etiam per Paris. d. consil. j. & licet Ias. d. consi. lxx. in iij. & Cur. Sen ior consil. lxxiij. & Corn. d. consil. ccxlv. etiam hoc casu non valere legitimationem, tamen hanc eorum sententiam non facilè sequerer, ratione supradicta. Idem quoque esset dicendum, quando is qui legitimarerur esset subditus Rom. Imperio, licet legitimaretur extra territorium, puta in terris Ecclesiæ, secundum Dec. consi. cl. & Corn. consi. j. in iij. & consi. iij. in 4. Card. Alex. in d. c. per venerabilẽ. in iij. q. vbi econuerso dicit, quod potest † Imperator legitimare scholarem, qui sit de terris Ecclesię, quia scholares specialiter sunt sub protectione Imperat. secundum Bald. in authen. habita. C. ne filius pro patr. Et isti casus sunt satis clari, magis est dubius noster quando † non tractatur de præiudicio alicuius, & pater consentit, an valeat legitimatio, Dec. consil. lv. versic. iij. non obstat. habetur pro expedito, quòd sic, & idem etiam tenuit Card. Paris. consil. decimo, in ij. numero cxviij. & ante eum Socin. consil. quadragesimo septimo, in iiij. vbi multa alleg. sed ista opin. non videtur vera, nec communis, quia obstant rationes supra allegatæ, & quamplurima adducta per præstantissimos dominos consultores, in quorum sententiam accedo. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVIII. SVMMÆ.

1 *Emptores dicuntur successores particulares.*
2 *Successorum appellatione, regulariter intelligimus de vniuersalibus.*
3 *Appellatione successoris in beneficijs Principum, veniunt successores particulares.*
4 *Beneficia Principum latissimam interpretationem recipiunt in præiudicium concedentis.*
5 *Immunitas à gabellis, licet contineat priuilegium, recipit tamen latam interpretationem.*
6 *Argumentum de emptore ad conductorem valet.*
7 *Immunitatem fructuum ad quoscunque transire.*
8 *Causa fructuum non debet separari à proprietate ipsa, nisi quando hoc esset actum expressè.*
9 *Emptorem venditoris causa defendi.*
10 *In cohærentibus personæ oportet quod principalis ipse compareat.*
11 *Procuratoris in rem suam vis.*

QVamuis adeo copiosè, & subtiliter allegatum sit per dominos consultores, vt minimè opera mea necessaria videatur, tamen requisitus de subscriptione, & diligenter inspecta, accessi in eorum sententiam. Cùm enim priuilegium id exemptionis à vectigalibus, indultum sit pro ipsa nobilibus, & cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus, &c. satis videntur comprehendi ijs verbis, emptores, † qui dicuntur successores particulares, quia licet † aliàs appellatione successoris intelligamus de vniuersali. l. quædam. §. nihil interest. ff. de edendo. tamen quando prius adiecta est dictio, hæredibus, intelligitur etiam de particulari. l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infect. & ita in priuilegiũ immunitatis consuluit Alexand. consil. cxciij. ex themate. in secundo, sequitur Dec. consil. cclxxxv. versic. vj. & vlt. prædicta conclusio, &c. & alias hanc opinionem sequutus sum. in l. hæredis appellatione. ff. de verborum significat. vbi respondi rationibus quibusdam contrarijs. Confirmatur hæc interpretatio, quia fatentur omnes, quòd † in beneficijs principum appellatione successoris, veniunt tales particulares. argument. l. id tempus. ff. de vsucap. l. in conuentionibus. ff. de verborum signif. per Alexand. consil. cxciij. Iason in d. §. nihil interest. versic. iij. limitat. quia † talia beneficia recipiũt latissimam interpretationem, in præiudicium concedentis. cap. eum dilecti. de donat. cap. olim. de verborum significatione, ergo idem dicendum in hac † immunitate à gabellis, quæ licet contineat priuilegium, recipit tamen latam interpretationem, secundum Dec. consil. quadragesimo octauo, per text. in d. cap. olim. secundùm intellectum Hostien. & Ioan. Andr. & per alias rationes de quibus ibi per eum. Suaderur hoc & ex illis verbis, per eorum conductores, ac aliter ab eis causam habituros, &c. quæ verba sunt generalia, & vt allegatum est, per alios optimè adaptantur ad casum nostrum, & cum id ius concedatur conductoribus, satis videtur etiam transire in emptores: quia † valet argumentum, de vno ad aliud. §. adeò. Instit. locat. & quod proprietas fundi transierit in emptorem, & sic maius ius, quam si fuisset simplex conductor, hoc non debet ei nocere, & prodesse alteri, id est, fisco, vt in simili per Bart. in l. iij. §. emancipatus. ff. de bonor. possess. contra tabulas. Nam & verba priuilegij sunt clarissima respectu immunitatis † fructuum, ergo ad quoscunque pertineant ij fructus, quocunque tit. debet stare firma immunitas: quia verba hoc inferunt, & mens concedentis satis hoc indicat, & etiam ratio iuris, secundum quam non debet † causa fructuum separari à proprietate ipsa, nisi quando expressè actum esset. l. stipulatus. ff. de vsur. l. in conuentionalibus. §. fin. vbi not. de verb. obligat. l. si quis ita legauerit. ff. de vsufruct. Tandem & illud me mouet, quod emptor iste expressim id ius immunitatis etiam emit, & plus pretij soluit contemplatione istius exemptionis, vndesi ei † non seruaretur haberet regressum contra ipsos nobiles & sic in effectu priuilegium tolleretur venditoribus, quo casu etiam si esset ius personale, tamen à persona ipsorum defendendus est emptor, qui aliàs haberet cõtra eos regressum. l. quòd dictum. ff. de pac. l. fin. in fin. C. de vsur. rei iudi. & quamuis † in cohærentibus personæ oporteat. quòd ipse principalis compareat. l. idem. §. generaliter. ff. mand. & quod not. in l. verum. ff. pro soc. tamen potest etiam emptor hoc allegare, qui est constitutus † procurator in rem suam, & cui cessæ sunt omnes actiones, & iura venditorum, quæ clausulas quæ solent apponi in talibus instrumentis, & sentit Decius dict. consil. quadragesimo octauo ex quibus, & alijs per suprascriptos dominos allegatis,

legaris, transeo in eorum tenentiam. Salutem per laniore iudicio.

CONS. XIX. SVMMÆ.

1 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
2 *Dictio ita quod, de sui natura restringit.*
3 *Legitimatus ex testamento, non intelligitur legitimatus ab intestato.*
4 *Legitimatus intelligit quis, licet effectus successionis sit restrictus.*
5 *Casus omissus, refertur ad terminos iuris.*
6 *Excluso vnius inclusio alterius.*
7 *Modus additus in fauorem solius legitimantis qui noluit quod filius succederet contra voluntatem suam non restringit.*
8 *Succedens ab intestato, dicitur succedere ex præsumpta voluntate defuncti.*

DIfficultatem facit in præsenti casu, quia legitimatio ista est facta limitatè, videlicet, quòd filius succedere possit eo quod sibi relinquetur, & prout in testamento pater ordinabit, quæ verba cum sint † limitata, debent parere effectum limitatum. l. age. C. de transact. l. in agris. de acquir. rer. dom. quod etiam apparet, ponderando dictionem, † ita quod, &c. quæ est posita in literis regijs, quæ quidem dictio, de sui natura restringit. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. & communis conclusio est, quòd † limitatus ex testamento, non intelligitur legitimatus ab intestato, vnde debet talis filius curare, vt pater condat aliquod testamentum, & sibi relinquat, vt dicit Ioann. Andr. in add. Speculat. tit. de succes. ab intest. §. j. versic. sed ex facto quæritur, quem refert & sequitur Anton. de But. in cap. per venerabilem. extra, qui filij sint legit. Raph. Cum. consil. xcviij. suppositio tenore. Sed tamen in præsenti casu magis inclino in aliam opin. quòd iste legitimatus debeat succedere ab intestato. moueor primo quia fuit absolutè & præcisè legitimatus, à principio generaliter, etiam ab intestato, vt apparet ex verbis legitimationis, † vnde licet deinde restrictus effectus successionis, tamen remanet absolutè legitimatus, non autem dispensatus, vt per Socin. consil. ccxlvj. Fran. de Cur. consil. lxxiij. vers. ij. respondemus. Dec. consil. cclvij. & in alijs locis. si ergo non fuisset illa reseruatio, absolutè & & generaliter successisset, sed quia facta est, fiet limitatio quatenus de necessitate infert, & cum duæ sint species successionis, ex testamento, & ab intestato, & modus restrictiuus sit additus successioni ex testamento tantum, sequitur quod successio ab intestato remaneat sine modo, & libera, vide secundum terminos iuris erit admittendus ad dimidiam, vna cum sorore, quia † casus omissus refertur, ad iuris terminos. l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. Confirmatur quia in legitimatione expresse dicitur, quod iste non censeatur legitimatus ab intestato, quoad agnatos, quia dicit tc Comes, quod non intendit talem legitimationem extendi ad illos, per quæ verba apparet. quod quoad patrem volebat quod ab intestato posset filli succedere, sed nolebat hoc extendi ad agnatos, sic enim extensio de similibus ad similia, vnde si Comes prohibuit fieri, satis indicauit, quod quoad patrem volebat eum ab intestato admitti, † singulare quod vnius exclusio, alterius inclu-

dit. l. cum prætor. ff. de iud. Felin. cap. nonne, de præsumpt. Nec obstat allegata in contrarium, & primo quod limitatio sit modalis, & modus restringat, quia respondetur, quòd iste † modus fuit additus in fauorem solius legitimantis qui noluit quod iste filius succederet contra voluntatem suam, vnde non restringit, vt est text. in l. Titio centum. in princ. ff. de cond. & demonstr. per Imol. in cap. cum apostolica, extra, de donat. quæ ratio cessat in casu nostro, quia † succedens ab intestato, dicitur succedere ex præsumpta voluntate defuncti. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Nec obstat decisio Ioann. Andr. quia procederet, quando simpliciter quis esset solum legitimatus, seu dispensatus ex testamento, ad finem quod redderetur capax ex testamento, sed in casu nostro iste est generaliter legitimatus, & etiam actum fuit vt legitimatus esset ab intestato, vt s. dixi.

CONSILII XX. SVMMÆ.

1 *Filio repudiante hæreditatem, tunc nepos efficitur immediatus successor auo.*
2 *Filius si vult, hæreditatem patris repudiare potest.*
3 *Furiosus non est suus hæres matri, propterea hæreditas ei delata, per curatorem adiri debet.*
4 *Filius dandus est curator furioso patri, cum ei sit proximior.*
5 *Furiosus quod facit, ignorat, & pro mortuo habetur.*

VErba priuilegij, quod subditi teneantur immediatum successorem agnoscere, & illi iurare fidelitatem, non videntur eos obligare, vt iuret huic nepoti, qui non est immediatus successor, sed mediatus, id est, per mediam personam patris, clement. prima. §. cæterum. de iureiur. cap. cum ecclesia. §. j. de caus. poss. Possent tamen considerari aliqui casus, quibus suprascripta conclusio forte non procederet. Primus si ipse filius † repudiaret successionem, tunc nepos esset immediatus successor auo. l. scripto. ff. vnde lib. † potest autem repudiare si velit. c. primo, de renun. lib. vj. Secundus, si ageretur de hæreditate materna. nam cum † furiosus non sit suus hæres matri hæreditas ei delata, per curatorem adiri debet. l. fin. §. fin autem. ex alia. C. de cur. fur. † dandusque ei filius est curator. l. secunda. ff. de cur. fur. cum ei sit proximior. cap. grandi. de suppl. negl. præl. lib. vj. quæ quidem aditio potius facti, quam iuris est, quia eo mortuo in furore, defertur ea hæreditas, non tanquam ab ipso, sed tanquam a matre eius. d. l. fin. §. tali itaque. versic. eod. l. obseruando, &c. & per Bartol. in l. j. ff. de bonorum possess. fur. infant. & c. vnde sequitur, quod filius furiosi teneret primum locum, nepos verò immediatus esset successor. Tenerentur itaque subditi hoc casu iurare, saltem conditionaliter, quòd in casum mortis filij furiosi, erunt fideles huic nepoti tanquam immediato successori, cum vt dixi, in eum casum, iste iuris interpretatione sit futurus immediatus successor. Tertius est casus, quando furiosus morbo perpetuo laborat. Videtur enim verba priuilegij limitanda esse hoc casu, vt in simili dicit Bald. in authen. hoc amplius. versic. & ideo dicet primogenitus. C. de fideicommiss. quia priuilegium loquitur de immediato successore, habito respectu, ne subditi vltra duos dominos habeant, at † furiosus pro non domino est, quia quod

facit, ignorat, & pro mortuo est. l. in negotijs. de regulis iuris. gloss. in l. si quis alicui. de acquirenda hæreditate.

CONSILII XXI. SVMMÆ.

1 *Verba hæc omnes & singulos hæredes, & alios de domo, debent intelligi de hæredibus sanguinis cùm posita sint in prærogatiua.*

2 *Immunitatis priuilegium sui natura non transit perpetuò in quoscunque.*

3 *Hæredes primas inter amicos tenent.*

1 ILLA† verba priuilegij, *Omnes & singulos hæredes, & alios de domo*, &c. videntur intelligenda, de hæredibus sanguinis, cùm posita sint in prærogatiua, secundum Bald. in cons. clj. verba testamenti. vol. j. Et quia † priuilegium immunitatis sui natura non transit perpetuò in quoscunque. l. j. in fin. ff. de iure immun. Et ideò appellatio hęredum in eo restringitur ad descendentes, secundum distinctionem Bartol. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthum. Et quia illa verba, & alios de domo, & progenie eorum, indicant suprà de hæredibus sanguinis actum propter naturam dictionis, alios. l. non solùm. §. quæritur. vbi doct. ff. de proc. ca. sedes. extra, de rescrip. Iason l. penul. C. qui admit. ad bonor. possess. l. stipulatio ista. §. si quis forte. de verbor. obligat. Alexand. consil. cciij. in ij. cum similibus. Et quia infrà in priuilegio dicitur, eorum consanguineos, & amicos, de domo, & cognatione eorum, &c. vbi non admittuntur simpliciter amici extranei, sed qui sunt de domo, ergo idem† in hæredibus, qui primas inter amicos tenent. l. nec adiecit. ff. pro soc.

CONSIL. XXII. SVMMÆ.

1 *Legitimatio quæ succedentibus ab intestato non noceret.*

LEgitimatio hæc facta à Comite † Palatino, habente tantùm facultatem à sede apostolica, nihil nocere debet istis legitimis & naturalibus filijs, per regulam cancellariæ. xlviij. quæ habet, quod huiusmodi legitimationes non præiudicant illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat, de qua regula habetur mentio per Fel. in c. cum olim. in tertia declaratione vers. scias tamen. extra, de re iudic. Soc. cons. xlj. in iij. Corn. consil. iij. in x. Lanc. Galliaul. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum.

AND.

BIU Cujas

TOMVS II.

ANDREAE ALCIATI IV. RISCONSVLTI MEDIOLANEN. SIS RESPONSORVM

Liber V.

QUI MISCELLA INSCRIBITVR.

Franciſc. Alciatus Iuriſc. ad Lectorem.



TSI in huius quinti libri limine noua forſan ſpecies, noua forma reſponſorum tibi optime lector, occurrere, videbitur, eam tamen ſcias, Alciatum noſtrum non inueniſſe primum, ſed antiquis uſitatam, dein per incuriam diu deſitam, ad noſtra reuocare tempora tantum voluiſſe. Conſtat quippè veteres illos Iureconſultos qui Romano florente Imperio vixere, ſolitos abamicis, clientibusq; ſuis per epiſtolas de iure conſuli, itidemq; per epiſtolas ſua illis reſponſa iuris reddere, quod præcipuè Iulium Paulum Papiniani diſcipulum factitauiſſe non uno in loco noſtræ demonſtrant leges. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. de excuſa. tut. & ad l. Falc. & nonnullos etiam ex noſtris interpretibus idem aliquando feciſſe apparet. Frider. a ſenis. Bart. conſ. cxcij. Lapus. Hunc ergo præclarum maiorum morem, & latinæ linguæ maieſtate dignum, tenendum ſibi, atque imitandum noſter propoſuerat Alciatus, eiusq; exempla aliquot confecerat, vt ſenſim in forum illius vſum induceret, & cæteros ad obſeruationem alliceret. Verùm poſteaquam reſciuit iudicibus, forenſibusq; actoribus hunc non placere ſtylum, quòd breuitas illa tam elegans mentibus ſuis obſcuritatem nimiam pareret, neceſſe habuit poſt habere illum, ne malè in foro audiret, ſic paulatim ab illo deflectens ad alium tranſiuerat, cœperatq; eo modo reſponſa dare, quo commentaria ſcribere ſolebat, in vtranq; ſcilicet partem, vt alij quoq; conſueuere, pluribus argumentis ventilato articulo, ſed paulò latinioribus verbis, & extra orationis contextum proiectis in marginem citationibus locorum, cuius ſcriptionis exempla aliqua, & hoc in libro quinto, & in alijs quoq; cernuntur, ſed cum & hunc morem non planè omnibus, præſertim impoliti ingenij viris arridere intellexiſſet, ſtatuit tandem ſcœnæ (quod aiunt) prorſus ſubſeruire, & per omnia communi cum cæteris noſtri ſæculi Iureconſultis, modò, reſponſa ſcribere, inde factum, vt quam plurimæ loquutiones ex triuio ſumptæ, nec ſat probatæ claſſicis auctoribus, in eius legantur reſponſis, quod ſciens, prudensq; admiſit, ne ſibi obijceretur, quod nimium latinè loquēdo ab idiotis iudicibus minus intelligeretur, ob id clientum ſuorum cauſſas perderet, quemadmodum olim Ruino vitio datum fuiſſe, fama tulit, quòd nimis ſubtiliter & obſcurè loquēdo iudicibus rarò perſuaderet. Quanquam autem in hoc reſpondendi munere in communem viam ſic forenſi adigente neceſſitate ſe dederit Alciatus, nolui tamen ego interire illius perelegantis formulæ exempla, ea ſanè ratione motus, ac ſpe bona ductus, quòd etſi noſtris temporibus illa foro recepta non fuerit, nihilominus placitura ſit eruditis omnibus, & verè doctis viris, aliquorum etiam ſtudioſorum iuuenum excitatura animos, vt ſua ad imitationem ingenia conuertant, & forſan id efficiant, vt quæ reſponſorum forma noſtra eſt ætate reiecta, ſuccedentibus melioribus temporibus paſſim demum laudetur, recipiatur, frequentetur tanquam ſcientiæ noſtræ conducibilior, & minus humanas mentes defatigans, quàm Barbarus ille, & verboſus nimis Neotericorum in reſpondendo modus, hic igitur perpolita illa iuris reſponſa collocare volui, vt ſi qui tales, quales opto, emergant viri habeant hic parata exemplaria, ex quibus ſuas conſimiles ducant figuras, nec vllus aptior viſus eſt mihi locus hoc ipſo quinto libro, in quo, quia varia eſt commixta farrago, & illa tantum poſita reſponſa quæ alibi certo proprioq; in loco ſtatui non poterant merito Miſcellorum titulus eſt inſcriptus, vt quemadmodum olim C. Cæſar Miſcellos Ludos iucunda mixtura refertos edidit, ſic noſter Alciatus Miſcella reſponſa grata varietate condita publicaſſe videatur. Cùm itaq; omnis fere argumenti legalis tractatus hoc in libro, communi velut in ſede permixtim contineatur, conſentaneum fuit, & in eo omnis generis reſponſa confundere, nempe latina cum Barbaris, antiqua cum nouis, inuſitata cum frequentibus, quod an rectè omnino factum ſit, tuo nunc relinquo lector iudicio. Vale.

BIU Cujas

CONSILII I. SVMMÆ.

1 *Dominum mutato pretio ab emphyteuta iterum admonendum.*

ACerbus Alciato salutem. Titius mihi in emphyteusim villam suam dedit, in eius villæ parte dimidia alium ego, ipso Titio consentiente, in emphyteutam constitui, is cum alienare meliorationes suas vellet, cuilibet nostrum denuntiauit, vt si centum aureis, quod pretium ab alio sibi oblatum asserebat, emere eas vellemus, intra duos menses responderemus, si verò iure municipali, quo qui communionem in re, vel quota eius portione habent, pretio duorum æstimatorum arbitratu constituendo, cæteris præferuntur, comparare villam desiderabamus, intra mensem sententiæ eum nostræ certiorem faceremus. Huic Titius respondit nolle se emere: at ego empturum me arbitratu æstimatorũ asserui, qui nonaginta aureis melioratione eas censuerunt, sicque mihi traditæ sunt. Nunc me Titius in ius traxit, & cecidisse à iure meo allegat, peto à te quid censeas? Alciatus Acerbo S. Potest quidem Titij intentio iusta videri, quoniam ipse cæteris omnibus æquali in pretij causa præferendus est, vnde priusquam villam secundus emphyteuta xc. aureis tibi venderet, an eo † pretio emere vellet Titius admonendus fuit. Nec enim prior denuntiatio sufficit, quæ maius pretium rei constituit, idque nemo est qui non crederet, ipse tamen cum tibi tus emphyteuta vendidit, non opinor debuisse quicquam priori domino denuntiari. Fit. enim denuntiatio, vt cõsulatur domino, quia aliàs actione aliqua personali emptorem conuenire non posset, Bar. in §. duo fratres in x. quæst. de verbor. obli. at tu satis poteras conueniri, qui ab eo totius villæ nomine ius emphyteuticũ acceperas, quod & in pluribus emphyteutis inuicem ius suum diuidere volentibus responsum frequentius est. l. voluntas. C. de fideicommiss.

CONSILII II. SVMMÆ.

1 *Donatio causa mortis Notorio stipulante facta, propriam naturam contractus non fideicommissi habet.*

2 *Nihil prohibet in testamentis quoque contrahi.*

3 *Quoties lex quicquam fieri in vltima voluntate prohibet, etiam donatio causa mortis, si in testamento, vel Codicillis fiat, censetur prohibita.*

LEgauit vxori Titius domum, & in testamento addidit, vt si nec iure testamento addidit, vel si nec iure testamẽti, nec codicillorum valeret, in vim donationis causa mortis sustineretur, quam stipulante notario fecit. Eo defuncto, hæredes negant integrum legatum deberi: quoniam pretium domus quartam bonorum excedit, & ex lege municipali cautum est, *Ne vxori maritus in vltima sua voluntate quicquam supra quartam relinquere possit*, quæro, quid sentias? Alciatus respondit. Tractata iam diu est huiusmodi quæstio, & apud Decium consultum extat consil. centesimũ nonagesimũ sextũ. legatum deberi, nec enim lex prohibet supra quadrantem ex mariti contractu 1 vxorem acquirere, at † donatio causa mortis notario stipulante facta, propriam naturam contractus, non fideicommiss. habet. Bartol. l. prima. ff. de donat. caus. mortis. Nec refert quod in testamento facta sit, quoniam † nihil prohibet in testamentis quoque contrahi. l. similiter. §. fin. de testam. Et licet plerique sentiant, † quoties lex quicquam fieri in vltima voluntate prohibet, etiam donationem causa mortis, si in testamento vel codicillis fiat, censeri prohibitam. cap. quamquam. §. fin. de testam. in sexto. tamen hoc locum sibi vendicare non videtur, cùm stipulatio accessit, & hæc Deci. Sed collegium Iurisconsul. Mediol. aliud obseruat, quoties enim id agitur vt res donata solum post mortem testatoris detur, cum obligatio ab hærede incipiat, nihil refert stipulatio interuenerit, vel id minus l. j. C. de don. causa mor. semperque ex fideicommisso agitur, quæ sententia Bal. placuit cons. cxciij. quæritur vtrum vsura. li. ij. quod etiam verba legis suadent: qualiscunque enim sit hæc donatio verum est in vltima voluntate esse factam & cum post mortem eius danda sit, verum quoque est rem esse relictam. Accedit quod ratio eius legis est, ne mariti muliebrib. blanditiis seducti, hæredibus suis vltimo in elogio minus relinquant, quod in simplicibus cõtractibus non ita solet fieri, nec enim tam facile alliciuntur mariti, vt contrahendo largiantur vxoribus, sicut testando, vel dum vltimam voluntatem condunt qualiscunque sit, siue codicilli, siue causa mortis donatio quæ licet faciem cõtractus habeat, effectu tamen vltima voluntas est, at lex hæc effectum respicit, non contrahendi formam.

CONSIL. III. SVMMÆ.

1 *Legis Prætori mandantis consilium Iurisconsulti sequi sententiam.*

2 *Is qui merus executor est, nullam cognitionem habet, sed solum tenet exequi.*

3 *Sententiam appellatione pendente exequi posse.*

TItius Alciato salutem. † Lex mandat prætori, *vt si altera partium petierit Iureconsulti consilium omnibus in causis sequatur, id pro pronuntiato habeatur.* Prætor negat in id se teneri, quoniã causus de quo disputetur clarus sit. l. ille aut ille. ff. de leg. iij. quæro quid sentias rescribe mihi. Alciatus Titio S. Vidi plerunque id genus controuersiæ tractari, cum prætores vt ipsi ius pro arbitrio suo dicant, neminem in consilium assumere volunt, in qua re eos contra legem facere Paul. Cast. scripsit. cons. cxciiij. visa punct. vol. ij. Nam cum eis mandetur vt in omnibus causis consilium assumant, solum illis assumendi factum committitur, & ideo illud exequi debent, non autem id cognoscere, casus sit clarus, vel non sit. Vnde & solemus dicere, † eum qui merus exequutor sit, nullam cognitionem habere, sed solùm exequi teneri. cap. Pastoralis. §. quia verò. de offic. deleg. quam sententiam in proposita specie, & ipse veriorem arbitror, cum enim in omnibus casibus lex velit consilium adhiberi, apertissimè ostendit prætoris iudicio se non confidere, qui pro claro id habere poterit, quod clarum non sit: mero consultore adeundus est, & sicut in causa principali sine consilio prætor decernere non potest, quia vt diximus eius iudicio lex nõ confidit, ita in eo articulo, an casus sit clarus nõ confidere dicendũ est, nec ideo lites diutiùs protrahuntur, cùm id ipsum cõsultor quam primum facere possit, quod facturus prætor erat. Nec nos moueri, † quod traditum est, 3 iudicem à quo appellatum sit, si manifestè prouocatio-

BIU Cujas

cationem nō valere cognouit, exequi sententiam suam posse. Per c. constitutus. ij. de appel. quoniam non tam generaliter & indistincte iudici mandatur vt appellationi deferat. c. v. de appell. in vj. sicut in proposito casu prætori, vt utì sperito committat, atq; cognitio aliqua ad iudicem pertineat an deferendum existimet. l. penult. ff. de appel. recip.

CONSIL. IIII. SVMMÆ.

1 *Filius si vniuersis rebus paternis, patrem ab hostibus captū, non redemerit iustè exhæredatur.*

2 *Victores ab in bello captis non vltra trientem extorquere posse.*

CVM in bellis ciuilib. captiuitatis nulla sint iura. l. si quis ingenuam. C. in ciuilibus. de capt. id quoq; inter Christianos plerunque obseruatur, vt capti libertatem non admittant, sed præstita victori pecunia se redimant, ea Græcè ἀπο χειρωνιαν dici potest, cæterum auari milites plerunq; id flagitant. quod exolui etiam vniuersis capti fortunis non posit, & quamuis proditum sit, nō debere victores immaniter cum eis agere, sed eo esse contentos quod solui commodè possit. Satis. l. ab hostib. C. de post l. reue. id tamen plerunque propter incertitudinem in controuersiam deducitur, quæro igitur à te vt certius aliquid mihi respondeas. Alciatus respondit, varia in iure hac de re argumenta assumuntur. Et videtur vniuersæ quoque facultatis æstimationem peti posse, cum constitutum sit, nisi † filius etiam vniuersis rebus paternis, captum ab hostibus patrem redemerit, iustè exhæredari. §. si vnum. in auth. vt cum. de app. Sed hoc diuersum est, debuit enim filius patrem ipsum sibi chariorem ducere, quàm eius facultates. Sentio itaque † non vltra trientem bonorum ipsius extorqueri posse, cuius rei, exemplo legis Papiæ, constitutionisq; Iustiniani ad hanc rem pertinentis, admonemur, qui patrono in liberti bonis (& huic enim sicuti & capto salua libertas est) non aliud ius contra liberti voluntatem concessit, quam vt, eo sine liberis defuncto, tertiam partem auocaret. §. sed nostra. vers. si vero. insti. de succesſo. liber.

CONSIL. V. SVMMÆ.

1 *Ex facto ius oritur.*

2 *Qui à tutoribus absq; interpositione decreti emunt tanquã malæfidei possessores, fructus suos nullo tempore faciunt.*

3 *Possidens bona fide fructus lucratur.*

4 *Venditio facta per tutorem absque interuentu decreti est nulla.*

5 *Emptori incumbit onus probandi, pecuniam esse versam in vtilitatem minorum.*

6 *Confessio tutorum quod contractus sit vtilis pupillo non prodest, quia probari oportet vere in vtilitatem pupilli cedere.*

7 *Tutoribus inuentarium non conficientibus administratio est interdicta, & pro extraneis habentur.*

Andreas Alciatus Michaeli Gillis S.

VIR magnifice, cùm accepissem literas tuas, quibus petebas consilij mei copiam tibi fieri, admodum lætatus sum, videbarque mihi sydera (quod dicitur) vertice ferire, cū hominis mei famā apud te celebrē esse perspicerē, cœpit ita animi me admirabile desiderium votis tuis omnino obsecundandi, nihilque prorsus reliqui faciēdi, vt qua via, qua ratione, quo studio possem, causam tuam tuerer, sciebam hac in re illustriss. quoque Mediol. Duci gratam me rem facturum, qui suis literis id mihi negotium præcipuè commendauerat, verūm (vt fit) inter cogitandum deprehendi quædam in facti specie ad me transmissa subesse, quæ ampliùs dilucidari cuperem. scis vulgatum illud, † ex facto ius oriri. ff. si ex plagis. §. incliuo capitolino. ff. ad l. Aquil. quòd si de eo non sat constet, fieri haudquaquam potest, vt certum tibi responsum Iurisconsultus quispiam det. Quod maximè describi oportuerat id nō satis explicatum est. Simpliciter in altera schedula scribis, Nicolaum clericum emisse, & Cornelium Vranum in eis locum subrogatum, in altera verò dicitur, tutores Io. Vranco ipsi vendidisse. Vide quid hoc referat, illi, qui † à tutoribus absque interpositione decreti emunt, tanquam malæfidei possessores fructus suos nullo tempore faciunt. at si Vrancus ipse à Nicolao emisset: quia † bonæfidei est fructus lucrarētur. l. bonæfidei de acquirend. rer. dom. nec mala fides Nicolai, quod ad acquisitionē fructuum attinet Vranco successori singulari noceret, l. ij. C. si quis ignorem min. Potuit enim Vrancus credere Nicolaum dictum reditum acquisiuisse rectè, & legitimè: & ideo cum bonæ fidei sit, nō potest in fructibus cōdemnari, nisi in his qui post litis contestationem percepti proponerentur: & hæc sunt quę me ambiguum reddunt, respectu fructuum: nam quod ad proprietatem ipsam attinet, nulla subest difficultas, † quin venditio ipsi Nicolao facta sit nulla, cum decretum nō interuenerit, idq; etiam si incontinenti post liberationem Andreæ Holandri facta esset. l. j. in fin. ff. de reb. eor. Paul. de Cast. l. contra in fi. ff. de pact. † onusq; probandi pecuniam in vtilitatem minorum versam ipsi emptori incumbit. l. prædiorum. C. de prædmin. Nec † confessio tutorum eis obstat. l. certum §. sed an & ipsos de confess. nisi aliter veritas conuersionis in rem pupillorum probetur. l. Lucius. §. tutelæ. de admin. tut. vbi Bart. maximè cum isti † tutores non fecerint inuentarium: quo casu administratio eis interdicta est, & ideo pro extraneis habentur. l. fina. arbitr. tut. C. volui hæc ad te paucis scribere, vt si existimes operam meam tibi vtilem futuram mē admoneas, vt secundum suprascripta cōsultationem copiosam ad te mittam. sum enim, Michael optimè, nihil omissurus quo tibi gratificari aliqua in re possim: nam quod scribis de honorario, absit vt quicquam ego abs te accipiam qui potius vltro debere me tam insigni tuæ humanitati profitear. Vale Ticini 6. Idus Mart. 1534.

CONSIL. VI. SVMMÆ.

1 *Monomachiam omnem seu singulare certamen omni iure vetitam, prohibitamq; esse, idq; non solum lege ciuili, sed Pontificia, & exemplo sanctorum virorum.*

2 *Dirimachus author fuit legis de gladiatoribus tollendis.*

3 *De iure dubitandum non est consuetudinem duelli non valere.*

4 *Ea quæ facto fiunt quandoq; ad causam iuris trahuntur.*

5 *Is qui iniussu Imperatoris sui Commilitonē ad singulare certamen prouocat, videtur aduersus militarem disciplinam agere, et ideo tanquã pacis turbator capite puniēdus est.*

6 *Duellum non nisi ex causis ineundum, & enumerantur causæ.*

7. Duellum conceditur pro conseruatione honoris proprij.
8. Causa pertinens ad honorem & dignitatem dicitur maxima.
9. Honor vtilitati præponendus est.
10. In re clara non solet esse Monomachiæ locus.
11. Probatio quæ fit per duellum est irrationabilis & extraordinaria, & in subsidium duntaxat admittenda.
12. Iniuria quæ verbis fit, verbis quoque dilui & purgari posse debet.
13. Legislator semper pro innocentia præsumit.
14. Legislator non credit quenquam deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat.
15. Qui crimen aliquod alicui obijcit si verum est, nullam dicitur illi fecisse iniuriam.
16. Si quis alicui falsum crimen obijcit, illi iniuriam facere dicitur, & ipse delinquit, quia calumniator efficitur.
17. Licet vnicuique iniuste accusato accusatorem mentiri, & quare.
18. Talioni aliam talionem non obijci.
19. Reconuentio reconuentionis nulla est, nec à iudice admitti debet.
20. Aduersus doli exceptionem nullam esse doli replicationem.
21. Prima chartula qua quis alicui crimen obijcit iudicij libelli vim habet.
22. Post litis contestationem ad probationes deueniendum est.
23. Valet argumentum de iudicijs ad duellum.
24. Verba tu mentiris iniuriam atrocem inferunt, etiamsi dictum sit saluo honore.
25. Flagitium mentientis sui natura ad priuata iudicia pertinet.
26. Delicta priuata sunt seuiora publicis.
27. Mendacium quandoque non cedit in speciem delicti, vt cum quis citra dolum, & fraudem mentitur, vel, &c.
28. Plerosq; casus esse, quibus fas est mentiri.
29. Orationis ciuilitas & modestia vim denuntiationis nõ impedit aut actoris probationes angustare potest.
30. Prouocatoris dignoscendi forma.
31. In iudicijs actor est, qui dicit adiudicari dari quid petit.
32. Reus in cuius possessionem propter contumaciam itum est si reuocare decretum, et illatum onus petit actoris personam sustinet.
33. Maius est crimen, & delictum in absentes, & inscios inuehi quam præsenti, & scienti obijcere.
34. Calumniæ diffinitio secundum Lucianum.
35. Libellus ineptus, & generalis parte non opponente fit aptus, & pro legitimo habetur.
36. Natura dictionis reseruans quæ.
37. Natura reseruationis est, vt nihil noui inducat, sed quod inductum est conseruet.
38. Dictio quoties ad numerum respicit.
39. Quod pro certo ponitur ad conditionem pertinere non potest.
40. Is prouocator est qui alteri crimen obijcit et ad eum onus probandi pertinet.
41. In iudicijs verba, quibus partes vtuntur, non attenduntur sed rei substantia & vis libellique conclusio attenditur.
42. Fit semper interpretatio vt consuetudo publicam vtilitatem adiuuet, non vt tollat, aut imminuat.
43. Semper ea accipi debet interpretatio, fraus legi fiat, & ne cuiq; dolus suus patrocinetur.
44. Verba quandoq; falsa sunt facta verò nunquam.
45. Interpretatio quæ re ipsa fit, est efficacior ea, quæ verbis.
46. Iniuria quæ facto infertur atrior est, quam quæ verbo.
47. Vbi intentio obscura est, vt quia duplicem sensum habet, non tenetur Reus libello tali respondere.
48. Non dicitur in præiudiciũ honoris cuiusquam fieri quod pro debito officij sui quis fecerit.
49. In dubio contra ipsum pronuntiandum est qui chartulã scripsit, quia legem clarius dicere potuit.
50. Libellus parti oblatus demonstrat quandam præfationem cum eo cui offertur, secus si alteri, quam parti offeratur quia nullius esset momenti.
51. Quod cum altero agitur, ad alium non pertinet.
52. Quæ in certo casu à lege constituta sunt, non facile ad ea de quo adhuc non constat producenda sunt.
53. Qui ipse ad hostem chartulam mittit, subijcere se legibus duelli sponte videtur.
54. Delatur qui clàm alterum insimulat se magis, quam hostem suum onerat.
55. Qui aliquem coram incusat, is veritati magis inhærere creditur, quam qui clam.
56. Acceptatio literarum nisi confestim contradicamus præsumptionem approbationis inducit, sed quælibet contradictio elidit.
57. Vna præsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit.
58. Semper facimus interpretationem, ne reseruationes sint superfluæ, sed potius multum operentur.
59. Potius capitur interpretatio per quam actus incontinenti corrigatur, & illusorius efficiatur, quam quod clausula sit superflua.
60. Procedendi duplex modus.
61. In remedijs agendi electio est actoris non rei.
62. In electione remediorum non est licita mutatio, aut variatio.
63. Via quam elegisti eã sequere, tibi patere debet.
64. Aperiens literas, incidit in crimen stellionatus.
65. Incertitudo aduersus scribentem est interpretanda, qui legem potuit clarius dicere.
66. Quoties incertitudo talis est, vt reus clarius esse nequeat, libellus dicitur ineptus, & est reijciendus.

CVM contentio, atque discordia inter illustres, strenuosque militum præfectos Caninium & Fulgosium orta sit, imitabor legem Solonis, cuius Aul. Gellius lib. iij. cap. xij. meminit, & alteri parti adhærebo, quam iustiorem causam habere existimem. Is est illustriss. Princeps Caninius, qui ad singulare certamen per chartulam prouocatus fuit, & qui iudicio meo non prouocatoris, sed rei atque defensoris partes sustinet. In primis itaque sciendum est † monomachiam omnem, seu singulare certamen, omni iure veritam prohibitamque esse, idque non solùm lege ciuili. l. j. C. de glad. libr. x. vbi omnes. sed etiam pontificia. ij. quæst. v. ca. monomachiam. cap. j. de purga. vulga. itemque exemplo sanctorum virorum, ex quibus † Dirimachus auctor fuit legis de gladiatoribus tollẽdis ab Imperatoribus Arcadio & Honorio latæ, vt est apud Othonem Frisingensem libro Historiæ suæ. iiij. cap. xix. Extat quoque apud Cassiodorum Theodorici Gothorum, Italiæque regis ad Romanos Epistola, qua maximè hunc abusum detestatur. Et vt omittamus periculum vitæ, ad quod non solet strenuus viri adeò respicere, qui, vt in carmine est Virgiliano,

—cupiunt lethum pro laude petisci,

debent saltem animæ suæ rationem ducere, & iram Dei timere, nec se ei casui subijcere, quo morientis sacramentis ecclesiæ priuentur, & tumulum cum canibus communem habeant. Non potuit tamen id tam efficaciter à legumlatoribus prohiberi, quin inoleuerit consuetudo, vt

vt quibusdam casibus saltem de facto duellum id exerceatur: etenim † de iure dubitandum non est, consuetudinem non valere. capit. ij. de cleric. pug. in duel. Cum ergo de facto id exerceri soleat, perinde de huiusmodi corruptela disputabimus, atque si valeret: quia † ea quæ facto fiunt, quandoque ad causam iuris trahuntur, mulier. §. j. de condit. instit. l. qui habebat. de manumiss. testamen. quod plurimis exemplis ostendere possem, si arbitraret expedire. Alexander consil. cvij. Illud non omiserim, etiam si alias valeret consuetudo, tamen in casu nostro subesse specialem quoque rationem prohibitionis. Cum enim vterque tribunus militum sit atque Francorum regis stipendijs in bello essent, videtur aduersus militarem disciplinam eum agere, qui iniussu Imperatoris sui commilitonem ad singulare certamen prouocat: & ideo tanquam pacis turbator, vel capite puniendus est. l. fin. de re militar. vel saltem & lege nouissima Federici, qui Capitaneus sit. viginti auri libris puniendus. cap. j. de pace tenend. in feudal. Addo autem exosum id crimen habuerunt veteres, vt nec quidem cum hoste congredi militi suo singulari certamine permiserint, nisi consulto prius duce atque exercitus Imperatore. Et ideo apud Tit. Liuium libro tertio & libro xxiij. nec T. Manlius Torquatus, nec Claud. Asellius aduersus hostem ad monomachiam priùs progressi sunt, quàm Dictatorem aut consulem percunctati essent, liceretne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare. Audiuique ego quandoque regios proceres hoc Italis militibus imputantes, quòd seditiosi inter se & ad iurgia promi, suis monomachiæ chartulis militarem disciplinam perueterrent. Commumerantur † autem à Doctorib. plerique casus, quibus consuetudine admittitur duellum: generaliterque ait Baldus ex maxima causa permittendum esse. Bald. l. ex hoc iure quæstio. viij. de iustit. & iur. inualuitque consuetudo, vt † pro conseruatione honoris sui concedatur hæc prouocatio. Bald. dict. capitul. primo de pace tenend. † tanquàm maxima sit hæc causa, quæ ad honorem, dignitatemque pertinet. duodecima quæstio. prima, nolo. l. isti quidem. quod met. cau. etenim † honor ipse vtilitati quoque præponendus videtur. l. Iulianus. ff. si quis omissa caus. Et licet alia sit in Gallia consuetudo. alia in alijs partibus, tamen in Italia id obseruatur, vt si tu mihi aliquod crimen obijcias, egoque respondeam te mentiri, possis offerre te armis in stadio id, quod obiecisti probaturum, admittiturque tunc duellum, tanquam probationis cuiusdam species. Hostiens. in summ. de cleric. pugn. vt sicut in causis criminalibus quando adsunt indicia, deuenitur ad torturam, ita & in istis causis militaribus deueniatur ad duellum, tanquam ad innocentiæ & veritatis experimentum. Et ideo † in re clara non solet esse monomachiæ locus. Bald. dict. capitul. j. leg. j. C. de deditio. libertat. toll. l. cum filius. de legatis ij. consilio cccxxxv. in iij. quod Baldus non semel tradidit, & ab alijs relatum extat, & notissimè. Decius respondit. cccclxxxvij. cccccelxxxvj. Intelligo autem claram, quæ aliter quàm duello possit facilè probari. Et ideo principes, qui securitatem territorij concedunt, non debent eam concedere, si videant facilè rem posse iure legitimo probari: quia hæc † probatio per duellum est irrationabilis & extraordinaria, & in subsidium duntaxat admittenda. Bald. dict. leg. cum finis fam. §. fin. Bartol. consilio lxij. libro j. Calcan. consil. ij. Putarim tamen hac in re ipsius prouocatoris iuramento standum esse, si affirmauerit aliter se quod intendit probare non posse. cap. penultima. de testibus, cap. quoties. de purgati. capitulo. ne aliàs semper pateat via prouocato, qua saluo honore suo congressum euitet: quamuis hac in re dissentire videatur Decius. Sed quænam est consuetudinis ratio, vt qui aduersarium mentiri dixerit, nihil vltra quærat, sed exoneratus sit, honoremque suum saluum habeat onusque aduersario incumbat ad arma eum prouocandi? Atqui videretur satis esse, si prouocator replicaret, imò tu mentiris. l. qui cum maior. §. libertus. de bonor. libert. l. si quis. §. vtrum. ad Sillan. cum omnis † iniuria, quæ verbis fit, verbis quoque dicti & purgari posse debeat. l. nihil tam. de regul. iur. Et sciendum est † legislatorem semper pro innocentia præsumere. capitul. estote. de regul. iur. † nec quenquam credi deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat. l. merito. pro socio. † Qui ergo mihi crimen aliquod obijcit, si verum est, nullam dicitur facere iniuriam. l. lex Cornel. in fin. de iniur. † si falsum, facit iniuriam mihi, & ipse delinquit, quia calumniator efficitur. leg. j. ad Tertyl. Si ergo ipsi me accusanti respondero, tu mentiris, me exonero, & crimen in auctorem reflecto, quia calumniari eum affirmo. dict. leg. j. de his qui notat. † Licet autem vnicuique iniusse accusato, accusatori dicere, Tu mentiris, l. quæ omnia. de procurator. ib. vbi Doctores, quia non animo iniuriam illi faciendi, sed me defendendi id dici credendum est. Abbas capitulo cum te. de re iudicata. & etiam si iniuria aliqua inde oriatur. Doctores l. si quis extraneus. de acquirenda hæred. cum ea compensanda est, quam tu mihi crimen obijciendo feceras, vt verba cum verbis mutua vice talionem recipiant. l. viro atque vxore. solut. matrimonio. Quod si tua replicatio admitteretur qua diceres: Imò tu mentiris, &c. res ad infinitum verborum inanium modum deueniret. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. commun. diuidun. exitumque non haberet, quod maximè strenuo militi est indecorum, vt lingua promptior, quàm armis videatur. Satis ergo est, vt semel duntaxat permissa sit verbalis confessio, vlterius verò non permittatur. l. boues. §. hoc sermone. de verborum significatione. Nam & videmus, quod quisque iuris iniqui in alium statuerit, eodem iure & ipsum vti necesse habere, nec vltra id extendi posse, neque † talioni aliam talionem obijci. leg. final. quòd quisque iuris. vbi Doctores. Quo argumento & Bartolus & cæteri tradidere † reconuentionem reconuentionis nullam esse, nec à iudice admitti. l. iurisiurandum. & ad §. prætor. de iureiurando. Ad rem propius facit quod vulgo receptum est, † aduersus dolli exceptionem nullam esse doli replicationem. l. apud. §. Marcellus. de doli exceptione. Quia enim respondit Mentiris, dolum prouocantis excipiendo arguit, calumniamque allegat. At si replicaretur, Et tu mentiris, de dolo diceretur replicare, quod non solet cuiquam concedi. l. transactione finita. C. de transaction. vbi dixi. Debet enim prouocator magis de probatione intentionis suæ solicitus esse, quàm de noua contumelia. Nam & si hoc admitteretur, nonne battologiam quandam, & superfluitatem lex induceret. leg. si quando. de legatis primo. Quid enim amplius haberet replicatio quàm quod semel intentione deductum est? Etenim si vera est intention-

interrio. Necessarium mentiri reum, qui id ipsum actori imputauit. Ne ergo sæpius reuoluatur ea eodem oratio, & pistilli more circumferatur dum l. Claudius. qui po. in pig. non amplius verbis vtendum esse existimatum est, sed ad probationis modum deueniendum, qui per singulare certamen fit. Hæque videtur consuetudinis huius esse ratio.

21 Habes ergo † prima chartula, qua quis mihi crimen obijcit, iudiciarij libelli vim. l. j. C. de dol. contr. at

22 responsio mea, qua eum † mentiri affirmaui, pro exceptione est, sicque lis quodammodo est constituta. l. turpia. in princ. dele. j. vbi Dd. Vnde consequens est, vt ad probationes deueniatur. c. quoniã in prin. vt lit. nõ cont. quę certaminis euentu inducuntur.

23 † Constat enim argumentari de iudicijs ad duellum solitos esse veteres, quod Io. Lignanus, alijque qui huius argumenti libros scripsere, vbique faciunt, & Bart. probauit. l. j. C. de lit. contest. Erunt tamen fortè qui crassiore Minerua hæc interpretentur, & aliam rationem pro ingenij captu

24 excogitent: nempe, quia hæc † verba, *Tu mentiris*, iniuriam atrocem inferunt. etiam si dictum sit, saluo honore. l. item apud. §. ait prætor. versi. ideo puto. de iniur. quæ nullis verbis dilui, purgarique possit, sed solo facto, id est, armorum violentia: ne ergo grauatus is cui id opprobratum est, remaneat, necessarium habet ad arma per duellum prouocare: sicque vulgares aliqui existimant. Quæ ratio proculdubio vera non est: falsum enim est, adeo atrocem esse talem iniuriam, vt nullis contrarijs verbis retundi possit. Atqui longè grauius est opprobrium, cum quis accusatur proditionis, parricidij, sacrilegij, sicarij crimine. l. j. de public. iudic.

25 cum † mentientis flagitium † sui natura ad priua-

26 ta iudicia pertineat, quæ semper publicis delictis sunt læuiora. l. ij. l. fin. C. de crim. stel. Atqui inter crimina militaria ratum est, vt istud mendacij connumeretur. Bartol. l. assumpt. ad Mun. cum pleraque alia vti grauiora à legumlatoribus annota-

27 ta sint. l. iij. l. omne. de re mil. imò & † quandoque nec in speciem quidem delicti mendacium cedit: vt cum quis citra dolum & fraudem mentiẽ. l. fundum. §. fin. de euictio. vel cum quis tũ ex officio id facit, dum suum aut alterius sanguinem redimit.

28 l. j. de bon. eor. l. iiij. de testi. Vnde & scimus † plerosque casus esse, quibus, omni humano, diuinoque iure, ius fasque est mentiri. l. fin. ff. quòd falsum. ff. de int. act. Sed & si concedamus grauissimum esse id mendacij probrum, cur eiusdem probrij retaliatione non diluitur, mẽtiris, imò tu longè fœdius mentiris? debet enim omne verbale crimen contrarijs retundi posse, quòd libr. vj. de duel. tradit Paris. rubric. an facta hinc inde propulsatione. Necessariò igitur ad superiores rationes est recurrendum, alioquin semper in manu accusati esset iudicium hoc duellis subterfugere. Einge, obiecisti mihi scelus aliquod: ego respondi humaniter, & nolui dicere te mentiri: sed simpliciter respondi, minus vera esse quæ obijcias, vel existimatione tua te falli, vel me haud quaquam tibi consentire. Tu replicas: Quin ergo armis experimur? Videretur non posse te id facere, quia à me iniuria non es prouocatus; sicque his verborum delinimentis euitarem pugnam, quod

29 credendum non est. Neque enim † orationis ciuilitas, & modestia vim denuntiationis impedit, si quis mihi. §. si pater. de acquirend. hæred. aut actoris probationes angustare potest. l. curent. ff. de testi. Imò laudandi vtrique sunt, qui vrbanitate hac vtuntur, vt contumelijs parcant, alteri-

que, nisi vltra obijciant, quàm necessarium ei rei agendæ sit, non intendant. Sed hæc quod ad huius articuli dilucidationem attinet satis sunto. Nunc ad quæstionis thema deueniendum est.

Verba chartulæ seu denuntiationis.

Quoties quid dixisti, scripsisti, aut dici, scribi fecisti, quod aduersus honorem meum sit, toties mentitus es: & si negas, rursus mentiris: nec vltra tecum conuicijs agam, reseruãs si per te non steterit, vt armata manu te alloquar.

Duo sunt chartulæ tuæ capita. Ad primum nihil arbitror necesse esse respondere. Ad secundum, quo te offers mecum armata manu colloquuturum, respondeo me id acceptare, contentumque esse vt intra congruum tempus omnes cognoscant per me non stare, & an animus tuus verbis, oblationiq; tuæ consentaneus sit.

Quæritur in proposito themate, vter † pronuntiatus sit. Et prima fronte videretur non Fulgosium, sed Caninium esse. Cum enim ei bis Fulgosius mentientis culpam improbarit, nisi ipse eam armis diluat, videtur remanere oneratus. Ad eum ergo pertinet hanc notam diluere. Igitur ipse prouocator censendus est. Nam & Fulgosius ex parte sua id fecit, quòd voluit, quia contumeliam Caninio dixit: nec ipse quicquam curare habet, quòd vltra procedatur. Non ergo actoris partes sustinere dicetur: sicut & in iudicijs videmus, in quibus † actor est, qui dici, dari, adiudicari quid petit. instit. de act. in princip. qui verò nihil nouari velit, reus dicitur. Vnde † reus in cuius possessionem propter contumaciam itum est, si reuocari de rerum, & illatum onus petit, actoris personam sustinet. l. si finita. §. Iulian. de damn. infect. vbi Doctor. & §. eleganter. vbi Alexand. Idemque cum quis reuocari executionem, vel aliud sibi illatum grauamen postulat, quamuis aliàs reus esset, efficitur tamen acto. l. si prius. de oper. nouinunciat. l. si pater. C. qui bono. ce. vbi Salicet. sicut & qui instrumentum rescindi petit, si non possideat actor dicitur. Doctor. c. cum inter. de excep. l. de dieb. §. tutor. vbi Paul. qui satisdat. cogi cum aduersarius nihil nouari velit, sed delectetur rem in eo statu remanere in quo est. Quod & ex Federici constitutione certius probatur, in qua is qui homicidij causa damnatus est, si ob defensionem sui se fecisse affirmet, monomachiamque offerat, prouocator dicitur, cap. j. §. si quis hominem. de pac. ten. vbi Isern. quia ipse est qui præsenti statu contentus non est, cum aduersarius nihil vltra quærat, sed inter damnatos eum relinquat. Idem ergo & in hoc casu videtur dicendum. Illa quoque ratio non parum mouet. Nam si Caninius ipse ad Fulgosiũ scripsisset quicquam quod aduersus honorem illius esset, & Fulgosius respondisset eum mentiri, proculdubio prouocator Caninius esset. Idem ergo dicendum est, si non ad Fulgosium, sed ad alios, vt in chartula est, scripserit. Non enim melior esse debet mea conditio, cum absenti tibi honoris quicquam detraho, quàm cum scienti, & præsenti. At qui aliquanto maius est crimen & delictum, in absentes & insçios inuehi, quàm præsenti, & scienti obijcere. Vnde apud Lucianum diffinitus

calum-

calumnia esse criminatio, quæ ignorante reo calumniatori credita sit. Et in epigrammate Græco, quo calumnia & adulatio comparantur, hoc distichio:

Si clàm probra feras, bene dicis: si bene corâm
Dicis, tunc demùm tristitia verba refers.

Cum ergo plus peccet, & maiore sit odio dignius, qui aduersus ignorantes inuehatur, quam qui scientem, & tueri se valentem offendat, non dẽt esse melioris conditionis. Suadetur hæc sniа etiam ex reprehensione. Cum enim ad primum caput, q̃ duarum mentitionum est, non rñderit Canini⁹, videt eas approbasse, l. si filiusfa. ad Mac. vt tanquam legitimæ mentitiones effectum in pugna habeant. Effectus autem est talis, vt qui eas dixerit, ꝓuocati duntaxat partes sustineat: & quamuis alias ltímæ non essent: tamen taciturnitate aduersarij vim habere incipiunt. Sicut dicimus de † libello inepto, aut generali, qui si pars nõ opponat, incipit aptus fieri, & pro legitimo habet. l. fi. C. de ann. exc. Nec ob. q̃ in fine scriptum est, *Reseruans vt te armata manu, si pro te nõ steterit, alloquitur*: quia hæc clausula nihil innouat, sed secundùm præcedentes terminos intelligitur: hæc enim est † natura dictionis, *reseruans*: sicut & cum dicimus, *saluo & reseruato*, &c. gl. l. idem Labeo. fa. ercisc. Et alloquitur manu armata etiam qui tanquam ꝓuocatus congreditur, l. vt vim. ff. de iust. & iur. & per Caninium stare dicitur, si ipse mẽtitiones illas non vlciscatur, & prouocatoris partes sustineat. l. q̃ te. si cer. pet. Nec potest videri Fulgosius ad iudicium armorum primus prouocasse, ideoq; actor censeri, Bal. l. non cogẽdum. §. procurator. qui satis. cog. Par in tracta. quis sit prouo. qui verbo *reseruandi* vsus est. q̃ ius si quod est seruãt, nihil autem noui inducit. l. iurisgẽtium. §. prætor. de pact. Actius Fulgosij orat, vt tanquam reus, qui aduersariũ suum bis mentiri dixerat, certaret. Nec potest videri superfluo loquutus, & qui reseruauerit sibi facultatem cum armis alloquendi, cum declarauerit aduersario se paratum quacũq; ratione defendere q̃ dixerat, non solum, quòd in carmine Ennij est,

iure manu confertum, sed magè ferrò.

Nec tanta est causa fugiendæ huius superfluitatis, vt idcirco à natura reseruationis recedamus, quæ (vt dixi) † est vt nihil noui inducat, sed quòd inductũ est conseruet, d. §. prætor. dixi in rub. ff. de pact. Minus etiam obstat, si diceretur chartulam Fulgosij conditionalem esse, ideoq; non arctare aduersarium ad pugnam l. prætor edixit. ff. de iniur. Dec. cõ sacc. ccl. xxxvij. tanquam illa verba, † *Quoties dixisti*, &c. ad conditionem pertineant. l. quoties qui sat. cogi. xxxvi. §. in testamento. de leg. iij. Respondeo, satis ex mente scribentis apparet nullam conditionem subesse, sed ad numerum duntaxat respicere, quæ propria est illius dictionis significatio. l. si curr. ff. quib. mo. vsufru. amit. à qua non facilè recedendum est, præsertim cum subiectum sit, *quòd si nega, rursus mentiris*. Quibus verbis ostenditur Fulgosium pro certo posuisse quòd Caninius eius honori obtrectarit: & † quod pro certo ponitur, ad conditionem pertinere non potest. l. j. C. de pact. Sensit id & ipse Caninius, qui nihil huic capiti respondit, conditionemque non aduenisse minimè allegauit. Cæterum, re diligentius perpensa, contraria sententia proculdubio verior est, vt potius Caninius prouocati personam sustineat, Fulgosius verò prouocantis. Etenim † is prouocator est, qui alteri crimen obijcit. l. j. ad Turpil. adeumque eius probãdi onus pertinet, † qui accusare. C. de eden. quòd si fatere non potest, calumniator fuisse deteritur, cuiusque ipse doli censetur. Nec refert quibus verborum captionibus concepta sit denũciationis formula: ea enim substantiam rei nõ mutat, nisi quatenus partes ambæ mutuũ consensum præstãuerint. Sicut & videmus in iudiciarijs strophis atq; ambagibus non perpendi, quibus verborum technis partes vtantur, sed rerum ipsarũ vim, libellique, conclusionem attendi l. & eo mõ. ff. de leg. j. Bar. l. inter stipu. in princ. de verb. oblig. alias cautela verborum rebus ipsis præualeret. l. iij. C. de libe. & posthu. potiorq; simplici & sano sensu esset sophistica expositio, imò aduersus publicam vtilitatem induceretur, vt in cuiuslibet manu esset, etiam absq; causa quemlibet prouocare, & nihilominus cogere eum ad actoris partes sustinendas, & præoccupatis mẽtitionibus electionem armorum prouocato auferre: quod quid aliud esset, ꝓ quàm incentiuum delinquendi, animamq; ad res ꝓhibitas securiùs perpetrandas inuenire? l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pac. l. iiij. ff. de pact. dot. Atqui publicè interest hosce procuratores arceri, & saltem eo periculo cohiberi, quòd videant plura commoda ad eum qui prouocatus erit, pertinere. † Fit autem semper interpretatio, vt cõsuetudo publicam vtilitatem adiuuet, non vt tollat, aut imminuat. l. ita vulneratus. ad l. Aq. Fieret & hoc modo facilimè fraus legi, quæ actori probationis onus iniũgit, si captato aliquo verbo id in aduersarium tam facilè transferri potest. Verbi gratia, damnatus homicidij, cõqueritur quòd iniustè damnatus sit, cum ob tutelam suam fecerit, negat accusator, qui iam obtinuit. Lex iubet damnatum prouocatoris partes duello sustinere. d. c. j. de pac. tenẽ. at ille accusatori, mẽtiris, inquet. qui me negas ob tutelã feciſſe: sicq; vno verbõ dispositionẽ legis euitabit, & de actore se reũ efficiet: & tamen † semper accipi debet interpretatio, ne fraus legi fiat l. cum hi. §. sed cum his. de transf. & ne cuiquam dolus suus patrocinetur. l. de reb. de atb. Accedit his, quòd licet aliud sit esse prouocatorem iniuriæ, aliud prouocatorem certaminis, vt Par. Put. attestat, tamen in dubio accipienda est illa interpretatio, vt qui primus chartulam misit, iniuriam q̃; intulit l. qui prior. de iud. is & certaminis prouocator cẽseatur: siquidem de iniuria ab ipso dicta apparet, qui mentientis notam ei inurit: de iniuria verò de qua denuntians conqueritur, quòd scilicet honori suo detraxerit, nõ apparet. Melior ergo interim debet esse eius cui denuntiatum est conditio, vt rei partes sustineat, l. fi. C. de transf. vbi dixi l. liberis. §. fin. l. seq. l. ordinata. de liber. cau. quod variis iuris nostri exemplis ostendi posset. Non obst. ergo in primis, quòd Caninius remaneat oneratus, qui bis mentientis opprobrium sustineat. Respondeo, cum iniuria incipiat à Fulgosio, potuit Caninius respondere, quòd imò ipse mentiebatur: quòd non fecit, magna ratione, sed maluit factis respondere, quàm verbis (etenim talis responsio quæ fit facto, certior conuenientiorque militaribus viris est) acceptauitque oblatam pugnandi conditionem. Remanet autem oneratus qui non respondet. At ipse efficacissimo responsionis modo vsus est, singulare certamen potius acceptando, quòd tantò efficacius est, quantò facta præualent verbis. l. Paulus respõdit. ff. rem ratam habere quia, vt inquit Bal. † verba quandoque falsa sunt, facta nunquam. Hinc † interpellatio quæ re ipsa fit, efficacior est ea quæ verbis. l. fi. mora. vbi Ale. solu. matr. quod & in oblatione, per quam mora dilui

lui posſit, receptum est l. qui Romæ. in princip. de verb. obl. Sic & † iniuria quæ facto inferatur acrior
46 est, quàm quæ verbo. l. aut facta. §. qualitate. de pœnis. Nam & fortibus militibus conuenit re ipsa, non lingua esse pugnaces: imitarique Aiacis Telamonij exemplum debent, qui in cõtentione cum Vlysse,

Nam nec mihi (inquit) dicere promptum est,
Nec facere est isti: quantumq; ego Marte feroci
Inq; acie valeo, tantum valet iste loquendo.

Sic Homerus 3. Iliados Menelaum qui strenuus erat, pugnaxque, ὀυ κεκμηῶτα, id est, pauciloquum vocat. Sic contra Virgilius Dranci, quem ignauum facit, ventosam linguam, fugaces que pedes tribuit. Merito ergo Caninius maluit ad caput prouocationis solum respondere, & illud iniuriarum omittere, sequutus exemplum Hectoris apud Homerum Iliados, lib. v. dum inquit:

—Τὸν δ' οὐκ ἀπαμείβετο μητιόεις Ὀδυσσεὺς
Ἀλλὰ πρὸς ἦτορ ἔειπε μεγαθύμου.

Cui nihil omnino respondit belliger Hector,
Sed promptus contra perrexit.

Potuit etiam non respondere Caninius, quia existimaret primum illud caput chartulæ obscurum esse & ineptum, dum dicit: Et si negas, *rursus mentiris.* Non enim explicatur quid negando aduersarius mentiatur: possunt enim illa verba intelligi, si negas dixisse aut scripsisse. Possunt etiam habere alium sensum. nempe, etsi negas quòd sis mentitus scribendo. Possunt & tertio modo intelligi, si negas suprascriptam conclusionem, quòd si scripsisti in præiudicium honoris mei, sis mentitus: quo, casu propter conditionem nihil poneretur, l. si quis intentione. de iudic. sicque Caninius negando se scripsisse non esset oneratus: quia conditio denuntiationis mentitionisque non euenisset. Cùm ergo verba non essent clara, non tenebatur
47 ipse respondere: † vbi enim intentio obscura est, vt quia duplicem sensum habeat: non tenetur reus libello tali respondere: sicut nec ambiguę positioni respondere quis cogitur. Maluit itaque aliud caput eligere, quòd certius ad congressus discrimen suscipiendum erat. Potuit etiam non respondere: quia cum tribunus militum esset, existimaret non esse ex vtilitate regis sui vltra verbis p-
48 gredi † nec enim in præiudicium honoris cuiusquam fieri dicitur, quòd pro debito officij sui quis fecerit, l. quòd reip. de iniur. & tamen non ideo voluerit honoris sui obliuisci quin certamen offerer, seu (vt significantius loquar) oblatum non detrectaret. Sed certè quacunque ratione noluerit respondere (sunt enim plures relatę cũ à Par. de Put. tum à me in libello quem inscripsi de singulari certamine) illud certum est nihil hoc referre, cùm acceptatio certaminis pro respõsione sit, & omnem tergiuersationis maculam aboleat: nec enim potest videri non respõdisse. Nec rursus obst. q, videatur Fulgosius non esse actor, cum præsenti statu contentus sit. Respondeo, cum acceptauerit Caninius oblationem decertandi: non potest aduersarius præsenti statu contentus esse, sed ea curare tenetur, quæ ad pugnæ executionem pertinent, videlicet vt stadium perquirat locum, die designet, cæteraque faciat quæ ad prouocatores pertinent, alias famæ & existimationis labem quam inferre alteri noluit: ipse patiatur. In casibus igitur contrarijs nihil aliud superat agendum actori: meritò reus ipse qui innouari procurat, actoris personam incipit sustinere. At in casu nostro cùm acceptum fit duellum, perinde est ac si responsum fuisset, q, ipse denuntians mentiretur. Vnde non censetur ille impleſſe quòd ad se pertinet. Meritò non subest ratio cur Caninius ipse prouocator efficiatur. Et si dixeris, hoc ipsum dubium est an Fulgosius fecerit quicquid ad se pertinebat. Respondeo † in ambi- 49
guo contra ipsum pronuntiandum est qui chartulam scripsit, qui legem clarius dicere potuit, l. voter. de pact. qui ipse prouocauit, l. stip. ista. §. in stip. de verb. obl. d. l. qui accusare. qui quiescentem excitauit. Humaniorq; hæc est interpretatio, vt in caput auctoris reuoluatur periculum. Etenim vt in carmine est,

Nec lex est iustior vlla:
Quàm necis artifices arte perire sua.

Non obst. etiam quod deinde adducitur: quod ad alios aduersus honorem denuntiantis scriptũ est, perinde habendum ac si ipsi scriptum esset. Respõdeo haudquaquam verum id esse: subest enim aptissima differentiæ ratio: & in primis si ad te scri- C
bens alicuius criminis incusauerim, videor prouocare: at quæ ad alium scribo, non possunt censeri tui prouocanda causa scripta esse, sicut videmus in libello iudiciario, qui † parte oblatus litis cum 50
eo quædam prælusio est, ca. j. de lit. cont. l. si prol. de app. at alteri oblatus nullius momenti esset, l. ij. fal. auth. Bar. §. morte. de op. no. nunt. nec enim † q, cum altero agitur, quicquam ad alterum perti- 51
net. l. quæcunq;. de acti. & obl. Sed & qui tibi chartulam criminatoriam mittit, negare nõ potest quin te accusauerit: vnde si tu mentiri eum respondens ad probationem duellarem deuenitur. At dum tu asseueras, me alteri de te id dixisse, potest id falsũ esse, & à te commentum. vt pugnæ occasionem quæras: meritò tua conditio melior effici non debet, vt ideo pro prouocato habeare. † Quę enim in ca- 52
su certo à lege constituta sunt, non facilè ad eum, de quo adhuc non constat, producenda sunt l. fin. de transact. q, pluribus exemplis à nostratibus Doctoribus proditum est. d. l. fi. vbi dixi. Adde, quòd
E † qui ipse ad hostem chartulam mittit, subijcere se 53
legibus duelli sponte videtur. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. at q, ad alterum missum dicitur, non potest videri eo animo factum, vt certandi causam quæreret: ideoque non potest inde argui consensus prouocatoris partes sustinere volentis, cùm ad alterum consensus non extendatur. l. si vnus §. ante omnia. ff. de pact. Potest & illud dici, quòd tibi crimen obijcio, probabilius, veriusque præsumi, quã quòd de te alteri defero: † delator enim qui clam 54
F alterum insimulat, se magis quàm hostem suum vitat. l. j. quod vi aut clam. Vnde suprascripto epigrammate dicitur: *Si clam probra feras, bene dicis, &c.* At † qui aliquem coram incusat, is veritati magis 55
inhærere creditur. l. iij. de test. ideoq; grauius hostem præmit, vt meritò ea nota, non nisi certamine posset aboleri. Verum nec illud me mouet, q, videatur Caninius approbasse primum caput, cũ illi non responderit, l. filius. ad l. Mac. dico enim q, 56
† acceptatio literarum nisi confestim contradicamus, præsumptionem approbationis inducit. Cæterum quomodocunque contradicamus, eliditur huiusmodi præsumptio. D. d. cle. j. de procu. Com. consil. clxxviij. dixi. dicto §. morte. At in casu nostro oblatione pugnæ apparet manifesta contradictio, atque mens eam criminationem non agnoscentis: etenim † vna præsumptio per aliam tollitur, & minus fortis efficaciori cedit. l. cum de iud. de prob. Nec credendum est ex taciturnitate illa oriri id præiudicium prouocato vt ex reo fiat actor, cum id nõ facilè soleat permitti, & solum ob con-

BIU Cujas

contumaciam immodicam, postquam translata fuerit possessio, lex in seruitutibus id concedat, vt reus actoris partem sustinere cogatur, dict. l. si prius. de oper. noui nunt. qui casus specialis est, & minimè ad nostrum trahendus. Nec etiam videtur verum, quod clausula reseruationis, armata manu alloquendi, non noceat Fulgosio: quia imò videtur illi esse præiudicialis: si enim restringatur quod voluerit alloqui tanquam reus esset, non solum superflua, sed etiam aliquatenus contra vim verborum in ea prolatorum induceretur. Cum enim adiecerit, se alloquturum manu armata si per te non steterit: illa verba, si per te non steterit: videntur ipsum Caninium reum addere, non actorem: quia vt actoris est prouocare, ita rei est per eum stare, & se excusare. l. properandum. §. quidem. C. de iudic. meritò cum partes excusantis ei tribuat: satis apparet se eum pro reo & defensore habere. Attendenda ergo maximè est hęc qualitas, secundum quam eum Fulgosius compellauit. l. si proponas. §. j. vbi Ange. de inoffic. test. l. diui. de re iudi. maximè cum (vt dixi) illa clausula esset superflua: ar† semper facimus interpretationem ne reseruationes istæ sint superfluæ. Ias. l. si fundum. per fideicom. de leg. j. Dec. cós. cclxxxiij. Alex. consil. cxxxv. in prine. sed potius multum operentur. l. si quando. de leg. j. adeò vt capiatur† potius ista interpretatio per quam actus in continenti corrigeretur & illusorius efficeretur, quam quod talis clausula sit superflua. gl. l. si debi. §. j. quibus mod. pign. qua de re plura exempla apud nostros doctores reperiuntur. Addo, quod cum† duplex sit procedendi modus, aut iudicialiter, aut per probationem armorum, & ipse dixerit, reseruans mihi vt re armata manu alloquar, videtur elegisse hoc remedium armorum, & consequenter voluisse ipse actoris partes sustinere. Cum enim† in remediis agendi electio non sit rei, sed actoris ipsius. l. quod in hærede. §. elig. trib. & ipse talem electionem faciat, satis indicat se actorem esse, alioquin reseruatio non ad eum pertinuisset, sed ad aduersarium. Nec me mouet quod vsus sit verbo reseruare, cuius natura sit ius quod est seruare: nó autem aliquid noui inducere: quia imò varia est huius verbi significatio. Et ex ductu sermonis qui in chartula conspicitur, satis apparet: quod cum Fulgosius prouocasset per scripturam, subiecit illam clausulam, vt ostenderet non fore se contentum tali scriptura, sed præterea vi armata etiam acturum. Et ad hunc finem vsus est tali verbo, quod significat interim se differre arma, dum mittit chartulam, vsurum tamen armis. l. filiam. vbi Bar. de aur. & arg. leg. Vnde expressè apparet prouocasse eum ad arma, & ideo prouocatoris partes sustinere. Et cum huiusmodi armorum probationé elegerit, iam id non potest mutare, sed necessariò in eá persistere debet, l. quod in hærede suo. cap. ij. de lib. oblig. quia† in electione remediorum non est licita mutatio, aut variatio, vt vulgo receptum est, & ab omnibus traditur. l. cuius bonis. de curat. fur. l. si mihi. in prin. de leg. j. Qua ratione multò minus licita erit diuisio, vt scilicet pro parte velit probare iudicialiter: pro parte verò vi armorum. Nec enim talis diuisio tolerari potest, vbi lex variationem non permittit: l. filium. emancip. de acquir. hæred. gloss. cap. cum in multis. de rescript. in vj. Et ideo inferri potest, quod si Fulgosius velit probare per epistolas Caninij: quemadmodum aduersus honorem suum ab eo scriptum sit: vt deinde ad singulare certamen deue-

niat, non erit id tolerandum: imo† via quam elegit sibi sola patere debet. l. si mulier. §. 6. ff. quod met. causa. vt scilicet armis vtrunque probet; quod Caninius scripserit; & quod sit mentitus. Clemen. causam. de ele. sibi enim imputet Fulgosius, qui hac sua armorum electione cæteras probationum facultates putauerit, l. diuus. de re iud. l. circa de proba. vbi Bar. & videtur ab omni alia probatione recessisse, & eam in causam armorum transtuliſſe, & quodammodo nouasse. Quamuis ergo offerret se literas Caninij exhibiturum, vt inde ex prouocatore, efficeret se prouocatum non putauerim id ei prodesse, cum se ad probationem armorum restrinxerit, & probationem quæ per literas fieri posset: non reseruarit. Quamuis etiam alia ratione non videretur admittendus. Si enim tales literæ ab ipso fuerunt apertæ, cum ei hoc non licuerit: non debet super earum disputatione audiri. cap. cum olim minor. de offic. delegat. imò† aperiendo incideret in crimen stellionatus, secundum Bartolum, l. qui testamentum, de fal. l. Titio. ad Mun. ideo non potest admitti ad probandum id quod per crimen consequutus est; nec aliàs is qui propriam turpitudinem allegat, audiatur. Sola ergo armorum probatio sibi relinquenda est. Postremum nec illud me mouet, quod suprà dixi, non videri conditionalem esse Fulgosij chartulam, cum pro certo positum in ea sit: quod Caninius aduersus eius honorem dixerit, &c. Respondeo enim, quod verba chartulæ incerta sunt, & triplicem possunt habere sensum, vt suprà dixi. Meritò ergo illa† incertitudo aduersus scribentem est interpretanda. qui legem potuit clarius dicere. l. veter. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stip. de verborum obligatione. quod maximè verum est, cum incertitudo resultet: quia multiplex subsit causa, quæ in intentione proposita videri possit: tunc enim eius declaratio non adscribentem, sed ad reum pertinet. Bartol. l. duob. §. ergo. de iureiurando. Areti. l. si quis à filio. §. si quis plures. de leg. j. Vnde potuit Caninius declarare illa verba. Et si negas rursus mentiris: si negas suprascriptam cõclusionem: quod si scripsisti sis mentitus: quo casu sine dubiõ chartula conditionalis est & incerta: hæcque interpretatio debet esse potior: quia aliàs reus ex generalitate illorum verborum dubius esset: & ex ambiguitate posset captari: merito chartula est existimanda ineptè concepta, quæ reum certum non facit. l. j. ff. de eden. † Quoties enim incertitudo talis est, vt reus clarus esse nequeat, libellus dicitur ineptus & reiiciendus. gloss. l. j. §. j. si men. fal. mod. Cast. l. si quis inten. de iud. Et debent iudices qui prudentia & iudicio naturali polleant, in hanc partem inclinare: quam & ego libentius eo sequutus sum, quod viderem eius quoque sententiæ fuisse cum illustrissimum Ducem Vrbini virum omnis rei militaris, scientissimum, Imperatoremque celeberrimum, tum etiam tot præstantissimos iureconsul. qui hac in causa scripserunt: quorum vestigiis ego insistens, post optimorum messorum terga spicas hasce collegi.

CONS. VII. SVMMÆ.

1 *Non subditis temporaliter subsidium imponi non potest.*

2 *Qui fundat intentionem suam in aliquo illud debet probare.*

BIU Cujas

3 *Castrum non præsumitur de iurisdictione ciuitatis, & quare.*
4 *Successor non habet maius ius in re quàm habet ille cui successit.*
5 *Vasallus non tenetur iurare fidelitatem minor, vel minus nobili.*
6 *Quando dominus feudi confiscatur ius vasallitij non transit in fiscum, sed vasalli efficiuntur franchi.*
7 *Dominus & vasallus sunt correlatiui.*
8 *Non sequitur habet superioritatem ergo habet ius indicendi subsidij.*



Am subtiliter, & copiosè in præsenti causa, per clarissimum consultorum allegarum est, vt ferè nihil intactum reliquerit, meritoque solum mihi supereſt, vt post optimi messoris terga spicilegium faciam. Puto itaque reuerendissimum Archiepiscopum Auenionensem, vel potius homines Biturigij, & Castri noui fouere iustiorem causam, & quod eis non potuerit imponi dictum subsidium à S. Papa domino nostro, moueor quatuor rationibus. Prima est, quia † non subditis temporaliter subsidium imponi non potest. l. rescripto. §. sciendum. vbi Bart. ff. de mun. & honor. vnde fundamentum intentionis sanctissimi D. est quod isti sunt subditi temporaliter, & onus † probandi ad eum pertinet. l. verius. ff. de probat. nec sufficit: quod dictæ villæ cohæreant comitatui, vel intra fines comitatus: quia non sequitur, quod per hoc sint de domini Comitis, sicut neque † castrum præsumitur de iurisdictione ciuitatis, ex quo potest esse castrum sine ciuitate, vt dicit Bartolus in l. j. de dam. infe. no. Baldus in titu. de pace const. in verbo, in criminalib. Anto. de Butr. cap. conq. de for. compet. & ita consuluit Alexand. consilio xvj. volum. v. Quæ opinio tanto magis tenenda est: cum ab immemorabili tempore neminem alium recognouerint, quàm Archiepiscopum: nec ideo dicta castra sint acephala, cum caput suum habeant archiepiscopum, qui respectu eorum castrorum solum imperatorem recognoscit: imò videmus quod in Germania, & in aliis prouinciis sunt alij archiepiscopi in iurisdictione temporali, neminem, penitùs recognoscentes: vnde non esset mirum, si idem etiam obseruaretur hoc casu. Secunda ratio est: quia in dicto comitatu S. D. † successit non ex causa, quam haberet ab ipso imperatore, sed à quodam comite: vnde in eum non potuit transire maius ius, quàm ipse comes haberet. capit. is qui in iur. de reg. iur. in vj. Inspiciendum est igitur ius ipsius comitis, quo præsuppositio, dico casum esse clarissimum, nam imperator dicta castra iam infeudauisset dom. Archiepisco, vt constat per inuestituram constituendo, deinde comitem non videtur trāstulisse in eum ius superioritatis, quod habebat in Archiepiscopum propter hæc castra. non ex generali concessione: quia per eam non transit tale ius. cap. vnico. §. in generali. ſi de feu. def. cont. fit. &c. in vsib. feu. imò si imperator expressè voluisset, non potuisset: quia dominus sine voluntate vasalli non potest alienare in inferiorem dignitatem: quia non tenetur † vasallus iurare fidelitatem minori, vel minus nobili. cap. contrario. de inuest. de re aliena. fac. & potuisset Archiepiscopus dicere mea interest magis esse subditum imperatori, quàm comiti: & ideo non teneretur talem comitem recognoscere. cap. ex eadem de l. Corradi. facit text. in cap. vnico. §. præterea ducatus. in fin. de prohib. feud. aliena. per Federic. Tertia ratio, quia vt ex fama notorium est S. D. habuit comitatum Venasini ex confiscatione vltimi comitis propter hæreticam prauitatem, de quo etiam puto in Archiuis vrbis extare scripturas: vnde dico, quod etiamsi archiepiscopus recognouisset comitem, quod adhuc ius non transit in S. D. quia † quando dominus feudi confiscatur ius vasallitij non transit in fiscū, sed vasalli efficiuntur franci. cap. vnico. vbi Bal. & cæteri not. per illum text. hic finitur lex, deinde consuet. &c. in vsib. feud. Iason in l. iij. C. de iure emph. & est ratio: quia iure versa etiam confiscato vasallo ius non transit ad confiscantem, sed reuertitur ad dominum, secundum Bartolum, & doct. in l. si finita. §. si de vect. ff. de dam. infe. ergo idem iure versa quando dominus confiscatur, vt ius ad vasallum perueniat, & efficiatur franc. & sic † dominus & vasallus sint correlatiua, per quam rationem hanc opinio. etiam tenuit dominus Præp. in dicto cap. j. & est vera & communis conclusio. Quarta & vlti. ratio est, quia etiam si archiepiscopus in iure temporali recognosceret Rom. Pontificem tamen non videtur, quod S. D. posit hoc modo immediatè dictos homines compellere: quia cum sint in feudum dati dicuntur alienati, nec tenentur ipsi Papæ ad iuramentum fidelitatis, sed solum versus Archiepiscopum, vt dicit Bald. Præp. & alij in cap. imperialem. §. illud. de prohib. feud. alien. per Federic. nisi Imperator, vel pontifex: tamen in eius locum successit quod non creditur istud ius tibi reseruasse in inuestitura feudali. Non enim sequitur habet superioritatem: ergo habet ius indicendi subsidij. facit textus in clemen. pastoralis. de re iudic. sed quia non vidi inuestituram, vlterius non insisto.

CONS. VIII. SVMMÆ.

1 *Notario contradicente suo instrumento, proculdubio vacillat fides instrumenti.*
2 *Instrumentum probat propter præsumptionem, quæ est pro notario.*
3 *Per contradictionem notarij cessat præsumptio probationis, vnde omninò standum est imbreuiaturæ primæ.*
4 *Iuramentum dolo præstitum non obligat.*
5 *In sexu muliebri facilis est circumuentio.*
6 *Solennitates in donationibus requisitæ à statutis, fiunt causa fraudis remouendæ, ne quis temerè ad talem contractum deueniat.*
7 *Rom. Pontifex potest tollere vim iuramenti.*
8 *Validitas contractum non est à iure diuino, sed gentium, vel ciuile.*
9 *Mutanda non sunt quæ tandiu obtinuerunt.*
10 *Quod non potest statutum solum, potest iunctum cum consuetudine, & obseruantia.*
11 *Contra obligatum actione personali quandoque competit officium iudicis loco interdicti possessorij.*



IN causa magnificæ dominæ Elisabeth Bulzanę de tribus articulis breuiter est videndum. Primus est, cū notarius primò ediderit instrumentum cum narratiua donatiōis, deinde incarceratus reuocauerit dictam narratiuam, an probetur hæc donatio ob causam dotis? & pūctus non habet difficultatem: quia cum † notarius contradicat suo instrumento, proculdubio vacillat

lat fides instrumenti. l. j. §. si quis neget. ff. quem admo. test. aperian. & habetur in ca. cùm Ioann. de fid. instr. † Instrumentum enim probat propter præsumptionem, quæ est pro notario. ca. ad audientiam. de præscriptio. vnde si ipse contradicit, † cessat talis præsumptio: vnde omnino standum est imbreuiaturæ primæ, vt per Raph. Cum. cons. cxxxv. & Alexand. consilio xlj. in j. cum similib. Et concludendum est, quod ista fuit donatio ex mera liberalitate prouenies, non autem ob causam dotis, vel matrimonij finalem, vt in simili per Oldr. consil. v. Titius dedit. Alexan. consil. xiiij. in j. volum. Dec. cons. ccxxxix. vnde sequitur, quod talis donatio sit nulla: quia facta non seruata solennitate, statuti Placentini infirmantis tales donationes, etiam si iuramentum accesserit. Secundus est articulus, nunquid valeat tale statutum, & sit obseruandum propter vim iuramenti, de quo in ca. cum contingat. extra, de iureiur. Et docto. ibi communiter concludunt huiusmodi donationem non valere, quod tamen recipit aliquas declarationes. Et in primis illam quando ratio statuti esset fundata ad tollendum dolum, vel fraudem, quæ soleret fieri in talibus contractibus Clarum enim est quod † iuramentum dolo præstitum non obligat, vt est text. in d. ca. cum contingat. in fi. & ideo tali casu valeret statutum, vt sentit Bart. in l. omnes populi. in ij. quæst. ij. q. prin. versicu. ecce alia quæstio ad fi. ff. de iustit. & iur. cum quo transeunt ibi doct. & idem tenet Floria. Anto. de But. Abb. & Imo. in d. ca. cum contingat. Intelligendo tamen, quando ista præsumptio fraudis esset verisimilis, & à communiter contingentibus soleret induci: alioquin statutum daret occasionem periuriis. Sed in casu nostro satis apparet prouidisse statuentes aduersus istas præsumptas fraudes, quæ fiebant in donationibus: & ideo requisiuisse tot solennitates: nec est quærenda probabilis verisimilitudo longius, quàm in casu nostro, in quo apparet hanc mulierem fuisse deceptam per manifestam falsitatem notarij. de quo in examine criminali: adeo quod non sumus in materia præsumptionis, sed manifestæ certitudinis istius doli. Et istud maximè est dicendum, in casu nostro, attenta qualitate personæ, id est, † sexus muliebris, in quo facilis est circumuentio. §. iis conueniẽs. in auth. de æqual. dot. l. cum postea. vbi dixi. C. de pact. Maximè quia † istæ solennitates in donationibus requisitæ à statutis fiunt causa fraudis remouendæ, vt dixi: ne quis temerè ad talem contractum deueniat. l. donatio. hũc l. data. C. de don. Alia est declaratio, vt statutum valeat si sit à Pontifice confirmatum: tunc enim haberet vim Apostolici ex quo † Rom. Pontifex potest tollere vim iuramenti. ca. venerabilem. extra, de elect. & puto quod sufficiat simplex confirmatio statutorum: quia cum simpliciter absque alia conditione facta sit, credendum est ex certa scientia, confirmationem esse factam, vt not. Abb. antiquus. Io. And. Ant. de But. in ca. venerabili. de cõfir. vti. vel inuti. & probatur in ca. quia diuersitatem. in princ. de conces. præb. & facit quia non videtur alia causa petita confirmatio, quàm vt cõfirmarentur ea, quæ sunt inualida ex defectu potestatis statuentium: cum respectu statutorum validorum non esset necessaria talis confirmatio: vnde ne videatur superflua debet intelligi etiam de istis. Nec dicuntur hæc statuta iniusta: imo habent magnam æquitatem, licet non teneant ex defectu potestatis. quia laici non possunt dispo-

nere de iuramento: & ideo cum habeant magnã æquitatem & nemini præiudicent: videtur, quod debeat fieri fauorabilis interpretatio per quam tribuitur facultas statuentibus, & contrahentes liberentur à pœna periurij: hoc enim est merum principis beneficium. l. pen. ff. de mand. princ. & ita limitanda sunt quæ not. Alexan. consil. lix. in j. Alia quoque est declaratio, vt quamuis statuentes non possint disponere de iuramento, tamen possunt disponere, vt contractus non confirmetur ex quo † validitas contractuum non est à iure diuino, sed gentium, vel ciuili. l. iurisgentium. ff. de pact. super quo statuentes habent plenam potestatem. & ita intelligo illud quod not. Fede. de Sen. consil. cclxxij. quem refert & sequitur Anch. in reper. ca. canonum statura de consti. & tandem istam opinionem approbat Imo. in dict. cap. cum cõtingat. versic. sed illud potissimè. Et sum sequutus in repet. d. ca. cum contingat. & quotiescunque in tali statuto subest æquitas naturalis & rationabilis. Idem firmat etiam And. Sicu. consilio xxj. in j. volum. & istud omnino debet sequi Iudex cum statutum hoc sit in viridi obseruãtia, † nec mutanda sint quæ tandiu obtinuêre. l. minimè. ff. de legib. vt † quod aliàs non posset statutum solum, posset iunctum cum consuetudine & obseruantia, vt per Calc. consil. iij. & quod not. Soc. cons. cxlv. Tertius est articulus, an ex ista præstatione librarũ ducentum imperialium detur aliquod remedium possessorium aduersus do. Elisabetham, vt interim isti donatarij, pendente lite, percipiant hanc summam? In quo articulo breuibus agendo, dicendũ est, quod non: quia licet † contra obligatum actione personali, quandoque competat officium iudicis loco interdicti possessorij, per text. in cap. quærelam. extra, de elect. tamen in casu nostro in quo apparet de nullitate tituli: quia non seruata forma statuti in donatione: & quia non apparet factas esse plures solutiones, non potest esse locus dicto officio, secundum Anto. de But. & Io. de Imol. in d. ca. querelam. arg. text. in l. iij. C. de epis. aud. sequuntur Mod. in l. fin. ff. quorum bonor. Et hæc omnia, saluo semper, &c. Andr. Alc. Iurisconsul. secundum suprascripta respõdi, & subsignaui.

CONSILII IX. SVMMA.

1 *Contractus propter vinculum iuramenti confirmatur, nec admittitur exceptio minoris ætatis contra iuramentum.*

2 *Si ex parte mariti nulla interuenisset donatio propter nuptias, aut inæqualiter prouenisset adhuc tota dos cederet eius lucro secundum pacti iurati formam, quod aliàs iure communi validum, efficaxq; est.*

3 *Statutum non potest infirmare contractum iuratum.*

4 *Maritus constituendo antifactum videtur remittere iuramentum.*

5 *Confessio antifacti potiùs conualidat pactum quàm infirmet.*

6 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*

7 *Forma renuntiari non potest.*

8 *Lex ciuilis non potest disponere super actu iurato.*

9 *Contractus non sunt facilè annullandi & fauorabilior est interpretatio, quæ pro valore actus fit.*

10 *Iudex mariti est iudex vxoris, quia vxor transit in eius forum.*

11 *Mulier licet virum sequendo non perdat forum originis, tamen illud attenditur in quo reperitur, & in quo contraxit.*

12 *Iuramentum in contractu appositum purgat obiectiones quæ opponi possent, eò quia contrahentes non seruauerint solennitates à statuto requisitas.*

13 *Aestimatio rei cum re ipsa iuris interpretatione censentur idem.*

14 *Error in æstimatione non vitiat contractum.*

15 *Statutum non est calumniosè intelligendum, vt inducat formam, vt qui errat in parte, cadat à toto.*

VIsis allegationibus factis vtrinque, in præsenti casu, existimaui quidem subtiliter & ingeniosè disputatum fuisse: sed tamen non admodum necessariò, si enim contractus, de quo agitur absque iuramenti vinculo conceptus fuisset, vtique locus probabilis suprascriptæ altercationi esset, sed cum iuramentū interuenerit nō est quærendus nodus in scirpo, quia indubitatum est aduersus legis vel statuti prohibitionem con-
1 firmari † contractum, propter vinculum iurisiurandi, nec admitti exceptionem minoris ætatis. authentic. sacramenta puberum. C. si ad vend. aut aliam, quæ fauorem priuatum principaliter concernat. cap. cum contingat. extrà, de iureiurand. per Bartolum, l. si quis pro eo. de fideiuss. & dixi latè in l. pacta. quæ contra. versicul. quarta species. C. de pact. & ideo etiam † si ex parte mariti
2 nulla interueniisset donatio propter nuptias, aut inæqualiter proueniisset, adhuc tota dos cederet eius lucro, secundùm pacti iurati formam, quod aliàs iure communi validum, efficaxque est. l. j. §. illo procul. C. de rei vxor. act. vt aliàs consuluit compater meus Francisc. de Ripa, & est impressum eius consilium, libro iij. responsorum. capit.
3 iij. & † statutum non potest infirmare talem contractum propter vim iuramenti. cap. licet. de iureiurand. libro vj. & dixi in dict. cap. cum contingat. versicul. consequenter ergo. Nec obstat, quod
4 † maritus constituendo antifactum, videtur remittere iuramentum secundum cap. j. de iureiurand. nam respondeo, quod remissio non censetur facta, nisi quatenus necessitas coniecturæ vr-
5 get. l. non hoc. C. vnde legi. sed † confessio antifacti potius cōualidat pactū, quàm infirmat. l. iij. §. si emancip. j. versicul. cū rescis. de bonorum possessione contra tabulas. Non obstat, quod duo sint pacta, vnum expressum de lucrando dotem, &c. respondeo, de hoc nunc agitur cuius casus euenit, non de tacito donationis propter nuptias quod non euenit, & ideo iuramentum vim suam
6 in casu expresso operatur. Non obstat, † quod iuramentum intelligatur rebus sic stantibus. l. fi. ff. qui sat. cog. respondeo intelligitur etiam in casu, quo res non sic stent, quando expressè in eum casum prouisum est, & verba iuramenti indicant. cap. penult. de iureiurand. Bartolus in l. ij. C. de rescript. versicul. quæro quid si minor, ibi, quia iuramentum, prout in casu nostro contingit. Nec obstat, quod statutum loquatur verbis prohibitiuis, & inducat formam. l. non dubium. C. de leg.
7 † formæ autem renuntiari non possit: vt per glos. in rub. C. ne fil. dot. per Iaf. in l. nemo potest. de leg. j. respondeo, quod hoc non procedit, quando iuramentum adest, & prohibitio legis est in fauorem priuatum inducta. dict. cap. cum contingat. & per Alexand. consilio xxvij. in j. hoc enim casu statutum non trahitur ad actum iuratum. glo. cap. cum non deceat. in glos. final. de elect. libro
8 vj. & quia † lex ciuilis non potest disponere super actu iurato, vt per Bartol. in l. omnes populi, in iiij. quæst. princ. ff. de iustit. & iur. cum multis concord. Circa antifactum, seu donationem propter nuptias, satis puto eam valere: non enim fa- 9
cilè annullandi sunt contractus: & fauorabilior est interpretatio, quæ pro valore actus fit. l. quoties. ff. de reb. dub. Nec me mouet, quod sit celebratus ille contractus coram iudice viri, non autē vxoris prout requirit statutum cxxix. respondeo, verba statuti simpliciter dicunt, quod factus sit, in præsentia consulis eius iurisdictionis, vnde debet intelligi loci, vbi celebratur contractus: quia hoc pertinet ad solennitatem contractus. l. si fundus. ff. de euict. per Bartol. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide catho. Præterea † iudex ma- 10
riti, est etiam iudex vxoris: quia transit vxor in eius forum. l. exigere. ff. de iudic. l. fi. §. litem rescripserunt. ff. ad municip. & licet mulier non perdat forum originis. l. assumptio. ff. ad mun. istud nihil est: quia posito. quod habeat vtrunque forum, tamen ad illud attenditur, in quo † reperi- 11
tur, & in quo contraxit. l. si hæres. §. fin. l. si vxor. ff. de iud. Minus etiam me mouet, quod constitutio ista donationis propter nuptias facta est absque auctoritate curatoris, & consulis, contra dispositionem. l. lex, quæ tutores. C. de admi. tut. & legis municipalis. nu. cxxij. respondeo, † iura- 12
mentum purgat hanc obiectionem, vt est tex. expressus in dict. cap. cum contingat. nec statutum laicorum, in contrarium valet. dict. cap. licet. de iureiurand. libro vj. maximè cum statutum non loquatur expressè in hoc casu, sed simpliciter dicat, quod non possit se obligare alicui personæ. quibus verbis non videntur statuentes intellexisse de donatione ista, quæ fit ex quadam necessitate ob dotem acceptam. l. conditionibus pupillus. in prin. ff. de condi. & demonst. vbi Bartol. & doct. per Aret. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. Postremò nec illud videtur vrgere, quod antifactum non sit quantum dimidia dotis, & sic obstet statutum cxxxv. in fin. respondeo nihil refert, an sit factum in ipsis bonis, an in eorum æstimatione: quia † æstimatio iuris interpretatione censetur idem cum re ipsa. l. stipulatus es opus. 13
de fideiuss. vbi fideiussor, qui pro forma non potest in re diuersa obligari, tamen obligatur si principalis rem, fideiussor eius æstimationem promiserit. ad idem tex. in l. propemodū. ff. de verb. sig. Iaf. l. non amplius. §. fin. de leg. j. & † error in æsti- 14
matione non vitiat contractū. l. j. C. de err. calc. per doc. etiam in l. instar. C. de iur. fis. lib. x. nec dictum † statutum calumniosè intelligendum est, vt induc- 15
at formam, vt qui erret in parte, cadat à toto. l. ij. §. deinde: vbi gloss. ff. de orig. iur. l. j. C. de form. vbi Bald. & doct. Sed quia iis & aliis rationibus per aduocatos rectè responsum est, vlterius non insisto cum de iudicio meo simpliciter sim requisitus, & absque bibliotheca agam.

CONSILII X. SVMMÆ.

1 *Edicto iura quæsita tolli non posse.*

2 *Clausula fiat iustitia, quid operetur.*

3 *Constitutum per mortem constituentis extinguitur.*

4 *Constituti vis.*

5 *Causa spolij consistit in deiectione, non in simplici animi negatione.*

6 *In materia spolij quæ est pœnalis & odiosa, non videtur attendendum ad possessionē ex constituto proueniente, quando res ipsa nunquā fuit realiter apprehēsa.*

Alias

BIU Cujas

ALiàs consului in causa Comitatus Collisani, pro illustri Domina, Don, Antonia: quod ipsa foueret meliorē causam, tam in possessorio, quam in petitorio: & adhuc sum in ea sententia. Cæterum, quia nuperrimè emanauit decretū à Cæsarea maiestate, quod absque impedimēto ordinatorum fiat iustitia conformis iuri, & ritibus, & capitulis regnis, &c. dubitari potest probabiliter in intelligentia dicti decreti, in tribus clausulis. Prima est absque † impedimēto ordinatorum, &c. & (quod ad hanc clausulam adtinet) in processu mihi exhibito non reperio aliquid fuisse ordinatum circa hoc possessorium in damnum D Antoniæ, & ideo talis clausula modicum effectum operatur. vt habetur in l. omni. C. de sac. san. eccl. quod aliquid fuit ordinatum, si mihi ostendatur, potero in hoc certius respōdere. Secunda est, † fiat iustitia, &c. & videtur per hæc verba nihil noui esse inductū, sed simpliciter Principē ad ius se retulisse, prout in simili casu respōdit Alex. cōs. xciiij. & cons. cxxxvj. in ij. & Dec. cons. cxcviij. & quamuis aliàs talibus verbis videatur causam, per rem iudicatā extinctā suscitari, secundum Bal. & And. Sic. in c. ij. extra, de offi. leg. Fel. j. de cōst. & q. no. Alex. cōs. lxxvij. in ij. tamen illud dictum est ambiguum, & contrarium tenet Iaso in l. causa. C. de trās. ac. vbi dixi, & in casu nostro subsequentia verba decreti satis declarant mentem Cæsaris se simpliciter ad ius remittentis est. Tertia est conformis iuri, & ritibus, & capitulis regni: & puto intelligendum de cap. cxxxv. Regis Alphonsi, loquentis in materia spolij: quia partes in hac causa vtrinq; intentauerunt remedia spolij, altera prætendēs se ab altera spoliatam, de quo in c. fin. extra, de ord. cogn. & per Lanfr. de Orian. in rep. rub. extra, de cau. poss. & quicquid sit de iure cōmuni extat in regno dictū c. quo simpliciter dicitur cum agitur de spolio infra bimestre perpetratum, cōstito antequā audiatur aduersarius in defensoribus suis fit restitutio, & postea auditur, &c. q. capitulum nō videtur prodesse illustri d. Dianæ aduersariæ, quia ipsa prætēdit possessionē ex clausula cōstituti inserta in instrumēto dotali per d. Artalion, quę clausula extincta est per eius † mortem. l. quāuis. de acq. poss. vbi doc. & maximè d. Claud. de Aquis. §. j. d. l. quamuis. vbi ampliat quando in cōstituto esset clausula, ex nunc prout ex tunc. & sentit Dec. cōs. ccxlvij. quin constitutū est collatū in tempus inhabile. *Volo quòd succedas mihi si decessero sine liberis, &c.* adiectū est enim verbis denotātibus obuētionē bonorū: licet secùs esset, si verba essent principalit, promissiua, de quo p Bar. cōs. ccxij. Dec. in l. pactū dotali. C. de colla. & aliàs dixi in cōs. per me in hac causa facto. Prętereà d. c. regni. nō videtur intelligendū de tali possessione p † constitutū acquisita. sed dūtaxat de possessione naturali, qua quis realiter fuerit deiectus, q; probatur. Primò per verbū illud, fiat restitutio. cū enim d. Dianā nūquā possederit realiter, nō potuit ei aliqua res restitui, sed dūtaxat nudus animus cōstituentis se eius nomine possidere: vnde satis videtur nō verificari dictū verbū, meritò, nec lex d. casu habebit locum: vt in simili per gl. in l. mācip. vbi Bal. & Pau. de Cast. C. de ser. fug. Lud. Ro. sing. cccclxxxix. Secūdò, probatur ex illis verbis cū agitur de spolio perpetrato: † causa enim spolij consistit in deiectiōe, nō ex simplici animi abnegatione. l. j. in prin. & §. deiecisse. ff. de vi, & vi arm. Tertiò, quia † in hac materia spolij, quæ est pœnalis & ódiosa, non videtur attendendum ad hanc possessionē ex constituto p

A ueniētem, quando res ipsa nunquam fuit realiter apprehensa, secundū Gui. Pap. in dec. Delphina. q. cx. cxij. & facit gl. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. Quatrò, quia capitulum hoc videtur intelligendum secundum terminos iuris cōmunis. l. si serui. C. de noxa. l. j. §. excipiuntur. vbi Bald. ff. de feriis. vt inducat quoddam possessoriū recuperandæ summariissimum, de quo per Innoc. in cā. cùm venissent. extrā, de instit. Pau. de Cast. consil. iij. in ij. volu. & quod habetur in l. vt liberis. in fin. ff. de lib. cau. vnde non debet operari respectu huius constituti requirentis altiorem indaginem, quia pendet ex valore contractus & promissionis factæ.

CONS. XI. SVMMÆ.

1 *Separatorum ius diuersum ex causa contra.*
2 *Oriundus de Castro dicitur oriundus de ciuitate, quando Castrum est subiectum ciuitati, licet vniuersaliter sit separatum.*
3 *Pater non potest priuare filias suas, sed tenetur eis relinquere saltem legitimam, quæ est tertia pars omnium bonorum.*
4 *In legitima computantur dotes per filias acceptæ, & legata in testamento facta.*
5 *Vsusfructus vniuersalis tempus.*
6 *Si dotes & legata non excedunt legitimam possunt filiæ legata consequi etiam non obstante vsufructu vxori legato.*
7 *Dos an statim petenda pro rebus censetur.*
8 *Inuentarium etiam remissum faciendum.*
9 *Testator non potest remittere cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*
10 *Præceptum à testatore factum quo grauat hæredes ad fideiubendum non valet, & quare.*
11 *Mulier quamuis non fecerit inuentarium, non tamen perdit legatum, ex quo hæres patiendo eam vti frui videtur solennitatem interim remittere.*
12 *Testator habens filias in potestate debet eas purè instituere, vel exhæredare aliter testamentum est nullum.*
13 *Testamentum in quo filij sunt prætériti est nullum.*
14 *Clausula codicillaris facit valere testamentum nullum in vim fideicommissi.*
15 *Quartas duas filiabus deberi.*
16 *Legata facta in testamento nullo valeant, & sustineantur.*

NOn modicam præsens casus habet difficultatem, & pluries de eo vidi dubitari. Nam quamuis Arona in ciuilibus sit de ducatu Mediolani, tamen ex quo est exempta, & separata a iurisdictione Mediolani, debet censeri tanquā quid de per se: quia propter talem † separationem æquiparatur ciuitati, vt docet Bar. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. vnde statuta Mediolani nō debent in eo oppido obseruari: quia amplius nō dicitur de territorio Mediolani. l. pup. §. territ. ff. de verb. sign. Cōfirmatur, quia ibi est statutum, quod deficientibus statutis Aronæ, seruetur ius commune Rom. & sic satis apparet de mente statuentium fuisse, vt statuta Mediolani ibi locum nō haberēt, vt in terminis dicit Soc. cons. cclxxj. Sed istis non obstantibus dico cōtrarium: quia cum tale Castrū esset de ducatu Mediolani, quamuis sit separatum, & infeudatum, retinet tamen statuta Mediolani. Bar. in l. si conuen. §. si nuda. ff. de pig. act. Alex. cōs. clj. in ij. vol. cum concord. & hoc maximè dicendum est in casu nostro: cum Mediolani adsit statu-

tum fol. liiij. in nouissimis quod statuta Mediolani seruentur vbiq; in ducatu, diœcesi, districtu, nō obstantibus quibuscunq; exemptionibus, vel immunitatibus. Non obstat, q; non dicatur amplius de territorio, quia imò est, vnde etiam ratione decreti de maiore magistratu, illi de Arona subsunt prætori Mediolani, vnde non dicitur vere exempta. & ideo subest statutis Mediolani facit q; no. Bald. 2 cons. clxxxiij. in fi. vbi dicitur † oriundus de ciuitate, qui est oriundus de tali castro quod secum dū q; est subiectum ciuitati, licet velocitèr sit separatū. B Et istud maximè debet procedere in præsentis, quo propter crimen læsæ maiestatis, quod incurrit magnificus Comes Ludouicus eius castri dominus inuestitura illa feudalis, & separatio est extincta, & consequenter Arona reuersa est ad pristinam originem, vt dicit Paul. Cast. cōs. cxxix. statuta Pisana. in j. lib. in prin. & dicitur adhuc de districtu declarando, vt per Aret. cons. lxxvij. in prin. Non obstat ipsorum statutum, quo deficientibus statutis eorum seruetur ius commune: quia respondeo non ideo excludi statuta Mediolani: ex quo ius cōmune dicat, q; deficientibus statutis castri seruentur statuta vrbis. §. fi. instit. de satisd. & ita in terminis consuluit Lud. Ro. cons. ccxviij. incip. præsens casus duplicem. & Soc. sibi cōtrarius cons. lxxxj. vol. j. & licet posset hæc solutio refricari in dubium, in castro penitus separato, per ea, quæ not. Soc. in d. cons. cclxxj. tamen in castro, quod non in totū separatum sit (vt est casus noster) videtur non habere difficultatem, facit q; no. Bar. in rep. l. fi. q. xxxvj. D G. quæ sit long. consuet. Hoc igitur, sic præsuppositō, descendo ad resolutionem dubiorum propositorum. Circa primum, an potuerit testator † priuare filias suas? dico, q; non: sed quòd teneatur eis saltem relinquere legitimam, quę est tertia pars o- 3 mnium bonorum auth. nouiss. C. de inoff. test. §. aliud quoq; cap. in auth. vt cum de app. cog. † in quā tamen legitimam computabuntur dotes acceptę. l. quoniam nouella. in fi. C. de inoff. test. Itē computabūtur legata in testamēto l. scimus. l. omni modo. §. imp. C. de inoff. test. & si legata accipiātur iure legitimæ, reiicietur conditio omnis, & etiā grauamē vsusfructus relictum vxori. l. quoniā in prioribus. C. eod. tit. & in tali casu non attēderetur, quod testator iussisset eas filias esse tacitas, & cōtentas: quia per hanc clausulam non est in facultate eius euadere dispositionem legis eam arctantis ad relaxandam legitimā. l. nemo potest. ff. de leg. j. Circa secundum, an potuerit constituere vxorem vsufructuariam vniuersalem, &c. respondeo, quod cū statutū Mediolani non permittat relinqui vxori vltra quartam, non poterit † vsusfructus omnium bo- 5 nōrum durare vltra sex, vel septē annos: quia talis censetur quarta pars hęreditatis, secundū prędictā cōputationē gl. in auth. perpetua. in gl. fi. C. de sac. san. eccl. sed si filiæ velint portiones suas puras, durabit vsusfructus, in reliquis partibus tāto diutiùs, secundum prædictam computationem. Circa tertium, respōdeo, suprà responsum esse, nam † si dotes, & legata non excedunt legitimam, possunt filiæ legata consequi etiam non obstante vsufructu vxori legato. Si verò excedunt, crederem q; quatenus ascendit legitima deducatur vsusfructus. d. l. quoniam in prioribus vltra, verò standum esset testatio. Circa quartum respondeo licere istis filiabus 7 petere de præsenti dotem materham, si talis dos sit in bonis immobilibus, quia non dicitur esse de hęreditate, vel bonis testatoris: sed si sit in pecunia, & consequenter pater sibi teneretur actione A personali ad dotem, esset secus: ex quo voluit testator, quod non possent plus petere super bonis, & hereditate secus, si diuisset super bonis tantū, vt p Bar. in l. vt iurisiur. §. fin. in fi. ff. de bon. lib. Paul. de Cast. cons. cxcij. super isto puncto in ij. in nouiss. Alex. cons. cxxxij. in ij. Ias. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Gui. Papæ. quę. xciij. cum similib. Circa quintū, dico non esse dubium, quin dicta vxor sit obligata facere † inuentarium: quia testator nō po- 8 test remittere talē solennitatem, vt per Bar. in l. ne mo potest. in iij. oppo. ff. de leg. j. & ibi omnes scribentes, sicut etiam † nō potest remittere cautionē 9 de vsu & fruendo arbitrio boni viri. l. j. C. de vsufr. per Alex. cons. lviij. in iiij. volu. † nec puto. q; valeat præceptum quo testator grauat hæredes ip- 10 sos ad fideiubendum, quia hoc modo fieret fraus euidens legi, prout est de mente Bal. in d. l. j. Circa sextum, quamuis mulier non fecerit inuentarium non tamen perdit legatum, ex † quo hęres patien- 11 do etiam vti frui. videtur solennitatem interim sibi remittere. & ita sentit Bar. in l. vx. vsufr. ff. de vsufr. leg. Bal. in cons. cxlviij. statuto cauetur. in iij. & cons. clxxxvij. super primo puncto. in prin. in j. par. Picus in rep. l. Tit. cum testatio. §. Titia cū nubener. q. lij. ff. de leg. ij. Circa septimū. puto testamentū esse nullū: quia † testator, cum haberet filias 12 in potestate, debuit eas purè instituere, vel exhæredare. l. iij. §. fil. ff. de lib. & posth. sed in casu nostro 13 instituit solū particulariter, finito † vsufructu vxoris. vnde cum interim reperiantur præteritæ, testa D mentum est nullum. d. §. fil. l. Gallus. §. idem credēdum. ver. ita sanè. ff. de lib. & posth. substinebitur tamen in vim fideicom. propter † clausulam codi- 14 cill. l. ex scrip. §. fi. ff. de test. & consequenter hæredes instituti fiēt fideicom. & hoc tenendo opinionem antiquorum, quod conditio casualis nō reiiciatur hodie, etiam respectu legitimæ, quæ opinio est communior, licet in practica difficulter posset obtineri propter auctoritatem contradicentiū. vt per Bar. in l. suus. ff. de hær. inst. doc. in l. si pater. C. de inst. & subst. Sal. in l. si quando. C. de inoffi. test. Et ex his concludo, quod filiæ propter legitimam suam habebūt tertiam partem hæreditatis, in qua imputabunt & dotes, & legata. Item habebunt titulo hęreditario aliam † quartam Trebellianicam, 15 tanquam venientes ab intestato: quia cum sint filiæ, habebunt etiam hanc quartam, vt est cōmunis conclusio. c. Rayn. & c. Ray. extra, de testa. Ias. in l. filium quem. C. fam. erc. & respectu harum portionum poterunt se intromittere in hæreditate, propria auctoritate & poterunt petere cautionem ab vxore respectu vsusfru. residui hæreditatis: qui cū non possit excedere quartam partem bonorum in valore, augebit partem hæredum, & sic filiarum pro contingenti portione, & consequenter etiam partem fideicommissarium. † Legata verò in eo 16 testamento etiam extraneis facta non est dubium quin valeant & sustineantur, per auth. ex causa. C. de lib. præter.

CONS. XII. SVMMÆ.

1. *Ad Comites sacrarum largitionum pertinebat cura reditum in auro.*
2. *Comites, & qui iis subsunt varij extincti.*
3. *Thesaurarij Principum nostri temporis argentarios appellari posse.*
4. *Argentariorum principale officium est in scribendo, ac ratio-*

rationibus scribendis, & conseruando pecunias in mensa sua depositas.

5 Colybum significat id, quod vulgariter dicimus capsoldum.

6 Thesaurarios vtile pro remunerari.

7 L. si ventri. 6 in bonis. ff. de priuil. cred. fensi.

8 Thesaurarios ex causis sibi quærere.

9 Modi cognoscendi quando dominium transeat in aliquem.

10 Valet argumentum de tutore, & administratore ad thesaurarios.

11 Actioni quæ datur ad nihil interesse si nihil interest, obstat exceptioni impeditiua litis ingressum.

12 Solutione sortis perimitur omnis spes lucri ex allagio proueniens.

13 Non entis nullæ sunt qualitates.

14 Administratores qui in pecunia Principis augenda scrupulose sunt diligentes, laudandi non sunt.

15 Aurum de iure communi recipit functionem sumus per monetam, & grauatus solucre in auro potest dare æquiualentem monetam.

16 Non solet haberi consideratio interesse lucri cessantis.

17 Thesaurarij debent in libris suis nominatim scribere à quo receperint, & ex qua causa, & diem receptionis.

18 Qui vnum dicit, de alio negare videtur.

19 L. Iulia de residuis & repetendarum post lapsum anni extinguuntur, nec ex eis contra hæredes datur accusatio.

20 Depositarius tenetur solum de culpa.

21 Depositarius accipiens salarium videtur teneri saltem de leui culpa.

22 Nulla lex prohibet, quin ex re sua licitè quis lucrari possit.

23 Procurator potest licitè lucrũ ex re domini facere, dum tamen citra damnum illius.

24 Industria illius qui ex re aliena lucrum facit, dum tamen citra damnum domini est laudanda.

25 Datum Ambasiatoribus Reipu. eis relinquitur nec ad rẽpublicam pertinet.

26 Licitum est mihi de re tua, quæ apud me sit illud facere quod mihi prodest, & tibi non nocet, quia tali casu de sola patientia agitur.

27 Non debet admitti petitio illius, cuius contrarium non esset postulaturus.

28 Thesaurarius hodie non potest loco pecuniæ signatæ massam soluere.

29 Relatio debet fieri cum omnibus suis qualitatibus.

30 Statutum vim legis habere, quæ vtentium vsu fuerunt approbata, & acceptata.

31 Cum Principibus attendi ad bonam fidem, & ad æquitatẽ, & in huiusmodi iudiciis omnem rigorem explodendum esse.

32 Liberalitas Principis semper augendo, non autem restringenda.

33 In dubio contra fiscum est iudicandum.

DOminus Franciscus Vincentius fuit thesaurarius illustrissimorum ducũ Ferrariæ per xl. annos: & interim singulis mensibus reddidit rationes factoribus generalibus: deinde decessit. Fiscales agunt contra hæredes, & prætendunt rationes non fuisse rectè compositas, sed defectiuas: quia in eas non sunt descriptæ particulares species monetarum, an in auro, an in alia moneta, quæ ex cambio seu allagio possit crescere, prætendũq; tale lucrum debere esse camerę, non autem ipsius thesaurarij, seu institores, cui thesaurarius relinquebat, si quod erat, quæritur quid iuris? Pro faciliore decisione huius quæstionis, in primis videndum est, qua specie contractus, seu qua actione teneatur thesaurarius iste. Et sciendum est in iure nostro non reperiri speciale huius rei mentionem: in aula enim Imperatorum erant † comites sacrarum largitionum, ad quos pertinebat cura reditnum in auro, de quo in l. j. in fin. C. de offic. com. sac. Erant † alij comites rei priuatæ, comites patrimonij: comites palatij; de quibus in libr. j. Cod. sub suis titulis. Sub iis erant præpositi thesaurariorum exactores, susceptores, archarij, apparitores, discussores & similia officia: de quibus in tit. C. de exact. trib. lib. x. & in eod. libr. Rub. C. de susceptor. quæ officia sunt extincta, nec amplius sunt in vsu in aula nostrorum principum. nec eligũtur secundum quod olim fiebat nec seruatur forma de qua in L. super creandis. C. de iur. fisc. lib. x. Bartol. l. illud. C. de can. larg. ritu. & maximè, quia exactio fiebat ab illis in speciebus percutebatur, deinde pecunia, quæ tanti valebat in forma, quanti in rudi materia: quia expensa eius monetæ cudendæ fiebat de publico. l. j. ff. de contrahen. emp. per Bart. l. Paulus. ij. q. de sol. & ideo nulla poterat cadere tunc differentia respectu allagij, vt probatur in l. j. de vete. num. pote. libr. xj. C. quæ omnia sunt hodie mutata vbique. Sed solent principes deputare aliquem campsorem, qui exigat dictas pecunias, & reditus suos quem vocant thesaurarium. Et iste videtur mihi in iure idem esse, quod † argentarius, constet enim apud hos deponi pecunias nobilium, & eos conficere rationes exactorum, & expensorum. Vnde lex dicit, quod eorum ministerium publicam causam habet, & quod principale eorum officium est in scribendo & conseruando pecunias in mensa sua depositas. l. si hominem. §. quoties. ff. dep. & habetur etiam in Aulularia Plauti, & licet nõ constet solitum illis statui aliquod salarium ex hac causa, imo potius quandoque ipsi pro receptis, si eas vacuas non habebant aliquid vsurarum nomine soluebant, vt dicitur in nouella Iustin. cxxxvj. tit. de argen. contractib. §. in ratiociniis. versicul. cum non possit. tamen promissio salarij non alterabit nomen artis eorum, vt ideò minus dicerentur argentarij, seu numularij, secundum Ange. in l. interesse. ff. de acquirend. possess. vbi loquitur in depositario recipiente pecuniam pro custodia. l. ad. Rom. consil. 500. incip. summarius quæst. casus. Andr. Sicul. consi. lxxj. in iiij. imo in vita Augusti apud Suetonium dicitur quod Argentarij haberent manus colybo decoloratas: quo significatus quod receptarum pecuniarum solebant deducere † colybum, id est capsoldum, vt vulgò dicimus, vel allagi idem significans de quo Iulianus Pollux onomasticõ. li. vij. περὶ τραπεζιτῶν vt aliàs dixi libr. j. cap. lxv. Parergon. Concludo itaque † thesaurarium istum non alium esse, quàm argentariũ principis, qui eius pecunias depositas habet. Et ideo literis ducis Borsij simpliciter appellatur depositarius, & constat vulgo quod suprascriptus Franciscus erat trapezita, seu campsor, exercens eam negotiationem licet etiam esset thesaurarius. Qui ergo sunt respectu priuatorum numularij, dicuntur respectu principis thesaurarij, & nihil habent commune cum illis officiis imperatorum, de quibus suprà. Sed nunquid dominium pecuniarum, quæ eis soluuntur à collectoribus, transeat in ipsos? an sit ipsius ducis? & videtur esse Ducis: & ideo lex inquit ei competere vendicationem l. l. si ventri. 6. in bonis. ff. de priuileg. credi. Sed certè loquitur ille tex. & in subsidium: & potest etiam intelligi pecunia iure depositi, tanquam species & in sacculo: & ita intelligitur

illum textum ibi docto. Din. Iacob. Alber. Raphael. Com. Iacob. Puteus. per text. in l. Lucius, in l. die sponsaliorum. §. j. ff. de proposi. Et sic sentiunt ibi omnes, secùs esse in casu nostro, in q̃ pecunia non traditur in sacculo obsignata, neque tanquam species: merito dicendum est quod dominium transeat in ipsos. Quæ sententia certior est in nostro casu, in quo præsupponit quod solutiones fierent à collectoribus: quo modo dominium est ipsius ducis ante traditionem illi factam. l. traditionibus. C. de pact. cũ non constituant thesaurarij se eius nomine possidere: sed simpliciter recipiant pecuniam. l. quod meo. ff. de acquiren. possess. vbi notatur. Comprobatur hoc ex eo, quod semper gestũ est; quia casus fortuiti periculum semper fuit apud ipsos Vincentios: nec ex furtis illis perpetratis voluit aliquid damni sentire fiscus. Vnde apparet, qd id agebatur, vt dominium transiret in ipsos. l. in naue. versicu. idem iuris. ff. locati. & quod not. Deci. cons. ccccl xxiij. Suadetur hoc etiam ex iis, quæ deinde gesta sunt: quia simpliciter dicti Vincentij reddebant rationes, nec cogebantur præcisè ad solutionem earundem specierum prorsus, quod indicat pecuniarum † dominium trãsiuisse, nec ad easdem species obligari. arg. l. sed Iulianus. §. pinde ad Maced. Suadet & hoc qualitas personarum, iuxta l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. cùm em̃ essent cãpsores, & voluit dux eos esse suos thesaurarios, intelligetur eo modo, quo solent campsores recipere depositа, id est, vt dominium in ipsos transiret. Ad idem facit, quia doctores nostri argumentantur, vbique † de tutoribus & administratores ad istos thesaurarios, vt per Ias. cons. cj. in j. cõsi. ccxxix. in ij. Bal. consi. ccxcviij. j. doct. in l. præses. C. de transact. vbi dixi, & in l. j. §. per procuratorẽ. ff. de acqui. possess. Dec. cons. vi. sed pecunia numerata non species transit dominium administrationis generalis, & consequenter ipsius thesaurarij generalis, secundum l. si ego. ff. de negot. gest. vbi gloss. Mart. & tenuit Petr. Cin. Ray. ibi, & gloss. vbi canonist. in cap. si tibi absenti. in gloss. super verbo habueris. de præbend. in vj. & puto hoc verissimum in pecunia non numerata tanquam certa specie, & sentit Barto. in l. Titium. §. altero. ff. de administ. tuto. Dec. d. consi. vj. versic. ij. licet forte in aliis speciebus sit secùs: & ita procedit contraria opin. de qua per Barto. in l. qui mihi. ff. de donatio. per Ias. d. l. j. §. per procuratorem. Nec quicquam obstat, quod huic thesaurario esset statutũ salarium menstruum librarum viij. quia respondeo hoc est quid minimum, & non correspondẽs debitæ mercedi. argum. l. senatus. §. Marcellus. de legat. & fideicommiss. primo. vbi docto. l. decurio formam. C. de decurion. libr. x. Alexand. consi. ciij. in fin. lib. j. Præterea (vt dixi) etiam argentarij recipiebant aliquam mercedem, & tamen in eos transibat dominium. & in casu d. l. in naue. ille nauta non gratis deuehebat triticum, & tamen transiit in illum dominium, & facit quod notat Angelus in d. l. interesse. & Ludo. Roma. & Andr. Sicul. in præallegatis consiliis & Decius consilio ccccl xxiij. His sic præsuppositis, veniamus nunc ad determinationem præpositæ consultationis, & proximo excipiemus aliquod casus claros in quibus non videtur probabilis esse dubitatio. Primus est respectu redituum Mutinæ, & Rhegij in quibus ciuitatibus, ex diuersa consuetudo monetarum à ciuitate Ferrariensi, & aureus plus expenditur, quam Ferrariæ. & tali casu bonum fuit quod specificaretur species auri à moneta propter eui-

A dentem rationem differentiæ: & quod hoc debeat fieri præcisè mandatur in literis ducis Borsij de quibus infrà. & intelligo ita factum fuisse, nec de hoc est controuersia. Secundus casus est, etiam respectu Ferrariæ, quo tempore erat quædam conuentio cum Venetis, per quam illi accipiebant aureũ pro vno asse plus, quàm expenderetur Ferrariæ, & hoc etiam est specialiter descriptum in dictis libris, adeò, vt neque de hoc casu contingat in præsentia dubitari. Tertius casus est, p tempore, quo B aureus semper fuerit vniformis pretij ad certam monetam, in tantum, vt nullum prorsus esset lucrum allagij, quod asseritur fuisse per priores xx. annos, quo exercita fuit hæc thesaurariа, & etiam iste casus est satis clarus: cum enim nihil interesset fisci, quod aurum, vel moneta solueretur, non potest imputari argentario, cur non scripserit magis specialiter: quia omnis ista † actio datur ad interesse: ergo, si nihil interest obstat exceptio impedi- 11
tiua litis ingressus. l. posthumus. §. j. de inoffic. testam. l. non ignorat. C. qui accu. non poss. doc. c. super iis, extra, de accus. Quartus casus est, vt idem C sit respectu pecuniæ expensæ antequam allagia venirent: cum enim ea pecunia fit iussu principis expensa, respectu eius liberatus est thesaurarius: vnde non potest fingi adhuc extare in odium thesaurarij, vt computet allagium quod inde potuisset percipere: solutione enim † fortis permittitur 12
spes omnis lucri ex allagio hoc prouenientis, argum. l. centum Capuæ. & lege. fin. de eo quod certo loco. lege, nummis. ff. de in lit. iu. & quia † non D 13
entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. versic. quoniam tunc. ff. si cert. peta. Quintus casus est respectu eorum, qui habebant mandata à duce exigendi tot libras, quibus propter qualitatem personæ fuisset dedecus soluere in minimis quadrantibus: nec enim est imputandum thesaurario, si soluit in auro, & muneta meliore: licuit enim id ipsi facere pro honore domini sui, sicut dicimus in tutore. l. cũ plures. §. pen. ff. de administ. E tut. & quolibet alio administratore, vt per docto. 14
in l. pactum curatoris. C. de pact. & ibi dixi nõ laudari administratores, qui in pecunia principis augenda sctupulosè diligentes sunt. l. diuus. in fin. ff. de bon. damn. quia istud esset corrumpere liberalitatem principis, quod facere non debent, de quo etiam per Barto. in l. illud. C. de can. largit. tit. libr. x. vbi loquitur etiam de istis thesaurariis, & facit. l. mulctarũ. C. de mod. mulct. per Corset. in repet. c. j. grandi. de supplen. negligen. prælat. lib. vj. Superest nunc, vt videamus salua suprascriptis casibus, an tenerentur dicti thesaurarij scribere nominatim aureorum qualitatem in suis rationibus. Et F puto, quod non, primò quia de iure communi aurum recipit functionẽ suam per monetam: & gra- 15
uatus soluere in auro potest dare æquiualentem monetam, vt est tex. in l. j. C. de collat. æris. & in l. vnica. C. de arg. præt. quod thesau. infer. lib. x. in l. quoties. C. de suscep. & arca. eod. lib. l. si quis argẽtum. C. de donat. vnde si quis recipiat aurum, potest simpliciter describere calculum & rationem G ad libras, & id fit vbique & quotidie. Secundò, qa videmus etiam esse in eo, qui debitor sit alterius. puta centum librarum potest soluere in tanta moneta: nec quicquam ei imputatur, etiamsi sit in mora soluendi, & aurei valor excrefcat, secundum Barto. in l. Paulus respondit. de solut. & est communis opin. per doct. in l. cum quid. si cert. petat. vbi dixi, versicul. secundus casus. & in l. quod to. ff. eod. titul. quia non potest hoc casu creditor

præten-

BIU Cujas

16 prætendere, nisi † interesse lucri cessantis, cuius nō solet haberi consideratio. l. si sterilis. §. cum per vē ditorem. ff. de actio. empt. cum ergo non perpendatur tale allagium, frustra describerent species aureorum. Tertiò nos videmꝰ, quod leges expressè explicāt, quomodo debeāt isti thesaurarij tenere, & conficere libros, † videlicet quod scribant nominatim à quo receperunt & ex qua causa, & diē receptionis. l. apparitores. C. de exact. trib. lib. x. l. neminem. C. de suscep. & arc. l. j. C. de apoch. pub. & tamen nusquam dicitur quod debeant specialiter ponere, quo genere monetæ, &c. nec Bartol. in l. comperimus. C. de nauicu. hoc requirit, nec Paris de Put. in tract. syndicatus super verb. officialis. vbi ponit multa de libris, & rationibus istorū thesaurariorum: ergo nec nos hoc dicemus. Quartò hoc suadent literæ ducis Borsij, quæ specialiter id reqrere solent in reditibus Rhegij, & Mutinę, in quibus est alia ratio, vt suprà dixi in primo casu excepto. Ergo aliud sensit esse in reditibus Ferrariæ, in quibus cessat ratio, vt dixi, & facit regula q, 18 † qui vnum dicit, de alio negare videtur. l. cum prę tor. ff. de iudic. cap. nónne. de præsumpt. l. & si fi ne. §. sed quod Papinianus. vbi Bald. ff. de mino. cum concord. & licet dictæ literæ habeant aliud capitulum de specificatione monetarum, tamen infrà ostendemus nihil obstare dictis Vincentiis. Quintò, hoc suadetur ex consuetudine inueterata per xl. annos, secundum quam videtur ita actum fuisse à partibus, vt minimè debeat nunc id in dubium reuocari. argu. l. Procula. de prob. l. penul. C. de apoch. pub. lib. x. maximè factis toties calculis cum factoribus generalibus, qui nunquā 19 de hoc fecerunt controuersiam. Et sicut † lex Iulia de residuis, & repetundarum post lapsum anni extinguuntur, nec ex eis contra hæredes datur accusatio. l. datur. ff. ad leg. Iuli. repetund. j. C. eo. tit. ita & in casu nostro hæc ciuilis controuersia debet cē seri extincta lapsu tanti temporis: non tam ex fundamento, seu prætextu præscriptionis, quā ex conA
ff. sol. matr. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Et † huiusmodi industria potius meret laudem: nec ad alterius, quā ipsorum vtilitatem est trahenda. l. iij. in prin. ff. ad leg. Falc. l. fi. in prin. vbi not. ff. mand. l. si vn? §. j. ff. pro socio. Sicut dicimus de eo quod † datum 25
fuit Ambasiatoribus Reipublicæ, q, tñ relinquit, nec ad Rempublicam ptinet. l. si verò. §. item quic qd. ff. sol. mat. doct. in l. sed si plures. §. in arrogatò. ff. de vulg. & dixi in trac. Præsumptionū. in prima reg. vers. xviij. ibi. Secūdò moueor, quia data, &c.
B Facit regula q, † licitum est mihi de re tua q̄ apud 26
me fit, illud facere quod mihi prodest, & tibi non nocet: quia tali casu de sola patientia tua agitur. l. fi. ff. de ser. vrb. præd. in glo. fi. quanto magis in re mea: quamuis tibi debita. Suadetur hoc tali ratione, si valor aurei decreuisset ad monetam: vtique princeps voluisset sibi solui in moneta, id est, in libra: qui erat factus creditor librarum secundùm communem sententiam, de qua in d. l. Paulus. ergo si creuit non debet illud augmentum petere:
C quia † peteret illud, cuius contrarium non esset 27
postulaturus. l. penul. C. de sol. l. si ea pactione. C. de vsur. verb. pecuniæ. in c. cum canonicis. de censib. Confirmatur etiam, quia ipsi scribebant soluta per collectores ad rationem librarum, ipsis collectoribus scientibus & videntibus, ad quorum vtilitatem pertinuisset istud allagium, si quod fuisset: quia potuissent ipsi soluere in moneta, & non in auro, & vtique si adfuisset in hoc lucrum, est verisimile quod fecissent l. præses. C. de ser. & aqua.
D vnde satis fuit habere consensum eorum saltem tacitum, nec hoc debet prodesse fisco, cui ipsi collectores non agebant tale lucrum deferre. d. §. item quicquid. dict. l. debitor. §. fin. & in terminis nostris per alias etiam rationes consuluit Raph. Comm. cons. clxxviij. in ij. dubio. Deci. consil. vj. Nec obstat, si allegaretur in contrarium text. in l. j. C. de aur. publ. perse. lib. x. vbi susceptores non debent pecuniam acceptam in massam redigere sine licentia Comitis sacrarum largitionum, &c.
E nam respondeo illud officium persequutorum nihil habet commune cum thesaurario, vt suprà dixi. Item fateor quòd etiam non posset thesaurarius † loco pecuniæ signatæ massam soluere. O- 28
lim res poterat habere aliquam probabilem dubitationem: quia moneta cudebatur vt tantum valeret in materia, quantum in forma, & prętium cudendi de publico soluebatur. d. l. j. de contrahen. empt. per Barto. d. l. Paulus. doct. in l. ij. §. j. ff. si cer. pet. hodie non ita est, imò plus valet in forma: sed nos non loquimur de hac quæstione. Item sicut ibi potest fieri illā mutatio de consensu comitis sacrarum largitionum ita potuisset in casu nostro fieri de consensu factorum generalium, qui per lapsum tanti temporis, & toties iteratos calculos satis viderentur consensisse. d. l. procula. d. l. cum de in rem verso. cum similibus & quod not. Curt. iun. consi. xix. in dubio vltimo. sed, vt dixi, non est opus circa hoc insistere: quia quæstio nostra est diuersa, & eodem modo potest responderi
G ad l. j. C. de iis quj ex pub. ratio. li. x. l. ij. C. de iis q̄ ex pub. coll. eodem libro. loquuntur enim in aliis officialibus, non in argentariis, & in diuerso casu: & ad dicta per Bart. ibi respondet Dec. in prælegatis consiliis, & eodem modo potest responderi ad ea quæ nō. Ange. consi. xc. versic. iij. & versic. iij. & versic. ij. Nec obstat illud capitulum literarum ducis Borsij, quo dicitur quod depositarius ponat in reditu ad diaria, prout conueniens est de moneta ad monetā, secundum q, in eum mittentur, re-

tendere, nisi † interesse damni emergentis, quod solet haberi consideratio. l. si sterilis. §. cum per vē ditorem. ff. de actio. empt. cum ergo non perpendatur tale allagium, frustra describerent species aureorum. Tertiò nos videmꝰ, quod leges expressè explicāt, quomodo debeāt isti thesaurarij tenere, & conficere libros, † videlicet quod scribant nominatim à quo receperunt & ex qua causa, & diē receptionis. l. apparitores. C. de exact. trib. lib. x. l. neminem. C. de suscep. & arc. l. j. C. de apoch. pub. & tamen nusquam dicitur quod debeant specialiter ponere, quo genere monetæ, &c. nec Bartol. in l. comperimus. C. de nauicu. hoc requirit, nec Paris de Put. in tract. syndicatus super verb. officialis. vbi ponit multa de libris, & rationibus istorū thesaurariorum: ergo nec nos hoc dicemus. Quartò hoc suadent literæ ducis Borsij, quæ specialiter id reqrere solent in reditibus Rhegij, & Mutinę, in quibus est alia ratio, vt suprà dixi in primo casu excepto. Ergo aliud sensit esse in reditibus Ferrariæ, in quibus cessat ratio, vt dixi, & facit regula q, qui vnum dicit, de alio negare videtur. l. cum prętor. ff. de iudic. cap. nónne. de præsumpt. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. vbi Bald. ff. de mino. cum concord. & licet dictæ literæ habeant aliud capitulum de specificatione monetarum, tamen infrà ostendemus nihil obstare dictis Vincentiis. Quintò, hoc suadetur ex consuetudine inueterata per xl. annos, secundum quam videtur ita actum fuisse à partibus, vt minimè debeat nunc id in dubium reuocari. argu. l. Procula. de prob. l. penul. C. de apoch. pub. lib. x. maximè factis toties calculis cum factoribus generalibus, qui nunquā de hoc fecerunt controuersiam. Et sicut † lex Iulia de residuis, & repetundarum post lapsum anni extinguuntur, nec ex eis contra hæredes datur accusatio. l. datur. ff. ad leg. Iuli. repetund. j. C. eo. tit. ita & in casu nostro hæc ciuilis controuersia debet cē seri extincta lapsu tanti temporis: non tam ex fundamento, seu prætextu præscriptionis, quā ex conA
ff. sol. matr. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Et † huiusmodi industria potius meret laudem: nec ad alterius, quā ipsorum vtilitatem est trahenda. l. iij. in prin. ff. ad leg. Falc. l. fi. in prin. vbi not. ff. mand. l. si vn? §. j. ff. pro socio. Sicut dicimus de eo quod † datum 25
fuit Ambasiatoribus Reipublicæ, q, tñ relinquit, nec ad Rempublicam ptinet. l. si verò. §. item quic qd. ff. sol. mat. doct. in l. sed si plures. §. in arrogatò. ff. de vulg. & dixi in trac. Præsumptionū. in prima reg. vers. xviij. ibi. Secūdò moueor, quia data, &c.
B Facit regula q, † licitum est mihi de re tua q̄ apud 26
me fit, illud facere quod mihi prodest, & tibi non nocet: quia tali casu de sola patientia tua agitur. l. fi. ff. de ser. vrb. præd. in glo. fi. quanto magis in re mea: quamuis tibi debita. Suadetur hoc tali ratione, si valor aurei decreuisset ad monetam: vtique princeps voluisset sibi solui in moneta, id est, in libra: qui erat factus creditor librarum secundùm communem sententiam, de qua in d. l. Paulus. ergo si creuit non debet illud augmentum petere:
C quia † peteret illud, cuius contrarium non esset 27
postulaturus. l. penul. C. de sol. l. si ea pactione. C. de vsur. verb. pecuniæ. in c. cum canonicis. de censib. Confirmatur etiam, quia ipsi scribebant soluta per collectores ad rationem librarum, ipsis collectoribus scientibus & videntibus, ad quorum vtilitatem pertinuisset istud allagium, si quod fuisset: quia potuissent ipsi soluere in moneta, & non in auro, & vtique si adfuisset in hoc lucrum, est verisimile quod fecissent l. præses. C. de ser. & aqua.
D vnde satis fuit habere consensum eorum saltem tacitum, nec hoc debet prodesse fisco, cui ipsi collectores non agebant tale lucrum deferre. d. §. item quicquid. dict. l. debitor. §. fin. & in terminis nostris per alias etiam rationes consuluit Raph. Comm. cons. clxxviij. in ij. dubio. Deci. consil. vj. Nec obstat, si allegaretur in contrarium text. in l. j. C. de aur. publ. perse. lib. x. vbi susceptores non debent pecuniam acceptam in massam redigere sine licentia Comitis sacrarum largitionum, &c.
E nam respondeo illud officium persequutorum nihil habet commune cum thesaurario, vt suprà dixi. Item fateor quòd etiam non posset thesaurarius † loco pecuniæ signatæ massam soluere. O- 28
lim res poterat habere aliquam probabilem dubitationem: quia moneta cudebatur vt tantum valeret in materia, quantum in forma, & prętium cudendi de publico soluebatur. d. l. j. de contrahen. empt. per Barto. d. l. Paulus. doct. in l. ij. §. j. ff. si cer. pet. hodie non ita est, imò plus valet in forma: sed nos non loquimur de hac quæstione. Item sicut ibi potest fieri illā mutatio de consensu comitis sacrarum largitionum ita potuisset in casu nostro fieri de consensu factorum generalium, qui per lapsum tanti temporis, & toties iteratos calculos satis viderentur consensisse. d. l. procula. d. l. cum de in rem verso. cum similibus & quod not. Curt. iun. consi. xix. in dubio vltimo. sed, vt dixi, non est opus circa hoc insistere: quia quæstio nostra est diuersa, & eodem modo potest responderi
G ad l. j. C. de iis quj ex pub. ratio. li. x. l. ij. C. de iis q̄ ex pub. coll. eodem libro. loquuntur enim in aliis officialibus, non in argentariis, & in diuerso casu: & ad dicta per Bart. ibi respondet Dec. in prælegatis consiliis, & eodem modo potest responderi ad ea quæ nō. Ange. consi. xc. versic. iij. & versic. iij. & versic. ij. Nec obstat illud capitulum literarum ducis Borsij, quo dicitur quod depositarius ponat in reditu ad diaria, prout conueniens est de moneta ad monetā, secundum q, in eum mittentur, re-

BIU Cujas

rur, respondeo illa verba, prout conueniens est, stant limitatiuè. l. edita. C. de eden. quia referunt ad suprascripta, quibus declaratum est hoc fieri debere in reditibus Mutinæ, & Rhegij: & factum est in casu nostro, maximè cum dicta clausula sit posita in fine exceptionis, quę posita est ad reditus dictarum vrbium. Secundò respondeo, quod loquuntur illæ literæ secundum tempus quo emanarunt, quia iam lapsis xc. annis erant variæ monetæ, aliæ maiores, aliæ picolorum, vt in eis literis dicitur, & voluit dux, quod specificarentur illæ monetæ, quæ amplius non sunt in vsu, & ideo illud capitulum est antiquatum, vt in simili est textus in §. fin. ver. vnde certa. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. & accipit ibi monetam in illis literis vulgaribus, secundum vulgarem sensum, quo argentea ære contaminata intelligitur, & differt ab auro. Tertiò respondeo, quod literæ illæ non videantur generales respectu omnium depositariorum in futurum, sed personales, respectu Romæi tunc depositarij, & ideo ordinat, quod ipsi Romæo detur copia illarum literarum in iis, quæ cõcernunt officium suum: meritò ergo non transeũt ad successores in officio. l. neque Dorotheum. C. de decu. lib. x. & loquitur illa lex in casu fortiori, videlicet de lege personali posita in corpore iuris, de quo per gloss. Bart. Salic. in j. const. C. §. quibus. in verb. gloss. præscriptæ & doc. in l. leges. in fin. C. de legib. Quartò respondeo, quod etiam si dicamus transire ad successores, debet hoc intelligi secundùm qualitatem respectu Romæi, expressum videlicet postquam data esset copia, seu soluta intimatione: quia † relatio fieri debet cum omnibus suis qualitatibus. l. sed si manente. ff. de preca. Bartol. & doct. l. si mihi & Titio. in fin. de verb. obl. Cald. l. legem. C. loc. And. Sic. consi. xij. in ij. volu. Quintò respondetur quod dictæ literæ non habent vim legis: quia vtentium vsu nunquam fuerunt † approbatæ, nec acceptatę: nec reperitur id nunquam fuisse obseruatum. c. in istis. §. leges. iiij. distinc. vbi Card. Alexand. & glo. in c. j. extra, de treuga & pace. vbi doct. Alexand. consil. xvj. in j. volum. cum concord. & quod no. idem Alexand. consi. xxix. in iij. Sextò respondetur, quod tales literæ non obligant istos Vincẽtios. qui ignorabant. l. si. ff. de dec. ab ord. fac. l. leges. C. de legib. §. fi. in auth. de non eligen. secun. nuben. & probabilis est ignorantia, tum quia non fuerunt publicatæ. d. §. fi. vbi Ange. & per Alex. d. cons. xxxix. in iij. lib. vbi concludit non sufficere registrationem, per c. ij. de consti. tum quia non est eis data copia, seu intimatio facta, prout dicitur in his ipsis. Septimò & vltimò respondetur, q. lapsus xl. annorum & toties iteratæ computationes, & calculi cum factoribus, & generalibus qui sustinẽt personã principis, faciunt vt censeatur rececessum de voluntate principis à talibus literis: imò solum decennũ sufficeret, secundum doct. communiter in d. c. j. de treu. & pace. Ias. in l. rem non noui. C. de iudic. Rochum Curt. in tract. de consue. versicul. v. limita. & quod not. Raph. Com. consi. cclxxviij. Non omitto etiam præ oculis dominorum iudicum in præsenti causa esse debere multas rationes, & coniecturas, quæ causam istorum valdè commendabilem efficere debent, & in re dubia animum ipsorum inclinare, & hosce res conuentos absoluant. Et in primis, quia lis est cum principe, & domino suo: constat autem † cum principibus maximè attendi ad bonam fidem, & ad æquitatem & in huiusmodi iudiciis omnem rigorem explodendum esse, secundum Bald. in tit. de pace Constan. & quę ponit Ias. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & † semper principum liberalitas non refrænanda, sed augenda est. l. beneficium. vbi Ias. de consti. prin. & ideo nõ laudantur magistratus, qui nimis scrupulosi, & anxii sunt in augenda pecunia principis. l. diuus. in fin. ff. de bon. damn. præsertim circa modica lucra, quæ relinquenda sunt tenuioribus: prout probatur etiam in d. l. illud. vbi Barto. Quod videtur obseruandum in istis allagiis, quod lucrum adeò tenue fuit vt collectores ipsi non curauerint per mutationem auri in aliam monetam sibi retinere: nec etiam ipsi Vincentiis qui qualecũque fuit illud reliquerũt institori seu capsario suo: vt asseritur apparere ex libris ipsorum. Et maximè cum satis appareat, quam tenuis merces seu leue salarium sit illis constitutum pro periculo custodiæ, cum ipsi longè plus impendant in famulis quos hac ex causa tenere debent. Quod videntes factores prædicti viri prudentissimi, & solertissimi toties calculatis rationibus, nunquam verbum de iis allagiis fecerunt. cum tamen verisimiliter aliquid hac in re subodorarent, vnde videntur de voluntate ipsius ducis remisisse & toties factus calculus satis magnam præsumptionem pro ipsis Vincentiis inducit. d. l. Procula & firmat Raph. Com. d. consi. xxvij. in j. & iij. dub. Curt. iun. consi. xix. in vltimo dubio. Et lapsus tanti temporis, nempe quadraginta annorum quo fuerunt in hoc officio: nec vnquam eis macula fuit aspersa: cũ alioquin, vel lapsus decem annorum sufficeret ad excludendum hanc petitionem, & ad præsumptionem relassationis huius lucri inducendam. d. l. si certis annis. Et nunc mortuo ipso do. Francisco principali moueatur eius filiis controuersia, qui nec ipsi administrarunt, sed omnem hanc prouinciam reliquerunt institori, cũ tñ nec peculatus, nec residua lapso anno ab hæredibus exigantur. d. l. dantur. ff. ad leg. Iul. pecul. Et si res esset verè dubia adhuc † contra fiscum esset iudicãdum, per regulam. l. non puto. ff. de iure fis. vbi Din. Raph. & cæteri. Et maximè cum tractetur de fauore liberationis. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & fiscus actoris personam sustineat aduersus quem in dubio pronuntiandum est. l. qui accusare. vbi doct. C. de eden. & satis ex tanta mutatione libelli & iteratis additionibus apparet, quòd non prius bene meditato & maturo consilio ad hanc litẽ descendit, vt habetur in l. edita. C. de eden. vnde potior debet esse causa istorum qui descendunt. Quod etiam fieret, secundùm mentem excellentissimi ducis, quæ inde deprehenditur, quod pro maxima sua humanitate atque clementia voluit rem per arbitros vtrinque electos viros doctissimos cognosci, vt in hac causa posset iustitiæ locus esse, absque vlla prorsus suspicione, quo exemplo & ego inuitatus, quamuis humanissimo, liberalissimoque duci omnia debeam, non dubitaui hæc pro ipsis Vincentiis scribere. Saluo tamen iudicio cuiuslibet rectiùs sentientis.

CONS. XIII. SVMMÆ.

1 *Feudi & allodij discrimen multiplex.*

2 *In bonis allodialibus directum & vtile dominium est emptoris, in feudis verò directum est domini, vtile verò feudatarij.*

3 *De bonis illodialibus, quilibet arbitratu suo habet liberam facultatem disponendi.*

4 De bo-

4 De bonis feudalibus non potest infeudatus disponere, nisi secundum formam investiturae.
5 Posteriora derogant prioribus.
6 In contractibus, priuilegiis, rescriptis, & vltimis voluntatibus, vltima derogant prioribus.
7 Clausula pro potiore cautela, non potuit ius, sed ius iuri addit.
8 Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.
9 Feudum emptum pecunia, non habet propriam naturam feudi.
28
10 Feudum potest acquiri per pecuniam, sed tunc propriè nō potest dici feudum.
11 In feudo pecunia empto, succedunt etiam feminae.
12 Semper accipienda est talis interpretatio per quam scripturae scripturis concordentur.
13 In dubio interpretari debemus iurisdictionem potius in feudalitatem, quàm venditam pecunia.
14 Habenti rem in emphyteusim, quàm postea recipit in feudum, succedens potest imeti ex quo titulo velit, & electionem habet, &c.
15 Census impositus bonis, arguit contractū feudalem, & consequenter bona esse feudalia, cū talis actus maximè feudis conueniat.
16 In claris non est opus coniecturis.
17 Impositio census potest fieri etiam in re non feudali, imò propriè census imponitur rebus allodialibus, quas recognoscit ab ecclesia.
18 Verba haeredibus & successoribus continent extraneos, & particulares successores.
19 Beneficium Principis latè intelligendum.
20 In dubio semper interpretamur quod bona sunt potius allodialia quàm feudalia.
21 Augmentum sequitur naturam dotis, quae principaliter data fuit.

INstrumento viso venditionis terrę Florentiolæ cum fortalitiis, datiis, iurisdictione, &c. factæ per D. Philippum magnifico Rolando Palauicino, & successiuè, visa confirmatione dictæ venditionis, facta per sedem apostolicam cum noua concessione in feudum, facta de dictis bonis sub annuo censu quinque librarum ceræ, &c. Casus visus est habere prima fronte non modicam difficultatem. Videtur enim hoc in casu cō
1 trarietas, vt †bona, quæ sunt vendita, & sic sunt al-
2 lodialia †eadem sunt etiam feudalia: cum ista simul pugnent. In allodiis enim & directum, & vtile dominium est emptoris, in feudis verò directum est domini, vtile verò est feudatarij, vt habetur in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. & in præludiis feud. per Bal. & in cap. j. §. præterea. de capit. Conrad. in c. j. §. beneficiū. in quib.
3 caus. feud. amitt. cum similib. & de †allodialibus habet quilibet liberam facultatem disponendi arbitratu suo, vt notauit per Bartol. in d. §. differentia in
4 †feudalibus verò non potest disponere, nisi secundum formam inuestituræ iuxta text. in ca. j. de duob. fratrib. à cap. inuest. & in ca. j. de eo qui sibi, vel hæred. mascu. quomodo ergo intelligemus procedere suprascriptos contractus? Et primò videretur dicendum, quod tota concessio debeat censeri feudalis: cùm facta sit posteriori tē-
5 pore, & †posteriora derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pact. tanquam contractus venditionis præcedens in inuestituram feudalem conseatureſſe transfusus, vt in simili notat. glos. Cin. Bal. Salicet. in l. cum dotem. C. de iur. dot. & videatur breui manu dominium ab emptore in Pontificem translatum, & respectu duntaxat vtilis retro acceptum per ea, quæ habentur in singularia. ff. si cert. pet. in l. iij. §. sciendum. ff. de don. inter vir. & vxor. & facit tex. in l. iij. §. ex pluribus. de acquir. possess. cum ibi not. per Bar. & videmus hoc esse regulare q, non solum †in contractibus, sed etiam in priuile 6
giis, & rescriptis, & vltimis voluntatib. vltima derogant prioribus. c. cæterū. de rescr. & not. in ca. j. eod. tit. & in d. l. pacta nouissima. & in l. iij. §. fin. ff. de adim. legat. & in eodem instrumento attendit
B vltima scriptura. l. si quis. cum ff. de vulg. & pupil. Alex. consi. xix. circa fin. lib. ij. Sed tamen ista resolutio non placet: quia ex verbis dictæ cōcessionis apostolicæ satis apparet, q, non hoc agebatur, vt instrumentum venditionis extingueretur, sed potius extaret firmum, vt & verba expressè indicant maximè per illam clausulam, †Et pro potiore cau 7
tela, &c. per quam ostenditur non hoc fuisse actū, vt quicquá iuris perimeretur, sed potiùs, vt ius iuri adderetur. lxiij. distinct. cap. quanto. vbi not. in
C verbis finalibus, & c. gloss. in rubric. in authent. de instr. caut. & fid. Vnde †quæ inducta sunt ad au- 8
gendum, non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. legata. de legat. j. Secundò, ergo posset dici, quod confundatur contractus venditionis cum contractu feudi: & efficiatur contractus quidam mixtus secundum l. Aristo. ff. de donat. & perinde sit, ac si esset †feudum 9
emptum pecunia, & sic non habens propriam naturam feudi iuxta not. in capit. primo. ad fin. de
D feud. dat. in vicem leg. commissor, & quod notat Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. vers. iiij. in fin. & ibi Bald. in additio. nec dubium est, quin †fun- 10
dum possit acquiri etiam per pecuniam. c. j. §. norandum. qui feud. dar. pos. cap. j. quemadmo. feud. ad alios perti. cap. j. de benefic. fratr. cum multis similib. licet tunc propriè non possit dici feudum secundum Bald. in l. liberti. C. de oper. lib. Alexā. consil. cxxxvj. & ideo in tali †feudo succederent 11
ęe fœminæ secundū Odofr. quē refert, & sequit
E Bald. post Cin. in d. l. liberti. & doct. communiter in dict. capit. j. de feud. dat. inuicem leg. commis. Rom. cons. cccixvij. versic. finautem quærit quis. Sed tamen iste intellectus non admodum placet: quia hoc modo inuestitura feudalis non esset pro potiore cautela, vt dicitur in concessione Pontificia, & suprà retuli. Tertiò posset dici, quod feudum intelligatur respectu iurisdictionis, & meri, & mixti imperij: respectu verò terræ ipsius, & fortalitiorum, & datiorum sit venditio: quia si con-
F siderentur diligenter verba venditionis, dux Philippus principaliter ea concipit respectu terræ fortalitiorum, & datiorum: quo verò ad iurisdictionem subiicit clausulam accessoriam cum mero & mixto imperio, &c. Vnde non videtur iurisdictio principaliter esse vendita, sed transire per viā accessionis. l. j. & ij. ff. de pec. leg. meritò potuit transferri in ius feudi etiam stante forma venditionis, & isto modo concordabunt isti contractus
†semperque accipienda est talis interpretatio, per 12
G quam scripturæ scripturis concordantur. c. inter dilectos. §. cęterùm. de fid. instrumen. & quod not. Bart. in l. fin. §. idem quæsiit. ff. de condi. indeb. & Paul. de Cast. magis in specie in consil. clxij. circa id quod primò quæritur. versic. circa secundum. & talis †interpretatio est magis conueniens, vt iu- 13
risdictiones potiùs dentur, in feudum quam tanquam grex animalium veneant. dict. cap. j. in fin. de feud. dat. in vicem. Sed tamen & ista interpretatio non quadrat rescripto Pontificio in quo nulla

BIU Cujas

nulla sit distinctio inter iurisdictionem, & res cæteras, & in quo dicitur infeudationem fieri pro potiore cautela, &c. Quartus ergo verior erit intellectus; quod vterque contractus stet firmus, & venditionis, & feudi: & quod electio sit hęredum, seu habentium causam ab ipso emptore, & feudatario, ex quo titulo debent inniti, quia hoc in terminis decidit Alberic. de Rosat. ad l. fin. ad fin. C. de iure emphyt. vbi quærit † aliquis habebat rē in emphyteusim, deinde eam recepit in feudum. decessit relicta filia, quæ non potest succedere in feudo, dominus vult rem auocare, filia verò vult ex contractu emphyteutico retinere, dominus replicat non posse hoc fieri: quia recessum est à contractu emphyteutico per inuestituram feudalem. concludit prefatus Doctor post Albertum Galeoti quod electio est ipsius filiæ, & sequitur ibi Iaſ. & facit textus in l. recusare. §. Titius hæres. ff. ad Trebellia. quod maximè dicendum est in casu nostro in quo apparet, quod inuestitura feudalis facta est ad maiorem cautelam, & sic videtur data electio ipsi emptori, vnde potuit illustriss. Cæsar legare reditus datiorum vxori suæ, & eligere causam allodialem: quod videtur fecisse eos reditus legando, vel in solutum dando, ex quo alias actus non valeret. l. iij. ff. de testament. mil. & qđ in simili notat Innoc. in cap. in præsentia. de renūt. Host. Anto. Imol. in ca. Quintauallis. de iureiuran. Abb. cap. cum ex officij de præscript. Bartol. iij. l. si seruus communis. ff. de stip. ser. versicu. quæro quando. Abb. consi. xciij. in ij. lib. Et certè quemcunque intellectum teneamus ad dicta verba inuestituræ præter primum, res est clara quod licuit præfato d. Cæsari reditum dictorum datiorū assignare suæ vxori. tanquam de bonis venditis & allodialibus. Nec obstat, quod impositus sit census dictis bonis omnibus venditis librarum quinque ceræ, &c. quæ † oneris impositio arguit venditionem transfusam esse in contractum feudalem, & consequenter bona esse feudalia: cum talis actus maximè conueniat feudis. argum. text. in c. j. §. si verò. quid sit inuestit. in vsibus feud. & per Præpos. in rubr. feudorum. versicu. xv. Nam respondeo, quod † in claris non est opus coniecturis. l. cōtinuus. §. cū quis. de verbor. obligat. apparet enim quod infeudatio est facta ad maiorem cautelam: vt expressè in confirmatione dicitur, & ideo non possumus dicere rem esse feudalem simpliciter, sed potius datam electionem vt sūprà dixi & † impositio census potest fieri etiam in re non feudali, imò propriè census imponitur rebus allodialibus, quas quis recognoscit ab ecclesia: vt dicit Alberic. de Rosat. & Iaſ. in l. ij. C. de iure emphyt. Vnde per cessationē solutionis non ideò cadit debitor vt ibi concludunt præfati doctores. Nec obstat etiam quod cōcessio sit pro se, & neporibus, & hæredibus, & successoribus, quia patet responsio ex supradictis, & illa † verba hæredibus & successoribus continebant etiam extraneos & particulares successores. l. fluminum. §. adiicitur. ff. de dam. infec. Alex. consi. cxciij. in iij. Soci. conſ. clxvj. in causa quæ vertitur & dixi in l. hæredis. ij. de verb. significat. maximè cùm tractat de † beneficio principis quod latè est intelligendum, ideo omnes successores continebuntur, secundum Alexand. in d. consi. cxciij. & etiā quia hoc suadet natura venditionis. l. in conuentionibus. ff. de verborum significat. à quo contractu nō est recessū, vt ſ. dixi &. facit qa in dubio semp interpretamur, quod bona potius sint allodialia, quàm feudalia secundum Hostien. & Ioan. Andr. in ca. fi. verbo, respondetur. extra, de iudic. & in c. nimis. vbi etiam Ant. de But. extra, de iureiurand. per Alexand. consi. xv. in v. volum. Iaſ. l. si prius, de oper. nou. nunt. & per d. Prosp. in dicta rubric. feu. versicu. xv. & facit decisio Oldrad. de qua per Dec. consi. cclxxix. Circa alium punctum de augmento dotis facto per illustrem dominam Camillam ipsi domino Cæsari marito suo: clarum est, q† augmentum sequitur naturam dotis, quæ principaliter data fuit. l. etiam. C. de iure dot. l. si marito. §. fina. ff. solut. matrimonio & cum maritus prædecesserit vxori, sicut dos, soluto matrimonio, est restituenda per hæredes, ita etiam augmentum, vt habetur in dictis iuribus, nec euenit casus per quem dictum augmentum possit lucriferi marito, vel hæredibus eius, vnde omninò sortitur naturam dotis, & est restituendum, seu habendum pro non facto. l. inter. §. cùm inter. ff. de pact. dot. l. si constante. §. pactis. C. de donat. ante nupt. & qa hoc est de se clarum vlterius non insisto. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. XIIII. SVMMÆ.

1 *Scriptum non debet probari testibus, sed literarum comparatione, vel alio, &c.*

2 *In verificatione syngraphæ priuatæ requiruntur saltem tres testes.*

3 *Apocha si recognita sit à testibus, dicentibus scribi vidisse à tali, non tamen inde oritur plena probatio, sed semiplena tantum.*

4 *Chirographū non habens diem, neque consulem, est aliqualiter suspectum.*

5 *Scriptura priuata ad validitatem suam necessariò non requirit diem, vel annum, fallit.*

6 *Hæreditas, id est bona.*

7 *Pactum futuræ successionis nullum ex causis contra.*

8 *Pactum hæreditatis deferendæ, non valet, etiam fauore dotis.*

6 *Tunc inducitur obligatio præsens, quando adest pars, cui fit obligatio, quæ hoc acceptet, non si sit absens.*

10 *Viuentis nulla est hæreditas.*

11 *Natura dictionis hæreditas est quod intelligatur post mortem.*

12 *Promissio hæreditatis, non potest fieri titulo dotis.*

13 *Qui vnum dicit, aliud excludit.*

14 *Aliud est res ipsa, aliud eius æstimatio.*

15 *Qui rem debet, non liberatur solutione æstimationis.*

16 *Promissio non acceptata non valet etiam fauore ecclesiæ, & ante acceptationem potest reuocari.*

17 *Nuda pollicitatio quandocunque reuocari potest.*

18 *Ratificatio tacita non inducitur, nisi quatenus ex expressis signis apparet.*

19 *Pater tenetur dotare filiam, & in eius arbitrio solū est declarare quantitatem, & in tali casu declarationem non requiritur præsentia filiæ.*

IN causa reuerendi domini Maphæi Cadamusti superiore anno consolueram absoluendum eum à petitis vigore cuiusdam chirographi, verum in præsentia videtur, q reuerendus D. iudex dubitet circa ratiões à me allegatas, & ideo p maiore eius resolutione sum etiā aliqua scripturus. In prima quæstione, an fundata sit intentio agentis ex chirographo producto, & testibus pro eius verificatione examinatis, dico quod non: quia licet secundus restis tertius, & quartus, quintus, sextus, & † septimus dicāt, q, iudicio, videre, & cōphēdere suo illa subscriptio sit de manu domini

domini Passerini: tamen istud nihil est: quia ipsi non habent iudicare, vel cognoscere de hoc, sed debuit talis probatio fieri per comparationem literarum do. Passerini, ex literis quas certo, & indubitanter cōstaret esse de manu ipsius; iuxta tex. in l. comparationes. cum duabus auth. seq. C. de fide instr. & iudex ipse ex inspectione & comparatione habet iudicare, quæ tamen comparatio adhuc non faceret nisi semiplenam probationem. §. si quis igitur. in auth. de instru. caut. & fid. tradit Bart. in l. admonendi. de iureiur. vnde isti testes deponentes de iudicio suo nihil faciunt, nec est de eis curandum, secundum Areti. consil. lxiiij. incip. diligenter, & maturæ. versicu. & primo, quia &c. in fin. Alexand. lxxvij. in iij. decis. Neap. clxxj. Card. Paris. consil. xix. in ij. Fortius vrgent duo testes scilicet, primus & vltimus, qui videntur deponere quòd viderunt fieri subscriptionem, & primus etiam ipse subscripsit, & recognouit subscriptionē suam: vnde in ore duorum stat omne verbum. c. cum esses. de testa. Sed ad istud fundamentum respondendum est. Primò, quòd quicquid
2 sit alia materia † in verificatione syngraphæ priuatæ requiruntur saltem tres testes, vt est text. in
* d. §. si quis igitur. & §. seq. & tradunt omnes in d. l. admonendi. Secundò respondetur, quod etiamsi
3 † apocha sit recognita à testibus, dicentibus scribi vidisse à tali, non tamen inde oritur plena probatio, sed semiplena tantum. d. §. si quis igitur. & firmat Bart. in d. l. admonendi, & ibi Ripa, num. cvij. attestatur quod communis opinio est cum Barto. quia testes qui deponunt se vidisse scribi, possunt decipi cùm non possint scire apocham esse illam, quam viderunt scribi, nisi per similitudinem literarum. Tertiò, quia in casu nostro sunt duo duntaxat testes, & vltimus non est chirographarius: & quamuis dicat quod ipse tractauit & interfuit, tūc tamen primus non dat eum pro conteste, nec quisquam alius, & adducit rationem sufficierem, quod ipse non subscripsit: quia sufficiebat subscriptio domini Bononi, & Domini Gabrielis: & probatio erat integra, quod est falsum. d. §. si quis igitur. & tradunt omnes in d. l. admonendi, & cum testimonium perhibeat de schedula iam ante xxx. annos facta, facilè potuit decipi cum eam cognoscere nequiuerit, nisi per similitudinem literarum, vt suprà dixi. vnde apparet quod isti duo non faciūt, neque probant semiplenam probationem cum ad eam faciendam requirūtur tres: vt suprà dixi. Maximè hoc est firmandum in casu nostro in quo non potest tractari de iuramento in supplementum probationis secundum formam d. l. admonendi. ex quo domina Augustina actrix, & eius maritus erant absentes tempore confectionis dictæ Syngraphę, vnde eis nō potest deferri iuramentū: quia nō possunt scire veritatē, per verū scientiā secundū Bar. in d. l. admonēdi. & gl. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. præsertim in causa ardua in qua tractatur de magna pecunia: vt per Bar. in d. l. Nō omitto etiā, q, cùm istud † chirographū nō habeat diē,
4 5 neq; consulem, est aliqualiter suspectū: quia licet † scriptura priuata necessariò ad validitatē suā nō requirat diē, vel annū. iuxta l. cū tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pign. tamen hoc fallit in iis, quæ fiūt non solum ad contrahendum, sed etiam ad probandum, secundum Cin. & Bald. in l. si qua beneficia. per illum text. C. de diuers. rescript. vt in casu nostro in quo requiritur probatio chirographi, & nisi probetur de die surrepta esset defensio reo, quod non posset contra probare aduersus testes actoris. quod tali tempore dominus Passerinus non subscripsisset. Et quamuis hoc de iure communi ad infirmandum chirographum forte non sufficeret, tamen stante statuto inducente præscriptionem annorum duodecim à die confectionis, de cuius statuti valore in præsentia non disputo, sed me remitto ad Canonistas rub. extrà, de præscrip. in v. quæst. videretur, quod necessariò creditor deberet de tempore docere, secundū Bald. in l. inter chartulas. C. de conuent. fisc. debi. lib. x. Alexand. consil. clxxij. in ij. vol. vt tunc non præsumatur mala fides in debitore, quando syngrapha non habet diem. & istud initium sufficit reo conuento ad obtinendum in hac causa: tamen pro maiore securitate transeo etiam ad alias rationes, & istud primum sufficit reo conuento in secunda quæstione, quatenus dicebam, quod dicta conuentio tanquam de hæreditate post mortem deferenda non valet. l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. aduersus hanc conclusionem valde subtiliter argumentatur d. iudex quatuor modis. Primo, quod imo tali pacto non dicitur dari hereditas, sed potius inducebatur presens obligatio, quod fieri potest, secundum Oldr. cōsi. cxxxix. & dixi in l. pactum quod dotali. C. de pact. Secundò, quia promissio cessionis fiebat ex causa dotis, quamuis sub verbo hæreditariis, vnde tanquam deferenda titulo dotis, non autem hæreditatis valet secundum Bal. Nouel. in tract. de dote vj. parte priuil. xliij. Tertiò, quia hoc casu non de quota parte hereditatis agitur, sed de certis speciebus, vnde tunc non videtur restringi facultas testandi, vt dixi l. pactum, quod dotali. ad fi. versic. sanè existimauerim. Quartò, quia promissor restrinxit se ad hæreditatem præsentem, & ad certam quantitatem bonorum, vnde valet promissio, & intelligitur † hæreditas, id est, bona secundum gloss. Bart. in l. quæsitum. §. si mihi. de leg. j. Ias. in l. licet. versi. veritas est. C. de pact. Sed tamē istis non obstantibus veriorem puto contrariam sententiam, † quod tale pactum non valeat: quia
7 cùm simpliciter conceptum sit quod promittit facere cessionem Augustinę tot suorum bonorū ad summam librarum viij. & quod dicta bona hereditatis suprascriptæ æstimētur, &c. & quod deficiente Augustina sine filiis, quod hæreditas aut bona viij. librarum reseruentur, & si prædecesserit quòd suprascripta obligatio, & cessio bonorū & hæreditatis prędictæ sint nullę, &c. satis ex istis verbis apparet, quod istud est † pactum hæredita-
8 tis deferendæ, quod non valet etiam fauore dotis. d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. etiamsi pater vsus non fuisset verbo hæreditatis, sed bonorum adhuc idem est. nihil refert. hæreditas. C. de pact. conuen. & cum in casu nostro vsus sit dictione hereditatis, res est valde clarior. Nec obstant allegata in contrarium. Primò, quod tali pacto inducatur obligatio prędens, & ideo non videatur dari hæreditas. respondeo, quod non: quia † tunc videtur induci obligatio præsens, quando adest pars
9 cui fit obligatio quæ hoc acceptet, nō si sit absens, vt Augustina in casu nostro, vt dixi in d. l. pactum, quod dotali. allegando textum, in l. pactum dotale. C. de pact. conuen. Item non potest induci obligatio præsens cum ex illa clausula bona hæreditatis suprascriptę æstimentur, &c. appareat quod promissio est de hæreditate, quæ in præsenti non potest esse hæreditas, sed erit post mortem † nec
10 enim viuentis vlla est hæreditas. l. nihil aliud. ff. de verbo. signific. l. ij. §. j. ff. de vulg. lib. j. de hæred.

BIU Cujas

vel act. vend. Bart. consil. lxxvj. ad fin. & dictio suprascripta declarat quod promissio suprascripta erat de hæreditate. Bart. l. j. §. hoc edicto. in fin. de postul. Decius cons. cclxxvij. versi. cu. nec obstat. quæ dictio hæreditatis, non verificatur, nisi post mortem, vt in simili de clausula saluo iure legitimorum hæredum dixit Alexand. consil. pen. in v. volum. & probatur ex doctrina Barto. in l. ex facto. versi. ij. casu. ff. de vulga. & pupil. Nec quicquã refert, quod dictum sit, promitto cedere: quia idẽ est ac si dixisset, promitto dare, vel relinquere, vel
11 assignare, & semper propter † natura dictionis hæreditas intelligitur post mortem, vt dixi. Nec reseruatio vsusfructus facit, vt ideo videatur in præsentia alienasse proprietatem: cum enim tractaretur de summa viij. librarum in tot bonis ante æstimationem, non potuit transire dominium ultra non amplius. in fin. l. seq. ff. de leg. j. vnde intelligendum est de vsufructu causali, non autem formali prout in l. proculus. ff. de vsufru. l. si mulieri. ff. de vsufru. accres. l. fin. ff. de vsufru. earum rerum. Secundò non obstat, quod ista promissio est titulus dotis, non autem hereditatis, respondet †
12 promissio hereditatis non potest fieri etiam tit. dotis. d. l. pactum, quod dotali. d. l. hæreditas. & licet Bald. Nouellus in d. vj. parte priui. xliij. argumentetur pro contraria parte, non tamen firmat imò posito inquit, quod non valeat, &c. quibus verbis satis indicat se non tenere dictam opinionem, quia contra casum expressum. in d. l. hæreditas. vbi tractabatur de fauore dotis, & verba erant dubia, quia nõ dixerat promissum de hereditate, sed de bonis, & tamen ibi decidit non valere. Et quod substat quod vir non debet remanere in totum deluſum, &c. est contra communem opinionem quam firmat Bald. in l. cum Artemidora. in fin. C. vt in poss. leg. no. quem sequitur Alexand. & alij mod. in d. l. pactum, quod dotali. Tertiò non obstat, quod valet promissio de certis speciebus, vt dixi in d. l. pactum quod dotali. vnde istud est verum, dum tamen non sub nomine hereditatis, prout in casu nostro dum dicitur libras viij. ex hæreditate, &c. tunc enim diceretur restringi facultas testandi. d. l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. vbi est casus & dixi in d. l. Quartò non obstat, quod testator referat se ad hereditatem presentem, & ideo intelligitur de bonis, secundum notat. in d. l. quæsitum. §. si mihi. & per Iaso. l. licet. C. de pact. versicu. veritas. respondeo quod Iaso. ibi firmat opinionem in fauorem nostrũ quod promissio non valeat si bene videatur: quia dicit quod donatio hereditatis solum valeat quod apparet quod donans se restringit ad præsentem, in dubio autem non videtur restringere: & ideo non valet, dico quod nos sumus in casu, in quo no apparet, quod se restrinxerit ad præsentem ex quo solum post mortem voluit teneri. & licet æstimatio referatur ad præsens, tamen hoc arguit quod
13 substantia rei non referebatur ad presens: quia † qui vnum dicit aliud excludit. l. cum prætor. de
14 iudic. c. nonne de presumpt. & quia † aliud est res ipsa, aliud eius æstimatio. l. si duo. in fin. ff. vti possid. vbi regulariter dicitur, † qui rem debet, non liberatur solutione estimationis. l. vbi autem. §. fin. ff. de verbor. obligat. in iij. quæstione dico, quod est communis & vera conclusio est, quod promissio etiam ex causa dotis valeat, oportet quod sint acceptata, adeò quod saltem pactum nudum interueniat, vt est tex. cum gloss. in l. ad exactionem. C. de dot. promiss. in l. fin. C. ad Vellei. vbi Oldr. Bald. Alberi. & sentit gloss. cæteri in rub. C. de dot. promiss. quicquid ibi dicit Salic. & etiam hoc firmat Bald. nouel. in d. vj. parte, quia † etiam fa- 16
uore ecclesiæ non valet promissio non acceptata secundum glos. in l. illud. vbi Paul. de Castr. C. de sacrosanct. eccles. & ante acceptationem potest reuocari. l. iij. ff. de ser. export. doct. cum l. j. in fin. ff. de cont. empt. reprobantes ibi gloss. & per Cin. in l. mandatum. C. mand. & quæ habentur in l. qui Romæ. §. Flaustus. ff. de verb. obliga. vbi Bart. & facit text. in l. fin. ff. de legatio. Nec obstat consilium Dec. xxxv. videtur sentire contrarium, & respondet ad gloss. in d. l. illud. quia si bene aduertatur Dec. non loquitur in casu nostro. dum enim præsupponit conferri donationem tacitam, factam à patre filiæ iuxta text. in l. j. §. accedit. C. de rei. vxo. act. apparet, quod loquitur in dote data, vel legitimè marito promissa, quo casu inducitur donatio erga mulierem, & ita loquitur text. in d. §. accedit. nostra quæstio est in re non data nec legitimè promissa, sed † per nudam pollicitationẽ, quæ potest quandocunque reuocari, vt supra dixi. Nec etiam 17
aliæ rationes Decij militant in casu nostro. Prima quod actio de dote restituenda quæ erat communis patris & filiæ morte patris consolidata est in personam filiæ. d. §. accedit. respondeo hic non agitur de dote restituenda, quod fit soluto matrimonio: sed de danda cuius obligatio passiua erat in persona patris vnde non potest dici quod esset communis: quia aliàs idem pater fuisset & debitor, & creditor contra. l. Vranius. de fideiuss. & satis apparet quod ista ratio nihil facit ad casum nostrum. Secunda ratio, pater promittendo dotem filiæ, videtur illi tacitè donare, quę tacita donatio indiget præsentia, &c. respondeo ista tacita donatio non inducitur, nisi in casu d. §. accedit. quando dos verè est tradita marito: quia traditione rei vestitur pactum tacitum donationis. l. hereditatem. ff. de dona. Aretin. l. is qui hæres. ff. de acquiren. hæred. vel saltem legitimè promissa, non per nudam pollicitationem reuocatam ante acceptationem. Tertia, filia ratificauit per actus matrimonij, & receptionem pecuniarum & scripti. respondeo eius quod quis ignorat ratificatio fieri non potest. l. mater decedens. ff. de inoffi. testamen. quod autem d. Augustina sciuerit de ista promissione hæreditatis nihil apparet in processu. Præterea † ratificatio 18
tacita non inducitur, nisi quatenus ex expressis signis apparet vnde actus matrimonij, & receptio pecuniarum inducerent ratihabitationẽ respectu sui, non respectu alterius pacti hæreditatis post mortem deferendę, per doctrinam Barto. in l. Titium, & Mænium. §. altero. ff. de adm. tut. versicu. ad quod dico. Quarta ratio † pater tenetur dotare 19
filiam, & solum in eius arbitrio est declarare quantitatem, & in tali declaratione non requiritur presentia filiæ: fateor hoc, sed vt quæratur, tamẽ actio filiæ oportet quod acceptauerit, & saltem pactum nudum interuenerit, secundum supradicta, & per Bald. Nou. in d. tract. vj. parte. & licet soluerit pecuniam, sicut partem, tamen hoc nihil infert ad pactum superatum hæreditatis, vt suprà dixi. per doct. Bart. d. §. altero. Et hęc omnia saluo rectiore iudicio.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

1 *Conditionalia retrò non trahi, ex causa contra.*
2 *Conditio potestatiua ad tempus contractus trahi non potest.*

3 *Hypo*

3 Hypotheca in casu consilij, ad tempus contractus trahitur.
4 Conditiones potestatiuas non retrò trahi, hoc dictum quomodo procedat.
5 Filiusfamilias si stipulatus sit si in capitolium ascenderit, licet ipse arctari non posit ascendere, tamen si etiam inuito debitore ascenderit eum obligat, conditioq; ad tempus contractus trahitur.
6 Qui in sorte potior est, in usuris quoque potior censetur.
7 Si mulier dotem marito promiserit, deinde post aliquod tempus numerauerit, cùm interim ille aliis creditoribus bona sua pignora, & nihilominus mulier in hypotheca illis præfertur, tanquam tempore contractus cœperit ius suum.
8 Conditionem varie spectari.
9 Arbitrator non potest absente parte pronuntiare, vel eligere.
10 In iudicando non est recedendum à communi opinione.
11 Arbitratorem absente parte statuere.
12 Cum arbitrator elegit, aut arbitrator conditionem contractus implere dicitur.
13 Commissionem arbitratoris leges appellant mandatum.
14 Mandata possunt executioni mitti, etiam parte non præsente.
15 Deputatus arbitrari potest.
16 Arbitrator potest per epistolam sententiam suam dicere.
17 Die feriato nemo citari potest.
18 Sententia iudicium, etiamsi in causæ cognitione pars non fuerit citata, valet.
19 Arbiter in sua parte eligit.
20 Electio differri potest.
21 L. & post edictum de ind. explic.
22 Intimationis natura.
23 Actus nullus ipso iure nunquam transit in iudicatum.
24 Declarationis vis.

Circa primum quæsitum, vtrum hypotheca bonorum Thomæ trahatur retrò ad tempus celebrationis instrumenti in quo promisit Thomas Sauignanis reddere computata, & rationes societatis inter eos, aliàs initæ arbitratu d. Ioan. Philippi qui habeat eligere calculatorem, &c. Et videretur prima fronte, quod dicta † hypotheca non trahatur retrò ad tempus suprà scriptæ promissionis: quia dicta promissio respectu rationum reddendarum, & reliquorum soluendorum dicitur conditionalis. l. cùm seruus. de conditio. & demonstrat. Idemque propter arbitrium collatum in personam d. Ioan. Philippi. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. quæ conditio videtur † potestatiua: ideoque ad tempus contractus trahi non debet l. potior. l. qui Balneum. ff. qui po. in pig. Sed tamē contraria opinio est verior, quod † hypotheca in casu nostro ad tempus contractus trahatur: quia † illud, quod solet dici conditiones potestatiuas nō retrò trahi, procedit, quando conditio prorsus voluntaria est, & omninò à potestate debitoris pendet, vt si stipulet à te centum, si tibi ea numerauero, non habebo prius hypothecam quam à tempore numerationis: non enim aut ego cogi possem vt numerem, aut tu, vt accipias. Vnde talis cōtractus qui neminem arctat pro contracto quodāmodo non habetur, sed numeratio ipsa attenditur, & ita procedit d. l. potior. & d. l. qui Balneum. quod si talis sit contractus, qui vtranque partem, vel saltem alteram obliget, vt in casu nostro tunc proculdubio cōditio ipsa retrò trahitur, probatur

A hæc cōclusio. Primò per tex. in l. si filiusf. in princ. ff. de verb. oblig. vbi, si † filiusfam. stipulatus est, si in capitoliū ascenderit, licet ipse arctari nō possit ascendere, tamen si etiam inuito debitore ascenderit eum obligat, conditioq; ad tempus contractus trahitur. Secundò probatur per tex. in l. Lucius. ff. qui pot. in pig. vbi † qui in sorte potior est, in vsuris quoque potior censetur, vigore illius retrò tractionis: non enim in mere creditoris facultate est sortem repetere, nec etiam ipsius debitoris eam soluere: cum forte non habeat vt Raph. Com. declarat in d. l. si filiusfa. Crot. l. si is qui prō emptore. de vsuc. ver. quinto fallit. Tertiò facit tex. in l. j. qui po. in pig. vbi, si mulier dotē marito † promiserit, deinde post aliquod tēpus numerauerit, cùm interim ille aliis creditoribus bona sua pignorasset, nihilominus mulier in hypotheca illis prēferetur, tanquam ex tempore cōtractus cœperit ius suum, secundum Ioan. Crotum in rep. d. l. si is qui pro emptore. & ratio est, quia non videtur merè arbitrarium marito esse dotem non recipere: cùm ex eā teneatur subire onera matrimonij. Quārtò facit quod notab. consuluit Din. consi. suo iij. cum quis sub hypotheca promisisset non offendere Titium: deinde bona vendidisset, tandemque offendisset. Respondit stipulatorem in pignore præferri emptori: quia licet hæc † conditio respectu promissoris sit potestatiua, respectu tamen stipulatoris videtur casualis, refert & sequitur Raph. Fulg. in d. l. potior. Et ex his concludo alienationes interim post dictū instrumentū à Thoma factas, nihil nocere Sauignanis. Circa secūdū quæsitū an d. Io. Philippus potuerit eligere calculatorē parte nō citata? vetus hæc est doctorū cōtrouersia, an † arbitrator possit absente parte pronūtiare, vel eligere, vel similes actus facere? In qua Bart. in lectura, & in consiliis semper tenuit, quod non, vt apparet in l. si quis arbitratu. ver. quæro quando arbitrator. ff. de verb. ob. & in cōs. clxvj. incip. Calamanus. & in aliis locis per rationes de quibus per eum ad quas doctor. respōdent nec est opus hīc referre satis est nobis, quod † in iudicando non est recedēdō à cōmuni opinione. l. j. §. & sanè crebrior. de offi. quæst. cōmunis at opinio est cōtrà Bart. quod † imo arbitrator, etiam partibus non citatis possit arbitrari, & ita vno ore tenēt cano. in c. Quintauallis. de iureiu. & mod. in d. l. si quis arbitratu. † cū enim arbitrator eligit, aut arbitrator conditionē contractus implere dicitur. l. si merces. in prin. ff. loc. l. fi. C. de contrah. emp. at tale implementū etiam ignorantibus partibus fieri potest. l. ij. cū gloss. de cond. & demon. Vnde leges † hāc arbitratoris commissionem appellant, mādatum c. Quintauallis. clarum autem est, quod † mandata executioni possunt mitti, etiam parte non præsente. Confirmatur id quia etiā † deportatus arbitrari potest. l. cū pater. §. hereditatē j. de legat. ij. l. ex facto. §. si quis rogatus. ij. ad Trebel. & tamen verisimile non est in insulam vocari litigatores. Adidem etiā facti, quod † per epistolam potest arbitrator sententiam suam dicere. l. ii. in prin. si mens. fals. mod. quod indicat, absentibus partibus id fieri. Addo etiā quod nulla lege cautum est, vt in arbitramentis suis partes arbitrator citet: lex enim de arbitro tantum loquitur, qui non nisi parte presente pronuntiare potest adeò, vt nec citatio quidem sufficiat. l. diem proferre. §. si quis. de arbi. Doct. l. ij. C. de arbit. in arbitratore vero non loquitur. Nec verisimile est hunc iuris rigorem ab eo obseruandum esse, qui non iudicare, sed contrahere dicitur gloss. in auth. vt dif-

fer.iud.in princ. Vnde & feriatis diebus sententiã suam exponere potest.l. fin. verbo, transactiones.
17 de fer. cum † tamen tali die citari nemo possit. l. miles.§.sexaginta.de adul.vbi Bar.doct.in rubr.C. de in ius.voc. Nec me mouet illorum declaratio, qui saltem in cognitione causæ necessariam citationem esse dicunt. argu. l. idem Pomponius scribit si de meis.§.recepisse.de arbit.licet in diffinitiua non sit necessaria.Respondeo enim id ad causę iustitiam pertinere non ad iudicij formam: & ideo valebit sententia :licet in casibus promissis ad arbitrium boni viri recurri possit.leg.si libertus./de oper.lib.aliàs durius cum arbitratoribus,quàm cũ
18 iudicibus ageretur: cum valeat † sententia iudicũ etiamsi in causæ cogitatione pars non fuerit citata.solum enim peremptorius est de substantia indicij secundum gl.in l.prolatam.C. de sent.quam ibi sequuntur Doct.Non omitto etiam, quod etiã in casibus, quibus aliàs esset necessaria citatio tamen quoties arbitrator pronuntiaret de eo, quod absque vlla partium instructione intelligeret, non esse necessaria secundùm Bald.cons.lxiiij.in iij. vt quia aliquem eligeret,cui aliquid dandum,vel faciẽdum esset.l.vnum ex familia.& l. cum quidam. ij.de leg.ij.vel rationes,& calculos computaret de quibus magis ex scripturis atque partium presentia constare posset. l.ij. §. quod de frumentaria.ff. de admi.rer. ad ciuit.part. Idem quoque sit,alias sciret nullam absenti defensionem competere. c. cum.sit Romana.in fin.de appell.vt quia quicquid habeant scripturæ illi traditæ partes commendasset.Abb.c.ex insinuatione.in fin.de appell.In istis ergo casibus,seu aliquo istorum omnes Doct.consentiunt non esse necessariam citationem, vt per
19 Moder.in d.l.si quis arbitratu. & ideo concludo † in quæstione nostra in electione istius calculatoris ab arbitratore facta non fuisse necessariam aliquam citationem.Facit l. fi.§.sedes si quis.C.commu.de leg.Circa tertium dubium posito,quod necessaria fuerit citatio, cùm intervenerit quidem, sed iudex in termino citationis non fecerit dictã
20 electionem,verum † in sequentem diem distulerit, an actus valeat, & breuiter agendo concludo dictam electionẽ valuisse, quia potest iudex exspectare, si velit vsque in alteram diem per text. in c. consuluit.de offi.deleg.Nec obstat, quod iudex in termino citationis expresse non prorogauerit in sequentem diem, quod videtur necessarium.l. & post edictum.ff.de iudic.Ange.l.de vno quoque ff. de re iudic,Ant.de But.cum dilecti.de dol. & contu. Quia respondeo, quod illa opinio communiter non tenetur & contrarium voluit Imo. in d. l. de vnoquoque,Bald.in d. l.& post edictum. Felin. post alios in d.c.consuluit.vbi respondent ad tex-
21 tum in † d.l. post edictum. quod loquitur in citatione transmissa per actorem, prout est casus noster,præterea loquitur lex illa in citatione peremptoria, non in ista ad videndum fieri electionem, quæ est interlocutoria, & concernit quid emergẽs in ipso iudicio. Circa quartum dubium,an intimatio dictæ electionis facta parti per iudicem confirmet actum ex quo pars non reclamarit. Respõdeo
22 breuiter † quod intimatio illa est actus iudicis interloquẽtis, qui respectu ipsius iudicis non transit in iudicatũ,quominus contrario imperio reuocari possit, respectu verò partis transit in iudicatũ secundùm Bar. & doct. in l. quod iussit. per illum text.ff. de re iud.per cano.in c.cum cessante.de ap-
23 pell.& hoc quãdo actus est iniustus, si verò † actus esset nullus ipso iure, tunc nunquam transiret in A iudicatum.l.j.& seq.C. commina. vel episto. Nisi tamẽ ex statuto ciuitatis prefixus esset certus dies, intra quẽ dicendũ esset de nullitate: tunc enim si pars permisisset labi illũ diẽ & nõ reclamasset videret acquieuisse.l.ab eo.cũ simi.C. quom.& quãdo. Bal.in l.j.C.sent.resc. Circa quintũ & vltimũ dubiũ, an declaratio † loci pro calculis faciendis facta præsente parte,cõfirmet dictã electionẽ? puta-
24 rẽ q, sic:quia iudex procedẽdo ad vlteriora & exequendo dictã electionẽ tacitè videtur pronũtiasse B eã valere.Aret.l.à procedente.C.de dila.Abb. c.ij. de test.c. talisam. in prin.eò.tit. Alex.cõs.lxxiij.in fi.in j. volum.Dec.cvij. in princ.maximè,cũ id factũ sit parte præsente quo casu cessat omnis difficultas, de qua per Bart.in d.l. quod iussit.in quinta q. & Alex. cons.c.in v. vol. & quod habetur per canonistas,in cap.interposita. de appell. vbi Dec. post alias. Et hæc omnia saluo semper sanctæ iudicio.

CONSIL. XVI. SVMMÆ.

1 *Affirmans se esse tutricem, & tanquam tutrix contrahens, tenetur ostendere se esse tutricem, alioquin,de dolo conueniri posset.*
2 *Hæres tenetur testatoris facta, & gesta approbare.*
3 *Confessio testatoris ligat hæredem.*
4 *Lex requirens simplicem consensum domini, satisfacta est si vel tacitè consentiat.*
5 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*
6 *Euictio ex causis præstanda.*
7 *Posteriora derogant prioribus, etiam de quibus non est facta mentio.*
8 *Non entis nulla sunt qualitates.*
9 *Inuestitura non acceptata reuocari potest.*
10 *Acquirens Emphyteusim,dicitur illam habere contractu inter viuos, filij verò habent per mortis causa capionem.*

C Vperioribus annis respondi de iure in quadam emphyteusi ecclesiastica in fauorem filiarum Lucię contra Fabricum secundùm quod responsum fuit post longam disputationem iudicatũ, nũc in causa appellationis adhuc reuocatur in dubiũ per clarisſ. D. auditori,quod valde subtiles dubitationes proposuit à me in præsentia quatenus ad ius pertinent dissoluendas. nam quoad productiones instrumentorum, & processus: quia mihi D non est otium talia perscrutandi, remitto me ad dominos causidicos,qui litem instruxerunt.Circa primum fundamentum dicitur, quod probabilis non erat dubitatio in illis verbis, Pro se, & filiis suis,& nepotibus masculis.quia dictio, masculis, in fine clausulæ posita ad omnia referri debet respondeo, quod imò contrarium potuerat dici per ea,quæ ponit Bar.in cons. suo iij.in fin. & Ancha. cons.ccxx.Ioan. de Ana. quem refert, & sequitur Ias.in l.qui filiabus.ff.de leg.j. Alexan.consil.xlix. G in iiij.meritò ambiguitas fuit declarata per subsequentem inuestituram,&nihil refert quod Catharina non acceperit inuestitura quia satis est, quod eius mater tanquam tutrix ipsa hoc fecerit, quia eius scientia habetur pro scientia infantis.l. si ex legati.cum seq. vbi omnes.de verbo. oblig.l.non solum.de lib.ca.l.sequitur.§. si pupilli.de vsuc.per Bart.in l.qui duos.de reb. dubiis. Circa secundum fundamentum dum dicitur quod diuisio ista non potuit fieri,& quod non apparet de tutela matris,

&c.

BIU Cujas

1 &c. respondeo, quod cum mater † affirmauerit se esse tutricem, & ita contraxerit, tenetur hoc ostendere: alioquin de dolo conueniri posset. l. j. in fi. C. cred. eunct. pign. l. si legatarius. l. quidam. de dolo. vel potius incideret in edictum. ff. quod fals. tut. 2 auct. vnde † cum Fabricius sit eius hæres, ipse tenetur approbare gesta per eam. & cum ipsa affirmauerit se esse tutricem, non potest Fabricius hoc negare. Bart. l. rem alienam. in fin. ff. de pign. action. 3 quia † confessio eius ligat hæredem. l. qui superatus. ff. de pign. & per Socin. consil. xiij. in iij. vol. Et eodem modo respondetur ad illud, quod dicitur non nocere lapsum temporis in diuisione: quia Catharina nesciebat, &c. respondeo satis est, quod mater eius tutrix hoc sciret. d. l. si ex legati. Nec obst. quod dicta diuisio non fuerit facta in manibus directi domini, &c. istud nihil est, satis est, quod dominus ipse consenserit deinde concedendo secundam inuestituram. † lex enim requirit 4 simplicem consensum domini, vnde satis est, si vel tacite consentiat. l. ij. §. voluntatem. vbi Aret. ff. sol. mat. facit. l. in adoptionibus. cum glo. ff. de adop. per Io. And. & doct. in c. si abbatem de elect. lib. vj. Nec obstat, quod in secunda inuestitura nulla mentio sit facta Fabricij, nec dominus ei præiudicare voluisse præsumitur. respondeo præiudicium oritur ex contractu tutricis, quem contractum, deinde dominus approbauit, quod facere potuit: cum ius nondum esset acquisitum Fabricio, vt dicitur in terra ratione, & infrà videbimus. Item hoc facere potuit propter consensum Catharinæ per organum tutricis, cui Catharinæ istæ fuit hæres, adeò vt teneatur talem consensum ratum habere. d. l. cum à matre. Nec obst. quod in diuisione non videatur facta renuntiatio iuri de futuro, &c. respondeo verba sunt clara, quod promittit de cætero non mouere litem, sed defendere ab omni persona in iudicio, & extrà suis expensis, &c. & quod distringatur, &c. quæ verba comprehendunt defensionem à quocunque etiam à 5 Fabricio. Vnde † quem de euictione tenet actio, eũ agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. Non obst. quod promissio euictionis non videtur extendi ad hunc casum ex natura rei, seu emphyteuseos superuenientem. per not. in l. si familiæ. C. fam. ercis. respondeo, si Lucia, & Catha- 6 rina stetissent † in terminis primæ inuestituræ probabile esset hoc argumentum, sed cùm acceperit secundam in qua masculi non præferuntur, appareret euictionem promissam esse, nisi res euinceretur ex hac secunda, non autem ex prima. Vnde quando apparet inter partes actum esse, vt euictio præstetur etiamsi secuta sit ex natura rei, vel facto auctoris, tunc erit præstanda, & non procedit glo. in d. l. si familiæ. quod consulunt Alexan. cons. xxj. in j. & est communis opin. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in q. xj. Bar. de verb. oblig. & ibi Alex. post Guid. de Suzar. dicit idem esse siue expresse ita actum sit, siue tacitè ex verisimilibus coniecturis appareat, vt in omnem casum saltem tutus sit possessor exceptione per regulam d. l. vendicantem. Circa tertium fundamentum dum negatur Fabricium non fuisse natum tempore secundæ inuestituræ. quæstio facti est. Nec ego vidi dictam inuestituram, & libenter vidissem: sed in hoc me remitto domino causidico qui instruxit processum. bene illud dico, quod quantum sit ad identitatem rerum fundata est intentio filiarum Luciæ, quæ dummodo relinquatur sibi res in secunda inuestitura comprehensæ, poterunt reliquere Fabricio reliquas ex prima, quia nullæ erũt reliquæ. Vnde apparet quod hæc probatio identitatis rerum non videtur necessaria, quamuis etiam in hoc ex officio posset, & debeat iudex se informare per id quod habetur per Bar. & doct. in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. ij. Nec arbitror in secunda inuestitura defuisse fieri mentionem Fabricij, qui potuisset nasci: quia satis est, quod dominus, & emphyteutæ haberent cognitionem primę inuestiturę, à qua recesserint per secundam, satis enim apparet, quod recedendo à prima id egerunt, vt seruaretur tantum secunda, nec curarũt de damno eorum, qui ex prima vocabantur: quia † posteriora derogant prioribus, etiam de quibus non fit facta mẽtio. l. si quis cũ procuratorio. §. fi. ff. de procur. Nec obst. ex prima inuestitura ius quæsitum erat Fabricio, quod auferri ei non potuit, &c. respondeo, tollitur hoc motiuum ex iis, quæ in primo consi. fuit dicta, ante enim natiuitatem suam non potest dici ius ei quæsitum: cùm adhuc natus non esset. & † non entis nullæ sunt qualitates. l. eius, qui. ff. si cert. peta. post natiuitatem verò minus: quia iam antè prima inuestitura erat sublata per secundam, & illa acquisitio pro nepotibus masculis nascituris nullum ius producebat: quia nec acceptata fuerat nec acceptari potuerat à dictis † nepotibus, qui nati non erant. Vnde potuit reuocari. l. si ego. §. j. ff. de iure dot. declarat Paul. de Cast. in cons. cxcv. visis iis, quæ narrantur in ij. vol. secundum nouissimam impressionem. Dec. cons. ccxxvj. & in l. contractus. de regu. iur. ante acceptationem enim nullum ius est quæsitum. l. in omnibus rebus. ff. de act. & oblig. l. ea quæ ciuiliter. verb. volentibus. de acq. rer. do. l. communis. in fi. de acq. poss. l. si ego de neg. gest. Bart. l. frater, à fratre. ff. de cond. indeb. antequam enim sit acceptata vel acquisita, quia consistat & voluntate solius concedentis, dicitur esse meri facti, & ideo potest reuocari. l. j. in fi. ff. de cont. empt. glos. §. ex conditionali. Instit. de verbor. oblig. l. fin. ver. non acceperit. de legatio. & alias declaraui lib. Parergon. iij. c. xiij. de quo est text. in c. j. in princ. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi præpositus hoc tenet & aliàs dixi. Nec obstat, quod acquisitio sit fundata in persona aui. quia respondeo quod mortuo auo, non supereſt persona in qua amplius fundetur, non Lucia, quia recessit à prima iuuestitura & ei derogauit, non Fabricius, quia nondum natus. Nec obst. quod de eo qui in vltriore inuestitura sit comprehensus, nemo dubitat. respondeo impo si mutatio potest fieri in proximiorem fortius remotiorem, & omnes rationes doctorum militãt pariter in vtroque casu. Et verba Bartin d. l. si mihi & Titio. sunt satis clara, quod † acquirens emphy- 10 teusim dicitur illam habere contractu inter viros: filij verò habent per mortis causa capionem. l. mortis causa capitur. §. ij. vers. sed & dos. l. qui pretio. de don. ca. ma. vnde apparet quod antequam capiant, id est, antequam sint nati nullum ius habent, & ideo potest reuocari, vt dixi. Saltò tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. XVII. SVMMÆ.

1 *Pacto inducirum effectus standum.*
2 *Illud verè est proximum, quod medium aliud non habet.*
3 *Illud verè est præsens, quod tunc durat.*
4 *Verba in contractibus non debent esse superflua, sed operari.*

5 *Verba semper debent in eum sensum accipi, secundùm quem res facilius exitum habere potest, & secundùm quē lites facilius dirimantur.*

6 *Fœdera & conuentiones quantum fieri potest, debent recipere interpretationem à lege, & ratione ciuili.*

7 *Semper vltimum spolium purgandum est.*

8 *In concessione castri debent etiam comprehendi pertinentiæ accessionesque omnes.*

9 *Conuentio facta causa pacis, & quæ potest vtrique parti esse vtilis, recipit latam & fauorabilem interpretationem.*

10 *Occupandæ non sunt res insontium.*

11 *Pro ecclesia in ambiguis semper pronuntiandum.*

ADmonitus literis reuerendiſ.do.Card. Trident. vt in cauſa inter ſe, & illuſtrē Venetorum rempub. vertente velim conſilij mei copiam facere, libentiſsimo animo hanc prouinciam ſuſcepi, tum vt quod in me eſſet pro eo aduocarem, qui ſemper omniū ſtudioſorum fuit liberaliſsimus patronus: tum, vt maximam animi mei erga eum obſeruantiam, qualicunque hoc obſequio demonſtrarem. Inſpectis igitur verbis fœderum, à quibus præſentis cōtrouerſiæ deciſio tota pendet, dico partes excellentiſsimi domini iudicis eſſe in pronuntiando locum Tignalis, tanquam ex pertinentiis oppidi Ripæ, ipſi domino Epiſcopo Tridentino reſtituēdum eſſe. Et in † primis ſciendum eſt actum fœdere Vvormacienſi eſſe, quod bona ſubditorum tam Cæſareæ maieſtatis, quàm reipub. Venetæ poſsideantur per ipſos ſubditos quietè, & pacificè, prout poſsidebantur ante occupationem, & turbationem factam in proximo præſenti bello, ex quorum verborum intellectu vis omnis præſentis conſultationis pendet. Et præſupponitur in facto, quod bellum fuerit ante annum 1508. deindè ſubſequutæ ſunt induciæ, mox anno 1509. rurſus bellum fuerit, deinde ſubſequutę ſint in anno 1514. induciæ decem menſium, deinde bellum atrox iterum anno 1516. induciæ demùm aliæ, atque inducię, & cum reuerendus Epiſcopus dictum oppidū Tignalis tanquam ad ſe pertinens cœperit anno. 1509. & Veneti iterum occupauerunt anno. 1516. probabiliter dubitatur, an ſit reſtituendum d. Epiſcopo. Et videtur concludendum, debere reſtitui, pluribus rationibus. Prima eſt, quia verba illa fœderis, prout proximo præſenti bellō, &c. debent intelligi de bello geſto anno 1516. quō tempore Veneti cœperunt dictum caſtrum Tignalis. † illud enim verè eſt proximū, quod mediū aliud nō habet. l. proximus. de verb. ſig. Et † illud verè eſt præſens quò tūc durat. l. ſi mater. C. ne de ſtat. defunct. vbi Bald. non quod antea interruptū per tot inducias fuit. facit, quia ſi aliter intelligeremus iteratio iſta vocum proximo præſenti, &c. eſſet ſuperflua, † cum tamen debeant in contractibus verba plurimū operari. l. ſi quando de legat. j. per Bal. in rub. C. de contra. emp. q. ix. Nā & regula eſt iuris, quod verba ſemper debent in eum ſenſum accipi, ſecundum quem res faciliùs exitum habere poteſt. §. aliam iuſt. de don. & ſecundum quem lites faciliùs dirimentur. l. j. §. ſi hæres præcepto. in fin. ff. ad Treb. igitur ſi intelligamus de bello anni 1516. & non antea, res habebit certum finem: aliàs verò procederet in infinitum: quia retrò per multos annos ſemper variatum eſt nunc belligerando, nunc inducias faciendo, idque etiam antequam reuerendiſsimus Epiſcopus de anno 1509. recuperaret Ripam. Suadetur hoc ratione efficaci; nā debent huiuſmodi † fœdera, & conuentiones quantum fieri poteſt recipere interpretationē à lege & ratione ciuili. l. quidam cum filium. de verb. obl. l. legitimā. ff. de pact. ſed ſic eſt, quod de iure noſtro ſi dominus epiſcopus egiſſet interdicto recuperādæ poſſeſsionis aduerſus dominos Venetos de iure debuiſſent illud caſtrū reddere, nec fuiſſent auditi Veneti, allegātes ſe prius fuiſſe à domino Epiſcopo ſpoliatos: quia † ſemper vltimum ſpolium purgādum eſt. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. l. colonus. l. cum fundum. eodem titu. per Abb. & canon. in c. fi. extra, de ord. cogn. meritò ergo credendum eſt, ita quoque actum illo fœdere fuiſſe, vt ſcilicet vltimum ſpolium purgatur, & res in eū ſtatutum reſtituatur, quo erat ante annum 1516. Confirmatur hoc etiam ex ratificatione facta per rempub. Venetam anno 1516. qua contenti fuerunt quod terræ, & loca Ripæ remanerent Cæſari: quæ verba generalia ſunt: quia appellatione locorum Ripæ poteſt etiam comprehendi locus Tignalis, qui eſt de pertinentiis Ripæ: vnde † in conceſsione Caſtri illius debent etiam comprehendi pertinentiæ, acceſsioneſque omnes. l. ſi quando. C. de bo. vac. l. x. vbi doct. & per Bal. cap. j. de cap. quam cur. vend. Præterea talis conuentio: † quia facta eſt cauſa pacis: & quia eſt reciproca, poteſtque vtrique parti eſſe vtilis recipit latam, & fauorabilem interpretationem ſecundùm Angelum conſi. clxj. & conſil. ccxc. & ideo † licet in fœdere dicatur vt bona priuatorum, quæ hoſtialiter occupata fuerunt, licet in nullo deliquerint, reſtituantur: tamē comprehendunt hæc verba etiam Dominum Epiſcopum, qui de anno 1509. recuperando ſuum non deliquit, nec habuit Cæſar eū pro delinquente. Et ſi diceretur actum eſſe vt priuati præſeruentur indemnes, non autem vt lucrum faciant ex tali bello. reſpondetur lucrum hoc non fieri ab epiſcopo ex bello proximo & præſenti. vt loquuntur verba fœderis, ſed factum iam diu fuiſſe vſque ab anno 1509. & amiſsio rei, quę iam per aliquot annos fuit acquiſita incorporataque cæteris rebus, ſi tollatur ad damni vitationem, pertinet non, ad lucri factionem. l. non amplius. §. ſi certum. de legat. j. cum quis. C. de iur. & facti ign. & vtrobique laſo. Ad ſupraſcripta etiam facit, quia (vt intellexi) etiam Domini Veneti petierunt prouideri aliquibus ex ſuis qui ſpoliati erant in bello quibuſdam rebus quæ ex bello ipſo quæſierant, vnde ſatis oſtenditur verba fœderis ab vtraque parte communiter ita intellecta fuiſſe. arg. rub. ff. quod quiſq; iur. Cæterum nec illud omittendum eſt, quod dicit Bald. in titul. de pace Conſtant. in verſicul. poſſeſsiones. per illum textum vbi probatur, quod poſſeſsiones amiſſæ tempore belli debent reſtitui, & recuperatæ defendi: niſi tamen pertinerent ad imperium, ergo idem ſi pertineant ad eccleſiam: tunc enim non debent Veneti, qui aſſerunt ſe recuperaſſe Tignale defendi, ſed potius eccleſiæ facienda eſt reſtitutio. Quod etiam ea ratione ſuadetur, quia ſi præſtantiſsimi iudices circa hoc dubitant, debent † pro eccleſia pronuntiare pro qua in ambiguis ſemper eſt pronuntiandum. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & authen. ſimiliter. vbi Rom. C. ad leg. Falc. Et iſta mihi ſufficere viſa ſunt quæ breuibus, & quodammodo per indicem volui attingere: quia exploratiſsimum eſt mihi ingenium magnifici & clariſsimi Porri, qui ſicut do. Nellus de Eugubio, vel ad motum labiorum me intelligit, & cui me commendo

BIU Cujas

mendo obsecro, & obtestor vt quam primum A expedita hac causa ad nos reuertatur, nec sinat præsentiam suam, tandiu à nobis cæterisque amicis suis desiderari.

CONSIL. XVIII. SVMMÆ.

1 Conuentio facta pro defensione pupillorum, per tutorem, & ad euitandas aduersariorum molestias, valet.
2 Tutor necessaria, & vtilia pro pupillo gerere debet.
3 In necessitatibus nemo liberalis existit.
4 Respublica ius supremi Principis obtinet.
5 Contractus facti cum Principe secundum ius gentium, seu manu regia, iudicantur, nec solennitatibus iuris positiui subijciuntur.
6 Ciuitas fundatam habet intentionem de iure communi super omnibus Castris, quæ sunt in sua diœcesi.
7 Contractus, alias inualidus per obseruantiam secutam approbatus, censetur per ratificationem confirmatus.
8 Bona potius præsummuntur allodialia, quàm feudalia, vel censualia.
9 Comes præstans seruitia Regi, præsumitur hoc facere, nõ tanquam domino feudi, sed potius tanquam superiori.
10 Alienatio rei pupilli fine causæ cognitione, & decreto iudicis tutori non permittitur.
11 Lex confidit tutori, asserenti causam alienationis subesse, sed requiritur quod iudex cognoscat decretum interponat, alias actus est ipso iure nullus, nec tempore confirmatur.
12 Possidens rem pupilli dicitur esse in mala fide, nisi in alienatione dictarum rerum interuenerint sollennitates debitæ, & hoc quia contra iura mereatur ille in quem tales D res alienatur.
13 Mala fides impedit præscriptionem.
14 Temporis lapsus, cuius initij memoria non sit in contrariũ, purgat malam fidem, quia habet vim tituli, quomodo procedit.
15 Perseuerantiæ in delicto illud non minuit, sed potius agrauet.
16 Tutor ante confectionem inuentarij non habet administrationem rerum pupillarium.
17 Tutori asserenti se contraxisse inutilitatem pupilli non creditur. E
18 Contractus per tutorem gestus pro pupillo debet affirmari per iudicem cum causæ cognitione & decreti interpositione.
19 Respublica contrahens cum priuato sustinet personam priuati in casu consilij, vnde obligatur est tali contractu.
20 Respublica hæreditatem adeundo efficaciter obligatur, quia talem actum facit tanquam priuatus.
21 Princeps, per contractum non potest aliquem locum sibi subijcere aduersus dispositionem legis, & quare. F
22 Ignorantes non possunt videri ratificare id quod ignorant.
23 Ratificatio tacita, quæ ex lapso temporis quinquennij inducitur quando habeat locum & in quibus casibus.
24 Solutio pallij, non arguit notitiam pacti, pertinentis ad successionem.
25 Ratificatio vnius seperatorum non inducit ratificationem in alio.
26 In his quæ concernunt particularem scientiam, principalis non sufficit scientia procuratoris, cum libera qualis est tutor. G
27 Pactum inducens obuentionem hæreditatis, ipso iure non valet, & quare.
28 Quod quis post mortem de Patrimonio suo disponat, concessum est ex speciali quadam indulgentia legis, & ex quadam dispensatione.
29 Dispositio collata in tempus, in quo res amplius disponentis non est futura à lege approbatur.
30 Successio deferri non potest, nisi seruata forma, id est, via solennis testamentis.
31 Verba contractus quotiescunque non respiciunt obligationem præsentem, sed futuram post mortem bonorum obuentionem, actus est nullus.
32 Iusiurandum non supplet iuris publici formam.
33 Pacto non potest quis successionem neque particularis rei deferre.
34 Transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant, non valet, & quare.
35 Tutor sicut non potest pro pupillis testari, ita nec potest pacisci prout in casu consilij.
36 Laudum à Principio nullum ratificari non potest, nec ex antiquitate temporis conualescit. B
37 Dictio ambo est collectiua compositi sensus, & quomodo verificetur in casu consilij.
38 Pluralitas in fidei commissis resoluitur in suas singularitates.
39 In contractibus à verbis non est recedendum.
40 Dispositu collectiuè ex vna parte versus aliam, non habet locum interipsosmet.
41 Nemo potest alteri pacisci.
42 In fideicommissis substitutio facta post est mortẽ omniũ & sic collectiuè respectu omnium non inducit fideicommissum reciprocum inter ipsos. C
43 Priuilegium concessum Episcopo, & Canonicis, non attenditur inter Canonicos simul litigantes.
44 Statuti dispositio prouidens inter socios, & eorum creditores non habet locum si inter ipsos socios mutuo litigetur.
45 Si factum sit compromissum inter plures ex vna, & Titium ex alia non potest arbiter laudare inter istos plures adinuicem, quia nullum censetur factum compromissum in tali casu.
46 Prohibitio alienationis facta filiis respectu aliorum, non habet locum inter ipsos.
47 Priuilegium concessum legatarijs contra possessores, non habet locum inter ipsos.
48 Repressaliæ concessæ Bononiensibus contra Perusinos non comprehendunt Bononiensem habitantem Perusij.

PRo dilucidatione casus propositi tres quæstiones attingemus. Prima est, an domina Franciscina tutrix, & auia paterna Nicolai, & Leonardi Vbertinorum, potuerit subiicere castra de quibus agitur, inclytæ reipub. Florentinæ. cum pacto, quod finita linea masculina, castra pertineant ad dictum commune? Et videtur prima fronte quod sic: quia dicta conuentio † facta est pro defensione pupillorum, 1 & ad euitandas molestias ad versariorum, qui videntes pupillos receptos esse in protectione dicti communis, non ausi fuissent eos turbare, vnde tanquam res in eorum vtilitate vergat, debuit ipsa tutrix hoc potuisse facere, prout in simili dicitur in l. conuentionum. ff. de pactis. & quia ista est quædam transactio tutori permittitur, quando vtilitatem versimilem pupillo affert præses. C. de transact. l. contra. §. fi. ff. de pact. l. si de pignore. in fin. ff. de furt. & videtur facta ex quadam necessitate, ne alias aduersarii eos deiicerent: vnde permittenda est tutori. l. si plures. ff. de pact. quia nõ videtur 2 quicquã donare qui ex necessitate † facit. l. rem le- 3 gatã. ff. de adi. legat. etiã si talis esset donatio: tamẽ adhuc videtur permissa, quãdo ex qualitate rei, & ex causa sufficienti, ea induceretur. l. cũ plures. §. penul. ff. de adminis. tut. Et quamuis si cùm aliter facta esset dicta conuentio, potuisset forte subesse maior difficultas, tamẽ cũ facta sit cum repub. Florentina videtur casus esse clarior: quia ipsa † Respu- 4 blica ius supremi principis obtinet Bart. l. j. C. de bon. vac. lib. x. l. item. §. ait. de per. hæred. vbi

BIU Cujas

Alexan. in apost. & † contractus facti cum principe secundum ius gentium, seu manu regia iudicantur, & per Mod. in rub. de verb. oblig. ff. & solennitatibus iuris positiui non subiiciuntur, vt sentit Baldus extrauag. de pace constant. super verbo, si qua vero. Quod procedit, maxime si contractus sit factus de re quæ sit in territorio ipsius principis; vt fortè sunt ista castra, quæ videntur esse agri Aretini, quæ ciuitas pertinet ad ipsam rempublicam: vnde & superioritas horum castrorum videtur eodem modo pertinere. lege, qui ex vico. ff. ad munic. & habet † ciuitas fundatã intentionem, de iure communi super omnibus castris, quæ sunt in sua diœcesi. cap. j. §. item si quis. quib. mod. feud. amitt. vbi Bald. & doct. in vsib. feud. Oldra. consilio clxxiiij. factum tale est. Socin. leg. j. de acquir. poss. Confirmatur supradicta etiam per sequuta approbatione tot annorum: quia verisimile est per solutum fuisse pallium in die sancti Ioannis iuxta conuentionem: vnde etiam si contractus † aliàs non valuisset, tamen censebitur per ratificationem confirmatus, iuxta legẽ, j. & seq. C. si maior fact. rat. & ratificando dictum caput solutionis pallij, censentur etiam cętera confirmata. lege, non est ferendus. ff. de transl. & sic etiam illud quod spectat ad successionem lineæ masculinæ. Sed his non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem. Et præmitto, quod cum isti Vbertini essent antiquissimi possessores dictorum castrorum, præsumitur quod essent veri domini, & in eis neminem recognoscerent; quia bona † potius præsumuntur allodialia quàm feudalia vel aliàs censualia. c. fin. extra, de iudic. vbi Hostien. & Io. And. c. nimis. vbi Anto. de But. de iurein. Et si quis comes seruitia Regi præstitit, præsumitur hoc † non feciſſet tanquam domino feudi, sed potiùs tanquam superiori, de quo per Alex. consilio xv. in v. vol. Iaſ. lege, si prius. de op. nou. nunt. Deci. consilio ccccIxxxxviij. cũ concord. meritò ergo & in casu nostro præsumebatur dictos Vbertinos habere dicta castra iure proprio: vnde non licuit tutrici ea recognoscere à republ. Florentina, cum pacto de quo agitur, quia ista est quædam alienatio, quæ † tutori non permittitur, maximè cum non sit facta cum causæ cognitione, & decreto iudicis. lege, lex quæ tutores. C. de admi. tut. l. j. ff. de reb. eorum, nec enim lex confidit † tutori asserenti causam subesse: sed requiritur quod iudex cognoscat, & decretum interponat, aliàs actus est ipso iure nullus, adeò vt neque tractu temporis confirmetur. l. quod in initio. ff. de reg. iur. adeò vt nec locus sit præscriptioni: quia ille in quem res pupilli absque debitis solennitatibus alienatur, dicitur † esse in mala fide: quia contra iura mercatur. l. qui à quolibet. ff. de contrah. empt. cap. qui contra. de regul. iur. libro vj. hodie autem, saltem iure canonico, nulla est præscriptio eius qui † malæ fidei sit. cap. fi. extra, de præscriptio. c. possessor. de reg. iur. libro vj. Nec obstat, quod iam tot annis sit celebratus iste contractus, & quod lapsus † temporis cuius initii memoria non sit in contrarium, purgat hanc malam fidem, quia habet vim tituli. l. hoc iure. §. ductus. de aqua quotid. & æstiu. cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. Alex. cons. vj. viso themate. vol. j. quia respondeo hoc procedere quando essemus in dubio, aliàs si clarè constet de initio vitioso, actus non confirmatur etiam ex tali temporis lapsu, quia mala fides de qua clarè constat etiã talem præscriptionem impedit per text. in d. cap. fin. qui loquitur generaliter: quia perseuerantia in delicto, istud † non minuit: sed aggauat potius, vt per. gl. in c. j. super verb. nisi, in fin. iunct. text. de præscrip. libro vj. vbi Philip. Franc. & per Ioan. And. & Canon. in ca. si diligenti. de præscript. cum concord. per Baldum in tract. præscrip. in ij. parte tertiæ partis principalis, versic. vj. quæro. Et hæc conclusio maximè procedit, si prædicta tutrix non confeciſſet inuentarium, prout non apparet fuisse confectum, tutor enim ante confectionem † inuentarii non habet administrationem rerum pupillarium. lege, fin. C. arbi. tut. vbi omne not. per Barto. in lege, tutor, qui repertorium. in princip. ff. de admin. tutor. vnde non potuit dicta mulier facere supra scriptum contractum. Nec obstant allegata in contrarium. Et in primis, quod contractus fuerit factus pro defensione rerum pupillarium, & in vtilitatem, &c. quia respondeo, quod de hoc † non creditur ipsi tutrici. l. si forte. ff. de castr. pecu. sed debuit per iudicem cum causę cognitione, & decreti interpositione affirmari. l. magis. §. penult. de reb. eo. l. si quidẽ. l. prædia. C. de præd. minor. imò fr decretum interueniſſet absq; causæ cognitione, adhuc esset nullũ tanquam obreptitium. l. Seiæ. l. tutor si petitus. ff. de tutor. & curat. dat ab his. Nec obstat, quod † contractus sit gestus cum republica Florentina quæ habet vim Principis, &c. quia respondeo, quod in hoc † respublica sustinet personam priuati, & quoad ipsos Vbertinos, non erat Princeps. vnde obligatur indubitanter ex tali contractu, vt per Bal. in lege, Princeps. ff. de legib. & probatur in l. j. in fin. ff. de offic. procur. Cæsa. vbi adeundo † hæreditatem efficaciter obligatur: quia talem actum facit tanquam quilibet priuatus. Præterea etiam si quasi princeps contraxisset, non tamen inde oritur obligatio aduersus dispositionem legis secundum Hostien. Ioan. And. & Cano. in ca. dilecti. de maior. & obedien. vbi † Princeps per contractum non potest aliquem locum sibi subiicere aduersus dispositionẽ legis. vt quia hoc faceret cõtra voluntatẽ subditorum, refert & sequitur Bal. in c. j. §. si quis. versic. adde, quod dicit Hostiẽ. quo tẽpore miles, in vsibus feud. & idẽ Bal. in c. j. §. in generali. versic. quæro vtrũ. Rex Franciæ. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. facit q. not. Bal. in c. j. extra, de probat. vbi concludit, quod pacta inita inter Imperatorem Fridericum, & ciuitates Lombardiæ, regulantur secundùm terminos iuris, & Imperator illis obligatur, sicut & priuati vnde transmittit obligationem etiam in successorem, & idem tenet in l. digna vox. C. de legi. sentit Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Oldra. consi. lxxxxiiij. incip. elegantes. ad fi. Non obstat ratificatio tot annorum & solutio pallii, &c. quia respondeo, quod cum tutrix sola absque interuentu pupillorum fecerit hunc conrractum, probabilis est ignorantia ipsorum pupillorum, nec possunt videri ratificasse, id quod † ignorant. l. mater decedens. ff. de inoffic. testament. pro hoc est gloss. quam ibi sequuntur doctor. in lege, fin. C. si mai. fac. alien. &c. quæ vult, quod tacita ratificatio, quæ ex lapsu quinquennii inducitur, habent locum tantum in quatuor casibus ibi relatis, in quibus pupillus habebat † certam notitiam alienationis, extra illos verò casus non habebat locum: & ita etiam tenent ibi doctor. & sequitur Corn. con. ccvij. volum. iij. nec solutio pallii arguit † notitiam istius pacti pertinentis ad successionem. Vnde non possumus dicere, quod

rati-

ratificatione vnius sit etiam aliud ratificatum, cum huiusmodi pacta sunt penitùs separata, iuxta doctrinam Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. leg. & Raph. Fulgo. & Sign. in consilio impresso post tracta. Angel. de maleficiis, & tradit Anton. de Butr. consilio lxxvij. visis actis, maximè
25 cum potuerint dicti † pupilli & successores habere ignorantiam dictæ conuentionis, & credere, quod pallium solueretur ex alia causa, quam vigore dictæ conuentionis nulliter factæ, per quam rationem etiam tollitur id quod not. Alex. consilio cxvij. in v. vol. tradita per doct. in dicta lege, nó
26 est ferendus. ff. de transa. † in iis enim quæ concernunt particularem scientiam principalis, non suffecit scientia procuratoris cum libera, qualis est tutor. glos. clem. causam verb. appellatum. de elect. facit tex. in lege, item veniunt. §. petitam. ij. vbi Bal. & doctor. ff. de petit. hæred. Secunda principalis quæstio est, posito, quod dicta tutrix potuerit facere suprascriptum contractum, nunquid etiã potuerit adiicere illud pactum successionis, quod quandocunque decesserint sine masculis, &c. ex tunc castra pertineant ad comunne Florentiæ? Et videretur, quod sic: quia valet talis cõuentio inita cum principibus, qui facultatem legis condendæ habent, secundum Bart. consilio lxxij. incipi. ex facto proponitur, quòd nobiles. Confirmatur hoc in casu nostro, per auctoritatem rei iudicatæ, prouenientis ex quodam arbitramento lato inter domi nam Agnetem turticem Mariæ Antoniæ, & dictos Vbertinos masculos, &c. quo cauetur vt bona remaneant ipsi Mariæ Antoniæ, donec vixerit tantum, deinde reuertantur ad masculos. Sed tamen his non obstantibus, adhuc concludo contrarium: quia illud pactum quòd bona perueniant, &c. est
27 † pactum inducens obuentionem hæreditatis, quòd quidem ipso iure non valet. lege, pactum q; dotali. l. licet. C. de pact. l. hæreditas. in fin. C. de
28 pact. conuent. cuius rei illa est ratio: quia † quod quis post mortem de patrimonio suo disponat ex speciali legis indulgentia, & ex quadam dispensatione concessum est, secundum gloss. in lege, illa institutio. de hæred. instit. Canon. in rubr. extra, de testam. Ias. in rubr. C. qui testam. fac. poss. quia
29 in id tempus † dispositio confertur in quo res amplius sua futura non est. l. in tempus. ff. de hæred. instit. sed tamen lex hoc iudulget, dummodo certa forma fiat, id est via solennis testamenti. lege, iij. vbi glos. ff. de testa. aliter enim deferti non potest
30 † successio: quapropter quoties verba contractus non obligationem præsentem respiciunt, sed futurum post mortem bonorum obuentionem. prout
31 in casu nostro, actus est nullus, † vt declarat Bar. in consilio ccxij. incip. promitto tibi. refert & sequitur Dec. in lege, pact. C. de collat. Curt. Iunior cõsilio xv. post tracta. feudorum. Angel. consilio lxvj. Alex. consilio lxxiij. ij. vol. pacto enim hæreditas dari non potest. Vnde sequitur, vt etiam si iusiurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur: quia iusiurandum non supplet iuris publici formam. lege, ius publicum. ff. de pac. per Barto. in le-
32 ge, si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenẽt communiter doct. in leg. stipulatio hoc modo. de verbo. obligat. vbi Alexand. Rursus sequitur vt id pactũ, non solùm tunc non valeat, cùm de vniuersa successione agitur: sed nec etiam cum de particula-
33 ri. † pacto enim non potest quis successionem, neque particularis rei deferre leg. fina. ff. de fu. & legi. leg. si fratres. §. idem respondit. pro Socio: quapropter responsio est quod † transactio 34
inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant, non valeat: quia obuentio bonorum hoc casu induceretur, secũdum Bart. di. consilio ccxij. & in lege, si. C. de pact. & Alex. consilio xxviij. in iij. volu. Non obstat consi. Bart. nu. lxxij. suprà allegatum: quia respondeo quod procedit in contractu inter principes, vtranque parte sic ordinantes, quod non idem est in Vbertinis. Præterea vt suprà dixi, iste contractus considerandus est tanquam inter priuatos factus. Secundò respondeo, quod in casu nostro, interuenit tutrix, quæ sicut non potest † testari pro pupillis, ita non potuit ne 35
que pacisci illo modo: sed in casu Bart. contraxerant illi, qui etiam testati poterant. Vnde apparet manifesta diuersitas inter hos casus. Non obstat allegata sententia arbitratoris: quia non apparet, quod vnquam habuerit aliquam executionem, nec quod dicta tutrix fecerit inuentarium, nec quod interuenerint cætera solennia de quibus suprà. Vnde succedit conclusio, quod laudum à principio † nullum ratificari non potest, nec ex an- 36
tiquitate tempus conualescit, vt not. Bald. in tit. de pace constan. in verb. sententiæ quoque. Rom. consilio clx. præmissum laudum. Angel. consilio ccxviij. visa narratione. de quo dicendum vt etiam tradit Petr. de Anc. consi. cxxij. vnus ex procuratoribus cum similib. Tertia & vltima est quæstio, posito quod contractus valuerit, nunquid secundùm verba dictæ conuentionis dicta maria Antonia excludatur à successione dictorum castrorum? Et concluiuè procedendo, dico quod non, verba enim pacti sunt, quod si ambo decesserint sine descendentibus, castra pertineant ad commune, &c. & idem intelligatur de descendentibus ipsorum decedentibus: vt de ipsis Nicolao, &c. quibus, verbis apparet, quod commune Florentiæ non potest admitti existentibus aliquibus masculis: sed duntaxat si ambo decederent quæ † dictio, ambo, est 37
collectiua compositi sensus, & non verificatur nisi vtroque decedente. l. penult. C. de impub. l. qui duos. de reb. dub. & per Bald. in d. l. pen. in fin. ver sic. quid ergo. & facit, quia licet in fideicommissis † pluralitas resoluatur in suas singularitates. l. fin. 38
§. filium. ff. de legat. ij. l. Lucius. §. Caio Seio. ff. ad Trebel. tamen hoc est ex mente testatoris, non autem ex vi verborum. vnde in pactis, seu contractibus † aliud esset: quia in eis à verbis non recedimus, & hoc sentit Guil. de Cuneo in d. l. penult. & 39
Paul. de Cast. in d. §. Caio Seio. in quæst. de viro & vxore, qui simul fecerunt donationem, & quod not. Salic. in l. ij. quæst. xxiiij. de iur. emphyt. Alexand. consi. xvij. in ij. volum. & per feudistas. in cap. j. de duob. fratrib. à cap. inuest. meritò ergo non potest commune Florentiæ hoc casu quicquam iuris prætendere, donec extant masculi: adeò quod existentia masculorum hoc casu prodesit etiam fœminis: quia verba pacti, tali casu non verificantur. arg. l. j. §. si sit consanguinea. ff. ad Terty. & quod not. Bart. in l. j. §. penult. in ij. quæst. ff. de bonor. poss. contra tab. Nec obstat si diceretur, quod per tale pactum satis videtur apparere id actum esse, vt soli masculi admittantur ad dicta castra, respondeo enim hoc non esse verum: quia tale pactum solum loquitur, casu quo linea masculorum deficiat, vt locus sit communi Florentia: vbi verò non deficiat, nihil est cautum. Et conclusio est † generalis, quod disposita colle- 40
ctiuè ex vna parte versus aliam, non habent locum

inter

inter ipſoſmet.d.l. qui duos. l. ſeq. ff.de procur. l. A
ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti. doct.c.
ſi. de præb.in vj. & habetur in l.accipientis. ff. de
auth. tut. vbi Alber. quæ concluſio probatur mul-
tis rationibus. Prima, quia alias ſequeretur, quod
Florentini pacti eſſent non ad vtilitatem ſuam tan
tùm, ſed etiam in vtilitatem maſculorum Vberti-
norum contra fœminas, quod eſſet contra regulas
41 iuris ſecundum quas †alteri pacifci nemo poteſt. l.
ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact. l.ſtipulatio iſta ha-
42 bere.§.alteri.de verb.oblig. Secunda, quia etiam† B
in fideicommiſsis videmus, quod ſubſtitutio facta
poſt mortem omnium, & ſic collectiuè reſpectu
omnium, non inducit fideicommiſſum reciprocũ
inter ipſos, vt habeatur in l.pater filiam.§.fi.ad leg.
Falc. in l. Titia Seio.§.Seia libertis. de leg.ij. in l.vel
ſingulis. in l.ſi pater impuberes. ff. de vulga. Tertia.
quia idem videmus in priuilegiis. Vnde priuilegiũ
43 †conceſſum epiſcopo & canonicis non attende-
tur inter canonicos ſimul litigantes, ſecũdum Io.
And. in c.iudicis. de reg.iur. in mercurial. in fi. & C
quæ habẽtur in c.fi. de off. deleg. in vj. per Inno. in
c.prudentiã. de off. deleg. not. in l. minor aũt magi
ſtratus. de minorib. Quarta, quia idem videmus
44 etiam in †ſtatutis. Vnde diſpoſitio ſtatuti prouidẽs
inter ſocios & eorum creditores nõ habebit locũ,
ſi inter ipſos ſocios mutuo litigetur, ſecundum
Alex. conſi. cxxxix. in v. vol. Quinta, quia hoc idẽ
obſeruatur etiam in cõpromiſsis. Vnde ſi inter plu-
45 res ex vna, & Titium ex alia, †factum ſit compro- D
miſſum, non poteſt arbiter laudare inter iſtos plu-
res adinuicem: quia nullum cenſetur factum com-
promiſſum in tali caſu, ſecundum Bald. conſilio
cccix. in j. vol. quem refert & ſequitur Socin. in l.
Gallus.§.j. de lib. & poſthu. vbi refert Anton. de
Butr. & alios idem conſuluiſſe, & ita conſuluit
Butr. d. conſi. lxxvij. viſis actis. Sexta, quia idẽ vide
46 mus etiam in probatione †alienationis, quæ ſi ſit
facta filiis reſpectu aliorum, nõ habet locum inter
ipſos. l. voluntas. C. de fideicom. & per Bald. conſi.
cccclxxxxviij. in fi. in j. volum. & facit quod conſu- E
luit Dec. conſi. cclij. vbi inſtituto fratre & liberis,
conſiderantur liberi ſolùm reſpectu fratris, non au
tem inter ſe. Septima, per illud quod no. glo. in l.j.
verbo in multis. C. com. de leg. vbi priuilegium †
47 conceſſum legatariis contra poſſeſſores, non ha-
bet locum inter ipſos, facit quod not. doct. in auth.
quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. Octaua, per id
quod not. Alex. in rubr. ff. ſol. matr. verſi. ſed quid
econtrà. vbi poſt Ioan. And. & alios veteres, cõclu-
dit quod †repræſſaliæ cõceſſæ Bononienſibus con- F
48 tra Peruſinos, non cõpræhendunt Bononiẽſem
habitantem Peruſij, quia non trahuntur ad ipſos
Bononienſes inter ſe. meritò ergo etiam in caſu no
ſtro, dictum pactum ab Vbertinis factum cum repu
blica Florentina, ad ipſos Vbertinos inter ſe non
trahetur, & interim admittentur fœminæ, ſecun-
dum l. maximum vitium. C. de lib. præt. donec ve-
niat conditio ſub qua ius poſsit ad Florentinos de
uolui. Et hæc omnia ſaluo ſemper, &c.

CONSIL. XIX. SVMMÆ.

1 *Comites vel Barones in Hoſpitiis præben. ſubditos onerare poſſunt.*
2 *De iure communi non licet comiti vel Baroni imponere onus hoſpitiis recipiendi, inuitis ſubditis, & quare.*
3 *Munus hoſpitiis recipiendi eſt matrimoniale.*
4 *Munus hoſpitiis recipiendi imponere eſt actus iuriſdictionalis, & debet poſſe imponi per habentem iuriſdictionem.*
5 *Comitibus & Baronibus omnia non reſeruata Principi in ſignum ſuperioritatis licere.*
6 *Epiſcopi habent ius hoſpitiorum iure viſitationis.*
7 *Soli principis permiſſum eſt accipere hoſpitia grátis, & quando.*
8 *Principem ſolum in caſu victum exigere.*
9 *L. obſeruare. ff. de offi. proconſ. intell.*
10 *Domini oppidorum poſſunt vigore iuris ſui graue ſubditos, dummodò non apponant manum ad reſeruata ſupremo Principi.*
11 *Conſuetudine indici hoſpitia.*
12 *Tolerabilia ſunt quæ vetus conſuetudo comprobat.*
13 *Barones & ſimiles collectas imponere poſſunt.*
14 *Ius hoſpitiis recipiendi, eſt quædam quaſi ſeruitus impoſita ſubiectis, quæ non habet cauſam continuam, vnde nullo tempore debet poſſe vſucapi.*
15 *Collecta præſumitur præſtari potiùs ex timore, quàm ex debito.*
16 *Conſuetudo quæ habet initium vitioſum attendi non debet.*
17 *Conſuetudo cuius initij memoria non ſit contrarium, facit quod retrò præſumatur bona fides, niſi expreſſe contrarium probaretur.*



Væritur in præſenti caſu an nobilis An-
tonius qui eſt in poſſeſsione exigendi,
vel vtendi hoſpitiis oppidanorum
ſuorum †in hoſpitandis familiaribus 1
ſuis poſsit de iure moleſtari à dictis ſubditis ſuis,
tale onus detrectantibus. Et primò videndum eſt,
quid iuris ſit, ſecundum ius commune: deinde vi-
demus quid ſtante conſuetudine. Circa primum,
videretur † de iure cõmuni, non licere Comiti, vel 2
Baroni, imponere tale onus hoſpitis recipiendi,
inuitis ſubditis. Primò, quia hoc videtur eſſe de re-
ſeruatis ſupremo Principi, qui etiam in caſu neceſ-
ſitatis hoc non concedit, niſi ſub conditione, vt ac
celerato itinere: quamprimum hoſpites recedant.
l. deuotum. C. de meta. & epid. lib. xij. adeò vt non
poſsint vltra modicum tempus, puta bidui, com-
morari. l.j. C. de tractat. & ſtati. lib. xij. nec poſsint
aliquid prorſus accipere, puta culcitras, ligna,
oleum, & ſimilia, etiam ſi à volentibus acciperent.
l.j. C. de ſalga hoſpitib. non præſt. eo. lib. l.j. C. de
comitib. rei milit. cum ſimilibus. Secundò pro hac
parte videtur tex. in l. obſeruare in princip. ff. de
offic. proconſul. & ibi not. Bald. quòd non debet
proconſul in hoſpitiis præbendis onerare prouin
ciam, quia ſoli Principi ſecundũ Bald. ibi conceſ-
ſum eſt, vt poſsint gratis hoſpitari. ar. d. l. deuotũ.
Tertiò, faciunt iura ſimpliciter prohibentia officia
libus quibuſcunque, huiuſmodi extraordinarias
munerum indiciones. lege, placet. C. de excuſat.
mun. libro x. & videtur ad hoc tex. in §. ad hoc
iubemus. in auth. de collator. ibi, prouincia-
rum iudices, & eorum officia, ſi quando de ciui-
tate ad ciuitatem veniunt, neque angariis, neque G
deſcriptionibus, aut aliis expenſis, collatores
grauare. Vnde etiam non poſſunt Barones ſupe-
riorem recognoſcentes, collectas, & noua onê-
ra imponere, vt habetur in l.j. C. de ſuper in dicto.
lib. x. in l.ij. iij. & fin. C. vectig. no. inſtitui non poſſ.
Bart. lege, j. C. de mul. & in quo loc. libro x.
Iaſ. in lege, placet. C. de ſac. ſanct. eccl. Dec. conſi.
cxcviiij. cũ concord. Sed tamẽ iſtis & ſimilibus nõ
obſtan-

obstantibus, puto contrarium esse verius. Et in primis præsupponо, quod † istud munus hospitis recipiendi, est patrimoniale. lege, rescripto. in fin. lege, fin. §. patrimoniorum ff. de mun. & hon. lege, iij. C. de munen. patri. lib. x. per gloss. in lege, j. C. de epis. & cler. lege, iis honoribus, §. angariarum. ff. de vac. mune. & debet posse imponi per habentem iurisdictionem: quia iste est actus † iurisdictionalis, vt dicit Calden. consilio vij. de constitu. Alex. consilio lxxviij. num. xxiij. vol. Signoro. consilio cviij. & quia tales † domini omnia possunt in subditos suos, exceptis his qui reseruantur supremo Principi, in signum superioritatis, vt dicit Bald. in lege, cum multa. in fin. C. de bonis quæ liber. per text. in caj. quæ sint regal. in vsib. feud. & fuit quæstio disputata per Ioan. And. & alios veteres, quos refert Albe. de Ros. in lege, fin. C. de iurisdict. omn. iudic. item quæro. an habens iurisdictionem. & istud etiam clarius apparebit ex responsione ad contraria argumenta. Non obstat igitur, quod ista facultas grauandi subiectos hospitiis, videatur reseruata soli Principi. dict. lege, deuotum. quia istud non videtur verum, per dict. ca. j. quæ sint regal. obiiciqnumeratur ista facultas in. reseruatis, & probatur per legē, iudicibus. C. de curs. pub. lib. xij. vbi permittit ius fortius, & maius magistro officiorum, & præfecto prætorii. Et quia videmus, quod etiam † Episcopi habent tale ius hospitiorum, iure visitationis, de quo in c. cum venerabilis. extra, de cens. Et quia etiam ordo decurionum cogit omnes ad tale onus. dicta lege, fi. §. patrimoniorum. & §. hi quoque. verb. xenoparochi. lege, j. C. de vacat. publ. mun. lib. x. & quod not. Bart. in lege, iij. §. si actor. vbi alii doct. ff. de re iudi. & rex. in dicta lege, deuota. loquitur de hospitio militum, & est verisimile quod omnes Duces rei militaris haberent hoc ius hospitandi, dummodo seruarent formam dictæ legis, alioquin oportuisset, semper Imperator ipse interfuisset in exercitu, vel dedisset vbique nouas literas, aliàs milites non potuissent hospitari, quod esset absurdū. vnde satis apparet, quod istud munus nō est de reseruatis soli Principi. Et licet Bald. in d. lege, obseruare. dicat, quod soli † Principi permissū est, quod accipiat hospitia gratis: tamen intelligitur respectu officialium temporalium, de quibus in illo titulo non respectu Baronum, qui successerunt in locum principis, & omnia possunt quæ princeps saluis reseruatis in signū superioritatis, vt diffusè consuluit in casu simili Raph. Fulg. consil. j. Potest etiam dictum Bald. saluari, intelligendo de hospitatione gratuita, quæ fit respectu impensarum, hoc enim † est speciale in supremo Principe, vtrū teneantur subditi prouidere de victualibus, quod ita demum procedit si causa publicæ vtilitatis fulsit, & princeps non habeat de suo. lege, neminem. C. de sac. san. eccl. per Bal. in lege, sicut. C. de seruit. Alber. Rosat. in lege, venditor. §. si constat. ff. com. præd. Andr. de Iser. dict. ca. j. quæ sint regal. verb. argentariæ. sed nostra quæstio est de solo hospitio, non autem etiam de alimentis, quod munus hospitii non est valde onerosum subiectis: imò plerique ex solâ humanitate & ciuilitate hoc faciunt. argu. ca. de monachis. extra de præb. & c. volumus. lxxxviij. distinct. & xvj. q. j. ca. quoniā. & xxxj. q. j. can. j. Non ob. tex. in dicta lege, obseruare. in princ. de offic. proconsul. dum dicitur, obseruare autem Proconsulem oportet ne in hospitiis prouidendis oneret prouinciam, &c. respondeo enim multipliciter, & in primis, si velimus dicere quod per illum tex. sublatum sit munus hospitis recipiendi, de quo in iure nostro passim habetur mentio. lege, iij. C. de mun. patr. libro x. dicta lege, iis honoribus. §. angariarum. istud esset absurdum, & correctorium multarum legum. necessariò ergo intelligitur quod non oneret, id est, non vltra debitum aggrauet. quod declaratur in lege, illicitas. §. ne tenuioribus. ff. de offic. præsid. quando limine vnico, seu sola domuncula, & breui. supellectile aliquem inquietaret, istud esset eum onerare, cùm non pro rata quilibet contribuit, & pauperes opprimuntur. lege, honor. §. de honorib. ff. de mune. Secundò est etiam aduertendum, quia de iure communi, in ciuitatibus debent esse prætoria, seu palatia publica in quibus præsidens, & eorum familiæ hospitentur, & tunc hoc nomine non debent inquietari subditi, alioquin vbi non essent, non videtur denegandum id munus, quia subest publica causa, vt præses & eius familia possint hospitari, probatur in lege, nulli. C. de offi. rect. prouin. & per id quod habetur in lege, iij. C. de operib. publ. Tertiò est etiam considerandum, quod multa permittuntur dominis oppidorum, quæ non permittuntur proconsulibus, vel aliis iudicibus, quia isti iudices sunt temporarii, & non sunt soluti legibus: sed † domini oppidorum habent latiores habenas, & possunt vigore iuris sui grauare subditos, dummodo non apponant manum ad reseruata supremo Principi, vt suprà dixi, & per Raph. Fulg. dict. consilio). Et istud etiam apparet ex constitutionibus Regnorum Hispaniæ, illo capite quo prohibentur primores Regni, ne per vim hospitia extorqueant à regiis subditis possunt hoc facere. lege, cum prætor. ff. de iudic. Quartò sciendū est, quod stante † consuetudine cessat omnis difficultas: quia etiam proconsules secundum consuetudinem possunt indicere hospitia, nec dicuntur grauare quandoque: quia munerum exhibitio secundum consuetudinem regitur, secundū Ioan. And. & dom. Lambertinum in disputatione sua, quos allegat Alb. in dict. l. fin. per tex. in dict. l. venditor. §. si constat. l. Imperatores. in fi. ff. de pollic. ibi esse enim † tolerabilia, quæ vetus consuetudo comprobat. ad idem text. in lege, j. vbi Bart. not. C. de aur. coron. lib. x. in l. missi opinatores. C. de exact. trib. eo. lib. vbi Bar. glo. in lege, non tantum. §. fi. ff. de decur. cum similib. Non obst. quod non videtur posse † isti Barones & domini terrarum, imponere collectas, & onera extraordinaria, &c. quia respondeo, quod imò possunt iure vtili sui dominii, vt sentit glo. & Bart. in lege, j. §. pen. ff. quod cuiusque vniuers. Signor. Homod. d. consilio cviij. Abb. Brun. consilio xxxij. Iacob. de S. Georg. tract. de homag. Card. Paris. consilio xxv. in j. volu. num. liiij. cum multis seq. dummodo id faciant ex causis, quæ ipsis necessariæ sint. Et quicquid sit in collectis quantum sit ad munus hospitis incipiendi, videtur esse certum: quia suprà dixi, clarum est, id munus non esse de regalibus, seu de reseruatis supremo Principi, quo casu non est dubitandum posse imponi ab istis dominis, vt satis etiam consentit Alex. consilio lxxx. incip. viso discusso. in ij. volu. & text. in d. lege, placet. & dict. §. ad hoc iubemus. loquitur in iudicibus, non in dominis & principibus, qui habent vtile dominium: non autem simplicem administrationem iustitiæ. Supereſt, vt videamus circa secundum dubium, quid iuris sit, stan-

con-

consuetudine. Et videtur prima fronte dicendum, non esse locum huic consuetudini, quia tale † ius hospitis recipiendi, est quædam quasi seruitus imposita subiectis, quæ non habet causam continuam: vnde nullo tempore debet posse vsucapi. lege, seruitutis. magna. ff. de seruit. per Cyn. l. ij. q. vj. C. quæ sit long. consu. Et quia videtur talis consuetudo habere initium vitiosum, vt in simili tradit Lucas de penna in lege, hac lege. C. de aquæduct. lib. xj. volens, quod in dubio † collecta præsumatur præstari potiùs ex timore, quàm ex debito, & sic habere præsumptum initium violentum. Meritò ergo talis † consuetudo non debet attendi, per tex. in ca. non satis. & in c. ad apostolicam. vbi Abb. & Fel. extra, de simon. & per Cor. consi. cclxij. in iiij. vol. per Dec. consi. ccxv. Sed tamen in casu nostro dicendum est contrarium, quod imò consuetudo valeat, vt suprà dixi, post Ioan. Andr. Alb. in d. l. fin. & alios suprà allegatos; videtur satis esse, quod talis consuetudo inoleuerit per decem annos, prout est regulare. ex quo vt suprà ista non sunt de reseruatis Principi, vt per multa concludit Ias. in l. de quibus. nu. xxxvij. ff. de legib. Alex. consi. cxv. super j. in iiij. vol. Cor. cclxviij. in litera M. & N. in iiij. volu. Alb. Bru. in tract. de statu. & consuet. verb. collecta. Sed nos etiam sumus in casu fortiori, quia præsupponitur † consuetudo cuius initii memoria non sit, in contrarium, quæ habet vim priuilegii, & constituti. c. super quibusdam. §. prætereà. de verbo. signific. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de acq. quotid. & æstiu. & facit, quod retrò præsumatur bona fides, nisi expressè probaretur contrarium vt habetur in c. j. de consuet. in vj. in c. fi. de præscript. Bald. in tractat. ij. parte iij. part. princ. in vj. q. num. xxiiij. cum seq. quod in casu nostro fieri non potest, cum vt suprà dictum est, non tractemus de reseruatis superiori, & sufficiat titulus putatiuus, vt habetur in c. j. de præscript. in vj. c. si diligenti. per Felin. eod. tit. in antiquis. satis enim fuit, quod à principio crediderint eius maiores sibi licere iure dominii sui, prout verè licebat, vt suprà concluſi, vnde tolluntur suprà scriptæ rationes in contrarium adductæ, quæ procederent in alia materia, & in alia præscriptione, seu consuetudine, quam ista, quæ facit vt retrò præsumatur bona fides & nulla violentia, secundum Innoc. Bald. & cæteros in d. c. si diligenti. Abb. cons. lxxj. clericus. in ij. cum multis concord. per Ioan. Firmian. tract. gabellarum in j. parte. Et hæc saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XX. SVMMÆ.

1 *Loca intra confines iurisdictionis comprehensa, dicuntur pertinentia ad iurisdictionem.*
2 *Ex recognitione dominium probatur.*
3 *Censualem esse locum recens cultum.*
4 *Res transit cum onere suo & causa sua.*
5 *Consuetudo inueterata in primis attendenda est.*
6 *Consuetudo quod quis in alieno territorio iurisdictionem exerceat valet.*
7 *Redactio loci ad culturam non debet nocere iuribus domini.*
8 *Absurdum non est quod etiam in sua soluatur pensio, ratione alicuius iuris deficientis, puta seruitutis, &c.*
9 *Contractus declaratur & limitatur secundùm consuetudinem.*
10 *Subsequentia declarant præcedentia.*
11 *Furnorum & molendinorum iura esse dominorum.*
12 *Consensus præstitus venditioni rei allodialis, vel etiam feudalis nunquam præiudicat respectu iurisdictionis, & quare.*
13 *Ex diuersis & separatis non fit illatio.*

CAsus controuersiæ præsentis, inter vniuersitatem Dignæ, & quosdam particulares de Cadefalco, longa allegationum pompa non indiget, & ideo breuibus agendum duxi. Et in primis dicendum est fundatam esse eius intentionem de iure communi, cum enim dictum † castrum sit sub iurisdictione & dominio ipsius vniuersitatis, loca inculta & herbida præsumitur ad eos pertinere, cùm sint intra confines iurisdictionis suæ, vt dicit Paul. de Castr. Socyn. & Mod. in l. j. in prin. ff. de acquir. poss. Ant. de But. Abb. & cæteri in c. nimis extra, de Alber. de Rosat. in lege, Imperatores. ff. de serui. rust. præd. cum concord. per Soc. consilio cxxvij. libro j. quæ conclusio indubitanter in casu nostro procedit, in quo apparet loca ista inculta non fuisse habita pro derelictis, cùm semper vniuersitas exegerit annuum censum pro eis, vnde cessant arg. Aret. in d. l. j. & consi. xv. & Petr. Antib. in tract. minerum. in vlt. parte. tenentium contrariam partem. de quo per Calc. consi. xxxiiij. & Iac. de S. Georg. in tract. feud. in verb. Carol. Rex. Secundò, fundatur eius intentio, ex ipsismet contractibus priuatorum herbida ementium, in quibus interuenit consensus syndici vniuersitatis, tanquam domini directi: vnde talis contractus habetur vim † recognitionis, & ex eo probetur dominium directum secùndum Bal. in l. si certis annis. C. de pact. Raph. Cum. consi. clxxxvij. in fin. Guid. Pap. in decisionibus Delphinalibus. q. cclxxij. per totum. cũ concord. per Ias. in l. ij. in xvj. q. C. de iur. emphyt. in qua recognitione reseruata sunt iura, & seruitia quæ debentur vniuersitati: vnde ex forma contractus, etiam iste census debetur lege, cum venderes fundum. ff. de contrahen. empt. l. si cum fundum. de verb. sign. facit tex. in l. si debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hyp. fol. & quæ ibi habentur per doc. Tertiò, idem dicendum videtur, etiam circumscripto contractu, quia per venditionem herbidarum nunquam fit præiudicium domino quoad censum suum, quo minus † etiam locis ad fertilitatem redactis debeat habere suum canonem. l. quicunque. ij. C. de omni agr. deserto. lib. xj. facit regu. generalis, quod transit cum onere † suo, & cum sua causa. l. Imperatores ff. de publica. gloss. in l. j. C. de annonis & trib. l. cum venderet. vbi Fulg. & Paul. de Cast. ff. de pign. actio. & quod habetur in l. lex vectigali. ff. de pign. Quartò, facit antiqua & inueterata † consuetudo, secundum quam solita semper est ista vniuersitas exigere canonem de istis herbidis, ad culturam redactis, quæ consuetudo in primis attẽdẽda est lege, quod si nolit. versic. quia assidua. ff. de ædilit. edict. cum his quæ latè cumulat Ias. in lege, vt liberis. in vlt. not. per illum tex. C. de collat. facit quod not. Bald. in l. iij. §. fi. ff. de testib. vbi per illũ text. dicit, quod valet † consuetudo, quod quis in alieno territorio iurisdictionem exerceat, & idem not. Bald. in c. j. de test. cogen. Ias. in lege, fin. versic. xij. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et hoc tenendo non obstat vnicum fundamentum dum dicitur, quod cùm canon soluatur pro vsu pascui, & terræ sint redactæ ad culturam, & sic amplius nullus sit pascui vsus, non debet solui, cum non teneantur redimere

dimere pascua in suo, sed in alieno tantum. l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. Non respondetur, quòd licet dicta loca culta fuerint empta, tamen transierunt cum causa sua, & sic cum dicto onere soluen-
7 di canonem: quia † non debet redactio loci ad cultu-
ram nocere iuribus domini. d. l. quicunque. ij. &
8 toto illo titu. nec est absurdum, quòd † in re sua etiam soluatur pensio, ratione alicuius iuris deficientis, puta seruitutis, vel possessionis, vel alterius iuris. gloss. & Bald. in l. cum res. C. de contrahend. empt. & quòd not. Dec. in l. neque pignus. ff. de reg. iur. Non enim videtur illis esse concessum ius quantum sit respectu canonis, tum propter clausulam contractus, quòd sit venditio rei cum suis oneribus, & seruitijs, vt per Bartol. in l. nihil. ff. de coniung. cum eman. lib. Flor. in l. iiij. §. j. ff. de seruitu. tum quia † contractus limitatur, & declaratur secundùm consuetudinem, vt d. l. vt liberis. vbi per Ias. in l. semper in stipulationibus. vbi Modern. ff. de reg. iur. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. cum similib. maximè cum isti soluerint etiam post
10 dictas emptiones: vnde ex post facto † declaratur, quod à principio actum fuerit. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad senatusconsul. Maced. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. x. tum etiam quia, etiamsi Firmarij vniuersitatis voluissent expresse remittere, non potuissent: quia non habent facultatem præiudicandi iuribus vniuersitatis. l. præses. C. de transact. vbi per scribentes. Circa secundum dubi-
11 um, an possint cogi † dicti particulares coquere in furno vniuersitatis, & adire molendina, &c. Breuiter de iure communi non possent cogi: sed hodie in his partibus ista onera sunt pars iurisdictionis ex præscriptione dominorum, secundum Ioan. Fabr. in §. æquè. Institut. de actio. & Petr. Iaco. in suo libello super furno. & Guid. Pap. decis. cclxxxxviij. vnde videtur, quod cogi possint. Et tali casu non est dubitandum de consensu: quia
12 consensus præstitus venditioni rei allodialis, † vel etiam feudalis, nunquam præiudicat respectu iurisdictionis: quia intelligitur salua tamen iurisdictione. l. si mercedem. §. j. in vltim. respons. ff. de act. empti. per quem tex. ibi, tenet Innoc. in c. ex literis. extr. de iure patro. & quod not. Bald. in l. à procuratore. C. manda. & in c. j. de capit. qui cur. vendi. Imol. & Alexan. in l. iij. in princip. ff. de acquir. possess. & quod not. post Oldr. Alber. de Ros. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign. maximè cum ius coquendi, & molendi sit quid separatum à proprietate ipsius fundi, & ideo ex vno ad alterum non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mi-
13 noribus. † & ideo cõcludo posse cogi. Et hæc omnia salua semper saniore iudicio.

CONSIL. XXI. SVMMÆ.

1 *Non potest dici domus fortis, seu in fortalitio posita, quæ vndique aditum cuique patentem habet, & non ambitus muris.*

2 *Concessio Principis ad ea non trahitur, quæ per alium possident, intelligitur enim semper saluo iure tertij, etiamsi ius possessionis duntaxat sit.*

3 *Subditi possident res suas ad honorem, & statum Imperatoris & tamen non sunt in dominio ipsius.*

4 *A proprietate verborum non est recedendum.*



VM ista domus vallata fossa, esset semidiruta, nec in forma arcis aut prætorij, seu palatij; non videtur comprehendi
1 appellatione fortalitiorum. † Non enim

A potest dici domus fortis, quæ vndiq; aditum cuicunque habet, & non ambitus muris, secundùm Bartol. in l. si hæres. §. vicis. ff. de leg. j. Et etiamsi comprehenderetur, non tamen de ea in inuestitura potest videri actum: cum enim etiam ex testibus aduersariorum probetur, quòd magister grammaticæ, & alij priuati eam habebant, & possidebant ante, quàm deijcerentur à Lampugnano est, quòd † concessio principis ad ea non trahatur, 2
quæ per alium possidentur: intelligitur enim semper saluo iure tertij, etiamsi ius possessionis duntaxat sit, Innocen. c. episcopi. de reb. eccles. non alien. facit quòd not. Bald. in l. cum multa priuilegia. C. de bon. quæ lib. & l. meminerint. vbi Bald. C. vnde vi. Et recognitio, quòd Lamp. esset verus dominus terræ, & fortalitij, & quòd dictam terrã, cum fortalitijs, tenebunt & custodient ad statum, & honorem dicti domini, non infert vt ideo, quod iuris priuati est, transeat in fiscum, cum quilibet allodialia teneat ad statum & honorem domini, & tamen censentur propria priuatorum. prout dicitur in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscription. & per Bartol. in l. j. constitutione Digestor. nam † omnes subditi possident res suas ad hono- 3
rem & statum Imperatoris, & tamen non sunt in dominio ipsius: non ergo recedendum est † à pro- 4
prietate verborum, vt in similibus dicitur. in c. ex parte. extra, de priuileg. & per Bar. in extrauagant qui sunt rebelles. verbo, nostrum honorem. & vet bo, indignationem.

CONSIL. XXII. SVMMÆ.

1 *Literæ publicatæ Principum obligant quemcunque, sicut quælibet lex.*

2 *Proclamata facta à magistratibus de mandato Principis valent.*

3 *Lex scripta, & consuetudo parem vim habent.*

4 *Præscriptio noui vectigalis regulariter non admittitur.*

5 *Ius vectigalis non præscribitur, nisi concurrentibus omnibus, de quibus in l. si publica.*

6 *Consuetudo inducitur per tempus decennij.*

7 *Præscriptionem longi temporis etiam sola tituli allegatione probari.*

8 *Per consuetudinem tanti temporis cuius initij memoria non est in contrarium non est difficultas, quæcunq; vectigalia posse præscribi.*

9 *De antiquo dicitur quod est centum annorum, vel cuius initij non est memoria in contrarium.*

10 *Sententiam contra vniuersitatem latam omnibus nocere.*

11 *Concesso hospitio, intelliguntur concessa omnia eius iura, & vtilitates.*

12 *Concesso castro censetur Princeps curiam & iurisdictionem, & omnia iura castri concessisse.*

13 *Licet in concessione generali regulariter non videantur transferri regalia, tamen quandoque intelliguntur trãslata.*

14 *Ex sequentibus declaratur intentio præcedens.*

15 *Ex patientia longi temporis præsumitur concessio.*

16 *Traditio declarat terminum acquisitionis.*

17 *Dictio vtilitas generalis est, & quid comprehendat.*

18 *Dictionis suprascriptum vis.*



IN hac lite magnifici militis do. Bernardini Casati, tria principaliter sunt videnda. Primum est, an omnes venditores, & mercatores pinguiũ, teneantur ire & se consignare ad hospitium Pilæ. Secundum est, quid ibi soluere tenẽ-

ancut. Tertiũ, an competat ius ipſi do. Bernardino in exigẽdo dictum portorium, ſeu pecuniam. Circa primum, dico caſum non habere difficultatem, ex quo præcisè ad hoc obligantur omnes, per literas excellentiſsimi Principis Ducis Philippi de anno 1443. & varia proclamata facta in executionem dictarum literarum, & etiam ex mandato dominorum magiſtrorum extraordinariorum, nec † dubium eſt quin huiuſmodi literæ Principum obligent quencunque, ſicut quælibet lex: quia quod Principi placuit legis habet vigorem. §. ſed & quod Principi. inſtitut. de iure naturali gent. & ciuili. & de huinſmodi † proclamationibus factis à magiſtratibus ex mandato Principis, quod valeant firmat Bald. in l. programma. C. commin. vel epiſt. & habetur in l. j. in princip. ff. quod quiſque iur. & iſtud maximè eſt dicendum in caſu noſtro, in quo ſatis apparet iſta proclamata non induxiſſe nouos ordines, ſed veteres reuocaſſe in obſeruantiam. Circa ſecundum ex lectura teſtium conſtat, quòd dicti mercatores ſoluunt pro centenario denarios xvj. ſiue ibi remaneant, ſiue non, & adſunt plures teſtes deponentes de conſuetudine annorum quinquaginta, & plus: vnde dicendum eſt tales obligari, † quia parem vim habent conſuetudo, & lex ſcripta. l. de quibus. ff. de legib. & huiuſmodi conſuetudo ligat omnes, dato quòd aliqui non iuerint, nec ſoluerint: quia cum æquiparetur legi præiudicat generaliter; etiam reſpectu eorum qui ſigillatim non conſenſerunt, ſatis enim eſt conſenſiſſe, vt vniuerſos, vt declarat Bartol. in repetit. l. fin. C. quæ ſit lon. conſuetud. Item iſtud ius exigendi, eſt vnum & idem ius ab omnibus exigẽdi vnde dato quod aliquis non ſoluerit, non tamen liberatur, nec præſcribit aliquam immunitatem, quin poſsit in futurum compelli ad ſoluendum, vt dicit Bartol. in l. licitatio. §. earum. in fin. ff. de publican. Nec obſtat ſi diceretur, quòd iſto modo induceretur præſcriptio noui † vectigalis, quæ tamen regulariter non admittitur, vt per Bartol. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & habetur in l. munus. ff. de verb. ſignific. Quia ad hoc reſpondetur trib. mod. Primò, quòd hic non agitur de aliqua præſcriptione noui vectigalis, ex quo conſtat iam diu, etiam ſupra centum annos, hoc vectigal eſſe inſtitutum, vt apparet ex varijs cridis productis in cauſa. Item conſtat etiam de titulo per priuilegium: non ſolum ergo, per hanc conſuetudinem declaratur quantitas, quæ ſoluenda eſt, & non eſt dubium quòd iſta ſimul differunt. † Ius vectigalis non præſcribitur niſi concurrentibus omnibus, de quibus in d. l. ſi publicanis. declaratio verò quantitatis ſoluendæ poteſt induci ex conſuetudine decennali, prout regulariter in cæteris rebus † conſuetudo inducitur. d. l. de quibus. Secundò reſpondetur quod cum allegetur titulus habitus ab Illuſtriſſ. Duce Philippo, & probata ſit poſſeſsio per x. vel xx. annos, ſatis dicitur probata præſcriptio ſufficiens ad victoriam. argum. not. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Barto. & Flor. in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum. ff. de ſerui. & iſtud in caſu vectigalium, in terminis noſtris, tenet Salic. in l. vectigalia. C. noua vectig. inſtitut. non poſſ. Raph. Cuman. conſil. clxij. & clarius per Ioan. Firmian. in tract. de gabellis, in j. par. quæſt. x. verſic. prædictis addo. titulus autem in caſu noſtro fuit allegatus, & de eo conſtat, etiam ex cridis, factis anno 1483. quibus dicitur tale ius ſpecta re ad hæredes do. Chriſtophori de Caſale; & ſi † iſtud tempus ſufficit quando ſolum allegatur titulus, ſecundum prædictos doctores, quanto magis debet ſufficere in caſu noſtro, in quo conſtat de titulo ſed ſolum ſumitur declaratio quantitatis ſoluendæ ex conſuetudine per tantum tempus præſcripta. Tertiò reſpondetur, quòd in caſu noſtro, probata eſt conſuetudo † tanti temporis, in cuius initij memoria non eſt in cõtrarium, quo caſu nulla eſt difficultas quæcunque vectigalia poſſe præſcribi. c. ſuper quibuſdam. §. prætereà. extra, de verb. ſigni. & concludunt omnes in d. l. ſi publicanus. & d. l. vectigalia. & de tali tempore deponit octauus teſtis Andreas de Prolecio, cui ſunt conteſtes illi qui ſimpliciter dicunt, quòd ab antiquo ſemper ita fuit ſolitum ſolui, & quòd ita audiuerunt ab anteceſſoribus. de † antiquo enim dicitur, quòd eſt centum annorum, vel cuius initij non eſt memoria in contrarium. & ideo tunc perhibet teſtis teſtimonium etiam de auditu à prædeceſſoribus ſuis, vt per Ioan. de Imol. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & facit quod not. Iaſo. in l. cũ aliquis. in fi. C. de iur. deliber. Prætereà, quantum ſit reſpectu paratici mercatorum groſſarum nulla videtur eſſe difficultas: quia contra eos eſt lata ſententia † quæ tranſijt in iudicatum, & nocet omnibus de dicta vniuerſitate. l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſit. Circa tertium adhuc minor difficultas eſt, quia ſiue loquamur de præſcriptione, ius eſt ipſi domino Bernardino quæſitum, per rationes ſuprà allegatas, ſiue loquamur de priuilegio inducente titulum, idem eſt, ex quo ipſi domino Bernardino conceditur, ſupraſcriptum hoſpitium cũ dicto emolumento, & poſſunt induci quatuor rationes pro intellectu iſtius priuilegij. Prima eſt, quia conceſſo † hoſpitio intelliguntur conceſſa omnia eius iura & vtilitates: ſicut † conceſſo caſtro cenſetur Princeps curiam, & iuriſdictionem, & omnia iura caſtri conceſsiſſe, vt eſt caſus in l. ſi quando. vbi Bartol. & Doctor. C. de bon. vacan. libro x. quæ deciſio optimè ibi probatur, & Doctor. eam communiter ſequuntur. Secunda ratio quia cum de conſuetudine iſtius exactionis probatum ſit, Princeps cenſetur conceſsiſſe cum omnibus de conſuetudine ad dictum hoſpitium pertinẽtibus. argum. d. l. ſi quando. & l. creditor. §. fi. ff. de actio. empt. per Bald. in c. j. de cap. qui curiam vendi. in vſib. feud. Soc. in l. j. in iij. not. in fin. ff. de reb. dub. Iaſon. in l. fin. in x. not. C. de iure emphyt. Tertia ratio, quia cum do. Bernardinus ita exegerit, præſumitur à principio hoc conceſſum: vt in ſimili caſu conſuluit Rapha. Cuman. conſil. clxij. vbi † licet in generali conceſsione non videantur transferri regalia: tamen quando feudatarius poſt conceſsionem, ea per multos annos poſſedit, videtur actum, vt ea quoque transferantur: quia ex ſequentibus declaratur † intentio præcedens. l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. & † ex patientia longi temporis præſumitur conceſsio. l. cum de in rem verſo. de vſurpat. & ſicut † traditio declarat terminum acquiſitionis. libro. ij. §. ſed & ſi fundus. ff. pro empto. ita etiam patientia ex titulo præcedente. l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. & iſtæ rationes Rapha. optimè quadrant etiam caſui noſtro, & facit quod de emphyteuta tradit Bald. in l. ſi certis annis. C. de pact. cum concordantibus. Quarta ratio colligitur ex generalitate verborum, dum confirmatur conceſsio facta cum omnibus honorantijs, vtilitatibus, prærogatiuis, dicto hoſpitio ſpectãtibus, nõ enim poteſt negari, quin iſta exactio veniat † appellatione vti-

vtilitatis, quæ est generalissima, vt concludit Raph. in d. consil. clxij. & Pau. de Castren. in consil. lxiij. incip. quòd dicti reditus. in j. parte in nouissimis. versicul. v. & ibi allegat Paulus quinque rationes concludentes pro casu nostro. Nec obstat si diceretur, quòd in verbis concessionis factæ ipsi Casato, non sunt apposita illa verba, *Cum honorantijs vtilitatibus, &c.* quia respondetur, quòd ex vi † dictionis, suprascriptum positæ in priuilegio censetur facta repetitio, vt per Aretin. consil. cliij. cum concordant. Item cum isti Casati habeant ius suum ex persona domini Balsarini mediante Ambrosio, censetur omne ius in eos translatum eo modo quo erat apud Balsarinum. argu. c. is qui in ius alterius. de regu. iur. in vj. & quod not. Bart. in l. si seruus. ff. de condictio. furti.

CONSIL. XXIIII. SVMMÆ.

1 *Consuetudinis immemorabilis vis.*
2 *Princeps contractum non reuocat.*
3 *Forum est mercatus ipse & nundinæ.*
4 *Deditionis uis eiusq; pacta seruari.*
5 *Priuilegium concessum subditis non potest reuocari sine causa.*
6 *Nundinarum iura.*
7 *Nundinas facta particularium non amitti.*
8 *Vniuersitas non obligatur nisi maior pars communicato consilio & re deliberata deliquerit.*
9 *Taciturnitatem ex causa non imputari.*
10 *Principem ex causa plenitudine potestatis non vti.*
11 *Plenitudo potestatis nihil aliud est quàm violentia.*

CONCVRRO in sententiam suprascripti domini consulentis per rationes ab eo allegatas. Et quia cum istæ nundinæ soleant celebrari in prædicto loco Pontis Sturę per con-
1 suetudinem † cuius initij memoria non est in contrarium, talis consuetudo habetur pro iusto titulo, secundùm text. in c. super quibusdam. §. præterea. extra, de verbor. signific. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiu. & quod per talem consuetudinem inductum est, præsumitur retrò semper fuisse, secundum not. per Ioan. Andr. & Hostien. in c. cum apostolica. extra, de ijs quæ fiunt à prælat. Rapha. Cuman. consil. lxxvij. ad fin. Socin. in l. Gallus. §. si eius. ad fi. ff. de liber. & posthum. Et tale ius nundinarum quæsitum dicto loco, non videtur mihi quòd potuerit per excellentiam Marchionalem auferri, quatuor rationibus. Prima est, quia in extrauaganti de pace Constantiæ, quæ per viam contractus, † id est, pacis & concordiæ est celebrata cum populis Italiæ, abipso Imperatore, manifestè cauetur, quòd omnes consuetudines sine aliqua contradictione exerceant, quas ab antiquo exercuerunt, tam in foro, &c. est
3 autem † forum mercatus ipse & nundinæ. l. j. C. de nund. & ideo in d. extrauag. in princip. versicu. extra vero. videtur esse casus præsentis quæstionis. & sicut Imperator ipse reuocare dictum contractum non posset. c. j. extra, de probatio. ita nec Illustriss. Marchionissa, quæ ius suum à Cæs. tanquam feudatario imperij prætendit. l. nemo plus. ff. de reg. iur. c. nuper. extra, de donat. inter vir. & quod habetur in l. lex vectigali. ff. de pignorib. & hypoth. Secunda ratio est, quia locus Pontis Stu-
4 ræ, sicut & alia oppida, transiuit † in potestatem Marchionalem per viam fœderis: quia illius loci homines promiserunt subiectionem, & fidelitatem, contrà Marchio promisit eis eos defendere, & tueri, & eorum statuta & consuetudines illis manu tenere, hodie enim fiunt deditimet ciuitatum hoc modo, vnde non potest Princeps causa non cognita iura eorum auferre: quia non subsunt libe ræ voluntati, sed vt commodius non regantur. l. non dubito. ff. de capt. & postlimi. cle. pastoralis. vers. rursus. ibi Imperatori eodem modo non subsint. de re iudic. dixi in c. cum contingat. vlt. not. extra, de iureiur. & ideo debent eis seruari pacta B deditionis, nec licet Principi ea violare, vt per Bartol. in extrauagant. qui sint rebell. verb. rebellando. Socin. consil. vij. Felin. in cap. postulasti. extra, de foro competen. cum similibus. Tertia ratio est, quia ista communitas habet priuilegium sibi concessum, & per Marchionem Gulielmum & etiam literis Mariæ Marchioniſſæ, iam 60. annis elapsis, in forma ampliore, cum attestatione consuetudinis temporis præteriti, quod priuilegium non potest absque causa reuocari, quia † priuile- 5
C gium concessum subditis non potest reuocari sine causa: l. quod semel. ff. de decr. ab ord. fac. maximè quando iam transijsset in contractum, secundùm Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. & quod habet in c. j. de prob. & l. digna vox. C. de legib. & ligat etiam successores quando non tenderet in magnã diminutionem, secundùm Bartol. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. per text. in c. Abbate sanè. de re iudic. in vj. & per Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. & in c. j. in princ. de nat. feud. D maximè si successores in imperio sint hæredes mediati, vel immediati concedentium, vt habetur in l. hæredem. ff. de reg. iur. Anch. consil. xxv. in fin. & quod habetur in l. cum à matre. C. de rei vendic. Quarta ratio, quia † nundinæ habent in se partem 6 ex iure communi, partem ex priuilegio, de iure communi habent mercatum, qui est permissus omnibus, & originem capit ex iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. ex priuilegio habent exemptionem vectigalium, & saluum conductum pro rebus & personis eo venientibus, vt est tex. v- E bi Bald. & cæteri in l. j. C. de nundi. vnde respectu mercatus non potest Princeps tollere vel minore, cùm sit iuris gentium, secundùm Barto. & alios in d. l. digna vox. & quamuis aliàs priuilegia subditis concessa, ex titulo lucratiuo possint, tamen istud non procedit, quando esset priuilegium mixtum cum iure communi, vt supra dixi, argu. eorum quæ not. Imol. in c. auditis. de integ. restitut. c. series. extra, de restitu. per Mod. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. Non obstant, duo F quæ in contrarium adducuntur. Primum, quòd videtur subesse causa, ex quo aliqui istorum oppidanorum sequuti sunt partes Gallicas, aduersus ipsum Marchionem legitimum Principem suum; sed respondeo, quòd quoad istos qui hoc fecerunt potest princeps iure suo vti, & pœnis debitis punire, nec de hoc est quæstio, sed tantum quoad ipsum Castrum, quod dico † non posse puniri, a- 7
G missione istius iuris nundinarum, ex facto istorum priuatorum. Constat enim non obligari † vniuer- 8 sitatem, vel Castrum, nisi maior pars, communicato consilio, & re deliberata, deliquerint. l. semper ij. ff. quod vi, aut clam. Bart. in l. aut facta. §. fin. de pœnis, vel quia defectioni omnes sponte acquieuerint. l. j. vbi Salic. C. de seditios. nec † eis est im- 9 putandum, quòd tacuerunt: quia sine magno periculo contradicere non potuissent, secundùm Ioan. de Lignano Imol. & Cardin. in Clemen. j. de pœnis. Franc. Arc. consil. clxiij. Felin. c. dilectus. ij.

extra de fmo. Et hoc maxime est dicendum in casu nostro, in quo isti qui paterentur damnum ex priuatione istarum nundinarum, quia locare non possent domos, vel erunt absentes, vel per ætatem, aut sexum, non poterant aliquid prouidere aduersus dictos seditiosos: vnde tales prorsus sunt absoluendi. argum. l. j. in princip. ff. de magistra. conuen. per Bartol. l. aut facta. §. fin. aliàs qui nihil deliquissent punirentur, & qui deliquissent impuniti euaderent, cum illi tales sint qui ex istis nundinis fructum nullum capiant. Non obst. † secundum, quod Princeps possit, saltem per clausulam de plenitudine potestatis, auferre tale priuilegium, per ea quæ de virtute istius clausulæ dicunt doctores, in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Bald. in l. ij. C. de ser. Alexand. in l. quanquam. C. de testam. milit. Dec. consil. 191. 373. 390. 403. 458. cum similib. Nam respondeo quòd ista † plenitudo potestatis, nihil aliud est quàm violentia, licet doctores modestiore vocabulo eum sic appellet. Et ideo populus Roman. nunquam tali clausula est vsus secundum Bald. de pace Constantię. verb. libellariæ. & Imperatorem translata est potestas legitima tantum. l. j. de constit. princip. & ordinaria, vt commodius Respublica administraretur. l. ij. §. nouissimè. ff. de orig. iur. l. j. verb. regimentis. ff. de offic. præfect. præt. & ideo non est credendum, quòd Illustriss. Marchionissa velit tali potestate vti, aliàs non esset tuta in foro conscientiæ, secundum Hostien. in summa. qui fil. sint legitim. ibi, quamuis autem hoc facere Paul. de Castr. consil. xxxiij. videtur dicendum, vol. ij. imò teneretur ipsa de suo refarcire damnum hoc, quòd viduis, & pupillis, & cæteris innocentibus præstaretur. l. serui. vbi Bald. C. quib. ex caus. pro præm. ser. liber. acci. l. venditor. §. si constat. ff. com. prædior. Archid. c. per principalem. ix. quæst. iij. tradunt omnes in d. c. quæ in ecclesiarum. & ista procedunt in supremo principe, multò magis in inferioribus, puta vicarijs imperialibus, & Marchionibus, & Comitibus, secundum Raph. Cuma. consil. clviij. in j. & quæ not. Felin. in c. si quando. extra, de rescript. Et ita mihi videtur iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXIIII. SVMMÆ.

1 *Alueum donata aqua donatum censeri.*
2 *Imperatorem data ecclesiæ non auferre.*
3 *Alueum siccum ad proximum pertinere.*
4 *Consuetudo probanda est, & quandoq; non operatur.*

IN causa Reuerendorum Monachorum Sancti Saluatoris, re diligenter perpensa, arbitror fouere eos bonam causam, idq; ie duabus potissimum rationibus. Prima est, quia ex priuilegio Othonis Imperatoris, in quo expressè eis donatur aqua fluminis Padi cum pertinentijs circum loca de quibus agitur, quibus verbis apparet † donatus etiam alueus secundum Bartol. in tract. de alueo. super verb. cuius, & ipsum, vnde euacuato quomodolibet dicto alueo: debet remanere res sua domino. Et in simili idem consuluit Signorolus Homodeus. consil. lxx. in cip. in quæst. ij. dubio. & cum priuilegium id concessum sit monachis ante inuestituram illustriss. Ducum Mediolani, non potest dici esse aliquo modo imminutum, ne reuocatum eum, nec † ipse quidem Imperator posset. l. priuilegia. C. de sacr. sanct. eccles. vbi Doctor. & habetur in l. non amplius. §. si certum. de leg. j. Secunda est ratio, quia cum ipsi sint proximi flumini, debet alueus exiccatus ad illos † pertinere: per text. in l. ergò. §. Celsus. de acquirend. rer. dom. & in l. adeo. §. quòd si ex toto. eod. titul. quæ iura generaliter loquuntur, vt eleganter fuit per alios consultum. nec probabilis est differentia, quomodo exiccatus sit alueus, an naturaliter, an opere manufacto, iura enim non distinguut, imò non esse inter hos casus differentiam tenuit gloss. not. ex communiter approbata. in l. v. §. de arbore. super verb. translata. ff. de rei vendi. quam ibi sequitur Angel. Alberic. & cæteri veteres. & idem sentit Ioan. Fabr. in §. præterea. instit. de rer. diuis. dummodo tale opus in fraudem prioris domini factum non sit, quòd in casu nostro dici non potest. Nec me mouet: quòd Franc. Curt. Senior consil. lxxiij. in fin. in quadam additione, tenet oppositum, per quasdam allegationes: quæ vel probant contrarium: vel nihil faciunt in proposito. Et licet dicat † istam esse consuetudinem totius Italiæ, non tamen ei est credendum: etiam si illustris doctor esset, secundum Iason. in l. de quibus. ff. de legib. cum concor. & etiam si adesset talis consuetudo, tamen non operaretur in præiudicium eius, qui iam esset dominus alueï, prout est monasterium ex priuilegio Othonis. Item non operaretur aduersus personas ecclesiasticas, secundum tamen distinctionem Salic. in authen. cassa. C. de sacr. sanct. eccles. & quia res ista, iudicio meo est clara, non insisto vlterius: sed acquiesco interim laboribus domini Francischini, qui quantò iunior fuit veteri Francisc. tantò est perspicacior iuxta gl. in l. Gallus. in prin. de liber. & posthum.

CONSIL. XXV. SVMMÆ.

1 *Derogatoriam clausulam quorum tenor non sufficere.*
2 *Consuetudinem & stylum esse probandum, nec doctoribus credendum.*
3 *Formæ derogandum specialiter.*
4 *Consuetudinem Monachis concessa non tollere.*
5 *Stylum extra curiam non attendi.*

NON videtur mihi, hunc Reuerendissimum delegatum posse procedere in causa aduersus monasterium Sancti Spiritus, attenta inhibitione ei facta per conseruatorem, vigore priuilegij indulti ipsis monachis, cui non † censetur derogatum per illam clausulam, *Quorum tenor prosufficienter expressis habeatur, &c.* est enim communis opinio Doctorum, non sufficere dictam clausulam: vt per Iasonem in allegato consilio cxxj. in quarto Decius consilio decimo clxv. clxviij. cum similibus. Non obstat, quod Cassadorus decision. decima, & decisio. xxxviij. & Gomes. in regula triennali. quæstion. xvij. attestentur in contrarium de stylo Curiæ. Primò respondeo: probandam esse † hanc consuetudinem, nec stari dicto doctorum, secundum Ioann. de Imol. in l.

BIU Cujas

in l.j.§.nuntiatio. de oper.no. nuntiat.refert & sequitur Iason.in l.de quibus. ff.de legib. Secundò respondeo quod ipsi non loquuntur, quando priuilegium traderet certam formam:secundum quã duntaxat posset ei derogari: quia tunc † non sufficit generalitas illius clausulæ,sed seruanda est forma priuilegij,secundum Felin. in c. nonnulli. de rescript. versicul.ij. declaratio, prout in casu nostro,in quo datur forma per tres destinatas literas: & consensum præsidentis. Tertiò respondeo quod consuetudo † posset habere locum in tollendis priuilegijs particularium, non in ijs quæ concessa sunt,toti vniuersitati,seu congregationi istorum monachorum, nec quidem per solum Paulum Pontificem, sed multos alios antecessores: difficilius enim tale priuilegium tollitur, secundum Ludo. Roma.consil.ccccvij.Parisium cxxxx. in iiij.Quartò respondeo, quod quamuis Rota ita solita esset seruare: tamen stylus ille † non attenderet extra curiam, in lite vertente in partibus, sicut diximus regulariter de regulis Cancellariæ. Anchar.cclxxxxvij.Zabar.lxxxxix.Roman.cclx. Iason.l.j. ff. si certum petat. & ibi Decius in vltim. lectura.& in cap.ij.in ij.lectura. de constitut.Et licet aliqui doctores consuetudinarij contradicant non est curandum de eis: sed seruanda communis opinio doctorum ordinariorum, & istud videtur mihi verius.Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVI. SVMMÆ.

1 *Debet fieri interpretatio vt donatio valeat.*
2 *Ex eo quod post secutum est, declaratur quid à principio actum sit.*
3 *Interpretatio fieri debet secundum quàm actus valeat.*
4 *Appellatione pertinentiarum,quæ contineantur.*
5 *Ea,quæ aliàs diuisionem non recipiunt, respectu commoditatis seu vtilitatis diuidi.*
6 *Dispositio de re diuidenda quæ diuidi non possit, habet saltem locum respectu administrationis, & emolumenti inde prouenientis.*
7 *Semper fit interpretatio vt aliquid sit factum eo modo,quo fieri potest. Vnde si laico concessæ sunt decimæ, intelliguntur concessæ quo ad commodum, nõ quò ad ius decimandi,quod est spirituale.*
8 *Vasallus licet non possit alienare feudum, potest tamen emolumenta feudi ad certum tempus alienare.*
9 *Flumen publicum concessum priuato, non desinit esse publicum, quia iura naturalia non possunt mutari.*
10 *Alluuionis ius.*
11 *Alueus derelictus,non est amplius alueus.*
12 *Possessionis commodum.*
13 *Possessorium iudicium quæstione iuris tertij non admittere.*

DONATIONIS Othonis 4. Imperatoris verba, *Confirmamus, & firmissima traditione largimur Monticellum cum omnibus pertinentijs suis, aquam Padi Fluminis, cum ripis, molendinis, piscationibus,& cum omnibus pertinentijs suis, à portu Albera vsque ad buccam de Baueralo.* Quæritur,quatenus donatum videatur ex flumine Pado? & cum id flumen sit publicum, & nauigabile, & eius vsus sit communis iuregentium,iuxta §. flumina.cum sequen. institut.de rerum diuis.non est verisimile id actum, vt desineret esse publicum, nec posset inuitis monachis nauigari: & ex eo † quod sequutum est satis apparet, permansisse semper publicum,& in communi vsu omnium nauigantium:vnde † ex eo,quod post est sequutum.declaratur,quid à principio actum sit.l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. & quod not.Paul. Castrens.consi. lxiij.quod dicti reditus. in j.in nouiss.Raph.Cuma.consil.clxij. Nec etiam est verisimile, actum esse, vt donaretur ipsa aqua fluminis prout sonant simpliciter verba: quia nullo in vsu esset monachis:& vt inquit Horatius,

Labitur,& labetur,in omne volubilis æuum.

Et facit quod not. Bartol. in l. j. C. de mancip. & colum. libr. xj. Fiet ergo interpretatio.secundùm quam † actus valeat, vt talibus verbis censeatur donata omnis vtilitas proueniens ex dicta aqua, quæ aliàs ipsi donanti competeret: puta,piscationum, molendinorum, vt expressum est. item iurisdictionis:item alluuionis:item arborum ibi nascentium, & similium. Bartol. in l. j. C. de classic. libro xj. Angel. in l. insulæ. ff. de iudica. & quod not.Bartol.in tracta.Tyberiad.rubr.de alueo.quæ omnia comprænduntur † appellatione pertinentiarum, vt per Castr.& Cuman. in d. consilijs, maximè in donatione Imperiali. l. si quando. C. de bon.vac.libr.x.vbi Bartol. Bald. capit. j. de capit.qui cur.vendid. Et quod talis interpretatio debeat accipi,probatur. Primò, per text. in l.diuus. in princip.ff.de vsu & habitat.& regulam ibi positam, quod semper fit interpretatio pro valore actus, & vt emolumentum ad donatarium transeat. Secundò, quia videmus † ea, quæ aliàs diuisionem non recipiunt, tamen respectu commoditatis, seu vtilitatis, diuidi. l. si vt certò. §. final. in gloss.verb.vehiculi.ff.commod.l.via. §.j.ff. de seruitut. Tertiò, per id quod not. Bartol. in l. inter tutores.in fin.ff. de administr.tutor.per illum text. vbi † dispositio de re diuidenda, quæ diuidi non possit, habet saltem locum respectu administrationis, & emolumenti inde prouenientis, sequitur Felin. capit. quæ in ecclesiarum. de constitut. Deci. capit. prudentiam. de offic.delegat.Iason.l. stipulationes non diuiduntur. in j.opponen. Bartol. ff. de verbor. obligat. Quartò, per id quod not.Bald.in l.vsufruct.ff.solut.matrimon.vbi not. quod † semper vt interpretatio, vt aliquid sit factum eo modo, quo fieri potest. vnde si laico concessæ sint decimæ,intelligetur de ipso commodo, non de iure decimandi, quod est spirituale. Item licet † vasallus, non possit alienare feudum, potest tamen emolumenta feudi ad certum tempus, vt ibi per eum, quem sequitur Imol. Roman. Alexand.cæteri.Et ex ijs concludo, per talem donationem flumen quidem ipsum remanere publicum: quo verò ad emolumenta indè prouenientia, dicendum esse, quod pertineant ad monasterium, cui dicta donatio facta est; & ita semper per tempus immemorabile fuit obseruatum, vt ex processu apparet. Et ista quo ad hunc punctum sufficiant. In cæteris me remitto præstantissimis dominis Aduocatis: quia copiosè & subtiliter responderunt ijs,quæ contrà reuerendos istos patres adducuntur. Et ex ijs apparet, non obstare quod nouissimè adducitur, quod † flumen publicum concessum priuato non desinit esse publicum, quia iura naturalia non possunt mutari, secundum Afflict. decision. cccixxxviij. & quod not. Alexand. consil. lvij. numer. ix. in vij.Angel. in l.j.§. fluminum. ff. de flumin. ideo in eo vendicant sibi locum leges de alluuione loquentes. Nam respondeo,quod ista omnia adiuuant suprascripram opinionem,secundùm quam † monachi iure alluuionis, tanquam in flumine publico debent consequi morticias, de quibus agitur. Non

BIU Cujas

obstat, quod † cum alueus sit derelictus, non est amplius alueus, secundum Bartol. in tract. de alueo. verb. potest. in principio. Nam respondeo esto, quod hoc sit verum: tamen lacuna quæ superest, iure alluuionis remanet monachis, tanquam emolumentum ipsis collatum beneficio aquarũ, quod iure suprascripti priuilegij ad eos pertinet. Non obstat, quod recedente alueo res reuertatur ad primam naturam, & consequẽter accrescat accolis ex primæua & genuina natura. Respondeo enim quando accolæ hoc petent, & erunt in alio iudicio, tunc contra eos monachi disputabunt de iure suo. interim non debet do. Iudex opponere de iure tertij aduersus monachos, qui sunt in † vetustissima possessione istius iuris. l. fin. C. de rei vendi. Prætereà cum in hoc iudicio intentatum sit etiam † possessorium, hæc quæstio iuris tertij non est admittenda, maximè cum ex testibus appareat, istos accolas nunquam possedisse, nec verbum de hoc fecisse, vnde eis non quæritur, nisi velint. iuxta l. ij. ff. fi ag. vectig. Bartol. l. ij. de except. rei iudic. Et talis allegatio obstaret etiam Cusanis, qui non sunt accolæ, nisi respectu certæ partis, de qua non litigatur.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

1 *Dominus tenetur ad refectionem rei communis.*
2 *Qui habet seruitutem ad refectionem rei, tenetur vnde immediatè seruitus debet.*
3 *Dominium vel seruitutem habentis indicia.*
4 *Ius adaquandi, ius reale non infert.*
5 *Non præsumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probetur.*
6 *Actio ex empto est personalis tantum.*
7 *Quando ex duobus socijs vnus reficit aliquid, non secundum priorem formam, sed firmiorem, puta quia ex terreno faciat siliceum, vel ex ligneo lapideum, socius non tenetur contribuere.*
8 *Non ita est onerosa expensa quæ fit modicè quotannis respectu soluentis, quam vna magna, quæ fiat semel.*
9 *Impensum in re communi ex causis non restitui.*
10 *Non sufficit quem se vtiliter gessisse in re communi, nisi etiam nomine meo fecerit, & animo me obligandi.*
11 *Consuetudinem attendendam.*
12 *Appellatione rei de tota intelligimus.*
13 *Verba obscura interpretantur contra eum, qui se ex eis fundat.*
14 *Qui loquitur per verba generalia clarè loquitur, non autẽ obscurè, & fit interpretatio generalis.*
15 *Verba generalia generaliter accipi debent.*
16 *Quælibet vox accipienda est in potentiori sensu.*
17 *Potentior sensus est qui plura complectitur.*
18 *Minori consuetudinem non nocere.*
19 *De minoritate potest constare iudici ex aspectu.*
20 *Ius irrigandi, debet intelligi secundum necessitatem agri.*
21 *Dictio dicta cum sit repetitiua præcedentium, debet referri ad proximè præcedentia.*

IN vertente controuersia inter hos nobiles bripios, puto partes magnifici arbitri esse in pronuntiando, dictos reos conuentos non teneri ad contributionem expensarum, quæ factæ sunt pro reficiendo *trauacatore*, seu *catarachilis*, quæ Latinè septa dicuntur, & id pluribus rationibus: Prima est, quia licet teneatur † dominus ad refectionem rei communis. leg. iiij. C. de ædific. priu. & facit l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct. leg. & † qui habet seruitutem, ad refectionem rei tenetur: vnde immediatè seruitus debetur. l. j. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. l. eum debere columnam. vbi not. ff. de seruitut. rustic. prædior. tamen istud intelligitur quando refectio sit in re, in qua quis habeat ius reale, puta dominium, vel seruitutem, & ita loquuntur allegatæ leges, & declarat Albertus. de Rosat. in l. final. ff. de impub. in reb. do. fut. per illum text. vnde si daremus, quod in loco vbi sunt septa, isti rei haberent tale ius, possent prædicta procedere, sed istud non est probatum in causa, imò contrarium est in facto: quia si † ibi haberent ius vel dominij, vel seruitutis, iuissent quandoque cum operarijs in aquæductum, & fecissent multa quæ citra tale ius fieri non possunt, de quibus in l. refectionis. ff. comm. præd. & tamen constat, quod nunquam fecerunt. Nec obst. quod habeant ius † adaquandi, ex forma instrumentorum, certas petias terræ: quia per hoc non probatur, quod habeant aliquod ius reale in ipsa matrice formula: imò eorum ius incipit ab eo loco, in quo aqua tum primum in suo incipit defluere. l. j. §. fluminum. Bartol. in l. quo minus. in j. quæst. ff. de flumin. & in l. j. §. hoc interdictum. ff. de aqua quotid. & æstiu. † nec præsumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probetur. l. altius. C. de seruitut. & licet non possent domini aquæ aliquid facere, quò minus aqua deflueret ad eos, sicut solita est defluere: tamen istud non est, quod ideo in ipsa formula vbi est septum, habeant isti in aliquod ius reale: sed est contrauenire pacto, de quo in instrumento, ex quo pacto oritur † actio ex empto, quæ est personalis tantum. l. si ancillam. circa finem. C. de actio. emptio. & ideo tenentur personalem & hypothecariam dare aquam, vel finere eam currere, ius autem dominij, vel seruitutis incipit ab eo loco vbi primum aqua ingreditur bona istorum, vt dixi. Et istud etiam inferunt verba ipsorum instrumentorum, in quibus nihil dicitur de ipso aquæ ductu, vel iure riui: sed tantummodò de iure irrigandi prata, certè istud ius potest incipere à loco vbi incipit diuerti aqua extra riuum, vel incile. nec dubium est, quin possit alicui competere ius irrigandi, dato quod non habeat dominium, nec seruitutem, sed aliter sibi hoc ius competat: puta, pacto, vel alia obligatione, vt dicit Veronens. in titul. de seruitut. aquæduct. in octaua princip. quæstion. versicul. ij. quæstion. ex prædictis, in fin. Secunda ratio est, quia cum prius istud septum esset ligneum, licet nunc per refectionem factum sit lapideum, non debet teneri reus ad contributionem: quia † quando ex duobus socijs vnus reficit non secundùm priorem formam, sed firmiorem, puta, quia ex terreno faciat siliceum, vel ex ligneo lapideum, prout est casus noster, socius non tenetur contribuere. l. parietem. vbi Baldus. ff. de seruitut. vrbanor. prædior. l. j. §. sed si quis terrenum. ff. de riuis. Bartol. Veronens. in titul. de refect. & est magna æquitas pro hac ratione: quia cum reficiendo ligneum minus impenderetur quàm siliceum esset, iniquum aggrauari istos contra consuetudinem attento, quod † non ita est onerosa respectu soluentis impensa quæ fiat modicè quotannis, quàm vna magna quæ fiat semel. lib. iij. ff. famil. erciscund. §. plus. institut. de actio. Tertia ratio est, quia † ita demum expensæ in re communi factæ, facienti eas per alium socium restituendæ sunt, si contemplatione eius factæ sunt, non autem si faciens alias esset facturus, vt est casus in l. ea pars. in princip. ff. famil. erciscund. ibi,

ibi, si amplius erogatum, &c. & est decisio Guil. de Cun. Ray. & Alber. de Rosa. in l. qui aliena. §. final. ff. de neg. gest. Et facit ratio: nam † non sufficit te vtiliter gessisse in re communi, nisi etiam feceris nomine meo, & animo me obligandi. l. in hoc iudicium. ff. commun. diuidun. l. in area. ff. de cond. indebit. in casu autem nostro non est præsumendus hic animus: tum quia ad expendentem principaliter pertinebat vtilitas huius sepți, l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. tum quia ista est minima pars, quæ respicit hos reos considerata proprietate aquæ, quæ ad actores pertinet, argumen. l. Marcellus. vbi Bar. ff. de donat. inter vir. & vxor. tum etiam quia denuntiatum non fuit vt isti cõtribuerent, argumen. l. Nesennius. ff. de negot. gest. & quod not. Bartol. in l. si paterno. C. de negot. gest. Quarta ratio est, quia in his rebus † potissimum attendi debet consuetudo. l. ij. §. apud Labeonem. ff. de aqua plu. arcen. sed in facto asseritur, quod isti nunquam contribuerunt aliquid pro reficiendo septo. Et dato quod hoc non sit probatum, tamen debet iudex adiuuare veritatem, & statuere terminum ad probandum, ne compellatur pars petè recusionem, vt deinde in causa reuisionis probet, ista consuetudo etiam est verisimilis, attento pacto quo solũ obligantur isti ad præstandum accessum causa reficiendi specus, de quo argumen. alias dixi, non repeto. Quo ad secundam difficultatem, cum pactum sit, licere istis irrigare ex aqua dictæ rugię nouę, non uideo, quid dici possit, quo minus intelligamus de tota: quia † appellatione rei, de tota intelligimus, vt dicit Bartol. in l. legatis. ff. de legat. ij. & est casus in l. si dictum. §. in stipulatione. ff. de euict. & cum reactores sint domini totius, potuerunt per tale pactum vendere facultatem, & ius irrigandi de tota. Non obstat, quod reseruatio debeat intelligi de re vendita: argumen. l. quæsitum. §. denique Neratius. ff. de fundo instructo. quia respondeo, nullam esse reseruationem, quod apparet cùm non sit apposita aliqua dictio reseruatiua: puta, saluo, vel reseruato, vel excepto, vel similia: imò est pactum separatum & præcisum, vt constat apertè ex eius lectura. Non obstat quod † verba obscura interpretentur contra eum, qui ea ex eis fundat. l. veteribus. ff. de pactis, quia in casu nostro non sunt obscura, ex quo sunt certa, nam dicendo aquam propriè & strictè de tota intelligimus. d. l. si dictum. imò † qui loquitur per verba generalia clarè loquitur non obscurè, & sic interpretatio generalis. l. in lege. ff. loc. Facit, quia † verba generalia generaliter debent accipi. de pretio. ff. de Publicia. & † quælibet vox accipienda est in potentiori sensu. l. j. ff. si ager vec. potentior autem sensus est, qui plura complectitur, vt est tex. in l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. & in l. vltam angusti. vbi Angel. ff. de seruitut. glos. in hab. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Bald. & alii in l. cum pater. §. fidei. ff. de legat. secundo. Socin. consil. vltimo. in secundo volumine. Non obstat vsus subsequutus: quia vltra aliàs dicta, cùm iste † esset minor, non debuit ei nocere ista consuetudo, sicut nec præscriptio nocet, sed ipso iure cessat. l. finali. C. in quibus caus. in integrum restitutio. † & de minoritate potest constare indici exaspectu, iuxta not. per Bartol. in l. de ætate. de minorib. & sic tollitur etiam l. si sic constituta. ff. quemadmodum seruit. amit. Non obstat, quod de tota possent irrigari multa plura: quia respondeo, non esse verum in facto propter qualitatem secundum necessitatem agri, iuxta l. ex meo. ff. de seruitu. rusticorum. prædior. tempore æstiuo & siccitatis, non esset dubium deberi totam: quia tunc aliter bene non posset irrigari. Non obstat † dictio *Dicta aqua*. appositam in reseruatione: quia dato, quod sit repetitiua præcedentium, secundum Aretin. consil. vigesimo primo, censetur referri ad proxime præcedentia, iuxta gloss. in l. si idem. in fine. ff. de iurisdict. omn. iudicum. in proximo autem dicebatur de aqua dictæ rugiæ, & sic de tota d. l. si dictum.

CONS. XXVIII. SVMMÆ.

1 *Pro instrumentis præsumitur.*
2 *Spoliatum iurare in litem nisi exhibeatur.*
3 *Probandi onus in dolosum transferri.*
4 *Compensari in litem iurata.*
5 *Propter coniunctionem, quam habet focer cum genero, de facili præsumitur donatio.*
6 *Expensæ non debentur, nisi plenè probatæ sint.*
7 *Testis singularis non probat.*
8 *Testis debet deponere de certitudine aliàs non probat.*
9 *Sumptus iniustè facti non possunt repeti.*

BReuiter & sigillatim in presenti controuersia in qua de duabus litibus agitur, consultus quid in vtraque iuris sit? respondebo. Et in causa Mariæ contra hæredem mariti sui, pro vxore facit, quia habet fundatam intentionem suam, ex instrumentis publicis, tam respectu dotis, quã paraphernalium, † pro quibus instrumentis præsumitur. l. cum precibus. C. de probationibus. & ideo videretur quod deberet obtinere iuxta suam petitionem. In contrarium facit, quia per tres testes probatum est, quod ista domina post mortem mariti abstulit quosdam saccos, sultos supellectile, & alijs rebus, & onerauit currum, vnde videtur contra eum duplici fundamento pronuntiandum esse. Primum est, quia stante decreto Ducali, possessio defuncti continuatur de hæreditate in hæredem, & consequenter illa bona ablata, censentur fuisse de possessione hæredis: vnde si mulier ea sustulit, competeret interdictum contra eam spoliatricem, vt dicit Bald. in rubrica de causa possess. & propriet. versicul. & nota. & consuluit Decius in consil. octuagesimo quarto, & licet in hoc sint opiniones, tamen ista est verior conclusio, stantibus præsertim verbis decreti nostri, vel de præguantibus: cùm ergo hæres dicatur spoliatus, & constet, per illos testes spolium esse factum, licet non constet de valore rerum, debet illi deferri iuramentum in litem, & stabitur sacramento suo, in odium ipsius mulieris, quæ dolo dicta bona rapuit, vt est casus in l. si quando. C. vnde vi. Secundum est, quia licet contra hanc mulierem non competat actio furti, nec actio criminis expilatæ hæreditatis. l. aduersus. C. de crimin. expil. hæredit. tamen potest contra eam agi ad exhibendum, vt habetur in dicta lege aduersus. vnde si requiratur, vt exhibeat, debebit exhibere. alioquin † deferetur iuramentum in litem hæredi, prout regulariter deferri debet in ista actione. l. tertia. C. ad exhibendum. l. secunda. ff. de in litem iurando. Et cum præsumptio sit contra eam quæ abstulit propter dolum suum, putarem quod onus probandi illi incumberet, videlicet, quod facti per eam exhibiti, & res in eis cõtentæ,

essent illimes qui fuerunt ablati, & eædem res: nã
3 aliàs † videmus, quod propter dolum partis, transferuntur in eum qui dolosè egit onus probandi. l. cum de indebito. in principio. ff. de probat. text. in authen. contra qui propriam. C. de no numera. pecun. leg. consentaneum. in fine. C. quomodo & quãdo iud. & habetur in l. si prius. ff. de oper. noui nuntiat. Et ideo concludo, licet huic hæredi facere requisitionem vxoti, vt exhibeat res ablatas: & ipsa non probante quid abstulerit, petere vt sibi deferatur iuramentum in litem, per quod in effectu poterit iurare iuxta conscientiam suam, quod
4 sua interfuit tales res non fuisse ablatas, & quod iurauerit † erit sibi compensandum aduersus petitionem mulieris. l. neq;. vbi casus. C. de compensat. præsertim cum ista potius sit solutio quàm compensatio. Et hæc maximè debent procedere in casu nostro propter difficultatem probationis, vt habetur per multa similia apud Iaso. in l. si quis ex argentarijs. §. final. ff. de edend. Circa secundum articulum, nunquid iste hæres teneatur ad restitutionem sumptum litis, quos asserit socer se fecisse? Et in hoc puncto aduertendum est, quia †
propter coniunctionem quam habet socer cum genero, de facili præsumitur donatio. l. si paterno. C. de nego. gest. & hoc maximè consistit in arbitrio iudicis, qui ex qualitate personarum, & quantitate sumptuum, habebit dijudicare, vt habetur in d. l. si paterno. & in l. Nesennius. ff. de negg. gest. Sed etiam dato, quod in casu nostro censeretur expensæ factæ animo donandi: tamen adhuc dico hunc socerum non posse obtinere iuxta petitionem suam, & id duabus rationibus. Prima est,
6 quia ad hoc quod † expense debeantur, oportet quod plenè probatæ sint, præsertim quando sunt notabilis quantitatis, vt est gloss. vbi omnes in l. final. §. in computatione. C. de iurè deliberand. sed in casu nostro non sunt probatæ: nam respectu listæ factæ per Bernardinum Rantium, ille so-
7 lus deponit † & est singularis: vnde non probat. l. iurisiurandi. in fine. C. de testibus. Item respectu testimonij perhibiti per Reschysium idem est, quia etiam ipse est singularis, & potuit fingere causam receptionis, vnde non probat eadem ratione. Prætereà dictum suum non est concludens, dum deponit, quod dictæ pecuniæ potu-
8 erunt faciliter esse expensæ, † testis enim debet deponere de certitudine, aliàs non probat, vt habetur in rubrica. ff. de iureiurand. vbi per Modern. & in l. non hoc. C. vnde legit. per Canon. in cap. in præsentia. extra, de probat. Secunda ratio est, quia vt apparet, maior pars illarum pecuniarum fuit data prætori, & senatori, qui ex forma ordinum, & Decretorum Ducalium, nihil possunt accipere, & committunt crimen concussionis, vel l. Iuliæ repetundarum. vnde dato, quòd sumptus litis possint repeti, non tamen potest intelligi de
9 † sumptibus qui iniustè & contra bonos mores facti sunt: quia de talibus non est verisimile quod principalis concessisset. l. si procurator tuus. in fine. ff. de conditione indebiti. & ibi multa similia per Iason. & cum ex forma ordinum prohibeantur dicti iudices accipere pecunias sub pœna quadrupli, non possunt neque à sponte dantibus recipere, l. prima. C. de stratoribus. lib. duodecimo, vbi Ioann. de Plat. l. inuitus. §. final. ff. de regul. iuris. Præterea etiam aduertendum est, quia non videtur concludenter probatum, quod dictus socer toto tempore carcerationis remanserit Mediolani, & fecerit prædictas expensas: vnde tot concurrentibus non potest dictus socer obtinere iuxta petitionem suam, sed d. Iudex arbitrabitur, & non habebit respectum, nisi earum expensarum, quæ concludenter probatæ sunt.

CONS. XXIX. SVMMÆ.

1 *Fructus debentur ei, qui ius luendi habet.*
2 *Post litem contestatam indistinctè veniunt fructus in pœnam eius, qui litigare maluit, quàm restituere rem, etiamsi talis esset bonæ fidei possessor.*
3 *Fructus sunt accessorij.*
4 *Exclusus à feudo, censetur etiam exclusus à fructibus, &c.*
5 *Condemnatus ad fundum, & non ad fructus, censetur respectu fructuum absolutus, adeò vt dd. fructus ampliùs peti non possint.*
6 *Forma statuti ad vnguem obseruando, quando statutum stat prohibitiuè, & habet perpetuam causam prohibitionis.*
7 *Actus haberi debet pro impleto, quando quis offert separatum, &c. quia per talem oblationem declaratur per offerentem non stare, &c.*
8 *Iudex non impartit officium suum, nisi petenti.*
9 *Quando statutum denegat actionem alicui, nisi seruata quadam forma, tunc iudex non debet eum admittere, etiamsi pars taceat.*
10 *A die iuramenti censebitur reus esse in mora, & ad fructus tenebitur.*

REquisitus vt me subscribam cõsilijs præstantiss. doctorum Rubei & Cati, paucis ero contentus, ne videar quodammodo in syluam ligna deferre, vt prouerbio dicitur, & quia duo potissimùm articuli ab eis attinguntur, dicã breuiter quid sentiam. Circa primùm, an rei conuenti teneantur ad fructus perceptos, erga presbyterum Francisc. Sebastianum, & Franciscum Bachinos, puto non teneri, quia licet † fructus
1 debeantur ei, qui ius luendi habet, vt est textus
2 in l. ij. C. de pactis. inter empt. & † indistinctè post litem contestatam veniant fructus, in pœnam eius, qui litigare maluit, quàm rem restituere, vt est text. in l. nemo rem. §. si post moram. ff. de verb. oblig. idque etiam si talis esset bonæ fidei possessor. l. certum. C. de rei vendic. tamẽ hoc est verum vt fructus debeantur ei, qui rem obtinuit, quia fructus tanquam accessiones rei debentur: sed respectu tertij, qui non obtinuit indubitatum est eis nihil deberi: cum ergo isti non obtinuerint, sed alius, id est, ille minor, frustrà isti petunt tales fructus, obstat enim eis prima exceptio, † quia
3 fructus sunt accessorij. l. iiij. C. depos. l. si meritò. §. final. ff. soluto matrimonio. vbi Alexand. & † ipsis
4 exclusis à principali, id est, à feudo, censentur exclusi etiam à fructibus. Obstat etiam secunda exceptio, quòd cum versus minorem † condem-
5 nati sint rei ad fundum, & non ad fructus, censentur respectu fructuum absoluti, adeò vt peti amplius non possint. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. si excluditur minor, multò magis ipsi. Obstat & tertia exceptio prouenies ex dispositione. l. is à quo. ff. de rei vendic. cum enim minor obtinuerit, sequitur quod ipsi non haberent bonam causam: sicut ergo succubuerunt in fundo, ita & in fructibus tanquam accessorijs. Obstat & quarta exceptio, quia ipsi non seruauerunt formam statuti de qua infrà. Circa secundum articulum concernentem merita causæ, an isti potuissent obtinere, ex quo non iurauerunt secundum formã

formam statuti, sed simpliciter obtulerunt se pa- A
ratos iurare? Et puto veram esse illam opinionem,
6 quod non sufficiat talis oblatio, quia † forma sta-
tuti ad vnguem est obseruanda, quando statutum
stat prohibitiue, & habet perpetuam causam pro-
hibitionis, vt in casu nostro. leg. non dubium. C.
de legibus gloss. in cap. tua. de sponsi. duo. maximè
cum adiecta sit clausula actus infirmatiua, quod,
Nullatenus admittatur ad vendicandum, &c. capitul. dile-
cto. de præbendis idque in actu iudiciali, gloss.
leg. non intelligitur. §. diuus. ij. de iure fisci. Bar-
tolus. in lege prima. quæstio. quarta. de exerc. Nec
7 obstat, quod videatur sufficere † ista oblatio, tan-
quam ex ea declararetur, quod non stat per offe-
rentem, & ideo actus debet haberi proimpleto. le-
ge iure ciuili. de condic. & demonstr. quia istud
posset esse verum in actu, qui non possit nisi per
vtranque partem celebrari, sed cùm præstare iura-
mentum pertineat solum ad iurantem, & possit
volens luere, ex forma statuti iurare, etiamsi pars
contradicat, si non iurat, non censebitur stare per C
partem, sed per se, nec videbitur adimplesse for-
mam. Nec ob. quod multis casibus sufficit quem
esse paratum, & oblatio admittitur loco imple-
menti. lege, prætor. §. si quis paratus. ff. de ope. no-
ui nuntiat. Nam respondeo, quod loquitur ille
textus in stipulatione quæ non contrahitur, nisi
vtroque loquente, at iuramentum potuit præstari
ab actoribus, etiamsi pars non acceptasset, imò
vult Bartolus ibi in dicto §. si quis paratus. quod
non sufficit oblatio, nisi adducat etiam fideiusso- D
rem, quia debet facere ex parte sua totum quod
potest: ergo & in casu nostro debuit iurare actor,
quia poterat. Nec obstant no. in lege vniuersa. C.
de precibus imper. offerend. quia ibi actio erat or-
8 ta, & † iudex non impertit officium nisi petenti,
merito subauditur clausula, si pars petierit: sed in
9 casu nostro † statutum denegat actionem, & repel-
lit à limine iudicij, nisi seruata illa forma, & iudex
non debet eum admittere, etiamsi pars taceat, per
ea quę habentur in lege prima. §. primo. ff. ad Tre- E
bel. vbi Paulus Castrensis Alexander & Iason &
quod no. Abb. & canon. in cap. ij. de purg. vulg. &
ibi cautio non respiciebat substantiam rei, sed ac-
cessionem. l. hi qui accessionis. ff. de fideiuss. statu-
tum nostrum requirit iuramentum ad rei substan-
tiam, id est, ad petitionem principalem. Fortius
dico, quod etiamsi iudex de facto actores istos ad-
misisset, quia parte non opponente, potest hoc fa- F
cere, lege, posthumus. §. si quis ex ijs. ff. de offic.
testament. & admittendo, seu procedendo ad vl-
teriora, videtur eos approbare, reseruata tamen
exceptione in fine litis, secundum l. à procedente.
C. de dilat. cum ibi not. per Bartol. antequam ta-
men veniat ad diffinitiuam debet re ipsa interue-
10 nire iuramentum per quod confirmatur iudicia-
tum. lege, si rem. j. §. finali. ff. de pignor. actio. & † so-
lum à die iuramenti censebitur reus esse in mora, G
& ad fructus tenebitur, vt declarat Bartolus in d.
§. final. & ibi Salic. Fulg. & cæteri, vt meritò nihil
faciat quod appareat aliquos admissos ad agen-
dum ex sola oblatione, quia non per hoc potue-
runt obtinere, nisi verè ante diffinitiuam iurare-
rint, & à tempore iuramenti tantùm mora incipit
per suprascripta, ex quibus apparet ve-
ram esse conclusionem suprascripto-
rum dominorum consulendū.
Saluo semper sanio-
re iudicio.

CONSILII XXX. SVMMÆ.

1 *Duo habent Castrum, cuius Castri vnus habet duas partes, alius aliam. Qui habet duas partes propter timorem belli vult sumere custodiam totius Castri, licet alius se offerat partem suam defensurum, dicendum est quod habens duas partes non potest se intromittere alio contradicente.*

2 *Tempore belli licitum est Principi imponere custodes fortalicijs inuito vasallo.*

B 3 *Socius non potest in Castro aliqualiter se intromittere de parte consocij, nisi quādo ille alienaret ad æmulationē.*

4 *Prohibere possum ne quis ingrediatur prædium meum me inuito.*

5 *Nulli licet propria authoritate custodem apponere in fundo, puta alieno, sed semper implorandum est iudicis officium.*

DVobus dominis quoddam castrum est commune, quorum alius habet duas partes, alter tertiam. Quæritur, an, qui habet † maiorem partem possit, inuito socio propter timorem belli, sumere custodiam totius, cùm alius offeratse partem suam custoditurum. Paucis agendo, puto quod non quia in illa tertia parte non potest se alius socius intromittere alio contradicente. l. hæres in fundo. de vsufruct. legat. cano n. omnes leges. j. distinct. aliàs agi potest iniuriarum, vt per Innocent. in c. j. de immu. eccl. & ita in casu simili concludit Bal. consi. clviij. proponitur. lib. iij. vbi dicit: nec quidem reipublicæ hoc licere, sed duntaxat mandare, vt quilibet muniat & custodiat castrum suum, ne propter negligentiam amittatur. Secundò moueor per textum in l. turres. C. de oper. publi. & quod ibi notat Angel. vbi dicit, hoc non esse concedendum, nec quidem superiori, nisi quando siniſtra aliqua opinio esset contra illud dominium, & sic videtur intelligendum illud quod vult Bald. & Angel. in authen. nunc si hæres. C. de litig. vbi dicit † tempore belli licitum esse 2
Principi imponere custodes fortalitijs inuito vasallo, sequitur Ias. l. domus. in fine. ff. de leg. & fidei commiss. primo, quia intelligitur vbi suspicio aliqua, vel negligentia vasallo argueretur. Tertiò moueor per textum in l. officium. §. fina. ff. de re milit. vbi plures tribuni, qui habent curam Castrorum, licet ad eos claues portarum afferri debeant, non tamen possit auctoritatis suæ modum excedere, & sic vnus sub prætextu quod alteri non confidat, non debet de re ad auctoritatem alterius pertinente, se intromittere. Quartò moueor, quia cùm Castrum istud commune sit pro diuiso, ex quo vna pars est data vni, alię duę per separationem areæ, vel parietum, alteri. l. recte. §. fina. de verbor. signific. habentur pro domibus separatis, & ideo non debet licere vni in parte alterius aliquid facere vt per doctores in l. serui electione. §. fi. de legat. & fideicomiss. primo. Quintò moueor ex not. l. quicunque castellarum. per illum textum. C. de fund. limit. lib. xj. vbi non potest † socius in castro aliqualiter se intromittere de parte consoci, nisi quando ille alienaret ad æmulationem, sequitur Baldus, Alexander, Iason. Moder. in dicta lege serui electione. §. finali de legat. & fideicommiss. primo. at in casu nostro dominus tertiæ partis nihil agit ad æmulationem, sed paratus est pro sua parte custodire & defendere. Sextò & vltimò moueor ex ijs quæ notat Albericus de Rosat. post veteres in lege si ita legatus. §. dominus. ff. de vsu, &

habita.

BIU Cujas

habita. vbi in proposita quæstione distinguit, aut ille qui vult custodiam adhibere, habet ius proprium in illa re, & non est denegandum hoc illi. vt si dominus vult ponere custodes fructibus ne rustici auferant, ita procedit d. §. dominus. aut volens custodire nullum ius habet in illa re, & tunc non potest, quia †prohibere possum, ne quis ingrediatur prædium meum me inuito. l. iij. §. j. de acquirend. rerum dominium. l. iniuriarum. §. si quis. de iniur. l. diuus. de seruit. rustic. prædior. Subijcit ibi Alber. † nullo casu id cuiquam licere propria auctoritate, sed semper implorandum iudicis officium, vt possessor patiatur custodem apponi, argument. l. illicitas. ff. de offic. præsid. l. litibus. C. de agricō. & censit. lib. xj. cùm ergo in illa tertia parte nullum ius habeat dictus socius, sequitur non posse eum custodiam vllam militarem apponere.

CONSIL. XXXI. SVMMÆ.

1 *Iuramenti tutoris forma, & quando præstandum.*

2 *Tutor præstare tenetur iuramentum quod vtilia faciet, & inutilia prætermittet.*

3 *Si tutor non præstiterit iuramentum de faciēdo vtilia, &c. potest remoueri, ac etiam accusari, tanquam suspectus, & præsumitur in culpa.*

4 *Descripta in inuentario faciunt fidem contra tutorem, & eius hæredes.*

5 *Tutorem in casu de dolo & lata culpa tantùm teneri, non autem de leui.*

6 *Tutor tenetur conficere libros rationum minoris, et si non fecit, vel si fecit, & nolit exhibere propter dolum, vel etiam leuem culpam ipsius cōtra eum iuratur in litem, contra hæredem verò tutoris non iuratur, nisi propter dolum ipsius hæredis.*

7 *Tutor tenetur regulariter de dolo & lata culpa, & leui, vnde quicquid ex hac causa commisit pupillo præstare debet.*

8 *Casus in quibus tutor tenetur ad vsuras seu interesse pupillo.*

9 *Actio tutelæ est bonæ fidei, & in ea à tempore moræ veniunt fructus, & interesse.*

10 *Pacto successionem non deferri.*

11 *Pactum post mortem agnatis applicari, non valere.*

12 *Ex pollicitatione non oritur actio.*

13 *Licet quis possit stipulari hæredibus suis tāquam hæredibus, non tamen potest stipulari consanguineis, quia quoad tus stipulationis sunt extranei.*

BReuiter, in proposito casu agendo, circa primum dubium nunquid ex quo †tutor nō iurauit in confectione inuentarij præsumatur in culpa? respondeo, quòd tutor † tenetur præstare iuramētum, quod vtilia faciet & inutilia prętermittet. §. fin. in authē. vt hi qui oblig. se perhib. l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de curat. furios. & licet tale iuramentū nō præstiterit in inuentario parum refert: quia lex eum non arctat ad hoc, sed satis est, quod ante, quam administret, illud præstet, vt etiam declarat Salic. in l. tutores. C. de administrat. tutor. & †si tutor non præstiterit tale iuramētum, potest remoueri, & etiam accusari tanquam suspectus, & præsumitur in culpa vt habetur in d. l. tutores. & Roman. cons. cccxv. Circa secundum quam configurationem de bonis immobilibus, & iuribus tenetur facere tutor? respondeo, quòd cū † descripta in inuentario faciant fidem contra tutorem, & eius hæredes. l. fin. in princ. C. arbitr. tut. si tutor in eo attestatus est se inuenisse in eius bonis illa iura, & immobilia, tenetur pupillo tempore reddendæ rationis ostendere illi iura, & instrumenta per quæ constat non solùm de proprietate, sed etiam de possessione. quia illud, quod inuenerit in bonis, importat etiam possessionem; sed si simpliciter attestatus est, talia bona esse de hæreditate patris eius, tunc satis esset, si ostenderet instrumenta respectu proprietatis tantùm, & ita in terminis consuluit Bar. in cons. ccxxxix. incipien. proponitur quod Archolus. Circa tertium, quid iuris de creditoribus, an teneat soluere pecunias descriptas in inuentario? respondeo, quod eo ipso quod sunt in eo descriptæ per tutorem probant contra eum, quod illi debitores sunt veri debitores. d. l. fin. & ideo dicit Bart. in l. tutor qui repertorium. ff. de administr. tutor. & sequitur Salic. in d. l. tutores. quòd si aliqua deberentur pupillo de quorum probatione non reperiretur instrumētum in bonis pupilli, tutor non tenetur ponere in inuentario antequam exigat, ex quo ante exactionem non dicitur inuenisse tale creditum: solùm ergo debet ponere postquam exegerit, sicut ponuntur cæteræ res ex post facto obuenientes. l. fin. §. tali. C. de curat. fur. vnde in casu nostro cum tutor † asseruerit se inuenisse illa credita, debet ea reconsignare per instrumenta, ita quod pupillus possit eos debitores conuenire, & si nunc soluendo non sint, tenetur tutor de dolo & lata culpa tantum. l. ij. C. arbitr. tut. non autem de leui, prout aliàs teneretur, vt in l. quicquid. C. eod. tit. in l. tutori. C. de neg. gest. per Bart. in l. quod Nerua. ff. depos. it. Circa quartum, non est dubium quod tutor tenetur conficere libros rationum minoris. l. j. officio. ff. de tut. & rat. distr. & si non fecit, vel fecit & † nolit exhibere propter dolum, vel etiam leuē culpam ipsius, contra eum iuratur in litem. l. pen. C. de in lit. iur. & d. §. officio. vbi Bald. contra verò hæredem tutoris, qui est casus noster, non iuratur, nisi propter dolum ipsius hæredis. l. j. C. eod. tit. Circa quintum, nunquid hæredes tutoris teneantur ad interesse? respondeo quod tutor tenetur regulariter de dolo, & lata culpa, & leui: vnde quicquid † ex hac causa commisit, pupillo præstare debet. d. l. quicquid. & d. l. tutori. & etiam est gl. in l. iij. §. tutores. in verb. inconsideratē. ff. de sulp. tuto. & non est dubium, quod pupillo præstari debet, ab eius hæredibus eo mortuo deberi. l. si pater. C. com. de succes. vbi Bal. sunt etiam aliqui casus † quibus tenetur ad vsuras versus pupillum, vel hodie ad interesse, vt per Socin. cons. ij. in j. lib. vt si pecuniam pupilli conuertit in vtilitatem suā, vel si negauit apud se esse, & contra eum pronuntiatum sit, sunt & alij casus de quibus latiùs per Alberic. de Rosa. in l. j. & toto titu. C. de vsur. pupill. Illud constat generaliter, quòd cū † actio tutelæ sit bonæ fidei. §. actionū. instit. de act. à tempore moræ in ea veniunt & fructus, & interesse. l. videamus. §. j. ff. de vsur. & istud procedit etiam de iure canonico, vt est glo. in c. cum venerabilis. extra, de except. Circa sextum, & vltimum, nunquid iste minor potuerit succedere in bonis donatis per patrem suum huic tutori patruo suo, vigore pacti de quo in donatione, puto quod non: quia certæ formæ successionum sunt traditæ à iure, extra quas non potest habere locum successio & ideo † per pactum non defertur huiusmodi successio, etiam si fit iuratum. l. pactum quod dotali. l. licet. C. de pact. l. si donationis. C. de transact. l. iij. in princ. & ibi glo. de lega. iij. Bart. in l. stipulatio hoc modo

modo concepta. in iij. casu. ff. de verborum obligat. Bartol. in consil. ccxij. promitto tibi. Alexand. consil. vigesimo octauo in tertio, & consil. octuagesimo tertio, visa facti narratione. in secundo. Et licet in hoc sit aliqua difficultas, tamen in casu nostro ista est mera veritas. Nam cùm in instrumento donationis, simpliciter donans, † dixerit, & voluerit, *In casu mortis donatarij, bona applicari eius agnatis proximioribus*, tamen tale pactum non valet, nec ex eo oritur aliqua actio, ex quo est pactum factum superre, quæ non durat in dominio ipsius donantis. B l. debitor. in fin. ff. ad Trebel. l. penult. C. ad exhib. & habetur in l. Publia. in princ. ff. depositi. & hoc tanto maximè, cùm ipse donans, neque donatarij non apposuerint aliquam stipulationem nomine ipsorum agnatorum, nec aliquid viciſsim promiserint eorum nomine: vnde non potest dici esse orta aliqua actio respectu agnatorum. Imò quantum sit respectu eorum qui erant absentes, illud pactum habet potius vim pollicitationis simplicis, quàm pacti, vnde clarum est, † ex pollicita- C tione non oriri actionem l. tertia, ff. de pollicit. capitul. qualiter. extra, de pactis. Guilielm. de Cun. & Bald. in l. senium. C. qui testament. facere poss. cum similibus. facit, quia aut isti proximiores petent hæc bona actione reali, & malè petent, quia nullum ius reale per dictum pactum translatum est. l. traditionibus. C. de pactis, & l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. loquitur de vtili in personam, non autem in rem, vt latè concludit Guid. Pap. quæst. dxij. facit quod not. Salic. in l. prima. D C. de donat. causa mortis. vbi requirit stipulationem vel præsentiam partis, vel aliquid quo mediante quæritur absenti. aut petent actione personali, & non poterunt, quia illis nullum ius personale potuit quæri, cum non agant tanquam hæredes contrahentium, sed tanquam proximiores sanguine: & licet possit † quis stipulari hæredi- 3
bus suis tanquam hæredibus, non tamen potest stipulari consanguineis, quia quoad ius stipulationis sunt extranei, vt per Bart. in l. quod dicitur. E ff. de verb. oblig. & ita ego sentio.

CONSIL. XXXII. SVMMÆ.

1 *Bona profectitia conferri debent.*
2 *Bona aduentitia non conferuntur.*
3 *Bona aduentitia conferri debent, quando succeditur ei à quo aduentitia prouenerunt.*
4 *Dos à Patruo promissa censetur profectitia.*
5 *Prior causa attendi debet.*
6 *Dominium acquisitum per donationem, non potest à donatario auferri, & in alium transferri.* F
7 *Clausula saluis legatis, quid importet.*

OMnino conferendam esse puto donationem, de qua agitur, factam ex causa dotis, per patrem sponsæ & eius patruum. Et respectu † portionis paternæ, res videtur clara & indubitata per l. filiæ dotem. C. de collat. Maior est G difficultas respectu portionis patrui: quia iura loquentia de collatione non loquuntur in successione transuersalium, cùm eorum respectu dos dicatur aduentitia, & certum sit † aduentitia non conferri. l. final. C. de collat. Sed tamen in proposito casu adhuc dico idem esse, & omnino collationem faciendam. Primò, quia cum ante patruus vltimo loco mortuus sit, & de eius successione agatur, per istas filias fratris proximiores in gradu, secundum authen. post fratres. C. de legit. hæred. & authen. cessante. eod. titul. locus debet esse collationi: quia quod dicitur aduentitia non conferri. d. l. fin. non † procedit, quando succeditur ei à quo illa aduentitia prouenerunt vt est tex. in l. vt liberis. versic. cuius de hereditate agitur. C. de collat. vbi omnes no. & per Iason. & alios in d. l. final. Secundò, quia ista † dos quamuis à patruo 4 promissa, censetur esse profectitia, tanquam patruus contemplatione ipsius patris dederit, secundum l. profectitia. versic. quod si quis patri. ff. de iure dot. & ita in terminis consuluit Paul. Castrens. consil. nonagesimo sexto, incip. si dicta Cornelia in ij. vol. in nouissimis. & licèt Ruinus dubiter de illo dicto Pauli Cast. quando fratres starent in communi, tanquam videatur patruus potius dedisse causa se exonerandi, ex quo & ipse tenebatur ad dotandum, secundum l. si socius pro filia. ff. pro soc. tamen non est in iudicando recedendum à dicta opinione, si enim tenetur patruus propter societatem quam habet cum patre: ergo tenetur ex facto patris qui contraxit societatem, igitur dos est profectitia. d. l. profectitia. & non attenditur obligatio posterior proueniens ex societate, sed causa † prior per quam pater contrahendo fecit, vt 5 patruus teneretur, vt declarat Aretin. post Bart. in l. is potest. in fin. ff. de acquir. hæred. vnde videtur patrus promisisse tanquam fideiussor patris, si erant socij, vt per Bartol. in l. reos. in fin. de duobus reis. & istud maximè dicendum est in casu nostro, in quo vterque promisit, tàm pater, quàm patruus. vnde arguitur, quòd patruus promiserit contemplatione patris qui principaliter tenebatur, vt in simili per Bartol. in l. cum pater. §. liberis. ff. de legatis secundo. per Dec. consil. centesimo vigesimo primo, præsertim cùm aliàs sequeretur absurdum, quod plus iuris consequeretur hæc filia ex bonis patrui, quàm ex bonis patris, cùm tamen appareat actum esse, vt æqualiter in vtrisque tractaretur. Tertiò, cùm de successione patrui huius agatur qui promisit hanc partem dotis, tenetur hæc nupta promissionem hanc patri suæ imputare, & cohæredem acceptilatione liberare, vt est casus in l. j. §. penult. ff. de collatio. dotis, quem textum pro mirabili exclamat Ludo. Roman. in l. post dotem. & ibi Alexand. ff. soluto matrimonio. Et ista possunt sufficere: quia alia duo motiua non multùm vrgent, tamen pro maiore satisfactione, eis respondes. Circa secundum dum dicitur, quòd † dominium acquisitum per dona- 6
tionem non potest à donatario auferri, & in alium transferri, &c. respondeo, ista fuit donatio post mortem ex qua non transit dominium statim & ideo frustra quæritur de translatione. Circa tertium, dum dicitur non esse præsumendum donatorem voluisse, quòd bona donata conferentur. ex quo dixit in instrumento donationis, quod volebat omnia alia legata valere, & sic recessit à testamento quoad istam dimidiam donatam, quòd non esset si conferretur. Respondeo, quòd illa clau- 7
sula in instrumento posita, † *Saluis legatis.* operatur vt omnia legata debeantur, non obstante donatione, & sic siue ea conferatur, siue non, semper salua sunt legata, nihil autem infertur respectu collationis, vt de se patet.

CONSIL. XXXIII. SVMMÆ.

1 *Administratorem finito officio non agere.*
2 *Quod quis sit procurator, variè colligitur.*
3 *Dominus non est ille ad quem periculum non spectat.*

4 Funda-

4 *Fundamentum intentionis alicuius, debet concludenter probari.*
5 *Administratorem officij nomine agere, & præsumi emisse nomine officij, potius quàm nomine proprio.*
6 *Acquiri ab eo cuius nomine res traditur.*
7 *Officialem salis non præsumi se suo nomine vendere.*
8 *In re dubia fit interpretatio contra venditorem.*
9 *Superfluum non præsumi.*
10 *Procuratorem obligari suo nomine posse.*
11 *Non sunt mutanda, quæ certam formam iudicij habuere.*

NON video in proposita quæstione, quomodo Curtij possint obtinere aduersus hanc nobilem mulierem de Ferrarijs. Nam cùm dominus Ambrosius esset †administrator Tra
1 gi salis constitutus, per literas Ducales, finito eius officio, ampliùs agere non potest. l. final. ff. de instito. imò si ageret, non posset agere nisi nomine Cameræ contra quam cameram, hæc Ferraria opponeret exceptionem cõpensationis, cùm sit creditrix de longè maiore summa excusata olim Duci Ludouico pro subuentione: vnde non est dubium esse locum compensationi. l. fin. C. de compensationibus. Nec obstat si dicatur, qui imò dominus Ambrosius erat creditor proprio nomine: quia sal erat suum, & respectu pretij salis quod ipse à Genuensibus emebat, transmisit creditum illud in suos hæredes. Nam ad istud fundamẽtum vnde tota controuersia dependet, respondetur va-
2 rijs modis. Primò, quòd imò † agebat nomine cameræ, & tanquam procurator Ducis, quòd probatur ex literis Ducalibus concedentibus dictam administrationem, & etiam ex nomine officij, quo appellatur generalis magister, & administrator, quòd verbum, administratoris, eum significat, qui tanquam procurator, vel officialis agit, non qui nomine proprio, vt est gloss. in rub. C. de admini strat. rerum public. lib. xj. Secundò, istud ex literis officij apparet, per quas obligatur ad reddendas rationes, & promittit princeps stare libris ipsius, nec in eum resultat aliqua vtilitas, nec damnum ex ipso sale, sed ad Cameram quæ omnia ostendunt, quòd tanquam procurator agebat, vt habetur in l. si post mortem. §. j. ff. quando ex fact. tut.
3 Tertiò, quòd imò † sal non esset suum apparet: quia omne damnum & periculum spectabat ad Cameram vnde arguitur, quod etiam dominium erat cameræ, ex quo ad eum spectat periculum, qui est dominus. l. damnum. C. locati. l. j. ff. de peric. & commod. rei vendit. Quartò, quòd sal esset
4 ipsius domini Ambrosij est † fundamentum intentionis ipsius, vnde debet concludenter probari, iuxta l. verius. ff. de probat. gloss. in clemen. fin. de rescrip. nam quamuis probaretur, quòd emeret,
5 cùm tamen esset † administrator, potiùs præsumeretur emisse nomine officij, quàm nomine proprio. l. pignori. §. final. ff. de vsucap. Imol. Raphael Cuma. Alex. Iaſ. l. post dotem. in lect. Dyni. ff. solu. matrim. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntiat. Bald. in l. si patruus. C. com. vtriusque iud. Quartò incantatores salis emunt illud à Principe, seu à do
6 minis magistris, agentibus nomine principis, & ita fecit iste Ferrarius: vnde, dato quòd sal ipsum † fuisset domini Ambrosij, cùm tamen sit ipsis incantatoribus traditum per dominum Ambrosium nomine Ducis, certè acquiritur tanquam à Duce. l. Iulianus. §. j. ff. de curat. furio. & no. in l. seruum Titij. ff mandat. vbi procurator scienter rem suam tradens quasi rem domini, transfert dominium, & accipiens non tenetur illi, nisi tanquam procuratori, excepto quando procurator non posset habere recursum contra dominum, vt quia dominus non esset soluendo, vt not. in d. l. seruum Titij. est doctrina Bartol. in l. procurator. qui pro eui ctione. circa med. ff. de procurat. Sextò, cum dominus Ambrosius esset administrator, & officialis ducalis, accipientes sal ab eo verisimiliter contrahebant tanquam cum officiali, & sic tenebantur versus eum nomine cameræ: vnde si ipse † voluis- 7
B set quòd sibi fuissent obligati nomine proprio ipsius, debebat eos admonere quod sal esset suum, non autem Principis: vnde cum non fecerit sibi imputet. argumen. l. j. in fin. & l. quæro. ff. de actio. emptio. & † in re dubia fiet interpretatio contra 8
venditorem. l. veteribus. ff. de pactis. facit quod not. Signorol. in cons. clxxxix. vbi consulit in venditore salis, qui tenetur admonere emptorem de omnibus qualitatibus dicti negotij. Et istud suadet ratio naturalis: nam emptores videntes se tu-
C tos per compensationem versus cameram facilius inducti fuissent ad faciendum subuentionem Principi, quam si sciuissent quod pretium salis omnino fuisset soluendum domino Ambrosio in quem nullam compensationem obijcere potuissent. Septimò, quòd Sal non esset do. Ambros. sed ipsius Ducis, apparet ex commissione officij ipsius domini Ambros. in qua mandatur, *Quòd Caneparij omnes soluant ipsi dom. Ambros. pretium dicti salis.* nam si † sal 9
fuisset do. Ambrosij non fuisset opus aliquo man-
D dato de iure communi quilibet potest accipere pretium rei suæ venditæ, ex quo istud est de natura contractus. §. pretium. instit. de emptio. & vendit. non ergo fuisset opus in priuilegio à Duce concesso, istud exprimi. l. vnica. in fi. C. de thes. lib. x. & aliàs talis expressio esset superflua, quod tamen non est dicendum. l. si quando. ff. de legat. j. gloss. in cap. solitę. de maior. & obed. Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. ix. quæst. Octauò, licèt pro dicto sale dom. Ambros. nomine proprio se
E obligaret mercatoribus Genuensibus à quibus emebatur, hoc tamen faciebat iure commissionis sibi à Principe factæ, nec per hoc sequitur, quin vendendo illud, venderet tanquam procurator, vt est text. in l. solutum. §. per liberam. ff. de pignor. & in l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. empt. & per Bart. in d. l. procurator. qui pro euictione. ista enim stant simul, quod quis obligetur ipse, & tamen sit procurator, vt habetur in dictis iuribus. Nonò, cum similis causa verteretur † in magistratu 10
ordinario, fuit pronuntiatum contra istos Curtios in fauorem domini Ioãni Ambros. Balbi, con-
F tra quem adducebatur per Curtios istud vnicum fundamentum, quod pretium salis esset domini Ambros. vnde licet exemplis non sit iudicandum, tamen salis inde inducitur coniectura probabilis, † nec mutanda sunt, quę certam formam iudicij ha 11
buere. l. minimè. ff. de legibus.

CONS. XXXIIII. SVMMÆ.

1 *Vestes & monilia quæ maritus donat vxori, remanenti dominio mariti, nec censentur vxori donata, ergo & maritus quandocunque ab vxore potest repetere.*
2 *In dubio non est præsumenda donatio.*
3 *Maritus tenetur ad alimenta vxori suæ & quidem vltra lucrum aut reditum dotis, dummodò & ipsa stet in obsequijs viri.*

4 Appella-

4 *Appellatione alimentorum veniunt vestes, & monilia, quæ secundum qualitatem personæ & morem ciuitatis solent gestari.*

5 *Illa dicitur impensa necessaria, quæ citra verecundiam secundàm mores ciuitatis omitti non posset.*

6 *Vestes lugubres concessæ ab hæredibus viduæ nō donatæ, sed concessæ ad vsum, intelliguntur & ideò ea viuente non poterunt hæredes auferre nisi ad secunda transiret vota.*

7 *Commodatum ad certum vsum non potest, nisi finito vsu reuocari.*

8 *Prodigalia vestimenta quæ modernus abusus introduxit non censentur donata vxori.*

9 *Vxor potest ad libitum reuocare à marito paraphernalia.*

10 *Concessio ad certum vsum, ante vsum finitum est irreuocabilis.*

11 *Concessio paraphernalium facta marito, censetur titulo depositi facta, quod depositum est reuocabile arbitrio deponentis.*

SVBTILITER adeò, & diffusè in prę-
senti casu allegatum est per egregios dominos aduocatos, vt pauca supersint q̄ ego in mediū adducere possim. Quæritur ergo, an maritus possit ab vxore repetere vestes preciosas, & monilia sibi data, vt quia velit illa vēdere. Et prima frō-
1 te videretur, q, sic: quia tales res † remanēt, in dominio mariti, nec censentur esse vxori donatæ. l. mortis suę causa. §. fi. de donat. inter vir. l. ęstimatę. ff. solut. matri. sed potius datę ad vtēdū tantū. l. si vt certo. §. interd. ff. commod. pro maiore mariti
2 honore. l. id vestimentū. ff. de pecul. & facit quia † in dubio non est præsumenda donatio. l. cum de indebito. de probat. & ita tenet Bartolus in l. pen. §. j. fol. mat. & cōsil. l. cum similibus, & est communis opinio vbique approbata. Sed tamen puto verius esse, vt non teneatur vxor marito repetenti vestes de quibus agitur, aut monilia dare, sed possit retinere pro ornatu suo. certa em̄
3 est cōclusio & cōmuniter approbata, q, † maritus tenetur ad alimēta vxori suæ, & quidē vltra lucrū, aut reditū dotis, dūmodo & ipsa stet in obsequijs viri. l. quòd in vxorē. C. de neg. gest. l. si cū dotē. §. fin aūt. ff. solu. matr. per Bar. l. si cōstante. in vlt. par
4 te. q. 6. ff. eod. tit. sed † appellatione alimentorum veniūt etiā vestes, & monilia, quæ secundū qualitatē p̄sonæ, & morē ciuitatis solēt gestari. l. verb. victus. ff. de verb. sign. ergo maritus ad hęc quoq;
5 tenetur. & dicitur talis † impensa necessaria, quæ citra verecūdiā, secūdū mores ciuitatis omitti nō posset. l. pecunię. vbi Bart. ff. de alim. & cibā. legat. vnde talia ornamēta & monilia propter nobilitatē d. Portię & eius mariti, ad necessitatem potius pertinēt, & sic ad alimēta, quàm ad simplicē mariti honorē, prout in simili dicit Petr. de Anch. cōsil. 181. incip. in prædicto dubio. vbi de similibus ornamētis loquēs dicit q, propter generalē cōsuetudinē, & mores ciuitatis, talia per maritos mitti vxoribus solēt, & esset quasi verecūdia si nō mitteretur: quia violarēt cōsuetudinē ciuitatis, & propterea digni essent repræhēsione apud graues & bonos viros: vnde cōcludit, q, propter talē necessitatē nō præsumitur donatio, sed cōcessio potius ad vsum, & ita etiā tenet Felin. in c. super eo. 2. extra, de testib. & Corn. cōsil. 71. in j. cū ergo iste vsus cōcernat alimēta nō debet posse reuocari, nisi fortè quatenus alia æquè præciosa maritus subrogaret. Nec obst. quod isto modo viderentur donata, q, esset cōtra communem opinionē: quia respōdeo,

A quod nō, imò solu. matr. reuerterētur ad hæredes viri, vt dicunt omnes in d. l. pen. §. j. & in l. j. §. sed nec castrense. vbi Barto. ff. de collat. bon. in l. filiæ
B cuius. C. fami. erciſc. interim tamē debēt remanere ad vsum vxoris, nec permittenda est ei reuocatio. Primò, quia cum vsus sit ei datus, debet intelligi perpetuò datus, dum stet in matrimonio: quia semper subest eadem causa. l. cum ij. §. si vni. ff. de transact. vbi doct. & in l. Aquilius. ff. de donat. Secundò, quia hoc expresim sentit can. de Imo. in d. l. pen. §. j. vbi † loquitur de vestibus lugubribus 6
festiuis, & magni pretij, & cōcludit nō cēseri donatas per hæredes ipsi vxori viduæ: sed solum cōcessas ad vsum vt honorificè incedat pro honore mariti & hæredum. arg. l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. subijcitque, quod poterit retinere donec stet vidua, nec poterūt ei auferri ab hæredib. nisi trāseat ad secūda vota, vel post mortē. argu. l. fi. C. de bon. mat. refert & sequitur Alex. in l. si vsusfructus. §. dos legata. ff. ad leg. Falcid. & eandē
C sententiam etiam consulendo sequutus est d. Benedictus Capra cōsi. cxxxv. in 3. dubio. quod ergo dicitur suprascripto casu, idem & in nostro dicendum est, subest enim eadem ratio. Tertiò, quia sentiunt hoc omnes doctores, qui concludunt post mortem mariti huiusmodi, annulos & res precio sas auferri posse vxori, sentientes interim dū matrimonium durat non posse auferri, vt habetur in dictis iuribus, & per Card. consi. 43. Ang. consil. 134. Lud. Ro. cōsi. 192. & 254. Caprū cōsi. 58. & cōsil.
D 73. Alex. cōsi. 42. in j. cū similibus. Nec obst. rex. in d. l. si vt certo. §. interdum. vbi videtur probari, q, censeantur hæc ornamenta commodata esse: quia respondeo, quod loquitur in casu certo, vt ibi dicit Rapha. Fulg. præterea etiam † commodatum 7
ad certum vsum non potest, nisi finito vsu reuocari. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. & quod habetur in l. Lucius. ff. de donat. & l. j. de precar. vsus autem hic fuit durante matrimonio, videtur enim maritus tacitè hoc egisse, vt dicunt suprascri
E pti doctores, & maximè Bald. in l. cum te. C. de dona. ante nup. verſic. tu dic erat vxor. vbi expressè sentit interim cēseri donatū vsum, & ita etiam dicit Lud. Rom. in consi. cxlvj. verſicu. 1. Quartò, quia hoc modo concordabuntur opiniones doctorum, vt illi qui tenebant, quod tales vestes præ tiosæ & ioçalia censeantur donata, intelligantur quoad vsum constante matrimonio, non post. vt Guid. de Suz. & Ricard. Malūb. quos refert Bald. in l. cum te. C. de donat. ante nupt. & Alber. de
F Ros. in d. l. pe. §. j. & certè in casu nostro propter nobilitatem ipsorum coniugum hæc opinio est probabilior, quam sequitur etiam Alex. consi. 42. in 5. vol. & in l. 3. §. fi. ff. de muner. & hon. in apost. Bar. nec habet ista opinio aliquem, qui expressè & in indiuiduò cōtradicat. Nec obstat, quod Bal. ait in cap. iurauit. de probat. quod † prodigalia ve 8
stimenta quę modernus abusus introduxit non cēsentur donata vxori. respondeo in casu nostro: secundum qualitatem personarum nulla est pro-
G digalitas, sed potius necessitas, propter morem ciuitatis, vt suprà dixi, post Anch. Corn. Felin. Prę tereà, posito quod hoc sit verum, nihil tamē facit: quia non sint vestimenta donata, sed vsus tantum eorum durante matrimonio videtur concessus, se cundum suprascripta. Nec obstat, quod † vxor po 9
test ad libitum reuocare à marito paraphernalia, secundum Bald. in l. vbi adhuc. verſicu. iterū quę ritur. C. de iur. dot. & Ias. in l. maritus. C. de procu. ergo vice versa maritus res vxori concessas. Nam

BIU Cujas

10 respondeo, quod concessio † ad certum vsum ante vsum finitum est irreuocabilis. d. l. Aquilius, d,
11 l. in commodato. §. ficut. sed † concessio paraphernalium facta marito censetur titulo depositi facta, l. si ego. §. fi. ff. de iure dot. quod depositum est reuocabile arbitratu deponentis. l. j. §. est autē. & §. penult. ff. depositi.

CONSIL. XXXV. SVMMAE.

1 *Pater tenetur dotare filiam suam de suo.*
2 *Pater tenetur filiam suam viduam redotare.*
3 *Si dos assignata primo viro, sine culpa mulieris perijsset, vel diminuta fuisset, tenetur pater ad dandum tantundē secundo viro, nisi conditio patris facta esset deterior.*
4 *Quando pater stipulatur reddi dotem filiæ, censetur dotem filiæ donasse.*
5 *Pater in dote profectitia potest agere administratorio nomine pro filia.*
6 *Gener non potest cōuenire socerum cum quo nihil gessit.*
7 *Pater compellitur officio iudicis ad dotandum.*
8 *Paria sunt habere actionem, vel rem ipsam.*

LICET in proposito casu, fuerit plenissimè allegatum & cōsultum per suprascriptos patres meos honorandos: tamē requisitus de subscriptione decreui pauca quædam addere, vt magis veritas per eos tacta eluceſcat. Et prima fronte cōtra Titium patrem facit: quia pater tenetur † dotare filiam suam de suo. l. qui liberos. ff. de ritu nupti. & si vidua sit tenetur † redotare. vt est glo. in l. si socer. in princ. ff. solu. matr. & facit l. si socius pro filia. ff. pro socio. & tex. not. in auth. de equal. dotis. §. quia verò. vbi pater. solut. matr. tenetur cōseruare dotem filiæ, & eam deinde dare secūdo marito: imò si † dos ipsa assignata primo viro, sine culpa mulieris perijsset, vel diminuta fuisset, tenetur pater ad dandū tantundē secundo viro, nisi cōditio patris facta esset deterior, vt ibi dicitur. Et ista cōclusio videtur procedere, etiam q † pater stipulatus sit dotem reddi filiæ: quia licet tunc cēseatur donasse filiæ, vt est casus in l. post dotē. secūdum lect. Dyn. ff. solu. matri. & communiter tenetur: tamē adhuc pater nō est propter hoc exoneratus ab obligatione legis, de qua in d. §. quia verò. trāsumptiuè posito in auth. sed quāuis. C. de rei vxor. actio. & ita in terminis tenet d. Thomas Parpalia, in l. 2. §. q, si in patris. ff. sol. mat. vbi cōcludit, q, & in tali casu, quo actio dotis nō sit cōmunis patri & filiæ, sed solius filiæ tantum: puta, quia pater eam stipulatus sit soli filiæ reddi, nihilominus, solu. matrim. filia non poterit agere sine cōsensu patris; & in ea pater erit legitimus administrator, & habebit vsumfructū, quæ decisio si est vera decidit in terminis propositam dubitationem, mouetur per doct. Bar. in d. §. q, si in patris. vbi Bart. concludit, q, † pater in dote profectitia potest agere administratorio nomine, pro filia, per gl. in l. cum dos. in verb. neq; proderit. ff. de pact. dotal. vnde colligitur, q, pater est legitimus administrator, quod dicit Aret. ibi esse nouū dictū, & ita etiam transit ibi Alex. & Soc. & alij Mod. vnde quamuis doctores teneant per talem stipulationem censeri patrem donasse dotem filiæ, tamen debet intelligi, vt per hoc non censeatur à se abdicasse vsumfructum & legitimam administrationem. Sed his non obstantibus, sentio cum suprascriptis dominis consultoribus, quòd imo dictus Titius pater sit in totū liberatus, & nō posset amplius conueniri. Et quo ad secundum maritum generum suum casus est clarissimus, cùm enim filia se illi nupserit absque alia promissione patris, nō potest † gener socerum conuenire, cùm quo nihil gessit. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. loci corpus. §. penult. ff. si ser. vend. maximè cùm vxor sua sit dotata, per doctrinam Barto. in l. obligamur. ff. de act. & oblig. Quo verò ad filiam idem dicēdum est: quia dato, quod † pater compellatur officio iudicis ad dotandum, secundū d. l. qui liberos. istud non procedit in casu nostro, in quo proponitur filiam esse dotatam, & extare prædia empta ex pecunia dotali, quæ quidem prædia succedunt loco dotis, & habet mulier recursum ad illa in subsidiū sicut si esset fundus dotalis, vt est casus in l. vxor marito. ff. de don. inter vir. & vxo. vbi Bar. Bal. Sal. Fulg. vnde cū in casu nostro, actio de dote sit tota filiæ, ipsa debet agere, & pater est liberatus. Non obstat d. auth. sed quamuis quia non procedit quādo pater stipulatus esset dotem soli filiæ: quia tunc ipsa est domina, sed sola agit, sicut quando est emancipata, æquiparantur enim isti casus ex identitate rationis. Non obstat decisio Parpaliæ: quia in contrarium est veritas, & Barto. in d. l. post dotem. in 3. quæst. sentit oppositum, dum dicit quod in tali dote pater nihil habet agere. & sic nō habet neq; vsumfructum soluto matrimonio. Idem tenet Raph. Fulg. in l. fina. §. necessiatem. C. de bo. quæ lib. mouetur: quia neq; de iure Digestorū, pater in dote profectitia habebat vsumfructum ex quo tūc non erat inuenta talis acquisitio: sed solummodo post. per l. cū oportet. C. de bon. quæ lib. ergo nec hodie cùm in profectitijs nihil sit immutatum, vt not. glo. in l. frater à fratre. ff. de cōdict. indeb. Idem tenet etiam Socin. in cōs. 100. in 3. volum. vbi allegat ita tenere etiā alios Mod. in dicta. l. 2. §. quod si in patris: & allegata in contrarium procedunt, quando dos esset communis patri: & filiæ, & ita loquitur Bartolus non autē m quando est tota quæsita filiæ per stipulationem paternam, & ita expresse loquuntur doctores: vnde casus non habet difficultatem, & cùm filiæ non concedat aduersus patrem, nisi officium iudicis & æquitate descendens, vt dicitur in d. l. qui liberos. certè in hoc casu nulla est æquitas, vt filia quicquā à patre petat, poterit enim illi dicere pater, quod petis habes, ex quo actio de dote solum ad te pertinet, & † paria sunt habere actionem, vel rem ipsam, vt in hac materia not. Bald. in l. facere. ff. sol. matrimonio. & per Mod. in l. qui actionem. ff. de reg. iur. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXVI. SVMMAE.

1 *Filijs denegātur alimenta, quando habent artificium, vnde possunt ex proprijs lucris se alere.*
2 *Pater habens capitale non debet præstare alimenta de capitali, sed de lucro ex capitali proueniente.*
3 *Quis non potest compelli facere mercaturam de suis pecunijs, vt filios alat.*
4 *Iniuriæ & verbera facta Patri per filium, sunt causa sufficiens ad exhæredationem.*
5 *Filij omnem casum tenentur operari Patri, alioquin alimenta illis non debentur.*
6 *In aduentitijs qualiacunq; sint semper vsusfructus debetur Patri, etiamsi parta sint labore & industria filij.*
7 *Propter iuramentū oritur obligatio inter patrē & filiū.*
8 *Nō præsumitur metus reuerentialis, nisi minæ probentur.*
9 *Confessio coram iudicio incompetente facta, valere non debet.*

QVANTVM



VANTVM ad alimenta petita per filios Arnati, dicitur ea non deberi pluribus rationibus. Prima propter rem iudicatam in senatu de anno 1514. quæ ordinatio authentica exhibetur, per ipsum patrem, quæ vero exhibetur per filios non est authentica. Secunda, quia probatum est † eos habere artificium, vnde possunt ex proprijs lucris se alere. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. in fi. ff. de lib. agnosc. præsertim cum sint iuuenes, & validi, vt per Bartol. in l. prima. C. de mendic. valid. lib. 11. Tertia, quia pater vix habet vnde se alat. Nec obstat, quod dicitur habere pecunias, & quandoque exercuisse magna mercimonia, quia si olim habuit, nunc non habet, nec probatio, quod aliquo tempore habuerit, infert ad futurum, siue tẽpus litis cœptæ respicimus, siue sententiæ, vt in terminis nostris concludit Alexand. in cõsil. 102. super primo de quo queritur. volumi. 2. allegat doct. Bart. in l. in confirmãdo. ff. de cõfir. tut. Item etiam † si haberet aliquod capitale, non tamẽ de eo debet præstare alimenta, sed de lucro ex capitali ipso proueniente, vt est tex. in l. tertia §. primo. ff. vbi pupil. edu. deb. in l. Imperator. ff. ad Trebellianum per Salic. in l. 1. C. de alim. pup. præst. per Alex. consi. 100. circa finẽ. volum. 1. sed in casu nostro quicquã probatum non fuit, neque capitulatũ de tali luero. Item ex reditibus prętãda sunt alimenta, & ita etiam dicit cõmissio facta d. Ang. Panigarolæ, nec reperitur q, † quis cõpellatur facere mercaturã de suis pecunijs, vt alat filios l. nec emere. C. de iure delib. & cũ lapsi sint decem anni, & plus, satis possunt præsumi ista cõsumptã. Quarta ratio, ex attestatione Francis. de mõte, & Aluisij biragi probatũ est, q, Paulinus dixit † graues iniurias patri, & etiã eũ verberasset, nisi ipsi impediuissent, q, causa est sufficiens ad exhęreditationẽ. §. aliud quoq; capitulũ. in princ. in authent. vt eũ de app. cogn. ergo talis causa est etiã sufficiens ad denegandũ illi alimenta. dic. l. si quis à liberis. §. idẽ iudex æstimare. vbi Bart. Quinta ratio, † in omnẽ casum tenẽtur filij operari patri, alioquin alimẽta illis nõ debẽtur. l. illis libertis. ff. de cõd. & demonst. Bar. in l. Caio. §. fin. ff. de ali. leg. Bald. Ang. Salic. in l. 1. C. de leg. Pau. Castr. in l. diuortio. in prin. ff. solut. matr. nec est probatũ aliquid per quod cõstet culpa patris, eos nõ posse, cũ eo habitare, & multa sunt necessaria circa talẽ ꝓbationẽ de quib. per Alex. consi. 100. per totũ. in 1. volum. Quoad legatũ factũ Ambros. nõ est dubiũ, quin patri debeatur vsusfructus: quia etiã si factũ esset ꝓpter mercedẽ & industriã filij, tamẽ adhuc dicitur aduentitium, vt dicit Bar. in l. si tibi decẽ millia. §. si pact. & † in aduentitijs qualiacunq; sint semper vsusfructus debetur patri, etiã si parta sint labore & industria filij, vt dicit tex. in §. 1. instit. per quas person. nob. acq. & in l. cũ oportet. C. de bon. quæ liber. & ideo casus nõ habet dubiũ, præsertim stãte etiã protestatione ipsius Ambrosij iurata: vnde † propter iuramentũ oritur obligatio, inter patrẽ & filiũ, vt dicit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussori. † nec præsumitur metus reuerẽtialis, nisi minæ probẽtur, vt per Bar. in l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quar. rer. act. non det. Quoad res patris subreptas, cũ constet de subreptione per ipsius confessionẽ iuratã corã domino Leone Bellono, nõ est dubiũ propter dolũ subtrahentiũ deferendũ esse iuramẽtũ in litem patri, respectu ꝓbationis quantitatis, secundum l. si quando. C. vnde vi. quod quidem iuramentum fuit petitum, vt apparet ex processu.

A Nec obstat, si dicatur, quod dominus Leo erat iudex incompetens, vnde † confessio coram eo facta non debet valere c. ad audientiã. extra, de iudi. præsertim stantibus literis Senatus concessis ipsi Ambrosio: quia ista exceptio tollitur per alias posteriores literas ipsius Senatus conualidantes acta, vnde non est vlterius de hoc disputandum. 9

CONSIL. XXXVII. SVMMAE.

B 1 *Bonæfidei possessori necessarias impensas deberi.*
2 *Expensæ necessariæ dicuntur illæ, quæ citra verecundiam non possunt omitti dato quod nulla obligatione, nec ciuili, nec naturali deberentur.*
3 *Pater potest legare dotem nepti naturali.*
4 *Expensa funeris fieri debet secũdum qualitatem, diuitias, seu dignitatem defuncti.*
5 *Actus incontinenti gesti vis.*
6 *Asserenti aliquid incumbit onus probandi.*
7 *Spurio iure ciuili nihil relinqui potest.*
C 8 *Confessio Patris, appellantis filium spurium legitimatum, non prodest, quia censetur in fraudem legis emanasse.*
9 *Verba enuntiatiua inter contrahens probant.*
10 *Filius qui viuente Patre fecit lucrum ex operis, suis & industria sua, non autem ex pecunia paterna, tale lucrum dicitur peculium aduentitium.*
11 *Pater potest simplici protestatione renuntiare vsufructui, quem lex illi dedit aduentitijs.*
12 *Aduentitia bona non communicari.*

D RESPONDETVR circa primum dubium Ioan. Andream teneri, nam in hæreditate patris filij instituti, erat † bonæ fidei possessores, vnde Ioan. Andreas euincens illis partem hęreditatis, tenetur ad resarciendum expensas necessarias, sicut quilibet alius tenetur versus cohæredẽ. l. planè. ff. de petit. hæred. dicunturq; † expensæ necessariæ etiam illæ, quæ citra verecundiam nõ possent omitti, dato quod nulla obligatione, nec ciuili, nec naturali deberentur, vt dicit Bart. in l. pecuniæ. in fin. ff. de alim. & cib. leg. & ideo debẽtur expensæ propter conuiuia, attenta consuetudine: idem de marosso, quod etiam iure ciuili peti potest. l. 1. & 2. ff. de proxen. & habetur in rubr. C. de sponsalib. vnde etiam tenetur ad summam additam vltra legatum testatoris, licuit enim hæredi plus expendere. l. cum in testamento. ff. de verb. signifi. imo debuerunt, quia dotes creuerãt, nec secundum conditionem suam poterant sororem minori dote maritare, & ita in simili decidit Bald. in c. cum omnes. extra, de constit. & And. Sicul. in repet. rubr. C. qui admitti. versi. 16. & versi. 23. dum commentat regulam. l. qui hominem. ff. mand. Circa secundum respondeo, Ioan. Andreã teneri, seruanda enim est voluntas patris, qui potuit legare † nepti naturali dotem. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 2. nec obstat statutum, quia non dicitur meliorata per hoc conditio domini Francisci, ex quo ipse non tenebatur ad eam dotandam. d. §. pater naturalis: vnde talis dos non esset conferenda. l. pater filiæ. ff. de euict. nec præsumitur data contemplatione filij, cum legatum sit sub nomine ipsis neptis. l. auus. vbi glo. ff. de iur. dot. & hoc maximè in dote naturalis filiæ, ad quam ipse auus non tenebatur. vt supra dictum faciunt not. in l. quæsitũ. in princ. vbi Bart. ff. de leg. 1. Circa tertiũ, debet † expensa funeris fieri secundũ qualitatem, & diuitias, seu dignitatẽ defuncti. l. & si quis. §. æquum. ff. de relig. & sump. fun. vnde

E 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

F G

si lista Vergiati exhibita est talis, & verisimile sit iudici, non est dubium, quin eius filius ad eam teneatur, pro portione sua, imo talis actio est priuilegiata. l. fin. ff. eod. Circa quartum respondetur, quod hę obligationes ponendę sunt in computis debitorum testatoris, quas constat ab eo contractas, & ideo hoc oportet probari: nec sufficeret † præsumptio resultans ex actu incontinenti gesto post mortem patris: bene talis præsumptio multū operaretur, iuxta not. in l. si vetri. §. fin. ff. de priuil. cred. sed oporteret, quòd adiuuaretur per aliquas alias probationes: puta, rationes testatoris, vel mercatorum, quibus solutum fuerit. Circa quintū difficultas est in facto, an illæ perticæ. 27. possent commodè rigari absque aquis auctis per dominū Philippum, vel non, quod autem scarpatæ fuerint pertices 27. incumbit onus † probandi ipsi Ioan. Andreæ qui hoc asserit. l. verius. ff. de probat. Circa hæreditatem d. Pauli. dubium facit: quia cum non producatur instrumentum legitimationis Hieronymi, videtur quod institutio non valeat, tanquam de † spurio cui iure ciuili nihil relinqui potest, authen. ex complexis. C. de incest. nupt. nec † confessio patris appellantis eum legitimatum, prodest: quia censetur in fraudem legis emanasse l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & ideo tali nulla debetur legitima. In contrarium in casu nostro facit, quia Ioan. Andreas per verba † enuntiatiua instrumentorum, appellauit eum legitimatum, & ei successit ex fideicommisso appositio à patre: vnde videtur approbasse, iuxta not. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. & hæc opinio, mihi videtur verior: quia cùm solum ex causa fraudis possit contraueniri instrumentis ex facultate concessa arbitro per compromissum, certè in hoc casu nō potest dici fraus, si dominus Philippus secutus est voluntatem defuncti. argum. gloss. in l. Titio fundus. de cond. & demon. non nego tamen quin casus habeat aliquam difficultatē. Quoad vltimum quæsitum casus non habet multam difficultatem, nam cum id lucrum quod fecit dominus Philippus, † viuente patre suo, non fecerit ex pecunia paterna: sed solum ex operis suis, & propria industria, tale lucrum dicitur peculium aduentitium. l. cum oportet. in principio. C. de bonis quæ lib. ibi per Bartol. vnde potest † pater simplici protestatione renuntiare vsufructui, quem lex illi dedit in aduentitijs. d. l. cùm oportet. §. fin autem res. quod non procederet in peculio profectitio, propter impedimentum patriæ potestatis. iuxta not. in l. 2. C. de inoff. donat. l. placet. ff. de acquir. hæred. & consequenter valet talis licentia, & protestatione huiusmodi acquisita communicentur fratribus, prout etiam aliàs de iure † communicari non debet, nec conferenda sunt. l. fi. C. de collat. per Bartol. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bonor.

CONSIL. XXXVIII. SVMMAE.

1 *Regulariter iudex ordinarius, est etiam iudex in articulo, & maximè si sua sit iurisdictio.*
2 *Iudex electus de consensu partium ad diffinitionem tantùm, non autem ad articulos incidentes, de eis se non potest intromittere.*
3 *Compromitti posse de causa impediente certamen.*
4 *Non licet pendente articulo præiudiciali procedere.*
5 *Duelli causam legibus dirimi.*
6 *Consuetudo non ampliùs operatur, quàm prout est inducta, nec in ea locus est extensioni de vno casu ad alium.*
7 *Exceptio litis ingressum impedientis, prius cognosci debet, nisi haberet in se præsumptam malitiam, quia tunc iudex ad vlteriora procedere potest.*
8 *Consuetudo procedendi contra contumacem non debet extendi, quando obijcitur exceptio præiudicialis, quia cōtumacia in electione respectu principalis certaminis, non debet operari respectu articuli præiudicialis.*
9 *Militum contentiones iuregentium explicari.*
10 *Non est prouocandum ad certamen, nisi ex magna causa.*
11 *In iudicio criminali priùs solēt iudices cognoscere de principali, deinde de mandatoribus.*
12 *Vbi iudicium est nullum, ibi nulla est contumacia.*

SVPERIORIBVS diebus respondi circa merita controuersiæ vertentis inter illustriss. do. Fabricium & d. Cæsarem, & cōclusi nō teneri do. Fabr. ad pugnandum secundum consuetudinem vulgarem militum. Nuperrimè autem vidit multa adduci pro do. Cæsare ad iustificandam sententiam Senensem, latam in cōtumaciam, quę licet diffuso sermone sint composita: tamen non habent difficilem resolutionē, & quæ paucis verbis possit explicari, reducam itaque rem omnem ad duos articulos, quorū decisio facilè declarabit iustissimam esse do. Fabricij detrectationem. Primus articulus, nunquid iudex campi, seu principalis controuersiæ & certaminis, sit etiam iudex quæstionis incidentis, quādo prouocatus allegat habere se exceptionem præiudicialem, vel impedientem certaminis ingressum. In quo articulo distinguendi videtur tres casus. Primus est, cum iste iudex aliàs esset ordinarius ipsarum partium: puta, Imperator, vel eius locum tenens, & cum vterq; sit Neapolitanus, & de iurisdictione Cæsaris, non est dubium si ipse esset aditus pro duello, quin etiam deberet cognoscere super exceptionibus: † quia regulariter iudex ordinarius est etiam iudex in articulo, & maximè an sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. l. quoties. C. de iud. Secundus est casus, in iudice electo per partes de communi consensu. & tunc perpēdenda sunt verba consensus, quia talis habet eam iurisdictionem quam consensu suo partes illi tribuerunt: vnde si est † electus tantum ad diffinitionem, non autem ad articulos incidentes, de eis se non intromittet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arb. sed eligūtur alij qui cognoscant super articulo, secundum doct. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. vbi stante statuto, quod causæ compromittantur, debebit fieri compromissum etiam de articulo incidenti, an causa sit compromissibilis: priusquam compromittatur super principali, & isti duo casus non sunt pūtis speculationis, nec faciunt ad quæstionem nostram, licet diffusè & confusè per aduocatos aduersantes sint inculcatę. Tertius est casus † noster, quando non sumus coram nostro ordinario iudice, nec etiam cōsensimus adhuc in alium iudicem campi, sed dicimus quod antequā vltra progrediamur volumus cognosci super exceptione impediente certaminis ingressum quis debeat cognoscere? & non iudex campi, quia adhuc non est electus, & quia eligendo fieret præiudicium exceptioni, tanquam esset ad vlteriora progressum. l. à procedente. C. de dilect. quid ergo faciendum hoc casu? & proditum est duplex remedium, primum, quod adeatur iudex vtriusque partis, prout in casu nostro Imperator, vel eius locum tenēs, quod etiam est factum, vt apparet ex appellatione per procuratorē do. Fabricij interposita, &

& istud remedium nō habet vllam difficultatem. A
Alterum est remedium, quòd eligantur duo arbitri iuris, qui cognoscant circa talem articulum, & etiā falsum est, quia do. Fabr. semper obtulit se stare tutū iudicio duorū equitum eligendorū, &c. quæ oblatio videtur mihi cōsentanea, & iuri nostro, & sensui naturali, & consequēter obseruanda, in ijs controuersijs militaribus, & probatur primo ex no. per doc. in d. l. si quis in cōscribēdo. vbi cōmittitur de articulo, antequā deueniatur ad causā principalē & tradit Pe. de Anc. consi. 77. Secundò B
ex no. in l. arbitrio. ff. qui sa. cog. in l. fi. ff. à quibus app. vbi quotiescūq; adest aliquis articulus incidens, puta probandi fideiussores, dantur arbitri à partibus ex auctoritate tamē iudicis. Tertiò, quia etiam quādo dubitatur de iurisdictione, vel quia delegati allegantur suspecti, secundū ius canonicum dantur arbitri iuris qui cognoscant super tali articulo, vt est tex. in c. ab arbitris. de offic. deleg. libro 6. & habetur in l. fi. C. de iudic. merito ergo etiā in casu nostro probabile fuit hoc remedium, C
vt articulus cōmitteretur duobus equitibus, nec licuit † interim pendente articulo præiudiciali, istis decem viris Senēsibus, procedere ad vlteriora l. 2. C. de ord. iud. maximè, vt dixi, cùm adhuc electi non essent, nec etiam possent in contumaciā elegi, cum nulla adhuc esset contumacia. Nec me
3 mouet, quod ista † procedant, secundum dispositiones legum, nostra autem quęstio versatur circa duellum, in quo non videntur obseruandæ leges: vnde multa exempla possunt reperiri in quibus D
aliter statuitur in hac materia duelli, quam per leges sit cautum. Nam respondeo, quod vbi consuetudo esset in contrarium, satis credendum esset cō suetudinem potius attendendam. l. 2. C. quæ sit lon. consue. vbi doct. sed cessante cōsuetudine ad rationem naturalem semper recurrendum est, super qua se fundant leges: cum enim ratio naturalis secundum captum humanum quandoque sit diuersa, & plerique non tam ratione naturali quā phantasia agantur, necessarium fuit ad leges recur E
rere quæ à sapientissimis sunt latæ, & iudicio omnis seculi approbatæ. Si ergo consuetudo præualuisset, quod obiecta exceptione impeditiua litis ingressum, vel alias prejudiciali, nihilomin⁹ iudex deinde in contumaciam electus posit procedere, vtique locus esset suprascriptos argumēto, sed ego non arbitror talem consuetudinem vnquam inualuisse, nec probari posse: & si qui cucurrerunt in campum absente aduersario, non ideo dicuntur obtinuisse, & forte in casibus allegatis non obijciebatur exceptio impeditiua litis F
ingressum seu præiudicialis. vel dominus campi, de consensu communi erat electus, vel erat communis dominus, vel alias in casu licito hoc fecit, in casu autem nostro non videtur extare consuetudo aliqua, ideo non est recedendum à dispositione legis: quia † consuetudo non ampliùs ope-
6 ratur, quam prout est inducta, nec in ea locus est extensioni de vno casu ad alium, secundum Bartolum in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere, a- G
ctuq; ptiua. per Dec. consi. 72. & 149. cum similibus, quod maximè est dicendum in hac consuetudine duelli prohibiti per leges, & canones, vt omnes fatentur, & satis est consuetudinem hanc omni iure improbatam, in suis terminis relinquere, quando non est discordia inter partes respectu articuli, non autem debemus eam extendere ad casus ab ea non prouisos: standum ergo fuit regulæ iuris fundatæ, in optimo consensu naturali,

& approbatæ, tam per leges ciuiles, quàm canonicas, vt prius cognosceretur super articulo præiudiciali, quod tamen intelligunt doctores, nisi talis exceptio † haberet in se præsumptam malitiam: quia tunc potest iudex ad vlteriora procedere, secundum Bart. & alios, in l. nam postea. ff. de iurejur. Felin. c. cùm contingat. extra, de offi. dele. quæ limitatiò non potest habere locum in casu nostro: tū quia decem viri Senēses adhuc nō erant iudices, nec in eis fuerat cōsensum: tum quia præsumptio malitiæ videtur potiùs ex parte domini Cęsaris, qui omisso principali quē erat certū sibi intulisse iniuriā, infestauit Dom. Fabricium, quē nō cōstabat quicquā de hac re sciuisse. Et videtur hoc fecisse causa euitandi certaminis cū principali, quem fortè magis formidabat. Et experiendi cùm do. Fab. quem sciebat infirmum, & epilepticum, & ecclesiasticum, cum etiam, quia hæc † con 8
suetudo procedendi, contra contumacē non debet extendi, quando obijcitur exceptio prejudicialis: quia contumacia in electione respectu principalis certaminis, non debet operari respectu articuli præiudicialis. arg. l. generaliter. §. 1. vbi doc. C. de reb. cred. & quæ habentur in c. consuluit. de off. deleg. in c. 2. de dolo & contuma. lib. 6. & facit quod habetur in c. si duob. de appel. vbi Fel. Nec obstat quod dispositiones legum non videntur allegabiles in hac materiā duelli, respondeo, suprà satis esse responsum, & Bar. in l. neq; enim. ff. de test. mili. dare doctrinam † communiter approba 9
tā quod cū militibus attenditur ius gentium, & equitas naturalis, omisso rigore iuris ciuilis, vnde cum suprascripta procedant secūdum verum sensum naturalem, non est dubitandum quin inter personas militares debeāt obseruari. Et licet multa alia adducantur in allegationibus contrarijs, tamen tolluntur omnia per suprascriptas rationes, nec indigent alia particulari responsione. Secundus articulus, an ex omni causa licitum sit prouocare ad certamen, & communiter concluditur quod non: sed oportet id † fieri solum ex magna 10
causa: & laudatur factum regis Angliæ, qui delusit quōsdam decertare volentes de insigni capitis bubuli, vt dixi in libello de singulari certamine. c. 8. & ideo, si do. Cæsar voluit decertare debuit exprimere in chartula causam iustam: quia illa verba, *Per creatum tuum me assalijsti*, sunt dubia, & incerta: potuit enim esse talis species assaltus adeò leuis, & ab iniuria aliena, vt non meruerit super eo cōcedi duellum, debuit etiam exprimi nomen creati? quia posset esse talis persona, quæ ipsa admitteretur ad certamen, & tanquam principalis deberet præferri in duello ipsi do. Fabr. sicut enim † 11
in iudicio cirminali prius solent iudices cognoscere de principali, deinde de mandatoribus. l. non ideo. C. de accu. vbi Bald. ita videtur in hoc casu dicendum, subest enim magna æquitas vt cum eo prius pugnetur, quem constat principaliter intulisse iniuriam quam vt venemur res incertas, & ex coniectura velimus eos prouocare, qui fortè omni culpa carent: verum quia circa hunc articulum aliàs plura conscripsi, in præsentia non existimaui vlteriùs insistendum. Et ex ijs infertur illam sententiam decem virorum Senensium ipso iure esse nullā, ex defectu iurisdictionis, & † vbi iudicium est nullum, vbi nullam esse con- 12
tumaciam. l. filius. ff. de interroga. act. Fe. cap. ex tenore. de rescript. Et ideo saluum, illibatumque inter equites esse honorem illustriss. dom. Fabri. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

BIU Cujas

CONSIL. SVMMAE.

1 Collectæ cum imponantur personæ pro rebus, debent imponi in foro personæ, non autem vbi sunt res.
2 Consuetudo cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij.
3 Solutiones in diuersis locis faciendæ, & particulariter censentur onerosiores, non solum soluenti, sed etiam exigenti, quam si fierent vno in loco.
4 Malitijs hominum indulgendum non est.
5 Illi quorum non interest, non debent audiri.
6 Statutum loquens in personam, non cõprehendit forenses.
7 Qui vult obtinere in hypotheca, oportet vt probet rem fuisse in bonis debitoris tempore contractus, & postea, secus si solum ante fuisset.
8 Existens in quasi possessione, transfert onus probandi cõtrarium in aduersarium.
9 Statuentes non possunt derogare legi superioris.
10 Confirmatio generalis statutorum, facta per Principem, nõ trahitur ad correctionem legis, ab ipso Principe factæ.
11 Testis qui indefinitè perhibet testimonium, non probat.
12 Dictum illud, quod standum sit Doctori attestanti de cõsuetudine, non est verum.
13 Extra Territorium Iudici impunè non paretur.
14 Dictio, Ciuitas quid.
15 Reseriptũ Principis intelligitur secundum terminos iuris.
16 Mens Cæsaris nõ est auferre ius tertij, nec ipsarũ partium.
17 Vna met res diuerso iure censere non debet.
18 Inter limitare & corrigere discrimen.
19 Põtifex potest præcepta Christi limitare, nõ aũt corrigere.
20 Limitationis virtus.

D

EST fundata interio ciuium Mediolanẽsiũ possidentiũ bona in territorijs aliarum terrarũ ducatus. Primo ex iure cõmuni: quia cũ † collectæ, de quibus agitur imponantur personæ pro rebus debent imponi, in foro personæ, non autem vbi sunt res: cum in loco rerum sint forenses, quibus non possunt imponi talia onera, vt est tex. in l. reseripto. §. sciendum. ff. de mun. & bon. vbi Bartol. & tradunt Doctor. in l. 4. §. si actor. ff. de re iudi. per Decium consil. ccclvij. cum similib. idẽ tex. ad l. munerũ. §. patrimoniorum. ff. de mun. & bo. Rursus fundata est, ex decretis & constitutionibus veterũ principum maximè Archiepiscopi, Ioannis, qui cum varia fuisset obseruatio huius rei, & lis diu vertisset de hoc cum communitate Laudensi, tandem re diligenter cum peritis viris considerata, fecit decretum generale, quòd Mediolanenses non tenerentur subire munera cum Laudensibus pro possessionibus quas habebant in agro Laudensi: sed soluerent collectę Mediolani, & ita ab eo tempore fuit obseruatum. Item fundata est ex consuetudine † ante hominum memoriam, quæ habet vim priuilegij, iuxta text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. in capit. super quibusdam. §. Præterea. de verbo. signific. quæ consuetudo inualuit supra centum & quinquaginta annos post dicta decreta Principum intelligendo, tamen respectu munerum, quæ imponuntur personæ pro rebus, prout sunt istę collectæ. Licet aliud sit respectu munerũ merere alium, vt sunt taxę equotũ, & tributa, & similia: de quibus per Bar. in d. l. reseripto. §. fi. & tradunt oẽs maxime repetentes in l. placet. C. de sacrosanc. eccles. & ideò in decretis veteribus est cautum, quod forenses vsque ad nouam reformationem æstimi soluant in loco ipsius æstimi: quia præsupponunt, quod in nouo æstimo qui libet reducatur ad forum domicilij sui, & nouisi me in æstimo facto anno 1524. hoc fuit obseruatum & quotidie Senatus ita iudicabat, & meminit, me existente aduocato, per ordinationem Senatus excluſos fuisse Papienses, ne inferrent Gregorium de Aretio, qui in nouo æstimo de Papiensi translatus fuerat ad Mediolanensem, & sunt huius rei infinita exempla. Denique fundatur etiam ratione naturali ne aliquis infestetur in tot locis, & conuenientius est quod in foro domicilij contribuant, quidem magis principale, iuxta glos. in Cle. 1. verb. subdiros. de for. compet. quam quod camera fiscalis eum conueniat in diuersis locis in vna ciuitate, pro alijs in alia, cum huiusmodi solutiones † particulares censeatur onerosiores, nõ solùm soluenti: sed etiam exigenti. l. cum hi. §. causæ. vers. si alibi domicilium. ff. de transact. & quod habetur in l. tutor. §. Lucius. ff. de. vsurpat. Tandem & illud considerandum est, quod † malitijs hominum indulgendum non est, iuxta l. in fundo, de rei vẽdic. cum enim istæ communitatis exonerẽtur de æstimo suo, & ratione forensiũ augeatur æstimum domicilij, iam apparet quod nihil eorum interest: cum non subeant ipsi pro bonis forensium tale onus † vnde tanquam eorum non interes, non debent audiri. l. non ignorat. C. qui accus. non poss. l. posthumus. §. vbi Doctor. ff. de inoffi. testa. & videntur ipsi hoc facere, vt possint onerare ipsos forenses, & suam sarcinam ad eos transferre, iuxta l. 1. C. de censit. lib. 11. Et certè cum ipsi habeant aliquos ciues si suos possidentes bona in agro Mediolanensi, qui tamen onera subeunt in patria sua, non debent hoc à Mediolanensibus petere, cuius contrarium in ciuilibus suis seruari vellent. l. penul. C. de solut. Nec eos adiuuant ea, quę subtiliter in motiuis sunt contra Mediolanenses allegata: & in primis dum limitetur communis conclusio posita in d. l. reseripto. §. fi. non habere locum, nisi in ciuitatibus in quorũ territorijs bona sita sunt adessent statuta, quod omnia bona essent obnoxia pro collectis, & alijs oneribus, secũdum Bart. l. vnica. C. de mul. & in quo loc. Alex. consi. 101. in 1. cum similib. Respõdeo istud in facto versari an habeant ista statuta, & cùm peruoluissem statuta Parisiensium nõ reperi tale statutum. Item si adesset, oporteret aduertere quemadmodum sint concepta verba statuti. Si enim in † personam loqueretur non comprehenderetur forensis, secundum Bart. in l. 1. C. de sum. Trini. & fide cathol. Ruy. consi. cxcv. in 2. Idem si diceret, quod bona ciuium essent obligata, &c. secundum Pract. Pap. in forma libelli. act. hyp. vers. sub eadẽ. Secundo respondeo, quod statutum non operaretur, respectu nisi bonorum futurorum, id est, quæ tempore statuti essent in dominio illius communitatis, non autem, eorũ quæ iam anteà exissent de communitate, & pertinerent ad forenses vt sentit Bartol. in d. l. reseripto. §. fin. & hoc est secundum regulas iuris: quia † qui vult obtinere in hypotheca, oportet vt probet rẽ fuisse in bonis debitoris tempore cõtractus & postea: secus, si solum ante fuisset. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. ff. de pign. l. 1. princ. de pign. act. l. fin. C. quæ res pign. oblig. Ergo idem in casu nostro: non enim potest ciuitas hypothecare bona, quæ amplius sua non sunt. & istud onus probandi pertinet ad ciuitatem, sicut in supraserpto exemplo pertinet ad creditorem prætendentem hypothecam. d. §. quod dicitur. d. l. ff. cum similibus. Et maxime cum Mediolanenses † sint in ista quasi possessione, quæ trasfert onus probandi in aduersarium,

uersarium l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vendi. & quia ista possessio est antiquissima, & supra hominum memoriam vnde præsumitur antiquior ipso statuto, vt consuluit Rapha. Com. quod consilium refert, & sequitur Soci. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. Tertio respondeo, quod si quæ sunt de hoc statuta censentur limitari per constitutiones Principum & præsertim Archiepiscopi Ioannis, de quibus supra dixi: quia non possunt † statuentes derogare legi superioris. c. fi. duobus. §. fi. extra, de appella. vbi omnes not. & in c. ecclesia S. Mariæ, extra, de constit. & † confirmatio generalis statutorum facta per Principem nō traheretur ad correctionem legis ab ipso Principe factæ. l. doli clausula. ubi Docto. de verb. oblig. l. legata inutiliter, vbi Ias. ff. de leg. 1. Bart. l. si quis sub. ff. de cond. instit. Quartò respondeo, quod ciuitates possent prætendere, stante tali statuto hanc hypothecam contra Mediolanenses si ipsi soluerent pro Mediolanensibus, sed cum defalcatum sit æstimum ipsorum respectu bonorū, quæ possidentur à Mediolanensibus iam eorū nihil interest, nec possunt prætendere hypothecam vbi debitum principale nullum subest. l. soluit. §. pen. l. seq. ff. quib. mod. pign. l. Labeo. ff. de pact. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Non obstat aliud monuum, dum secundo loco limitatur suprascripta conclusio, vt non procedat, stante in contrarium consuetudine, quæ cōsuetudo videtur generalis per Italiam, vt etiam forenses allibrentur in loco bonorū secundum Bart. in d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco. vbi etiam Ang. per Bald. l. etiam. C. de exec. rei iudic. Alex. consil. ccx. in ij. lij. in v. respondeo magis specialis apud nos consuetudo in statu Mediolani est in contrarium, quæ probatur per constitutiones Principū, per æstima retro factæ, & quia ipsi aduersantes fatentur quod Mediolanenses nec nunc, nec olim soluerūt, licet dicat, quod hoc fuerit per potentiā q. est falsum. & etiam si esset verum, satis eorū confessione apparet talem consuetudinem, non esse introductam. Secūdo dico, quod imo consuetudo stat in contrarium, & assistit, iuri communi, & certiores probationes: sunt pro parte Mediolanensium. Tertiò respondeo, quod attestatio suprà dictorum D. doctor. nō probat hanc consuetudinē, quę est facti, & Doctores sunt testes earum rerum, quæ sunt iuris, nō autem quæ consistunt in facto, maximè cum indifinite loquantur de ciuitatibus Italiæ, vnde sicut † testis, qui indifinite perhibet testimonium non probat secun. Inn. & Abb. in c. audiris. extra, de præscript. vbi etiam Feli. Pet. de Anch. & Imol. in c. quanto. extra, de ijs, quæ fiunt à prælat. Alexan. consilio cx. in j. & alibi sæpè ita, qui indifinite dicit in Italia, non probat, respectu particularis ciuitatis: cùm non sint iurati, nec possint probabilem rationem dicti sui afferre. Quartò respondeo, quod illud vulgare dictum, quo dicitur, standum † esse doctori attestanti de consuetudine, &c. non est verum etiamsi essent plures Docto. secundum Alexand. in l. post dotem. ff. sol. matr. per rationem, de qua ibi per eum, & in terminis nostris per Aret. consilio cxxxij. inci. in causa quæ vertitur inter homines. versic. secunda quod admitteretur, & illud dictum etiam reprobat Ias. in l. de quibus. ff. de legib. vbi alleg. Bald. Imol. & alios idem tenentes. Et certè in casu nostro nō est opus recurrere ad has ambages. quia ex parte Mediol. probata est consuetudo conformis iuri communi, & contraria huic limitationi. vt suprà dixi. Non obst. rursus dum dicitur, quod ipsæ ciuitates non fuerunt citatæ ad confectionem æstimi Mediolanen. & quod etiam ipsæ habet Mediolanenses, quamuis forenses, in suo æstimo. & quod debent collectæ eis solui, non autem Mediolanensibus: quia † extra territorium iudici impunè non iuparetur. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. Bar. in d. l. 1. C. de mul. & in quo loco. Parpal. in l. placet. C. de sacro. sanct. eccles. respondeo ista † dictio *ciuitatum*, est satis confusa: & rectè intellecta, nihil obstat Mediolanensibus. & sciendum est iure debere ciuē in loco domicilij collectari etiam pro bonis extra territorium. quia (vt dictum) hæc onera imponuntur personę principaliter pro rebus ipsis, vt dicitur in d. l. rescripto. §. fin. & in l. munerum. §. patrimoniorum. & not. in rubr. C. de munen. patr. lib. 10. & per d. Ruin. in d. consilio cxcv. in prin. & ideò non debent de hoc ciuitates conqueri, cùm certissimum sit. quod Mediolanenses subeant dicta onera Mediolani, non autem transeunt immunes. Et istud est certum ex æstimo facto anno 1524. & alijs æstimis prioribus. ne opus fuit in hoc citare alias ciuitates, quarum ius non lædit̄ur in oneribus merè ratibus. in collectis verò nullum ius habent. Et ideò si aliæ ciuitates habent dicta bona in æstimo suo. istud est propter onera realia, sicut sunt taxæ equorum, hospitationes, pontes, vt similia quæ soluantur in loco, vbi sunt res ipsæ vt dicunt docti. in d. l. placet. & in d. l. 1. & ita procedit text. in l. forma. ff. de cens. collectæ verò solui debent vbi est domicilium personæ. Non obstat, quod istæ collectæ videantur esse munera realia, quia indictio earum quando fit, à Cęsarea maiestate onerat locum dicendo, quod exigatur à statu Mediolani talis summa: vnde non videntur onerari personæ, sed res ipsæ, & possessiones status secundum Alb. de Ros. in rubr. ff. de mun. & hono. versi. considerari tamen. respondeo illa verba, *exigantur à statu Mediolani*, intelliguntur non à possessionibus, vel à rebus inanimatis, sed ab ipsis hominibus status, qui homines exiguntur pro realibus in loco rerū, pro personalibus, vel collectis in loco domicilij secundum terminos iuris, de quibus in d. l. j. & d. l. rescripto. §. fi. & † rescriptū principis intelligitur secundū terminos iuris. l. vt gradatim. ff. de mun. & bon. l. 1. ad muni. & Alb. loquitur quando onus est impositū reitantū, vt teneantur omnes possessores, etiam non subditi imponenti: quæstio verò nostra loquitur, quando omnes sunt subditi, tam vnius ciuitatis, quā alterius tunc verisimilè est velle Cæsaream maiestatem, quòd soluant prout de iure, in loco quo soluere debent: quia † mens Cæsaris non est auferre ius tertij, nec ipsarum partiū. l. j. l. pen. C. de precib. Imp. offer. Non obstat, quod anno 1524. citra, dictæ ciuitates collectauerint ipsos Mediolanenses, quod non videtur ex alia contigisse. nisi propter consuetudinem collectandi forenses, quia respondeo, quòd imo ex alio contigit, nempe ex decretis, & constitutionibus veteribus principū, quibus cauetur quod emptores soluant collectas, & subeant onera vsq; ad nouam reformationem ęstimi, & ratio dictorum decretorum est, quia emptores, cùm non essent in æstimo anni 1524. non fuissent collectati in loco domicilij, in loco verò bonorum minùs fuissent: quia forenses. d. l. rescripto. §. fin. meritò oportuit prouidere, quod saltem vsq; ad nouā reformationem soluerent in loco bonorum, & istud arg. satis concludit, pro Mediolanensibus & iudicat manifestam calumniam aduersantium: quia si in loco bonorum propter consuetudinem potuissent

collectari, frustra fuisset prouisum per dicta decreta: quæ manifestè volunt quod post nouam reformationem amplius non collectentur in loco bonorum, sed in loco domicilij. Non obstat, quod in præsenti solum tractetur de æstimandis territorijs singularũ ciuitatum, vt cognoscatur quænam portio onerum subeundorum spectet cuilibet ciuitati, considerato valore sui territorij: nec sit lis aliqua inter ciuitates, & particulares possessores bonorũ, &c. respondeo, quod cùm agatur de considerando valore territorij, non debet imputari pars possessa per forenses, ex quo ciuitas eos grauare non potest, sed debet illa pars possessa imputari territorio possessorũ: quantum sit respectu collectarum, vt hactenus semper est factũ: quantum verò sit respectu onerum merè realium, secùs est vt suprà dixi. d. l. forma. ff. de censibus. d. §. munerum. Et debent domini iudices meminisse istius motiui, & in sententia sua expressè reseruare ius priuatorum possessorum, ne sententia inter istas communitates lata illis præiudicet. maximè cum multi ex istis possessoribus sint, qui particularibus rationibus non possunt in loco bonorum collectari, vt quia dicta bona per inuestituras feudales sint separata à communitatibus ciuitatum: vel quia sint iuris ecclesiastici: & ab ecclesia recognoscantur citra vllam prorsus superioritatem ciuitatis, vel quia prouenerint ex donationibus principum cum clausula quod talia bona habeant eandem immunitatem, ac si possiderentur ab ipso principe: vel qua alia ratione sint omnimodò exempta à dicto communi. & ideo in omnem casum reseruandum est tale eius priuatis & (vt dixi) non debet hoc excidere de memoria dominorum iudicum. Non obstat, quod cum onera merè realia subeantur in loco bonorum, videtur inconueniens, quod ista quæ imponuntur personæ pro rebus, soluantur in loco domicilij, & sic fiant duo
17 æstima, & † vnamet res diuerso iure censeatur. l. eũ qui ædes. ff. de vsucap. Respondeo istud est ponere os in cœlum, & arguere legislatorem de insufficientia contra c. ne innitaris. extra, de constitut. quamuis etiam lex communis fundata sit magna æquitate, quæ non permittit forenses in istis collectis inquietari à ciuibus, qui proculdubio eos onerarent immodicè & cogerent ad ferendũ onera, quæ ipsi nec digito vellent contingere, vt in Euangelio dicitur, quod maximè in ista lite apparet: cum enim ipsi proportione Mediolanensium non grauentur, & sic nihil eorum interfit: tamen conspirant contra eos: vt possint omnem onerum sarcinam ad illos transferre aduersus. l. i. C. de cens. lib. xi. Subest etiam illa ratio: quòd cum in loco domicilij Cęsareus fiscus propter istas collectas auxerit vectigalia vt soluantur 50. solidi pro modio farinæ, quod antiquitùs erat iustum pretium ipsius farinæ, & sic tantum Mediolanensibus auferat fiscus, quantum det natura, & agrorũ productio: iniquum esset, quòd duplici onere isti ciues grauarentur soluendo tantam molituram. Prętera etiam in loco bonorũ contribuendo cum ciuitatibus, aliàs oporteret, quòd fiscus istos Mediolanenses possessores in agro ciuitatum releuaret ab istis vectigalibus, quæ Mediolani soluuntur, & in alijs ciuitatibus non soluũtur, quæ esset magna confusio. Non obstant, q, teneant Mediolani exonerare ciuitates, quatenus ascenderet valor bonorũ possessorum, & in hoc fieret beneficium illis solis particularibus, qui in effectu pro illis bonis nihil soluerent, prout hactenus videtur factum; nam respondeo agendæ sunt gratiæ istis aduersantibus qui admonuerunt ciuitatem ne sinat hoc beneficium particularibus. Sed profectò non oportet docere Luscinias, vt cantent, etenim à seipsis exactores Mediolanenses sunt satis periti, ne sinant aliquem de tributis suis elabi, siue possideat in suo territorio, siue in alieno, cum ius indicendi collectas etiam in alieno ad eos pertineat, vt suprà est visum, & molitura, & bulletini, & cęteręin dictiones Mediolanensibus imponuntur, habito respectu ad vniuersum patrimoniũ quocunq; in loco illud habeant. & ciuitates aduersantes solũ debent curare, vt ipsę reseruentur pro dicta parte æstimi, quantũ sit ad collectas, non autem debent aduersus vetus prouerbiũ ignem gladio fodere. Nõ obstat q, huiusmodi bona nõ videantur reportanda ad æstimum Mediolani, vbi pro ipsis bonis nihil soluitur, & quòd ex hoc sequeretur desolatio aliarum ciuitatum: quia multi derelinquerent proprium domiciliũ, & venirent ad habitandũ in ciuitatẽ Mediolani, &c. Respondeo, quod imo soluitur pro illis bonis Mediolani & plusquam solueretur in dictis ciuitatibus, quòd indicant macina, & bulletini, & mille nomina exactionũ, quæ quotidie Mediolani inueniunt. Et valde abusiua est illa ratio, quod sequatur desolatio aliarũ ciuitatum: quia multi derelinquerẽt propriũ domiciliũ. respondeo, nónne ciuitas potest retrahere ciuem suũ iuxta l. i. §. i. & quæ ibi habẽtur. ff. de rei vend. Item cũ iste recedens nihilominùs remaneat originarius, & nõ sit forensis, nónne potest in patria collectari, nec pro talibus litigat ciuitas Mediolanensis, sed pro naturalibus & antiquis ciuibus suis. Non obstat vltimo quod Cæsarea maiestas die 13. Maij expressè dixerit, quod de iustitia, æquitate, & conscientia est, quod bona æstimentur in loco, vbi sita sunt. vnde quis ausit dicere contrarium: respondeo aliud est limitare, aliud † corrige- 18
re, & lex euangelica, itẽq; † præcepta Christi pos- 19
sunt à Pontifice limitari: licet nõ corrigi, vt dicitur in c. i. extra, de const. sit ergo vera regula posita in literis Cæsareis cum limitatione tamen in oneribus, quę personæ, causa rerum imponuntur, d. l. rescripto. §. fi. quæ limitatio propriè ptinet ad æquitatem, & conscientiã, quia regula est ius ipsum, limitatio † est bonum, & ęquum, per quod rigor re- 10
gulæ temperatur. l. i. C. de legib. vbi doct. declarat Arist. li. 5. Ethicorum, refert, & sequitur Gul. Budæus. in l. i. ff. de iust. & iur. Præterea respondeo, q, super illis literis non est faciendũ fundamentum quę emanauerunt ad falsam supplicationẽ partis, quæ persuasit Cęsari ita esse de iure, quod nõ erat: & ideo Cæsarea maiestas eas literas reduxit ad terminos iuris. Et certè cum ex erectione senatus maiestas sua nolit literas iustitię interinari à Senatu, & illæ nõ fuerint interinarũ, non potest super eis fieri fundamentũ cum Senatus in rẽ tã ardua, & tam cõtentiosa lite ciuitatũ habitus fuit neglectui, ad petitionẽ harũ ciuitatũ Saragentiũ, decipere Cæsaream maiestatem, & verentiũ ne Senatus earum calumniam reijceret & detegeret. Et certè qui persuaserunt hoc ciuitatibus, deberent nõ mediocriter puniri, quorũ cõsilio hęc lis adeò iniqua est suscepta. vt ipsi haberẽt occasionẽ hoc nomine collectandi miseros rusticos, & mensurandi ter, & quater territoria, & cõuiuandi expensis villarum sub prętextu boni publici, cũ ipsi se ditaret, & pauperes agricolas expilarent, quod scio à Laudensibus quibusdã factũ: cũ ipsi in Laudensi agro bona possideãt. Et hæc oia saluo semp saniore iudicio.

CONS.

CONSILII XL. SVMMÆ.

1 Prouocatio conditionalis non obligat.
2 In materia Duelli qui conditionaliter intendit absq; vllo dedecore, tanquam inepte agentem negligi posse.
3 Qui in certamen singulare descendere vult, nõ nisi ex certa causa moueri debet.
4 In iudicialibus litibus intendens disiunctim, vel sub conditione, non auditur.
5 In re dubia contra scribentem fit interpretatio.
6 Sibi imputet qui clarè & specialiter, & purè non est locutus.
7 Maior est iniuria quæ specialiter irrogatur, quàm quæ sub quadam generalitate fieret.
8 In iudicio ciuili non admittitur petitio incerta, parte opponente.
9 Duellum introductum est ad similitudinem iudiciorum.
10 De ijs quæ ab animo pendent, negatio alterius nihil facit, sed in totum statur assertioni protestantis.
11 Duellum est species probationis, & tũc fit cum de re incerta agitur.
12 Duellum ex causis differri.
13 Semper causa præiudicialis prius expedienda.
14 Semper conditio est prius adimplenda.
15 Quis ab vno prouocatus, non potest alium interim prouocare, quoniam donec priori controuersiæ impositus sit finis, aliam nouam incipere non decet.
16 Chartula habens horam, est præferenda non habenti, licet ambæ eodem die affixæ fuerint.
17 Nimia cautela plerunq; arguit dolum.
18 Vna præsumptio aliam tollit.
19 Duces exercituum prouocari ad duellum non possunt, quia non debent sibi magistratus demandatam prouinciam in casum dare, nec suæ fidei mandatum munus deferre.
20 Is prouocator est, qui alteri crimen obijcit.
21 Fraudem legi fieri, non est ferendum.
22 Aduersus exceptionem doli, non admittitur doli replicatio.
23 Aduersus actorem doli, admittitur doli exceptio.

PROVOCATORIAE chartulæ per Comitem Hug. ad illustrem Comitem Galeotum trasmissæ, verba tres habent mentitiones. Prima est. *Nicolaus Luscus vestro nomine mihi exposuit, quod vos dicitis bannum per me factum, ne subditi mei cum aliquo principe militent, sola hac causa factum fuisse, ne pro defensione vestra militent, & vt facerem vobis rem ingratam. Vnde dico quod quoties ita dixeritis quod mentimini, &c.* Et circa hoc primum caput videtur mihi rem esse clara, & non subesse causam pugnandi: quia chartula est conditionalis. *si dixeritis, &c.* Bart. l. 1. de condit. & demonst. quod ob hanc solam causam, &c. Prouocatio autem conditionalis non obligat, quia † in hac materia duelli illud traditum est eum, qui conditionaliter † intendit, absque vllo dedecore tanquam inepte agentem negligi posse: quia qui in id certamen † descendere vult, non nisi ex certa causa moueri debet. l. prætor edixit. ff. de iniur. Quo fit, vt etiam † in iudicialibus litibus disiunctim, vel sub conditione intendens, non auditur. §. qui illud, vbi Alexand. & Mod. ff. de verb. obl. Nec refert, an conditio expressim adiecta querelæ fuerit, an probabiliter propter ambiguitatem verborum dubitari de eo possit † in re enim dubia contra scribentem fit interpretatio. c. in presentia. extra, de probat. l. non hoc. C. vnde legit. quia † sibi imputet, qui clare, & specialiter, & pure non sit loquutus. arg. l. veteribus. ff. de pact. Cùm ergo non constet, nec sit verum, quod Comes Galeotus prouocatus dixerit proclamationes illas sua tantum causa factas fuisse, apparet non euenisse conditionem dictæ prouocationis, maximè cum etiam hoc non sit verisimile quod præfatus Co. Galeotus dixerit cum enim verba banni essent generalia, ne quis cum aliquo principe militet, comprehendebant non solum hunc prouocatum, sed quemcunque alium. Vnde non est verisimile quod prouocatus ad se solum id artauerit: cùm si de solo bannum loqueretur atrocior fuisset iniuria: quia † maior est iniuria, quæ specialiter irrogatur, quam quæ sub quadam generalitate fieret. l. ijs verbis. §. 1. vbi Imol. & alij not. ff. de hæred. institut. Quæ res etiam ex eo clarius apparet, quod ipse Nicolaus negat se ita retulisse, & hoc sufficeret ad excusationem Comitis Galeoti prouocati, etiamsi Nicolaus hoc nomine propriam querelam non intendisset, transmissa ad comitem chartula, de qua mox dicetur. Secunda est mentitio, dum subijcitur, *Et tam de hac re, quam qualibet alia, quàm dixisset is, vel est is dicturi aduersus honorem meum, &c.* Est enim hæc intentio, seu querela etiam ipsa incerta & conditionalis. Vnde meritò reijcienda est rationibus suprascriptis. d. l. prætor edixit. Præterea etiam est prorsus incerta: cum non sit expressum quid dictum sit aduersus honorem ipsius. Vnde sicut † in iudicio ciuili non admittitur petitio incerta, parte opponente. l. fin. C. de omn. except. vbi Doct. not. ita etiam videtur dicendum in hoc † duello, quod est introductum ad similitudinem iudiciorum. per Bartol. l. 1. C. de lit. contest. quæst. 1. & 2. Tertia est mentitio, quatenus subijcitur. *Et quia per rogatum gentilis Albini apparet, quod vos dicitis cognouisse malum animum meum contra vos: quia fecit talem proclamationem, seu prohibitionem: ideo rursus dico, quod mentimini.* Quæ intentio, seu querela est quædam appendix, & accessio primæ superioris, & etiam ipsa fundata est in falsa causa: quia Nicolaus aliter dixit, scilicet quod Comes Galeotus haberet charum, quod deprehendisset in re tam modica malum animum Comitis Hugutionis erga se, & stantibus istis verbis, mentitio non est admittenda: quia quod ipse Comes Galeotus habet charum, vel non habeat pendet ab animo suo & conscientia sua, & † de ijs quæ ab animo pendent negatio alterius nihil facit, sed in totum statur assertioni protestantis. gloss. §. alien. in fin. institut. de acti. Et in hoc non est admittendum † duellum, quod quidem est species probationis: & tunc fit cum de re incerta agit. Bald. l. 1. C. de dedit. lib. circa fin. & l. cùm filius. §. fin. de leg. 2. Dec. consilio cccclxxxvij. At Com. Galeotus certum habuit, quod esset in animo suo, quod scilicet: gratũ sibi hoc fuisset. Nec dicatur, quod duellum potuit iudici propter adiectionem illius qualitatis, malum. quasi dicat, mentiris quod habeam malum animũ: quia respondeo, quod verba chartulæ non patiuntur hunc intellectum, cum eum protestatio, de qua rogatus est Albinus ad quã fit relatio in chartula, simpliciter dicat, quod charũ habuit, &c. illa verba *mentiris* necessariò referuntur ad principale verbum habuit, nõ autem ad dictionem, *malum*. Bar. l. si cui. 2. §. 1. de leg. 1. meritò ergo ista mentitio non debet valere & in omnẽ casum: cum tota pendeat ex verbis Nicolai debet prius expectari decisio litis cum ipso Nicolao. Et cum tres mentitiones intenderit dictus Comes Hugutio, debet de ipsis vno duello definiri, ne controuersia

uersis ista dirimatur. l. nulli. C. de iudic. & ibidem Bald. & cum in prima omnino supersedendum sit donec res expediatur cum Nicolao, necessario & hæc quoq; interim est differenda: ne aliàs iterentur duella, quæ & lex, & consuetudo abhorret. Ex ijs concludo non debere Comitem Galeorum pro nunc venire ad diffinitionẽ controuersiæ, sed eum interim tutum esse tribus exceptionibus. Pri-
22 ma est quia principalis † querela est conditionalis, vnde euentus conditionis prius expectandus. l. cedere diem. de verb. signific. & ita nouissimè respondit Decius dicto consi. cccclxxxvij. vel (vt melius dicunt doctores practici duellorũ Petrus Iacobi in suo libello, & Paris de puteo) chartula conditionalis tanquam inepta negligẽnda est, & laceranda, sic etiam in iudiciarijs libellis fit. secũdum glossam in l. 1. ff. de offic. assess. Secũda est quia obstat exceptio præiudicij, cùm enim Nicolaus trãsmiserit chartulam prouocatoriam ad ipsum Comitem Hugutionem quæ chartula est præiudicialis huic prouocationi, quam Comes ipsi Domino Galeoto intimauit, necessariò expectanda est dif-
23 finitio illius, quia † semper causa præiudicialis prius est expediẽda. Bart. l. edita. 3. reg. C. de eden. & nihil refert, an causa ista, quæ præiudicialis est, fit prius mota, an eodem tempore, semper enim est ipsa prius expedienda. l. fundum l. seq. de excep. & ideo superflua est disputatio circa horam: cùm constat vtranque chartulam eadem die fuisse
24 affixam † semper enim conditio est prius adimplenda. quæ conditio per chartulam Nicolai adimpletur. Tertia est exceptio ex cõsuetudine pro-
25 ueniens, quæ non patitur, quod † quis ab vno prouocatus alium interim prouocare possit: quoniam donec priori controuersiæ impositus sit finis aliam nouam incipere non decet. si enim Comes Hug. cum Co. Galeoti concertans in hoc posteriores succumberet: & iure belli Co. Galeotus eum manu captum haberet, posset Nicolaus eum vendicare, & quodam quasi euictionis iure in manum inijcere, & vt secum, qui antiquius ius habet decertaret, compellere, victumque in leges suas cogere. quo casu. Co. Galeoti victoria cassa, inutilisq; efficeretur. constatq; præiudicij exceptionẽ, non solum tunc obseruandam cum de eo præiudicio certissimè constat, sed etiam si quo casu constare possit. d. l. fundum. Nec obstat, quod prouocatio Comitis Hug. videatur prior prouocatione Nicolai: cum licet vtraq; facta sit, & affixa sit sub
26 diem septimum Ianuarij † illa tamen Comitis habet horam, videlicet quintamdecimam vnde ea videtur preferenda tanquam certior. Bal. & Salic. de rebus. C. de don. ante nupti. quia qui expressit horam probat tali horæ se chartulam intimasse: at qui non expressit, nihil de hora probat, vnde potuit posterius id esse confectum cum ergo probatio sua non concludat, posterior censeri debet. l. non hoc. C. vnde legit. & ita in simili exemplo Socinus tradidit, quem deinde Iason, & Decius sunt secuti. Socin. Ias. l. 1. fol. matr. Dec. consilio clxxix. vlt. dub. sed certè hæc sententia non videtur vera, & idem Socinus ex facto consultus aliter respondit. Soc. lxvij. in lij. Felin. c. pastoralis. de rescript. & ipse in lectionibus ordinarijs soleo huic posteriori sententiæ adhærere, sed (quicquid sit in rebus iudiciarijs) in hac materia duelli, aliud omninò obseruandum arbitrare. quia milites non tenent hanc subtilitatem horæ describendæ. l. fin. vers. arma. C. de iur. delib. sicut. ſ. si debitori. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol. & qui describit, vi-

A detur propter nimiã cautelam effici sit suspectus quia † nimia cautela plerunq; arguit dolum. gloss. 27
l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit. maximè in casu nostro, in quo asseritur, quod chartula Comitis Hug. fuit affixa supra chartulam Nicolai, vnde satis apparet quod in chartula Nicolai erat prius parietibus præscripta. & ista præsumptio, quæ ex certioris horæ adscriptione capitur, contraria coniectura, vel præsumptione tolli potest, quia † vna præsumptio aliam tollit. l. diuus. in fin. 28
B de in int. restit. vbi Bal. & cum status sit coniectura lis plurimũ tribuemus verisimilitudini, & alio nõ constito, simpliciter censebimus eodẽ tempore vtranq; factũ esse quod & Bal. nõ absimili in casu docuit. l. si duos. vbi Bal. de exc. tut. Quamuis etiã si prior tempore fuisset præscriptio Comitis, adhuc idem esset, vt suprà dixi, quia cũ chartula Nicolai sit præiudicialis ad causam Co. Galeoti ea fuit prius expedienda. d. l. fundũ. vbi doct. Et quia etiam quod Comes Hug. fuerit prior infigendo
C parieti suam schedulam nõ tamen aliquid ius acquirit, aduersus Co. Galeotum, nisi à die, quo verisimiliter peruenerit ad ipsius Co. Galeoti notitiã. Auth. si quis ei. C. de adult. quia tales denuntiationes intimandæ sunt. l. si quis in ficiatus. de pos. nec obligant ignorantis, sed solum à tempore scientiæ. cle. causam. de elect. Illud non arbitror omittendũ eũ militẽ, qui à Cæsarea maiestate de arce aliqua, vel oppido munitissimo sit inuestitus, aut qui hoc nomine sit, à regia maiestate stipendiatus, posse &
D debere huiusmodi prouocationes duello tum detrectare, quia non debet in casum fortuitũ subijcere præsidiũ suę fidei creditũ, quod ad superioris domini vtilitatẽ pertinet. aliàs aperta esset via fraudi, per quam facilè dominus præsidij extraheret, probatur hoc in simili per illud, quod tradunt doctores, & consuetudine omniũ est receptũ, quod † Duces exercituũ prouocari ad duellum nõ pos- 29
sunt: quia non debet magistratus sibi demandatã prouinciã in casum dare, nec suæ fidei mandatum
E munus deserere. l. 3. ff. ad l. Iul. mai. quod si, durante magistratu, in ius vocari non possunt. l. pars literarum, de iudic. multo minus in duellum poterũt. nã & Modestinus, qui stationis, inquit, munus relinquit miles plusquam emansor est, itaq; pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiæ deijcitur. l. 3. §. qui stationis. ff. de re milit. L. Pinarius Ænnensis arcis præfectus apud Titum Liuium libro 24. cum arcem exire nollet, Ænnensibus respondit, præsidio decedere apud Romanos capitale esse: quod & multis alijs exemplis confirmari posset. Putarim igitur & hanc legitimam esse
F causam detrectandæ monomachiæ, quamuis non expediat in præsentia de hac verbum facere, cum suprascriptæ aliæ sufficiant. Nunc est videndum ad quem pertineat electio armorum, id est, quis censeatur prouocator, & quis prouocatus: & videtur prima facie Comiti Hug. spectare electionem, tanquam Comes Galeotus ipse sit actor: cum enim Co. Hugutio ei tres mentitio-
G nes dederit, nihil habet vltra quærere, & præsenti statu contentus est. vnde ad Comitem Galeotum pertinet se exonerare via armorum, & sic actoris partes sustinere. Confirmatur hoc ex verbis chartulæ, in qua Comitis Hug. in fine dicit, se paratum sustinere dummodo campus securus, & non suspectus ei designetur. designatio enim campi ad actorem pertinet, sicut electio armorum ad reum. Sed ijs non obstantibus dico contrarium esse verius. quod imo Comes

Hugutio

Hugutio qui præoccupauit missionem chartulæ est actor. Etenim † is prouocator est, qui alteri crimen obijcit. l. 1. ff. ad Turpill. & ad eum pertinet onus probandi. l. qui accusare. C. de eden. quę probatio sit per duellum, secundum Bal. l. 1. C. de ded. lib. toll. c. 1. de pac. ten. obijcit autem Com. Hugut. crimen mentitionis ipsi Co. Galeoto, & crimen illatæ in honorem iniuriæ. l. 1. l. fin. C. de cri. stel. ergo ipse probare debet, nec enim aliud crimen est, quod in dicta chartula imputet aduersatio. Nec refert, quibus verborum captionibus sit concepta, formula ea enim substantiam rei non mutat, sicut videmus in iudicijs, in quibus non attenditur, quibus verborum technis partes vtantur, sed petitionis duntaxat forma & libelli conclusio. Bartol. l. inter stipul. in princ. de verb. oblig. alias cautela verborum rebus ipsis præualeret. potiorque simplici, & sano sensu esset sophistica expositio. imo aduersus publicam vtilitatem esset, vt quilibet præoccupatis mentitionibus ex actore reus fieret, vt commodum electionis armorum sibi acquireret. Fieret & facillimè fraus legi, quæ actori probationis onus iniungit, si captato aliquo verbo id in aduersarium transferretur, verbi gratia, damnatus homicidij, conquæritur quod iniustè damnatus sit cum ob tutelam suam fecerit. negat accusator, qui iam obtinuit. lex iubet damnatum prouocatoris partes duello sustinere. cap. 1. de pace tenen. in vsibus feud. at ille hoc modo posset fieri reus, si mentitionem præoccuparet, vt qui accusatori sic præscriberet, mentiris qui me neges ob tutelam feci-
se. sicque † fraudem legi faceret, quod sanè ferendum non est. l. cum. 2. §. sed cum lis. de transact. Accedit ijs, quod licet aliud sit esse prouocatorem iniuriæ, aliud certaminis, tamen in dubio accipienda est illa interpretatio, vt qui primus chartulam misit, iniuriamque intulit, is & certaminis prouocator censeatur, siquidem de iniuria ab ipso dicta dando tales mentitiones apparet, de ea verò quam denuntiatus intulerit, id est quod honori suo detraxerit non apparet, melior ergo debet esse denuntiati conditio, vt interim partes rei sustineat. l. liberis. §. fin. cũ l. seq. de lib. caus. Nec obstat, quod Comes Hug. sit præsenti rerũ statu contentus, & ad Comitem Galeotũ pertineat armis tueri honorem suum. respondeo istud procederet si mentitiones essent datæ aduersus eum, qui de crimine aliquo prius incusasset respondentem, sed cum hic cœpta sit iniuria à mentitione, licuit Comiti Galeoto retrò illum mentitionis imputare.
sicut in simili dicimus quod † aduersus exceptionem doli non admittitur doli replicatio, & tamẽ † aduersus actorem doli admittitur doli exceptio. l. apud. §. Marcellus. de dol. except. not. in l. transactione finita. C. de transact. & sicut si Comes Hugutio imputasset aliquod crimen Comiti Galeoto potuisset ei respondere, mentiris, ità si ei imputauit crimẽ triplicatæ mentitionis, cũ ergo Com. Galeotus responderit eum mentiri, ipse est exone ratus, & ad Com. Hugutiũ pertinet via armorũ accusationem suam sustinere. Nec obstat quod dixerit separatum si sibi designetur campus, non suspectus, &c, respondeo ista clausula, nihil operatur, cum non sit circa ea, quæ pendẽt à voluntate sua, quod pluribus exemplis in iure nostro probari posset, gloss. d. alimenta. C. de neg. gest. Bart. d. l. edicta. in fin. si operæpretium putarem. sed hæc satis & supersufficere arbitror. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII XLI. SVMMÆ.

1 *Senex maritus volens remunerare florem ætatis vxoris suæ, ei donauit munus, & donatio valet.*
2 *Matri filia hæres.*
3 *Vxoris ex bonis percepta reddenda.*
4 *Iocalia & mobilia reddit vir.*
5 *Possessor domus præsumitur possessor omnium, quæ in ea continetur.*
6 *Non debet legitimatus plus habere, quàm habeat legitimus.*
7 *Comitis Palatini legitimationem restringi.*
8 *Quando statutum nihil disponit circa aliquem casum manet in dispositione iuris communis.*
9 *In materia stricta non arguimus de dispositione intestati ad dispositionem testamenti.*
10 *Filias cum legitimato æquè uocari.*
11 *Legitimationem varie annullari.*
12 *Comes Palatinus non potest legitimare sine licentia Principis.*
13 *Legitimatus in Emphiteosi ecclesiastica, non succedit, sed legitimus sit.*

EX facto proponitur, quod Iacobus Belia habuit primam vxorem Ioannam de Barzijs, ex qua genuit Ioannem Ambrosiũ vnicum filium: quæ deinde anno 1475. die 11. Iunij decessit, & consequenter illi successit dictus Ioannes Ambrosius eius filius. Reliquit autem in bonis dotem suam, quæ est librarum 1440. Item protestationem notabilis ualoris, de qua cõstat instrumentis publicis, Idem Iacobus duxit secundam vxorem Angelam de Vicecomitibus filiam domini Ottonis: ex qua suscepit Elisabeth, quæ nupta fuit Carolo Barziæ, & Margaretam vxorem Maphæi Landriani, & Franciscam uxorem d. Hieronymi Chabri. quæ domina Angela, deinde anno 1495. die 14. Iunij, decessit, institutis dictis tribus filiabus suis, & etiam Catharina alia filia quæ non longo tempore fuit superstes matri. ita quod omnis eiusdem Angelæ hæreditas ad dictas tres sorores spectauit. In ea hęreditate aderant infrascripta bona. In primis dos sibi constituta à d. Iacobo in vna parte lib. 1700. & in alia parte lib. 2133. solid. 6. den. 8. Item formaglios duos, & ghælandam pretij lib. 1700. donatos ipsi per d. Iacobum, qui cum senex esset, voluit remunerare florem ætatis vxoris suæ tali munere, quo † casu valet donatio, vt est communis opin. in l. si diuortio. ff. de verb. obligat. Item iocalia lucrata per ipsam d. Angelam ex hæreditate d. Philippi de S. Aloisio prioris viri ascendentia ad summam lib. 1200. de quibus constat per arbitramenta lata à d. Antonio de Barcellis. Item partem hæreditatis sibi contingentem d. Ottonis patris sui, quæ fuit possessio Biciæ partis cccc. Item domus quæ fuit Andreæ de Barbagnate cum lignaminibus, quæ ibi reperiebantur: Item partem cc. buschi, de quibus constat per arbitramenta lata inter filias, & hæredes ipsius d. Ottonis creditum ducatorum centum versus d. Agnetem de vicecomitibus exactum per d. Iacobum maritum suum. Item infrascripta credita ipsius versus d. Iacobum. Primò quia ipse eius maritus à tempore dictæ diuisionis, & arbitramentorum hoc est ab anno 1480. vsque ad mortem d. Angelæ semper administrauit dictam hæreditatem, & fructus in vtilitatem suam conuertit. qui erant quolibet anno ad computum mediorum 66. trium bladiorum

rum frumenti ſichalis, & millij valoris communi cursu lib.3.ſolid.10.pro ſingulo. Item pro penditijs lib.30.ſingulo anno. Item pro vino breuiter 25.partis dominicæ omni anno valoris floreni vnius. Item pro ficto Ardini. lib.25. annuas. Item reſpectu Buſiorum lib.3. quibusliber annis quatuor. Item aliud creditū, quia d. Iacobus habuit lignamina inciſa de dictis nemoribus ab hæredibus d. Ottonis & diuiſa ante arbitramenta pretij lib. 3400. Item aliud creditum de lignaminibus, quæ erant in domo dicti Andreæ de Barbagnate lib. ccl. Item aliud creditum, quia fecit extirpari multas caſtaneas, & alias arbores. & licet non ſit probatus præciſus valor, tamen cum adminiſtrauerit, tenetur reddere rationem de illis. Item aliud creditum, quia poſt mortem d. Angelæ cum in dicta poſſeſsione eſſent quamplurima vtenſilia, de quibus conſtat per inuentarium in cauſa productum, d. Iacobus fecit omnia auferri & deferri ad domum ſuam. & quia de iſtis omnibus fuit capitulatum per d. Carolum Barziam, & in margine capitulorum eſt nota, qua nominantur teſtes, qui ſuper dictis capitulis probant, ego me vltra non extendam, ſed omnia videnda ſunt. per d. ius dicentem, Item d. Iacobus poſt mortem d. Angelæ uxoris ſuæ, cùm fuiſſet illi ſuperſtes per paucos annos legitimauit d. Leoninum filium ſuum per comitem Palatinum. & deinde deceſsit Ioannes Ambroſ. legitimo, & Leonino legitimato hæredibus inſtitutis, ſubſtituitque Leoninum exemplariter ipſi Ioanni Ambroſio tanquam mente capto, qui Ioannes Ambroſius deinde, & ipſe deceſsit relicto Leonino ſuperſtite. Præſupponentur autem in hæreditate d. Iacobi vltra bona allodialia, & propria ipſius fuiſſe etiam bona quædam emphyteutica eccleſiæ maioris, de quibus conſtat per publica documenta & teſtes. Dubitari igitur in præſenti controuerſia contingit circa tres hæreditates. Primò circa hæreditatem d. Angelæ. Secundò circa hæreditatem d. Iacobi. Tertiò circa hæreditatem Ioannis Ambroſij. Circa primum non eſt
2 † dubium hæreditatem d. Angelæ pertinere ad eius filios præſertim ſtante teſtamento ipſius in quo eas hæredes inſtituit. quod autem d. Iacobus †
3 teneatur ad ſolutionem omnium perceptorum, ex bonis hæreditarijs ipſius d. Angelæ eſt caſus in l. penult. ff. ad leg. Falcid. conſuluit Bald. conſilio cccclxvj. in 2. parte. Alexan. conſilio xlij. in 1. Guido Papa in quæſt. cccclxviij. in quibus locis concluditur quod in dubio quando non conſtat de expreſſo conſenſu vxoris, tenetur maritus, vel eius hæredes ad reſtitutionem reditum præceptorum ex bonis hæreditarijs vxoris ſiue fructus extent, ſiue non, ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, vt latiùs per eos. Item quod d. Iacobus teneatur ad reſtitutionem iocalium & †
4 cæterorum mobilium ipſius dominæ, ex eo probatur, quia cum deceſſerit in domo ipſius domini Iacobi, & ibi haberet dictas res, præſumitur quod peruenerint in eum: quia † poſſeſſor domus, præſumitur
5 poſſeſſor omnium. quæ in ea continentur, vt dicit Bald. in l. de his. C. de furt. & quod idem not. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mar. & quod habetur. in l. ſi creditor. C. de pign. act. Circa ſecundam & tertiam ſcilicet hæreditatem. d. Iacobi & Ioan. Ambroſij dico. d. Leoninum non potuiſſe ſuccedere in pluſquam quælibet ſororum, & ideo debent ad æqualitatem reduci cum d. Leonino legitimato. in quo puncto text. in §. & quoniam variè. in authent, quibus mod. nat. eff. ſui probat pro ſororibus, quia † non debet legitimatus plus habere quàm habeat legitimus. ſequuntur doct. in §. & quid ſi tantum. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. ſed difficultatem facit in noſtro caſu, quia Comes Palatinus iſtum legitimauit cum iure prærogatiuæ, quam habent maſculi ex forma ſtatuti noſtri, vt præferantur fœminis. & habet dictus Comes poteſtatem hoc faciendi etiam cum derogationem dicti §. & quoniam variè. vt apparet ex eius priuilegio. Cæterum huic difficultati † reſpondetur, quod in dicto priuilegio tribuitur facultas legitimatis à dicto Comite, vt ſuccedant etiam in maiore parte, quàm legitimi quando ex diſpoſitione legis municipalis, vel conſuetudinis ratione ſexus legitimi habetent aliquam prærogatiuam, & ad hoc tendit derogatio d. §. & quoniam variè. ſed in caſu noſtro legitimi non habent hanc prærogatiuam, ſtatutum enim noſtrum dat hanc prærogatiuam in ſucceſsione ab inteſtato, in ſucceſsione verò ex teſtamento non dat aliquam prærogatiuam: imo ſi pater vult poteſt relinquere plus filiæ fœminæ, quàm filio maſculo: quia ſtatutum de hoc caſu nihil diſponit † vnde remanet in diſpoſitione iu-8 ris communis. l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſ. da. & conſequenter in caſu noſtro, videlicet, in diſpoſitione teſtamentaria debet ſeruari regula d. §. & quoniam variè † in materia enim ſtricta 9 non arguimus de diſpoſitione inteſtati ad diſpoſitionem teſtamenti per gloſſ. & doctr. in d. §. & quid ſi tantùm. vbi per hoc inferunt, quod quamuis text. in auth. de hæred. ab inteſt. §. nullam. tollat differentiam emancipationis & patriæ poteſtatis. item differentiam agnationis & cognationis, tamen quia loquitur ab inteſtato non cenſebitur eam ſuſtuliſſe ex teſtamento, ergo idem in caſu noſtro. Cùm ergo † meliorauerit d. Iac. con- 10 ditionem domini Leonini in teſtamento, dupliciter tum per viam inſtitutionis, tum per viam ſubſtitutionis factæ Ioan. Ambroſio, reducenda ſunt iſta ad diſpoſitionem d. §. & quoniam variè. Præterea reſpectu ſubſtitutionis factæ Ioan. Ambroſio eſt aduertendum, quia cùm ſit ſubſtitutio exemplaris ſuccedens ex illa, dicitur ſuccedere ipſi mente capto, non autem ſubſtituenti, ſicut in ſimili dicimus de pupillari. §. igitur inſtitut. de pup. ſubſtitut. & habetur in l. patris, & filij. ff. eod. tit. vnde cum ſuccedatur mente capto, ſequitur quod dominus Leoninus legitimatus ad eam hæreditatem non admittatur obſtante ſtatuto Mediolani, quo cauetur. quod nemo poſsit legitimari quoad ſucceſsionem alicuius, niſi is de cuius † ſucceſsione agitur 11 conſenſum ſuum legitimationi præſtet. ſi ergo conſenſus non adhibeatur: quia quis nolit conſentire, vel non poſsit iuxta l. cùm proponas. C. de hæred. inſtitut. legitimatus non admittetur; iſte autem Ambroſius non conſenſit, ergo quo ad eius hæreditatem d. Leoninus habebitur pro non legitimato, & non ſuccedet iuxta l. ſi is qui. ff. de vulgar. & pupil. & licet in priuilegio communitatis ſit derogatum legibus prohibentibus, quem legitimati ſine conſenſu filiorum legitimorum, qui tamen non cenſetur ſtatuto noſtro derogatum, quod ſimpliciter ita non diſponit, ſed ſolum quò ad hæreditatem non conſentientis. Et hæc ſunt, quæ militant contra d. Leoninum reſpectu dictæ hæreditatis vltra quam plurimas rationes Franciſc. de Curt. conſilio lxxiiij. ſuper memorat. vbi multa adducit per quæ annullat quandam legiti-

mationem,

mationē, factam ab eodem Comite Palatino, quæ rationes militant in casu nostro. Et vltra eum in
22 casu nostro militant, quia Comes † non potuit legitimare sine licentia Principis: & licentia illa præstita est subreptitia: quia in ea asseritur quod Ioannes Ambrosius erat penitùs demens, cui volebat pater exemplariè substituere, & tamen in facto proponitur, quod habebat dilucida interualla, & sic non potuisset fieri illi talis substitutio, vt habetur in l. humanitatis. C. de impuber. Alius articulus est circa bona emphyteutica ecclesiæ, in quo
23 puncto clarum est, quod † legitimatus non succedit, vt habetur latè per Iaſ. in l. generaliter. §. cum autē. C. de instit. & substit. per Deci. consi. clxxj. vbi probatur id procedere etiamsi sit concessa emphyteusis cum clausula hæredum, & successorum, quibus declarat, quod maximè procedunt in casu nostro, in quo iste est legitimatus ab habente auctoritatem ab Imperatore. vnde talis legitimatio non trahitur ad bona ecclesiastica, imo in eis habetur pro spurio. Cin. & Salic. in authent. ex complexu. C. de incest. nupt. Bald. in l. eam quam. versic. quæro, vtrum legitimatus ad feuda. C. de fideicommiss. Cum ergo d. Iacob. perierit statim illa bona applicata fuerunt Ioan. Ambrosio tanquam capaci, & habenti prærogatiuā vt præferretur fœminis, secundum Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. post mortem verò Ioan. Ambrosij d. Leoninus excludetur tanquam incapax & admittentur venientes ab intestato ipsi Ioan. Ambrosio. & sic suæ sorores, nec tunc obstat regula quod videatur pro parte testatus decedere, vt declarant doctores in d. l. si is, qui. ff. de vulg. & in l. 1. C. de sec. nup. & sic nō est opus inquirere, an istæ mulieres succedant patri suo in certa re, vel in quota, & cessant rationes quæ in contrariū adduci possunt.

A ca. maximè quòd Pontifex ipse ad se dictam causam traxerit, & indicibus omnibus inferioribus inhibuerit, ne se amplius de ea intromittant. cap. vt nostrum prodeat. extra, de appella. in vol. Grego. Innocen. cap. cum M. Ferr. in fin. de constitut. Doct. cap. j. de concess. præben. lib. vj. Petr. de Anchar. consil. lviij. circunspectis. Ludoui. Rom. consil. cccxxxv. circa primum consultationis. cum similibus. Secunda est ratio, quia statutum vult haberi pacem ab hæredibus, solus autem hæres fuit
B pater ascendens iuxta text. in authen. defuncto. C. ad Tertyl. qui cum esset furiosus per curatorem debuit adire hæreditatem, seu agnoscere bonorum possessionem iuxta leg. fin. §. sin autem. C. de curato. fur. per Bart. in lege. 1. ff. de bon. poss. infan. furioso, & ad istum † curatorem etiam pertinet ius pacis faciendæ, sicut & ad tutorem, & similes secundum Bald. Alexand. Iaſ. in leg. iurisiurandi gratiam. ff. de iureiurand. Bald. in l. 1. in versic. extra, quæritur. C. de restitutio. in integr. Abb. consilio cviij. in princip. lib. secundo. & licet ipsi loquantur in tutore pupilli, tamen idem est in curatore furiosi, cui etiam plura permittuntur quàm tutori. l. inter bonorum. ff. de administrat. tut. vbi Bart. l. neque tutores. in fin. C. de procurat. Bald. in l. potuit. v. quæstio. C. de iur. delib. maximè cum in remittenda ista actione iniuriarum, quæ non censetur in bonis esse. l. secunda. §. emancipatus. de coll. bonor. Nec obstat, quod Bald. & Salic. in l. pactum curatoris. C. pac. vbi etiam Modern. tenent quod tutor, vel curator non possit facere pacem de morte patris pupilli, &c. quia respondeo, quod debet quidem hoc facere, si tamen nihilominus remittat: non ideo remissio erit nulla: imo valebit, secundum Doct. præallegatos. in d. l. iurisiurandi gratiam. Secundo respondeo, quod loquuntur in remissione mortis paternæ ipsius pupilli, non autem in casu contrario. vnde videmus, quod † pater potest facere pacem pro offensa filij, etiam ipso filio inuito. l. in personam. ff. de pac. Tertiò respondeo, quod præfati Doctores restringūt dictum suum, quando aliàs ista pax esset indecens, & honesta pupillo quod non est in casu nostro: cum valde honestum, & condecens sit, quod pater concilietur filio iuxta illud modicum supplicij satis est patri. facit text. in l. milites. §. penult. ff. de re milit. & quod notat Bartol. Veron. in cautela. 1. Non obstat rursus. quod curator iste non fecerit inuentarium: quia respondeo, quod non ideo actus ipse impeditur, secundum Bart. in l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de administrat. tutor. in versic. sed quæro quid si neglexit. Petr. de Anchar. in cap. 2. de stat. monach. Alexand. consilio lxxxvj. visis dubitationibus. in 2. licet † si administret ante confectionem inuentarij, possit remoueri, vt suspectus. l. fin. C. arb. tut. Sed ista facultas faciendi pacem non pertinet ad administrationem: quia † actio iniuriarum nō est in bonis. d. §. emancipatus. & suprà dixi. Non obstat, quod hic curator non esset datus secundum formam statuti, &c. quia respondeo, quod statutum loquitur in tutore, vel legitimo administratore infantis, vel pupilli. vnde non videtur extendendum ad curatorem furiosi, tum quia plura illi conceduntur, vt suprà dixi, tum quia sumus in materia † statutorum, quæ non recipiunt interpretationem extensiuam. l. tertia. §. hæc verba. de neg. gest. per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitut. & iur. vnde tali casu non fieret extensio de tutore ad curatorē l. fin. C. de inter. matr. multò

CONSILII XLII. SVMMÆ.

1 *Pacem ex causis facit curator pro offensa.*
2 *Pater potest facere pacem pro offensa filij, etiam ipso filio inuito.*
3 *Tutor administrans ante confectionem inuentarij, potest remoueri vt suspectus.*
4 *Actio iniuriarum non est in bonis.*
5 *Statuta non recipiunt materiam extensiuam.*
6 *Dictio consensus verificatur, & in ratihabitione.*
7 *Ratihabitio dicitur legitimo tempore facta, & re integra, dummodo facta sit ante sententiam.*
8 *In materia quantumcunq; odiosa & stricta ratificatio æquiparatur mandato & consensui, qui à principio interuenerit.*
9 *Furor est morbus sui natura perpetuus.*
10 *Ex eo quòd secutum est, satis præsumitur quid à principio cogitatum fuerit.*

AD resolutionem difficultatum, quę inducuntur aduersus istam pacem considerandæ sunt tres rationes per quas tolluntur omnia obiecta. Prima est ratio, quia de istis præteritis subreptionibus fuit, aliàs disputatum coram antecessoribus in officio Turoni, & deinde per eos pronuntiatum literas dictæ gratiæ obseruandas esse, quæ sententiæ transiuerunt in rem iudicatam: quia non contra ius constitutionis, sed contra ius partis, id est, fisci latæ essent. l. cum prolatis. ff. de re iud. ideò amplius refricari in dubium non possunt, vt tandem sit finis litibus, nec quis sit in continuo periculo. l. singulis. ff. de exceptio. rei iudi-

BIU Cujas

minus ad curatorem furiosi. Fortius posset dici etiam seruatam esse formam statuti: quia illi agnati proximiores faciendo aliam pacem videntur consentire, & approbare factum curatoris per illud, quod notabiliter dicit Bald. in l. is, qui hæred. §. neque filius. versic. venio ad tertiam. ff. de acq. hæred. Aret. l. Gallus. ff. de liber. & posthum. & in simili per Bald. consilio ccxiij. in ij. & quod not. Bartol. in l. cum pater. §. libertis. in fin. ff. de leg. secundo. Dec. consilio cxxj. Nec me mouet, quòd vnus istorum statim non consensit, sed ex post facto. Cum alius de rato promisisset: quia dico quod sufficit, si deinde ille ratum habuerit quia ratificatio retrò trahitur, secundum Bald. in addit. Spec. titul. de homicid. in fin. vbi loquitur in forcioribus terminis: facit quia statutum requirit consensum, quæ † dictio *consensus* verificatur etiam in ratihabitione. ca. cura. vbi Abb. in vltimo not. & c. suggestum. de iure patr. doctrina Bartol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. & dicitur talis † ratihabitio legitimo tempore facta, & re integra dummodò facta sit ante sententiam, per text. in l. si rem alienam. §. fin. vbi Bald. & doctor. ff. de pign. act. Nec obstat, quod gratia fundata fuerit in pace, quæ adhuc perfecte non videbatur habita: cum ratificatio non interuenisset respondeo, quòd satis est, si deinde interuenerit per text. in l. si quis filio. in §. irritum. in versic. & qua ratione. & ibi per Pau. Castren. ff. de iniust. rup. & irrit. & per not. in d. l. si rem. §. fin. & quia † in materia quantumcunque odiosa & stricta ratificatio æquiparatur mandato, & consensui qui à prin. interuenerit vt per Ioan. And. in c. ratihabitione. de reg. iur. in 6. verum cum meminit ius interim sit acquisitum per ea, quæ habentur in c. nonnulli. de rescript. & in c. ex parte decani. in fin. eod. lib. Et cum constet notoriè iudici, quod verè habuerat pacem, & quod isti conuersabantur cum eo quotidie non debet curare istas subtilitates, sed sequi veritatem, & litem extinctam amplius non suscitare. Et verba gratiæ, quòd habeat pacem ab hæredibus, debent intelligi eo modo quo haberi potest ab hærede, qui idem sit furiosus. l. hæredibus. §. 1. ff. ad Trebell. Nec est credendum voluisse principem expectare tempus, quo hic furiosus resipisceret, cum nunquam reuersus sit ad sanitatem; & † furor sit morbus sui naturâ perpetuus. c. fin. vbi gloss. & doct. extra, de succ. ab intest. Mod. l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. facit quod habetur per Can. in c. cum inter. de elect. & ex quo nunquam conualuit satis † ex eo, quo sequutum est, præsumimus quod à principio fuerit cogitatum. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & hæc sufficiant pro breuitate temporis mihi dati.

CONSILII XLIII. SVMMÆ.

1 *Filia fœmina in iudicio possessorio venit præferenda agnatis, ad quos feudum ex inuestitura deuolueretur: limit.*

2 *Hæres particularis potest propria authoritate rem sibi relictam accipere, & in eius possessione est legitimus contradictor hæredis.*

3 *Testator vocando aliquem per verba directa, videtur ei licentiam dedisse accipiendi propria authoritate, quod facere potest.*

4 *Lex transferens possessionem, intelligitur de possessione certa, non autem incerta, cùm regulariter per incertitudinem vitietur possessio.*

5 *Missio in possessionem aliud nihil est, quàm quædam executio, quæ fieri non potest, nisi super certo: ratio.*

6 *Sententia licet specialiter valeat, quamuis incerta, debet tamen semper in executione certificari.*

7 *In claris non est opus coniecturis.*

8 *Exceptio præposterationis possessorij ad petitorium, apices iuris concernit.*

9 *Interdicto adipiscendæ possessionis, obstat exceptio dolo facis, quia petis quod restituturus es.*

10 *Possessio ficta & ciuilissima non parit interdictum recuperandæ.*

11 *Ad hoc vt detur interdictum recuperandæ lex requirit, quod quis sit deiectus de solo fundo.*

12 *Intentanti possessorium adipiscendæ, obstat exceptio dominij, dummodo incontinenti probetur.*

13 *Translatio possessionis quæ naturaliter fit, per viam facti prohibitione, legis non impeditur.*

14 *Bona allodialia si cœpta sunt, recognosci tanquam feudalia ab eo tempore, quo ex certa scientia recognosci cœpta fuerunt incipiente esse feudalia.*

15 *Priuilegium ecclesiæ, quod absq; traditione illi quæratur dominium habet locum etiam in ciuitate.*

16 *Fideicommissarius qui sine vitio reperitur in possessione, legitimus est contradictor in iudicio possessorio.*

17 *Ille dicitur esse in possessione sine vitio, quãdo testator ei dedit facultatem propria authoritate ingrediendi.*

18 *Dictio hæres est directa.*

19 *Pro reo in dubio pronuntiandum.*

GRAVISSIME Præses & domine obseruãdiss. quia ea est & vestra, & amplissimi ordinis vestri consuetudo, vt paucis velit nodum difficultatis dissolui, non immorabor in superfluis, aut ijs, quæ iam eleganter per alios præstantissimos iurisconsultos sunt adducta, sed quàm paucioribus fieri poterit, ostendam iustissimam esse illustris Comitis Francisci causam, quæ & vobis debet pro iustitia esse commendata. Et difficultatem præcipuam hac in causa facit, quia Rosati, ceu filij dominæ Baptistinæ hæredis in testamento Comitis Oliuerij scriptæ debent citra altiorem indaginem poni in possessionem bonorum ipsius testatoris siue ex dispositione. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. siue ex particulari dispositione decreti continuantis possessionem defuncti in hæredes, de quo per Mod. in l. si sorori. C. de iure delib. quæ dispositio procedit etiam si bona allegarentur, esse feudalia: quia nihilominus † filia fœmina in tali iudicio possessorio, venit præferenda agnatis, ad quos feudum ex inuestitura deuolueretur, vt est text. in cap. 2. §. 1. si de feud. defun. fuer. contro. in vsibus feud. per quem text. Guido de Sum. Alexand. & mod. in d. l. fin. hoc tenent & Ioan. Andr. in spec. tit. de testam. §. penult. circa finem. in qua decisione videtur consistere cardo totius præsentis controuersiæ. Sed tamen hoc non obstante sentio contrarium, respondetur enim suprascriptæ rationi pluribus modis. Et in primis quod decisio illa limitatur nisi agnati prætendant æqualem titulum cum filia, puta & ipsi sint instituti tunc enim propter paritatem tituli. censentur legitimi contradictores ipsi filiæ, vt sentit Bartol. in d. l. fin. §. fin autem aliquis. versic. quæro quid de testamento, ibi aut comparet aliquis, &c. in casu enim nostro testator, institutis filiabus, subijcit in residuo se instituere agnatos: vnde cum agnati, & ipsi fint instituti, dicuntur legitimi contradictores filiabus: quia non tenentur aliquid

accipere

accipere de manu earū, sed ppria auctoritate possunt id omne accipere, quod ad eos pertinet. Nec multū referre arbitror, an isti agnati dicantur vniuersales hæredes, an verò particulariter instituti. l. cogi. §. sed similes. vbi Bar. & doct. ad Treb. quia
2 etiam † hæres particularis potest propria auctoritate rem sibi relictam accipere: & in eius possessione est legitimus contradictor hæredis, secundum Bart. l. ex facto. ff. de hæred. instit. versic. & puto. &
3 sequuntur omnes: quia † testator vocando eum per verba directa ciuilia videtur ei dedisse licentiā propria auctoritate accipiendi, quod facere potest. l. Titia cum testamento. §. 1. de lega. 2. Alexan. & cæteri. l. Paul. respondit. ad S. C. Trebell. Ias. post alias. in l. non dubium. 3. not. C. de leg. Cum ergo in casu nostro Comes Franciscus propria auctoritate potuerit ea bona accipere, quæ prætendit, vel feudalia, vel fideicommisso subiecta esse, non potest iudicio aliquo possessorio inquietari, sed opus est (vt Bartol. inquit) ordinaria cognitione, per quam discernatur quæ fuerint libera testatoris, & quæ non. l. si residuum. C. de distr. pign. & interim propter dubium, non dicitur Comes Franciscus esse in aliqua mora, prout in simili probatur in l. in fideicommissi. in princ. ff. de vsur. vbi Bartol. & doctores, & Guid. Pa. quæst. ccccxcvj. fa-
4 cit, quia † lex transferens possessionem, intelligitur de possessione certa non autem incerta: cum regulariter per incertitudinem vitietur possessio. l. 3. §. incertam. de acqu. possess. Bartol. l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. l. si fic. §. 1. in fin. de leg. 1. l. legaui. de lib. lega. Prius ergo, quàm fiat vlla translatio oportet rem certificatam esse, prout etiam sentit Ias. consilio cxlvij. in ij. dub. ij. lib. hęc
5 enim † missio in possessionem nihil aliud est, quàm quædam executio, quæ non potest fieri, nisi super certo: vnde videmus quod in casibus, quibus specialiter valet † sententia incerta debet tamen semper in executione certificari, secundum
6 gloss. l. 2. C. de sent. quæ sing. cert. quant. & ibi doct. gloss. in l. 1. in verb. vt proinde. ff. de eden. Nec me multum mouet coniectura mentis testatoris, qui verisimiliter noluit facere meliorem cau sam agnatorum in præiudicium filiarum suarum:
7 quia † in claris non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum quis. in fin. de verb. oblig. cum enim agnati expressim instituti sint, frustra circa hanc coniecturam laboremus & laudabilis fuit eius intentio, qui voluit efficaciori via id agnatis dari, quod omnino dandum erat. l. si quis locuples. de
8 man. testa. & † exceptionem præposterationis possessorij ad petitorium sustulit quæ apices iuris concernit, secundum gloss. l. si mancipium. §. 1. ff. de euictio. eos in parte sua instituendo, fortiusque eorum ius faciendo. l. apud Iulianum. §. si Titius. de leg. 1. maximè cum (ut infrà dicam) eadem facultas Comiti Ioanni Antonio competeret, ex testamento domini Sanguinoli. Secundò principaliter suprascriptā decisio limitatur, nisi agnatus contradicens filiæ incontinenti probaret de iure suo, clarum enim est dispositionem. d. l. fin. C. de ed. diui Adr. tol. esse remedium adipiscendæ possessionis, vt ibi dicunt omnes doctores: con-
9 stat autem tali † interdicto obstare exceptionem dolo facies: quia petis, quod restituturus es. l. dolo. ff. de doli except. quotiescunq; incontinenti probari potest. l. is. à quo. ff. vt in poss. legat. & firmant omnes in d. l. fin. Et quod dicitur de remedio d. l. fin. habet locum, etiam stante decreto nostro continuante possessionem defuncti in hæredem: quia

A talis † possessio est ficta, & ciuilissima quæ non 10
parit interdictum recuperandæ, vt est magis communis opinio, secundum Alexan. in l. in suis. de lib. & posthum. & Ias. l. si sorori. C. de iur. delib. & consuluit Alexan. consilio xxxvij. in j. & consilio lxxxiij. in ij. & alibi sæpè: & licet aliqui in hoc contradicant, tamen eorum opinio non est tenenda: quia † ad hoc vt detur interdictum recuperandæ, 11
lex requirit. quod quis sit deiectus de solo fundi. l. j. §. j. ff. de vi, & vi arm. & iij. quæst. j. ca. redintegranda. quæ verba sonant in actum facti, & naturalem vnde non verificantur in ficto, & ciuilissimo. l. fin. C. de ijs, qui ven. ætat. Suadetur hoc etiam, quia decretum dicit, quod hæres continuetur, vnde oportet prius constare, quòd sit hæres, secundum doctrinam Bartol. l. 1. §. & parui. quod vi, aut clam, & ideo in hoc remedio oportet probare hanc qualitatem, quæ concernit titulum, secundum Bald. consilio cccxxx. statuto cauetur. lib. 1. ergo non possumus dicere, quod detur ex eo C
remedium recuperandæ: quia in eo nunquam quæritur de titul. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. cum similibus. stat ergo firma & vera conclusio, quòd isti † agentes solum possessorium adipi- 12
scendæ intentare possunt, cui obstat exceptio dominij, dummodo incontinenti probetur, secundum gloss. d. l. dolo. quod in casu nostro est, quia incontinenti per publica documenta Comes Franciscus, probat bona de quorum possessione agitur esse feudalia, & ad fœminas transire non D
posse, & sic apparet suprascriptam decisionem non obstare quæ procedit, quando non constat incontinenti, quod bona sint feudalia, & ita propriè loquitur text. in d. cap. 2. si de feud. defunct. vbi filia contendebat bona esse allodialia, & agnati non habebant aliquas probationes in promptu, sed offerebant iusiurandum suum vt ibi latius habetur. & ibi And. de Iser. & d. Præpos. expressè firmant suprascriptam limitationem. Tertiò principaliter limitatur, nisi feudum, de quo ageretur hæreditarium non esset, vt quia non concessum pro se, & hæredibus, sed pro se, & filijs, & E
descendentibus: sicut est in casu nostro, vt appareat ex lectura vtriusque priuilegij indult. tam per illustrem Ducem Franciscum, quàm illustrem Ducem Ludouicum. Cuius limitationis ea est ratio, quia tam dispositio dictæ l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. quàm dispositio decreti suprascripti requirunt hanc qualitatem, qua quis admittatur tanquam hæres, vnde in bonis, quæ non tanquam hæredi, sed tanquam filio deferuntur, eis F
locus non est, prout rectè distinguitur Francischinus Curtius. in d. l. fin. & licet Raph. Com. consilio clxxiij. incip. Galuariuli, generaliter consuluerit, quòd suprascriptum decretum non habeat locum in bonis feudalibus: quia in illis possessio dicitur cohærere cuidam iuri personali, quod non solet transire in hæredem, & ita etiam nouissimè consuluerit Ias. consilio cxlvij. in ij. & consilio clj. in iiij. & idem etiam senserit in simili casu. Ioan. de Imola consilio xvj. Andr. Sicul. consilio lviij. in ij. tamen quia illa opinio ita generaliter intellecta est, iudicio meo, satis ambiguo non putarem recedendum à suprascripta distinctione, vt in feudo hæreditario locus sit decreto, secùs verò sit in feudo non hæreditario, & quod solo iure sanguinis defertur. & licet Ias. in d. l. si sorori. allegat circa hoc contrarias decisiones Baldi, tamen (si bene videatur Baldus) nihil dicit, quod ad hoc propositum faciat, & ideo suprascri-

pram distinctionem sequor. Fortius videretur generaliter posse dici, opinionẽ Raph. esse indistinctè veram saltem in Ducatu Mediolani in quo cautum est expresso decreto, quod incipit, meminimus. promulgato die xiij. Nouembris 1490. *Quod bona feudalia quibuscunque verbis concessio facta sit, non possint in alios, quàm masculos, nec facto hominis, nec legis ministerio alienari, aut deuenire, nec in fœminas transferri*, &c. quibus verbis videtur impediri translatio possessionis, quæ fieret vigore decreti continuantis possessionem defuncti in hæredem: quia licet
13 † translatio possessionis quæ nãturaliter fit per viam facti prohibitione legis non impediatur. l. j. §. si vir vxori. de acquir. poss. tamen ea impeditur, quæ legis duntaxat ministerio fieret, fuit solenne dictum domini Argentini de Forliuio in d. l. j. §. si vir. quod sequuntur ibi doctores Paul. Cast. Socin. Ias. & cum decretum prohibeat talem translationem, vt bona permaneant in masculis, videtur tali casu competere facultas ipsis masculis, etiam propria auctoritate ea accipiendi. vt est gloss. notab in §. de cætero. in verb. licentiam damus. in authent. vt de cætero commut. non fiant. quam sequitur, & approbat Ang. Rom. & Alexan. in l. qui absenti. §. j. de acq. poss. Ang. l. penul. ff. de pact. Bal. c. cæterum. extra de iud. & in cap. j. §. hoc quoq;. de suc. feud. Ias. l. filius f. §. diui. de leg. j. Nec obstat, si diceretur, quòd non videtur satis constare, quòd ista bona sint feudalia: quia (vt fuit elegãter ab alijs responsum) satis cõstat ex eo, quòd continentur intra fines, quorum est mentio in inuesti turis. l. si fines. C. de euict. l. æde sacra. §. j. de cõtra. empt. Et quamuis allegetur ista bona fuisse quandoq; vendita tanquam allodialia, tamen huic argumento eleganter fuit responsum per coaduocatos, quorum laboribus interim acquiescam. Et vl-
14 terius est aduertendum, † quia etiam si olim fuissent allodialia, tamen cum Comes Oliuerius ex certa scientia recognouerit illa in vim feudi ab illustrissimo Duce Ludouico incipient ab eo tempore esse feudalia, per doctrinam Bar. in l. cum sal sa. versi. quid si confiteor. C. de iure. & fact. ign. quę videtur magis cõmuniter approbata, vt per Guid. pap. q. cclxxij. & licet Bar. loquatur in re cognitione quæ fit erga ecclesiam, idem tamen debet esse in ea, quæ fit versus rempublicam, seu principem,
15 nam † priuilegium ecclesię, quod absq; traditione illi quæratur dominiũ habet locũ etiã in ciuitate. l. fi. C. de sac. sanct. eccl. & faciliùs debet hoc præsumi in recognitione feudali, quàm emphyteutica: ex quo in feudali nõ subest mera donatio, etiam si sapiat lucrũ ex parte donantis: quia præsumit̃ facta vt in eis bonis à principe defendatur, secundũ Iac. de S. Georgio in tract. de homag. versic. v. casus. vnde apparet non esse meram donationẽ, quę ratio præsumitur l. cum de indebito. de prob. & debet hęc interpretatio accipi: quia etiam cũ propriè titulo competente, ex priuilegio veteri Ducis Francisci ex quo apparet nõ mutari dominiũ, sed ea forma continuari, quæ prius erat. Et in omnem casum talis inuestitura saltem probat bona fuisse feudalia, vt cõcludit Alex. consi. xxix. in v. & Raph. Com. consi. clvij. dominus Cõsignorus. imo nisi probentur specialiter quę sint allodialia videretur quod tali casu omnia istorũ bona præsumantur feudalia. ca. vni. §. vasallus. vbi doctor. si de feu. fuer. contr. de quo tamen dicendũ est, vt ibi. Quare to principaliter limitatur suprascripta decisio, vt
16 nõ habeat locum aduersus † fideicommissarium, qui sine vitio reperiatur in possessione: quia talis est legitimus contradictor in hoc iudicio possessorio, secundum Bart. & doctr. in d. l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. & in l. filiam fratribus. ff. ad Trebel. † dicitur autem esse in possessione sine vitio, quando testator dedit ei facultatem propria auctoritate ingrediendi, vt not. do. in l. Paulus respondit, ad Trebell. & Bald. consi. ccccxxxv. veritas. in iiij. Dec. consi. lxxxiiij. cum similibus. Non refert autem quomodo data sit hæc facultas, an expressis verbis, an quia testator vocauerit fideicommissarium per † verba directa, puta quia appellauerit
18 eum hæredem, secundum Bart. in d. l. ex facto. de hær. instit. cum quo cæteri transeunt in l. quoties. C. eo tit. quod propriè factum est in testamento domini Sanguinoli, vbi moriente Comite Oliuerio dicit, quod vult Comitem Basianum esse hæredem institutum vt suprà, & suprà dixerat etiam de filijs Basiani, quos cum patre instituebat vndè cum Comes Ioan. Antonius vocatus sit ad fideicommissum per verba directa ciuilia, non est dubitandum licuisse ei propria auctoritate bona apprædendere, & dici possessorem sine vitio, præsertim cum hæc voluntas sit corroborata testamento Comitis Oliuerij, vt suprà dixi. & licet aduersus testamentum Comitis Sanguinoli quædam allegantur, tamen quia concernunt potius petitorium, & etiam rectò sublata per præstantissimos aduocatos sunt, non dixi vlteriùs insistendum, cum ex suprascriptis appareat iustissimam esse ipsius † rei conuenti causam, pro quo etiam
19 in dubio pronuntiandum est. l. fauorabiliores. de reg. iur. c. fin. de re iud. vbi not. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLIIII. SVMMÆ.

1 *Singulare certamen est prohibitum omni iure, tam ciuili, quàm Canonico.*
2 *Duellum honoris tuendi causa concedi.*
3 *Duellum in re aliter probabili non admitti.*
4 *Probatio per duellum cum sit irrationabilis & extraordinaria, duntaxat in subsidium tolleratur, vbi aliter nõ potest esse consultum parti.*
5 *Prouocationis causa specialiter est exprimenda.*
6 *Relationis causa certam mittens prouocat.*
7 *Electio armorum secundum consuetudinem pertinet ad prouocatum.*
8 *Monomachia nunquam conceditur, nisi ex certa causa, quam exprimere tenetur, qui chartulam transmittit.*
9 *Chartula conditionalis non admittitur, nec est sufficiens duello.*



ECTA chartula seu vtraque attestatione Com. Lud. & responsionibus Com. Sforzię existimaui ipsum Co. Sforziam minimè oneratum esse, nec in hac causa locum esse duello. Sciendum enim est, quòd † singulare certamen est
1 prohibitum omni iure tam ciuili, quàm canonico. l. j. C. de gladiat. lib. x. ij. quęst. v. can. monomachiam. & c. j. de purg. vulg. adeò vt nec valeat consuetudo in contrarium. c. ij. de cler. pugn. in duel. hodie tamen † inter milites permittitur ex maxi-
2 ma causa, puta pro conseruatione honoris, secundum Bal. in c. j. de pace ten. in feu. & in l. ex hoc iure. q. viij. ff. de iust. & iure. quæ consuetudo tamen non habet locum in re clara, quando veritas aliter quã per † duellũ ꝓbari possit, qđ per multa cõsuluit Dec. consi. ccccclxxxvij. & dclxxxvj. Cũ em̃ hęc
4 † probatio ꝑ duellũ sit irrationabilis & extraordi-

naria,

naria, duntaxat toleratur in subsidium, vbi aliter non potest esse consultum parti, secundum Bald. in l. cum filius. §. fin. de leg. ij. And. Sicul. consilio lxij. in j. cum si. vbi igitur periculum honoris non subest, non est concedendum duellum, & ideo in casu nostro, cum non appareat Comiti Ludouico quicquam obiectum fuisse, quòd eius honorem tangat, potuit Com. Sforzia eo modo respondere quo fecit, & est laudandus qui ad chartulam non satis benè conceptam exceptiones opposuit iudicio meo veras, & secundum morem militarem valdè aptas. Prima est exceptio, quòd Com. Ludou. non affirmauit verum esse quod intellexerat, sed simpliciter dixit. *Se intellexisse à fide dignis* vnde cum Com. Sfortzia dixerit, *Illos mentiri*, nulla est querela. Com. Ludou. cùm secus esset, si Com. Ludou. non ex relatione aliorum, sed simpliciter affirmasset, quod Sforzia dixisset, &c. potuit enim hoc facere, & id affirmare pro vero, quòd intellexerat secundum gloss. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonstr. & quæ not. Ias. in l. 1. in princ. ff. de eo per quem fact. Alexan. consilio xxviij. in j. Felin. c. cum contingat. de rescript. quod cum Com. Ludou. non fecerit, sed simpliciter dixerit, se intellexisse, non subest contradictio super qua pugnari possit: quia Com. Ludou. dicit se intellexisse Com. Sforzia non negat, quin potuerit intelligere, sed dicit, eos qui hoc retulerunt mentiri: vnde hic non est vlla contestatio litis, nec status quæstionis, super qua pugnari possit. Secunda est exceptio, quia † non est specialiter declarata sententia ipsius Com. Ludou. Cum enim, sicut in libellis iudiciarijs, ita etiam in istis chartulis attendenda sit semper conclusio. c. ex parte. vbi doct. de fo. compe. l. si voluntate. C. de rescind. vend. vbi Bald. l. j. vbi Ias. ff. de eden. videtur in casu nostro conclusio esse incerta, dum subijcit, *Dico, quòd quisquis grauauerit honorem meum, mihi quòd non est attribuendo, mentitur*, ista enim conclusio generalis nihil infert, an ipse esset conscius, an non, cùm posset esse eius mentis Com. Ludou. vt non existimaret participationem hanc esse contra honorem suum, quandoquidem vt inquit Corn. Tacit. lib. 1. occisus Cæsar alijs pessimum, alijs pulcherrimum facinus videbatur. debuit ergo specialiter declarare quòd intelligeret si fuisset conscius talis cædis, quòd hoc habuisset pro dedecore. & quamuis per quendam ductum sermonis possit aliquo modo videri hoc sensisse, tamen clarè fuit explicandum, vt certus esse posset Comes Sforzia, super quo articulo sibi esset pugnandum. d. l. 1. ff. de edendo. quòd etiam sentit grauissimus auctor Plutarchus libro Simposiachon 11. & dixi in parer. lib. vj. cap. xxij. Tertia est exceptio, quia quamuis in principio narrationis specialiter facta sit mentio, quòd intellexerit se criminari tanquam conscium à Com. Sforzia, & alijs, tamen conclusio se ad generalitatem refert, *Dico, quòd omnes simul & quilibet separatim qui grauauerint honorem meum, &c. mentitur, & promitto me resoluere cum spata, &c.* Siquidem quando † transmittitur chartula sub prætextu relationis sibi per alios factæ, transmittens debet sustinere partes actoris, alias esset in facultatem cuiuslibet prouocare alium, fingendo sibi dictum ab aliquibus, & præcipere electionem armorum prouocato, & ita vidi sæpè iudicari per dominos camporum, nisi quando appareret liquido & incontinenti de veritate, quòd prouocatus dixisset illa verba, quod non apparet in casu nostro, & ideo non licuit Com. Ludou. accipere à seipso † electionum armorum, quæ secundum consuetudinem pertinet ad prouocatum, vt alias diffusè consului in causa domini Canini. Cum ergo in fine testationis dicat Com. Ludou. se eligere ensem, apparet hoc esse dictum propter illam clausulam, *Et alij, &c.* quæ est generalis, in qua si quis specialiter profiteatur se dixisse, sustinebit partes actoris. Com. verò Ludou. partes rei, vt dixi in tractatu de duello, cap. quinto, vbi loquor de armillatis, si verò nemo profiteatur se dixisse, prout in casu nostro, iam nulla est causa cur pugnari debeat. Cum igitur pro iustificatione chartulæ semper oporteat verba esse certa super quibus pugnetur. quia † momomachia nunquam conceditur, nisi ex certa causa quam exprimere tenetur qui chartulam transmittit, quia vt dicitur in l. prætor. in princ. ff. de iniur. qui agit iniuriarum certum dicat quid factum sit, non enim debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare certum & specialiter dicere, quàm se iniuriam passum contendit. vnde videmus, quòd † chartula conditionalis nō admittitur, nec est sufficiens duello. l. vbi autem. §. qui illud. vbi doctor. de verb. oblig. & dixi in tractatu de duello, cap. v. ita in casu nostro debuit Com. Ludouic. certificari, & deliberare an crederet illis delatoribus, & mittere chartulam certam, *Quia dixisti, &c.* non autem, *Quia audiui.* Item debuit specialiter designare, an haberet pro dedecore, si fuisset conscius cædis, &c. quod cum non fecerit, sua illa chartula incerta & indeterminata, non aliam responsionem meruit, quàm quæ sibi ab ipso Com. Sforzia est facta. Et quod dixi de prima Chartula idem etiam de secunda est dicendum, laborat enim eodem morbo. Et ideo concludo saluum esse & illabefactatū honorem Com. Sforzię, nec ad certamen esse deueniendum. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII XLV. SVMMÆ.

1 *Affirmat qui dicit à fide digno intellexisse.*
2 *Participiorum præsentium explicatio.*
3 *Dictio maximè stat ampliatiuè.*
4 *Mentito non licere explicare, imò tu mentiris.*
5 *Qui in certamen descendere vult, non nisi ex certa causa moueri debet, vnde conditionaliter, vel disiunctim intendens, non debet audire.*
6 *Duellum inductum est inter milites ad similitudinem iudiciorum.*
7 *Vt actus valeat, debet fieri interpretatio, quod chartula sit affirmatiua, & certa.*



ECTIS verbis chartularum vltrò & citrò missarum per strenuos milites d. Achillem Cibo. & dn. Iacobum sanctum de Masi, interrogatus quis prouocatoris partes sustineat, id est, quis remaneat mentitus: re diligenter considerata, existimaui quod ipse d. Achilles remaneat mentitus, & ideo onus probandi querelam suam per viam armorum ad eum pertinere. Ratio suprascriptæ conclusionis est, quia ipse dominus Achilles primis literis ad D. Iacobum transmissis, *Affirmat † se à persona fide digna intellexisse, quemadmodum aliquis famulus domini Iacobi arma abstulerat subdito suo, & quod istud sibi videbatur officium barruarij, & ideo se admonere dictum Iacobum, quia hoc non est ex honore ipsius Iacobi tolerare huiusmodi, &c.* Et subijcitur, *Quod qui fuit causa huius erroris se non gu-*

bernauit secundum professionem suam, &c. Quibus verbis respondit dominus Stephanus, *Quod ipse mentitur*, vt latius in chartula habetur, quibus verbis satis apparet ipsum Dominum Achillem remanere mentitum. Nec obstant quæ in secundis literis domini Achillis adducuntur. Et in primis, quòd responsio domini Stephani est impertinens, tanquam dominus Achilles non affirmauerit, sed potius interrogauerit, an id verum esset. Respondeo enim verba primæ chartulæ ipsius domini Achillis non pati hanc interpretationem, ex quo manifestè sunt † affirmatiua. *A fide digno accepi, ideo vos admoneo, &c.* apparet enim eum affirmasse, quod à fide digno dixerat se intellexisse, quæ affirmatio potuit ab eo fieri, secundum gloss. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonst. & quæ not. Iaf. in l. j. in princ. ff. de eo per quem fact. Alexand. consilio xxviij. in j. Felin. cap. cum contingat. de rescript. & ideo siue uerum sit siue falsum, quod à fide digno intellexit, cũ ab eo sit affirmatũ, & istius fide digni relationem sequutus sit d. Achilles, non potest nunc se excusare, quia debuit se de veritate prius informare antequam chartulam mitteret, vt dicitur in l. edita. C. de eden. vbi idem dicũt doctor. de eo qui porrigit libellum in iudicio. Non obstat quod caput illud chartulæ quo dicitur, nullam differentiam fuisse inter illum seruitorem, & illum subditum, &c. quod d. Achilles pariter negat se affirmasse hoc, sed solum interrogasse si res se ita haberet: quia resoluitur hoc ex supradictis, verba enim chartulæ non sunt interrogatoria, sed decisoria, vt patet vnicuiq; ea inspicienti. Et illa verba quæ subiunguntur, *Maximè non existente differentia aliquo inter eos*, Resoluuntur, quia non existebat controuersia, cùm non respiciant futurum, ideoque conditionem significare non possint. l. properandum. §. illo. verbo, manifestante. C. de iudic. l. ij. §. mater. verbo, mittente. ff. ad Tertul. & quod dixi de participijs præsentis temporis, in l. cum quærebatur. de verbor. signific. & in casu nostro sumus extra omnem difficultatem: quia illa verba vulgariter concepta, *Maximè senza, habere differentia, &c.* habent significationem separatam à natura participij, vel conditionis, & † dictio illa, *Maximè*, stat ampliatiuè, vt procedat chartula etiam absque ea. l. illud. ff. ad leg. Aquil. vbi not. vnde tanquam de affirmatione pura, locus fuit mentitioni. Non obstat quod dicitur, do. Iacobum vsum esse anticipata mentitione, vt oneraret aduersarium, quod sibi prodesse non debet: quia respondeo, quod cum iniuria cœpta ab ipso do. Achille & transmissa ab eo chartula, non possumus dicere fuisse hoc casu præoccupatam mentitionem, cum licuerit † dom. Iacobo dicere, *Tu mentiris*. l. quæ omnia. vbi doct. ff. de procurat. nec licet dom. Achilli iam mentito replicare, *Imò tu mentiris*. sicut in simili dicimus, quòd aduersus exceptionem doli, non admittitur doli replicatio. l. apud. §. Marcellus. ff. de doli excep. Et quamuis curandum non sit, quibus verborum captionibus quis vtatur, nec quod autor præoccupauerit mentitionem, sed solum sit aduertendum quis sit inculpatus: tamen in casu nostro cessat omnis difficultas, quia inculpatus fuit ipse Stephanus, cui licuit illam mentitionem dare d. l. quæ omnia. & est contentus præsenti statu: vnde ad d. Achillem pertinet onus probationis per duellum, secundum Bald. cap. j. de pace tenenda. Dec. cccclxxxvij, cum similibus. Et suprascripta conclusio maximè est tenenda; quia si diceremus, quòd prima chartula d. Achillis, esset duntaxat interrogatoria, vel esset conditionalis vtique non valeret, quia † qui in certamen descendere vult, non nisi ex certa causa moueri debet: vnde conditionaliter vel disiunctim intendens non debet audiri. l. prætor edixit. ff. de iniur. sicut videmus etiam in libellis iudicialibus, in quibus parte opponente fit reiectio ex tali causa. l. vbi autem. §. qui illud. vbi Alexand. ff. de verbor. obligat. l. fin. C. de anna. except. vbi doctor. vnde idem dicendum in † duello, quod inductum est inter milites, ad similitudinem iudiciorum, vt per Bar. in l. j. C. de lit. contestat. quæst. j. & ij. † debet igitur fieri interpretatio quod chartula sit affirmatiua & certa, vt actus valeat. l. quoties. de verb. oblig. cum similibus & ideo concludo d. Achillem partes prouocatoris sustinere debere, aliàs remanebit mentitus. Et ita mihi videtur, saluo semper sanioris iudicio.

CONSILII XLVI. SVMMÆ.

1. *Mentitus censetur oneratus, & actoris partes sustinet.*
2. *Ille cui fuit data mentitio, dicitur oneratus, & prouocatoris personã sustinet: vt armis probet sibi iniustè mentitionem datam fuisse.*
3. *Res inter alios acta, &c. procedit secundùm rigorẽ iuris ciuilis, non autem secundùm æquitatem iuris gentium.*
4. *In controuersijs militaribus non attendimus ad rigorem, sed duntaxat ad æquitatem iuris gentium.*
5. *Probatio per duellum regulariter, & omni iure est prohibita.*
6. *Duellum censetur inuentum ad probationem veritatis.*
7. *Quilibet præsumitur probus in arte sua.*
8. *Delictum nõ præsumitur præsertim in persona egregia, & valdè honorata.*
9. *Prouocator is dicitur, qui alteri crimen obijcit.*
10. *Prouocatori pertinet onus probandi.*
11. *Mentitionem præoccupatam nihil prodesse.*
12. *Qui primus iniuriam intulit, is & duelli prouocator censetur.*
13. *Mentitionem in casu retrò imputari posse.*
14. *Præoccupatio non mutat onus probandi.*
15. *Præsumptionem legis probat contradicens.*

HOC in casu mihi proposito contentionis vertentis inter d. Baronem Guardiæ, & d. Petrum Stroziam, dicam breuiter omissis superfluis quid sentiã. Semper tamẽ sub correctione virorum militarium, qui harum rerum professionem faciunt. Prima mentitio fuit ad literas scriptas per ipsum Baronem pro exoneratione sua ad illustrissimum Delphinum quibus literis sibi ostensis dixit d. Petrus, quòd Baro mentiebatur, vnde videtur, quòd ex † tali verbo Baro remaneat oneratus, nec d. Petrus habet aliud quo quærat, sed præsenti statu contentus est. Ad munus ergo Baronis pertinet, se exonerare, & via armorum purgare, & sic sustinere partes actoris. l. properandum. §. & si quidẽ. C. de iudi. l. si prius. de oper. no. nũciat. Et hoc suadet etiam communis vsus militum, secundum quem † ille cui fuit data mentitio, dicitur oneratus, & prouocatoris personam sustinet, vt armis probet, sibi iniustè mentitionẽ datam fuisse. argumen. not. in d. l. si prius. Et licet iste vsus vt plurimum obseruetur, quando respondetur literis ab ipso prouocante ad prouocatum scriptis: tamen idem videtur dicendum, quando literæ scri-

præ

ptæ sunt alteri, prout in casu nostro ad illustrissimum Delphinum: quia hoc nihil refert, cum perinde sit ac si ipsi Strozíæ scriptæ fuissent, quia illa
2 regula iuris ciuilis, † res inter alios acta, &c. non procedit nisi secundum rigorem iuris ciuilis, non autem secundum æquitatem iurisgentium, secundum glossam & doctor. in leg. stipulatio ista habere. §. alteri de verbor. obligation. & quod habetur in canonic. quoties cordis oculus. j. quæst. vij. per Felin. in cap. si cautio. numer. 27. extra, de
4 fide instrument. † in istis autem controuersijs militaribus non attendimus ad talem rigorem, sed duntaxat ad æquitatem iurisgentium. l. j. l. neque enim vbi Bartol. ff. de testament. milit. Sed tamen istis non obstantibus, puto in contrarium stare veritatem, quod ex dicta mentitione Baro non remaneat exoneratus, nec teneatur sustinere par-
5 tes actoris: etenim sciendum est, quod † probatio per duellum, regulariter, & omni iure est prohibita. can. monomachiam. ij. quæst. iiij. cap. ij. de cler. pug. in duell. adeò quod non valet consuetudo in contrarium, vt ibi dicitur: solet tamen certis quibusdam casibus concedi pro conseruatione
6 honoris, quoties aliter veritas apparere non potest, & ideo tunc † duellum censetur inuentum ad probationem veritatis, secũdum Hostien. in summa de cleri. pug. in duell. Bald. in l. cum filius. §. fin. ff. de legat. ij. cum concordant. per Deci. consi. cccclxxxvij. vnde in casu nostro, cum d. Baro habeat intentionem fundatam, & præsumptionem
7 legis pro se, quia † quilibet præsumitur probus in arte sua. cap. dudum. de præsump. l. omnimodo.
8 C. de inoffic. testam. & † nõ præsumitur delictum. l. merito. ff. pro soc. præsertim in persona egregia, & valde honorata. l. ij. C. de offi. ciui. iudi. cap. nisi essent de præb. vnde qui vult dicere contrarium. ipse debet probare, & actoris partes sustinere, cùm alius habeat pro se præsumptionem, vt per Bartol. & doctor. in leg. non solum. §. sed vt proba-
9 ri. ff. de oper. no. nuntiat. † prouocator enim is dicitur, qui alteri crimen obijcit. l. j. ff. ad Turpil. & † ad eum pertinet onus probandi. l. qui accusare. C. de eden. quæ probatio fit per duellum, secũdum Bald. in l. j. C. de dedit. lib. tol. & in cap. j. de pace ten. obijcit autem Strozia Baroni, crimen imperitiæ, vel dedecoris in re militari: ergo ipse probare debet. Nec refert quibus verborum captionibus quis vtatur: ea enim substantiam rei non mutant: sicut videmus in iudicijs, in quibus non attenditur, quibus verborum artificijs partes vtantur: sed petitiones duntaxat forma, & libelli conclusio secundum Bartol. in leg. inter stipulantem. in princ. de verbo. obliga. alias cautela verborum rebus ipsis præualeret, potiorque simplici, & sancto sensu esset sophistica expositio: imò aduersus publicam vtilitatem esset, vt quilibet † præoccupatis mentitionibus ex actore reus fieret, & commodum electionis armorum sibi acquireret, fieretque facillimè fraus legi. l. cum ij. §. sed cum lis. de transaction. Accedit ijs, quòd licet aliud sit esse prouocatorem iniuriæ, aliud ceremoniæ: tamen
10 in dubio accipienda est illa interpretatio, vt † qui primus iniuriam intulit, is & duelli prouocator censeatur: siquidem de iniuria ab ipso dicta, dando tali mentitionem, apparet, de ea verò quam denuntiatus dixerit, id est, de decore Baronis non apparet, melior ergo debet esse denuntiati conditio, vt interim partes rei sustineat. l. liberis. §. fin. cum leg. seq. ff. de lib. cau. Nec obstat, quod Baro videatur interim esse oneratus, & Strozia sit con-

A tentus præsenti rerum statu: quia respondeo, quia mentitio Strozæ est tanquam crimen Baroni obiectum, & per secundam mentitionem à Barone dictam, de qua mox disputabimus, purgata est obiectio criminis, & oneratus Strozia. Nec obstat communis vsus, quia procedit aduersus eum qui de crimine aliquo prius incusasset respondentem: licitum est enim respondenti, dicere tu mentiris. leg. quæ omnia. vbi doctor. ff. de procurat. Sed cum hic † cœpta sit iniuria à men-
B titione, licuit Baroni retrò illum mentitionis imputare: sicut in simili dicimus, quod aduersus exceptionem doli non admittitur doli replicatio, & tamen aduersus actionem doli admittitur doli exceptio. l. apud. §. Marcellus. de doli exceptio. Et sicut si Strozia imputasset aliquod crimen Baroni, potuisset ei respondere tu mentiris, ita si ei imputauit crimen mentitionis per supradicta. alias sequeretur, quod communis vsus permittens mentitionem ad exonerationem accusati extenderetur ad grauamen ipsius, quando mentitio es-
C set præoccupata, quod non est dicendum, quia † 14 præoccupatio non mutat onus probationem, vt habetur in leg. diffamari, C. de inge. manu. Vnde sequitur vt rectè atque ordine Christianissimus Rex decreuerit, quod ista mentitio sit nullius valoris. Venio nunc ad aliam mentitionem per quã Baro coram Rege, & cæteris nobilibus dixit, *quod quicunque diceret ipsum muncre suo rectè perfunctum non fuisse, falsò mentiebatur*, quod dictum Rex ipse appro-
D bauit & rectè, quia secundum suprascripta. cum Baro † habeat pro se legis præsumptionem, tali 15 mentitione censetur ei præsumptioni inniti, & illam approbare: vnde qui vult contradicere, debet ipse per duellum probare, iuxta regulam leg. si adulterium. §. ijdem Pollioni. versic. vtique si error allegatur. ff. ad leg. Iuliæ. de adult. vbi Bartol. Et cum vt suprà diximus, non sit curandum, quibus verborum captionibus quis sit vsus, nec per quod actor præoccupauerit mentitionem, sed solùm aduertendum quis sit inculpatus, sequitur vt hoc casu prima illa mentitio anticipata per Strozíam habeatur pro accusatione, ac si dixisset, *Animo Baronem non rectè se gessisse*, & Baro per hanc secundam responderit, tu mentiris: & quod dicitur eũ cui data est mentitio remanere oneratum, procedit quando mentitio est data per respondentem pro tuendo honore suo, non si sit anticipata ad impugnandum honorem alienum. Et ita mihi semper fuit visum, & sæpius consului, saluo semper
F saniore iudicio.

CONSIL. XLVII. SVMMAE.

1 *Certamen singulare est prohibitum omni iure, tam ciuili, quàm Canonico.*
2 *Duellum hodie permittitur inter milites pro conseruatione honoris.*
3 *Duellum ob dubitatiuè dictum non concedi.*
4 *Propter dubietatem sermonis chartula conditionalis non admittitur, nec est sufficiens duello.*
5 *In ijs, quæ ab animo nostro pendent, non videtur admittendum duellum, cum sit species probationis.*
6 *Prouocatorem esse, qui ex relatione cartam mittit.*
7 *Iniuriam notatam solum attendi.*

TRANSMISSA chartula ad Pezanum Regiensem, per Ioannem Vittonem causa duelli inter eos faciendi, fundata est ex eo: quia dixit Ioan-

nan. Vitto. Se audiuisse à quibusdam ibi nominatis, quòd Pezanus dixerat, quòd dictus Vitto incideratin ægritudinem ex timore, ne occideretur ab ipso Pezano, & quòd ipse per publicum documentum dederat ei mentitam, &c. Primò quæritur, nunquid subsit causa sufficiens ad concedendum duellum inter istos milites. Et mihi videtur,
1 quod non. Sciendum enim est, quod singulare † certamen est prohibitum omni iure, tam ciuili, quàm canonico. l. j. C. de glad. lib. x. ij. quæst. v. c. monomachiam. & c. j. de purg. vul. adeo vt nec valeat consuetudo in contrarium. c. ij. de cler. pug.
2 in † duell. hodie tamen inter milites permittitur ex maxima causa, puta pro conseruatione honoris, secundum Bald. in c. j. de pace ten. in feu. & in l. ex hoc iure. quæst. viij. ff. de iust. & iur. quæ consuetudo tamen non habet locum in re clara quando veritas aliter quàm per duellum probari possit, quod per multa consuluit Dec. consil. 487. & 686. Cum enim hæc probatio per duellum, si irrationabilis & extraordinaria, duntaxat toleratur in subsidium vbi aliter non potest esse consultum parti, secundum Bald. in l. cum filius. §. fin. de leg. ij. Andr. Sicu. cõsil. lxij. in j. cum similibus. In casu autem nostro consultum est ipsi Vittoni ex protestatione & chartula Pezani, qua dicit eos mentiri
3 qui dicunt quod ipse † affirmatiuè vnquam dixerit, quod Vitto ægrotauerit metu sui, &c. his enim verbis exoneratus est Vitto, nec subest causa pugnandi. Et quamuis Vitto dicat sibi relatum esse à quinque testibus, tamen hoc non iustificat intentionem suam, nec contradicit assertioni Pezani: quia Pezanus asserit, quod talia verba affirmatiuè, non dixit, & illi testes possunt intelligi, quod dixerit dubitatiuè, vt quia, aliis causis eius morbi allegatis, sit adiectum dubitatiuè, *Forte etiam dum timet occidi, &c.* quo casu propter verba dubitatiuè prolata, non videtur concedendum duellum: quia non debet concedi, nisi ex certa causa: cum aliàs non dicatur illata iniuria. l. prætor edixit. ff.
4 de iniur. vnde videmus, quòd † propter dubietatem sermonis chartula conditionalis non admittitur, nec est sufficiens duello. l. vbi autem. §. qui autem. §. qui illud. vbi docto. ff. de verbo. oblig. & dixi in tracta. de duello. cap. 5. Et quia qui non affirmauit, sed dubitatiuè dixit, nihil certi asseruit, sed dubitationem in animo suo hærentem solum
5 protulit. In † iis autem quæ ab animo nostro pendent non videtur admittendum duellum, cum sit species probationis, secundum Bald. d. §. fina. & in l. j. C. de dedit. lib. tol. circa fin. probatio igitur fit pro certitudine rei gestæ, non vt probetur dubitatio animi alicuius, quæ apud ipsum semper remanet, & circa quam statur dicto suo, secundum glo. in §. aliæ. in fin. instit. de actio. empt. & quæ habentur per Bartol. in l. admonendi. de iur. vet. est enim dubitare. Secundò quæritur, an conclusio Vittonis sit admittenda, *dum admonet Pezanum vt prouideat de campo libero, & ipse prouidebit de armis.* quibus verbis videtur inferre, quod ipse velit sustinere partes prouocati, & Pezanus partes prouocatoris? Ista quæstio frequenter occurrit in facto, & ego aliàs consilio pro Illustr. Caninio Gonzaga
6 respondi, quod imò transmittens † chartulam, sub prætextu relationis sibi per alios factæ, debeat ipse sustinere partes actoris, aliàs esset in facultate cuiuslibet prouocare alium, fingendo sibi dictum ab aliquibus, vel ornando delatores falsos, & præcipere electionem armorum prouocato, & ita vidi sæpè iudicari per dominos camporum, nisi quando appareret liquidò, & incontinenti de veritate, quod prouocatus dixit illa verba, quod non est in casu nostro, maximè cum testes, à quibus audiuisse Vitto fatetur, sint inimici ipsius Pezani, & habeant cum eo alias querelas, vt est notorium ipsis iudicibus. Et ideo concludo, quod non licuit Vittoni à seipso accipere electionem armorum, quæ secundum consuetudinem pertinet ad prouocatum, cum ipse tali chartula potius sit prouocator per supradicta. Et quia diffusè de hoc scripsi in præallegato consilio pro illustris. Caninio non insistam nunc vlterius. Nec obstat, quod in fine chartulæ suæ, Pezanus dicat verba in iurioſa aduersus Vittonem, & sic videatur iniuria incipere ab ipso Pezano, quia vt apparet ex chartula Vittonis, ipse non curauit † de illis verbis in-
7 iurioſis, nec reuocauit ea ad animum: sed solum illam causam, quia dixerat eum metu infirmatum, quæ causa sola debet attendi, vt dixi in libello de singulari certamine. ca. xj. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLVIII. SVMMAE.

1 *Collectæ quæ imponuntur ratione quorumcunque bonorum etiam mobilium, comprehendunt etiam merces, & res mercantiles.*
2 *Negotiatores duntaxat qui deuotioni Principis seruiunt, eius immunitatis habent.*
5 *Mercatores qui pannos conducunt à partibus vltramontanis, non debent immunitatem habere, cùm principaliter pro suo commodo faciant, licet secundario versetur vtilitas publicæ.*
4 *Munerum alia personalia alia patrimonialia, alia mixta.*
5 *In muneribus patrimonialibus bona mobilia describuntur.*
6 *In collectis imponendis describuntur res, quæ secundum loci consuetudinem solent describi.*
7 *Artifices ferè omnes à personalibus muneribus excusationem habent, vt possint facilius artes illas exercere, & alios docere.*
8 *Mercatores de iure communi non solùm non grauantur respectu suarum mercium, sed immunitatem consequuntur à muneribus personalibus, & mixtis, quã diu mercimonium exerceant.*
9 *Iniquum est cogi quenquam, præsertim mercatorem ad propalandum res suas.*
10 *Durum & inhumanum est propria publicatione facultatum paupertatem detegi, & inuidiæ patere diuitias.*



Si inclyta communitas Mediolani conficere debeat æstiuum pro collectis quæ quotidie ab agentibus pro Cæsarea maiestate imponuntur. Quæritur, an mercatores ciuitatis pro rebus mercantilibus, in eo describi debeant? Et prima fronte videretur dicendum, quod sic, quia † collectæ istæ imponuntur ratione quo- 1
rumcunque bonorum, etiam mobilium, iuxta text. cum glo. in l. fina. C. de mune. patr. libro 10. tradit Bar. in l. j. C. de mul. & in quo loc. ver. item quæro pro imponenda. Et quia videmus duntaxat † negotiatores, qui deuotioni Principis seruiunt ius immunitatis habere. l. negotiantes. C. de excu. mun. lib. 10. vnde apparet secus esse in alijs, & pro ista opinione est tex. in l. j. in prin. secundum intellectum Dyn. ff. de iur. immu. vbi dicit, quod † mercatores qui pannos conducunt à par- 3
tibus Vltramontanis, non debent immunitatem habere, cum principaliter pro suo commodo faciant,

ciant, licet secundario versetur vtilitas publica. facit l. filij. §. fin. ff. ad munic. l. fi. §. patrimoniorũ. ver. ab huiusmodi. de mune. & honõ. Sed tamen his non obstantibus, in casu nostro aliud videtur dicendum. Et in primis sciendum est, quod † munerum alia sunt personalia, alia patrimonialia, alia mixta, id est, quæ imponuntur personæ pro rebus, vt sunt collectæ, de quibus agitur, vt declarãt doctor. in l. placet. C. de sac. san. eccl. Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & honor. Quantum ergo pertinet ad munera patrimonialia, potest dici, quod etiam mobilia describantur, & ita loquitur d. l. fin. & Bartol. d. l. j. nec in eis sit aliqua immunitas secundum Dynum & suprà allegata. Sed quæstio nostra procedit in alijs terminis videlicet in collecta, seu munere quod personis imponitur pro rebus, vt videamus quæ res sint describendæ. Et in hac materia principalis conclusio est, vt describantur res quæ secundum consuetudinem loci † solent describi, iuxta text. in l. honor. versicu. item lex. ff. de muner. & honor. & l. honores. C. decurio. libr. 10. Dico autem, quod secundum consuetudinem dictæ ciuitatis, non solent in æstimo imponi huiusmodi merces, vt dicit Ias. in l. decem. num. 34. ff. de verb. oblig. & hæc consuetudo apparet etiam ex iure communi. Maximè ex l. forma. ff. de censib. vbi solum bona immobilia describuntur in censu, & nullum verbum fit de mercibus. Et quod istud sit verum, probatur etiam, quia nos videmus † ferè omnes artifices à personalibus excusationem habere, qui nominati sunt in l. j. C. de excu. artific. libr. 10. & in l. fi. ff. de iur. immun. vt possint facilius artes illas exercere, & alios dicere, quæ ratio maximè militat in mercatoribus, qui ciuitatem opulentiorem reddunt, & artes ipsas sustinent, vt meritò consuetudo inualuerit, vt eorum merces in æstimo non ponantur. Confirmatur hæc sententia, quia videmus in iure, non solum eos respectu suarum mercium non gratiari, sed amplius † immunitatem consequi à muneribus personalibus, & mixtis quandiu mercimonium exerceant. l. semper. §. negotiatores. imò secundum aliquos, etiam à patrimonialibus. d. l. semper. §. licet. & per glo. in l. cum nauicularijs. C. de nauicu. libr. 11. Et probatur in d. l. negotiantes. verb. ab omni munere. Cùm ergo habeant priuilegium immunitatis in alijs rebus, multò magis fuit æquum, quod in ipsis mercibus non subirent aliquam descriptionem. Fortius dico, quod publica vtilitas hoc suadet, ne isti transferant merces suas aliò, propter facilitatem transnehendi. Et quia tales merces non cohærent loco ciuitatis, sed destinatione dominorum transferãtur in varias nũdinas, non subiectas Maiestati Cæsaris: vnde inconueniens est eas vltra grauari, & contra mentem Cæsaris maiestatis, quæ contenta est solutione vectigalium, & finit eas vbicumque transferri, iuxta l. j. C. de vectigal. & commiss. & l. j. cum sequen. C. de commerc. & merca. & quia capitale mercium est incertum propter periculum amissionis, vt dicit Bartol. in l. si constante. verfic. quarto quæro. solu. matrim. Et ideo talis consuetudo nititur optima ratione, & est omninò seruanda. Non omitto etiam, quod cum mercatores habeant rationes suas cum multis creditoribus, & multi in specie videantur diuites qui sunt pauperes † iniquum est eos ad propalandum res suas cogi: quia vt dicit Alber. de Rosa. post veteres, in tract. de muner. quem posuit in rubr. illius tituli in rebus mobilibus, quæ in secreto habentur etiam à non mercatoribus, sicut aurum, argentum, ornamenta, & supellectilia, non debent cogi possessores singulariter profiteri: sed sufficit si in genere sub sacramento stetur, † quid enim tam durum, tamq; inhumanum, quàm publicatione propria facultatum, paupertatem detegi, & inuidiæ patere diuitias? l. 3. §. sed vbi. C. quando & quibus quarta pars. Et ita mihi videtur saluo semper sanioris iudicio.

CONSIL. XLIX. SVMMA.

1 *Particularis interitus rei ad emphyteutam pertinet.*
2 *Non est verisimile quenquam res suas velle vilius distrahere, quàm valeant.*
3 *Locatio & emptio fieri solent iusto pretio; aliàs competit remedium l. 2. C. de rescin. vendit.*
4 *Emphyteusis datur regulariter pro iusto pretio, licet ecclesia remittat sextam partem.*
5 *Qui Emphyteusim conducit, videtur periculum omne, & casus fortuitos suscipere.*



A pars in istis controuersijs Doctorum semper est eligenda, quæ magis quadrat verbis legũ, alioquin totum ius nostrum turbaretur fantasijs interpretum, qui quadam audacia ducti, non tam leges exponerent, quàm de suo capite nouas conderent. Et pro ista domina est casus in l. j. C. de iur. emphyt. & in §. adeò. in fi. instit. loc. vbi particularis † interitus rei ad emphyteutam pertinet. vnde sunt vulgata illa carmina: Si pereat tota, &c. Et secundum hanc doctrinam vixerunt maiores nostri vsque ad Bartolum qui interpretatione sua destruit illos text. intelligendo eos, quando emphyteusis erat concessa pro modico, & supererat adhuc, quantum sufficeret pensioni: quam opinionem ostendo esse falsam quatuor rationibus, & plurimis auctoritatib. Prima ratio, quia nulla lex est quæ dicat emphyteusim solitam esse concedi pro re minima: imò verisimile est, quod semper concedatur pro eo valore, quo res tunc locari posset, licet accipiens speret se eam melioraturum. vnde cum lex non dicat, nec nõs: quia erubescimus, &c. §. cum igitur. in auth. de non eleg. † nec est verisimile, quod quisquam res suas velit vilius, quàm valeant, distrahere. l. cùm de indebito. de probat. Secunda ratio, quia si id verum esset, non fuisset probabilis veterum dubitatio, an hic contractus in speciem emptionis, an verò locationis tenderet cum † & locatio, & emptio soleant fieri iusto pretio, aliàs competit remedium. l. ij. C. de rescind. vendi. potius dubitandum esset, an caderet in speciem donationis, quatenus valor excederet canonem. l. si sponsus. §. circa. de donat. inter vir. & tamen text. dicit de primo casu solum fuisse controuersiam. d. §. adeo. Tertia ratio, per text. in §. lex itaque. versicu. dudum. in auth. de non alien. vbi in emphyteusi fit diminutio sextæ partis mercedis, propter casus fortuitos: & sic apparet, quod † emphyteusis datur regulariter pro iusto pretio, licet ecclesia remittat sextam partem. ad idem. l. quicunque. C. de fund. patr. lib. xj. vbi emphyteuses perpetuæ dantur à Principe præcedente licitatione seu subhastatione. Quarta ratio, quia etiam dato, quod soleret emphyteusis dari pro modico pretio, & consequenter in ea non fieret remissio: tamen partes contrahentes pro magno videtur secundũ naturã

vera

veræ emphyteuseos contrahere, vt nulla tamen remissio fiat. argu. l. quidam. de verb. obl. l. quæro. ff. loca. l. si duo. vbi Bal. ff. de acquir. hæred. Postremò dico, quod ista opinio est communis, si rectè videantur auctoritates Doctorum. Et in primis eam tenuit Azo in Summa locati. §. est autem. & q vbique gl. cum qua transiuerunt Odofr. Iac. Mars. Syll. Din. Oldr. Cyn. & omnes scribentes, vsque ad Bar. aduersus quem tenet ibi Salic. & Alber. de Rosa. vbi attestatur communiter seruari opinionem glossæ, prout etiam tenet ibi Abb. & Butr. & Ricard. Malumb. & Bald. & idem tenet glo. in c. potuit. de locato. & ibi Abbas post multos Canonistas. & Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. cxxxiiij. & seq. Idem tenuit Raph. Cum. Ia. Put. in l. interdum. §. 1. de acquiren. poss. & ibidem etiam Alexand. qui apud me est grauioris auctoritatis in lectura, quàm in consilijs. Io. Fab. & Ang. Aretin. in d. §. adeò. Angel. in §. quia vero Leonis. & d. §. lex itaque. in auth. de non alien. vbi ille text. etiam affert rationem: nempè, quia qui † emphyteusim conducit, videtur periculum omne, & casus fortuitos suscipere. Aliam rationem etiam adducit Cyn. in d. l. j. videlicet, quia canon emphyteuticus non soluitur, pro compensatione fructuum, sed in recognitionem dominij. & ideò nihil refert, quod res ista diminuatur. Fortius in casu nostro dico, quod possunt emphyteutę isti ab ipsa domina cogi ad reparandam domum pro maiore ipsius dominæ securitate, & interim solo idem præstare, quod pro tota domo soluebant, secundum Angel. in d. §. lex itaque. sequitur Iason li. C. de iure emphyteu.

CONSILII L. SVMMAE.

1 *Filiafamilias iure hodierno non admittitur ad agendum ad bona aduentitia, nisi in eadem instantia interueniat pater, & quia.*

2 *Duo agentes eodem libello, dicuntur alter alteri cõsentire, nec requiritur alius consensus.*

3 *Compromissum iuratum cum laudo & homologatione iurata, valet, & tenet super alimentis.*

4 *Super alimentis, de futuro debitis per vltimam voluntatem regulariter non potest transigi, fallit quando interuenit iuramentum.*

5 *Prohibitio introducta à lege propter priuatam vtilitatẽ, principaliter potest iuramento partium tolli.*

6 *Alimenta iure actionis debita, peti possunt per eum, qui interim aliunde, vel de suo se aluerit.*

7 *Alimenta iure actionis debita, præscribi non possunt propter malam fidem.*

8 *Hæredes tenentur exonerare conscientiam defuncti.*

DVBIIS de quibus controuersia agitur inter nobilem Ioannam Boni, & hæredes Q. nobilis Ioannis Faleti, intellectis per tres conclusiones rem breuiter duxi decidendã. Prima conclusio iuris est, quod de 1 iure hodierno, † filiafamiliãs agens ad bona aduẽtitia, non admittitur, nisi in eadem instantia interueniat pater, quia ad eum pertinet administratio, casu quo illi acquiratur vsufructus. l. j. C. de bon. mater. l. fi. §. vbi autem. C. de bon. quę liber. & casu quo non quæratur, adhuc requiritur, in signum repudiationis, vt dicit Bart. in d. l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. cum quo ibi transeunt scribentes. si autem contingat, quod ambo † agant 2 eodem libello, dicitur alter alteri consentire, nec requiritur alius consensus, vt dicit Bart. in l. cùm pater. §. libertis. in fin. ff. de legat. 1. per illum text. & tex. in l. Titius. ff. quibus modis pigno. vel hypoth. sol. cuius dictum est communiter approbatum, vt per Felin. in c. capitulum. primo. de rescript. vnde in casu nostro cùm idem procurator vtriusque esset, & vtroque nomine egerit, prout ipsos præsens negotium tangebat, cõcludo quod libellus est bene conceptus. Secunda conclusio est, quod † compromissum iuratum cum laudo, & 3 homologatione iurata valent, & tenent super alimentis, quia † licet aliàs regulariter, super alimen 4 tis de futuro debitis, per vltimam voluntatem, nõ possit transigi. l. cum hi. ff. de transact. tamen fallit. quando interuenit iuramentum, secundum Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in x. membro, cum quo est communis conclusio scribentium: quia talis † prohibitio fuit introducta à lege, 5 propter priuatam vtilitatem principaliter, vnde potest iuramento partium tolli. cap. cum contingat. extra, de iureiur. & ita est communis opinio, per Ias. in d. l. cum hi. & Dec. in l. de alimentis. C. de transact. Et licet aliqui contradixerint, tamen eorum opin. saluatur solum quando alicui deberentur alimenta, & post moreretur famæ. nam tunc Imol. in d. cap. cùm contingat. limitat præcedentem conclusionem. Et ista opinio, in casu nostro est tantò verior, quia non fuit transactum, vt aliquid de præsenti acciperetur: & vt actio tolleretur, sed solum fuit declarata summa, quid præstandum esset singulis annis, vnde cessat prohibitio legis. Item apparet ex post facto, quod ista cõcordia fuit vtilis ipsi Danieli, vnde etiam sine iuramento teneret. d. l. cum hi. §. causæ. & quæ not. Rom. in consil. cccxvj. circa propositum. & consil. ccccliij. visa. Dec. in d. l. de alimentis. Et cùm debeantur hæc † alimenta iure actionis, possunt 6 peti per eum qui interim aliundè, vel de suo se aluerit, vt per Baldum & Ias. in d. l. de alimentis. Tertia conclusio est, quod cùm hæc alimenta debeantur per ipsum Ioannem iure actionis, nunquam fuerunt præscripta, nec potuerunt † præ- 7 scribi propter malam fidem. cap. malæfidei. extra, de reg. iur. in 6. & † hæredes ipsi, etiamsi ignorassent, nihilominùs tenentur ad exonerandam 8 conscientiam defuncti. nec possunt opponere de præscriptione, vt est magis communis opinio Abb. Imol. & aliorum in cap. fi. extra, de prescript. vbi Felin. Alexand. in varijs consil. relatis per Felin. in dicto loco. & hæc opinio est canonizata per Doctor. in vtroque foro, tam seculari, quàm ecclesiastico. vnde non est vlterius insistendum, sed iudicandum pro actore. Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LI. SVMMAE.

1 *Legata debent sumi de manu hæredis, & ea occupans propria authoritate punitur amissione rei.*

2 *In dubio præsumitur adulteriũ, & filios natos adulterinos.*

3 *Filius institutus præsumitur incapax, quando constat illũ esse filium illegitimum testatoris.*

4 *Naturales verè, qui.*

5 *Filij quos habet quis ex sua ancilla sunt spurij, non autem naturales, & capaces.*

6 *Matrimonium est facti.*

7 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

8 *Persona succedere volens, imprimis debet legitimari.*

9 *Patris assertioni, qui in testamento filium suum naturalem appellauit, standum videtur sal.*

10 *In prohibitis assertioni patris non statur.*

FACIT



TACIT pro Dño. Georgio Castano, quia ipse est hæres, & ideo cõtinuandus ex decreto, etiam respectu legatorũ: quia † legata debent sumi de manu hæredis, & ea occupans propria auctoritate, punitur amissione rei. l. non dubium. C. de legatis. quantò magis iste, qui existente ipso Io. Georgio in possessione eum spoliauit, & incidit in pœnam l. si quis in tantam. C. vnde vi. & quo ad possessorium non videtur aliqua difficultas. In petitorio punctus est, an iste filius præsumatur Spurius, ita quod sit incapax, an naturalis tantum, & capax? & dico præsumi incapacem, & spurium. Primò, quia hoc decidit glo. in c. lator. in gloss. penult. qui filij sint leg. & d. Præpositus ibi in secunda quæstione. vbi firmant † in dubio præsumi adulterium, & filios natos esse adulterinos. argu. text. 35. q. 5. c. aliter negetur. quod non procederet si concubinatus præsumeretur. Secundò, quia hoc decidere videtur Bald. in l. 3. in princ. ff. de liber. & posthu. vbi videtur † filium institutum præsumi incapacem, quando constat esse filium illegitimum testatoris, sequitur ibi Pau. de Castr. & Alex. & Ferrat. caurela 41. Ad quod vide tamen Ludo. de Sardis. in tract. de legitim. versic. quia natis. & Bald. consilio. 448. in 3. quæsito. in 1. lib. 213. in fin. in 2. & 262. incipien. recolo me. in 1. lib. vbi dicit quod pauci verè sunt † naturales, & capaces, ex quo requiritur quod sint nati ex cõcubina propriè sumpta, & multa circa hoc requirũtur, videlicet, quod vterq; sit solutus, quod inter eos posset esse matrimonium, quod retenta diu in domo, & in schemate concubinæ, quod quidem schema parũ differt ab vxore, & quod cum vnica consuescat, vt probatur in §. si quis autem defunctus. in authen. quib. mod. natu. effic. sui. in l. 3. ff. de concub. Sign. Homod. consil. 221. factum. Abb. c. innotuit. de elect. cum concord. per Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Io. Bapti. de S. Seuer. in rep. l. si quia illustris. C. ad Orfic. in prima charta, & propterea † filij quos quis habet ex sua ancilla sunt spurij, non autem naturales & capaces, secundum Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Alber. de Rosat. in rubrica. C. de natur. lib. vbi dicit de hoc fuisse magnam controuersiam in Prouincia, & quod not. Aret. consil. 48. in princ. Quartò facit ratio, quia filius non præsumitur legitimus, quia † matrimonium est facti, & † facta non præsumuntur, ita dicit Bart. consi. 42. visa inquisitione. Corn. consi. 68. placet mihi. volu. 1. Ias. l. post dotem. ff. solu. matr. Dec. l. si emancipati. C. de collat. ista ratio militat etiam in casu nostro: quia habere aliquam in schemate cõcubinæ propter multa inde requisita, est quid facti, & nõ præsumitur, vnde nec quis naturalis præsumendus est. Quintò facit quia † in primis debet legitimari persona succedere volentis. l. si rẽs. C. de ord. cog. glo. in l. 3. C. de edi. diui Adria. toll. Non obstat, quod minus delictum præsumatur, quia respondet Dec. in d. l. si emancipati. non procedere, nisi quando quis est reus & se excusat, agẽdo autem aliud est. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. quamuis quò ad animam maius videatur delictum in concubina propter longam & assiduam conuersationem. Nec obstat, quod † pater appellauerit in testamẽto naturalem. vnde videtur standum assertionis patris facit l. si institutus. §. 1. vbi Paul. Castr. de inoffic. testamen. quia securus est vulgarem modum, secundum quem etiam incapaces, & spurij dicuntur naturales. secundum eum. Ang. in addit. ad Specu. in rubr. qui filij sint leg. & Abb. in c. per venerabilem. eod. titu. & per Bald. elegantur in consi. 206. in 3. & 4. dubio 2. volum. 1. Item respondeo, quod † assertioni patris non statur, vt per Ias. in l. neque professio. C. de testa. præsertim in prohibitis. per l. qui testamẽto. ff. de probatio. & per Bart. in l. si fortè. ff. de Castr. peculio. Et in terminis per Oldr. consil. 196.

CONSIL. LII. SVMMAE.

1 *Spurij vulgariter dicuntur naturales.*
2 *Præsumptio minor cedit præsumptioni maiori.*
3 *Per præsumptionem, quod actus fiat in fraudem legis, eliditur assertio testatoris confitentis debitum.*
4 *Vbicunque actus potest in fraudem legis fieri, non fit interpretatio pro eius validitate.*
5 *In dubio lex præsumit, quem esse spurium, quæ legis præsumptio habetur pro plena veritate.*
6 *Præsumptio legis dicitur ipsa veritas.*
7 *Spurios omnes incapaces esse.*



VIA pro D. Io. Georgio, diffusè per alios scriptum est, ipse tantum modo attingam vnam difficultatem, quæ videtur mihi sufficere ad victoriam. Nam ex alijs allegationibus liquidò probatum est, istum filium in dubio præsumi spurium, quo præsuppositio, dico non obstare tria, quæ in contrarium adducunt. Primò non obstat nominatio † facta per patrem eum appellatem naturalem, quia respondeo, quod secundum communem vsum loquendi patres appellant naturalem, quemcũque natum ex soluto, & soluta, licet spurium, de quo communi vsu attestatur Io. Andr. in addit. Specu. in rubr. qui filij sint legit. & & Bald. in c. innotuit. extra, de elect. in consi. 206. in 3. & consil. cxxix. in secund. dub. in 2. volum. Abb. in c. per venerabilem. extra, qui filij sint leg. & vltra has auctoritates, istud est notorium in hac ciuitate, in qua nõ habemus aliquod vocabulum vulgò significationis spurij, sed omnes appellamus naturales seu bastardos, quod idem est, gl. in l. si. C. de natur. liber. & istud est valde verisimile in testamento hominis imperiti in iure. qui nescit istas differentias. argum. not. per Bart. in l. quoloco. §. si iam mortuo. ff. de hær. instit. Rom. consil. 2. Succedit igitur regula, quod verba debent potius intelligi secundum communẽ vsum loquendi, quàm secundum proprietatem, vt dicit Bart. & doct. in rubr. ff. de oper. noui nuntiat. Abb. in c. 2. de arbit. Felin. in rub. decretalium. in 3. & 2. charta. Ias. in l. si. C. de succes. edict. non ergo potest argui ex dictis verbis, quod iste filius sit nominatus pro naturali, prout in iure accipitur, sed prout ex communi vsu loquendi. Secundò non obstat, quod vt legatum valeat, debeat fieri potius interpretatio, quod testator intellexerit de naturali propriè loquendo, quàm de spurio ex communi vsu loquendi. respondeo. ista præsumptio quæ est pro validitate actus, cedit contrariæ † præsumptioni fortiori iuxta l. diuus. ff. de in integr. restitut. & fortior est præsumptio spurietatis, & quod in fraudem legis pater eum sic appellauerit, vt probatur in l. qui testamento. ff. de probat. vbi † per dictam præsumptionem quod actus fiat in fraudem legis, eliditur assertio testatoris confitentis debitum. Ad idem l. si res æstimata. in princ. ff. de iure dot. & ibi not. Alber. de Rosat. vbi

ad

ad finem quod contractus cõtinens donationem inter virum & vxorem annulletur, lex præsumit æstimationem factam ante matrimonium, esse cõllatam in tempus matrimonij. vnde colligitur, quod † vbicunque actus potest in fraudem legis fieri, non fit interpretatio pro eius validitate. Præterea in casu nostro † lex præsumit quem in dubio spurium, quæ præsumptio legis habetur pro plena probatione. gloss. l. si tutor. C. de peric. tutel. imò † præsumptio legis dicitur ipsa veritas. l. fin. ff. de probat. vnde cùm constet esse spurium, illa verba testatoris ambigua debent intelligi, secundum præsumptionem legis. Tertiò non obstat, quod aliqui spurij † non sunt incapaces, secũdum doctr. Salic. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. quia respondeo quod communis mens omnium scribentium est in contrarium. & in terminis contrarium tenet Oldr. consi. 196. factum tale est. secundum cuius consilium dicit fuisse determinatum Alber. de Rosa in rub. C. de nat. lib. in princ. idem tenet Bar. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. Bal. in consi. 206. in 3. Ang. 5. fin. in auth. quib. mod. natu. effic. sui. versic. restat.

CONSIL. LIII. SVMMAE.

1 *Filia legitima, & naturalis debet à Patre dotari.*
2 *Ad hoc vt filius præsumatur esse in potestate & legitimus, pendet ex matrimonio.*
3 *Matrimonium non præsumitur, nisi probetur, quia est facti, & facta non præsumuntur.*
4 *Præsumptio delicti in dubio non est capienda.*
5 *Legitima iure naturæ non debetur naturalibus, sed legitimis tantum.*
6 *Clausulæ executiuæ non ampliant præcedentem dispositionem, sed declarant intentionem disponentis.*
7 *Aliquis legitimans filium non obstante l. qui contra. C. de incest. nupt. videtur fateri eum esse incestuosum.*
8 *Contrahens cum filio, tanquam filio videtur confiteri eũ esse filium.*
9 *Præsumptus cõsensus seu cõfessio testatoris, ligat hæredes.*

FILIAM legitimam † & naturalem clarum est debere dotari à patre. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promiss. & illud ius transmittit ad hæredes suos, & ad quoslibet successores, etiam particulares, quos ipsa voluerit, vt no. in l. si quis filiũ. C. de inoffic. testa. & huic iuri non præscribitur, nisi longissimo tempore, vt ibi no. solùm contingit in proposito casu dubitari, an sit probatũ, istã Margaretam fuisse legitimam ipsius Antonij? Et prima facie videtur dicendum, quod non: pro qua opinione facit primò, quia † ad hoc quod filius præsumatur esse in potestate, & legitimus, pendet ex matrimonio. instit. de patria potesta. in princ. & l. itẽ in potestate. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. sed † matrimonium non præsumitur nisi probetur, quia matrimonium est facti, & facta nõ præsumitur, nisi probentur l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postl. & per istam rationem, consulendo determinauit Bart. consi. 42. visa inquisitione. quẽ refert & sequitur Petrus Phil. Cor. consil. 64. incipiente, placet mihi. in j. volu. propterea videretur concludendum istam Margaretam, de qua in facto proponitur, non præsumi legitimam, & consequenter non habuisse, nec potuisse transferre aliquod ius legitimæ, nec dotis in bonis dicti Antonij asserti partis ipsius. Sed his nõ obstantibus: puto contrariam opinionem in proposito casu esse verioremquis quicquid dixerit Bartol. in d. consil. videtur verius, quod filius præsumatur legitimus & in potestate, vt dicit Ang. in l. sed si de sua. in princ. ff. de acquir. hæred. & firmat Barthol. Veron. in cautela 118. incip. in dubio, & per doct. in l. Titia. ff. sol. mat. & est ratio, quia alias præsumeretur delictum, quæ † præsumptio in dubio, non est capienda. l. merito. ff. pro socio. Et dato quod opinio Bartol. & Corn. esset verior, tamen dico, quod in casu nostro, nõ procedit: quia ex duplici capite probatur istam filiam fuisse legitimã. primò probatur hoc, ex testamento patris ipsius Margaretæ, in quo dictus Anton. *legat dictæ Margaretæ, florenum vnum iure naturæ legitimæ*, &c. nam nisi ista fuisset legitima, illa verba, *iure naturæ*, non possent verificari, & essent superflua: quia † legitima iure naturæ non debetur naturalibus, sed legitimis tantùm, vt not. in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. §. si quis autem. in auth. quibus modis nat. effic. sui. & illa verba, *iure naturæ*, posita ad executionem legati, declarant mentem testatoris, cõfitentis eam esse legitimam, quia licet † clausulæ executiuæ non ampliant præcedentem dispositionem. tamen declarant intentionem disponentis, vt notab. dicit Bald. in eam quam. versic. sed pone quidam. C. de fideicommiss. vbi † aliquis legitimans filium non obstante. l. qui contra. C. de de incest. nupt. videtur fateri eum esse incestuosum. Ad idem facit, quod not. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. quæst. Bartol. ff. de verbo. oblig. vbi tales clausulæ semper operantur, ne alias sint superfluæ. argu. c. si Papa. de priuileg. facit, quod not. Bartol. in l. Centurio. versic. quid enim si dicit testator. & ibi Mod. ff. de vulga. & pupil. Secundò probatur istam filiam fuisse legitimam, ex alio capite: quia vt apparet per duo instrumenta, in quibus, *Dicta filia renuntiat iuri legitimæ, reseruato sibi iure dotis pentendæ in manibus patris, ipso patre præsente, & auctorizante*, ex quibus instrumentis probatur consensus paternus, per quem satis confitetur eam esse legitimã: quia si fuisset naturalis tantùm, nõ fuisset in potestate, & cõsequẽter in isto cõtractu nõ fuisset necessaria auctoritas patris, vt not. Bartol. in l. cùm non solùm. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. nec fuisset necessarium, quod pater acceptasset renuntiationem legitimæ, ex quo naturalibus legitima nulla debetur, vt suprà ostendi. Et per hoc facit quod not. Angel. in l. si proponas. §. 1. per illum text. ff. de inoffic. testa. vbi † contrahens cum filio tanquam filio videtur confiteri eum esse filium, & facit text. in l. si paterfamiliâs. §. 1. cum ibi notab. ff. de adoptio. vnde iste † præsumptus consensus seu confessio testatoris ligat hæredes. l. si superatus. ff. de pignor. l. si mater. §. fin. vbi Bartol. ff. de exceptio. rei iudic. & quod not. in l. cùm quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. & ista pro breuitate temporis sufficiant. Salua semper meliori iudicio.

CONSIL. LIIII. SVMMAE.

1 *Statutum de agnatis ad fœminas pertinere.*
2 *Correctiones expressè inducuntur non autem per subauditas rationes.*
3 *Bannitus est capax successionis ab intestato, fallit.*
4 *Ius in legali coniunctione accrescere.*
5 *Dubitãtes an sibi delata sit hæreditas, nõ possũt repudiare.*
6 *Dubium iuris æquiparatur dubio facti.*
7 *Instrumentum registratum in archiuo publico, facit fidẽ, etiamsi aliter non appareat de originali.*
8 *Coram fisco agitur sola facti veritate inspecta.*

OMISSIS

BIU Cujas

MIssis iis quæ in consilio meo diffusè demonstrata sunt, de iustitia causę istarum magnificarum amitarum. ne repetam aliàs dicta, solùm respondebo iis, quæ nuper in contrarium
1 adducta fuêre. & in primis † dum respondetur in mortuo ad statutum Pap. quod masculinum concipiat fœmininum, debere intelligi, si eadem ratio sit in fœmina, dico quod si consanguinei essent masculi, sine dubio mater excluderetur: quia verba statuti non possent cauillari. ergo idem si sint B consanguineæ fœminæ, nec possumus dicere inter masculos, & fœminas subesse diuersitatem rationis, imò est eadem ratio. possunt enim duæ cogitari rationes statuti. vna quod voluerit statutum præferre masculos fauore agnationis conseruandæ. & ista ratio non est vera, tum quia statutum expresse vocat filiam fratris, tum quia alibi statuta æqualiter admittunt fœminas, vt aliàs in consilio dixi, tum quia isto modo corrigeretur. l. maximum. C. de liber. pręter. quod non est credendum, C
2 cum † correctiones non nisi expresse inducantur, non autem per subauditas rationes. sequitur ergo, vt alia ratio sit statuti, nempè quod voluerit simpliciter fauere agnatis, seu consanguineis propter coniunctionem sanguinis, quæ ratio æqualiter militat, siue agnati sint masculi, siue sint fœminæ. & ideo stat firmum fundamentum statuti, nec est sublatum per motiuum, sicut ergo mater excluditur à luctuosa hæreditate filij per consanguineum masculum, ita & per fœminam, quia ver D
ba statuti hoc indicant. Secundò, respectu alterius monui concernentis bannum equitis est aduertendum: quia licet communis opinio sit, quod
3 † Bannitus sit capax successionis ab intestato: tamen fallit quando est talis Bannitus, qui potest ex forma statuti impunè offendi, & consequenter est hostis publicus, & sic licet regula sit communis, tamen etiam limitatio est communis, vt appareat ex auctoritatibus adductis in consilio. Nec E
obstat, quod sorores istæ petendo dotem, videntur renuntiasse hæreditati, respondeo, quod vna tantum ipsarum petit dotem, & ideo si illa censeatur exclusa, ius accrescit alteri
4 † quæ coniunctione legali ei coniungitur. in qua est locus iuri accrescendi, secundum Barto. in l. re coniuncti. charta vltim. de legat. iij. & ideo istud nihil proficit matri, nec Comiti Galeacio. Præterea ista petitio in qua soror illa non obtinuit, & cui mater aduersata est, non potest sorori nocere in alio iudicio, & matri prodesse, secundum gloss. in authen. Item possessor. C. qui pot. in pign. & quæ habentur in ca. ex eo non debet. de reg. iur. in vi.
5 Præterea † probabiliter dubitauerunt istæ sorores ex dubio iuris, an sibi delata esset hæreditas,
6 vnde nec repudiare potuerunt. l. is qui hæres. ff. de acqui. hæred. & † dubium iuris æquiparatur dubio facti. l. penul. vbi doct. C. de pact. maximè, quia subest etiam dubium facti, an esset æques bannitus ex homicidio Mondrageti, an ex eo qa sequutus Sforziam Ducem. Sunt etiam aliæ responsiones traditæ per aduocatos, ad quas me remitto. Nec obstat, quod eques fuerit toleratus, &c. verum est de iure communi tolerationem hanc multum operari, sed nos habemus decretum quod prorsus infirmat hãc exceptionẽ tolerationis, &c. Nec obstat, quod productum nõ faciat fidem, &c. nisi ficut instrumentum faciens relationem alterius, &c. respondeo, imò facit fidem plenariam, secundum Bald. & doct. per me allegatos in consi- A
lio, sicut etiam † instrumentum registratum, in ar- 7
chiuo publico, facit fidem, etiam si aliter non appareat de originali, vt per doct. in cap. j. de procur. & Moder. in authent. l. si quis in aliquo. C. de edendo. Et hoc maximè, cùm notarium scit combusta fuisse acta, vnde sufficit probatio leuior. & per cõiecturas, secundùm not. in l. sicut iniquum. vbi doctor. C. de fid. instrum. Nec obstat, non fuisse pro- 8
batum bona fuisse in bonis, quia † coram fisco agitur sola facti veritate inspecta, & etiam tunc potest se iudex informare, secundum gl. l. iij. in prin. in verb. inimicitiæ. ff. de testib. Item potest limitare sententiam, vt matêt sit exclusa à bonis Cõ. Hieronymi, & in executione deinde verificabatur, secundùm not. in l. defensionis. C. de iure file. lib. x. & in l. ij. C. de sent. quæ sine cer. per Barto. & doct. in l. j. ff. de edend.

CONS. LV. SVMMÆ.

1 *Habens fenestram iure seruitutis in alieno pariete, vel immediatè respiciat in alienum, non potest eam ampliare.*

2 *Si quis habet fenestram iure proprio, vt quia fenestra sit in proprio pariete, vel extra illam habeat stillicidium, seu pedem, tunc arbitratu suo ampliare & mutare potest.*

HÆc controuersia duabus finitur conclusionibus iure nostro certis. Altera est, quod † si iste vicinus habet fe- 1
nestram iure seruituris, & vt quia sit in alieno pariete, vel immediatè respiciat in alienum, non potest eam ampliare. l. in cui via. versic. non autem. ff. quemad. ser. amitta. l. j. §. Trebat. de aqua quot. & æsti. Altera est, si eam 2
† habet iure proprio, vt quia fenestra sit in suo pariete, vel extra illam fenestram, habeat stillicidiũ seu pedem, tunc potest eam arbitratu suo ampliare, & mutare. l. fin. §. fi. ff. de ser. vrba. prad. per Salic. & doct. in l. altius. C. de seruit.

CONS. LVI. SVMMÆ.

1 *Admonitio victoriam labefactat.*

HIc est casus inter D. Fraciscum. & D. Martium, iam est decisus. Quoniam 1
† Paris de Puteo lib. viij. de re militari, decidit enim in fauorem D. Fraciscì: alij tamen scriptores tenent victoriam stare prout sortita est in stadio, & q; solum Dominus Campi debeat punire illum, qui contra edictum suum, seu bannum, voluit admonere amicum, vel in eius memoriam aliquid reducere. Puto quod in practica seruaretur opinio Paridis, & hæc est mea sententia. Saluo tñ saniore iudicio.

CONS. LVII. SVMMÆ

1 *Falsus procurator, non potest obligare dominium, nec per eum potest dici domini consensum interuenisse.*

2 *Verba narratiua instrumenti probant & arguunt consensum inter partes.*

3 *Ad probandum aliquam vxorem sola confessio non sufficit, quia non dependet à mera voluntate partium.*

4 *Enuntiatum si dependet à libera voluntate confitẽtis, tũc indistincte siue principaliter, siue incidenter agatur, talia verba probant in eius præiudicium.*

5 *Datio inualida non est datio.*

BIU Cujas

6 *Paria sunt si quis ratificet verbis, siue reipsa.*
7 *Fortior est ratificatio, quæ inducitur per facta, quàm quæ per verba.*
8 *Rem propriam nemo potest in emphyteusim accipere.*
9 *Errans non consentit.*
10 *Periuro habilitationem non prodesse.*

ADducuntur contra Magnificum Comitem quamplurima, quibus patet responsio ex aliàs per me allegatis, dum concluſi quod datio in ſolutũ facta de conſenſu partis valet, & tenet, etiamſi facta ſit ex falſa cauſa. Item dum probaui in caſu noſtro non fuiſſe falſam cauſam. Nũc autem ſolum inducitur vnum, per quod tolleretur prædicta concluſio; videlicet, quia negatur donationem eſſe factam de conſenſu partium, & allegatur, quod procurator, qui in iudicio comparauit non habeat ſuper hoc mandatum, ſed erat † falſus
1 procurator: vnde non potuit obligare dominum, nec per eum poteſt dici domini conſenſum interueniſſe. Sed hoc non obſtante dico clarius eſſe pro dicto Comite, & ad argumentum reſpondeo, q, in
2 † verbis narratiuis inſtrumẽti initi cum domino Gabriele, fit mentio de hac datione inſolutum, & talia verba probant, & arguunt conſenſum inter ipſas partes. l. optimam. C. de cõtrah. & com. ſtip. & per Ioann. de Imo. in l. cum tale. §. fin. ff. de condict. & demonſt. & licet d. Anto. & Mod. in cap. illud. de præſumpt. dicant, quod imo etiam tali caſu non probant, quando principaliter diſponitur ſuper enuntiatio, per illum text. tamen eſt aduertendum, quia dictum d. Anton. & tex. in d. c. illud. procedit in caſu ſuo, videlicet in materia in qua confeſsio plenè non ſufficit ad probationem iu-
3 ris, vt eſt ad † probandum aliquam vxorem, ſola confeſsio non ſufficit: qa nõ dependet à mera voluntate partium, vt per Pet. Cin. Albe. de Roſat. in l. non nudis. & ibi Barto. in ij. left. C. de probat. Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. cum concord. & hoc quia neceſſarium eſt in tali caſu probare contractum per verba de præſenti, vel e-
4 quipollentia, ſed ſi † enuntiatum dependet à libera volũtate conſitentis, tunc indiſtinctè, ſiue principaliter, ſiue incidenter agatur, talia verba probant in eius præiudicium, & ita procedit regula. l. optimam & ibi Barto, & Bald. & quod not. Barto. in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig. Bald. & Imol. in d. l. cùm tale. §. fin. Soc. cõſi. xj. in iij. Cùm ergo in inſtrumento dicatur, præceſsiſſe dationem in ſolutum, cenſetur pars hoc confeſſa, & intelligitur
5 de donatione valida, ex quo † datio inualida non eſt datio. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contr. tab. vnde d. Gabriel. cenſetur ipſe conſenſiſſe. & obligatur ex conſenſu ſuo, non aũt ex
6 conſenſu procuratoris, Confirmatur, quia † paria ſunt, ſiue quis ratificet verbis, ſiue re ipſa. l. Paulus
7 non tantum. ff. rem rat. hab. imò † fortior eſt ratificatio quæ inducitur per facta, quã per verba, vt dicit Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. ſed in caſu noſtro inducitur ratificatio reipſa, ex quo D. Gabriel dicta bona in emphyteuſim conduxit, quæ non potuiſſet conducere ſi datio in ſolutum
8 non teneret, ex quo † rem propriam nemo poteſt in emphyteuſim accipere. l. ſuæ rei. ff. de contrah. empt. & quod habetur per Bar. & doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in xij. q. ff. de verb. oblig. Non obſtat ſi dicatur, talem contractum emphyteuticũ eſſe factum per errorem, & errans † nõ conſentit. l. iij. C. de tabu. lib. x. vnde annullata ipſa datione, etiam omnia ſubſequentia corruunt, vt dicit glo. in l. ſi patronus. §. patronum. in verb. Fatiam. ff. ſi quid in fraud. patr. Bald. in l. Imperator. ff. de ſtat. hom. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. Nam reſpondeo primo, errorem iſtum nõn probari, quia dato, quod ex forma pacti deberet Comes accipere de pecuniis ſi extent, aliàs de rebus & nominibus debitorum: tamẽ nõ eſt probatum, quod pecuniæ nõ extent, & q, iſtud non ſit propter malam adminiſtrationem D. Ga-
B brielis, vnde non eſt dicendũ, quod incontinenti appareat de errore. imò apparet contrarium: quia conſtat per publica documenta, quod Comes eſt creditor pecuniæ peritæ: vnde dato, quod D. Gabriel potuiſſet excipere de redditione rationum, tamen ex quo non fecit, nec debet illi concedi reſtitutio in integrum propter omiſſam exceptionem. l. per emptorias. C. ſent. reſc. non poſſe. l. fin. C. de excep. Secundò reſpondetur, quod iuramẽtum obſtat, vt aliàs dixi. & incidit in periurium cõ
C traueniendo inſtrumento, vnde † cum iam eſſet p- 16
iurus habilitatio nihil ei prodeſt, vt habetur per Mod. in c. j. extra. de iur. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. cum ſimilibus, vt aliàs latiùs dixi.

CONS. LVIII. SVMMÆ.

1 *Venditor non tradens rem emptori, conuenitur ad intereſſe etiam ſingulare, quod excedit rei pretium.*
D 2 *Intereſſe petenti probandum.*
3 *Intereſſe debetur ex mora.*
4 *Interpellati de facto tantum in mora conſtituuntur.*

BReuior ero, quia diffusè per alios allegatum eſt in præſenti caſu, & quia triplex eſt petitio magnifici Buſti, circa iſtud intereſſe, breuiter demonſtrabo in aliqua eum non poſſe obtinere. Prima eſt, quia † venditor non tradens rem 1
E emptori, conuenitur ad intereſſe etiam ſingulare, quod excedit rei pretium. l. j. ff. de act. empt. quod maximè debet procedere in caſu noſtro, in quo ita expreſsè conuentum eſt inſtrumento, per clauſulam apponi ſolitam, *Sub refectione damnorum, &c.* Nam reſpondetur quod hoc conceſſo ſine veri præiudicio. debet tamẽ † Buſtus probare quod ſua in- 2
F tereſt, quod cum non fecerit actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden. Nec obſtat, quod produxerit inſtrumenta emptionum p ſe factarum charioré pretio, quia iſtud nihil facit quoad ſcarſellos, tum quia res inter alios acta. l. ſæpè. ff. de re iudi. tum etiam quia inde non infertur verus valor, ex quo potuit per affectionem pluris emiſſe. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. forte etiam colluſiſſe, cùm ipſis venditoribus, & auxiſſe pretium, vt obeſſet ſcarſellis. Secundo petitio eſt damnorum, quæ paſſus eſt litigando, quia cùm ſit aduocatus: oportuit eum ceſſare à defenſione aliorum, & ſic perdere lucrum, vt hanc litem proſe-
G queretur. argum. not. per Bartol. in l. ſtipulatus es circa fin. ff. de fideiuſſ. & Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. num. xiiij. C. de iudic. Nam reſpondeo etiam de hoc nihil eſſe probatum, nec reperietur, nec vnus quidem cliens, qui dicat ſe ab ipſo Buſto non fuiſſe defenſum propter occupationem, quam haberent Buſtus in hac lite: vnde cum non ſit probatum non eſt opus aliter inſiſtere, circa articulum iuris, an aduocãto debeatur tale intereſſe, in quo articulo ſunt opiniones, & con-

trarium

trarium est verius, vt ostendetur quando opus erit. Tertia petitio est, quia petit interesse ad rationem quinque pro centenario, pecuniæ quam soluit monasterio Sancti Celsi, interim dum litigauit ad consequendum capitale: sed respondeo, quod interesse debetur ex mora. d. l. j. sed isti minores, nunquã fuerunt in mora, tum quia † non constat vnquam fuisse interpellatos de facto. l. qd te. ff. si cert. pet. tum quia ipsi nunquam denegauerunt soluere, sed obtulerunt dare tot de bonis insolutum, iuxta formam decreti: vnde etiam hæc petitio corruit, vt latiùs deducetur si erit opus.

CONS. LIX. SVMMÆ.

1 *Missio in possessionem, est species executionis sententiæ.*
2 *Post executionem non est dicendum, quod currat interesse, cum executio extinguat debitum non autem inducat.*
3 *Interesse non debetur, nisi propter moram debitoris.*
4 *Quando potest imputari creditori, qui potuit solutionè accipere, & non fecit talis mora, non debet esse damnosa debitori.*
5 *Interesse quandoque probari iuramento, & quandoque non.*
6 *Relatiuum qui restringit.*
7 *Non verificata qualitate statuti, non habet locum eius dispositio.*
8 *De iure communi solum iuramentum non sufficit ad probationem interesse, nisi in certis casibus.*
9 *Verbum qui contraxit, respicit factum ipsius contrahentis.*
10 *Quod non competit successori vniuersali, multò minus cõpetit alicui, cui particulariter acquiritur ex dispositione legis.*
11 *Retineri pro interesse domum non posse, & quare.*

HOc in proposito casu arbitror non posse Angustonem condemnari in interesse, pluribus rationibus. Prima est, quia creditores missi fuerunt in possessionem dictæ domus, vigore
1 præcepti, de quo in actis, quę † missio in possessionem est species executionis sententiæ. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. per Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. vnde non est di-
2 cendum, q, post † executionem currat interesse, cũ executio extinguat debitum, non autem inducat. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. vnde videmus, q, tali casu solùm potest dubitari de interesse, quãdo creditori vis fieret, ne possessionem posset appræhendere & tenere, secùs si iam appræhenderit, & in ea non molestatur, vt est casus in l. penul. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & no. in c. j. & ij. extra, de dolo & contu. Et cum sit in facultate creditoris facere fieri insolutum dationem ex formâ statuti nostri, debet sibi imputari si non fecit, nec interim debet cutrere aliquod interesse, vt in simili concludit Imo. & Roma. in l. diuortio. in princ. & ibi Alexand. versic. prædictis etiam adde. ff. solu. matr. &
3 est ratio concludens: nam † interesse non debetur, nisi propter moram debitoris. l. Seia. ff. de vsur. sed
4 † vbi potest imputari creditori, qui potuit solutionem accipere, & non fecit, talis mora non debet esse damnosa debitori. l. illud. cum glo. ff. de peric. & comm. rei vendic. l. item illa. ff. de constit. pecu. l. si per emptorem. ff. de actio. emp. per Angel. Alexan. & Modern. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Circa quod tamen videnda sunt quæ habentur in l. j. vbi glos. C. etiam ob chirog. pecun. & ibi Bald. & Salicet. in l. cum debitor. in fin. per illum tex. in quib. cau. pign. tac. contrã. Secun-
5 dã ratio est, quia † non est probatum istud interesse, nec sufficeret iuramento pro tempore d. Ioannis Anton. & hoc probatur ex verbis statuti, nam licet Aug. staret in communione cum dict. Ioann. Anto. & consequenter sequuta per eos ex forma statuti nostri essent communia, non tamen videtur competere ista facultas iurandi, nisi d. Ioann. Anto. qui ipse ex contractu suo acquisiuit, non autem d. Augustino, cui pro dimidia ex dispositione legis acquiritur: istud probatur primo ex verbis statuti, ex quibus conceditur talis facultas, quando debitor & creditor, qui ipsum debitum & creditum contraxerunt, viuunt: nam istud relatiuum
6 † *Qui tale creditum contraxit.* est restrictiuum, vt no. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cathol. dato ergo quod d. Augustinus esset creditor, quia ex forma statuti quæsita per fratrem suum secum essent communia, non tamen ipse contraxit: vn-
7 de † non verificata qualitate statuti non habet locum eius dispositio. l. Fulcinius. §. j. ff. ex quib. caus. in poss. eat. per Ioann. Andr. in cap. primo de homicid. in vj. & sic casus remanet in dispositione iuris communis, & consequenter respectu dimidiæ dicti crediti quæsitæ domino Augustino non poterit aliquo modo iurari: quia † de iure
8 communi solum iuramentum non sufficit ad probationem interesse, nisi in certis casibus, vt habetur in l. ij. & in l. in actionibus. ff. de lit. iur. & per Bald. in additio. Specu. in titu. de fruct. & interesse. versic. iij. & per Alexand. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. & statutum non concedit illud beneficium nisi principali, qui contraxit, vel hæredi à die mortis principalis: sed dominus Augustinus, quoad dimidiam non est creditor principalis, qui contraxit, neque hæres, sed est creditor cui ex alterius contractu per dispositionem legis ius quæsitum est, in quo non verificatur illud † ver-
9 bum, *Qui contraxit.* quod verbum respicit factum ipsius contrahentis. l. consilio. in fin. ff. de curat. furio. l. iij. §. adipiscimur. ff. de acquirend. poss. non autem ius quod requiritur. Confirmatur hæc opinio ratione: nam ex forma statuti apparet, quod tale beneficium non competit, neque hærẽdi pro tempore creditoris, qui contraxit, vnde † si non
10 competit successori vniuersali, multò minùs competeret alicui, cui particulariter acquiritur ex dispositione legis. l. ex pluribus. ff. de admi. tut. glos. in l. cùm fundum. in verb. postea. ff. de vi & vi arma. & per Modern. in l. j. §. fin. ff. de oper. noui. nunt. Tertia ratio, quia dato, quod interesse debetur & etiam iurari posset, tamen adhuc domus relaxanda est: cùm † enim istud interesse sit, quid separa-
11 tum ab ipsa domo, non debet posse retineri domus pro eo, vt probatur ex doctrina Barto. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. & habetur in l. fina. C. commod. in l. si non inducta. C. in quibus cau. pig. tac. contrah. cum similibus.

CONS. LX. SVMMÆ.

1 *Dominus teneatur ad refectionem rei communis.*
2 *Qui debet seruitutem ad refectionem rei, tenetur vnde immediate seruitus debetur.*
3 *Non præsumitur seruitus, nisi quatenus concludenter probatur.*
4 *Dominus qui tenetur dare aquã, intelligitur quod eam det expensis suis.*

5 *Vbicunque quis ad aliquid tenetur, & pro tali obligatione habuerit aliquam compensationem, semper tenetur suis expensis.*

6 *Si facio impensam in re mea, & vicinus meus inde consequatur vtilitatem, non possum agere contra eum, vt cõtribuat expensæ.*

7 *Insolitos contribuere expensis non tenere.*

8 *Per ea quæ facta sunt post contractus, declaratur intentio vterior contrahentium.*

BOna est causa istorum magnificorũ de Rosate, & iudicio meo, clara, & securio non teneri eos ad expensas contributionis pro spaziatura, nec pro aptatura Rugiæ: Moueor rationibus, quia in hac materia considerandæ sunt tres diuersæ regulæ. Vna est, quod † dominus tenetur 1 ad refectionem rei communis. l. iiij. C. de ædific. priuat. sed ista non facit ad propositum: quia aqua non est communis in ipsa Rugia. de cuius inundatione agitur, imò Rosati nullum ius habent, nisi à bucchello infra. Altera est, quod † qui debet seruitutem, ad refectionem rei tenetur, vnde immediatè seruitus debetur. l. eum debere columnam. ff. de ser. vrb. præd. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. sed nec hoc facit ad casum nostrum, tum quia immediatè seruitus non debetur, nisi à loco bucchelli, quia tunc incipit currere in suo, secundum Bartol. in l. quominus. in j. q. ff. de flu. tum etiam, quia non constat quod Rosati habeant istas aquas iure seruitutis, ita quod habeant ius reale in ipsa Rugia matrice, nec constat, quod vnquam ineriti in ipsa Rugia cum operariis, & quod tenentur Manfredi præstare patientiam, iuxta l. refectionis. ff. com. præd. nec † præsumitur seruitus, nisi quate- 1
nus concludenter probatur. l. altius. C. de ser. Tertia est, de qua est casus noster, quando quis habet ius faciendi bucchellum, & extrahendi aquas vsque ad certam quantitatem, quod ius incipit à loco bucchelli, & tale ius sibi competit, non quod habeat ius reale in ipsa Rugia: sed ius quod proprie est quæsitum vigore cuiusdam obligationis, vel pacti, de quo loquitur Veronen. in tract. de ser. aquæ ductus. in viij. princ. q. ver. ij. q. ex prædictis. in fi. & tunc teneo, quod non teneatur quis ad expensam Rugiæ principalis: moueor, quia, cum dominus Rugiæ † teneatur dare tales aquam, intelli- 4
gere debemus, quod eas det expensis suis. l. suo victu. ff. de oper. liber. Bartol. in l. Nesennius. ff. de gest. & per Lud. Rom. consi. cccxlvj. in hac causa. vbi per d. l. suo victu. concludit, quod † vbicunque 5
quis ad aliquid tenetur. & pro tali obligatione habuerit aliquam compensationem, semper tenetur expensis suis. facit quod not. Alexand. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. Feli. in ca. non potest. extra, de re iudi. Et pro hoc est decisio notab. Alb. de Rosa. in l. fi. de imp. in reb. fact. vbi dicit, quod † si facio impensam in re mea, & 6
vicinus meus inde consequatur vtilitatem, non tamen possum agere contra eum, vt contribuat expensæ, mouetur ex argum. illius tex. versic. ante omnia. Confirmatur hæc opinio, quia in his rebus plurimum † attendi debet consuetudo. l. ij. §. apud 2
Labeonem. ff. de aqua pluuia arcen. sed ex processu constat, quod Rosati nunquam contribuerunt, & dato quod non esset probata præscriptio, tamen satis est probatum, quod post dictos contractus factum fit, † vnde declaratur intentio 8
ulterior contrahentium. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced.

CONS. LXI. SVMMA.

1 *Dominum negotij vtiliter gesti teneri.*

2 *Possessori soluendum.*

3 *Ratihabitatione obligari.*

4 *Emptor si immineat euictio in limine iudicij, non tenetur exbursare pretium.*

5 *Res inter alios acta, aliis nocere non debet.*

BReuiter cum assignationes, de quibus agitur, fuerint habitæ ex causa solutionis pro gabellariis factæ, debent † ipsi gabellarij teneri actione negotiorum gestorum: quia negotium eorum vtiliter gestum fuit. l. soluendo. ff. de neg. gest. & licet quando ipsi soluerunt adhuc gabellarij non essent obligati, ex quo debitum erat in diem, iuxta glo. in l. cum pecuniam. per illũ tex. ff. de neg. gest. tamen adueniente die, non est dubium, iam ortum illis esse actionem, vt ibi habetur. Nec obstant quædam quæ in contrariũ adduci possent. Primò, q̃ ipsi nescirent factam assignationem, & dato etiam quod scirent, requirebatur denuntiatio, per quam prohiberentur Principi soluere. l. iij. & ibi Sal. in fin. C. de nouat. Nam respondetur, q̃ respectu illius summæ non soluerunt, neque ipsi Principi, nec potuissent à Principe compelli, ex quo ab eo erant per solutionem à gestoribus factam liberati. instit. quib. mod. tol. obl. in princ. imò si soluissent Principi tanquam in debitum potuissent condici. l. ex his omnibus. ff. de cond. indeb. Secundò, q̃ nõ videtur vtiliter gestũ, quia vtilitas consideratur postquam dies obligationis aduenerit, sed eo tempore intererat gabellariorum, ne solueretur, ex quo ipsi habebant retentionem, tum propter restaura, tum propter aliàs promissiones factas pro Principe, vnde tali casu non videtur possit agi, vt est tex. in dict. cum pecuniam. & sicut agentem Principem exceptione tunc repulissent, ita etiam omnes qui ex solutione ei facta causam ab eo habuissent, c. ei qui in ius. de in ius. de regu. iur. in vj. Sed ad hoc quod magis videtur vrgere, respõdetur duob. mod. Primò, quod imò agentem Principem tunc repellere non potuissent: quia dato quod bellũ imminueret, tñ † de- 2
bebant ipsi illustris. do. Maximil. soluere, qui adhuc erat in possessione Ducatus, vt dicit Petr. de Anch. consi. cclxxxvj. incip. tria principaliter. in 2. dubio. Nec restaurum poterat impedire talem solutionem, cum non esset liquidum, & potuisset cõpensari in aliis terminis, & non esset tñ damnum illatum, vt Princeps teneretur, secundum not. in l. damnum. C. loc. in c. propter. extra, eod. titu. Aret. consi. lij. Secundò rñdetur, q̃ argm̃ posset militare, qñ ipsi gabellarij non habuissent ratam istam solutionem, cũ † eam ratificauerint & promiserint sol- 3
uere, sua promissio illos obligat quicquid deinde superueneriti. l. Lucius. ff. de euictio. l. sicut. ff. de act. emp. l. sicut. C. de act. & oblig. & hoc suadet æquitas naturalis: quia si ipsi non ratificassent & promi
siissent soluere, potuissent illustris. Princeps Bari, & consortes, pecuniam solutam à dño Maximiliano repetere, vel aliter indemnitati suę cõsulere, q̃ ab eis factum non est sub fiducia istius promissionis: quod ãũt gabellarij ipsi ratificauerint, & promiserint, est probatũ per testes, qui deposuerũt qualiter d. Hieronymus præsentibus sociis, & qui actum potuissent impedire, obtulit se soluturũ, de quo in aliis allegationibus dictum est. Tertiò, q̃ gabellarij erãt creditores illustris. do. Maximiliano respe-

BIU Cujas

respectu pecuniarum sibi compensandarum in aliis terminis, quas Galli non tenebantur ipsis cõpensare, tanquã prœsticas vltra tempus regni ipsi, iuxta not. in c. j. de solut. vnde potuerũt gabellarij cõpensare super priori termino, cùm tunc immineret amissio status ipsius d. Maximil. sicut dicimus in emptore, qui † si immineat euictio in limine iudicij, non tenetur exbursare pretium. l. si post perfectam. C. de euict. Sed respondetur, quod hoc posset procedere, quando gabellarij non tenerentur, nisi quia negotium eorum gestum esset, nam possent dicere, quod vtiliter non esset gestum: sed in casu nostro, ipsi tenentur ex propria promissione, vt suprà diximus. Præterea respondetur, q. non constat, quod ipsi haberent tale creditum aduersus Ducem, & licet in sententia lata tempore Gallorum sit sibi compensatum, tamen † res est inter alios acta, &c. vt in rubro & nigro. C. res inter alios acta.

A

4

5

B

CONS. LXII. SVMMÆ.

1 *Iurisdictionem incapaci datam inutilem esse.*
2 *Simulatio veritati præiudicare non debet.*
3 *Impetratio facta ad concussionem, & terrorem aliorũ, ne audeant concurrere, non valet.*
4 *Ratum habere frustrà ius alteri quæsitum.*
5 *Priorem possessorem potiorem esse.*
6 *Subrogare alium sibi ex causis non licere.*
7 *Defectus iurisdictionis semper allegari potest.*

NVllam præsens quæstio videtur habere difficultatem, quòd scilicet nõ possit fieri apotheca proxima Perechino: quia aut loquimur de apotheca magna, & aduersarius Perechini est exclusus propter sententiam obtentam à speciario Melonis: aut loquimur de apotheca proxima, & cùm magnific. do. Ludouicus Rubeus in ea non obtinuerit iurisdictionem vllam, frustrà de hoc disputaretur, cum respectu illius Perechinus sit prior tempore: nec expediat hîc disputatio, an ratificatio Rubei valeat? quia in prima concessione iurisdictionis non actum est de hac apotheca, & sic, nulla est in hoc difficultas. Fortius tamẽ dico, quod aduersarij Perechini non possunt se iuuare † concessione iurisdictionis, quæ facta est ipsi Rubeo. Primò, quia non videtur valuisse, quia nõ potest Rubeus, qui est patritius, & senator, exercere talem artem. l. nobiliores. vbi Bald. Salic. & cæteri. C. de commerc. l. ne quis. C. de digni. lib. xij. Secundò, quia satis apparet quod respectu ipsius Rubei talis impetratio fuit ficta, & simulata: quia ipse non vult exercere talem negotiationem seu artem: vnde † talis actus simulatus non debet Perechino, qui verè accepit præiudicare. l. cùm ea q. C. de transact. l. emptor. ff. de aqua pluuia arcen. vbi not. ca. constitutus. c. fin. de concess. præbend. & potest hæc † simulatio detegi etiam iuramento ipsi Rubeo deferendo, secũdum l. emptor. C. plus val. quod agitur. cum ibi notab. per Cyn. & Doct. Tertiò, quia Rubeus est potentior, & ex primoribus ciuitatis: vnde talis impetratio censetur facta ad concussionem & terrorem aliorum artificum, ne audeant concurrere: vnde talis actus est nullus. l. j. C. ne lic. potẽ. l. j. C. de iis qui potent. l. pen. C. quod mer. cau. Quartò, quia qui accepetunt nomine ipsius, non habebant mandatum, ideo tunc ei nullum ius est acquisitum, quia absenti non potuerunt acquirere. d. stipulatio ista. §. al-

1

2

3

C

D

teri. de verb. obli. Bal. l. nec ei. §. satisdatio. q. vj. de adopt. l. iij. & iiij. ff. rem pupil. sal. for. vbi Bartol. Et licet deinde facta sit ratificatio, tamen † non est facta tempore habili, quia ius interim fuerat quæsitum Perechino. l. bonorum. ff. rem ratam habe. & ideo facultas ratificandi fuit impedita. l. si ego. §. si res alicui. de iure dot. & quod in simili not. Paul. Castr. consi. cxcv. visis iis, quæ narrantur in ij, Dec. ccxxvj. magister Ioan. & in l. contractus. de reg. iur. Quintò, quia Perechinus fuit † prius positus in possessione, & exercuit, quàm Rubeus, ideo debet præferri etiamsi Rubeus fuisset prior tempore. l. quoties. C. de rei vendic. cùm ratificatio eius non possit hoc casu nocere, vt in simili per Socin. in l. j. §. si iusserim. ff. de acquir. possess. Sextò, quia etiamsi diceremus valere concessionem factam Rubeo, non tamen † videtur quod potuerit Rubeus in sui locum alios subrogare, quia talis concessio videtur merè personalis, vt apparet ex statuto non admittente quemlibet dictam iurisdictionem, & requirente iuramentum, & similes qualitates personales: ergo alteri talis facultas cedi non potest. l. quia tale. ff. solut. matrim. l. seruus si hæredi. ff. de statu liber, & facit tex. & quod ibi not. in l. ad officium. C. commu. diuid. & per Lud. Roma. consi. cccclxxxiiij. Septimò, quia cõcessio Rubei non videtur legitimè facta, cùm facta sit à massario & duobus officialibus tantum, nec ex forma statuti, id ius competat illis tantum: vnde videtur deficere talis concessio † ex defectu iurisdictionis qui defectus semper potest allegari. glo. Clem. j. verb. non obstante. de sequestr. poss. doct. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuntiatione.

4

5

6

7

CONS. LXIII. SVMMÆ.

1 *Mentitionis effectus & forma.*
2 *Legislator semper pro innocentia præsumit.*
3 *Non creditur quenquam deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat.*
4 *Obiiciens crimen alicui si verum est, nullam dicitur facere iniuriam.*
5 *Obiiciens crimen falsum, iniuriam facit, & delinquit, quia calumniator efficitur.*
6 *Quod quisque iuris in alium statuerit, eodẽ iure ipsum vti necesse est, nec vltra id extendi potest, neque talioni aliam talionem obicit.*
7 *Reconuentio reconuentionis nulla est, nec à iudice admitti debet.*
8 *Aduersus doli exceptionem, nullam esse doli replicationem vulgò traditum est.*
9 *Prima chartula qua quis alicui crimen obiicit iudiciarij belli vim habet.*
10 *Post litem contestatam ad probationes deuenitur.*
11 *Valet argumentum de iudiciis ad duellum.*
12 *Generalitas complectitur omnes species.*
13 *Orationis ciuilitas & modestia vim responsionis non impedit, aut rei probationes angustare potest.*

HIc præsens casus satis videtur clarus ex duabus conclusionibus, quæ receptissimæ sunt in hac materia singularis certaminis. Prima † est quæ oritur ex consuetudine vbique certa & notoria, quod qui aduersarium mentiri dixerit, nihil vltra quærat, sed exoneratus sit, honoremque suum saluum habeat, onusque aduersario incumbat ad arma eum prouocandi, hæcque sola superfit aduersario via, nec remaneat oneratus: nec

E

F

G

1

BIU Cujas

satiq; sit, si replicarat, imò mentitus, sed omnino, p- uocatio ad arma faciendæ sit. Pro cuius cognitione sciendum est legislatorem semper pro innocentia præsumere. c. cùm sit. de regul. iur. in antiq. Hoc quenquam credi deliquisse, nisi quatenus aliqua ratione appareat. l. meritò pro socio. p qui ergo mihi crimen aliquod obiicit, si verum est nullam dicitur facere iniuriam. l. ex Cornelio in fin. de iniur. melius probetur in eum, qui nocentem. in princ. ff. eod. tit. † si falsum facis iniuriam mihi, & ipse delinquis: quia calumniator esse fingitur. l. j. ad Turp. si ergo ipsi accusanti respondeo, *Tu mentitus*, me exonero, & crimen in auctorem reflecto: quia calumniari eum affirmo. d. l. j. & l. de iis, qui nôt. licet autem vnicuique iniustè accusato accusatori dicere, *Tu mentitus*. l. quæ omnia. ff. de procur. vbi doctor. quia non animo iniuriam illi faciendi, sed meo defendendi id dici credendum est. Abb. c. cùm sit de re iud. & ôt. si iniuria aliqua inde oriatur, secundum doctor. l. si quis extraneus. de acqui. hær. cum ea compensanda est, quam tu mihi crimen obiiciendo feceras, vi verba cum verbis mutua vice talionè recipiant. l. vice, atque vnde. ff. solut. matrim. Quod si tua replicatio admitteretur, qua diceres, *imò tu mentitus*, &c. res ad infinitum verborum inanium modum deueniret. l. in hoc iudicium venit. §. si conueniat. ff. comm. diuid. exitum quæ non haberet quod maximè strenuo militi est indecorum, vt lingua promptior, quàm armis videatur. Satis ergo est, vt semel dum taxat permissa sit verbalis congressio, vlterius verò non patrocinetur. l. homines. §. hoc sermone. de verb. sig. Secundò pro hac ratione etiam facit, quia videmus, † quod quisque iuris iniqui in alium statuerit, eodem iure, & ipsum vti necesse habere, nec vltrà id extendi posse, neque talioni aliam talionem obiici. l. fin. ff. quod quisque iur. vbi Paul. Castr. & Iaſ. quo argum. & Barto. & † cæteri tradidere reconuentionem reconuentionis nullam esse, nec a iudice admitti. l. iusiurandi. & ad pecuniar. §. air prætor. de iurciur. Tertiò, ad rem propius facit quod vulgo receptum est † aduersus doli exceptionem nullam esse doli replicationem. l. apud Celsum. §. Marcellus. de dol. except. qui enim respondit, *Mentiris*, dolum prouocantis excipiendo arguit, calumniámque allegat: at si replicaretur, Et *tu mentiris*. de dolo diceretur replicare, quod non solet cuiquam concedi. l. transactione finita. C. de transſ. vbi dixi. Quartò, debet enim prouocator magis de probatione intentionis suæ solitus esse, quâ de noua contumelia: nam & si hoc admitteretur, nónne barrologiam quandam, & superfluitatem lex induceret. l. si quando. de legat. j. quid enim amplius haberet replicatio, quâ quod semel in intentione deductum est? etenim si vera est intentio, necessarium est mentiri reum, qui idipsum actor imputauit. Ne ergo sæpiùs reuoluatur eadem oratio, & pistillimore circunferat. l. Claudius, qui pot. in pign. non amplius verbis vtendum esse existimandum est, sed ad probationis modum deueniendum, qui per singulare certamen fit, hæcque videtur consuetudinis huius esse ratio. †Habet ergo prima chartula quæ quis mihi crimen obiicit iudiciarij libelli vim. l. j. C. de lit. contest. an responsio mea, qua cum mentiri affirmaui, pro exceptione est, sicque lis quodammodo est contestata. l. turpia in princ. de legat. j. vbi Bald. Alexand. Modern. vnde † consequens est vt ad probationes deueniatur: quoniam frequenter in princ. vt lit. non contest. quæ certamini euentu inducuntur: constat enim † argumenti de iudiciis ad duellum solitos esse veteres, quod Ioan. Lignanus, aliíque qui huius argumenti libros scripsêre vbique faciunt, & Bartol. probauit. l. j. C. de lit. contest. Secunda conclusio est, quod non refert, qua quis verborum forma fuerit mentitus, eiusmodi quia † generalibus complectitur omnia species. l. duo. in fin. ff. de edend. tur. & quia verificatur in ea specie, de qua agitur. l. j. ff. de lib. & posthum. & facit text. in l. iis verbis. in fin. ff. de hæred. inſti. quamuis etiam in casu nostro mentitio dicatur specialiter facta: quia de inde proponitur. *Tu nunquam dicis verum*. idque intelligemore Gallico. Etenim certum est ex consuetudine Gallicana mentitiones dare ex simplici negatiua, quando addictum non est, *Salua vestra gratia*, nihil ergo refert quod expressè dictum non sit, *Tu mentiris*. Nam si simpliciter respondi minùs vera esse, quæ obiicitis, vel existimatione tua te falli, vel haud quaquam tibi consentire, perinde est ac si dixissem, *Mentiris*. vnde nulla alia est sua replicatio, nisi, *Quin ergo armis experimur?* neque his verborum delinimentis euitare pugnam potes, neque enim † orationis ciuilitas, & modestia vim responsionis impedit. l. si quis mihi. §. si pater. de acquir. hæred. aut rei probationes angustare potest. l. curent. ff. de testib. imò laudandi vtrinque sunt, qui vrbanitate hac vtuntur, vt contumeliis parcant, alterique nil vltra obiiciant, quàm necessariam ei rei agendæ sit quã intendunt. Et sic concludo remanere oneratum eum, cui dictum fuit, *Tu nunquam dicis verum*. & solũ ei superesse procurationem ad arma. Et hæc omnia, salua semper saniore iudicio.

CONS. LXIIII. SVMMÆ.

1 *Adeundi forma.*
2 *Filiis qui in potestate sunt tutor dari non potest.*
3 *Filiis in potestate constitutis quandoque potest dari curator, qui tamen non potest exercere actus legitimos, sicut est aditio hæreditatis.*
4 *Hæreditatis valorem varie argui.*
5 *Præsumptio quæ oritur ex fama publica & notorio, inter eos quibus cognita sunt mercimonia, est valde probabilis in materia consilij.*
6 *Commissio iterabilis ex causa.*
7 *Si statutum iubeat causam committi, etiam articuli emergentes committendi erunt.*
8 *Executionem ad ordinarium pertinere, non autem ad medios.*
9 *Liquidatio debet fieri in ipso processu executiuo.*
10 *Arbitrorum & Mediorum salaria diuersa.*
11 *Non est capienda interpretatio per quam correctio sequatur.*
12 *Adæquatio quæ fit mediante relatione, non habet locum gratia contrarietatis euitandæ, quæ ex lege ipsa induceretur.*
13 *Dictio tamen est aduersatiua, & denotat contrarium esse in sequentibus.*
14 *Relatum est in referente, non è contra.*
15 *In correctoriis non est licita extensio, & ex identitate rationis.*
16 *Mediorum etiam Arbitrorum discrimen.*
17 *Minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.*

REquisitus, vt sententiam meam dicam circa processum nobilis viri Antonij Alberti, libenter abstinuissem à tali labore iudicialium, forensiumque actorum legendo-

legendorum: idque propter professorij muneris incl occupationes, verum precibus doctus amici, non potui denegare, tamen si videam adeo diligenter per advocatos rem tractatam, vt minimè opera mea esse necessaria. Circa primum requisitum, an nobilis Argentina sit legitima tutrix, recepta hereditas Hieronymi sit adita. Respondeo, filios impuberes hæredes scriptos, cum in potestate patris essent, non potuisse abijs eius actus iudicio iuxta l. fi. §. fin autem ij. & ibi autem. C. de bon. quæ liber. & quamuis pater citatus fuerit coram magno, non tamen ideo amisit ius patriæ potestatis vsu. 2 autem est filiis, qui in potestate sint, tutore dari non posse, vt elegl. inst. de tut. in prin. & in prin. & in d. l. fi. §. 3 sin autem. & quamuis quandoque ex causa possit talibus dari curator, tamen talis curator non potest exercere actus legitimos, sicut est additio hereditatis. l. cum in vna. §. fin ff. de appellat. l. curatorem, vbi Bart. ff. de auct. tut. Quòd si pater ipse esset bannitus, tunc aduertendum esset circa speciem banni, secundùm distinctionem Bar. in quæstione sua prima incip. Lucanæ ciuitatis. & doctor in l. j. C. de hæred. instit. si enim esset bannum, per quod quis posset impunè offendi, & amitteret iura ciuilia, tunc etiam amitteret patriam potestatem. insti. de pat. potest. in prin. & consequenter valuisset datio tutelæ facta in nobilem Argentinam. Circa secundum requisitum, quomodo probetur valor hæreditatis Stephani, quod ascenderet ad viginti mille aureos. videtur probari ex plurimis cõiecturis, quæ licet separatim imperfectæ sint, tamen possunt coniungi, secundum notata per Bar. in l. admonendi. de iureiur. vers. his præmissis. & in l. j. §. iidem Cornelio. de quæst. Prima est, quę oritur ex literis vltrò, & citrò missis per ipsos fratres, quæ fuerunt recognitæ per testes: & licet non fuerit seruata forma probationis, de qua in l. comparationes. C. de fid. instrumen. & per doctor. in l. admonendi. ff. de iureiurand. tamen potest dò nouo seruari in hoc iudicio executiuo. Secunda præsumptio est oriens ex sententia domini Symonęti, & ex sententia lata in fauorem Contessæ, quæ sententiæ, cùm latæ sint super hæreditate, probant concludenter contra habentes ius in consequentiam, secundum l. statuliberi. §. Quintus. de statulib. & per Bald. & Angel. in l. ingenuum. ff. de stat. homi. contra verò principales non quidem probant concludenter l. j. ff. de except. rei iudic. sed faciunt magnam præsumptionem, quæ sufficit semiplenæ probationi, secundùm gloss. Ange. Modern. in l. ij. C. de eden. & quæ communia superiori debet sufficere. Tertia est præsumptio, quæ oritur ex fama publica, & notorio inter eos, quibus cognita erant mercimonia istorum, & ita etiam est valdè probabilis in hac materia, secundùm Sovin. consilio cxxiiij. maximè cum tractetur de re difficilis probationis, & agatur coram iudicibus, qui sola facti veritate inspecta, cognoscunt vt eleganter allegatum fuit per dominos aduocatos, & per Alexan. consilio lxv. in j. clxxx. in ij. cum similib. Quarta est fortior probatio & quæ mihi magis placet iuramentum in litem ipsi domino Antonio actori deferendum, cùm enim Hieronymus esset socius, & requisitus fuerit ad exhibendas rationes, & computa negotiationis, & ipse nunquam fecerit, constat de eius dolo: & ideo agenti defertur iuramentum in litem. l. penult. ff. de in lit. iur. quod habet locum etiam contra hæredem, quoties lis est contestata cum principali, secundum textum in l. fina. §. fin.

A ff. de fideiuss. vel l. iij. de in lit. iur. & licet ipse sit in instantia cum ipso principali, non tamen perimitur effectus mandati, vnde datur beneficium dicti iuramenti secundum doctrinam Bartoli in l. cum de minorib. ff. iudic. solui. Circa tertium requisitum, liquidatio sententiæ an sub ordinario sit facienda, an verò sit iterum committenda mediis: libenter vidissem verba statuti Saonensis de commissione mediis facienda, quæ cum ad me transmissa non sint, non possum omninò præcise B respondere, dicam tamen, quid mihi occurrat, si non tractaretur, nisi de legitimatione personæ domini Argentinæ, & additione hæreditatis factam per eam nomine filiorum, non putarem mediis adeundos: quia hæc clarè & notoriè constant per processum, vnde in claris non est locus tali commissioni, secundum Bartolum l. ille, aut ille. ff. de legat. iij. & per Iaso. in l. j. de oper. noui nunciat. Cæterùm quia tractatur etiam de probando valore hæreditatis, quæ quæstio est facti, ero 6 diderim iterum committendam esse, postquam C per primam sententiam res non fuit decisa, secundum aggregata per Iason. in l. prætor autem. de de oper. no. nuntiat. & alibi sæpè. & Dec. in consilio xxij. maximè quia iste articulus est pars ipsius causæ semel commissæ, qui indecisus remansit, ideo debet de nouo decidi, vt ibi habetur: subest enim hoc casu prorsus eadem ratio, quæ in reliqua causa: sicut videmus. quod † si statutum iubeat causam committi, tamen articuli emergentes committendi erunt, secundum doctores in l. pen. C. de pact. & quod not. Anch. cons. lxxviij. Et quia videtur statutum habere maiorem fiduciam in iudicio horum mediorum, tanquam confidentium, quàm in iudice ordinario, secundum Paul. de Castren. consil. cxciiij. in ij. volum. incip. visis punctis. Nec obstant verba primæ sententiæ, quatenus in ea dicitur conditiones illas esse liquidandas in executione talium arbitramentorum, &c. † executio autem pertinet ad ordinarium, non E autem ad medios. l. iubere cauere. ff. de iurisdict. 8 omn. iud. respondeo, quod postquam medij secundum statutum cognouerint, tunc iudex exequetur, vt in simili dicit Bald. in l. j. C. de lit. rejud. appell. & licet aliàs liquidatio debet fieri in ipso processu executiuo, per Bart. l. j. de eden. tamen aliud est in casu nostro, propter statutum quod causæ committantur mediis, qui ipsi litem finire debent. Nec obstat, quod liquidatio † debet fieri 9 in ipso processu executiuo, secundum gloss. Bart. F cæteroscque in l. j. ff. de eden. respondeo, istud est verum de iure communi: non quando adest statutum, quod causæ decidantur per Medios, ipsi debent finire coram litem, & consequenter omnia liquidare. Non obstat, quod statutum excludit causas executiuas, respondeo dato, quod ita sit (quia non vidi verba statuti.) iste punctus, qui subest circa probationem valoris hæreditatis est pars primæ causæ cognitionalis, non autem executiuæ, quæ cùm omissa sit, debet iterum cognosci, & finiri, & ideo non est facilè recedendũ ab eo quod consuluit Socin. consil. lj. in j. volu. allegatus per præstantissimos aduocatos causæ. Circa quartum requisitum, pertinens ad salarium istorũ mo- 10 diorum consideratis verbis statuti, sentio quod eis debeatur salarium denariorum sex pro libra, secundum dispositionem statuti. Nec obstat, quod in statuto loquente de arbitris dicitur, quòd arbitris soluatur salarium, quemadmodum mediis ex forma sequentis capituli, quod tamen

salarium excedere non posit libras xxx. &c. respõdeo, quod ista restrictio librarum xxx. est facta respectu arbitrorum tantum, non autem respectu mediorum. Moueor in primis, quia medij ipsi respectu salarij non sunt æquiparati arbitris, sed è contrario arbitri potius ad iura mediorum sunt æquiparati: vnde dispositio superueniens respectu arbitrorum non debet trahi ad medios, sicut cum dicimus princeps adæquat sibi Augustam, non censentur quę de Augusta constituta sunt ad Principem ipsum trahi: quia non est facta mutua æquiparatio, secundum Bartol. in l. j. de legat. j. vbi omnes scribentes & quod not. Deci. consilio xlvj. Rursus moueor, quia statutum mediorũ simpliciter loquitur, & † non facilè capienda est
11 interpretatio, per quam corrigatur, seu restringatur: imò propter euitandam correctionem, seu legum contrarietatem, tali æquiparationi non est locus, vt per gloss. in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de
12 donat. caus. mort. & † adæquatio quæ fit, mediante relatione, non habet locum gratia contrarietatis euitandæ, quæ ex lege ipsa induceretur, vt per Bartol. in l. j. ff. de recept. l. sanctio legum. de pœnis. Ad idem me mouent verba statuti dũ post relationem factam ad dispositionem sequentis ca
13 pituli, subiicit, quod tamen salarium, &c. † dictio tamen est aduersatiua & denotat contrarium esse in sequenti capitulo vt scilicet in eo possint excedi libræ xxx. aliàs simpliciter non aduersaretur, sed secundum quid de quo in l. ita. tamen. ff. ad Treb. per Bartol. & alios in l. j. in princip. si quis iudic. Nam & si statuentes voluissent dispositionem hanc generalem restringere, illa additio faciendo fuisset capiti de mediis, ad quod se capitulum de arbitris refert, non autem erat faciendo c. de arbitris, ad quod, capitulum mediorum nul-
14 lam habet relationem, etenim † relatum est in referente non è contra. l. asse. de hæred. instituen. l. si ita scripsero. de condi. & demonstr. cum similib. Nec obstat, quod hoc modo plus salarij haberent medij, quam iudex ordinarius vel vicarius: respondeo hoc non est absurdum: cùm illi habeant stipendium certum de publico, medij non & videmus vbique in ciuitatibus Italiæ id esse, vt confidentes partium habeant certum quid, putà duos pro centenario non hoc reputatur iniquum. Et de iure communi sportulæ erant longè maiores, vt si causa maior sit centenaria, soluantur octo aurei. §. si quis autem. in authentic. de iudicibus. Ne obstat, quod restrictio facta arbitris debeat censeri etiam facta mediis: quia subest eadem ratio: respondeo † in correctoriis non
15 est licita extensio etiam ex identitate rationis, authentic. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. nec dicatur hic tractari de æquiparatis: quia non est verum, vt suprà dixi, cum æquiparatio mutuo, seu hinc & inde facta non sit secundum Bartolum in dict. l. j. de legat. j. Præterea non est tanta ratio
16 restringendi mediorum † salaria, qui secundum terminos iuris cognoscunt, & sunt iudices, sicut arbitrorum qui potius sunt tanquam proxenetæ ad concordiam, secundum gloss. §. j. authentic. vt differ. iudices. Non obstat text. in l. ij. iuncta gloss. verb. non alien. C. de iis, qui ven. æta. vbi clausula ita tamen quod prædia sine decreto non alienare compræhendit non solùm fœminas adequatas masculis, sed etiam masculos respondeo, masculi compræhenduntur non vi illius clausulæ, sed per aliàs leges ibi allegatas, in gloss. videlicet l. lex. quæ. C. de sanct. ut. sed in casu nostro non solùm mediis non restringitur salarium per alias leges, sed aliæ leges corrigerentur, seu restringerentur, vt suprà dixi. Et ita ego putarem tenendum, nisi tamen consuetudo aliter d. statutum interpretaretur: quia † minimè mutanda sunt, 17
quæ interpretationem certam semper habuerunt. l. minimè. ff. de legibus.

CONSILII LXV. SVMMÆ.

1 *Prouocatio cum causa sufficit ad duellum.*
2 *Res iudicata pro veritate accipienda.*
3 *Duello sunt improuocabiles clerici.*
4 *Probatio per duellum est omni iure prohibita.*
5 *Duelli concedendi causæ.*
6 *Nullo casu Duellum clerico conceditur.*
7 *Infirmus ægritudine perpetua prouocari non potest, cum talis non teneatur in ius venire, multò minùs ad certamen.*
8 *Sententia contra perpetua ægritudine infirmum, est ipso iure nulla.*
9 *Morbus sonticus perpetuus, vel recidiuus.*
10 *Laborans morbo Paralytico, nullo modo potest togi ad pugnandum.*
11 *Prouocationes habent similitudinem cum libellis iudiciarijs.*
12 *Prouocationes quia sunt inuentæ ad explorandam veritatem, debent esse specialiter, & clarè conceptæ, & quare.*
13 *Charthula prouocationis debet esse clara, vt possit Reus deliberare vtrùm cedat, an contendat.*
14 *Causa honoris, & existimationis æquiparatur vitæ.*
15 *In causa criminali certum est specialiter titulos criminum & personas esse exprimendas, adeò vt etiam reo non opponente, libellus criminalis propter incertitudinem sit nullus.*
16 *Quoties dolus alicui obijcitur, oportet nominatim exprimi, qua in re dolus interuenerit, & quomodo.*
17 *Qui non excipit videtur acquiescere, & fauori suo renuntiare.*
18 *Ratihabitio in casu æquiparatur mandato.*
19 *Sententiæ elidendæ argumentum.*
20 *Campionis dandi causæ.*

SVperiore anno, priusquam decederet illustrissimus dom. Dux Placentiæ misit ad me literas cum chartula prouocatoria domini Cæsarie Pignatelli impressa, iniunxitque mihi vt sententiæ meæ eum certiorem facerem, an ea chartula rectè, atque ordine concepta esset, respondi prima fronte videri rectè conceptam, verùm non posse me quicquam certi diffinire, nisi visis exceptionibus partis aduersæ: quoniam scriptum est, Audi vtranque partem, si vis rectè iudicare. Nuperrimè autem cum ad me veniisset reuerendus dominus Fabricius prouocatus eius exceptionibus auditis cœpi subsistere, & re diligenter cõsiderata, visum est potiorem esse eius causam. Et in primis pro domino Cæsare, seu validitate chartulæ prouocatoriæ † facit: quia habet distinctam causam. 1
Quia præsumpsisti facere me offendi à tuo creato, & si id negares, probabo armis, &c. quæ expressio videtur sufficere in hac materia duelli, quæ regitur secundum æquitatem naturalem omisso rigore iuris ciuilis, prout solet inter viros militares agi iuxta l. j. l. neque enim. vbi Bartolus. ff. de testamen. mil. Et ideo videtur rectè per dominum commissarium Senensem pronunciatum, dominum Fabricium, tanquam contumacem pro-

con-

conuicto esse eius notæ, quæ sibi per dictam char- A
2 tulam est obiecta, quæ †res iudicata, pro veritate
est accipienda l. ingenuum. ff. de statu homi. & l.
res iudicata. ff. de reg. iur. glo. super verbo veritas
gestorum sermonibus. c. cum inter vos. super illum
text. extra, de sent. & re iud. in antiq. Et hoc max-
imè est dicendum in casu nostro in quo non ha-
bet dominus Cæsar quod amplius quærat. Sed præ-
senti statu contentus est, cùm purgauerit sibi illa-
tam contumeliam, & dominus Fabricius videa-
tur oneratus. Et licet quando præoccupata est ac- B
cusatio per illa verba, Et si negauero, probabo, & sit
aliqua difficultas, an mittens chartulam debeat
censeri prouocator, an verò prouocatus: Ego a-
liàs respondeam quod nihilominus est prouoca-
tor, nisi quando incontinenti constaret de illata
iniuria, vt dixi, in consilio quondam domini Ca-
nini Gonzagæ, tamen hæc quæstio non est præ-
sentis speculationis: quia dominus Cæsar non
negat, quin ipse sit prouocator, & quin velit su-
stinere partes actoris, & relinquere electionem C
armorum ipsi domino Fabricio. Sed, his non ob-
stantibus habeo pro claro, & expedito, quod imò
saluus sit honor ipsius domini Fabricij, & in nihi-
lo sit oneratus per transmissionem dictæ chartu-
læ, quæ notoriæ & pluspuam manifestè transmit-
ti ad eum non potuit. Cùm enim sit Oeconomus
3 †seu baillivus Sanctæ Eufemiæ specialiter est pro-
hibitus singulari certamine pugnare, iuxta tex-
tum in cap. j. de clericis pugnantib. in duello. Et
debet dominus Fabricius pluris facere præceptũ D
Pontificis, quàm istas prouocationes aduersus le-
ges introductas. Etenim sciendum est quod †pro-
4 batio per duellum regulariter est omni iure pro-
hibita. canon. monomachiam. ij. quæst. iiij. cap.
ij. de cler. pugnantib. in duello. adeò quod non
valet consuetudo in contrarium vt ibi dicitur. Et
5 quamuis †soleat certis quibusdam talibus conce-
di pro conseruatione honoris, quando aliter ve-
ritas apparere non potest, secundum Baldum in l.
cum filius. §. fina. ff. de lega. & fideicom. ij. cum E
concordan. per Decium consilio cccclxxxvij. ta-
6 men †nullo casu conceditur clerico seu personæ
beneficiatæ: nec talis potest prouocari. dict. ca. j.
& vno ore omnes fatentur. Rursus etiam illud re-
ceptum est, quod †infirmus ægritudine perpetua
7 prouocari non potest: cum talis non teneatur in
ius venire, multò minus ad tale certamen. l. ij. §. si
8 quis in dictione. ff. si quis cautio. & †sententia contra
eum lata est ipso iure nulla. l. quæsitum. ff. de re
9 iud. & dicitur † morbus sonticus perpetuus, vel F
recidiuus. l. fin. ff. de ædil. edict. vnde cũ reueren-
10 dus dominus Fabricius †laboret morbo paralyti-
co nullo modo potest cogi ad pugnandum, argu-
men. cap. j. vij. quæstio. ij. & cap. cum inter. ex-
tra, de electio. vbi doctor. & facit text. l. qui ter-
tiana. ff. de ædil. edict. & certè cùm vidissem ip-
sum dominum Fabricium tali morbo laboran-
tem, & nihilominus fuisse prouocatum ad certa-
men, visa mihi fuit res ridicula, quod talis pro-
uocaretur, qui propter tremorem, & debilita-
tem neruorum vix arma tenere manibus possit, G
nec equum adscendere, nisi à pluribus famulis
ei super imponatur, & istæ quidem rationes se-
cundum ius Pontificum, & ius naturæ sunt efficaces. Alia & tertia est ratio secundum ius mili-
tare, de qua maximè vult dominus Fabricius dis-
putari: nempè super valore ipsius chartulæ: quia
ipse respondendo dictæ chartulæ petiit, vt domi-
nus Cæsar qualitatem offensionis, & nomẽ offen-
soris specialiter exprimeret, quod tamen nũquam
dominus Cæsar facere voluit, quamuis semel, atq;
iterum fuisset de hoc requisitus, & tamen videatur
mihi, quòd minimè dominus Cæsar obligatus esset
hoc facere. Sciendum enim est quod istæ †prouo- 11
cationes habent similitudinem cum libellis iudi-
ciariis, vt per Bart. in l. j. C. de lit. contest. quia †sunt 12
inuentæ ad explorandam veritatem, & debẽt esse
specialiter, & clarè conceptæ cum quia is, qui iniu-
riam sibi factam prætendit, non debet vagari cum
discrimine alienę existimationis, sed designare cer-
tum, & specialiter dicere quam se iniuriam passum
contendat. l. prætor. ff. de iniu. tum quia debet † 13
chartula esse clara, vt possit eius deliberare vtrum
cedat, an contendat. l. j. ff. de edẽn. l. si duo. ff. de
solu. quod procedit etiam quando sommarie, &
simpliciter cognoscitur secũdum Alex. cons. vj. in
ij. & Aret. in l. ij. per illum tex. C. de bon. poss. sec.
tab. & procedit maximè in †causa honoris & æ- 14
stimationis, quæ æquiparatur vitæ. l. cæsi. ff. do-
mi. vnde vide talis causa appellatur capitalis. l. licet.
ij. ff. de verb. sign. at †in causa criminali certum sit 15
specialiter titulos criminum, & personas esse ex-
primendas adeò vt etiam reo non opponente, li-
bellus criminalis propter incertitudinem sit nul-
lus. l. libellorum. vbi Bart. ff. de accus. Idem q; di-
cendum, †quoties dolus alicui obiicitur: oportet 16
enim nominatim exprimi, qua in re dolus inter-
uenerit, & quomodo. l. item exigit. ff. de dolo. Et
quamuis alias, parte non opponente, admittatur li-
bellus generalis. l. fi. C. de ann. except. c. Abbate sa-
nè. vers. secùs, de re iud. lib. vj. quia † qui non excu- 17
sat, videtur acquiescere, & fauori suo renunciare. l.
j. C. de relat. Alex. cons. cx. in v. tamen in casu no-
stro hoc nõ potest procedere, tum per supradictas
rationes: tum quia sæpius iste est interpellatus, vt
exprimeret speciem offensionibus, & nomen of-
fendentis: habetque hæc sententia summam æqui-
tatem: cum enim dom. Fabricius habeat multos
famulos seu creatos debuit admoneri, quis fuerit:
cum etiamsi à principio nihil mandasset, potuerit
habere ratum factum vnius magis quàm alterius:
quo casu †ratihabitio æquipararetur mandato. l. 18
j. §. sed & si quis. ff. de vi & vi arm. vbi Bartol. Item
posset esse offensa tam levis, vt de ea curandum nõ
esset, nec aliquo modo concedendum duellum. l.
scio. ff. de in integ. rest. l. si oleum. in fin. de dolo.
maximè cum iam antea dominus Cæsar per nun-
tium suum protestatus esset, quod ipse non prætẽ-
debat se offensum à domino Fabricio, & quod fue-
rat inanis rumor, qui emanauerat ex domo domi-
mi Ducis Mõtisleonis: vnde si deinde mutauit opi-
nionem, & misit chartulã debuit specialiter prout
fuerat requisitus designare causam, vt posset domi
nus Fabricius scire rationem mutationis istius vo
luntaris: & ideo concludo etiam existo capite hu-
iusmodi prouocationem non valere, & malè fuis-
se per dictum commissarium Senẽsem iudicatum.
Nec obstat pronuntiatio † commissarij Senensis: 19
quia (vt ex suprascriptis apparet) est iniqua cum
primum debuerit decidi articulus incidens, quod
chartula esset specificanda. l. siue. C. de dilat. vt di-
xi: & quia ex simplici assertione istius asserentis
se offensum, non debet concedi duellum, nisi ali-
qualiter id ipsum constet, factam scilicet esse iniu-
riã. l. j. §. item illud. ff. ad Sillan. vbi Ludo. Roma. &
Io. Igneus. Item est nulla quia lata non habente iu
risdictionem: cum dominus Fabricius non con-
senserit, nec prorogauerit eius iurisdictionẽ, nec
posset dici contumax, cùm non teneretur com-

parere,

patere, sed prius decidendus esset articulus. l. ab excentore. in fine C. quo. appella. non recip. glos. l. quod iussit. ff. de re iud. Et ideo putarim licere dom. Fabricio sub communi principe, vel Cæsareæ maiestatis delegato hunc perduellum suum conuenire, & cogere vt dictam sententiam aboleat, nec publicare audeat, & instrumẽta eius perdat: nec eis vtatur. l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. Qui iudex etiam de suprascripto articulo cognoscat, & cogat dominum Cæsarem vt specialiter offensionem, & offendẽtem declaret, & si dominus Fabricius responderit ita, quod pugnæ sit locus, concedat domino Fabricio facultatem, per
20 † campionem pugnandi, cum enim sit religiosus, cùm item sit paralytica ægritudine affectus, non debet per seipsum pugnare, quod facultas est ei concedenda ex lege Federici Imper. vt per alium ferro decernat: quod si ea lege non sit alligatus, nec quidem campionem dare tenebitur, vt dixi libello de singulari certamine cap. xxxv. Et ita ego sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXVI. SVMMÆ.

1. *Fructuarius licet non præstiterit cautionem de vtendo fruendo, si tamen patiente proprietario adeptus fuerit possessionem, tunc facit fructus suos.*
2. *Mediantibus colonis naturaliter possidemus.*
3. *Maritus quamuis recipiat fructus ex fundo vxoris, præsumitur potius recepisse iure cuiusdam familiaritatis propter præeminentiam, quàm iure domini.*
4. *Per solam locationem non probatur possessio fall.*
5. *Possessionis probandæ modus.*
6. *L. Titia. ff. de solut. limit.*



Vit eleganter disceptatum inter aduocatos pro vtraque parte, puto tamen veriorem opin. esse quod vsufructuaria posset compellere hæredes mariti proprietarij ad solutionẽ fructuum perceptorum, quia verissima est illa conclusio, quod licet † fructuarius non
1 præstiterit cautionem de vtendo fruendo, si tamẽ, patiente proprietario, adeptus fuerit possessionẽ, tunc faciet fructus suos, vt habetur in l. j. C. de vsu, & habit. per Bald. & Bar. in l. vxorem. de vsufr. leg. & latiùs per Ang. de Aret. inst. de vsufru. quod autem mulier ista habuerit possessionem, probatur ex instrumento locationis, & ex fructuum perceptione † per colonos, mediante quorum facto na-
2 turaliter possidemus. l. si id q. §. & per colonos. ff. de acquir. poss. vnde eo ipso, quod fructus fuerunt per colonos à fundo separati, statim dominium illorum transiit in mulierem. l. si fur. vbi Bar. ff. de vsufru. & quamuis † maritus eos receperit, tamẽ prę
3 sumitur feciſſe potius iure cuiusdam familiaritatis propter præeminentiam. l. qui iure. ff. de acqui. poss. vbi Alex. dicit capiendam istam præsumptionem. ne aliàs videatur commisisse furtum. argu. l. meritò. ff. pro soc. imò tenentur hęredes ad eorum restitutionem. Nec obstat ratio, quæ in cõtrarium adducitur, à qua dependet omnis altercatio istius articuli, dum negatur, quod ista mulier esset in pos sessione, ex quo † per solam locationem non probatur
4 possessio. ca. inter dilectos. vbi gl. extra, de fid. instr. & cùm non possideret, & non prestitisset cautionem, sequitur, quod dominium fructuũ ad maritum pertinuerit, vt habetur per Bar. in d. l. vxori. per Bald. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. Nam vltra dicta per alios ad hanc rationem
A respondeo tribus modis. Primo dico, quod imo † per istud solum instrumentum locationis probatur possessio in casu nostro: quia licet quod tertiũ tale instrumentum non probaret: quia possent fieri multa similia instrumenta in fraudem, tamen quoad ipsos contrahentes probat ipsam possessionem, vt concludunt do. de Rota in decisionibus antiquis decisio. lxxxvij. argu. l. prædia. ff. de acqui. possess. sequitur Felin. in d. cap. inter dilectos. & Soc. cons. xj. in iij. vnde cùm maritus huic
B instrumento præstiterit consensum sibi præiudicat. l. si debitor. §. primo. ff. quibus modis pigno. vel hypot. solut. & probationes quæ probant respectu ipsarum partium principaliter contrahentium, videntur etiam probare respectu ipsius consensum suum præstantis: ex quo per talem consensum etiam ipse dicitur contrahere. l. in ædibus. §. fin. vbi docto. ff. de donat. Socin. consil. lxj. in vj. q. in j. vnde si voluisset tanquam proprietarius molestare ipsos conductores, non potuisset, ex quo
C illi instrumento consensit. Secundò respondetur, quod in casu nostro necessario dicẽdum est, quod consensus mariti constituerit dictam fructuariam in possessione: nam maritus iurauit, quod dicta locatio cedebat in vtilitatem vxoris: quod iuramentum esset falsum, nisi mulier possedisset: quia non potuisset aliquam vtilitatem consequi, ex quo nõ feciſſet fructus suos propter non præstitam cautionem, sed bene potuisset damnificari: quia si proprietarius tanquam possessor eum conductorem
D deiecisset, de possessione, mulier locatrix fuisset illi obligata ad interesse. l. si quis domum. ff. locat. necessario ergo iste consensus constituit eam in possessione: quia aliàs maritus incideret in periurium antecessoris sui. l. filios. vbi Bartol. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. Signoro. de Homod. cons. xiiij. si quæratur. Tertiò respondetur, quod cùm hæc mulier haberet titulum sufficientem fructuum, videlicet, titulum locationis, quãuis maritus eos perceperit, tamen præsumitur hoc
E feciſſe nomine ipsius vxoris, & sic iure familiaritatis. d. l. qui iure. ff. de acquir. poss. per Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. Socin. consil. cxxxj. in j. vnde quamuis probetur, quod maritus receperit fructus, non tamẽ probatur eius possessio & ita limitatur, quod not. doct. in † l. Titia. ff. 6
de solu. Bart. in l. penult. ff. de cond. instit. & sic cùm maritus ipse non possideret, sed vxor, si maritus percepit fructus, tenetur illi reddere rationem, ex quo res sua ad eum peruenit. l. si me & Titium. ff. si cer. pe. Et ex istis tribus rationibus tolluntur omnia, quæ in contrarium adduci possunt. Nec decisio Bald. in dict. §. his illud quicquam obstat, si bene videatur. & fuit per alios responsum.

CONSIL. LXVII. SVMMÆ.

1. *Duellum est subsidiaria probatio.*
2. *Per duellum tentatur diuinum officium.*
3. *Semper verba intelliguntur secundum subiectam materiam.*
4. *Quamuis legitimæ probationes requirantur, sufficiunt tamen etiam coniecturales, si subiecta materia hoc suadeat.*
5. *Duelli concessio non solennis.*
6. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
7. *Non omne mendacium onerat, sed solum quod dolo malo dictum est.*
8. *Faciliùs permittitur exceptio, quàm concedatur actio.*

9 Palam

BIU Cujas

9 *Palam etiam dicitur factum, quod testibus non legitimè examinatis est factum.*

10 *Instrumentum simplex, quamuis non productum in iudicio dicitur, facere rem notoriam.*

11 *Testes non probant, nisi examinati parte citata.*

12 *Prouocationis dignoscendæ forma.*

Militaris hæc controuersia, quæ inter Comitem Achillem vertitur, & Comitem Petrum non potest etiam secundum cõsuetudinis militum per monomachiam, seu per duellũ diffiniri: nec causa subest, cur Comes Achilles ad illud deueniat: cum in nihilo oneratus sit. Constat enim hanc † duelli consuetudinẽ
1 inductam fuisse causa probationis, in iis, quę aliàs probare, vel saltem difficulter non possent: cùm enim † per illud tentetur diuinum iudicium. ca. fin.
2 extra, de purgat. vulg. non permittitur, nisi vbi aliàs non posset veritas probari. vt per Hostiensem in summa de cler. pugn. in duel. Bal. ca. primo. de pace tenenda. versic. porro duellum. & ideo dicitur, quod nullum est experimentum innocentiæ, & solùm habet locum deficientibus aliis probationibus, vbi aliter de veritate constare nõ potest secundum Bald. in l. j. C. de dedit. liber. tollen. & in l. cùm filius. §. fi. de legat. & fideic. secun. cum cõcordan. per Dec. cons. cccclxxxvij. In casu autem nostro constat de veritate rei per tres testes, qui iurati in manibus notarij dixerũt se audiuisse, quod Comes Petrus dixit verba, de quibus in testationibus. & ideo non est hæsitandum nõ esse locum singulari certamini. Et promissio Comitis Achillis est verificata, quatenus obtulit se facturum modis legitimis, vt palàm aduersarius suus addictaretur pro mẽrito. Etenim licet promissio probationis per legitimos modos, quando strictiùs accipiatur secundum text. in cap. super eod. extra, de paroch. l. cum de indebito. in gloss. in verbo, legitimis. ff. de probat. gloss. ca. at si clerici in princip. vbi doctor. extra, de iudic. tamen in casu nostro videtur accipienda secundùm subiectam materiam, vt sufficiat legitimus modus, qualis solet inter milites, & in materia duelli accipi: quia † semper verba intelliguntur secundum subiectam materiam.
3 4 l. si vno. ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vsur. & † quamuis legitimæ probationes requirantur, tamen sufficiunt etiam cõiecturales, si subiecta materia hoc suadeat, vt per plura ostendit Hippol. Marsil. Reper. rubr. extra, de probati. nu. viij. cum pluribus sequent. post Felinum ibi, & per Alex. cõs. lxxvij. in fine in vij. vol. In casu autem nostro, in quo agitur de materia duelli, non attenditur ad solennitates iudiciales, sed duntaxat ad veritatem, & iustitiam naturalem: quia tale dicitur esse iudiciũ diuinum. d. c. fi. & xxij. quæ. ij. can. quæritur, in princip. per Bald. in l. ex hoc iure. de iustitia & iure. dixi in tractatu de singulari certamine. c. vij. In iis autem, quæ spectant ad naturalem iustitiam sufficit examinatio testium, etiam absque alia citatione, vel iudice, vt inquit Bart. in l. ij. in fine. C. de naufrag. libro xj. allegat text. hoc probantem in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. & cum Bart. ibi transeunt scrib. Et licet Aret. in c. ij. in iiij. fallen. extra, de testib. contradicat per ea, quæ notat Bart. in l. filiusfam. in prin. ff. de donat. tamen loquitur Aret. in iudiciis & in foro contentioso, sed in quæstione nostra, quæ non tractatur per viam iudicialẽ, sed † more militari, dubio procul verior
5 est opinio Bar. in d. l. ij. Et certè milites nostri temporis haberent hanc rem pro ridicula, & pro fabula quod huiusmodi concernentia honorem nobilium æquitum tractarentur per viam processus, & per ambages iudiciarias, citatis partibus solenniter, & datis interrogatoriis, quod esset valde vanum in hac materia. Confirmatur hæc sententia per regulam Euangelicam, *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* quia † in ore duorum, vel trium stat omne 6
verbum. ca. nouit. extra, de iudic. ca. cùm esses. de testament. nec ibi est vlla mentio iudicum, vel citationum, & veteres interpretes, vt Sanctus Hieronymus super illo loco Euangelij non requirunt aliquam solennitatem, vel actum iudiciarium Matthæi xviij. cap. & intelligunt ecclesiam, id est, cõgregationem hominum proborum, qui detestationi eum habeant, vt illum propter pudorem & metum pœniteat, quæ ratio propriè militat etiam in casu duelli. Et licet Canonistæ in dicto c. nouit. & Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. verbo, per denuntiationem. requirant certam formã in illa denuntiatione, tamen loquuntur, vt dixi, in actibus iudicialibus, & ideo appellant denuntiationem iudicialem, vt meritò sint necessaria eorũ requisita, non autem ita sit in ista militari per supradicta. Suadetur quoque hæc opinio alia ratione, vt enim Comes Achilles remaneat oneratus, oporter, quod dictus sit mentitus, id est dolo malo mendacium dixisse: quia † non omne menda- 7
cium onerat. sed solum quod dolo malo dictum est, vt habetur in l. fi. ff. quod fal. tutò. auctò. in l. fina. ff. de inter. actio. at in casu nostro constat nullum dolum adfuisse: quia attestationes istę, etiamsi non solenniter receptæ saltem excusant, vt probabilis fuerit asseueratio Comitis Achillis, sicut dicimus de eo qui excusatur: quia credidit affirmationi viri boni, secundùm glossam in l. Titio fundus. in fi. ff. de conditio. & demonstrat. de qua per Felin. in cap. cum contingat. de rescript. Alexan. consilio vigesimo octauo. in j. meritò ergo isti testes debent sufficere ad excusationem Comitis Achillis, quod non sit mentitus, sed verum sit, quòd d. Comes Petrus dixerit illa verba: quia quando tractatur non de actione, sed de excusatione quælibet causa, aut credulitas sufficit, secundum glo. in l. j. in fi. ff. de abig. gloss. l. igitur. §. secundò. ff. de libera. causa. sicut etiam † facilius permittitur 8
exceptio, quam concedatur actio. gloss. l. j. §. j. ff. de superfic. l. emptor. §. fina. ff. de rei vendicat. l. Arrianus. ff. de action. & oblig. Rursus illud quoque in fauorem præfati Comitis Achillis est aduertendum, quod ipse in testatione sua promittit se facturum modis legitimis, vt palàm aduersarius suus addiceretur pro mentito: quod videtur adimplesse per dicta istorum testium, † palam 9
enim dicitur factum, quod etiam non legitimè examinatis testibus est factum: quia sicut † instru- 10
mentum simplex, quamuis non productum in iudicio dicitur facere rem notoriam, vt dixit Bartolus in l. j. in princip. quæst. j. ff. de oper. noui nunt. per text. in l. fina. verbo, manifestum. C. de reb. cred. & in cap. licet causam. extra, de probat. & sequuntur ibi docto. & Alexand. consilio lxxxij. in j. Andr. Sicul. consilio xviij. in j. Felin. cap. significauerunt. de testib. & in dicto cap. licet causam. xj. notab. Ita etiam testes examinati non iudicialiter, argumentantur enim doctores de vno ad aliud, vt in l. fina. C. de edi. Diui Adrian. tollen. Et si dicas † testes non probant, 11
nisi examinati parte citata. cap. ij. extra, de testib. respondeo etiam instrumentum non probat nisi in

nisi in iudicio productum, & quidem lite iam contestata, vt per Felinum c.j. de proba. Alex. cons. iij. cons. xxxvij. in ij. volum. Anton. de Butr. ca. cum dilectus. de ordin. cogn. Freder. de Senis cons. clx. cum similibus. & tamen Bart. vult. quod simpliciter extra iudicium faciat rem claram, seu notoriam in materia nuntiationis noui operis, quæ fit extra iudicium: vnde idem dicendum in casu nostro in hoc actu militari, qui extra iudicium venit expediendus, & dicta horum testium faciunt rem palàm, iuxta l. palàm. vbi dixi. ff. de verb. signifi. imo plus credatur istis testibus extraiudicialibus quàm vni notario, & pelli caprinæ pariter extraiudicium ostensæ, vt habetur in cap. cum P. tabellio. extra, de fide instrum. Illud quoque est aduertendum, quia in hac materia duelli simpliciter nō attēdimus, quis mentitionem præoccupauerit ne
12 aliàs † sit in facultate prouocatoris faciendi se reū, sed attendimus ad rem ipsam quis primus delictū alteri imputauerit, & imputatus responderit eum mentiri, sicut etiam videmus in iudiciis vbi per præoccupationem non alteratur conditio actoris, vt ideo efficiatur reus, vt habetur in lege diffamari. C. de ingen. manumiss. in lege si pater. C. qui bon. ceder. poss. & in lege si contendat. de fideiussor. vnde quamuis Comes Petrus præoccupauerit istud non habet mutare rem ipsam, sed videndum est quis alteri crimen obiecerit. Et cum Comes Petrus obiecerit quod Comes Achilles retulerit verba diffamatoria vxoris, &c. Potuit Achilles respondere, *Tu mentiris.* & censetur Achilles esse prouocatus non autem prouocator, vt aliàs dixi in quodam consilio in causa Ganini, & Fulgosij. Nec affirmatio Comitis Petri præsupponentis prius hac in re mentitum Comitem Achillem. de re interalios acta, & de qua non constat, habet interim facere, vt Achilles censeatur mentitus, nisi quando notoriè & statim constaret, quod ipse Comes Achilles retulisset verba diffamatoria: cum in casu nostro potius constet contrarium, quia in instrumento Comitis Achillis sunt duo capita, primum de dictis verbis diffamatoriis, in quo expresè negat se quicquam detulisse: secundum de illis verbis, *Se la moglie, &c.* quæ sunt specialia in quibus dicit quòd si Comes Petrus neget se ea dixisse, (prout deinde negauit) quod mentitur: quibus verbis subest mentitio expresim onerans ipsum Comitem Petrum, à qua non video quomodo possint se eximere more militari, nisi per duellum, & sustinendo personam prouocatoris, & Comes Achilles personam prouocati, prout latiùs dixi in suprà allegato cōsilio, & ideo non existimo hìc repetendum. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

A B C D E F G

CONSILII LXVIII. SVMMÆ.

1 *Principi ex causis non creditur.*
2 *Priuilegium datum literis, vel alij instrumento, intelligitur solummodo respectu eorum, inter quos factum est instrumentum.*
3 *Statutum non potest tollere naturalem æquitatem.*
4 *Lex debet esse iusta, nec debet intelligi, nisi secundùm potestatem statueritis.*
5 *Princeps absque citatione & processu, non potest aliquē condemnare.*
6 *Princeps in crimine læsæ maiestatis non potest statuere, quod sibi credatur alio non constito.*
7 *Papa non potest per verba sua narratiua aliquem priuare iure suo, nisi culpa probetur.*
8 *In facto suo nemini etiam Principi creditur.*
9 *Confiscata in casu non rectè donari.*
10 *Ex actu nullo non potest dici aliquod ius translatum.*
11 *Abominabilis exempli est quod idem sit iudex, & pars.*
12 *Clausulæ ex certa scientia vis, & efficacia.*
13 *Clausula ex certa scientia non operatur in his, quæ consistunt in facto, de quibus Princeps præsumitur, non habere notitiam.*
14 *Clausula de plenitudine potestatis non operatur, quod Princeps potuerit tollere causa cognita ius alicuius.*
15 *Clausula motus proprij quid operetur.*

EXistimo partes magnifici Capitanei esse, in imponendo perpetuum silētium magnifico Petrobono, & absoluendo dominum Bernardinum à petitis. Et pro domino Bernardino principale fundamentum est in gratia, seu declaratione Ducis Maximiliani, qua eum in amplissima formatam respectu personæ, quam bonorum absoluit, & restituit, declarando ea, quæ illi obiiciebantur non esse consideratione digna, & falso fuisse sibi suggesta. & contra dictam gratiam nihil potest iuridicum opponi. Non obstat donatio facta Petrobono, per quam videtur illi ius quæsitum, & dicta gratia non debet trahi in præiudicium tertij. Quia ad hoc respondetur pluribus modis. & quoad personam nō potest contra eum agi: quia obstat gratia eum liberans, & probibens vlterius procedit. nec hic est præiudicium ipsius donatarij, sed solius principis: & quantum sit, circa hoc non est difficultas. Quò verò ad bona dicitur nullum ius quæsitum ex dicta donatione. Primò, quia non constat de delicto, & licet decretum velit credi verbis principis attestantis de delicto, tamen tale decretum recipit tres limitationes, quæ omnes habent locum in casu nostro. Prima est, † non procedat, quando princeps ipse- 1
met deinde attestatur contrarium: quia dum dicit decretum, quod contra assertionem principis non admittatur probatio in contrarium, intelligitur nisi fit per confessionem ipsiusmet principis per gloss. in authentic. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. & in §. aliud. in authentic. de æqua. dol. in l. in contractibus. in verb. nullo modo. C. de non nume. pecu. per Anc. consilio l. in quæstio. per Feli. in cap. quoniam contra. fallit x. extra, de probat. Iaf. in l. cum te. C. de transact. Secunda est, quia decretum loquitur respectu eius, cui princeps dat literas, & cum quo loquitur, non autem respectu illius, de cuius bonis agitur, qui non est in lite, & quantum ad hoc dicitur tertius. vnde Petrobonus non posset de hoc opponere ipsi Duci, sed Dominus Bernardinus posset in cuius præiudicium resultarent istæ literæ. & ita loquitur decretum in quo præcisè dicitur, *Per quascunque donationes, quibuscunque verbis conceptas, non censeri ius tertij sublatum.* & facit quia † priuilegium 2
datum literis, vel alij instrumento, intelligitur solummodo respectu eorum, inter quos factum est instrumentum, vt dicit Baldus in l. j. C. commu. de leg. cum similib. per Alexan. cōsil. lxxxiij. viso themate. in iij. Tertia est, quia decretum si intelligeretur respectu absentis, & tertij esset contra naturalem æquitatem, quam † statutum non po- 3
test tollere, vt dicit Bal. in c. quæ in ecclesiarū. vers. sed nunquid statutū. de const. quia † lex debet esse 4
iusta. c. erit aūt lex. iiij. dist. nec debet intelligi, nisi secundùm potestatem statuentis, clarum autem est, quod † princeps absque citatione, & processu 5

non

non potest aliquem condemnare. Clem. pastoralis. de re iudic. Abb. in c. cum olim. eo. tit. in antiquis. & in c. j. de cauſ. propr. & quæcunque verba dicat non tollit talem defectum ſecundum Cald. conſi. viij. de re iudic. Anch. conſ. ccxij. in fin. Ang. in conſi. clxxvij. in fi. Dec. in c. ex parte ij. de offic. deleg. nec † in criminæ læſæ maieſtatis poteſt ſtatuere quod ſibi credatur alio non conſtito, vt dicit Card. in conſ. cxxviij. in quæſt. vbi loquitur in terminis noſtris ſequitur Fel. in c. cum nobis. de teſtib. Socin. conſil. xxvij. in ij. lib. ſicut non poteſt neque † Papa per verba ſua narratiua aliquem priuare iure ſuo, niſi culpa probetur, vt dicit Abb. in Clem. vnica. in fi. de probat. per text. in c. j. de feud. ſine culp. non amitt. & in d. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & hoc maximè procedit, quãdo ageretur de intereſſe ipſius principis, quia † in facto ſuo nemini etiam principi creditur, ſecundum And. de Iſer. in c. j. in prin. ad fi. quo temp. milex Feli. in d. cap. quæ in eccleſiarum. Secundò principaliter reſpondeo, quod etiam ſi † Petrobonus probaret delictum, adhuc excluderetur: quia nullum ius eſt in eo vigore dictæ donationis: quia tali donationi bonorum confiſcatorum lex præcisè reſiſtit, vt eſt caſus in l. j. & ij. C. de perit. bon. ſubl. lib. x. præſertim ante liquidationem factam, vt expreſsè cautum eſt per decreta antiqua, quæ exhibebuntur, ſi opus fuerit: & ideo † ex actu nullo non poteſt dici aliquod ius tranſlatum. Præſertim cùm iſta donatio peccet etiam crimine ſubreptionis, ſi enim Dux ſciuiſſet D. Petrobonum procedere cœpiſſe tanquam iudicem in iſta cauſa veriſimiliter non feciſſet hanc donationem, quia † abominabilis fuiſſet exempli quod idem fuiſſet & iudex, & pars. l. vni. C. ne quis in propr. cauſ. Nec † obſtant, clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, &c. quia ſe reſtringunt ſolummodo reſpectu defectuum inſinuationis, & alterius ſolennitatis, & formæ, ſed huic donationi non obiiciuntur iſti defectus, ſed defectus poteſtatis principis. æquitas naturalis, res mali exempli, & præſumpta obreptio, quotiens enim cauſa non eſt cognita, tales clauſulæ non operantur, vt dicit Rota deciſ. ccxxx. Papa confirmando. vbi allegat Specul. in tit. de legato. §. nunc oſtendendum. verſi. xviij. & Socin. conſ. clxiiij. viſa bulla. verſic. ſed ad iſta, & illa clauſula ex certa ſcientia † non operatur in his, quæ conſiſtunt in facto de quibus princeps præſumitur non habere notitiã ſecundùm Bald. in l. fin. verſic. dicas etiam. C. ſent. reſc. non poſſ. & cap. j. de conſtitut. lib. vj. vbi bonus tex. Similiter † clauſula de plenitudine poteſtatis non operatur, quod princeps potuerit tollere, cauſa non cognita ius d. Bernardini, vt nota. Bal. in c. j. §. ad hæc. verſic. item not. ex gl. de pace iur. fir. & Paul. Caſt. in l. digna vox. C. de legib. Similiter † clauſula motus proprij nihil operatur, vt dicit Hoſt. in cauſam, quæ ſecundo. de teſtib. & ibi Abb. Card. in conſi. cxxxvj. vbi allegat Clem. per literas. de præben. facit quod not. Anch. in conſil. clxxxviij. viſis conſiliis. Card. conſ. xcvj. videtur. in prin. & conſi. cxlij. videtur dicendum. verſi. & ſi dicatur. cum ſimilibus. Tertiò principaliter reſpondetur, quòd cùm princeps atteſtetur de innocentia iſtius, iſta gratia facta ſub prætextu iuſtitię operatur etiam in præiudicium tertij, cui bona ſunt interim alienata. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de minor. Raph. Com. & Mod. in §. & quid ſi tantum. vbi dicunt idem eſſe, quando in gratia mandatur, ne vlterius procedatur, nõ poſsit obiici de confiſcatione bonorum, ſecundùm Card. & Imo. in cap. quia diligentia. de elect. Felin. in cã. inter quatuor, de mai. & obed. verſ. limita. ij. quæ omnia ſunt in caſu noſtro. Et ideo concludo d. Bernardinum vlteriùs non moleſtandum.

CONSIL. LXIX. SVMMÆ.

1 *Mutato alueo, prior derelictus acquiritur vicinis pro rata, ſi flumen mutat alueum ſua vi naturali, ſecus ſi opere manu facto.*

2 *Dominium alicuius rei nunquam tranſit in alium niſi ſecũdùm regulas iuriſgentium tranſlatum ſit.*

3 *Qui agit de recuperandis expenſis, debet præferri vicinis, qui agunt de lucro captando.*

4 *Regula generalis quod bona vacantia pertineant ad fiſcum, intelligitur vt ſi adſint creditores ipſi præferantur.*

5 *Regula quæ habet quod fructus fundi ad dominum pertinent, intelligitur deductis impenſis pro eis colligendis.*

6 *Prætendens cauſam onoroſam, ſemper præfertur prætendenti cauſam lucratiuam.*

7 *Limitatum agrum explicari.*

8 *Princeps de qua fluminis Publici poteſt diſponere, arbitrio ſuo.*

9 *Scolatitia nunquam poſſunt præſcribi, quia à ſe ipſis curſu naturali deſcendunt.*

10 *In poſſeſſorio ſolùm quæritur quis poſſideat, nec ad ius proprietatis attenditur.*

11 *Poſſeſſorium debet priùs expediri, cum de eo prius liqueat.*

12 *In cauſa appellationis poteſt ſuſpendi Petitorium, & expediri poſſeſſorium de quo celerius liqueat.*

HAc in lite: quæ iam per multas annorum decades controuertitur: & in qua multa conſilia celeberrimorum doctorum extant, diu detrectaui aliquid ſcribere: ne viderer quodammodo ſyluam ligna deferre: tamen adiuuanda tandem fuit cauſa religionis: & mos gerendus iſtis Patribus. Principalis cardo huius controuerſiæ ſuper ea regula verſatur: quę habet: quod † mutato alueo: prior derelictus acquiritur vicinis pro rata. de quo eſt tex. in l. adeò. verbo. quod ſi toto. ff. de acq. rer. dom. in l. ergo. verſic. Celſus. in fin. eo. tit. & in §. quod ſi naturali. inſtit. de rer. diuiſ. Sed iſta concluſio recipit tres notabiles declarationes: ſecundam quas cauſa monaſterij redditur clara in eius fauorem. Prima eſt declaratio vt procedat cõcluſio: vbi flumen mutat alueum ſua vi naturali: ſecus ſi opere manu facto: prout fuit in caſu noſtro per gloſſ. in l. Põponius. §. de arbore. ff. de rei vend. & §. præterea. vbi Ioan. Fabr. & Ang. inſtit. de rer. diuiſ. Tunc enim videtur ceſſare ratio: quia flumina cenſitorum iura, &c. vt per multa conſuluit Franc. Curt. ſenior conſi. lxxiij. verſi. fin. vbi atteſtatur ita ſeruari de conſuetudine per totam Italiam. & ita etiam conſuluit D. Io. Maria Riminaldus. quorum rationes non referõ: quia apud eõs videri poſſunt: quam ſententiam & ipſe ſequor. Primo: quia dominum † alicuius rei nunquã trãſit in alium: niſi ſecundum regulas iuriſgentium tranſlatum ſit. l. traditionibus. C. de pact. ſed ibi remanet. vbi etiam fuit: & qui dicit, mutationem probare debet. l. eum qui. ff. de probat. & quæ dixi in tract. Præſumpt. in regul. ij. ſed ſic eſt: quòd nulla lex loquitur de mutatione per manum facta: ergo tali caſu dominium remanebit in publico. tex. enim in d. verſ. quod ſi toto. loquitur: quando

flumen à se flere cœperit: & reliquerit: quæ sunt verba actiua nec possunt intelligi quando coactus est fluuius relinquere manu facta fossa: & illud fluere cœperit intelligitur, à se nec subaudiendum est: quia quis diuerterit eum. Talis enim casus ex vitiat verbo diuerterit. l. j. §. plerosque. ff. ne quid in flum. publ. Secundò per textum in lege prima. §. sunt tamen. vers. plerosque. ne quid in flum. pub. vbi tex. quando aliquis auerit alueum fluminis ex causa: dicit permitti hanc mutationem sine iniuria vtique accolarum pondero: quod talis auersio censetur quædam mutatio: vel sit alueus nouus: qui manu auertentis incipit fieri publicus: ita alueus vetus incipiat fieri auertentis: non autem sit vicinorum, pondero etiam illa verba sine iniuria accolarum. Si enim acquireretur alueus vetus ipsis accolis: iam non esset dubitandum de iniuria: cum lucrum eis accederet. Vnde: quia hoc suadet æquitas compensationis: vt ille: qui propter vtilitatem publicam opere manufacto auertit flumen: sicut alueum nouum amittit: quia fit publicus. l. j. §. ille etiam. ff. de flum. ita saltem acquirat veterem in recompensationem damni. c. qui sentit. de reg. iur. in vj. l. secundum naturam. ff. eo. tit. Quartò: & hinc apparet manifesta ratio differentiæ inter istos casus: quando enim cursu naturali fluuius sibi nouum alueum facit: nulla est expensa: ideo alueus vetus acquiritur vicinis. sed quando mutatio fit opere manufacto, id est expensa: quæ est præferenda: quia † qui agit de re-
3 cuperandis expensis: debet præferri vicinis: qui agunt de lucro captando. iuxta regulam. l. fin. C. de iur. Cod. & ista ratio tanquã specialior limitat primam conclusionem: quę est generalis. l. in toto iure. ff. de reg. iur. sicut videmus, quòd † regula gene-
4 ralis, quod bona vacantia pertineant ad fiscum, intelligitur, vt si adsint creditores ipsi, præferantur. l. quod placuit. ff. de iur. fisc. l. j. C. pen. fisc. lib. x. Et
5 † regula quæ habet, quod fructus fundi ad dominum pertinent intelligitur: deductis tamen impensis pro eis recolligendis. l. fructus. ff. fol. matr. vbi doct. & sic vt l. j. de eis, quib. vt indig. verb. fructus intelligas: ita in casu nostro regula quæ vult: alueũ veterem pertinere ad vicinum intelligitur, nisi ad-
6 sit alius † prætendens causam onerosam: quę semper præfertur prætendenti causam lucratiuam. l. fin. §. ff. de iis qui in fraud. cred. l. j. C. de impon. luct. descr. lib. x. Quinmò clarum est, suprascriptam conclusionem non procedere in agris limitatis, quia in eis nihil quæritur vicinis, vt est text. in d. l. j. §. si insula. ff. de flum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. Sunt autem agri limitati, quia à Princi-
7 pe † sunt assignati ea conditione, vt intra certam tantùm mensuram habeant, vltra non progrediũtur, vt quia princeps sibi retinuerit, vel alij dederit d. l. in agris. & dixi lib. Prętermiss. j. verbo, limitati. & per Alber. Brunum in tract. de augmentatio. vers. vj. conclus. quæ ratio in casu nostro procedit, quia cum Princeps dederit monasterio, satis censetur declarasse, ne possit acquiri priuatis, maxime propter exuberantia verba priuilegiorum ponderata à D. Riminaldo in suo Consilio. Sextò, quia cum beneficio Principis monachi habeant iura Principis, & lex dicat nata, vel ædificata in publico, esse publica. l. penul. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. Sequitur quod istæ stagnationes sint ipsorum monachorum: quia nemini dubium
8 est, † posse Principem de qua fluminis publici disponere, arbitrio suo. l. quò minus. ff. de flum. vbi doct. & æquiparatio, quam facit lex de ædificatis aut natis, & sic de facto naturali, aut materiali, est respectu alterius noui; non respectu veteris derelicti. & ita loquitur dict. §. fin. & d. l. j. in fossa. ff. de flum. in quo procedit quæ nostra distinctio differentię est manifesta inter istos casus, vt suprà dixi. Septimò, quia in simili non videmus, quòd scolatitia nũquam possunt præscribi, quia à suipsis cursũ naturali descendunt, secundum Bald. in c. cum omnes. de consti. & in cap. j. §. si quis de manso. de contr. in vsib. Feud. quod si opere manufacto descendant, præscribuntur, & acquiruntur ipsi facienti, secundum Bartholom. Veron. in tract. de seruit. tit. de aquæ ductu & habetur per Iac. in l. j. nu. lxxx. cum seq. de acq. possess. Octauò, & vltimò facit, quia etiam videmus plures alias differentias in iure constitutas esse inter actus naturales seu legales, & actus hominum, de quibus alias dixi in ij. hib. de verb. signifi. & est glos. in l. j. C. si aduer. vend. in l. fi. C. qui pot. in pig. in l. si cum militaribus. C. de test. mil. in l. Celsus per illum textum. de arbit. & sentit in terminis nostris Bald. in tract. Tyberiadis. verb. flumen. vers. Sed quæro ibi, nullo facto hominis interueniente, &c. & quod not. Iacob. Aluar. in ca. j. §. è contrario. de inuest. de re alien. fact. vbi accessio facta per alluuionem iure naturali, censetur feudalis, secus, si industria hominis, id est, opere manufacto. ad idem facit etiam quod not. Bald. consil. ccxxxix. in secundo. vbi mutatio aluei facto hominis non potest extra iurisdictionem fieri, secùs si naturali cursu. facit etiam gloss. l. & ex diuerso. ff. de rei vendic. vbi fructus industriale transeunt in dominium possessoris, secùs in naturalibus. & ibi sequuntur Doctores. & per has rationes concludo, veram esse suprascriptam limitationem, & si qua argumenta obstant, leuia sunt, & tolluntur ex suprascriptis, & etiam ex allegationibus dominorum aduocatorum. Secunda est declaratio, quæ sumitur ex verbis ipsius textus in dicto §. quòd si toto. vbi dicitur, vicinos admitti, quando toto naturali alueo derelicto. ergo aliud, si non toto. idem etiam dicitur in dict. l. ergo. §. Celsus. in fin. vbi, cùm exsiccatus alueus sit, proximiorum sit. ergo secus, si non sit exsiccatus. Cum ergo monachi ex priuilegiis suis haberent ius in eo alueo veteri piscandi, & illud ius locarent, quãuis deinde alueus mutatus sit, remanserunt tamen piscinæ, in quibus saluum est ius monachorum, quia textus in dict. §. quod si toto. non loquitur hoc casu. non enim ex toto alueus est derelictus, aut exsiccatus. & quęstio nostra est duntaxat respectu iuris piscandi. Et cùm tractetur de conseruatione iuris monasterio quæsiti, satis est, quod vel modicæ piscinæ remanserint. l. si cui insulæ. ff. de vsufruct. l. cùm scimus. §. fi. C. de agr. & cens. lib. xj. adque propter confirmitatem, quam habet amnis cum stagno. secùs enim esset in area, quæ in stagnũ propter inundationem esset versa. l. si ager. versic. at nec piscando. ff. quemadmo. vsufruct. am. l. quod tamen. versic. sed & si stagni. ff. eod. titul. Tertia est declaratio, vt suprascriptæ regula, per quam alueus derelictus quæritur viciniori, sit vera respectu iudicij petitorij. † In possessorio verò 10
solum quæritur, quis possideat, nec ad ius proprietatis attenditur. l. is qui destinauit. ff. de rei vend. in casu verò nostro intentatum est non solùm petitorium, sed etiam possessorium, quod † 11
possessorium debet prius expediri. l. ordinarij. C. de rei vend. cùm prius de eo liqueat. cap. ij. extra de cau. poss. vbi Doctores Raph. Imo. Ias. in. naturaliter.

BIU Cujas

raliter. ſ. nihil cõmune. in fi. de acqui. poſſeſſ. Abb. ca. j. de mutu. petit. & interſit agentium propter fructus, & acceſsiones interim ab aduerſariis perceptas. l. vtique. ff. de rei vendic. per Alexan. conſi. xlv. in iij. obſeruandum quę hoc videtur etiam † in
12 cauſa appellationis: quia etiam in ea poteſt ſuſpẽdi petitorium, & expediri poſſeſſorium, de quo celeriùs liqueat. idque in poſſeſſorio recuperandæ, ſeu redintegrandæ poſſeſsionis in odium ſpoliatoris. Clement. j. de cauſ. poſſe. quæ licet loquatur in beneficialibus, tamen ratio eſt generalis in B odium ſpoliatoris, & ideo generaliter etiam in aliis cauſis procedit, ſecundum Cardi. Ancha. Imol. ibi, & Inn. Pau. de Eleaz. & Ioan. de Lig. & Abb. in cap. ex conqueſtione. extra, de reſtitut. ſpol. Rota decis. cv. in nouis. & idem tenet Raph. Caſtr. Pureus dicit. ſ. nihil commune. in combinat. & loquuntur in caſu fortiori, quando à principio non fuerat intentatum poſſeſſorium, vt nihilominus ante concluſionem cauſæ, vel poſt appellationem poſſit cumulari, ſed in caſu noſtro ab ipſo principio fuit intentatum. Nec obſtat, quòd monachi videantur eecidiſſe à poſſeſsione. facto ſuo propter mandatum factum Borromeis, quòd poſsint tranſigere, &c. prout latiùs in ipſo inſtrumento tranſactionis continetur. Quia reſponſum eſt per duos aduocatos, non fuiſſe ſeruatam formam mandati. dicum dilecta. extrà, de reſcr. l. diligenter. ff. mand. Præterea ego reſpondeo, quod tale mandatum loquitur, & intelligitur de tranſactione bonorum, quæ non poſsidebantur per monaſterium: ſed reſpectu eorum, quæ poſsidebantur, non poteſt intelligi mandatum, cum Prælatus & Capitulum per tranſactionem non poſsint res à ſe poſſeſſas dimittere, ſecundum Abb. & alios in c. contingit. extrà, de tranſact. gloſſ. & Docto. l. nulli. ff. eod. titu. Nec etiam obſtat ſententia d. Nouari ex relatione Maſioli: quia dicta relatio eſt erronea. & forte per dolum facta, cùm enim lis eſſet de mortitia à bucca Olonæ: vltra locum Caſellarum, vt dicitur in inſtrumento commiſsionis, ipſe cœpit E menſuram ab alia bucca, quæ erat in ipſa loco Caſellarum, diſtante ab alia per duo millaria, de qua nulla erat lis, & nulla ſibi facta commiſsio vnde quicquid egit extra commiſsionem eſt nullum, ſecundum Barto. in l. diem proferre. ſ. ſtari. ff. de arbitr. Felin. dict. cap. cum dilecta. Imoi. cap. ex inſinuatione. de reſcript. Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino repet. l. omnes populi de iuſtitia & iure. Fulgoſius conſ. clxxx. Aretinus lxviij. Barba. xliij. in primo. & poteſt quandocunque per iudicem F corrigi. l. ſi. ff. à quib. appella. non licet qui textus eſt ibi ſingularis ad hoc, & ibi hoc notat Bartol. qui reprehendit ſententiam gloſſæ ibidem, & optimè loquitur Bartolus: nam text. ibi dat duo remedia. Et hæc pauca volui attingere, in cæteris me remittendo legis allegationibus, & conſultationibus in hac cauſa factis. Saluo tamen ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. LXX. SVMMÆ.

1 *Durante matrimonio non poteſt dos repeti.*
2 *Dos repeti poteſt propter inopiam viri.*
3 *Mulier ſi non poteſt alienare dotem, nec eam poteſt obligare.*
4 *Dos reddi poteſt vt ſuoſq; alat, & marito, vel parenti exuli ſubueniat.*
5 *Aſſertio partium non ſufficit in his, quæ regulariter prohibita ſunt.*

Conſ. Andr. Alc.

A 6 *Ius alimentorum futurorum cedi non poteſt, fall.*
7 *Bannitus cenſetur ciuiliter eſſe mortuus.*
8 *Diſpoſitio loquens de vidua, cuius maritus naturaliter eſt mortuus, habet locum etiam in caſu, quando maritus eſt bannitus, & ſic ciuiliter mortuus.*
9 *Vidua latá ſignificationę vocabuli comprehẽdit eam, quæ habet maritum bannitum.*
10 *Vltimus dicitur, quem nemo ſequitur.*
11 *Dotem non niſi legitimo conſenſu repudiant filij.*
12 *Exiſtenti in patris poteſtate, non poteſt dari tutor.*
13 *Tutor non datur, niſi pupillis.* B
14 *Non dicitur pupillus, qui eſt in poteſtate patris.*
15 *Filiis bannitorum non poteſt dari tutor, ſed duntaxat curator.*
16 *Chirographum ſi non eſt ſubſcriptum à duobus, vel tribus teſtibus, nec habet eorum recognitionem, nihil probat.*
17 *Originale inſtrumenti producendum eſt ad probandum aliquid.*
18 *Alimentis de futuro longè plura priuilegia cõpetunt, quã præteritis, quia ab eis pendet vita.* C



Æc cauſa, quæ controuertitur inter magnificum d. Sigiſmundũ Aruel, & inclytam rempublicam Rhaguſinam habet in ſe aliquot difficultates, quæ videntur obſtare quo minùs dicta reſpublica poſsit ei ſecurè ſoluere. Et in primis ſecundum ius commune ſubeſt difficultas: quia licet per bãnum Michaelis, D tanquam vergentis ad inopiam poſsit eius vxor repetere dotem, prout etiam illi reſeruata eſt, in ſententia banni tamen videtur, quòd huiuſmodi dos interim non poſsit alienari, vel obligari: cum enim † adhuc duret matrimonium, non poteſt dos repeti, niſi certis caſibus, in quibus noſter non cõpræhenditur, de quibus in l. mutus. ſ. manente. de iur. dot. & ſi ei ſoluatur, nihilominus iterum peti poteſt. ſ. dotes. in authent. de nupt. vbi Barto. facit l. ſi pro rata. ff. de relig. & ſumpt. fun. & † licet propter inopiam viri pul- 2
ſit dos repeti, l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimo. tamen talis non eſt reſtitutio, ſed conſignatio quædam, & depoſitio, quæ ob cautionem vxoris fit, & non actione ex ſtipulatu, ſed condictione ex lege inducitur, vt interim deſeruiat oneribus matrimonij: & faciliùs ipſa mulier cum liberis ſuis ex eius fructibus alatur, vt per Barto. in d. l. ſi conſtante. in vlt. parte. q. j. vbi concludit, quod † mulier interim non poteſt eam alienare: & cõſequẽter, nec obligare. l. ſi. C. de rebus alie. Et licet poſsit † dos reddi, vt ſe, ſuoſq; alat & mari- 4
to, vel parenti exuli ſubueniat. d. l. mutus. ſ. manẽte. tamen hic non eſt caſus noſter: quia ipſa nõ reperit hoc nomine. Nec obſtat, quòd obligatio facta d. Sigiſmũdo habeat cauſam alimentorũ: quia hoc non videtur ſufficere, niſi probetur veritas ipſius cauſæ: quia † nõ ſufficit aſſertio partiũ in his, 5
quæ regulariter prohibita ſunt. l. qui teſtamentũ. ff. de probatio. l. minor. C. de præd. min. quia lex G æquiparat maritum hoc caſu emptori rei eccleſiaſticæ, ſecundum glo. in l. ſi. verb. creditori, per illũ textum. ff. de iud. dot. & ideo ſicut probanda eſt cauſa à tali emptore. authent. hoc ius porrectum. cum ibi not. C. de ſacroſanct. eccleſ. ita etiam hoc caſu aliàs non eſſet conſultum reipublicæ, quæ ſucceſſerit marito ſi ſequantur ſimplicem aſſertionem, & ſoluat quod etiam ſentit Barto. in l. ſi cùm dotem. ſ. primo ſolut. matrimon. Lud. Róma. & Alexan. in l. quamuis. eodem titu. Et pro hoc facit,

BIU Cujas

quod not.Bald.in l.j.versic. modo ego quæro. C. de priuil. dot. vbi tenet, quòd mulier non potest cedere, aut constituere procuratorem in rem suá ad exigendum hanc dotem, quia istud priuilegium deputatum oneribus matrimonij, & cohæ-
6 re. Personæ: nam † ius alimentorum futurorum non potest cedi, quæ opinio Baldi est communiter approbata, vt per Ias.d.l.si constante. non procedit, tamen quando talis cessio fieret, in vtilitatem ipsius mulieris, vt in exemplo posito per Bal. nouellum. in tractat. dotis. vlt.parte. in vij. quæ. nec quando talis cessio fieret ex necessitate in exemplo. authen. quod locum.C. de collatio. vbi Decius in primis verbis. Secunda est difficultas, quæ oritur ex verbis statutorum ipsius ciuitatis, quòd nulla mulier vidua non possit se priuare, vel renuntiare sine decreto minoris cõsiliis, &c. prout c.ccccl xxix. & ccccxc. & licet ista mulier propriè non sit vidua, cum maritus viuat, & duret matrimonium, tamen quantùm sit ad statuta ciuitatis
7 Rhagusinę habetur pro mortuo, ex quo † per bannum censetur ciuiliter esse mortuus.l.j. C. de hæ-
8 red.insti. Et videtur, quòd † dispositio loquens de vidua, & sic de ea cuius maritus naturaliter est mortuus, habeat locum etiam in casu nostro. l.actione.§.publicationem. in fin.ff.pro socio. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. cum iste sit damnatus, tanquam hostis patriæ, nec expectetur eius restitutio. l. intercedit. in fin. de condit. & demonst. Et
9 militet ratio statuti etiam hoc casu & † vidua lata significatione vocabuli eam compræhendat, quæ maritum habet bannitum glo.l.fi.C. de plagiar. & quæ habentur in l.malum. §. viduam. ff. de verb. sign. Et quamuis hic articulus sit dubius, & posset disputari contrarium per ea, quæ habentur in cap. susceptum. de rescript. in vj. & dixi in l. ex ea.§. insulam. de verbo.oblig. & per Modern. in l. Gallus.§. & quid si tantum. de libe. & posthu. tamen non esset consultum reipublicæ, si solueret certam pecuniam, vt expectaret incertum euentũ litis, & per anfractus iudiciorum disputaret, an rectè soluisset. Tertia est difficultas, quæ oritur ex in processu: quia statutum c.xlij. iubet totum ptocliuium ad hæredes vltimi viri pertinere, & †
10 vltimus dicitur quem nemo sequitur. l. in vulgari. ff. de verb. sign. & ideo habet locum etiam in ea, quæ habet vnicum maritum: & cum statutum deferat dotem ad filios primi viri, apparet quòd non
11 defert † tanquam hæreditatem ipsius matris, sed potius tanquam lucrum quoddam legale. vt per Paul. de Castr. in l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matr. cum concordan. per Dec. consil. cccl xxxvj. vnde non potest mulier disponere, & priuare filios tali lucro. nisi de eorum consensu, qui tamen legitimè non interuenit, saltem respectu d. Claræ, quæ non erat in ętate legitima, & decretum iudicis Tergestini eius respectu est nullum: quia in eo dicitur, quod dat Petrum Payfitam tutorem Clarę non existentis in ætate adulta. Clarum enim est,
12 quod † existenti in patris potestate non potest da-
13 ri tutor. instit. de legit. parent. tutel. vbi not. quia †
14 tutor nõ datur, nisi pupillis, † non autẽ dicitur pupillus. qui est in patris potestate. l. pupillus. ff. de
15 verb. sign. Et ideo generaliter proditũ est, quod † filiis bannitorum non potest dari tutor, sed duntaxat curator, secundum Iac. de Arena in tracta. de bannitis. refert, & sequitur Bal. in l.j. C. de hæred. instit. Merito ergo videtur tale decretum iudicis esse ipso iure nullum, iuxta regul. l. Seiæ egressæ. vbi Bar. de tut. & curat. dat. l. magis puto. §. si æs

A alienum. ff. de reb. eorum. per Ias. l. si is. nu-
num. xvij. ff. de acquiren. hæred. Quarta difficultas ex probationibus proueniens, quis sit Sigismundus, quantum video ex scripturis. ad me prolatis non probat rectè intentionem suam. Non in primis ex † chirographo d. Paulæ, quod non est 16
subscriptum à duobus vel tribus testibus, nec habet eorum recognitionem. vnde nihil probat iuxta not. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. Non ex in-
B strumento obligationis, quàm fecit Fráciscus Pallezarolus, tanquam procurator d. Paulæ: quia exhibendum fuit originale instrumentum, de quo asseritur rogatus d. Ioannes Baptista de Bononia, nec sufficit quod fuerit recognitum Venetiis per illos notarios, sed † originale producẽdum est, vt 17
tenet Bart. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. vbi loquitur etiam si tres, vel quatuor notarij attestarentur se vidisse, & exemplasse, & cum Bart. transeunt ibi cæteri Doctores communiter, & etiam ego sum sequutus, reprobata contraria o-
C pinione Specul. de qua ibi per Castr. & Ias. Non etiam ex instrumento confessionis, & constitutionis in procuratorem facto à d. Paula 1538. die xxj. Ianuarij, in quo constituit procuratorem d. Sigismundum cum facultate substituendi: quia etiam illud debet exhiberi per originale: nec sufficit quod eius sit facta descriptio, seu commemoratio per notarium Venetiis, eadem ratione, vt omnes tradunt in d. authen. si quis in aliquo. & habetur in l.ij. §. diuus. ff. de iur. fisci. in l. si donatio vbi
D Ang. C. de donatio. Card. in cap. fin. de fid. inst. Ias. in l. iurisgentium. §. quod fere. de pact. Et ideò concludo non posse rempublicam Rhagusinam securè soluere isti procuratori. maximè, quia in mandatis, & obligationibus istius mulieris, quo ad modum ineundi, seu contrahendi, seruanda essent statuta loci, vbi ea fecit, puta Tergestina, quorum Rhagusienses notitiam non habent, & de facili possent decipi: attenderetur enim dicta statuta, quantum ad solennitates instrumento-
E rum. l. si fundus. ff. de euicti not. in cap. quod clericis. extrà, de foro compet. per Bart. & Doctor. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. vt ergo securè soluant, oportet suprascripras difficultates esse prius sublatas. Circa primam, tolletur si probetur per legitimas probationes, quod ista pecunia mutata per d. Sigismundum fuerit verè, & actualiter versa, in alimenta ipsius d. Paulæ, & filiorum: & famem res adhuc non erit omninò clara: quia Bald. in d.l.j. C. de priuileg. dota. sentit, quòd ob alimenta de futuro possit solui, non
F ob præterita, & constat † longè plura priuilegia 18
competere alimentis de futuro, quàm præteritis. l. de alimentis. C. de trãsactio. vbi not. ab eis enim pendet vita, non à præteritis. Barto. l. Mela. ff. de ali. leg. facit. l. fin. de appellatio. recip. l. ij. C. de compens. cum similibus. Circa secundam difficultatem ad maiorem cautelam posset solui procuratori d. Paulæ seruata forma statuti. c. cum decreto minoris consilij, videtur enim sufficere, si ea solenniter obseruatur, quando procurator contrahit no-
G mine ipsius, sicut si ipsa contraheret per ea, quæ habetur per Socin. & Ias. in l.j. §. item acquirimus. ff. de acquir. possess. cum enim ipsa in mandato seruauerit statuta Tergestina, vbi ipsa erat secundum regulam d.l.si fundus. valet mandatum, vt de vt satisfiat menti statuti Tergestini, debet etiã eius solennitas seruari à procuratore ibi contrahente, & puto hoc esse verum: licet præfati Doctores propriè non loquantur in isto casu. Cir-

ca tertiam difficultatem, quantum sit respectu portionis Claræ, deberet dari curator, qui consentiret, alias si non præiudicaretur in allegato proclinio, si quod ius habet ex statuto. Circa quartá difficultatem oportet, quod exhibeantur originalia, vt supra dixi. Et ad tollendas istas omnes difficultates, factus esset, quod ipsi d. Paula cum filiabus accederet Rhagusium, & sibi solueretur secundum ordinationes ciuitatis, & ipsa deinde restitueret prouisam vxoriam creditori suo. Et ita sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXI. SVMMA.

1 Compensari ob fructus.
2 Maritus tenetur ad fructus naturales perceptos ex rebus non dotalibus nec paraphernalibus vxoris quatenus effectus sit locupletior.
3 Minus præsumitur donatio respectu soceri quàm respectu vxoris ex qua filia socrus non est tanta coniunctio.
4 Donatio præsumpta vnde oriatur.
5 Confessio de recepto non sufficit nisi probetur de vera numeratione.
6 Alienatio vetita impugnabilis.
7 Vt alienans perpetuo remaneat excluſus sufficit notitiam eueniſſe.
8 Regulariter sui hæredes præsumuntur non habuisse notitiam testamenti paterni.
9 Duo emphyteutæ absque consensu domini non possunt dividere inæqualiter.
10 Fructus à tempore mortis testatoris debentur hæredi vt veniant in petitione hæreditatis.
11 Donatio vnde præsumi.

1 IN quibus primum dominæ † Vsufructuariæ agenti posset opponi compensatio respectu fructuum perceptorum per d. Agnetem, cujus ipsa est hæres ex bonis feudalibus, quæ pertinebant ad d. Venturam & eius filios breuiter agendo puto, quòd sic: quia cũ appareat, quòd bona ipsa essent accepta pro se, & filiis possessio d'Agneta videtur inducta iure cuiusdam familiaritatis per l. qui iure. ff. de acquiren. poſſ. vbi Doct. Paul. de Caſtr. conſi. clix. in j. incip. in cauſa, cum magnificus, in nouissimis. Socin. conſi. clxxj. in j. cum similib. & tenetur istorum fructuum rationem reddere: quia in dubio non præsumitur donatio. l. cum de indebito. de probat. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. facit quod not. Barto. & doct. 2 in l. penul. ff. ad l. Falcid. vbi † maritus tenetur ad fructus naturales perceptos ex rebus non dotalibus, nec paraphernalibus vxoris, quatenus effectus sit locupletior d. l. si stipulatus. §. j. ff. de donat. inter virum. de quo etiam per Alexan. conſi. lxiij. in j. & xciiij. in vi. & † minus præsumitur donatio respectu socrus, quàm respectu vxoris, ex quo cum socru non est tanta coniunctio. l. si verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. l. iij. §. ſocrui. ff. de donation. inter virum. Circa secundum dubium verba statuti sunt clara, cum non possit relinqui vxori, nisi vsque ad annum, vel alium annum, &c. & non vltra aliquo modo in denarijs, vel rebus, &c. Videndum quid iuris respectu fructuum temporis possint hæredes vti beneficio statuti, respectu verò præteriti temporis & sic fructuum perceptorum fit maior difficultas: quia patendo eam percipere dictos fructus videntur donasse. l. cuius per errorem

A ff. de regu. ius. & quia videntur testatoris voluntatem approbasse, quamuis aliàs de rigore iuris infirmam, quod facere potuerunt. l. quidam. §. illo. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſt. vbi Angel. Imol. & debuerunt, saltem attenta honestate, & conscientia, secundum Bald. conſi. ccccxix. in v. vbi allegat legendam sancti Syluestri, de quo etiam per Corn. conſi. cxix. in ij. vol. Pert. de Ancha. c. poſſeſſor. de reg. iur. in vi. Breuiter difficultas in hoc consistit, quia isti videntur donasse. d. l. cuius. quæ præsumptio potest tolli † contrariis præsumptionibus, seu B etiam contrariis rationibus, vt quia isti hæredes essent minores. l. j. C. si adu. don. l. in conuentionibus. ff. pro socio, vel quia passi essent eam possidere ne ipsa peteret dotes maternas, & sic titulo cuiusdam compensationis, vnde ipsa petente debent etiam filij admitti ad recouentionem. l. fi. C. de compenſ. c. ij. de mutuis petit. vbi Doct. & quod habetur in l. alteri. ff. de adimen. legat. & istud est etiam de mente statuti. de præscrip. xv. ann. ibi nõ audiatur etiam excipiendo nisi per exceptionem adduceretur compensatio, &c. Circa tertium quatenus testator legauit vxori scuta centum, dicens se ea habuisse à socru, &c. dico, quod nisi probetur de vera numeratione ista confeſsio † solá non C sufficit tanquam facta in fraudem statuti, & inter personas prohibitas. l. qui testamentum. ff. de probat. & per Alex. conſi. xxvj. in ij. volu. Iaſo. l. fin. C. de fideicom. in l. non dubium. C. de legib. Circa quartum dicitur, quod Baptiſta † per alienationẽ D factam Ragnæ cecidit à iure suo, propter prohibitionem testatoris, & ideo ius deuolutum est fratribus ipsis. l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Nec quicquam refert, quod deinde redemerit; quia cũ ius semel sit quæsitum ipsi fratribus & executio à lege facta amplius non est locus purgationi more, nec redemptioni. l. j. §. si rem depoſitam. ff. depoſ. cap. j. quod iuris, si vaſall. feud. aliena. recup. in v. ſib. feud. & quia sufficit conditionem euenisse, † vt 7 alienans perpetuò remaneat excluſus. l. penul. C. de condi. inſer. Bal. l. j. C. de fur. Nec obstat, quod E redemptio illa sit facta sub colore ignorantiæ fideicommissi; quia talis excusatio non sufficit: cum enim promiserit de euictione in casum euenientis fideicommissi, apparet quod habuit notitiam ipsius fideicommissi & prohibitionis. l. non est ferendus. ff. de transact. licet enim † regulariter sui 8 hæredes præsumantur non habuisse notitiam testamenti paterni. c. præsumitur ignorantia, de reg. iur. in vi. l. eius qui. §. fi. si cert. pet. per Bart. l. qui F Romę. §. duo fratres. in ij. quæstio. ff. de verb. obl. tamen hoc non procedit quando subsunt aliquæ coniecturæ in contrarium, quę arguant scientiam, vt in casu nostro, quando filius ipse fecit mentionem testamenti, & fideicommissi. idem si soluisset aliqua legata ex testamento vel conuenisset cũ legatarijs de soluendo, vt per Bart. in l. de his. ff. de transact. Dec. conſ. cclxvij. vt in casu nostro in quo præsupponitur soluta fuisse legata facta vxori, &c. idem quando filij commorarentur simul cũ patre G tempore testamenti est verisimile quod sciuerint, secundum Bal. conſ. cccxcij. inci. anno. lib. j. & per Aret. in d. §. duo fratres. idem si apparet, quod instrumentum testamenti fuisset penes ipsos filios, secundum Bal. in aut. ar qui semel per illum tex. C. de proba. & per Aret. d. §. duo fratres. Nec obstat etiam, quod ista redemptio videatur excusare à pœna caducitatis, sicut dicimus de emphyteuta, qui alienauit in cũsultò domino, & postea reuocat alienationem, antequã dominus declaret caducitatẽ, se-

BIU Cujas

cundũ Spec.in tit.de loca.§.nũc aliqua, vers.xcvj. & ibi Ioann. And. per Anto. de But. in c. potuit. de loca. Respondeo, quod dicta opinio non est vera, & contrarium sensit Bart.in l.equitem.§.hẽ Labeo.ff. de vsu.cũ concord. de quibus per Ias. in l.fi. C.de iur.emphyt. & Ale.in l.insulam. de verb.obl. Præterea etiã dici potest, quod aliud sit emphyteuta, qui nõ cadit, nisi postquã dominus declarauerit voluntatẽ suam, vt habetur in l.j.ff.si ager vectig. vel emphyt.per Bar. aliud in casu nostro: in quo nõ requiritur alia declaratio voluntaris, sed statim per alienationẽ hęres cadit, & ius deuoluitur in aliũ nõ alienantẽ. d.§.libertis etiã absentẽ & ignorantẽ. d. l.cũ pater.§.fundo.ff.de.leg.iij. per Soci.cons.xiij. in iij. vol. Alex.consi.xxxj. in iij.cons.viij.in v.vol. Circa quintum dubium, nunquid Raphael vendendo Baptistæ aliam domum etiã ipse cecidisse videretur dicendum, quod non: quia Baptista per alienationem primam non videtur effectus incapax respectu istius secundę domus, arg.gl.d.§.libertis. & quia prohibitio alienationis non videtur extendi ad alienationem factã inter ipsos.l.pater.§.quinde cim.ff.de leg. iij. l. voluntas. C. de fideicommiss. Raph.Com.cõsi.xxxiij.vers.sed nõ puto.per Dec. consi.xxxviij.cons.lxix.cons.clxxxij. Sed tamẽ in casu nostro dico contrarium, & in primis respectu portionis, quę dom. Prospero in casum contrauentionis per Raphaelem facta, debuit applicari suprascripta opinio non procedit: quia factum illorum non potest nocere d. Prospero quin secundũ voluntatẽ testatoris etiam ipse habeat partẽ suã, vt per Bal.in c.j.ver.iij.casu.de alien.feu.in vñ.feu. sicut dicimus in † duob. emphyteutis, qui absque consensu Domini non possunt diuidere inæqualiter, vt per Ias.& Mode.in d.§.duo fratres.q.j.c. & per Alex.in l.si domus.§.fi.ff.de leg.j. respectu verò portionis, quæ alias iurẽ fideicommissi ad Baptistam peruenisset, idem videtur, quia cum Baptista iã alienauerit, & contrà fecerit voluntati testatoris, est exclusus à iure fideicõ.d.§.libertis.per Aret. cõs.lxvij.& glo.ibi loquitur nõ in eo qui ipse alienauit, sed simpliciter consenserit primo alienanti, & notata, in d.§.quindecim.& in d.l.voluntas procedunt quãdo alienatio fit in fideicommissarij, sed Baptista nõ est: quia priuatus, vt suprà dixi. Circa extrũ & vltimũ, cũ præfatus Baptista, & mater per biennũ perceperint fructus hęreditatis paternæ, pertinentes ad d. Prosperũ nõ video, quid obstet quò minus possit cõpelli ad reddendũ rationẽ, & 10 soluendũ reliqua: quia † fructus à tẽpore mortis testatoris debentur hæredi, & veniunt in petitione hæreditatis.l.item veniunt.§.itẽ non solum.ff.de pet.hęre.l.Centurio.verbo, cũ fructibus.vbi Doct. ff.de vulga.nisi tamen obstaret præsumptio donationis, quæ † colligitur ex coniunctione sanguineis, & taciturnitate lõgi temporis, & ratione sæpius calculata.l.Procula.ff. de proba. quæ tria copulatiuè requiruntur, nec alterum sufficeret, vt per gloss.in l.liberti quos.§.j.de alim.legat.Bart. & doct.in l.quæ dotis.ff.sol.mat. vbi Ias. de quo per Alex.consi.xlvj.in fi.j.lib. Dec.consil.lxxix.cũ similib.

A

B

C

F

G

CONSIL. LXXII. SVMMA.

1 *Filio legitimæ debetur legitima iure naturæ debita, perinde ac si nulli filij legitimati extarent.*

2 *Legitimatus non potest vti beneficio statuti excludentis fœminas.*

3 *Rescriptum ex statuto interpretari.*



Vod alias dicendo, & egregiè ratione nixi, idem etiam in casu similis esse quor. verba ex forma alia, quam potuit in cap.1. suis quidpro emptore. ff. de vsuc. nu. xcj. hęc sunt. Addunt aliqui, licet talis fictio, secundũ suprascripta propriè operetur, in dispositione tamen stricte intelligenda, fieri eam interpretationem, vocabulo filius secundum naturam verus comprehendatur, non qui secundũ legis dispensationẽ est.l.fi.C.de his qui vendicari, vbi Bal.Paul.& Dec.cõs.lij.cclxxv.cclxix. Et ideo in statuto præferente filios masculos fœminis, nõ comprehendi legitimatos, quamuis Bart.hic censeat propriè eos filios legitimos dici, rũbr. auth. quib.mod.nat.legit.§.dubitãdũ.in auth. de incest. nupt. qua tamẽ in re magna est altercatio. vt Ias.hic & alibi Crotus, per Plobium disputarũt Crot.d. §.& qui sanctè mihi receptior videtur sententia, vt huiusmodi legitimati admittãtur: quia & verba, & ratio statuti, eos satis comprehendunt.d.l.adoptiuum.d.§.patronum. vbi Alex.recipiet tamen tale statutum interpretationem, quam vocat ipse suã, à iure communi, vt ad maiorem partem non admittatur, quam vna ex filiabus iustis.d.l.communium.§.fin.& §.quoniam variè.in authenticis, modis.nat.effic.sui.quod Alexan. ipse & Corneus in dicta Alexan. cclxxxxiij. vt quod de obliuio curiæ lex ait, qui soli patri legitimantur ad plenariè legitimatos producendos, quã in re ego dubito, & vtcunque in causa intestati quadam ex æquitate defendi potest. Condicio vero substituti, cui nulla lex prohibet plus adoptiuo relinqui, quàm legitimo. Ni ce parens. C. de suis & legiti. dummodo saluus sit cæteris tribus iure naturæ debitus. l. hac edictali. C. de secun. nupt. cur non idem in legitimato? quod Angel. respondit consi. cccl. incip. pro decisione. vers. sed si pater alium filium, &c. Ex quibus verbis concludo in casu nostro, huic † filiæ 9 legitimæ deberi legitimam iure naturæ debitam, perinde ac si nulli filij legitimati extarent, secundũm Ang.in dict. consil. in reliquis verò admitti legitimatum ex testamento, si enim instituisset extraneum, admitteretur ille extraneus, salua legitima filiæ: spes enim filiorum secundum voluntatem patris probabilis est, salua legitima. l. quæritur. C. de inoffic. testa. & ideo non potest dici factum eis præiudicium, quod etiam tenet Paul. Castr. consil. xxvij. dicendum in ij. Alexan. consilij. in iij. Nec obstat, quòd communis † conclusio videatur, quòd legitimatus non possit vti beneficio statuti excludentis fœminas, secundòd Crot. consil.lxxij. Ias. d. l. si is qui pro. empto. rei nume. cclxxxvj. quia imo contrariũ opinio est verior, & communior, secundum ipsum Ias. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. vbi dicit, quòd ita bis consuluit, & quod ita quotidianum fuit, quod maximè faciendum est in casu nostro, propter manifestam mentem testatoris, & cum hac sententia transit Alberous Brunus in tractatu de stat. fœmin. exclud. articul. xij. quæstio. iij. Præterea, quicquid sit in hac quæstione, in qua diuitis altercatio consistit in causa intestati, aliud videtur dicendum in casu nostro, in quo agitur de causa testamenti, quod expressè vocauit masculum. Nec obstat clausula, *Quod non possint peti ratione conditionis prole legitima*, &c. quia, vt suprà dixi, sinchd ligitur respectu legitimæ iuris naturæ debitæ, non quod videatur sublata facultas liberè testandi ipsi patri. l. si quando. C. de inoffic. testa.

qui

quisitiua legitima, potuit quemliber, etiam extra- A neum, arbitrio suo in reliquo instituere, secundum Ang. in prælegato consilio sequitur Ioan. Cronin repet. dic. §. & quid si tamen. Et ita etiam consuluit Alexan. cons. clxxxvij. nume. vij. cum seq. in v. volum. Prærerea, videtur quod dicta clausula debeat intelligi, secundum statutum nostrum ascendens, &c. secundùm quod non potest pater facere meliorem conditionem vnius ex descendentibus, nisi tantum meliorat masculum, existentibus solum fœminis, prout in casu nostro, & dicta † clausula rescripti magis debet interpretationem recipere à statuto, quàm iure communi, vt in simili per Socin. in l. Gallus. §. j. ff. de liber. & posthu. versicu. ex hac communi conclusione, &c. Et etiam si referatur ad ius commune, recipiet interpretationem, vt in communi legitimatæ faciat partem masculi legitimati cuius contemplatione sunt exclusæ, ita enim concluse. arg. l. ij. §. si duo ff. de. coll. bon. l. si defunctus. vbi Bald. C. de suis, & legit. Bal. cons. cccl xxvij. in iij. Paul. Cast. cclxxxvj. in j. Fulg. cxxxj. Fabianus de pet. apthon. inquisitiua. quæst. ob. Cæpe in officio. & est communior opin. Et ita mihi videtur animo esse.

CONSIL. LXXIIII. SVMMÆ.

1 *Nihil ei imputandum, quod ignorat.*
2 *Sententia possessorij causa domini non obstat.*
3 *Verbum habuerit de domini intelligi.* D
4 *Possessionem in locum suum dominium transferri.*
5 *Procuratorem emptam non reddito pretio posse retinere.*

VNdata dom. Luciæ est intentio, quoad duo tubicula, ex quo sunt super cella vinaria ipsius: vnde satis apparet subesse ius quoad ea ex verbis statuti, vt fuit dictum in allegationibus. Quo verò ad horeum, ies esse videtur certa: quia probatum est, quod horeus erat pars domus ipsius dos. Luciæ, & in venditione alterius domus, est datus pro confrontia, & istud non est dubium, etiam ex attestationibus partis aduersæ. Nec obstat venditio facta per Antonium & Hippolytum nomine transactionis, &c. Respondeo ipsi ius nullum habebant, nec ratificauerant instrumentum Vicomercati, nec ei pecunias suas numeraverant: vnde ius remansit Vicomercato. l. communis seruus. §. j. de acquir. poss. l. ego de negot. gest. vbi Bart. qui illud cessit d. Luciæ: nec potest dici Antonium ratificasse transigendo, † quia nemo rutum habet, quod ignorat. l. si mater. de illo fit. testa. ignorantia autem apparet ex verbis eò tractus, in quo dicitur. *Tanquam hæres dom. Ludouici patris sui, &c.* acquisitum ius sibi competebat ex persona sua, non autem tanquam hæredis, &c. Nec obstat sententia Vitalii Capicanei: quia lis est in possessoris redintegranda, † quæ sententia nullum præiudicium facit in hoc iudicio, in quo tractatur causa dominii. l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poss. si quidem ius istud luendi prouenit à dominio propter verbum, *Habuerit.* q. intelligitur iure dominii secundum Cast. consilio cccxlij. in hoc casu. Bal. in tract. Protomis. in prine. & Matth. Afflict. rend. tract. §. si autem contra. vers. vltimo. Ipsa autem d. Luciæ confertur domina, ex regula alterius statuti: quòd ex possessione præsumitur dominium: sic & sumus extra distinctionem Bar. in l. quidam in fuo. ff. de cond. instit. quod etiam ostenditur alia ratione. Siquidem Ambro. Portus, qui erat dominus tituli † venditionis, posuit Vicomercatum in sui locum, &c. inducit in possessionem, titulus autem venditionis, est habilis ad translationem dominii: vnde sequuta inductione in possessionem, sequitur translatio dominii. l. traditionibus. C. de pact. Positio † ergo in locum suum, facit vt dominium Vicomercatum trãslatum censeatur. l. qui quadraginta. ff. ad Treb. vbi dos. & cum Vicomercatus promiserit pretium etiam proprio nomine: apparet quod erat procurator in rem suam, & licet † contraxerit procuratorio nomine Antonii & Hippolyti, non tamen tenebatur transferre in illos dominium, aut habere fidem de pretio, sed potuit illud dominium sibi retinere, donec pecuniæ sibi numerarentur. l. j. §. si ab ignoto. ff. de manumis. l. quod procurator ex re. ff. de procu. vbi not. & in l. Iulianus. §. si procurator, de act. empt. vbi Doct. quæ cum nunquam numeratæ Vicomercato fuerint, meritò potuit illud dominium, seu domum ipsam transferre in d. Sufficientem, qui cum veniat ex persona ipsius Vicomercati, est anterior omnibus creditoribus, & contractus per d. Antonium & Hippolytum celebrati, nihil ei nocent, sicut nec nocerent Vicomercato, nisi restituto pretio totius domus, id est, libris sex millibus, &c. Nec obstat quod pecuniæ fuerunt prius numeratæ d. Petro per Præpositum, quia cum deinde fuerint ei restitutæ, per ipsum Vicomercatum ius Vicomercati remansit saluum, præsertim cùm ita protestatus sit, quòd volebat sibi solui super illis bonis. vnde videtur speciale pignus in illis constitutum, etiam casu quo dicti fratres ratificarent. l. fundus. Barto. de ann. leg. Ante verò ratificationem etiam dominium ipsi remanet, vt dixi.

CONSIL. LXXIIII. SVMMÆ.

1 *Nihil est imputandum ei, per quem non stat.*
2 *Absentem reipublicæ causa excusari.*
3 *Duellum belli tempore à Duce impetrandum.*
4 *Monomachia omni iure reprobata.*
5 *Consuetudo Monomachiam permittens, strictè intelligenda est.*

STram subtiliter, tam copiosè ab excellentissimo iure cõsulto, & equite, do. Ioan. Baptista Albrisio allegatum, vt nihil habeam quod vlterius possim addere; & tamen ne videar perfunctoriè id manus tractasse, duxi aliqua esse subiicienda. Et in primis non est dubitandum, strenuum militem Lascanum honori suo rectè atque ordine consuluisse, qui quod † in se fuit per duellem suum diligenter requiri fecerit, vt manu militari dignitatem suam tueretur, ostenderique se paratum ad congressum, quæ oblatio perinde eius honorem conseruat, ac si vere certasset, cum per eum non steterit quin congrederetur. lege, si oleum. ff. de dolo. & est glo. quam ibi omnes sequuntur, in lege, si rem tibi inspiciendam. §. fin. verb. victori. ff. de præscr. verbis. Quod verò ad strenuum † militem Petr. de Acunia pertinet nunquid ipse sit excusandus, satis putarem excusandum: tum quia sicut absens ex causa publica, excusat. l. penul. ff. ex quib.

BIU Cujas

causa mulcta & hic qui ex causa publica totius Rei publicæ Christianę, in Africam recessit. argum. ca. 3 j. de treug. & pace. tum quia tempore belli non licet militi pugnare singulari certamine, absque iussu Ducis sui, & etiam si res bene cesserit nihilominus punitur. l. iij. de re milit. cuius rei exempla apud veteres in Papyriis, & Torquatis extant. at in casu nostro non solum illustrissimus Vicerex non consensit, sed potius prohibuit, nec tutum recessum aduersario permisit, expectandus ergo erit finis belli, id est reditus ab Africa, probandaque in 4 dubio est hæc sententia, nec facilis † monomachię via pateat, quam cõstat omni iure reprobatam esse. c. monomachiam. ij. quæst. v. † cõsuetudoque eam permittens stricte est intelligenda, nec ad suprascriptum casum trahenda per tex. in l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat. Fel. c. cũ ex iniuncto. extra, de hæretic.

CONSIL. LXXV. SVMMÆ.

1 Bona intelligitur deducto ære alieno.
2 Donationem vniuersorum bonorum dolum præsumi.
3 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.
4 Proclamata malam fidem non purgant.

QVere in præsenti causa videtur Margareta iustiorem causam. Primò quia virtute donationis sibi factæ à Stephano auo materno, habet tantam partem in illa domo, quantam capiunt libræ cccc. vnde cum Ioannes alienauit dictam domum in vxorem, non potest intelligi etiã alienasse illud ius respectu dictæ summæ: quia do- 1 natio † simpliciter loquitur per dictionem, bona, quæ dictio intelligitur deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. sign. Bart. in l. vt iurisiurandi. in fi. ff. de op. lib. Iaſ. in auth. prętera. C. vnde vir & vxor. cum concord. Secundò, quia obstat statutum, quo quæsita per vxorem censetur acquisita marito, vnde aut pars vult dicere, quod tali statuto est derogatum per literas Ducales & respondeo, quod non: quia literæ loquuntur de iure tertij, & sic iure istius contractus confirmari per literas, non est exclusa Margareta: aut pars vult dicere esse exclusam Margaretam per cridas, & tali casu tale ius per cridas acquisitum vxori, statim quæritur marito vigore statuti. nec literæ Ducales obstant, quia confirmant donationem, vt bona donata non re acquirantur marito, sed tales ius non est quæsitum vxori, ex donatione, vt dixi; sed ex cridis prout aliàs latiùs fuit dictum in voce. Tertio, quia istæ cridæ sunt factæ in fraudem, nam maritus titulo † lucratiuo transtulit vniuersa bona, quo casu lex præsumit dolum. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credit. Bart. in l. j. C. qui bon. ced. poss. præsertim cum facta sit in coniunctam personam l. si inter. ff. de don. int. vir. & vxo. c. j. vt eccle. benefic. in verb. carnalitatem. Item cum ista donataria esset coniunx verisimiliter sciuit Margareta habere ius in illis bonis, arg. gl. & ibi not. in l. de tela. C. de in. rest. min. & quia † coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, vt per Bart. in l. j. ff. si cert. pet. vide ponendo ad proclama, tanquam existens in mala fide non præscribit. c. fi. extra, de præscrip. & quod talia † proclamata non prosint existenti in mala fide, sentit Ange. in l. si vacantia. 4 per illum tex. C. de bon. vac. lib. x. & Alex. in l. eam quæ nobis. ff. de acq. poss. Et mala fides etiam ex eo probatur, quod statum, ubi bona transierant libera maritus cesserit bonis, & ista coniectura videtur maxime attendenda cum prius non cesserit, quam viderit creditores à cridis excluſos; in ista autem materia sufficit ex coniecturis dolum probari. l. iij. C. de dolo.

CONSIL. LXXVI. SVMMÆ.

1 Socer qui dotem recepit, tenetur ad alimenta vxoris filij, vt ad eam competenter vestiendam.
2 Nurus tenetur operari Socero, & lucrum quod ex operis facit ei communicare.
3 Emancipationem consensus facit.
4 Emancipatum Patri succedere, sed acquisita conferre.
5 Emancipatum iuratæ renuntiationi stare.
6 Augmentum soluto tantum matrimonio restituendi.
7 Vestes nurui post restitutam dotem auferri, distinguentur.

REuiter quoad primum quæsitum, constat quod † socer qui dotem recepit, tenetur ad alimenta vxoris filii. secundum doct. in l. ij. in princ. sol. mat. & consequenter ad eam vestiendam competenter. l. verbo vctius. de verb. sig. & econtrario † nurus 2 ipsa tenetur ei operari, & lucrum quod ex operis facit communicare, secundum l. si vxor. C. de cõd. inser. vbi glo. & doct. quia respectu talis lucri censetur in potestate mariti, & consequenter etiam soceri. Quoad secundum, si consentiant † vtraque 3 pars non est dubium, quod socer potest emancipare filium, & eum extra domum suam cum vxore dimittere, & illi assignare legitimam vel etiam totam partem suam, inuitus verò non cogeretur, vt per Bal. Pau. Cast. & cæteros. in l. vt libertis. C. de collat. Quoad tertium, si contingat † hæreditatem 4 patris effici locupletiorem poterit filius emancipatus succedere, & attenderetur tempus mortis paternæ, secundum l. eum quæritur. C. de inoff. testam. tenebitur tamen iste emancipatus conferre fratribus suis cohæredibus, per se acquisita, secundum titulum de collat. vbi Mod. in rub. C. de collat. declarant, Quod quartum, nunquid sit remedium † aliquod, quod emancipatus stet contentus, portione sibi assignata? respondeo, quod sic si renuntiet hæreditati paternæ, cum iuramento, secũdum tex. in c. quamuis. de pact. in vj. Quoad quintum, si socer † restituat dotem quid sit imputandũ? 6 respondeo, illud quod nomine augmenti promissum non tenetur nunc restituere, cum augmentum illud sit promissum in casum soluti matrimonii, & dotis restituendæ, qui casus non euenit, quamuis separet socerà se filium. Quoad sextum, nunquid socer possit retinere illas libras cc. loco vestium, quæ fecit † nurui, quæ ascendunt etiam ad maiorem summam 7 respondeo, solutio apparet ex doctrina Bar. in l. pen. §. seruus vxoris. ff. sol. matr. q. socer potest retinere, nisi vestes illæ sibi restituantur, aut enim sunt festiuæ, & pretiosæ, & tenet ibi Bart. q. consentur dum taxat commodatæ, & ideo potest socer inuocare commodatum; aut sunt quotidianæ, & secundum Bart. succedunt loco alimentorum, vnde sicut post separationem, & restitutionem dotis, non tenetur socer amplius ad alimenta: ita nec tenetur amplius ad tenendum eam in dictis vestibus, vt sentit etiam Paul. Cast. in d. §. seruus vxoris.

CON-

CONSIL. LXXVII. SVMMÆ.

1 *Ad dominum fundi seruientis pertinet onus reficiendi.*
2 *Refectionis onus emptoris esse.*
3 *Debitorem facti suis impensis facere.*
4 *Argumentum à contrario sensu in contractibus locum habet.*
5 *Pacti à iure non interpretati verbis stari.*

FRatres actores an teneantur conferre pro impensa sororis ? puto quod non; quæ conclusio probatur primo in l. eum debere colũnam. ff. de ser. vrb. præd. & licet dicant doctores ibi esse casum specialem: tamen istud fatendo, non est dubium quin ratio specialitatis sit quærenda, vt ibi habet locum eadem ratio, habeat locum etiã dispositio, iuxta l. adigere. ff. de iur. pat. & non video: quæ ratio possit assignari, nisi ista: quia dominus fundi seruientis etiam ipse percipit vtilitatem
1 ex inferiore ædificio: vnde † ad eum pertinet onus reficiendi, & istud est quod text. dicit, vbi est casus quæstionis, in l. ij. §. apud Alphenum. ff. de aqua plu. arcen. & ibi gl. in ij. intellectu. & licet illa lex habeat plures intellectus, tamen omnes in se possunt esse veri, & istud est de mente Bart. in l. j. §. fin. ff. eod. titul. dum dicit, quod dominus fundi dominantis. potest agere vt vicinus ipse reficiat, vel finat reficì, non autem concedit aliquam actionem domino fundi seruientis, vt compellat vicinum ipsum reficere, nisi in casu quo oritur ex facto damnum vicino, ex nõ facto secùs, vt ibi per Pau. Cast. Secundò, pro hac conclusione facit, quia in contractu venditionis Rugiæ nouæ, fuit per pactum inter partes actum, quod liceret venditoribus adaquare, &c. quod pactum est pars contractus & pretii. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. quia venditores viliori pretio verisimiliter vendiderunt dictam Rugiã propter illud pactum: vnde † cum per
2 venditionẽ tota Rugia sit trãslata, cõsequẽter ẽt omnia illius iura & sic ẽt onus reficiendi trauacatorẽ ad emptorẽ pertinet, vnde quãuis per pactũ venditor adhuc retinuerit ius adaquandi pro certa parte tale pactũ non potest intelligi, quod censeatur etiã promisisse portionem aliquam expensarum illius exoneratoris, ergo cum exceptio non bene ex pacto specìali appositò probetur, stabimus regulæ generali instrumenti, quæ est cum emptor acquirat dominium totius Rugiæ, vt teneatur ipse solus ad omnes expensas, facit gl. in omnis. ff. de reg. iur. Tertiò considero, quod istud est actum inter partes, vt isti actores non teneantur conferre, istud probatur ex pacto, quo cautum est, *vt teneãtur venditores assignare accessum, per quod possint ire cum bobus & plaustro, pro aptando trauacatorem.* nam cum non sit dictum, quod etiam actores conferãt, sequitur quod omnem expensam debeant facere rei conuenti:
3 quia quando aliud expressè actum non est, qui † tenetur facere, tenetur suis impensis facere. l. cum seruus. vbi per doct. ff. de ver. oblig. Rom. consilio cccxlvj. incip. in hac causa Basilien. versic. quo ad septimum. per l. suo victu. ff. de oper. lib. Item, quia si pactum in casu aptationis soratoris, solum obligat istos actores ad præstandum accessum, sequi-
4 tur ad aliud eos non teneri, & hoc per † argum. à contrario sensu, quod in contractibus locum habet. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dot. Item quia, aut volumus dicere, quod absque isto pacto, licitum fuisset emptoribus ire cum bobus per dictum accessium, & tunc vt pactum aliquod operetur, debemus intelligere, quod ad hoc solum venditores tenerentur: aut volumus dicere, quod emptoribus non fuisset licitũ, & tunc cum pactum sit præter formam iuris communis, ab eo declarationem non recipit, † sed standum est verbis; vt 5
nihil vlterius pacisentes teneantur. l. tributus. §. fina. ff. de testam. mil. Bal. in l. j. §. j. in vuls. verb. ff. de feriis.

CONSIL. LXXVIII. SVMMÆ.

1 *Interesse est æstimatio lucri cessantis, & damni emergentis.*
2 *Absolutionis ab interesse inditia.*
3 *Condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quãdo opposuit exceptionem peremptoriam.*
4 *Exceptio simulationis contractus est peremptoria.*
5 *Iudex appellationis condemnãs in parte petitionis, semper censetur in reliqua absoluisse.*
6 *Statuti in iurando formam seruandam.*
7 *In iudiciis, quasi contrahimus.*

BReuiter causã Aresiorum contra istũ de populis, arbitror nullum interesse deberi, tribus rationibus. Prima quia statutum nostrum non concedit aliquod interesse, nisi in casibus in quibus de iure canonico peti potest: sed in dispolito in casu nostro, hoc mulier petere nõ posset: nam cum interesse sit † æstimatio lucri cessantis, & 1
damni emergentis, si vellet petere ex capite lucri cessantis, non posset, nisi esset mercatrix, & hoc capitularetur, & probaretur. Idem si petere vellet ex capite damni emergentis, non posset petere nisi prius verificaret se passam damnum, vt quia pecunias accepisset sub vsuris, vel aliquam pœnam incurrisset, vel similia, quod cum non fecerit non posset mulier illa de iure canonico obtinere interesse, vt per multa consuluit Alex. consi. cxlj. incip. viso themate. in j. dubio. in v. vol. ergo nec ex statuto nostro obtinebit. Secunda ratio est, quia coram domino Rocho relatore fuit petitũ illud interesse, vt apparet ex supplicationibus, quarum vigore facta est commissio dom. Rocho. Item ex productione petitionis, ex verbis præambulis resij & Senatus ea non obstante, pronuntiauit solum condemnando super principali: vnde censetur absoluisse super † interesse per doctr. Bartoli communiter approbatam in l. si plures. in vltim. verbis. ff. de fide iuss. vbi † condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam, prout in casu nostro: quia opponebatur ad interesse † exceptio simulationis contractus, quæ est peremptoria. Item non deberi, & non seruata seruanda, & similia. Confirmatur, quia dominus Pyrrhus pronuntiauit contractum non mereri executionem tanquam simulatum & fictum, & consequẽter nec principale, nec interesse, quod in causa iam deductum erat deberi vnde cũ in causa appellationis, Senatus ordinauerit principale deberi censetur absoluisse ab interesse: quia † iudex 5
appellationis condemnans in parte petitionis semper censetur in reliqua absoluisse, vt per Felin. in cap. cum inter. versic. fallit vij. extra, de re iudi. Et istud procùl dubio fuit de mente Senatus dum reseruauit solum actiones competens contra Franciscum, & non fecit verbum de interesse, nec eius reseruatione. Tertia ratio est, quia mulier non iurauit vt debuit ex forma † statu- 6
ti. nam clarum est ex tali iuramento obligari eam etiam

BIU Cujas

etiam ciuiliter, & si falsum iuraret, posset etiam cri A minaliter conueniri, vt apparet ex statuto nostro, de sacramento falso, vel non vero, quod est in nouiss. fol. xxx. merito ergo debuit iurare accedente consensu mariti, alias non valet, ita disponente alio statuto, loquente in contractu, vel quasi contractu mulierum, clarum autem est quod † in iudiciis quasi contrahimus. l. tertia. §. idem scribit. ff. de pecul. per Dec. in ca. qua fronte. extra, de appellat. & intelligo etiam ita seruari in practica, vt mulieres cum consensu mariti iurent: vnde non sunt B mutanda, & c. l. minime. ff. de legib.

CONSIL. LXXIX. SVMMÆ.

1 *Patrem pro filio ex causis teneri.*
2 *Pater non tenetur pro filio ad pœnam, sed solum pro interesse.*
3 *Leges obligantes Patrem pro filio, sunt exorbitantes à regula.*
4 *Cancellationem dolum non arguere.*
5 *In Notario cancellanti protocollum, siue originale, dummodo incontinenti fecerit, non præsumitur dolus.*
6 *Reponentem, quæ deleuit ex causa liberari.*

1 REuiter accedo in sententiam suprà scripti domini Consultoris: quia † pater qui pro filio tenetur ratione muneris publici per eum administrati, solum tenetur de indemnitate erga Remp. seu principem. l. prima. vbi Bar. & cæteri. C. de decur. lib. x. sed in casu
2 nostro princeps nullum damnum fecit. & quia † pater non tenetur pro filio ad pœnam, sed solum pro interesse Reip. l. prima. vbi glo. C. de peric. eorum. qui pr. magistr. lib. xj. hic nihil interest, vt su-
3 prà fuit eleganter deductum. Et quia † leges obligantes patrem pro filio sunt exorbitantes à regula. l. prima. & tot. tit. C. ne fil. pro pat. vnde intelligenda sunt in casu suo, quando filius acciperet munus publicum, & ciuilem ad quod alias cogi posset, vt est decurionatus. l. quoties. l. fi. §. antepenult. ff. ad Municip. l. tertia. §. fi. l. si filius. de admin. ter. ad ciuit. l. honores. §. fin. ff. decur. & quando pater & filius essent eiusdem iurisdictionis, extra enim territorium non videtur induci posse fictio consensus paterni, secundum ea, quę de absente suprà dicta sunt. Circa secundum satis puto, processum contra filium factum non nocere patri, nec habere executionem contra eum: quia non est fi- E deiussor iudicii sed contractus, vt per Bart. & omnes. l. cum filius. in princ. ff. de verb. oblig. Imo plus videtur, quòd filius ex dicto processu non po-
4 tuit condemnari: quia illa † cancellatio ab ipsomet facta, non præsumitur per dolum facta, sed potius secundum præcepta legis, quæ vult à principio antequam feratur sententia, debere iudicem legere, corrigere, circumducere arbitrio suo. l. secunda. C. de sent. ex breuis verb. emendatas. lege, actorum. ff. de re iud. nec ideo præsumitur dolus, sicut nec G
5 † in notario, qui cancellauerit protocollũ, seu originale, cum id sibi permittatur, dummodo incontinenti. l. si librarius. ff. de reg. iur. vbi Bar. l. prima. de iis quæ in testa. delen. per Alexand. in l. fin. in princ. C. de edic. diui Adria. Nec in casu nostro probatum est ex parte fisci, quod ex interuallo facta sit cancellatio, quæ probatio ei incumbebat, vt in cõ filio dicitur. vnde transeo cum suprascripto domino consultore, requisitus de sola subscriptione. Fortius dico, quòd ex quo † dolus tali casu non 6
præsumitur. l. quoties. §. j. vbi Bart. iij. not. ff. de hæred. instit. & nullius interesse videtur, reponendo verba sententiæ prout erant, tali pœnitentia adiuuari, arg. l. qui falsam. ff. de fal. & l. si falsas. C. eod. tit.

CONSIL. LXXX. SVMMÆ.

1 *Renuntiatio facta per filiam viuente Patre de iure communi, non valet, nisi post mortem eius fuerit cum hæredibus ratificata.*
2 *Statutum inducens aliquam solennitatem in contractu mulierum vel minorum, habet locum etiamsi contractus celebretur cum Patre.*
3 *Verbum immiscere pertinet ad filios suos hæredes in hereditate paterna.*

C ON dubito saluum esse ius dominæ Helisabeth petendi supplementum legitimæ in bonis paternis: & hoc non obstante acceptatione legari ab ipsa facta, in præsentia patris testantis. Nam de iure communi ipsa † renuntiatio 1
facta viuente patre non valet. l. si quando. §. primo. C. de inoffic. testam. nisi post mortem eius fuerit cum hæredibus ratificata. dicta l. si quando. §. fin. vel nisi interuenisset iuramentum. secundùm text. in cap. quamuis. de pact. in vj. quæ cum non acceserint in casu nostro, sequitur renuntiationem, & D acceptationem illam nõ valere, saluumque etiam ius filiæ petendi supplementum, vt dicitur in dicta l. si quando, & in casu nostro ita consuluit Petr. de Ancha. consi. xlj. Decius consi. lxxj. Ex forma quoque statuti videtur idem dicendum, quo cauetur, quod mulier maritata non possit renuntiare alicui iuri suo, nisi sub certa solennitate quæ in casu nostro non fuit adhibita. & † statutum inducens 2
aliquam solennitatem in contractu mulierum, vel E minorum, habet locum etiam si contractus celebretur cum patre, vt est textus in l. si ad resoluendam. C. de prædiis minor. & idem Bald. notat in l. generaliter. C. de sec. nupt. & est etiam tex. in l. si pupillorum. §. si pater. ff. de reb. eor. quod maximè in casu nostro est dicendum, in quo manifestè apparet, de nimia affectione patris erga fratrem hæredem in præiudicium filiæ, secundum Decium in l. pactum quod dotali. C. de collat. allegat notata in l. nõ solum. §. primo. ff. de ritu nupt. Nec obstat decisio Bald. in dicta l. pactum. quæst. xxj. quia loquitur, quando verba statuti loquebantur de contractu, vt non procedat in distractu vt declaraui in l. præses. C. de transact. sed in casu nostro verba statuti expresè loquuntur in renũtiatione. Item quod F statutum intellexerit, etiam de actu gesto cum patre, arguitur ex illa exceptione, *Quod posit adire, vel immiscere se hæreditati.* quod † verbum immiscere, per- 3
tinet ad filios suos hæredes, in hereditate paterna. §. sed fine. instit. de hæred. qual. & differ. & ita puto iuris esse. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXI. SVMMÆ.

1 *Dotem in credito inutili & inexigibili, non posse constitui.*
2 *Sententias ex noua causa rescindi.*
3 *Ratihabitionem generalem doli non præiudicare.*
4 *Vxor forum mariti accedere tenetur.*

Bre-

1 REuiter in primo puncto † an filiæ de- A
beantur v. mille libræ. quæ non possint
exigi ex credito Bottorum, dico quod
sic: quia pater tenetur ad dotandum filiã
competenter, quæ dos succedit loco legitimæ, &
ideo non potuit ei assignari super credito non exi
gibili, secundum Bald. in l. scimus. C. de inoffic. re-
stam. & probatur in §. j. in authen. de trien. & sem. fa-
cit text. in l. si libertus patrono. versic. quid ergo.
2 ff. de bon. libe. Et cum ex notitia † superuenienti,
si de commisso reperiat constare creditum non esse B
exigibile, videtur fauore dotis restitutionem in in
tegrum aduersus sententias latas esse concedendam, secundum duo l. Imperatores. ff. de re iud. cum
ibi not. & l. admonendi. ff. de iureiuran. Nõ obstat
3 illa ratificatio, quia † debet intelligi stante credito
exigibili. Item illa generalitas non debet trahi, in
damnum dotis. l. si quando. §. primo. C. de inoffic.
testam. Et consuluit Paulus Castr. consi. lxxiij. &
ecliam licet ista domina Lysa. iuj. volum. sequitur
Iason in dicto §. j. In secundò puncto, an possit redu C
ci ad æqualitatem cum alia sorore, casus est du-
bius, quia statutum hanc nuptam extra territorũ
habere videtur pro exporre, & fabrica potest vti be
neficio. d. statuti. abscondans, vt consuluit Decius
4 consi. cxiiij. ista autem non potest vti, quia † pro-
pter domicilium mariti in quod tenetur accedere.
l. exigere. vbi not. ff. de iud. non dicitur subdita pre
tori Mediolani, & statutum habet istas nuptias ex
eius iuris dictionem pro incapacibus, vt apparet ex
alio statuto, de muliere nupta extra territorium,
&c. Item respectu bonorum domini Hieronymi,
quæ erant extra territorium Mediolani non habet
locum statutum, vt sæpius vidi consultum, & nu-
perrimè Ounfunior consi. cviij. Et ideo amplius
deliberandum. In tertio puncto, an teneatur d. Bar
bara & maritus ad impensas, seu salarium doctoris
qui pronunciauerit contra ipsos. quæ summa exce
dit mille libras, putarem quod non: quia sportulæ
causarum à statuto in causis quę committuntur sub
collegio iuxta formam statuti, non in iis quæ pro-
nunciantur per deputatos fabricæ, qui debent gra
tuitam operam præstare illi loco pio, & non aburi
eo ad lucrum, & ideo si appellauerunt, puto legiti
mè & iustè eos coniuges appellasse. Saluo semper
saniore iudicio.

CONSIL. LXXXII. SVMMÆ.

1 *Confessio accepti inter prohibitos inutilis est ex causis contra.*
2 *Fructus fundi dotalis viduæ deberi.*
3 *Verbum exegerit cum effectu accipi.*

BReuiter, viso testamento d. Ioan. Do
minici, & statuto Pap. respondeo, ad
dubia proposita. Circa primum, an
valeat legatum librarum. ccc. factum
vxori, eo colore, quod ipse testator
perceperit tantundem ex alimentis dotis ipsius
1 vxoris: respondeo, hanc † confessionem esse
inter personas prohibitas, & ideò non facere fi-
dem, & legatum non valere, vt per Alex. post
alios in l. cogi. §. ij. qui solidum. ad Treb. Iaf. in
lege, non dubium. C. de legib. Nisi quatenus
vxor probaret duo: primum, quod verè testator
percepisset dictas libras ccc. sufficeretque tali ca-
su probatio etiam præsumptiua, secundum illud
quod not. Salic. in l. si mater. C. de contrah. empt.
& Bal. in lege, iubemus. ij. C. de sacrosa. eccl.
Cano. ca. quamuis. de re iud. secundum, quod
percepisset eo tempore quo alimenta dotis ad se
non pertinuisset: puta quia non sustinuisset one-
ra matrimonij, alias enim talia alimenta ad ipsum
maritum pertinent, & non sunt vxoris, sed sua.
lege, iiij. de pact. dota. Circa secundum, an potue-
rit relinquere vsumfructum fundi toto tempore
vitæ suæ, etiam quod transiret ad secunda vota?
respondeo, quod non. & ideo si transiret ad secun
da vota amitteret vsumfructum, vt indicant ver-
ba statuti Pap. si recte considerentur. Circa tertium
dico quod fructus † fundi dotalis integri deben- 2
tur vxori: quia statim sol. matr. heri debet restitu-
tio. lege, j. §. exactio. C. de rei vxor. act. & quamuis
habuerit alimenta in domo vsque ad mensem Mar
tii, potuit ea habere vigore legati. Idemque de
fructibus fundi sibi legati quo ad vsumfructum.
Circa quartum, de consanguineis suis qui retinue
runt aliquo tempore scripturas: respondeo, eos
non cecidisse à legato, cum † non exegerint quic- 3
quam ab hæredibus, quod verbum ad effectum re-
fertur. l. non solùm. ff. sol. matr. vbi doctor. & sic ver
ba priuationis, non verificatur.

CONSIL. LXXXIII. SVMMÆ.

1 *Actor seu prouocator ad duellum, vt purget mentitionẽ sibi datam, ipse per duellum probare debet veritatem suæ intentionis, aliter censetur succubuisse, quia non probauit.*
D 2 *Duellum posse vel momento perfici.*

FAuore generosi militis domini Fa-
brici Galeoti videtur præsens casus
decidendus duabus rationibus. Pri-
ma est, quia † actor seu procurator 1
ad duellum, vt purgetur mentione
sibi datam, ipse per duellum probare debet verita-
tem suæ intentionis, aliter censetur succubuisse,
quia non probauit, secundum l. qui accusare. C. de
E eden. & per Bald. in l. j. C. de dedit. lib. fol. cap. j. de
pace tenen. in casu autem nostro, cum nec quidem
in campum descenderit prouocator, fundata est in-
tentio rei prouocati, nisi quatenus probaretur, cul
pa ipsius prouocati, quæ profecto ex processu nul-
la apparet. Secunda est, quia cum post horam xxiij.
cum dimidia, res composita sit inter aduocatos
ipsorum per duellum, debuit prouocator descen-
dere in certamen, nec est legitima excusatio alle- 2
gata, quod non supereresset tantum temporis, vt
possent querelæ inter ipsos diffiniri: quia cùm con
F tingat quandoque momento temporis rem transi
gi, iuxta illud Horatianum, *Concurritur horæ momento, & cita mors venit, aut victoria læta.* debuit omnino
iste prodire in campum, & reperiri: quia potuisset
forte res perfici, & ideò semper vsque ad vltimum
momentum horæ vigesimæ quartæ, dicitur super-
esse tempus. l. in illa. vbi not. ff. de verb. oblig. dum
tamen iudex campi non discesserit, aut licentiam
abeundi prouocatori dederit. l. diuus. ff. de in int.
restitut. per Paridem. in tractat. lib. tertio. capit. ter
G tio, quod non fuit factum in casu nostro. Et ita ego
sentio saluo semper seniore iudicio.

CONSIL. LXXXIIII. SVMMÆ.

1 *Datium accipitur pro omni eo, quod publicè soluitur pro aliqua re etiamsi non sit inuecta.*
2 *Gabella salis venit appellatione vectigalium.*

Omnis

OMnis propositę controuersiæ difficultas in eo solùm consistit, an appellatione datiorum † veniat gabella salis, & puto ꝙ sic. Primò, quia datium est verbum vulgare, de quâ in iure mentio non habetur, sed assumitur generaliter pro omni gabella, pro quâ quis habet datũ à principe, vnde & datiũ dicitur, istud probatur ex statutis nostris datiorũ. fol. clxxxviiij. in rub. ꝙ instrumẽta datorũ datiorũ, &c. & sub illis tit[u]lis † accipitur datium pro omni eo, quod publicè soluitur pro aliqua re, etiamsi non fiat inuecta, quæ diffinitio competit in casu nostro. ergo, &c. Secundò probatur, quia talis gabella salis venit appellatione vectigalium. l. inter publica. §. fin. ff. de ver. sign. & ęquiuoca sunt vectigal, & datium, nec obstat, quod vectigal est quod soluitur pro vecturę, vel ingressu, quod non soluitur pro sale, pro quo pretium tantummodò soluitur: quia respondeo, quod iste intellectus confunditur, per d. §. fi. vbi appellatur vectigal salinatum, & tamen de iure communi pro ingressu, vel vectura salis nihil soluitur, sed pro pretio, quod augetur: est monopolium principis vel habentium causam ab eo, vt est casus in l. si quis sine. C. de vectig. & com. ità quod in ducatũ non est alterata forma istius vectigalis, aliter quàm sit de iure communi, de qua etiam in l. j. ff. ꝙ cu. vniuer. per. And. de Iser. Alua. & Præp. in tit. quæ sint regaliæ. in vsi. feud. & per Abb. in c. super quibusdam. extra, de ver. sig. Tertiò probatur auctoritate Sal. in d. l. si quis sine. vbi præcisè conductores salis, appellat conductores datiorum: & certè non potest negari, quin sit datium, saltem quatenus iustum pretium excedit[u]r. & sic tollitur etiã illa ratio dum dicitur: pro sale solui pretium, non autem datium: quia istud posse procedere respectu veri pretii, & non vltrà. argu. ca. j. extra, de emp. & vend. Non obstat, quod do. Lucretia nunquam fuit in possessione exigendi respectu salis: quia cùm à tempore indulti priuilegii vsque ad præsentem diem, dempto tempore Gallorum, lapsum non fuerit decennium, non potest dici amisisse priuilegium quoad salem, vt habetur in l. j. ff. de nund. & habetur per mod. in c. cùm accessissent. extra, de const.

CONSIL. LXXXV. SVMMÆ.

1 *Legitimatio legitimam deberi.*
2 *Legitimatum trebellianicam non deducere.*
3 *Legitimatum variè probari.*

CIrca hæreditatem d. Pauli. cum Hieronymus esset legitimatus, non est dubium † illi deberi legitimam, secũdum Bal. in c. de causis. de off. deleg. & in add. ad Spec. ti. de succes. ab intest. circa fi. Bened. de Plumb. in dispu. suâ. incip. statuto Pisano. & cum fuerit † rogatus de restituendo, decet solùm legitimam, non autem Trebellianicam, vt per Deci. consi. lxxxj. & seruatur ista opinio de cõsuetudine Mediolani. Quod autem esset legitimatus, probatur † ex eius confessione in testamento, dum eum pater appellat, filium suum legitimatum, quæ confessio præiudicat ipsi & hęredi. l. cùm quis decedens. §. codici is. ff. de leg. ij. & regulariter confessio patris probat filiationem, vt per Bart. in l. filium eum diffinimus. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. Alexan. consilio lj. in j. libro Dec. consilio iiij. in causa. vnde eodem modo debet probare contrà eius hæredes, vel habentes causam ab eo, vt habetur per Bar. in l. si mater. §. fina. ff. de except. rei iudica. Aret. consilio xxxvj. Socin. cõsilio xj. in ij. lib. & quod esset legitimatus satis ostenditur, ex eo quod Ioann. Andreas nunquam petiit hæreditatem, nisi eo mortuo, cùm alias eo viuente fuisset admittendus: quia spurius est incapax, nec obstat sequenti in gradu authent. ex complexa. C. de incest. nupt. Item ostenditur ex instrumento transactionis, in quo contrahentes appellant eũ legitimatum. quæ verba enuntiatiua inter ipsos probant. l. optimam. C. de contrahen. & commiten. stipul. Item etiam in arbitramentis assertis, approbatis per ipsum Ioan. Andream admittitur iste tanquam legitimatus, nec hoc refricatur in dubium, & certè quilibet iudex potest manifestè cõprehendere hanc exceptionem opponi per calumniam, vt noceat ipsi dict. Philippo, & compellat ad exbursandum centum aureos notarię, pro habẽdo instrumento.

CONSIL. LXXXVI. SVMMÆ.

1 *Partem habentem in dubio dimidiam habere.*
2 *Præsumptio vna, alia incerta non tollitur.*
3 *Probatio incerta non infirmat contrariam certiorem.*

EX instrumentis cùm appareat, quod d. Episcopus Ceruiensis † habeat partem in dictis terris, intelligetur in dubio, ꝙ habeat dimidiam. l. nomẽ. §. portionis. de ver. sign. l. planè in fin. de leg. j. Idemque dicendum est ex verbis, *Quod habetur communem cum monalibus.* intelligitur enim pro dimidia l. Lucius in princip. vbi Bartolus. ff. ad Trebellia. l. finali. §. Lucius de legat. ij. Nec obstat, quod appareat plus pensionis solui monialibus, quàm Episcopo, vnde arguẽdo à quantitate pensionis, videtur maior esse portio monalium. arg. l. ij. C. de dot. promiss. & l. qui sic in princ. ff. de vsur. Bal. consil. in iij. Respondeo siquidem, quod vt præsumptio † dimidiæ quam lex facit contrariam tollatur, oportet eam esse fortiorem, nõ incertam. l. diuus. vbi Bal. ff. de in integr. rest. sed ex aliis inuestituris apparet, quod moniales singulis renouationibus augebant canonem, & Episcopus non augebat: vnde ex incerta hac cõiectura, non videtur recedendum à prima præsumptione, sicut dicimus de † probatione incerta, quæ non infirmat contrariam certiorem. lege, ob carmen. in fin. ff. de testib. per Barr. in lege, admonendi. versi. quæro quid si actor probauit. ff. de iuriur.

CONSIL. LXXXVII. RERVM.

1 *Cambij literas ex statuti forma scriptas, exequi debere.*
2 *Veritas debiti suspicionem datæ tollit.*

BEuiter concurro in sententiam suprascripti domini consultoris & per rationes suas. Et quia cum præsupponatur, quod verificatæ sint literæ † cambii secundum formam statuti mercatorum. pro eis præsumitur, vt executio concedi debeat, iuxta legem, satis aperte. C. de fals. & quæ per illum textum. nõ. in variis locis doctores maximè And. Sic. consilio vij. & cõsi. x. & con. xviij. in j. Fel. c. de cætero. de rei iud. c. fj. de fals. c. licet causam. extra. de

pro-

prob. Et licet potuerit in iis literis esse dies anticipata, secũdum l.ij.ff.de fi.instr. & quod no. Paul. Castr.in consil.lxxxiiij.in causa ser.Ludouic.vol.j. secundum nouissimam impressionem, & dixi in l.j.§.pe.de ver.obl. tamen ex quo seruata est forma statuti, præsumendum est pro istis literis, nisi quatenus concludenter cõtrarium probaretur, quod in casu nostro non est factum, imo præsumptiones quę adducuntur contra literas cambij eas potius adiuuant: cum enim ex liberis rationum appareat, quod tempore quõ facienda est solutio literarum, iste mercator est debitor † dictæ summę, & amplioris, satis ostenditur veritas literatum: quia vt dicitur in l.si ex prętio. Vbi Bart. & cæteri notant. C.si cert. pet. quando debitum verè subest ex vna causa, puta mercium traditarum, licet obligatio prætendat alium titulum, puta literas cambij, non tamen ideo subest aliqua simulatio, vel falsitas: sed duntaxat mutatio tituli fit ad faciliorem executionem, & probatur etiam in l.sub specie. vbi Bald. C. de posthu. per Alexand. cons. xxxvj. in ij. & xxviij. volum. v. & veritas debiti tolli suspicionem anticipationis datæ literarum, vt in simili per Dec. cons. clxxxv. versic. septimo, &c. & ideo de sola subscriptione requisitus, non existimaui id detrectandum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Pater non tenetur alere filium, quando habet vnde possit se aliunde sustinere.*
2 *Legitima iure naturæ debita, iure actionis post mortem Patris de iure communi debetur.*
3 *Frater de suo proprio tenetur alere sororem.*
4 *Filiæ à matre non debent separari ad quam primo loco pertinet tutela.*

PRO filiabus do. Lucretię facit, quia licet pater non teneatur † alere filiũ, quando habet vnde possit se aliunde sustinere. l.si quis à libellis.§. sed si filius. ff. de lib.agn. tamen hoc procedit, quin talia alimenta non debentur, nisi officio iudicis cum aliàs filio contra patrem nulla detur actio. Si verò talia alimenta deberentur iure actionis, esset secus: quia tunc possent peti, etiam quòd aliunde sint habita. l. de alimentis, vbi Bald. Alexand. Ias. C. de transact. In casu autem nostro, debentur alimenta iure actionis, id est, condictione ex lege, seu statuto Papiensi. deferentis hæred. paternam masculis, & eos grauantis interim ad alimenta. Vnde sicut † legitima iure naturæ debita, iure actionis post mortem patris, de iure communi deberetur. l. cum quæritur, cum seq. C. de inoff. testam. ita etiam hæc alimenta. quæ subrogantur à statuto. Et debent præstari hæc alimenta sufficientia uictui, etiam non habito respectu ad quantitatem dotis illis relictam, prout etiam dicitur in vxore. l. quod si nulla. ff. de rel. & sump. fun. no. doct. in l. quod in vxorem. C. de neg. gestis. maxime. cum † frater etiam de suo proprio teneatur alere sororem. l. qui filium. ff. vbi pup. edu. deb. Bar. d. l. si quis à liberis. §. vtrum. Nec debent † filij separari à matre sua, ad quam primo loco pertinet tutela. auth. matri & auiæ. C. quando mul. tut. off. Et pertinet ad curam d. Prętoris specialiter defendere & protegere hanc viduam & pupillas ab impietate istius fratris, qui nõ vult soluere obolum, nisi coactus per pœnas mulctas. Et commẽdo eos quantum fieri potest pro iustitia & pietate, secundũ l.j. cũ ibi not. C. quan. imper. inter pup. & vid.

Consil. Andr. Alc.

CONSILII LXXXIX. SVMMÆ.

1 *Decretum Principis declaratorium, trahitur ad pendentia.*
2 *Liberatio hypothecæ probat additionem hæreditatis.*
3 *Cedens hæres censetur, quia alias cessionem facere non potuisset & in necessariam consequentiam censetur adisse hæreditatem.*
4 *Renuntians, vel cedens censetur adire.*
5 *Ius adeundi non potest cedi.*

QVod Dominicus sit hæres patris suæ, probatur multipliciter. Primò ex decreto nouo, quod etiam fuit latum à duce Ludouico Sforzia, in impressis de anno 1498. & etiamsi esset nouum, traheretur ad casus pendentes, quia est † declaratorium actus præteriti, secundum Bart. in l. omnes populi. v. quæst. princ. de iustit. & iur. versic. circa ij. Secundò ex eo, quod vendidit non solùm Alciato, sed multis alijs personis, bona paterna tanquam libera, &c. vt Todeschino Rancato hominibus Sancti Angeli, & alijs: vnde † liberatis hypothecæ probat additionem hæreditatis. Corn. cons. clxxx. in ij. Idem si constituat procuratorem ad liberandum. Corn. consil. lxxix. in iiij. Socin. xcj. in ij. v. dubio. Tertio, etiamsi non dixisset, se libera vendere, tamen quia tenetur vendere libera, ne emptores remaneant decepti, censetur adijsse hæreditatem, secundum Bartol. in simili in l. gerit. versicul. si verò non poterat facere, vt dominus. de acquir. hæred. Alexand. consil. nonagesimo quarto, in secundo. Corn. ciij. in ij. ccxcix. iij. Quarto, & istud est clarissimum ex instrumentis cessionis † factæ in sororem de iuribus dotalibus: nec enim ea haberet, nisi esset hæres, nec potuisset cedere: vnde in necessariam consequentiam censetur adijsse, per regulam l. si auia. C. de iure deliber. & firmat Paul. de Castr. in l. pactum. dotali. versi. sed etiam si non adiisset. C. de collat. & in l. sicut. C. de rep. hæred. vbi dicit, quòd tali casu non debet quis renuntiare, vel cedere, sed repudiare: quia alias † renuntiando vel cedendo, censeretur adire, & idem etiam sentit Corn. consil. xxij. in ij. Socin. xxxiiij. in iiij. Et quòd cedens censeatur adijsse, firmat Bald. cons. ccciij. in ij. vbi loquit in casu fortiori. Cor. consil. clxvij. in j. lij. in ij. Nec obstat si diceretur, quòd cessio debet intelligi non de dote materna, sed de iure adeundi hæreditatem maternam. Respond. verba instrumenti non patiuntur hunc intellectum. Item non potest hoc intelligi: quia ius adeundi † non potest cedi. l. si mulier. §. ex asse. de iure dot. vbi Bartol. l. Paulus respondit per procuratorem. ff. de acquir. hær. Corn. d. cons. ccxxj. Necessario ergo intelligendum est, quòd adierit hæreditatem maternam, & cesserit ius petendi dotem super bonis hypothecatis pro dicta dote, & ita etiam sonant verba instrumenti, & certè hoc non videtur habere aliquam difficultatem.

CONSIL. XC. SVMMÆ.

1 *Futurum ex præterito in causis non infertur.*
2 *Præsumptio quod quis habeat, quæ iam habebat, non procedit in rebus mobilibus, præsertim in mercimonijs, quæ facilè perduntur.*

ET si probatum esset Arnatum, de anno 1513. habuisse † multa mercimonia: tamen talis probatio non iuuaret eius aduersarios: quia probatio de aliquo tem-

D

pore possederit non infert ad futurum tempus: si enim olim habuit, nunc non habet, nec tempore litis contestatæ habebat, vt concludit Alexand. in consil. cij. super primo. in ij. volum. versic. & primo, & c. allegat Bartol. in l. in confirmando. ff. de confirmat. Item præsumptio, quòd qui olim possidebat, etiam hodie præsumatur possidere, non habet locum, nisi quando possessor affimat hoc esse verum, & se possidere: secùs si neget, quia tertius nō potest hoc allegare in suum fauorem, vt est glo. vbi Bart. & omnes sequuntur in l. siue possidens. C. de probat. Item in rebus mobilibus non procedit hæc † præsumptio, quia huiusmodi facilè perduntur præsertim mercimonia, vt dicit Specu. in titu. de act. seu pet. §. j. versi. quid si ago. sentit glo. in l. ciuile. C. de furt. Pau. de Castr. in l. si minorem. C. de in integr. rest. min. Aret. cōsil. cxx. facit quod no. Bald. in l. ex persona. C. de probat.

CONSIL. II XCI. SVMMÆ.

1 *Emphyteutica quæ nam in solutum dari possint.*
2 *Emphyteusis duplex.*
3 *Creditor non potest consequi plusquam habeat ipse debitor.*
4 *Datio in solutum in effectu est venditio.*

1 NVnquid res emphyteutica † possit per iudicem in solutum dari creditoribus emphyteutæ? doct. licet videantur in forma verborum vario modo loqui: tamen in effectu ipso consentiunt, aut enim est † emphyteusis, quæ nō transit in extraneos, qualis ecclesiastica & non potest, nisi respectu commoditatis, & donec ius stat in persona emphyteutæ. & istud tenet Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. versi. quid si propter debita. ff. de dam. infect. Alex. consil. xxiij. in j. lxxxviij. in iiij. Imo. consi. xxxv. Aret. xiiij. doct. l. si quis presbyter. C. de episc. & cler. Aut transit in extraneos, & tunc potest fieri hęc datio in solutum: nec ideo cadit emphyteuta, quia alienatio est necessaria, secundum Bal. in c. j. de prohib. feu. alie. per Feder. Ias. in l. fin. versi. v. quæro. C. de iure emphyt. Alber. l. j. C. commun. vtr. iud. fiet tamen saluo iure domini, id est, vt habeat laudemium, & ius prælationis. secundum Sal. in authen. ei qui. versi. iij. est videndum. C. de bon. author. iud. possidet. & concludit Bald. consi. cccvj. verba inuestituræ, in j. & est ratio quia † creditor non potest consequi plus, quàm habeat ipse debitor, secundum Bar. in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. xj. Alex. consil. xj. in v. & quia datio † in solutum est in effectu venditio, & ideo seruanda est dispositio. l. fin. C. de iure emphyteut. In casu autem nostro, cùm emphyteusis hæc sit accepta, *Pro se, & hæredibus, & successoribus*, ista verba ad successores etiam particulares referuntur. l. hæredis. de verb. significat. vbi dixi, Alex. consil. cxciij. in ij. cessat omnis difficultas, maxime cum ecclesia cōsentiat tali translationi.

CONSIL. XCII. SVMMÆ.

1 *Protestatio additionem impedit.*
2 *Protestationi factum contrarium in ijs, quæ dependent ab animo nostro, tantum vt est hæreditatis aditio, non præualere.*

A Ilius dedit in solutum creditori hereditario cum † protestatione, quod nolebat esse hæres patris, & cum reseruatione creditorum suorum. Quæritur an talis protestatio sit contraria facto, & non ideo minus sit hæres? Respondeo non esse hæredem: quia talis protestatio cum adiuuat. per text. in l. at si quis. §. plerique. & l. scriptus. vbi Bart. ff. de relig. & sumpt. fun. quem text. intelligunt doct. procedere etiamsi actus talis esset, qui aliàs hæreditatis additionem inferret: puta, solutio æris alieni, secundum Salic. Ias. & cęteros in l. ij. C. de iure deliberā. & per Bar. & alios in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. hæred. Non obstat text. in l. pro hærede. §. Papinianus. de acquir. hære. quia ibi factum contrariū protestationi, erat gestum cum alio ignorante, qui aliàs remansisset deceptus: secùs si sciuisset protestationem, prout in casu nostro, & declarat Ias. in d. §. fina. in ij. notab. Non obstat quod factum cōtrarium debet præ valere † protestationi: quia istud non procedit in ijs, quæ dependent ab animo nostro tantum, vt est hæreditatis aditio, secundum Bar. in l. non solum. §. morte. de oper. no. nuntiat. versic. breuiter dic. & versicu. & tunc quæro. & per Bar. in d. l. qui in aliena. §. fina. per illum text.

CONSIL. XCIII. SVMMÆ.

1 *Interesse post moram ex statuto deberi.*
2 *Veritate standum.*
3 *Vocem in solutum permutationem comprehendere.*

ON videtur in casu proposito dubitandum, quin pratum, vel valor prati sit restituendum do. Angelæ, cum interesse, à die moræ, ex quo eius maritus promisit liberare, vel pretiū æquiualens. Et licet non sit facta † mentio de interesse: tamen illud debetur moram, ex dispositione legis, iuxta l. j. C. de sent. quę pro eo quod interest. & statutum Nouariense id concedens, quod valet Dec. c. ij. de probat. Ias. l. si ab arbitro. qui satisd. cog. cum concordan. Nec obstat illa relatio in instrumento facta, qua dicitur quod *d. Angela ad liberationem mariti dedit in solutum d. Gaudentio pratum, &c.* qa cum apparet factum id per viam permutationis, non † debet hæc relatio vitiare, sed stari debet veritati. Bar. l. Sempronius. de leg. ij. Dec. c. ij. de rescript. maximè cum illa † vox, *In solutum*, sit generalis, & cōprehendat etiam quod soluitur iure permutationis. l. solutionis. de verbor. sign. l. solutionis. vbi doct. ff. de sol. & dixi lib. ij. de verbor. sign. vbi dixi, hoc procedere etiam interpretatione statutorum. Quo verò ad tempus, ante conuentionem mariti, an debeatur interesse mulieri, quæstio est facti, an pratum illud esset à tutoribus pupillorum translatum in matrem. An fuerit in mora maritus? An percepit ipse fructus prati consentiente muliere, & non soluerit canonē? An mulier permiserit, quia vellet esse in dotem, quæ in facti narratione non sunt mihi expressa. & videntur decidenda ex ijs, quæ ponūt doct. in l. maritus. quæ est lex penult. ff. ad legem Falcid. vbi Alex. post alios.

CONS. XCIIII. SVMMÆ.

1 *Monomachiæ tàm iure ciuili, quàm Canonico, atque etiā diuino sunt reprobatæ.*
2 *Iniuriantem æstimationis fideiussione lauari.*

Caua

CAusa præsens domini Ioann. Franciſci Papalardi, cùm à defenſione honoris proficiſcatur, debet à iudicibus ciuiliter, atque humaniter tractari, non autem in occaſionem vindictæ accipi. Et cum de iure decidi poſsit, non eſt recurrendum ad remedia in mononachijs tradita, quæ † tam iure ciuili, quàm canonico, atque etiam diuino, ſunt reprobata. c. mononachiam. ij. q. vj. In caſu autem noſtro imputatur, quod d. Ioan. Franciſcus verberibus affecerit aduerſarium ſuum, ex quo crimine oritur actio iniuriarum, quæ ad æſtimationem arbitrij iudicis redigitur. §. in ſumma. inſtitu. de iniur. Et ideo † videretur dominus Ioan. Franciſcus relaxandus, præſtita fideiuſsione, de ſoluendo quantum arbitrio iudicis æquum videbitur. iuxta l. j. cum ibi not. per Barto. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Ná illa ordinatio, *Quòd iſte ſe reſoluat, ſi vult conſtituere ſe liberè in poteſtate inimici.* non eſt iuri conſentanea, & contra regulam. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. & quæ habentur in l. penult. ff. arbitr. vnde nullo modo conſulo, quod Papalardus acceptet hanc conditionem, quæ non ſecundum regulas iuris inducitur, ſed ex quadam conſuetudine militari, ab omnibus ſapientibus reprobata. Nec vidi vnquam aliquem principem notæ probitatis & timoratæ conſcientiæ, hoc permittentem: ſed omnes vno ore reſpuunt, & ſubditis ſuis, ſecundum leges ciuiles, & canonicas iuſtitiam adminiſtrant. Et ita mihi videtur, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XCV. SVMMÆ.

1 *Bona pro fictis in ſolutum non dari.*
2 *Collectas ex cauſa non imponi.*
3 *Contractus qui fœneratitius non ſit.*

1 AD primum reſpondeo, pro † fictis nó poſſe dari bona inſolutum, cùm non ſimus in terminis. auth. hoc amiſ. C. de ſolut. maximè propter iuramentum, vt per Alex. conſil. xxxvij. volu. ij. Et propter pactum obligationis in forma cameræ, quæ cogit ad pecuniam numeratam. Ad ſecundum, cum † communitas vendiderit bona, *Libera, Franca, &c. Ab omni onere collecta, &c.* non poteſt imponere ei collectis, minus dubium eſſet in collectis, non à communitate, ſed à principe impoſitis, de quo dicendum vt per doct. in l. ſecundæ. C. de iure emphyt. in verbo, publicarum functionum, etenim hæ pertinent ad emphyteutam non ad dominum. Nec dicta communitas poteſt iuuari ope ſtatuti ſui, cùm ipſa vendiderit, libera, &c. Ad tertium reſpondeo † contractum non eſſe ſeneratitium, per text. in extrauagant. regimini. & ſequent. de empt. & vendit. in communibus. & quia factum non excedit veriſimiliter intereſſe ipſorum mercatorum

CONSIL. XCVI. SVMMÆ.

1 *Iuſſum Patrie bannitum poſſe reuocari.*
2 *Bannitus æquiparatur mortuo.*
3 *Lucra legalia ſunt deducta tranſmittuntur.*
4 *Hereditas non adita, regulariter non tranſmittitur.*

Conſil. Andr. Ale.

BEne, & rectè, & pro iuſtitia in hac cauſa illuſtriſs. dom. Gaſparis Triuultij allegatum fuiſſe video, quòd filij equitis adiuerint † hereditatem maternam, nec fuit neceſſarius iuſſus patris, qui tunc exul erat, & impunè poterat ex forma ſtatuti noſtri offendi: quo caſu † banniti æquiparantur mortuis, vt per Bar. in q. ſua j. & per doct. in l. j. C. de bon. liber. per illum tex. Non omitto etiam aliam rationem. Cum enim † dos matris non tam iure hæreditatis, quam lucro à conſuetudine, ſeu ſtatuto delato, applicetur filijs, vt apparet ex verbis ſtatuti noſtri. & per Bar. in l. poſt dotem. in v. q. ff. ſolu. matr. vbi etiam Claud. de Seiſ. notat, talia lucra legalia tranſmittuntur in hæredem indiſtinctè, licet aliàs † hæreditas non adita non tranſmittatur, ſecundum Bar. conſil. clvij. incip. ſuper ijs quæ ſupra. Bal. l. ſi arrogator. vbi Ial. ff. de adopt. Paul. Alexan. Ial. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. & probatur argumen. l. edicto. §. ad hæredes. & §. ſequen. ff. de iure fiſci.

CONSIL. XCVII. SVMMÆ.

1 *Qui tenentur ad impenſas vtiles, cenſentur teneri, quando principaliter, & primo loco vtilitas ad eos pertinet, non ſit in conſequentiam.*
2 *Impenſis debitoris debitum conſeruari.*
3 *Impenſis qui nunquam contribuit non teneri.*
4 *Qui liber eſt à cauſa proxima multò magis à remota.*
5 *Amputata radice rami pereunt.*
6 *Cauſa immediata præfertur mediatæ.*
7 *Emphyteutæ qui reparationibus obnoxij.*
8 *Emptores non debent cogi ad contribuendum pro minima vtilitate tantum, quantum illi qui maximam habent.*

RVgia Comitum Sancti Angeli extrahitur ex Lambro flumine, quod flumen augetur ex aliquibus ſcolatitijs nauigij magni Mediolani, & etiam ex exoneratore aquarum tempore inundationum ſuper iſta Rugia multi nobiles habent ſepta, ſeu Bucchellos per quos educunt aquã ad irrigationem pratorum ſuorum, acceptam in emphyteuſium ab ipſis Comitibus ſub certo annuo canone. quæritur, an dicti nobiles poſsint cogi ad contribuendum pro ſpaciatura dicti nauigij? Et primo ſciendum eſt, quod dictum flumen Lambri, antequam perueniat ad Comites deriuatur in loco Piſebaſij pro parte dimidia ad aliorum vtilitatem, deinde in loco Landriani ad vtilitatem magni Cancellarij, quem ſi domini iudices volut indemnem ſeruare ab hac impenſa, non tamen debent alij pro eo ſoluere. l. j. C. vt null. ex uica. libr. xj. ſed debet ſumma ad eum pertinens diminui de calculo fiſci, prout fit in habentibus priuilegia immunitatis: quia non onerantur alij, ſed diminuitur de ſumma à fiſco petita, iuxta ea quæ habentur in c. accedentes. vbi late Abb. extra, de præſcript. & Bald. Angel. Alexan in l. ſi vnus. §. item ſi pactus. ff. de pact. Rurſus ſciendum eſt quod pro aquis quæ exonerantur tempore inundationum, nihil debet ſolui: quia illæ ſunt danoſæ Lambro, non autem afferunt vtilitatem, imò tale damnum debet compenſari cum illa modica vtilitate, quæ ex ſcolatitijs percipitur. argu. l. j. in fin. verb. compenſare. ff. de aqua pluuia arcen. cum omninò ſit modica vtilitas, quia tempore ſiccitatis cum

BIU Cujas

aquæ sunt vtiles, omnes sua scolatitia retinent, quantum possunt, & quid minimum delabitur in Lambrum. Fortiùs putarem nihil omnino soluendum esse pro ijs scolatitijs quæ non immediatè à nauigio, sed mediatè proueniunt, solumque eos teneri qui immediatè ex aquis nauigij irrigant: quia † qui tenentur ad impensas vtiles consentur teneri, quando principaliter & primo loco vtilitas ad eos pertinet, non si in consequentiam, vt est text. in l. finali. ff. de impens. in red. dot. vbi Alber. nisi quatenus amplius esset erogatum pro eo qui in consequentiam vtilitatem habuit. l. ex parte. in principio. vbi omnes not. ff. familiæ erciscund. videnturque hæc scolatitia non haberi beneficio nauigij, aut extrahentium ab eo, sed decursu naturali, quo aqua inferius labitur: vnde & nulla præscriptio in eis locum habet, secundum Bald. in cap. cum omnes. extra de constit. sequitur Iason. in l. prima. in principio. de acquiren. possession. numero octuagesimo secundo. vnde cum nullum ius habeant isti in scolatitijs, non sunt onerandi talibus impensis. Veniamus ad punctum quæstionis est quòd ipsi essent † onerandi, non tamen debent domini Bucchellorum contribuere. Cum enim Comites dederint istas aquas in emphyteusim pro annua pensione, & concesserint ius ponendi dictum Bucchellum, debent ipsi manutenere dictas aquas expensis suis, vsque ad dictum foramen. l. suo vict. ff. de oper. liber. Roman. consilio trecentesimo quadragesimo sexto. versicul. quoad septimum. quia ius istorum emphyteutarum non incipit nisi à Bucchello. l. Prima. §. fluminum. ff. de flum. Bartol. l. quominus. prima quæstione. eodem titul. & habetur in l. prima. §. hoc interdictum. ff. de aqua quotidia. & æstiua. supra verò Bucchellum nullum ius habent emphyteutæ, sed solus dominus: vnde & ipse solus debet teneri. Et quòd istud sit verum ostenditur euidenter, ratione enim rei emptæ, seu aquarum acquisitarum ipsi nobiles sunt potiores Comitibus, adeò quòd si non haberent Comites, nisi illam aquam alienatam, tenerentur eam relinquere emptoribus. l. secunda. l. ex empto. l. emptorem. de action. empti. vnde si nulla aqua ex nauigio descenderet in Lambrum, nihilominus isti emptores ex solo Lambro aquam sibi debitam haberent: cum igitur illud quod superfluit propter aquam nauigij sit Comitum debens ipsi soli teneri, quia soli habent vtilitatem istius superflui, quod à nauigio decurrit. Confirmatur hęc sententia ex duplici consuetudine, quę maximè attenditur in istis iuribus aquæ ducendæ. Prima est, quia nunquam isti † contribuerunt huic expensæ nauigij, sed soli Comites qui fecerunt solutionem nouissimo loco, de anno millesimo quingentesimo decimo septimo, quæ vltima solutio maximè attenditur. capitulo cum ecclesia. extra, de cau. poss. & propr. vbi Modern. & per Dec. consil. centesimo vigesimo quarto. Altera est, quia dicti emptores nunquam contribuerunt in spaciatura Rugiæ ipsorum Comitum superqua habent Bucchellos, multominùs debent contribuere in spaciatura nauigij: quia qui liber † est à causa proxima multò magis à remota. l. mariti. vbi Rau. Castr. C. de procurat. & † amputata radice rami pereunt. l. si viua matre. C. de bon. quæ liber. & † causa immediata præfertur mediatæ. cap. Imperialem. §. insuper. versicul. illud. de prohibend. feud. alien. pe Feder. vbi Bald. & per Bartol. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. vbi etiam Aretin. Nec me mouet, quòd aliàs emphyteutæ teneantur ad huiusmodi onera reparationum, cum ipsi percipiant fructus & vtilitatem rei, secundum l. si pendentes. §. si quid cloacarum. ff. de vsufr. & per gloss. in l. prima, verb. fructus. C. de anno. & tribut. libr. decimo, cum similibus per Alexand. consil. quarto in quarta. Quia istud est verum in † emphyteutis, qui soluunt quid minimum in recognitionem dominij: non autem in his qui soluunt canonem competentem pro compensatione fructuum. Nam tunc dominus ipse dicitur fructus percipere, non autem emphyteuta. l. si is qui. §. primo. de pignor. Luc. de Pen. in d. l. prima. Mod. Apostil. ad d. consilium Alexand. iiij. quod est in casu nostro, quia computata summa data à principio contractus, & annua pensione, quæ fit Comitibus, solutio est æquiualens fructibus, non autem pro sola recognitione, quamuis etiam nec simus extra illum casum, quia hoc onus respicit substantiam rei in emphyteusim datæ, id est, ipsam aquam quam tenentur Comites manutenere. & ideo ad eos pertinet, secundùm supradicta. Non omitto etiam, quòd magna est iniquitas præcepti emanati ipsis emptoribus, qui cùm minimum beneficium ex aquis nauigij censequantur, & nauigium non augeat aquam Rugiæ in decima parte, tamen isti molestantur ad parem contributionem cum illis, qui non nisi de dicta aqua irrigant, & qui fructus possessionum per dictum nauigium, maxima commoditate in vrbem deuehunt, vt isto modo † cogantur emptores pro minima vtilitate, tantum contribuere, quantum illi qui maximam habent, quod est iniquissimum. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris. & ideo concludo, me Alciatum absoluendum esse ab ista petitione tam iniqua, prout confido facturos dominos iudicantes pro sua æquitate & iustitia.

1 & 2 & 3 & 4 & 5 & 6 & A B C D E F G

CONSIL. XCVIII. SV[illegible]

1 *Solutione etiam fideiussorem liberari.*
2 *Administratorem eiusq; hæredem obligari.*
3 *Hæredem quem esse varie argui.*
4 *Non contradicens, videtur consentire.*
5 *Protestatio per contrarios actus protestationi tollitur.*
6 *Quicquid contra minores, non habentes tutorem legitimè datum, agitur, nullum est, quia dicuntur indefensi.*
7 *Clausula executiua non ampliat.*
8 *Quis non videtur aliquem fraudare, qui beneficio sibi à lege indulto vtitur.*
9 *Contra delinquentem facilius præsumitur fraus, quàm contra adeuntem, & alias facientem actum licitum.*

DUBIUM, quòd d. Hieronymus † pro tempore, quo vixit, soluerit fictum pro possessione conducta, respectu eius temporis non est dubium, quin ipse sit liberatus, & consequenter eius fideiussor. instit. quibus modis toll. obl. in principio. Sed dubium est respectu temporis, quod interceserit post mortem ipsius, quo tempore fuit contracta illa obligatio versus illum de Arona per d. Boschinum pro satisfaciendo hospitali, & respectu ipsius obligationis, dico dom. Hieronymum, seu eius hæreditatem non teneri ad aliquid, sed solùm Boschinum,

num, & istud quatuor rationibus. Prima ratio est, quia d. Boschinus ipse administrauit dictam possessionem. Vnde in eo concurrit & titulus obligationis, & etiam res ad eum peruenit: nam cum in instrumento constituerit se principalem, & sic appareat eum esse etiam proprio nomine conductorem cum item ipse administrauerit, æquum est, eum obligari, non autem d. Hieronymum, qui licet sit correus debendi, tamen respectu huius temporis non administrauit: vnde executio debet fieri contra ipsum, qui administrauit, & ad quem vtilitas inuestituræ peruenit. argument. l. si non singuli. cum ibi not. C. si certum petatur. præsertim cum respectu obligationis istius d. Arona de qua in præsentia agitur, solus Boschinus se obligauerit, non autem d. Hieronymus, seu agentes pro eius hereditate. Non obstat si diceretur, quod Boschinus administrauit nomine ipsius hæreditatis: quia respondeo, hoc esse falsum: cum enim vigore instrumenti inuestituræ, in qua constituerat se principalem, posset proprio nomine administrare, istud potius præsumendum est. l. & magis. ff. de solu. & cum præcederet respectu ipsius, titulus habilis ad talem administrationem credendum est, quod ex eo titulo administrauerit. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Cum ergo obligauerit se pro facto proprio non subest ratio, cur executio contra d. Hieronymum, seu eius hæreditatem fieri debeat. Secunda ratio est, dependens à prima: quia cum constet, quod ipse Boschinus administrauerit, & sic receperit fructus, & vtilitatem istorum annorum, si se obligauit pro solutione ficti, censetur fecisse iure illius administrationis, & ideo non potest consequi aliquid ab ista hæreditate, nisi redditis rationibus, vt per Bart. in l. prima. §. officio. ff. de tut. & rat. distr. in lectura Nicol. de Neap. Rationes autem non fuerunt bene redditæ, sed confusæ, nec plenè fuerunt tractatæ: cùm non constet, in quam rem conuersi fuerint fructus annorum duorum: vnde isti minores poterunt iurare in litem contra administratorem, iuxta l. in actionibus. ff. de in lit. iur. cum ibi not. Tertia ratio est quia ex instrumento inuestituræ apparet qualiter d. Ioannes erat ipse conductor pro certa parte: cuius d. Ioannis, cum ipse Boschinus sit filius & hæres: sequitur quod si se obligauit, hoc fecit pro exoneratione facti proprij, non autem d. Hieronymi, quod autem sit † hæres, probatur ex eo, quod exegit credita paterna. l. pro hærede. in fin. ff. de acquiren. hæreditate. Item quia donauit, & sic contraxit de rebus paternis. Socin. consil. nonagesimo primo. item transegit. Bald. consil. ducentesimo septuagesimo secundo. in quinto. per Bartol. in l. gerit. ff. de acquirenda hæreditate, item soluit creditoribus hæreditarijs. l. secunda. C. de iur. deliberand. & contra eum est concessa relaxatio à sequestro, tanquam contra hæredem patris: vnde illa qualitas est attendenda: quia ex ea probatur, quòd sit hæres, vt per Angel. in l. cum proponas. ff. de inoffic. testa. Ioan. de Imol. in l. sed & si de sua. ff. de acquirenda hæreditate, & ipse non contradicendo † illi interlocutoriæ, videtur consensisse. l. alienatum. ff. de verbor. signif. l. si filius. ff. ad Maced. Nec obstat, quòd protestatus fuit se nolle esse hæredem: quia per illos actus tanquam † contrarios protestationi, tollitur protestatio. l. pro hærede. §. Papinianus. vbi Bartol. ff. de acquirenda hæreditate. Nec obstat, quòd repudiauerit: quia cum sit filius qui erat in potestate, potuit reuocare talem abstentionem, & faciendo tales actus contrarios censetur reuocasse. l. prima, & secunda. & l. sicut. vbi Salicet. C. de repud. hæred. Quarta ratio est, quia mandatum fuit Boschino per alios, vt contraheret talem obligationem. vnde præsumitur, quod eorum contemplatione contraxerit. l. pignori. §. fin. de vsucap. Doct. in l. post dotem. in lect. Dyn. ff. solut. matr. & cum constet de apocha, per quam factum fuit tale mandatum Boschino, præsumitur, quòd ipse Boschinus esset illic præsens, nec potest allegare ignorantiam talis mandati. l. j. vbi not. C. de contr. stip. l. Titio. §. idem respondit. ij. vbi Iaf. ff. de verb. oblig. Et hoc maximè, quia constat, quòd Boschinus habuit notitiam istius mandati, vt apparet in quadam productione iurium, in qua illud produxit in hac causa: vnde facit fidem contra eum, et habetur in c. cum venerabilis. extra, de except. & etiam apparet ex verbis aduocatorum ipsius descriptis ante ordinationem senatus. Et cum (vt dixi) præcesserit mandatum, & sequuta fuerit obligatio, non est dubium præsumi factam in executionem dicti actus præcedentis, & consequenter habitam notitiam. d. l. post dotem. in lect. Dyn. & faciunt no. in l. cum quædam mulier. ff. de rei vendi. & in l. qui in aliena. §. si is, qui putabat. ff. de acquir. hæred. l. iij. §. vnde quæritur. ff. de manum. per Alexand. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nunciat. præsertim cum expressè constet omnia tractata in dicto chirographo, secundum eius tenorem fuisse executioni demandata in obligatione, versus istos de Arona ex post sequuta, & sic non potest Boschinus agere, nisi iuxta formam illius mandati, in quo agentes pro minoribus non consentiunt, nisi prius reddantur rationes, vt ibi expressè dicitur. Et ex istis rationibus apparet de iustitia causæ in meritis: & ideo non est dubium, concedendam esse appellationem. Quo verò ad nullitatem, cùm isti † minores non habeant tutorem legitimè datum, quicquid contra eos agitur est nullum: quia dicuntur indefensi. l. j. C. qui legit. perf. l. pen. C. si aduers. rem iudi. & si dicatur actum contra hæreditatem vacantem. Respondeo, quòd debuerunt prius interrogari, an velint esse hæredes, & si negassent, tunc erat dandus curator solenniter, & citatis creditoribus ipsius hæreditatis, | aliàs condemnari hæreditas non potest, & actus est nullus, vt per Bartol. & Doct. in l. si bona. C. de bon. auctor. iudic. possidet. Quo ad ordinationem factam per viam prouisionis ei contradicitur duobus fundamentis. Primũ est, quia contra minores non potest aliquid ordinari etiamsi respiceret nisi expensas litis, nisi causa plenè discussa, aliàs restituuntur. l. minor viginti quinque annis, cui fideicommissum. ff. de minor. quia quælibet læsio quomodocunque fiat, facit vt integrum restituantur. Secundum est, quia cum per modum prouisionis ad relationem dom. Franc. Ferrarij aliàs fuerint in minori summa condemnati: & tali condemnationi acquieuerit aduersarius: vt apparet ex prœmijs ordinationis reuerendissimi Senatus, aliàs inter partes factæ, non possunt in maiori nunc condemnari, vt per gloss. Bart. & Doct. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minorib. Et si dicatur, lis non est contra minores, sed contra hæreditatem iacentem, respondeo non esse seruata ea, quæ seruari debent, ad hoc, vt possit agi contra hæreditatem iacentem. vnde omnia sunt nulla, vt suprà dixi. Item interest minorum iura hæreditatis integra seruari, ex quo prima causa succes-

sionis ast ipsorum: & cum eorum interesit & possunt prætendere delictionem: vnde illis competere restitutio in integrum prædictis rationibus. Quoad præceptum robaldi, & mittendi famulos, quod non potuerit ex eo capi possessio, & poni ad proclama, adducitur. Primò, quia tale præceptum inducit possessionem realem, & sic primum decretum. vnde debet operari secundum vt propria auctoritate accipiat, & ponat ad proclama: quia ista inter se differunt, vt habetur in l. illinita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Secundò quia tale præceptum est factum per viam prouisionis, sed si ponatur ad proclama, inducitur præiudicium irreparabile propter cridas. Nec obstat clausula, quòd exequatur in ampliori forma Camerę: quia intelligitur, quòd debeat exequi illud, quod superius iussum erat, non autem plus: quia talis † clausula executiua non ampliat Clem. prima. in fin. de præbend. Felin. in c. licet. extra, de offic. ord. Quoad illud, quod non interfit istius defensoris: cum ipse agat, ne minores turbentur in possessione, in qua hactenus fuerunt, bonorum paternorum, debet permitti cuilibet ista defensio dato, quòd non habeat mandatum. l. final. C. qui legit. pers. & cum hæc bona possiderentur per eorum patrem: lex præsumit, quòd etiam possideantur per filios ipsis hoc asserentibus. l. siue possideris. in gloss. C. de probat. per Bart. in l. Pomponius. §. final. ff. de acquirend. possess. præsertim cum asseratur per partem aduersam, quòd adiuerunt hæreditatem paternam in foro ecclesiastico beneficio inuentarij. Nec obstat, quòd talis aditio, videtur in fraudem facta. iuxta not. per Bartol. in l. j. ff. de pœn. quia respondeo cum liceat vnicuique facere se clericum, & frui beneficio clericorum, non † videtur aliquem fraudare, qui beneficio sibi à lege indulto vtitur, vt probatur in authen. causa quæ fit. C. de episc. & cler. iuncta gl. j. & in l. prætor. versic. vel si qui sacerdotium. ff. de vacat. mun. & not. per Bartol. loquuntur in delinquente, † contra quem facilius præsumitur fraus, quàm in adeunte, vel alias faciente actum licitum. Et mirum est, quòd aduersarius hoc opponat, cum ipse repudiando hæreditatem paternam, & nihilominus in ea se immiscendo, longè maiorem fraudem fecerit: vnde posset dici illud vulgarum, *Clodius accusat mœchos Catilina Cethegum.* de quo per gl. in l. viro. ff. solut. matrim.

CONS. XCIX. SVMMÆ.

1 *Vbi hypothecam inesse.*

2 *Numerus testium examinatorum, purgat suspicionem illorum, qui sufficerent si contra eos non obstaret aliqua suspicio, vt puta si duo sufficerent, & tres examinati sint, numerus enim supplet, &c.*

3 *Hypothecariæ virtus.*

FActum huiusmodi est, quod d. Paulus Fossatus conuenit per chirographum cum d. Ioan. Petro, & Philippo de Currentibus de † accipienda d. Clara eorum fratrum sorore in matrimonium: & illi promiserunt ei dotem ducatorum 800. quæ promissio habet tacitam hypothecam, iuxta §. fuerat. instit. de action. Deinde cum d. Paulus eam duxisset, & faceret quòd ipsa peteret dotem ducatorum mille, sibi relictam per alium fratrem præ defunctum. orta fuit lis inter ipsos, est productum illud Chirographum in actis iudicij. Deinde dicta lis fuit concepta fuerunt cum ipso d. Paulo, & d. Io. Petrus dedit in solutum dicto Paulo totam domum, de qua agitur & in solidum: quam deinde accepit in emphyteusim pro annuo ficto librarum 90. Deinde dictus Io. Petrus partem istius domus vendidit cuidam tertio, & accepit in emphyteusim pro ficto librarum xxv. Quod deinde dicitur peruenisse in præfectas cinaritatis, & subsequenter in istum Galeratum. Deinde mortuo d. Paulo, relictis Ioseph, & Pantaleone filijs ex suprascripta d. Clara, cum dicta d. Io. Petrus non solueret canonem emphyteuticum, & esset debitor multorum annorum, seu librarum duorum millium, relaxauit ipsis Fossatis domum pleno iure, qui eam locauerunt Philippo Currenti, qui sublocauit domi Thomæ de Erondri notario. Deinde ipsi Fossati vendiderunt dictam domum d. Ioanni de Cornu, qui posuit eam ad cridas, quibus ad instantiam dicti notarij, qui nolebat exire domum, contradixit iste Galeratus. Sed cum chirographum illud sit factum per multos annos ante, & ex eo oriatur hypotheca in fauorem dotis. d. §. fuerat. apparet quòd ius antiquius Fossatorum absorbet omne ius posterius istius contradicentis. Non obstat, quòd dictum chirographum non videatur plenè probatum: quia contra singulos testes obstat aliqua suspicio. Respondeo, cùm sufficerent duo, & tres sint examinati, numerus † supplet, & purgat illam suspitionem. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. vbi latè Iaf. in ij. not. ff. de edend. maximè cum secundus testis sit maior omni exceptione: nec nunc tractatur de eo, de quo ipse concordauit partes: quia hoc desijt, secundum Bartol. in l. deferre. in princ. ff. de iure fisci, & tertius testis iurauit intra tempus probatorium, quod incipit ab admissione capitulorum facta per iudicem: quia ante non currit tempus, secũdum formam statutorum, &c. Præterea fumus extra omnem difficultatem, quia tale chirographum fuit in iudicio productum per ipsum d. Ioan. Petrum: vnde sicut probaret contra ipsum producentem. cap. per venerabilem. extra. de except. ita etiam probat contra omnes, qui deinde habuerunt causam ab eo, secundum doctrinam Bartol. in l. si mater. §. fin. ff. de exceptio. rei iudic. cum concord. per Socin. consi. xiij. in iij. iste autem Galeratus per mediam personam datorum suorum habuit causam ab ipso d. Io. Petro. Non omitto etiam, quòd cùm in præfatione dicti insolutum dationis fiat mentio de dicto chirographo, & subsequuto matrimonio, sufficiũt probationes coniecturales ad conualidandam dictam partium assertionem, vt per multa similia notandi in tract. præsump. in j. parte. præsumpt. xvj. & ideo remanet sublatum motiuum, dum dicitur, quòd hypotheca non oritur, nisi in diem contractarum nuptiarum: respondeo esto, quòd hoc sit verum: tamen nuptiæ fuerunt contractæ per multos annos ante Iannellum Galerati, vt ex dicto instrumento apparet: & ex processu & productione chirographi in actis iudicis. Non obstat etiam, quod filij non habeant retentionem pro dote materna, & quòd non constitit de voluntate istorum, quòd velint sibi mutare causam possessionis ante apprehensionem Galerati, & q. ei debuit denuntiari, de quarum conclusionũ veritate nunc non disputo: sed dico, quòd d. I. Petrus dedit in solutum ipsi d. Paulo creditori anteriori, & potest d. Paul. seu eius hæredes vti iure † hypothecæ anterioris pro defensione illius dationis in solutũ

tum

rum propter clausulas executiuas positas in instrumento, tum etiam per regulas iuris communis, de quibus in l. ex fexrante. §. Latinus. vbi Bar. de exceptionibus dol. debitor. ff. ad Trebel. Et videtur mihi, quòd statutum concedens habenti domum in parte domus, ius redimendi per quartam, non habeat locum in isto domino Galerati: quod est euincibile per hypothecariam. Tum quia, cum istius credituris longe maioris sit summæ, per quam quod est verisimile, vt ius pignoris luatur, tale pignus habet effectum dominij. l. qui habebat, vbi Bartol. & Alexa. in apostil. ff. de legat. iij. Tum quia res esset in circulo iux. l. Claudius. ff. quipot. in pign. Si enim Galeratus lueret reliquas partes iure sui directi, iam Fossati per hypothecariam euincerent illud directum, nisi iste solueret bis mille libris ipsis debitas, & sic quinquies tanto, quam cuiquam dictum directum, & eo directo euicto, iure suo aurò quotæ recuperarent reliqua. Tum etiam, quia hoc casu cessat ratio statuti: quæ est, vt eiusdem domus non sint plures domini propter discordias: cum enim creditum Fossatorum longè excedat valorem ipsius domus, debet pro eorum credito totam ad eos pertinere, & nulla haberi cõsideratio illius directi. quod per causam pignoris quacunque. Nam etsi Galeratus haberet totam domum, posset tota à Fossatis euinci, nisi integrã summam crediti eorum numeraret. l. j. ll diuersis. C. qui por. in pig. ergo idem respectu partis. l. quæ do tota. ff. de rei vendicat.

CONSIL. C. SVMMÆ.

1 *Probatio per inspectionem est efficacissima, & præferenda cuicunq; alij.*
2 *Viri nobiles in testificando præferendi sunt rusticis, & ideotis.*
3 *Probans titulum obtinere debet.*
4 *Negata qualitate non censetur negata substantia.*
5 *In dubio interpretatio fit contra producentem.*
6 *Indefinita in dicto testis, non æquipollet vniuersali.*
7 *Qui testes non probant.*
8 *Reficiens nihil dicitur innouare.*

ALCIATI in causa consuluissent honori suo isti Oliuetani, si Deum præoculis habentes, à tam aperta calumnia cessassent, & laicorum consortes sequi noluissent inimicum, qui nunquam voluerunt comparescere. Atisti absque vlla erubescentia sub prætextu religionis per fas, & nefas adimere conantur quod vt manifestius dominio dici constet, sum paucis scripturus eius contumacissimo iudicio subijcienda. Præmitto itaque habere nos publicum documentum supra centum annos. Landi homologatum inter ipsos fratres, & Manfredinum de Cisate, dictum de Corsico, in quo traditur forma istius modelli apponendi, & quemadmodum spatulæ silicæ debeant apponi, & præterea etiam lapis inferior, & à quo de Cisate, seu de Corsico emerunt Bebulci per instrumentum, & quibus Bebulcis emit Alciatus, vt dicunt testes in causa producti, & maximè duo vltimi: & contra instrumentum, quod producitur ad colorandum titulum in hoc possessorio nouitatis. Et ad ostendendam antiquitatem quasi possessionis, secundum text. in c. licet causam. vbi Deci. in xj. not. addita extra, de probat. & Bartol. in l. si duo. vti possid. in l. si de eo. §. fin. de acquir. possess. Rursus dico, quòd istæ spatulæ, & modus Consil. Andr. Alc.

A delitus manſit integer, ſecundum dicti arbitratores, donec & vſque quo peruſtos fratres fuit claudestructus, & ſpatulæ abruptæ lapis verò inferior, propter eius magnitudinem & craſsitiem non potuit dimoueri, & remanent ſigna certiſsima, & foramina, in quibus claudebantur ſpatulæ, & iſtud per inſpectionem apparet: quæ probatio per inſpectionem eſt efficaciſsima, & præfertur cuicunque alij. gloſſ. l. fin. ff. de in lit. iur. Bald. l. contra negantem. in fin. C. ad l. Aquil. Et quòd dictæ ſpatulæ adeſſent, probauit Alciatus per multos teſtes, & maximè per duos vltimos Papiæ examinatos, qui ſunt † viri nobiles, vt præferendi ruſticis, & ideotis, quos produxerunt dicti fratres, ſecundum Bald. in l. teſtium. verſicul. ſecundo dico. C. de teſtibus vbi dicit, quòd pauci nobiles pluribus ruſticis præferuntur. & eſt gloſſ. in l. iij. §. j. verb. numc. ff. de teſtibus. Præterea probatur etiam per nouem alios teſtes: & quamuis vnus eorum Iacobus de Nouennis ſit fictabilis Alciati: tamen eſt etiam fictabilis Rabinæ, quæ eſt conſors huius cùm iſtis fratribus, vnde tollitur ſuſpicio. Non obſtant teſtes examinati pro fratribus: quia etiam data paritate probationum, Alciatus debet obtinere, qui probauit titulum. d. c. licet cauſam & quia ſui teſtes dicunt veriſimiliora. d. l. iij. §. j. verb. veriſimilia. quæ † veriſimilitudo colligitur ex inſpectione lapidis, & ſignis foraminum adhuc in eo exiſtentium: & quia ſui teſtes confirmantur per atteſtationem duorum nobilium, vt ſuprà dixi, quæ omnia in hac cauſa faciunt, vt probatio Alciati ſit præferenda, ſecundum Decium d. c. licet cauſam. not. vj. fortius dico, quòd teſtes fratrum nihil probant: quia vno ore dicunt, *verum eſſe, quod non aderant, nec fuerunt ſpatulæ ſiliceæ implumbatæ, vel inclauellatæ, quæ haberent in caſtrum in medio, &c.* quæ verba ſic contuncim prolata non probant, quòd non adeſſent ſpatulæ, ſed quòd non implumbatæ, vel inclauellatæ. vnde † negata qualitate non cenſetur negata ſubſtantia, quin adeſſent ſpatulæ, ſecundum gloſſ. in capit. ij. in gloſſ. magna. de confeſſ. in vj. verſicul. item ſi ſit multiplex, & facit text. in l. ſi is qui &c. §. cum ita. ff. de rebus dub. vbi Doctor. & per Bartol. in l. j. §. ſtipulanti. in vltimis verbis. de verbor. obligat. & in † dubio interpretatio ſit contra producentem. c. in præſentia. vbi Deci. not. xlij. extra, de probat. vide † indefinita in dicto teſtis non æquipollet vniuerſali, ſed dictum non probat, ſecundum Abb. in c. audiuit. de præſcript. vbi Felin. poſt alios, & controuerſia non eſt de implumbatura, ſed de ipſis ſpondis, &c. Plus dico, quòd teſtes dictorum fratrum ſunt ſuſpecti: quia vel fictabiles, vel penſionarij, vel debitores ipſorum, aduerſantium, vt ſecundus teſtis, & quartus, & quintus, & ſeptimus, in tertia productione, & † idem de alijs: vnde tales teſtes non probant gloſſ. §. in teſtibus. verbon in ea re inſtitut. de teſtament. Alberic. & Doctor. in l. etiam. C. de teſtibus. Imò obſtat eis, quòd ſunt contrarij, cum primus teſtis, ſecundæ productionis fatetur, quòd erant ſpatulæ terreſtres, & ſeptimus dicat, quòd aliquando vidit lapides ſiliceos, licet non in clauatos, & tamen cæteri vltimæ productionis aliter dicant: vnde apparet magis credendum eſſe teſtibus Alciati. l. eos. ff. de fall. Non omitto quoque, quòd etiam ſi fratres iſti probaſſent ipſorum intentionem ſuam: tamen in hoc iudicio omninò debent ſuccumbere: quia Alciatus probauit ſuper primo capitulo, quòd emit ſolij, cum libertate reducendi dictas ſpatu-

las, quod noctis tempore fuerunt destructæ: & licet no potuerit probare, quod fuerint ipsi fratres, qui destruxerint, tamen probatur, hoc præsumptione legis, ex quo vtilitas istius destructionis spectat ad fratres, vt dicit Alberic. de Rosat. in l.j. §.si quis ita in suo. ff. ne quid in loc. public. per illum text. & ex quo etiam non contradicunt istis spatulis: vnde verisimile est, tum quoque contrafeciſſe. c.semel malus. de regu. iur. in vj. debuerunt enim via iuris experiri, non autem clam & noctu demoliri: & ideo si Alciatus deinde apertè, & de die voluit reficere spatulas, non dicitur aliquid feciſſe de facto, nec innouaſſe in præiudicium fratrum: cùm non ideo retinuerit aquas debitas fratribus, sed solùm suas, vt dicunt testes examinati pro ipso Alciato. Nec obstat prima productio dictorum fratrum: quia eorum testes non dicunt, q̃ aliquid attentatum sit contra præceptum, in damnum fratrũ, imò licuit ipsi Alciato reficere, quia † reficiens nihil dicitur innouare. l.j. §.fi. ff. de itin. actu. priua. vt meritò testes Alciati cum veritate dicant, nihil eum innouaſſe.

Alciatus in causa propria.

CONSILIVM.

SVMMÆ.

1 *Renuntiationem filijs non obeſſe.*
2 *Supplementum obeſt iuramento.*
3 *Statutorum verba recipiunt interpretationem, & diſtinctionem à iure communi.*
4 *Statuta debent ita intelligi, vt non reprehendantur à prudentibus, & ſine fundata bona ratione.*
5 *Factum matris, filijs nocere non debet.*
6 *Semper ita debemus intelligere ſtatuta, vt non corrigant ius commune.*
7 *Legitima computatur ſecundùm valorem bonorum tempore mortis.*
8 *Æſtimanda ante donationem bona.*
9 *Pater non poteſt titulo lucratiuo aliquid donare propter quod tollatur, vel diminuatur legitima filiorum.*
10 *Legitima eſt, quaſi debita filio in bonis patris.*
11 *Non comparens coram Iudice ad quem in termino ſibi à Iudice, à quo aſſignato ad introducendam appellationem, videtur approbaſſe priorem ſententiam.*
12 *Ex quo per lapſum temporis eſt quæſitum ius actori, non poteſt Princeps diſpenſare, imò ſupplicans in tali caſu, vt diſpenſetur, incurrit infamiam.*

EX propoſitis dubijs inſiſtendum videtur. Primum erit, an nepos excludatur à legitima in bonis aui materni propter renuntiationem factam à ſua matre cuius ipſe eſt hæres. Secundum erit, an dato quod non excludatur legitima ſit accipiendum ſecundum bona, quæ dictus auus maternus reliquit tempore mortis, an etiam reſpectu bonorum, quæ ante filijs ſuis donauerat. Circa primum ex quo filia mortua † eſt ante patrem, dicendum eſt eius renuntiationem non obeſſe filijs, qui non ſuccedunt auo ex perſona matris ſuæ, ſed ex propria perſona, vt concludit Alexand. poſt alios in l. pactum dotali. C. de collat. & eſt communis concluſio, etiam ſi filia iuraſſet ſe dote contentam quicquid dixerit Roma. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæredit. cuius opinio ibi per Paulum de Caſtr. reprobatur, & etiam Alexand. in d. l. pactum, & quicquid dixerit Dec. conſil. clxxxj. non eſt recedendum à communi, quæ ſuſtinetur optima ratione, quia neptes non ſuccedũt ex perſona matris, ergo eius factum eis nocere non debet: licet enim in gradum matris veniant, tamen ex propria perſona ſuccedũt, vt per Bartol. l.ij. C. de liber. præter. in l.ij. §.ſi filius. ff. de coniug. cum emanc. lib. Cornel. authen. poſt fratres. C. de legit. hæred. & in caſu Decij etiam concurrebant alia, prout ipſe fatetur in d.l. pactum. & iſta opin. non habet aliquod dubium. Sed difficultatem, vt intelligo, facit ſtatutum prouinciæ, ſeu conſtitutio Regia, qua cauetur quod liberi dotem maternam computare debeant in legitimam, & deinde agant ad ſupplementum in bonis aui, niſi renuntiatum fuiſſet cum iuramento; & † ſic illa exceptio videtur velle, quod ſi mater renuntiaſſet cum iuramento, prout in caſu noſtro, quod liberi amplius non poſſint agere ad ſupplementum: & tale ſtatutum videtur obſeruandum in caſu noſtro: quia etiam quod iſti liberi eſſent clerici, tamen ligantur prædicto ſtatuto cùm inijciat vinculum, antequam ſint clerici, ſicut dicimus in ſtatuto, quo extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, per quod etiam moniales excluduntur: & in ſtatuto, quo primogenitus ſolus ad ſucceſsionem vocatur, per quòd clerici ſecundo geniti excluduntur, vt per Ioan. And. in regul. ſine culpa. in mercurialibus. & Cald. in diſputat. ſua, incipiente ſtatuto ciuitatis. per Abb. c. quod clericis. de foro competen. Salicet. in authen. caſſa. C. de ſacroſ. ſanc. eccleſ. Felin. c. eccleſia S. Mariæ. quæſt. vj. & q. xv. de conſti. & quamuis dictum ſtatutum, ſeu conſtitutio loquatur. quando matrimonium eſt ſolutum per mortem vxoris, tamen habet locum, etiamſi ſolutum ſit per mortem mariti, prout fuit in caſu noſtro: quia eadem eſt ratio conſtitutionis, vt in terminis dicit Bald. in conſilio ſuo vij. Petrus maritauit. in j. volumin. à quo in practica non eſſet tutum recedere. Sed his non obſtantibus, puto caſum habere modicam difficultatem: quia ad prædictam conſtitutionem poteſt reſponderi varijs modis. Et conſiderandum eſt, quòd illa conſtitutio non eſt facta principaliter ad declarandum quando liberi propter maternam dotem excludantur à legitima, ſed ad tollendum opiniones Doctorum altercantium, an & quando dos ad patrem reuerteretur, quamuis ex matrimonio extaret liber, de quo in l. dos à patre. C. ſolut. matrimon. vnde cum in fine diceretur liberos ad ſupplementum agere: niſi ſit cum iuramento renuntiatum, debent, iſta verba intelligi, ſecundum diſpoſitionem iuris communis, videlicet, in caſu quo mater fuiſſet patri ſuperſtes: quia † ſtatutorum verba recipiunt interpretationem & diſtinctionem à iure communi. l. ſi ſerui. C. de noxalibus. l. ita pudor. C. de adulter. & facit in argumen. l. ſi mihi Mæuia. §. fin. ff. de leg. iij. & iſtud maximè procedit in iſtis exceptionibus poſitis à regula, quia illæ ita intelliguntur etiamſi eſſent ſuperfluæ, vt eſt caſus in cap. ad audientiam. extrà, de clericis non reſiden. argumen. l. apertiſſimi. in vltimis verbis. C. de iudi. & hoc præſertim in caſu noſtro, in quo ſtatutum eſt factum ad rollendum dictas opiniones. facit gl. in Cle. j. & Clẽ. ſtatutum. de elect. quas ad hoc allegat Anto. in c.j. de elect. Secundo reſpondetur, quòd ſtatutum debet intelligi, quando ab ipſis liberis eſſet renuntiatum, non autem à matre qui ſenſus ſuadetur, primò, quia loquitur de liberis agentibus ad ſupplementum niſi eſſet renuntiatum, ergo repetemus à liberis: quia præcedentia hoc ſuadent. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. Secundò, quia

perſona

persona matris extrinsecus non est subaudienda argumen. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. vnde de eius renuntiatione non est intelligendum, facit quòd not. Bartol. in l. post dotem. in iij. lectu. ff. solu. matrimon. Modern. in l. pen. ff. si quis caut. Tertia, quia † statuta ita debent intelligi, vt non reprehendantur à prudentibus, & sint fundata bona ratione. cap. erit autem lex. iiij. distinctio. & per Bald. in d. l. si serui. sed si intelligeremus, quòd per renuntiationem matris excluderentur filij, esset irrationabile: quia eius factum illis † nocere non debet. l. transactione matris. C. de transacti. cum concordan. vnde iste intellectus nullo modo est capiendus. Quarta, quia † semper ita debemus statuta intelligere, vt non corrigant ius commune. l. sed & posteriores. ff. de legib. & habetur in cap. cum expediat. de elect. lib. vj. & in l. fin. per Moder. C. de eden. sed si intelligeremus, prædicto modo corrigeretur, quod non est dicendum: & hęc secunda responsio est planissima. Tertiò principaliter respondendo dico, quod imò dictum statutum non ligat clericos. Circa secundam dubitationem difficultatem facit, quia regula est, quod † legitima computatur secundum valorem bonorum tempore mortis. l. cum quæritur. C. de inoffic. testamen. & dato, quod in immensis donationibus computaretur tempus ante factas donationes. vt dicit text. in authent. de immensis donat. collat. vij. tamen in casu nostro non videtur istud procedere: quia donatio facta honorato fuit facta contemplatione matrimonij: & sic ex causa, quasi necessaria, vnde non videretur posse eam dici inofficiosam, & sic considerari deberet tempus antequam illa fieret. Sed his † non obstantibus, dico considerandum esse valorem bonorum ante factam dictam donationem, & quo ad donationem factam Thomæ, qui fuit hæres à patre scriptus, casus est indubitabilis: quia illa nō confirmatur ad diminutionem legitimę aliorum. l. j. vbi casus. C. de inoffic. donat. & declarat ibi Paul. de Cast. Quo vero ad bona donata Honorato, dico etiam prędictam opin. esse veriorem: quia clarum est, quod † pater non potest titulo lucratiuo, aliquid donare, per quod collatur, vel diminuatur legitima filiorum, vt not. omnes. in d. l. j. l. cum donationibus. l. si liqueat. C. de inoffic. donat. vnde perinde debet fieri computatio, ac si illa summa adhuc esset in bonis, & sic deducetur legitima. & ita computat text. vbi gloss. & Doctor. in d. l. j. & videtur istud mihi esse clarissimum. Nec obstat d. l. cum quæritur. quia limitatur, vt non procedat quando pater donasset: quia fit computatio, etiam habito respectu ad donationes, vt declarat ibi Paul. de Castr. dum dicit, quod limitatur ille text. per authent. vnde si parens. C. eod. titul. videlicet, quando factæ essent immensæ donationes, per quas diminueretur legitima, & probatur istud etiam argumen. l. si mortis. C. ad leg. Falcid. & per Fabianum de Gioschis. in repet. authen. nouissima. in quæstion. xxiij. in fin. C. eod. titul. Non obstat, quòd ista donatio collata Honorato videatur ex causa quasi onerosa, in qua non procedunt scripta per Doctor. in d. l. j. & in d. authen. vnde si parens. & habetur in l. hæreditariarum; & ibi per Bartol. ff. de bon. auctor. iud. poss. & per Bald. in l. j. & ij. C. si in fraud. par. quia imò est ex mera liberalitate, sicut cęterę, quæ conferuntur emancipatis, quando pater non vult eas computari in legitima, prout fuit in casu nostro: si enim succederet loco legitimæ, tunc secus esset ex quo † legitima est, quasi debita filio in bonis patris. l. j. §. si impuberi. ff. de collat. bono. hab. in d. authen. nouissima. quæstione xxix. Iasone. l. filius fam. §. diui. ff. de legat. j. Vnde tunc quia conferretur cum cæteris fratribus, non dicitur propter hoc esse meliorata eius conditio. Postremò non putarem omittendum, quòd illud fundamentum eleganter adductum, quod censeatur reus conuentus renuntiasse appellationi, videtur mihi iuridicum, & concludens, ex † quo enim non comparuit coram iudice ad quem in termino sibi à iudice, à quo assignato ad introducendam appellationem videtur approbasse priorem sententiam. capit. personas. extra, de appellationibus. vbi omnes notant. Nec obstat quod videatur sibi dispensarum: quia respondetur, quòd dispensatio est, solùm à die 4. Septembris, & tamen etiam ante illam diem appellatio erat defecta, vt apparet ex computatione dierum. Præterea † ex quo per lapsum temporis est quæsitum ius actori, non potest Princeps dispensare, vt dicunt Moder. in d. c. personas. & probatur in l. nemo arbitretur. C. de temp. appel. imò supplicans, vt dispensetur in tali casu incurrit infamiam l. fina. vbi Paul. de Cast. C. vt lite penden. Et ista sunt, quæ pro temporis angustia breuiter in hoc puncto dicenda existimaui. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CII. SVMMÆ.

1 *Lucra quæ fiunt à Notarijs, & causidicis dicuntur pertinere ad peculium, quasi Castrense.*
2 *Merces quæ datur Notarijs & causidicis, propriè dicitur salarium.*
3 *In salarijs etiam potest esse societas.*
4 *Societatis probatio.*
5 *Mutatio non præsumitur.*
6 *Regulariter dispositio limitata ad tempus, extra illud tempus non porrigitur.*
7 *Quod permissum est ad certum tempus, vltra illud censetur prohibitum.*
8 *Prohibita ad diem censentur post eam diem permissa.*
9 *In nulla dispositione quantumcunque fauorabili fit extensio, vt dictum de vno tempore ad aliud producatur.*
10 *Verba referuntur ad terminos iuris.*
11 *Confessio ambigua secundum mentem confitentis accipitur.*
12 *Socij tenentur conficere librum rationum, in quo appareat particulariter, & lucrum, & damnum.*
13 *Societas est contractus bonæ fidei.*

EVNDATA esse videtur intētio Domini Alouisij tam de iure communi, quàm ex forma statuti Laudensis, ne teneatur cō municare fratrib⁹ domū, de qua agitur, in primis de iure cōmuni † lucra quæ fiunt à notarijs, & causidicis dicuntur pertinere ad peculium, quasi Castr. l. fi. in verbo patronis causarum, & ibi not. Alb. C. de inoffi. testa. & ibi etiam gl. super verbo memorialib. Ben. de Perusio. consi. cxxxxij. circa medium, & licet hodie tale salariū nō percipiatur de publico, sed à priuatis, tamen adhuc seruat priuilegium suū iure subrogationis secundum gl. quam ibi sequuntur Doct. in l. fori. C. de aduoc. diuer. iudi. & ita etiam seruat consuetudo. Et licet aliqui dissentiant in lucris procuratorum, vt per Iason. in rub. C. de procur. in fin. hoc videtur intelligendum de procuratoribus secundū ius commune non de notarijs, & causidicis nostri temporis, q ex forma

forma ſtatutorum habet collegium approbatum, & cenſentur perſonæ publicæ, & habent ſalaria non ſimpliciter contemplatione laboris ſed propter auctoramentum publicum, vt per Can. in ca. G. Perpetuus. extra, de fide inſtrumen. Paulus de Caſt. & alios. in l. ij. C. de eden. Cum ergo dicta lucra ſint Caſtrenſis peculij, ſequitur, quòd non cenſeatur de eis contracta aliqua ſocietas cum fratribus ſecundum Ludou. Roman. conſil. cxxxxv. Incip. preſentis conſultationis. circa medium quę refert, & ſequitur Iaſo. in authent. quod locum. C. de collat. Luc. de Penna. in l. iubemus. C. de ſilenti. lib. xij. & per Bened. de Peruſio. d. conſi. cxxxxij. quia lex dicit debere huiuſmodi lucra eſſe ipſis præcipua. Vnde nec acquiruntur patri, quamuis ſint in patria poteſtate. d. l. fori. d. l. fin. & l. velut. C. de aſſeſſo. Nec veniunt in collationem cum fratribus d. l. iubemus. vbi Barto. cum ſimilibus. Quę ſententia adhuc clarius oſtenditur ex verbis ſtatuti Laudenſis præſumentis tacitam ſocietatem inter fratres, qui nunquam ſe diuiſerunt, & excipientis illud, quod acquiſitum ſit ex cauſa donationis, vel ſalarij. Dubium autem non eſt, quin † merces, quæ datur notarijs, & cauſidicis propriè dicatur ſalarium. l. ſalarium. ff. manda. per Doct. in l. vnica. C. de ſuffra. Cyn. Bald. & alios. in l. j. C. mandat. Specul. in titul. de ſalario, & ſic etiam ex verbis ſtatuti fundata eſt intentio præfati cauſidici, & licet etiam † in ſalarijs poſsit eſſe ſocietas ſecundum Bald. in l. prætor. §. ſed & filius famil. ff. de ædend. & conſil. cccclij. duo fratres. in iij. volumin. & Bened. de Peruſio conſil. cxxxxij. tamen hoc procedit in caſu claro; non autem in dubio, vt eſt noſter, & infrà oſtendemus, ſupereſt tantum reſpondere obiectioni, quæ in contrarium videtur vrgere, imprimis quia fratres prędicti † fecerunt inſtrumentum inter ſeſe, in quo proteſtati fuerunt omnia bona retrò acquiſita eſſe communia, quibus verbis probatur ſocietas inter eos contracta, in qua etiam videntur perſeueraſſe: † quia mutatio non præſumitur. l. eum qui. ff. de probat. l. item quæritur. in fin. ff. loc. l. eum hic ſtatus. in princip. de dona. inter vir. & vxor. c. maiores. de Baptiſt. l. ſancimus. vbi Iaſon. in iij. not. C. de teſtament. Vnde traditum eſt, quoties ſtatutum requirit probationem voluntatis per certum tempus, puta per triennium, ſufficere ſi voluntas probetur à principio: quia lex deinde præſumit perſeuerantiam in futurum, vt dicit Aretin. conſil. lj. allegat Innoc. & Anton. de Butr. in c. propoſuit. per illum text. de cleric. excomm. miniſtrat. ſequitur Iaſon. in l. non hoc. C. vnde leg. ſed ad ſupra ſcriptam obiectionem reſpondeo tribus modis. Primò, quod argumentum procederet, niſi dicta confeſsio fuiſſet limitata ad tempus retrò præteritum. vnde non videtur extendenda ad tempus ſubſequutum & ſic ad futurum. l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat. & † regulariter diſpoſitio limitata ad tempus, extra illud tempus non porrigitur. l. ſi ita ſi quis. ff. de vulga. & quod † promiſſum eſt ad certum tempus vltra illud cenſetur prohibitum. l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. l. epiſtola. §. fin. eod. titul. ſicut econtrario † prohibita ad diem cenſentur poſt eum diem permiſſa. l. Imperator. ff. de poſtul. Nec † in aliqua diſpoſitione quantumuis fauorabili fit extenſio, vt dictum de vno tempore ad aliud producatur. d. l. ſi ita quis. & l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſthum. Secundò, reſpondeo quòd cum hic agatur de præſumenda ſocietate omnium bonorum, non facilè eam ſubeſſe credimus, niſi quatenus ſpecialiter, & expreſsè hoc inferatur ſecundum Bartol. in l. Titium. aut Mæuium. §. altero. de adminiſtrat. tutor. & probatur in l. iij. §. j. pro Socin. per Paul. de Caſtrenſ. conſil. clxxxv. incip. ex die quo iſte Rapha. Andr. Sicul. conſi. xxij. volum. j. vnde in caſu noſtro etiam ſi præſumeremus ſocietatem, deberet tamen intelligi ſecundum ſtatuti diſpoſitionem, id eſt, ſaluis ſalarijs, & donationibus: quia non eſt veriſimile quod voluerit cauſidicus renuntiare beneficio ſtatuti. l. cum de indebito. ff. de probat. niſi quatenus ſpecialiter, & expreſsè id factum appareat, vt habetur in l. j. ſi quis in ius voc. non ier. & quia talis proteſtatio ſemper debet intelligi & coarctari ſecundum diſpoſitionem iuris, ſeu ſtatuti. l. fin. C. ad l. Falcid. & in ſimili per Speculat. in titul. de locato. §. nunc aliqua. verſicul. lxxxxiiij. Alexand. conſil. cxvj. viſo themate. in iiij. cum ſimilibus. regula enim generalis eſt quod † verba referuntur ad terminos iuris. l. Gallus. §. j. vbi Bald. ff. de libe. & poſthum. l. quæro. ff. locati. l. damni infecti quidam. vbi Imol. ff. de damn. infect. & cum iſta coniectura ſumatur ex confeſsione ipſius cauſidici in dicta proteſtatione facta ad eum pertinebit interpretatio: quia † confeſsio ambigua ſecundùm mentem confitentis accipitur. l. ſi quis intentione. ff. de iudic. per Bartol. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. & contra fratres cauſidici interpretabitur, qui ſuper ea ſe fundant. l. veteribus. ff. de pact. capit. in præſentia. extra, de probatio. Tertiò reſpondeo, quòd verba proteſtationis ſimpliciter proponuntur fuiſſe, quod omnia bona retrò acquiſita eſſent communia, quæ verba nihil inferunt ad ſocietatem: nam & Bartol. & Doctor. formant quæſtionem in fratribus hæredibus hæreditatem patris indiuiſam, & communem, & tamen concludunt non ſubeſſe ſocietatem omnium bonorum, niſi concurrentibus alijs coniecturis, de quibus per eos in d. l. Titium. §. altero. & per Bald. & alios in l. ſi patruus. & eſt text. in l. ex parte. §. filius. ff. famil. erciſc. in l. cum duobus. §. ſi fratres. alias eſt lex. ff. pro ſoc. in l. licet. C. de decurn. libr. x. in c. ſi duo fratres. vbi Bald. de frat. de nouo benef. inueſt. & in caſu noſtro ſubeſt efficax illa coniectura, quòd quilibet ipſorum nomine proprio mercatus eſt immobilia: quo caſu ſatis declaratur mens eorum, quod non erant ſocij vniuerſorum bonorum, vt per Bald. in l. ſi vnus ex ſocijs. §. ſi vnus. in lectura antiqua. ff. pro ſocio. refert & ſequitur Alexand. conſil. cxxxvij. diſcuſsis, & conſideratis. in v. volu. & quod in ſimili caſu conſuluit Bald. conſ. ccccclxviij. primo videtur. in v. volumi. & licet ſi vnus tantum emiſſet nomine proprio; nihilominus teneretur communicare ſocio peractionem pro ſocio: quia non potuit ſolus derogare ſocietati ſecundum Bald. in d. l. ſi patruus. in ij. not. & in l. fin. §. quatuor. vbi etiam Imo. ff. de leg. ij. tamen ſi omnes ſocij hoc fecerint, videtur alter alteri conſenſiſſe, & conſequenter declaratur non ſubeſſe talem ſocietatem ſecundum Bald. in l. ſi ſocius. ff. ſi cert. petat. argum. l. itaque. ff. pro ſoc. l. j. §. magiſtrum. ff. de exerc. quod puto verum niſi alias clarè conſtaret de ſocietate, vt per Bald. conſil. ccccliij. in iij. volum. Et ex ſupraſcriptis apparet etiam non obſtare aliud fundamentum ſi diceretur, quòd dicti fratres deuenerunt ad inſtrumentum diuiſionis, & æqualiter tanquam ſocij diuiſerunt, &c. reſpondeo enim, quod illa clauſula quod diuidunt ſaluis iuribus cuiuslibet eorum reſeruat omnia iura adeo, vt dicta diuiſio habeatur

zur pro illusoria, & nulla, quatenus non subesset societas secundum gloss. in l. si debitor. §. j. ff. quib. modis pign. vel hypo. sol. in l. si quis à filio. §. j. ff. de legat. j. & per Bartol. & Doct. in l. si fundum per fideicomm. ff. eod. titu. Circa aliud dubium, quòd isti fratres mercatores fecerunt repertorium dimi nutum de summa librarum iij. millium vtra quòd lucrum aliquod non dederant caufidico, pro dicto tempore, &c. casus est clarus, quòd socij tenen
72 tur conficere librum † rationum, & tenere dictas rationes ordinatas, per quas appareat particulariter, & luorum, & damnum. l. cùm seruus. ff. de condit. & demonstra. Bald. l. cum testamento. C. de manu. testam. & consil. cl. cum prædicta. ad fin. Ange. cclxxvj. tutor. Ancha. cxvij. in causa. cum similib. & cum † societas sit contractus bonæfidei.
73 §. actionum. instit. de actio. debitur iuramentum in litem aduersus eum, qui legitimè rationes non confecerit. l. in actionibus. ff. de in lit. iurand.

CONSIL. CIII. SVMMÆ.

1 *Congregatio ex causis permissa.*
2 *Quando tractatur de negotio in quo dominus esset suspectus, potest vniuersitas congregari etiam ipso non presente, vel contradicente.*
3 *Quis non debet dicere ius in causa propria.*
4 *Quando congregatio exorta est ex causa legitima contra superiorem, tunc non est opus licentia, maximè si coniuratio fiat super re communi pro defensione.*
5 *Imponere legem superiori permittendum non est.*
6 *Princeps concedendo feudum nobilibus, intelligitur concessisse saluo iure suo, vt nihilominus absq; illorum licẽtia possit à subditis adiri.*
7 *Non dicitur libera via adeundi vbi opus sit aliqua licentia.*
8 *Arripere iter ad Principem habet vim appellationis extra iudicialis, vt interim nihil possit attentari.*
9 *Princeps infeudando nobilibus non censetur contra se infeudasse, quin liberè posset ab illis hominibus adiri.*
10 *Congregationem à iudice permitti.*

NVNQVID homines Montilij possint se congregare absque licẽtia dominorum suorum, videretur dicendum quòd non per decis. Guid. Pap. ccccccxxxj. in ij. dub. qui allegat doctrin. Bartol. in l. actor. verficul. vlterius venio. ibi vos scitis. ff. rem rat. habe. Sed tamen in casu nostro puto contrarium esse dicendum, quia illa decisio recipit multas limitationes, & declarationes quæ conueniunt casui nostro. Et
1 in † primis sciendum est, quòd illa conclusio non probatur iure nõstro, sed potius est de consuetudine locali Franciæ, vt sentit Ioan. Fab. in §. vniuersitatis, instituit. de rer. diuis. quia de iure communi satis est, si senior aliquis ex decurionibus interueniat. l. j. ff. de alb. scriben. per Ioan. de Platea. in l. ij. C. de decur. libr. x. per Doctor. in c. j. de maior. & obed. Nec refert, quòd illa vniuersitas non exerceat iura vniuersitatis, sed constet ex particularibus personis tanquam singulis, quia per hoc non impeditur quin possit congregari, & facere ea, quæ concernunt vtilitatem suam. l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. dummodò se non impediant de iure superioris secundum gloss. cap. ij. §. j. de verb.
2 signi. lib. vj. Præterea non procedit conclusio † quando tractaretur de negotio officialis, vel dominorum ipsius in quo negotio ipse esset suspectus: quia tunc potest vniuersitas congregari etiam ipso non præsente vel contradicente, secundum Alber. de Rosat. in l. omn. C. de sacr. sanc. eccles. vbi sum sequutus cum concord. per Deci. consil. cij. & ratio est, quia non censetur legislator id ius concessisse dominis, quando tractatur de facto ipsorum: quia sunt suspecti. & † non debent ius dicere in causa propria iuxta l. vnicam. C. ne quis in sua caus. Et procedit hæc limitatio, etiamsi officialis, vel dominus offeret se daturum licentiam per reg. l. iij. ff. de reg. iur. & quia semper militat illa ratio, quòd in causa propria nemo est iudex, & quod lex talem facultatem non defert suspectis de quo per Felin. in c. edoceri. de rescript. & ideo in practica nullo modò sit ab ea recedendum. Fallit quando congregatio fieret de re licita, & ita constaret: quia tunc cessant rationes prohibitiuæ, ne detur occasio malignandi, & quòd congregationes præsumantur fieri ex mala causa, quę rationes adducuntur per Guid. quæst. ccccccxxxj. nam in casu nostro constat de legitima causa, scilicet, de impositione onerum Cæs. & quòd isti prætendunt, quòd etiam nobiles contribuant secundum iura. & talis causa dicitur legitima secundum Ancha. d. c. ij. vbi dicit hoc procedere † quando con- 4
gregatio exorta est ex causa legitima de præsenti contra superiorem, tunc non est opus licentia eius maximè si coniuratio fiat super re communi pro defensione. & fuit opinio Odofr. & Hostien. quam tenet Ioan. And. & cæteri ibi. Item non procedit d. decisio, quando quæstio vertitur coram Principe, seu eius senatu, qui ad paria iudicatur cum Principe. l. j. ff. à quibus app. per Bartol. in l. j. C. vt quæ def. adu. Videmus enim quotidie licere vnicuique adire Principem, nec requiri aliam licentiam inferioris: quia istud esset imponere † 5
legem superiori, quod non est permittendum. l. est receptum. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et quia † Princeps concedendo feudum nobilibus intel- 6
ligitur concessisse saluo iure suo, vt nihilominus absque illorum licentia possit à subditis adiri c. imperialem. §. final. in fin. de prohib. feud. alien. per Federic. Et quia videmus istud esse generale, vt semper auctoritas superioris sit reseruata de quo per Iaso. in l. fin. qui satisd. cog. & ad terminos nostros est gloss. in c. quæ contra mores: in gloss. pe. quam ibi Gemin. nor. viij. distinct. debet enim cuique patere libera facultas adeundi Principem, † quę non dicitur libera vbi opus sit alicuius licen- 7
tia. c. j. extra, de offi. ord. vnde videmus, quòd hoc ipsum solum † arripere iter ad Principem habet 8
vim appellationis extra iudicialis, vt interim nihil possit attentari. c. dilecti filij. extra, de appellat. & pro hac sententia est text. clarus secundum nouam impressionem in l. Imperator Alexander. ff. de appella. vbi inhibetur præsidibus prouinciarũ, & cæteris magistratibus ne aliquo modo impediant subditos, quin possit ad Cæsarem deuenire, seu per causam appellationis, seu per aliam viam & ibi etiam no. Imo. Ad idem facit etiam tex. in c. nomẽ Presbyteri. ij. q. j. vbi iniuriam facit potestati sub cuius examine causa pendet si illius iudicium velint impedire. Et pro hac sententia videtur esse decisio Io. Blãchi in summa feudali, sub rub. quib. mod. feud. amit. vers. hic videtur posse, vbi format quæstionem de quibusdam hominib. cuiusdã militis conquærentibus maiori domino & cõcludit, q; licet eis adire maiorem dominum etiam aduersus prohibitionem militis auferetis eis iustitiam, quotiescunq; tractamus de casu in quo iurisdictio est maioris iudicis, put in casu nostro allegat nor. in c. pastoralis. extra, de offi. ord. vbi Fel. post alios

concl-

concludit, quòd iurisdictio competens inferiori censetur competere nō priuatiuè ad superiorem, sed accumulatiuè quòd maximè dicendum in casu nostro: quia † Princeps infeudando nobilibus non censetur contra se infeudasse, quin liberè posset ab illis hominibus adiri. arg. l. inquisitio. de sol. per Pyleum. q. xxiiij. Odericus. Alexā. in l. frater à fratre. in fin. de condi. indeb. Old. & Alb. & Mod. in l. qui accusare. C. de eden. Et cum hæc † iurisdictio (vt suprà dixi) accumulatiuè comperat, videtur, quòd domini senatores ipsi potius debeāt dare hanc licentiam, vt tollat omnis altercatio sicut videmus, quòd aliàs iudex ea concedit, quę ad cōfirmationem iudicis coram se inducti pertinent, vnde iudex quamuis delegatus dat curatorem ad litem coram se pendentem. l. final. §. sed & si quis. C. de adm. tut. Alexan. & Doct. in l. j. de iurisdict. omn. iudic. quòd & in iudice maleficiorum receptum est quamuis aliàs datio curatoris ad causam criminalem non pertineat. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. vbi Bald. & alij. Qua ratione etiam videmus, quòd ad iudicem causæ pertinet, vt cogat vniuersitatem ad cōstituendum syndicum. l. ergo. §. creditoribus. vbi Bartol. ff. de fid. lib. l. j. vbi Bartol. C. de iur. reip. lib. xj. vnde eadem ratione ad eum pertinere debet, vt det licentiam congregandi: sunt enim ista connexa, & vnum præambulum alterius. l. ij. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. nulli. C. de iudic. l. illud. de acqui. hæred. cum simil. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CIIII. SVMMÆ.

1 *Spoliatus sibi ius dicere.*
2 *A communi opinione in iudicando non est recedendum.*
3 *L. cum à te. de vi & vi arma. declar.*
4 *C. Remtegranda iij. q. j. habet locum etiam in foro ciuili, quia fundatur super peccato auferendo.*
5 *Quotiescunq; Canon fundat se super peccato, debet obseruari etiam in foro ciuili, & sub quocunq; iudice.*
6 *Lex interpretata, intelligitur secundum interpretantem.*

1 NONobstantibus † subtilibus argumentis, quæ aduersus Comites Vermenses adducuntur, sentio nihilominùs pro ipsis Comitibus esse pronuntiādum per ea, quæ alias adducta fuerūt: cum enim probatum sit, quòd Comites de anno 1513. cū duobus sequentibus annis possederunt, & deinde, aduenientib⁹ Gallis, fuerunt eiecti, possessioque in fratres translata satis constat secūdum communes regulas posteriorem hanc fratrum possessionem præsummi vitiosam. c. licet causam. extra, probat. Docto. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. licuitque prefatis Comitibus congregatis amicis, & capta occasione reditus Sfortianorum recuperaret propria auctoritate possessionem, à qua deiecti fuerant. l. iij. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi arm. vbi permittitur hoc ex continenti facere. quòd intellexit Hugo antiquus Doctor etiam intra decennium: dum interim fiunt præparationes, & expectatur occasio prout alias latiùs deductum in allegationibus fuit. Nec obstat, quòd illud dictum Hugonis videat dubium domino iudici, quia dubietas omnis tollitur per auctoritatem communis opinionis, † à qua in iudicando non solemus recedere. l. j. versi. & sanè crebrior. de offi. quæst. maximè cum Socin. met. qui nodum in scirpo quæsiuit, tamen hanc opinionem approbauerit & loquendo, & consulendo, vt per eum in l. j. §. j. de verbor. obligat. & sunt plena consilia Modernorum approbantium dictā opinionem. Nec obstat, quòd tale dictum Hugonis non videatur obseruandum aduersus tertium possessorem, & sic aduersus istos fratres, qui habuerunt causam à Gallis per text. in l. cum à te. ff. de vi, & vi arma. quia respōdeo, quòd regula d. l. cum à te. est hodie † correcta per dispositionem iuris canonici, vt est text. in cap. sæpè contingit. extra, de restitut. spoliat. idque duabus rationibus. Prima, quia (vt inquit Pontifex) talis dispositio est nimis rigorosa. Secunda, quia dat causam peccati, quæ rationes etiam in casu nostro procedunt maximè aduersus istos fratres, qui debent carere omni suspitione criminis, facit quod notant communiter doctores in d. l. rem quæ nobis. vbi dicunt quod remedium can. redintegranda iij, q. j. habet locum etiam in foro † ciuili, quia fundatur super peccato auferendo, & dicit Ioan. de Imo. post Anton. de But. in c. fin. extra, de præscriptio. quod † quotiescunque Canon fundat se super peccato debet obseruari etiam in foro ciuili, & sub quocunque iudice, de quo etiam per Doct. in l. priuilegia. C. de sacro. sanct. eccl. Nec obstat, si diceretur, quòd d. cap. sæpè, loquitur respectu interdicti, non autem respectu interpretationis quam fecit Hugo, quia respondeo Primò, quod † lex interpretata intelligitur secundum interpretantem. §. fin. in authen. de filijs ante dot. instr. nat. per Iason. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Secundò, quod correctio inducta per dictum Canonem est facta causa ampliandi priuilegij, & in actionis, quæ spoliato competit: vnde non debet D. Hugo tollere quod etiam ipsum ad fauorem spoliati pertinet, sed potiùs cum eo coniungi. l. quod fauore. C. de legib. Tertiò interdictum prætoris loquebatur, vt ex continenti, id est, intra decem quoque annos posset fieri recuperatio contra spoliantem non cōtra tertium d. l. cùm à te. Papa correxit illud vltimum respectu tertij. ergo primum stat firmum per regulam passiuam de qua per doctores. in l. ij. ff. de legat. j. & quia satis cōijcio dominum iudicem nihil dubitare de hoc, vlterius non insisto, sed ad eius præstantissimum iudicium remitto, quem non dubito habere rem claram, & expeditam aduersus istos fratres, qui non bono consilio ductili tem hanc temerè introduxerunt, vt meritò sint in multis conuiuijs loco expensarum condemnādi.

CONSIL. CV. SVMMÆ.

1 *Occiso filio ius faciēdæ pacis ad Patrem ceu proximiorem hæredem pertinet, etsi pater sit furiosus ad eius Curatorem.*
2 *Gratia non dicitur surreptitia, quotiescunque aliquid in supplementum est omissum, quod si fuisset expressum, verisimiliter Princeps nihilominus esset concessurus.*
3 *Gratia Principis geminata, habet vim motus proprij.*
4 *Gratia emanata à Principe, si interuenerit pecunia, habet vim contractus.*
5 *Contractus cum Principe initi, tanquam bonæ fidei, latam interpretationem accipiunt.*
6 *In contractibus bonæ fidei Princeps vtitur iure priuati, nec potest etiam de plenitudine potestatis eos alterare.*
7 *Semper ea interpretatio debet fieri, ne quis authoritate rescripti remaneat circundatus.*
8 *Prohibitionis tollendæ modus.*
9 *Dictio rebellis non verificatur in bannito in contumaciā.*

Tot



Ot sunt capita huius quæstionis, quæ in præsentia vertitur, & mihi alioquin occupatissimo temporis momentum concessum duntaxat est, vt ea discutere, & cõsiderare maturius non potuim. meritò infrascriptis istis paucis conclusionibus ero contentus. Prima † conclusio, Occiso filio ius faciendæ pacis ad patrem, ceu proximiorem hæredem pertinet: & si pater sit furiosus, ad eius curatorem. quia ipse remittendæ iniuriæ ius habet secundum Iac. Bald. Salic. in l. pactũ curatoris. C. de pact. in l. j. C. de in integr. restit. Secunda cõclusio † non dicitur gratia esse surreptitia quotiescunque aliquid in supplicatione est omissum, quod si fuisset expressum verisimiliter Princeps nihilominus esset concessurus. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. in fin. vbi Paul. de Cast. ff. de iniusta rupt. Felin. c. postulasti. de rescript. Socin. consil. lxiij. in j. Tertia conclusio, † geminata gratia Principis habet vim motus proprii: & ideo allegatio surreptionis, vel obreptionis non admittitur. §. & hoc vero iubemus. in authen. vt nulli iudi. Bal. Fulg. Ias. in l. nec damnosa. C. de prec. Imper. offer. Ludo. Roman. & Alex. in l. iij. in princ. ff. quod quisque iur. Quarta, gratia † emanata à Principe, si interuenerit pecunia, habet vim contractus. c. j. in fi. de feud. non hab. natu. vbi Doctor. & † contractus cum Principe initi tanquam bonæ fidei latam interpretationem accipiunt secundum Bal. in extrauag. de pac. constan. §. si quis vero. quem refert Ias. & Mod. in l. interpositas. C. de transact. & † in his contractibus Princeps vtitur iure priuati: nec potest etiam de plenitudine potestatis eos alterare secundum Paul. de Castr. in lege, digna vox. C. de legib. & Decium, Felin. Cæteros in ca. j. de proba. Felin. ca. quæ in ecclesiarum. versic. quarta conclusio. de constitut. Quinta, † semper ea interpretatio debet fieri ne quis auctoritate rescripti remaneat circumuentus. l. j. C. de his, qui veni. æta. vbi Doctor. & hoc maximè procedit in gratia quæ à Pontifice emanauerit secundum Ioan. Andr. in c. j. de cõcessio. præbend. in vj. in prima additione ad glo. incip. in vltimis voluntatibus. Sexta, si aliqua † suberat prohibitio ipsius gratiæ adeò, vt fieri non deberet, si tamen Princeps vlterius processit & fecit, censetur derogasse prohibitioni, & actus valet secundum Bald. in l. edita. C. de edend. vbi loquitur in casu fortiori de quo per Ias. in l. patre furioso. ff. de his quæ sunt sui, vel alien. iur. quod maximè dicendum est in casu nostro: quia sententiæ sunt secutæ in executionem gratiarum, quæ quidem transierunt in rem iudicatam & faciunt ius vt habetur in rub. ff. de re iudic. & quia statutum dicit, quod occisor Banniti possit vnum, quem elegerit eximere, & hoc non profit rebellibus, &c. quibus verbis non potest censeri imposita lex superiori, &c. Vltima conclusio verbum statuti, quod non profit rebellibus, &c. † non verificatur in isto qui erat Bannitus ob contumaciam secundum docti. Barto. in l. cum filius fam. in princ. ff. de verb. oblig. & in disput. iij. incipien. statuto Perusinæ ciuitatis. quæ est communiter approbata per Doct. & Corn. cõsil. clxxxix. in j. & consi. cxliij. in ij. vnde sententia auditorum non est lata contra constitutionem, sed contra ius partis, ergo trahitur in rem iudicatã, nec amplius de ea quæri potest. l. cum prolatis. ff. de re iudi. vbi doct. maximè cum Papa omnem potestatem de hac re rursus cognoscendi abstulerit legatis, & gubernatoribus per ea, quæ habentur in c. vt nostrum. extra, de appel. in l. solent. §. sicut. vbi Bal. ff. de offic. proconsul.

CONSIL. CVI. SVMMÆ.

1 *Duello vetito mentionem non tolli.*
2 *Prouocans & prouocatus sunt quodammodo correlatiua, sicut actor & reus.*
3 *Decretum de prouocato loquens, ad prouocantem extendi potest.*
4 *Si aliquis mihi verba iniuriosa dixerit, possum ei respondere tumentiris, nec teneor iniuriarũ, quia prouocatus sic respondi.*
5 *Vbi deficiunt verba legis, deficit & eius dispositio.*



Dicendum in casu proposito videretur prima fronte, non licere Titio in iuria à Sempronio affecto per publicam scripturam dicere, quod mentiatur, stante decreto in Ducatu Mediolani, &c. Cum enim indistincte tali decreto prohibeatur minitatio, seu prouocatio ad duellum, † sequitur prohibitam esse etiam talem responsionem, per regulam l. oratio. ff. de sponsal. siquidem ex tali mentione remaneret oneratus Sempronius, nec posset aliter honorem suum tueri, quam armis, secundum vulgarem consuetudinem militiæ, & sic decretum daret materiam sustinendo dedecori, quod non est credendum. Confirmatur, quia † prouocans, & prouocatus sunt quodammodo correlatiua, sicut actor & reus: vt per Bar. in l. j. C. de litis contesta. vnde † decretum de vno loquens ad alium quoque extendi debet. l. fi. C. de indic. vidui. tol. glo. l. per interuallum. ff. de iudic. Sed iis non obstantibus, dico contrarium verius esse, quia certa est conclusio, quod † si aliquis mihi verba iniuriosa dixerit possum ei respondere, *Tumentiris*. nec teneor iniuriarum: quia prouocatus sic respondi, vt est text. in l. quæ omnia. ver. sed si aduersarius. & ibi Bart. no. ff. de procur. & in lege, qui cum maior. §. si libertus. ff. de bon. liber. non liceret tamen primo replicare, *Imò tumentiris*, secundum Ang. Paul. de Cast. Ias. & alios in l. fin. per illum tex. ff. quod quisque iur. & istud est certum, quando responsio contumelioſa fit ad finem repellendi delictum improperatum, & in effectu negandi illud, quod sibi est obiectum. si verò mutuis iniuriis se afficerent nunquid locus sit compensationis dicendum est, vt per Felin. in c. dilecti filii. extra, de except. sed nostra quæstio est in casu clariore, quando responsio fit, vt improperatum delictum repellatur, quo casu res nullam habet difficultatem, vt etiam inquit Decius in lege, vt vim. in fin. ff. de iustit. & iur. Nec obstant allegata verba decreti: quia si bene ponderentur in prouocante ad duellum, vel acceptante prouocationem, quorum neutrum in casu nostro sit, vnde † vbi deficiunt verba legis, deficit eius dispositio. lege, iiij. §. toties. ff. de damn. infect. Nec obstat quod Sempronius remaneret oneratus, quia respondeo esse saluum sibi remedium iuris, scilicet actionem legis Corneliæ iniuriarum: decretum enim voluit duntaxat consuetudinem duelli, quæ etiam alias omni iure est reprobata ij. q. v. ca. monomachiam. ca. vnico. de purg. vulgari. cã. ij. de cleric. pugnan. in duell. lege, j. C. de gladiat. libr. xj. remedia autem iuris salua relinqui vtique parti. & ex his apparet non obstare

regulam correlatiuorum, vel regulam dictæ legis oratio. quia falsum est, quod talis responsio sit necessarium antecedens ad duellum imo est antecedens ad remedia iuris, puta l. Cornelię iniuriarum vel similium. de quo per Cyn. Bald. Salic. in l. j. C. si rect. prouin. & ista puto verissima, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CVII. SVMMÆ.

1. *Facultas piscandi est iuris naturalis.*
2. *Iure naturali pisces capientium fiunt.*
3. *Census arguit simplicem authoritatem, non autem dominium.*
4. *In dubio præsumimus potius censum quàm Canonem.*
5. *Consuetudo piscandi est attendenda, & sola sufficit ad acquisitionem iuris.*
6. *Præscriptio seruitutis discontinuæ, requirit tempus immemorabile.*
7. *Sententia lata absque peremptorio ipso iure est nulla.*
8. *Congregari sine licentia, non nisi ex causis potest.*
9. *Non possunt Barones prohibere, quin subditi querelas suas portent ad Regem, seu primum dominum suum.*

EXistimarem in causa communitatis Candiæ vltra ea, quæ allegata sunt per præstantissimum aduocatum d. Princiuallum eius sententiæ inhærendo partes domini iudicis esse in pronuntiando pro ipsa communitate, quod liceat libere hominibus dictæ communitatis piscari in
1 lacu, de quo agitur; quia ista † facultas piscandi est iuris naturalis. §. flumina autem. instit. de
2 rer. diuis. & † iure naturali pisces capientium efficiuntur. lege, j. §. fin. de acqui. rer. dom. & ideo non possunt vasalli vel Barones, seu domini Castrorum prohibere, ne quis piscetur in lacu publico secundum Ioan. Fab. in d. §. flumina autem. Guid. Pap. q. cccxiv. Iacobin. in tracta. feud. verb. piscationibus. & verbo, & fluminibus. Dec. consil. cclxxj. Et istud præsupponit etiam sententia partis aduersæ quatenus permittit istos piscari accepta licentia, quam isti nobiles teneantur dare. cum enim cogat nobiles ad dandam licentiam apparet: quod ius non est in nobilibus: sed duntaxat quædam superioritas: vt in simili habetur in c. licet. extra. de regul. Et etiam suaderetur grauamine solutionis vbi vnius piscium, & cæt. talis enim pensio præsumitur in dubio esse censualis potius: quam emphyteutica: vel conductoria: qui
3 † census arguit simplicem superioritatem: non autem dominium iuxta glo. in ca. constitutus. extra, de relig. & dom. & ibi doct. & per Bart. in l. j. §.
4 j. ff. de public. & quod † in dubio præsumamus potius censum, quam canonem: tenet Albe. de Rosat. in lege, ij. C. de iur. emphyt. cum concord. ibi per Ias. & corroboratur hæc opinio ex possessione istorum vicinorum: qui semper retro transactis temporibus libere sunt piscati; quæ consuetudo respectu iuris piscandi maximè est attenden
5 da † & sola sufficit, ad acquisitionem iuris. l. si quisquam. ff. de diuers & temporal. præscript. & firmat And. de Iser. Aluaro. Cardin. Afflict. in ca. j. verbo piscationum reditus quæ sunt regal. in vsib. feud. & videtur sufficere consuetudo xxx. annorum. d. l. si quis quæ. & gl. in d. §. flumina. verb. omnibus. Fortius dixit Dec. in consi. clxxxxvij. quod sufficit longum tempus, id est, decennium. & existimo
6 quod dicat verum. Nec obst. quod † præscriptio ser uitutis discontinuæ, requirit tempus immemorabile superioribus fundamentis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & habetur in l. seruitutes. magna. ff. de seruit. quia hoc procederet in præscriptione seruitutis: sed isti homines non habent hoc ius iure seruitutis: sed potius iure facultatis sibi competentis de iure gentium, vt supra dixi: quæ facultas conseruata est per vsum continuum illorum qui tractabant de conseruando iure suo, non autem de acquirendo iure alieno: quo
B casu necessaria est præscriptio de qua satis dictum est in allegationibus. Non obstat sententia lata anno. 1478. in illis verbis tanquam superiore: & ius habente in ipso lacu prætextu incantus sine cuius licentia & consensu non licuit: &c. Quia respondetur pluribus modis. Primò, quod talis sententia est ipso † iure nulla, quia lata absque 7
peremptorio, vt habetur in c. consuluit. de offic. de leg. in Clem. sæpè. verb. peremptoriæ. de verb. sig. Pau. Cast. l. prolatam. C. de sent. adeò quod etiamsi
C partes essent præsentes non tamen valeret sententia, nisi præcessisset monitio iudicis, quæ habet vim peremptorii secundum Bald. in l. ij. ad fi. C. quomodo & quando iud. Ias. in l. j. n. x. ff. de in ius voc. Præterea nullitas ostenditur ex manifesta contrarietate, quatenus dicitur consilium non potuisse congregari sine præsentia, vel licentia officialis. si ita est: ergo syndici non fuerunt legitimè electi: ergo sententia quæ contra cõmunitatem lata tanquam indefensam est nulla. lege, penultima. C. si aduer. rem iudi. l. iiij. C. quib. ex caus. maior. vbi
D Iacob. & Bart. Præterea respondetur: quod non obstante illa sententia communitas semper perseuerauit in piscando libere: & sit dicta sententia nunquam habuit executionem vnde amplius post lapsum xxx. annorum non potest exequi, secundum Bar. & doct. in l. iudex posteaquàm. ff. de re iudi. & eleganter fuit dictum in allegationibus: quia quantum sit ad actum libere piscandi, non
E potest dici quod traxerit secum executionem: de quo actu nos disputamus non autem de valore proclamationum factarum à conductoribus, quorum conductio est finita. Addo etiam, quod verba sententiæ non probant contra istos homines: cum simpliciter dicant tanquam à superiore: & ius habente in ipso lacu prætextu incantus sine cuius consensu, &c. illa enim dictio à superiore arguit potius quandam superioritatem quàm dominium, de qua in ca. j. & ca. solitæ. vbi Alb. vij. no. extra, de maior. & obed. & illa verba ius habente in lacu prætextu incantus, non probat nisi
F exhibeat incantus. quid enim si factus esset de consensu dictorum hominum: præiudicat enim illis respectu illius incantatoris tantùm. cuius conductio statim fuit finita. Circa secundum dubium an dicti homines † possint se congregare sine licen- 8
tia officialis? regula est quod non: vt per Bart. in l. actor. ff. rem rat. habe. & Guid. Pap. q. dcxxxj. in ij. dub. fallit quando officialis non vult dare licentiam, nec interesse: tunc ius deuoluitur ad seniorem ex decurionibus. lege, j. ff. de alb. scrib.
G lege, j. C. de consul. libro xij. & declarat Ioan. de Platea. in lege, ij. C. de decur. libro x. & habetur per Can. in ca. j. de maior. & obedien. Fallit rursus: quando tractaretur de negotio officialis. vel dominorum ipsius: in quo negotio ipse esset suspectus: quia tunc potest consilium congregari etiam ipso non præsente: vel contradicente secundum Alber. de Rosat. in lege, omni. C. de sacr. san. eccle. & per Dec. consi. clj. Fallit

etiam,

etiam, quando tractatur de adeundo primo domino: quia † non possunt Barones prohibere: quin subditi quærelas suas portent ad Regem, seu primum dominum suum: vt ex tex. in l. Imperator. Alexan. ff. de appel. vbi Ange. Imol. cæteri. vnde non posset per indirectum eis hoc prohibere vetando eos adunari. per regulam l. ij. ff. de iurisd. om. iudic. l. illud. de acquir. hæred. l. oratio. ff. de sponsalib. & pro hac fallentia facit tex. in l. pen. C. de legatio. lib. x. Fallit rursus, quando congregatio esset facta de re licita, & ita constaretur: quia hoc casu cessant rationes prohibitiuæ: ne detur occasio malignandi, & quod congregationes præsumantur fieri ex mala causa, quæ rationes adducuntur per Guid. Pap. prædicta quæst. dcxxxj. cùm enim ex post facto appareat de re licita factam congregationem, purgatur illa præsumptio contraria. per text. in l. sed Iulianus. §. proindè. ff. ad Maced. Item fallit, quando extaret consuetudo, quod se congregarent absque licentia officialis: seruanda enim esset talis consuetudo, secundum Guid. Papæ quæst. cvj. vbi sentit vnum, quod puto verum, quod de iure communi non requiratur alia licentia officialis, sed totum hoc sit de consuetudine Franciæ, quæ est localis, & ita etiam sentit Io. Fab. in §. vniuersitatis instit. de rerum diuis. nec Bart. aut quisquam alius contradixit si bene videatur, & hanc sententiam etiam tenent doct. in l. fina. per illum textum. C. de iurisd. omn. iud. & ista sufficiat pro modicitate temporis, & rei mihi occupato, & requisito de sola subscriptione. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CVIII. SVMMÆ.

1. *Is qui sit integræ famæ, habet iustam excusationem, ne puguet cum criminoso.*
2. *Criminosi non admittuntur ad quenquam accusandum.*
3. *Non videtur audiendus, qui honoris sui tuendi causa prouocare se quenquam allegat, si eum propter delictum iã amiserit.*
4. *Infamia notatus in album militare recipiendus non est.*
5. *Indulgentia quos liberat notat.*
6. *Condemnatus per contumaciam ex delicto, quamuis crimẽ tale sit, quod infamiam irroget, tamen extra territoriũ statuentium habetur pro integra persona, nec censetur infamis.*
7. *Edictum prætoris eos tantum notat, qui publico iudicio sunt damnati.*
8. *Inter condemnatum ex contumacia, & condemnatum ex delicto est magnum discrimen.*
9. *Qui semel malus fuit, non censebitur amplius malus, si per triennium fuerit abstinens.*
10. *Per impetrationem gratiæ non censetur quisquam ipsum crimen confiteri.*
11. *Facta ad vnum finem, ad alium præsertim contrarium trahi non debent.*
12. *Vnicuique licet sanguinem suum redimere.*

NObilis, & strenuus Capitaneus N. an possit reiici à singulari certamine tanquam criminosus quæritur: cum in patria sua fuerit descriptus in albo exulum, & condemnatorum tanquam prædator viæ publicæ. Et videretur prima fronte excludendum esse: quia secundum regulas communes 1 is, qui sit integræ famæ, habet iustam excusationem, ne pugnet cum crimi- 2 noso: sicut videmus iure nostro † criminosos non admitti ad quenquam accusandum. ca. j. extra, de accusat. † nec videtur audiendus, qui honoris 3 sui tuendi causa prouocare se quenquam allegat, si eum propter delictum iam amiserit. lege, quoniam. C. de hæred. maximeque id dicendum in eo, qui crimina militaria commiserit, vt quia, conspiratione facta de populatus sit, vel cum manipularibus in aliquod delictum conspiraverit, lege, ij. ff. de re milit. Confirmatur, quia ista saltem videtur † infamia notatus. lege, j. ff. de iis, 4 qui not. infam. Vnde sicut amplius in album militare recipiendus non est. lege, iiij. qui ignominia. ff. eod. ita nec ad pugnam admitti debet. Et quamuis allegetur eum per gratiam principis abolitionem impetrasse, superest tamen infamia facti. quia † indulgentia, quos liberat notat, iuxta illud, *Pœ-* 5 *na potest demi, culpa perennis erit.* l. fina. C. de gen. abol. Sed his non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem: quia suprà scripta procederent in eo qui propter tale delictum fuisset condemnatus, non autem in eo, qui absens propter contumaciam fuerit pro delinquente habitus: talis enim sententia præsumitur potiùs lata propter contumaciam, quàm quia malam causam haberet. lege, Papirianus. §. meminisse. de inoffic. testamen. lege, & ideo. de euictio. Vnde statutum volens patrem teneri pro filio homicida, non habebit locum in filio condemnato ob contumaciam, ex forma statuti contumacem pro confesso, & conuicto habentis quod Bar. disputauit, & communiter receptum est. Bart. q. iij. & l. cum filius. in prin. ff. de verb. obliga. Quia ratione etiam proditum est, † eum, qui condemnatus sit ex de- 6 licto per contumaciam, quamuis alias tale sit crimen, quod infamiam irroget, tamen extra territorium statuentium eum haberi pro integra persona nec censeri infamem. lege, ex ea. vbi Alb. de postul. Fortius censuit Bart. nec quidem in ipso territorio esse famosum: non enim tantum tribui contumaciæ. Barto. l. ictus fustium. ff. de his, qui not. Alexan. consilio ciij. in ij. & quia tales censentur cõdemnari potius vigore statuti, quàm lege publici iudicii ex quo omnia statuta sunt leges priuatorum iudiciorum. Dec. lege, ij. C. qui testamen. face. poss. † edictum autem Prætoris eos 7 tantum notat, qui publico iudicio sunt damnati. d. lege, j. quod ex Corn. respondit. consil. xlij. in j. Et hinc apparet non obstare ea, quæ in contrarium adducuntur. Primum, quia hic non potest dici criminosus, aut infamis: cum ea condemnatio † vires extra territorium non habeat, & cen- 8 seatur condemnatus ex contumacia, non ex delicto inter quæ magna est differentia. Bart. lege, omne. de re milit. Deinde, quia iam longo tempore iste fuit inter præfectos militum Regiæ maiestatis honoratus, vnde censetur abolita omnis macula. argum. l. Barbarius. de offic. prætor. sicut dicimus de eo, † qui semel malus fuit, non censebitur amplius malus, si per triennium fuerit absti- 9 nens. §. hinc autem. in authen. de monach. qua in re quamplurima Iason congerit apud eum legenda. lege, in arenam. C. de inoffic. testamen. Tandem, quia fuit abolitus de albo exulum, & habuit pacem, seu remissionem à patribus (vt audio) tanquam innocens, & subsequuta deinde est gratia generalis, quæ concepta est verbis largissimis, ideoque omnem maculam prorsus abstergit. l. j. C. de sen. pass. etiam quoad formam adtinet. l. j. §. pen. de postu. videnda tamen essent verba gratiæ, & restitutionis, & secundum ea respondendum.

10 illud constat † per impetrationem gratiæ non cen-
seri quenquam ipsum crimen contreri. glo. ca. ex-
11 hibita. verb. postulauit. de homicid. quia ad vnum
finem facta ad alium præsertim contrarium trahi
non debent. l. legata inutiliter. de admin. leg. maxime cum ad maiorem cautelam potuerit impetrari. c. venerabilem. de elect. vbi doct. & vt fere
12 dimeret, à molestia licitum. ca. dilectus. j. extra, de simon. & quia † licet vnicuique sanguinem suum redimere. l. j. ff. de bon. eor. Et ita mihi videtur maximè per primam rationem. Saluo semper B
saniore iudicio.

CONSIL. CIX. SVMMÆ.

1 *Per alienationem factam ab emphyteuta, non incurritur pœna caducitatis, nisi domino voluntatem suam declarante.*
2 *Caducei pœnæ.*
3 *Pœnæ non habent locum, nisi specialiter expressæ.*
4 *Commissa lui posse ex causa contra.*
5 *Permutationem non extendi.*

C

Ollendæ difficultatis causa quæ inducitur contra istum de Caualli<s>
possunt considerari aliquæ rationes
ultra elegater, & verè allegata per D. Thomam. Prima est, quia † per aliena
1 tionem factam ab emphyteuta non incurritur pœna caducitatis, nisi domino voluntatem suam declarante, vt habetur per Bart. in l. j. ff. si ager vectig. Felin. ca. dilectus filius. ij. de rescript. Quæ D
declaratio voluntatis non transit in hæredem, & sic successorem vniuersalem: ex quo nullum oriretur præiudicium ipsis de Caualli<s> per doctrinam Bar. in lege, si quis à filio. §. j. ff. de legat. j. in lege, idem Pomponius scribit si frumentum. ff. de rei vendi. & habetur per Doct. in lege, inter stipulantem. §. j. ff. de verbor. obligat. & glo. in l. omnimodo. C. de inoffic. testa. ergo multò minus transit in istum permutatorem & hic successorem E
particularem. l. ex pluribus. ff. de admin. tut. Secunda ratio est, quia per illa verba generalia posita in instrumento permutationis, non debet censeri concessum istud ius protestandi caducitatem,
2 per † quod quis incideret in pœnam & priuaretur iure suo arg. lege, semper in obscuris. ff. de
3 reg. iur. & quia † pœnæ non habent locum, nisi specialiter expressæ. §. cum igitur. in authen. de non elig. & hoc procedit, etiam si actus sit prohibitus. l. ij. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. fun. & pro F
4 pterea, quamuis † emphyteuta per alienationem cadat à re emphyteutica, non tamen cadat à pacto luendi, nisi expressè dictum sit: quia istæ pœnæ non debent attendi, nisi in casu expresso specialiter, non autem per clausulas generales notariorũ: & ita consuluit And. Sic. consi. lj. scripsit sapienter. in j. lib. & sequuntur Moderniores in l. in bonæfidei. C. de pact. Tertia ratio est, quia si videatur instrumentum permutationis † fuit solummodo
5 translatum in istos de Rectis fictum libellum seu ius exigendi eum, & etiam ipsum dominium directum, & iura ipsius consortii misericordiæ, quoad consequutionem ipsius ficti, & dicti directi, & ciuilis possessionis: & sic dictum Cambium habet expressam limitationem in dicto instrumento. vnde non debet trahi ad ius protestationis quod quidem ius non respicit solutionem ficti, nec consequutionem directi dominii, sed vtilis, & consolidationem, & clausulæ generales notarii A
restringuntur ad illam principalem dationem, vt illam non amplient. Clem. j. de præb. in fin. l. age. de trans. l. in agris. de acquir. rer. domi. & istud est clarissimum, si bene videatur forma cõtractus, & secundum hanc partem in terminis consuluit Bald. consi. cclxxviiij. & cclxxx. ista inuestitura in v. volu. vbi adducit prædictas rationes, licet non ita extendat. & facit, quod in successore vniuersali consuluit Raph. Com. consil. clxiiij. & Aretin. consilio xiv. vbi loquitur in feudo. Nec obstat, quod B
notat idem Bald. in consi. cccxiv. in eod. volum. quia non loquitur in hac protestatione caducitatis, sed in denuntiatione causa euictionis, in qua cessant suprà dictæ rationes.

CONSIL. CX. SVMMÆ.

1 *Proclamationi ex causis non parendum.*
2 *Legis abrogatæ modus.*
3 *Quoties papa causam, vel beneficium ad cognitionem suam trahit, censetur impedita omnes ordinarij potestas.*
4 *Qui vnum dicit, aliud excludit.*
5 *Omnis Monomachia ipso iure est prohibita.*
6 *Vnicuique falso accusato licet dicere, tu mentiris.*
7 *Defensio verbalis est iure naturalis.*
8 *Leges semper ita condendæ sunt, vt claræ, apertæq; sint, ne dent materiam hæsitandi, & litigandi.*
9 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
10 *In re dubia mentis controuersia admittitur non in re clara.*
11 *Lex habet pro tempore prolixo tempus diurnum mensium, quando pro carcere assignatur domus tanto tempore.*
12 *Leges loquentes de consuetudine declaratiua iuris, requirunt plurimos actus.*

Is de qua agitur, cùm non à delicto, sed à causa honoris cœperit, humaniter & ciuilissimè est diffutieda, quod & maximè sperandum est ex humanissimis moribus, singularique benignitate illustrissi. domin. Marchionis, qui eam ad suam cognitionem retraxit, adeò vt superflua videri possit hac in re omnis mea allegatio, sed tamen, vt morem geram Illustri Comiti Francisco, cui denegare nihil possum, pauca sum scripturus, vt æquitas petitionis suæ magis eluceseat. Visis proclamationibus † nomine excel-1
lentissimi domini Gubernatoris, & Cæs. locum tenentis factis sub die viij. Aprilis anni præteriti difficultas omnis oritur ex vltimo cap. illarum. quo præcipitur, ne quis audeat verbo, vel facto præstare causam probabilem, per quam inducatur duellum, &c. sed illud capitulum dico non esse obseruandum in casu nostro pluribus rationibus. Prima est, quia cum deinde hoc anno sit promulgatum decretum Cæsareæ maiestatis absque dicti cap. non debet amplius dictum capitulum attendi, quia siue dom. Marchio sit legatus Cæsaris, siue † etiam præfectus prætorio, leges ipsius cessant, & censentur abolitæ, 2
etiam si generaliter conceptæ sint, postquam secuta est lex noua in illa materia ab ipso Cæsare, vt est tex. in lege, formam. C. de offic. præfe. præt. ibi si nihil postea ex auctoritate mea innouatum est. Et facit quod not. Can. in c. vt nostrum. extra, de appel. & doct. in lege, iudicium. de iudic. † quoties Papa causam, vel be-3
neficium ad cognitionem suam trahit, censetur impedita omnis ordinarij potestas. de quo etiam

per

per dom. de Rora decis. lxxvj. de restit. in antiq. A
Curt. Sen. consi. lxvj. Dec. clxviiij. in fi. Secunda
est, quia tale capitulum censetur abolitum expres-
sè per constitutionem Cæsaream, in princ. volu-
minis statutorum appositam ibi reliquis omni-
bus antiquatis, quæ clausula expresse decedit pro
sentem quæstionem, vt habetur in authen. omnes
peregrini, vbi Bald. Paul. Fulg. Corn. C. nouis. de
success. Pau. de Cast. consi. lxxxvij. visis iis, & consi.
lxxxxj. viso puncto in antiq. Fel. & Mod. in ca. fin.
extra, de constit. Tertia, quia cum prima pars di- B
ctæ proclamationis sit relata in statutum, & ista
vltima omissa, apparet manifesta mens statuen-
tium, quod hanc secundam voluerint antiquari:
4 quia † qui vnum dicit, aliud excludit l. cùm prætor.
ff. de iudic. nónne. extra, de præsumpt. & facit
quod not. Alexan. consi. lxxv. in v. volu. & in simili
casu, quod per nouam reformationem censeatur
abolita clausula veteris statuti consuluit Sign. Ho
mod. consil. cciiij. allegat rex. in lege, quod con-
stitutum. ff. de testam. milit. Quarta ratio, quia sta- C
tutum omisit dictam clausulam vltimam magna
ratione: cùm enim tale statutum factũ esset ad tol-
lendam prauam consuetudinem istorum duello-
rum, & vt reduceremur ad ius commune, secundũ
5 quod † omnis monomachia omni iure est pro-
hibita, ij. q. v. c. monomachiã. ca. j. de purg. vulg. c.
ij. de cler. pug. in duell. lege. j. vbi not. C. de glad.
lib. xj. satis fuit dict. statutum, secundùm ius com-
mune intelligere. l. fi. serui vestri. C. de noxalib.
Bald. l. j. §. excipiuntur. ff. de feriis. & non vltrà D
progredi, ad eos, qui præstant causam, cùm præ-
stantes causam delinquendi aliis legibus puniun-
tur, vt habetur in ca. qui causam. de regu. iur. in vj.
nec operæ pretium fuit de hoc constituere. Quin-
ta ratio, quia nisi ita diceremus, sequeretur incon-
ueniens, quod nemini liceret, nec quidem simpli-
ci verbo tueri honorẽ suum: cum semper subesset
periculum, ne inde causa duelli emanaret, quod
6 certè esset iniquum, cùm liceat vnicuique falso ac-
cusato respondere. *Tumentiris.* l. quæ omnia. vbi
Bart. de procurat. qui cùm maior. §. si libertus. de
bon. lib. per Dec. in l. ut vim. in fi. de iust. & iur. nec
videtur, quod statutum, aut voluerit, aut potuerit
7 tollere talem † defensionem verbalem, tanquam
iuris naturalis sit, de qua in dicta lege, vt vim.
8 Sexta ratio, quia semper † leges ita sunt condẽ-
dæ, vt clarè apertæque sint, ne dent materiam
hęsitandi & litigandi, secundum textum in auth.
de restitu. versic. hanc autem puram. prout
ista fateret dum disputaremus an verbum aut
factum dedisset probabilem causam, & posset
arripi à iudicibus in occasionem, vt in simili
dictum in lege, famosi. versic. hoc tamen. ff. ad
leg. Iulia. maie. meritò dicta clausula in dubio cessa-
& res relicta in arbitrio iuris communis, secun-
dum quod competit actio iudicibus, ad instan-
tiam partis, & ad condemnationem pecuniariam,
de quo in instit. tit. de iniuriis. §. fi. Septima ratio,
quia cùm per supradicta aperte constet, quod dic-
tum capitulum vltimum sit reuocatum non de-
bet posse in nouam obseruantiam reduci, ex eo, G
quod asseratur mentem senatus fuisse, vt etiam
illud obseruaretur, quia quacunque potestate ful-
gear senatus, debet seruare legem à Cæsare ipsi fa-
ctam cæteris antiquatis, nec admittitur allegatio
istius mentis, de qua non constet per verba l. C.
9 de mand. prin. quia † proposituin in mente reten-
tum nihil operatur. l. si reperendi. C. de cond. ob
10 can. & † in re dubia admittitur controuersia men-

tis non in re clara. l. ille autem illeis, cũ in verbis. ff. de
leg. iij. prout in casu nostro, in quo clarè constat de
reuocatione per illa verba cæteris antiquis, &c.
Ostauo, quia nisi ita diceremus, aperta esset via ca-
randi homines, qui videntes se non delinquere
contra legem, aliquid dicerent, vnde occasio pu-
gnæ posset oriri, & deinde remanerent captari, si
mens ista allegaretur, & effectum haberet: & hoc
modo eluderetur dispositio legis volentis, nemi-
nem arctari, nisi postquam scientia constitutionis
prohibitiuæ innotuerit. l. fi. ff. de decr. ab ord.
fac. & in auth. vt factæ no. constit. & in ca. ij. extra,
de constit. lib. vj. per Bar. in l. omnes populi. in
v. q. primo de iust. & iure. esset que hoc non valde
dissimile exemplo ab eo quod Caii Caligulæ Im-
peratoris fuit, de quo scribit sic Suetonius. Propo
fuit legem, sed minutissimis literis, & angustissi-
mo loco, vt ne cui describere liceret. Nona, quia
etiam si delictum, perpetratum in hoc fuisset, tamẽ
satis pœnarum dedisse Comes Franciscus videri
potest, qui lapsis iam duobus mensibus domum
habeat sibi pro carcere assignatam, † quod tempus 12
lex existimat satis prolixum esse carcerationi. ar-
gu. l. fin. C. de custo. reorum. & facit quod habetur
in l. si quis diutino. ff. de pœnis. Decimo & vltimo
non omitto, quod illa allegatio non est admitten-
da, qua dicitur quod etiam post latam legem Cæ-
saris, nihilominus dict. vltimum caput proclama-
tionis obseruatum fuit in persona cuiusdam lani-
ficis. respondeo enim, quod hoc procederet, si tot
actus interuenissent, qui consuetudinem induce-
rent, vel ostenderent legem Cæsaris vsentium vsu
sic intellectam, vt inquit Bald. in d. auth. omnes pe
regrini quia † leges loquentes de consuetudine de-
clarari aliter requirunt plutimos actus. l. de qui-
bus. verbo, inueterata. l. diuturna. l. sed ea quæ. l. fi.
de interpretatione. ff. de legib. per Bart. in d. l. de
quibus. in ij. q. princ. versic. iuxta prædicta. vbi eum
Ias. & sequuntur Can. in c. fi. de consuet. & dicens
Alex. consi. cvij. in ij. dicat non esse necessariam
præscriptionem, tamen non negat, quin saltem 8
plures actus requirantur, vt dicitur in dictis iuris-
bus, & dicit Bald. in d. l. diuturna. quod saltem duo
vices sunt necessariæ per tex. in l. ij. in fin. C. de
episc. aud. de quo per Curt. in rub. extra, de consu-
suet. quæst. iij. Sed quia huic fundamento etiam
aliis modis responsum est per præstantissimos
aduocatos, non insisto vlterius, vt pote in re clara.
Et hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

F

CONSIL. CXI. SVMMA.

1 *Verba indicant intentionem loquentis, ideo ab eis non est discedendum.*
2 *A sententia arbitratorum non datur appellatio.*
3 *Arbitratorum dignoscendorum ratio.*
4 *Verbum compromissum & consensit, non conuenit delegatis, qui iurisdictionem habent, etiam in inuitos.*
5 *Dicto stipulata inducit compromissum non simplici pacto sed stipulatione conceptum fuisse.*
6 *Arbitrij, delegationisq; concursus.*
7 *Delegationem arbitrij iure censeri.*
8 *Potestas arbitri finitur morte compromittentis, quia respectu hæredum compromittentis non subest consensus, qui ex affectione in arbitros procedit.*
9 *Mutatio qualitatis superueniens, facit vt nouus consensus requiratur.*
10 *Compromissum minoris nullum.*

Minor eo ipso quod compromittit censetur læsus, præsertim cum id fecerit absque authoritate Curatoris.

Imperator etiam circa consensum partium, potest causam delegare, appellatione remota.

Minorem ob compromissum restitui.

Datio fidei, & iuramentum æquiparantur, improprie tamen.

15 Verba hæc, dedit fidem manu leuata, cum sint ambigua possunt intelligi de simplici promissione, etiam non iurata.

Debet fieri interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis ambiguis. B

Sententiam ad non petita non trahi.

Sententia & eius executio habet formam à lege statutam, & à iure publico pendet.

Cum non apparet quem literas sibi missas acceptasse & approbasse ex eis non potest se fundare.

Acceptans partem literarum, & partem repudians, non potest earum literarum beneficio vti.

Præscriptio est exceptio litis finitæ, impediens ingressum iudicij. C

Lex dicit eum qui præscripttoni innititur, impium remedium allegare.

23 Præscriptio cum titulo pro suo, vel pro hærede, non est impium remedium, sed fauorabile, quia lex ait fauore publico esse inductum.

24 Ad interrumpendum præscriptionem 10. vel 20. annorum, requiritur litis contestatio.

25 Præscriptio 30. annorum aduersus eum qui bonæ fidei sit, non interrumpitur sola citatione.

Emptor qui emit cum pacto retrouendendi, non obstante tali promissione nihilominus vsucapit. D

27 Princeps potest tollere beneficium præscriptionis.

28 Priuilegia Principum non nocent ei, qui non est citatus, cum citatio sit de iure diuino, quod non potest per Principem tolli.

29 Rescriptum impediens vsucapionem consumandam, non impedit iam perfectam.

30 Actor sibi contrarius, non est audiendus.

31 Delegati Principum ante litem contestatam sunt recusandi, non autem post, nisi ex causa superueniente, vel etiã antecedente quam partes ignorassent.

32 Delegatus à Principe cum clausula appellatione remota, potest recusari vt suspectus, si subsit iusta causa.

33 Iudex recusatus sit, non obstante recusatione, procedat quod talis processus sit ipso iure nullus.

34 Iusta causa recusandi iudicem est, quando grauat partem & aliæ causæ adducuntur.

Recusationis vtilitas.



Antgrauii Hassiæ illustris, & eius aduersariorum Comitum à Nassau in causa prima difficultas offertur, an literæ Cæs. maiestatis causam illam iudicibus committens, ad delegationem pertineant, an ad compromissum, id est, an præfati iudices sint delegati, an arbitri. Et videretur esse delegatos: quia in dictis literis non vno in loco sic appellatur ibi, *Nostros cõmissarios, & delegatos ordinamus, &c.* & ibi, *Qui sub delegati commissarij, &c.* & in discursu multis in locis vbique sic appellatur vnde à † verbis discedere non possumus, quæ indicant intentionem loquentis. l. Labeo. de sup. leg. Confirmatur hæc sententia, dum in eis literis dicitur quod dicti tanquam Cæsari commissarii de iure cognoscere, & pronuntiare debeant absque contradictione, appellatione, supplicatione, &c. nam si arbitri essent, frustra de appellatione fieri mentio, cum † à sententia arbitrorum non detur appellatio, l. j. C. de arbitr. & licet de stylo in lauro poteſt. in fin. ff. de leg. j. excipiant aliquot casus, tamen illi excepti non conueniunt nostro. In contrarium quod imo † isti iudices sint arbitri probatur ex illis verbis. *Tantum consequuti quod vtraque pars insequens compromissum, & cognitionem consensit, & petere nobis stipulata manu, & fide data promisit.* ponderando dictionem, † *Compromissum.* & verbũ, *Consensit*: quod non conuenit delegatis. qui iurisdictionem habent etiam in inuitos. l. j. C. qui pro sua iurisdictione. inter stipulantem. §. j. de verb. obli. Abb. c. innotuit. de arbitr. & † dictio stipulata, quæ indicat compromissum non simplici pacto, sed stipulatione conceptum fuisse, secundum l. diem proferre. §. fi. vbi not. ff. de arbit. & in l. ij. eo. tit. Bar. & doct. d. l. nemo potest. in fi. Probatur etiam versus finem rescripti ibi, *Et iuxta tenorem huius compromissi procedatur.* & rursus, *Quod hoc compromissum, & cognitio iudicaria, & quicquid ordinatum, &c.* quibus verbis satis videtur ostendi, quod isti potiùs fuerint arbitri, quàm simpliciter delegati. Apparet hoc quoque ex præfatione, in qua dicitur, *Quamuis amicabilis transactio frustra tentata sit, tamen tantum consequuti sumus, quod vtraque pars, &c.* vnde potest deprehendi, quamuis noluerint amicabiliter componere & arbitratorem eligere, sub quo propriè fit amicabilis transactio secũdum gl. in auth. vt diff. iud. §. j. tamen fuerunt contenti in arbitrum consentire, qui de iure cognosceret. Et licet quandoque appellentur delegati, vel commissarij, &c. tamen hoc ea cõtemplatione dicitur, quia nominati sunt ab ipsa Cæs. maiestate, non tamen ideo minus sunt arbitri: ficut videmus, quod arbitri iuris nominati ab ordinario dicuntur delegati, & tamen etiam propriè sunt arbitri. lege, arbitro. lege, seq. ff. qui sat. cog. ca. ab arbitris. de off. deleg. libro vj. & à talibus appellare licet iuxta l. fi. ff. à quib. app. non lic. Quid ergo dicendum in casu nostro? Et non † est dubium posse aliquem esse iudicem delegatum, & etiam arbitratorem simul, vt si postquam quis sit delegatus, & partes deinde in eum compromittant, vt est tex. in ca. nisi essent. extra, de præben. & quod in arbitratore dicitur, idem tenent canonistæ in arbitro in ca. innotuit. in gl. j. extra, de arbi. dummodo non simus in casu, in quo iurisdictio delegata, & arbitri concordare non possint, vt ibi per Ant. de But. tunc enim videretur subesse quędam contrarietas, nisi essent diuersi articuli addit. in Abb. vel vnus diuisibilis, vel indiuisibilis in quo vtraq; potestas conueniret. sequitur Felin. in ca. cum ex officii. versic. ij. conclusio. extra, de præscrip. Et certè illa opinio est probabilis in casu ipsorum: quando diuersis temporibus facta est delegatio, & compromissum, sed in casu nostro non videtur fuisse actum de publici potestate in istos transferenda, sed de vna tantum, vnde propter euitandã contrarietatem videndum est quomodo sit intelligenda hæc commissio. Et putarim etiam si dicamus fuisse delegationem, tamen censeri † eam restrictam ad similitudinem arbitriorum, vt sicut arbitri non eliguntur, nisi de consensu partium, ita & ista delegatio sapiat naturam arbitrii, quatenus ad cõsensum partium pertinet, prout in simili per Bart. in auth. & consequenter. in fi. C. de sent. vnde infertur, quod cum compromissum in arbitros soluatur morte alicuius ex compromittentibus. l. die. §. j. l. sed & interpellatus. in fi. de arbit. per Bart. in l. si quis arbitratu. q. antepen. de verb. oblig. adeò, vt sententia inde lata sit nulla, idem videatur in casu nostro: ratio enim, cur morte compro-

missi-

8 micteatis finiatur † potestas arbitri est: quia respectu hæredum compromittentis nō subest consensus, qui ex affectione in arbitros procedit. ca. fina. doct. extra, de arbitr. quæ ratio videtur militare etiam in casu nostro, quia rescriptum Cæsa. maiestatis est fundatum in consensu ipsarum parcium, vnde apparet noluisse eum talem potestatem durare, nisi quatenus durarent ipsæ partes sorte euent. Et cùm mortuus sit d. Elisabeth principalis, nihil refert, quòd viuant procuratores eius hæredes, quia † mutatio qualitatis superueniens, 9 facit vt nouus consensus requiratur. l. j. in prin. de pignor. l. cum vir. vbi Bartol. in fine. ff. de vsucap. cum isti non consenserint tanquam hæredes, verum quia tractatur de interpretatione rescripti Cæsa. maiesta. talis declaratio plurimum ab eius æstimatione pendet. iuxta text. in l. Neratius. vbi nota de reg. iur. ideò transeamus ad alium articulum. Sequens quæstio est circa † nullitatem compromissi: quia illustris d. Philippus Lantgrauius tempore quo consensit erat minor 19. annis, vnde compromittere non potuit † † quia eo ipso, 11 quod compromittitur censetur læsus. l. si minor. §. minores. ff. de minor. maxime cum hoc fecerit absque auctoritate curatoris. gloss. & doct. l. penu. C. si aduer. rem iudi. præsertim etiam cum expressè renunciauerit appellationi promittendo stare iudicatis absque contradictione, appellatione & supplicatione, quæ promissio etiamsi non de arbitris, sed de delegatis intelligatur, continet manifestam læsionem, secundum gloss. in d. §. minores. & per Barto. in l. nam postea §. si minor. ff. de iureiur. Alexand. consi. cxv. in v. & ideo, istis actoribus petentibus executionem sententiæ obstat exceptio læsionis aduersus quam potest peti restitutio in integrum, etiam per modum exceptionis, secundum distinctionem Bartol. in d. §. si minor. quæ videtur magis communiter approbata, ar per can. in c. cum vener. de excep. & dixi in l. si ex falsis. C. de transact. Nec obstat, quod talis promissio facta sit ipsi Imperatori, quàm ipse approbauit, & secundum eam causam iudicibus, seu arbitris commisit, vnde non videtur tali casu concedenda in integrum restitutio: quia coram tanta maiestate nemo præsumitur læsus. Et quia 12 etiam † citra consensum partium potest Imperator causam delegare appellatione remota. l. j. §. fin. ff. à quibus app. non lic. c. pastoralis. c. vt debitus. extra, de appell. maximè ergo si partes consenserint. d. l. j. §. j. & l. fina. C. de temp. appell. & quod habetur in c. ex parte. de offic. deleg. per Felin. c. causam quæst. de rescrip. Nam respondeo, quòd 13 ex lectura rescripti † satis apparet quod Cæsa. maiestas eam commissionem non fecit, volens vti suprema potestate sua, sed solùm sequendo consensum ipsarum partium, nec fuit commissurus appellatione remota, nisi partes consensissent. Vnde cum Lantgrauius esset minor ætate, censetur ex tali consensu læsus. & ideo talis restitutio non aduersus factum Cæsaris petitur, sed aduersus consensum. l. præfecti. in fine. ff. de minor. & ideo G ipsemet Cæsar restituere debet. l. minor autem magistratus pen. responso. ff. de minorib. & restitutio aduersus consensum illum concessa infirmabit omnia, quæ ex inde sunt sequuta. l. si ex causa. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de min. Nec obstat, quod Lantgrauius impetrasset veniam ætatis, prout dicitur in replicationibus partis aduersæ: quia de hoc non constat (quod ego viderim) in actis, nec exhibita est hæc concessio veniæ, ideo si

A exhibeatur oportebit videre, an sit obseruanda cũ ante 20. annum lex prohibeat talem veniam impetrari. l. ij. C. de iis, qui æta. vend. & posito, quod valeat erit considerandum an trahatur ad casum nostrum, in quo tali consensu inducitur renuntiatio, & præiudicialis respectu bonorum immobilium, quæ aliàs alienari non possunt, per ea, quæ habentur in d. l. ij. & per Card. consi. xv. Paul. Castr. cons. cvj. in ij. Curt. Sen. consi. xliij. Socin. ccxxxv. Non obstat, quòd in rescripto dicatur promissionem à
B Lantgrauio factam fide data, † vnde videtur impe- 14
diri restitutio propter fidei donationem: quæ videtur significare iuramentum, auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. per Bald. in rub. C. res inter alios acta. Abb. c. ad aures. extra, quod met. sed tamen proprie loquendo aliud est datio fidei, aliud iuramentum. c. commissum. extra, de iureiur. But. & Imol. c. quærelam. extra, de iureiur. Archid. c. iuramenti. xxij. quæst. v. Cin. & Bal. in l. necnon. §. item si quis. ff. ex quib. cau. maio. Card. & Anch. c.
C ij. de sponsa. cum similibus. per Ant. Corse. in rep. rubr. extra, de iureiur. q. vij. vnde auth. sacramenta puber. loquens in sacramentis non videtur extendenda ad simplicem dationem fidei, vt etiam sentit Bart. & Bal. & Salic. ibi in primis quæstionibus dum requirunt quæ angantur scripturæ, vt ibi etiã per Ias. & facit quia ista † verba dedit fidem manu 15
leuata, sunt ambigua, & possunt intelligi de simplici promissione, etiam non iurata. l. j. ff. de pact. cũ gloss. ergo † debet fieri interpretatio contra eum, 16
D qui se fundat in illis. l. veteribus. ff. de pact. Nō obstat etiam quod nihilominus semper Lantgrauius etiam postquam maior est factus, litigauit coram illis commissariis: quia non ideo censetur approbasse clausulam illam appellationis remotæ: quia ex tali clausula non est læsus, nisi postquam est iudicatum, vnde satis est quod tunc appellauerit, & petierit restitutionem aduersus dictam clausulam. Tertia est quæstio circa dimidiam partem hæreditatis pertinentem ad d. Mechtildem. in qua videndum est, an executio sententiæ possit etiã in
E ista dimidia fieri, & si non possit, an Lantgrauius tutus sit exceptione præscriptionis, sciendum igitur est, quod cum † ista dimidia in iudicio petita 17
non sit, nec ea datus libellus, nec de ea sententia loquatur, non potest dici, quod talis pars ex sententia sit debita, & consequenter quod executio sententiæ ad eam fieri possit, l. j. C. de exec. rei iud. quia † sententia & eius executio habet formam à 18
lege statutam, & à iure publico pendet. l. prolatã. C. quomo. & quand. iud. per Bart. l. j. C. qui pro sua iurisd. Bal. l. si diuersa. C. de transact. Abb. c. significasti. extra, de foro cõpet. Nec obstat, quod Lantgrauius scripserit literas, quòd hæc causa esset eiusdem iuris, cuius lis de altera dimidia. Quia respondetur ad hanc obiectionem quatuor modis. Primo, est quòd hæ literæ essent præiudiciales Lantgrauio, tamen non operarentur in vim sententiæ, sed in vim pacti & consensus duntaxat, secundum gloss. in l. ij. C. comm. vtr. iud. & quę per illam gloss. aggregat Felin. in d. c. significasti. & Dec. c. examinata. in iij. nota. extra, de confir. vti. vel inuti. in c. prudentiam. de offi. deleg. adeò quod talis consensus iure publico non innititur, & nihil vltra potest, quàm simplex pactum, secundum Io. Cald. consi. viij. titul. de re iudic. & quod not. Angel. in l. pactum inter. ff. de pact. clarum autem est iure nostro pactum non habere paratam executionem: sicut nec cæteros contractus, sed ex eo casu, quo sufficiat actioni, vt quia vestitum sit agendum.

BIU Cujas

esse ordinarie, id est, porrecto libello, & cæteris solennitatibus iudiciorum obseruatis, vt est textus vbi Bald. & cæteri notant in l. minorem. ann. cum fidei commissum, ibi ad initium nouæ petitionis. ff. de minor. vnde poterit in tali iudicio Lantgrauius opponere quascunque exceptiones, & se melius defendere, quàm fecit in hoc alio iudicio, & puto hanc solutionem esse clariss. mam. Secundò respondetur, quòd isti actores non consenserunt hijs literis Lantgrauij, nec † apparet 19
quod eas acceptauerant, vnde non possunt se ex B
eis fundare per regulam l. iij. vbi Bald. in ij. nota. C. de reput. hæred. & quod notat Cin. l. j. in vi. quæst. C. de confess. vbi etiam Salic. in xx. oppos. & etiamsi acceptauissent aliquam partem, ex quo alij parti contradixerunt, non possunt eorum be-
neficio vti: quia non possunt † partem acceptare, 20
& parti contradicere, secundum regulam l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. vbi Iaf. post alios. & l. si quidem. C. de except. per Barto. in l. Aurelius. & idem quæritur ff. de libr. leg. nec enim Lantgrauius C
fecisset eam oblationem, malefactores in locum eam acceptassent, meritò non possunt ea pro parte vti. l. Caius. ff. de manumiss. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. possess. Tertiò respondetur aduertendum esse, quod adhoc vt dictus consensus damnum aliquid inferat Lantgrauio oportet, quod sit talis, qui obligationem inducat, vnde si pactum nudum solum induceret inter ciuili non esset efficax, secundum l. iuris gentium. Sunt igitur nuda. ff. de pact. & tali casu non procederet D
glos. in dict. l. ij. C. commu. vtri. iudi. suprà per me allegata, prout eam declarat, & limitat Felin. in d. c. significasti. versi. vltimo considera, quod ideò à me dicitur, quia cum proponatur solum scriptas esse literas, videtur quòd istæ literæ inducant simplicem pollicitationem, quæ nullam obligationem inducit. l. Charidemus. ff. de pollicit. sed quia non vidi istas literas, nec sunt exhibitæ in processu, non possum quicquam certius de hac re scribere. Quartò respondetur, quod respe- E
ctu huius dimidiæ obstat † exceptio præscriptio- 21
nis, quæ præscriptio est exceptio litis infinitæ impediens ingressum iudicij. l. transacta. l. sequen. ff. de verb. sign. c. j. de lit. contest. libr. vj. per Bart. & docto. l. nam & postea. ff. de iureiurand. lapsi enim sunt supra 40. anni cum Lantgrauius cum patre suo possideat hæc bona tanquam sua, & vigore præteritorum iurium, & conuentionis initæ inter dominum Saxoniæ, & Gulielmum medium vnde cucurrit vsucapio pro suo inter præ- F
sentes 10. annis, inter absentes 20. secundum regulas iuris communis. l. penul. C. de præscriptio. long. temp. & cum lapsi sint anni 40. & plus appareat rem esse magis claram, vt amplius super hac dimidia molestari non possit, sed plenissima securitate fruatur, secundum l. omnes. in fi. C. de præsc. xxx. vel xl. anni. l. j. C. de vsucap. transf. l. j. C. de edict. diui. Adr. & de iure communi eò, est certum in c. ij. de præscript. lib. vj. decret. quæst. iij. ca. vlumus. & licet † lex dicat enim qui præscriptioni 22
initiatur imperium remedium allegare. §. j. in authen. vt eccles. Roma. tamen loquitur in præscriptione absque titulo, & cum mala fide, quod non est in casu nostro, cum probabiliter credidit Lantgrauius hanc dimidiam partem ad se pertinere, cum deua non fuerit interpellatus nec constitutus in mala fide, vt mox dicã, † præscriptio 23
erit cum titulo pro suo, vel pro hærede, vel similis, non est impium remedium, sed fauorabile, A
quia lex ait fauore publico esse inductum. ff. de vsuca. l. fin. ff. pro suo per Io. And. in reg. possessor. in Mercurialibus. Nec obstat, quod per dictas literas videantur interrupta præscriptio. argum. l. cum nouissimi. in princ. C. de præscriptio. xxx. vel xl. anni. quia hoc non est verum: cùm enim loquamur de præscriptione x. vel xx. annorum, vt eam interrumpatur, requiritur † litis contestatio. l. ij. §. 24
penul. ff. pro empt. l. mater. C. de rei vend. Bart. d. l. fin. in princ. ff. de eo per quem fact. erit. plus dico, etiam † præscriptio. xxx. annorum aduersus eum 25
qui bonæ fidei sit non interrumpi sola citatione iuxta d. l. cum notissimi. sed tali casu adhuc requiri litis contestationem, secundum Abba. & Felin. in c. illud. extra, de præscript. Imo etiam si mala fide inducta sit, non tamen interrumpitur præscriptio, nisi per legitimam citationem & perfectam, vnde si actor non comparuit in termino citationis, non fit interruptio, secundùm Felin. in d. c. illud. per regulam l. & post edictum. §. j. ff. de iud. Idem si relatio talis citationis non fit facta per nũtium: quia non sufficit scientia citari, secundum Alex. & Iaso. in d. l. fi. Felin. d. c. illud. Cum ergo istæ literæ multum differant, à citatione non videtur, quòd ex eis interrumpatur talis præscriptio: sicut non interrũpitur per solam libelli oblationem. l. sicut. versic. nec sufficiat. C. de præscr. trigin. ann. nec per citationem ad recipiendum testes ad æternam rei memoriam, secũdum Fel. d. c. illud. nec per sequestrationem, vt per Feli. loco suprà allegato, cõclusione xij. & generaliter, nec per denuntiationem extrai udicialem. l. alienam. ff. pro empt. vbi gloss. Barto. ceteri. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. in apost. ad Bart. & consil. lxxxix. in v. Felin. d. c. illud. circa fin. in pen. concluf. & fatetur Bart. in d. l. alienam. quod talis denuntiatio post cœptam præscriptionem non est sufficiens ad inducendam malam fidem, per illum tex. & idem tenet etiam in l. naturaliter. ff. de vsurcap. sequuntur Can. in c. nihil. vbi Felin. de præsc. cum ergo istæ literæ nihil aliud inducãt, quàm E
denũtiationem extrai udicialem, non videtur per hoc dominus Lantgrauius esse constitutus in mala fide, nec esse interrupta præscriptio, secundum suprà dicta: quia cum ipse apprehendisset iam possessionem, & crederet eiusdem iuris esse hũc Comitatum cuius & Lantgrauiatus est, nõ debuit facilè credere aduersarijs, nisi quatenus ipsi fecissent fidem affirmationis suę per exhibitionem instrumentorum. l. si quis in ficiatus. vbi Bar. ff. depo. & declarat Alexan. in d. consi. lxxxix. & ideo opus fuit actu iudiciali seu litis contestatione, vt suprà dixi. Nec promissio facta per literas suprascriptas impedit hanc præscriptionem, vt ideo dicatur cõstitutus in mala fide, per suprà dicta: sicut etiã videmus quod † emptor, qui emit cum pacto retrouẽ- 26
dendi, non obstante tali promissione, nihilominus vsucapit, quia intelligetur tale pactum fr ille. ante vsucapionẽ perfectam luerit. d. l. cũ notissimi. §. j. per Iaf. in l. petentes. C. de pact. Soc. consi. cciij. Mod. l. nemo potest. de leg. j. ita in casu nostro promissio, quod eodem iure hæc pars censeatur, est intelligenda nisi interim fuerit vsucaptum, quamuis (vt suprà dixi) ita potius fuerit pollicitatio quàm pactum, & etiamsi sit pactum ex eo nulla iure ciuili datur actio. &c. igitur nuda. Nec etiam obstat, quod Cæsa. maiestas anno 1528. per priuilegium concessum ex certa scientia voluit præscriptionem in hac causa currere, non debere, cum clausula decreti irritantis, &c. † potest enim prin- 27
ceps

ceps tollere beneficium præscriptionis l. præscriptio. C. de operib. publ. maximè adiecta clausula non obstante, secundum Petr. Cin. Bald. in authent. C. de sacrosancta eccles. Nam ad istud obiectum patet responsio ex supradictis, maximè per textum in d. l. sicut. versicu. nec sufficiat. vbi requiritur, quod vt tale rescriptum habeat effectum interruptionis oportet, vt in iudicio postulatio subsequatur, & conuentio, quod non est factum in casu nostro, & clausulæ illi rescripti non tollunt nullitatem prouenientem ex postfacto culpa impetrantis, qui debuit præsentare iudici, & facere conuentionem, vt probatur in c. cùm inter. P. Gaufridi. extra, de renuntiat. c. ad nostram. ij. cum gloss. extra, de iureiuran. & quod notat Angel. consil. lviij. & inter consilia Franco. Cur. Senioris consil. lxvj. Secundò respondetur quod cum illud rescriptum emanauerit, non citato Lantgrauio, non debet ei nocere: quia † priuilegia principum non nocent ei, qui non est citatus: cùm citatio sit de iure diuino, quod non possit per principem tolli, vt est textus. in c. j. extra, de caus. poss. & prob. vbi Abba. & cæteri. & in clemen. pastoralis. versicul. nunc prædicta. de re iud. & quod habetur in l. fina. Cod. de legib. vbi Bald. maximè stante conuentione Imperij, quod non tollatur liber cursus causarum, &c. Tertiò respondetur, quod tempore impetrati rescripti, id est, de anno 1528. iam perfecta erat vsucapio, quia (vt suprà dixi) in rebus immobilibus, cum titul. & bona fide currit decennio, inter præsentes: & viginti annis, inter absentes. d. l. penult. C. de præscr. lon. temp. maximè propter bonam fidem, & iustum errorem Lantgrauij, secundum gloss. in l. hæreditatem. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscr. & notat. in l. cum solus. de vsucap. vnde † rescriptum Cæsaris impediens vsucapionem consumendam non impedit iam perfectam. l. patre furioso. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur. & l. si verò non remunerandi. §. si post creditum. ff. manda. vbi docto. & per Paul. de Castr. in l. si quis. §. irritum. in fine. ff. de inoff. test. Quartò respondetur, quod † actor conradicens huic exceptioni præscriptionis non videtur audiendus, tanquam sibi contrarius l. j. C. de furt. si enim dicit præscriptioni non esse locum, tanquam reus sit constitutus in mala fide, & suprascriptæ literæ & priuilegia habeant vim conuentionis iudicialis sequeretur, quòd res effecta esset litigiosa, vnde non valeret emptio facta ab ipsis cum d. Mechthilde secundum regulã. authen. litigiosa. C. de litig. cum legib. seq. aut faterur, quod non habet vim conuentionis iudicialis, & valeret quidem contractus, sed duntaxat pro rata pretij, quòd verè esset solutum, vt est textus in l. per diuersas. cum l. seq. C. manda. sed tamen non impediretur præscriptio, & quatenus hæreditas valeret, supra pretium solutum: quia ius nullum est, in iis actoribus priuilegium Cæs. maiestatis nihil operatur, quia non loquitur, nisi quatenus ius esset in dictis impetrantibus. Vltima est quæstio, quia commissarij allegati sunt suspecti, & detulerunt recusationi: licet pars aduersa nunquam voluerit eligere arbitros, an quia illi mortui sunt, si alij commissarij, à Cæs. maiestate subrogentur, coram eis possit ampliùs de grauamine priorum agi, & probari? Et sciendum † est delegatos principis ante lit. contest. recusandos esse, post verò non posse recusari. l. apertissimi. C. de iudi. nisi ex causa superueniente, vel etiã antecedente, quam tamen partes ignorassent. l. ij. cum gloss. pec. C. de consort. eiusd. lit. gloss. c. cum speciali. extra, de appell. Bart. & doct. d. fina. C. de sentен. Item sciendum est, quod † delegatus à principe cum clausula appellatione remota, potest tamen recusari, vt suspectus, si subsit iusta causa vt est textus in c. postremo. vbi omnes notat. extra, de appel. & hoc procedit non solum iure canonico, sed etiam ciuili, vt est textus in l. j. C. ne licitum, vna, eademque causa. & in l. fina. vbi Bart. & doct. C. de sent. & licet gloss. in d. l. fina. & Specul. titu. de recusat. §. j. versicu. quid si tu causa. videantur aliter sentire saltem de iure ciuili secundum Abb. in cap. super eod. ij. de appellat. tamen communis opin. est in contrarium: quia vno iure sublato, aliud remanet. l. si domus. ff. de ser. vrb. præd. in casu tamen nostro est probabilis dubitatio: quia verba non loquuntur duntaxat de appellatione, sed dicunt absque contradictione, appellatione, & supplicatione vtraque pars stare, &c. sed tamen ego crederem tali generalitate verborum non censeri renuntiatum recusationi iudicis, quæ procederet ex culpa futura iuxta l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Rursus est sciendum quòd si † iudex recusatus, non obstante recusatione, procedat, quo talis processus est ipso iure nullus, secundum magis communem opinionem Legistarum, quam tenuit Bartol. & alij in l. quia pater at. ff. ad Trebell. per textum in l. j. C. Si quacunque præd. potest. & Abba. in cap. cum speciali. in fine. de appell. Petr. de Anch. & Gem. in c. iudex per illum textum de offic. deleg. lib. vj. cum concord. Illud quoque sciendum, quod iusta † causa recusandi iudicem, est quando grauat partem, vt causa, quæ sufficit appellationi, sufficiat etiam recusationi. arg. c. ad hæc j. extra, de appell. vbi doct. Idem si apparet, quod nimis animosè in præiudicium partis procedat. c. ij. extra, de integr. restit. vbi Abbas & Imol. & quod habetur in c. sanè. lv. distin. Et ex iis remanet decisa proposita quæstio: quia si mortui sunt dicti delegati suspecti, frustrà quæreretur de eorum suspitione, nisi ad istum finem, vt quatenus grauauerint: quia ex eo † sunt redditi suspecti, eatenus grauamen illud reuocetur, & processus ex post factus tanquam nullus infirmatur: oportet tamen quòd tale grauamen arguat dolum ipsorum, vt non videatur ei renuntiatum per illa verba, absque contradictione, appellatione, &c. d. §. illud nulla. ibi Ias. & suprà dixi. Et ita mihi videtur saluo, &c.

CONSIL. CXII. SVMMÆ.

1 *Cridæ probant dominium & possessionem, & præiudicant quibuscunque non contradicentibus, quia censentur remisisse ius suum.*

2 *Possessio perditur solo animo.*

3 *Qui non sunt hæredes, non possunt declarare animum defuncti.*

4 *Possessor dicitur habere ius in rem.*

5 *Testis refellendi modi.*

6 *Deponens non veristmilia, non debet facere aliquam fidem.*

7 *Quotiescunque agitur de probando certo & limitato tempore, non sufficit probatio generalis seu in genere.*

8 *In probationibus, sicut in cæteris actibus, specialia derogant generalibus.*

9 Hæ-

9 *Hæres potest declarare animum defuncti.*
10 *Qui prætendit possidere ex aliqua præsumptione legis, debet ipse dictam præsumptionem allegare.*

1 EST intentio Andreæ Alciati, pupilli fundata ex cridis aliàs factis ad instantiam eius aui D. Nicolai, quæ quidem cridæ † probant possessionem, & dominium ipsius iuxta l. locorum. C. de omn. agr. defer. lib. xj. & tradit Bart. cum quo cæteri transeunt in l. rem, quæ nobis. ff. de acqu. poss. & præiudicant quibuscunque non contradicentibus, quia censentur remisisse ius suum. l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Felin. c. fin. extra, de præscr. Non obstant capitula producta per aduersantes quod d. Ludo. semper possedit, fructus percipiendo, &c. Respondeo, quòd cum propter cridas fundata sit intentio minoris, ad eas infirmandas oportet probationem esse concludentem, adeò quod constat tempore ipsarum cridarum, seu iuramenti præstiti per ipsum d. Nicol. quod non possideret. secundum doct. Barto. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de op. no. nunt. circa med. vers. facit quòd dicimus, &c. Non video autem quomodo testes possint dicere quod Ludouicus tunc possideret, 2 & non Nicolaus, cum † possessio perdatur solo animo. l. iij. §. in amittenda. de acq. poss. & non contradicendo cridis, satis apparet, quod non habeat animum possidendi, si tamen prius possidebat, nec isti qui non sunt hæredes d. Ludou. quia filius abstinuit se hæreditate, & occupauit 3 bona iure dotis maternæ, possunt declarare † animum ipsius defuncti. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verbo. obligat. notat l. si quis à filio. §. si plures. ff. de leg. j. maximè cum isti non sint verisimiliter informati de istius animo. Præterea est aduertendum, quod licet retentio possessionis faciat aliquam coniecturam simulationis contractus. per not. per Bartol. in l. post contractum. in iij. præsump. ff. de don. tamen sola nō sufficit ad infirmandum titulum, vt ibi per Bart. & per Bald. in l. emptor. C. plus valere, maximè cum Nicolaus mortuus sit infra modicum tempus, relicto Baptista filio minore, & ipse Baptista tempore bellorum duxerit vxorem, & decesserit, relicto isto pupillo, vnde succedit, quod notabiliter dixit Picus in repet. d. l. post contractum. vers. iij. limit. vbi vult. illam coniecturam orientem ex continuata possessione non habere locum, quando emptor decessisset relicto hærede ignorante, vel minore, prout fuit in casu nostro. Accedit etiam alia coniectura, quia Ludou. tunc erat debitor mille scutorum, ipsius domini Nicolai, & Nicolaus illi remisit tale creditum, & extat etiam nunc obligatio cancellata apud dominum Franciscum Pusterlam notarium, quod arguit, quod Nicolaus remiserit illud creditum, quia promiserat d. Ludou. illas cridas transire liberas. & hoc dico, etiam non visis dictis testium. & fortè testes non probant hanc continuationem possessionis, vt deinde dicetur, si erit opus, sed suprascriptæ videntur mihi pro nunc sufficere, præsertim in causa pupilli, quæ debet esse commendata iudicibus. iuxta l. vnic. C. quando Impe. inter pupil. & in qua iudex ex officio debet supplere. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de off. proc. l. sancimus. §. j. C. de admin. tutor. per Bartol. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de

A dam. infe. in iij. opp. maximè ad recipiendum informationes de morte Nicolai, & minoritate liberorum. iuxta glo. in l. iiij. verbo inimicitiæ. ff. de testi. Deinde visis dictis testium, dico persistendū esse in supradictis, quod dictus pupillus debeat obtinere, qui habet fundatam intentionem ex ipsis cridis, tam respectu dominij, quàm respectu possessionis, & quia cridę factæ sunt de anno 1515. attendimus ad decretum, & prouisionem quæ tūc vigebat. iuxta l. leges. C. de legib. Cridæ autem B dicunt, quòd quicunque prętendentes ius in rem, vel super rem, &c. vnde si d. Ludo. possidebat, tenebatur comparere, quia † possessor dicitur habere ius in rem. secundùm Inno. in cap. episcopi. extra, de rebus eccles. non alienan. Iason l. j. ff. de acqui. possess. Alioquin præsumptio est, quòd nō possideret. Et istud manifestè sentit Decretum prouidens abusibus. In prima abusione & in quinta. vbi vult, quod ponens teneatur iurare se possidere, quia tunc ei credetur. & in quinta vbi requiC ritur, quod nominatim exprimat à quo habuerit datum dominij, vel possessionis, & sic tali casu ei creditur. Nec obstat, quod pars aduersa videatur probasse quod do. Ludo. possidebat, percipiendo fructus, & locando, &c. Respon. pluribus modis. Primò etiam, quod d. Ludo. fecisset actus possessoris illo tempore, tamen cùm d. Nicolaus emerit, & exemptione in eum sit translata possessio cridæ, e nocent ipsi Ludouico, quia nihil refert, quòd d. Ludo. etiam ipse possideret, cum ad translationē D possessionis in emptorem non sit necessarium, quod dicta possessio sit vacans, sed sufficit etiamsi ab alio sit occupata. secundum gloss. & doct. in l. fundum. ff. de fundo dot. Bart. in l. traditionibus. C. de pact. vbi Ias. in fine. cum simili. Secundò respon. quod cum possessio solo animo perdatur. d. l. iij. §. in admittenda. ff. de acqui. possess. d. Ludou. videtur eam perdidisse, non contradicendo, & præstando silentium, vt suprà dixi. & istud quod dicit Decretum, de eo, qui ante comparationem, à E se possessionem abdicat, & satis est, quòd ponens iurauerit, vt in eo dicitur. Tertiò respon. quod capitulum productum simpliciter dicit quod ab anno 1515. vsque ad annum 1556. d. Ludo. continuato tēpore, possidebat, &c. & non dici ab ann. 1515. cœpto, vel pfecto. vnde probatio est ambigua, quia si intelligatur perfecto, nihil obstaret cridis: & ita debet intelligi, ne contrarietas sit inter istos testes & cridas, quæ fuerunt factæ in dicto anno, nondū perfecto, vt est doct. Barto. in l. ij. §. creditum. ff. si F cert. petat. cū quo ibi transeunt docto. Nec obstat, quod tertius testis dicat, ab anno 1510. &c. respon. dicit extra capitulum. ideo non probat. l. si duo. §. idem Iulianus. de iureiu. Item † eius ratio non infert, nisi de domibus dirutis, & sic parte quam ipse habitabat. ergo non probat de toto. vt per Bart. & alios. in l. Celsus. de vsucap. Item iste testis nimis audacter deponit. ideo est suspectus. v. quæstio. v. can. qui ambulat. vbi gloss. & Archid. Item audet adstruere negatiuam, quod nemo contradixit possessioni, quin ipse scitisset, &c. quod est falsum, & G falsitas conuincitur ex publico instrumento cridarum. Quia eo ipso, quòd do. Nicolaus asserit se possidere, & iurat, & ponit ad cridas, dicitur contradicere, & molestare do. Ludo. secundū Bar. in l. si prius. in j. par. in v. op. ff. de op. no. nunt. vbi alij doctor. Alexand. consil. lij. in ij. lxxiiij lxxxvij. xc. in v. & certè est mirum, quod iste testis rusticus & idiota audeat deponere talem negatiuā, quæ communiter non cadit in sensum talis viri.

vnde

6 vnde tanquam † deponens non verisimilia, non A
1 debet facere aliquam fidem l. iij. §. j. de testib. ver-
verisimilia. Dec. cons. xciij. & in omnes casus
iste testis est solus, igitur nullus. l. iuriiurand. C. de
7 testib. Quartò respondeo, quod † quotiescun-
que agitur de probando certo & limitato tempo-
re, non sufficit probatio generalis seu in genere,
secundum gloss. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testib.
Specialiter de test. §. j. versi. item de tempore. Bart.
in l. Celsus. ff. de vsucap. vbi Mod. Repet. Claud. &
Baldus de in casu nostro ad infirmandas cridas, §-
portuit in specie probari, quod tempore iuramen- B
ti præstiti per do. Nicolaum in cridis, quod ipse
non possideret, sed do. Lud. alias specialis præsum-
8 ptio illius temporis præualet generali probatio-
ni, quia sicut in cæteris actibus, ita etiam † in
probationibus specialia derogant generalibus,
secundùm Inno. c. auditis de præscript. Alexand.
cons. 61. in v. Cagnol. l. in toto. de regu. iur. & fa-
cit quod nota. Bartol. in dict. l. non solum. §. sed
vt probari. & suprà dixi. Quintò respondeo, quod C
ibi testes non probant possessionem, nisi per ef-
fectum, quia do. Ludo. percipiebat fructus, &
petitiones, &c. secundum Bald. in l. indicia. C.
de rei vend. quæ probatio sufficit, quando ipse
possidens, vel eius hæredes hoc allegarer. & ita
loquitur Barto. in l. litibus. circa prin. C. de agri-
9 col. & cens. lib. xj. Felin. in prœmio Decret. cum
similibus. & ratio est, quia † hæres potest declara-
re animum defuncti, sine quo animo nulla est
possessio. l. Pomponius. §. fin. ff. de acqui. pos- D
sess. Anc. de Butr. & Abba. ci. ad sedem. extra. de
caus. pos. sed in tertio, qui non sit hæres, prout
in casu nostro, hoc non videtur sufficere: cum
ille non possit declarare animum defuncti. &
cum possessio tertij possit extingui pluribus mo-
dis, non debet esse locus huic præsumptioni vt
in casu simili dicit Petr. de Ancha. consil. cxcvij.
10 versi. non obl. si dicatur, &c. Aret. d. l. Pompo-
nius. §. fin. & facit regula, quod † qui præten-
dit se possidere ex aliqua præsumptione legis, E
debet ipse dictam præsumptionem allegare, se-
cundum doctr. Bart. in l. cum quid. ff. si cert. pet.
nec sufficit quod tertius hoc dicat, vt per Bart. in l.
j. ff. si ager vecti. Iaf. l. Posthumo. C. de bo. pos. con-
tra tabu. & satis sentit glo. in l. siue possidetis. C.
de probat. & puto verum. in casu nostro propter
præsumptionem contrariæ possessionis, orien-
tem ex dictis cridis. & ita mihi videtur dicendum
iuris esse.

F

CONSIL. CXIII. SVMMÆ.

1 *Fructus non nisi ex causis cum vsuris compensandi.*
2 *De iure communi, licet creditori computare credita, versus alia credita.*
3 *Aliquod propter non liquidum non debet superseder.*
4 *Interesse non petendi causæ.*
5 *Condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam.*
6 *Argumentum de interesse ad alimenta valet.*

Licet sint subtilia motiua data contra d. Ioannem Angelum Robinum, tamen puto apertissimum ius esse in eius fauorem. Non obstat, quod creditor possit vsuras, seu interesse, q eam loco hodie succedit compensare cum fructi-
1 bus † perceptis ex re pignorata. l. cum debitor. vbi Sali. ff. in quibus causis pignus, vel hypothec. per practi. Papien. in forma libelli, qua agitur actione hypothecaria, in verbo relaxandum. Quia respondetur quòd ista procedunt, quado res pignorata est obligata non solùm pro principali, sed etiam pro vsuris, vt dicit gloss. in d. l. cum debitor. in vltima soluti. ibi vel nominatim quam approbat ibi Fulgo. vel saltem, quando sumus in dubio: secus si clarum sit rem non esse pignoratam pro vsuris. l. solutum. §. si in sortem, ff. de pign. actio. quòd est in casu nostro: quia in sententia cridarum conceditur pignus solum pro sorte. vnde ex forma prouisionis censetur liberatum ab vsuris, seu interesse: & sic super illis bonis peti non potest. arg. l. Paulus. §. j. & ibi not. & l. pupilli. §. pen. & per Barto. in l. cum ex pluribus. ff. de solutio. alias, si liceret creditori compensare fructus perceptos, bona non essent libera respectu interesse, quod esset contra dictam sententiam. Secundò respondetur, quòd literæ Ducales tollunt hanc difficultatem dum mandatur, quod si satisfactum est creditori: pro cuius vigore factus fuit introitus in domo per computationem reddituum: quod restituatur domus. & sic apparet intentio principis volentis: quod computatio reddituum fiat versus creditum: cuius vigore facta est immissio, non versus aliud: alioquin, si liceret creditori computare illud creditum versus alia credita: prout de † 2
iure communi permittitur. l. j. versi. quoties verò. ff. de solut. literæ illæ essent nullius effectus. Tertiò respondetur quòd allegata in contrarium procedunt, quando pignus traditur ex voluntate debitoris: quia tunc lex præsumit pro eius ampliatione: vt etiam retineatur pro vsuris. l. per retentionem C. de vsur. sed quando fit traditio contra voluntatem debitoris prout in casu nostro: quia Robinus fuit coactus per sententiam, & tunc non conceditur retentio, nec compensatio. l. si non inducta. vbi Salic. ita declarat. C. in quib. caus. pigno. vel hypot. tac. contra. Quarto respondetur: quo allegata in contrarium possent procedere in vsuris, vel interesse liquidis: secùs: si non sint liquidæ: quia tunc non debet supersederi à † liquido 3
propter non liquidum. l. idem Pomponius scribit si de meis. §. fin. ff. de arbi. l. fi. C. de compensat. sed istud interesse non est liquidum: ergo, &c. Nec obstat: quod sit liquidatum per iuramentum domini Augustini, cui videtur competisse hæc facultas ex forma statuti nostri. Quia tribus rationibus ostendo adhuc interesse non est liquidum. Prima, quia statutum non concedit hanc facultatem iurandi, nisi in casibus, in quibus de iure canonico interesse potest peti: & ideò nisi sit mercator: vel probet se incurrisse in aliquod damnum: non admitteretur talis liquidatio per iuramentum: vt per Alexand. consil. cxlj. viso themate. in j. dubio. in v. volum. nec ista sunt probata in processu, vt ego arbitror. Secunda ratio: quia † aut petitur istud interesse: vigore 4
sententiæ latæ in causa cridarum: & male petitur: quia talis sententia non declarat, nisi simplicè hypothecam, non autem illis personale, seu actionem personalem competentem ad interesse: aut petitur vigore primorum instrumentorum: & de eis in hoc iudicio non est curandum: quia illa non sunt liquida: ex quo eis opponitur de metu: & simulatione cessionis: & aliis exceptionibus: propter quas res est liquida: vt per Iaso. in l. j. in princ. in j. quæst. Bar. ff. de operis noui nun. & literæ Ducales reuiciuntur à præsenti iudicio: re-

BIU Cujas

laxations domus, exceptiones nõ liquidas. Tertia ratio est, quia: (vt aliàs dixi) statutum non tribuit hanc facultatem iurandi, nisi creditori, qui contraxit, vel hæredi: vnde non comprehenditur iste, cui ius quæritur ex dispositione statuti? de fratribus inuicem cohabitantibus: non autem ex contractu. argum. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupill. & aliàs diffusiùs ostendi. Quintò respondetur nullum deberi interesse: nam in contradictione cridarum fuit contradictum: non solùm pro principali, sed etiam pro interesse promisso in instrumentis, & iudex condemnauit solum in principali. vnde censetur absoluisse ab interesse: per doctr. Bar. in l. si plures. in vlt. verbis. ff. de fideiuss. vbi † condemnatus in parte, censetur absolutus in alia parte, quando opposuit exceptionem peremptoriam, prout fuit in casu nostro, propter exceptionem metus, & simulationis. & sic isti rei conuenti habent contra se exceptionem rei iudicatæ, quantum sit ad hanc domum pro interesse. Secundò non debetur interesse, quia erat in facultate actoris, qui habebat rem iudicatam, & pignus iudiciale, ad habendam solutionem, videlicet ad impetrandum ius dominij. l. j. §. j. vbi gloss. & Bart. de vsuris. per Alexand. in dict. l. diuortio. ff. sol. matri. nec obstat, quòd in motiuis dicitur, quòd per hoc non sequitur, quin possit peti etiam vsuræ futuri temporis: quia imo gloss. & Barto. hoc expressè dicunt, per rationem illius text. quæ optimè procedit in casu suo, & nostro, videlicet, quando res est iudicata, ita quòd executio est in promptu creditori. secus, si non esset: tunc enim non dicitur esse in eius potestate, & sic tollitur absurdum, quòd deducebatur in motiuis. Nec obstat, quòd Alexand. in dict. l. diuortio. loquatur in alimentis: quia eadem est ratio, quæ de interesse, & 6 doctores ibi in illa materia semper arguunt de vno ad aliud, & licet concludat † Alexan. quod interesse lucri cessantis debeatur vxori à die moræ, tamen intelligitur, nisi sit in facultate vxoris sibi satisfacere, vt quia habeat pro se sententiam quæ transierit in iudicatum, & sit in possessione iuxta supradicta. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXIIII. SVMMÆ.

1 *Ius dicitur esse læsum, quando imminuitur per æs alienum.*
2 *Verba laudi de futuro loquentia, ad præteritum trahi non possunt.*
3 *Verba secundum suum tempus, semper sunt accipienda.*
4 *Verba præteriti temporis non trahunt ad futurum.*
5 *Ex sententia arbitri ex aliqua causa alienationem prohibẽtis, nec ius dominij, nec hypothecæ impeditur, quin trãseat in creditoris.*
6 *Arbitri omnem potestatem ex compromisso habent.*
7 *Quicquid fieri per contractum non potest, nec quidem per arbitri sententiam posse.*
8 *Iudicis sententia regulariter alienationem impedire nõ potest, sicut nec dominium absque traditione transferre potest, fall.*
9 *Res subiecta fideicommisso ante euentum conditionis, potest alienari, & obligari creditoribus.*
10 *Debita à filiis æquè solui in causa ab hæredibus.*
11 *Impensa funeris deducitur ante æs alienum.*

HOmologati laudi verba per partes sunt, quod dominus Opizo in futurum non possit quocunque modo, & via dictam quartam partem bonorum vendere, alienare, de ea contrahere sub pœna mille aureorum, &c. & quod dicta quarta pars semper stet firma, & illæsa pro dicto d. Gabriel post mortem patris sui. Quæritur stantibus dictis verbis, an dictus dominus Gabriel teneatur ad debita hæreditaria? Et videretur prima fronte dicendum, quod nõ: quia illa verba laudi, quo dicta pars stet firma & illæsa. iuncta cum probatione alienationis inducunt, quod dicta bona non possit hypothecari creditoribus per tex. in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. ibi sed manere eas firmas, & simplices, & quia † ius dicitur esse læsum, quando imminuitur per æs alienum. l. j. ff. ex quib. cau. maior. in gl. & istud maximè videtur dicendum si d. Grabriel nolit esse hæres patris sui, quia æris alieni solutio ad hæredes pertinet, non autem ad ipsum, qui nõ censetur venire iure hæreditario, sed potius tanquam creditor vigore prædicti laudi. l. cùm hæreditas. j. ff. ad Trebell. vbi Angel. not. & per Deci. consi. ccc. Ange. consi. xxx. Areti. consi. cxlviij. cum similibus. Sed tamen istis non obstantibus, puto esse distinguendos aliquot casus, quibus domini Gabrielis portio erit minuenda, propter æs alienum patris sui. Primus est respectu creditorum anteriorum tempore, laudum enim ad eos trahi non potest: quia loquitur de creditoribus in futurum, non autem de iis, qui causam habent de præterito, vnde † verba laudi de futuro loquentia ad præteritum trahi nõ possunt. l. verbum, erit. ff. de verb. sign. † verba enim secundum suum tempus sunt accipienda. l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. l. cum illud. §. j. ff. quan. dies leg. ced. sicut videmus contrariò quòd † verba præteriti temporis non trahũtur ad futurum. l. si stipulatus fuerim illud. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. l. si à colono. ff. eod. titu. Et quod vtrobique not. doct. & dixi in l. verbum. oportebit. ff. de ver. sign. respectu ergo creditorũ, qui habent causam antiquiorem laudo, clarum est dicta verba eis nihil obesse: & ideo vxor poterit iure hypothecæ suæ hanc quartam partem auocare, si velit: quia quo ad eam tale laudum nullius est effectus, vt probatur in l. cùm ab vno per locum à speciali. ff. de leg. ij. & in l. si filia. §. si pater. ff. fami. erciſc. & habetur in l. pacto successorum. in l. debitorum. C. de pact. Alius est casus etiam respectu futurorum creditorum: cùm enim prohibitio hæc alienationis vt quarta pars remaneat firma & illæsa domino Gabrieli, &c. facta sit per sententiam arbitrorum, succedit communis conclusio, quod † ex sententia arbitri ex aliqua causa alienationem prohibentis, nec ius dominij, nec hypothecæ impeditur, quin transeat in creditores. cap. Raynaldus. de testam. vbi gloss. ver. neutra. quam doctores ibi omnes sequuntur. Cùm enim † arbitri omnem potestatem ex compromisso habeat. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recept. arbitr. videtur hæc prohibitio per contractum. id est, compromissum facta esse: & ideo alienationem non potest impedire. l. ea lege. C. de condic. ob cauſ. vnde solet dici † quicquid fieri per contractum non potest, nec quidem per arbitri sententiam posse, secundum Ang. consi. ccxxxviij. punctus talis. Nec quicquam refert, quod in casu nostro partes homologauerint dictũ laudum, adhuc enim valet dũtaxat in vim trãsactionis, & sic cõtractus

stus gloss. §. si vero. in authenti. vt diff. iud. Nec etiam refert, quod ex ea sententia arbitrorum daretur actio, quia esto, quod ita sit, tamen talis actio est in personam ex causa iudicati descendens. l. cùm antea. C. de arbit. vnde ius emptoris, seu creditoris, vel cuiuslibet alterius successoris singularis impedire potest. l. j. §. si hæres præcepto. ff. ad Trebelli. Nec etiam refert, quod arbitri ex statuti necessitate sint electi, quod mandet causas inter coniunctos compromitti, nam etiam concesso q; haberent iurisdictionem à lege, non plùs tamẽ eorum præcepto impediri alienatio posset, quàm iudicis sententia. l. si sciens. ff. de contrah. empt. Dec. 8 cons. xj. Iudicis autem sententia regulariter alienationem impedire non potest, sicut nec dominiũ absque traditione transferre potest, secundùm gl. in §. fin. instit. de off. iud. & ita est communis opinio, secundùm Alex. in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. j. & ibi sum sequutus, nisi quando aliqua ex causa alienationem lex impediat, vt prodigis, & furiosis, l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. l. Iul. ff. de curat. furios. Idemque in iis qui suspecti sunt dum de adeunda hæreditate deliberant. d. l. si sciens. Idemque id prohibitione ei facta, qui reip. obligatus est, & extra territorium est recessurus. l. de pollicitationibus. in fin. ff. de pollicit. Idemque, cum lis de re ipsa pendet, & iudex præcepit interim non alienari. l. si creditores. in fin. ff. de priuil. cred. l. qui fũdum. §. qui sciens. ff. de vsucap. pro emp. Idemque cum aliàs vitium litigiosi cõtraheretur. l. j. vbi Bar. C. com. diuid. l. diuus. ff. de petit. hæred. Suprascriptis enim casibus impediretur alienatio vel hypotheca, sed non tam iudicis sententia, quàm dispositione legis ex causa quam subesse sententia ipsa declarat l. litibus. in fin. C. de agricol. & cens. libro xj. vnde cum in casu nostro nõ tractetur de aliqua istarum causarum, non possumus dicere tali sententia impediri alienationem, vel hypothecam, maximè cùm † res subiecta fideicommisso ante euen- 9 tum conditionis, possit alienari & obligari creditoribus. l. fi. §. fin autem sub conditione. C. Com. de leg. Bene fateor, quod si in compromisso accessisset specialis hypotheca eius rei, de qua agitur, id est, istius quartæ tunc non valeret alienatio. l. si creditor. §. fi. ff. de distrac. pign. consuluit Alexan. cons. lix. in v. Sed in casu nostro est duntaxat hypotheca generalis omnium bonorum, non autem specialis: vt apparet ex lectura compromissi, & i- 10 deo cessat suprascripta difficultas. His sic † præmissis, venio ad decisionem dubiorum propositorum. Et quatenus primò quæritur, an d. Gabriel debeat cum ipsis fratribus concurrere ad debita hæreditaria. respondeo distinguendum esse, an dicti fratres nolint esse hæredes patris, sed etiã ipsi velint & possint admitti per fideicommissum, & hoc casu erit par conditio omnium, nec obstabit laudum per supradicta. Aut verò volũt esse hæredes patris, & tunc si loquamur de debitis iam contractis ante laudum, diminuetur illa quarta assignata do. Gabrieli: quia laudum loquitur duntaxat de furtis, vt suprà dixi, si verò loquamur de debitis post laudũ contractis, tunc subdistinguendum erit, vt respectu ipsorum creditorum dictum laudum nihil operetur, respectu verò ipsorum fratrum hæredum teneantur ad interesse, propter alienationes factas, vel ad solutionem æris alieni, vt liberent hypothecas contractas super illa quarta parte. Et eodẽ mo- 11 do distinguendum etiam est circa † impensas funeris, deducuntur enim ante æs alienum. l. impensa. ff. de relig. & sump. fune. gloss. l. priuile-

A gia. ff. de priu. cred. l. fin. §. in computatione. vbi doct. C. de iure deliber. Et in primis pertinent ad hæredes quod si dicti fratres non sint hæredes, pertinebunt ad ipsos filios omnes æqualiter secundum supradicta. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXV. SVMMÆ.

1 *Demonstrationibus duabus rem declarari.*
2 *Titulum actoris ex causa possessione probare.*
3 *Seruitus non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Pactum nudum non potest parere actionem.*
5 *Ex contractu innominato implentem tantum agere.*
6 *Non dicitur ius acquisitum absenti ante ratificationem.*
7 *Quoties quis prætendit possidere in toto, vel in parte rem quam ipse possideo dicitur me turbare.*



Scopiosè & subtiliter respõsum motiuis domini Prætoris, idcirco breuior ero, & ea duntaxat scribã, quæ mihi addenda videbuntur. Ad primum, dum dicitur non cõstare de titulo à Principe: quia literæ Principis loquuntur de Rugia per vallem cẽsi, & in eis nulla est mentio Cararolæ, de qua nũc litigatur. Respondeo quamlibet rem † ex duabus 1 demonstrationibus declarari, secundùm Bart. in l. demonstratio. quæst. vij. ff. de cond. & demon. Sed in casu nostro sunt plures. Vna, quod Rugia incipit à strata, qua itur à Linasio Papiam, vsque ad Cadronam. Alia, quo ducitur ad irrigandã bona mõtissani. Tertia, quod nulla alia est, vnde debet haberi pro specificata. iuxta l. ij. cum ibi not. de libe. & posthum. Et si d. Prætor circa hoc dubitet, debet se conferre in rem præsentẽ, quia vt dicit Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. nunquam probatio quæ per euidentiam rei inducitur censetur excluſa. Probatur etiam titulus ex possessione propter statutum Papiæ. Nec obstat, quod debeat intelligi secundum ius commune, vt probet, respectu rei, non autem actoris, secundum doctr. Bartol. in l. quidam in suo. de condit. institu. Nam respondeo, quod generalitas verborum statuti est in contrarium, & ideo intelligitur etiam in actore, vt in terminis istius statuti dixit pract. Papien. in forma capitulorum actoris. Ad secundum dicitur, quod quamuis titulus sit probatus, non tamen sequitur quin Ambrosij non habeant ius deriuandi aquas, &c. respondetur, quod ius deriuandi aquas, est seruitus aquæ ducendæ, quæ † 3 non præsumitur, nisi probetur. l. altius. C. de seruit. per Moder. in l. si prius. ff. de oper. no. nuntiat. credendum est omne ius esse Sertiranæ, nisi quatenus probetur talis seruitus imposita. Ad tertiũ, quod probatur per instrumentum transactionis, &c. respondetur, quod in dicto instrumento non interuenit aliqua stipulatio, si bene videatur: sed duntaxat, *Pacta & conuentiones.* quæ verba significat duntaxat pactũ nudum, vt est tex. in l. lecta. vbi Iaſ. & ceteri. ff. si cer. pet. cum igitur conuentio illa fuerit per † pactum nudum, nõ potest parere actionẽ. 4 l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. neq; habet † 5 effectum, nisi in vim cõtractus innominati: ex quo contractu, quis non potest se fundo dare, nisi pro parte sua impleuerit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & ideo vigore talis conuentionis non possunt Amphosij turbare dictum Sertiranã, nec prætenderet ius aliquod contra eũ, seu allegare eius dominij ab ipso Sertirana in ipsos translatum: ha-

BIU Cujas

buit enim dicta conuentio tacitam conditionem, A si adimplerent pro parte sua. l. cum te. C. de pact. inter empt. vbi Bald. & alij. Bald. consil. ecclxxv. in j. Quę conditio defecit duplici ex capite. Primo, quia non fecerunt spatiari, vt dicitur in motiuo: secundo, quia Guidacinus, cuius nomine fuit con-
6 tractum, † nunquam habuit ratum: & ideo nisi cõstet de ratihabitione nullum ius est interim translatum: cùm nõ acquiratur, nisi à die ratihabitionis l. ea quæ ciuiliter. de acquir. rer. domi. l. bonorum. ff. rem ratam habe. cum similib. Ad quartum fun- B damentum, quod respicit dicta testium: remitto me ad responsiones clarissi. aduocati. Vnum tamen addo, quod talis possessio satis probatur interrupta fuisse per Sertiranas: & pono tres con-
7 clusiones. Prima est, quod quoties † quis prętendit possidere in toto, vel in parte, rem quam ipse possideo, dicitur me turbare, secundùm Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi. can. c. audita. de restit. spol. Alex. & Iaſ. in l. si prius. in v. opposi. Bart. ff. de o- C per. no. nunt. vnde sequitur vt proclamationes, & præcepta, quibus inhibebantur Amphosij, ne turbarent, id significarent, ne Bucchello vterentur, aut aquam extraherent, quæ ad Sertiranam pertinebat. Secunda cõclusio, quod obturbatio Bucchelli ad aliquod spatium, ostendit priuationem possessionis Amphosiorum, cum alàs non obturetur seu explanetur: sed simpliciter claudatur tabulis, quod talis clausura sit temporaria. Tertia conclusio, testes qui præcisè non deponunt de tępore quo Amphosij vti debebant, tamen de eo D intelliguntur, idque ex plurimis coniecturis quibus dictum ipsorum declaratur. Primò, quia dicũt id factum quoties spaciabant Rugia. clarum autẽ est id fieri solere in obseruatis diebus prætendentium ius in illa. Secundò, quia dicunt explanatam fuisse Bucchellũ: ista explanatio arguit, quod nullum reseruabatur Amphosiis, vt dixi. Tertiò, quia aliqui dicunt hoc factum per multos Trabuchos, & per tractus balistæ, quod satis indicat non esse factum, vt deinde suis diebus Amphosij ducerent. E Quartò, quia aliqui dicunt, quod obturabatur: quia Amphosij derodabant. Quintò, aliqui non appellãt Bucchellum, sed scarpatam. Sextò, quia est verisimile, quod Sertiranæ hoc facerent pro defensione iuris sui, quod erat omnibus diebus, & de quo constabat per proclamationes suprascriptas, & præcepta. & certè non debet iudex ab eis discedere: sed hoc potius probare, quod videt ab illis iudicibus toties factum.

ex filia in stirpes, vnà cum materteris. l. ij. C. de suis & legi. §. j. in auth. de hær. ab intesta. sed quia condidit testamentum, admittuntur ad petitionem supplementi legitimæ, iuxta l. omnimodò. C. de inoffic. testa. quæ legitima cùm essent † quinque fi- 1
liæ est dimidium totius hæreditatis. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & debet † solui in corpori- 2
bus hæreditariis, habito respectu ad valorem tempore mortis ipsius testatoris. l. cùm quæritur. C. eod. tit. l. etiam. §. fin. l. si patronùm ex debita. §. fin. ff. de bon. liber. de quo per Cur. consil. vlti. cuius tamen dicta ad præsens nõ refrico in dubium. nec in hoc est controuersia, sed dubium tantummodo vertitur circa æstimationem. Dico igitur cùm tantummodò cõtrouersia sit circa æstimationẽ, quòd satis est, si dicta † æstimatio, seu valor probetur per 3
coniecturas, iuxta text. cum ibi not. in l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. per tex. hoc tenet Barto. in l. vnica. in fi. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. cum quo transeunt ibi scrib. & in l. si quod ex Pamphila. ff. de legat. secundo. Alex. consil. xxxiij. in j. Abb. & Feli. c. causam quæ. extra, de testib. Facit quod no. Corn. cõs. cccxviij. in iiij. vbi probatur æstimatio rei datę etiam ex libris ipsius partis, dato quod agatur de facto proprio, quamuis regulariter talis probatio non admittatur, & hoc, quia sufficiunt coniecturæ. Et talem æstimationem debet facere iudex ex officio sũo, etiamsi non sit petitum vt sentit Alexan. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Rom. consil. cclxxxj. in re præsenti. circa medium. Et ex his infertur, quod cum de æquatione, & valore cõstet, per trãsactionem cum aliis factam, & per verba enuntiatiua ibi expressa: dato, quod regulariter istud non sufficeret ad probandum: quia res inter alios acta, &c. tamen † in isto casu sufficit, in quo 4
ex solis coniecturis iudici fit probatio, vt suprà dixi, res enim inter alios acta, facit coniecturam & præsumptionem quoad alios, vt per Abb. & Feli. in c. pen. in princ. de re iudic. & probatur in l. desiderium. vbi Bar. C. depo. vnde videtur facere semiplenam probationem, secundum Bar. in l. admonendi. versic. item quæro quid si instrumentum. ff. de iureiuran. cum quo transeunt ibi scribẽtes, quę semiplena probatio in casu nostro sufficit. Et pro hoc adduco not. doctrinam Abb. in c. cum inter. ij. extra, de elect. vbi si quis sit reiectus ab electione propter morbum, talis reiectio operatur etiam in aliis causis seu electionibus. & est ratio, quia illa reiectio quamuis in alio beneficio, facit tamẽ prę- F sumptionem morbi. & † in materia, vt quis ab elec- 5
tione repellatur sufficit præsumptio, vt ibi per eũ: ergo idem in casu nostro, vbi coniecturæ sufficiũt ad probandum valorem. Confirmatur, quia idem videmus † in probanda ætate, in qua cõiecturę suf- 6
ficiunt, vt habetur in l. de ætate. ff. de minor. in l. cum te. C. de probat. vnde probatur etiam per librum rationum, vt dicit Sal. in l. si minorem. C. de in integr. restitu. mino. & per rem inter alios actã, vt si alicui sit datus curator tanquam minori, secundùm Bald. & Ang. in d. l. cum te. & Alex. consil. lxxxv. in ij. lib. ergo idem in præsenti casu. Et istud tanto fortius dicendum est in casu nostro, in quo vltra illam confessionem, de qua in dicto instrumento transactionis, poterit iudex etiam capere informationes à testibus qui fuerunt præsentes, qui poterunt perhibere testimonium, saltem de summa summarum quod testimonium maximè tali casu admittendum est, argum. notatorum per Bald. in l. cum duo. ff. de in diem adiect. cùm pars aduersa

CONSIL. CXVI. SVMMÆ.

1 *Legitima quinque filiarum, est dimidium totius hæreditatis.*

2 *Legitima solui debet in corporibus hæreditarijs, habito respectu ad valorem, tempore mortis ipsius Testatoris.*

3 *Aestimari rem coniecturis, & officio iudicis.*

4 *Actis ex alienis in aliis conijci.*

5 *In materia vt quis ab electione repellatur, sufficit præsumptio.* G

6 *In probanda ætate coniecturæ sufficiunt.*

7 *Iurari in litem, quasi contra dolosum.*

EST casus præsens clarus, & paucis, & citra pompam allegationum, decidi potest. Circa propositam igitur difficultatem non est dubium, quod in successione Fran. ab intestato admitterentur tres neptes

BIU Cujas

aduersa celet papyros, & simus in casu in quo cō- A
iecturæ sufficiant, vt dixi. Et ista maximè procederent, quando hæreditas ipsa fuisset à Principe obtenta sub sigillo curiæ, etiam ad instantiam istarum neptum: nam non potuit hęres propria auctoritate ea appræhendere, non citatis neptibus, & si appræhendit, quia fortè interuertit res mobiles
7 hæreditarias, possent neptes iurare † in litem tanquam contra dolosum, iuxta gloss. in d.l. semper. §. in hoc interdicto. & Bar. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & habetur per Innoc. Hosti. Abb. in B
c. fi. extra, quod met. caus. Ias. in l. si quando. C. vnde vi. Sed quia de hoc in propositione facti aliud non exprimitur, vlterius non insistam. Et ita mihi videtur, salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXVII. SVMMÆ.

1 *Hæredem se dicentem ex causa non nocere.*
2 *Testi criminoso non credi.*
3 *Testem à nominato diuersum non probare.*
4 *Distinctorum ius ad mixtum in casu non trahi.*
5 *Hæredem de legitima non excipere.*
6 *Restitutionis petitionem in casu nihil prodesse.*
7 *Restitutionem intra quadriennium obtinendam.*



Carlionum, contra Franc. & Octauianum fratres de Landriano causa non videtur habere difficultatem. Et præsupponendum est in facto, quod do. Nicolaus condito testamento legauit eorum vxoribus, filiabus suis, florenos mille, pro singula ipsarum: vnde dicti fratres, cùm sint hæredes patris, tenentur soluere legata. Quod autem sint hæredes ex dicto testamento sic deducitur, nam ipsi habebant notitiam dicti testamenti, vt apparet ex contradictionibus factis per eos de anno 1508. in quibus produxerunt dictum testamentum, & consequenter sciuerunt dictum testamentum esse factum: deinde appellauerunt se hæredes patris, vt apparet ex libello per eos porrecto coram do. Iacob. Philippo, vbi dicunt se continuauisse in hæreditate paterna tam vigore decreti, quàm iuris communis, qui libellus fuit porrectus de anno 1516. & etiam apparet ex libello Octauiani, de anno 1514. vbi appellat se hæredem patris. Non obstat quod in contradictionibus mulieres appellauerint se hæredes: quia hæreditas eis
1 † non erat delata: sed filiis, vt apparet ex lectura testamenti: vnde non potuerunt esse hæredes, nec talis confessio eis præiudicat. l. nec is. in fi. l. si is ad quem. ff. de acquir. hæred. Item contra talem confessionem obstat sententia: quia magistri iudicauerunt bona ad eos pertinere, & esse hypothecata iure legati, non autem iure hæreditario: vnde confessio contra quem est pronuntiatum nihil nocet, vt habetur in cap. mulieri. extra, de iureiuran. habetur in cap. capitulum. de rescript.
2 per Felin. Non obstat quod probatum † videatur, multa bona d. Honestæ, quæ spectabant dictis fratribus, fuisse ablata per Scarliones: quia respondetur, quod hæc exceptio non debet nocere ipsis mulieribus, toto titu. C. ne vxor pro mar. præterea non est verum, quod sit probatum, quia omnes testes sunt singulares, præter Vincentium Molacridem, & Petrum de Rozoagna, qui non probant: nam Vincentius erat bannitus & criminosus, vnde fuit tandem suspensus, & ideo eius dicto non est adhibenda fides. cap. testimonium. extra, de testib. Petrus verò non est ille † qui fuit no-
3 minatus: quia in nominatione fuit nominatus Petrus Zanetus: ille verò qui perhibuit testimonium, est Petrus de Rozoagna: vnde ex varietate cognominis præsumitur varietas personæ, vt habetur per Moder. in l. omnium. C. de testam. & in cap. in præsentia. in x. not. de probat. vnde cùm sit diuersus ab eo qui fuit nominatus non probat. gloss. in cap. præsentium. in verb. nomina. de testib. in vj. Non obst. tertio, quod plus esset relictum fœminis quàm masculis: quia istud est falsum in facto. Item de iure licuit † hoc patri, qui po- 4
test plus vni relinquere, quàm alteri, vt dicit Bald. in l. hac edictali. C. de sec. nupt. Nec obstat statutum nostrum Mediolani, quia non loquitur, nisi quando relinqueretur plus vni masculo, quàm alteri masculo, vel plus vni fœminæ, quàm alteri fœminæ: vnde non est trahendum ad casum mixtū, quando plus relinqueretur fœminę, quàm masculo, cùm statuta nostra debeat intelligi ad literam ex forma alterius statuti: vnde tunc non fit extenC sio ad casum mixtum, vt habetur in l. ij. in princi. per Mod. ff. de verb. oblig. Non obstat, quod habeant isti fratres minùs legitima debita iure naturæ: quia istud falsum est in facto, & cùm appellauerint se hæredes tenentur in solidum ad legata, nec possunt excipere † de legitima, vt per Bart. & 5
doct. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falc. præsertim stante statuto nostro, quo prohibetur quòs esse hæres cum beneficio inuentarij. Non obstat, quod Octauianus petierit restitutionē in integrum: quia cum instrumenta † faciant rem cla- 6
D ram, vt dicit Bartolus in l. j. in j. quæst. in princip. ff. de oper. no. nunt. talis petitio non impedit executionem rei clarè per instrumenta, vt est communis opi. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de iudic. Præterea dato quod Octauianus restitueretur, Franc. remaneret hæres insolidum, vnde ipse deberet insolidum condemnari. Præterea † restitu- 7
tio in integrum, non solum debet peti, sed etiam obtineri in termino quadriennij. l. fi. in verbo, finiendam litem. C. de temp. in integ. rest. & quāuis statutum nostrum velit causas coram senatoribus tractatam nullam habere instantiam, tamen non obstat: quia istud quadriennium non est instantia causæ restitutionis in integrum, imò instātia ipsius causæ est solum triennium. l. properandum. C. de iudi. sed est quidam terminus attributus ipsi parti, in quo termino si nō obtinet, amplius non auditur, & ita declarat Paul. de Castr. in dict. l. fina.

CONSIL. CXVIII. SVMMÆ.

1 *Vxor aduentitiorum fructus ab hæredibus mariti repetere potest.*
2 *Donatio non præsumitur à muliere, quia sexus mulierum naturaliter est auarus.*
3 *In bonis paraphernalibus administratio fructuum spectat ad maritum.*
4 *In bonis patrimonialibus administratio fructuum indistinctè pertinet ad vxorem, non autem ad maritum.*
5 *Donationem inter virum & vxorem variis ex causis præsumi.*
6 *Relatiuum quis, reliqui, stat restrictiuè secundum naturam suam.*



Alis casus est, d. Opizo maritus supra 40. ann. continuos, percepit fructus bonorum aduentitiorum vxoris suæ, quę ipsa habuerat titulo successionis ab auo ma-

BIU Cujas

terno. Quæritur, nunquid dicta vxor † posſit repetere dictos fructus aduerſus hæreditatē mariti ſui. & ſatis trita & vulgaris eſt iſta quæſtio, in qua fuerunt varię opiniones maiorum noſtrorum. Et Iac. Butrig. in l. fin. C. de pact. conuent. ſentit cum glo. ibi, quod indiſtinctè poſſint repeti iſti fructus naturales: licet ſecùs ſit in vſuris in cōmunem vſum conſumptis, per illum tex. Pro qua opiniōe etiam videtur tex. à fortiori in l. fructus. ff. de vſur. ſed Oldr. de Laude, fuit in contraria opinione, quia maritus cenſetur bonæ fidei poſſeſſor, ex quo voluntate vxoris, id eſt, ea non contradicente, fructus percepit. vnde de conſumptis non tenetur, ſiue loquamur de naturalibus, ſiue de induſtrialibus. argu. l. certum. C. de rei vēdi. & pro hoc allegat. l. deducta. §. qui poſt tempus. ff. ad Treb. & iſtam opinionem ſequutus eſt Bal. in conſ. cclxxvj. in iij. & in conſ. cccIxvij. vol. ij. in ſubſcriptione quadā ad præcedens conſilium cuiuſdam domini Andreæ, & dicit, quod ita etiam conſuluit Bart. & d. Recupertus, & credo, quod ſenſerit de conſ. Barb. cxxv. quæſtio talis. vbi ponit multa dicta quę ſunt vera, & partim reprobatur ab Alex. in d. l. penul. tertia fuit opinio Martini de fano, quam refert & ſequitur Bar. in l. penul. ff. ad l. Falcid. qui ponunt diſtinctionem, quæ ſecūdum Alex. ibi eſt communiter approbata, & dicit do. Guid. Pap. qū. cccclxviij. q, eſt verior, & ſecundum eam vidit iudicari, ſecundum quam diſtinctionem in caſu noſtro, maritus teneretur ad reſtitutionem fructuum naturalium, in quantū factus eſſet locupletior per l. ſi ſtipulata. §. j. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & idem etiam conſultum eſt in conſiliis Bal. conſ. cccexxxvij. in iij. & ccxciij. eod. volu. vbi etiam ponit practicam probandi. verum ſupraſcripta doctrina Bart. habet duplicem intelligentiam. Primò non poteſt intelligi Barto. quando maritus percepit de voluntate vxoris, quę ex eo colligitur, quia non contradixit. & puto, quod ipſe ita intellexerit: quia etiam Oldrad. ita expreſsè loquitur, & ſecundùm hunc ſenſum, conſil. Alex. de quo mox dicam, eſſet periculoſum. Alia eſt intelligentia, quod Bar. loquatur, quando perceptio eſt facta de expreſſo conſenſu vxoris, & quod omiſerit caſum, quid in dubio, quā do non conſtat expreſsè, ſed ſolum quia non contradixit, & in hoc caſu omiſſo, videtur quod ipſe debeat haberi pro contradicente. & ſic maritus indiſtinctè teneatur ad reſtitutionem iſtorum fructuum, ne præſumatur donatio contra regulas iuris. l. cùm de indebito. de probat. præſertim à muliere, qui ſexus naturaliter eſt † auarus. l. ſi ego. ff. ad Velleia. d. l. ſi ſtipulata. §. j. Maximè cùm ſubſit timor reuerentialis, propter reuerentiam quā debet vxor marito. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarū rer. act. per Bart. in l. quæ dotis. ſolut. matr. & cùm potius è contrario maritus teneatur ipſi donare ad ſuſtentationem vxoris. l. ex annuo. ff. de donat. inter vir. & ita tenuit Bal. in quodam conſ. quod allegatur à prædicto dom. Andrea. inter conſilia Bal. cōſ. ecclxvj. in ij. volum. incip. ad euidentiam dicendorum. & ſequutus eſt Alex. vbique. in d. l. pen. & in conſi. xlij. in j. lxiij. in ij. cxliij. in v. Sed nos ſumus in caſu clariore, & qui videtur eſſe extra omnem difficultatem: quia hîc concurrunt tria. Vnum eſt, quod fructus percepti non eſt ex paraphernalibus quorum adminiſtratio ſpectat ad maritum: ſed ex † patrimonialibus, quorum fructus indiſtinctè pertinent ad vxorem, nec † adminiſtratio ad maritum ſpectat, ſecundum Bal. in l. aſsiduis. C. qui pot. in pign. allegat Dyn. in l. diuortio. in fin. ſecundū gl. ff. ſolu. matr. Alterum eſt, quia Bar. & doct. loquūtur, quando hæredes vxoris petunt à marito, & ſic quando vxor prædeceſsit, quo caſu donatio confirmatur morte. l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter vir. & vxor. ſed noſtra quęſtio eſt in caſu contrario, quando vxor fuit ſuperſtes marito, quo caſu † non poteſt capi præſumptio donationis, quæ eſt prohibita, & non potuit confirmari morte, & ſentit præfatus doct. in d. conſ. cccIxvj. & Bal. conſ. ccccxviij. eod. lib. iij. vbi ſimpliciter allegat glo. in d. l. C. de iur. dot. Tertium eſt, quia non conſtat in caſu noſtro, quod maritus tales fructus expenderit in cōmunes vſus, quia etiam ſi expenderit in alenda familia, non dicitur expendiſſe in communes vſus. quia hoc pertineat ad ſe tantum ſecundum Aret. conſ. vj. & Paul. Caſt. conſil. clxxxvij. proponitur, quod do. Catharina. de quo etiam per Corn. conſ. cxxix. in iiij. Circa aliud dubium, nunquid debeātur huic vxori mobilia, ſeu ſupellectilia domus? puto quod ſic, quia verba codicillorum, clarè & expreſsè legatum tribuūt vxori, nec de hoc eſt dubitandum. Nec obſtat, quod maritus eſt poſt approbando Laudum, videatur tribuiſſe quartā partem dictorum mobilium d. Gabrieli, quo caſu effectus eſt do. Gabriel anterior tempore ipſa vxore, quæ prætendit ius ex Codicillis, quod quidem ius non oritur, niſi poſt mortem teſtatoris. l. ſi is qui tres. §. j. vbi Bal. ff. de excuſat. tut. per Specu. de ſtatu monach. verſi. ſo. & quę habentur in l. ſi alienum. ff. de hæredib. inſtituen. Nam reſpondeo, q, in Laudo ſolum grauatur. d. Opizo, *Relinquere quartam partem bonorum mobilium, & immobilium, quæ inferius deſcribuntur*, quod † relatiuum ſtat reſtrictiuè ſecundum naturam l. Quintus. j. de aur. & argen. leg. l. ij. ff. de hæred. inſtit. vnde cum infra nō ſint deſcripta ſupellectilia, appareat ea ex laudo non deberi, & ſtat firmum legatum, & ſentit Pau. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſtychum qui meus. ff. de legat. j. Et ita mihi videtur, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONS. CXIX. SVMMÆ.

1 *Appellatione rei immobilis, non veniunt iura.*
2 *Identitatem probandam eſſe.*
3 *Reuocandi tus xxx. annis finiri.*
4 *Ius aquæ ducendæ ſine titulo præſcribi.*
5 *Fama bonam fidem induxit, & præſtat iuſtum titulum hæredi ad præſcribendum.*
6 *Omnis actio tempore xxx. vel xl. annorum tollitur.*
7 *Plus impedit præſcriptio ex errore iuris, quàm ex errore facti.*

NOn repugnantibus quæ in contrarium adducta ſunt, dico pronuntiandum eſſe proponente ad cridas. Primò quia hîc agitur de iure aquæ ducendæ, & cridarum prouiſio non complectitur hunc caſum: quia loquitur de volente vendere rem immobilē. Clarum autem eſt † quod appellatione rei immobilis, non veniunt iura. l. mouentiū. vbi Alex. ff. de verb. ſignific. præſertim in decreto illo, quod eſt contra ius commune, & ſtrictè intelligendū per iura vulgaria. Secundò, quia non eſt probatum de † identitate rei: quia inſtrumentum loquitur de vinea, de domo, & reuocatio eſt de vinea Sancti Ambroſ. & aliæ etiam cohærentiæ non conueniunt, nec ſunt probatæ. Item non eſt probatum nos habere cauſam à Iacobino, de quo in inſtrumento precarij, & ſic deficit intentio aduerſantium, propter defectum probationum: vnde ſuccumbere debent

bent.l.qui accusare.C.de eden. Tertiò, quia tale
3 iustrumentum, per quod competit Scansis† ius
reuocandi, habet tacitam conditionem, si tamen
intra xxx. annos reuocauerint, prout in simili di-
cimus, de eo qui habet ius offerendi, vel lucndi
quandocunque: inest enim tacita conditio, si in-
tra xxx. annos obtulerit, vel redemerit, vt dicit
Ang. consil. liiij. Gulielmus Felin. in rubr. de pre-
script. versic. iij. in fi. & in c. si diligenti. versic. secu-
dum Corollarium. de foro compet. Moder. Tau-
rinen. in tract. præscript. in iiij. parte v. partis prin- B
cipii. in iij. quæst. Quartò, quia obstat exceptio præ-
scriptionis, de qua alias dixi. Nec obstant tria, quę
in contrarium adducuntur. Primò, decisio Pauli
de Cast. in l. neque. per illum tex. C. de vsufruct. Na
respondeo pluribus modis. Primò, quod procedit in casu suo in præscriptione rei immobilis, vel
mobilis, quæ requirit titulum vnde cum non sub-
sit alius titulus quàm defuncti, scientia eius hæredi
4 nocet: nos verò loquimur† in præscriptione iu-
ris aquæ ducendæ, quæ non requirit titulum. l. si C
quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur. l. ij. C. de
seruit. meritò ex solo cursu temporis præscribitur.
nec curatur de scientia defuncti, prout in simili
casu voluit Pau. de Cast. in consil. clviij. visa supra-
scripta. in ij. in nouissimis. Secundò respondeo,
quod in casu nostro est probatum. generaliter fa-
ma vicinorum erat, quod ius spectaret ad tertios,
5 & talis† fama inducit bonam fidem, & præstat iu
stum titulum hæredi ad præscribendum. per Bart.
in l. Celsus. ff. de vsucap. in l. ij. §. hoc interdicto. ff. D
de iti. actuque priuat. cum similib. Tertiò respon-
deo, illam decisionem non esse veram, & confun-
6 di ex aliis allegatis: quia† omnis actio tali tempo-
re tollitur. l. omnes. l. si quis emptionis. §. j. C. de
præscript. trigin. vel quadrag. annor. nec ob. mala
fides defuncti, quia negatur fuisse in mala fide, per
alias allegata. Item negamus nos hæredes Iacobi-
ni nominati in instrumento. Secundò non obstat
no. in l. Pomponius. §. cum quibus. ff. de acq. poss.
quia doctor. ibi præcisè loquuntur, quando defun- E
ctus erat in mala fide, quod non est in casu nostro,
vnde seruanda est opinio Cornelij in allegatis co
filiis. quæ non est aduersa communi opinioni, sed
diuersa, & loquitur in alio casu quàm loquuntur
doct. in d. §. cum quis cum opinio Dyn. in reg. pos-
sessor. de reg. iur. in vij. habeant multos concorda-
tes, de quibus per Moder. in d. §. cum quis saltem
deberet in hoc nostro casu seruari, in quo cessant
rationes tenentium contrarium. Tertiò non ob-
stat, quod gloss. in l. tutor rerum. ff. de admini. tu-
tor. loquitur, quando mala fides defuncti erat cau-
sata ab errore iuris: quia si tali casu procedit præ-
scriptio hæredis, multò magis deber procedere,
quando hæres est in errore facti: quia ignorat fa-
ctum precarium, † nam plus impedit præscriptio
7 ex errore iuris, quàm errore facti. l. nunquam in
princ. l. iusto. §. filiusfamil. ff. de vsucap. Saluo
semper saniore iudicio.

CONS. CXX. SVMMÆ.

1 *Rei amissæ culpa sua quis tenetur ad æstimationem.*
2 *A sententia cridarum non conceditur appellatio.*
3 *Ratio assignata in sententia arguit imperitiam iudicis.*
4 *Intricatum Patrimonium quando dicitur.*
5 *Non potest mulier pacto facere deteriorem conditionem dotis suæ, nisi ex iusta causa.*
6 *Iuramentum ex causa vi carere.*
7 *Iuramentum propter enormem læsionem, effectum non habet, tanquam re ipsa dolum contineat.*
8 *Cessio facta ab eo, qui sponte subiuit iudicium non appellabile & per incuriam iudicis succubuit non valet.*

CIrca primum dubium quod quæritur, nunquid hæredes dom. Richardi pos-
sint conueniri pro restitutione dotis
d. Angelæ eius vxoris. paucis agendo,
puto quod sic: quia dom. Richardus promisit al-
ternatiuè restituere bona in solutum, pro dote à so
cero data, aut eorum æstimationem. Sed sic est, q. B
bona† non potest restituere, quia culpa sua amisit, 1
vt infrà ostendam, ergo tenebitur ad æstimatio-
nem, per regulam l. sed Stychum. in princ. ff. de
verb. oblig. & probatur hæc conclusio in l. Mæ-
uia. §. Lucius. ff. solut. matr. vbi si dos sit euicta sine
culpa mariti, ex æquitate liberatur. ergo secus est
si adest culpa, vel æquitas aliud dictet, prout in ca-
su nostro: quod ostenditur tribus rationibus. Pri-
ma, quia debuit d. Richardus denuntiare litem so
cero, vel curatori hæreditatis eius, vt est glo. in l. si C
pro re. §. j. ff. de euict. & firmat Bal. Nouel. in d. §.
Lucius. Secunda, quia cum esset in quasi possessio
ne ficti libellari, non debuit suscipere litem Me-
diolani, in causa cridarum, cùm cridæ non præiu-
dicarent ipsi possidenti, vt apparet ex earum lectu
ra: maximè cum† à sententia cridarum non con- 2
cedatur appellatio, vnde apparet manifesta læsio.
l. Hærennius. ff. de euict. gloss. l. ij minor §. mino-
res. ff. de min. Bal. Nouel. d. §. Lucius. Tertia, quia
videtur cõtrà d. Richardum pronuntiatum per iu- D
dicis imprudentiam. Vnde nulla est actio euictio-
nis. l. si per imprudentiam. ff. de minorib. cum e-
nim alienatio esset facta pro dote, debuit valere,
nec fidem ad eam extendi. l. mulier. §. cum propo-
neretur. ff. ad Trebell. auth. res quæ. C. commu. de
leg. Item erat dicta alienatio imputanda in legiti-
mam soceri. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. 3
& ratio assignata in sententia, arguit imperitiam
iudicis, dum dicit, *Intricatum fuisse patrimonium testa-* E
toris. nam Ang. Alex. Moder. in d. l. in quartam. ff.
ad l. Falcidiam intelligunt† intricatum patrimo- 4
nium, quando meliora alienata sunt, & grauatus,
dolo rationes ita implicauit, vt intelligi non pos-
sint, & ità loquitur tex. in l. summa. ff. de pecul. q.
in casu nostro dici potuit. nec enim dans dotem
filiæ, videtur quicquam fraude facere, nec alienãs
& redimens in emphyteusim ad quinque pro cen-
tenario, cum pacto redimendi, dicitur intricare,
alioquin omnes quamuis diligenter patresfami-
lias essent intricatores. Et si deinde aliqua intri- F
catio facta est cum aliis, non debuit hoc nocere d.
Richardo cum iam quæsitum erat ius super legiti-
mam, vt sibi alienata in eam imputarentur. Non
obst. transactio, & renuntiatio d. Angelæ, cum iu-
ramento, quia respondetur, quod non valeat, &
non potuit d. Angela, † pacto facere deteriore con 5
ditionem dotis suæ. l. de die. l. Attilicinus, de pact.
doct. nisi ex iusta causa, quæ in casu nostro nõ sub-
est. l. licet. ff. eod. tit. & iuramentum non confir-
G mat talem renuntiationem, quia induceret† enor- 6
men læsionem, cùm enim hæreditas patris non sit
soluendo, amitteret totam dotem, vnde† iuramẽ- 7
tum propter enormem læsionem effectum non
habet, tanquam re ipsa dolum contineat, vt est
communis conclusio, per Abbatem & alios, in
cap. cum contingat. de iureiuran. cum concorda-
tiis. per Dec. consilio clxxx. per totum. Secundò
respondeo, quod cum vice versa d. Franciscus illi
cesserit actiones, quas habebat contra d. Ioann.

BIU Cujas

Franciſcum, & ſuprà concluſimus, quod nullas actiones habet, quia non denuntiauit. l. emptor. C. de euict. quia ſponte iudicium ſubiuit non appellabile. d. l. ſi minor. d. l. Hærennius, quia per incuriam iudicis ſuccubuit. d. l. ſi per imprudentiam. ceſsio ipſa non valet: quia non erat creditor, vt ait Baldus in l. ſi nomen. ff. de hæred. vel actione vend. per Albertum Galeotum, quem allegat. & ideo iuramentum non obligat ipſam renuntiantem: quia habet tacitam donationem ex ipſo actu prouenientem, ſi credens ſit verus creditor. l. fin. C. de non numerata pecunia. Abb. c. j. extra de iud. Alex. & Moder. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iud. Aret. l. j. §. ſi quis ita. de verborum obliga. Tertiò reſpondeo, quod cum ceſsio ex forma ſtatuti Papienſi, quamuis iurata ſit nulla: quia facta non ſeruatis debitis ſolennitatibus, ſequitur etiam renuntiationem nullam eſſe. l. alij. ff. de adi. leg. nec eſt verum, quod hæc ceſsio ſit neceſſaria. per d. §. Lucius. quia vt ſuprà dixi, ille tex. non procedit, data culpa mariti, vt in caſu noſtro: quia non denuntiauit, quia tali iudicio eſt expertus, quia imperitia iudicis ſuccubuit, &c. Circa alium articulum, de ſucceſsione Franciſcæ, dico, quod cùm pater ei legauerit bis mille libras dandas cum maritabitur, legatum eſt purum, licet exactio ſit dilata. l. ex his verbis. C. quan. dies leg. ce. vnde ea moriente in dicto legato, ſuccedit ei mater in totum, ſecundùm formam iuris communis. authentic. defuncto. C. ad Ter. ſecundum verò ſtatutum Pap. lxxxxiiij. ſuccedit in ij. parte.

A

B

C

D

CONSIL. CXXI. SVMMÆ.

1 *Obligationem ſuo potius quàm alieno nomine contrahi.*
2 *Ex eo quod ſubſecutum eſt, præſumitur quod prius actum fuerit.*

AVdio per partē aduerſam allegari, quòd mādatum illud fuit ſubſcriptum ab his, qui ſubſcripſerunt tanquam ab errogatariis minorum conſtitutis in teſtamento patris ipſorum: ſed dico iſtud iure non eſſe verum, pluribus rationibus. Primò, quia etiam illi erant ſocij, & ſic potiùs credendum eſt, quod ſe obligauerint iure propriè obligationis † quàm alienæ. l. & magis. ff. de ſol. & quia iſtud facere tenebantur, cùm enim eſſent ſocij non eſt dubium, quod pro contingenti portione tenebantur releuaſſe d. Hieronymum: ergo, & ita feciſſe præſumendum eſt. l. meritò. pro ſocio. & ſic credendum eſt, quod mandauerint Boſchino, & deinde ſe obligauerint iuxta conuenta in illo mandato, nomine proprio: quia ita facere debebant, & etiam ad euitandum circuitum, ne ſi Boſchinus cogat minores, & ipſi agere compellantur contra ſocios, vt releuentur argumento l. cum fundus. §. j. ff. ſi cert. pet. Secundò, quia in ipſo inſtrumento obligationis facto in executione illius mandati, ipſi non obligant ſe nomine minorum, nec alieno ſed proprio, vt ibi apparet: ergo eſt veriſimile etiam factum mandatum nomine proprio, quia † ex eo quod ſubſecutum eſt præſumitur, quòd prius actum fuerit. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. nam ſi obligaſſent ſe tanquam errogatorios. addidiſſent illam qualitatem. l. fin. de inſtit. quod cùm non fecerint, lex præſumit, quòd nomine proprio ſe obligauerint, præſertim cùm nō conſtet quod haberent notitiam teſtamenti, in quo eſſent conſtituti errogatarij, & ſi vnus ſciebat de ſe, non ſciebat de alio: vnde non poteſt dici reſpectu hoc ignorantium fuiſſe aliquid geſtum, tanquam ab errogatariis. argumento dict. l. ſed Iulianus. §. primò. in ij. reſponſo, quem ad hoc allegat Bartolus in l. qui aliena. §. ſi is qui putabat. ff. de acquiren. hæreditate. Tertiò, apparet etiam ex poſt geſtis: nam cum in inſtrumento Aronæ obligauerint ſe omnes inſolidum, deinde releuarunt alium Boſchinum per inſtrumentum ſubſequens, quæ omnia fuiſſent ſuperflua, ſi ſe obligaſſent tanquam errogatarios, & iſtud etiam deprehenditur ex lite mota ab ipſo Ambroſio Boſchino contra reuerendum dominum Ambroſium de Sclauenatis, coram deputatis ſalis, vbi ipſe Boſchinus ab eo petiit, tanquam eſſet obligatus nomine proprio, & in eo iudicio, ad hunc finem produxit illud chirographum, vt etiam cōſtat ex narratiuis aduocatorum in ſenatu; vnde concluditur, quod dictus Boſchinus non poteſt agere contra hæreditatem d. Hieronymi, ex quo contraxit vigore illius mandati, & ſi dicat quod talis contractus ceſſit in vtilitatem ipſius hæreditatis, reſpondetur quòd agat via ordinaria, actione negotiorum geſtorum, & illi reſpondetur, nō autem intenter executiuam iure fideiuſſoris.

E

F

G

CONS. CXXII. SVMMÆ.

1 *Statuti loci delegati iudicis non attendi.*
2 *Stylus curiæ probari debet.*
3 *Statutum debet in actis exhiberi.*
4 *Teſtamentum non valet, nec ligata præſtantur, niſi ſit adita hæreditas.*
5 *Legatarij priuſquam agant ad legata, interrogant hæredem ſcriptum an velit eſſe hæres.*
6 *Intellectus ad l. fin. C. de remiſſ. pign.*
7 *Remiſſum pignus non reuiuiſcit.*

MAgnifici Fornarij in cauſa, quia præſtatiſsimus D. Iudex adhuc dubitat vt in margine allegationum mearū apparet, diſſoluā paucis ea, quæ videtur obſtare. In primis dum dixi, quod exceptio excuſsionis eſt admittenda, ſecundum commune, non obſtante ſtatuto † communis Mediolani, reſpondetur quod imo tale ſtatutum attenditur in dilatoriis exceptionibus, quæ concernunt ordinem proceſſus, ſecundum not. in ca. quod clericis. extra, de for. compet. Sed certè ſi iſta exceptio eſſet ſimplex dilatoria, poſſet hoc dici: ſed vt dictum eſt, concernit etiam beneficium partis, ſecundum Dec. in d. l. ſi. num. xxiiij. ſi cert. petat. & non debet tale beneficium ex mutatione fori, partibus auferri, alioquin ſequeretur inconueniens, quod ſi magnificus Fornarius litigaret de hac re in ſuprema curia, ſeu coram ipſo Cæſare, obtineret. Sed quia Cæſar commiſit hanc cauſam ſuæ donationis iudici delegato, quod debeat Fornarius ſuccumbere, & ſic mutatio iudicis ei auferret ius ſuum, quod eſt inconueniens, & contra mentem Maieſta. Cæſ. qui demandauit cauſam, *vt delegatus id faciat, quod ipſe Cæſar eſſet facturus*, qui talem exceptionem excuſsionis admitteret, ſecundum terminos iuris communis. dict. authentic. hoc ſi debitor. C. de pignor. nec ſtatutum communis Mediolani, aut Nouariæ attendere. Nec obſtat, quod Guid. Pap. deciſ. cxcviij. loquatur quando ſtylus curiæ contradicit cōſuetudini ciuitatis. Nā reſpōdeo, q, ſtylus curiæ

1

2

3

4

5

6

7

eſt,

BIU Cujas

est, secundum ius commune, nisi quando reperi-
2 tur, & probatur immutatus: quia stylus† debet p-
bari, vt per Bar. in l. ij. q. xxvij. quæ sit long. conlu.
in l. de quibus. iij. q. princ. de legib. nec sufficiunt
statuta ciuitatum, quia illa nihil ad Cæsarem, seu
eius consilium, vt est aliàs dictum. Nec obstat, q͡d
idem statutum sit Nouariæ, quia† debui exhiberi
3 in actis, sciendum doct. Bar. in l. omnes pupilli. in
fin. ff. de iustitia & iure. vt possit videri, & consi-
derari, si loquitur in casu nostro, quando forensis
possessor conuenitur. Non obstat, q͡ notoriũ non
est, filios Ducis Ludouici non fuisse hæredes pa-
tris: imò contrarium verius est. Respondeo, cùm i-
ste legatarius fundet intentionem ex testamento,
ad eum pertinet probatio, quod testamentum va-
leat, id est, quod† sit adita hæreditas, quia aliàs te-
4 stamentum non valeret, nec legata essent præstã
da. l. j. ff. de iniust. rupt. l. si nemo. de reg. iu. Doctor.
in l. eam quam. ff. de fideicom. debet ergo ipse p-
bare, secundum regul. l. verius. ff. de proba. Et hoc
docet practica quotidiana, secundùm quam lega-
5 tarij† antequam agant ad legata, prius interrogãt
hæredem scriptum, an velit esse hæres, secundum
l. j. cum trib. seq. ff. de inter. act. Non obst. quod ad
tertium adducitur, quod res non erat effecta irre-
uocabiliter ipsius Com. Ioann. Pauli, cum multis
subtilitatibus ad l. fin. C. de remis. pign. quas tan-
6 dem Iudex reiicit: quia d. l.† fin. non habet locum
in legato in quo non est obligatio bonorum futu-
rorum, &c. Respondeo, & dico, quòd non solùm
hæc bona fuerunt tit. donationis data Com. Ioan.
Paulo, & sic extinctum pignus, secundum regulas
iuris, sed etiam si dicamus non extinctum: tamen
7 cũ† ipse ea permutauerit, permutando, seu alienan
do videtur iterum remisisse, adeò quod etiam si a-
lienatio illa rescinderetur, vel aliàs esset nulla, nõ
tamen pignus reuiuisceret, sed remissio staret fir-
ma. ita est tex. in l. j. §. j. vbi omnes de plano hoc fa-
tentur. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol.

CONS. CXXIII. SVMMÆ.

1 *Mora non committitur, nisi postquam debitum sit per iu-*
dicem ad liquidum deductum.
2 *Quando pars debiti est liquida, & pars dubia, debitor pro*
parte liquida tenetur offerre, pro parte verò non liqui-
da satisdare.
3 *Iniquum est, quod quis ex damno alterius lucrum faciat.*
4 *Si Pater, vel fratres, qui ex necessitate legis, vel statuti te-*
nentur ad dotandum, non fuerint in mora, quia dos re-
missa esset declaranda in arbitrium alterius, vel remissa
æstimatio rei debitæ pro dote, & ille distulerit declа-
rare, nihilominus si vir interim sustinuit onera matri-
monij, sibi debentur fructus, seu intereße dotis, postea
declarat pro tempore quo ipsam non habuit.

1 HOra licet regulariter† non committatur, nisi postquam debitum sit per iudicem ad liquidum deductum, se-
cundũ Bal. in l. acceptã. C. de vsu. tñ hæc conclusio aliquas habet limita-
tiones, quę in casu nostro oẽs p̃cedũt. Prima est, vt cõclusio p̃cedat, qñ obscuritas respicit substãm
obligationis. ea dẽt. n. prius declarari: secùs si re-
spicit duntaxat modũ executionis, quia executio differt ab ipsa obligatiõe, aliàs nunquã quis debi-
tor pecuniæ posset in mora cõstitui, cũ semp ha-
beat facultatem dandorum bonorum solutum, ex

A forma statutorum nostrorum, & etiam de iure cõ-
muni, per tex. in auth. hoc nisi debitor. C. de solu
ti. cap. Odoardus. extrà, de solut. §. si verò. in auth.
de alien. & emphyt. quæ datio bonorum est incer
ta, sed quia respicit executionem tantum non im-
pedit commissionem moræ. Secunda est, vt con-
clusi procedat, quando incertitudo respicit totam
summam, secùs si partem tantùm: quia respectu il-
lius partis, quæ omnino debetur debitor incurrit
moram. Bartol. in l. non potest. ff. de reg. iur. in l. j.
B §. si stipulãti. in fin. ff. de verbor. obligat. vbi dixi, &
respondi rationibus contrariis: vnde tali debet† 2
debitor quod clarum est offerre, & pro reliquo sa-
tisdare. l. statu liber rationem. ff. de statu liber. do-
ctores. l. prætor ait. §. si quis paratus. de oper. nou.
nuntia. l. 4. §. si se obtulit. de re iudic. Iaſ. in l. quod
te. si cer. pet. Tertia est, vt procedat conclusio re-
spectu debiti, quod ex mora regulari inducitur, se-
cùs si ex mora irregulari ratione fructuum rece-
ptorum. cùm enim† iniquum sit, quod quis ex da- 3
C mno alterius sacrum faciat, currit interesse, nõ ad-
hibita distinctione, an res liquida sit, an id minus.
l. Iulianus, §. ex vendito. ff. de action. empt. l. cura-
bit. C. eod. tit. Alexand. consi. lxix. in j. cxxj. & cxl-
vij. in v. Dec. xxxix. cxix. clxxxiij. in fi. & probatur
hæc limitatio in l. fin. §. fin. ff. de fund. dota. & de-
clarat Bald. in l. si traditio, q. xj. C. de action. empt.
sentit Socin. post alios. in l. de diuisione. ff. solut.
matrim. & consi. cccix. in fin. & ideo infert ibi in d.
l. de diuisione. dominus Herculanus Perusinus,
D quod† si pater, vel fratres qui ex necessitate legis, 4
vel statuti tenentur ad dotandum, non fuerint in
mora: quia dos remissa esset declaranda in arbitri-
um alterius, vel remissa æstimatio rei datę pro do-
te, & ille distulerit declarare nihilominus, si vir in-
terim sustinuit onera matrimonij, sibi debentur
fructus, seu intereße dotis põstea declaratæ, pro
tempore quo ipsam non habuit, si sustinuit one-
ra matrimonij, & ita refert, quod aliàs consulue-
runt alij Moderni Perusini. sequitur & dominus
E Hieronymus Cagnolus. in rep. d. l. curabit, & ideo
ibi est decisio in terminis præsentis dubitationis.
Nec debet iudex recedere ab auctoritate suprascri
ptorum doctorum, maximè cum iam bis sit pro i-
stis Aliprandis iudicatum.

CONS. CXXIIII. SVMMÆ.

1 *Arbitratores laudum posse declarare.*
F 2 *Potestas arbitrandi durat perpetuò, quia compromißũ in*
arbitratorem aliud nihil est, quàm mandatum, & man
datum est sui natura perpetuum.
3 *In dubio credendum est, compromissum esse voluntarium.*
4 *Est cuitandum quod de lite lites fiant.*
5 *Moram ob incertitudinem non committi.*
6 *Arbiter super fundo potest iudicare, etiam super fructibus.*
7 *Abb. doctr. in c. cũ dilectus. super glo. fi. de arbitr. declar.*

G HI Arbitratores videntur non potuis-
se† declarare aliquid circa laudum 1
prius factũ: quia licet per homologa
tionem appareat, *Quod partes consenserint, vt dictæ tornaturæ darentur arbitrio ipsorum*, quibus verbis inducitur pactum compro-
missi, & videntur constituti esse arbitratores, se-
cundũ Bar. & doct. in l. si quis arbitratu. de ver. ob-
lig. tamen debuerunt arbitrari intra duos menses,
qui terminus est præfixus a instantiæ à statuto, aliàs
euanescit compromissum, nec me mouet inter-

BIU Cujas

locutoria prætoris, quia non ideò potuit, aut vo- A luit insultare spiritum vitæ ipsi instantiæ, quæ perierat. secundum not. in l. cum lite mortua. ff. iud. sol. maximè cum sit facta cum clausula, *si & in quantum, &c.* de qua per Bartol. in l. si quando. de leg. j. l. iudex potest aquam. de re iudic. Sed tamen in cõtrariam sententiam me mouet: quia doctores. in d. l. si quis arbitratu. magis communiter dicunt, q̃
2 † potestas arbitrandi durat perpetuò, argumento auth. si tamen. C. de temp. appella. quia compromissum in arbitratorem, nihil aliud est quàm man B datum. cap. quinta vallis. de iureiur. & mandatum & sui natura perpetuum. l. iij. C. de præsc. xxx. vel lx. an. Non obst. statutum suprascriptum: quia p̃cedit in compromissis necessariis, quę fiunt secũdum formam illius statuti: sed in casu nostro videtur est voluntarium, & ita
3 † in dubio credendum est, secundùm Sali. & Alex. in l. si quis maior. C. de transact. nec enim apparet seruatam esse formam illius statuti, nec ét cogebantur partes post primũ laudum, aliud compromissum facere, circa declarationem illius qualitatis, qua parte essent accipiendæ illæ tornaturæ. Et ita æquitas ẽt dictat, alioquin declaratio pertineret ad prætorem sub quo noualis esset facienda. l. si in emptione. in prin. de contrah. empt. l. hæc venditio. §. fin. eo. tit. Bart. in l. & per iusiuran. §. qui ita. de acceptil. Bar. & doct. d. l. si quis arbitratu. &
4 † sic fierent de lite lites, qd̃ est euitandum. Puto itaque declarationem à qua parte accipiendæ essent dictæ tornaturæ valuisse: maximè cum eodem modo iudicaturus sit prætor, D vt diuisio fiat, prout vnicuique parti commodius est, facit quod not. Alex. in l. finita. de dam. infect. Nunquid verò valeat declaratio in fructibus per eos facta. puto quod non, quia verba compromissi dicunt, *Ad dandum & reficiendum tornaturas feliciorum arbitrio dictorum arbitratorum.* quæ verba non videnẽ trahenda ad fructus, qui debentur ꝓpter morã: at hic nulla erat mora, quia antequam declarauissent arbitri, à qua parte reficiendæ essent tornaturæ, i-
5 psi non tenebãt dare, ideoq; nulla mora † cõmissa E erat, quia excusati erant ꝓpter incertitudinẽ laudi, secundũ Bar. & doct. in l. iij. §. incertã. ff. de acq. possess. & q̃ habetur in l. q̃ te. si cer. petat. Nec ob-
6 stat, q̃ † arbiter super fundo potest iudicare etiam super fructibus, secũdũ Iaſ. in l. cũ Aquiliana. ff. de transact. Respondeo, Iason ibi allegat Bal. in l. j. C. si à non comp. iud. qui non loquitur in arbitratione, sed in delegato, & qui loquit̃ ad declarationẽ tex. in l. ædiles. §. sciendum. de ędilitio edicto, vbi dicitur, q̃ potest iudex pronuntiare super fructib. F perceptis pendente lite, quod fit propter moram. l. videamus. ff. de vsu. l. cum fundus. in princ. si cer. peta. ergo secùs, vbi non subsit mora: & ita intelligendus est etiam † Abb. in cap. cum dilectus. super
7 glo. fi. de arbitris. Præterea, cùm iam semel iudicatum fuisset, censetur sequuta absolutio à fructib⁹, nisi eadem die sequuta esset declaratio, secundũ l. iij. C. depositi. & l. Paulus respondit. cùm ibi not. te iudicata. Et hęc oia saluo semp saniore iudicio. G

CONS. CXXV. SVMMÆ.

1 *Statutum strictè debet intelligi.*
2 *Conductori in dominum officio iudicis consuli.*
3 *Pactum est obseruandum absque alia authoritate iudicis.*
4 *Pactum Principis habet vim legis, & præcisè obligat & transit in singularem successorem ac alias fiscus ad interesse teneatur.*
5 *Ignorans non censetur renuntiare.*

NOn videtur circa petitionem Calcorum, eis obstante statutum nostrum de decennio: quia loquitur in colono, inquilino, partiario, emphyteuta: Corbetæ autem non sunt tales, sed conductores illius iuris: nec in eo habent aut coloniam, aut incolatum aut partem, aut emphyteusim, † meritò verba statuti ad hunc casum nó vi 1
dentur trahenda. l. iij. §. hæc verba. de negot. gest. Melior est illa exceptio, q̃ non fuerit prestita patientia vtendi dicto iure. propter depredationem, & propter milites: quia pars dominij erat hostiũ, iuxta tex. in l. ex conducto. §. j. ff. loca. ibi oportet enim prestari conductori, vt frui possit & ideo indistinctè obstat locatori exceptio remissionis mercedis: quamuis non sit liquida: ex quo locator pro parte non adimpleuit. Circa petitionem Corbetarum, qui prætendunt se spoliatos, &c. videret † nõ 2
competere interdictum vnde vi conductori contrà dominum, vt per glo. & docto. l. si de fundo. C. de loca. maximè lapso tempore conductionis: quia iam aliud est tempus & alia res. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufruct. leg. l. fi. §. quoties. vbi Bartolus. ff. de publica. sentio contrarium, quia licet non datur interdictum: datur tamen eius loco officium iudicis, habens vim remedij possessorij. l. Aquilius. ff. de donatio. vbi gl. Bar. cæteri & Barto. l. de vsu. ff. de variis & extraord. cogn. Bar. l. contem. §. qui maximos. q. vj. ff. de publica. Bal. l. ædem. C. de loc. Nec obst. quod restitueretur alia res, propter diuersitatem temporis: quia respondeo hoc tollerari in odium spoliantis. l. si plures. §. j. de vi & vi arma. Nec obst. q̃ licuerit Calcis hoc facere propter cessationem facti. l. ædem. C. loc. & quia ita cautum erat † pacto, quod est obseruandũ 3
etiam absque alia authoritate iudicis. l. si quis sub hoc pacto. ff. de contrah. emp. l. ii. C. de pign. vbi Bart. respondeo, nulla erat cessatio propter remissionem debitam, de qua suprà dixi, & propter illos mille aureos de quibus infrà, & talis contradu ctor habet ius in re, vt per doc. l. vectigalia. §. j. de publica. vnde non potest statim expelli. Ad idem quia erat conuentum cum principe, nõ posset expelli, nisi solutis illis mille aureis: quod † pactum 4
principis habet vim legis, & præcisè obligat. l. penul. C. de don. inter vir. & transit in singularem succesſorem. ne alias fiscus ad interesse teneatur. l. 4. ff. de iure fisci. l. cognouimus. C. de municip. & colon. patrim. libro ij. si igitur donatarius fisci volebat eum eiicere, debuit prius dictos mille aureos offerre. Non puto tamen quod conductores possint cogere inuitum donatarium ad soluendos mille aureos: quia obligatio illa fisci non sufficit singularem successorem. l. fin. §. fi. ff. de contrahen. empt. satis ergo est, quod Corbetæ sint tuti exceptione: vt in simili per Bart. in l. qui fundum. ff. loca. Nec obstat, quod dominus Innocentius videatur renuntiasse illi pacto per inuestituram, &c. respondeo, erat hæres fratris, & præsumitur ignorãtia. cap. præsumitur. de reg. iur. in vj. Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. iij. ff. de verb. oblig. & ignorans non † censetur renuntiare. l. mater decedens. 5
ff. de inoffic. testam. cum similibus. vidissem tamen libenter verba inuestituræ, quam non reperi in sacculo.

CONS. CXXVI. SVMMÆ.

3 *Verborum æqualiter, cum aliis effectus.*
4 *Testator alienando rem legatam ex necessitate censetur reuocare legatum.*

Compro-

3 *Compromissum iuratum ad alios non trahi.*
4 *Homologia effectus.*
5 *Homologatio est consensus, & pactum quoddam approbatorium laudi, quod pactum nunquã operatur respectu alterius, qui non sit comprehensus in compromisso.*

DIebus superioribus consului, in fauorem dominę Antonetæ Ratisponæ, quod sibi debebatur integrum legatum bonorum mobilium, sibi factũ à marito, nõ obstante quoddam laudo homologato, lato inter ipsum maritum, & eius filium d. Gabrielem: quia in tali laudo nulla erat obligatio dandi supellectilia ipsi d. Gabrieli propter verba laudi, quæ limitata erant respectu bonorum mobilium, & immobilium infrà descriptorum: & nulla istius supellectilis mentio facta erat: per text. in l. Quintus. j. de aur. & arg. leg. & quę habentur in l. Stychum qui meus. ff. de legat. j. per doct. Nunc verò vertitur in dubium, quid iuris sit respectu aliorum trium fratrum suprascripti Gabrielis, an etiam ipsi per dictum legatum factum patri ipsorum excludantur. & dubium faciunt verba laudi, quibus dicitur quod d. Gabriel. habeat quartam partem mobilium, & immobilium æqualiter cum aliis tribus fratribus, &c. ergo apparet etiam eos admittendos. Sed tamen hoc non obstante, sicut dixi excludi dominum Gabrielem multò fortius excludendi sunt isti fratres: quia cõtra eos militat illa potissima ratio, quod verba laudi sunt limitata per illam clausulam, quæ infrà describentur, &c. Sed fortiùs excludunt ét alia ratione, quia cùm ipsi non essent in lite, nec fecissent aliquod compromissum, sententia per arbitros lata, sicut eis nocere non posset, ita nec etiam prodesse: quia dicitur res inter alios acta. iuxta regul. l. ij. C. de quib. res iud. non noc. l. fi. C. de testib. Et quia præceptum arbitrorum non est sufficiens ad impediendum, quin quis possit de ea re testari, & valeat legatum, secundum glo. in c. Raynaldus. verb. neutra pars. extra, de testa. per doc. in l. filius-fam. §. diui. de leg. j. Et quia † illa verba, *Æqualiter cum alijs fratribus.* indicant quid fieri debeat, non autem transferũt ius dominij in filios, aut impediũt testamenti factionem ipsi patri: vnde non impeditur legatum, vt in simili per Ange. consil. lxvj. Et facit, quia illud quod dicitur quod † testator alienando rem legatam ex necessitate, censetur reuocare legatum. l. iij. C. de leg. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. fideicommissa. §. si rem. de legat. iij. intelligitur in vera alienatione per traditionem rei, non autem in obligatione alienandi, quæ est personalis, orta ex laudo. postquam. §. fi. ff. vt leg. no. cau. Bald. Salic. Ange. Pau. Iaf. d. l. iij. & quod not. ibidem præfecti doctores per tex. in l. prædia. §. liberto. ff. de fundo instruct. Et maximè hoc dicendum in casu nostro, quia laudum istud est voluntarium, non autem necessarium, secundum Salic. & Alexan. in l. si quis maior. C. de transact. maximè cùm homologia accesserit, & iuramentum, ad quę cogi ex statuto non poterunt, secundùm Alexand. d. l. & ideo, cùm hæc alienatio, seu promissio alienandi, & relinquendi, filiis æqualiter sit facta ex voluntate, non autem ex necessitate, sequitur vt non extinguatur legatum. Nec obst. quod † cõpromissum sit iuratum: quia non ideo trahitur ad istos, qui non erant in lite, nec fecerunt compromissum, inutiliter enim iuramentum obligat respectu partis cui præstatur tantum: vnde potest ab ea remitti. c. ij. extra, de sponsal. vbi doctor. non autem respectu alterius, secundum Guli. de Cun. in l. auus. quõ ibi sequũt doctor. ff. de pact. Bal. in l. pactũ. q. ix. C. de collat. faciũt not. in l. duob. & in l. creditore. ff. de iureiur. Nec obstat † Homologia: quia non plus operatur, quàm in compromisso fit deductum: & restringitur versùs partes ipsas, inter quas latum est laudum, secundum suprædicta. Est enim † Homologatio consensus, & pactum quoddã approbatorium laudi. l. ne arbitris. l. cũ antea. C. de arbitr. quod pactum nunquam operatur respectu alterius, qui non sit comprehensus in compromisso. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Et ita mihi videtur iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXVII. SVMMÆ.

1 *Arbitratorem se non legitimare.*
2 *Quamuis iudicium sit summarium, & in eo probationes semiplenæ sufficiant, tamen legitimatio personæ, semper est plenariæ probanda.*
3 *Relatiuum quis, vel qui restringit.*
4 *Fratres minores arbitratores non esse, fall.*

CIrca primam difficultatem, licet arbitrator iste potuisset procedere etiam sine scriptis, & haberet valde latum arbitrium, adeò quod standum esset verbo suo: secundum Felin. & alios in cap. quoniam contra. de probatio. tamen † hæc facultas non intelligitur respectu legitimationis personæ suæ: vt est doctrina Bartoli quam ibi sequuntur doctores in l. ij. C. de edict. diui Adria. tollen. vbi † quamuis iudicium sit summarium, & in eo probationes semiplenæ sufficiant, tamen legitimatio personæ semper est plenariæ probanda. Et ideò cum licentia de quo agitur sit illa, quæ legitimet personam ipsius arbitratoris, debet de ea plenè constare. Nec quicquam refert, quod simus in antiquis: quia arbitramenta sunt lata iam ferè triginta annis elapsis. respondeo, cùm semper disputatum fuerit super articulo reuisionis, non possunt dici lapsa tempora: & satis est, quod ante conclusionem in causa ista exceptio sit expressè deducta: cum in primis exceptionibus sub generalitate comprehenderetur per not. per Bartol. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Paul. Castr. l. fin. C. de fi de instrum. vnde licitum est in causa reuisionis hoc deducere, quod arguit fraudem arbitratoris volentis personam suam legitimare per licentiam fictã, seu quæ probari non potest. Circa secundam difficultatem, videtur certum esse quod arbitramenta sunt lata extra instantiam: vt aliàs dictum fuit: quia prorogationes impetratæ à senatu loquuntur in compromisso necessario, non autem in voluntario. Nec obstat cauda statuti, quod intelligantur coacti, quid aliàs secundum formam statuti cogi possent ad faciẽdum compromissum, licet aliàs voluntariæ, compromiserint, &c. respondeo loquitur statutum, quando aliàs secundum formam statuti, &c. quod non est in casu nostro in quo deducta sunt etiam decisa, & finita, & quæ non potuissent cogi, vt aliàs fuit dictum: illud † enim relatiuum qui alias cogi, &c. intelligitur restrictiuè. l. à filio. §. j. de alim. & cib. leg. id est, quatenus aliàs cogi secundum Bartol. in lege. Stychum qui meus. in fin. ff. de legat. &

legat. & fideicom. primo. & in l. demonstratio. ff. de cõst. & demon. Circa tertiã difficultatẽ alias diffusè scripsi, & etiam nunc arbitror verissimum esse, quod fratres minores † de obseruantia si arbitrantur, quod arbitramentum non valeat propter prohibitionem legis, id est, clem. exiui. de verb. signifi. & regulam l. non dubium. C. de legib. & consuluit Bald. & alij aliàs allegati. fallit in fratre minore antequam emanasset d. clem. & ita loquitur Feder. de Senis in allegato consil. ccxciij. fallit in simplici electione personæ secundùm Lud. Rom. consi. cccclx. fallit in aliis monachis, vel aliis religiosis, quibus præcipitur solùm de honestate, constat autem quod dicta clem. exiui. induxit præceptum etiam de necessitate propter regulam & votum. fallit vbi pars tacendo censetur consensisse: quia statim non fit contradictum secundum Ias. in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & in istis casibus procedunt decisiones contrariæ si benè videantur. in casu autem nostro statim secuto & intimato laudo fuit reclamatum. Et hęc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Diuisionis causæ.*

2 *Verbum assignare est æquiuocum, & habet varias significationes, vnde in dubio interpretabimur potius, quod dominium nõ sit translatum sed assignatio sit facta causa custodiæ, & securitatis.*

3 *Verba debent intelligi secundum potiorem significatum.*

BReuissimus ero in causa vertente inter ser Tyberium actorem & Ioann. Mariam, Pompeiumque eius fratres circa diuisionem possessionis prædioli: quia diffusè allegatum est per alios doctores in hac causa, & summæ attingam punctum, in quo versatur cardo difficultatis. Et prima fronte videtur fundatam esse intensionem ipsius ser Tyberij actoris: quia cum † constet hanc possessionem fuisse in bonis patris ipsorum litigantium, & constet cætera bona paterna inter eos diuisa fuisse æqualiter nulla est ratio, cur etiã hæc possessio non veniat diuidend. Nec allegatæ nullitates libelli ex eo iustificantur, quod actio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo non cõpetant, sed petitio hæreditaris: quia actor in bello non exprimit aliquam actionem, sed simpliciter petit ius, & iustitiam administrari, de quo satis dictum in allegationibus. Sola difficultas in eo vertitur, quod per testes probatum est, dictam possessionem assignatam fuisse d. Annæ, eorum fratrum matri. cuius hæredes fuerunt isti rei conuenti, & quidem assignationem factam pro dote, & absolutionem dotis ipsius, &c. Verum ex dictis testium non apparet an sit data d. Annæ in solutũ, & translatum in eam dominium, quo casu tale dominium esset Ioan. Mariæ, & Pompeij hæredum ipsius. An verò duntaxat esset illi assignata pro cautione, & securitate dotis, quo casu ser Tyberius offerendo ratam partem debiti dotis ad se tãquam hæredem patris pertinentem videtur habere ius in dicta tertia. Et pro ser Tyberio est decisio in terminis Gulielmi de Cun. in l. si noxali. §. j. vbi etiam Alberic. de Rosat. ff. de pecul. vbi dicit, 2 q. quia † verbum assignare est æquiuocum, & habet varias significationes, in dubio hoc casu interpretabimur potiùs, quòd dominium non sit translatum, sed assignatio sit facta causa custodiæ & securitatis, allegat tex. in l. j. C. ne pro dot. mul. bona mariti addic. & in l. j. in fin. C. de iure domin. impetr. Sed tamen in contrarium est veritas: quia imò censetur potius assignatio facta causa dominij, & videtur trãslatum dominium, ex quo præcessit, cùm habilis, vt est casus in l. dotis fructus. §. fin. cum l. seq. ff. de iure dot. & in l. circa medium. versic. si tamen. ff. de vsurap. pro dot. quæ iura. Bartol. in l. si constante. in princ. ff. solut. matri. improbat illam decisionem Gulielmi de Cun. & cum Barto. ibi transit Bald. nouellus in fin. & allegat Bald. idem tenentem in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & plenius per eundem Bald. c. j. quid si inuestit. & quia † verba debent intelligi secundũ potiorem significatum. l. j. §. j. si ager vectiga. & ab ista opinione non esset in iudicio recedendum propter auctoritatem Barto. quem etiam ibi sequitur Alex. Ias. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. j. & hoc videtur certissimum in casu nostro in quo probatum est ex attestatione Marci, quod ista assignatio fuit facta in solutum. Idemque deponit in effectu d. Iulia eius vxor, quæ probatio videtur sufficere. l. vbi numerus. ff. de testib. Confirmatur etiam ex dictis aliorum testium deponentibus de confessione extraiudiciali ipsius partis, quæ confessio coadiuuat præsumptionem suprascriptam. Confirmatur etiam ex æstimatione facta de consensu partium, quæ æstimatio deductis 100. libris assignatis Ioan. Mariæ. formaliter conuenit cum credito ipsius dotis, per ea, quæ habentur in l. cum quo. §. fina. ff. ad leg. Falcid. per Alexand. & alios. Ex quibus concludo absoluendos esse à peritis istos reos cõuentos. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXXIX. SVMMÆ.

1 *Fama quid operetur.*

2 *Lex magis præsumit pro sententia, quæ de se facit plenam fidem.*

3 *Fama regulariter, nec semiplenam fidem facit.*

SEntentiæ accedo suprascriptorum dominorum consulentium, quia † fama ista potest aliquid operari ad arguendum malam fidem eorum, ad quos verisimiliter & à communiter contigentibus hæc fama peruenit, secundum not. per Bald. in l. j. in fin. C. de collu. detег. & in l. conuenticula. C. de episco. & cler. & traditur per Alexand. Ias. Deci. cæreos in l. j. si cer. peta, non est verisimile, quod hæc puella tempore contracti matrimonij quicquam de hoc sciret, quæ domi reclusa, non suum, sed parentum & proximorum iudicium sequitur, vt dicit tex. in c. honorantur. xxxij. q. ij. Et etiam si aliquid audiuisset de fama, tamen magis debuit credere sententiis iudicum, quàm inani huic rumori: quia omnis hic status coniecturalis est, & lex magis præsumit pro sententia, † quæ de se facit plenam fidem: cum fama † regulariter nec semiplenam quidem faciat. vt habetur in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. per mod. Et puto hunc casum esse extra omnem difficultatem Saluo tamen saniore iudicio.

CON-

CONS. CXXX. SVMMÆ.

1 *Iuramentum ex causis detrectari.*
2 *Nemo tenetur iurare super re spectante ad factum alienum.*
3 *Legitimatus non est compellendus ostendere instrumentum authenticum suæ legitimationis, quando Pater eum vocat legitimatum.*
4 *Hæres per fideicommissum compellitur habere ratum factum defuncti.*
5 *Verba enuntiatiua inter partes probant.*



1 VOad primum nunquid Philippus† iurare teneatur circa particularem petitionem Ioan. Andreæ. dico, q̃ non cùm semel generaliter iurauerit quod est satis. l. si quis cum totũ. ff. de except. rei iudic. vnde posset detegi periurium. & regula est, q̃ vbicunque quis probabiliter potest timere, ne suum periurium redarguatur etiam per quandam consequentiã non cogitur iurare, vt dicit Bar. in l. iusiurandum. quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur. vers. habes notare duo. & Bartol. ibi communiter sequuntur doct. Item† quia quoad bona relicta in hæreditate, per Paulum filio suo legitimato ipse non est informatus: cùm sit testes spectans ad factum alienum, vnde tunc non tenetur iurare. Salicet. in l. fin. per illum text. C. de fideicommiss. nec tunc procedit dispositio. l. manifestæ. ff. de iureiurand. vt declarat Ias. in d. l. manifestæ. in 7 limit. Quoad 3 †secundum, dico non esse compellendum do. Philippum ad exhibendum legitimationem in forma authentica, neque gratiam cum hac expensa: quia Paulus testator appellat eum filium legitimatum, cuius Pauli Ioan. Andreas† per fideicommissum est hæres, vnde cõpellitur habere ratum factũ defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendi. & confessio illius nocet cuilibet habenti causam ab eo, vt habetur in l. si superatus. ff. de pignor. in l. si mater. §. fin. de except. rei iudic. & in terminis Socin. consil. xiij. in iij. Item quia Ioan. Andr. transegit super fideicommisso & hæreditate istius legitimati, & in præfationibus instrumenti appellant eum 4 legitimatum, & talia† verba enuntiatiua inter partes probant. l. optimam. C. de contrahen. stip. Bartol. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. præsertim cùm hîc non agatur principaliter ad annullationem legitimationis per not. in cap. illud. de præsumpt.

CONS. CXXXI. SVMMÆ.

1 *Alimenta dilationem non recipiunt, quia aliàs istud esset occidere.*

MAgna est sæuitia, atque impietas istius fratris, qui denegat alimenta sororibus, & nouercæ contra iussionẽ patris sui in testamento per eum ratificatam etiam iure contractus, & nunquam velit soluere, nisi coactus per pœnas, & 1 mulctas. Et cùm alimenta† dilationem non recipiant: quia aliàs istud esset occidere, vt dicitur in l. necare. ff. de lib. agn. De er d. prætor cogere istum impium fratrem statim ad subministrandas impensas litis, & maximè pecuniam pro extrahendo testamento paterno, iuxta notata per Aretin. in cap. si quis testiũ. extra, de testib. Guid. Pap. quæst. dlxj. & quæ habentur per Bartol. in l. si neget. ff. de liber. agnosc. & doct. in cap. ex parte. extra, de accusati facit bonus tex. in l. fi. C. de ordin. cogn. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXXII. SVMMÆ.

1 *Princeps obligatur ex suo contractu.*
2 *Deus obligatur ex promissione sua.*
3 *Cæsar ex plenitudine potestatis aduersùs promissionem suam venire non potest.*
4 *Si Princeps pacem cum hostibus faciat, non potest in subditorum præiudicium, qui damnum passi sunt aliquid remittere.*
5 *Affirmationi Cæsareæ maiestatis standum est.*
6 *Licitum est causa seruandæ pacis, quandoque etiam leges transgredi.*
7 *Generaliter quotiescunque subest publicæ vtilitatis causa, potest Princeps non solum legem, & pactum suum moderari, sed etiam in præiudicium tertij tollere.*
8 *Priuilegium quamuis in contractum transierit per Principem ex publicæ vtilitatis causa reuocari potest.*
9 *Spoliatus non tenetur aduersario super dominio contendente respondere, nisi tanto tempore possederit, quanto deiectus mãsit, cũ alias plenariè nõ diceretur restitutus.*
10 *Clausulæ ex certa scientia vis.*
11 *Causa publicæ vtilitatis semper omnibus præferenda est.*
12 *Multa permittuntur propter pacem, quæ aliàs non concederentur.*
13 *Bannitum suspensum offendens plecten. fallen.*
14 *Armatos cogentis pœna.*
15 *Germanorum in litibus finiendis mos.*
16 *Personis illustribus cõcessũ est quòd in accusatione iniuriarum possint per Procuratorem comparere.*
17 *Bellare ob defensionem licere.*
18 *Pro recuperatione rerum suarum etiam ex interuallo si copia iudicis non adest, nec aliter consuli spoliatio potest licitum est bellare.*
19 *Propriè illud dicitur bellũ, quod inducitur ab eo, qui est solutus legibus, seu neminem recognoscit in superiorem.*
20 *Duces & Princeps qui superiorem recognoscũt, no habẽt ius indicendi belli absque licentia domini.*
21 *Per insidias deliquens videtur magis puniendus.*
22 *Criminosus de suo, nisi in casibus disponit.*
23 *Quoties copia iudicis seu Principis haberi non potest, licitum esset bellum defensiuum, etiam absque superioris licentia.*
24 *De iure communi vt quis censeatur publicatus vel Rebellis est necessaria citatio, & sententia declaratoria.*
25 *Rebellis in Imperatorem dignoscendi modus.*
26 *Non permittitur vasallo, cui fit iniustitia à Comite suo vt possit deprædari Comitem, nisi prius fecerit eum banniri à superiore domino.*
27 *Defensio à iure ciuili, & naturali permittitur.*
28 *Bello inscio Principe ex causis offendere licere.*
29 *Paria sunt non esse iudicem, vel suspectum esse.*
30 *Multa conceduntur propter periculum moræ, quæ aliàs non permitterentur.*
31 *Frustrà citatur quem manifestè constat nõ ese pariturum.*
32 *Legislator frustatorios actus non inducit.*
33 *Qui de facto agit, non debet conqueri si vice mutua de facto, & absque iudice secùm agatur.*
34 *Remediorum in offensionibus opera successiua.*
35 *Dare obsides est mos veteris militiæ.*
36 *Bellũ defensiuum semper est faciendum cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
37 *Tutelam inculpatam moderandi causæ.*
38 *Pacem violantis pœnæ.*
39 *Consuetudines sunt facti, & ideo probationi indigent.*
40 *Feudo rebellis filios, non nisi ex causis priuari.*
41 *Tenor inuestituræ ante omnia est attendendus.*

42 In feu-

BIU Cujas

42 *In feudo nouo delictum Patris obest filiis.*
43 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
44 *Qui impetrant inuestituram à Principe pro Castris, violenter occupatis, nihil agunt, quia talis inuestitura est nulla.*
45 *Confirmatio beneficij intruso concessi nullius est momenti.*
46 *Inuestitura de rebus emphyteuticis per vim occupatis facta non valet.*
47 *Spoliatus non tenetur respondere spoliationi in causis criminalibus, nisi demum restitutione facta.*
48 *Spoliatus ex causis non restituendus.*
49 *Spoliatus in bello licito non est restituendus quia capta capientis sunt.*
50 *Tyrannus deiectus de tyrannide, petens restitutionem non auditur.*
51 *Contra tyrannum non est vitiosa coniuratio.*
52 *Antipapa in sede apostolica intrusus, & spoliatus, non est prius restituendus.*
53 *Qui dicatur actus tyrannicus.*
54 *Depopulator agrorum non est restituendus.*
55 *Quoties damnum est irreparabile, licitum est etiam iudici de facto resistere.*
56 *Regulariter aduersus agentem interdicto quod vi non admittitur exceptio de vi, tamen ex magna causa quandoque est admittenda.*
57 *Retentionis locus & vis.*
58 *Quoties licita est defensio, sequitur quod offensio est inuicta.*
59 *Aduersus agentem interdicto retinendæ licita est detentio propter iustam & probabilem causam.*
60 *Possessor malæ fidei qui sciens in re fecit expensas, non potest eas repetere à vero domino.*
61 *Lex abhorret demolitionem ædificiorum.*
62 *Sequestratio facta authoritate iudicis, non trãsfert, nec mutat ius possessionis.*
63 *Sequestrationum genera, & differentiæ.*
64 *Feudum filiis non offensis deferendum.*
65 *Sequestrationum etiam coactis militibus durare.*
66 *Non seruanti conuentionem, non est obseruan.*
67 *Cessatio non excusat quoties interest aduersarij.*



Actum Sacrum Imperialis cameræ iudicium suppositi proscriptioni seu banno quãdam ciuitatem. Dux ei vicinus, multis eam calamitatibus inuoluit, & hostiliter prosequitur. deinde Cæs. maiestas tale bannum (ne prouinciæ pax turbaretur) suspẽdit. Dux nihilominus eam infestat. quæritur an suspensio banni valeat, stante cõstitutione de pace tenenda, in qua Cæsar promittit se liberum causarum cursum non impediturum. & si valeat suspensio, in quam pœnam Dux inciderit, qui ea neglecta, nihilominus ciuitatem illam omni hostilitatis genere est infestatus: & quid in aliis accessoriis quæstionibus sit de iure existimandum? Cùm requisitus nuperrimè fuerim, vt in suprascripta causa cõsilij mei copiam facerem, non existimaui id munus detrectandum, vt postquam Cæsarea maiestas (ne pax turbaretur) hanc rem ab armis ad iudicia transtulit, non desint partibus debita patrocinia, non quod ea, quæ in facto consistunt, & quorũ reus agitur prætatus Dux ego affirmare pro veris ausim, sed duntaxat secundùm ea, quę proponuntur, de iure respondere. Insistendo igitur secũdum ordinem mihi propositarum dubitationum in primis quæritur, an suspensio banni, declaratio, confirmatio, aduocatio, per Cæsaream maiestatem, & deinde Regiam factæ valuerint: & videretur prima fronte dicendum quod non, quia cũ Cæsarea A maiestas ex constitutionibus Imperij teneatur liberum cursum iudicijs permittere, & nullo modo impedire: & ad hoc etiam specialiter se p pactũ obligauerit anno 1519. iam non debet posse suspendere huiusmodi proscriptionem: quia † Princeps 1
obligatur ex suo contractu. ca. j. extrà, de probat. imò etiam † Deus obligatur ex promissione sua, 2
quod magistrum sententiarum censuisse refert Bald. l. j. ff. de pact. idque etiam in Cæsare verum est adeò, vt † nec ex plenitudine potestatis aduer- 3
sùs promissionem venire possit, quod Bald. Cast. B
cæterique tradiderunt. l. digna vox. C. de legat. & maximè hoc dicendum est in pacto, quod ad confirmationem constitutionis euanuerit: est enim efficacius propter duplum vinculum legis, scilicet & hominis. doct. l. non amplius. §. j. de legat. j. Bar. l. omnes populi. iiij. q. princ. ff. de iustit. & iur. Proceditque hoc, etiamsi de pace tractetur. vnde receptum est † si Princeps cum hostibus pacem fa- 4
ciat, non tamen posse in subditorum præiudiciũ, C
qui damni passi sunt aliquid remittere. Host. Bur. & alij. ca. quanto. extrà, de iureiur. Sed his non obstantibus, tamen casu nostro dicendum est cõtrarium: cũ enim ex huius banni executio turbetur patria Germaniæ, & Respublica Christiana posset inde multum damnum perpeti, fuisser iustissima causa istius suspensionis. c. in nostra. extra, de iureiur. vbi doct. & cum Cæsarea maiestas hoc † affirmet verissimeque hoc manifestum sit, nõ est dubium eius affirmationi standum esse, clem. j. de p- 5
bat. † licitum est enim causa seruandæ pacis quan- D 6
doque etiam leges transgredi. glo. c. placuit. xc. distin. & † generaliter quotiescũque subest publicæ 7
vtilitatis causa, potest Princeps non solùm legem, & pactum suum moderari, sed etiam in præiudicium tertij tollere. Bartol. l. j. ad fi. C. si contra ius. vnde respondit Ang. quoties aliter pax haberi nõ posit valere remissionem damnorum, quæ priuato cuique illata sunt. Ange. Modern. l. conuentionum. ff. de pact. idque etiam in foro conscientiæ E
obseruandum traditum est. Ancha. consi. clxij. Iaf. l. penult. C. de in ius vocan. nam & † priuilegium, 8
quamuis in contractum transierit per Principem ex publicæ vtilitatis causa reuocari potest. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. Quod & Alexand. respon. consi. cj. in j. idque maximè in casu nostro dicendum est, in quo duntaxat de præiudicio suprascripti Ducis agitur, qui ante erat condemnatus interdicto recuperandæ erga ciuitatem, vnde non debuit audiri in hac causa banni. can. & per totũ iij. q. j. accedens. ij, vt lit. non contest. nisi prius re- F
stitutis ciuibus cum fructibus & expensis. idque (vt Bald. ait) vsque ad vltimũ quadrantẽ. c. cõquerente, de restitut. spol. etiam si quid erogatum est pro conuocandis amicis, & defensoribus. l. si quis ad se fundum. vbi Bar. C. ad l. Iul. de vi. imò nõ tenetur † spoliatus aduersario super dominio contẽ- 9
dente respondere, nisi tanto tempore possederit, quanto deiectus mansit: cùm alias non diceretur plenariè restitutus. can. j. can. tandiu. iij. q. ij. cùm G
ergo non debuerit suprascriptus Dux contra istos interim audiri potuit Cæs. maiestas saltem impedire executionem, & sic damnum, quod irreparabiliter istos affecisset, suspendere. l. ij. ff. de app. recip. c. non debet. xj. q. iij. Illud quoque probabiliter dici potest. quod hæc suspensio non afferat magnum præiudicium alicui, sed in effectu quædam dilatio, quam post indistinctè Princeps facere etiam de ordinaria potestate, l. quoties. C. de precib. Impera. offerend. & licet quando obligationi accesse-

BIU Cujas

acceſſerit iuramenti religio, reſpond. Alexand. consil. xxxviij. in iij. priuilegium Principis non obſeruari, tamen hoc ceſſat in caſu noſtro: nec enim hic vlla ſubeſt iuriſiurãdi auctoritas, & hoc etiam certius credendum eſt cum Princeps ex certa ſcientia, & cum clauſula plenitudinis poteſtatis, hanc ſuſpenſionem fecerit. Bar. d. l. quoties. & hic tractatur de ſuſpenſione ſententiæ, non de iure naturali aut dominio alicui impediendo, vnde
10 † virtus talium clauſularum tollit omnem oppoſitionem. Alexand. l. quanquam. C. de teſtam. B milit. Bald. l. j. C. de ſeruit. imò tali caſu diſputare de poteſtate Cæſ. maieſtatis eſt quoddam ſacrilegium. l. ſacri. C. de diuer. reſcrip. l. ſacrilegij. C. de cri. ſac. Nec obſtat, quod ſuprà dictum eſt etiam de plenitudine poteſtatis non poſſe Principem contractui ſuo refragari: quia hoc verum, niſi ſub-
15 ſit † cauſa publicæ vtilitatis, quæ ſemper omnibus præferenda eſt. l. iij. C. de primipi. lib. xij. C. vel niſi de modico præiudicio agatur, puta de inducenda exceptione dilatoria tantum. d. l. quoties. Nec obſtant alia ſuprà, in contrarium adducta: quia loquuntur in minoribus principibus, non in ſupremo Cæſare. Item non procedunt vbi ſubeſt cauſa publicæ vtilitatis, vt ſuprà dixi. Nec obſtat, quod conuentu Vuormacienſi tutum ſit neminem à banno abſolui, ſine conſenſu eius, qui bannum obtinuit. reſpondeo hoc non eſt abſolutio: ſed ſuſpenſio temporaria. d. l. quoties. quæ potuit fieri cauſa ſeruandæ pacis, vt ſuprà dixi.
12 † multa enim permittuntur propter pacem, quæ D aliàs non concederentur. glo. d. c. placuit. 50. diſtinct. idque etiam ſi aduerſus proprium iuſiurandum ſit veniendum, quod Bald. cenſuit. rubr. C. qui admi. l. æquiſſimum. de vſufruct. & plurima huiuſmodi priuilegia colligit Anto. Corſetus integro tractatu. quæſt. xl. In ſecundo † dubio, quia
13 Dux non obſtante dicta ſuſpenſione, aduerſus ciuitatem in hoſtilitate perſeuerauit multaque ei mala intulit, in quam pœnam inciderit: & ſciẽdum eſt eum: qui bannitos perſequatur, & infeſtat iure noſtro nullam pœnam mereri. l. penult. E vbi Bartol. de adult. etiam ſi bannitus de albo proſcriptorum abraſus ſit, dum tamen non ſit legitimè abraſus Cæpol. conſil. vij. Nell. in tracta. j. par. iij. temporis. quæſt. vj. itemque receptum eſt, ſi is qui bannitum offendit, probabiliter credidit adhuc durare proſcriptionem, vt quia ignorauit abolitionem, vel ſuſpenſionem bãni factum eſſe. Bartol. d. l. pen. Alexand. conſil. cxiiij. j. probabilis enim ignorantia eum excuſ. l. de ætate. §. ex cauſa. F vbi Bald. de interrog. act. alioquin ſaluis ijs caſibus non eſſet Dux excuſandus, quin incidiſſet in pœnas iuris, & maximè in pœnas legis Iuliæ de vi publica, quæ in eos lata eſt, qui cum hominibus armatis vim faciunt. de quo infrà dicetur, & etiã in pœnas conſtitutionis de pace ſeruanda, de qua infrà. In tertio dubio, quem pœnam ſit commeritus Dux tot criminum, quæ ei obijcerentur, & in iure noſtro ſatis expreſſæ ſunt pœnæ pro ſingulis delictis, vt hac in re non ſit admodum G neceſſaria opera mea. Non omittam tamen conſtitutionem Conſtantini. l. quoniam multa.
14 C. ad l. Iul. de publ. qua quiſquis cogat † armatos ad vim, poſſeſsionis interuertẽdæ cauſa, ſi ſequuta ſit cædes, vel aliud malum ipſe tenetur pro comitibus ſuis, etiam vſque ad ſummum ſupplicium quia cauſam malorum præbuit, adeò vt nec facultas appellandi ei permittatur. Nec in caſu eius legis refert, an ipſe armatos adunauerit, an ab alio adunatis ipſe ſit ad rapinam vſus. l. ij. §. dolo. §. ſiue igitur. ff. de vi bonor. rapt. quod Alex. reſpondit. conſil. ciij. in j. Sed difficultatem in caſu noſtro facit † conſuetudo Germaniæ, in qua 15
Principes, & Duces actiones ſuas ſecundùm legum terminos non moderantur, ſed videntur eſſe in quaſi poſſeſsione belli indicendi, & iniurias ſuas more militari vlciſcendi. nec ideò vocantur ad diſquiſitionem legis Iuliæ, vel Corneliæ, aut ſimilium, quæ ſunt publicorũ iudiciorũ. idque videtur inductum ex regulis iuriſgentium vt apud Plutarchum in vita Camilli Brunus Gallorum regulas differit. dixi paradoxorum libro ſecundo, capite vltimo. & quia propter ſimplicitatem armatæ militiæ hoc eis indulgetur, vt non conceptu legum, aut Cæſar. maieſtatis, ſed potius errore, & non malitia videatur deliquiſſe. l. penũl. C. de ijs qui ſibi. doctor. in leg. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ad euitandam pœnam huiuſmodi præſumptio eſt accipienda. l. plagij. vbi Angel. C. ad
C l. Fla. de plaga. idque maximè videtur in principibus dicendum: quia (vt inquit Cor. Tacitus lib. xj.) in Regibus æqua nedum infima inſolida ſunt, & rarum eſt exemplum, quod tantæ fortunæ atq; nobilitatis Reguli cauſam de huiuſmodi criminibus dicant: cùm ergo iure cuiuſdam hoſtilitatis hæc omnia perpetrata ſint, videntur potiùs caſui, aut bello imputanda, quàm ſecundum legum rigorem dijudicanda, ſed in caſu noſtro aliud dicẽdum videtur, ſunt quidem illuſtribus perſonis etiam in cauſis criminalibus aliqua indulta, vt q. D † in accuſatione iniuriarum poſsint per procura- 16
torem comparere. l. ſina. C. de iniur. & quod non facilè ſubijciuntur quæſtioni. l. diuo Marco. C. de quæſtio. & pauca quædam ſimilia, ſed quod morte hoſtili cum vicinis agatur, hoc nullo pacto tolerandum eſt: niſi † in caſibus in iure permiſsis, 17
quorum primus eſt pro defenſione rei ſuę, vel pro recuperatione incõtinenti facienda: poteſt enim quis manus cogere, & armatos colligere. leg. vt vim. de iuſtit. & iur. l. iij. §. cum igitur. de vi armaE idque etiam priuatis iure naturali permiſſum eſt. Alter caſus eſt † pro recuperatione rerum ſuarum 18
etiam ex interuallo, ſi copia iudicis non adeſt, nec aliter conſuli ſpoliato poteſt. l. ſi alius. §. belliſsimè, quod vi, aut clam. l. ait. §. ſi debitorem. de ijs quæ in fraud. credit. licet tale bellum non dicatur publicum, & huiuſmodi proprie non appellantur hoſtes, nec capti efficiantur capientium, ſed vt homicidia, & iniuriæ ex parte recuperantis, impunita remaneant, nec ad vim publicam F pertineant, quod Bartol. tradidit. l. hoſtes. ff. de capt. Tertius eſt caſus, cùm quilibet habens iuriſdictionẽ pro eius exercitio erga ſubiectos ſuos manu militari executionem facit. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & iſtud etiam proprie non dicitur bellum nec eſt permiſſum, niſi intra fines ſuæ iuriſdictionis. Innocentius c. olim cauſam de reſtitution. ſpoliat. c. ſicut vlti. de iureiuran. Quartus eſt caſus, in quo † proprie eſt bellum, & quidem 19
G publicum, quando ab eo indicitur, qui eſt ſolutus legibus, ſeu neminem recognoſcit in ſuperiorem pura in Cæſare, & Rege Francorum, & ſimilibus. l. hoſtes. ff. de verbo. & rerum ſignification. vbi dixi. Si verò † quis ſit ſubiectus maiori Principi, vt 20
ſunt Duces, non habent ius indicendi belli abſque licentia domini. l. j. C. vt armo. vſus inſcio Principe interdict. ſit libr. xj. aliàs incidunt in crimen legis Iuliæ de vi publica. Bartol. d. l. hoſtes. Bartol. l. ex hoc iure. de iuſtit. & iur. quod maximè

BIU Cujas

dicendum in casu nostro erga ciuitates Imperij, A
stante præsertim constitutione Cæsareæ maie-
statis aduersus violatores pacis, de qua infrà dice-
mus; & ideò cum præfatus Dux, non sit in aliquo
suprascriptorum casuum non videtur posse excu-
sari, quin teneatur de omnibus delictis, quæ con-
tigerunt ex ista coadunatione armorum. d. leg.
quoniam multa leg. iij. §. etiam ff. ad leg. Iul. ma-
iestā. & hoc etiam satis videtur sensisse ipse Dux,
qui non aperto bello, sed via clandestina, & per
indirectum hæc omnia videtur fecisse. quamuis B
quod ad pœnas legales attinet, non multum re-
21 † ferat aperte, an clandestinè quis delinquat: imò †
per insidias delinquens videtur magis punien-
dus. l. vlti. de rit. nupt. not. leg. ij. C. de sum. Trin.
& fide catho. In quarta dubitatione nunquid
propter suprascripta omne ius suum inditione
iam capta, amiserit ipso iure, & cuilibet liberum
fuerit eius facultates inuadere. Et sciendum est
22 † neminem regulariter, quamuis delicto atroci
ipso iure priuari salvis certis casibus, de quibus in C
cap. cum secundum. de hæret. lib. vj. & tamen eti-
am in illis casibus requiritur prius declaratoria
sententia, vt ibi dicitur. & varijs constitutionibus
proditum est. extrauagan. ad reprimen. & seq. vbi
Bartol. in crimine tamen læsæ maiestatis, & cer-
tis alijs delictis impeditur delinquenti adminis-
tratio, vt interim de bonis disponere non possit.
qua de re alibi. leg. post contractum. de donat. v-
bi Bartol. & doctor. in crimine quoque publici
latrocinij lex cōcessit vnicuique facultatem, pro- D
pria auctoritate huiusmodi publicæ gentis turba-
torem occidendi. l. fin. C. quan. lic. vnic. sine iudi.
sta videtur etiam permittere bonorum occupa-
tionem. l. in suis. de liber. & posthum. vbi doctor.
Sed & si concedamus licitum fuisse contra istum
Ducem bellum sequetur vt capta in tali libello
efficiantur occupantium. leg. j. de acquir. poss. in
princip. de qua quæstione mox dicam. In quinto
dubio, vtrum principibus, & statibus confœdera-
tis licuerit arma aduersus Ducem in proposito ca E
su suscipere, & videretur prima fronte non licu-
isse: quia cùm dicta ciuitas esset in banno Imperia
li, non debuerunt pro bannitis arma suscipere:
quia istud esset hostes adiuuare. leg. j. C. de bon.
libert. Bartol. quæst. j. nume. 18. sed cùm suspen-
sum esset bannum, & valuerit suspensio. (vt su-
prà concluſi) cessat ista ratio & certè hæc quæ-
stio, quæ est ex principalibus huius causæ pendet
à prima, vt si suspensio banni valeat, licuerit Prin-
23 cipibus eos defendere. sed & sciendum est, † quo- F
ties copia iudicis, sed Principis, haberi nō potest,
licitum esset bellum defensiuum, etiam absq; su-
perioris licentia. leg. vt vim. de iustit. & iur. quod
Pet. Bartol. cæteri docto. de plano fatentur. l. ex
hoc iure. eod. tit. imo etiam offensio tunc permitti
tur, seu erga subditos, qui ijdem sint & rebelles.
Sed cùm in casu nostro ageretur de defensione di-
ctarum ciuitatum, videtur licitum fuisse Principi-
bus, hanc armorum adsumptionem. Et licet ades-
sent iudices Cameræ, tamen ab eis tutela, atq; de-
fensio perari non poterat: tum quia suspecti pro-
pter sententiam banni. cap. ad hæc. j. extra, de
appella. quæ tamen à Cęsarea maiestate fuerat su-
spensa, tum etiam quia præfatus Dux non paru-
isset, sicut nec ipsi quidem Cæsari paruisset. quòd
satisfertur ostendisse ex multis inobedientijs ad
eam diem, etiam & post factis. l. si cui. §. j. de excu-
sat. c. semel. de reg. iur. Vnde paria sunt, quod vel
iudex non adsit, vel talis cui Dux nō pareret. d. l. si
alius. §. bellissimè. vbi Bartol. quod vi aut clam,
cuius opinionem veram sequuntur vt meritò po-
tuerint illi arma assumere & socias ciuitates adiu
uare, cùm lex id permittat quoties iudiciorum ri-
gor, & iuris publici tutela non sufficit. l. nullus. C.
de Iudęis. Vnde infertur ad sextam dubitationem
quòd multominus expectanda erat licentia iudi-
cis dictarum ciuitatum, cum iudice carerent, & e-
tiam si habuissent, certissimum erat Ducē iudicis
mandata neglecturum. Nec suprascriptæ cōclusio
ni obstant verba constitutionis de pœna omnium
pacem violantium: quia non loquitur in casu, in
quo alia de iure communi licuisset pro sui, vel so-
ciorum tutela arma assumere, etiam non expecta-
to iussu iudicis, vel alia sententia: licet enim iure
communi † vt quis cēseatur publicatus, vel rebel- 24
lis sit necessaria citatio, & sententia declaratoria.
d. cap. cùm secundum & idem sit etiam ex consti-
tutione Imperij, tamen (quod attinet ad defensio
nem) ea vnicuique permittitur, nec est opus ex-
pectare declarationem, vel sententiam, quæ for-
tasse serò interueniret. glo. l. ait prætor. §. si debi-
torem. quæ in fraud. credi. Ias. l. j. de offic. eius cui.
Maximè, cùm constitutio Imperatoris Maximi-
liani. anno 1495. simpliciter requirat, quòd consti-
terit, quod verum verificatur etiamsi aliter, quam
per sententiam constet, puta quia notorium hoc
sit, & manifestum. l. iiij. C. fini. regund. l. qui Rom.
§. Augerius. de verb. oblig. In septima quæstione,
in quam pœnam inciderit Dux qui tentauit dictā
ciuitatem Imperio Romano eripere aduersus ho-
magium Imperatori præstitum. Et † non est dubi- 25
um, si hoc animo fuit Dux, eum felloniam commi
sisse videri. cap. j. §. similiter. vbi Aluar. quib. mod.
feud. amit. sed tamen sciendum est, quod quando
aliquis non est rebellis circa statum Imperij prin-
cipalem, licet aliàs non pareret. Principi circa ea,
quæ factum aliorum concernerent: tunc non in-
cideret in tales pœnas, licet largè & impropriè
possit dici rebellis. Bartol. extrauaganti qui sint
rebel. verbo, rebellando. Alexand. consil. ciij. in j.
quia non principaliter contra ius Imperij machi-
naretur. c. sanè. ij. de offic. delegat. & ideo in casu
nostro esset probandum, quod Dux hoc agebat,
vt talem ciuitatem sic attentaret, vt sibi habere,
Imperatoriq́ue eripere vellet, aliàs si ex simplici
illatione damnetur propter inimicitias cum ciui-
tate contractas, non diceretur directè fecisse con-
tra fidelitatē, vel homagiū pręstitū. In octaua quę
stione, an expeditio, quam status confœderati ad-
uersus Ducem fecerunt ex causis prædictis, pro iu
sto & publico bello sit habenda, ita quod acquisi-
ta sint effecta capientium, &c. Et in primis videre-
tur quod non: Primò quia propter assertas iniusti-
tias ipsius Ducis erat attendenda Cæsaris maie-
stas, quæ potuisset prouidere tanquam superior.
c. j. §. item si domino. quę sit pri. cau. bene amitt.
vbi doctores. Secundò, quia † non permittitur va- 26
sallo, cui fit iniustitia à comite suo, vt possit depię
dari comitem, nisi prius fecerit eum banniri à su- G
periore domino. cap. j. in fi. de milit. vasal. qui con
tu. Tertiò quia videtur hoc decisum ex constitu-
tione nouissima, de pace tenenda promulgata
Vuormatiæ, anno 1521. vbi manifestè requiritur,
quòd primum ab Imperiali iudicio Cameræ, aut
per Locum tenentem seu regimen nostrum præ-
mittatur citatio, &c. Quartò, hoc probatur ex com
muni sententia doctorum in d. l. ex hoc iure. qui
requirunt omninò licentiam superioris Princi-
pis, vt possint subditi iusto bello aliorum loca

aggredi:

BIU Cujas

aggredi? facilè autem fuit hac in re adire Principem, si voluissent, si nō Cæsaream maiestatem, saltem regiam, vel eorum iudices. Sed in hoc casu puto aliter dicendum esse, & in primis si loquamur de bello † defensio; clarum est id iudici, & geri absque aliâ licentia principis posse: quia à lege ipsâ non solum ciuili, sed & ipsius naturæ vnicuique permitteretur hæc defensio. leg. vt vim. de iust. & iur. Sufficit ergo, quòd auctoritate legis id bellum suscipiatur, quod Bartol. & cæteri fatentur. Quod verò ad bellum offensiuum attinet non est negandum, quin fuit necessaria principis auctoritas, quàm priùs Ducem præscriberet. d. cap. j. de milite vasallo, qui contumax. & ita pro cuiusdubio constituenda est regula, tum ex consuetudinibus Feudorum, tum ex allegata Vuormaciensi constitutione. Sed tamen hæc regula perpetua nō est, verum aliquibus casibus non procedit. Primus † est (vt suprà dixi) quando de defensione tractatur. Secūdus est cū copia Principis haberi non potest. d. §. si debitorem. & l. iiij. ad leg. Aquili. quod Petrus censuit. & sequitur Bartol. & putarim idem esse, etiam si copia superiorum haberi possit, sed essent suspecti: vt in casu nostro iudices Cameræ, qui non curauerant priùs fieri restitutionem aduersus spoliatorem, quàm ad bannū dictæ ciuitatis procederent: † pœna enim sunt nō esse iudicem, vel suspectum esse. leg. apertissimi vbi Iason C. de iudic. cap. ad hæc. j. de appellat. Tertius est, cum periculum esset in mora: quia interim dum aditur iudex: dum imploratur bannitio: dux perseueraret in persequendo atque affligendo inimicos suos. d. §. si debitorem. l. fi. de appel. recip. † multa enim conceduntur propter periculum moræ, quę aliàs non permitterentur. l. de pupillo. §. si quis riuos. vbi doctores. de oper. not. Iaſ. l. j. de offi. eius cui mand. est iurisd. Quartus est, quando constaret quod frustra iudex fuisset, aditus: quia propter potentiam aduersarij non fuisset præstita obedientia. Alexand. l. diuortio. §. fundum. ff. solut. matr. † frustrà enim citatur quē manifestè constat non esse pariturum. glo. fina. ff. de int. restit. † & legislator frustatorios actus nō inducit. l. hæc stipulatio. in fi. vt legat. nomi. cau. & cum ipse de † facto agat: non debet conqueri: si vice mutuâ de facto, & absque iudice secum agatur. l. minorum. in glo. j. de euiction. Alexand. l. si pacto. C. de pact. & nō debuit ei præstari occasio maioris contemptus & inobedientiæ erga iudices; cùm nec antea quidem parere eis voluisset. cap. j. in princ. de sent. excommu. in vj. & licet alias non adeò grauis sit contumaciæ pœna: vt omninò non sit citandus contumax. l. sancimus. C. de iudic. d. c. j. de milite vasallo qui contu. tamen hic casus in eo procedit: quia non solum est contumax, sed etiam omninò contemptor, & aduersus superioris iussiones rebellis. In nona quæstione, vtrùm seruatum sit moderamen inculpatæ tutelæ: cùm aliter nō videretur cessaturus Dux ab infestandis ciuitatibus: si de ditione suâ deiectus non fuisset: & videretur non esse seruatum moderamen: quia multa remedia prodita sunt in iure: quibus potuisset esse consultum fœderatis absque eo, quod ipsum Ducem omninò castris ædibusque suis dejicerent. In primis † enim prodita est cautio: quæ fit per repromissionem. leg. j. ff. de prætor. stipulati. leg. sancimus. C. de verb. rer. & signi. cui si nō videbatur credendum potuit adjici iuratoria cautio, quam videmus plerunque præstari. authen. cui relictum. C. de indic. vidu. tollen: quæ etiam si non sufficiebat, potuit cogi ad dandos fideiussores. l. satisdatione. de verb. & rer. signific. l. j. C. de procur. potuit etiam decerni per Cæsaris maiestatem, securitatem, incolumitatemque illorum vicinorum fide publicâ sub protectione sua esse. l. illicitas. §. ij. vbi Bartol. de offi. præsid. adeò: vt si quicquam mali paterentur, præsumetur aduersus Ducem tanquam ipse per insidias fecisset: hoc enim remedium quandoque est in vsu. l. si super. in fi. vbi dixi. C. de transact. Quod si nec satis fiduciæ in hoc esset, potuit compelli, † vt obsides daret, qui mos est veteris militiæ. l. diuus. de iure fisci. l. obsides. de testam. ff. Potuit etiam non de toto statu deijci, sed de parte, & arces illi, seu fortalitia occupari, ne eorum fiduciam vicinis insultaret. l. ij. C. de fund. limit. lib. xj. per prouincias. vbi not. C. de priuat. ædifi. quod sæpissimè factū in historijs legitur. Meritò ergo, cùm tot supereſſent remedia, non videtur fuisse ad illud maximum extremumque deueniendum, vt omninò ditione suâ profligaretur. Sed ijs non obstātibus, aduertendum est, quia † bellum defensiuum semper faciendum est cum moderamine inculpatæ tutelæ. l. j. C. vnde vi. cap. significasti. secund. extrā. de homicid. quæ † autem moderatio esse debeat plurimum in arbitrio iudicis residet, qui ex qualitate personarum, & periculi, & locorum habeat arbitrari, idque fatentur omnes. Vnde si propter naturam Ducis, nulla alia erat ratio eius coercendi vt ab iniurijs cessaret, satis dicitur obseruata fuisse debita moderatio. Non omitto etiam quod suprascripta remedia potuissent obseruari, si ipse Dux obtulisset se cessaturum, & pro cautione dixisset se aliquid ex suprascriptis præstiturum. l. vniuersa. in glo. fi. vbi Ias. C. de præci. Imper. offeren. sed cum obdurauerit, & hostili more semper egerit, non potest imputari fœderatis si prouiderunt, ne amplius eis nocere posset. argumen. l. scietiam. §. qui cùm aliter. ff. ad legem Aquil. In decima quæstione quid de feudis, & cæteris bonis ipsius Ducis sit faciendum? & si † intentata esset via violatæ pacis secundum constitutionem nouissimam, pœna ibi est expressa, quod bona, facultates, corpus, censeantur proscripta, & q, feudum ad dominum reuertatur, donec transgressor viuat. sed quia ea actio non est intētata, nec secundum eius formam fuit declaratum, Ducem in bannum incidisse, nō videtur esse dictæ pœnæ locus, sed solùm ijs pœnis, quæ iure communi sunt constitutæ. Et si essemus in ijs casibus, quibus suprà dixi iure communi licitum bellum esse offensiuum videtur, quod hæc capta in bello debeant effici capientium. l. j. in princ. de acquir. posse. si verò solum bellum defensiuum sit permissum, tunc non efficerentur capientium, nisi quatenus retinerentur pro damnis, & expensis. de quo infrà dicemus, pendet igitur hæc quæstio ex ijs quæ suprà in viij. quæst. retulimus. Nec videtur valdè respiciendum esse ad earum exempla, qui in dicto vicinis, vel hostibus bello aliqua feuda occuparunt, & pro suis in præsentem vsque diem detinent: quia necessarium esset in casu nostro probare consuetudinem, & ius indicendi belli Germaniæ moribus esse absq; alia superioris licentia. l. j. vbi not. C. quæ sit lon. consuetudo. l. an in totum. C. de ædific. priuatis. & vt olim fuerit videtur nouissimè id ex constitutione de pace tenenda esse sublatum, & quicquid sint † consuetudines sunt facti, & ideo probatione indigent. Bar. l. de quibus. q. iiij de legib. ff. in vltima quæst. vtrū Dux possit vti beneficio constitu-

tionis Imperij loquentis de feudis: quòd requiratur declaratio trasgressorem in bannum incidisse, & quod feuda reuertantur ad dominum, durante vita transgressoris tantum respondeo de hoc satis dictum esse quæstione proxima, quod non est intenta illa via: & quia constitutio imperij est facta, saluis alijs iuribus, & pœnis aduersus transgressores, vt expresse in ea dicitur ibi mediantibus alijs pœnis, ideo non censentur sublata alia remedia. l. j. ff. vi bon. rap. vbi Bartol. Abb. c. de causis. de offic. delegat. In duodecima quæstione † quod liberis Ducis hoc casu circa huiusmodi feuda debeatur. cũ & probabiliter ab eis sit timendũ, ne aduersus has ciuitates quandoque vltionem sumant & sciendum est in hoc puncto dari bimembrem distinctionem. Bartol. l. eum qui. de inter. & releg. aut enim vasallus directò committit aduersus dominum contra legem feudi, vt quia committat felloniam & infidelitatem domino, vt si in casu nostro constaret, quòd voluisset Dux ciuitatem sacro Romano Imperio eripere, & sibi accipere & tunc cadere à iure feudi. cap. j. si vasal. feud. princ. cap. vnico. §. si vasallus. vbi gl. si de fundo defun. sit controuersia. adeò vt etiam filij, & agnati excludant, & totum ius domino applicetur, aut verò non delinquit directo aduersus legem feudi, & si simpliciter damnificauerit proximas ciuitates, vel aliàs deliquerit aduersus legem Corneliam de sicarijs, vel similes, & tunc ex eius delicto non sunt excludendi filij. cap. j. §. fi. ij. respon. quæ fu. pri. cau. benefic. c. j. an ille qui interfe. videturque hæc distinctio communiter recepta. Quod tamen dixi, secundo hoc casu non excludendos filios, non est perpetuum. In primis enim aduertendum est ad verba inuesticuræ. si enim aliter cõuentum esset aliud obseruaremus: quia † tenor inuesticurę ante omnia est attendendus. cap. j. §. fin. de succes. feud. Rursus † in feudo nouo certum est delictum patris obesse filijs. d. §. fin. respons. ij. & c. illud. de prohibit. feud. alienat. per Federi. & ideo reuerti feudũ ad ipsum dominũ idq; oẽs fatẽtur. Sed & in feudo hæreditario idẽ dicendũ est cũ feudũ in filios trãsit, nõ simpliciter tanquã filios, sed etiã tãquam hæredes. quod Cin. & Bar. d. l. eũ qui, tradiderũt. & ab Alex. cõsi. v. in v. vol. respõsum extat. Idẽ quoq; esse cẽsuit Salyc. cũ pater ideo condemnatus esset: quia incidisset in primũ caput legis Iulię maiestatis. Salic. l. ij. C. de liber. & eor. liber. videtur quia Principi ipsi, vel eius cõsiliarijs esset infidiatus: tunc enim etiã filij plectentur. l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest. Saluis istis casib. non reperio de iure filios feudo paterno priuari posse. vnde casu, quo nõ essemus in istis casib. istis filijs agentib. solũ obstaret exceptio damnorũ, & expensarum percipiendarũ ex bonis donec viuit eorũ pater. argumẽto l. necessariò. §. fi. de perl. & com. l. peto. §. prędium. de leg. & fideicõ. ij. Imo. l. eorũ. de dam. infe. Itẽ exceptio prędstandę cautionis, vt succurratur ciuitatib. ne isti paternas iniurias facile victũ eãt. quã de re suprà est dictũ. In decimatertia quęstione, vtrũ Dux vltũ legitimum remediũ habeat petẽdi restitutionẽ, an uerò ei obstet exceptio criminũ de quibus imputatur? Et videretur fundatã esse intentionẽ Ducis ex regula generali quod † spoliatus ante omnia restituendus est. l. si quis ad fundũ. C. ad leg. Iul. de vi. c. j. de restit. spolia. quod procedit aduersus quẽcunq; spoliatorẽ, etiã si fuisset in possessione per ipsum Cęsarẽ cõfirmatus. hanc oritate. vnde vi. vnde traditũ est eos † qui impetrant inuestiturã à Principe pro castris violẽter occupatis nihil agere, quia talis inuestitura est ipso iure nulla. Bal. l. j. ff. de cõstitut. Princi. & non potest Imperator violento possessori talem inuestiturã concedere. Bal. c. j. ad fi. de natura feu. nam & † in sacerdotijs receptum est confirmatione beneficij intruso concessam nullius esse momenti. Fel. cap. postulasti. de rescript. & † inuestitura de rebus emphyteuticis per vim occupatis facta pari ratione non valet. l. fi. C. ne rei domin. vbi Bart. & Salic. respõsumq; apud Alex. extat, consi. iij. libr. v. etiam si Imperatoris cõfirmatio accesserit, adeò omnia nulla esse vt res longissimi temporis præscriptione possit tutus esse possessor. vnde cùm in casu nostro nec confirmatio Cæsar. maiestatis nec longa possessio interuenerit, apparet fortiùs non esse hunc deiectum aliquo modo excludendum. Nec ei obstare videtur exceptio patratorum criminum: quia non tenetur † spoliatus respondere spoliatori, in causis criminalibus, nisi demum restitutione facta. can. j. & per totum. iij. q. j. idq; verisimũ in eo, qui omnibus bonis spoliatus sit, vel saltẽ maiore parte ne inermis cõpellatur ad litigia. ca. frequẽs. de restitutione spoliat. in vj. procedit; hoc quomodocũq; opponatur spoliato de crimine, siue accusando, siue inquirẽdo, siue excipiendo, semper enim est prius restituendis, & sic habet cõmunis sententia. Gemi. d. c. frequẽs. Soci. cõsi. xij. l. j. & maximè hoc videtur dicendũ in casu nostro, cùm hęc crimina habeant prima fronte in promptu executionẽ, cũ enim ij. ciues essent subiecti bãno Imperiali, potuit Dux credere sibi esse licitũ omnia mala in eos perpetrare, & cùm Cęlaris maiestas in cõstitutione de pace tenenda, ordinet neminẽ à bãno absolui, nisi de cõsensu parris: & ipse nõ cõsensisset, habuit iustã causam credendi eos licitè ostendi posse, & quãuis minus aliud suprà de iure cõcluserimus tamẽ ista causa, quãuis minus iuridicè saltem excusat à dolo. l. igitur. §. ij. ff. de liber. caus. l. j. in fi. cum glo. ff. de abige. vnde non videtur ei denegandum interdictum recuperãdæ. & non potest re negari, quin ita sit constituendum pro regula, † quæ tamen perpetua non est, sed plures habet exceptiones ex quibus aliquas referam, quæ secundum ea, quæ mihi proponuntur, videntur ad quæstionis nostræ decisionẽ pertinere. Primus est † casus, quando quis spoliatus est bello licito, tunc enim capta efficiuntur capientis. l. j. de acquiren. poss. vbi doctor. nec datur alia actio, quia obstat exceptio notoria dominij. c. ad decimas restit. spoliat. in vj. Bal. de pace constan. quomodo autem in nostro casu bellum fuerit licitum, distinguendum est secundum supradicta quæst. viij. Secundus casus, cum † aliquis tyrãnus est deiectus de possessione tyrannidis: talis enim non auditur petens restitutionem, quod Martinus Laudensis tradidit tractatu de Princip. versi. lxx. † contra tyrannum enim nõ est vitiosa coniuratio. xvij. q. vij. c. sanè. vnde & † antipapa intrusus in sede apostolica, & spoliatus non est prius restituendus. glo. iij. q. j. c. Deus ergo. §. patet. & cap. in nomine. xxiii. dist. & † dicitur actus tyrannicus mouere bellum iniustum procurare mortem innocentium, maximè sapientum, & doctorum, & non seruare pacta, seu conuentiones ciuibus, & maximè fidem publicam, seu saluos conductus à se datos. in authen. de manda. princi. §. illud. & §. sed neque. & alia similia de quibus integro tractatu differuit Bartol. itemque alii. l. decernimus. C. de sacr. san. eccle. Tertius est casus, quoties exceptio opposita cõcluderet etiã in possessione vt spoliatus,

BIU Cujas

spoliatus, talis esset quem liceret impune offendere, vt quia † depopulator agrorum, l. vnica. C. quando liceat vnic. c. j. de homic. lib. vj. mandator homicidij, bannitus, & similes personæ quæ ex forma iuris possunt impunè offendi: si enim hoc in persona permittitur, multò magis in rebus. l. in suis. de liber. & posthu. Corsetus quæst. lxxiij. limitatione xviij. cum iiij. sequen. Quartus casus est aduersus hominem, cuius sæuitia esset intollerabilis, priuatur enim beneficio dicti interdicti, vnde vxor nō tenetur reuerti ad maritum, nec in primis quasi ad possessionem matrimonij ei restituere, quando ille nimium seuerus, atque iræ impotens, vindictæque cupidus esset. c. literas. de restitu. spol. Quintus casus generalis est in quocunq; criminoso, qui ipso iure omni beneficio restitutionis careat. cā. item cum quis. de restit. spolia. vbi Abb. quod non solùm in sacerdotijs procedit, sed etiam in rebus profanis, vt etiā receptissima sententia. iij. quæst. j. in summa. vbi Cardi. Alex. Sextus casus in castris & arcibus, similibusque rebus vbi facta restitutione difficilima, deinde & ferè impossibilis esset recuperatio. argum. l. ij. de appellat. recip. tunc enim prius de proprietate esset cognoscendum, quod Paulus Castrensis censuit, & cæteri sequuntur. l. fina. C. de edict. diui Adria. toll. quoties enim damnum irreparabile est, licitum est etiū iudici. §. † de facto resistere. xj. quæst. iij. c. non debet. c. in literis. de offic. deleg. vbi Felin. Septimus est casus, quando agenti hoc interdicto opponitur exceptio alterius spolij: admittitur enim hoc casu talis exceptio. c. fi. extra, de ord. cognitio. vt in casu nostro in quo Dux ipse iam condemnatus est erga Gossarienses tali interdicto vnde videretur locum esse reconuentioni, nec Ducem posse restitui, nisi etiam restitutis Goslariēsibus. Octauus & vltimus est casus, quoties subest magna causa, quæ suadeat agentem non statim restitui: licet enim † regulariter aduersus agentē interdicto quod vi non admittatur exceptio de vi, tamē ex magna causa quādoq; est admittenda. l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. vbi Bar. dicitur autem magna causa: qñ aliàs copia iudicis haberi non potuit, vel cū periculum fuisset in mora, quod Bartol. tradidit. d. §. bellissimè. l. j. §. nuntiatio. vbi docto. de oper. no. nunt. qui casus secundū ea, quæ in facto proponuntur, videntur omnes facere ad propositum quæstionis nostræ. Sed quia consistunt in probationibus, & mihi non est exhibitus aliquis processus, nec sum satis informatus de personis, non audeo aliquid affirmare, sed satis sit de iure respondisse, quæstione facti clarissimis iudicibus relicta. In decimaquarta quęstione, an si in præsenti iudicio declaratur Ducem dictorum criminum reum esse, censebitur incidisse in constitu. de pace tenenda, vt eius pœnis sit locus. Et videndum est primo quomodo sic pronuntiari possit. cùm enim vtilius sit actori agere iudicio restitutorio. l. qui petitorio. de rei vend. §. commodum. instit. de interdic. & iudex debeat prius pronuntiare super spolio. c. pastoralis. de caus. poss. non videtur quod interim cognosci debeat de ijs criminibus. l. si de vi. ff. de iudic. sed intelligenda est quæstio secundum supradicta, scilicet, quando essemus in aliquo illorum casuum, quos suprà retuli, vbi spoliatus ante omnia restituendus non sit. Item potest intelligi, quando iudices super meritis causæ processissent, & Dux non opponeret, quod prius super spolio cognoscerent. Innoc. ca. cōstitutus. extra, de fil. presbyt. Ias. l. patre. ff. de ijs qui sunt sui. ver. xv. Item potest intelligi in causa reconuentionis quā facerent fœderati erga ipsum interdicto recuperandæ agentem, nam & tunc possent iudices de hoc cognoscere. c. fin. de ord. cogn. Bar. auth. & consequenter de sen. C. Igitur non est dubitandū quin si sequatur sentētia aduersus Ducem, quia pronuntietur reus dictorū criminum satis liquido dicatur constare eum incidisse in pœnas dictæ constitutionis. l. j. §. j. versū. nam & Papinianus. ff. ad Turpilia. verificantur enim tunc verba constitutionis quę post declarationē banni iubet reos subijci dictis pœnis: & quando aliquid de facto fuit commissum, potest ex superueniente sententia confirmari. l. j. de exec. rei iudi. vnde dēiectio Ducis, etiamsi de facto tm perpetrata fuerit, tm ex post facto cōfirmari posset, si talis sentētia seqüeretur: nihil em obstat, qui judex possit pronūtiare primā occupationē iniustam, & violentam fuisse, & tamē propter probationem criminū de nouo, & prout ex nunc esse concedendam. glo. l. j. §. fina. C. quan. prouoc. quod de detentione nulla tradidit Alex. l. si fin. in princ. ff. de dam. infe. & in cæteris quoq; executionibus est receptū, & licet aliqui existiment non posse actum eum nullum confirmari, nemo tamen negat, quin denuo pronūtiari possit, & actus validus efficit. l. iiij. C. quō, & quando iudi. In decimaquinta quæstione, an fœderatis ius competat aduersus † quemcunq; ad quem feuda deuoluantur, ea pro expensis & sumptibus facti donec idoneæ caueatur de perpetua securitate. Et cum suprà cōcluserimus istud bellū quod ad defensionem attinet, ijs fœderatis facere licuisse consequens est, vt non licuerit Duci refragari: quia † quoties licita est defensio, sequitur vt aduersarius iniustè offendat. gl. d. l. vt vim. & ideo non videtur deneganda fœderatis statibus retentio, donec eis impensæ restituantur. Nam & † aduersus agentem interdicto restituendæ, licita est detentio propter iustam & probabilem causam, id est, vt interpretatur Accursij expensatum. l. colonus in fi. de vi & vi arma. l. pen. ff. loca. & alibi, dicitur imputandas esse violento expensas, quas quis se defendendo fecit in conuocandis amicis, & militibus qui violentiæ resistunt, d. l. si quis ad se fundum. secundum intellectum Bartol. vndè quod vulgo proditum est spoliatum ante omnia restituendum esse intelligitur, non solùm ad rem ablatam, sed ad fructus & impensas, & damna, & omne quod eius interest qui se defendit. cap. accedens. ij. vbi Abb. Pet. not. vt lite non contest. adeò vt etiam fructus, qui verisimiliter percipi potuerunt sint restituēdi, quamuis verè percepti non sint. c. grauis. de restit. spol. Rota decis. xxv. in nouis. & licet † possessor malæ fidei, qui sciens in re fecit expensas non possit eas repetere à vero domino. l. si quis sciens. C. de rei vēd. tamē secus est, si non sit in mala fide. l. domus. cum glo. ff. de leg. j. Et si quis fecerit impensas in custodia arcis, vel castri, si tales expensę respiciunt perpetuam vtilitatē rei eas reperit, secùs, si temporalē, quod Ang. respondit, & alij probant. l. sumptus. vbi Angel. & Ias. eo. tit. Sed quid si non appareat liquidò de ijs expensis, an nihilominus cōcederur retētio. & Ias. trēsis respōdit, si quid liquidò apparet deponet, & fideiusio pro reliquo. quod declarandum superest præstetur rei possessionem relaxandā esse. Castr. cōs. cccxxvj. viso instrumento. And. Sicul. xxxvj. in ij. satis enim est deposita certa summa, propter quod obscurū est creditori caueri. l. statuliber ratione. ff. de statulib. ne ei retētio diutius concedatur.

quod intelligit Castrẽsis, nisi iam expensæ ad liquidũ redactæ essent, vel nisi actum esset vt prius omninò melioratiõũ pretiũ soluatur. gl. d. l. colonus. & satis putarim hæc in casu nostro seruãda esse. Si tamẽ hæc Ducis eiectio cũ moderamine inculpatæ tutelę facta est, id est, si aliter nõ potuit prouideri, vt ille etiam ab inquietãdis vicinis cessaret vt suprà quęst. ix. dictũ est. alioquin nõ licuisset fœderatis eũ omninò de statu suo deijcere, & consequẽter pro talibus expẽsis nulla esset retẽtio. Clarior est quęstio respectu ciuitatis erga quã cõdemnatus fuit Dux interdicto retinendæ. certũ enim est etiam dãna & interesse præstãda esse, alioquin nõ cẽseri factã restitutionẽ. d. c. grauis. d. c. accedẽs & quãuis aliàs pro petitione expensarũ, vel interesse detur condictio, seu certi, seu incerti. l. quod si nulla. de leg. j. l. certi cõdictio. ff. si cer. pet. tamẽ in casu nostro magis expeditũ est executiuo beneficio vti, in executionẽ ẽm sententiæ qua condẽnatus est Dux ad restituendũ, fuit etiã ad interesse & dãna cõdemnatus, vnde officio iudicis quod executionib. versatur hæc omnia sunt relarcienda. l. iiij. §. ait prętor. de re iud. no. in l. intra. eo. tit. In decima sexta quęst. vtrũ arces per Ducẽ factę pro maiore securitate ciuitatũ possint destrui. & nõ videretur, tũ quia † lex abhorret demolitionẽ ædificiorũ. l. cętera. de leg. j. tũ qa si res deiecti, seu spoliati sint destructa, vel aliàs perempta tenetur is, qui deiecit in primis, & ante omnia ad eius æstimationẽ etiã si exceptionẽ cõpensationis certam atq; liquidã obijceret. l. fi. C. de cõpens. In contrariũ facit quia ꝓponitur huiusmodi fortalitia esse in iniuriã vicinæ ciuitatis ædificata, vnde nõ videtur hoc fieri potuisse, sicut nec ad æmulationẽ. l. opus. ff. de oper. pub. glo. l. ij. C. de fun. limitroph. quod pluribus exẽplis laſ. docet. l. ex hoc iure. de iusti. & iur. & istud est verius, sed tamẽ est aduertẽdum, quia si destruerentur, & cõtigerat Ducẽ restituĩ, angariaret subditos ad reficiendum, multò fortius & inexpugnabilius. & ideo esset fortè maior securitas si Cęs. maiestas retineret in sequestro eas arces apud se, donec hæc ita deferbuerit. Non enim statim inimico rẽcõciliato est fidendum. gl. in c. per tuas. §. hæc omnia. in glo. in verbo inimicitias capitales. extra, de simo. In decima septima quæst. quid cũ dominis feudorũ agi debeat, an sequestrari interim possint, huiusmodiq; sequestratio fœderatis sit præiudicialis, quò minùs ius possessionis & alia iura retineãt. Et videretur istis nihil innouandum esse, cùm vt asseritur in diffidatione belli Duci Henrico intima sint nominatim excepti nobiles & alij, qui nõ alio, quàm feudorum illi essent obligati: cùm ergo sint excepti, debet permitti eis vt in ea recognitione erga Ducẽ perseuerent, in qua ante bellũ erant, non enim facilè est à verbis diffidationis recedendum. Io. And. in c. j. de homicid. lib. vj. in nouella. Iaſ. l. ex hoc iure nume. 36. In cõtrarium facit, quia cũ isti fœderati iure belli Ducem de possessione Ducatus deiecerint, debẽt ij nobiles victorẽ recognoscere. Alex. l. Paulo. §. fi. de leg. iij. Anch. consi. cxcvij. quia ad eorum iudicium nõ pertinet scrupulosiùs inquirere, quis iustius inducat arma. l. j. §. item Pomponius. ff. quod fal. tut. & cùm nõn possint primo domino propter potentiam aduersariorum succurrere, ab ea obligatione censentur liberati. c. j. §. sed nõ est. in fi. quæ fue. pri. ben. amit. vnde ei qui in possessione ditionis est, debẽt soluere. l. si vrbana. vbi doct. de cond. indeb. Sed tamen, cum isti fœderati non possideant tanquam domini, sed sub colore defensionis, nec possit Dux inquietare vicinos, & sub colore delictorum ab ipso Duce perpetratorũ nõ videtur quod dicti nobiles debeant ab eis feudum recognoscere, nec eis soluendo liberentur. l. Imperator. §. fi. ff. de transact. nisi quatenus coacti soluerent. Bar. l. creditor. de sol. Bald. l. falsus. in fi. C. de fur. Deci. consi. xxv. pone ergo, quod pecunias posuerint in sequestro, vel recognitionem alicui alij Principi tanquam sequestro fecerint, an id noceat Ducis, vel ijs confœderatis? & licet † sequestratio facta auctoritate iudicijs non trãsferat, nec mutet ius possessionis. l. interesse. de acquir. posse. tamen regulariter aliud est in alijs † sequestrationibus. l. licet. §. j. ff. depo. maximè quæ consensu partiũ celebrantur. d. l. interesse. & ideo satis videretur dici posse, istos status fœderatos respectu feudorum sequestratorum non esse in possessione, nisi quatenus coegerint vasallos ad sibi soluendum iuxta ea, quæ superius dicta sunt. Bar. d. l. creditores. Bald. d. l. falsus. Si verò intelligatur quæstio dominis feudorũ, à quibus Dux ipse particularia feuda habet, tunc idem de eis dicendum est quod de feudo ipse Ducatus respectu Cæs. maiestatis, vt suprà cõclusum est. nam plus & minus non inducunt specialem differentiam. leg. fi. ff. de fund. instru. In decima octaua quæst. an si feudum sit apertum domino, debeant potius fœderati inuestiri, quorum opera Dux est deiectus, & si hoc fecissent ex † mandato Cæs. maiestatis, dubitatio esset probabilis, tanquam hoc modo remunerandus esset labor, & periculum ab eis susceptum. gl. lxiij. dist. Adria. sed cùm fecerint causa defendendi socias ciuitates non videtur subesse vrgens, ratio cur Cæs. maiestas istis potiùs concedat, quàm filijs, vel agnatis Ducis expulsi, secundum tamen ea quæ suprà diximus, quæst. xij. dependet enim hæc quæstio ab illa. In † decima nona & vltima quęstione, an quia voluit Dux congregatis militibus, aduersus conuentionem sequestrationis ad oppida sua reuerti sit dissoluta obligatio dictæ sequestrationis, & possint fœderati ab ea recedere? Et viderentur posse: quia per talem collectionem armatorum, & castrorum mutationem dicitur rupta pax, & fœdus rescissum. Bart. rub. C. de meta. lib. xij. & quia Dux destitit non per pœnitentiam, sed per impossibilitatem: quo casu non est excusandus glo. c. j. §. j. in gl. iij. quibus modis feud. amit. & facit regula generalis, vt † non seruanti cõuentionem nõ sit obseruandum. l. cùm proponas. ij. C. de pact. In cõtrarium facit, quia videtur pœnituisse re integra. Bal. & doct. l. si quis. C. de epis. & cler. quia nõ excelsit intra iactum teli ad dictas arces, vt simili in casu Bal. distinguit. d. c. j. §. similiter. Ego satis arbitror dici posse sequestrationis conuentionem durare, & temporales istas inducias non debere à fœderatis rumpi: quod alibi docui. d. l. cùm proponas. versic. quartus casus, vbi Alex. & alij. condemnandum tamen Ducẽ in expensis, quas hoc nomine maiores fecerunt fœderati, vt illi resisterent, si vlteriùs progrederetur † cessatio enim non excusat, quoties interest aduersarij. l. ex hoc edicto. §. pen. de alienat. iud. mu. cap. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

1 *Res perit periculo domini, & casus contingens circa eam imputetur.*

2 *Mandatarius tenetur non solùm de dolo, & lata culpa, sed etiam leui.*

3 Manda-

BIU Cujas

3 *Mandatum debet esse gratuitum.*
4 *In contractu locationis, & conductionis non solùm venit dolus & lata culpa, sed etiam læuis.*
5 *Culpæ deprehendendæ modus.*
6 *Ille dicitur esse in læui culpa, qui non fecit, quod prudentes & diligentiores homines communiter facerent.*
7 *Nimia credulitas arguit latam culpam.*
8 *Credulitas non excusat, nisi ei creditum sit, qui erat celeberrimus.*
9 *Lex præsumit aduersus mulliones quod sint fures, & conueniant cum furibus.*
10 *In causis arduis non videtur deferendum iuramentum in supplementum probationis.*
11 *Ex dicto extraiudiciali, contrario iudiciali minuitur fides dicti iudicialis.*
12 *L. Si quis vxorem. §. apud Labeonem. ff. de fur. declar.*

FACTI contingentia, visa & examinibus in causa criminali factis, dubium vertitur, an dom. Nicolaus ad aliquid teneatur propter amissionem dictorum scutorum octingentorum, & videretur prima fronte dicendum, quòd non, quia cùm ipse iuxta formam mandati sibi facti per literas do. Hieronymi Alamani eam pecuniam in inuolucro quodam imposuerit in Balla mercium. Et sic executus sit mandatum non videtur vltra conueniri posse. l. cùm in plures. §. si seruum tuum mulionem. ff. loca. Secundò per regulam, quæ habet, quod † res perit periculo domini, & casus contingens circa rem imputatur domino. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. si nulla. l. pignus eod. tit. l. j. l. 4. C. de loc. Tertiò, quia salua sunt iura ipsius do. Hieronymi tàm aduersus mulliones, quàm aduersus hospitem Pontis Curonij, qui potuit noctu dictam Ballam aperuisse: cum enim mulliones subiecti equuleo, & alijs tormentis perseuerarint in negatiua & indicia contra se producta purgauerint, vt per Alberic. de Rosa. & Mod. in l. edictum. ff. de quæst. & Barthol. Vero consilio xxxij. incip. quidam rustic. de Rosa. & Mod. in l. edictum. ff. de quæst. & Barthol. Vero consilio xxxij. incip. quidam rusticus sequitur, vt suspicio omnis remaneat super dicto hospite, saluaq; sit actio do. Hieronymo aduersus illum, non aũt aduersus Nicolaũ. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furtis. Sed his non obstantibus, puto ipsum do. Nicolaum teneri ad præstandum indemnem præfatum do. Hieronymum Alamanum, & præsuppono, quòd iste Nicolaus tanquam † mandatarius tenetur, non solùm de dolo, & lata culpa, sed etiam leui, l. si procuratorem. §. fin. ff. mand. l. in re mandata. in fin. C. mand. l. contractus. ff. de regul. iur. Fortius dico, quod ex quo in mandato transmittendarum pecuniarum propter periculum: quia multi insidiantur auro, requiritur maxima diligentia. vnde tali casu mandatarius tenetur etiam de leuissima culpa. l. à procuratore. C. mandat. not. Dyn. in regula contractus. de reg. iur. in 6. cum similibus vt tradit Alexan. consilio xlj. viso puncto in iij. volum. Cæterum, quia iste Nicolaus consequebatur certam pecuniam annuam pro salario videretur † hoc non esse mandatum, ex quo non est gratuitum. §. in summa. instit. de manda. sed potius locatio, & conductio operarum, vt ibi dicitur, sed tamen etiam hoc posito adhuc idem videtur dicendum, quia † in contractu locationis, & conductionis non solùm venit dolus & lata culpa, sed etiam leuis, quia gratia vtriusque celebratur. l. si vt certo. §. nunc videndum. versi. sed vbi. ff. commod. l. in iudicio. C. loc. vbi gloss. Et eodem modo in rebus, quæ requirunt maximam diligentiam, putarem venire etiam leuissimam culpam: quia subest eadem ratio, quę in mandato: & quia idem videmus in conductione rerum, quæ leuiter franguntur, in quibus venit etiam leuissima culpa propter magnam diligentiam, quæ est necessaria tali casu. l. si merces. §. qui columnam. vbi gloss. ff. loca. gloss. & doct. in §. qui pro vsu. instit. locat. Videtur ait Nicolaus † fuisse in culpa non solum leuissima, sed etiam leui: † quia non fecit quod prudentes, & diligentes homines cõmuniter facerent, vt per Bar. in l. quod Nerua. ff. depositi, videlicet, quia inseruit dictas pecunias in Balla, sciente Baptista mulionis famulo, & limis oculis respiciente: nõ enim debuit eius fidem sequi, & licet mercatores etiam cauti soleant credere Ballas suas istis vectoribus, non tamen vnquàm permittunt, vt scite possint pecuniã in eis esse immissam, quod iste Nicolaus fecit: & ideo non est dubitandũ, quin teneatur ob hanc culpam, quæ saltem est leuis. Fortius putõ, quod talis culpa potiùs sit lata, qui permiserit hoc sciri à do. Baptista famulo uilissimo mulionis, & nihil prorsus habente in bonis, ista enim † nimia credulitas arguit latam culpam, vt dicunt doct. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. in l. nimia credulitate. C. de act. & obl. gloss. in c. quam magnum. & ibi Arch. xxiij. quæst. iiij. & xxij. quæst. iiij. c. innocẽs. & probatur hæc conclusio per tex. in l. si res pupillaris. ff. de admi. tut. arg. à contrario sensu, vbi † credulitas non excusat nisi ei creditum sit qui erat celeberrimus idem probatur in l. argentum. ff. commoda. vbi dũ taxat excusatur, qui tam idoneo credidit, vt non debuerit quis existimare futurum, vt à malis hominibus deciperetur. Ad idem & facit tex. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendic. vbi lex requirit quod sit integrè opinionis. & ibi Ang. ponit notab. Decis. Facit etiã quod not. Philippus Corn. consi. cccxviij. pro vecturali. lib. 4. vbi cõsuluit mulionem esse in culpa qui sacculum magnæ æstimationis non aptauerit eo loco quod non videretur, ne facilè posset auferri aut perdi, si enim Nicolaus clam mulione dictam pecuniam intromisisset res fuisset in tuto, nec quisquam Ballam aperuisset: cum ergo non fecerit, quod diligentes homines facere debent, & solent, tenebitur huius culpæ no minẽ siue dicamus teneri eum actione mandati, seu actione ex locato ipsi. Hieronymo suprascriptis iuribus, & per ea, quę no. Bar. in d. l. quòd Nerua. ff. depo. & dixi in depo. & dixi in l. magna. in l. latæ culpæ. ff. de verb. sign. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod Nicolaus sit exequutus iuxta formam mandati: quia respondeo duob. mod. Primò quod non debuit inferere pecuniam videntibus mulionibus seu eorum famulis, maximè cum † lex præsumat aduersus tales, quod sint fures, & conueniant cum furibus. l. j. ff. naut. caup. stab. l. j. ff. fur. aduer. naut. cum similib. Secundò respondeo, quod nõ satis cõstat, an ipse Nicolaus illam pecuniam imposuerit in dicta Balla, cũ potuerit eam sibi retinere. Nec obst. q, do. Ioachimus attestatus sit, q, ipse adiuuauerit eum in interponendo inuolucrum dictæ pecuniæ: quia hoc nõ sufficit tribus rationibus. Prima quia est singularis. l, vbi numerus. ff. de testib. Nec † in causa tam ardua videtur deferendũ iuramentũ in supplemẽtum probationis per ea quæ not. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Secunda, quia est cõtrarius dicto ipsius producentis; cũ ipse Nicolaus dixerit pecunias immissas in Balla fuisse ab ipso Ioachimo, ipse verò Ioachimus attestetur, qd imò ipse Nicolaus posuit, vnde cõtrarietas testis cum dicto par-

tis non facilè reducitur ad concordiá, vt per Alex. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. oblig. & caſu quo concordia aliqua conciliaretur, nó eſt maior omni exceptione ſecundũ Bal. cõſi. cxxij. qa vnus. in ij. vol. & quod no. Dec. in c. in præſentia. ix. nota. de probat. Item dictus Ioachimus eſt cõtrarius dicto ſuo extraiudiciali, quod fecit pro informatione d. Hieronymi in quo atteſtatur ſe non multum bene vidiſſe an eſſet vna plaſtra, an duæ, item atteſtatur, quòd vnà cum mulione fecerunt dictam Ballam, & in atteſtatione iudiciali, dicit quod mulio ſolum commodauit gladium, & ambulabat ibi per curiam, † ex dicto ergo extraiudiciali, contrario minuitur fides dicti iudicialis. l. eos & ibi per Bart. ff. de falſ. Tertia ratio, quia ipſe Ioachimus non prohibet certum teſtimonium: quia dicit ſe non vidiſſe pecunias, ſed duntaxat plaſtra, ſeu inuolucrum, quod non ſufficit, ſicut diximus de eo, qui follem oſtendat, in quo aſſerat eſſe pecuniam. l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſt. quia fortè potuit ineſſe aliquid aliud, vt in penulo Plautina, qua tamen in re plurimum tribuitur arbitrio iudicis, qui per coniecturas veritatem exploret, vt per Bart. & doct. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. & plurimum aduertat ad qualitatem perſonæ ipſius Nicolai, & ideo tutior eſt ſupraſcripta prima reſponſio, nó enim poteſt negari quin fuerit in culpa, vt ſuprà dixi. Non obſtat ſecundum argumentum, quod res pereat periculo domini, quia reſpondeo, id verum eſſe, niſi ſubſit culpa, vel nimia credulitas procuratoris, tunc enim procurator tenetur culpæ nomine, (vt ſuprà dixi) & probatur etiam in l. ſi mei cauſa. §. fin. ff. commod. vbi ſi ego miſerim ad te ſeruum cauſa te admonendi, vt mihi rem commodatam reſtitueres, & tu illi ſeruo tradidiſti, qui aufugit periculum eſt tuum, quia non debuiſti illi credere cum ego ad te eum miſiſſem cauſam admonendi, non autem accipiendi dictam rem. nimia ergo credulitas tibi imputatur, idé ergo in caſu noſtro dicendum. Non obſtat tertium & vltimũ argumentum, quia diſſoluitur ex ſupraſcriptis quamuis enim ſit ſalua actio ipſi d. Hieronymo aduerſus mulliones, & cæteros complices, & ſuſpectos, non tamen ideo liberatur Nicolaus propter culpam ſuam, vt ſuprà dixi. Nec quicquam facit text. in d. l. † ſi quis vxorem. §. apud Labeonem. & quod ibi Bart. no. ff. de fur. quia ibi imputandum erat domino, qui debuit perſpicere an aliqs tertius adeſſet, qui captaret ſermonem illorum, meritò mandans ibi nó tenetur, ſed ſalua eſt actio furti domino rei aduerſus captatorem, in caſu verò noſtro nihil poteſt imputari ipſi d. Hieronymo, qui erat abſens, ſed culpa omnis ob nimiã credulitatẽ imputanda eſt Nicolao per ſupraſcripta. Et hæc omnia, ſaluo ſuper ſaniore iudicio.

CONSILII CXXXIIII. SVMMÆ.

1 *Hæredi non licet reclamare aduerſus factum auctoris ſui.*
2 *Sufficit quoad Deum in pace facienda remittere rancorem animi.*
3 *Adiectio contra naturam actus eſt reijcienda.*

DRO Hieronymo Calcaneo facit, qa habuit pacem ab ipſo occiſo, quod ſufficit de iure communi, ex quo ipſe principaliter eſt offenſus, † nec licet hæredi reclamare aduerſus factu auctoris ſui. ſecundũ Bal. l. ij. C. de lib. & eorũ lib. & l. j. C. com. de leg. Angel. in tract. malefic. verbo, termino defenſionis. & licet conſuetudo hoc nó approbet: quia vulnerari facilè remittunt ſpe vitæ æternæ: tamen hoc non videtur in caſu noſtro, in quo etiam pater interuenit: & auctoratus eſt, cùm alioquin, (quod ad Deum attinet) ſufficiat ſimpliciter remittere † rancorem animi. ſecundum Bart. l. ſi tibi decem. §. quædam actiones. ff. de pact. Et maximè hoc eſt obſeruandum in caſu noſtro, in quo iſte habet pacem etiam à patre, & ab altero fratre doctore, qui ſimpliciter remiſit. vnde ſufficit maior pars, ſecundum Bar. in l. iiij. §. Cato. in fi. ff. de verb. oblig. & licet aliqui Moder. contradicant, tamen opinio Bart. eſt magis communis, ſecundum Aret. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acqu. hær. & proculdubio magis æqua, & præſertim hoc eſt dicendum in hoc caſu, in quo habetur pax etiam à ſecundo fratre: licet adiecerit conditionem. quod non veniat infra Ticinum, &c. Iſta † enim adiectio videtur contra naturam actus, & ideo reijcienda. l. cum precario. ff. de preca. l. j. §. pen. depo. cum quid extrinſecus reſpiciat. l. j. §. j. ff. ſi vſufruct. peta. & alioquin quædam contrarietas induceretur. ſecundum Bart. in auth. ingreſſi. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. nec conditio per ipſum adiecta debet impedire beneficium Principis à iure publico proueniens, Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CXXXV. SVMMÆ.

1 *Confeſſio teſtatoris ſtipulata à Notario, nomine vxoris abſentis teſtatoris ei præiudicat, & eſt irreuocabilis.*
2 *Dos legata non poteſt grauari, ſecùs verò in augmento dicendum eſt.*
3 *Quod quis ſit filius alicuius lex præſumit ſi cuſtoditus ſit venter, & ſit natus ex cõcubina, aliàs vulgo conceptus creditur.*
4 *Confeſſio Patris vocantis filium aliquem, non poteſt nocere fideicommiſſario.*
5 *In proprietatis iudicio non ſufficit probatio per tractatum, vel per confeſſionem Patris.*
6 *In inſtitutionibus maſculinum concipit fœmininum.*
7 *Filij vocati copulatiuè cum Patre, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo.*
8 *Renuntiationem ad aliud fideicommiſſum non trahi.*
9 *Enormis læſio facit præſumi dolum, ſaltem re ipſa.*
10 *Pariò ſunt ſiue dolus interueniat ex propoſito, ſiue re ipſa.*
11 *Iuramentum non trahitur ad ea, quæ quis ignorat, ex quo tunc deficit conſenſus.*
12 *Cum quis enormiter læditur ſatis apparet, quod ignorauit verum valorem.*
13 *Quando quis contrahit cum veriſimiliter conſumpturo, contractus non confirmatur iuramento, propter dolũ præſumptum illud recipientis.*
14 *Iuramenti relaxandi cauſæ.*
15 *Mulier ex fragilitate ſexus facilè præſumitur decepta.*
16 *In contractu damnoſo, facto etiam cum iuramento, ſimplicitas præſumitur in minore muliere, & ruſtico, & tale iuramentum per Epiſcopum relaxari debet.*
17 *Authoritas iudicis interueniens in inſtrumento renuntiationis, & renũtiatio facta verbis valdè prægnantibus, nõ impedit reſciſionem, quæ prouenit ex enormiſſima læſione.*

BREVITER in præſenti cauſa attingam dubitationes, quæ videntur habere aliquam difficultatem. Prima dubitatio eſt circa teſtamentum magiſtri Franciſci in quo relinquit

relinquit do. Laurę Beroaldę libras 500. pro restitutione dotis suę habitę & receptę, &c. Item alias libras 500. pro totidem habitis in tot iocalibus in augmentum dotis, & in quibus grauauit dictam vxorem de restituendo filiabus fœmininis Nicolai in defectum masculorum, saluo vsufructu ipso Nicolao & vxori in eorum vita. In qua est sciendum: quod respectu primi relicti confessio † ipsius testatoris ei præiudicat, & est irreuocabilis, ex quo stipulata est à notario nomine vxoris absentis, secundum Bartol. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. & ideo non potuisset testator † grauare eum aliquo onere: cum nihil de suo ei relinquat, sed duntaxat dotem, quam accepit. l. ab eo. C. de fideicommiss. Respectu verò aliarum 500. librarum, relictarum in augmentum dotis, quia non adest aliqua stipulatio notarij, valet in vim fideicommissi. l. si creditori. ff. de leg. j. l. Aurelius. §. fin. de liberat. legat. per Bartol. d. §. codicillis. vnde potuit testator adijcere dictum onus restitutionis faciendæ filijs fœmininis Nicolai in casum, qui euenit: quia decessit absque filijs masculis legitimis, de quo etiam per Alexan. post alios in l. si vsu fructus. §. dos legata. ff. ad l. Falcid. Et ad excludendum hanc filiam fœminam non sufficeret, si probares, quod Nicolaus legitimasset filium masculum: quia oporteret probare quod iste fuisset filius Nicolai, puta † quia ventre custodito ex concubina natus esset, aliàs lex interpretatur non esse filium Nicolai, sed vulgo conceptum. l. v. ff. de in ius voc. l. cum legitimæ nuptiæ. l. vulgo. de stat. hom. † confessio enim Nicolai cum coram Comite Palatino filium appellantis, non potest nocere fideicommissario. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. & Comes Palatinus facit quidem eum legitimum præsuppositio, tamen quod sit filius, quod omninò est probandum, vt dicit Iaſ. consil. cij. versic. iiij. in iiij. volu. alioquin lex eum vulgi filium præsumit: vnde nec in bonis quidem patris, qui eum pro filio habuit, vllam ei ab intestato portionem defert. authen. licet. C. de nat. libe. idq; † in proprietatis iudicio maximè est dicendum, in quo non sufficit probatio per tractatum, vel confessionem patris. l. non nudis. vbi Cin. Bart. Bald. C. de probat. dixi in tract. præsumpt. lib. iij. versi. xxxviij. Sed (vt audio) nos sumus etiam in casu clariore: quia probari potest, quod iste non erat filius Nicolai, sed ab eo acceptus ab hospitali, & legitimatus in fraudem: vnde res careret omni dubitatione: quamuis (vt dixi) onus probandi quod esset verus filius naturalis incumbat ipsis aduersarijs per supradicta. Alia est dubitatio *circa testamentum præfatæ d. Laurę Beroaldę, quæ habebat in bonis dicta legata dotis, & augmenti, & instituit hæredem Nicolaum, & dicti Nicolai filios legitimos, & naturales, quos inuicem substituit, &c. & si dictus Nicolaus decederet sine filijs legitimis & naturalibus, tunc vocauit quosdam alios in tres partes, &c.* Nam per illa verba, *Et domini Nicolai filios*, censetur vocata, & d. Laura Moderna, filia ipsius Nicolai, quia † masculinum, concipit fœmininum in institutionibus. l. libertorum. ff. de verb. signif. præsertim factis ab ista proauia fœmina. per Anch. consilio cccxlj. incip. pro maiori intelligentia. cum similibus. Et licet † filij vocati sint copulatiuè cum patre, tamen intelliguntur vocati ordine successiuo, non solum per vulgarem substitutionem, iuxta not. in l. Gallus. §. j. ff. de liber. & posthum. Sed per fideicommissum per illa verba, *Quos inuicem substituit vulgariter: pupillariter, & per fideicommissum.* l. si frater. C. de fideicommissis. Soc. consilio vj. in iij. & fruſtrà inuicem substituisset per fideicommissum: nisi grauatus esset etiam peter. Tertia & vltima dubitatio circa renuntiationem factam cum iuramento per istam do. Lauram Modernam † Magistro Alberto receptis scutis xxiiij. auri: quæ renuntiauit in forma ampliſsima, & sciendum est dictam renuntiationem esse limitatam respectu iurium, quæ competunt, & competere possent super domo, pro dote seu hæreditate d. Lauræ veteris, & quocunq; relicto sibi facto per dictam d. Lauram, in eius testamento, quæ verba nullo modo possunt comprehendere relictum librarum 500. in augmentum dotis in quo d. Laura Moderna, iure fideicommissi est vocata, per quod fideicommissum succedit ipsi magistro Francisco, non autem d. Lauræ veteri grauatæ fideicommisso. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Maior est difficultas: nunquid valeat renuntiatio respectu aliarũ librarũ 500. dotalium, & dubitationẽ facit, quia cũ renuntiauerit receptis xxiiij. aureis, videtur enormiter læsa, quæ † enormis læsio facit præsumi dolum saltem re ipsa. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. l. si quis superstite. ad fin. C. de dolo, & † paria sunt siue dolus interueniat ea proposito, siue reipsa. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. l. ij. §. si quis sine. ff. de doli except. Et quia † iuramentũ non trahitur ad ea, quæ quis ignorat, ex quo tunc deficit consensus. l. cum Aquiliana. ff. de transact. sed † cum quis enormiter læditur satis apparet, quod ignorauit verum valorem. l. quisquis vbi gl. & Bart. C. de rescin. vendi. Ergo iuramentũ tali casu nõ obligat. Ad idem adducit secum Ant. But. & Abb. in c. cum contingat, de iureiur. quia † quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento propter dolum præsumptum recipientis illud argu. l. si quis cum scire. ff. de vsucap. pro empt. ergo multominus in isto casu debet cõfirmare: cum in eo tunc mulier actualiter malè consumat. Et quia isto modo iuramentum præstaret auctoritatem iniquitati, & adiuuaret decipientis, re ipsa cõtra c. quanto. c. & si Christus. ff. extra, de iureiur. & secundum hanc opinionem cõsuluit Anch. consi. xxxix. pro chariori. consi. lxxxiij. visis consi. clxxx. visa diligenter consilio cccxlvj. Cald. consilio viij. duæ puellæ. Fede. de Sen. consi. cxcix. quæritur ad domina. Anto. de But. & Abb. in d. c. cũ contingat, idẽ Butr. consil. xlv. iuris rigor. Abb. consil. 8. Laur. consi. cvij. quatuor. in ij. Raph. Com. consi. clxxx. videt prima fronte. Pau. de Cast. consi. clxxvij. contra superior. Are. consi. xciij. viso legato. Sicul. consi. xxj. & quidem. in j. consi. liij. præclarè. in 2. Cor. consi. ccxiiij. in iij. & in alijs consilijs, vbi refert ita etiam consuluisse d. Io. Peru. & Benedic. Capram præceptores suos: & idem refert in reper. auth. sacramenta puberũ. in verbo inviolabiliter. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & consi. lxxxix. viso puncto in ij. & nouissimè secundũ hanc opinionẽ cõsuluit Deci. consi. clxxx. per totũ. Sed tñ dicta opinio nõ caret dubitatione, qa multi tenuerũt contrariũ per text. in c. quauis. de pact. in vj. quos refert & sequit Alex. consi. ccxxv. in j. cõs. liij. visis. in iij. Cur. Senior. cõsi. xxxxiiij. cõsi. lxvj. in vltimo dub. Et maximè hoc videtur dicẽdũ in casu nostro: in quo præcisè mulier renũtiauit cũ iuramẽto, etiã enormissimę lęsioni, quę verba videtur tollere oẽm difficultatẽ. Ego tñ adhuc sentio cõcludẽdũ absolutionẽ à iuramẽto, nõ obstante tali clausula. & si ista mulier fuisset tunc mior, res esset clarior, qa hoc tenet But. in d. c. cũ cõtingat.

BIU Cujas

gat, subest enim illa ratio doli præsumpti eorum qui receperunt tale iuramentum. argu. d. l. si quis cum sciret. & quia qua facilitate contraxit, eadem præsumitur talia verba posuisse. arg. l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. & quod no. Bar. in l. si. §. idem quęsijt. ff. de condit. indeb. & Alex. consi. clxxviij. visa scriptura. lib. 2. Fortius sentit Abb. in d. c. cum contingat, quod imò etiam erit concedenda absolutio: quia renuntiatio talis videtur apposita, potius ex verborũ exuberantia, quã solent notarij apponere pro conualidatione contractus quã quod ita esset secundum mentem contrahentium. arg. c. cũ venissent. de instit. & quod not. in c. Quintauallis, de iureiur. & simili per Spec. in tit. empt. & vend. §. nunc videndũ. versi. quod si vendes equũ. & quod not. Bar. in l. j. vj. q. de iure codi. cum similib. & licet ista ratio Abbatis habeat in se aliquam difficultatem, vt per Alex. d. consi. cxxv. tamen in casu nostro puto indubitãter huic mulieri succurrendum, propter multas coniecturas quę concurrunt in eius fauorem, quibus concurrentibus satis fatentur doctores: etiam qui aliàs contradicunt concedendam esse absolutionẽ à iuramento. Prima est † manifestus dolus patris Nicolai, qui ad excludendam fideicommissum sumpsit infantem ab hospitali, & finxit ex se genitum, & fecit eum legitimari, quæ res arguit expressam malitiã prouenientem ex partu suppositi, de quo in l. j. C. ad l. Cornel. de fals. facit reg. c. semel malus. de reg. iur. in 6. Secũda, quia ipse pater simul cum Alberto recepit talem renuntiationem. vnde facilius præsumitur timor, & metus reuerentialis. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. per Mod. in c. causam matrimonij. de offic. delegat. Tertia, quia ista erat † mulier, & ex fragilitate sexus facilè præsumitur decepta. secundum Bal. in rubr. C. de rer. permut. circa fin. vbi dicit q, † in contractu damno facto etiam cum iuramento simplicitas præsumitur in minore muliere, & rustico, & tale iuramẽtum per episcopum relaxari debet. idem tenet in c. j. §. item sacramenta. de pac. iur. firm. Quarta, quia isti mulier renuntiauit iuri sibi competenti ex testamento non visis, nec inspectis verbis testamenti. l. de ijs. ff. de transact. l. j. ff. quemad. testam. aper. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Angel. consi. lxxxiij. incip. cum lis & quæst. & licet aliqui contradicant propter iuramentum, tamen loquuntur quando non subest dolus, nec verus, nec præsumptus recipientis: in casu vero nostro subest, propter enormissimam læsionem, & quia in facto etiam asseritur, quod pater ipsius ei persuadebat, quod ipsa nullum ius haberet, & sic eam decipiebat. Nec obstat, quod † in dicto instrumento renuntiationis, interuenit auctoritas iudicis, & renuntiatio sit facta verbis valde prægnantibus, quia istud non impedit rescissionem, quæ prouenit ex enormissima læsione secundum Paul. de Castr. d. consi. cxxiiij. in j. volu. Corn. d. cõsi. ccxiiij. Decius d. cõs. clxxx. Fulg. ccxxxvij. Dyn. quem sequuntur Moder. repetentes in d. c. quamuis. & ita mihi videtur de iure dicendum.

CONSILII CXXXVI. SVMMÆ.

1 *Quando contrahentes vsi sunt verbo locationis, & conductionis, quod talis contractus sit tantum locatio, dicendum est.*
2 *Diuisio pretij non multiplicat contractum.*
3 *Pacta circa naturalia contractuum, non alterant substantiam contractus.*
4 *Ecclesia læsa in contractu locationis, debet in integrum restitui.*
5 *Ecclesiæ læsæ restitutio conceditur, si læsio est considerato tempore contractus, alioquin quod deinde superuenit propter vbertatem, vel aliam causam, non facit vt ideo ecclesia dicatur læsa.*
6 *Læsio quando dicatur enormis, vel enormissima.*
7 *Quando cardinalis Camerarius attestatur de consensu Pontificis viuæ vocis oraculo se aliquid facere, illi est credendum.*
8 *Vectigalia dicuntur regalia.*
9 *Fiscus difficilius in integrum restituitur, quàm ecclesia.*
10 *Administratores conueniendi, idq; ante restitutionem.*
11 *Restitutio in integrum, est remedium subsidiarium ad quod vltimo duntaxat loco, quãdo aliter prouisum esse non potest, descendimus.*
12 *In consilio Principum & Regum omissis scrupulositatibus iuris, debet procedi sola facti veritate attenta.*
13 *Coram Principe proceditur tanquam coram Deo, vnde ad solemnitates iuris positiui non attendimus, quia illas sola præsentia Principis supplet.*
14 *Sententia Principis valet, licet non conformis libello.*
15 *Spoliatus ante omnia restituendus fall.*
16 *Quoties vtraq; pars prætendit se possidere & iustè timetur de rixa, vel scandalo, debet iudex per uiam sequestri ad se trahere.*

ACCEDO & ipse in sententiam suprascripti domini cõsultoris. Quia & eleganter, & copiosè ea omnia attigit, quæ pro casu huius dilucidatione necessaria esse poterant, adeò, vt eius scriptis quicquam addere nihil aliud sit quàm (vt prouerbialiter dicitur) solem facibus illustrare, nihilominus ne prorsus illotis pedibus transire cum eo videar, pauca quædam adijcere non grauabor. Primus est articulus, nunquid contractus, de quo agitur, sit vnus tantum, seu vna locatio, an verò plures, & sic tot locationes, quot anni, vel menses. Et in primis sciendum est, quod licet verba contractus sint, *vendiderunt, & loquauerunt omnes, & singulos fructus, reditus, &c.* tamen ista videtur esse potius locatio, quã venditio cùm prestatio pretij sit vniformiter diuisa in singulos menses, vel annos, vt sentit gl. ubi Bar. & docto. in l. j. C. de iure emphyt. & in terminis nostris, quando † vtroq; verbo locationis, & conductionis vsi sunt contrahentes, quòd sit locatio tantum firmauit. Io. de Imo. in l. eorem. §. qui maximos. de public. & Alex. in consil. cviij. in iij. vol. & ita in instrumento in omnibus pactis vbiq; appellantur conditiones, quod autem sit † vnicus contractus locationis est doctrina Bart. in quæst. sua iiij. incip. publicanus. versi. v. probatur. vbi concludit quòd propter vnum pretium constitutum ab initio vnus est contractus, licet præstatio sit diuisa per annorum numerationem, l. cum eiusdem. ff. de ædil. edi. l. si duos. ff. de contrah. empt. l. si duo. ff. de in diem adiect. cum similib. limitat tamen idem Bartol. hoc in fine d. quæstio. nisi habitus fuisset certus respectus ad pretia singularium rerum, per l. ædiles autem. in fin. cum gl. ff. de ædi. edict. Quæ limitatio ad casum nostrum non pertinet. & cum suprascripta opi. Bart. transeunt communiter doct. in d. §. qui maximos. vt per Alex. d. consi. cix. Cor. consil. xij. in iiij. Soc. lxxxviij. vol. j. Io. Firmianũ in tract. de gabel. j. q. ij. part. Nec me mouet ratio, quæ fit in contrarium per dominos aduocatos fiscales, dum dicũt, q, cum pacto sit cautum, vt in casu remissionis non consideretur sterilitas,

litas, vel fertilitas totius temporis quinque annorum, ſed ſolum decem & octo menſium proximorum tanquam, tot debeant eſſe locationes, quot decem & octo menſes ter iterati. Reſpõdeo enim quòd hoc modo non quadraret computatio, quia vltimo loco ſuperſunt duntaxat ſex menſes vt rectè fuit allegatum per dominũ conſulentẽ. Præterea iſtud pactum cõputationis faciendæ circa remiſsionem mercedis non habet alterare ſubſtantiam contractus, vt ideo multiplicet, vt qui vnus erat efficiant tres & triens: quia † pacta circa naturalia contractũ nõ alterant ſubſtantiã contractus, ſecundũ glo. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. maximè cum hæc coniectura hoc non inferat nec vrgeat, vt idcò dicamus cõtractum multiplicari: oportet enim coniecturam eſſe vrgentem, vt dicamus inter partes actum eſſe vt plures ſint contractus, quod probo aliquibus ſimilib. Primò, per doct. Bar. in l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. vbi concludit venditionem plurium ſpecierũ vni cum cenſeri contractum: quamuis venditor dupli ci obligatione teneatur, cùm duas ſpecies vendiderit: attendi enim potius perſonam emptoris: quod vnam tantum obligatione tenetur. ſcilicet ad pretium q̃ fuit vnum. Ecce ergo, q̃ coniectura proueniens ex duplici obligatione venditoris, nõ ſufficit vt cenſeatur multiplicatus contractus. Secũdò per id quòd not. Ant. de But. Pet. de Anch. & Imo. in c. j extra, de precar. vbi loquuntur in emphyteuſi renouanda de quinquennio in quinquẽnium, vt nihilominus dicatur vnus cõtractus, nec multiplicetur ex coniectura renouationis. Tertiò ex eo quod not. Bald. in l. ſi. §. præterea. C. de iure dot. vbi vnitas pretij adeò facit, vt contractus ſit vnus tantum, q̃ quamuis plures ſpecies ſint vendi tæ. & in vna ſit deceptus emptor vltra dimidiã iuſti pretij, nõ tamen fiat commixtio, nec cenſeatur multiplicatus contractus: ideoq̃ non ſit locus reſciſsionis. alleget tex. in l. ſi duorum. §. videamus. ff. de act. empt. Quartò p id, quod not. Raph. Com. & ſequitur Alex. & Mod. in l. ſi ex toto. §. fin. ff. de leg. j. per illum tex. cùm gl. in verbo, alterutra. vbi ſtipulatio octo lecticariorum adeò eſt vna, vt etiã ſi in ſingulos homines ſtipulata ſit certa pecunia, non tamen propter hanc ſequentem multiplicetur prima, ſed potius ipſa ſequens aſſumãt naturã præcedẽtis, & ipſa quoq; dicatur vna. Vltimò per doctrinam Bar. in l. ſi ſeruus communis Mæuij. §. ſi. in ſi. ff. de ſtipu. ſer. vbi cõcludit, quod locatio alicuius rei quãuis promittatur penſio in annos, vel menſes ſingulos eſt vna, licet ſint plures prẽſtationes. Quod ampliat ibi Oldr. & Albe. vt nihil referat quod pecunia, ſeu cõmoditas ei acquiratur ad quem ratio iuris eam transfert per illum tex. præſumptio enim oriens ex multiplicitate commoditatis non facit, vt talis contractus ideo minus ſit vnus, & ibi infert ad quæſtionem doctoris, qui per quadriennium operas ſuas profeſſorias reipub. locauit de quo dicendum, vt per eum. Meritò ergo in caſu noſtro eſt dicendũ non ſufficere ſupraſcriptam coniecturam, ſed contractum de quo agitur eſſe vnum tantum; & ideo pro parte reſcindi non poſſe nec per reſtitutionem in integrũ, nec alia ratione per doctri. Bal. in d. §. præterea. cũ quo tranſeunt doctor. Alex. Areti. Iaſ. Claudius in d. l. ſcire debemus. Secundus eſt articulus quomodo poſſit fiſco ſuccurri præſuppoſita læſione in qua quæſtione conſtituendum eſt pro regula. quòd † eccleſia læſa in contractu locationis debet in integrum reſtitui. c. j. extra, de in integ. reſt. c. j. de reb. eccleſ. non alien. ſed iſta concluſio recipit plures limitationes, quæ omnes videntur in caſu noſtro militare. Prima eſt, vt tunc demum concedatur † reſtitutio, ſi læſio eſt conſiderato tempore cõtractus: alioquin quod deinde ſuperuenit propter vberratem, vel aliam cauſam non facit, vt ideo eccleſia dicatur læſa. c. ad aures. in gl. ſi. de reb. eccl. non alie. c. cum dilecti. in gl. ij. de empt. & vend. & eſt text. in l. ſi. voluntate. in ſi. C. de reſcin. vend. vbi Bart. Bal. cæteri & diffuſè per Laſ. conſ. liiij. in j. & fuit latius deductum per dominum conſultorem. Secũda eſt limitatio, vt non concedatur reſtitutio, niſi propter enormem læſionem: quia aliàs quælibet læſio non ſufficeret, vt inquit Abb. in d. c. ij. ver. addè ad tertium. Idemq; probatur in c. pen. de reb. eccleſ. non alie. Fortius ſcribit Fel. in c. accepimus. de fide inſt. quòd oportet quod talis læſio ſit euidentiſsima †, quando verò dicatur enormis, vel enormiſsima ponit Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Tertia eſt limitatio, vt non dicatur eccleſia lædi, ſed imputetur prælato ſi tale damnum poteſt refici ex reditibus eccleſiæ, adeò vt non ſit ópus venire ad alienationem immobiliũ, ſecundum Abb. & Car. in c. j. per illum text. extra, de depo. & in c. penult. de ſide iuſſ. imputat enim ſibi prælatus, q̃ conſenſerit tali contractui, quod in caſu noſtro etiam dici poteſt, vt imputetur talis conſenſus ipſi † pontifici, & cum Cardinalis ipſe camerarius atteſtetur de conſenſu pontificis viuæ vocis oraculo, ſe hoc facere illi eſt credendum. c. nobiliſsimus. xcvij. diſtinct. vbi doctor. Quarta eſt declaratio ſeu limitatio, vt cum hic tractemus de locatione † vectigalium, quæ ſunt regalia, iuxta cap. j. quæ ſint regul. in vſibus feud. vtatur eccleſia in hoc non iure ſuo, ſed iure fiſci, quia tranſierunt in eccleſiam cum cauſa ſua, vt per doc. Bar. in l. ſi conuenerit. §. nuda. de pig. act. Fel. c. translato. de conſt. quod etiam obſeruatum apparet ex forma inſtrumenti: cùm locatio non ſit facta ſecundum formam eccleſiaſticarum regularum, ſed ſolum regularum fiſcalium † fiſcus autem difficilius in integrum reſtituitur, quàm eccleſia, vt habetur in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. Quinta & vltima eſt declaratio, vt ſi læſio proceſsit: quia † adminiſtratores diligenter non inueſtigauerint conductorem, ipſi teneantur de ſuo præſtare eccleſiam indemnem: quia propter negligentiam ſuam ipſi tenentur, vt per Abb. in d. c. j. de reſtit. in integ. & per Felin. in d. cap. accepimus. verſic. iij. declara. cum concord. Sed in hoc ſuboritur difficultas, an teneantur duntaxat in ſubſidium, an verò prius ipſi ſint excutiendi, quàm concedatur reſtitutio in integrum aduerſus conductores: & putauerim eos prius conueniendos. Primò quia † reſtitutio in integrum eſt remedium ſubſidiarium ad quod vltimo duntaxat loco, quando aliter prouiſum eſſe non poteſt, deſcendimus. l. in cauſę. ij. ff. de minor. l. fin. in prin. ff. de eo per quem fact. er. Secundò, quia cum iſti teneantur ex negligentia ſua, & ſic ex quaſi delicto ipſi, in primis conueniuntur priuſquam reſtituatur eccleſia, ſecundum gloſſ. Salic. Aretin. & cæteros in l. iubemus nullam. C. de ſacr. eccleſ. Tertiò, quia iura ſimpliciter obligant ipſos adminiſtratores, non autem in ſubſidium. vt eſt text. in l. ij. C. de adminiſtr. reip. in l. j. C. de locat. præd. ciuil. lib. xj. vbi eſt caſus præſentis quæſt. Illud tamen non omitto videri mihi Cæſ. maieſtatem, rectè atque ordine facturam ſi interim ad uocet ad manus ſuas poſſeſsionem bonorum, de quibus agitur, donec iudices ipſi ſuper iure partium

tium pronuntiauerint: cum enim hæc controuersia sit inter proceres regni, & tractetur de restitutione castrorum, atque arcium, quæ difficulter & magnis expensis, vix tandem extorquetur, & possent sequi magna scandala? arbitror auocationem hanc faciendam esse. Suaderemq; consiliarijs Cęs. maiestatis, vt maximè in hoc intenderent, vt tranquilliore via possent deinde merita causæ cognosci atque decidi, quæ mea sententia conformis est multis conclusionibus iuris, quæ per doctores
12 varijs in locis traduntur. Prima est, quia † in consilio Principum, & Regum, omissis scrupulositatibus iuris, debet procedi sola facti veritate attenta: vt per Bartol. in l. j. C. vt quæ desunt aduocat. & quod habetur in ca. ad petitionem. ad fin. extra,
13 de appel. per Bal. c. ij. de not. for. fid. quia † coram Principe proceditur tanquam coram Deo: vnde ad solennitates iuris positiui nō attendimus: quia illas sola præsentia Principis supplet. l. omnium. C. de rest. vbi gloss. & doct. Vnde coram eo sufficit narrare factum absque alia conclusione libelli, secundum Innoc. & docto. in c. j. de lit. contest. &c. in causis. vbi Abb. j. not. de re iudi. Nec est necessaria expressio loci aut temporis. cap. ij. vbi Bal. de
14 confes. & † valet eius sententia, quamuis non conformis libello, secundum Bald. in l. Æmilius. de
15 min. Secunda est conclusio, quòd † licet regula sit, quòd spoliatus ante omnia sit restituendus. l. j. C. si per vim, vel alio modo. tamen hoc non procedit in restitutione, facta alicuius fortalitij, seu castri, cuius deinde recuperatio esset multum difficilis: tunc enim iudex debet potius possessionem ad manus suas trahere, & interim de proprietate cognoscere, secundum Paul. Castr. in l. ij. C. de edi. di ui Adr. sequitur Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren. possess. bene facit text. in l. ij. ff. de appel. iuncta. l. ante sententiam. C. quo appel: non recip. Videtur enim tali casu damnum esse irreparabile, & ideo licita est retentio possessori: vt per Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. & habetur in c. in literis. de offic. deleg. Ter
16 tia est, quia † quoties vtraq; pars prętendit se possidere & iustè timetur de rixa vel scandalo, debet iudex possessionem per viam sequestri ad se trahere. l. æquissimum. l. & si vsufructus. §. si inter duos. & ibi Bart. ff. de vsufruct. Quod maximè procedit, quando talis auocatio possessionis fieret cum clausula, sine præiudicio iurium vtriusque partis: vt par Innocen. Aretin. & Modern. in c. in præsentia. de probat. & practicam Papien. in forma sequestri, seu saisimenti. & per Mod. in l. vnic. C. de prohibita sequestr. pecu. debet tamen præcedere aliqua causæ cognitio, an subsit timor rixæ: cap. querelam. de simon. Alexan. consi. v. ponderatis. in iiij. vol. nisi tamen ex qualitate personarum aliud appareat, vt inquit Bal. in l. nullus. C. de summa. Trinit. & fide cath. prout in casu nostro: cum lis vertatur inter primarios proceres Regni.

CONSILII CXXXVII. SVMMÆ.

1 *Verba obtulerunt & promiserunt ad nudam pollicitationem referuntur.*

2 *Pollicitationem de iure Canonico, nullam actionē parit.*

3 *Pollicitatio facta Reipublicæ obligat facientem si ob honorem decretum, vel decernendum sit facta vel aliam similem causam, si qua potest inueniri.*

4 *Vtile per inutile quandoq; vitiari.*

5 *Habilis vbi admittit secum inhabilem, non videtur velle insolidum obligari.*

6 *Generalitas verborum non trahitur ad casus prohibitos.*

7 *De iure canonico prohibitum est transigere in causis criminalibus, quia eo iure non ingeritur pœna sanguinis.*

A



AC in causa tam copiosè, & subtiliter allegatum est per clariss. aduocatum vt operæpretium non sit in syluam ligna deferre, ideo paucioribus ero contentus, maximè in articulo non admodū dubio. Con
B cludo itaque veram esse conclusionem quod compositio, de qua agitur per chirographum facta monasterio ipsi nihil nocere potest, nec executionem contra ipsum mereri, ideque potissimum quatuor rationibus. Prima est, quia chirographum illud continet nudam pollicitationem, vt apparet ex
1 † verbo *obtulerunt*, & verbo *promiserunt* quod etiam ad nudam pollicitationem referri potest. l. sciendum. §. dictum. de pollicit. quæ † pollicitatio etiam de iure canonico, nullam actionem parit, vt est
2 magis communis opinio, secundum Abbat. in c. cum inter vniuersas. extra, de elect. Ias. in rubric. ff. de verb. obligat. quod certissimè apparet ex verbis ipsius chirographi, in quo nulla acceptatio ex parte Vicelegati, imò quod plus est profitetur Vicelegatus se non habere facultatem acceptandi vt merito talis contractus sit nullus, in quo non interuenit mutuum factum. l. quæcunque gerimus. ff. de act. & oblig. l. in omnibus reb. eodem titul. adeò etiam vt fauor ecclesiæ aduersus hanc
D regulam non præualeat, vt est gloss. quam ibi sequitur Cast. & alij doct. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. vnde etiam non obstante tali compositione processum fuit aduersus dictos canonicos, & ideo satis apparet non fuisse acceptatam dictam
3 compositionem. l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. & licet aliàs speciale sit, quòd † pollicitatio, facta reipublicæ obliget facientem, tamen hoc est verum, si ob honorem decretum vel decernendum sit facta, vel aliam similem causam, si qua po-
E test inueniri. l. j. cum gloss. l. propter. l. ob casum. ff. de pollicit. ob relaxationem autem certatorum non valeret: quia in hoc non vertitur principaliter vtilitas pecuniaria reipublicæ. Secunda est ratio quia promissio facta est per tres canonicos, & primo loco per dominum Franciscum, deinde per dominum Vitalem, demum, per dominū Faustinum: cum tamen solus do. Vitalis haberet mandatum transigendi. Vnde videtur quod hoc casu
4 † vtile per inutile vitietur. l. Pædius. ff. de arbitr. c.
F mesana. c. illa. de elect. per Ias. in l. j. §. sed si mihi. ff. de verb. obliga. versi. viij. adde maximè cū in casu nostro inhabilis primo, & principaliter sit expressus, vt habetur in c. fi. vbi Abb. extra, de procur. & per Marian. Soci. consi. xxxvij. in j. vbi concludit,
5 quod vbi † habilis admittit secum inhabilem, non videtur velle insolidum obligari, & facit text. in cap. si duo. de procur. Et hanc rationem ego in casu nostro satis puto veram esse: cùm Vitalis expressè non transegerit super eo, in quo habebat
G mandatū, sed in re in qua nullum mandatū habebat, id est, super subuentione contra Turcas: licet in consequentiam quandam & incidēter dictum sit, quod aboletur processus, &c. vnde verisimiliter credidit quod par esset, etiam sociorum suorū potestas: quo casu non procedit regula l. j. §. quod enim. ff. quod falsò tut. vt habetur in d. c. fin. & per Marian. d. consi. xxxvij. Tertia est ratio, quia mandatū Vitalis non videtur extendi ad hunc casum: licet enim habuerit facultatem transigendi, non

tamen

BIU Cujas

tamen hoc modo transigendi. i. soluendi tantam pecuniam pro qua necessarium sit bona ecclesiæ alienare, hoc enim est prohibitum iure: quia licet pro redemptione captiuorum hoc possit fieri, vt habetur in cap. sacrorum, &c. sicut xij.q.ij. tamen pro capris ex maleficio hoc fieri non potest, secundum gloss. in dictis iuribus: & ibi per Domin. de S.Gem. & est gloss. in c. non satis. verb. & propter. lxxxvj. distin. & quòd habetur per Moder. in auth. res quæ. in vlt. q. Bart. C. comm. de leg. & hoc maximè promittendo tantam pecuniam, quæ excedit modum, & inducit manifestam læsionem, vt non possit dici promissa hæc pecunia pro sola redemptione vexationis, de quo in c. dilectus. extra, de simo. Quarta ratio est, quia verba illa mandati iterum *ad transigendum & componendum super quibuscunque rebus causis & negotijs*, &c. recipiunt restrictionem à iure in causis super quib. licita est transactio seu compositio, quia † generalitas ista verborum non trahitur ad casus prohibitos. l. si procurator. ff. de cond. indeb. vbi Iason l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. gloss. in c. dilecto. in gl. ij. vbi Imol. extra, de præb. Alexand. consi. xxxij. in ij. volumi. cum similib. sed † transigere in causis criminalibus de iure canonico est prohibitum, quia eo iure non ingeritur pœna sanguinis, vt dicunt omnes in l. transigere. C. de transact. & est gloss. ij. q. ij. c. in omnibus. Roma. singulari. cccccclxxxj. non potest ergo talis clausula intelligi de transactione in causa criminali, in qua fuit nostra quæstio, sed de quibuscunque alijs causis, in quibus iure sit permissa. Et ideo transeo cum opinione suprascripti domini Ludouici Sylvestri, doctoris præstantissimi. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Generalis sententiæ ad acta relationis vis.*
2 *Hæredem ob inuentarium factum non grauari.*
3 *Quando testator legat rem hæredis dominium, non transit in legatarium.*
4 *Quod lex ait de hæredis, perinde ac sua posse quemlibet disponere, quomodo intelligatur.*
5 *Verbum diuidantur, tanquam verbum commune ad vniuersitatem bonorum refertur, ad institutionem ipsorum liberorum.*
6 *Verbum commune applicatum rei certæ, non trahitur ad institutionem.*
7 *Non licet mutare actionem, nisi refectis expensis.*
8 *Non est in facultate Patris assignare deteriora bona pro legitima.*
9 *Testamentum cum sit iuris publici, pacto priuatorum tolli non potest.*
10 *Sententia iudicis seu res iudicata pro veritate accipitur.*
11 *Primogenituræ & maioritatis discrimen.*
12 *Verbum quicunq; maior natu est, intell.*
13 *Ex præcedentibus declarantur sequentia.*
14 *Verba ordine successiuo nunquam subintelligi.*
15 *Proclamata conditionale ius habentibus & nascituris etiã præiudicare.*
16 *Immiscens se hæreditati Paternæ tanquam hæres, non potest venire contra testamentum, etiam quoad ea, quæ sunt vltra portionem suam.*
17 *Actio personalis non transit in singulares successores, sed in vniuersales tantum.*
18 *Verbum diuidantur, quod est commune adiunctum rei particulari, non importat institutionem.*
19 *Prætendentes ius ex fideicommisso conditionali, debent contradicere Cridis Cameræ, alias in perpetuum excludun tur per verba decreti.*

Consil. Andr. Alc.

20 *Cridæ omnibus non contradicentibus præiudicat iuxta earum formam siue natis, siue nascituris, quia si tollit tus quæsitum, quod est fortius, multò magis ius quærendum.*
21 *In feudis lapsus temporis excludit nascituros.*
22 *L. bene à Zenone non facilè limitan.*

IN ista causa, in qua aliàs ego consului, tam diffusè scriptũ est, & per me, & per alios doctores, vt minimè existimem esse operæpretium toties dicta repetere. Paucis igitur agam, & solum insistam in resolutione motiuorum quæ p præstantiss. Iudicem nuperrimè sunt exhibita. Et prima difficultas est circa valorem testamenti do. Bartholomæi Sicamelicæ. in qua D. Iudex disputat esse nullum. Ego autem consulendo dixi cõtrarium, nec nunc repero: Solum dico, quòd etiamsi dictum testamentum non valeret, tamen Com. Vldericus aduersans non potest obtinere: quia mortuo Sicamelica, successisset eius filia Margareta ab intestato, quæ deinde mortua est condito testamẽto, quo vocauit non solum Albertum filium, sed etiam eius filios legitimos masculos, &c. Quibus verbis Com. Barth. Scothus Alberti secundo genitus est vocatus, in cuius præiudicium non potuit Albertus constituere aliquam primogenituram, vt diffusiùs ostendi in consi. Rursus dico, quòd cũ Albertus in iudicio contradictorio obtinuerit cõtra matrem, quòd testamentum Sicamelicæ valeret, non potuit Albertus, nec eius hæredes nunc allegare hanc nullitatem, per tex. in l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j. vbi omnes not. Et licet Alexan. ad quem D. Iudex se remittit in cons. cxxiij. in j. volum. Conatus fuerit respondere huic argumento, tamen eius opinio non est vera, nec communiter approbata. Inquit ipse quòd text. in d. §. j. procedit, quando sententia esset iniusta, non autem quãdo esset nulla: in casu autẽ nostro tener, quòd sententia esset nulla: quia habet relationem ad processum, & in processu apparet non esse legitimè probatam dictam voluntatem. vnde succedit conclusio, quòd quoties iudex expresse habet relationẽ ad acta, & ex actis appareat error iudicis, sententia est ipso iure nulla, allegat multos concordantes. Ego autem dico quòd illa doct. procedit, quõties relatio est facta circa aliquid in specie, quod dicatur in actis contineri, & non reperiatur: secus † quando relatio est generalis: puta in casu nostro quo dictum est. *Quod tam per scripturam ipsius Sicamelicæ, quàm per alias probationes & legitima iudicia probatum est, &c.* tunc enim valet sententia, quia nõ apparet de expresso errore. & ita illa opin. reprobatur ibi in apostil. in impressione Lugdunensi, vbi allegatur Matthæus de Afflictis Decis. Neap. xxvnj. qui dicit, quòd ita cõsilium Neapolitanum iudicauit, tanquam ista sit verior & communior opinio, vt apparet ex concordantibus ibi allegatis, & per Fẽlin. c. inter cæteras. extra, de re iud. & quia sententia sit nulla propter errorem, intelligitur de errore qui oculo corporeo comprehendi possit, secundùm Inn. in c. P. & G. de off. dele. But. in c. ab excõmunicatio. extra, de rescr. Riminal. in l. j. in fin. C. de erro. calcu. Subijcit Alex. aliam responsionem, videlicet quòd com. Barth. cum fuerit hæres Alberti patris, non potest contrauenire eius testamẽto, etiam q, in eo disposuerit de re ad ipsum Barth. spectante, ex testamento Sicamelicæ, per l. cũm à matre. C. de rei vend. & l. si tibi homo. §. si fundus. ff. de leg. j. Respondeo, quòd Com. Barth. fuit † hęres

res cum beneficio inuentarij, vnde non potuit gra- A
uari, secundum not. in l. fin. §. in computatione. C.
de iur. delib. de quo alias diffusè fuit disputatum.
3 Præterea, † quando testator legat rem hæredis, do-
minium non transit in legatarium. l. si hęredis ser-
4 uus. ff. de leg. j. Et quod † lex ait de hæredis, perin-
de ac sua posse quemlibet disponere. §. nõ solum.
instit. de leg. intelligitur respectu personalis actio
nis, non autem de dominij translatione. d. l. si hæ-
redis. & tradunt omnes Mod. in l. j. ff. de leg. j. & in
l. si tibi homo. §. si fundus. eo. titul. Cùm ergo Al- B
bert. constituerit primogenituram in re Comitis
Barth. solum superest actio personalis contra hæ-
redes Barth. non autem realis contra istos partic-
ulares successores, qui datum habuerunt à Bar-
thol. l. j. §. si hæres percepto. ff. ad Trebel. l. fin. §. fi.
de contr. empt. Subijcit rursus Alexand. in d. con-
si. quòd d. testamentum Alber. non est nullum præ
teritionem: quia illa clausula, *Volo quòd omnia bona*
mea immobilia & mobilia æqualiter diuidantur inter ipsos fi-
5 *lios, seu eorum liberos.* nam secundum eum † verbum, C
diuidantur, tanquam verbum commune ad vniuer-
sitatem bonorum, refertur ad institutionem ipso-
rum liberorum vt l. quoties. cum gloss. C. fami. er-
cisc. vbi Bald. & Salic. & quæ habentur in l. his ver
bis. in princ. de hæred. instit. Quod dictum non
est verum, & rectè reprobatur à Domino Carolo,
ibi in apostil. per ea quæ notat ipsemet Alexand.
consil. lxx. in ij. cui addo, quod illa verba, *omnia bo-*
na mea mobilia, & immobilia non comprehendunt iu-
ra, & actiones, & ideo dicitur relictum rei certè, se- D
cundum Barto. in l. Centurio. ff. de vulg. quem ibi
6 sequuntur doctores, verbum † autem commune,
sicut est verbum *diuidantur*, applicatum rei certè, nõ
trahitur ad institutionem l. cogi. §. & generaliter.
vbi not. ff. ad Treb. §. aliud. & §. cæteræ. in auth. vt
cum de app. cogn. l. Lucius. §. filiam. de leg. ij. &
per Bartol. in d. l. Centurio. in iiij. par. principali.
Bal. d. l. quoties. Et si dicatur, quid hoc refert, cùm
omninò sustineatur primogenitura ex clausula co
dicillari, secundùm Doctor. in auth. ex causa. C. de E
lib. præte. & Alexan. in d. consi. Respondeo, quòd
plurimum refert, saltem in modo agendi, quia Co.
Vldericus & eius antecessores, non petierũt fidei-
commissum de manu hæredis, sed intentarunt iu-
ra directa. vnde non possunt obtinere ex fideicom
7 misso, nisi mutata actione. l. fin. C. de iure codic. †
nec possunt mutare actionem, nisi resarcitis expẽ-
sis. l. edita. C. de eden. vbi Doct. Et sic com. Vlde-
ricus qui petit expensas, tenetur ipse eas aduersa-
rijs soluere. Item plurimum refert, propter de- F
ductionem legitimæ, quam possunt isti deducere su-
8 per bonis Sarmati: quia † non est in facultate pa-
tris assignare deteriora bona pro legitima, vt di-
cunt omnes in l. in quartam. ff. ad l. Falci. & etiam
multum refert propter prohibitionem deductio-
nis quartæ Trebellianicę, quòd in testamento fie-
ri potest. authen. sed cum testator. C. ad l. Falcid. in
codicillis non potest, secundum Bald. consi. cccc-
lxxiiij. in ij. glo. l. qui filio. §. j. ff. de hæred. institut.
verb. neque liberis. in fin. dixi in l. licet. C. de pact. G
vnde deducenda esset dimidia castri Sarmati. pro-
pter legitimam & Trebel. & aliàs dixi. Et ex ijs ap
paret quod consilium illud Alexan. est satis erro-
neum, & non mererętur dici cõsilium, sed simplex
allegatio facta in fauorem partis. Nec multum me
mouet ratio, quæ in motiuo adducitur, videlicet
quòd approbatio testamenti non potuit fieri in al
9 terius præiudicium, † cum testamentum sit iuris
publici, quod pacto priuatorum tolli non potest.

l. iij. ff. de testam. l. ius publicum. ff. de pact. & per
Dec. consi. cccclxxxviij. nu. xviij. & cccclxxxxiij.
Respondeo, esto quòd istud sit verum, tamẽ † sen- 10
tentia iudicis, seu res iudicata pro veritate accipi-
tur. l. j. ff. de re iud. l. ingenuum. ff. de stat. hom. vn-
de sententiæ pro Alberto latę, quòd testamentum
Sicamelicę valeat, non possunt ab ipso allegari in-
iustæ. d. l. si seruus plurium. §. j. de leg. j. l. debitor.
§. fi. ff. ad Treb. & sicut Alber. eas sententias à se ap
probatas & executioni missas improbare ampli-
non posset: ita nec Com. Vldericus habẽs causam
ab eo. l. si superatus cum ibi not. ff. de pign. Secun-
da difficultas principalis est, an verba testamenti
faciant in fauorẽ secundo geniti, seu Comitis Bar.
& iudicio meo, res est adeò clara, pro Comite Bar.
& consequenter pro habentibus causam ab eo, vt
non mereatur refricari non dubium. Siquidem
magna est † differentia, an quis constituat primo- 11
genituram in testamẽto suo, an verò maioritatem
in primogenitura. Nam filius primogeniti exclu-
dit patruum, secundum magis communem opin.
de qua per Iaf. in l. is potest. de acq. hæred. In ma-
ioritate verò attenditur tẽpus de quo dies fideicõ
missi cedit, vt qui tunc sit maior natu succedat, &
tali casu plerunq; contingit, quòd patruus exclu-
dit nepotem, vt per Alex. consil. iiij. lib. iiij. Anch.
consil. lxxxij. Dec. cccxxxxiij. in fi. Soci. lxxxvij.
in ij. & dixit lib. parergon. viij. c. xv. Dico autem
in casu nostro à Sicamelica institutam fuisse maio
ritatem, sicut vt vulgo Hispani vocant maioragiũ,
non autem primogenituram, quia verba testamen D
ti dicunt, *Quod Albertus, & quicunq; maior filius masculus*
nasciturus ex eo, & quicunq; maior natu reperietur inter libe-
ros suos ex eo descendentes habeat castrum Sarmati ratio.
Quibus verbis apparet ius deuolui illi, qui sit ma-
ior natu, nõ autem ei qui sit minor natu, quamuis
filius primogeniti: alioquin in dicto testamento i-
stud esset interpretari album pro nigro. & cum te-
stator vocauerit maiorem natu, & excluserit mino
rem fieret interpretatio, quod minor excluderet
maiorem natu, contra expressa verba testamenti, E
quæ repetita sunt quinquies à testatore, cùm nul-
lum vnquam verbũ fecerit de primogenitura. Nec
obstant coniecturæ quę accuratè & diligenter fue
runt collectę p primogenitura, quia iudicio meo,
sunt valde leues & friuolæ, & potius probant to-
tum † contrarium. Primò dum dicitur, quod illa 12
verba, *Et quicunque maior natu reperietur inter liberos suos*,
intelligenda sunt de filijs primogenitis ipsius Al-
bert. & non de filijs Alberti. Respondeo, si hoc est
verum, excluditur Com. Vldericus, quia ex liberis F
primogeniti sunt superstites alij maiores natu. q
fit com. Vldericus. Item respondeo, quòd talis in-
terpretatio caret ratione. cur enim testator inter li
beros primogeniti cõstituit maioritatem potius,
quàm inter liberos Alberti. Certè non est verisimi
le, quòd voluerit inducere hanc differentiam inter
ipsos gradus, vt in filijs primi gradus negligeret
maioritatem, in alijs verò iuberet obseruari. Præ-
terea dico, quòd illud relatiuum reciprocum, *inter*
liberos suos, potiùs debet referri ad Albertum nomi G
natim expressum, & sibi proximiorem, quàm ad
primogenitum ipsius, per ea quæ not. Bart. in l. cũ
in testamento, de aur. & arg. leg. Aret. consi. clxvj.
Alex. xxiij. in iij. Et hoc suadetur ex clausula præ-
cedenti. *Quod quicunque maior filius nasciturus ex eo*
Alberto, quæ verba propriè comprehendunt ipsum
Bartol. qui mortuo fratre effectus est maior natu
quàm esset Com. Iacob. vnde † ex præcedenti- 13
bus declarantur sequentia. l. si seruus plurium §.
fin.

BIU Cujas

fin. de leg. j. Secundo non obst. dum dicitur, quòd sicut testator prætulit Albertum primogenitum Petro, eadem ratione voluit præferre Iacobum primogenitum Franc. & si testator fuisset de hoc interrogatus, &c. Respondeo testator prætulit Alber. non quia primogenitus, cùm de ista primogenitura nullum verbum sit in testamento, Sed quia maior natu, vt in testamento dicitur. quæ verba verificantur in Bartol. respectu Iacobi. Tertiò non obstat, quòd dicta verba debeant intelligi ordine successiuo, vt dicunt Doctor. in l. Gallus. §. j. ff. de
24 lib. & posth. Respondeo, dicta verba † ordine successiuo nunquam subintelliguntur, nisi expressa sint à testatore. & hoc dicunt Doctor. in d. §. j. vbi substitutio, *Filium & nepotem substituo.* est duntaxat
25 vulgaris, vt est ibi text. Et tamen si † dictum esset, *Filium & nepotem, ordine successiuo substituo*, esset fideicommissaria. per Dec. consil. ccccxxxj. Et quamuis aperta esset talis dictio in casu nostro vt ordine successiuo succedant maiores liberi natu: non tamen ius deuoluitur ad Com. Vldericum, cùm ex descendentibus Alberti sint alij maiores natu, vt suprà dixi. Quartò non obst. quòd omnes filij Alberti sint positi ad exclusionem Petri substituti, secundum gloss. in l. Lucius. secunda, de hæred. institu. ergo eadem ratione descendentes omnes Franc. excludunt Barthol. Respondeo, ista consequentia non est parisina, & ex diuersis non infertur, & verba substitutionis simpliciter vocant maiorem natu. Et sic Barthol. vel quemlibet alium ex descendentibus maiorem natu quàm sit Com. Vldericus. Quintò non obst. quod testator videatur voluisse, vt durante vna linea, seu descendentia masculina, semper maneat apud eam: qua deficiente transeat ad sequentem, & non priùs. Respondeo, istud est de quo disputamus, & nullum verbum est in testamento de ista linea: sed simpliciter, quòd qui reperietur maior natu succedat. & ideo non est quærendus nodus in scirpo, nec facienda interpretatio aduersus verba testati, vt minor natu, quia sit ex linea primogeniti, excludat maiorem natu, vt suprà dixi. Deueniendò nunc ad testamentum Com. Alberti, dicitur quod est nullum præteritione nepotum: quia illa verba, *Omnia bona mea mobilia, & immobilia diuidãtur, &c.* non important institutionem, vt suprà dixi, reprobata opinione Alexandri non repeto. Nec obst. quod Bartholo. tanquam he
26 redes se † immiscuit hæreditati paternæ, vnde no potuit ipse, nec alius venire contra testamentum, etiam quoad ea quæ sunt vltra portionem suam, per tex. in l. fideicommissaria. §. seruum peculij. ff. de fideicommiss. libert. & quæ per illum text. not. Bartol. in l. si tibi homo. §. si fundus. ff. de lega. & fideicommiss. j. Respondeo, argumentum procedit vbi subest error testatoris, qui credidit rem esse suam, cùm esset vnus ex hæredibus, non videtur grauasse alios ad redimendum. sed in casu nostro nullus est error Alberti, qui optimè sciebat Castrum pertinere ad Bartholomæum tanquam maiorem natu, ex testamento Sicamelicæ, cuius habebat testator notitiam. cum diu litigauisset & obtinuisset iuxta illud testamentum, & excluisset matrem, & fratrem vigore dicti testamenti. vnde non est eius probabilis ignorantia. l. non est ferendus. ff. de transact. per Bartol. in l. qui Romę. §. duo fratres. quæst. ij. ff. de verb. obligat. Præterea Bartol. & Doctor. in d. §. si fundus loquuntur respectu personalis actionis; non autem respectu vendicationis, vt ibi expresse not. Bartol. & cæteri, nos au
27 tem non multum curamus de ista † actione personali, quæ non transit in singulares successores: sed in vniuersales tantum d. l. j. §. si hæres percepto. ff. ad senatusc. Trebel. Vnde hæc oppositio posset fieri hæredibus Bartholomæi de quibus nos non curamus. Denique & illud posset dici, quòd contraria opinio sit verior, prout ibi affirmat Iaco. de Put. Lancel. Decius Petr. de Besut. & nouissime Iason, & ego arbitror in casu nostro esse veram nec obstare communem conclusionem, quæ fundatur in d. §. seruum peculij. vbi tractaretur de re modica, quę in nihilo conditionem heredis grauati deteriorat: vnde non videtur trahenda ad casum nostrum vt Com. Bartholomæus obligauerit Castrũ Sarmati, in quo maxima pars totius hæreditatis consistebat. Certè hoc non est verisimile, nec communis opin. trahenda est ad hunc casum, adeò inquum: præsertim stante inuentario. Nec obst. quòd imo dicti nepotes non videantur præteriti, sed potius vocati, secundum ordinem charitatis, & necessitatis. d. l. Gallus. §. j. Respondeo argumetum procederet, si testator vsus esset verbo ciuili, per quod defertur hæreditas: sed in casu nostro, vsus est † verbo communi, *diuidantur*, quod adiectum rei 28
particulari non importat institutionem, vt suprà dixi. vbi etiam respondi ad clausulam codicillarem, non repeto. Nec obstant, quæ adducuntur contra confiscationem, tanquam ea bona non potuerint confiscari secundum Alexand. consi. xxiij. in j. cum similibus. Nec cridæ nocere Comiti Vldericò, qui forte tunc mandatum erat natus. l. j. in fin. C. de annal. except. Decius consi. ccccl xviij. ad fin. Respondeo, ista constitutio primogenituræ nihil aliud est, quam fideicommissum conditionale, & prendentes † ius ex fideicomisso condi 29
tionali debent contradicere cridis cameræ, aliàs in perpetuum excluduntur propter verba decreti, vt tradidit Iason post Raph. Com. & Besut. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verbor. oblig. & ita seruat practica: in cridis cameræ scit hoc dominus Iudex, nec opus est Mineruam docere. Et præiudicant † cridæ omnibus non 30
contradicentibus, iuxta formam earum, siue natis, siue nascituris: quia si tollunt ius quæsitum, quod est fortius, multò magis ius quærendum. c. fin. de concess. præb. in vj. & habetur in l. j. C. de pact. Et quia ista propriè non est præscriptio, sed potius priuatio facta à lege, quæ præiudicat etiam nascituris, hinc videmus † in feudis, in quibus la- 31
psu temporis excludit etiam nascituros. c. j. in fin. si de inuest. int. domi. per Curt. Sen. consi. penult. Et quia iste excluditur non solùm ex cridis, sed etiam ex sententia lata super cridis, in qua sententia, vt præiudicet omnibus, satis est excludi primum, quia eo excluso, cæteri substituti, seu nati, seu nascituri excluduntur. l. ex contractu. ff. de re iudic. & sufficit citatio per cridas, secundum l. si eo tempore. C. de remiss. pign. & quod not. Alex. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. in fin. & in l. sæpè in vij. requisito. ff. de re iudic. Socin. consil. cclxxxij. & seq. per Moder. in l. filius fam. §. Diui. de legat. & fideicomm. primo. vbi Crotus. Non obstat, quòd quamuis Com. Barto. habuerit datum a fisco, tamen non debeat † posse vti beneficio. l. be- 32
be à Zenone. C. de quadr. præscript. quia non videtur illi legi esse locus, quando fiscus non vendit rem tanquam suam simpliciter, sed ex certa causa, secundùm Socin. consil. xxxxvj. numer. xix. in iiij. per text. in l. j. C. de hæred. vel act. vend. Respondeo, illi Moderni ponunt multas limitationes ad text. in d. l. bene à Zenone, quæ sunt manifestè

contra illum text. & ideo non est facile recedendum à regula illius tex. gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & quantum sit ad suprascriptam limitationem Socini, non potest aliquo modo defendi, & est contra doctrinam Bar. Bald. & aliorum ibi, nisi intelligatur in terminis illius text. d. l. j. quãdo fiscus vendit hæreditatem: quia hæreditas est nomen vniuersitatis continens credita, & debita, & videtur fiscus agere quòd emptor soluat illa debita, & non currat præscriptio: sed in casu nostro venditio est facta de bonis deducto ære alieno, q̃ fiscus ipse soluit, vt apparet ex sententia in causa proclamationum lata, vnde propriè militat adhuc dispositio d. l. bene à Zenone, generaliter loquitur, & derogat alijs præscriptionibus requirentibus trigin. annos. l. fin. §. penul. C. com. de leg. Et per hæc videntur sublata ea, quę in motiuis deducta fuêre.

CONSIL. CXXXIX. SVMMÆ.

1 *Pluralitas actuum, non præsumitur in actibus hominum.*
2 *Facta non præsumitur, nisi quatenus probentur.*
3 *In his quæ possunt esse vnum, nunquam pluralitas præsumitur.*
4 *A mente Testatoris non videtur recedẽdum, præsertim per legatarium habentem causam ab eo.*
5 *Datio insolutum cum precario non liberat.*
6 *Ex actu nullo voluntas & mens Testatoris declaratur.*
7 *Testator legãs plures petias terrarum cũ conditione, quod legatarius non posit petere talem summam pecuniam, apparet tale legatum esse modale.*
8 *Modum implendum, aut cautionem præstari.*
9 *Compensatum amplius non peti.*
10 *Vnicus testis tantum contradicens, facit fidem instrumenti vacillare.*
11 *Instrumentum falsum in vno, censetur falsum in omnibus, quia deficit fides, quæ est induuidua.*
12 *Cassato Principali, intelliguntur cassata omnia alia capitula.*
13 *Testis sibi contrarius, repelli debet officio iudicis.*
14 *In iudicio spoliatorio agenti obstat exceptio proprietatis.*
15 *Possessio solo, animo perditur.*

PRO resolutione presentis difficultatis vertentis inter hæredem nobilis Rasetj, & nobilem Brancatium, breuiter agendo firmanda est ista cõclusio, quod cum Rasetus in instrumento dationis in solutum attestetur se debitorem Brancatij, occasione mutui ducẽtorum scutorum, & in testamento fecerit legata Brancatio de quibusdam bonis immobilibus, cum hac cõditione, ne possit petere summam ducentorum scutorum, nec alias pecunias famulo suo mutuatas, q̃ præsumitur esse vna, & eadem summa, & sic sufficit vna solutio, non autem quòd bis fuerit summa dictorum ducentorum scutorum mutuata. Istud probatur per reg. quæ habet, quòd † pluralitas actuum nõ præsumitur in actionibus hominum. c. in præsentia. vbi Mod. in nono not. extra, de prob. l. omnium. C. de testamentis. Et ratio est, quia † facta non præsumuntur nisi quatenus probentur. c. cum in iure. de off. deleg. vnde dixit Iacob. Butrig. in l. ij. C. de erro. aduoca. quem refert, & sequitur Bal. in l. edita. C. de edend. quòd † in his quæ possunt esse vnum nunquam pluralitas præsumitur. Et ista regula procedit etiamsi aliàs quis incideret in periurium, per text. in l. fin. C. de reb. cred. vnde etiam in testibus deponentibus de eadem summa, semper præsumitur identitas actus, dato quòd in aliquibus differrent, secundum Io. And. Dom. & alios in c. j. de arb. lib. vj. Ioan. de Imo. in l. inter partes. ff. de re iud. Nec obst. si in casu nostro diceretur, quòd imo sit factum duplex mutuum, probẽturque hoc argumẽto, quia ex instrumento dationis in solutum, apparet primam obligationem esse extinctam: vnde cum testator deinde in testamẽto confiteatur se teneri in ducentis aureis, necessariò videretur dicendũ, de alia summa intelligi debere. Nam respondeo, quòd manifesta mens testatoris est in contrarium, à qua † recedendum non videtur, maximè per legatarium habẽtem causam ab eo. l. ab eo. C. de fideicommiss. & quæ habentur per Bart. l. superatus. ff. de pig. in l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iud. Ad contrarium respondetur, quòd imo prior obligatio nõ erat extincta, ex quo post donationem insolutum, iste debitor realem possessionem non tradiderat. Et dato quòd constituisset † se precario nomine possidere, tamen adhuc non erat liberatus à primo contractu, & ab actione ex mutuo. secundum gloss. in l. Iulianus. §. ex vendito. in verbo, precaria. ff. de act. empt. Cin. in l. ij. in vlt. q. C. quando liceat ab empt. disc. & est communis conclusio, vt per Bald. Ang. Iaso. in l. ab empt. ff. de pact. Et quod testator non habuerit respectu ad illam donationem insolutum, ex eo manifestè apparet, quòd vnam ex petijs terrę iam datam in solutum huic creditori legauit, & licet tale legatum quoad illam petiã, respectu dominij non valeret, §. sed si rem. instit. de leg. ex tali actu † nullo declaratur, tamen voluntas testatoris. l. si de rebus eorum. His sic præsuppositis, cum † testator legauerit multas petias terræ, cum hac conditione, quòd legatarius non posset petere dictam summam pecunias apparet tale legatum esse modale. l. Mæuia. ff. de man. test. l. ij. in fi. ff. de don. per Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. dem. vnde † non est dubium, quòd legatarius tenetur adimplere modum, & sic non petere, imo casu quo accepisset possessionem bonorum in solutum datorum potuisset cogi ad cauendum de illis restituendis. l. si tibi. ff. de leg. iij. & habetur in d. §. Termilius. Et ex hoc consequens est, quod cùm Brancatius acceptauerit † legatum expresse sibi factum. animo compensandi, non potest amplius illi debitum petere: quia obstat sibi exceptio compensationis. l. si compensandi. C. de hæred. instit. l. si creditori. ff. de leg. ij. per d. Alexand. in consil. cxxij. viso instrumento. volum. ij. facit quod egregiè consuluit Pau. de Cast. consi. clxxxxiij. super isto puncto occurrunt. in ij. volum. in nouissimis, vbi in legato facto per maritum vxori, ea cõditione ne posset petere aliquid aliud, consuluit, quòd mulier illud acceptans non potest petere bona sibi per supposititiam personam sororis marito donata, dato quod dominium, & fortè etiam possessio ciuilis iam essent in vxorem translata, videtur enim testator adhuc de eis disposuisse, & noluisse peti tanquàm de suis, ex quo eis vtebatur & fruebatur tãquam suis, nec erat omninò falsum, quod iuuabatur primordio veritatis. l. cùm filius. §. hæres meus. ff. de leg. ij. ita ibi Paul. quæ decisio quadrat in casu nostro: quia dato, quod per dationem in solutum esset translatum dominium & possessio: tamen quia adhuc testator non tradiderat realiter, non videtur voluisse dicta bona peti: sed locũ esse compensationi, confirmãtur prædicta alia ratione, videtur enim testator motus ad tale legatũ

propter

propter hãc causam, vt videlicet soluere debitum dictæ pecuniæ: vnde si debitum non suberat quia fuisset solutum, legatum deficit, ꝓpter falsam causam. l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & dem. l. j. C. de falsa cau. adiect. leg. & quod not. Bar. in l. demõstratio. §. quõd autem. de cond. & dem. vnde non debet iste vtrumque habere, sed potius restituere legatum, prior tamen ratio magis me mouet. Circa possessorium petiæ, de qua agitur. dico potiorem esse causam ipsius hæredis, non obstant duo instrumenta quæ in præsenti casu adducuntur, qã quoad primum instrumentum appræhensionis possessionis sub die decima Nouemb. 1525. dicitur esse falsum. Cùm testes in instrumento descripti dicant appræhẽsionem factam fuisse post mortem testatoris: cum tamẽ à tempore compræhenso in instrumento superuixerit testator per multos dies, vnde procul dubio fides instrumenti vacillat: quia † vnicus testis tamen contradicens, facit fidẽ instrumenti vacillare, vt declarat Bart. & sequuntur Doctor. in l. j. §. si quis neget. per illum text. ff. quemad. testam. aper. Sal. in l. in exercendis. C. de fide instr. Fel. in c. cum Ioan. extra, de fide instr. Et † instrumentum falsum in vno, censetur falsum in omnibus: quia deficit fides, quę est indiuidua. can. pura & simplex. iij. q. ix. & est communis opinio, vt per Mod. in c. fraternitatis. extra, de hæret. & in l. si ex falsis. C. de transact. Non obst. aliud instrumentum dationis in solutum, in quo adest clausula constituti: quia per acceptationem legati iure compensationis censetur renuntiatum d. instr. d. l. si compensandi. C. de hære. inst. & suprà vidimꝰ, vnde cum sit renuntiatum instrumento deficit cõstitutum, & omnis eius virtus. Quia † cassato principali, intelliguntur cessata omnia alia capitula, secundùm Bald. in c. ij. de feud. dat. in vic. leg. com. per Ias. in l. ex testamento. C. de fideicom. in l. j. §. si vir. ff. de acquir. poss. imò per clausulam precarij, & illo instrumento apparet, quod hæres possidet naturaliter, & sola ciuilis fuit translata in creditorem. l. & habet. §. eum qui precario. ff. de prec. & Ias. in d. l. ab emptione. vnde acceptando legatum, non potest Brancatius reuocare precarium. Sed censetur renuntiare illi instrumento: quia aliàs fuisset sibi ipsi contrarius, ex quo sequitur notabilis doct. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirẽ. poss. vbi in iiij. membro concludit, quòd quando prohibetur concursus ratione contrarietatis, etiam dato quod pars non opponeret, debet iudex † ex officio repellere hunc sibi ipsi contrariantem. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. scripturę. C. de fide instrumen. cum sim. & sicut † in iudicio spoliatorio, agenti obstat exceptio propriæ renuntiationis. c. solicitè. cum seq. extra, de restitut. spol. ita in isto possessorio retinendæ debet obstare renuntiatio, quàm iste fecit acceptando legatum, maximè cum † faciliter possessioni renuntietur, quia solo animo perditur. l. licet, C. de acquir. poss. l. si quis vi. §. differẽtia. ff. eo. tit. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

A B C D E F G

CONSIL. CXL. SVMMÆ.

1 *Ad subsidia extraordinaria quæ propter necessitatem belli imponuntur, tenetur quicunque priuilegiati: & exempli etiam per priuilegia immunitatis, quibuscunq; verbis etiam ampliſſimis concessa, & quia.*

2 *Onera non sunt extendenda.*

3 *Inducta in fauorem non debent conuerti modium.*

Consil. Andr. Alc.

QVONIAM causa vertitur coram cõsummatissimo Iurisconsulto, paucis attingã ea, quæ videntur mihi magis substantialia in causa communitatis castri noui. Et videretur prima fronte illos, qui proponuntur homines: teneri ad ista subsidia extraordinaria additionis salis & similia, quæ † imponuntur propter necessitatem belli: quia etiamsi haberent priuilegia immunitatis, quibuscũq; verbis etiam amplissimis, concessa tamen tali tempore propter necessitates bellicas cessarent, nec essent obseruãda. ne scilicet impugnetur vtilitas publica: & quia non videtur cogitatum de tali casu. l. j. C. vt nem. lic. ab empt. lib. x. & fuit opin. Din. cum qua transeũt magis communiter Doct. in l. si ex toto. ff. de leg. j. vbi Ias. allegat multas similes decisiones. Fortius in casu nostro hoc videtur dicendum: quia si diligentes inspiciunt verba conuentionis factæ cum † Duce Borsio, & deinde literarum impetratarum à Duce Io. Galeacio non videtur compræhendi ista onera ex causa belli imposita: quia loquuntur de datijs, & angarijs aliàs imponi solitis, vnde dicta concessio non est extendenda, nec vltra vim verborũ ampliandа. l. j. in fin. ff. de iur. immu. Sed ijs non obstantibus contrarium in casu nostro est dicẽdum, ea potissimum ratione, quia cum isti conuenerint cum principe pro certa summa annua adiecta lege, ne quid vltra ab eis exigi possit seruanda est illis conuentio, & ligatur etiam princeps tali cõtractu secundùm not. in c. j. de probat. & l. j. C. de ijs, qui à prin. vac. & not. in l. vacuatis. C. de decur. lib. x. cum concord. per Alber. Bru. consil. xij. Secundò facit, quod not. Ioan. Blan. in summa feudali in ij. parte. vbi si vasallus, vel subditus conuenit cum domino à principio, quid sit soluendum satis est canonem consuetum soluere. argu. l. j. C. de coll. fund. lib. xj. l. operas. ff. de oper. lib. & in authen. vt nulli iud. §. j. collat. ix. si verò non conuenit tunc aut agitur pro defensione patrię, & tenetur, &c. & sic loquitur in graui periculo de defensione patriæ, & tamen concludit vasallum non teneri vltra quàm conuenerit, ex quo satis est quòd soluat pecuniam conuentam. Tertiò facit, quia Camera ducalis successit in locum Ducis Borsij, cum quo facta fuit conuentio. vnde tenetur seruare dictam conuentionem. l. qui in ius alterius. de reg. iur. adeò quod non potest dictos homines vltra aggrauare, quàm feciſſet auctor suus Dux Borsius. in cuius locum successit. l. si constante. §. si. solut. matr. l. cum fisco. ff. ad Syllan. l. dicitur ex asse. vbi Bart. ff. de iur. fisc. clarum autem est, quod propter istud bellum Dux Ferrariæ neminem angariat: quia secum non geritur: ergo, &c. Quartò facit, quia (vt est in literis: Ducis Ioan. Galeacij) illa conuentio pro tempore præterito fuit vtilior Cameræ ducali, quàm si soluissent vnà cum cæteris vicinis eodẽ modo quo illi. vnde debet Camera compensare vtilitatem temporis præteriti pacifici, cum detrimento temporis præsentis tumultuosi. l. secundũ naturam. ff. de reg. iur. Quintò facit, quia nisi ita diceremus, sequeretur quòd illa conuentio, quæ fuit facta per Ducem Borsium † in fauorem dictæ communitatis, verteretur eis in grauamen, & damnum, quod est inconueniens. l. quod fauore. C. de legibus. cum similib. & beneficium principis inciperet esse onerosum, quòd non est ferendum. l. pen. ff. de constit. prin. Sextò, & vltimò iniquum est, quòd camera approbet conuentionem quoad exactionem duorum millium ducatorum: quo verò ad relaxationem cæterorum onerum extraor-

dinariorum non approbet: quia debet conuentio, aut in totum approbari, aut in totum reijci, vt est text. in l. contra iuris. §. fin. vbi Ang. & Ias. in v. nor. ff. de pacti. l. Pomponius. §. cũ quis. ff. de acq. poss. l. Caius. ff. de manumiss. eum ergò communitas offerat circunscripta conuentione de subeundis oneribus more vicinorum procul dubio esset maxima iniquitas, aliter eam cogere ad ista extraordinaria. Non obstat, in contrarium allegata, & in primis, quod priuilegium immunitatis non extendatur ad tempus belli. respondeo secundum suprascripta, verum est in priuilegio, non in conuentione, secundum Ioan. Blan. in summa in loco præallegato. Item suprascripta conclusio limitatur in casibus suprascriptis per fundamenta, quæ pro communitate adduxi. Nec obst. quòd in dicta conuentione non videantur liberati dicti homines ab istis oneribus extraordinarijs: quia imò cõtrarium est verius: *ex quo promittit nulla non imponere grauamina aliqua vel impositiones, & infrà promittit nullam nouitatem attentare, vel attentari facere*, quibus verbis satis comprehenduntur huiusmodi noua grauamina. l. j. C. de superind. lib. x. & in auth. de colla. in prin. & de se patet. Et hęc omnia saluo semp saniore iudicio.

CONSIL. CXLI. SVMMÆ.

1. *Per licentiam alienandi diuisioni adiectam fideicommisso, non renuntiari.*
2. *Hæres repræsentat personam Testatoris.*
3. *Res quando est alienata, & præstari non potest in subsidium, agitur ad pretium.*
4. *Clausula permissiua alienationis ad eam alienationem trahitur, quæ per hæredis institutionem fit.*
5. *Renuntiationem vnius alijs non nocere.*
6. *Cum Pater renuntiauerit fideicommisso, & aduersus voluntatem Testatoris dederit facultatem alienandi, erũt admittendi ad fideicommissum filij, tanquam vocati in casu, quo priores in gradu contra faciant.*
7. *L. filius fam. §. cùm Pater de leg. j. declar.*
8. *Prohibita alienatione, non censetur prohibita successio, seu hæredis institutio.*
9. *Dictio totaliter quid denotet.*

EXPENSO subtili argumẽto, quo d. Reuisor innititur: licet superflua videri possit quælibet noua responsio, cum accuratè & diligenter per præstantissimos aduocatos fuerit responsum, tamen vt satisfaciam desiderio partis, non grauabor pauca adducere, quæ rem faciant clarissimam. Et in primis, dum adducitur doctrina Bart. in l. qui Romę. §. duo fratres. q. viij. de verb. oblig. qua censuit ille renuntiatum videri fideicommisso, † per licentiam alienandi in diuisione positam, si tamẽ alienatio fit secuta. Cui doctrinæ responsum est duobus modis. Primò, quod Bart. loquitur, quando alienatio est secuta titulo particulari, secùs si titulo vniuersali, per institutionem hæredis, sicut enim si res remanisset penes ipsum diuidentem, ius fideicommissi saluum esset, vt vult Bart. & omnes sequuntur, ita si remanet penes hæredem, qui repræsentat personam testatoris, & qui eiusdem iuris est, cuius defunctus, vt in fortiori casu dixit gloss. in l. peto. §. prędium. in fi. de leg. ij. & est vulgaris regula, quod † hæres repræsentat personam testatoris. §. j. in auth. de iureiu. à morien. præst. & facit, quia Bart. probat opinionem suam exemplo creditoris qui remittit pignus, dum allegat text. in l. sicut. §. superuacuum. & §. pen. & tamen in pignore distinguimus, vt si alienatio titulo particulari facta sit remissio habeat locum, si verò debitor moriendo transmiserit in hæredem, secùs sit, vt hæres perinde teneatur atque principalis. l. sicut. §. si debitore. l. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. confirmatur hæc sententia, illa quoque ratione, quòd omnes fatentur in subsidium fideicommissario actionem ad pretium dari, † quia res est alienata: ideoque præstari non potest. l. non dubium. §. fin. de leg. iij. vnde in subsidium ad pretium agitur. l. si fundum per fid. de leg. j. & argum. l. fin. de leg. ij. ergò si penes hætedem sit frustrà, ad subsidiarium remediũ recurremus, sed rem ipsam petemus. Nec obst. q. Alexand. clxxxix. volum. ij. dicit quod † clausula permissiua alienationis, etiam ad eam alienationem trahitur, quæ per hæredis institutionem fit: quia Alex. in casu suo rectè loquitur, quãdo hæres ipse in alium transtulisset: perinde enim est ac si testator alienasset, & ita ipse loquitur: tunc enim res ab hærede peti non potest: cùm eam non habeat, secùs in casu nostro, in quo hæres eam habet, & ideò non ad pretium, sed ad rem conuenitur. Secũdò † responsum fuit, quod posito, quòd per talem clausulam, secuta alienatione, censeatur per diuidentes renuntiatum fideicommisso: istud est verum respectu ipsorum diuidentium, non autem aliorum qui proximi sunt in gradu: imò talis renuntiatio prioris in gradu facit locum sequenti. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. ij. lij. §. vbi autem. C. de caducis tol. cùm ergo † pater renuntiauerit fideicommisso, etiam aduersus voluntatem testatoris dederit facultatem alienandi, erunt admittendi ad fideicommissum filij tanquam vocati, in casu quo priores in gradu contrafaciant. l. codicillis. v. instituto. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. de lega. iij. admittenturque statim facta alienatione, quia tunc dicitur euenisse conditio fideicommissi. d. §. instituto. vbi doct. Nec obstat † text. in l. filius famil. §. cum pater. de leg. j. vbi si pater prohibitus alienare, extra familiam contraueniat, non tamen admittuntur statim eius filij: qui in potestate sint, sed duntaxat emancipati. Respõdeo quòd illud procedit iure veteri, quò omnia quæsita per filium in potestate, quærebantur patri; & ideo lex noluit, vt pater qui contrafecerat, neque per indirectum haberet: hodie verò cum filius sit capax aduentitiorum, non procedit ille text. Sed statim filio facienda est restitutio, vt declarat ibi Raphael Comen. qui se remisit ad l. cum filio. de leg. j. vbi doctores idem tenent, & idem etiam firmat clarè Iacobus de Puteo in d. §. cum pater. in vltimo notabili vbi subijcit, quòd tali casu non debebitur patri neque vsusfructus: quia contrà faciens testamento, perdit omne commodum, & ideò desinit pater esse legitimus administrator, & filius incontinenti habet rem pleno iure. allegat text. in d. §. libertis. & text. in l. fin. §. filij autem. C. de bon. quæ libe. & certè illa opinio Putei est clarissima, & iudicio meo, indubitata. Nec obstat, si diceretur, non esse contrafactum testamento: quia † prohibita alienatione, non censetur prohibita successio, seu hæredis institutio. l. cum pater. §. cum inter. de leg. ij. & extant infinita consilia Modernorum. Respõdeo, hoc est verum in simplici prohibitione alienationis: secùs quando adiecta est clausula, *volo quòd totaliter bona remaneant, &c.* talis enim clausula ampliat prohibitionem, & inducit fideicommissum absolutum, vt aliàs dixi; & tradit Socin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verb. oblig. & consil. eccj. & alibi sæpè quod maximè dicendum est in casu nostro

9 stro propter † dictionem totaliter, quæ est valdè generalis: prout in simili dictione dixit Aretin. in l. Pantonius. §. j. de acquir. hæred. & Cardinalis consil. cxxxvi. & facit glo. in l. quidam testamento. §. j. de fid. lib. & ita tenet Ioannes Crotus in rep. l. filius famil. §. ditti. q. vij. de lega. j. & facit quòd antè eum tenuit Iason ibi, in ij. lect. vbi reprobat quoddam consilium Ange. & Alex. & idem etiam tenet Carolus Ruinus ibi, & est verisima opinio, & vidi quandoque secundùm eam iudicari, in veneranda nostro collegio, in causa cuiusdam consanguinei domini Hieronymi de Seregnio: nec puto hac in re probabilem subesse dubitationem. Et ex his † colluntur omnes difficultates per præstantissimũ dominum iudicem adductæ.

CONSIL. CXLII. SVMMÆ.

1 *Non licet emphitheotæ alienare rem emphitheoticam sine consensu domini, & non satisfacto de laudemio aliter emphiteota cadit, fall. tamen in casibus.*

2 *L. fin. C. de iure emphitheotico declar.*

3 *Per constitutum, & fructuum perceptionem videtur translata possessio.*

4 *Quando agitur de faciẽdo aliquem incidere in pœnam, debet fieri stricta interpretatio.*

5 *In materia stricta, intelligimus de actu naturali & vero, nõ de ficto.*

6 *Contractus reali traditione nudus, non facit rem cadere in commissum.*

7 *Clausulæ omni meliori modo vis.*

8 *Per verbum hæredibus, & successoribus extraneos admittit.*

HIs quę subtiliter contra istum donatarium adducuntur visis, dico clarissimi iuris esse, eum debere aduersus moniales agentes obtinere. Nam licet in iure vera & communis sit con-
1 clusio, quod † non licet emphiteutæ alienare re emphyteuticam, sine consensu domini, & non satisfacto de laudemio aliter emphyteuta cadat, vt habetur in locis vulgaribus: tamen res sunt extra illum casum: nam in instrumento donationis est apposita clausula, per quem tẽ seruatus est cõsensus domini, vt sine eo de iure necessario, cõtractus nõ valeat, per quam clausulam in effectu contractus annullatur, & habetur pro non facto, nec emphyteuta aliquo modo cadit, vt dicit Bal. in c. Cumana. de elect. in c. j. §. denique quæ fuit pri. cau. benef. amit. in feud. vbi dicit, per talem clausulam cõseruari ius emphyteutæ alienantis, & transferentis possessionem per constitutum vel precarium. vel retentionem vsusfructus, secùs si per viam facti realiter traderet possessionem, & ita latè prosequitur Cur. consi. suo viij. incip. viso instrumento, & iste proprie est casus noster: quia iste donatarius viuente donatore, nunquam accepit possessionem dictarum rerum, nisi per dictas clausulas constituti, & retentionis vsusfructus, per quem actum in effectu non priuatur iure suo, stante dicta clausula: & cum per illam clausulam annulletur contractus, etiam constitutum, & precarium, & retentio vsusfructus censentur annullata, vt per Bald. in d. l. ex testamento. C. de fideicom. Alb. de Ros. in l. acquiritur. ff. de acquir. rer. domin. Alexand. in l. j. §. si quis ita. in fin. ff. de verb. oblig. & consil. lxxxj. lecto & discusso. in iij. lib. facit gloss. in l. si patronus. §. patronum. ff. si quis in fraud. patro. & hęc sit prima responsa qua tollitur omne dif-

A bium. Secundo respondeo, quòd etiam si nõ esset dicta clausula reseruationis consensus domini, tamen iste per dictum contractum non caderet, quia † lex fi. C. de iure emphyt. inducens, vt emphyteuta alienans inconsulto domino cadat: debet intelligi in perfectè alienante, ita quòd non subsequuta reali traditione possessionis locum nõ habeat, vt est gl. in l. j. §. si rem depositam. vbi in simili Bar. ff. depo. & tenet Specu. in titul. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. lxxxix. Sal. & Alb. de Rosa. in d. l. fin.
B vbi etiam Moder. Ioan. Andr. Paul. de Eleaz. & Anto. de But. in c. potuit. de loca, cum concor. Et quãuis in casu nostro, fuerit appositum constitutum, † & retentio vsusfructus, ex quibus videtur transferri possessio. l. quod meo. ff. de acquiren. possess. l. quisquis. C. de donat. tamen cum iste contractus sit à lege prohibitus: ex quo non accessit consensus domini, tales clausulę non operantur effectum suum: nam cum iste modus traditionis fuerit introductus per legem ciuilem, non habet aliquem
C effectum in contractibus ab ea lege reprobatis, vt dixit do. Argentinus de Forliuio, quem refert & sequitur Castr. & Ias. in l. j. §. j. de acquiren. possess. & quòd sit à lege prohibitus, probatur ex d. l. fin. in verb. emphyteuta cadat, nam si non esset prohibitus per alienationem transferetur dominium, & consequenter non emphyteuta, sed emptor caderet, & tamen text. dicit quòd emphyteuta cadit, vnde satis apparet non transferri dominium, &
D consequentes contractum à lege improbari. l. non dubium. C. de legib. l. cum † ex. ff. de fideiuss. Præterea cum hic † agatur de faciendo aliquem incidere in pœnã, debet fieri stricta interpretatio, vt lex requirens traditionem habeat locum in traditione, quæ ex actu naturali & vero inducitur, nõ quæ ex ciuili, & ficto: quia † in materia stricta intelligimus de actu naturali, vt est glo. in c. susceptum. de rescript. in vj. & text. in l. fi. C. de his qui veni. æta. Et licet in hoc puncto sint opiniones, tamen ista opin. est verior & humanior, quam videtur tenere
E Bald. in d. c. j. §. deinde. vbi dicit, quòd contractus à reali traditione nudus, non facit rem † cadere in commissum. per Iac. in libellis in tit. de act. in rem quæ pro re emphyte. competit, vbi in simili dicit, quod quando fit auctoritate legis ipso iure dominij translatio, put in casu. l. fi. C. de sacrosanc. eccl. vel in pacto leg. commissoriæ, non intercedente reali appræhensione, res non incidit in cõmissum, & cum hac opin. etiam tranſit d. Guido Papę in q. Delph. q. xxxxvj. vbi dicit, quòd ita solet iudicari
F in senatu Regio, & in q. cj. & cclxiiij. vbi multa ad hoc allegat. & Ripa consi. ij. num. xj. in j. sed rationes per me suprà adductæ sunt concludentiores, & idem etiam sentire videtur Ale. in consi. clxxiij. viso themate, & scriptis in iij. vol. vbi ad hoc quod emphyteuta cadat, oportet quòd peruenerit ad efficacem perfectam translationem, allegat Spec. in d. §. nunc aliqua. vers. ducentesimo sexagesimo, & Io. And. & But. & Bald. in varijs locis, vt ibi per eum. ex quibus concluditur hanc opin. in iure esse
G veriorem & magis cõmuniter probatam. Non obstat, quod saltem debeat incidisse in commissum ex noua appræhensione actuali, facta per donatarium post mortem donatoris, cui ipse donatarius hæres extiterat. Quia respondeo, quòd appræhensio est facta, cũ clausula omni † meliori modo, &c. vnde si dicoremus factam esse appræhensionem vigore contractus donationis, malè diceremus: quia non potuit fieri, ex quo contractus est nullus per supradicta, præsertim stãte illa clausula, saluo &c

seruato consensu domini, vt suprà vidimus: sequitur ergo, vt sit facta tanquam ab hærede, quia isto modo apprehensio potest fieri, nec incidit in pœnam: & iste est melior modus comprehensus, virtute dictæ clausulæ, omni meliori modo, quæ est huius effectus, vt licet expressus sit modus inept⁹, tamen actum substineat ex alio modo qui subsit aptè, licet non expressus fuerit, vt consuluit Ang. cons. clxxxiij. & latè per Dec. cons. xiiij. sic in casu nostro, licet sit expressus modus donationis, tamen substineri debet apprehensio vigore institutionis. Nec potest iure indubium refricari, quin titulo institutionis potuerit istè, quamuis hæres extraneus apprædere dicta bona: quia cùm sint data in emphyteusim, seruata solennitate quæ requiretur in veris alienationibus, & sit data † pro accipiente, & eius hæredibus, & successoribus, admittitur etiam extranei, vt per Soc. cons. clxvj. in causa quæ vertitur, & per Decium in c. in præsentia. de probat. cum similib. quæ referre non est opus, cùm de hoc Reuerendissimus dominus vicarius hactenus non dubitauerit.

A

B

C

CONSIL. CXLIII. SVMMÆ.

1 *Quando aliquis habet ius redimendi, potest tali iuri renuntiare non solùm expressè, sed etiam tacitè.*

2 *Quis dicitur alicui iuri renuntiare, quando facit actum contrarium seu incompatibilem illi.*

3 *Offerte aliud pro alio, vt æstimationem pro re non permittitur.*

4 *In particularibus pecunia non succedit loco rei.*

5 *Ex duabus causis, quis dominium rei habere non potest.*

6 *Quando legatarius rem purè legatam, scienter ab hærede emit, videtur alteri causæ renuntiare, quia emendo videtur renuntiare iuri suo, & facere ne hæres ex causa legati amplius possit sibi dare.*

7 *Licet partes in pacto vtantur verbo venditionis, tamen magis attenditur natura contractus, quàm nomen.*

8 *Suadente æquitate etiam in particularibus pretium admittitur loci rei.*

9 *Maxima æquitas est ne aliquis locupletetur cum aliena iactura.*

10 *Ignorantia in facto proprio non est tolerabilis fall.*

VLtra fundamenta Magnifici compatris mei de Ripa, quæ sunt iudicio meo vera, concurro in eandem sententiam, etiam alijs rationib. Et præmitto, quod † quãdo aliquis habet
1 ius redimendi, potest tali iuri renuntiare, non solùm expressè, sed etiam tacitè. l. iiij. C. de pact. int. emp. & vend. & firmatd. Io. Igneus, in rep. l. dudum. C. de contrah. empt. per illum tex. & facit. l. Titius. ff. quib. mod. pig. in prin. & sentit Alex. cõs.
2 x. in j. & dicitur renuntiare † tali iuri, quando fecit actum contrarium, seu incompatsibilem illi. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hæred. & d. l. Titius. Vnde in casu nostro, cum Bernardus haberet ius retractus, dando Trophimo pratum, & ducentos aureos vendendo eidem dictum pratũ, pro alijs ducẽtis aũreis, dicitur feciſſe actum incõpatsibilem, & consequenter renuntiasse tali iuri. Et hoc probo pluribus rationibus. Prima est, quia Ophinus non tenetur retrouendere nisi pro prato, & cc. aureis: vnde Bernardus offerendo pretiũ
3 prati, & dictã pecuniam, non dicitur ex parte sua adimplere: tũ quia aliud pro † alio offert, videlicet æstimationem pro ipsa re, q, non permittitur, l. ij. §. mutui. ff. si cert. pet. tum quia pratũ est traditũ alia causa, vnde censetur quid penitus diuersum. l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. j. & licet detur pecunia, tamen non sufficit, quia † in particularib.
4 pecunia non succedit loco rei. l. qui vas. §. fin. ff. de furt. l. venditio. ff. de hæred. vel act. vend. Secunda ratio, quia Bernardus dando pratũ ex causa venditionis, per hanc causam videt nouasse priorẽ, ex q̃ † ex duab. causis dñium haberi non potest. l. iij. ex
5 plurib. ff. de acq. poss. vendendo enim egit vt haberet dñium ex eo contractu, ergo amplius non potest haberi ex causa retrouenditionis vigore pacti: quia ista sunt incompatibilia, vnde cum causæ repugnent, secunda nouat seu extinguit priorẽ, nec censetur repetitũ q, in prima conuentione inerat, secundum Bar. in l. aliam. ff. de nouat. Tertia ratio, quia in venditione prati, Bernard. illud tradidit, & tradere debuit liberum ab omni onere, ex natura contractus. l. si cum fundum. ff. de verb. sign. sed si haberet hoc vt deberet imputari pro retrouenditione priùs conuenta, non esset liberum, & haberet hoc onus vltra mentem ementis: facit l. j. §. fi. ff. de act. empt. Quarta, quia † quando legatarius
6 rem purè legatam, scienter ab hærede emit, videt alteri causæ renuntiare: quia emendo videtur renuntiare iuri suo, & facere ne hæres ex causa legati amplius posit sibi dare. d. l. Titius. & per Bar. & doc. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. xij. ff. de verb. obl. quæ conclusio indubitanter secundum omnes procedit in contractib. vt ibi habetur. ergò idem in casu nostro, vt isto scienter vendens censeatur priori causæ renuntiasse: faciunt quæ habentur in l. rem legatã. ff. de adim lega. & in l. Męuius. §. duobus. de leg. ij. allegatis per alios. Quinta, quia iste vendendo facit ne posset amplius ex alia causa tradere, vnde sibi imputet sicut ille per quẽ stat, ne conditio potestatiua adimpleatur. l. C. de instì. & substi. vbi habetur. & facit quod not. Com. in l. si à substituto. ff. de legat. j. ergò idem dicendum in isto venditore, qui vendendo sibi ipsi
D abstulit facultatem redimendi. Sexta, quia in pacto retrouendendi agebatur, vt pratum haberetur in effectu in vim permutationis, vt habetur in l. Arist. ff. de donat. quæ est quando res pro re datur, l. naturalis. §. j. ff. de præscri. verb. vnde non debet trahi ad pretium: quia esset non permutatio sed venditio, & sic alteraretur natura contractus. l. pacta conuenta. vbi gloss. ff. de contrah. emp. & licet in pacto partes vtantur verbo venditionis, tamen
7 † magis attenditur natura cõtractus, quàm nomẽ. l. insulam. ff. de præscr. verb. Nec obst. notata in l. plane. §. quod si rem. ff. de leg. j. vbi si res sit penes legatarium, hæres non tenetur eam dare, sed æstimationem quatenus legatario per eam abest. Respondeo, procedit ille text. quando per acquisitionem rei legatarius, non censetur repudiasse legatum, & sic in casibus notatis per Bar. in d. §. duo fratres. quæst. xij. sed in casu nostro iste vendens censetur renuntiasse priori causæ, per suprædicta, & cùm in casu Bart. in d. quæst. xij. communis conG clusio sit, quòd sciens censeatur renuntiasse, cessat omnis difficultas, & Bart. ibi fatetur in contractibus censeri renuntiatio: licet in vltimis voluntatibus teneat contra Dyn. cuius tamen Dyn. opinio est magis communiter approbata: vnde apparet hoc fundamentum nihil obstare. Non obstat, & id fortiùs videtur vrgere, quod cum iste Bernardus non posset pratum tradere, debet admitti ad dationem æstimationis: quia † suaden-
8 te æquitate, etiam in particularibus pretiũ admittitur

titur loco rei.l.si domus.§.qui cõfitetur. ff. de leg. 3 j.& † maxima æquitas est, ne aliquis locupletetur cum aliena iactura.l.nam hoc natura.ff.decon. inde.& quod in similibus terminis cõfuluit Cor. consil. centesimo trigesimo tertio. Nam respondeo,quòd argumentum posset procedere, quando per venditionem prati non censeretur iste renuntiasse iuri rediméndi, prout in casu Corn.in quo mulier quæ alienauerat Cassaletum, nesciebat ius rescindendi sibi competere: vnde non poterat dici renuntiasse. l. mater decedens. ff. de inoffic.testament.l.Clodius.ff. de acquirend. hæreditate,secus in casu nostro, in quo Bernardus non 10 potest allegare ignorantiam pacti, quod ipsemet fecerat:quia † ignorantia in facto proprio, non est tolerabilis.l.quanquam.ff.ad Vellei.nisi in certis casibus de quibus per Ias.in l. si res obligata. ff. de leg.j. Nec constat, quod simus in aliquo illorum casuum, sicut nec etiam constat, an hic sit talis læsio per quam possit dici Trophimum locupletari cum aliena iactura, & an Trophimus dictum pratum verisimiliter pluris emerit, vt liberaretur à tali pacto, in quibus & alijs perspicacitas domini iudicare debentis diligenter pro more suo perpendet, iuxta l.j.C.vt quæ des.aduocat. iud.supp.

CONSIL. CXLIIII. SVMMÆ.

1 *De iure communi donatio facta à Patre filio in præmium emancipationis,ueniret conferenda cum fratribus succedentibus ab intestato.*

2 *Regulariter donatio facta filio emancipato,tempore emãcipationis est conferenda.*

3 *Emancipatum ex causis non conferre.*

4 *Omnis materia collationis pendet à voluntate Patris, siue expressa,siue tacita.*

5 *Necessaria est consequentia, non tenetur conferre, ergo habet præcipuam & ante partem.*

6 *Promißio de instituendo non valet, quia contra libertatem testamentorum, declarat tamen mentem emancipantis, nolentis locum esse collationi.*

7 *Emancipato Patrem omni modò obligari.*

8 *Patris confeßionis ex cauſis stari.*

9 *Præsumptionem fraudis aliis coniecturis tolli.*



Vbitatio vertitur circa valorem trium instrumentorum, de quibus particulariter est videndum. Et in primis circa primum instrumentum emancipationis, & donationis mille aureorum, factę in præmium emancipationis.Clarum est, quòd † de iure communi talis donatio veniret conferenda etiam fratribus succedentibus ab intestato per text. in l. vt liberis. in fin. C. de collat. vbi omnes not.& quia † regulariter donatio facta filio emancipato tempore emancipationis, est conferenda, secundum Bartol.in l. j. §.nec castrense. ff. de coll. bon.per Bald.in l.quoniam nouella. verſic.iiij.regula.C.de inoff.test.Sed tamẽ in † casu nostro dicendum est contrarium,quia pater expressè in donatione facta voluit hanc collationem, & voluit esse præcipuam huius filij,potest autem pater hoc facere: vt est text.in authen.ex testa. C. de collat. quia † omnis hæc materia collationis pendet à voluntate patris, siue expressa,siue tacita.l.ex parte. §.in testam.in fin.vbi Bald.ff.fam.ercisc. per Mod. in l.j.C.de collat.Dec.cons.lix.cum similib.Idque multò magis est dicendum in casu nostro, vbi expressè hoc actum est,maximè accedente iuramento,quod ipsum testatorem obligat, & fidem suam transmittit in hæredes.c. cum contingat. vbi not. extra,de iureiur.Et quamuis subijciat,se velle saluare commodam æqualitatem inter filios, tamen satis expressè se declarat,quòd filius ante partem habeat hanc donationem,quam non teneatur cõferre, † necessaria enim est consequentia, non tenetur conferre: ergò habet præcipuam & ante partem. l.fi.C.commu.vtr.iud.l.filium quem habetem. C. fam.ercisc.& ideo clausula illa, de omnimoda æqualitatẽ intelligitur,saluis supradictis, ne corrigat præcedentia.l.non ad ea.ff.de cond.& dem. Bart.in l.de ætate.ff. de minor.Dec.cons.100.con. cxviij.in fi.Et hoc suadetur ex promissione quam fecit pater de instituendo eum,& non relinquendo illi minorem partem, quam alijs, quæ † promissio de instituendo,etiamsi non valeat: quia contra libertatem testamentorum,&c. de quo in l.pactum quod dotali.C.de pact.tamen declarat mentem emancipantis, nolentis locum esse collationi.l.fi.ff. de reb.eorum. quod sufficit. Circa secundum instrumentum, in quo dictus pater fatetur se fecisse melioramenta in domo ex pecunijs soceri, cuius hereditas huic filio emancipato debebatur, puto etiam rem non habere aliquam difficultatem, quin standum sit ipsi documento. Cum enim iste filius iam esset † emancipatus, non est dubium,quin pater ex promissione illi facta,& naturaliter,& ciuiliter obligetur,secundum omnes in l.frater à fratre.ff. de cond.indeb. imò etiam si esset in potestate propter vim iuramenti, oriretur inter ipsos obligatio,vt est magis communis opi. in d.l.frater à fratre.& per Alex.in l. si donatione. C.de coll.Dec.cons.ccxxxix.in princ.& dixi in d. c.cum contingat.nu.ccvij. Maximè quia hic non sumus in prohibitorijs, vt per Bar. in l. si forte. ff. de Castr.pecul.cum pater possit si velit facere differẽtiam inter filios,& vni relinquere legitimam, alij verò omnia alia bona. l. hac edictali. vbi Cin. in v.q.& Bal.C.de secun.nupt.§.optimè.§.pen.in auth.de nupt.fortiùs dico, quod etiam si essemus † in materia prohibitoria, adhuc tamen staretur confessioni paternæ, quando subesset verisimilis coniectura, licet non adessent concludentes probationes,vt probatur in l.si mater. C. de contrah. empt.vbi Sal. dicit, quòd licet confessio facta inter personas prohibitas præsumatur in fraudem facta: tamen huiusmodi fraudis præsumptio tollitur per contrarias coniecturas, refert & sequitur Alex.cons.xviij.in j.Dec.cons.ccij.& per Bar. in l. etiam.† j.ibi æstimare debebit Iudex. ff. de manu. vindicta.pro quo etiam facit,quòd no.Bal.in l.iubemus secunda.C.de sacr.san.eccl.& etiam quod tradunt But.Abb.& alij in c. quamuis.extra,de re iud.vbi confessio patris nocet filio, etiam quoad legitimam,quando vltra talem confessionem concurrit verisimilis coniectura, quòd confessio sit vera,puta ex qualitate personæ, & adesset iuramẽtum,quod etiam tenet Alex. in l. si donatione. C.de col.vbi Corn.Dec.& alij, de quo latiùs dixi, præsumptionum lib.j.vers. xvj. In nostro aũt casu est vrgens coniectura pro emancipato: quia cum pater habuerit vniuersas facultates istius soceri, quæ tit.institutionis prouenie bant ad hanc emancipatum, ne aliam rationem tenuerit, verisimile est,quod ipsa affirmat,expendisse in dictis melioramentis maximè cum præsupponatur hunc socerum fuisse diuitem, & reliquisse in hæreditate etiam ampliorem summam, quod totum pendet à coniecturis. d.l. etiam.Circa tertium instrumentum, in quo pater huic emancipato relaxat quasdam pecuniarũ & bestiarũ quantitates, quas affir-

affirmat esse ipsius emancipati, vt posset ipse emáci A
patus in dicta negotiatione se exercere, & se ipso
tantum; & ad suorum hæredum vtilitatem, dico
9 etiam clarum esse hunc casum, & omninò † stan-
dum esse documento. Primò, quia sumus in non
prohibitis d. l. hac edictali. secunda. quia etiam si
essemus in prohibitis subest verisimilitudo pro-
pter hæreditatem aui materni seu soceri istius pa-
tris. d. l. etiam. d. c. quamuis. Bal. d. l. iubem⁹. Ter-
tiò, quia iuramentum patris de quo in instrumen-
to purgat omnem suspicionem, vt dictum est &
habetur per Alex. in d. l. si donatione. Et ita mihi
videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLV. SVMMÆ.

1 *In promissione facti affirmatiui, non committitur mora, nisi per interpellationem.*
2 *Vbi non est mora ibi pœna non committitur.*
3 *Regulariter dies interpellat pro homine, non procedit tamen in promissione de præsentando, & quia.*
4 *Promissio facti alieni regulariter non valet, fall.*
5 *Ille qui promisit se facturum & curaturum, debet interpellari vt faciat, aliàs non committitur pœna.*
6 *Fieri debet interpretatio in fauorem promissoris contra stipulatorem.*
7 *Dictionis quotiescunque vis.*
8 *Pœnam contra incarceratum non committi.*
9 *Moram semper apud probos viros, ac religiosos purgari posse.*

VErba promissionis fideiussori æ domini Ioannis habent duo capita. Primum, quia promisit præsentare Anfosium quotiescunque fuerit requisitus, data dilatione dierum quinq; vt suprà. Alterum est, quòd ipse Anfosius comparebit quotiescunque fuerit requisitus vt suprà, & data dilatione, vt suprà, sub pœna scutorum ducentum. Circà primùm caput, *Quod dominus Ioannes promisit præsentare, &c.* clarum & indubitatũ est, quòd B
non incidit in pœnam, nisi fuerit interpellatus ad
præsentandum, vt consuluit Paul. de Cast. in consil. 100. incip. videtur, quod dictus Ioann. Paulus,
1 pro q̃ facit regula quòd † in promissione facti af-
firmatiui non committitur mora, nisi per interpel
2 lationem. l. si ita stipulatus essem. ff. de verb. obl. &
† vbi nõ est mora, ibi nec pœna committitur. l. j. §.
3 non exigit. ff. vt in poss. leg. Oldra. consil. ccxlij.
Dec. consil. ij. Et licet † aliàs dies interpellet pro
homine. l. magnam. C. de contrah. & commit. sti-
pul. tamen hoc non procedit in promissione de F
præsentando, quem quis non tenetur præsentare
nisi sciat, secundum Paul. Castr. in d. cons. & idem
sentit Abb. cons. xlix. in ij. Felin. in ca. si autem de
rescript. Circa secundum caput, *Quod Anfosius comparebit quotiescunque fuerit requisitus vt suprà.* talis pro-
4 missio facti † alieni regulariter non valet: tamen
ista, quòd comparebit vel quòd iudicio sisti, va-
5 let: quia lex interpretatur se facturum & curatu-
rum. l. quoties quis. ff. de verb. obl. ille autem † qui G
promittit se facturum & curaturum debet inter-
pellari vt faciat, aliàs non committitur pœna, vt
per multa concludit Dec. in d. cons. ij. & in l. quod
te. ff. si cert. pet. vbi refert. ita fuisse iudicatum ad-
uersus quandam decisionem Baldi: & ita etiam vi
detur actum per illa verba, *Quotiescunque fuerit requisitus.* de quibus in c. j. de no. for. fidel. & ibi gloss. in
verbo, requisitus. quæ intelligo referri debere e-
tiam ad ipsum Ioannem, ne videantur superflua,
cum respectu Anfosij suprà fuissent repetita, & vt 6
† fiat interpretatio in fauorem promissorij contra
stipulatorem, iuxta regulam l. stipulatio ista habe
re. §. in stipulationibus. ff. de verb. obl. & quia illa
† dictio, *Quotiescunque.* includit diem incertam, quę 7
præuideri non potuit, vnde necessaria est interpellatio, secundum Alexand. & doct. in l. insulam.
ff. de verb. oblig. Ex quibus apparet neutro casu
commissam esse pœnam aduersus d. Ioannem, q̃
maximè dicendum, quia do. Ioannes dicto tem-
pore † erat incarceratus & impeditus iusto impe- 8
dimento, vnde contra eum pœna committi non
potest. l. ij. §. fin. vbi omnes not. ff. si quis caut. l. ve-
henda. §. pen. ff. ad leg. Rhodiam. de iact. l. j. §. iu-
bet. vers. si frater. ff. de coll. bon. & per Dec. consil.
cccxvij. dum respondet ad l. sancimus. C. de fide-
iuss. & hoc sentit Bartol. l. j. ff. iud. sol. vbi tenet,
quòd quamuis contra fideiussorem de iudicio sisti
& indicato soluendo, non sit faciẽdus nonus pro-
cessus: tamen antequam cogatur ad solutionem,
summariè cognoscendum erit contra eum, in quo C
iudicio summario poterit fideiussor opponere ex-
ceptiones quę aliàs principali non competerent,
qualis est ista impedimenti, in personam fideiusso-
ris, & ideò concludo in proposito casu commis-
sam non esse pœnam. Et hoc maximè videtur ser-
uandum coram amplissimo senatu, in quo sola æ-
quitas & iustitia diuina attẽditur: vnde singulari-
ter dixit Bald. cons. cxiij. incip. super primo in v.
vol. quòd coram probis & religiosis viris, qui con-
scientiæ rationem ducunt, semper etiam post li- D
tis contest. licita est purgatio moræ, si eorum non
interfit, idem si ex † mora damnum passi nõ sunt, 9
facit gl. in c. fraternitatis. xij. q. ij. & quæ noc. doct.
in c. nouit. extra, de iudi. Et ita mihi videtur, saluo
semper saniore iudicio.

CONS. CXLVI. SVMMÆ.

1 *Fideicommissum simplex, quia continet solam tacitam prohibitionem alienationis à lege transit in fiscum vt eatenus confiscationi in eo sit locus, quatenus bannitus viuat.*
2 *Modus vetandi alienationem.*

FIdeicommissum simplex, quia † con 1
tinet solam tacitam prohibitionem
alienationis à lege, transit in fiscum,
vt eatenus confiscationi in eo sit lo-
cus, quatenus bannitus viuat, l. sta-
tius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. l. cũ
pater. §. hæreditatem. ff. de legat. secundo. vbi ve-
ro fideicomm. sit expressum in casum alienatio-
nis, tunc non transit in fiscum, sed admittitur se-
quens in gradu fideicommissi, secundum Alexã.
consil. vigesimo tertio, in primo. vbi alleg. concor-
dan. sequitur Iason in l. filius familiàs. §. diui. ff. de
leg. j. in ij. lect. numero decimo nono, & est certa
& communis opin. quam, cum exercerem offi-
cium aduocationis, semper vidi obseruari. Sed
difficultas in casu nostro est: quia in testamento
quondam magnifici dom. Signoroli. In primis est
substitutio fideicommissaria, cuius casus non eue-
nit, deinde est clausula generalis per viam ratio-
nis apposita, quoniam † volo quod bona mea 2
conseruentur & remaneant in familiam de Ho-
modeis, quæ clausula inducit prohibitionem a-
lienationis extra familiam & fideicommissum
simplex, secundum magis communẽ opi. de qua
per Soc. cos. xliij. & lvij. in iij. Dec. xxiij. & clxxxij.
Are. Soc. Ias. Mod. in l. q Rom. §. cohæred. de verb.
obl.

oblig. & ita aliàs in hac causa iudicauit senatus, vn A de non est amplius dubitandum. Modò videndum est, numquid illa clausula impediat, quominus possit fiscus viuente bannito fructus portionis illius habere: & teneo, quòd sic. indubitanter contra fiscum propter vim verborum testatoris, quòd bona conseruentur, & remaneant, &c. Et quia ratio qua mouetur Alexand. in d. cons. & cæteri doct. est fundata in textu. l. Imperator. ff. de fideicom. liber. vbi Bartol. in quo textu verba directò non stabant prohibitiuè respectu alienationis B sed impliciter erat scriptum, quos tibi commendo ne alicui alij seruiant, & excluditur fiscus multo magis in casu nostro in quo verba sunt efficaciora: quia, *Volo, quod bona conseruentur, & remaneant, &c.* Satis enim sunt expressa, ne alienari possint, nec quidem in fiscum delinquẽdo: non enim conseruarentur, & remanerent in familia. Et ita mihi videtur, salvo semper saniore iudicio.

CONSILII CXLVII. SVMMÆ.

1 *Expensas alimentorum repeti ab affine.*
2 *Inter affines non est capienda præsumptio donationis, sed potius quod impensa fuerit facta animo repetendi.*
3 *Dictio & plus intelligitur de re modica in quantitate.*

AN comes Galeaz, seu eius hæredes possint petere æstimationem alimentorum præstitorum illustribus dominabus Ceciliæ, & Catharinæ D per annos xvij. &c. Dico, quòd sic, & quòd petet ab hæredibus illustris dom. Francisci 1 Bernardini, † qui in testamento suo voluit eas ex hæreditate sua alimentari. Cum enim istæ sorores Comiti Galeaz coniungerentur per simplicem affinitatem: quia erant sorores vxoris suæ. l. non facilè. §. affines. ff. de gradib. non est capienda præ- 2 sumptio donationis, sed quòd impensa fuit facta animo repetendi. l. si paterno. & ibi gl. super verb. repetitus. C. de neg. gest. & ita ibi cõmuniter tenetur secundum Alex. repetent ergo isti hæredes ab hæredibus do. Franc. Bernard. vt per Cin. in d. l. si paterno. Et licet aliàs in matre vel auia aut similibus requireretur protestatio, aliàs præsumeretur donatio, vt habetur in l. alimenta. C. de neg. gest. in l. Neseinius. ff. eod. tit. tñ secus est in marito sororis, in quo non subest tanta coniunctio, vt donatio de facili præsumatur, & tradunt omnes in d. l. si paterno. Circa aliud dubium, an dos d. Antoniæ debeat augeri, sicut aucta fuit dos sororum, pu- F to esse aduertendum: quia non videtur, q, isti erogatorij potuerint augere ex quatuor mille aureis ad decem millia. Quia verba testamenti dicunt, qualiter legat ducatos quatuor mille, & illud plus quod videbitur infrascriptis erogatorijs, seu ma- 3 iori parti eorum, &c. Illa. n. † dictio & plus, intelligitur de re modica in quãtitate. l. & si post tres. in gl. j. ff. si quis cautio. & ibi tradit Bal. vbi refert ita determinare Cin. in l. cum filius. §. pater. ff. de leg. & fideicom. secun. & idem tenet Bal. in l. ij. C. de probat. & est tex. in l. hæc adiectio. ff. de verb. sign. vbi dixi. Alia est ratio, quia testator hanc facultatem augendi dedit erogatorijs, aut maioriparti eorum: vnde cum duo duntaxat ita ordinauerit, nõ videtur actus valere. c. fi. in fin. de testam. in vj. Ex quibus concludo, quòd tanta additio non potest fieri, sed duntaxat modica, & quòd non est faciendum fundamentum in arbitrio illorũ duorũ, q, nõ valet p supradicta. Salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLVIII. SVMMÆ.

1 *Collatione ex causa cessare.*
2 *Dos ex causa conferenda.*

REquisitus de sola subscriptione paucis agam: quia articuli suprascripti videntur mihi satis clari. Et in primis, quod filius d. Luciæ † possit pe- 1 rere quartam partem reditus prædicti tantùm, ex quo non succedit in bonis d. Nicolai, nisi pro quarta. Et cùm sit contentus dote materna, non teneatur ad eius collationem cum materteris ex quo ipsius d. Catharinæ auiæ maternæ hæreditatem non agnoscit, per text. in l. fi. ff. de collat. dot. Si verò veniat tanquam hæres dictæ auiæ, tunc teneretur conferre propter clausulam infertam in testamento eius de quo mandat, quòd dictæ eius filiæ, & hæredes reducantur ad æqualitatem tam ex bonis paternis, quàm maternis: quæ clausula facit vt confundatur vtrunque C patrimonium, & accepta cum accipiendis simul computẽtur, vt quælibet quatuor filiarum habeat suam quartam, nec dubium est videre huiusmodi præceptum testatoris. l. Lucius. in princ. ad senatusc. Trebel. l. fin. §. Lucius. ff. de legat. & fideicom. secun. maximè cum verba sint clara, quod debeant reduci ad æqualitatem respectu bonorum tam paternorum, quàm maternorum: vnde cessat hoc casu limitatio posita per Bart. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. & fideicom. secun. & alia quam posuit in d. l. Lucius. §. filiam. ex quo infertur ad resolutionem propositæ dubitationis, quòd si filius dom. Luciæ vult succedere ex testamento auiæ, res est clara: qui reduci debet ad æqualitatem: si verò contentatur dote materna, potest hoc facere, & in reditu suprascripto succedet pro quarta ex persona sua, si tamen do. Blanca. & Anna volent & ipse succedere pro partibus suis: quia † hic tra- 2 ctatur de successione patris, tenebuntur dotes à E patre acceptas conferre. l. filiæ dotem. C. de coll. Quòd si eam summam petant iure crediti, propter promissionem patris, abstineantque hæreditate materna, videtur eis obstare duplex exceptio altera proueniens ex auth. vnde si parẽs. C. de inofficio. testamen. altera proueniens ead. l. prima. C. de fideiussor. sed quia de hoc non sum requisitus, vltrà non scribo, sed me remitto ad suprascriptum dominum consulentem. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLIX. SVMMÆ.

1 *Non est credendum quemquam conuentionem facere de eo, quod sua non interest.*
2 *Contractus semper intelliguntur, de eo quo controuersa est inter partes non autem trahuntur ad tertium.*
3 *Obseruantia declarat quod à principio actum sit.*
4 *Dictio seu subiunctiua quandoque stat ampliatiuè, & de eius natura.*
5 *Fœdera, conuentiones, & concessiones principum semper intelliguntur saluo iure tertii.*
6 *Princeps potest propter bonum pacis tollere ius tertii.*
7 *In dubio nũquam fit interpretatio, quòd Princeps voluerit tollere ius tertii.*

NOedus Bononiense quod allegatum est, nihil obstat in hac causa d. Bripij, quia si bene illud videamus, Dux ante inuestituram & post, fecerat multas alienationes &

nes & donationes militibus, & aulicis Cesareæ maiestatis, puta Marchioni Piscariæ, scutorum sexprem milliũ singulis annis, & alijs multis, ad cõmendationẽ Cæsaris: & sua maiestas etiam confirmauerat dictas donationes, ex quibus remanebat Dux valdè grauatus: & ideò conuenit, quod omnes illæ alienationes reuocarentur, salua summa viginti millium. vt ibi dicitur, & ista est mera veritas, & vulgò sciunt omnes. Vnde infertur, quòd talis reuocatio intelligitur solùm de donationibus factis ab ipsis contrahentibus, Duce scilicet & Cesare: non de donationibus factis à Maximiliano Duce, vel antecessoribus. Primò: quia de eis nihil habuit curare Cæsar, nec ad eum pertinebat, valerent an non: vnde † non est credendum eum conuenisse de eo, quod sua non intererat. l. non ignorat. C. qui accus. non possunt. L. posthumus. §. fi. ff. de inoffic. test. Secundò, quia † contractus semper intelliguntur de eo, de quo controuersia est inter partes, non autem trahuntur ad tertium. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. ergo non debet trahi ad donata per Maximilianum, facit quod not. Bal. c. super eo. in j. notab. de offic. de leg. Tertiò, quia videamus ita† obseruatum fuisse, vnde satis declarantur, quod à principio actum sit. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. vbi doct. de acq. hæred. nec enim per illud fœdus infirmatæ sunt donationes factæ à Ducibus anterioribus, puta Ludouico, Io. Galeaz. & similibus. ergò idem de factis à Maximiliano. Quartò, quia Dux Francis. ad infirmandas donationes Maximiliani non indigebat vllo fœdere: aut enim factæ erant in casu prohibito, & cum ipse non esset eius hæres, non tenebatur eas seruare prout non seruauit aut factæ erant in casu promisso, & non potuit ius tertij conferre. Quod autem alienatio de qua in casu nostro, esset in casu promisso apparet: quia facta pro habendis pecunijs ob defensionem status, imminentib. Gallis, q̃ licuit Maximiliano ex forma inuestituræ, vt aliàs dictum fuit. Quintò, hæc satis ostenditur ex verbis fœderis, dum dicitur. *Quod alienationes, seu donationes factæ, tam ante primam inuestituram, &c.* illa dictio, *Factæ* intelligitur ab ipsis contrahentibus. scilicet, Duce, vel Cæsare, non autem à tertio, seu alijs ducibus: quia persona illorum non debet subintelligi per regulam l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus, in fin. de verb. obl. vbi doct. Felin. ca. super literis. extra, de rescript. Sextò ostenditur ex natura subdisiunctiuæ, seu dum dicit, *Alienationes seu donationes*. non enim debet intelligi de alienationibus factis ex causa onerosa, & recepto pretio, sicut ista de qua agimus, sed de factis titulo lucratiuo, & licet † dictio *seu*, quandoque stet ampliatiuè, propter mentem testatoris, iuxta l. si quis ita legauerit. ff. de auro & arg. leg. tamen in casu nostro non subest ista mens, quòd voluerint contrahentes derogare, contractibus onerosis in quibus soluta sit pecunia seu pretium. l. j. §. si quis in frau. ff. si quis in fraud. patr. l. serui. C. pro quib. caus. ser. liber. & ideò dictio, *seu*, stabit propriè, vt sensum coniungat tantùm, & sic restringat priorem vocem. l. ad protegendum. C. de in lit. dan. tut. l. fin. §. sunt munera. ff. de muneribus. ibi ciuilia, seu publica, per Bart. in d. l. si quis ita. Septimò ostenditur ex ratione cõuentionis ibi, *Pro clariore dispositione huiusmodi remunerationum, ne propter maximas donationes non possit præstari Cæsari, &c.* apparet ergo de donationibus actum, quæ sub colore remunerationis factæ sunt, & per quas impediretur Dux, ne posset soluere, &c. non ergo extendetur ad eas, quæ recepta pecunia factæ erant, in quibus pro re Dux pretium habebat. l. j. §. sed si rem quidem. ff. si quis in fraud. patr. Octauò, regula generalis, vt † fœdera, conuentiones, concessiones Principum, semper intelligantur, saluo iure tertij. secundum l. ij. C. de precibus. Imp. offe. l. nec suus. C. de emand. lib. l. ij. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. & licet quanquã propter bonorum pacis † possit princeps tale ius tollere, secundum doct. in l. conuentionum. ff. de pactis. in l. penul. C. de in ius voc. tamen † in dubio nunquam sit talis interpretatio, vt ibi habetur. Ex ijs concludo quod titulus Bripij, ex concessione ducis Maximiliani, sufficienter est probatus in hoc iudicio possessorio & fœdus Bononiense nihil obstat, per suprascripta.

CONSIL. CL. SVMMÆ.

1 *Fructus pignoris cum interesse compensari.*
2 *L. Lucius. ff. qui pot. in pignor. declar.*
3 *Anterioritas debet intelligi respectu sortis, non autẽ respectu pœnæ.*
4 *Interesse nullo modo potest dici pœna.*
5 *In priuilegiis non fit extensio, etiam ex identitate rationis.*
6 *Dispensationes quamuis odiosæ trahuntur ad accessoria.*

COnstat posse creditorem fructus † rei pignoratę à se perceptos in vsuras compensare. l. cum debitor. ff. in quibus caus. pign. tac. contrah. vnde̊ multo magis potest compensare in interesse, quod hodie est promissum iure canonico, secundum Salic. & Fulg. in d. l. cum debitor. & pract. Papien. in forma libelli act. hypothe. versic. relaxandum. Vnde nõ est dubitandum quin Cauanagi possint tale interesse compensare, & sicut sunt anteriores alij creditoribus in ipsa sorte, cum mutuauerint ad emendum, & in re empta specialem hypothecam sibi reseruauerit, secundum l. licet. C. qui pot. in pig. Bartol. in l. interdum. ff. eod. titul. ita etiam sunt anteriores, respectu interesse, secundum reg. † l. Luc. ff. qui pot. in pig. quæ licet loquatur in vsuris, tamen procedit etiam multo magis interesse: subest enim eadem ratio, quia eius rei sequela est, vt ibi dicitur, & in l. quicunque. §. item si instor. versic. item fideiussori. ff. de instit. quæ ratio facit, vt idem dicamus, siue hypotheca expressa sit, siue tacita: quia text. in d. l. Lucius. licet loquatur in expressa hypotheca, tamen procedit etiam in tacita, secundum Bartol. in l. si cum dotem. §. fin autem in sæuissimo. ff. solut. matrimonio. quem ibi sequitur Raph. Castr. Alexand. & Bald. in l. si necessarias. §. fin. ff. de pign. act. & est communis opinio, vt per Ripam in l. priuilegia. num. ix. ff. de priuil. cred. & licet Socin. consul. sexagesimo primo. in quarto allegato in motiuis, more suo consuluerit contra communem opinionem: tamen illud consilium reprobat Ripa in dict. l. priuilegia. numero decimo quinto, in fin. iunctis ijs quæ ibidem notat. num. quadragesimo primo, in fin. Quamuis etiam dici possit, quod hypotheca non est tacita in casu nostro, sed expressa, propter promissionem cum omnibus expensis damnis & interesse, &c. vt dicit Ripa in d. l. priuilegia. numero xv. vbi dicit quod istud est certũ, & idem etiam dicit Bal. in tract. dotis. in vj. par. prin. priuil. vij. & ideo non est dicendum, quod illa verba sint quædam inculcatio

catio, vel sint restringenda, &c. caret enim istud dictum omni colore. Nec obstat, quod anterioritas † secundum d. l. licet. debet intelligi respectu sortis, non autem respectu pœnæ, secundum Ias. & Dec. in l. creditor. j. ff. si cert. pet. Respondeo, loquuntur in vera pœna, non autem in vsuris quę largo modo, licet quandoque dicantur pœna, tamen in eis militat ratio d. l. Lucius, quia sortis sequela, & ideo Dec. in d. l. creditor. declarat dictũ suum loqui, & procedere in pœna, secundum tex. quem allegat, in l. ideò condemnatus. de compens. quod verò sit respectu vsurarum, remittit se ad Castr. in l. si pro parte. §. in rem autem. ff. de in rem vers. vbi tenet aliud esse in vsuris. sed nos sumus in casu clariore, videlicet in † interesse, quod nullo modo potest dici pœna, secundum doct. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. aliàs istud argumentum tenderet contra iurisc. in d. l. Lucius. Non obstat, quòd † in priuilegiis, non fit extensio etiam ex identitate rationis. c. porrò. de priuil. lib. vj. Respondeo, fallit in sequela rei, d. l. Lucius. d. l. vnicuique. §. & si institor. & quia etiam † dispensationes quamuis odiosę, trahantur ad accessoria, secundum gloss. c. quia in tantum. extra, de præbend. Nec obstat, quod Ant. de Fano ita videatur tenere in tract. suo de pignorib. in iiij. membro. ij. par. nu. lxx. & in j. membro v. par. nu. xlj. Respondeo, loquitur ille in pœna, non autem interesse, prout est quęstio nostra, & loquitur secundum terminos decisionis. Paul. Castrens. in dict. l. ideò condemnatus. ff. de compens. qui loquitur in pœna delicti, non autem in interesse, vel etiam vsuris per dictam l. Lucius.

CONSIL. CLI. SVMMÆ.

1 *Ius acceptandi transit in hæredes.*
2 *Si donauerim tibi centum, & post mortem tuam ea centũ donem Seio ante acceptationem possunt hæredes eius acceptare.*
3 *Vt solẽnitas extrinseca præsumatur in præiudicium tertij, requiruntur 30. anni.*
4 *In contractu minoris iuramentum non præsumitur, nec in instrumento Notarij potest extendi.*

DVo sunt in causa illustriss. Comitis Philip. Tornielli, quę nolsũt adduci pro sustentanda donatione. Primum est, quod donatio facta fuit do. Galeaz, *Ad faciendum quicquid d. Galeaz, suiq; hæredes voluerint, &c.* vnde cum sit facta etiam hæredibus, videtur quod possit etiam nunc ratificari, seruata solennitate decreti, maximè cum † ius acceptandi transeat in hęredes. l. si sine. §. si procuratori. ff. rem rat. hab. per hoc videtur tex. in l. quoties. C. de donat. vbi † si donauerim tibi centum, & post mortem tuam, ea centum donem Seio mortuo. Seio ante acceptationem, possunt hæredes eius acceptare, & ille text. multũ me mouet: & hãc opinio. tenuit Guid. Papæ. q. xlix. & q. ccxxij. vbi dicit. ita fuisse iudicatum in cons. Regio, sentit Soc. consi. cxxv. in iij. & consi. xcviij. versi. ij. respondeo. eq. vol. Corn. conf. ij. in iiij. Nec obstat, quod Castr. conf. cxcv. & Dec. l. contractus. de reg. iur. & consi. ccxxvj. aliter loquantur, quia in casu suo non erat facta mentio hæredum, & eorum opinio est cõtra text. in d. l. quoties. Secundùm quòd adduci potest, est possessio longi temporis, propter quã possunt hæredes d. Galeaz. primo allegare præscriptionem, quòd solennitas debita interuenerit, secundum l. qui in alie. §. j. de acquir. hæredit. vbi doct. Secundò, poterunt allegare præscriptionem secundum glo. & doct. l. seruitutes. magna. de seruit. Est verum quod ego in hoc sentio pro Comite Philip. quia sunt xxvij. anni, cùm celebratum est illud instrumẽtum: & vt solennitas extrinseca † in præiudicium tertij præsumatur, requiruntur xxx. anni. c. peruenit. extra, de empt. & vend. tradit Alex. in l. sciendũ. de verb. obligat. Felin. in cap. sicut de re iudic. vbi etiã, ponit quòd nõ præsumitur, quando est solennitas separata, & non enuntiata in instrumento, & ponit etiã aliàs limitationes, quæ conueniunt casui nostro: & maximè solennitas acceptationis cum instrumento formali, requisito per decretũ, non debet præsumi. Sicut nec † in contractu minoris iuramentum præsumitur, secundum Bar. in d. l. sciendum. nec in instrumento notarij potest extendi, vt per Ale. & Soc. in d. l. Gallus. §. idem credendũ. de libet. & posthum. Minùs etiam puto locum esse præscriptioni: quia decretum habet clausulam annullatiuam, vnde constituitur contrahens in malâ fide. l. quemadm. C. de agri. & cens. lib. xj. l. quia à quolibet. ff. de contra. empt. Et hæc quidem non in modum consilij vel aduocationis, sed pro obseruantia mea erga præfatum Com. volui admonere.

CONSIL. CLII. SVMMÆ.

1 *Impersonalia non probant.*
2 *Obligatione nomine alterius alium non teneri.*
3 *Obligatum non dici ad quem, dispositio pertinet.*
4 *Cessionem post solutionem frustrà recipi.*
5 *Agendum prius cum eo cuius nomine contractum est.*

NOn obstant motiua vltimo loco data: & in primis dum dicitur, quod constat domi. Ambrosium habuisse illas marchas auri, sed quòd eas expenderit in beneficiis Regis non constat, quòd tamen tenebatur demonstrare, &c. Respondeo etenim primò, quod non cõstat quod dominus Ambrosius habuerit, quia verba literarũ cambij † impersonaliter dicunt, *Pro pecuniis habitis*, & non dicunt à quo sint habitæ: vnde non arguitur q. magis dominus Ambrosius habuerit quàm Soderinus, qui & ipse erat principalis: per text. in auth. si quando. C. de consti. pecu. Secundò respõdeo, quòd satis probatum est ex dicto testamẽto, quòd hæ pecuniæ numeratæ fuerũt domino Eutio, qui eas expendit in bello pro Regia maiestate. Tertiò respondetur quod cum obligatio sit facta † nomine Regis, non habet Soderinus aliquã actionem contra D. Ambrosium. l. fi. de instito. vt aliàs latè fuit dictum: sed debet agere cum fisco Regio, & si rex vrget esse vsum in sui vtilitatem, vel neget id factum de mandato suo, tunc incumberet onus D. Ambros. id probandi, & rationem villicationis suæ ipsi Regi reddendi. Quartò respondetur, q. si bene aduertatur ad verba mandati, de quo rogatus fuit præsbyter Soldanus, cessant iste difficultates, quia in eo dicitur, *Quòd Soderinum obligaretur vsque ad summam mille aureorum pro Christianissimo Rege pro quibuscunque negotiis & rebus pro quibus disponet dominus orator prænominati Regis.* quibus verbis † apparet, obligationem quidẽ ad Soderinum pertinere, dispositionem ad oratorem: vnde orator ipse nullo modo obligatus dicitur, nisi quatenus probaretur dolo eum fecisse. l. ij. ff. de proxen. l. quòd si cum

BIU Cujas

scires. de dolo. & cum in mandato requiratur sola illa qualitas, quod sit orator, satis est si illa verificetur, quæ certè est notoria, & etiam probata per testes vtriusque partis, non autem debet verificare quod haberet mandatum à Rege de hoc, quia nihil de hac qualitate est actum. l. si paten. §. qui duos vbi Bald. de adopt. l. si proponas. §. j. vbi Angel. de inoffic. testam. Et ex his apparet nihil obstare reliqua moritra, quale illud, quod secundo loco dicitur, scilicet quod nihil ad creditorem, an dominus Ambrosius illas pœnas voluerit conuertere in vtilitatem Regis, an non, iuxta l. eum qui. C. si cert. petat. Respondetur enim id non videri multùm in proposito, cum in præsenti lite non tractetur de creditori, cui est satisfactum: sed de Soderino, quia
4 licet † cessionem acceperit, tamen frustra accepit, postquam iam soluerat. l. Modestinus. de solut. vt aliàs dictum fuit. Minùs etiam obstat, quod Soderinus soluerit ratione mandati præsumptiuè sibi facti à domino Ambrósio, per doctrinam Bart. in l. reos. de duob. reis. Respondeo Bartò. ibi expressè C loqui de duobus reis, suo nomine contrahentibus at in casu nostro dominus Ambrosius contrahebat nomine Regis. & simpliciter disponebat, secundum facultatem sibi tributam per Soderinum in mandato rogato per Soldanum. Nec etiam facit, quod aliàs non esset consultum indemnitati Soderini, quia sibi imputet, nec debet idcirco aliũ in periculum trahere: quamuis etiam id falsum sit, cùm si eat in Galliam, & agat contra principalem, id est Regem ipsum, facillimè sit ius suum D obtenturus. Et inde refertur etiam ad vltimum, quod dominus Ambrosius teneatur ostendere se talem qualem asserebat. l. j. C. cred. euict. pign. Sed respondeo, quod in mandato Soldani simpliciter requiruntur illa qualitas, quòd sit orator, istud est satis verificatum, quod esset orator, & est notoriũ omnibus. Præterea etiam si verificanda esset illa qualitas, quod posset accipere pecunias mutuas
5 pro Rege, tamen dico, quod debet † prius agi contra Regem, & si negauerit, tunc dominus Ambro- E sius tenetur verificare, & non prius. l. si parentes. cum duab. seq. C. de euict. Præterea, si inspiciatur processus, non est actum ex hoc capite, quod dominus Ambrosius mandatum non haberet, sed ex hoc quod ipsi domino Ambrosio fuit proprio nomine cõtrahenti mutuatum. & quando ex suprascripto capite agatur, facilè erit verificare, quod rex generale mandatum illi dederat, & ratas habebat huiusmodi expensas, & hæc in re clara sufficiant. Et ita mihi videtur saluo semper saniore F iudicio.

CONSIL. CLIII. SVMMÆ.

1 *Si Titius pecuniam sibi à Sempronio consignatam perdidit, quia citra culpam suam fuerit furto subtracta, periculum est Sempronij Domini, quia res periit periculo domini.*

2 *Qui accepit facculum pecuniæ perferendum ad aliquem, si allegat se furto perdidisse probare debet, alias ei non crederetur.*

3 *Cum quis iure actionis tenetur, debet manifestis probationibus rei amissionem ostendere.*

4 *Quando quis allegat furtum sibi esse factum, sufficiunt probationes per coniecturas, quia sumus in his, quæ clam solent committi.*

5 *In his quæ sui natura difficilis sunt probationis, sufficiunt præsumptiones & coniecturæ.*

6 *Furtum cum facilè absque culpa non possit euenire, onus probandi culpam abfuisse ipsi reo incumbit.*

7 *Filius familias ex omnibus causis tam ciuiliter, quàm criminaliter, saluo mutuo, voto, conueniri potest.*

8 *Absolutoria lata in criminali iudicio deberet præiudicare in ciuili fal.*



Rita est satis proposita quæstio apud scribentes: in ea ponam decisiue loquendo, paucas conclusiones, ex quibus veritas præsentis dubitationis dilucidabitur. Prima conclusio, si Titius † pecuniam sibi à 1
Sempronio consignatam perdidit: quia citra culpam suam fuerit furto subtracta, periculum est Sempronij domini: quia res periit periculo domini. l. si creditor. C. de pig. ac. l. argent. ff. comm. Secunda conclusio, † qui accipit facculum pecuniæ perferendum ad aliquam, si allegat se furto, perdidisse 2
probare debet, alias ei non crederetur cùm † enim 3
iure actionis teneatur, debet manifestis probationibus rei amissionem ostendere. dil. si creditor. C. de pig. ac. per Bar. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait, vers. an verò hæred. ff. de eden. cum quo ibi transeunt doct. & per Alex. consi. lviij. in j. volu. & consi. cxcvj. in ij. volu. Tertia conclusio, † quando 4
quis allegat furtum sibi esse factum, sufficiunt probationes per coniecturas: quia sumus in his quæ clàm solent committi, vt quia probatur hostium fuisse fractum, vel famulum aufugisse, secundum Bart. in d. §. an vero hæredi. & per Alex. consil. liij. in ij. volu. † in his enim quæ sui natura difficilis 5
sunt probationis, sufficiunt præsumptiones & cõiecturæ secundum Alex. consil. j. vol. cõs. liij. lxix. ccxvij. in ij. vol. xxiiij. in iij. cxvj. in v. Quarta conclusio, dato etiam quod furtum factum esset ipsi Titio tamen adhuc teneretur, nisi probaret, quod absque dolo & culpa sua factum fuisset secundum Bart. in d. vers. an verò, hæredi, quia cum † furtum 6
faciliter euenire absque culpa non possit. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. onus probandi culpã abfuisse ipsi reo incumbit, secundum Bar. ibi, cum quo transeunt doct. maximè Alex. consi. xlv. & l. in j. ccvj. in ij. Cepol. consi. lxx. Aret. xxxviij. Ioan. de Ana. consil. lxxx. in additio. & facit, quod inquit Bald. in d. l. si creditor. in fi. quod probaretur culpa abesse à furto, si factum fuisset furtum à famulo Titij, de quo verisimiliter Titius debuisset confidere argu. l. argentum. ff. comm. per Guli. de Cun. in l. quæ fortuitis. C. de pign. ac. Vnde apparet non esse excusandum Titium, si cuiuslibet famuli fidem esset sequutus, aliàs esset in facultate Titij subornare famulum ad fugam, vt se excusaret, & lucrifaceret pecuniam. arg. l. j. in princ. ff. nau. cau. stab. & quod notabiliter scribit Specul. in tit. de pign. in princip. & in versic. & nota, quod sic creditor. & versic. seq. vbi igitur, quod per acclamationes factas in domo de nocte ad vicinos, succurrite, quia fures sunt in domo, qui omnia exportant, non probatur furtum, quia aliàs multæ fraudes possent fingi, sequitur Ial. in dict. l. si quis ex argetariis. §. fin. Quinta conclusio, quod Titius sit filiusfam. nihil refert, quin conueniri ad restituendas pecunias possit: quia † filiusfa. ex omnibus 7
causis tam ciuiliter, quam criminaliter, saluo mutuo, & voto, conueniri possunt. l. filiusfamil. ex omnibus. ff. de act. & obl. Duplex autem actio potest Sempronio competere. Prima ciuilis ad restitutionem sacculi consignati, quæ videtur oriri ex mãdato sibi facto, quæ datur ad interesse, in quo

venit

venit restitutio pecuniæ, & quicquid interest ipsius Sempronij, quia sæculum non consignauerit. l. si procuratorem. §. mandati actio. ff. mand. Sed quia soluendo Titius nō erit, quia est filius fa. difficilis erit exactio pecuniæ, si eam non habeat. Altera erit criminalis actio furti, cum enim Titius pecuniam in sæculo acceperit deferendam Romæ, nec probet fuisse sibi furto subtractā, imò coniecturæ vrgeant contra eum, sequitur quod rem contrectauerit inuito domino, & ideo furti teneatur. l. is, cui. C. de fur. l. si quis vxori. §. idē Iulianus. ff. de fur. & dixi post alios, in l. pen. super verbo, accipientis non facies. ff. si cer. pet. vbi respondi ad rationes Iasonis, qui in suprascripto casu tenebat contra Bart. de quibus ibi per Ias. in §. quas verò. Sed & istud remedium habet in se aliqualem difficultatē: quia si iste Titius in criminali iudicio allegaret furtum hoc sibi factum fuisse, & positus ad torturam obduraret, veniret absoluendus, secundum Alber. de Ros. & Moder. in l. edictum. ff. de quæstio. Bart. Veron. consi. xxxij. quidā rustici. & absolutoria lata † in criminali iudicio deberet præiudicare in ciuili. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. sed respondeo, quod non præiudicaret, ex quo ferretur non quòd crimen sit commissum, sed quod nō sit probatum, vt per Bart. in l. ij. §. hoc edicto. ff. vi bon. rapt. Præterea stat simul quod ipse non fecerit furtum, & tamen res sit ablata culpa sua. ergo, &c. vnde adhuc staret firma actio ciuilis. Consulerem tamen quòd Sempronius ipse solùm ciuiliter ageret, & sineret fiscum ex inquisitione criminaliter agere, qua in re me remitto iudicio dominorum doctorum practicantium. Et hæc omnia salua semper vniuscuiusque recta sententia.

CONSIL. CLIIII. SVMMÆ.

1 *Laudemia rei venditæ, pertinent ad subconductorem particularem.*
2 *Verba iura, prouentus sunt generalia, & comprehendunt quamlibet obuentionem.*
3 *Laudemia cùm sint de prouentibus, spectant ad vsumfructuarium.*
4 *Valet argumentum de vsufructuario ad conductorem, quia conductor dicitur emere fructus.*
5 *Emphyteota per dominum in possessionem inducitur, & inuestituram accipit.*
6 *Vt dicatur quid solitum, requiruntur saltem duo actus.*
7 *Qualitas super qua fundatur intentio probari debet.*
8 *Consuetudo loci principali fundat intentionem agentis, etiam quoad loca annexa.*
9 *Statuta & consuetudines castri Principalis, habent etiam locum in castris illi adiunctis & vnitis.*
10 *In dubio contra locatorem pronuntiandum.*
11 *Circuitus sunt euitandi.*

1 QVæritur, Laudemia † rei venditæ ad quem pertineant, an ad conductorem vniuersalem, an ad subconductorem particularem, qui omnia iura, prouentus, reditus, & emolumenta arrendari cōsueta, cū annexis & dependentibus Castri Nouarū conduxit, posito, quod venditum sit castrum annexum dicto Castro Nouarum. Et quia requisitus sum, vt breuiter dicam quid sentiam, puto dictum Laudemium ad istum subconductorem spectare: quia il-
2 la verba, † *iura, prouentus, &c.* sunt generalia & comprehendunt quamlibet obuentionē, vt per Card. in c. pastoralis. de decim. & in Clem. j. de excess. præl. Paul. Cast. in cons. lxiij. quod dicti reditus. in j. vol. & † ista Laudemia sunt de prouentibus, vnde spectant ad vsufructuarium. l. vsufructu legato. ibi, omnes obuētiones. ff. de vsufruct. & per Guid. Pap. Decis. Delph. quæst. cccclxxij. vnde cōsequenter etiam spectant ad conductorem, quia valet † argumentum de vsufructuario ad conductorem, quia conductor dicitur emere fructus, vt per Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public. per Bald. in l. licet. C. colat. Et licet debeat † emphyteuta induci in possessionem à domino, & inuestituram accipere. l. falsus. §. fin. in fi. ff. de furt. tamen dominus tenetur Laudemiū relinquere ipsi conductori, vt per Guid. in dict. quæst. Nec obst. si dicatur quòd non cōstat, quod Laudemia istius castri sint solita arrendari, præsertim cum, † vt dicatur, quid solitum, requirātur saltem duo actus. l. iij. vbi Bal. C. de episc. aud. & per Alex. consi. ix. in iij. Et cum † ex hoc fundetur intentio ipsius subconductoris, debet ista qualitas probari. l. verius. ff. de probat. per Io. And. in c. j. de homicid. in vj. cum concor. Nam respondeo, prout facto præsupponitur, quod iste subconductor solitus est percipere Laudemia in Castro Nouarum: ergo etiam debemus dicere in castro annexo: quia † consuetudo loci principalis fundat intentionem agentis, etiam quoad loca annexa, vt per Rom. in l. si aliena. §. j. ff. de vsucap. & facit l. eos. in princ. C. de vsur. & quod not. Bal. in c. proposuit. in fin. de appel. vnde † statuta & consuetudines castri principalis, habeant etiā locum in castris illi adiunctis, seu vnitis, vt per Bar. in l. si. in xxxvij. q. C. quæ sit long. consuet. & Bal. in l. iij. §. sed & quid. ff. de neg. gest. & quod no. Ang. per illum tex. in l. sed si plures. §. filio. vbi Mod. ff. de vulg. & pup. Et licet non euenerit casus quod aliquod Laudemium sit solutum conductoribus: quia non accidit, quod aliqua emphyteumata venderentur: tamen non sequitur, quin in dicto castro vnito, in ista locatione nō veneric istud ius exigendi, dato quod casus similis venditionis eueniret, aliàs sequeretur, quod diuersum ius esset statutum à castro principali ad castra connexa, quod est contra expressam mentem contrahentium, & contra regulam iuris, de qua in c. translato. de cōstitu. Et posito, quod † casus esset dubius, facienda est interpretatio contra eum qui locauit, prout est text. in l. veteribus. ff. de pact. ibi doctores, & per Bald. cōs. cccxiij. in quinto. Nec obstat quod census non soleat solui conductori, sed domino: ergo etiam idem de Laudemio: quia fateor esse idem, quod tam census, quàm Laudemium soluitur domino, vel procuratori domini, ex quo dominus debet ipse concedere inuestituram, & inducere in possessionem, sed dominus tenetur dare conductori, ex quo illi promisit omnia iura, & prouentus, vt per Flor. in l. arbores. §. fin. de vsufruct. & Picum in repet. §. Titia. cum nuberet. in lxix. q. in l. Titia. ff. de lega. & fideicom. ij. & eadem ratione conductor primus subconductori. Quod si sint constituti procuratores in rem suam prout communiter fit in instrumentis, potest subconductor ipse accipere. & istud est æquius † ad
11 euitandos circuitus. l. cum fundus. §. seruum tuū imprudens. ff. si cert. pet. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLV. SVMMÆ.

1 *Delegationē liberationem varie contingere.*
2 *Ratihabitio mandato æquiparatur.*

BIU Cujas

Per superuenientiam instrumentorum de nouo repertorum, non retractatur transactio.
Minores læsos aduersus transactionem iuratam ex causa restitui.
Transactio per euidentem calumniam facta ipso iure est nulla.
Fideiussores minorum ex dolo re ipsa restitui.
Transactis retardare cond. indeb. non impediri.

EGo etiam concurro in sententiam suprascripti domini cõsulentis domini Sigismundi Augustini tanquã fratris honorandi. Cum enim inuentum sit instrumentum delegationis vtrinque solenniter stipulatæ, non est dubitandũ † delegatione perinde ac solutione liberatos esse hæredes illustris. Comitis Io. Petri à dicto legato dotis. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleian. l. delegare. ff. de nouat. vbi Bar. quòd procedit, etiamsi expresim nulla mentio nouationis facta sit. liberatur enim nihilominus delegans, & aduersus Lud. Rom. est magis communis opin. per gloss. in l. iij. C. de nouat. per Iaso. in l. singularia. si cer. pet. Item procedit indistinctè, siue delegatus esset debitor delegantis siue non, dummodo per stipulationem vice delegantis, & eius iussu promittat. l. Titius. l. si quis delegauerit. l. seq. de nouat. & d. l. quamuis. §. interdum. & consuluit Aret. in d. cons. v. cuius opinionem sequitur Decius & alij Mod. in d. l. singularia. vbi respõdetur fundamentis Iaf. Item procedit siue is cui facta est delegatio sit principalis, siue procurator habens legitimum mandatum: quia licet in datione nominis in solutum sit aliqua differentia, vt habetur in l. cui rectè ff. de donat. per Pau. de Castr. & Iaf. d. l. singularia. tamẽ in delegatione non est differentia aliqua: oportebit tamen in casu nostro probari, quod ille d. Ant. Gaffinus esset legitimus procurator Alex. Portij, vel quod Alex. ratum habuerit illud instrumentũ cum † ratihabitio æquiparetur mandato, l. fi. C. ad Maced. Nec obst. quod pecuniæ de quibus agitur, fint promissæ d. Camillæ vigore transactionis iuratæ, cum renuntiationibus, &c. & regula sit quod † per superuenientiam instrumentorum de nouo repertorum, non retractetur transactio. l. sub prætextu j. C. de transact. maximè iurata. l. si quis maior. C. eo. tit. quia respondetur, quod cùm isti fratres essent † minores 25. ann. succurritur eis etiam aduersus transactionem, quoties sunt læsi, quæ læsio ex ipso instrumento delegationis apparet, vt concludit Alex. in d. l. sub prætextu. & ibi sequuntur alij. Et sanè potest dici † hęc transactio per euidentem calumniam facta, quo casu ipso iure esset nulla. l. in summa. ff. de condict. indeb. & quod minor saltem sit tutus restitutionem in integrum, est textus in l. minor 25. ann. cui fideicommiss. ff. de minor. Nec obstat iuramentum, quia apparet de dolo re ipsa, quo casu succurritur minori, vt habetur in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & d. l. si quis maior. & auth. sacramenta puberum. C. si. aduers. vendit. tali casu non habent locum. Nec obst. quod saltem fideiussor debet teneri, qui ipse non est minor. C. de fid. min. quia respõdeo, quod imò restitutio † in integrum minori concessa, prodest etiam fideiussori, quamuis maiori. l. ij. C. de fideiusso. min. ex quo restitutio fit ex capite doli re ipsa, quia æquiparatur dolo ex proposito. d. l. si quis cum aliter. & restitutio conceditur per regulas communes, vt ibi per glo. & Paul. Castr. Item hic potuit esse consultum do. Camillæ agendo contra debitores delegatos, & ideo restitutio minoris trahitur ad fideiussorem. l. minor. ff. de procu. vbi gloss. Bart. & cæteri. Nec obst. quod saltem debeant teneri hæredes Com. Alex. quia ipse non erat minor. respõdeo, cum appareat indebitè promissum, poterunt quod solutum est repetere condictione indebiti: quia si bene videantur † verba transactionis, illa clausula, *Quod solum intra quadriennium reperto instrumento, posśit impediri solũtio*, loquitur de retardatione solutionis, non autem de repetitione. vnde meritò non impeditur condictio indebiti, iux. not. in c. j. in c. si debitori. de iureiur. per Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & cũ facta sit dicta reseruatio, appater non fuisse simpliciter transactum: sed ea mente, vt quandocunque apparet de solutionibus, posset saltem pecunia repeti. & ideò tali casu non habet locum reg. l. sub prætextu, quæ loquitur in transactione simplici absque vlla reseruatione. Et fortè etiam consultum est hæredibus Com. Alexand. etiam per retardationem solutionis, cum in continenti appareat & notoriè per exhibitionem delegationis, quod dicta d. Camilla dolo petit illud quod semel habuit per delegationem, vt per ea quæ habentur per Barto. & doct. maximè Iaso. in l. j. in j. quæst. ff. de oper. no. nunt. per Deci. in cap. ex parte. secundo. in v. & ix. fallentia. extra, de offic. delegat. Sed quia requisitus sum de simplici subscriptione, ista breuiter dicta sufficiunt. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLVI. SVMMÆ.

1 *Nouissima derogant prioribus.*
2 *Obligationem post scripturam, vbi actum est nasci.*
3 *Superuenientis partis consideratio.*
4 *Expensas litis ad bona, de quibus agitur restringi.*
5 *Expensæ factæ pro recuperando Castro, resarciendæ sunt per socium pro rata, quàm habet in d. Castro.*
6 *Quando expensæ sunt factæ contemplatione duplicis Patrimonij, censentur factæ pro rata bonorum, non autem pro dimidia.*
7 *Sportulæ dantur iudicibus secundum qualitatem rei in iudicium deductæ.*

TRansactionis verba sunt clara, *Quod Co. Odoricus, & fratres Co. Federici. erogent pecunias, &c.* vnde cum tunc Co. Odericus haberet quatuor partes, & dicti fratres duas, debet Co. Odoricus teneri pro duabus tertiis partibus, & dicti fratres pro vna. Non obstat, quòd tempore conceptorum capitulorum ante transactionem, Com. Odoricus haberet nisi tres partes. Quia respondetur primò, quod attendendum † est tempus conceptæ transactionis, quia posteriore, & nouissima derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. cum ibi not. per doct. & in l. si quis cum. in fi. ff. de procurat. Et semper intelligitur contractum fuisse, secundùm præsentem statum tempore contractus. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. empt. Secundò, quia in illis capitulis actum erat, vt † deinde de eis fieret publicum documentum: vnde ea capitula non obligabant, nisi secuto publico instrumento, meritò illi vltimo tãtum est standum, secundum Pau. Castr. in l. contractus. C. de fide instrumen. in l. qui bis idem. vbi Mod. ff. de verbor. obliga. Tertiò, quia si documentum transactionis in hoc dissidet à capitulis præce-

BIU Cujas

præcedentibus, videntur partes recessisse à dicto tractatu, & standum est transactioni, quæ ex interuallo subsequuta est. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. l. Diuus. §. licet. de iur. eod. per Alexand. & Iaso. in l. ira stipulatus. de verb. oblig. facit quod not. Alexand. consil. xxvij. in iij. gloss. l. vt debitum. C. de hæred. act. Quartò, quia etiam secundum verba capitulorum videtur dictus Comes teneri, quia in capitulis simpliciter dicitur, sed in transactione, *Quod soluant pro rata*: quæ verba inferunt, quòd etiam si † pendente lite superueniat maior portio dicto Comiti, quod teneatur etiam ratione partis superuenientis. l. si rem alienam. §. fin. ff. de pign. actio. vbi Bart. infert ad istas expensas, & quòd habetur in l. si quis inficiatus. ff. de poss. Quæritur rursus † quomodo intelligantur illa verba, *Ad ratam, &c.* Et dico, quòd debent intelligi ad ratam bonorum, de quibus litigatur seu pendet lis. Quia cum tractatur de resarciendis impensis litis, ex natura actus fit restrictio ad bona de quibus lis pendet, prout est text. vbi omnes not. in l. age cum Geminiano. C. de transact. vbi dixi. Secundò probat opin. facit text. in l. cum duobus. §. si fratres, aliàs l. si fratres. in princ. cum gloss. ff. pro soc. vbi promissio restituendi damni, vel expensarum inter socios, intelligitur quatenus in communi negotio quis illud subierit. Tertiò facit, quòd no. Alexan. consi. clxij. requisitus, vt breuibus in ij. vol. vers. vltimo, &c. vbi † expesæ factæ pro recuperâdo castro, resarciẽdę sunt per sociũ pro rata, quã habet in dicto castro allegat. l. si is contra quem. C. de ædific. priuat. l. qui alien. §. fi. de neg. gest. cum simili. Quartò facit, quòd no. Bar. & sequuntur alij in l. Titius. per illum text. ff. ad Trebel. vbi † quando expensæ sunt factæ contemplatione duplicis patrimonij, censentur factæ pro rata bonorum, non autem pro dimidia. Quintò suadetur hoc alia ratione, nam videmus quod expensæ litis, puta † sportulæ dantur iudicibus secundùm qualitatem rei in iudicium deductæ. si quis autem. in auth. de iudi. & quod habetur in §. tripl. instit. de act. & per doctor. in l. cum quædam. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud. ergo & istà conuentio intelligetur de rata bonorum, quæ in iudicio deductæ sunt. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLVII. SVMMÆ.

1 *Mensuram loci solutionis attendi.*
2 *In expensis & damnis, seruatur vt secundum locum, in quo solui debent computentur.*
3 *Condemnationem quanti plurimi ex causa fieri.*
4 *Grauiora sunt peccata, quanto diutiùs durant.*
5 *Duas sententias conformes ex statuto exequi.*
6 *Forenses non possunt vti beneficio statutorum.*
7 *In executione sententiæ quæ fit pro forensi, attenditur cõsuetudo loci, in quo fit executio, quia est de ordine iudicij; non autem respicit decisiua.*
8 *In concernentibus ordinem iudicij, forenses fruuntur beneficio statutorum, quia in eis est regula, quod paria sunt forum sortiri, & statutis allegari.*

1 NVnquid mensura Parmensis debeat attendi, secundùm locum † contractus, an Regiensis, vbi solutio erat facienda, licet multa possent adduci, dico veriorem esse, & magis communem opinionem, vt attendemus locum destinatæ solutionis. per text. l. vinum. ad finem. ff. si cert. pet. vbi æstimatio vini sit, secundum locum destinatæ solutionis, non autem, secundum locum contractus, & ibi hanc opin. sum sequutus. Secundò ad idem facit, quia hoc etiam in expressis † damnis obseruatur, vt secundum locum in quo solui debuit computentur. c. dilecti. de foro compet. Tertiò, pro eadem sententia est text. in l. si prædium. C. de præd. min. per quem tex. hanc opin. tenuit Guid. de Suzar. & Alber. de Rosa. in l. arbitrio. §. de eo. in fin. ff. de dolo. sentit Host. in summa. de empt. & vendi. §. quibus mensuris. in fi. Per. de mente in repertorio suo, verbo mensuram. Fab. in tract. emp. in v. q. princip. versic. & idem quod de moneta, allegant in argu. text. in l. iij. §. fin. de act. empt. idem tenet Io. Raynaldus in tract. de mensuris. iiij. quæst. idem etiam sentit Oldr. consi. cxviij. incip. ad primam quæstionem quem refert Alex. consi. xxxvij. in v. volu. Nec obstat regula. l. si fundus. ff. de euict. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. vbi Bart. videtur firmare contrarium, scilicet, quod locus contractus attẽdatur. Nam respondeo quòd in suprascripto casu communis opinio est contra Bart. per supradicta & tex. in d. l. si fundus. loquitur in pactis & consuetudinibus habentibus concomitantiam loci, & temporis ipsius contractus, secundum Bal. in l. j. in princ. ff. de vsur. quem sequitur Angel. in d. l. si fundus. quę. verò nostra procedit in consuetudine respiciente rem ipsam, in qua attenditur locus vbi res sit tradenda, quia tali casus locus destinatæ solutionis, iuris interpretatione censetur locus contractus. l. contraxisse. de act. & obl. d. l. j. de vsur. d. l. vinum. cum similib. Et in ista opi. facilè debent inclinare iudices, cum adsint aliqui testes qui attestentur hoc expressè actum fuisse à partibus, vt mensura Regiensis attenderetur. argu. l. Imperatores, de contrah. empt. Itemque dicendum si expressè hoc non constaret, sed per probabiles coniecturas, puta si qualitas pretij hoc suaderet, iuxta glo. in l. obscuris. ff. de reg. iur. vel quia contractus esset perficiendus per mensurationem, de quo per Bart. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. emp. per Paul. Cast. in l. sicut. C. de actio. empt. vel quia mensura, vel pondus Regiense non posset rectè conformari cum loco contractus, non enim actum fuit vt mensor, vel libripens Parmensis adduceretur à partibus ad ciuitatem Regij, &c. argumen. l. quod legatum. in prin. & §. præterea, ff. de iudi. & quòd no. Bart. in l. j. de alimen. legat. & si quæ similes sunt coniecturæ. Circa secundum dubium, quemadmodum facienda sit condemnatio. Dico breuiter, condemnari debere reum † conuentum in pretio quanti plurimi res interim pendente lite valuerunt, secundum l. cum ratio. aliàs datio. §. si per venditorem. ff. de act. empt. quia cum venditor fuerit in mora, fit condemnatio aduersus eum, & æstimatio crescit vsque ad executionem vt per Bart. in l. in hac. ff. de tritic. quia † grauiora sunt peccata quando diutius durant. c. fi. extra, de consuetud. & traditur per doct. in alleg. l. vinum. & quia hic casus nullam habet difficultatem, non insisto vlterius, maximè cum iste emptor non certet de lucro faciendo, sed potius de damno vitando, quòd fecit propter tam longam annorum litem, & multa alia damna quæ incurrit eius occasione, de quibus in processu. Circa tertium & vltimum, nũquid † sententiæ duæ conformes, latæ in fauorem ipsius emptoris, mereantur executionem:

concludo quod sic, propter statutum ciuitatis Regiensis, vbi dictæ sententiæ fuint latæ. Nec obstat
6 quod iste actor sit forensis, & quod † forenses non possint vti beneficio statutorum, vt per Pau. Cast. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. quia respondeo, quòd articulus ille, nunquid deferendum sit appellationi, concernit modum procedendi, non autem decisionem causæ, secundum Ant. de But. in c. quod clericis. extra, de foro compet. quem refert & sequitur Alex. in l. j. circa fin. ff. de leg. ij. & consi. clxvj. viso toto processu. circa fin. in ij. volu. Et hoc procedit, siue tractetur de appellatione ab interlocutoria, siue à definitiua: quia executio ipsę sententiæ definitiuę dicitur concernere modum procedendi, secundum Fede. de Sen. quam refert & sequitur Bal. in d. l. j. ff. de vsur. & Angel. in d. l. si fundus. Et istud etiam voluit Bald. in consil. cclxxxv. incip. casus ad finem. in ij. vol. vbi inquit,
7 quod † in executione sententiæ, quæ fit pro forensi, attenditur consuetudo loci in quo fit executio, quia est de ordine iudicij, non autem respicit decisiua: allegat text. in l. messi. C. de exact. trib. lib. x. sequitur Rochus Curt. in c. fi. de consuetud. cum concord. ibi per eum adductis. clarum autem est, quod † in concernentibus ordinem iudicij, forenses fruuntur beneficio statutorum: quia in eis regula est quod paria sunt forum sortiri, & statutis alligari, de qua per Inno. & But. in rub. extra de cõsue. cum concor. per Dec. consi. cclxxxiij. Et facit ad supradicta etiam quæ scribit Cor. consi. cxliij. quamuis primo aspectu. lib. ij. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLVIII. SVMMÆ.

Verba mandati summi Pontificis, sal accipiunt pro animalium vsu, sensus.

Publica vtilitas est quod mancipes promptè ad licitationẽ veniant, quando Princeps vendit.

Et tã copiosa subtilisq; suprascripta consultatio clarissimi Iurisconsulti do. Bardi, vt si quis illi addere quicquam velit, nihil aliud facere videatur, quàm quod prouerbio dicitur, in Syluam ligna deferre, contentus itaque in præsentia ero sola approbatione, adquam me maximè mouet illa ratio, quòd Bulla sanctissimi domini nostri, quæ mandat Mancipibus Salinarum, vt sal vendant cum augmento, & subditis, vt accipiant pro suo & familiæ, & animalium vsu, debet intelligi respectu vsus, qui habeatur in terris subditis, non respectu vsus † animalium existentium in regno, & sic extra Iurisdictionem, quia de illis non videtur sensisse Pontifex, per reg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & c. multi. verb. quid enim mihi ij. q. j. & quia tale sal transferendum in regnum, propter destinationem non habetur pro sale Pontificio. l. j. C. de verb. sign. & quia de hoc videtur rex. in l. in lege censoria. ff. de verb. sign. vbi tex. probat à fortiori, quòd fit restrictio aduersus vim verborum, propter præsumptam mentem legislatoris. Et certè mens Pontificis non fuit onerare emptorem in hoc casu, quia alias non essent emptori ab eo, sed à regnicolis. Nec est intelligenda Bulla in casu damnoso contra rationem finalem ipsius: sed solum intelliget in casu iurisdictionis necessariæ, id est, quò possint subditi cogi ad accipiendum, vt quia velint eo vti in terris Pontificiis, & ista interpretatio est accipienda tanquam fauorabilior etiam ipsis mancipibus, vt promptius veniant ad licitationem, † in qua re vertitur publica 2
vtilitas, vt dicit textus in l. j. ff. de loc. pub. fru. Et cum sim de sola subscriptione requisitus, non scribo vlterius, sed me remitto ad suprascriptum d. Consultorem. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CLIX. SVMMÆ.

Instrumentum clarum, non abolitum, nec cancellatum est exequibile.

Compromissi exceptio quandoque non admittenda.

Exceptio communis ab vno opponenda obtinet erga alios.

Compromissum habet in se quandam speciem transactionis.

Actio de dote cum sit communis Patri, & filiæ, sicut non potest Pater eam intentare, nisi ex consensu filiæ, ita nec potest eam repetere ex causa inopiæ mariti, nisi ex eius consensu.

Creditor non tenetur Partem summæ sibi debitæ accipere.

Reuerende pater, & domine in causa, cuius acta ad me transmissa sunt, vt iudicij consiliúque mei copiam vobis facerem, punctum duntaxat difficultatum attingam, prout consulentem decet, maximè cum diffusissimè sit vtrinque per dominos aduocatos allegatum. In primis quæritur, an dominus Iulius Budus rectè intentauerit exequutionem, secundum formam † statuti, de instrumentis ad voluntatem? & mihi videtur, quod sic: habet enim pro se instrumentum clarum, non abolitum, nec cancellatum, ex quo optimè eius intentio fundatur. l. cum precibus. C. de proba. per Dec. consi. xxxvj. cum concordan. Nec obst. clausula illa statuti, delato tamen primo eo casu sacramento, &c. Quia ea clausula non refertur ad membrum sequentis statuti, versicu. si verò debitor citatus comparuerit, &c. qui est casus noster. Secundò quæritur, an † exceptio compromissi debuerit admitti? & puto quod non. Cũ enim statutum concedat exequutionem instrumentis, non videtur de iure communi admittenda exceptio compromissi, † quòd habet in se quãdam speciem transactionis. l. & post rem. vbi doct. de transac. In casu verò nostro res est clarior, propter verba statuti non admittentis compromissum, vbi iura partium liquida forent per publica documenta, prout est in casu nostro, illa enim probatio incumbens actori, quod traduxisset vxorem, non facit, vt res minùs dicatur liquida, cum incontinenti potuerit certificari, secundum Ioan. de Imol. in d. j. de legat. & fideicom. ij. maximè cum super ea non fuit litigatum, nec pars aduersa hoc negauerit, sed adduxerit alias exceptiones, & hæc videtur communis opinio in d. l. j. vbi Alex. & in l. fi. §. Titius. de vulg. & pupill. substit. & licet Socin. consi. lxxxix. in ij. & Doc. cccxxij. quæsiuerint nodum in scirpo, per doctr. Bart. in dict. l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. tamen illa doctrina non obstat eam intelligendo & declarando, vt per Benedictum de Barziis in tracta. Guarentigiæ, in j. par. princ. q. ij. pro quo facit doctr. Bart. in l. iij. q. iij. C. de pignorat. & hoc maximè videtur dicendum, stante iuramento posito in dicto instrumento, per ea quæ not. Alex. consi. xxxvij. in ij. vol. vbi post Pau. Cast. consulit, non esse locum pro-

premissorum ex forma statuti, quãdo res est debita per contractum iuratum. & idem tenet consil. xxxviij. viij. Nec me mouet, quod actor petierit executionem liquidatis liquidandis, quia cum instrumentum perproductum sit minus liquidum, quam prius esset, hoc enim pendet à iure, non autem à verbis partis, quæ possunt intelligi de liquidatione permissa à statuto secundum supradicta. Tertiò quæritur an exceptio opposita ad merita causæ, quod maritus non sit soluendo, & vergat ad inopiam, debeat prodesse reo, ne condemnetur ex dicto statuto? Et mihi videtur quod non, quia statutum præcisè nominat exceptiones quæ possint opponi: vnde cum istam non nominet, videtur, quod non debeat admitti, secundum Bart. in l. j. §. & patui. ff. quod vi aut clam. & in l. ij. §. prætor. vbi omnes. ff. qui satisda. cog. Fortius videtur, circunscripto statuto, nec etiam de iure communi admittenda, per tex. in c. per vestras. extra, de donat. inter vir. & vxor. & per rationem, cum enim † actio de dote sit communis patri & filiæ, sicut non posset pater eam intentare nisi ex consensu filiæ. l. ij. §. fin. ff. sol. matri. ita nec potest eam repetere ex causa inopiæ mariti, nisi ex eius consensu, quia l. vbi. C. de iure dot. l. si constante. ff. sol. mat. hanc facultatem tribuunt mulieri, quę licet debeat mouere actiones cum licentia patris, secundum §. illud. in auth. de æquali. dot. non tamen debet hac facultatem soli patri: cum interfit mulieris. quòd pater soluat, vt sit dotata, nec tetardetur solutio, licet habeat deinde prouisionem legalem repetendi, quæ repetitio non facit quin interim dicatur dos, & debeat deseruire oneribus matrim. d. l. vbi autem. ver. si. ita tamen. & fatentur omnes in d. l. si constante. Nec obstat quod interfit patris, ne dos perdatur: quia alias cogeretur iterum dotare. auth. sed quãbis. C. de rei vxor. actio. Dico, quod hoc debet facere cum consensu filiæ, & si filia nolit consentire, & prohibeat, liberabitur ab onere iterum dotandi, vt probat in simili in d. §. illud. Illud et addo, in casu nostro non esse probatum, quod maritus vergat ad inopiam, nec q̃ incipiat male gerere res suas: quia debitum illud fratris & cognatæ, est debitum ante contractum, & quod prouenit ex iuribus veteribus, & diuidens cum fratre, non dicitur incipere facere rem deteriorem, potiùs est imputandum socero, qui diligenter non perseruatus est conditionem generi, quãdo ei promisit dotem. l. si creditores. ff. de priuileg. credit. poterit tamen tali casu vxor cum auctoritate patris cogere eum, vt reddat eam securam. iuxtà tex. in d. c. per vestras. vbi Butrig. Iaf. d. l. si constante. num. clxxij. Quartò quæritur, an oblatio facta per istum socerum, eum releuet, saltem ne condemnetur, maximè in expensis? Et non videtur. Primò, quia oblatio non est facta simpliciter, sed conditionaliter dilcussis primò & ante omnia exceptionibus, &c. quæ conditio non est iuri conueniens, vt supra dixi. Facit quod no. Bal. in l. acceptam. q. iv. C. de vsur. Secũdò, quia in effectu est verbalis tantum, & de pecunia in marsupio, quæ non sufficit: cum testes eam non viderint, secundum Alex. post alios in l. si seruus. ff. de vulga. & pupil. substit. & cum depositarius nullus coactus fuerit se habere in depositum, & se obligauerit. Tertiò, quia non de tota summa: cum † non teneatur creditor partem accipere. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petã. per Alex. dict. l. si seruus. & l. si mora. ff. sol. mat. Quartò, quia, (vt supra dixi,) dicta exceptio, quod vergeret ad inopiam, non posset opponi, frustrà in eius executionem

A fuerit facta est talis oblatio. Ex quibus omnibus concludo, concedendum esse executionem dicto actori, iuxta eius petitionem, & condemnandum reum in expensis, secundum formam sententiæ magnifici domini Columbini Auditoris, à quo male appellatum fuisse censeo. Et ita mihi videtur: salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLX. SVMMÆ.

B
1 *Statutum vt bona conseruentur inter ipsos fratres, cùm sit fauorabile, debet etiam habere locum in bonis sitis extra territorium.*
2 *Vbi primus actus de se tenet alia solennitas non est necessaria respectu subsequentium.*
3 *Si consentiam tertio alienanti rem meam cum protestatione saluo iure meo, talis clausula intelligitur vt sit effectus tantùm, non autem ipsius rei.*

C  Missis aliorum dictis subiiciam breuiter opinionem meam, non in modum consilii, sed voti potius, & sententiæ meæ. Videtur enim mihi iustam esse causam illustris domini Annibalis, vt luere possit bona Curiæ Villimpentæ, vendita per illustrem domi. Petrum Franciscum fratrem suum. Et sciendum est, quòd, cum ista bona fuissent communis genitoris, competebat ius luendi ipsi domini Annibali intra annum, & D diem ex forma statuti Mediolani, sub rubrica de re paterna luenda, quòd † statutum cum sit fauorabile vt bona conseruentur inter ipsos fratres, vt in simili per Curt. Sen. consilio ix. incip. Ticinensi, &c. debet habere locum etiam in bonis sitis extra territorium, secundum doctr. Bart. in lege, cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cath. Et ista fuit potissima causa cessionis, de qua agitur, vt apparet ex illis verbis, attento quod domin. Annibal habet ius ipsa bona redimendi E pro pretio habito, &c. Solùm ergo ista cessio operatur, quod sicut ex statuto habebat ius restrictum ad annum & diem iam habebit prorogationem temporis vsque ad decennium, prout habebat dom. Petrus Fraciscus. Et tali casu cessant multæ oppositiones, de quibus in præfatis consiliis, & maximè illa, quod non sit seruata forma statuti Mediolanensis, de cessio & alterius de donationibus: statuta enim illa loquuntur in cessione propriè loquendo, & in donatione cum ius de nouo transfertur in aliquem: at iste iam habebat ius à F statuto, & cessio operatur simplicem prorogationem temporis, vnde non est necessaria alia solennitas. Cum etiam per simplicem citationem talis prorogatio induci potuisset, vt concludit Barth. Veronen. caut. lxviij. incip. si petens: & quia cum iste eius qualitatis sit, vt admittatur ex statuto, nõ debet attendi solennitas alterius statuti. glo. c. ex insinuatione. extra, de inre patrona. & c. nemini. xvj. q. vij. & per Alexan. consilio xxviiij. in v. volu. G Et quia in ista prorogatione videtur satis esse, si seruetur natura præcedentis actus, secundum quã ius transfertur à statuto absque alia solsuitate per regulam legis, si cum Hermes. ff. locato. & per Bart. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verborum obl. Et quia † vbi primus actus de se tenet, alia solennitas non est necessaria respectu subsequentiũ, vt per Raph. Com. post Ang. in l. apud Iulianum. §. fin. ex quibus causis in poss. eat. & q̃ habetur in lege, j. §. item acquirimus. vbi Iaso. ff.

de acquir. poſſ. Et quia prorogatio facit, vt videatur vnus & idem actus. Nec ſit neceſſaria alia ſolennitas, vt in ſimili per Bal. in l. cum dotem. in fi. C. de iur. dot. Et faciunt etiam quæ not. Alex. poſt Imo. in l. ſi dignum. ff. ad l. Falcid. Nec obſtat illa clauſula quòd quicquid per dominum Annibalẽ geſtum fuerit vigore illius inſtrumenti ſit ad commodum, & vtilitatem præfati domini Petri Franciſci, quia habet hunc ſenſum, vt quia domi. Petrus Franciſcus non habebat pecunias luendi, vt dicitur in inſtrumento ſi iſte qui habebat lueret, lucrum quod inde oriebatur ſeu illud ſuprà plus cederet commodo cedentis, non autem poſſumus intelligere quòd per talem clauſulam domi. Annibal eſſet conſtitutus ſimplex procurator, quia verba inſtrumenti huic ſenſui in multis locis repugnant. vnde prior interpretatio eſt recipienda, vt in ſimili tenent Iacob. Put. Iaſ. in l. ſi fundum per
3 fideicommiſſum. ff. de leg. j. vbi † ſi conſentiam tertio alienanti rem meam cum proteſtatione ſaluo iure meo, talis clauſula intelligitur reſpectu pretii tantum, non autem ipſius rei. argum. l. mater. C. de rei vendi. & eſt de mente Din. Oldr. & Raph. ibi, & pro hac ſententia etiam facit, quod not. Alex. conſi. cxxxv. verſi. præterea iſta. in j. vol. & Dec. conſi. cclxxxiij. Si ergo d. Annibal iam redemiſſet, & eius frater peteret tale commodum, poſſet agere ex illis verbis inſtrumẽti ſed de hoc in præſentia non eſt controuerſia. & eleganter fuit deductum per do. conſultores. Vnde de ſubſcriptione requiſitus, volui eſſe iis paucis contentus, Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CLXI. SVMMÆ.

1. *Menſurandi modus.*
2. *Stationis verbum, dicitur à ſtando ad vendendum.*
3. *Scrinia aliud nihil ſunt, quàm caſſæ portatiles.*
4. *De connexis ſeu cohærentiis idem eſt iudicium.*
5. *Idem iudicamus de Cœmiterio quod de eccleſia, de clauſtro domus, quod de domo, de continentibus ciuitatis, quod de ciuitate.*
6. *Ex vicinitate artificum proueniunt rixæ, & æmulationes.*
7. *Statum loquens de apotheca, intelligitur quatenus ſit inſtructa.*
8. *Qui dat domum, vel aliam rem, videtur dare quæ annexa ſunt illi domui.*
9. *Quatenus eſt ſtillicidium domus, eatenus eſt proprietas domini.*
10. *Quod de domo dicitur, in proiectis quoque & mœnianis & ſuggrundiis, quæ extra domum producuntur locum habet.*
11. *In dubio potior eſt conditio prohibentis.*

ARridet mihi concluſio ſupraſcripti do. conſulentis, quod † menſura triũ perticarum accipienda ſit, non à parietibus apothecæ, ſed à tabulis extra apothecam proiectis. Primò propter verba ſtatuti diligenter à domino conſulente ponderata, quibus dicitur, quod non poſsit fieri iuxta ſtationem, ſcrinium, vel rem, in qua & ſuper qua fuerit dicta ars exercitata per tres perticas, &c. appellatio enim rei generalis eſt maximè cum dictione, aliqua. &c. vt ſupradictum eſt. Secundò quia
2 ſtationis † verbum dicitur à ſtando ad vendendum. l. j. §. ſtationem. de flum. glo. l. ne quibus. C. de digni. libr. xij. & ideò compræhenditur etiam locus extra, parietes, in quo ſtetur, ſicut videmus etiam in aliis vocabulis, quæ compræhendunt etiam continentia ſeu adhærentia, vt habetur in l. ædificia. ff. de verb. ſigni. Tertiò, quia ſtatutum idẽ iuris conſtituit in ſcriniis, & tamen quandoque ſcrinia extra apothecas tenentur, ſaltem de die, cum † ſcrinio nihil aliud ſint, quàm caſſæ portati-
3 les. l. ſacris. C. de proxi. ſacro ſcrin. lib. xij. ca. ſanct. xiv. q. ij. Quartò facit identitas rationis, quæ pariter ſubeſt, ſiue res vendantur in apothecæ, & æmulatio artificum ex proximitate magis oritur ex iis, quæ extra ſunt, & ideò ſtatutum de hoc quoque caſu eſt intelligendum. l. iis ſolis. C. de reuoc. don. doct. l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. Quintò facit regula generalis, quòd de connexis † ſeu cohærentibus
4 idem eſt iudicium. c. cum omnes. verbo, annexæ. vbi Bal. extra de conſtit. vnde † idem iudicamus de
5 cœmiterio, quod de eccleſia, & de clauſtro domus quòd de domo, & continẽtibus ciuitatis, quòd de ciuitate. ca. ſi ciuitas vbi doct. de ſent. excommu. in vj. per Felin. in ca. translato. de conſtitu. Sextò, quia iſtud ſtatutum eſt fauorabile, vt pote factum principaliter, ad texendas rixas & æmulationes artificum prouenientes ex vicinitate. ſecundum notab. in l. qui † exceptionem. ff. de condit. indebi.
6 Bart. l. quemadmodum. de agr. & cen. lib. xj. mod. l. ij. C. de in ius vocan. meritò ergo eſt interpretatione adiuuandum. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Iaſ. l. qui ſe patris. C. vnde lib. Septimò quia † ſtatu-
7 tum loquens de apotheca, intelligitur quatenus eſt inſtructa. l. ancillis. verbo, cæteriſque rebus. C. de inceſtis nupt. & ideò in ſtatuto noſtro fiet menſura reſpectu inſtrumẽti: & not. ibi Guliel. de Cun. & veteres, qui loquuntur etiam in caſu fortiori. Octauò per gl. xij. q. ij. can. fin. vbi Archid. not. q.
8 † qui dat domum, vel aliam rem videtur etiam dare, quæ annexa ſunt illi domui, iuribus in ea allegat. Nonò, quia † quatenus eſt ſtillicidium domus, eate-
9 nus eſt proprietas domini. l. fin. §. fin. de ſeruit. vrban. præd. licet publicè debeat ſeruitutem tranſeuntibus, cum ipſe dominus etiam ſuprà porti-
E cus poſsideat. l. hoc quod. verſic. aliter. eod. titu. vnde ſi extra, per conſuetudinem aliquid tenetur, dicitur teneri in ſuo, & ab eo loco incipienda eſt menſura. l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §. pen. verſi. eadem cauſa. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. an in totũ, C. de ædifi. prima. Decimò per tex. in l. Iulianus. §. ædibus. ff. de leg. j. & ibi doct. in l. quod conclaue. ff. de damn. infe. & ibi glo. & Bal. Per. de Anch. in conſi. cclxxxviij. ſuper pluribus. Iaſ. l. beneficium. ff. de conſtitu. princ. Vndecimò, quia † quòd de do-
10 mo dicitur, in proiectis quoque & mœnianis ſuggrundiis, quæ extra domum producuntur, locum
F habet. l. malum. §. j. ff. de verb. ſigni. l. ſi duo. §. Labeo. ff. vti poſsid. l. ſi verò. §. prætor. ff. de iis qui deiect. vel effud. Duodecimò & vltimo, quia in dubio pronũciandum eſt aduerſus iſtum actorem in fauorem rei contradicentis, qui habet fauorabilio rem cauſam. l. fauorabiliores. de regul. iur. cum † in
11 dubio potior ſit conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. commu. diuid. l. iij. ff. de ſuſpect. tut. vbi Bart. cum ſimilib. Et ita mihi videtur ſaluo ſemper ſa-
G niore iudicio.

CONSILII CLXII. SVMMÆ.

1. *Proclama abſque citatione validum.*
2. *Teſtamenti edicti forma.*
3. *Quilibet poteſt renuntiare beneficio ciuitatum*

4 Citati

4. *Citati & contumaces habentur pro consentientibus in pœnam contumeliæ.*
5. *Facta prævalent cuicunque protestationi.*
6. *Exceptio limitata, actum in reliquis confirmat.*

1 SAtis fuit aliàs allegatum tàm † per me, quàm per præstantissimos alios doctores, quòd statutum non requirit pro forma, vt omnes contradicentes cridis citentur, quæ opinio optimè probatur, per text. aliàs allegatum in §. hinc nobis. & §. sequen. & §. si verò non fecerit. in auth. de hæred. & Falci. in cuius tex. casu erant verba magis præcisa, quàm in statuto nostro, & tamen valet inuentarium respectu citatorum, addo nunc quod in simili casu notab. dixit Bal. in Margarita sua, verbo, testis sufficit. Item addo tex. in l. hac cõsultissima. C. qui testam. face. poss. vbi lex in testamento cæci iubet nomina specialiter dignitatesque & alia indicia personæ hæredis adiici, & vt antè latæ formæ declarant testandum esse & alibi in §. cæcus. institut. quibus non est permiss. ait non posse eum aliter testari, quàm per obseruationem suprascriptam, & tamen concludunt doctores, satis esse nudum Gallo presi nomen, quia certum indubitatumque est, & forma illa à lege tradita, secundum rationem restringitur. Et dum dicitur hanc esse formam inductam fauore publico, vt dominia non sit in incerto, & sit finis litibus. respondeo, istud argumentum concluderet, quòd non posset quis renuntiare benefitio cridarum, quod 3 est notoriè † falsum. l. quod si nolit. §. quod si ita. de ædil. edi. & facit tex. in l. quod de bonis. §. j. ad leg. Falcid. iuncta l. fin. C. ad leg. Falcid. Item respondeo, quod vt omnes simul citentur vel non, nihil ad ius publicum, vnde quoad hoc cessat suprascriptum argumentum, potest enim liquidari cuius sit dominium, ne sit incertum, non solum coniunctim, sed etiam separatim. Ad tertium dum dicitur, non interuenisse cõsensum Lignanorum, &c. respon. cum fuerint citati, & contumaces † habentur pro consentientibus in pœnam contumaciæ. l. contumacia. de re iudic. maximè cum statutum uostrum non requirat consensum, sed quòd sint citati, & in contumaciam alterius iubeat fieri commissionem perindè, ac si adesset. Item respondeo satis esse, quòd Castilionei consenserint, vt infrà ostendam. Ad quartum quod Castilionei non consenserunt, &c. respondeo, acta sunt in contrarium, 5 cum ipsi dederint Reynam pro confidente, & † factum prævalet cuicunque protestationi. l. pro hærede. §. Papinianus. de acqui. hære. Præterea licet protestati sint, vt saluæ essent ipsis exceptiones, tamen hoc non impedit quin in reliquis consenserint: 6 † exceptio enim limitata actum in reliquis confirmat. vt dicit Bal. in l. sed si sine. §. sed, quod Papinianus. de minorib. Ad quintum dico, quod consensus Castilioneorum præiudicat Lignanis: quia Castilionei tensentur procuratores in rem suam ipsorum Lignanorum ex quo euentus litis, & periculũ ad eos pertinet. l. fi. ff. de transact. facit l. sicut. §. si procurator. ff. quib. mod. pig. vel hyp. Confirmatur hoc etiam propter pactum conuenrũ inter ipsos, q, secuta cõtradictione teneãtur Castilionei defendere Lignãos & suscipere litẽ, & litigare pro liberandis bonis, &c. apparet ipsos constitutos esse procuratores, &c. arg. l. si cum Cornelius, de solu. l. cuicunque. §. j. vbi Bart. de instito. l. fin. C. de pact. conuen. & per glo. in l. j. ff. de neg. gest. verb. absentium, in fi. & hoc maximè dicendũ est stante statuto nostro, quòd sententia lata contra huiusmodi defensores, habeat executionẽ etiã cõtra defensũ, vnde sequitur vt cui præiudicat sententia præiudicet etiã acta. l. si superatus. de pignor. vbi Bart. & idẽ Barto. in l. ij. ff. iudi. sol. cũ simil. Et quòd acta cum venditore præiudicent emptori, sententia est Bart. in l. sæpe. de re iud. dum allegat not. per se in l. facta. §. si hæres. ad Trebel. & ibi omnes firmant, vt aliàs dixi, & licet Alex. distinguat in cõfessione, tamen in aliis actis non est distinguendum, sicut nec in confessione quando facta est iudicio contentioso, prout est quæstio nostra, vt ibi per eum. & satis sentit hoc clarissimus iudex in suo motiuo.

CONSIL. CLXIII. SVMMÆ.

1. *Si quis habitat in loco cum duobus seruitoribus, non dicitur habitare cum familia.*
2. *L. familiæ. de verb. signifi. sensus.*
3. *Appellatione Monachorum compræhenditur Abbas.*
4. *Appellatione clericorum compræhenditur Episcopus.*
5. *Filiusfam. dicitur sub familia Patris esse.*
6. *Filiusfam. nisi steterit per xx. annos separatus à Patre gerendo se pro Patrefamilias, censebitur semper in potestate, & in familia.*
7. *Quando familia semel est inesse deducta, tunc sic extinguatur ius in vno remanet.*
8. *Ad hoc vt familia inesse deducatur, à principio oportet quod sint plures, sicut dicimus in grege.*
9. *Legitimam statuto tolli.*

IN causa istorum nobilium de Porris. Primus articulus est circa statutum. Secundus circa legitimam. In primo articulo dicitur ipsos fouere iustiorem causam, quia statutum requirit, quod quis habitauerit cum familia. Sed iste non habitauit cum ea. Imò etiam si † habuisset vnum seruitorem vel duos, adhuc non diceretur habitasse cum familia. lege, detestatio. §. fin. ff. de verbor. signif. Nec obst. decisio Bald. in lege, iubemus. §. fin autem. C. ad Trebel. quæ probatur per tex. in lege, j. §. familiæ. ff. de vi & vi arm. Quia respondetur quod illud est in odium violentiæ, & sic ex legis interpretatione, non ex vi verbi, vt dicit glos. in dict. l. detestatio. & ibi Dyn. & Alber. de Rosat. in statuto autem nostro verba intelliguntur ad literam. Non obst. lex, familiæ. ff. † eod. tit. quia ibi non dicitur, quòd solus Princeps familiæ sit familia, sed quod etiam ipse cum aliis compræhenditur ea appellatione sicut † appellatione monachorum Abbas, Clericorum, Episcopus continetur. ca. fin. extra, de simon. & ibi † doctor. Nec est verum, quod iste esset princeps familiæ: quia cum esset † filius famil. est sub familia patris. lege, pronuntiario. §. familiæ. ff. de verbor. signif. & quamuis diu steterit separatus à patre, tamen † nisi steterit per xx. annos, gerendo se pro patrefam. semper præsumitur esse in potestate, & consequenter in familia. l. j. vbi glo. & Sal. C. de patr. pot. lege, ij. C. de præscript. long. temp. quæ pro lib. Nec ob. quod Ias. in l. si prius. vers. tu potes saluare. ff. de oper. no. nun. dicit de xl. annis tãtum, quia posset procedere, vbi filius haberet aliquem situlum, mediãte quo titulo assereret se præscripsisse. arg. no. per Bar. in l. j. §. j. ff. de itinere, actu priu. & licet in contractibus quo ad quæstionem iuris dicatur,

dicatur, filium patri cohabitantem non esse de familia, arg. l. tria onera. ff. de excu. tut. in dispositione tamen legali, vel testatoris est secus, vt per Iaſ. in l. fin. C. de verb. ſig. Non obstat etiam aliud dictum Cepollæ in titu. de Furno. Quia† quandò semel familia est ineſſe deducta, tunc ſi extinguatur ius in vno remanet. l. ſicut. §. fin. ff. quod† cuiuſque vniuerſa. principio autem vt ineſſe deducatur, oportet, quod ſint plures, ſicut in ſimili dicimus in grege. l. oues. vbi Bar. ff. de abig. Conſiderandum eſt etiam, quod ſtatutum requirit maiorem partem familiæ, non ſolum quia dicatur ſubditus, ſeu de iuriſdictione, ſed etiam quia tales difficilius recedunt, & ad patriam ſuam non ita de facili reuertuntur. Item eſt conſiderandum, quod ſtatutum facit regulam, quod mulier non nubat extra iuriſdictionem, deinde facit fallentiam, quandò nuberet illi, qui cum maiori parte familiæ habitaſſet Mediolani per decem annos: nam quamuis talis ſit alienigena, eum admittit. Si ergò quis non habuit familiam, ſumus extra caſum fallentiæ, & compræhendimur in regula, non autem caſus eſt omiſſus. Quò ad ſecundum articulum, Cum ſtatutum habeat iſtam mulierem tanquam non ſit† in rerum natura, excluditur à legitima, & auget partem iſtorum de Porris, vt dicit Alex. & Iaſ. poſt alios in l. plane, prima. §. ſi duobus. ff. de leg. & fideicom. j. Nec dicatur, quod ſtatutum non potuit tollere legitimam, & ſic non valet. Quia talis allegatio non admittitur à doctoribus noſtris, imò imponitur pœna iudici, & aduocato ex forma alterius ſtatuti, quod eſt in nouiſsimis. Et etiam falſum eſt, quod ſtatutum non poſsit priuare filiam legitimã, vt eſt communis opinio, de quo per Iaſ. in l. ſi quando. §. fin. in fi. C. de inoffic. teſta. Et in omnem caſum vbi eſt dotata, caſus non habet difficultatem.

CONSIL. CLXIIII. SVMMÆ.

1 *Domicilij contrahendi forma.*
2 *Scholaris habitans per decennium, cenſetur contraxiſſe domicilium, & tamen præſumptio ſtat in contrariũ, quia ſcholares ſtant in vniuerſitatibus cauſa ſtudendi, non autem contrahen. domicilij.*
3 *L. eius. la ſecunda. §. fi. ff. ad Municip. declar.*
4 *Nihil obſtat quod quis duobus locis forum ſortiatur, alterum in loco originis, alterum in loco habitationis.*
5 *Vna præſumptio tollit aliam.*
6 *Vxor eſt caput & principalis pars familiæ.*
7 *Ex ijs quæ ſubſecuta ſunt, declaratur quis nám fuerit animus retrò.*
8 *Vxor propter matrimonium tranſit in forum mariti.*

PRo reſponſione motiui contra Mãzochos dati, eſt præſupponendũ: quòd cum iſte maritus Anaſtaſiæ, habuerit continuam habitationem in Laudenſi, & duxerit vxorem Laudenſem, & nunquam traduxerit eã in locũ originis, ſatis dicitur indicaſſe animum contrahendi domicilium in Laudenſi, adeò vt eius vxor non poſsit dici nupſiſſe extra territorium, per rationes alias dictas in conſilio. Nec obſt. quòd licet† domicilium contrahatur per habitationem, tamen hoc non procedit, quando aliqua coniectura eſſet in contrarium, ſecundum Bar. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Reſpondeo pluribus modis. Primò, quod Bar. non dicit, quod ſufficiat eſſe coniecturam in contrarium, imò dicit, quòd oportet eſſe certum, quod nolit contrahere: & quod iſtud ſit verum, probatur ex lege ij. C. de incol. lib. x. vbi ſcholaris per decennium cenſetur contraxiſſe† domicilium, & tamen præſumptio ſtat in cõtrarium, quia ſcholares ſtant in vniuerſitatibus cauſa ſtudendi & addiſcendi, non cauſa domicilii conſtituendi, ſed talis præſumptio non eſt certa: ideò cedit alteri oriẽti habitatione. Secundò, reſpondeo quòd in caſu noſtro nulla coniectura eſt in contrarium: quia cauſa acceſſus, quod venerit ad laborandum & lucrandum, non pugnat, quin acquiſiuerit domicilium: quia maximè quis operatur, vbi domicilium habet. & tex. in† l. eius. ij. §. fina. ff. ad municip. loquitur quando quis in vno loco colendi ruris cauſa diuerſabatur, in alio habitabat: & præſupponit expreſsè quod ſi in eo loco, vbi rus colebat, etiam habitaſſet, & negotiaretur & feſtos dies tranſigeret, quòd talis ibi diceretur domicilium conſtituiſſe, prout fuit in caſu noſtro. Item quod emerit in agro Bergamenſi, nihil contrariatur, quin domicilium cõſtituerit in Laudenſi. ex quo† nihil obſtat quòd quis duobus locis forum ſortiatur: alterum in loco originis, alterum in loco habitationis. d. l. eius. §. Celius. l. aſſumptio. vbi Bart. eod. tit. & ſic iſtæ præſumptiones non ſunt contrariæ domicilio, ſed compatibiles cum eo: vnde nihil inferunt, vt ideò minus videatur contraxiſſe domicilium. Tertiò reſpondeo, quòd vna præſumptio † aliam tollit, l. diuus. vbi Bald. in fi. ff. de in integ. reſtit. l. cum de indebito. ff. de probat. in caſu autem noſtro, ſunt præſumptiones efficaciores. Prima habitatio, quæ vel ſola ſufficit. l. domicilium. ff. ad Municip. Secunda ductio vxoris in tali loco, quam nũquam duxit Bergomum, ſed ſemper remanſit in prima vxoris, ſecũdum Bal. l. fi. C. ſi à compet. iud. Tertia eius retenſio ſemper in Laudenſi: & non eſt dubium, quod ipſa † vxor eſt caput familiæ & principalis pars. l. nam ciuium. de iis qui ſunt ſui. l. familiæ. de verb. ſig. Vnde tale forum debet magis attendi, ſecundum Dec. conſ. cclxxxiij. verſ. v. Quarta, quia tenuit habitationem ſemper ibi cum rebus ſuis & vtenſilibus: & negotia ſua exercuit, & feſtis diebus mãſit: quòd videtur ſufficere d. l. eius qui. Quinta, quia ſemper onera ſubiuit, cum Laudenſibus, non ſolum porentia, ſed actu, ſecundum Caſtr. conſi. lxxxix. in nouiſ. Sexta, quia ſupplicauit pro ciuilitate: vnde ſatis declaratur mẽs ipſius, qualis fuit retrò: quia† ex iis quæ ſubſequuta ſunt, declaratur, qualiſnam fuerit animus. l. ſed Iulianus §. proinde. ff. ad ſenatuſc. Maced. litibus. C. de agric. & cenſ. lib. xj. l. ſi filius. C. de petit. hæredit. §. patronũ. inſtit. de rer. diuiſ. Dec. conſ. cccclxxvj. vbi allegat concordantias. maximè in caſu noſtro, in quo ſufficit quod ciuilitas deinde fuit acquiſita, ſecundum Soc. conſi. xviiij. in iij. Pau. Caſt. conſi. lxxxviiij. in ij. cum ſimilib. aliàs allegatis. Quartò reſpondeo, quòd etiam ſi ſupraſcripta in contrarium adducta eſſent vera, tamen adhuc Anaſtaſiæ debet obtinere, quia non verificãtur verba ſtatuti eam excludentis, cũ etiam ſi nupſiſſet forenſi, non tamen dicatur nupta extra iuriſdictionem, priuſquam forenſis eam traduxerit extra iuriſdictionẽ, lege, fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & quia ſtatutũ eſt correctorium iuris communis, & pœnale. vnde nõ debet ei eſſe locus, niſi ſequuta tranſductione, & ſic ſequuto effectu. vt per Iaſ. in ſimili. in l. fin. verſi. xviiij. C. de iure emphy. vbi allegat concordantias. quorum rationes etiã militant in caſu noſtro, & per Abb. conſilio j. in j. vol. cxvij. in fin. in ij.

Salic.

Salic.l.cum in te.C.de donat.ante nupt.& quia li- A
8 cet vxor † propter matrimonium transeat in fo-
rum mariti l.ea quæ.ij.ad Municip.tamen hoc fal-
lit,quando maritus remaneret in foro vxoris per
decennium,secundum Bald.in d.l.fi.C.si à non com
petent.quem ita declarat & sequitur Dec.in l. cum
quidam.ff.de iurisd.omn.iud.quòd propriè contri-
git in casu nostro,& quia pro hac muliere vrgent
etiam aliæ rationes adductæ in consilio, quas non
repeto.& ideò non dubito quin dominus iudex
pro sua integritate sit pronuntiaturus pro ipsa B
Anastasia, quæ iudicio meo apertissimè fouet iu-
stam causam. Et ita mihi videtur salvo semper sa-
niore iudicio.

CONSILII CLXV. SVMMÆ.

1 *Pater stipulando sibi,& filiis illud,quod sui naturâ transire potest ad extraneos,videtur stipulari illis, tanquam hæredibus,& ideo si talem rem tenere voluit, oportet quod sint hæredes.*

2 *Filij & hæredes concursus quandoque necessarius.*

3 *Æquitas dictat vt cum ex causâ Patris bona ad filios perue nerint,eius defuncti conscientiam exonerent,nec sinant eum in inferno torqueri,propter non restitutionem debitorum.*

4 *Princeps ligatur ex suo contractu,nec de plenitudine potestatis,potest illi contrauenire.*

5 *Princeps ex causa publicæ vtilitatis potest tollere seu alterare suum contractum.*

6 *Decretum odiosum per interpretationem restringi debet, & cum loquatur de donatione bonorum immobilium, non debet trahi neque extendi ad iura, quæ sunt tertia species,& propriè non comprænduntur appellatione bonorum mobilium,vel immobilium.*

Ilios istos Viscardi,teneri ad solutio
nem æris alieni, per eorum patrem
1 contracti arbitror. Moueor, quia
communis est conlusio,quòd † pa-
ter stipulando sibi, & filiis illud, E
quod sui natura transire potest ad extraneos,vide-
tur stipulari illis,tanquam hæredibus:& ideò si ta-
lem rem tenere volunt,oportet quòd sint hæredes.
l.si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. per Bart. &
doct. in lege, quod dicitur.ff. de verbor. oblig.
quod ista opi. maximè procedit in casu nostro,
in quo, quando fuit facta donatio, nondum nati
erant filii: vt possit inde dici stipulationem fa-
ctam de filio, propter benemerita ipsius filii,quod
autem res talis posset transire ad extraneos, appa-
ret ex illa clausula, qua datur libera licentia do-
natariis,vt possint de ea pleno iure per omnia dis-
ponere & agere, prout Princeps ipse ante donatio
nem factam,potuisset,ponendo eos in sui locum,
de qua clausula habetur per Ange. in l.vj.C.de no-
uat.in l.fi.ff.de transact.per doct.in l.qui quadrin-
genta.ff.ad l.Falc.Nec obst. allegatum Decretum,
quo bona immobilia donata per Principem, pro-
hibentur aliquo modo transire extra masculos de
scendentes.Nam respondetur duobus mod.Pri-
mò, quòd cum ista donatio iam esset facta ante de
cretum, & ex eius tenore apparet filios ad eam
non admitti,nisi tanquam hæredes : requiruntur
2 ergo duo.Primùm,vt isti succedere volentes, sint
de filiis masculis, & hoc introduxit decretum.Se-
cundum,vt isti veniant iure hæreditario patris, &
istud introducitur ex instrumento donationis, &
sic iste casus est similis illi,quando pater stipulatur
sibi,& filiis,& hæredibus,requiritur enim tunc, q
vtrunque concurrat,vt per Bart.in l. vt nullibi ran-
di.§.j.ff.de oper.liber.& isto modo subtiliter con-
derando tollitur difficultas, debent igitur isti filij
vocare se hæredes patris, & satisfacere creditori-
bus,quia † æquitas dictat, vt cum ex causa patris, 3
hæc bona ad eos peruenerint, eius defuncti con-
scientiam exonerent, nec sinant eum in inferno
torqueri, propter non restitutionem debitorum,
vt declarat Anch.in reg.peccatum.de reg.iur.in vj.
in pen.charta. Host.in ca. tua. per illum tex. de
vsur. Aret. in l.ij.§.& harum.ff. de verb. oblig. Vbi B
concludunt,quòd non habito respectu ad portio-
nes hæreditarias,debent filii exonerare conscien-
tiam patris,quantum possunt,poterunt itaque de
fructibus satisfacere creditoribus, quia per talem
modum non dicitur res alienari.l.j.§.item in fun-
do.vbi Bal.ff. quib.mod. vsufr. amit. & quod no.
Bar.in l.vsufructu.per illum tex.ff.solu. mat. Alex.
consi.cxxvj.super eo quod queritur in fin.j.libro.
Secundò respondetur, quòd tale decretum, non
perualet in præiudicium dictæ donationis, quia C
† Princeps ligatus fuit ex suo contractu.c. j. de pro 4
bat.vnde nec de plenitudine potestatis, potest illi
contrauenire,secundum Castr.in l. digna vox. C.
de legib.& Bal.in c.j.§.ad hæc.versic.item nota.ex
tra glo.de pac.iur.fir.cum concór.per Mod.in d. c.
j.de probat.& licet † ex causa publicæ vtilitatis, 5
posset Princeps tollere seu alterare suum contra-
ctum.l.quod semel.ff.de decret.ab ord. facta. c. in
nostra.extra, de iniur.& dan.dat. per Alex. consi.
cj.visis instrumentis.in j. tamen hic non subest ista
causa publicæ vtilitatis,sed priuata: videlicet me- D
moriæ ipsius Principis. & debet verè constare de
causa publicæ vtilitatis. vt per Dec. consil.xlviij.
alioquin non staretur assertioni Principis, propter
peccatum, quod incurrit,contraueniendo suo cō-
tractui.vt in simili dicit Imo.in c. cùm contingat.
in j.membro princ.extra,de iureiur. vbi etiā Abb.
Præterea est aduertendum, quòd illud † decretum 6
tanquam odiosum,debet per interpretationem re
stringi,& cum loquatur de donatione bonorum
immobilium, non debet trahi neque extendi ad
iura,quæ sunt tertia species,& propriè non com-
prehenduntur appellatione bonorum mobilium,
vel immobilium.l. à diuo Pio. §. ij.ff. de re iudi. l.
quam Tuberonis. ff. de pecul. vide cùm in dicta
donatione continentur,etiam quoddam datium:
quod est ius vendendi panem, & carnes: quod
ad illud non videtur aliquo modo obstare de-
cretum.

F

CONSIL. CLXVI. SVMMÆ.

1 *Iurandi vis in varios transmitti.*

2 *Successor particularis conuentus hypothecariâ soluendo se liberat.*

3 *Iuramentum ex formâ statuti loco solutionis.*

G Vm d.Ioanna sit creditrix dotis suæ
sibi constitutæ à patre, & pater sit
emphyteuta,quæritur an † facultas 1
iurandi se solvisse, vel solutionem
teneri, ex statuto nostro compotes
trahat in ipsam, tanquam singularem successo-
rem,& si sit hæres patris,clarum est,q̃ sit: quia tran
sit in successorem vniuersalem, secundum Abb.
post alios, in lege, qui bona.§.qui damni.ff. de da.
infect. Ias. l. si quando. C. vnde vi. Fortius dico,
quòd

2 quòd † transit etiam in successorem particularem. Primò, quia sicut successor particularis, conuentus hypothecaria: soluendo se liberaret. l. forma. §. si cum ego. de censib. & habetur in l. ij. C. de iur. emphyt. per Ias. q. xx. vita etiam iurando: quia † iuramentum, ex forma statuti succedit loco solutionis. Secundò, per text. in l. si cui. verb. nec ei prohibeantur. C. de non nume. pec. Tertiò, per regulam l. si quando. §. hæres. de lega. j. l. in hoc. versi. & verius. ff. commu. diuid. Quartò, per doct. Bart. in l. si stipulatus fuerim illud. de verb. obli. dum allegat l. pro hærede. §. qui tamen. versi. cum petitio. ff. de acqu. hæred. Quintò, per aliam doct. Bart. in l. si sic. §. fin. ff. de legat. j. vbi etiam Alberic. de Rosat.

CONSIL. CLXVII. SVMMÆ.

1 *Caducitatis rei emphyteuticæ causæ.*
2 *Protestatio contraria facto, non excusat à caducitate.*
3 *Per clausulam precarij, aut constituti transfertur vera possessio.*
4 *Cùm res semel sit aperta domino, non potest amplius mora purgari, quæ propter malè factam fuit incursa.*
5 *Actiones personales transeunt in successores vniuersales, non autem particulares.*

BOna de quibus agitur, satis puto incidisse in causam caducitatis: & ideò applicanda esse domino directo, & hoc ex illo capite, quia semel atque iterum alienata fuere inconsulto domino, & † translata eorum
1 possessio aliter quàm per inuestituram domini iuxta legem, finalem. C. de iur. emphyt. & etiam iuxta dispositionem statuti Placentini ampliantem regulam. d. l. fi. & licet proponatur aliquam exijstis alienationibus, esse factam cum clausula. *Accedente consensu domini directi, &c.* tamen hæc protestatio non sufficit quando secuta esset realis traditio: quia videtur † protestatio contraria facto', & non excusata caducitate, secundum magis communem opin. de qua per Ias. in d. l. fin. & in l. non solum. §. morte. in vlti. par. ff. de oper. no. nūt. Dec. consilio clx. licet quando adiecta esset clausula geminata, non aliter nec alio modo, aliud sub dubio fortè dixerit Felin. in ca. quę in ecclesiarum. nume. cxviij. de constitu. de quo per Ias. in lect. nouis. rub. sol. matr. sed tamen in pratica solent doct. sequi q fit locus caducitati, & quicquid sit in facto non præsupponitur aliquid de tali clausula geminata. Et videret hæc opinio procedere, etiam si traditio non per actum facti, sed per precarium, aut constitutum interuenisset: quia etiam talis † clausula trás fert veram possessionem. l. quod meo. de acqui. poss. l. certè. §. j. & §. Iulianus. de procur. vt consuluit Ant. de But. consi. xxxiiij. refert & sequitur Ias. in d. l. fi. q. xviiij. Et videretur etiam procedere hæc
4 opinio, dato, quod pœnituisset istos emptores, & reuocata esse alienatio: quia † cum semel res sit aperta domino, non potest amplius mora purgari, quæ propter mala factum fuit incursa. l. j. §. si rem de positam. ff. depos. c. j. quod iuris si vasal. feud. alie. recup. in vlt. feu. & ita concludit Bar. in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsucap. Ias. d. l. fin. char. pen. Alex. l. si insulam. de verb. oblig. & est communis opinio, saltem vbi possessio aliquo tempore durauerit translata. Nec quicquam refert, quod donatio fuerit facta personis comprehensis in inuestitura, quia non sunt comprehensæ in hunc casum, nec admissæ sunt propter verba inuestituræ: sed propter alienationem in eis factam, vnde dominus contra eos non habet saluam personalem actionem, nisi sequuta recognitione, secundum doct. Bar. communiter approbatam in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. x. ff. de verb. obl. quod secùs
5 est in hæredibus, quia † actiones personales transeunt in successores vniuersales, non autem particulares, vt sunt iura notissima. l. j. §. si hæres percepto. ff. ad Treb. l. fin. de contrahen. empt. Et procedunt istæ rationes secundum ius commune, sed per statutum Placentinum res redditur longè clarior, quatenus dicitur, quòd intelligatur res alienata, si reperiatur per alium quàm per ipsum emphyteutam, vel eius hæredes possideri: quibus verbis excluduntur donatarii, vel quilibet alius particularis successor, de quibus in casu nostro. Item dum statutum mandat, quod teneatur emphyteuta in instrumento alienationis facere mentionem de domino cui redditur fictum, & de quantitate ficti, alioquin intelligatur res aperta domino ipso iure, &c. ex quibus verbis statuti tollitur omnis difficultas, vt dubitandum non sit, quin suprascripta bona sint in causa caducitatis. Et ista panca videntur mihi sufficere in re satis clara. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVIII. SVMMÆ.

1 *In promissione facti affirmatiui, quis non constituitur in mora, nisi per interpellationem.*
2 *Vbi nulla est mora, ibi nulla est condemnatio.*
3 *Non dicitur stare per eum, qui non stetit in mora.*
4 *Qui promittit releuare, dicitur procurator in rem suam.*
5 *Dies cum quis releuare promittit, non interpellat.*

BLancus versus Christophorum solum tenetur ad eum releuandum, pro summa li. ccc. soluendo canonico, & vbi eas non soluere ipsi Christophoro, promissio ergo Blanci est promissio facti † affirmatiui. *Quod releuare, &c.* in qua promissione quis non constituitur in mora, nisi per interpellationem. l. si insulam. ff. de verb. obli. l. ita stipulatus. magna. eod. titu. & hoc regulare est in promissionibus, vt no. glo. in l. mora. ff. de vsur. & habetur in l. quod te. ff. si cer. pet. cum ergo interpellatus non fuerit, non est mora. Et † vbi 2 nulla est mora, ibi nulla est condemnatio. l. si ita stipulatus essem. ff. de verb. obli. per Spe. tit. de interesse. §. ostenso. versi. si autem. & quia † non dicitur 3 stare per eum, qui non est in mora. l. j. §. non exigit. ff. vt in poss. leg. Old. consil. ccxlij. Dec. consi. ij. ex tali enim promissione Blancus solum tenebatur ad releuandum & defendendum. l. pater. versi. q si ratum. ff. de dot. prælega. quod fecisset interpellatus, quia fecisset, ei confessionem & quietationem, quam facere poterat vigori instrumenti promissionis, aliàs per canonicum factæ. Item obiecisset canonico exceptionem compensationis crediti sui, quam obiicere poterat tanquam procurator in rem suam. l. in rem. in prin. ff. de compen. glo. & Doct. in l. eius. C. eo † qui enim promit- 4 tit releuare, dicitur procurator in rem suam. l. fi. §. Titius. ff. de condict. indeb. solum ergò agat Christophorus contra Audactum condictione indebiti. dict. §. Titius, vel condictione sine causa l. j. eod. tit. & Blancus absolutus probabiturque indebitum,

tum, quia eo ipso quod Audactus debet Blanco, per compensationem dicitur ei solutum, vt per Bar.in l.ampliùs non peti.& dicit Christophorus, cũ tibi esset solutum per Blancum procuratorem meum,non potuisti à me accipere.Nec obst.quod promissio habeat diem, quo casu † dies interpellat.l.magnam.C.de contrah.& commit.stipul.Feli.c. si autem de rescript. quia respondeo, quòd istud procederet in alia simplici promissione facti,sed in ista releuando, aliud est: quia non potest promissor releuare nisi sciat,& ideò semper debet certiorari,vt dicit Abb.consi.xlix.in ij. & per Feli. in d.c.si autem.

CONS. CLXIX. SVMMÆ.

1 *Separatum ad aliud non trahendum.*
2 *Subreptitiæ literæ sunt,quæ falsum exprimunt.*
3 *Literas statim præsentandas esse.*

FVndata est intentio d.Alciati,ex instrumẽto conuentionis Liuellariæ, in quo obligat se mater Carracioli ad solutionem ficti. Et licet facta sit ei gratia,vt non teneatur ad fictum, liberauit se hoc biennio;tamẽ gratia loquitur de liberatione quæ fiat per pecunias, per oblationem contracambij. Nec ob. q. quoad libellũ actum sit pactum alternatiuũ, seu in pecunia liberetur, seu contracambio.Respondeo,tale 1 pactum est in clausula † separata, & loquitur respectu alterius libelli. Vnde non debet trahi ad aliam clausulam superiorem separatam.c.cũ dilecti. vbi Imo.& Cardinalis.extra,de don.Bar.l.fi.ff.de reb. dub.per Ias.in l.j.iij.limit.C.de liber.præter.maximè cum subsit manifesta ratio differentiæ:quia Liuellum librarum xj.suis subrogatum alteri Liuello:ideò cósensit Alciatus, q. posset liberari p contracambiũ. Sed illud librarũ 22. fuit subrogatũ loco fictorũ,q̃ in pecunia numerata debebant:& ideò nõ nisi p numeratã pecuniam põt liberari. Nec obstãt literæ † senatus,qa sunt subreptitiæ, & dñt peti has pecunias tanq̃ interesse.& Liuellũ nõ fuisse ab initio constitutum, q. est falsum,& ex lectura instrumenti conuincitur.c.ij.c.super literis. de resc.l.j.& seq.& l.pe.C.si contr.ius.Item debuerũt intimari ante lapsum termini, quod non est factũ. Quia rales literæ intelliguntur, dummodò adhibeat diligentiam in tempore: vnde debuerunt statim præsentari, non autem † potuit eas retinere p 3 mensem,& deinde põtare,per doctr. Bar. in simili in l.admonendi.in fin.de iureiur.per illum tex. & habetur per Pau. Castr. in l.si ita stipulatus essem abs te.de verb.oblig. in l. si quando.C. de dilationib. Item in illum casum illæ literæ non tollunt ius Alciati ex instrumento, & partium cõuentione quæsitum.

CONS. CLXX. SVMMÆ.

1 *Coactio terminum iam solutum iterũ hostibus soluere, dominus non compensat,secus si non solutum.*

REi series d.Franciscus de Berzago,dictus Borella,fictabilis do. Elisabeth de Gambaris, pro nonnullis bonis vtis in episcopatu Laudæ, soluit ipsi dñę fictum termini S. Martini. 1523. proximè præteriti, & non obstante dicta solutione,iterato per detentionẽ pſonæ, & per p̃cepta vt ipse dicit,coactus fuit per Gallos fictũ dicti termini soluere ipsis Gallis,in ciuitate Laudæ, præsupponentes bona ipsius dñę, fore Cameræ regiæ cũ fiscata. Vlteriùs etiam ipse Borella ex ficto dictorũ bonorũ termini cursi in festo Paschæ, resurrectionis proximæ,non facta aliqua solutione ipsi dñę coactus fuit per præceptionem, & detentionem pſonæ,vt ipse dicit,soluere ipsis Gallis, in d. ciuitate Laudæ,scuta 100.auri.Quæritˉ vtrum ipsa domina teneatur dict. pecunias compensare dicto eius fictabili,an ne?Respondeo, p termino S. Martini,iam soluto,arbitror dñam Elisabeth nõ teneri ad aliquid compensandũ,nec vis † seu iniuria facta Borellæ dẽt nocere dñę Elisabeth,dato q. eius contemplatione facta fuerit.l.fi per imprudentiã. ff.de euict.l.exceptione.ff.de fideiuss. cũ concord. per Ias.in l.ij.§.si in facto.ff.de verb.obl. Pro termino Paschę arbitror dictã dñam teneri, per no. in l. creditor.ff.de solut. quæ non habent locum in priore,quia tunc Borella non erat debitor,ex quo soluendo dominæ liberatus:vnde fuit iniuria illa facta,quod secus est in isto casu.

CONS. CLXXI. SVMMÆ.

1 *Donatio contra dispositionem statuti facta, est nulla.*
2 *Actus non est ipso iure nullus,quando lex vlterius procedit,dando modum infirmandi.*
3 *In feudalibus cõtinuatur possessio de defuncto in hæredem, ipso iure.*
4 *Vasallus qui proclamationibus à Domino feudi factis non comparuit,ius suum amittit.*
5 *Possessorium remedium ex inuestitura non datur.*
6 *Feudalium possessionem in hæredem non continuari, verius est.*

ADest statutum nostrum, per quod prohibetur ascendens meliorare conditionem descendentium.Vnde talis † donatio tanquam contra dispositionem statuti facta, videtur esse nulla. l.non dubium.C.de legib. Sed respondetur quòd ista obiectio in possessorio nihil obstat,quia statutum vltrà procedit,dando remedium,videlicet, q. liceat auocare partem per illum filium,qui reperitur detrerioratus;vnde † cùm lex vltra procedat, actus non est ipso iure nullus,sed debet agi reuocatoria,vt dicit Barto. in d.l.non dubium.in iiij.col. versi.oppono de titulo de dolo,& ibid. Ias. multa adducit,& hoc expresse probatur ex verbis statuti nostri,quæ ratio etiam procedit in casu nostro, quia non extenditur in bonis existentibus extrà territorium.

Obstat,quia saltem quoad bona feudalia,videretur quòd iste agens deberet obtinere, quia donatio Com.Ioannis Antonij non extenditur ad illa bona,qui differentur secundùm voluntatẽ Testatoris.c.j.de succes.feud. Pau.de Castr.d.consil. 179.vbi ampliat istud procedere etiã in feudo pauco.& istud debet procedere etiam quoad iudiciũ possessorium,quia † in feudalibus ipso iure continuatur possessio de defuncto in hęredem, etiam si non obstaret decretum,vt dicit Bald.in l.cum antiquioribus.in vj.col.C.de iure delib.Sed ad hanc rationem respondetur,quod imò etiam in feudalibus non debet continuari,quia aut vult in eis cõtinuari tanquam hæres patris,& non potest, quia pater ipse non possidebat, sed Comes Franciscus qui habuit inuestituram à Rege, imò † si pater aliquod ius habuisset in eis bonis post donationem,

BIU Cujas

illud perdidisset, quia factis proclamationib. à domino feudi, nunquam comparuit, nec præstitit fidelitatem. ca. j. §. j. quæ fuer. pri. caus. benef. amit. in vsib. Sed eam præstitit solum Comes Franc. aut vult venire vigore primæ inuestituræ, non autem tanquam hæres, & tunc casus est clarus, quod debet continuari, quia decretum loquitur in hærede, nec † ex inuestitura datur aliquod remedium possessorium. §. sequens. instit. de interdict. Nec obst. doctr. Bald. in d. l. cum antiquioribus. quia loquitur quãdo testator ipse possidebat feudum, quòd non est in casu nostro, & etiam illa decisio est satis dubia, quia † imò possessio feudalium nõ continuatur in hęredem, vt meliùs distinxit idem Bald. in cap. j. in vlt. col. An mutus, vel imperf. sequitur Iaso. in l. sorori. in fin. C. de iur. deliber.

ANDREAE ALCIATI IV. RISCONSVLTI MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber VI.

QVI AD IVDICIA CIVILIA INSCRIBITVR.

CONS. I. SVMMÆ.

1 *Sententia potest dici iniustè lata ex defectu iurisdictionis.*
2 *Iudex secularis, non potest nec debet ingerere se in cognitione causarum beneficialium.*
3 *Possessorij causa beneficialis.*
4 *Possessionem habens antiquiorem, potior est in interdicto retinendæ.*
5 *Vagabundus potest ecclesia sua spoliari: præsertim cũ sine licentia sui Prælati sit peregrinatus.*
6 *Quis potest abesse ab ecclesia, & per substitutum seu Vicarium ei ecclesiæ deseruire.*
7 *Possidens etiam per aliam restituen.*
8 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis.*
9 *Ius tertij potest opponi per monachum, ex quo est exclusuum ipso iure intentionis agentis.*
10 *Exceptio respiciens titulum in iudicio possessorio, est reiicienda.*
11 *In interdicto retinendæ solet præferri, qui habet iustiorem titulum.*
12 *Cap. reintegranda vi.*
13 *Nullum ius habens in beneficio, repellendus.*

VIdetur in proposito casu, sententiam latam in fauorẽ monachi contra Michaelem Prusonem, iniustè esse latam, & propterea in causa appellationis retractandam. Et primò † ex defectu iurisdictionis: quia non debet nec potest † iudex 2 secularis ingerere se in cognitione causarum beneficialium. c. quanto. & c. ex. q. vbi not. extra, de iudic. & licet cognouerit tantummodò in † possessorio, 3 tamen etiam talis causa dicitur beneficialis. clem. vnica. de cau. poss. Bertran. & Ioan. de Lig. in clem. dispendiosam. de iudic. cum concord. per And. Sicul. in dicto loco, vbi dicit, quod Clemens Papa ira pronuntiauit, & omnes doctores ita conuenerunt, sed quia reuerendi domini de Parlamẽto non consentirent huic rationi, quia quotidiè cognoscunt in causa possessionis beneficiorum, vt dicit etiam Guid. Pap. dec. Delph. q. j. ideo transeo ad alias rationes. Secundò, quia iste Pruson erat in possessione antè, quam monachus: vnde in ea possessione est manutenendus: quia qui possessionem habet † antiquiorem potior est in isto interdicto retinendæ possessionis. c. licet causam. vbi latissimè Mod. extra, de probat. & ab hoc fundamento dependet victoria istius agẽtis. Nec obstat multa, quæ possent in contrarium adduci. Et primò, quod iste Pruson, fuit aduena, & extorris p duos annos: vnde cùm esset vagabundus, meritò potuit † spoliari ecclesia sua. c. ex tuæ. de cler. non 5 resid. præsertim cum sine licentia prælati sui sit peregrinatus, vt habetur in c. magnæ. extra, de voto. & consecra. dist. v. c. non oportet, cum similib. Sed respondetur, quod licet esset absens, tamẽ reliquerat † substitutum, & vicarium, quod potuerat facere, vt habetur in c. contra perpetuas. de fide instru. & c. postulasti. de rescript. Prætereà contra hunc non fuit seruatà forma, quę debet seruari, vt absens priuaretur, de quo in d. c. ex tuæ: nec istud refricatur in dubium. Secundò non obstat, quod iste monachus videatur probasse possessionem, ex quo rector ipsius rectoriæ, qui exercuit cu ram animarum eum recognouit, & exercebat tanquam ab eo constitutus l. j. §. per procuratorem. ff. de acquir. poss. sed respondetur, quòd imò prius iste exercebat nomine ipsius Pruson. vnde illi conseruabunt possessionem, & licet deinde † recognouerit istum monachum, tamen talis recognitio 7 non tenuit: quia non potuit sibi mutare causam possessionis. l. iij. §. illud. ff. de acquir. possess. l. colonus. l. cum fundus. ff. de vi, & vi arma. Spec. in tit. de empt. & vendi. §. j. vbi Ioan. And. vnde talis secunda recognitio, per quam videtur priuatus iste agens sua possessione, non debet operari in fauorem istius monachi, quominus agens restituatur tanquam spoliat⁹ iuribus suprà allegatis. Tertiò obstare videtur, quia Ioannes Arzalarius, à quo datum habuit iste Pruson, non videtur habuisse aliquid ius in beneficio: quia (vt asseritur) cùm ipse habuisset hoc beneficium titulo permutationis, non adimpleuit permutationem ex parte sua: vnde Petrus, cuius erat beneficium per ordinarium, fuit re-

fuit restitutus ad dictam rectoriam, prout fieri debuit. c. cum vniuersorum. extra, de rerum permut. & propterea, † resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pignor. & licet istud sit † ius tertij, tamen potest opponi per monachum, ex quo est exclusiuum ipso iure intentionis agentis, vt per Io. And. in c. mandatum. de rescrip. Abb. in c. veniens, de præscrip. Barto. in l. ij. ff. de excep. rei iudi. alias sequeretur, quod iste Prusón obtineret beneficium sine legitimo titulo, contra c. beneficium. cum ibi, no. de reg. iur. in vj. sed ad hoc fundamentum respondetur, q̃ ista † exceptio respiciens titulum, est reiicienda in hoc iudicio possessorio, vt dicunt omnes in c. in literis. de restit. spol. & dato, quod sit intentatum interdictum retinendæ, prout præsumitur, quando intentatur casus nouitatis, secundum Io. Fab. in sti. de interd. §. retinendæ, & Guid. Pap. q. lxxxv. † in quo solet præferri, qui habet iustiorem titulum, vt habetur in d. c. licet causam. & l. fi. C. de edi. diui Adr. & in l. si duo. per Bar. ff. vti posside. tamen iste Prusón habet meliorem titulum, quàm monachus, ex quo habet titulum, saltem prima fronte coloratũ, & extrinsecus iustum, quod satis est secundum doct. in d. c. in literis. sed monachus non, qui asserit se habuisse ius in eo beneficio per resignationẽ cuiusdam Gaij, & tamen non probatur, quòd iste Gaius vnquam fuerit in rerum natura, & propterea, non video aliquam difficultatem, cur iste Prusón non debeat obtinere in hoc interdicto. Quòd tanto fortius procederet, si intentatum esset remedium. † ca. redintegranda. in q. j. quod plenius luce currit, quàm aliud interdictum possessorium, secundum doct. in c. sæpe. de restit. spol. in l. rem quę nobis. ff. de acqui. possess. Præterea posset attentari, quòd imò ista exceptio non sit ipso iure exclusiua intentionis agentis: quia si Petrus aget contra Nicolaum, qui est successor dicti Prusón, poterit Nicolaus probari, quod ista permutatio fuerit ab eo facta cum Ioanne in casu prohibito, puta secundum c. quæsitum. cum ibi no. de rer. permut. quo casu, tanquam vacauerit, applicabitur ipsi Nicolao, ex illa clausula concessionis sibi per Rom. Põtificẽ factæ, *qõcunq; vacet.* Itẽ nõ est exclusiua intentionis agentis alia tõe, quia licet Ioannes nõ seruauerit contractum ex parte sua, nec resignauerit illi prioratum, non tamen rectoria semel renuntiata statim reuertitur ad Petrum, sed opus est noua collatione, vt dicit Io. And. & est communis conclusio in d. c. pen. si videatur ordinario potest compellere Ioannem, vt seruet permutationem, & verè resignet dictum prioratum, puta si ex qualitate personarum, & vtilitate ecclesiæ ita sibi visum sit, vt dicunt doct. in d. c. quęsitum. & in c. pen. & propterea non est verum, quòd talis exceptio tollat ius agentis ipso iure. Nec ob. quòd ordinarius iam declarauerit intentionem suam: quia restituit dictum Petrum ad suam rectoriam, quia ista exceptio proposita per monachum eum excluderet: quia si Petrus habet eam ecclesiam, & ipse fateatur se non habere ius à Petro, sed à quodam Gaio, sequitur, quod ipse non habeat aliquod ius in beneficio, & propterea repellendus. d. c. beneficium per Io. And. in d. c. in literis. si verò opponatur ab ipso Petro, respondetur, quod illa ordinatio, tanquam facta partibus absentibus, est retractãda: quia forte Ioannes, & Prusón iustum impedimentum ostendent. c. ex tuæ. de cle. non resid. & in omnem casum refarcitis expensis, erunt audiendi, vt no. in c. quoniam frequenter. §. postrò. extra, vt lit. non conteſt. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. in l. sancimus. C. de iudic. & sic ista exceptio opposita per monachum, vel contra eum concludit, vel eum non adiuuat. Et propterea non est dubium quin iste Nicolaus regis subrogatus in iuribus istius debeatur poni in possessionem directorię.

CONS. II. SVMMÆ.

1 *Matrimonium probatum per duos testes, eorum dicta confirmationẽ accipiunt ex dicto matris, quæ in causa matrimoniali regulariter pro filia admittitur.*
2 *Testis dicitur omni exceptione maior, cui nulla legitima exceptio opponitur, quæ sit sufficiens, vt eos repellat.*
3 *Testium dicta aduersari, non autem cauillari debent.*
4 *Testes in causa matrimoniali pro filia testimonium dicere possunt, etsi alter sit compater matris, alter criminosus.*

VIsis attestationibus in causa matrimoniali receptis vertente inter Mariam Anchonæ, & Petrum Girardeti, breuiter agendo dico probatum matrimonium per duos testes, iuxta l. vbi numerus. ff. de testib. quorũ dicta etiam cõfirmationem accipiũt, ex dicto matris, quæ in causa matrimoniali regulariter † pro filia admittitur, ex quo non est verisimile, quòd vellet tradere filiam suam in concubinatum, vt habetur in c. super eo. ij. vbi Bald. extra, de testibus. Nec obstant quędam, quæ in contrarium adducuntur pro diminuenda istorum testium fide, & in primis, quod causa matrimonialis est ardua, & in ea requirũtur testes omni exceptione maiores. Nam hoc concesso, sciendum est, quòd testis dicitur omni † exceptione maior, cui nulla legitima exceptio opponitur, quæ sit sufficiens, vt eos repellat, vt est gl. in c. j. de consang. & affi. & ibi Abb. & est gl. in §. item verborum. in verb. idoneos. inst. de inut. stipu. cum concordan. per Alexan. consi. cxlvj. in causa. lib. j. & Dec. in c. at si clerici. in princ. super glo. in verb. legitima. extrà, de iudic. & ideò nisi obiectiones sint legitimæ, credendum erit istis testibus, nec sufficiet quęlibet leuis oppositio. vñ Barto. in l. admonendi. versi. circa testium. ff. de iure iurand. quòd etiam amicus est testis maior omni exceptione, nisi sit iunctus maxima amicitia, & sequuntur ibi scribentes. Et istud maximè obseruandum est in casu nostro, in quo vltra duos testes, adest etiam adseueratio matris, quæ adiuuat aliquo modo dicta ipsorum, vt per Bald. in l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden. cùm articulatum non sit de imparitate, iuxta d. ca. super eo. His suppositis dico nihil iuridicum obiici istis testibus p quod reiiciantur à testimonio. Et primò non obstat, quòd vnus ipsorum dicat ipsam primo negasse, cùm alter de hoc nihil dicat: quia respondeo istud nihil esse: cùm possit vnus testis aliquid plus dicere, quàm alius de facto, & tamen propter hoc non sunt suspecti, vt dicit Anton. de Bur. in c. j. super glo. j. extra, de offic. deleg. Dec. in consi. xxo. cũ concord. quod maximè attendendum est in casu nostro, cùm enim prima negatio nihil faceret, sed solùm conclusio, & finis parum refert, si alter testis de ea mentionem non fecit tãquam non pertinente ad negotium, de quo agebatur. Et testes etiá in causa matrimoniali, factis est si sint cõcordes in principali: licet in quibusdam circunstantiis discordent, vt consuluit Dec. consi. clxiij. vbi consu-

luit in casu,in quo prima fronte erat maior discordia,quàm in nostro,vt ibi per eum.Dicta enim testium †adiuuari,non autem cauillari debent,vt dicit Bald.in l.ij.in v.not.C. de temp. appell. Non obstat etiam, quòd videantur varij ex eo, quòd vnus ipsorũ atteſtatur eum dixisse verba sequentia, & alter aliis verbis vtit, secũdum Alex.consi. cliij. in v.respondeo, quòd quando articulatum est de formalitate verborum,tunc testis asserẽs se de formalitate testimonium perhibere,si haberet talem variationem non probaret, vt dicunt doc. in c.nihil obstat.extra,de verb.sig. per hoc tamen, quòd dicat eum dixisse talia verba, non sequitur, quòd de formalibus dicat maximè:cùm de eis articulatum non esset,vt ibi habetur & per Ias.in l.ij.C.de bo.poss.contra.nec consi.Alexan.obstat,quia in casu suo testis dixerat illa fuisse verba formalia, & non plus,nec minus, &c. & hoc modo tolluntur plura obiecta. Non obstat, quod alter est compater † matris,alter est criminosus,&c. quia respondeo q, compater est testis maior omni exceptione,præterquam in causa ipsius quem in baptismo tenuit,vt per Alex.& doct.in l.generaliter.ff.de in ius voc.criminosus verò, si non est condemnatus, non est infamis infamia iuris. l.j. §. integer. ff.nil nou.app.l.athletas.§.fi.ff.de his, qui not. infa. nec facti nisi probetur eius opinio grauata, & ideo interim admitteretur, vt per Fel. & Barb.post alios in c.testimonium.extra,de testib. Et in dubio debet iudex inclinare in hanc partem,quæ pro matrimonio est,vt dicitur in c.fi.extra,de re iudic. & p Frã. de Curte consi.lv. incip. super processu. quamuis nos simus in casu claro, vt dixi, præsertim iuncta atteſtatione matris.

A nec probabilis, secundum Deci. in c.bonæ.extrà, eod.tit. Fortiùs apparet ex processu de manifesta calũniaistorũ appellantiũ:cùm ois hęc controuersia orta sit ex pœna irrogata fratri Euãgelistæ, quẽ constat per tres testes † scandalosum, lusorum, & blasphemum, quæ sunt grauia crimina,præsertim in religioso,& tamen dominus generalis mitissimè secùm egit transferendo eum ad aliud monasterium,& contumaçem puniendo duntaxat voce tam actiua,quàm passiua:isti autem alij adhærentes cùm impediendi leuissimam hinc p qualitate delicti pœnam, ad ista remedia confugerent. Prætereà ex verbis statuti manifestè deciditur hic casus. Quibus cauetur, quòd si quis dicti ordinis professus ausus fuerit habere recursum ad seculares pro fauore habendo,aut quouis modo, quòd talis sit priuatus vtraq; voce,& officio per sex annos irremissibiliter.Ex appellatione autem interposita ad fores capituli apparet, quòd isti appellantes incurrerũt in pœnam dicti statuti: quia adduxerunt secum præfectos gentium armigerorũ, videlicet d.Ludouicum Vistarinum,& d.Constantium,& alios laicos, quorum precibus & fideicõmissione volebant admitti, vt ex lectura appellationis apparet: vnde cùm ex eo actu inciderint in pœnam statuti,& priuati sint vtraque voce,meritò non potuerunt admitti: nec potest dici quicquam attentatum.Rot.decis.lviij. incip. ad instantiam in nouis. Et quia notoriè constat de delicto istorum,vt per Bar.in l.j.in princ.in j.q.ff. de oper. no.nun. Et istud argumentum videtur mihi tollere omnem difficultatem,quæ tamen etiam aliis rationibus est sublata per clarissimum Iurisconsul. d.M.Antonium Camium ad cuius dicta me remitto.Saluo semper saniore iudicio.

B C D

CONS. III. SVMMÆ.

1 *Attenta in primis & ante omnia debent reuocari, & consequenter officia.*
2 *Attentata quando non reuocentur.*
3 *Appellatio quando non sit verisimilis, nec approbabilis.*
4 *Religiosi si propter scelera inciderint in pœnam statuti, & priuati sint vtraque voce, meritò non poterunt in posterum admitti, nec potest dici quicquam attentatum.*

E

IN hac inobedientiæ,& contumacię causa per istos fratres, aduersùs suũ generalem præpositum cõmissæ difficultatem facit,quia cùm isti appellauerint specialiter à pœna priuationis vocis,& deinde ab exclusiõe capituli, videtur secundum regulas communes,quòd †attentata in primis, & ante omnia debeant reuocari, & consequenter officia in d.c.collata,infirmari:secundum Inno.& Abb.in c.cùm nobis olim. extra, de elect. vbi si appello ne fiat electio in tali loco propter timorem impressionis,& canonici non obstante appellatione,eligant in tali loco,nulla interueniente impressione,debet tamen electio in vno attentati retractari. Sed tamen † ad istud obiectum respondetur, quod suprascripta conclusio non procedit,quando præsumptio esset contra appellantem:quia tunc appellatio non iustificatur, vt attẽtata reuocentur,secundùm Abb. in c.j.in iij. intellectu.extra,de appell.allegat deci.Rot. xxxv. titu. de appell.in nouis.incip.item si rector veluti,quãdo ius communi resistit: sicut in appellante à correctione.c.iij. c. reprehensibilis.in fi. extra,de appel.tali enim † casu non est appellatio verisimilis,

F G

1 2 3

CONS. IIII. SVMMÆ.

1 *Expeditionum verbis partes,iudicesque teneri.*
2 *Expeditionum verba secundum subiectam materiam interpretationem accipiunt.*

VErba illa,† *Intra duos menses post præsentem expeditionem immediatè sequentes, & postquam pro parte d. Io. Bapt.fueritis requisiti.*& subiiciũtur, *præcipio quòd examinentur testes,&c.& quod si fuerint contumaces sunt excommunicati,&c.* ratione præcepti videtur simpliciter prolata,& tam parti, quàm iurisdictioni adiecta, ne pars vltra duos menses procrastinet,& suspendat executionem instrumenti, secundum doctrinam Bar. in l. perandam. in prin. ad fi.C. de iud. ratione comminationis iudicibus factæ respiciunt istos iudices, qui in pœnam incidere non debent, nisi postquam requisiti fuerint. secundum Ant.But.in c. pen. extra, de iudi.Paul. de Cast.& Ias.in l.vniuersa. C. de precib.Imp. off. & quod habetur per Bar.l.geneso.ff.de iis, qui no. infa.igitur illa verba, secundum subiectam † materiam interpretationem recipiunt, vt terminus quidem incipiat à die expeditionis. sed tamen quàm primum fiat requisitio secundum l. quibus duabus. in prin.vbi Paul. Cast. ff. de cond. & demon. vt iudices parere possint,nec in contumaciam incidere,& copula illa, *Et postquàm pro parte, &c.* non repetet qualitatem duorum mensiũ respectu termini à quo:sed solùm intra quem , prout in simili est tex.in l.qui fundum.ff. de contr.empt. & in l,si necessarias.§.si annua. ff. de pign.act.& in simili p Alex.consi. xij. in ij.Are. cons.xcv.in fi. & quæ habentur

1 2

BIU Cujas

bentur in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, vbi dixi de verb. oblig. & l. Seiæ. §. Caio. de fund. & instr. leg. per Bar. cùm enim in termino à quo non concurrat expeditio, & requisitio non possumus dicere concursum vtriusque copulati, esse necessariũ. l. si Titio fundus. de vsufr. leg. & cùm expressus sit terminus à quo à die expeditionis non est recurrendum ad notata in c. super eo. ij. de appell. quæ procedunt in termino statuto iudici, tantum nostra est quæstio, quando statuitur etiam parti & instantiæ, ne diutiùs suspendatur executio instrumenti liquidi: & ideo transeo in sententiam suprascripti domini consultoris. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. V. SVMMÆ.

1 *Programmate generali citati, & non apparentes, vel negligentes, intra tempus statutum à iudice, videntur iuri hypothecarum renuntiasse.*

2 *Programmate generali citati, si comparuerint ij ob eandẽ rem in iudicio debent suo eodem iudice litigare, & vna sententia dimitti.*

3 *Iudicium contra plures inceptum simul terminari debet.*

4 *Restitutio in integrum fieri debet omnibus, quorum interest citatis.*

5 *Inuentarium qua forma seu figura confici debeat, & quando non valeat.*

6 *Legis ratione cessante, formam inducentis, etiam lex cessat, dummodo forma non publicum, sed priuatum fauorem concernat.*

7 *Argumentum à contrario sensu, locum non habet in statutis: quia cautum est, vt ad literam intelligantur statuta.*



Væritur, an valeat sententia in causis proclamationũ à iudice lata, cui cõmissio facta sit aliquo ex contradicẽtibus non citato: qui tamen, pendẽte lite, concordauit cum ponente. Et videretur mihi valere: quia in prouisionibus illis non est cautum talem sententiam nullam esse: siquidem † de iure communi quoties generali programmate citantẽ ius prẽtendẽtes habere in tali re, q̃ quibusdã casibus permissum est. l. si eo emptore. C. de rem. pig. & l. locorum. C. de om. ag. defer. libr. xj. tales † comparentes ob eandem rem in iudicio debent sub eodem iudice litigare, & vna sententia dimitti. l. j. & seq. ff. de reb. dub. ad eund. iudic. tamen propter coniunctionem causæ, tum propter reconuentiones, quæ mutuò fieri possent, tum ne sequatur absurdũ, quòd vnus aliter iudicaret, quã alius, & deinde in executione mutuò se impedirent, vt declarat ibi gl. & tamen si sententia, aliquo amisso, lata sit, non est nulla, vt tenet Ioan. in c. cùm M. Ferrariensis. de constit. ibi sequuntur canonistę & doct. in c. j. de mut. petit. & per Paul. de Castr. in auth. si omnes. C. si vt se ab hæred. cùm ergo iisdẽ rationibus in casu nostro debeant omnes contradictiones terminari, si tamen factum non sit, sententia non erit nulla. Confirmatur, quia quamuis lex dicat, iudicium † cõtra plures inceptum simul terminari debere. d. l. j. non tamen impedit, quin possit etiam contra aliquos tantùm terminari. l. non idcirco. de iudic. vbi Bald. Paul. Ca. cæteri. nã & lex denuntiari iubet omnibus successoribus proximis: & tamen si vnus omissus sit, valet respectu aliorum denuntiatio. l. j. §. denuntiari. ff. de ventre inspiciend. sic & in integrum restitutio † fieri debet omnibus, quorum interest citatis, vt in authẽ. si omnes. C. si min. ab hæred. se abst. & tamen valet, etiam aliquo non citato, licet respectu non citari non præiudicet. l. etiam. §. fin. ff. de minor. & per Bald. in dicta authen. si omnes. & multa similia ponit Felin. in c. cùm inter. extra, de re iudic. 5 versi. fallit quartò. Moueor rursus † per aliud simile: nam lex dicit inuentarium confici debere, secũdum hanc formam seu figuram, quòd omnes legatarij conuocentur, aliàs non valet: quia præsumitur hæres malignatus: & vnus posset detegere furtum hæredis, per tex. in §. hinc nobis. & seq. & §. si verò non fecerit. in auth. de hære. & falcid. Pone ergo, quòd vnus citatus non fit: & doctores cõcludunt valere inuentarium saltem respectu citatorum, secundum Bar. Bald. Alexan. & cæteros in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. Felin. dic. cùm inter. suprà allegato. Debetque iudex inclinare in hanc partem tanquam mitiorem, & imitari Gallum Aquilium, qui iuris ciuilis rationem ita inquam ab æquitate seiunxit, vt inquit Cicero: nõ sententia tot annorum infinitis laboribus rãdem aequisita, nullo mometo quadam periculosa subtilitate eludatur. l. sicut. §. si debitori. in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. vbi dicit Iurisconsultus, quòd subtilitates à iudice admittendæ non sunt. Et in dubio reiiciẽdi sunt ij, qui de iure tertij opponũt, quod enim ad eos, quod tertius ille citatus non fuerit, qui post paucos dies concordauit. l. luci corpus. §. penult. si seruit. vendic. & sicut ipse propter concordiam suam non posset allegare se non citatum, ita nec alij eius beneficio vti debent. & hinc nunquam. de legat. præstand. l. si iudex citatus non to. de minor. videmusque id obseruari etiam si lex formam inducat: dum tamen fauorem priuatum respiciat. l. filio præterito. de ininst. nupr. Bartol. E non dubium. C. de testamen. suadentque hoc prouisionis ipsius verba, quæ tradita forma, seu modo procedendi in dictis cridis, subiicit exceptionem generalem: saluo tamen, quòd partes poterint se inuicem componere, &c. quæ verba indicant sẽquuta compositione non posse de ea forma quicquam opponi. Suadet hoc & æquitas quod videmus non paucis casibus ex iure superueniente iudicium confirmari. l. si rem. §. fin. a. de pign. hot. siue ex causa, de præterito superueniat, si non. cap. abbate sanè. de re iudica. libro vj. gloss. l. qui repudiantis. §. j. de inoffic. testamen. quæ omnia si singula animum iudicis non mouent simul composita inclinare debent. l. j. C. qui num. tut. vbi diet.

Facit etiam quia in dubio non est credendum formam aliquam à statuto inductam esse, cùm forma hæc solum quendam iuris rigorem inducat, qui interpretatione leniendus est, non autem augendus. l. j. C. de formul. l. ij. §. deinde ferè. ff. de origi. iur. maximè cùm cessat ratio talis formæ; non enim potuit sequi absurdum aliquod, vel contrarietas sententiarum, quæ impediatur executionem. secundum glo. in d. l. ij. de quibus reb. ad eund. vnde cessante † ratione legis, formam inducentis, etiam lex cessat: dummodo forma non publicum, sed priuatum fauorem concernat. l. cùm hi. §. cautã. de transact. d. l. filio præterito. Nec obstant tres tuta, quæ adducuntur & in primis illud. 1. quòd dicit videri ex forma prouisionis, quòd in effectu omnes contradictiones vnica sententia terminentur: respondeo primo, quòd loquitur respectu eius quod fieri non debet. l. non omne. ff. de reg. iur. non autem respectu nullitatis. Secundò, loquitur in casu possibili, secundum not. in l. j. §. ad leg. Falcidiam. quando commissio est facta omnibus citatis: secùs si vno non citato tunc impos-

sibile est eius causam terminari, & respectu eius non citati nihil disponit statutum. Tertiò, debet intelligi secundùm ius commune. l. ij. C. de noxa. quod non ideo sententia est nulla, vt suprà declaraui, secundùm Innoc. dict. ca. cũ M. Quartò, non adiecta est clausula annullatiua: & ideo nõ potest dici id pro forma requiri, secundum doct. in l. non dubium. C. de legib. Quintò, non potest hoc induci, nisi per argumentum à contrario † sensu, quod non habet locum in statutis, quando cautum est vt ad literam intelligantur, secundum mo- B der. in l. j. C. de offi. eius, cui. Sextò, fallit quãdo pars concordasset: quia concordia trahitur retrò, vt non possit allegari non esse seruatum modum procedendi, de quo in primo statuto principali cri darum. versi. saluo tamen, q̃ partes, Nec obst. aliud statutum. fol. 138. quia minus etiam facit, & iisdem modis eis respondetur, quibus etiam precedenti. Nec obstat consuetudo notariorum, qui solent citare omnes: respondeo, debent hoc facere, quòd si C factum non sit, non sequitur sententiam ideò esse nullam.

CONS. VI. SVMMÆ.

1 *Sententia generalis vel incerta non potest specialiter exequi: sed priùs necessaria est liquidatio & quia.*
2 *Vbi in executione iuri tertij præiudicatur, ille citandus est cui præiudicatur.*
3 *Participium tenentibus, quomodò intelligatur.*
4 *Relatiuum videtur restringere præcedentia.* D
5 *Relatiuum quando additur qualitati, quæ inest cuilibet de genere, non restringit, sed stat declaratiuè.*
6 *Ad cognoscendum quando relatiuũ debeat intelligi demõstratiuè, vel restrictiuè, debemus attendere coniecturas & verisimilem mentem contrahentium.*
7 *Principes in prouinciis habent fundatam intentionẽ, quod omnia loca in eis contenta sint ipsis censualia.*
8 *Indefinita nõ æquipollet vniuersali, in materia probatoria.*
9 *Verba in instrumentis in dubio, intelliguntur secundum dispositionem iuris.* E
10 *Copulæ vis ac declaratio.*
11 *Dispositio temporis præsentis, regulariter non infert ad futurum.*
12 *Recognitiones nihil nouæ obligationis inducunt, sed quæ iam inducta erat probant.*
13 *Subditus præsenti tempore, præsumitur etiam retro fuisse eadem qualitate subditus.*
14 *Qui in præsenti possidetur vt seruus, præsumitur etiã retro fuisse eodem modo possessus, & quia.*
15 *Copula requirit, concursum vtriusq; copulati.* F
16 *Copula quandoque pro disiuncta, ponitur & quando.*
17 *Verba debent deseruire intentioni.*
18 *Verba sub iugo mentis consistunt, tanquã sub suo originali.*
19 *Coniũctiua ex coniecturata mente disponentis, contra naturam suam inæqualiter coniungit.*
20 *Semper debet fieri interpretatio, ne donatio inducatur, & quia.*
21 *Præsumptio fatuitatis potius accipitur quàm donationis.*
22 *Ab absurdo consequenti argumentum valet.*
23 *Copula non seruat naturam suam, quando absurdum sequeretur.* G

IN controuersia magnifici Vicecomitis de Cadeneto, contra communitatem Barlensem, quia dubia proposita in iure clara sunt: sed propter mentem agentium sunt ambigua, concluſiuè & breuiter prout consulentem decet pro-

cedam. Circa primum, clarum in iure est, quod sententia † genera, lis vel incerta nõ potest specialiter exequi: sed priùs necessaria est liquidatio t quia ea 1
quæ liquida non sunt, executionem non merentur. l. hæc autem. §. j. ff. ex quib. cau. in poss. eat. & ideò in executione debet fieri liquidatio glo. Bar. & doct. in l. ij. C. de sent. quæ sine cert. quant. gloss. in l. j. in princ. in verb. proinde. vbi Alexand. & Modern. ff. de edend. necessarium igitur est in proposito casu, cùm lata sit sententia per quam declaratur census, & iura omnia, quæ regia camera percipere solebat, seu poterat, in castro & territorio de Barles pertinere. d. Vicecomiti, vt verificet quæ iura sint illa cameræ Regiæ, alioquin propter incertitudinem executio fieri non posset. Et ista verificatio debet fieri, citatis his quorum interest: quia 2
vbi præiudicatur † iuri tertij in executione, ille citandus est. l. à diuo Pio. c. ß super. ff. de re iudi. Inn. in c. quia. extra, de iudi. & per doct. in l. ab executore. C. quor. appell. non recip. Et de istis iuribus curiæ Regis fit probatio, per quoddam exactum ab archiuo publico, quo cauetur, quod annis singulis, exigatur ab vniuersis, & singulis de dicto loco, hospitia & possessiones in dicto loco à prædicta camera tenentibus, certa summa annonæ & cinratæ, quæ verba satis dubia sunt, & incerta, vnde meritò quilibet sani capitis potest esse ambiguus: & ideò ex illis oriuntur sequentes difficultates. Circa secundum dubium, nunquid omnes & singulis de dicta vniuersitate teneantur, an verò solum illi qui tenent hospitia & possessiones? difficultatem † facit illud participium præsentis temporis, tenentibus, quod resoluitur in verbum 3
iusdem temporis iunctum relatiuo, vt dicunt grãmatici, & sic interpretatur, qui tenetur, vt etiam per Barto. in l. j. ff. de condict. & demonst. relatiuũ verò † videtur restringere præcedentia. l. ea tamen 4
adiectio. ff. de legat. iij. per Barto. & Modern. in l. cunctos populos. in j. oppos. C. de sum. Trin. & fide cath. In contrarium facit, † quia quãdo additur 5
qualitati, quæ inest cuilibet de genere, non restringit, sed stat declaratiuè. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure per Barto. in d. l. ea tamen. Ang. de Areti. in §. omnium. instit. de actio. cum concordan. ibi per Iaſ. vnde † ad cognoscendum quemadmodum de- 6
beat talis dictio intelligi, restrictiuè, an demonstratiuè, videtur quod debeamus attendere coniecturas, & verisimilem mentem contrahentium, vt per Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. xxij. Paul. de Cast. in l. Stichum qui meus. in lect. Bononiensi. ff. de leg. j. Sed in casu nostro videtur, quod magis verisimilis sit intellectus, quod sit demonstratiuè: quia videtur conuenire illa qualitas cuilibet de vniuersitate, quod probatur, tum ex dispositione iuris communis, tùm etiam pacto. Et de iure communi in † prouinciis, Principes habent fundatam 7
intentionem, quod omnia loca sint ipsis censualia, vt est gloss. ibi Bal. & scrib. in l. fin. C. sine cens. vel reliq. vnde nos videmus, quod in prouincia etiam de consuetudine idem est, nisi in locis quæ exempta sunt, & quæ censetur allodialia, facit l. j. & seq. ff. de censib. Ex pacto etiam istud probatur, per quandam recognitionem, factam per syndicũ dictæ vniuersitatis, in qua confitetur, dictam vniuersitatem & singulares personas tenere iura feudi, & alia bona, tàm in communi, quàm particulari, à Rege, quæ tenere potest, & de quibus homagium Regiis prædecessoribus facere consueuerunt, agnoscitque Regem in maiorem directumque dominum dictorum bonorum. Ex quib⁹ ver-

bis sa-

bis factis videtur fundari intentio Regię camerę, & consequenter d. Vicecomitis, qui in eius locũ successit. Et quia non restringatur in dubium mandatũ & potestas dicti syndici, sed solùm allegantur quędam in oppositum, tanquam verba recognitionis hoc non importent, solùm respondeo ad ea quæ in contrarium adducuntur. Non ob. primò, q, illa verba sunt indefinita, & cum simus in materia probatoria indefinita non æquipollet vniuersali, vt per Innoc. & Abb. in c. auditis. de præscript. Aret. in l. serui electione. §. j. ff. de leg. j. Pet. de Anch. & Io. de Imo. in c. quanto. extra, de his quæ fiunt à prælat. Alex. in l. rescriptum. ff. de pact. quia istud dictum in instrumentis est dubium, quia contrarium tenet Spec. in titu. de synd. §. j. Dom. in c. cum omnes. in fi. not. de constit. & dato quod etiam in instrumentis istud procederet: tamen non debet procedere, quando sumus in materia, quæ ex sui natura importet vniuersalem dispositionem: quia † verba in instrumentis in dubio intelliguntur secundum dispositionem iuris. l. j. vbi Bartol. C. de vsur. & per Bart. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & suprà ostendimus, ex dispositione iuris omnia loca prouincialia esse censualia Principi. Et facit, quia quando ex tali relatione ad capitulum apparet actum esse de iure vniuersali, attestationes indefinitæ æquipollent vniuersalibus, vt post alios concludit Felin. in dict. cap. auditis. ergò idem in casu nostro, quando per relationem ad ius commune apparet quid intelligendum sit. Et in omnem casum sufficit in casu isto aliqua coniectura, per quam declaretur natura relatiui, quod stet demonstratiuè: & non potest negari, quin indefinita inducat aliquam coniecturam. Non obstat secundum argumentum, dùm ponderatur illa clausula, & quibus homagium facere consueuit, tanquam stet restrictiuè secũdum supradicta: quia propter † copulam, videtur potiùs capienda interpretatio, quod stet augmentatiuè. dict. l. ea tamen. & firmat Barto. in dict. l. cunctos populos. quo casu intelligemus, & pro etiam, & inde infertur, quod dato quòd sint aliqua, de quibus homagium non præstetur per consuetudinem, ea tamen habetur ab ipso rege, & istud importabit natura implicatiuæ. de qua in l. non solum. per Bartol. ff. solut. matrimo. & facit quod notat Bald. in l. j. C. de verborum significatione, dum allegat. l. qui lancem. ff. de aur. & argen. leg. Non obstat tertium argumentum, dum dicitur, quod illa recognitio fuit posterior tempore, de quo continetur in illo extracto, & consequenter illud participiũ, tenentibus, quod est temporis præsentis, non debet † referri ad ea, quæ in futurum apparuit dictam communitatem teneri, ex quo dispositio tẽporis præsentis regulariter non infertur ad futurum. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. l. si à colono. ff. de verborum obligatione. Nam respondeo, quod argumentum posset procedere, quando illa recognitio † induxisset nouam promissionem, sed est declaratoria solùm iuris, quod priùs erat: quia de natura est huiusmodi confessionem, vt nihil obligationis nouæ inducatur, & quę iam erant inducta probẽt, vt declarat Pau. de Cast. in l. Publia. §. fin. ff. depos. sicut etiam videmus in sententiis, quæ non inducunt ex se simpliciter nouam obligationem, sed inductam probat, vt habetur in l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acq. possess. Prętereà dato, q, dicta recognitio nihil ex verbis inferat ad tempus, de quo in extracto: tamen per prę-sumptionem legis satis dicitur inferre, ex quo qui † tempore præsenti fuit subditus, præsumitur etiã retrò fuisse eadem qualitate subditus, quandò aliqua verisimilis cõiectura hoc suaderet, secundùm Salic. in l. ex persona per illum text. C. de probatio. Alexan. consilio xvj. in v. facit l. liberis. §. fi. ff. de liberal. causa. vbi † qui in præsenti possidetur vt seruus, præsumitur eodem modo retrò possessus: quia non est verisimile: quòd si priùs fuisset in quasi possessione libertatis, permisisset illam quasi possessionem amitti: quæ ratio militat etiam in casu nostro. Et ista præsumptio tanto magis est capienda, quia concordat cum dispositione iuris communis, & quia istæ recognitiones fiunt Principibus, secundùm consuetudinem anteriorum recognitionum: vnde resultat satis euidens coniectura. Et dato quod propter dubietatem istarum coniecturarum, & ambiguitatem articuli, domini iudices verentur iudicare prò actore, in hoc casu esset considerandum, an Dionysius, contra quem fuit priùs obtentum, fuisset ipse in possessionem recipiendi dictã annonam, & ciuatam: nam in eadem esset etiam dominus Vicecomes, qui obtinuit, ponendus, nec admitterentur tertij opponentes se executioni, ex quo istud requirit altiorem indaginem, vt est text. in l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudi. vbi omnes no. Circa tertium dubium, nunquid illa verba, hospitia & possessiones, coniunctim debeant intelligi, vel disiunctim? dubium facit regula, quod copula † requirit concursum vtriusque copulati. l. si hęredi plures. ff. de condi. institut. Sed tamen dico, quod imò † in isto casu intelligitur copula pro disiuncta: quia vbi ita est verisimilis mens disponentis, semper fit talis interpretatio. l. sæpe ita. ff. de verborum signifi. l. si is qui ducenta. §. item si patet. ff. de reb. dub. quia † verba debent deseruire intentioni. l. fij. C. de liber. præter. cap. ij. requiris. de appell. consistunt enim † verba sub iugo mẽtis, tanquam sub suo originali. Bal. in c. mãdatum. extra, de rescrip. Et q, copula ita accipiatur consuluit Alex. cons. cxxx. attentis verbis. in fi. lib. ij. fscit l. fundus ille. cum gl. ff. de contrah. empt. l. quidam relegatus. cum l. seq. ff. de reb. dub. vbi ex cõiecturata mente disponentis, coniunctius cõtra naturam suam inæqualiter coniungit. Ad idem facit l. Gallus. §. quidã rectè. vbi Bar. & Doct. ff. de liber. & posth. vbi dicunt, q, propter ordinem charitatis præsumitur testator coniunctim instituros, vocasse ordine successiuo, non simul. Quod autem sit verisimilis mens apparet ex eo, quia si diceremus q, habens domum tantùm, vel possessiones tantùm à Rege, non teneretur, sequeretur quòd tales gratis eas haberet, & sic esset donatio: semper autem † debet fieri illa interpretatio, ne donatio inducatur. l. si cum aurum. ff. de solut. l. campanus. ff. de oper. liber. gl. in l. fin. C. de dotis promissionis. quia in effectu istud esset prodigere suum, quòd in diligente homine nunquam præsumitur. l. cum de indebito. ff. de prob. imò potius capitur præsumptio † fatuitatis, quàm donationis, secundum Bald. in l. generaliter. C. de non num. pecu. Iaf. in l. iurisgẽtium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Et hęc interpretatio suadetur alia ratione. Si enim illa verba requirerent concursum, sequeretur q, habens aliquam modicam domunculam, & modicam possessionem, teneretur soluere, alius verò qui haberet decies plus in aliqua possessione tantùm, non teneretur, quod est absurdum, & valet argumentum † ab absurdo consequenti. l. nam absurdum de oper. libertatis, & quando absurdum sequeretur,

23 quòd † copula non seruet naturam suam, est doct. Bartol. in dict. l. Gallus. §. etiam. in versicul. ex hoc apparet. ff. de liber. & posthum. quæ ibi per Doctos etiam communiter approbata, vt per Alexan. consil. cxxix. volum. j. & consil. ix. in ij. & consilio xx. libro iij. Curt. consilio xlv. Felin. in cap. ij. extra, de rescript. Et sic concludo partes dominorum iudicantium esse, in decernendo executionem per omnia in fauorem magnifici domini de Auresono. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. VII. SVMMÆ.

1 Constituti vis & tempus.
2 Clausula ex nunc, prout ex tunc, facit vt actus retrotrahatur.
3 Possessionis nullius causæ.
4 Vltimum spolium prius purgandum.
5 Lex potest possessionem ipso iure transferre, quæ ideo ciuilissima dicitur, operaturq; talis possessio omnes effectus quos vera & naturalis.
6 Vsusfructus morte fructuarij finitur.
7 Lex concedit interdictum vnde vi, ei qui ciuili possessione deturbatus est.
8 Constitutum in tempus inhabile collatum, nullius est effectus.
9 Quis non potest post mortem possidere.
10 Verbum succedas, refertur post mortem, quia mortuis demum succedimus.
11 Qualitas dicta verbo, limitatur secundum tempus verbi.
12 Pactum obuentionis hæreditatis non valet.
13 Quoties contractus Principalis non valet, nec clausula constituti tanquam ei accessoria, alicuius est momenti.
14 Quotiescunque extremum à quo fictio ducitur est inhabile, clausula ex tunc nihil operatur.
15 Spes legati conditionalis non transmittitur.
16 Qui possessionem suam defendit, non dicitur spoliasse.
17 Ex qualitate rei & personæ dicitur quid incontinenti factum, etiam quòd post aliquos annos factum sit.
18 Ingressus clandestinus in possessionem, & actus absente & ignorante possessore non aufert ciuilem possessionem.
19 Quoties exceptio proprietatis, seu quæ concernat petitorium, concludit agentem, interdicto recuperandæ non possidere, semper potest opponi in iudicio possessorio, & impedit ne spoliatus ante omnia restituatur.
20 Mixtum appellari potest, quod ad possessorium & petitorium pertinet.
21 Pactum futuræ successionis ex causis nullum.
22 Quoties verba contractus non obligant, & præsentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obiectionem, actus est nullus.
23 Pacto hæreditas dari non potest.
24 Iusiurandum non supplet iuris publici formam.
25 Pacto quis non potest successionem neque particularis rei deferre.
26 Transactio inter fratres, vt in paterna domo soli masculi succedant, non valet, quia obuentio bonorum hoc casu inducetur.

FActi species est huiusmodi, illustris quõdam dominus Petrus de Cardona, fuit inuestitus à Rege Alphonso de Comitatu Collisanij, & alijs feudis pro se, & hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitimè descendentibus natis, & nascituris in perpetuum: deinde idem Rex ampliando illud priuilegium, concessit non solum pro se, & hæredibus, sed & pro quibuscunque, quos vellet ipse Petrus, & sui vellent dare & alienare, siue filij essent, siue filiæ, etiam illegitimi vel extranei, vt posset disponere ad libitum tanquam de re propria in ampla forma, vt apparet ex priuilegio dicti Regis. Is dominus Petrus decessit, relicto filio domino Artaldo hærede, & successore in dictis feudis, & etiam relicta domina Diana, & alia filia secundo genita domina Antonia. Deinde ipse dominus Artaldus minor, sed existens sub cura matris, cùm soror sua domina Diana esset nuptura illustri Duci Montisleonis vltra dotem constitutam fecit pactum cum dicta domina Diana, quòd in casu, quo ipse dominus Artaldus decederet sine liberis, dicta domina Diana succederit in dicto Comitatu, & feudis adeskq;, in dicto pacto constitutum ex nunc, prout ex tunc in ampla forma cum iuramento. quod ius spei, seu successionis cum reliqua dote ipsa domi. Diana titulo dotis transtulit in maritum. Demum ipse dominus Artaldus, reuocauit dictum consensum, & conuentionem successionis, asserens se ob timorem reuerentialem matris tali contractui consensisse. Tandemq; dictus dominus Artaldus die decimo Nouembris M. D. XXXVI. mortuus est, condito testamento, in quo hæredem sibi vniuersalem instituit dominã Antoniam: cuius morte audita, Castellani, & iudices. terrarum nomine dictæ hæredis perseuerauerunt in suis officiis, donec die 19. Nouembris possessio terræ Collisanij apprehensa est per procuratores dominæ Dianæ, saluo castro, seu arce, à qua fuerunt excluſt ab agentibus dominæ Antoniæ, qui etiam deinde post horam apprehenderunt iterum possessionem dictæ terræ Collisanij. Vnde orta est lis super spolio inter dictas sorores, quia vtraque prætendit se spoliatam, & dederunt mutuas petitiones, vt restituantur, quæ altera aduersus alteram occupauit. Præmittendum quoque est, in illis partibus esse constitutionem regiam, vt decedente fratre soror nubili, seu in capillo existens, in successione feudi præferatur sorori maritatæ, quamuis genitæ. Item extare aliam constitutionem, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem. His sic præsuppositis, videndæ sunt tres quæstiones. Prima est, quæ nam istarum sororum habeat potiora iura in causa possessorij seu spolij. Secunda, an in ista causa admitti possint allegationes, concernentes proprietatem, tanquam possessorium istud sit mixtũ. Tertia quæstio, quid iuris sit in petitorio. In prima quæstione, videretur prima fronte dominam Dianam fouere potiorem causam in possessorio, idque tribus rationibus. Prima est, quia in instrumento conuentionis, secundùm quam dicta Diana vocatur ad successionem fratris sui, adest clausula, quam constituit dict. frater in eum casum, quo decedat sine liberis se possidere nomine d. Dianæ, &c. ex nunc prout ex tunc, &c. quæ clausula operatur translationem possessionis: in casum euenientis conditionis: nec dicitur constitutum factum esse post mortem ipsius promittentis, sed potius in vita, id est, in extremo mortis articulo: quia illa verba, *si sine liberis decesserit*, referuntur ad vitam: quia viuentes decedunt. l. qui duos. de manu testamen. vnde illo extremo tempore purificata conditione, cœpit dicta Diana possidere, secundum Oldrad. consilio cxxxix. Alexan. consilio lxxxiij. in ij. Ias. consilio clvij. meritò ergò, cùm ipsa dom. Diana possideret in ipso puncto mortis domini Artaldi, non potuit d. Antonia dict. possessionem apprehendere, sed dicitur spolium commisisse, maximè cùm in dict. constituto adsit clausula, ex nunc prout ex tunc, quæ facit, vt actus retrotrahatur, vt in terminis consuluit Iason dicto consilio clxxvij. Secunda ratio est, quia (vt apparet ex processu) mortuo domino Artaldo, ipsa domi. Diana apprehendit possessio-

possessionem per procuratores suos, die xix. Nouembris hora xix. domina verò Antonia posteriùs eam apprehendit, partim eodem die, partim † sequenti, quòd non videtur potuisse facere: quia dicitur spoliasse primùm possessorem, quòd ei nō licuit, præsertim eo non citato, nec vocato. vnde etiam si hoc fecisset ex licentia iudicis, talis licentia esset nulla, vt per Bal. in rubric. extra, de causa possess. & prop. Alex. consil. lxxxij. in ij. & facit, quòd notat Innocent. in cap. quia V. qui. in fi. de iud. cùm ergò hoc non licuerit, & vltimo loco, domina Diana spoliata fuerit, consequens est † vt vltimum spolium prius purgetur, quàm domina Antonia audiatur. cap. fin. de ord. cog. vbi notatur. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iulia. de vi. & ibi per doct. Tertia ratio sumitur ex verbis capituli Regis Alphonsi, quo cauetur in causa spolij ante bimestre tempus perpetrati fieri restitutionem antequam aduersarius in defensionibus suis audiatur: ergo videtur omnimodò, & ante omnia restituenda domi. Dianam nec admittendam esse aliquam defensionem domi. Antoniæ: quia verba statuti sunt clara, & limitatio statuti deinde facta à rege Ferdinando in cap. liiij. nihil obstat in hoc casu. Sed tamen his non obstantibus, dico contrariam opinionem esse veriorem, quòd domina Antonia debeat obtinere in hoc iudicio. Moueor principaliter, quia cùm statutum continet possessionem defuncti in hæredem, d. Antonia ex dispositione statim statuti dicitur adepta fuisse possessionem: quia † potest lex possessionem ipso iure transferre, quæ ideò ciuilissimè dicitur. l. raptores. C. de episc. & cleric. ca. ij. vbi bona gl. in verb. signum. de consuet. vbi doct. operaturque talis possessio omnes effectus, quo vera & naturalis, vt per Bal. in rubr. extra, de consuet. & in d. rubr. extra, de cau. possess. & propriet. Quòd puto procedere etiam aduersus quemlibet, tertium occupatorem: ne possessio à quoquum iniustè apprehensa ei prosit, & quia tale statutum maximè contra tertios occupatores factum est. quòd Ias. resp. cons. cxlvj. in iiij. & sum sequutus in l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. vbi respondi rationibus tenentium contrarium, quas longum esset hìc referre. Rursus puto procedere, etiam cum de possessione bonorum feudalium agitur. cùm enim vasallus naturaliter rem possideat, ius verò feudi etiam ciuiliter, secundum Bart. in l. iij. §. è contrario. de acqui. possess. nulla est ratio, cur ea possessio propter verba statuti continuari non debeat. ca. j. in fi. de feud. cog. c. ij. si de feu. fue. controuer. inter domi. licet Ias. generalibus quibusdam argumentis quādoque dixerit, leges simpliciter loquens, locum non habere in feudis, allegans Raph. Com. cons. lxxiij. qui non loquitur in feudo, sed in † vsufructu, quem constat morte fructuarij finiri, vt meritò idem Ias. aliter senserit in l. si sorori. C. de iure delib. allegando Bald. in c. j. an mut. vel imperf. in vsibus feud. Item puto procedere adeò, vt hæredi possit competere interdictum recuperandæ aduersus quemlibet occupatorem: sicut enim † lex interdictum. Vnde vi, ei concedit, qui ciuili possessione deturbatus est. l. j. §. fine autem. de vi, & vi arm. ita etiam cōcedere debet ei, qui ciuilissimam hanc amisit. auctoritate enim legis hæc illi æquiparatur: licet secùs sit in possessione continuata à patre in filium, de qua in l. in suis. ff. de lib. & posth. quæ non æquiparatur ciuili, & ob quam doct. tenent, nullum esse illi interdicto locum, & ita loquitur Bal. in auth. defuncto. ca. ad Tertyl. & A. in l. j. ff. de appel. Ioan. Fab. in §. sui. insti. de hæred. qualit. sed in hac possessione quæ ex statuto trāsfertur, verius est interdictum recuperandæ cōpetere: aliàs non sanè magni effectus hoc statutū esset, & ista videtur communior opinio, vt per Dec. cons. lxxxiiij. Ias. d. cons. cxlvj. in iiij. Soc. in l. rem quę nobis. q. v. de acq. poss. Frāc. de Ripa. lib. j. resp. c. j. cum simili. Sed nos sumus extra omnes suprascriptas difficultates: quia ex apprehensione possessionis, factæ per procuratorem ex literis Capitanei Collisanij, & facto Castellani, & aliis actis B constat, quòd ante, quàm do. Petrus de Bononia, tanquam procurator dominæ Dianæ, veniret cum Algazino & occuparet d. Terras, officiales ipsi exercebant nomine dominæ Antoniæ, & sic per eos ipsa possidebat non solùm ciuilissima possessiōe ex statuto, sed etiam ciuili, & vera. l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. poss. meritò ipsa domina Antonia dicitur spoliata à d. procuratore, & ideo restituenda: & potior est eius causa in iudicio possessorio. Nec obstant allegata in contrarium. Et primò C clausula constituit: quia super ea fieri non potest fundamentum, nec vlla possessio translata est in dominam Dianam, quoniam constitutum in tempus inhabile † collatum, nullius est effectus, vt cum quis donat Titio castrum post mortem suam, constituitque in eum casum se possidere: nec † enim post mortem possidere potest. l. quamuis. vbi Angel. & Modern. ff. de acquir. possess. & est vera, & communis opinio secundum Dec. cōs. ccxlvij. D Aduertendum ergò est ad verba constituti, aut enim concepta sunt, *Promitto vel dono, si decessero sine liberis, & constituo in eum casum, &c.* & valet constitutum, & procedunt contraria secundum consilia Oldra. Alex. Ias. Aut dictum est, *Volo quòd succedas mihi, si decessero sine liberis, &c.* prout in casu nostro, & non valet constitutum, quia est collatum post mortem, & sic in tempus inhabile, † verbum enim succedas, refertur post mortem: quia mortuis ipsis dūtaxat succedimus. l. nihil aliud. ff. de verborum significatione. qualitas † enim adiecta verbo, limitatur secundùm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Secundo respondeo, quòd cum pactum † obuentionis hæreditatis non valeat. l. pactum quod dotali. l. licet. per locum à speciali. C. de pact. constitutum quoque ei adiectum nullus est effectus, † quoties enim eō- tractus principalis non valet, nec clausula quidē constituti tanquam ei accessoria, alicuius est momenti gloss. l. si patronus. verbo, Fauiani. si quid F in frau. patr. Bald. l. ex testamento. C. de fideicommiss. vbi Moder. Alexand. & Ias. in l. j. §. si vir vxori. ff. de acquir. poss. Nec quicquam facit illa clausula, ex nunc prout ex tunc & econtrà, ex quo extremum à quo, id est, tempus in quod confertur constitutum non est habile per regulam, quæ traditur in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & ita est de mente Bart. & docto. in l. qui absenti. §. j. de acqu. possess. & ita in terminis decidit dominus Claudius de Sciſello in d. l. quamuis. §. si conductor. vbi dicit se ita respondisse in quæstione facti. facit q. not. Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. vbi concludit, quod † quotiescunque extremum, à quo fictio ducitur, est inhabile, clausula illa ex tunc prout ex nunc nihil operatur: ponit exemplum in testatore, qui feudum Titio sub conditione legauerat, adiecta suprascripta clausula: mortuo enim ante euentum conditionis Titio, fundus eius hæredibus non debebitur: quia † spes legati conditionalis non transmittitur; nec clausula

operatur;

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

operatur: quia extremum non est habile propter mortem Titij, refert & sequitur Ias. in l. si ita stipulatus fuero, si Titius. in prin. de verb. oblig. Nō obstat secunda ratio, quod domina Diana apprehenderit possessionem, ante introitum factum à domina Antonia: quia respondeo, & primò quòd posito, hoc esse verum, cùm domina Antonia propter continuationem possessionis, de testatore in hæredem à statuto inductam priùs possideret, censetur per ingressum dominæ Dianæ esse spoliata, cō petitq; ei interdictū recuperandę, vt per Dec. cōs. lxxxiiij. cum simil. suprà per me allegatis. Secundò respondeo, quòd ingressus ille dominæ Dianæ non impedit, quominùs licuerit in continenti dominæ Antoniæ recuperare possessionem suam. Nec ideò contra dominam Antoniam vllum interdictum competit: quia † non dicitur spoliasse, sed possessionem suam defendisse. l. iij. eum igitur. ff. de vi & vi arm. c. olim. j. de restit. spoliat. & dicitur in continenti factum, etiam si inter aliquot dies, dum interim se præparat, ad recuperationem rei suæ vt ibi per gloss. & est celebre dictum Vguzionis antiqui doctoris, distinct. j. cap. ius naturale. quòd † ex qualitate rei, & personę dicitur in cōtinenti factum, etiam quòd post aliquot annos factum est, sequitur Imol. Raph. Aretin. & Soci. in l. j. §. j. de verb. oblig. Felin. in c. significasti. de homic. Tertiò respondeo, quod cum † ingressus procuratorum d. Dianæ fuerit clandestinus, & factus absente atque ignorante dom. Antonia, non abstulit ipsi d. Antoniæ ciuilem possessionem. l. cum possidere. §. qui ad nundinas. l. quod meo. §. fina. de acquir. poss. vnde licuit d. Antoniæ propter ciuilem, quam habebat, deiicere occupatorem, & recuperare corporalem possessionem, nec ideo dicitur spolium aliquod commisisse, vt habetur in dictis iuribus. Non obstat tertia ratio, quæ sumitur ex verbis capituli Regis Alphonsi: quia respondeo, quod illud capitulum potiùs adiuuat d. Antoniam, quæ ipsa fuerat spoliata, ingressum procuratorum do. Dianæ, vt suprà dixi. Secundò respondeo, quod dictum capitulum loquitur in casu spolij, quæ verba non verificantur respectu do. Antoniæ quæ non spoliauit: sed possessionem suam defendit. d. l. iij. §. eum igitur. & iure ciuilis possessionis corporalem conseruauit d. l. quod meo. §. fi. cum ergò verba illa in casu spolij, &c. non verificentur respectu d. Antonię, ergò nec dispositio dicti statuti seu capituli aduersus eam operabitur. l. Fulcinius. §. j. ff. ex qui. cau. in pos. per Bartol. in l. j. §. & patui. ff. quod vi, aut clam. gl. l. mancipia. C. de ser. fug. cum simil. Tertiò respondeo, quòd per additionem Regis Ferdinandi dictum capitulum retorquetur contra d. Dianam, qui expressè venuit ne per vnum actum Notarij, vel simile artificium possessor spolietur sua possessione, secundum dictum capitulum Regis Alphonsi habeat locum aduersus eū, qui violenter vel clandestinè, &c. spoliauerit, quæ verba non conueniunt d. Antoniæ, quæ necvi, nec clam aliquid fecit, sed se in possessione sua defendit. In secunda quæstione breuiter agendo, satis puto hoc possessorium esse mixtum: quia cum do. Antonia sit hęres scripta, & statutum continuet possessionem in hæredem, oportet hanc qualitatem quòd sit hæres verificari: & ideo possessorium hoc non dicitur simplex, vt inquit Bald. consil. cxlj. præmissis verbis. in vol. j. Item ex parte d. Dianæ necessaria est productio instrumenti conuentionis, de succedendo ad probandum constitutum, & consequenter disputandum est circa valores dicti constituti, & dictæ cōuentionis: quæ omnia concernunt causam petitorij, & efficiunt, vt istud iudicium dicatur mixtum. Vnde tradunt communiter doct. quod † quoties exceptio proprietatis, seu quæ concernat petitorium, concludit agentem interdicto recuperandæ non possidere, semper potest opponi in iudicio possessorio, & impedit ne spoliatus ante omnia restituatur, secundum Bald. & Alexā. in l. naturaliter. §. nihil commune. in primo intellectu. ff. de acquir. poss. Bald. de pace constan. in verbo restituitur. & in l. j. C. si de mo. poss. per Bald. & Ang. in l. ij. C. de edic. diui Adri. tol. per Ang. l. dolo. ff. de dol. excep. & appellatur talis exceptio anomala: quia potest opponi tam ad petitorium, quàm ad possessorium, vt inquit Abb. Panor. in c. ex parte. de restitu. spoliat. post etiam † mixta appellari: quia ad vtrunque iudicium pertinet, & facit vt possessorium efficiatur mixtum. meritò ergò, poterit in hoc iudicio causa proprietatis degustari, quòd ego maximè suaderem obseruandum in consilio Cæsareæ maiestatis, in quo proceditur, sola facti veritate inspecta, vt per Bartol. in l. vni. C. vt quæ desunt aduo. & quia in casu nostro res agitur inter proceres regni, & tractatur de restitutione castrorum & arcium, quæ solet difficulter fieri & vnde quandoque sequuntur multa scandala, secundùm Paul. de Castr. in l. ij. C. de edic. diui. Adria. tol. Anton. de Butr. dict. cap. ex parte. facit gloss. in verb. restituendus foret. in ca. ad petitionem. de accusat. & cap. in primis. secunda quæst. secunda. In tertia & vltima quæstione circa causam petitorij, res videtur clara in fauorem dominæ Antoniæ, siue respiciamus causam intestati, in qua ex constitutione Regni cap. xxxiij. filia existens in capillo præfertur sorori, quamuis prius genitæ, quæ nupta & dotata sit, siue respiciamus causam testati, cum ipsa domina Antonia in testamento fratris sit instituta. Solum ei obstat allegata conuentio facta, cum domino Artaldo, quod do. Diana succedat, sed resp. quod d. conuentio est nulla l. pactum quod dotali l. licet. C. de pact. l. hæreditas. in fin. C. de pact. conu. cuius † rei duplex est ratio: vna ne libera voluntas testatoris tollatur vel restringatur. dict. l. pactum. alia est, quia quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, & ex quadam dispensatione, concessum est, secundum gloss. in l. illa institutio. de hær. inst. quia in id tempus dispositio procedit, quo res ampliùs sua non est. l. tempus de hæredi. inst. Sed tamen lex hoc indulsit: dummodò certa forma fieret, id est via solennis testamenti. l. iij. vbi gloss. aliter enim deferri non potest successio. Qua propter † quoties verba contractus non obligant, præsentem respiciunt. sed futuram post mortem bonorum obuentionem, prout in casu nostro, actus est nullus, vt declarat Barr. in consil. ccxij. refert, & sequitur Dec. in l. pactum. C. de collā. Cur. Iu. in consil. xv. post tract. feud. Ange. consil. lxvj. Alex. cons. lxxxiij. in ij. vol. † pacto enim hæreditas dari non potest, vnde sequitur vt etiam si iusiurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia † iusiurandum non supplet iuris publici formam. l. ius publicum. ff. de pact. per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fidei. & ita tenent cōmuniter doct. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. vbi Alex. Rursus sequitur, vt id pactum non solùm tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur, sed nec etiam cum de particulari † acto, enim non potest quis successionem neque particularis rei differre.

BIU Cujas

differre. l. fi. ff. de suis, & leg. Quapropter respõsum
26 est, quòd transactio inter fratres, vt in paterna domo soli masculi succedant, non valeat. quia obuẽtio bonorum hoc casu induceretur, secundũ Bart. dict. consil. ccxij. & in l. fi. C. de pact. & Alex. cons. xxviij. in iij. volu. Quamuis etiam si valeret talis concessio obuentionis; potuisset per ipsum concedentem reuocari, tanquam quælibet vltima voluntas: lex enim requirit perseuerantiam. d. l. fin. C. de pact. in verbo, & in ea, vsque ad extremum vitæ spacium perseuerauerit. Et ista sufficiant cum circa hunc punctum diffusissimè scriptum sit, per dominos Aduocatos d. Antoniæ, nec ad me transmissum fuerit instrumentum d. consensus, sed solùm exemplum contractus matrimonialis, ex quo tamen deprehendi, quod verba contractus respiciebant obuentionem bonorum, quæ non valet, non autem præsentem obligationem quæ valeret, secundum Oldra. cons. cxxxix. secundùm suprascriptam distinctionem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. VIII. SVMMÆ.

1 *Per hypothecam non priuatur dominus emphiteosi.*
2 *Quo temporaliter hypothecat, puta per centum annos non dicitur verè alienare,*
3 *Non seruans promißionem non cadit à iure suo, sed condemnatur in id quod interest.*
4 *Emphiteota potest legare rem emphitheoticam, nec per hoc incidit in pœnam.*
5 *Quæ inutiliter alienata sunt, non cadunt in commissum.*
6 *Lex loquens de alienatione, debet intelligi de verâ, non autem de ea quæ nulla sit.*
7 *Solutio facta ecclesiæ per xl. annos, facit quod si de iure nõ deberetur, tamẽ ecclesia quæ habet titulũ & bonam fidem, posset vti iure præscriptionis etiam contra ecclesiam, quæ sit domina directi dominij.*
8 *Iudicium possessorium prius expediri debet quàm petitorium.*
9 *Clausula, ius & iustitiam ministrari, quid importet.*
10 *Onus impositum domui vel fundo, venditione non extinguitur.*
11 *Quotiescunque res emphiteotica vertitur ad dominum, ex facto debitoris directè ad hoc ordinato resoluto eius iure, non resoluitur ius tertij creditoris, qui abso acceperit.*
12 *L. lex vectigali. ff. de pignor. lim.*
13 *Onus venditione nullo modo extinguitur.*
14 *Onus etiam iuratum contra pactionem impositum nullum.*
15 *Iuramentum factum in generali hypotheca, vim habet consensus specialis.*
16 *Intentata via prælationis & modus agendi, ante omnia spectandus est.*
17 *Emphiteuta non potest pacisci in præiudicium Domini circa rem Emphiteuticam, tamen debet posse hoc facere corroborando dispositionem legis, alienationem prohibentis, quomodo hæc sententia intelligenda.*
18 *Fideicommissum non trahitur ad bona Emphiteutica pro se & filiis.*
19 *L. fin. C. de euict. explicatur.*
20 *Res gesta ab aliquo tanquam procuratore, & sic nomine alieno, non debet sibi nocere ex iure proprio experienti.*
21 *Agentes in possessorio saltem obtinere debent.*
22 *Clausula ius & iustitiam ministrari, vt intelligenda.*
23 *In iuribus personalibus verior & communior est opinio; quod non competat aliquod possessorium iudicium.*
24 *Quicquid potest præscribi possidetur, at iura personalia præscribuntur, &c. vt intelligatur hoc argumentum.*
25 *Beneficium excussionis habet etiam locum in casu, in quo proceditur de bono & æquo.*

A B C D E F G

IXactè viso processu causæ vertentis inter Syndicos confratriæ ecclesiæ principalis actores, & Iacobum Belli reum conuentum, videtur prima fronte pro ipsis actoribus pronuntiandum, tanquam nullum ius potuerit acquiri dominis directis in bonis, de quibus agitur, & consequẽter dictus Iacobus, qui inuestituram ab eis habuit, nullum ius prætendere possit, contra dictam confraternitatem, quominùs cogatur sõluere annua relicta per Robinum. Primò, quia ex legato facto per Robinum emphiteutam, vt soluerentur xx. florẽi ex reditibus, & fructibus dictarum domuum, vel quod legatum soluendum perpetuò onerauit, & obligauit dictas domos, non potest dici incursa caducitas: quia per tale legatum sõlùm inducitur hypotheca. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. l. fundus quoniam. vbi Bar. ff. de ann. leg. & per hypothecam nõ priuatur dominus emphiteusi: imò licet sibi hypothecare fundum emphiteuticum, præsertim reseruando ius dominj, prout fuit in casu nostro. l. tutor. §. fin. ff. de pig. act. & est gl. in c. potuit, de locato. & in l. fin. C. de iur. emphit. quam vtrobique doctores sequuntur: & licet doctores non loquãtur, quãdo hypotheca esset talis, quę verisimiliter nunquã posset remitti: & ideo habeatur loco alienationis. iuxta l. qui habebat. ff. de leg. iij. per Iaſ. in l. j. §. per seruum corporaliter. ff. de acquir. poss. tamen in casu nostro istud non videtur obesse, tum quia talis hypotheca est temporalis: quia finitur centum annis. l. si vsufructus municipibus. ff. de vsufru. leg. Alex. consil. lx. in j. tùm etiam, quia dispositio d. l. fin. quæ est pœnalis: cùm locatur de alienatione, non debet intelligi in ista, quæ est præsumptâ, non autem vera alienatio; vt tenet Bald. consil. ccxxj. nam quandoque. in j. & Anch. consil. xlviij. probata. & licet ex post facto d. emphiteuta promiserit etiam cum iuramento non imponere aliquod onus illis bonis: quamuis tamẽ non seruet promissionem, non ideo cadit à iure suo, sed condemnatur in id, quod interest iuxta communem opin. doctor. in l. si quis ita. §. ea lege. per illum tex. ff. de verbo. obl. & debet sibi pœnitentia imponi, propter periurium. c. sicut ex literis. extra, de sponſ. & quod habetur in c. præterea. eo. tit. gl. in c. fin. de procur. in vj. & per doct. in c. dilecto. de præben. & firmauit Ioannes de Imo. in c. cùm contingat. in ix. mẽbro princip. versi. si verò iuramentum fuit negatiuè. refert & sequitur d. Ioan. de Monteferrato, in rep. §. diui. in l. filiusfam. ff. de leg. j. Et ista maximè debẽt procedere in casu nostro, stante cõclusione, quod emphyteuta potest legare rem emphyteuticam, nec per hoc incidit in pœnam. d. l. fin. vt est ibi communis opinio, secundum quam consuluit etiam Alex. consi. cxx. super eo. in j. vol. & consil. v. in ij. Secundò, quia quamuis hæres dicti emphiteutæ alienauerit, irrequisito cõsensu dominorum, tamẽ talis alienatio fuit nulla: quia contra expressam prohibitionem testatoris factam speciali fauore dictæ ecclesię, vt cõcludit gl. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. ij. p Bart. & doct. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. j.

1 2 3 4 5

leg. j. & nos habemus quod ex alienatione nulla
6 quis nõ incidit in cõmissum: quia d.l.fi. loquẽs † de
alienatione, debet intelligi de vera, nõ autẽ de ea,
quę nulla sit. argu. l. iiij. §. condẽnatum. ff. de re iud.
& ita tenet Bal. in l. ij. C. de epis. aud. sequitur Prę.
S. Ambros. in c. j. in princ. quid iuris, si post alien. in
vsib. feud. Ias. in d.l.fi. vbi pro hoc etiã adducit do-
ctrinam Bar. in l. filium. §. si quis bonorum. ff. de le-
gat. præst. & idem etiam tenet Fab. in tract. de em-
ptio. & vend. in iij. parte princip. q. xxv. Fel. in c. ex
tenore. de rescript. Franc. de Crena sing. cxij. statu-
to cauetur. Tertiò, quia quicquid alias esset de iu-
re, iste reus cõuentus pluries soluit dictum legatũ
huic ecclesiæ: vnde suæ recognitiones debent illi
nocere, secundum doctrinam Bart. in l. cùm falsa.
versi. quid confiteor. C. de iur. & fact. ign. Bal. in l. si
certis annis. C. de pact. Raph. Com. cons. clxxxvij.
in fi. Guid. Papæ, q. cclxxij. per totum. Ias. l. j. l. ij. in
xvj. q. C. de iure emph. Soc. cons. xcvj. in iij. Quar-
7 tò, quia † solutio facta est huic ecclesiæ per annos
xl. & plus. vnde si de iure non deberentur, tamen
ecclesia, quæ habet titulum & bonam fidem, pos-
set vti iure prescriptionis etiam contra ecclesiam,
quæ sit domina directi dominij. c. de quarta. extra,
de præscript. auth. quas actiones. C. de sacr. eccles.
Quintò, quia saltem in possessorio iudicio casus
non videtur habere difficultatem: cùm enim con-
ster dictam ecclesiã fuisse in quasi possessione exi-
gendi dictum legatum per tot annos, non debuit
à sua quasi possessione facto spoliari. vnde cõpetũt
sibi remedia restitoria, & redintegratoria, de qui-
bus in l. rẽ quæ nobis. ff. de acquir. poss. in c. redin-
8 tegrãda. iij. q. j. & tale iudicium priùs † debet expe
diri, quàm petitoriũ. c. ij. de cau. poss. & prop. l. or-
dinarij. C. de rei vend. & interim non admittentur
exceptiones respicientes dominium, vel requiren
tes altiorem indaginem, vt per Bart. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. in j. lect. ff. de acq. possess. &
etiam si supplicatio, vel libellus videantur respice
re petitorium: tamẽ, stante illa clausula, † ius &
9 iustitiã ministrari, debet priùs expediri possessoriũ,
iuxta not. in c. ij. extra, de ord. cogn. per Alex. cõsi.
vj. in iiij. volu. cons. cxxj. in j. cum simil. Sextò, quia
dato (prout videtur verius) quòd nullum ius cadu
citatis intervenisset, non tamen videtur, quòd li-
cuerit dominis directis iure prælationis eam do-
mum, de qua agitur habere sine onere dicto: nam
cùm Robinus primus emphiteuta † dictum onus
10 imposuerit obligando domũ pro dictis annuis le-
gatis prout facere potuit. d.l. tutor. §. fi. quãuis de-
inde dicta domus mediante venditione succesſo-
rum suorũ peruenerit ad dominum directum, non
tamen censetur extinctũ, sed adhuc durat, vt est do
ctrina Barto. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. vbi
11 quotiescunq; † res emphiteutica reuertitur ad do-
minum ex facto debitoris directè ad hoc ordinato
resoluto eius iure, non tamen resoluitur ius tertij
creditoris, qui ab eo acceperit. l. iij. in fi. ff. q mod.
pign. l. bouẽ. §. pignus. ff. de ædil. edict. not. in l. iij.
§. idem Marcellus. ff. de in diem adiect. & doctrinã
Bar. ibi sequitur Raph. Comen. Io. de Imo. & Lud.
Roma. & idem etiam tenet Bal. in l. fi. C. sine cens.
vel reliquis. vnde cùm in casu nostro ius peruene-
rit in ecclesiam ex facto filię Robini, quę vendidit,
emerat cum dicto onere, & consequenter factus e-
rat principalis debitor, non potuit ipse vendendo,
& sic faciendo actum volũtarium facere, quod ad
dominos directos iure prælationis reuerteretur,
& sic ius agentium extingueretur: alias resultaret
12 magna iniquitas, & sic limitantur not. in l. lex † ve-

A ctigali. ff. de pignor. & facit quod not. Alex. consil.
clxxiij. viso themate. in secundo. Confirmatur ista
ratio cùm enim successores dicti Robini tenerentur ad dictum onus, & domini directi voluerint di
B ctam domum iure prælationis, † debent eam habe 13
re cum onere suo: & sic non potest dici ius extin-
ctum: quia dicti domini tanquam habentes cau-
sam ab illo, qui erat obligatus etiam ipsi tenentur,
& consequenter dictus Iacobus emptor. argum. l.
si superatus. ff. de pignor. & quod ibi habetur. l. si
mater. §. item Iulianus. ff. de excep. rei iudic. Sed
tamen his non obstantibus puto reos conuentos
esse absoluendos, & moueor inconuincibili argu-
mento: ex † processu enim constat, quòd dictus Ro 14
binus promiserat dominis directis nullũ onus im-
ponere super dicta domo, & tamen per speciale
pignus eam in dictum casum pignorauerat, etiam
accedente iuramento, vnde non potuit dictum o-
nus super illa imponere, & impositum est ipso iu-
re nullum, vt est casus in l. si creditor. §. fi. ff. de distr.
C pignor. ibi nullam esse venditionẽ: cum enim do-
mini haberent ius in re, per talem promissionem
actus annullatur, vt est ibi communis omniũ scri-
bentium opinio: & ibi Bar. & Bal. in reportatis an
tiquis intelligunt illum text. etiam in pacto inter
dominum, & emphiteutam allegantes dict. l. fina.
C. de iure emphiteut. & idem etiam tenet Rapha.
Fulg. cons. ccxiij. incipiente, domina Simona. vbi
intelligit dictum tex. procedere non solùm in vẽ-
ditione, prout loquitur, sed etiam in quocunque
D alio onere, vel hypotheca, prout est casus noster:
quia ratio differentiæ inter hos casus nulla potest
assignari: & dictus intellectus ad dictum §. fina. est
communiter approbatus per Barto. Bal. in aliqui-
bus lecturis Salic. Fulg. ibi Bartol. in l. qui absenti.
in fin. ff. de acquirenda possess. cum concord. ibi
per Alexan. & in l. si filio. §. fin. ff. solu. matrimo. &
dicit d. Ioannes de Monteferrato in repe. d. §. diui.
de lega. j. dictum tex. procedere etiam in hypo-
theca generali, quando iuramentum interueniſ-
E set: ex quo iuramentum † habet vim consensus spe 15
cialis, secũdum Bal. in l. j. C. commod. Lud. Rom.
in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. & per Ias. in l.
sancimus. C. de testam. sed nos sumus in casu cla-
riore: quia in specie dicta domus fuit hypothecata
ad hoc, ne aliquod onus illi imponeretur. & sic a-
perte † fundatur intentio reorum conuentorum. Et
ex hoc fundamento satis apparet, quod allegata
in contrarium non multum faciunt ad propositũ.
Non obstant duo prima argumenta: quia proce-
derent quando intentatum esset ius caducitatis,
F sed in casu nostro intentata est via prælationis, &
modus agendi † ante omnia spectandus est. glo. su- 16
per verbo, suffraganei. in c. hæc quippe. iij. quæst.
vj. per Innoc. in c. dudum. de elect. Bal. in l. j. C. qui
accu. & in l. edita. in rep. Paduada. C. de eden. cum
simi. Præterea est aduertendum, quòd licet in se-
cundo fundamento fit dictum, alienationem esse
nullam, tanquam contra expressam prohibitionẽ
testatoris, tamen istud non est verum: quia dicta
G prohibitio non valuit. licet Are. sentiat contrariũ,
consil. liij. incip. diligenter discussis. & istud dedu
citur quatuor rationibus. Prima, quia non potuit
emphyteuta imponere domui dictum onus, ne a-
lienetur: quia esset contra promissionem domi-
directis factam cũ speciali hypotheca, per d. l. si de
bitor. §. si & supradicta. Secunda, per casum. l. j. C.
debitor. ven. pig. impe. nõ poss. & q. not. per Bal. in
l. ij. C. si aduer. vend. pign. vbi non valet prohibitio
testatoris de non alienando etiam in fauorem ec-

clesiæ

cleſiæ quando præiudicaretur eius creditori, ergo idem quando præiudicaretur dño directo. Tertia, quia per talẽ prohibitionẽ fit durior conditio dñi, cuius interest, vt possit vendi, propter Laudemia & prælationẽ: vnde sicut nõ potest vendi ecclesiæ, quia præiudicaretur dño, ex quo ecclesia difficilius vendit, nec subest spes, q̃ res ad dominũ reuertatur, secundũ Ias. post alios in l. si quis ita promiserit. §. ea lege. ff. de ver. obli. ita videtur in casu nostro propter paritatem rationis, facit tex. in c. j. §. j. & quod ibi omnes not. de alien. feu. in vsib. feud. Quarta, quia quoties dominus fraudaret iure suo (vt si res emphyteutica peueniret ad manũ mortuam, vel non possint alienari) talis actus non valet, secundum Spec. in tit. de locato. §. nũc aliqua versi. cxvj. vbi mouetur, quia tunc fit præiudicium dño in Laudemio, qui est casus noster. Nec nos mouet, quòd talis prohibitio videtur conformis dispositioni. d. l. fi. & ideo deberet valere, arg. not. per Cald. in c. ij. vbi etiã Præpo. in vlt. quæst. extra, de cland. despon. & quod nõ, Bal. in c. cùm cõtingat. & ibi Imo. de iureiur. vbi licet laici nõ possint statuere circa iuramentum, tamen valet statutum eorum, quando coadiuuat legem canonicam, vt quia inducit pœnã iurantis: sequitur Cor. in auth. sacramenta puberum. versic. iiij. fallit. C. si aduers. vẽdic. ergo in simili dato, quòd emphyteutica nõ posset paciscì in præiudiciũ domini circa rem emphyteuticam, tamen debet posse hoc facere, corroborando dispositionem legis alienationẽ prohibentis. Nam † respondeo, q̃ imò d. l. fin. non prohibet alienationem, sed eam concedit, dummodo accedat consensus domini: vnde prohibitio testatoris in casu nostro non potest dici confirmatoria dispositionis legalis: cùm ex tali prohibitione, etiam domino cõsentiente alienari nõ posset, quod est in manifestum damnũ domini. Nec etiam nos mouet, si diceretur, quod hoc dato prohibitio alienationis nunquam traheretur ad bona emphyteutica ecclesiæ, quod videtur esse contra mentẽ scribentium, præsertim in illa quæstione, in qua concludunt, q̃ † fideicommissum non trahitur ad bona emphyteutica, cõcessa pro se, & filijs, de qua notatur in l. vt iurisiurandi. ff. de oper. liber. per Bart. & per Alex. consi. xj. in iij. lib. cũ si. quia non negatur, quin prohibitio teneat quoad successores ipsius emphyteutæ, qui nõ possunt cõtrauenire facto defuncti. l. cùm a matre. C. de rei vẽdic. sed quoad dominũ directum est secùs, qui (si vult) potest dicere dẽ nullitate talis prohibitionis, facit l. alienationes. ff. fam. erciscun. est igitur talis prohibitio nulla, volente domino, & nõ aliter. vnde tertius non posset opponere de tali nullitate, arg. no. per Bart. in l. ij. ff. de exce. rei iud. in l. ij. ff. si ager vecti. Aret. in l. cùm seruum. C. de seru. fug. Non obstat tertiũ fũdamentum: quia si dicta obligatio teneret, satis posset dici tale ius non extingui: quamuis res ad dominum reuertatur, secundum notata in d. l. in diem. sed hypotheca nõ tenet, imò est nulla volente domino directo, cuius interest per dict. l. si debitor. §. fi. & ideo cessat omnis difficultas, & quamuis domini directi habeant causam à dicto emphyteuta, cùm emerint iure prælationis, nõ tamẽ prohibentur dicere de nullitate illius hypothecæ: arg. l. fin. C. de euict. quæ lex loquitur † in fortioribus terminis, videlicet in successore vniuersali, q̃ si ex persona sua potest cõtrauenire, quãtò magis successor particularis in casu nostro, in quem non potest transire hæc obligatio personalis, imposita propter fructus domus. l. si. §. si. ff. de cõtrah. empt. per Guid. Pap. quæst. cclxiiij. Non obstat quartum fundamentum, quia quamuis iste reus † pluries soluerit, tamen non soluit nomine suo, sed illius Tepæ, vnde res gesta ab aliquo tanquã procuratore, & sic nomine alieno, nõ debet sibi nocere ex iure proprio experienti. l. si. ff. de institor. l. j. §. exercitorem. ff. de exercito. l. tutorem. ff. de his quib. vt ind. & q̃ habetur in l. si se nõ obtulit. ff. de re iud. Item postquam Iacobus habet inuestituram à dominis directis, qui iure prælationis dictam domũ retinuerant, nunquam soluit: quia ex eo nouo sibi superuenienti potuit se defendere, quominùs ad solutionem compelleretur: vnde nõ potest in hoc iudicio illi obijci de dictis recognitionibus. l. si is, qui hæres. ff. de excep. rei iud. l. iij. vbi Bald. Sal. & cæteri. C. de pet. hær. & q̃ habetur in l. fi. C. de eui.

Non obstat quintò allegata præscriptio: quia cùm loquamur de præscriptione iuris exigendi, sequitur, quòd præscriptio nõ currat, nisi cõtra eos, respectu quorum præscribens est in possessione. l. sine possessione. ff. de vsucap. sed respectu dominorum directorũ iste præscribens nõ possidebat: quia in incorporalibus possessio quæritur ex scientia, & patientia eius contra quem præscribitur. l. ij. C. de seruitu. & aqua. vbi Bart. Bal. Alber. & cæteri. Bart. in l. j. §. deniq. ff. de aqua quoti. & æstiu. Abb. cap. de quarta. vbi etiã modern. extra, de præscript. Abb. consil. xviij. consi. xxiij. in secundo volum. sed in casu nostro nõ aderat scientia dominorum, imò ignorantia præsumitur, vt est text. in c. præsumitur. de reg. iur. in vj. Præterea dato, quod emphyteuta, & eius successores scirent, nõ tamen præiudicatur domino, quin emphyteusi ad eum reuersa omne ius quęsitũ cesset. c. j. vbi gl. de inue. de re ali. facta per Bar. Pau. de Ca. & cæteros in l. & in prouinciali. C. de serui. & aqua. Vltimò non obstat, quod debeant agentes obtinere saltem in possessorio, quia ad hoc primo respodetur † quod respectu dominorum directorũ non erant in possessione illius iuris exigẽdi ex quo ipsi domini habent præsumptam ignorantiam, & ideo non possunt prætendere se ab eis spoliatos. ca. olim. iij. extra, de test. spo. gl. & doct. in c. cùm ad sedem. eod. tit. & licet dictus Iacobus sciret, tñ istud nõ deberet sibi nocere, ex quo venit ex nouo iure. & ex persona dominorũ directorũ. l. si mater. §. fin. ff. de exce. rei iud. & habetur in d. l. iij. C. de pet. hæ. Secundò respondetur, quod in casu nostro non est intentatũ aliquod possessoriũ: quia (vt apparet ex processu) probationes vtrinq; factæ sunt respectu petitorij: vnde de eo tãtùm iudicandũ est. c. j. extra, de rest. spo. & licet clausula ius, & iustitiam ministrari possit inferre, etiam respectu possessorij, tamen, cum sit generalis, declaratur † ex probationibus, quæ deinde inducũtur, vt per Abb. in d. c. ij. de or. cog. Sed probationes per actorẽ inductæ expresse ostendunt petitorium solummodo intentatum fuisse, vnde ei declarationi standum est l. si quis intentione. ff. de iudic. Tertiò respondetur, quòd ista præstatio 20. Florenorum relicta à dicto testatore, est ius personale, per quod persona hæredis solum tenetur. d. l. fin. §. fin. ff. de contrah. emp. sed † in iuribus personalibus, verior & communior est opin. quòd non competat aliquod possessorium iudicium, vt tenet Bart. in l. fi. per illum text. ff. quor. bon. Iaco. de Aret. Petr. Cin. Bald. Alber. de Rõs. in l. si certis annis. C. de pact. per Cin. Bal. in l. ij. C. de seruitu. & aqua. Per. de Anchar. in cap. querelam. extra, de elect. & cum hac opin. in effectu etiam transit ibi. Abb. respondendo ad illum

text. vt per eum. Nec ratio Bald. in d. c. quærelam. tenentis contrarium est vera, dum dicit, *quod quicquid potest præscribi possidetur, sed iura personalia præscribuntur, ergò, &c.* nam iura personalia non præscribuntur propter possessionem, vt Bald. præsupponit, sed propter negligentiam. vt declarat Bartol. & doct. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Quartò respondetur, quòd ex tali legato, solùm orta fuit actio personalis, & hypothecaria ad dictam domum, sed personalis non competit contra istum singularem successorem, præsertim habentem causam à domino directo. d. l. fin. §. fin. de contrah. empt. hypothecaria verò non potest competere: quia impositio dicti oneris est ipso iure nulla. per dict. l. si debitor. §. final. de distr. pign. Ergò nulla actio competit actoribus contra eos conuentos, & sic non est quærendum de iudicio possessorio: quia nullum eis datur in istis iuribus personalibus, præsertim contra singulares successores, non est etiam quærendum de præscriptione hypothecæ: quia quòd ad hypothecam, non potest allegari aliqua possessio nec negligentia dici: ergo nec præscriptio. l. siue possessione. ff. de vsucap. c. vigilanti. de præscript. nec quamuis fuerit per longissimum tempus illa pensio xx. florenorum prætita, sequitur quod quæsita sit hypotheca ad dictas domos, quæ de iure imponi non potuit per supradicta, & sic cessat omnis difficultas: consultius ergò fecissent actores, si actiones suas personales intentassent aduersus hæredes dicti Robini, vel hæredum hæredes, non autem egissent aduersus dominos directos actione hypothecaria præsertim dictis hæredibus non excussis, contra auth. hoc si debitor. C. de pignorib. quod † beneficium excussionis habere videtur locum etiam in casu, in quo procederetur de bono & æquo, vt per Bartol. in l. si constante. in secunda quæstione iij. partis prin. ff. sol. matr. vbi etiam mod. præsertim cum domini directi sint ecclesiastica loca, & consequenter priuilegiata, quibus non deberet posse opponi, quod non possit vti beneficio excussionis, per not. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et hæc omnia saluo semper sanioris iudicio.

CONSILII IX. SVMMÆ.

1 *Anterior tempore potior in iure.*
2 *Anterioritas considerat ur secundum tempus instrumenti.*
3 *Masculinum concipit fœmininum, maximè vbi tractatur de lucro & vtilitate.*
4 *Confessio Patris nocet filio, etiam in legitima, quando vltra talem confessionem concurrit aliqua veri similis coniectura.*
5 *Arbitrij elidendi causæ.*
6 *Probabilis ignorantia excusat.*
7 *Iuramentum restringitur secundum verba prolata, nec operatur per viam relationis.*
8 *Excussionis ordo, ius & locus.*
9 *Excussionis beneficium non tantùm respicit ordinem litis, sed etiam præiudicium partis.*
10 *Prohibitus petere, non censetur prohibitus retinere & compensare.*
11 *Filius ea quæ retinet, imputat in legitimam, ne tertios possessores molestet.*
12 *Bona emphyteutica comprehenduntur in generali hypotheca bonorum.*
13 *Excussio non est facienda de bonis extra territorium.*

A BVRGETI isti videntur mihi hæredes Donati Stuppæ indebitè inquietare: quia eis obstant principaliter tres exceptiones, quarum quælibet est sufficiens ad eos excludendos. Prima est. quia d. Donatus est † anterior tempore, & consequenter potior in iure iuxta regulam. l. potior. l. creditor. ff. qui potior. in pignor. l. fundum. C. eo. cum enim d. Flordelisia eius datrix pro parte sua habeat ius in fideicommisso episcopi Nuosiensis patrui sui, quod est assi- B matum, adscendere ad summã ducatorũ ccclxxv. non est dubium pro illa summa esse anteriorẽ, & ei cõpetere hypothecariam super bonis testatoris vsque ad dictam summã. l. j. in fi. C. com. de leg. & quauis in parte sua possit prætendere ius dominij, tamẽ isto casu videtur posse etiam hypothecariam intentare, secundùm opin. Pet. Cin. Iac. Ang. Sal. Castr. in d. l. j. quam etiam sequitur Raph. & Iac. de Put. in l. creditoribus. ff. de sep. bon. de quo tamen nunc hon expedit disputare: quia in casu nostro nihil refert, siue fideicommissaria ista sit an- C terior, sine iure dominij, siue iure hypothecæ, dũmodò sit anterior. Rursus, domi. Donatus est anterior pro summa sibi cessa ex credito domini Veritatis, quod est ducatorum clxxxj. quod creditum prouenit ex ficto libellario, contracto per instrumentum manu Gabrielis de Manganis confectũ, anno 1497. cum enim fictum illud libellarium cõtineat obligationem annuam, minalium xxv. censetur vna obligatio ab ipso principio contracta, non autem plures secundum numerũ annorum, vt est text. in l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. & ideò † anterioritas consideratur, secun- D dum tempus instrumenti. l. ij. C. de iur. emphy. 2
Ias. d. §. stipulatio. vers. tertia vtilitas. non autem secundùm tempus, quo cessit, & venit dies secundum Bart. & doctr. in l. j. C. de fideicommiss. licet aliud sit in legatis secundum eos. Et iste duæ summæ sufficiunt ad exclusionem agentium: cum bona possessa per d. Donatũ sint empta pro ducatis 501. Nec obstant tres oppositiones, quæ fieri possent aduersus fideicommissum. Prima, quia verba fideicommissi vocant filios tam natos, quàm nascituros, &c. quibus verbis non videntur nisi ma- E sculi, &c. per id, quod not. Baldus & Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. & in simili per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. Sed ad hoc respõdetur, quod contrarium est verius per regulam, quòd † masculinum concipit fœmininum. l. j. ff. 3
de verb. sign. l. quisquis. l. Hærennius. eodem tit. maximè vbi tractatur de vtilitate & lucro, secundum Bar. in simili. l. liberorum. eod. tit. & Bald. & Anch. in d. l. tres fratres, loquuntur, stante statuto exclusiuo fœminarum, propter masculos: de quo in casu nostro nihil est dictum in themate: quia non extat Veronæ tale statutum. Et si extaret, non F haberet locum respectu testamenti istius Episcopi, quod recipit interpretationem considerata qualitate episcopi, à iure canonico, non autem à statutis localibus, prout in simili dicit Io. de Imo. in c. quod clericis. de foro cõpet. Alex. cons. xliij. in fin. in v. volu. Dec. c. ecclesia S. Mariæ. vers. ic. nota tamen. extra, de constit. & facit quod not. Abb. cap. ij. extra, de succes. ab intest. in vltimo not. Secunda oppositio est, quia in hoc iudicio non est probatum, quòd bona fuerint in bonis ipsius Episcopi fideicommittentis: vnde non debet tale fideicommissum obstare istis actoribus, per l. si vniuersæ. C. de legat. cum ibi notat. Sed respondeo, quòd

quòd imò constat ex cõfessione ipsius Laurentij, & fratrũ facta in iudicio, contra d. veritatem ante hypothecam contractam per Burgetos: vnde talis confessio debet nocere eis. l. si superatus. ff. de pign. & constat etiam per coufessionem factam positionibus, super quibus fundat se sententia lata de anno 1529. quæ licet sit posterior hypotheca Burgetorum, tamen est valdè verisimilis, & debet sufficere in hoc iudicio, in quo non sunt principales excussi, de quo infrà dicam, & maximè cum in illo iudicio inter fratrem & sororem ageretur, sola facti veritate inspecta, vnde debuit iudex dare fidem talibus probationibus, prout in simili, inquit Abb. c. quãuis. extra, de re iud. vbi post
4 Ant. de But. vult, quòd † confessio patris noceat filio, etiam in legitima, quando vltra talem cõfessionem concurrit aliqua verisimilis coniectura. facit. l. iubemus. ij. vbi Bald. C. de sac. sanct. eccles. & quod not. Sali. in l. si mater. C. de contrah. empt. & satis hoc præsupponit pars aduersa, quæ etiã prætendit simile ius fideicõmissi prædicto testamento, & tamẽ nec ipsa quicquam probauit, quòd bona fuerint in bonis dicti testatoris: & satis puto, quòd sufficiat inuentarium, de quo in iudicio contra d. ueritatem, vt suprà dixi. Tertia oppositio est, quia videtur huic fideicommisso renuntiatum esse, stante laudo arbitrorum lato, an. 1504. Sed ad istam oppositionem respondetur pluribus modis, in primis, quod d. arbitri non † potuerunt
5 quicquam iudicare circa renuntiationem fideicommissi, quia facultas eis data in compromisso, ad hoc non extendebatur. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. & quod not. Bald. consilio cxcj. in ij. Lud. Rom. consi. cccliij. Soc. cccl j. Secundò dicitur, quòd non constat, quòd d. Floridelisia haberet notitiam d. testameti vel fideicommissi, vnde non potest videri de eo compromisisse: nec illi renuntiasse. l. tres fratres. vbi omnes not. ff. de pac. mater decedens. ff. de inoffi. testa. facit quòd habetur in l. de ijs. ff. de transact. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iij. q. & sequ. ff. de verb. ob lig. Tertiò respondetur, quòd compromissum fuit factum per eius maritum nomine vxoris, nec constat de aliquo mandato, vnde non potuit ei vxori quicquam præiudicare, cũ hoc requireret speciale mandatum, quod non competit marito, secundùm Bartol. & Doct. in l. non solùm. ff. solu. matr. & Iaſ. in l. maritus. vbi not. C. de procur. Nec obstat, si diceretur, quòd imò mulier videtur ratificasse, per Feli. clvj. & in simili per Ang. consil. cccxv. respondeo, q ex eo non apparet, quòd mulier aliquid sciret de fideicommisso, & eius renuntiatio-
6 ne: potest trahi ad illud. d. l. mater. † probabilis enim ignorantia excusat, vt l. non est ferendus. ff. de transact. Præterea videretur, quòd talis donatio non valeat: quia non seruata forma statuti Veronensis: & iuramentum operari potest respectu illorum lxxxj. ducatorum, de quo expressè in instrumento dicitur, non autem respectu renuntiationis fideicommissi, de quo nulla mentio in in-
7 strumento, † & iuramentum restringitur, secundũ verba probata, nec operatur per viam relationis. c. penul. extra, de iureiur. Iaſ. l. Gallus. §. idem credendum. de liber. & posth. Dec. c. de causis. extra, de offic. deleg. vt meritò domini arbitri de anno 1529. nullam rationem duxerint istius renuntiationis, quæ ex multiplici capite est nulla: & sicut quò ad eum Laurentius succubuit, ita etiam debent succumbere ipsi Burgeti, qui non possunt agere nisi post Laurentium, id est, nõ excusso vt mox dicemus. Secunda principalis exceptio † est excus- 8
sionis. Non enim possunt illi de Burgetis agere hypothecaria contra d. Donatum tertium possessorem: nisi prius excusso principali, id est d. Laurentio, per text. in auth. hoc si debitor. C. de pign. & in ista excussione veniũt nõ solum possessa ipsum d. Laurentium, sed etiam ea, quæ possident ipsi actores ex donatione ipsius Laurentij, possident autem vniuersa bona Laurentij titulo donationis ipsis posterius factæ. vnde non potest dici, quòd notorium sit hanc non esse soluendo: cum bona donata istis longè excedant æs alienum, & si hæreditas illius non est adita, debet dari curator hæreditati iacenti, cum quo fiat excussio, secundùm Iac. de Beluis. in §. sed neq;. in auth. de fideiuss. q. vj. per Alex. consi. c. discussis. in v. vol. & quamuis aduersarij prętendant hypothecam ex caus. dotis, nihilominùs tamen necessaria est excussio, secundùm glos. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. verb. qui non potiora iura. vbi Cin. & Bald. & per Bartol. in l. si constante. in tertia parte. quæst. ij. ff. solut. matr. cum quo est communis opin. quicquid ibi dixerit Rom. & Iaſ. cum † excussionis beneficium non 9
tantùm respiciat ordinem litis, sed etiam præiudicium partis, vt aliàs declaraui post Mod. in l. fin. in prin. ff. si cer. pet. Fortiùs putauerim, quòd si extaret statutum tollens beneficium excussionis, adhuc nõ esset extendendum ad casum nostrum: quia quamuis præiudicet extraneo possessori, vt statutum possit conueniri absque eo, quo principalis excutiatur, non tamen censetur inducere quin actor ipse, quod accepit à principali imputet: nam & videmus, † si quis sit prohibitus pere- 10
re, non tamen censeri prohibitum, quin retineat & compenset. l. ij. vbi Bald. iij. not. C. de fideiuss. per Dec. consilio cclvij. & facit in simili quòd not. Bened. Capra. consi. xix. vbi in statuto prohibente petitionem legitimè, concludit non esse vetitam deductionem, seu retentionem, & facit, quia idem videmus de iure cõmuni. vnde l. falcidia negans imputari, nisi id quod iure hæreditario percipitur, non habet locum, respectu eius qui petit legatum à cohærede retinente, iuxta l. Nesennius. l. filio. ff. ad l. falc. Tertia principalis exceptio quę pendet à superiori, est exceptio solutionis, quia cum Burgeti possideant vniuersa bona debitoris, videtur eis esse solutum. cum enim ea bona essent compræhensa in obligatione generali bonorum præsentium, & futurorum, & sic Burgeti in eis habent ius pignoris non possunt extraneos possessores inquietare, nisi computato pretio dictorum bonorum, quæ possident. l. aduersus. C. de act. & oblig. cum concord. ibi in gloss. & facit text. in l. grege. §. j. ff. de pignor. & suadeat hoc æquitas, quia in primis quis debet exigere à seipso. l. diuortio. ff. de neg. gest. antequàm alios inquietet, vnde † filius ea, quę retinet, imputat in legitimã, nec ter 11
tios possessores molestet. l. Marcellus. §. res quę ff. ad Treb. & habetur in l. in quartam. ff. ad l. falcid. Et in omnem casum tutus est tertius possessor beneficio reconuentionis: cùm enim & ipse habeat hypothecã, potest reconuenire istum agentem, vt imputet, quæ retinet, vel sibi tradat, iuxtà regulam auth. & consequenter. C. de sen. vbi doct. & habetur in c. prudentiam. extra, de minor. petit. Sed quid iuris erit respectu bonorum emphyteuticorum seu feudalium, quæ habebat Laurentius ab ecclesia Nonantulana? & clarum est, quòd etiam talia † bona emphyteutica compræhendun- 12
tur genera hypotheca bonorum. l. tutor. §. fin. vbi

BIU Cujas

Bart. Bal. Castr. ff. de pign. act. l. lex vectigali. ff. de pig. per Bart. in l. si constante. in tertia parte. quæst. iij. solut. matr. ubi Alex. per Salic. in l. fin. C. de iure emphyt. qui dicit hoc procedere etiam in emphyteusi ecclesiæ, & ratio est, quia d. l. fi. solùm quilibet ius emphyteuticum in alium transfertur, sed tale ius per hypothecã non transfertur, sed solùm obligatur: & ista est cõmunis opin. vnde si creditor deinde iure hypothecæ volet sibi addici pignus, tunc necessarius erit consensus domini & recognitio, solutio laudemiorum, &c. Nec obstat in casu nostro quòd isti Burgeti fecerunt, q̃ locus esset caducitati, si recognouerat ab ecclesia, tanquàm de noua emphyteusi, quia videt mihi, quod hæc cautela non adiuuet eos, & certè huiusmodi fraudibus debent iudices resistere quantùm possunt: cùm enim ex bulla Bonifaciana permittatur alienatio, & consequenter etiam hypotheca dato, quòd isti fecerint esse locum caducitati: tamen succurrendum est creditoribus ex clausula, si qua mihi iusta causa esse videbitur. de qua in l. j. in fi. ff. ex quibus caus. ma. propter ignorantiam præsumptam creditorum, qui si sciuissent, soluissent canonem pro conseruatione iuris sui, & fecissent omnia, ad quæ emphyteuta auctor suus tenebatur: & ita consuluit Alexan. consil. xlv. in v. volum. incip. in causa, & lite vertente. Aliam similem decisionem ponit idem Alex. consi. viij. in iij. vol. Nec rursus obstat, quòd ista bona sint in territorio Ferrarien: vnde † excussio non est facienda de bonis extra territorium, secundum Bal. in l. sciendum. in prin. ff. qui sat. cog. & habetur in l. fin. C. de princ. arg. in reb. lib. 12. ita videtur, quòd non sit habenda eorum consideratio in hoc casu: sed respondeo, quòd dictũ Bald. procederet, quandò excussio extra territorium, non posset fieri nisi cum difficultate, secus si sine difficultate secundum Ang. in §. sed neq; in auth. de fideiuss. prout in casu nostro propter vicinitatem vrbis, & copiam magistratuum, qui reddunt ius, & ex ijs videtur mihi partes domini iudicis esse vt absoluat reos conuentos à partis. Quarta & vltima exceptio est, quæ tollit omnem prorsus difficultatem, quia isti Burgeti sunt hæredes ipsi Laurentij debitoris, vt constat instrumento transactionis rogato per d. Petrum Antonium de franco, notarium Ferrarien. anno 1549. die 7. Septembris in actis producto, in quo dicitur, quòd d. Margareta soror d. Laurentij est eius hæres vniuersalis. & quòd decessit, relictis Antonio & Iulio de Burgetis eius filijs, & hæredibus, vnde sint hæredes Laurentij mediante persona matris suæ, iuxta l. si quis filium. §. fin. ff. de acquiren. hæred. non possunt detractare, quin soluant debita Laurentij, & sententia lata de anno 1549. in fauorem do. Flordalisiæ præiudicat illis, sicut præiudicaret auctori suo. l. hæredem. l. nemo plus. de reg. iur. gloss. l. communi diuidundo. ff. commun. diuid. & cùm ipsi tanquam hæredes possint conueniri de euictione, si res euinceretur à tertio, multò fortius excluduntur, si ipsi velint euincere per regulam l. vendicantem. ff. de euict. & quod not. Bal. & Sali. & alij in l. fi. C. de euict. Felin. consi. lxvij. paterfam. Nec obstat, & illa cõfessio, quòd sint hæredes d. Margaretæ, & Laurentij est facta inter alios, id est in contractu transactionis initæ cum tertia persona: quia per hoc nõ euitatur obiectio: cum enim tractetur de re pendente à voluntate ipsorum, sufficit quoquomodo ea voluntas probatur, etiam si per rem cum altero gestam. videntur enim tali actu pro hærede gerere, secundum Bart. in l. fin. ff. de interrog. act. Ang. in auth. de hæred. & falcid. §. si verò cum concordat. per Feli. in c. si cautio. ver. fallit. quarto. cum similibus. Et hoc respectu Antonij qui contraxit, est certissimum, respectu verò Iulij oportet probari de ratihabitione dicti instrumenti, qui si non ratificauerit Antonius tenebitur in solidum, cum per ius accrescendi tota hæreditas ad eum deuoluatur, vt habetur in l. qui ex duabus. in fin. de acquir. hæred. Et cum ista exceptio superuenerit hæredibus d. Donati reis, conuentis pendente iudicio ante sententiam, debet eis prodesse, perinde ac si à principio fuisset ab istis actoribus adita hæreditas per ea quæ no. Bart. in l. j. ff. de except. & quæ habentur in l. quæsitum. de precar. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII X. SVMMA.

1 *Interesse varijs ex causis peti potest.*
2 *Tam de iure ciuili, quàm de iure canonico & etiam in foro conscientiæ, interesse est debitum mercatoribus.*
3 *Liquidi ad illiquidum non fit compensatio.*
4 *Aduersus fiscum potest opponi compensatio rei non liquidæ, dummodo intra duos menses possit liquidari.*
5 *Reseruatio reliqui, includit illud quòd iam debetur esse compensatum, quia hoc infert natura dictionis reliqui.*
6 *Dictio reseruato, quid inferat.*
7 *Dictio donec, inducit conditionem extinctiuam dispositionis præcedentis, in euentũ certi casus, ita vt ante illum euentum dispositio stet firma.*
8 *In causis fiscalibus non est locus compensationi, ex diuersa Statione.*
9 *Consensus partium derogat rigori.*

NON videt subesse iusta causa, vnde magnifici isti fratres Dominicus, & Meliadusius Sauli inquietari possint. qn summa cũ ratione potuerint vti retentione librarũ quindecim milliũ, vel circiter, de quib. in prẽsentia agitur. Et in primis nõ puto esse dubitandum, quin cùm isti fratres sint mercatores, possint † pro pecunia sibi debita, petere etiã id quod sua interest, tã ratione damni ex mora solutionis per ducem Franciscũ factæ incursi, quàm etiam lucri cessantis: cuius ratio in mercatorib. haberi debet. l. non vtiq;. vbi gl. & Bar. ff. de eo quod cer. loc. gl. & Abb. in c. cõquestus. de vsur. c. cum venerabilis. de excep. Inno. c. sacris. de sen. exco. Bal. in Auth. ad hæc. & in l. cum allegas. C. de vsur. vbi concludunt præfati doctores, quòd † tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, & etiã in foro conscientiæ tale interesse est debitũ mercatoribus. Et hoc maximè est dicendũ in præsenti casu, in quo præsupponitur, q̃ ipsi Sauli nõ potuerint exigere assignationes sibi factas p̃ Ducẽ Franciscũ, ꝓpter bellũ ei illatũ à Rege Francorũ: vnde cũ in odiũ ipsius Ducis ab eius inimicis fuerint prohibiti exigere, perinde est ac si culpa Ducis impediti fuissẽt. l. si merces. §. culpæ. ff. loc. l. pen. ff. sol. mat. & ideò dux tenebat illis ad totale interesse, tanquã si culpa ipse cõmisisset, vt p̃ Bar. in l. cotem. §. qui maximos. de pub. p̃ Francis. Aret. consi. cxl. incip. qa cõsultatio. in princ. Ias. alios in l. stipulatio ista. in princ. ff. de verb. obl. facit tex. & q̃ ibi no. in l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. & q̃ no. Abb. cõsi. xxi. in ij. & consi. lx. in j. Et in casu nostro res adhuc est certior: qa apparet de mẽte Ducis volẽtis eis istud interesse resarcire: cũ in literis suis mãdauerit dñis magistris, vt debita, & credita reuiderẽt, & omnia liq̃darent, visis supplicatis. In supplicatione aũt dicebat nõn solũ de principali, sed etiã de dependẽtibus, quæ verba ꝓpriè referunt ad interesse. l. lect. si cer. pet. &

per

per Soc. cõsi. xxv. in fi. in iij. vol. & quia litera Ducis declarantur, secundum supplicationem, vt per Alex. consil. 1. in iij. vol. Et talis fuit mens dominorum magistrorum seu iudicum, qui ordinauerunt supersedendum esse à petitione dictarum librarum quindecim millium, & quòd liceret Saulis retinere donec liquidentur, &c. Nec aduersus dictam ordinationem aliquid iuridicum potest opponi, cùm à sententia ipsorum non posset appellari ita disponentibus ordinibus: & cùm ipsi procedant, sola facti veritate attenta, quo casu ad rigores istos iudiciarios non attenditur, habentq; ipsi ampliss imam facultatem, & sunt tanquam procuratores Cæsaris cum libera, vt habetur in l. j. de offic. procur. Cæs. & quamuis literæ Principis mandent, vt omnia ad liquidum reducant, tamen potuerunt ius interesse reseruare: nec ideò sententia est nulla, cũ essent ordinarij iudices circa hoc. c. cum inter. de re iudi. & tradũt omnes Canonistæ. in c. fi. extra, de pręben. Felin. c. causam, quæ. de re iudi. Ias. l. qui Romæ. §. duo fratres. in fi. not. ff. de verb. obligat. Nec obstat fundamentum, quòd audio deduci in contrarium, videlicet quòd interesse illud nondum erat liquidum. Vnde non debuit admitti compensatio per vulgatã regulam, quòd † liquidi ad illiquidũ non fit compensatio. l. fi. C. de compens. vbi doctr. Fel. in c. cum Ioannes. de fid. instru. Sed ad hoc respondeo pluribus modis. Et primò, quòd etiã † aduersus fiscũ potest opponi compensatio rei non liquidæ, dummodò intra duos mẽses possit liquidari, vt est text. in l. auferetur. §. qui compensationem. ff. de iur. fisc. istud autem interesse etiam citiùs potest liquidari: cùm enim sit notorium istos esse mercatores: & ideò passos esse damnum ex eo, quòd in tempore non fuit eis solutum, potest iudex ipse ex officio illud taxare, secundum not. per Bartol. in l. si quod ex Pamphila. in fin. ff. de leg. ij. & lucrum cessans, etiam si non sit specificè probatum, debet per iudicem taxari ex eius officio. l. j. & ibi Bart. not. C. de col. illirici. lib. xj. sequitur Aret. in l. diuortio. §. ité si messes. ff. solu. matr. Ias. in d. l. non vtiq;. §. fin. ff. de eo, quod cer. loc. Et hoc maximè, stante statuto mercatorum Mediolani, quo admittitur probatio per iuramentum, cuius statuti beneficio possunt vti dicti fratres, quamuis Ianuenses, vt per Raph. Comen. consilio cxxxix. incip. P. Laicus. apparet ergò talem liquidationem esse in promptu, & statim fieri potuisse neduni intra duos mẽses. Præterea respõdeo, quòd quicquid sit de iure communi, casus iste est clarior, propter auctoritatem rei iudicatæ à dominis magnificis qui pronuntiauerunt, *reseruato iure consequendi Saulis reliquum petitionis suæ circa interesse, & quòd donec dictum reliquum petitionis liquidetur retinere, &c.* quibus verbis apparet, quod respectu dictæ summæ compensandæ per eos fuit pronuntiatum, quia reseruatio reliqui includit illud quòd iam debetur, esse compensatum: quia hoc infert natura dictionis *reliqui*. l. rationes. C. de prob. glos. & doct. in l. si ex pluribus. ff. de accept. in l. si quidem. C. de transact. Item infertur ex illa † dictione *reseruato*, quæ significat reseruatum esse ius, quatenus ab inde suprà Saulis debebatur, quatenus verò infrà, per eam sententiam esse decisum, quia talis est natura reseruationis secundum glos. in l. item Labeo. ff. fam. ercisc. vbi Bald. & per eundem Bal. tit. de pac. constit. §. amplius. vers. saluo. & quod in simili idem Bald. not. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss. & quia ita debuit fieri, vt quòd habens pro liquido, illud tunc compensarent, quòd autem haberent pro non liquido, reseruarent, vt dicit Bart. in l. fin. C. de compens. de quo per Alexan. consi. clxv. in ij. consi. xciij. & seq. vol. iiij. Rursus infertur ex illis verbis, *Donec dictum reliquum liquidetur*, quòd † dictio, *donec*, inducit conditionem extinctiuam dispositionis præcedentis in euentum certi casus, ita vt ante illum euentum dispositio stet firma, secundum Bart. l. j. ff. de condi. & demon. euẽtus autem resolutiuus in nostro casu est, si Sauli probauerint plus sua interesse, quàm sint quindecim mille libræ: quia quoad illam summam iudices habuerunt pro claro, quod omnis esset imputanda in dicto interesse, sed in fauorem fisci distulerũt liquidationem reliquæ summæ, quòd quilibet etiam prudens cognoscere posset ex magna quãtitate crediti, ipsorum Saulorũ, & dilatione tot annorũ in soluendo facta per ducem. Non obstat quòd † in causis fiscalibus non fit locus compensationi ex diuersa statione. l. j. C. de cõpens. respondetur enim quòd hic non est diuersa statio: quia summa maior exacta à Saulis fuit ex assignatione salis facta in causam crediti ipsorũ, ex quo credito oriebatur interesse propter morã Ducis, & propter dependentiam principalis consetur idem cum principali, & auget petitionem principalis d. l. lecta. ff. si cert. pet. & per Soc. d. cõsil. xxv. in fin. Præterea, & secundò dicta conclusio posset procedere, quando particulares sunt titulis in actione verò vniuersali, vel generali secus est, prout in actione tutelæ. l. inter tutores. de admin. tut. & quòd dicitur de tutoribus, idem est in omnibus qui tenentur ad reddendas rationes, secundũ Alex. consi. cxxx. in ij. vol. in casu autem nostro petitio erat generalis, vt viderentur rationes omnes & debita, & credita, vt apparet ex literis Principis, ideò non videtur admittenda hæc oppositio. Præterea, & tertiò tollitur istud propter auctoritatem rei iudicatæ, potuerunt enim magistri admittere talem compensationem, & † consensus partiũ derogat rigori. d. l. j. & hoc maximè faciendũ fuit ab ipsis Magistris, qui procedebant sola facti veritate inspecta, & non debuerunt rigorosè procedere aduersus ipsos Saulos, tã bene meritos de ipso Duce: & ita arbitror iuris esse. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XI. SVMMA.

1 *A Domino agenti ad caducitatẽ, obstat exceptio compẽsationis de quantitate ad genus, si dominus est obligatus eodem genere, vel eadem specie.*

2 *Compensatio fit ipso iure, odio pœnæ.*

3 *De liquido ad non liquidum, non fit compensatio.*

4 *In causis, fieri non admittitur compensatio, ex diuersa statione.*

5 *In pœnalibus strictè procedendum.*

6 *Pœnæ locum non habent, nisi à iure expresse.*

7 *Non debet quis lucrari cum aliena lectura.*

8 *Creditum dicitur liquidum, quando breui tempore liquidari potest.*

9 *Qui compensat, dicitur soluere.*

10 *Oblatio verbalis facta per emphyteutam, prodest ei, vt euitet pœnam caducitatis.*

11 *Ad inducendam plenam liberationem à Canone, nõ sufficit oblatio verbalis, sed requiritur obsignatio, &c.*

12 *Consuetudo quòd dominus petat canonem ab emphyteuta, si non petijt emphyteutam, excusat à caducitate.*

13 *Reuocatio precarij debet fieri ipso emphyteuta sciente, vel citato.*

INTERROGATVS breuiter quid etiam circa duos iuris articulos, non putui clienti denegare, cum iurisconsulti munus publicum sit, & ex debito professionis nostræ teneamur, vnicuiq; iura sua aperire: amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Primus articulus est nunquid † domino agenti ad caducitatem obstet exceptio compensationis de quantitate ad genus. Et si dominus esset obligatus eodem genere, vel eadem specie nō est dubium obstare exceptionem: quia hoc tenet Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. Ixxix. vbi concludit, quòd si dominus est debitor in alia quantitate emphyteutæ, poterit se emphyteuta tueri, ne incidat in commissum, si intra biennium fuit opposita compensatio, l. si constat. C. de compen. deinde dicit, quòd alij tenent contrà, & sic pertransit: quæ verba possunt dupliciter intelligi, quòd alij tenent contrà, scilicet quòd compensatio non prosit, quæ opinio est iniqua, & reprobata. Secundo modo intelligi potest, quòd tenetur contrà scilicet, vt etiam si non sit opposita intra biennium, nihilominùs exceptio prosit: & iste intellectus est verior: quia † odio pœnæ fit compensatio ipso iure. d. l. si constat. per eum allegata. vnde secundum illam legem eius dictum debet intelligi, vt dicit in simili Bart. in l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. leg. & cùm Specul. referat eam opinionem, vltimo loco censetur eam approbare, secundum gloss. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. & ista est communis opin. quam tenent Abb. antiq. Imo. But. in c. bona fides. de depos. Fulg. l. si ambo. ff. de pœnis. cum concord. per Iaſ. in l. 2. versic. xix. C. de iur. emphyt. Socin. consilio xcix. in j. Franc. de Cur. consilio lxxj. cum similibus. Sed in casu nostro obstat, quia emphyteuta est creditor farinæ, & pecuniarum dominus est creditor de heminis bladi, & pecunijs. vnde inter hæc non videtur locum esse compensationi. l. si conuenerit. in princ. ff. de pig. act. gloss. in l. fin. C. de compen. Dyn. Bald. Ang. Iaſ. in §. in bonæfidei. institut. de act. & hoc † maximè cum creditum emphyteutæ non videatur liquidum, quo casu non est dubium locum non esse compensationi. d. l. fin. præsertim stante iuramento. c. ad nostram. j. de iureiuran. Sed his non obstantibus procliuior sum in contrariam sententiam. Moneor principaliter per communem doctrinam scribentium in l. j. C. de compens. vbi Guil. de Cu. Cyn. Alb. de Ros. Bald. & alij tenent, quòd cum quidam ex forma statuti deberet soluere centum intra decem dies, aliàs incideret in certam pœnam, quòd si iste erat creditor ex aliqua causa ipsius fisci, quòd pœna euitetur: quamuis enim † in causis fisci non admittatur compensatio ex diuersa statione, vt habetur in d. l. j. tamen propter euitandam pœnam istud debet admitti, ergò dicendum in casu nostro. Confirmantur prædicta per rationem Bald. ibi, dum vult ideò illum euitare pœnam: quia per fiscum factum censetur, quominus ille posset soluere. l. Iulianus ait si hæredi. ff. de condit. & demon. quæ ratio habet locum etiam in casu nostro: quia per dominum factum est, quominus emphyteuta soluerit, vt dicit Soc. in d. consilio xcix. & Iaſ. in d. l. ij. si enim ei dominus soluisset pecunias debitas vtique facilè ille fuisset reperire bladum, & soluere. l. propemodum. ff. de verb. sig. l. ij. in prin. ff. si cer. per. & ista opinio maximè est tenenda propter odium caducitatis: ex quo † in pœnalibus stricte procedimus. ca. odia. de regu. iur. in 6. l. cum quidam. fin. de lib. & posthum. & † pœnæ non habent locum, nisi à iure expresse. l. & si quis. §. diuus. ff. de relig. §. cum igitur. in Authen. de non alie. & quòd in caducitate ab emphyteusi not. Andr. Sic. consilio lj. in j. & Mod. in l. in bonæfidei. C. de pact. † Lucratemur enim dominus ex aliena iactura, quòd aduersus iuris naturalis æquitatem est. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. Et hoc maximè in nostro casu obseruandum, cùm hæc pœna à iure introducta sit in odium non soluentis, & dominum contemnentis, vt dicunt omnes in d. l. ij. in casu nostro non est contemptus aliquis: cum verisimiliter emphyteuta cogitauerit dominum tali rigore non vsurum, & sibi computaturum, quicquid vice versa debebat: quia hoc dictat æquitas naturalis, & vermis conscientiæ. Nec obstat, quòd tale † creditum non esset liquidum: quia sufficit, quòd potuerit breui tempore arbitrio iudicis liquidari. d. l. fin. C. de compens. & per Iaſ. d. §. in bonæfidei. Soc. consilio lxv. in iiij. Præterea, cùm in præsenti controuersia sit facta liquidatio, amplius non est dubitandum, quin opponi possit. l. patre furioso. & quæ ibi not. Iaſ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Nec obstat iuramentum: quia respondeo, quòd non impedit compensationem: quia † qui compensat, soluit, vt dicit Bartol. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. cuius opin. videtur communis, vt etiam per Soc. in d. l. Iulianus. saluo casu d. c. ad nostram. nam ibi agebatur, ne fructus imputarentur sorti: sed hic non apparet actum, ne compensatio fieri possit. Præterea etiam si opin. Bartol. non esset vera, tamen quòd ad pœnæ euitationem obseruanda esset: non enim est, quod emphyteutæ imputetur, secundum Ioan. Fab. in §. in bonæfidei. Tertiò respondeo, quòd contraria opinio procederet in iuramento specifico de soluendo, secus est in iuramento generali de attendendo, & obseruando, quia istud intelligitur secundum naturam contractus, vt dicit Bald. in c. quæ in ecclesiarum vendices tu. extra de constitut. & quod not. Cal. consilio iij. Secundus articulus est, an † oblatio verbalis facta per emphyteutam saltem ei prosit, vt euitet pœnam caducitatis? & text. videtur innuere quòd non, in d. l. ij. in fin. vbi requiritur obsignatio, & depositio. Sed tamen contrarium communiter tenetur: quia quoad euitandam pœnam verbalis oblatio sufficit. l. acceptam. l. si pro te. C. de vsur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. l. Celsus. ff. de arb. & ita tenet glo. in d. l. ij. in fin. cum qua transeunt ibi scrib. vt per Iaſ. super illa gloss. ad illum text. respondetur, quòd procedit quò † ad inducendam plenam liberationem à canone: nam tunc requiritur obsignatio. l. obsignatione. C. de fol. sed quoad euitationem pœnæ, id est, caducitatis, sufficit oblatio verbalis, vt ibi per eos. Nec obstat, quòd ista oblatio non videatur bene probata: quia de ea solum deponunt testes. qui susceperunt similem recognitionem à præfato domino: vnde verisimile est, quòd habeant affectionem ad hanc litem, maximè cum dominus asseratse similem litem illis moturum: argumento eius quod dicitur de iudice, qui est suspectus, si habeat similem litem. c. causam, quæ inter. extra de iudi. Sed respondetur, quòd isti adhuc nō habent causam aliquam, nec verificatur eos habituros similem causam quomodo enim potest dominus

diuinare,

BIU Cujas

diminuatur, quòd ipse defendere se iste exceptione obtentionis & non potius quibuslibet alijs, & ideò huiusmodi exceptio nihil releuat, nec eis de fide diminuitur: facit quòd no. Host. & Ant. in c. personas. extra de testib. Quò verò ad exceptionē consuetudinis, si ea probata sit sentio etiā cū dominis
72 cōsultoribus, excusat † enim à caducitate, si dominus nō petijt, secūdum Abb. cōsi. lxxiij. in j. & Ias. in d.l.ij. cū si. Quoad facultatē ingrediēdi propria auctoritate non videtur, q̄ dñs hoc casu potuerit duplici ratione. Prima, quia & constitutū & precariū nō habēt locū, nisi in casu caducitatis, ergo prius liquidari debuit emphyteutam cecidisse, & cosequenter pronūtiari super illis exceptionib. vt dicit Bar. in l. creditores. C. de pig. ver. iij. principa liter. facit q̄ no. idē Bar. in l.j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Secunda ratio est, quia in talem casum iste cēsetur precario possidere, & haberet naturalē possessionē, vnde nō debēt ea moueri, nisi reuo
83 cato precario. quę † reuocatio debēt fieri ipso emphyteuta sciēte, vel citato. l. de vnoquoq;. ff. de re iud. & ante eius sententiā nō videtur posse ꝓpria auctoritate expelli, maximè per procuratorē, prout factū est in casu nostro, per id quod no. Inno. in c. bonæ ij. in verbo, requirēdus. de postul. præl. & doct. contradicentes loquūtur, quando dominus ipse coram reuocat precarium. Sed quia de his diffusè & benè per alios scriptum est, vlterius non insisto. Saluo tamen semper, &c.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

1 *Citatio præsumitur ex lapsu temporis decennalis, cùm de citatione contradictione apparet.*

2 *Contradictio fit solùm ad impediendam præscriptionem decursi temporis.*

3 *Circuitus sunt euitandi.*

4 *Licet fratribus arctare sorores suas, vt super certis bonis dotes suas accipiant.*

5 *Legitima debita filiabus, potest assignari per fratres haeredes sororibus, super certis bonis.*

6 *De iure pacta sunt, an quis obtineat per sententiam, an quis foueat bonum ius, & debitor agnouerit bonam fidem.*

7 *Lex enim cauet, vt iniquè litiget, & vsq; ad sententiā non audiatur.*

8 *Emptor nō potest agere de euictione, nisi post quā dominum in re obtinuerit.*

9 *Promittens habere licere, & quod tertius controuersiam non mouebit, non tenetur nisi secuta sententia, per quam appareat controuersiam de iure moueri potuisse.*

10 *Verbum obtinere generale est, & quid denotet.*

11 *Verba intelliguntur secundum subiectam materiam.*

12 *Possessor cui euincitur res, re euicta, hypothecaria amplius non conuenitur.*

13 *Hypothecaria cum sapiat naturam realis actionis, quia datur contra possidentem, si talis non possidet nec dolo desierit possidere, est absoluendus.*

14 *Quòd quis compellatur bis ad eiusdem rei solutionem, absurdum est.*

RATIONES duæ contra dominium Alexandrum in effectu deduci possunt, per quas videbatur concludēdū, actionē ad totā summā cōpetere eius aduersanti. Prima est, qa nō est seruata forma cōuentionis, nam dñs Alex. nō debuit soluere: nisi cōtradicētib. creditoribus: sed istæ sorores non cōtradixerunt: quòd pro barur eo ipso, quòd non constat de citatione. Secunda est, quia etiamsi fuisset contradictū, tamen ex quo proclamata erat, tā de vtili, quàm directo, contradictio erat intelligenda æqualiter respectu vtriusq;: aduersaria autē non tenebatur nisi in casu & respectu contradictionis vtilis dominij. Sed his non obstātibus, dico dominum Alexandrum fouere iustissimam causam. Non obstat prima ratio; quia cum appareat de contradictione, licet non constet de † citatione, præsumitur ex lapsu temporis decennalis ipsa citatio, vt per Florian. in l.ij. ff. de fide instru. Felin. in cap. Albericus de testib. & est communis conclusio, vt per Alex. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. quæ præsumptio corroboratur ex alijs adminiculis, veluti ex scriptura ipsa citatione iuncta attestatione domini Galeaz Vicecomitis. Item ex tot confessionibus factis per ipsam Helisabeth, quæ non fuisset contenta solis libris dccxc. per tot annos, nisi citatæ valuissent, tamen postquam fecit de filzia extrahi relationē citationis, ab eo tempore reclamauit. Item ex confessione, seu protestatione Bernardini mariti, qui asseruit in instrumento fuisse contradictū, & sic solenniter d.l. sciendum. vbi Bartol. & quia contradictio nulla. putà ex defectu citationis, nō est contradictio, sicut dicimus de sententia Abbā. in capit. j. de re iudica. & talis confessio mariti, & sic principalis debitoris nocet alijs: dummodò non appareat de fraude: vt not. per Alexandrum in leg. de vnoquoque. in fin. ff. de re iudi. & consil. clvj. stantibus. secundo. Item, quia ita videtur ordinatum per Senatum: nā cùm allegaretur, quòd de ista citatione non constabat, nihilominus Elisia obtinuit dominum Alexandrum, & istam aduersariam: cùm si citatio facta non fuisset, & consequenter contradictio non tenuisset, dominus Alexander non potuisset conueniri, quia bona transijssent libera, & sic aduersariæ obstat res iudicata. Præterea etiam si citatio non interueniisset cùm per publica instrumenta constaret de vero credito ipsarum sororum, licuit d. Alexand. agnoscere bonam fidem, & soluere: & talis solutio est sibi compensanda à vēditore, & à quocunq; alio vt per Bald. in leg. si cum quæstio. C. de euictio. & infrà dicam. Præterea ex quo † contradictio fit 2 solùm ad impediendam præscriptionem ex cursu temporis, non videtur necessaria citatio, secundum Bal. in l. si quando. in fi. C. de testi. Bal. & Ias. in l.ij. C. quando lib. princ. dat. Non obstat secunda ratio: quia dato, quod fuerit contradictum etiā respectu directi dominij, tamē in effectu solutio veniebat facienda super vtili, ex quo ita expresse erat actū per instrumēto Leonard. cū Bernardino, & illius cōd. Alex. vnde cōpensatio dēt fieri respectu vtilis, ex quo illud in effectu erat oblig. nō aūt directū. arg. l.j. & l. in his. cū ibi no. ff. de sol. & etiā † ad euitandū circuitū. arg. l. cū fundus, §. seruū. & 3 l. singularia. ff. si cer. pet. &, si benè cōsideretur, ita etiam actum fuit inter ipsas partes: nam (vt apparet ex instrumēto venditionis, cui interfuit dicta aduersaria) sciebat vterq;, q. d. Alex. emerat iam directū dominiū, & vēdiderūt sibi vtile pacto, quod ipse poneret ad cridas, vnde cū scirent, quod vtriusq; cōsolidatio erat euētura, necessariò intelligēdum est pactum etiam si contradiceretur respectu vtriusq; dominij: cū aliter nō potuisset cōtradici propter consolidationē. arg. l. fundus qui locatus. in fi. ff. de fun. instru. & quòd solutio deberet fieri solū super vtili dominio sic deducitur. Nā cū dicti Leonard. & Bernardinus fratres cōuenerit, quòd

solutio dotis sororibus debitæ fieret de pretio bonorum, respectu vtilis dominij, clarum est, quod super eo soluendum erat, nō autem super directo: quia † licuit fratribus ad hoc arctare sorores suas, vt super certis bonis dotes suas acciperet. arg. l. pater filium. in verb. si non erat aliud. in princ. ff. de leg. iij. & ita firmat Ias. in l. filius fam. §. diui. in ij. lect. ff. de lega. j. in versi. secundum istam. nam idē videmus esse in † legitima debita filiabus, quam possunt fratres hæredes assignare sororibus super certis bonis. §. cæterum. in Auth. vt cum de app. Paul. de Castr. consi. xvij. in causa quæ vertitur Palmæ. cum concord. per Ias. in d. §. diui. & ideò licet istæ sorores contradixerint cridis pleno iure, tamen solutio fieri necessario debuit super vtili tantum, quod tanto fortius procedit in casu statuti Mediolani, quo masculi præferuntur fœminis in successione, ita quòd masculi ipsi sunt hæredes, & solum obligantur fœminas dotare, & sic possunt assignare illis dotem super pretio bonorum: & sic tollitur ratio in contrarium deducta. Non obstat etiam, tertia ratio videlicet quod d. Alexand. non videatur seruasse conuenta, ex quo non debuit exbursare pecunias, nisi respectu contradicentium, à quibus in causa fuisset obtentum. Nam respondeo, quod tale pactū refertur ad dispositionē iuris: & ita intelligendū est. l. dani infecti quidam. §. cum parietem. ff. de dam. infect. l. quidā cum filium. ff. de verbor. obliga. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. sed † de iure paria sunt, an quis obtineat per sententiam, an quia foueat bonum ius, & debitor agnouerit bonam fidem: quia † lex neminem arctat, vt iniquè litiget, & vsque ad sententiam obduret. si reus paratus. ff. de procu. inst. de perpe. & temp. act. §. fi. & faciunt duo similia. Primum, † emptor non potest agere de euictione, nisi postquam dominus rem obtinuerit. l. iij. C. de euict. & tamen, si constet dominum habere bonum ius, licitum est ei agnoscere bonam fidem nec præiudicat sibi in euictione saltem respectu pretij contra venditorem, probato iure domini, vt est glo. in l. emptorem. in prin. ff. de act. empt. glo. & Bald. in leg. si cum quæst. C. de euic. Alex. in l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. j. Secundum † promittens habere licere, & quod Titius controuersiam non mouebit non tenetur, nisi secuta sententia per quam appareat controuersiam de iure moueri potuisse. l. stipulatio ista habere licere. §. quęsitum. ff. de verb. oblig. & tamen idem est, etiam si sequuta non sit sententia, sed constet de iure agentis, & reus agnouerit bonam fidem, secundum Alexand. post alios in d. l. stipulatio ista. §. si quis forte. Idem ergò dicendum in casu nostro: quia si ista procedunt in stipulatione, quæ est stricti iuris, multò magis in cōtractu emptionis. Præterea & secūdo pactum loquitur, per † verbum, *obtentum*, quod est generale, quod potest referri non solum si obtentum sit per sententiam, sed etiam per transactionem, vel per concordiam partium: quia obtinere dicitur, qui quoquomodo, quod petit, obtinet. Isti autem contradicentes obtinuerunt iure concordię, & istud debet sufficere, † verba enim intelliguntur secundum subiectam materiam. l. si vno. ff. loc. sed in cridis licita est concordia & compositio, vt apparet ex prouisione in primo folio versiculo saluo tamen: vnde etiam tali casu debet illud verbum intelligi, & talis intellectus suaderi etiam ex verbis instrumēti in quo pacto apponitur *vt pecuniæ soluantur bonis liberatis per sententiam, seu aliter*, ex quibus verbis apparet idem prouisum esse siue contradicentes per sententiam obtinuerint, *seu aliter*, puta per compositionem: iste enim est vnus modus ex prouisione cridarum cōstitutus, per quem potest obtineri: quòd autem talis cōpositio principalis, id est, Bernardini, possit nocere creditoribus: dummodò in fraudem facta non sit, videtur esse clarissimū, per not. per Alexand. in l. de vnoquoq;. in fi. ff. de re iudic. consi. clvj. stantibus. in secundo. Postremò cū istæ sorores seu Elisia obtinuerit vigore prædicti instrumenti, contra d. Alexandrum satis videntur verificata verba pacti: cùm enim ante solutionem licet ex forma instrumenti d. Alexandro retinere pecunias: quia adhuc bona non fuerant libera, & deinde etiam aduersaria citata fuerit, & compulsus do, Alexander ad solutionem, non videtur amplius in dubium id reuocari posse, propter rei iudicatæ auctoritatem, vt suprà deductum fuit, quare non repeto: quòd autē do. Helisabeth esset in causa, apparet ex commissione facta ipsa audita, & etiam ex peremptorio. Præterea aduertendum est, quia dominium pretij rerum venditarum est dicti Bernardini, licet vxor sua pprer dotē in eo pretio habeat ius hypothecæ: vnde si pretiū fuit euictū à Vicomercato, à sorore habente anteriorem hypothecam non debet vxor posterior tēpore amplius agere: quia † possessor, cui euincitur res, re euicta, hypothecaria amplius nō conuenitur: cùm enim † hypothecaria in hoc sapiat naturam realis actionis: quia datur contra possidentem, si talis non possideat, nec dolo desierit possidere, est absolūendus, l. item si. §. fina. vbi docto. ff. de rei vendic. † aliàs sequeretur absurdum, quod cōpelleretur bis ad eiusdē rei solutionē, cōtra l. bona fides. ff. dep.

CONSIL. XIII. SVMMAE.

1 *Infanti adulterium matris non nocere.*
2 *Præsumptio iuris & de iure, non recipit probationem in contrarium.*
3 *Confessio ad vnum finem facta, non nocet ad alium.*
4 *Infanti omissam à matre denuntiationem, nō præiudicare.*
5 *Facto omissum non contineri.*



IMNINO pronuntiandum puto pro † isto infante, vt ei decernatur bonorū possessio ex edicto Carboniano. Non obstant ea, quæ in effectu in cōtrarium adducūtur. Et primo, quod ista mulier cōmiserit adulteriū, &c. quia ista sunt falsa, imò etiam probata, nō releuarent per tex. in l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adult. qui decidit hūc casum, & per Bal. in l. si à matre. C. de suis, & legit. in l. fi. C. de com. ser. manu. & in rub. C. de probat. Ang. in l. septimo. ff. de stat. hom. Paul. de Castr. in l. iij. ff. de liber. & posthum. per Mod. in c. per tuas. extra, de proba. & ista est † præsumptio iuris & de iure, quæ non recipit probationem in cōtrarium, vt est de mēre Pau. de Cast. cōsi. clxxv. super primo videtur. Barb. consi. lviij. in dubio. in ij. vol. & ita refert se consuluisse Hypp. Marsi. in l. j. §. ad quæst. ff. de quæst. & procedit hæc præsumptio, etiam si parētes cōtradicerent, & confiterentur natum ex adulterio, secundum gl. in l. si posthumus. §. fi. ff. de lib. & post. & ibi per Doct. Alex. in l. neq; professio. C. de testa. Bar. Bald. Fulg. in l. filium cum diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. vbi reprehendunt filium Regis, &c. & dicit sibi euenisse in facto Raph. Fulg. in l. quoties. ff. de probatio. & hoc maximè procedit, quādò con-

confessio matris non est facta principaliter ad finem nocendi filio, sed ad alium finem, ex quo † confessio ad vnum finem facta, non nocet ad aliū secundum Bal. in Auth. nouo iure. in fi. C. de pœn. iudi. qui mal. iud. quem sequitur Præpos. in c. super eo. in iij. not. extra, de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. & quod nō t. Abb. in c. cū dilectus. per illum text. extra, de success. ab intest. & Rota decis. dcccl v. quidam agebat. Non obstat omissa † denūtiatio matris, quia l. edictum. ff. de ventr. insp. loquitur, quando mater non finit ventrem inspici, aut partum custodiri: non autem quando nō denuntiat. Non obst. l. j. §. si cui. ff. eo. quia illa verba, *Si quod factum erit, quo minùs ea fiant, &c.* † non comprehendunt casum, quandò nihil fit, & sic non denuntiatur, vt dicit Pet. de Anch. in l. vbi autem. §. fin. ff. de verbor. oblig. quem refert, & sequitur Reynus in repet. §. Caro. in ij. not.

CONSIL. XIIII. SVMMÆ.

1 *Restitutio in integrum datur minoribus, qui permittunt labi tempus, ad rem maiorum suorum luendam.*
2 *Minor ignorās restituitur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur.*
3 *Minor restituitur per actionem doli rescissoriam contractus, propter falsam denuntiationem venditoris.*
4 *Non dicitur denuntiasse solenniter, qui falsum pretium denūtiauit: imò talis denūtiatio pro nō facta habetur.*

1 VIC minori ex triplici capite videtur succurri posse. Primò, ex beneficio † restitutionis in integrum, quod datur minoribus, qui permittunt labi tempus, ad rem maiorum suorum luendam, de quo est text. in l. ū in emptione. ff. de minor. per quem text. ita in statuto nostro. decidit Ioan. Igneus. in repet. l. quatenus. ff. de reg. iur. l. dudū. C. de cōtrāh. empt. & quòd habetur in c. constitutus. extra, de in integ. Secundò ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa videbitur*, de qua in l. j. in fi. ff. ex quib. cau. mai. 2 iusta autem † causa est ignorantia, vt per Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. quæ ignorantia procedit ex eo, quia verum pretium non fuit sibi denuntiatum ab ipso vēditore, vnde excusandus est, si interim ei credidit. l. ij. ff. quando act. de pecul. per Bart. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. facit, quia tempus hoc à statuto præfixum, nō curit ignoranti, vt per Bal. in l. quandiu. C. qui admit. Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. Ang. in maleficijs. verb. nec nō ad querelam. & verb. nec non ad denuntiationem. Tertiò, † per actionem 3 doli rescissoriam contractus, propter falsam denuntiationem venditoris. l. fi quis affirmauerit. ff. de dolo. l. ij. C. si aduers. vend. pig. tenebatur enim vēditor verum pretium denuntiare, nō autē maius, & tale per quod abstterretur hic minor ad lucrandum. l. fi. verb. reuera. C. de iure emphyt. l. eū qui. §. j. versic. falsus emptor. ff. de in di. adiec. Iaſ. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obli. & facit text. in c. j. §. sed etiam res. versi. nisi fiat in fraudem. per quos fiat inuestit. in vsib. feud. Nec obst. statutum in versi. si verò emptor, vbi videtur tollere beneficium restitutionis in integrum, propter ætatem, vel aliam causam, &c. quia respondeo, quòd statutum procedit in casu, quandò venditor denuntiauit solenniter ipsam venditionem, &c. quòd non est factum in casu nostro, non † enim dicitur 4 denuntiasse solenniter, qui falsum pretium denuntiauit, imò talis denuntiatio habetur pro nō facta secundum Salic. in l. fin. C. de iure emphyt. & ibi Iaſ. in vj. not. allegat text. in d. l. eum qui. §. j. & in l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. fol. & per Spec. in tit. de locatio. §. nunc aliqua. versi. xcij. cum concord. & statutum nostrum in verbo, denuntiauerit, recipit interpretationem à iure communi, quòd denuntiatio sit vera, & nō fraudulenta. l. ij. C. de noxal.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

1 *Actore plenè non probante, reus absoluitur.*
2 *Expensas iuramento negotiorum gestoris, non probari.*
3 *Iuramentum semiplenè probandi, tantùm deferri.*
4 *Coniecturæ testis non omni exceptione maioris.*
5 *Non creditur dicenti, quid pro sua exoneratione.*
6 *Non sufficit potentia, vbi requiritur actus.*
7 *Per vnum testem, non inducuur neque semiplena probatio.*
8 *Negata substantia, non est quærendum de qualitate.*

ADDENDO allegationi, aliàs per me factæ, in fauorem hæredū Franciſci de Sessa, dico, dictum hæredē absoluendum esse à petitione expensarum. Nam vera est conclusio, quod expensæ quæ petuntur tanquam in vtilitatem alicuius factæ, debent probari: quia aliàs † actore plenè non probante reus ab- 1
soluitur. l. qui accusare. C. de eden. c. j. extra, vt eccles. benefi. sed in casu nostro, non est plenè probatum, vt aliàs dixi. Non obstat, quod videntur † 2
sufficere solū iuramentū partis per l. sancimus. in prin. C. de iudi. l. properandū. §. fin aūt alterutra. vbi Iaſ. in ij. not. C. eod. & pract. Pap. in forma libelli, quo agitur actione reali, versi. deinde quæritur. Nā respōdeo, quod cū hę expēsę ascēdant ad notabilē summā, nō est stādū iuramēto, sed debēt plenè probari iustis ꝓbationibus, vt dicit Iaſ. post alios in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. vbi limitat not. d. l. sancimus. Prętereà allegata in contrariū procedùnt in expensis debitis à litigāte, qui fuit in culpa litigando: nostra quęstio est in eo qui perit eas per actionem negot. gestor. vnde non est par ratio vtriusq; casus. Nō † obstat, quod 3
dato quod Rantius & Reschosius sint testes singulares, saltem videtur deferendum iuramentum in supplementum probationis, vt habetur in l. admonendi. ff. de iureiur. Nam respondetur, quod tale iuramentum nunquam defertur, nisi saltem semiplenè sit probatum per vnum testem idoneū & maiorem omni exceptione, vt dicūt omnes in d. l. admonendi. sed Rantius non est maior omni † exceptione, quia cum asserat dictas pecunias 4
transmissæ per manus suas, & sic eas numerauit prætori contra formam ordinum, & statuti, quod est fo. iij. à tergo, in nouissimis, est particeps delicti, tanquam corrumpens iudicem: vnde ei nō creditur, vt habetur in l. j. in prin. ff. de cōdi. ob turp. cau. vbi Iaſ. per Bal. in l. sed nouo iure. C. de pœ. iu. qui malè iud. Itē ei nō creditur, quia agit de se exonerando. potuit enim eas accepisse, vt daret iudicibus, & tamen non dedisse, sed retinuisse pro se, prout sępe euenit: vnde talis pecunia nō posset dici expēsa in † vtilitatē carcerati, & q. ei nō credat 5
tāquā dicēti pro exoneratione sua ꝓbatur. in l. deferre. §. ij. dē decreuerūt. ff. de iureiu. Itē Reschosius nō facit semiplenā probationē, quia nō deponit certitudinaliter: sed dicit, q. potuerūt expēdi pecuniæ,

cuniæ, quod nō ſufficit, oportuit enim probare ꝙ verè & realiter fuerint expēſæ, nō quòd potuerit
6 expēdi: quia nō † ſufficit potētia, vbi requiritur actus, ut per Bar. in l. ij. ff. de iniuſt. rupt. teſt. Itē ille de Manzonibus nihil prēcisè probat: quia quoad cōfeſsionem extraiudicialē per partē nō acceptatam nō poteſt fieri fundamētum, vt dicit Iaſ. in l. poſtquam liti. C. de pact. præſertim cum pro ea
7 ſit, † niſi vnus teſtis, quo caſu non inducitur, neq; ſemiplena, vt dicit Iaſ. in d. l. admonendi. Quo verò ad communem opin. quod fuerint expenſę dictæ pecuniæ etiam minus probat: quia ſi ageretur de æſtimatione rei extantis, tunc poſſet diſputari de valore ſecundum communem æſtimationem, de quo in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. ſed nos
8 negamus quicquam per eum expenſum: vnde † negata ſubſtantia, & ſic ipſo facto, non eſt quærendū de qualitate, & ſic æſtimatione, nō entis enim nullæ ſunt qualitates l. eius qui pecuniam. circa medium. ff. ſi cer. pet. Et ex his apparet non eſſe probatas expenſas, neq; ſemiplenè. Quamuis etiam ſi probatæ eſſent, adhuc agens eas obtinere non poſſet, per rationes per me aliàs, quas non repetō.

CONSIL. XVI. SVMMAE.

1 *Indebiti conditione agens, indebitum probare debet.*
2 *Ex ijs quæ poſtea ſecuta ſunt, præſumitur quid à principio actum fuerit.*
3 *Præſumptio colligitur ex qualitate perſonæ.*
4 *Allegans errorem in parte, non autem in toto, debet errorem præcisè probare.*
5 *Vna præſumptio tollit aliam.*
6 *Nemo præſumitur quicquam debere alteri, & tamen ſolutio inducit contrariam præſumptionem, adeò vt is, qui ſolutum repetit, teneatur ipſe probare, quòd eſſet indebitum.*

BORELLA agens contra Alciatum conditione indebiti obtinere non
1 poteſt: quia † qui agit ea actione, debet probare, quod indebitum ſoluerit, idq; cōcludenter: cum enim ſoluerit ad menſuram Mediolanenſem, præſumitur, quòd ita conueniſſet à principio, licet aliàs menſura Laudenſis eſſet attendenda. Concurrunt aūt hoc caſu tres præſumptiones cōtra Borellam. Prima, quia licet probata non eſſet conſuetudo præſcripta, tamē probatum eſt quod in dicto loco Caſellarum ſolēt fieri locationes, ſecūdum mēſuram Mediolani, vnde cum deinde ſoluerit ſecūdum eam, præſumitur, quòd ita conuenerit: quia † ex ijs
2 quæ poſt ſecuta ſunt, prēſumitur quid à principio actum fuerit. l. Iulianus. circa fi. verſi. proinde. ff. ad Macedo. Secunda eſt, quæ colligitur ex qualitate
3 perſonæ ipſius Borellæ, qui eſt vir † cautus, & diligēs, & qui nō ſoluiſſet ſecūdum dictam mēſuram, niſi ita cōueniſſet, & ideò ipſe debet præcisè probare: quod cōuenerit, ſecūdum Laudēſem, vt eſt teſt. in l. cum de indebito. verſicu. qui enim ſoluit. ff. de probatio. Tertia eſt ex eo, quia allegat Borella ſe partem dūtaxat indebitè ſoluiſſe, ſcilicet quatenus minor eſt pertica Mediolanēſis, quā ſit Laudēſis: vnde cum non alleget † errorem in toto, ſed
4 in parte tātùm, debet ipſe præcisè probare, vt dicit tex. in d. l. cū de indebito. verſi. ſi autem pro parte. Nec obſt. quòd videatur habere pro ſe præſumptionē ſtatuti, quod cōtraxerit, ſecūdum mēſurā Laudēſem, per doct. Bar. in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. Nā reſpōdeo, quod iſta præſumptio † tollitur per cōtrariam præſumptionē ſolutionis: quia vna præſumptio aliā tollit. l. diuus. in fi. ibi Bal. ff. de in integ. reſtit. Sicut videmus in d. l. cum de indebito. † nemo enim prēſumitur quicquam debere alteri, & tamen ſolutio inducit cōtrariam præſumptionem, adeò vt is qui ſolutum repetit teneatur ipſe ꝓbare, quòd eſſet indebitū.

CONSIL. XVII. SVMMAE.

1 *In cauſa euictionis venit omne lucrum, quod emptor ſenſiſſet, ſi res eius effecta fuiſſet.*
2 *Euincentem niſi melioramenta ſoluat, doli exceptione repelli.*
3 *Aquæ ad irrigandum prædium, cenſentur quædam prædij qualitas, eius valorem augens.*
4 *Quando lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

ELEGANS eſt ſupraſcripta cōſultatio, & iuri conuenit, quoties dominus euincens rem ſuam à poſſeſſore, non teneretur ad reſtitutionem meliorationum, vt quia eſſet pauperioris fortunę, ſecūdum l. in fundo. ff. de rei vend. tūc enim permittitur poſſeſſori retētio ſuorum melioramentorū, & cōſequenter poſſet iſtas aquas ſuas retinere, & quia ex eis minùs vtilitatis percipit, deberet ſuum intereſſe cōſequi à venditore: quia † in cauſa euictionis venit
1 omne lucrū, quod emptor ſenſiſſet, ſi res eius effecta fuiſſet. l. venditor hominis. vbi Bart. & doctor. ff. de euict. & attenditur bonitas rei, quæ fuit tempore, quo res euincitur, vt quia tunc tranſit res melior, & carioris pretij, ſecundum l. bonitatis. eod. tit. Sed in † caſu noſtro, cùm aquæ adiunctæ ſint
2 prædio ad eius irrigationem, quo caſu † cenſetur
3 quædam prædij qualitas, eius valorem augens l. quid aliud. ff. de verb. ſign. ſecundū doct. ibi videtur, quod dño euincēti obſtet exceptio doli mali, niſi pretiū dictū aquatū ſoluat quātum. ſ. pro eis impenſum ſimul. & melioratū eſt, ſecundū d. l. in fundo. quæ loquitur, ſiue melioramēta facilè poſſint ſeparari, & retineri, ſicut in caſu noſtro, ſiue nō: † cū nō diſtinguat inter hos caſus, nec nos di-
4 ſtinguemus, tali ergo caſu non teneretur venditor: quia imputandum eſt poſſeſſori, qui iure exceptionis vel eriām actionis ea ab euincente non ſit conſequutus leg. domos. l. quod ſi nulla. l. ſeq. ff. de lega. & fideicom. j. vbi doctor. Et hæc ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XVIII. SVMMAE.

1 *Quod non poſſet defunctus ſi viueret, nec poſſunt eius hæredes.*
2 *Fiſcus non tenetur ſeruare ſolennitates ſtatuti.*
3 *Verbum aſſignare, in iuribus importat ceſſionem.*
4 *Ceſſionario non poteſt obijci exceptio compenſationis, quæ non potuiſſet obijci principali.*
5 *Exceptio ex diuerſa ratione contra fiſcū non poteſt obijci.*
6 *Soluens pro aliquo, & eum liberans, dicitur eius negotia vtiliter geſſiſſe, & liberatus tenetur actione negotiorum geſtorum.* (ſuo.
7 *Ius ſemel alicui quæſitū, ab eo auferri nō poteſt, ſiue facto*
8 *Inducta in fauorem, non debet odium operari.*

DICO iſtos Caſtiliones non poſſe excipere quicquam de credito d. Io. Antonii cuius ſunt hæredes, ad excludendum Cinuſculum, & id tribus rationibus.

Prima,

Prima, quia cum Cinusculus veniat ex assignatione propter debitum d. Aluisij, propter diuersitatem personæ non haberet locū cōpensatio: quia si viueret d. Io. Anto. ipse † nō posset excipere: vnde nec eius hæredib. hoc concedendū est l. hæredē. ff. de reg. iur. glo. in l. cōmuni diuidūdo. ff. cōmu. diuid. Secunda, Cinusculus vigore assignationis, est cōstitutus cessionarius † per fiscum, qui non tenetur seruare solēnitates statuti: quia † verbum, assignare, in iuribus importat cessionem. l. arbiter. ff. de distra. pig. Bald. in c. j. quid sit inuest. in vsib. feud. sed cessionario † non potest obijci † exceptio compensationis, quæ non potuisset obijci principali, vt debet. oēs in l. eius, C. de compen. & in l. si quis rem. ff. de procu. ista autem exceptio, ex quo erat ex diuersa statione, contra fiscū non potuisset obijci l. j. C. de compen. Tertia, cum Cinusculus † soluerit cameræ seu liberauit d. Aluisiū, dicitur eius negotium vtiliter gessisse: vnde d. Aluisius actione negotiorum gestorum tenetur. l. cum pecuniā. ff. de neg. gest. vnde licet post liberationē, & morā factus sit d. Aluisius, seu eius hæres creditor fisci. ex persona d. Io. Anto. istud nihil † ad Cinusculum cui actio, & ius semel quæsitū est l. sed an vltro. §. j. ff. de neg. gest. vnum sine eius facto nō potuit auferri. Nec obst. exhibitū decretum: quia non habet locum contra habentem causam ab ipsa camera, cum enim sit factum † in fauorem contrahentium cum camera, & consequenter ipsius cameræ, non debet operari in odiū. l. quod fauore. C. de legib. Præterea fuit reuocatum per ordinationem senatus cōfirmatam à Rege Ludouico, quæ cum nitatur summa rōne, debet etiā hodie seruari, per not. in l. Barbarius. ff. de off. præto. alioquin ex dicto decreto consequerentur multa absurda, in præiudicium tertij. Præterea illud decretum loquitur respectu eorum qui impetrauerunt saluos conductus, vt patet in prœmio, *Vt non molestentur quatenus sunt creditores, &c.* quod non est in casu nostro, non enim concessus est aliquis saluus conductus Castilioneis.

CONSIL. XIX. SVMMÆ.

1 *Per diuisionem fundi, factam etiam per procuratorem, si reperiatur deficere in mensura, non fit præiudicium domino per confessionem procuratoris.*
2 *Confessio procuratoris non nocet domino, nisi quatenus probetur vera numeratio.*
3 *Trebellanica, est portio hæreditatis, non autem bonorum.*
4 *Trebellianica debetur in rebus hæreditarijs.*
5 *Trebellianicam, ob melioramenta minorem solui.*

RO gatus de simplici subscriptione, no putaui cōmittendū, quin pauca hæc adijcerē. Quò ad primū dubiū, quamuis † diuisio dicti fundi facta sit 1 sum procuratore d. Caroli, si tamen reperiatur deficere in mensura, nū fit præiudiciū domino per cōfessionem procuratoris: nec enim mandatum generale ad huc casum trahitur, qui in se continet, vel donationem, vel fraudem, per doctrinam Barto. in l. ij. §. fin. ff. si cer. per. cùm quo ibi transeunt doctores, vbi † confessio procuratoria non 2 notet domino, nisi quatenus probetur vera numeratio, & maximè cum de isto errore possit quandocunque opponi, secundùm distinctionem Bartol. in leg. ij. C. de iure fisci. libr. x. cum concor. Quoad secundum, quòd tempus attendi 3 tur in æstimatione † Trebellianicæ: est sciendum † Trebellianicam portionem esse, non bonorum, 4 sed hæreditatis. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. & ideò in ipsis rebus hæreditarijs deberi. l. Plautius. l. lineam. ff. eod. tit. quod si res hæreditariæ factæ sunt maioris æstimationis, propter † melioramenta hæredis, vel eius qui causam habuit ab hærede, 5 debent ea melioramenta resarciri hæredi, vt tanto minùs restituat, secūdùm. l. mulier. §. sed enim. ver. sed & ipse. ff. ad Treb. & quòd non dissimili causa respondit Corn. cons. cclxv. in j. litera K. Circa alia domini consultores præstantissimi viri, & mihi patres honorandi, optimè loquuti sunt ideò nihil addo: quia res perfectæ supplectionem non recipiunt.

CONSILII XX. SVMMÆ.

1 *Omnis quæstio diuisionis, ex bono & æquo tractatur, ac iudicis arbitrio plurimum expeditur.*
2 *Iurisdictionis vnius, quæ commoda & quæ incommoda diuisio.*
3 *Diuisio fit quandoque per numerum.*
4 *Diuisio fit quandoq; per alternationem temporis.*

MIhi sententiæ suprascripti dom. consultoris placet, per rationes suas: & quia † omnis quæstio diuisionis ex bono & æquo tractatur, & arbitrio iudicis plurimùm expeditur. l. non amplius. §. h. ff. de leg. j. vnde cum iam diu in casu proposito fuerit facta diuisio, & obseruatum, vt exercitium iurisdictionis † diuideretur, alterius armis ponendo iudices, & castellanos, non videtur ab ea forma ampliùs recedendum esse, quę forma à iure approbatur, vt de diuisione administrationis, inquit Bartol. in l. inter. in fin. ff. de admi. tut. & sicut † diuisio fit quandoque per numerum, 3 iuxta l. in stipulationibus. §. operārum. ff. de verb. ob. ita etiam per † alternationem temporis. l. Lucio. l. seq. ff. de aqua quot. & æsti. Alexand. l. ij. §. ex ijs. de verb. obliga. j. per gl. in cap. licet. xvj. quæst. iij. & dixi post mod. in l. nam & si fur. §. j. ff. si cer. per. & in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obliga. Et ista diuisio, semel sic facta, non videtur mutanda per hanc nouam formam traditam in sententia, *Vt diuidantur homines, & alij attribuantur vni domino, alij alteri, stante firma eadem credentia, &c.* nam talis diuisio, iudicio meo, non est secundum bonum & æquum, prout esse deber, tum quia multa inconuenientia inde sequuntur, vt est dictum per do. aduocatum: tum quia in iure non reperitur tradita hæc forma, vt eiusdem castri sed vniuersitatis singuli homines diuidantur, & nascatur quædam contrarietas, vt sit vna vniuersitas, & diuersa: tum quia hoc modo non fieret diuisio, sed potius coniunctio rixarum excitatiua, vt vno anno ego tenear consentire in tuum prætorem, & sequenti tu in meum, cùm plenior & maior separatio sit, si pro suo anno quilibet sit plane liber: & ideò ista nouitas videtur mihi reijcienda, maximè si nec homines ipsi acquiescant tali diuisioni, vt copiosè fuit allegatum, & alias dixi in l. debitorum. C. de pact. Et ideò de sola subscriptione requisitus nolui detractare, salua pleniore deliberatione, cum ad bibliothecā meam in Ticinensem ciuitatem accessero, & salvo etiam iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

CON-

BIU Cujas

CONSIL. XXI. SVMMÆ.

1 *Restitutio non operatur in præiudicium alterius, quàm eius contra quem fit.*
2 *Euictio ex causis non præstatur.*
3 *Donans non tenetur de euictione regulariter, nisi eam ex presse promiserit.*

EILIAS quondam Hieronymi Marinoni, quæ conueniuntur à donatarijs, satis puto, veriori opinione, nó teneri præstare euictionem bonorum d. Gasparis Balsami, ipsis donatarijs. Primò illa ratione, quia euictio hæc nó est sequuta, secũdum formam iuris, sed ex restitutione principis, l. Lucius. ff. de euictio. l. si per imprudẽtiam, in prin. eo. tit. Cõstat aũt † restitutionem non operari in præiudicium alterius, quàm eius, cõtra quem fit. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minoribus. per Bar. & doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posth. Secundò, quia etiã si secundũ formam iuris sequuta sit: quia tamẽ res ablata fuit donatarijs via extraordinaria, nó præstatur euictio † habenti causam lucrariuam, vt est tex. secũdum vnum intellectum communiter approbatum, in l. qui res. §. j. ff. de sol. vbi Pau. de Cast. & alij & per Bal. in l. ij. in fin. C. de euict. Tertiò, quia regulariter donans non tenetur † de euictione, nisi eam expressim promiserit, vt in l. ij. C. de euict. in l. Aristo. §. fi. vbi Bar. ff. de don. Et ideò aduertendũ est ad ipsius promissionis verba quibus Marinonus promisit, *Quod libera tradet & defendet à qualibet obligatione, & hypotheca, &c.* quæ verba licet sint generalia, tamen in alio capitulo declarantur, quo dicitur, *Quod liberabit ea à quibuscunque oneribus tam fideicommissi, quàm fictorum libellariorum.* Vnde satis arguitur mens, quod non intelligebat de tali casu. Et ita videretur dicendum, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. XXII. SVMMÆ.

1 *Instantia causæ transiti successores vniuersales, & actiuè & passiuè.*
2 *Fiscus quãuis habeat suos iudices speciales tamen si sit hæres institutus indistinctè, sequitur forum defuncti.*
3 *Laicus succedens clerico, alligatur instantiæ clerici.*
4 *Clericus etiam volens, non potest comparere coram seculari.*
5 *In his quæ respiciunt iudicia, versus intrinsecos, nõ curamus tyrannidem.*
6 *In materiã consilij, attendendum est principium.*

IN præsenti difficultate, an hęredes Bebulci possint prosequi lite sub exequutoribus ducalis cameræ, attento priuilegio paterno, qui cum esset ex magistris ordinarijs, ex forma ordinum, habebat illos iudices speciales: Putarem quòd sic, per reg. l. vbi cœptũ ff. de iudic. & † quia instantia causę trãsit in successores vniuersales, & actiuè, & passiuè, vt per Bart. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. vnde quamuis † fiscus habeat suos speciales iudices: tamen si sit hæres institutus, indistinctè sequitur forum defuncti, iuxta reg. l. hæres absens. de iud. Et licet sit dubium, quid quando uenit iure publicationis, per tex. in l. si cõstante. §. fi. ff. solu. mat. tamẽ quãdo venit iure hæreditario, cõmunis conclusio est, eum quoq; allegari instantiæ, vt tenet Bal. Angel. Pau. Cast. in d. §. fi. Dec. in c. quia V. extra, de iud. & facit quòd no. Bar. in l. iij. §. j. ff. de sepul. viol. & laicus † succedens clerico, alligatur instantię clerici. vt habetur in d. c. quia V. licet in casu contrario sit dubium, ex quo † clericus neq; volens potest comparere corã seculari. c. si diligenti. de foro cõper. Nec obst. quod Bebulcus esset officialis Gallorũ. arg. c. translato. de const. quia respondeo, quod † in his quæ respiciunt iudicia versus intrinsecos, non curamus tyrannidem. arg. l. Barbarius. ff. de off. præto. vt per Bar. in suo tract. de tyranno. versi. vj. quæro. & Bald. in l. decernimus. C. de sacros. eccl. nisi in casibus ibi notatis, & satis est quod illo tẽpore potuerit sub illo iudice pars conueniri: quia † in hac materia attẽdimus principiũ l. dam. §. Sabini. ff. de damn. infec. per Aret. in d. c. quia V.

CONSILII XXIII. SVMMÆ.

1 *Remedium l. fin. C. de edic. diui Adr. tollen. est remedium adipiscen. possessionis, & competit hæredi instituto.*
2 *Propter clausulam retẽtionis vsusfructus, quæ transfert possessionem in donatarium, competit remedium possessorium.*
3 *Morte extinguitur possessio.*

EX quo magnificus Co. Alexand. sit hæres institutus in testamento reuerendissimi domini Georgij, non est dubium ei competere † remedium. l. fi. C. de edi. diui Adr. toll. q. est remedium adipiscendæ possessionis. Competit etiam ei remedium decreti continuandæ possessionis, quod est vberiùs, & vtiliùs, habet vires possessorij recuperandæ, de quo per Bal. in rub. extra, de caus. poss. in c. item cũ quis. de restit. spol. Soc. in l. rem quæ nobis. q. v. de acq. possess. Ias. cons. cxlvj. in iiij. Dec. lxxxiij. cũ simili. Sed an ex donatione sibi facta competet remedium possessoriũ? & videtur cõpetere † propter clausulam, *Retẽtionis vsusfructus*, quæ transfert possessionem in donatarium. l. quisquis. l. pen. §. sed siquidem. C. de don. & propter clausulam, *Constituti*, secundum l. quod meo. ff. de acq. possess. & quamuis tale ius, etiam si à notario stipuletur, non transeat, nisi sequutà ratihabitione secundum Soci. in l. j. §. si iusserim. in fin. de acq. poss. quæ non videtur posse fieri, re non integra: id est, mortuo donatore, vt in simili per Cath. cons. cxcvij. Dec. ccxxvj. & l. contractus. de regu. iur. Curt. iun. cxx. quia † morte extincta est possessio. l. cum hæredes. l. quamuis. vbi Angelus de acq. poss. licet aliud sit ratione dominij secundum Ioan. And. in Spec. de cess. act. §. consequens. in addit. Petrus de Ceruitis in fin. tamen quia præsens fuit obligatio ex constituto, videtur quod mortem duret facultas rei apprehendendæ. secũdum Ias. cons. cxlvij. & Rip. lib. vlti. Respon. c. vlt. Verùm quia ista dicta non carent dubitatione melius est adhærere possessorio testamenti, quod careret omni scrupulo.

CONSILII XXIIII. SVMMÆ.

1 *Promissio pœnæ habet tacitam cõditionem, si arbitrator recte arbitratus fuerit.*
2 *Enormiter læsus dicitur, si in sexta parte sit læsio, vel aliter arbitrio iudicis.*
3 *Vbicunq; pœna committitur, ex eo quia contrauenitur alicui actui, intelligitur si perseuerauerit in contraueniendo vsq; ad sententiam.* (potest purgari)
4 *Ex æquitate canonica, ad euitandã pœnã, mora quãdoq;*

5 Personæ

1 *Personæ ecclesiasticæ quando eorum nihil interest, si exigũt pœnas, putà compromissales vel similes, redduntur suspectæ auaritiæ, & propterea nõ debent eas exigere.*
6 *Ecclesia incidit irreuocabiliter in pœnam ex natura contractus, & tamen non incidit in conuentionalem.*
7 *Verba hæc facere bonum uariè accipi.*
8 *Ambiguitas verborum excusat, quem à pœna compromissi & talis causa sufficit.*
9 *Hypotheca per solutionem debet extingui, non per sententiam.*
10 *In causa diuisionis, reseruatum semper censetur ius pignoris.*
11 *Ex actu facto per iudicem, non videtur præsumendus metus.*
12 *Iudex est legis minister.*
13 *Lex non præsumit iudicem quicquam acturum per vim.*
14 *Qui soluit et allegat se soluisse metu iudicis, nõ excusatur.*
15 *Qui est in carcere, non dicitur metum pati respectu iudicis.*
16 *Res facta coram iudice, non potest rescindi per metum.*
17 *Metus qui in constantem virum cadere non potest, in cõsideratione non est haben.*
18 *Carceratio non inducit metum, secùs si minæ & tormenta interueniunt.*
19 *Qui soluit rem vel partem rei ad quam est condemnatus, censetur approbare sententiam.*
20 *Protestatio metus depẽdet ab animo ipsius protestantis.*
21 *Quæ dependent ab animo alicuius, non possunt per procuratorem expediri.*
22 *Quæ dependent ab animo, possunt per procuratorem expediri dum tamen habeat speciale mandatum.*

BReuiter procedendo circa primum quæsitum ex quo per alios præstantissimos doctores diffusè allegatum fuit, videatur dictum Pontium de Bosio non incidisse in pœnas compromissi, ex eo, quia petierit reductionem arbitrium boni viri: quia † promissio pœnæ habet tacitam conditionem, si arbitrator rectè arbitratus fuerit. l. si libertus. de ope. liber. & quanuis interueniat iuramentum, non tamen prohibetur quis petere reuisionem: nec pœna committitur, si enormiter sit læsus, vt est communis opi. in c. Quintaual. de iureiur. & dicitur † enormiter læsus si in sexta parte sit læsio, vel alàis arbitrio iudicis, secundum Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. versi. quæro, vtrùm possit. & tunc præsumitur dolus arbitratoris, vel saltem lata culpa, quòd sufficit, vt per Alex. cons. cxxxj. in causa vertente, & plura ponit Pau. Cast. consi. lxxij. cum duobus seq. & Lanfran. de Orian. in tract. de arbitris. in septima parte, cum multis concord. quia articulus iste est tritissimus: sed difficultatem facit in casu nostro, quia non videtur probari de aliqua læsione, nam postquã arbitrator primo pronuntiauit, & Pontius petiit reductionem, statim incidit in pœnam compromissi, quæ fisco & ecclesiæ ipsò iure fuit acquisita. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. l. illud. vbi not. C. de sacros. eccl. & in l. illud. C. de dona. vndè licet arbitrator reformauerit, & partes emologauerit, tamen istud factum non habet præiudicare fisco, & ecclesiæ, quibus est ius quæsitum. vt dicit Bal. Imol. Pau. Cast. in l. si insulam. §. fin. ff. sol. matrim. præsertim cum notarius sit stipulatus nomine & vicè illorum absentium, vt dicit Alexan. & Aret. & ibi Socin. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & est doct. Bal. in l. prima. ff. de iure fisci. vndè secundum laudum & homologatio tanquam res inter alios deinde facta non habet præiudicare ecclesiæ. nec facit fidem læsionis in præiudicium eius rubric. C. res inter alios. l. secunda. C. de edend. & consequenter si Pontius vult euadere pœnam compromissi, oportet, quod in hoc iudicio contra fiscum & ecclesiam probet, quòd ex primo laudo erat enormiter grauatus, quod forte difficile erit illi ad probandum. Potest responderi, quòd ex quo Pontius non perseuerauit in iudicio reductionis, sed reuersus est ad primum arbitratorem, qui correxit ea, quæ malè pronuntiauerat, non dicit incidisse in pœnam. nam † vbicunque pœna committitur ex eo, quia contrauenìatur alicui actui, intelligitur si perseueraueric in contrauenìendo vsque ad sententiam. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. l. aliam. C. de his quib. vt indig. & est doctr. Bar. in l. qui ea mente. ff. de fur. & propterea non est verum, quòd statim quæsitum sit ius fisco, eo ipso quòd Pontius petiit reductionẽ. Secundò respondetur, quod illa promissio pœnæ sub conditione, si petatur reductio, non habet locum, quandò petitur reductio ex enormi læsione, & præsumpto dolo arbitratoris, vt est communis conclusio in dictis locis suprà allegatis, & ex hoc capite Pontius eam petijt. vnde antequam declaratum sit, nunquid enormis læsio interuenerit, pœna non cõmittitur. l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi Bart. & omnes. ff. de verbor. oblig. & dato, quòd declaratio arbitratoris posteriùs facta, non haberet nocere ecclesiæ & fisco: tamen si fiscus, vel ecclesia volunt obtinere, oportet quòd ipsi prius faciant declarari, non adfuisse enormem læsionem, ex quo ante pœna non committitur. Tertiò est aduertendum: quia cum hic fiscus reuerendissimi domini, & ecclesia agant ad pœnam, non videntur admittendi in casu nostro, in quo Pontius homologando secundà arbitramenta purgauit moram. & † ex æquitate canonica cum his, qui tenentur sequi conscientiam, quandocunque potest mora purgari ad euitandam pœnam, vt dicit Bal. consil. cxiiij. super j. in v. volum. sequuntur Moderniores. in l. si insulam. in ij. not. ff. de verb. oblig. & facit quòd not. Ioann. de Imol. in c. dilecti. de arbit. vbi dicit, quòd † personæ ecclesiasticæ, quando eorum nihil interest, si exigunt pœnas, puta compromissales, vel similes, redduntur suspecti auaritiæ: & propterea non debent eas exigere, & ita intelligit tex. in c. fua. extra, de pœn. sequitur Aret. & And. Sicu. in l. iij. §. Cato. in xj. opp. Bart. ff. de verb. oblig. & ibi ego referendo hoc dictum Bald. posui multa similia. Nec obstat, si quis diceret, quòd illa opin. Bald. videtur contra text. in c. potuit. extra, de loca. vbi non purgatur mora versus ecclesiam nisi breuissimo tempore, quia respondetur, quòd ille text. loquitur de pœna descendente ex natura contractus: noster casus est de pœna oriente ex conuentione partium, quæ est magis odiosa, quòd probatur: quia † etiam ecclesia incidit irreuocabiliter in pœnam ex natura contractus, & tamen non incidit in conuentionalem, vt dicit Bal. Sali. & Mod. in l. placet. per illùm tex. C. de fac. san. eccl. Circa secundum & quartum dubium, dicendum est, dictum Pontium non incidisse in pœnam nec videri conueniisse. Primò, quia in laudo simpliciter dicitur, quod Pontius tenetur † facere bonum, quæ verba habere possunt duplicem intellectum: possunt enim intelligi, quod teneatur reddere rationem l. cum seruus. de condi. & demon. & secundum hunc sensum non est dubium, quin potuit ea

tenere iure pignoris. Item possunt intelligi, quod teneatur computare ea: & sic vel restituere, & accipere id, de quo est creditor, vel retinere iure crediti, & secundum hunc sensum etiam non est dubium. Et si dixeris, ex quo in illo laudo condemnabantur omnes hæredes ad aliquid dandum Pontio, videtur voluisse arbitrator, quod Pontius faceret bonum id est restitueret Collecte dicta vasa: respondetur, quod non potest negari, † quin verba sint ambigua: propter quam ambiguitatem Pontius excusatur à pœna compromissi, & talis causa sufficit l. in testamento. j. ff. de condit. & demon. l. de rebus. ff. de arbi. Ang. Aret. Alex. Ias. in d. §. duo fratres. in ij. lectura. Bar. Io. And. in addi. Spec. tit. de arbit. §. fin. cum concord. per Alex. consi. cxix. quæritur. Secundò dicitur, quod ex quo non constat, quod coram dicto arbitratore sit disputatum de iure hypothecæ, quam habere se præsupponit, dictus Pontius dictum Laudum etiam si expresse contineret, quod Pontius vasa restitueret, tamen intelligeretur, saluo iure pignoris l. ex sextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iudi. quia † hypotheca per solutionem debet extingui, non per sententiam l. grege. §. etiam. ff. de pigno. & istud maximè procedit in casu nostro, in quo præsupponitur, quod talis sententia sit lata in † causa diuisionis tantum: quo casu reseruatum semper censetur ius pignoris l. si consensit. §. fi. ff. quib. mo. pig. Item præsupponitur, quod in laudo sit grauata dicta Collecta ad onera, quæ reperiuntur imposita rebus sibi assignatis, quæ verba optimè verificantur in pignore, vt fuit latiùs per egregios consultores allegatum. Circa tertium dubium difficultatem facit. quia † ex actu facto per iudicem non videtur præsumendus metus: quia cum † Iudex sit legis minister, † lex non presumit eum quicquam acturum per vim, vnde † non excusatur, qui soluit, & allegat se soluisse metu iudicis: quia † qui est in carcere respectu iudicis non dicitur metum pati, secundum Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. vbi allegat Archid. xv. quæst. vj. c. sacerdotum. & facit l. ij. C. de offic. ciuil. iud. Item facit regula, quia † res facta coram iudice non potest rescindi per metum. l. iij. §. sed vim. ff. quod met. caus. vij. q. j. c. præsentium. per Aret. in l. accusationis. C. de his quæ met. caus. Ias. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquiren. hæred. cum ergo Pontius soluerit, certè videtur, approbasse Laudum, & carcerationem, & consequenter non debet posse allegare metum: confirmatur, quia talis † metus non videtur cadere in constantem virum quando solum ponitur in carcere: & propterea non debet haberi in consideratione. capit. cum dilectus. extra, de his, quæ met. cau. & propterea solum agitur actione iniuriarum, non autem de metu, vt per Aret. in d. §. accusationis. Si verò † vltra carcerationem interuenissent etiam minæ, vel tormenta, bene tunc esset iustus metus, vt not. declarat Bald. in l. falsus. C. de furt. vbi dicit, hoc esse valdè in arbitrio iudicis, qui ex qualitatibus coniecturam faciat, quis metus interuenerit. Secundò difficultatem facit, quia Pontius cum esset in carceribus fecit restitutionem istorum vasorum. vnde videtur approbasse carcerationem, & consequenter agnouisse dictum debitum: sicut in simili dicimus de eo, † qui soluit rem, vel partem rei, ad quam est condemnatus, vt censeatur approbasse sententiam l. ad solutionem. C. de re iud. & quod not. in c. quod ad consultationem. extra, de re iudi. Tertiò dubium facit, quia non videtur, quod ista protestatio sit facta per Pontium, sed per procuratorem: & ideò non debet releuare: quia † protestatio metus, dependet ab animo ipsius protestantis, † & ea quæ dependent ab animo alicuius, non possunt expediri per procuratorem. l. per procuratorem. aliàs incipit, Paulus respondit. ff. de acquirend. hereditate. l. qui in aliena. in principio. vbi not. eodem titul. & in terminis nostris hoc vult Barrol. in l. non solum. §. morte. verbic. his præmissis, venio. ff. de operis noui nuntiatione. Sed his non obstantibus, dico in proposito casu, metus excusationem locum habere: quia quando protestatio de metu fit, etiam de metu officialis probatur metus, quoad animum protestantis: nec censetur consentire, vt est gloss. vbi doct. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquirenda hæreditate, & propterea tolluntur prima obiecta, quæ possent locum habere, vbi non esset facta protestatio, vel dependeret actus ex voluntate duorum, sed iste consensus Pontij non dependet, nisi ex animo suo: & propterea dicta protestatio sufficit: & tunc non est opus aliter probare metum, nec iustam causam eius, vt dixit Ioann. de Imol. & Alexand. in d. §. imò si simpliciter protestatus fuisset de animo suo, videlicet; quòd non consentiebat, satis esset, etiam si non allegasset metum, vt ibi per eas. & ita debent intelligi not. in l. qui carcerem. ff. quod met. caus. & per Abbat. in capitul. cum locum. extra, de sponsalibus, in capit. accedens. de procurat. doct. in l. qui à latronibus. ff. de testament. in cap. final. de appell. & ex hoc tollitur etiam secunda ratio. nam cum allegetur metus, non potest dici carcerationem esse approbatam, vt in dictis locis habetur. Non obstat tertium, quia aut procurator habuit speciale mandatum de protestando metum, & protestatio tenet: † quia dependentia ab animo possunt per procuratorem expediri, dum tamen habeat speciale mandatum, l. si is qui Stichum. ff. de procura. l. sed & socius. §. fin. ff. pro soc. glo. in cle. j. in verb. presenti. de concess. præben. Aret. post alios. in d. l. per procuratorem. aut non habuit speciale mandatum, & tunc regulariter videretur procedere contrarium in casu nostro aliud est: quia (vt apparet ex dictis suprà in secundo dubio) Pontius potuit tenere dicta vasa iure pignoris; & propterea fuit iniustè incarceratus, vnde cum ea restitui fecerit existens in carcere, etiam si nulla protestatio facta esset, præsumeretur metus dict. l. qui in carcerem. Abb. in dict. capitul. accedens. cum similibus, s. alleg. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. XXVI. SVMMÆ.

1 *Spoliatus antè omnia est restituendus.*
2 *Vltimum spolium semper est purgandum.*
3 *Impetrantes inuestituram siue infeudationem à Principe, de Castro violenter occupato, infeudatio nullius est momenti, & nihil agunt.*
4 *In restitutionem rei per spoliantem restitui etiã debent fructus, damna, expensæ, & interesse passum propter spolium.*
5 *Spoliatus post sibi restitutam possessionem, non potest conueniri in petitorio, nisi tanto tempore steterit in pacifica possessione, quanto tempore permansit spoliatus.*
6 *Magis creditur duobus testibus affirmantibus spolium, quam centum affirmantibus spontaneam renuntiationem.*

BIU Cujas

7 *Feudi imperialis cognitio pertinet ad imperatorem.*
8 *Exceptio defectus iurisdictionis quandocunque opponi potest, etiam post latas tres sententias conformes.*
9 *Regulariter sententiæ, vel transactiones non rescindũtur ex eo, quod quis noua instrumenta repererit fall. coram Principe.*
10 *Princeps licet rescripto suo rescindere rem iudicatam non possit: tamen causa nouarum probationum potest.*
11 *Dictionis quibuscunque vis.*

MArchionatus Sorannię in causa videtur imitandum esse consilium Iulfc. in l. is, qui destinauit. ff. de rei vendi. vt scilicet intentetur potiùs possessorium (si quod subest) quàm petitorium. Primò ergò quæritur, an ex persona illustris d. Bonifacij competat aliquod tale remedium, & ex processu casus redditur satis clarus: probatum est enim per testes, qualiter Ioannes Paulus, & pater d. Bonifacium spoliauerunt, & de possessione dicti Marchionatus eiecerunt, vnde succedit regula, quòd † spoliatus ante omnia est restituendus. c. j. de restit. spoliatorum. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi publ. Quod procedit, etiam si aliud spolium præcessisset: quia † vltimum spolium semper est purgandum, vt habetur in dictis iuribus, & in cap. final. extra, de ord. cogn. vnde & prædo est restituendus. c. in literis. de restit. spolia. l. j. §. qui à me. ff. de vi, & vi arma. Item procedit, etiam si spoliator auctoritate principis fuerit possessione confirmatus, adhuc enim spoliatus restituendus est l. auctoritatem. C. vnde vi. vbi Bartol. glossf. in verb. professio. per illum text. in l. ij. C. de fund. & sal. rei domin. lib. xj. per Ias. in l. clam possidere. §. fin. de acqu. poss. vnde † impetrantes inuestituram, vel infeudationem à principe de castro violenter occupato, nihil agunt. & infeudatio nullius est momenti, secundum Bal. in l. j. de constit. princ. & in c. j. ad fin. de nat. feud. adeo, vt tale castrum non possit, neque longissimo tempore præscribi, secundum Alex. consi. iij. in v. Rursus † procedit, vt non sufficiat restitutio rei ipsius, sed restitui debeant etiam fructus, & expensæ damna, & interesse passa propter spolium c. accedens. ij. vbi Abb. in pen. not. extra, vt lit. non contesta. debetq; fieri restitutio ad fructus, qui verisimiliter percipi potuerunt c. grauis de resti. spolia. declarat Rota decis. xxv. eod. tit. in nouis. Addunt aliqui, quod facta restitutione, adhuc † spoliatus non potest conueniri in petitorio: nisi tanto tempore steterit in pacifica possessione, quanto tempore mansit spoliatus per tex. in c. ij. & in c. tamdiu. iij. quæstio. ij. tradit Abb. in c. venerabili. in gl. j. de offi. deleg. Rursus procedit etiam si facta restitutione, recuperatio esset difficilis: dũ tamen non impossibilis, vel quia fortalitium sit inexpugnabile, secundum Paul. de Cast. in l. ij. C. de edi. diui Adr. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. in j. intellectu. Bar. ff. de acq. poss. Item procedit etiam si contra spoliatum agentem opponeretur exceptio spontaneæ traditionis: quia † magis creditur duobus testibus affirmantibus spolium, quàm centum affirmantibus spontaneam renuntiationem, secundum Inn. in c. cum super. extra, de renun. refert & sequitur Ang. in d. l. si quis ad se fundum. & Lanfran. de Orian. in rub. de cau. pos. & propri. & ratio est, quia præsumptio est contra eum qui asserit renuntiationem esse spontaneam. iuxta tex. in c. ij. extra, de restit. spolia. Et ista maxime procedũt, si intentaretur remedium can. redintegranda. iij. q. j. quod remedium est pinguius alijs interdictis, secundum Soc. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. pos. & datur contra successorem, etiam sine vitio. Et satis est in eo probare, quod absq; culpa sua ecciderit possessione, vt habetur in d. l. rem, quæ nobis. ex ijs concludo, rutissimum esse d. Bonifacio, si intentet hanc viam spolij: quæ mihi videtur carere omni difficultate. Nec obstant sententiæ latæ in curia Romana, quibus pronuntiatum est, illam possessionem à d. Bonifacio occupatam, pendente lite, & per viam attentati recte fuisse sublatam, &c. quia respondeo, quod earum sententiarum nulla ratio haberi debet, tanquam latarum à iudicibus incompetentibus. Cum enim † istud sit feudum Imperiale, cognitio pertinuit ad Cæsaream maiestatem, tanquam dominum feudi, nec potuit sub alio iudice tractari. c. cæterum extra, de iud. adeo, vt nec per viam prorogationis partes alium iudicem adire potuerint, quam Cæsarem. ca. ex transmissa. vers. de seculari feudo. de foro competen. Bar. Alex. Ias. cæteri in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. postquam talis † exceptio defectus iurisdictionis quandocũque opponi potest, etiam post latas tres sententias conformes. glo. in clem. j. verb. non obstante. de sequestr. possess. Bal. l. j. C. si à non compete. iudi. Ias. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Maximè q. hoc est dicendum in casu nostro, in quo non solum iudices fuerunt incompetentes l. j. C. si à non compet. iud. sed etiam tulerunt sententiam aduersus aliam sententiam reuerendissimi Cardinalis Sedunensis, quæ transierat in rem iudicatam, & fuerat exequuta l. post sententiam. C. de sen. & interlo. Et quia dicta sententiam Sedunensis dictum fuit inuenta, & inuentus processus authenticus, debet Cęsarea maiestas attendere ad rei veritatem circunscripto rigore illarum sententiarum: sicut videmus, quod quamuis † regulariter sententiæ, vel transactiones non rescindantur ex eo quod quis noua instrumenta repererit, tamen secus est coram principe: quia licet † princeps rescripto suo rescindere rem iudicatam non possit: tamen ex causa nouarum probationum potest. l. diui. ff. de pœn. l. ij. in fin. ff. si libert. ing. esse dic. & ita in casu nostro firmauit dominus Riminal. in l. sub prætextu. j. C. de transact. quæ decisio in casu nostro, est indubitata stante incompetentia iudicum, vt s. dixi. Et quod talis sit mens Cæsaris maiestatis apparet ex delegationibus fratris Carolo de Lanoi, & rursus Antonio de Lęua, in quibus expresse mandatur, quod procedatur in possessorio restituendæ, non obstante commissione Pontificis Adriani, & in commissione facta illustri do. Ferdinando Gonzagæ dicitur, vt ad expeditionem causæ procedat, reassumptis ijs, quæ per commissarios Cæsareos facta sunt, & manifestè sentit, nullam rationem habendam esse eorum, quæ gesta sunt per commissarios apostolicos, & certè cum manifestè appareat de sententia Cardinalis Sedunensis, & processu per eum facto, & exequutione ipsius Cardinalis russu, per Salomonem præfectum militum facta, deprehenditur manifestus error istarum sententiarum in curia Romana latarum, quatenus debent dd. Bonifacium attentasse in præiudicium pendentiæ litis, cum ipse eos non deiecerit, sed Cardinalis tanquam rebellis. Nec de dictæ sententiæ à Cardinali latæ valore expedit disputare, tum quia hoc copiosè & subtiliter est factum per alios doctores, tum quia quicquid sit in illo arti-

culo satis est nobis: quod inde appareat istos de Lupis non fuisse eiectos. à d.Bonifacio, nec quicquam ab eo attentatum, sed à Cardinali tanquam contra rebelles, quòd probatur ex verbis sententiæ, secundum doctr.Bar. in l.is apud quem. C. de eden. versi. quæritur, an sit factum. Circa petitorium inuestitura concessa per Carolum iiij. Imperatorem fuit Hugoleto, & Raymondino, ipsorumque hæredibus ab ipsis legitimè descendentibus, & successoribus quibuscunque, & alio loco dicitur, concessionem fieri in ipsos hæredesque suos, & successores ex ipsis legitimè descendentes, seu causam ab eisdem habentes. Quibus verbis videndum est, an possint admitti fœminę, & consequenter filij fœminarum, qui si matre eorum esset exclusa, nec ipsi possent admitti iuxta l.si viua matre. vbi Castr. & Corn. C. de bo. mater. & in hoc puncto magna videtur inter doctores esse altercatio: quia aliqui tenent, quod propter vim † dictionis, quibuscunque admittantur etiam extranei, & aliàs inhabiles, secundum glo. iuncto tex. in cle. j. de iudi. & tradit Iaſ. in l. Gallus. §. etiam. de libe. & posthu. & ideò tali casu admitterentur etiam singulares successores. c. j. de feud. non hab. propr. nat. Bal. l. j. q. xxxiiij. de rerũ diuis. in c. Imperialẽ. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. & aliqui tenent, quòd vigore istorum verborum possit feudum transmitti, etiam per vim fideicommissi, secundum Alex. in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. & videatur communis opin. de qua per Alex. consi. xxx. in j. & ibi in apostillis, & per Curt. Inn. in tracta. feud. parte iij. q. pen. Marth. de Afflict. in c. j. §. donare. qualiter olim feud. pot. alien. Albert. Bru. consi. x. & xiiij. do Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto quòd de ipso feudo possit. Sed tamen ista opinio habet multos contradicentes, vt per Cur. in d. q. pen. & Curt. Sen. consi. lxxxij. & Rubeum, consi. lxxxiij. Areti. & Soci. in d. l. Gallus. §. etiam. Bal. in d. §. donare. Lud. Gozad. cons. viij. & xxvj. & lvj. cum simil. Ego autem fœdere distinctionis soleo concordare istas opin. prout aliàs dixi in l. j. §. item nũtiatio. ff. de ope. no. nun. secundum distinctionem ibi traditam per Bar. Iaſ. & docto. vbi volunt, quòd dictio quibuscunque generaliter quidem intelligatur, dum tamen non admittãtur omnino inhabiles, prout sunt fœminæ, vel tales qui dominum adiuuare non possent, secundum Bal. in d. §. donare. & quod habetur in c. j. si de feud. defunct. fuer. contr. nec vnquam approbaui illam opinionem Modernorum dicentium, quòd in dispositione hominis non fit restrictio ad habiles, imò fit in dispositione hominis l. creditur. §. Lucius. ff. mand. c. j. de eo, qui fin. sec. agn. gl. l. j. ff. de eo, quod cer. lo. siue in testamentis l. si mihi Mæuia. §. fin. de leg. tertio. Oldra. cclxviij. siue in contractib. gl. d. l. j. decis. Neap. cccxviiij. siue in alijs dispositionibus l. j. C. qui pro sua iurisdict. & ideo mihi videtur, quod vigore dictæ clausulæ, non potuerit institui filius fororis, prout etiam diffuse consuluit Ruin. consi. xxxix. in prima. cuius laboribus interim ego acquiescam. Quæ sententia maximè in casu nostro est obseruanda propter decretum ducale, & Imperiale sub rubri. de feudis. lib. iij. §. ne beneficiorum. vbi dicitur quòd infeudationes quibuscunque verbis conceptæ non transeunt nisi ad masculos. Et videtur tale decretum etiam in casu nostro obseruandum esse: quia licèt priuilegium originaliter processerit à Carolo iiij. Imperatore, tamẽ per inuestituram factam in primum Ducem Mediolani, omnia feuda imperialia, quæ in ipso Ducatu continebantur, cœperunt iure directi dñij ad Duces pertinere: quia Imperator eos in locum suum subrogauit. Et licèt in hoc sit aliqua difficultas, an potuerit fieri, contradicentibus ipsis feudatarijs, tamen non est dubium, quin accedente eorum consensu, & recognitione potuerit fieri, secundum Bal. in consi. vlti. incip. Rex Romanorum. in j. volu. & habetur in decisio. Neapol. clxij. in nouis. Isti autẽ Marchiones recognouerunt Duces Mediolani, vt apparet per plura documenta, & ideò videntur se subiecisse legibus dicti ducatus. Fortius dico, quod cum casus finitę lineę euenerit tempore Leonis Pontificis: cum Parmensis ciuitas ab ecclesia possideretur, non curat ecclesia de tali clausula apposita ab Imperatore, quia finito iure danda, finitum quoque ius accipienti. l. lex vectigali. ff. de pigno. quia ecclesia non habet tanquam ab Imperatore, sed iure suo. Imperator verò habet ab ecclesia, tanquam in partem curarum admissus, secundum extrauagan. vnam sanctam. de maio. & obed. in commu. Vnde Pontifex Leo non attenta inuestitura concessit dictum Marchionatum Iuliano fratri, & ita practicant Romæ, de quo tamen videnda est alia extrauagans Ludouici Imperatoris, quàm ponit Albe. de Rosa. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscri. Et hæc conclusio maximè procedit respectu allodialium, si qua sunt, stante statuto Parmensi, quòd talia bona non possint relinqui forẽsibus, de quo (quia articulus est satis clarus, & per alios diligenter consultum fuit) non insisto vlterius. Illud tamen non omittendum, quod istæ rationes videntur sublatæ per nouam concessionem factam Ioanni Paulo per modernum Imperatorem die x. Aprilis 1530. & ideo ex persona fisci Cæsarei non videntur militare, sed solum ex persona do. Bonifacij, cuius iura fuerunt reseruata per Cæsarem alio priuilegio dato viij. Ianuarij 1533. Et ideo concludo, tutius esse experiri ex iuribus do. Bonifacij, quàm ex iure fisci Cæsarei. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

Andreas Alciatus Iurisconsul. secundum suprascripta respondi, & subsignaui.

CONSIL. XXVII. SVMMA.

1 *Instrumenta publica de se faciunt fidem, ex sufficientibus probationibus.*

2 *Aduersus publicum documentum, requiruntur efficaciores probationes, licet aliàs in ore duorum, vel trium stet omne verbum.*

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non habet locum aduersus instrumentum venditionis, cum confessione de pretio recepto.*

4 *Reus de iure non tenetur edere actori, ad fundandam eius intentionem.*

5 *Sententia lata ex præsumptione, inducta aduersus non exhibentem rationes, nunquam transit in iudicatum, quin repertis rationibus, & exhibitis iterum cognosci possit.*

6 *Sententia lata prætextu præsumptionis, contraria præsumptione tollitur.*

7 *Ad ea quæ de facto sunt inducta, etiam de facto debent aboleri.*

8 *Subsequentia ex præcedentibus declarantur.*

9 *Interpretatio per quam narratio à conclusione discordat, non est accipienda.*

10 Partes

BIU Cujas

Fortius sic posset dici primitive, quod statur actui ipsius testis, ita possit etiam contrarie quod statur scripturæ privatæ.

11 *Qui petierunt rationes exhiberi, non possunt eas reprobare, nisi ex causa superueniente.*

12 *Depositiones factæ per viros gratiosos auctoritatis, præualent.*

13 *Depositiones eorum qui deponunt secundum præsumptionem legis, præualent.*

VIdebatur esse præmittere intentionem Triuultiorum agentium aduersus Sesios. In primis ex duobus documentis publicis, stipulatis per do. Baltazarem Barcellum, nouiss. illustris dom. Theodori Triuultij, quæ quidem † instrumenta de se faciunt fidem, & sufficiunt probationi: quia sunt publica. capitul. primo de fid. instrument. l. si quis decurio. C. de fal. vbi not. nec facilè ab eis est recedendum: alioquin confunderetur omnis rerum gestarum fides. Vnde licet alias in ore duorum, vel trium stet omne verbum, tamen † aduersus publicum documentum, requiruntur efficaciores probationes. l. testium. C. de testibus. quòd maximè est dicendum in casu nostro, in quo tractatur de instrumento venditionis, & pretij ex ea causa recepti, aduersus quod † exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, quia statur confessioni l. generaliter. C. de non num. pec. imò etiam in casu, in quo tali exceptioni locus esset, putà in contractu mutui: nisi intra biennium exceptio proponatur, instrumentum stat firmum: nec amplius auditur ille, qui pecuniam numeratam non esse contendit l. in contractibus. C. de non numerata pecunia. & habetur in instit. tit. de lit. obligat. In casu autem nostro hæc quærela fuit proposita, etiam lapso decennio, vt meritò standum esset dictis instrumentis. Confirmatur eorum fides ex multiplicatis assertionibus Comitis Ludouici, litigantis cum Hebræo, & semper affirmantis, dictas pecunias fuisse per Triuultios numeratas: quæ confessiones, quamuis deinde non fuerint admissæ per iudices, quantum sit respectu præiudicij, concernentis ipsum Hæbreum, tamen faciunt magnam præsumptionem pro veritate rei gestæ cum ipsis Triuultijs. capit. mulieri. vbi doct. extra, de iureiur. maximè cum ipse Comes Ludouicus, dum ageret in humanis, per tot annos nunquàm sit conquestus, & semper ratam habuerit dictam confessionem pecuniæ sibi numeratæ dict. l. in contractibus. & vxor eius post mortem mariti litigando cum Hebræo, deinde etiam transigendo tacitè approbauerit. Fortius dico, quòd etiam si verum fuisset, quòd dictæ pecuniæ realiter numeratæ non fuissent, sed Hebræus ille debitor cessus fuisset adhuc obtinere, debuerunt ipsi Triuultij: quia satis fuit, quòd ei nolenti debitorem dederint in solutum, censeriturque tali datione liberati, vt ait Bald. in l. fin. C. de constit. pec. cum concor. per Cur. Se. consil. septimo. & ideò etiam si deinde debitor iste iudæus decoxerit, seu foro cesserit, nihil hoc potuit nocere Triuultijs, sed solum Comiti Ludouico, qui acceptauerat, vt est doct. Bartol. in l. singularia. ff. si certum petatur. quam ibi sequuntur doctor. Nec obstat quod Socin. ibi disputauit necessariam fuisse probationem, quòd iudæus iam ea esset debitor Triuultij, quia hoc dictum non est verum, vt ibi dicit. & etiam si esset verum, nihil facit: quia procederet, vbi sequuta non fuisset liberatio de qua in casu nostro constat per geminata documenta. Et ista quidem de plano procedunt, & iuris sunt euidentissimi. Sed in casu nostro difficultatem facit ordinatio supremi consilij dominorum xl. qua pronuntiauerunt, dicta duo instrumenta liberationum inuidenda esse, ac si facta non fuissent: quia ad hoc, in quo verisimiliter cota difficultas præsentis controuersiæ respondetur duobus modis. Primò, quia (vt ex eius lectura apparet) illa ordinatio eo colore, & prætextu fuit data: quia Triuultij non exhibebant libros rationum Philippi Morelini, & sic data fuit ex præsumptione: quia non potuit persuaderi domino iudici, si facta fuisset vera numeratio, quin de hoc extaret scriptura, & crediderunt, quòd sponte dicti libri supprimerentur ab hæredibus, & in eorum pœnam ita ordinauerunt, & quamuis † de iure reus non teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem l. qui accusare. l. final. C. de edend. l. nimis graue. C. de testibus. etiam si iudicium tractetur summariè, & sine figura, secundum Bartol. in extrauagant. ad reprimendum verb. figura. ipsi neglexerunt hanc dispositionem iuris communis, & dicta instrumenta inciderunt, quo sic præsuppositò, dico quòd talis † sententia lata ex probationibus priuilegiatis, id est, ex præsumptione inducta, aduersus non exhibentem dictas rationes, nunquam transit in rem iudicatam, quin repertis rationibus, & exhibitis iterum cognosci possit, secundum regulam quàm tradit Innocent. in capitulo tua nos. de cohabit. cleric. & doctor. in l. qui adulterij. per illum textum. C. ad legem Iuliam. de adult. & in l. admonendi. vbi Bartol. & ibi omnes sequuntur. ff. de iureiur. meritò ergo † sententia illa lata prætextu dictæ præsumptionis, contraria præsumptione tolletur l. diuus. vbi Bald. ff. de in integrum restitut. l. cum de indebito. ff. de probation. alias surgeret magna iniquitas, & claudicaret iudicium, quod grauissimi illi iudices, & ordo quadraginta virorum propter illam præsumptionem discessisset ab expressa & indubitata iuris dispositione, & nunc, ea præsumptione cessante, non reduceret partem ad pristinum ius, facit regula, quod † ea, quæ de facto sunt inducta, etiam de facto debent abolere, secundum gloss. in l. minor. in princip. ff. de euict. & quod notat Bald. Alexand. & cæteri in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis. Alexand. in l. si finita. in primo. ff. de damno infecto. & istud postulat summa æquitas, de qua in titul. ff. quod quisque iuris. l. prima. vt sicut in fauorem Sesiorum iudices solam præsumptionem sunt sequuti, ita nunc, ea cessante, in fauorem Triuultiorum, sequantur præsumptionem ex libris Morelini orientem, coniunctam cum veteribus documentis. Secundò principaliter respondetur, quod allegatio ritius rescissionis non est admittenda, propter oblationem factam ob ipsis Sesis agentibus, cui Triuultij consenserunt, valeratque huiusmodi pactum seu conuentio, quamuis ante sententiam facta, vt est in simili text. in l. primo. §. si quis ante. ff. à quibus appel. non lic. & in l. fin. in fin. C. de tempor. & reparat. appell. & quod not. domin. de Rota decisio. ducentesimo octuagesimo septimo. in nouis, verba autem dictæ oblationis videntur

satis clara esse, quatenus Sesi petunt exhibitionem librorum Moresini, vt veritas appareat, & dicunt se contentos cerrare cum armis aduersariorum, id est, vti libris, & rationibus ipsius Moresini; quia istud esset cerrare armis aduersariorum: & simili modo loquendi vtuntur doctores in l. prima. C. de edend. in ratione decisionis illius tex. & ibi dixi post alios: apparereque hæc non esse verba enuntiatiua, sed principaliter ad hoc dicta, cùm propter aliud non fuerint scripta, nec incidenter apposita, secundum declarationem doct. in l. ex iis verbis. C. de testa. milit. vbi Bal. Alex. & Ias. & quamuis subijciatur, quòd quotiescunque iustificabitur legitimè per scripturas priuatas, fide dignas quòd sunt contenti computare dictas pecunias, tamen cum suprà petierint exhiberi scripturas Moresini, apparet quòd de eis intellexerit, tanquàm de fide dignis, quia † ex præcedentibus declarantur subsequentia l. si seruus plurimum. in fin. ff. de leg. primo. cum ibi not. Et quia dictio, illa, legitimè, habet tacitam subauditionem, legitimè secundum suprascripta, vt in simili per Bart. in repe. l. de ætate. ff. de minor. allegat not. in l. stipulatio ista. ff. de verborum obligationibus. & facit quod not. Alexand. in l. prima. si certum petatur. Et quia, nisi ita intelligeremus, narratio non concordaret cum confusione, quòd esset absurdum. Vnde talis † interpretatio nunquam est accipienda l. consilio. §. quæsitum. vbi doctor. ff. de cura. furio. & per Bartol. in l. si prius. in quinta oppos. ff. de operis noui nuntiatione. His sic præmissis deuenio nunc ad resolutionem dubiorum quæ mihi proposita fuerunt. Et in primis circa illud dubium, quam fidem faciant libri ipsius Moresini nuper inuenti, atque producti? respondeo quòd faciunt tantum fidei, quantum sufficiat victoriæ ipsorum Triuultiorum: quia licet alias diffusus sit articulus, quàm probationem faciant libri rationum, de quo per Bartol. in l. nuda ratio. ff. de donation. in l. admonendi. vbi omnes moder. ff. de iureiur. tamen in casu nostro non est opus plena probatione, sed sufficit coniectura & præsumptio, prout suprà dixi: quam præsumptionem indubitanter faciunt dicti libri, præsertim hominis defuncti, secundum Bartol. in dict. l. admonendi. per text. in l. qui cum maior. §. final. ff. de bon. liber. quem sequitur Bald. in l. rationes. C. de probation. Alexand. consil. quinquagesimo nono, viso processu. in secundo. Socin. consil. centesimo octuagesimo septimo. in controuersia. in secundo. maximè cum defunctus sit ante istam controuersiam moram, vnde nulla cadit probabilis suspicio. Item in casu nostro tractatur de exhibitione librorum facta ex conuentione ipsius partis: vnde etiam tali casu non est dubitandum, quin dicti libri faciant fidem: quia sicut † partes possunt conuenire, quòd stetur dicto vnius certi testis, ita etiam possunt conuenire, quòd stetur scripturæ priuatæ, vt dicit Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. cum concord. per Alexand. in l. prima. §. final. de verborum obligationibus, & consil. centesimo decimo tertio, in quarto volumine. & per Canon. in capitulo cum P. tabellio. de fide instrumentorum. quæ conuentio facta fuit in casu nostro, vt suprà deduxi. Nec obstant testes examinati pro parte aduersa de mala fama, & non legalitate ipsius Moresini: quia respondetur variis modis. Et primò quòd ex quo ipsi Sesi † petierunt dictas rationes exhiberi, non possunt nunc eas reprobare, nisi ex causa superueniente l. si quis testibus. C. de testibus. gloss. in §. & licet. verbo, supplicijs. in authentica. de testibus. Bald. in l. in bonæfidei. C. si certum petatur. Secundò respondetur, quòd debent præualere probationes Triuultiorum de bona fama, & legalitate ipsius, tum quia de hoc † deposuerunt viri grauioris authoritatis. capitulo. in nostra. extra. de testibus. capitulo. licet. de probation. tum † quia isti deponunt secundum præsumptionem legis. capitulo secundo. de regulis iuris. l. merito. ff. pro socio. alij autem ipsi Moresino detrectantes, deponunt contra præsumptionem legis: vnde minus est credendum l. non est verisimile. vbi gloss. ff. de eo quòd metus causa. Ludouic. Roman. singul. centesimo nonagesimo septimo. tum quia nulla subesset causa cur Moresinus falsificaret istas rationes, cum verisimiliter non potuerit diuinare de hac lite post mortem suam intentata, vnde simili dicit Bald. in dict. l. rationes. nec ipse ex tali re aliquam vtilitatem caperet. Vnde cassianum illud, Cui Bono. attendi debet: vt in simili inquit Bartol. in l. fin. ff. de quæst. argumenta l. primæ. §. sed si quis instrumenta. C. de lat. liber. tol. & quod notat Alber. de Ros. in l. secunda. §. si quis. per illum textum. ff. ne quid in loco public. Nec obstat, quod in dictis libris sint quinque partitæ, quæ discordant in facto narrationis, licet concordent in pretio exbursato, quia istud nihil est, cum veritas sit, quòd facta fuerit exbursatio, nec ideo scriptura dicatur falsa, vt per Petr. de Anchar. consil. vigesimo quarto. Riminald. in l. penult. in fin. C. de transact. Felin. in capitulo, fraternitatis. extra. de hære. nec quicquam refert, quòd pecuniæ sint à Moresino numeratæ, an per aliam personam, quæ hoc creditum transferret in Moresinum. l. singularia. ff. si certum petatur. & in omnem casum partitæ, Moresini coadiuuantur per dicta duo instrumenta publica, & per tot iteratas confessiones, de quibus suprà dixi, & ideo omnis suspicio tollitur, & fides suppletur, vt dicitur in l. si quis ex argentarijs. §. cogantur. ff. de eden. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXVIII. SVMMÆ.

1. *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
2. *Prædo ante omnia est restituendus.*
3. *Imperator non potest violento possessori concedere ea strum, quod ille per vim occupauerit.*
4. *Principi non licet sibi ipsi ius dicere in facto suo.*
5. *C. ad decimas de restitutione spoliat. sensus.*
6. *Donandi modus.*
7. *Quoties vasallus committit aduersus dominum, vel aduersus legem feudi, delictum eius præiudicat etiam sequenti in gradu, & feudum consolidatur in dominum.*
8. *Contractus prædecessoris, obligat successorem, dum tamen rite hoc faciat, non causa successoris supplantandi.*
9. *Iudex potest non citato possessore, ei possessionem auferre, si sciat notorie spolium ab eo commissum esse.*
10. *Princeps nunquam citatur, sed ipsius fiscales duntaxat.*

RESpectu possessorij, casus præsens non videtur habere magnam difficultatem, quin illustris dominus Vespasianus Gonzaga restituendus sit ad posses-

sionem Castris maioris, & etiam oppidorum de quibus agitur: cum maiores sui de facto fuerint spoliati à duce Mediolani, sua datur enim eius intentio ex eo, quia est spoliatus, & qui spoliatus est, ante omnia est restituendus l. si quis ad te fundum. C. ad leg. Iul. de vi. e. j. de restit. spolia. nec admittitur in tali iudicio aliqua exceptio concernens iustitiam causæ: quia etiam prædo ante omnia est restituendus. c. in literis. de restit. spolia. §. recuperandæ. instit. de interdi. nec etiam refert, quod spolium esset factum auctoritate alicuius iudicis: quia tali casu videtur procedere tanquam priuatus, secundum Abb. in cap. dilectus. j. in vlt. notabil. de rescript. facit l. meminerint. C. vnde vi. nec rursus refert, quod spoliator auctoritate principis fuerit confirmatus: adhuc enim ante omnia spoliatus est restituendus l. auctoritatem. C. vnde vi. vbi Bart. glo. in l. ij. C. de fund. & salt. rei dom. lib. duodecimo. ideò impetrantes inuestituram, seu infeudationem à principe pro castris violenter occupatis nihil agunt: quia infeudatio nullius est momenti, secundum Bald. in l. prima, de constit. princ. imò Imperator non potest violento possessori concedere castrum, quod ille per vim occupauerit, secundum Bald. in capitulo primo. ad fin. de nat. feud. nec talis occupator quamuis per principem confirmatus, etiam longissimo tempore possidens, posset præscriptionis beneficio adiuuari, secundum Alexand. consil. tertio, libro quinto. Et procedit conclusio maximè in ipso principe, qui ipse spoliauerit, prout in casu nostro: quia non licuit sibi ipsi ius dicere in facto suo, vt in capitulo primo. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. in vsibus feud. & habetur in capitulo, nouit. extra, de iudi. l. prima. C. ne quis in sua caus. Et quia quò ad hoc erat iudex incompetens. vnde etiam tali casu militat regula suprædicta, secundum Antoñ. in capitulo, conquerente. de restit. spol. & Spec. titul. de perit. & possess. §. quoniam. Socin. consil. duodecimo. in primo. volum. Iudicium enim pertinebat ad ipsum imperatorem, à quo vterque prætendebat ius inuestituræ, secundum text. in capitulo, cæterum. extra, de iudi. de quo per Alexand. consil. primo. in quinto volumine. Socin. consil. vigesimo septimo. numero primo, in tertio volumine. imò etiam si ipse dux Franciscus eum habuisset in vasallum, tamen, quando quæstio vertitur inter dominum & vasallum, ipse non debet esse iudex, sed pares regni, seu alij vasalli, secundum gloss. in dict. capitulo, cæterum. & per Alexand. consil. trigesimo nono. in primo volumine. Bartholom. Veron. caut. nonagesima quarta. Solum superest respondere vni rationi, quæ in contrarium adducitur, videlicet quòd huic agenti recuperandæ iudicio, videtur obstare exceptio notoria, non iuris ipsius agentis. ex quo Cæsar non habet rata ea, quæ gesta sunt per Gallos, &c. capitulo, ad decimas, de restitution. spolia. libri sexti. Sed ad hoc respondetur, quòd text. in dict. capitulo, ad decimas. non ita indistinctè procedit, imò spoliatus admittitur, etiam quòd sibi obstet exceptio notoria capitulo, porro. extra de diuor. per Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune, in primo intellectu. ff. de acquirenda possessione. Præterea non est verum, quòd huic obstet exceptio notoria, imò prorsus nulla ei obstat, quia habet bonam causam in petitorio, vt mox dicam. In secundo articulo principali concernente petitorium, dico adhuc, præsumi illustrem Vespasianum Colonnam obtinere, cuius intentio fundatur ex concessione quondam Maximiliani imperatoris facta anno millesimo quingentesimo decimo sexto, quo tempore Dux Maximilianus Sfortia, erat in Gallia concors cum Gallis hostibus ipsius imperatoris. Verba autem concessionis sunt, *Damus tibi, & concedimus oppidum Castelis & tres villas*, &c. quæ verba important siue feudum, siue donationem idem est, quantum ad casum nostrum. & ideò non oportet multum hac in re laborare. Ego tamen sentio quòd potiùs importet donationem per ea quæ ponit Oldr. in consil. centesimo quinquagesimo nono. incip. ex præsenti themate quatuor. quem refert, & sequitur Alber. in rubrica C. de donat. Alexand. consilio vigesimo quarto. in prælud. feudorum. Dec. consil. trigesimo nono, ducentesimo octauo, ducentesimo sexagesimo nono, trecentesimo nonagesimo. Vnde cum illustris Vespasianus habeat titulum à vero domino, id est, ab Imperatore, licuit sibi possessionem redimere ab occupatoribus, id est, à Gallis. capitulo, dilectus. primo. de simo. maximè cum tali redemptioni consensum præstiterit ipse imperator. capitul. nuper. capitul. nisi. de donation. inter vir. capitulo primo. §. & si clientulus. versic. si non de alien. feud. in vsibus feud. Nec obstat, quòd ius eo tempore non erat in imperatore, sed in Ducibus Sforciacis: quia ad istud obiectum, in quo vertitur cardo totius litis respondeo tribus modis. Primo quòd imo ius erat in imperatore: quia Maximilianus Sfortia aduersus fidelitatem conuenerat cum Gallis, quo casu ceciderat à iure suo, & feudum reuertebatur ad dominum, non autem ad proximum agnatum, id est, ad ducem Franciscum: quia quoties vasallus committit aduersus dominum. vel aduersus legem feudi, delictum eius præiudicat etiam sequenti in gradu, & feudum consolidatur in dominum. capitulo primo. si vasal. feud. priu. not. in c. vnico. §. si vasallus. ff. de feud. del. fuo. controu. & est doct. Bart. in l. eum qui. ff. de interdi. & relæg. quæ doctrina est communiter approbata, vt per Alexan. consil. xxx. in primo volumine. consil. ij. consil. xix. in quinto volumine. Et est certissimum, quòd Imperator ex illo facto, quia tradidit arcem Gallis, & cum eis conuenit, habebat illum pro rebelle imperij: & ideo feudum Ducatus ad se pertinebat, & ita etiam obseruauit Modernus Imperator Carolus, qui noluit admittere Ducem Franciscum ex veteri inuestitura, tanquam illa expirauerit, sed dedit nouam, & quidem magno precio, vnde quòd ius in se seruauit idem, æquum est vt in alijs quoque obseruet l. prima. ff. quod quisque iuris. Cùm ergo vis esset tunc in Imperatore, potuit illud concedere Gonzagis, & ista responsio videtur mihi clarissima. Secundò respondeo, quòd etiam posito, quòd Imperator tunc ius non haberet, tamen adhuc sustinenda fit dicta concessio: cum enim consolidatum sit hodie vtile dominium cum directo, & superueniens ius in personam Imperatoris Caroli, debuit habere ratam concessionem sui fui, cui in Imperio successit: cum enim maximè conueniat celsitudini imperiali facere tales donationes l. cum plures. §. penultimo. ff. de adminis. tut. not. per doct. in l. pactum curatoris. C. de pact. debet successor hoc approbare. quia (vt ait Bal. in capitu

8 lo primo, qui succeſſ. feud.) † contractus prædeceſſoris obligat ſucceſſorem, dum tamen tale hoc faciat, non cauſa ſucceſſoris ſupplantandi, quòd abitror ego eſſe verum in donatione, prout in caſu noſtro: in feudo verò eſſet diſtinguendum, prout in d. c. j. & in c. vnico. §. moribus. ſi de feud. feu. contro. inter domi. & indiſtincte hoc procederet etiam in feudo, ſi præſupponamus Imperatorem Carolum fuiſſe hæredem aui ſui Maximiliani: tunc enim indiſtincte teneretur habere ratos contractus auctoris ſui, & ex iure ſuperueniente in perſonam hæredis confirmaretur conceſsio, quæ prius fuiſſet inutilis, per ea quæ habentur per Bart. & docto. in l. cum vir. ff. de vſucap. Tertiò reſpondetur, quod quicquid ſit circa ſupra ſcriptas rationes, res videtur clarior propter ſententiam Ducis Borbonij: habet enim pro ſe illuſtris Veſpaſianus rem iudicata. Nec obſtat, quòd dicta ſententia ſi redigatur ad rigorem iudicialem, videatur pati aliquis difficultates, quia reſpondeo quod Dux Borbonij locum tenens Cæſaris, & procedens ex perſona eius non tenebatur ſeruare ordinem iudiciorum in procedendo, vt eſt text. in c. ad petitionem. in fin. de accuſa. quem not. ad hoc Bal. in cap. ij. de nou. form. fid. Idem etiam tenent doct. in cap. in cauſis. extra, de re iud. & per Iaſon. in leg. fin. C. vnde legit. Item reſpondeo quòd cum Dux Franciſcus de facto & vi armata iſtum eiecisſet, debuit illud de facto attentatum, etiam de facto reuocari. gloſſ. in leg. minor. in prin. ff. de euict. Alex. Iaſ. Dec. in leg. ſi pacto quo pœnam. C. de tranſa. & facit quòd conſuluit Ludo. Rom. conſi. cccclxxxiij. in fin. vbi poteſt † iudex etiam non citato poſſeſſore, ei poſſeſſionem auferre, ſi ſciat notorie ſpolium ab eo commiſſum eſſe. Et hoc maximè dicendum in Duce Borbonij, qui erat optimè informatus de tali ſpolio, & qui debuit iudicare ſecundum conſcientiam, non attentis probationibus. per doctor. Bartol. in leg. prima. in fin. C. vt quæ def. ad. part. quem ibi ſequuntur doctor. & Guido Papæ deciſ. vigeſima nona. Nec obſtat quod non appareat de citatione peremptoria; quia cum Borbonius procederet ſummariè & de plano, non fuit neceſſarium aliud peremptorium, vt eſt text. in clement. ſæpe. verſicul. ſententiam. de verborum ſignificat. Item cum tale ſpolium eſſet notorium. pſi Duci, non fuit neceſſaria alia citatio peremptoria. capitulo cum olim. extra, de re iudic. per Abb. & Canon. in capitulo cum ſit. §. præterea. extra, de appellation. Et hoc maximè dicendum in dicto Duce, qui non tenebatur ſeruare ordinem iudiciarium, vt ſuprà dixi, ſatiſque fuit citaſſe aduocatum & procuratorem fiſcalem, qui ex ordinibus, & natura officij ſui erant procuratores ſpeciales ipſius ducis Franciſci, & ideo etiam in practica † videmus, quòd nunquam Dux ipſe citatur, ſed duntaxat ipſi fiſcales l. prima. in princip. ff. de offic. proconſ. Cæſar. per Cyn. & doctor. in l. ſi procurator. C. de eedend. & fortè tunc Dux ipſe Franciſcus non poſſidebat, ſed erat obſeſſus in arce Mediolani, & Cæſar ipſe poſsidebat: vnde fruſtra fuiſſet citandus. Quæ omnia dicta ſunt ad finem oſtendendi, quod non eſt verum quod obſtet exceptio notoria defectus tituli in hoc iudicio poſſeſſorio, non quod pars velit cumulare petitorium, & ideo concludo, partes reuerendiſſimi Dom. Cæſarei delegati, eſſe in reſtituendo præfatum illuſtrem Veſpaſianum ad poſſeſſionem dicti caſtri, tanquam ſpoliatum. Saluo iure partium in petitorio.

A

CONS. XXIX. SVMMÆ.

1 *Confeßio facta ſimpliciter in teſtamento non probat, eſt reuocabilis, niſi teſtator moriatur in eadem voluntate, quia valet in vim legati.*

2 *Teſtes ſingulares non probant.*

3 *Duo teſtes deponentes de confeßione facta, parte præſente, non faciunt, niſi ſufficientem probationem.*

4 *Mutuans pecunias, & recipiens pratum ad vtendum, donec ſibi reſtituantur pecuniæ, facit contractum vſurarium.*

5 *In contractu vſurario, fructus percepti computantur in ſortem.*

6 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

7 *Exceptio quæ obſtat principali, obſtat etiam cuilibet habenti cauſam ab eo.*

8 *Duo teſtes deponentes de confeßione extraiudiciali facta parte præſente, & acceptante, licet ſint ſingulares, tamen iunguntur vt plenè probent.*

9 *Vbicunque duo teſtes conteſtes plenè probant, tunc vnus teſtis facit ſemiplenam probationem.*

10 *Confeßio probata per duos teſtes plenè probat.*

11 *Si vnus teſtis deponit de veritate facti, alius de confeßione parte præſente facta, iſti teſtes iunguntur, & quilibet facit ſe miplenam, vnde probat plenè.*

B 12 *Duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis iunguntur, vt probent quandò tendunt ad eundem finem.*

13 *Duo teſtes ſingulares deponentes de confeßione extraiudiciali, non coniunguntur.*

14 *Teſtes ſiue ſint conteſtes, ſiue ſint ſingulares, ſingularitate adminiculatiua commodè probant.*

15 *Iudex debet applicare animum non ad vnum genus probationis tantùm, ſed etiam ad diuerſas, dummodò concludant in eundem finem.*

16 *Duo teſtes ſingulares probant ſemiplenè duas confeßiones, quæ geminatio illud auget, quòd per ſingularitatem fuerat diminutum.*

E 17 *Quando actor intentat exercitium directæ actionis alteri competentis, tunc confeßio principalis quocunque tempore facta, præiudicat agenti.*

18 *Quando eſt facta ceßio, & ſi confeßio ſit facta ante ceßionem, adhuc præiudicat ceßionario.*

19 *Quando conceßio fit à cedente, poſt ceßionem factam, de qua tamen ceßione debitor nullam notitiam habuit, iſto caſu præiudicat ceßionario.*

F 20 *Quando debitor habet ſimplicem notitiam ceßionis, & ceßio eſt facta commodo ipſius cedentis, tunc confeßio præiudicat ceßionario, ſicut præiudicaret cedenti.*

21 *Viri prudentes contrahentes, ſolent prius bene conſiderare inſtrumenta, antequàm conſentiant contractui.*

22 *Licet non ſit licitum ſubornare teſtem, tamen eſt licitum eum inſtruere, ad dicendum veritatem, ne propter ignorantiam peccet in teſtificando.*

23 *Contrarietas quæ poteſt concordari, nihil minuit de fide teſtis deponentis.*

G 24 *Contrarietas circa non principalia negotij, non uitiat dictum teſtis.*

25 *Modica falſitas non tangens negocium principale, non facit, vt ideò teſtis reprobetur.*

26 *Probabilis eſt obliuio, quæ conſiſtit in tempore.*

27 *Pluralitas debitorum non præſumitur, ſicut nec aliarum rerum.*

28 *In caſibus in quibus mulieres admittuntur ad teſtificandum, mulieres ſunt omni exceptione maiores, &*

earum

BIU Cujas

rum dictum facit semiplenam probationem, adeo quod deferatur iuramentum in supplementum.

29 *Bannum non operatur aliquem effectum extra territorium.*

30 *Infamis non admittitur ad dignitates.*

31 *Testis infamia facti comitatus, non reijcitur in causis peeuniarijs.*

32 *Improbus quis, si bannitus fuerit, & per sexaginta annos steterit probus, censetur purgata omnis macula per diuturnitatem tanti temporis.*

33 *In impubere non cadit doli suspicio.*

34 *Semiplenè probanti, debet deferri iuramentum in supplementum, &c.*

EXpenso processu causæ vertentis, inter magistrum Gulielmum, & nobilem Antonium, casus videretur dubitabilis. Et prima facie videbatur intentionem agentis esse fundatam per apocham, per eum productam, & instrumentum cessionis, ex quo pro parte Antonij conuenti, non videtur sufficienter probatum de liberatione seu solutione. Nam dato, quod testes per eum producti essent maiores omni exceptione, quod tamen negatur per aliquas rationes, quas infrà discutiam, nihilominus adhuc non est plenè probatum: nam Bertrandus Martini Notarius simpliciter attestatur, quod Britona creditrix in testamento voluit apponere confessionem, qualiter sibi satisfactum fuerat: sed ipse notarius non appposuit, tanquam talis confessio esse impertinens ad testamentum, sed istud dictum non videtur probare: † quia confessio facta simpliciter in testamento non probat, & est reuocabilis: nisi testator moriatur in eadem voluntate, quia valet in vim legati l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij. & ibi doct. & cano. in c. fi. de succes. ab inte. sed legatum non probatur, neque semiplenè per vnum testem, vt dicit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Nec etiã Margareta, neque presbyter Syfredus videntur probare: quia deponunt simpliciter de confessione extra iudiciali facta, parte præsente; & † sunt singulares: quia vnus deponit de vna, alius deponit de alia facta alio tempore: ergo non probant l. iurisiurandi. vbi Bald. C. de testib. & hoc in terminis videntur tenuisse Iaco. de Rauen. Petr. & Cy. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. Bal. in l. Publia. in fi. ff. depos. & est ratio: quia quælibet probatio est de se imperfecta. vnde non coniungitur secúdum Sali. in d. l. admonendi. quem ibi refert, & sequitur Io. Bap. de S. Seuerino. & suadetur ista opinio ratione, nam † si duo testes deponant de eadem confessione facta, parte præsente, certum est, quod non faciunt: nisi sufficientem probationem, vt per Bal. in d. l. Publia. & in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de cond. indeb. Abb. in c. cùm dilectus. de succes. ab inte. Pau. de Ca. consi. cccxciiij. quæritur Alex. consi. xxv. viso instrumento. in ij. vol. Fran. de Curte in repe. d. l. admonendi. ergo si deponunt de diuerso actu debet diminui de fide: quia aliàs sequeretur quod singularitas nihil operaretur, quod est absurdum. d. l. iurisiurandi. Sed his non obstantibus, puto dictum Antonium esse absoluendum, pro cuius euidentiore declaratione videbimus de duobus. Primò, nunquid sit fundata intentio creditoris ex apocha. Secundò nunquid dictus Antonius plenè probauerit exceptiones suas. Circa primũ, vt apparet ex lectione apochæ, iste creditor † mutuauit Antonio centum florenos, Antonius dedit sibi pratum ad vtendum fruendum donec illi restituisset dictas pecunias, certè iste contractus est vsurarius, & † debet creditor sibi computare fructus in sortem, vt est tex. apertus in c. j. extra, de vsur. vbi Abb. & alii notãt. & istud non habet difficultatẽ: & propterea si Antonius satisfecit de illis centum florenis, competit sibi actio ad repetendum dictos fructus, etiam ab hæredibus. c. tua nos. eod. tit. de vsur. quia tenetur † hæres exonerare conscientiam defuncti. c. fi. de sepult. c. à vobis. ij. de sent. excom. Pet. de Anch. in reg. peccatum. de regu. iur. in vj. Abb. in c. ij. de præscri. si verò non satisfecit potest eos fructus computare nedum aduersus hæredem, sed etiam aduersus cessionarium: quia † exceptio quæ obstaret principali obstat etiam cuilibet habenti causam ab eo l. in his. §. non debet. ff. de reg. iur. Bal. consi. lxv. in iij. facit quod not. Bar. in l. si superatus. ff. de pign. Circà secundum dico quod imo Antonius plenè probauit exceptionem suam, & sic liberationem. Nam verior est opinio, quod imo duo testes † deponentes de confessione extraiudiciali facta parte præsente, & acceptante seu ad instantiam ipsius, licet sint singulares, tamen iungantur & plenè probent. pro qua opin. adduco: quia † vbicunque duo testes contestes plenè probant, tunc vnus testis facit semiplenam probationem, secundum Bar. in d. l. admonendi. post gl. ibi, sed † confessio probata per duos plenè probat, vt §. dixi. & per Bald. consi. cccxlvij. in iij. volu. ergo vnus facit semiplenam probationem. sequitur ergo quod dictus presbyter Syfredus faciat semiplenam, dicta Magareta faciat aliam semiplenam, & sic resultet plena probatio, confirmatur, quia † si vnus testis deponat de veritate facti, alius de confessione, parte præsente facta, isti testes iunguntur & quilibet facit semiplenam, vnde plenè probant, vt dicit Alex. in l. Gallus, §. ille casus. versi. sed pro istorum intelligentia. ff. de lib. & posthu. Aret. & Mod. in c. cum causam. extra. de proba. Bal. consi. ccxviij. præsuppositio statuto. in fi. in j. volu. Pau. Cast. consi. cix. visa petitione. in ij. volu. in nouissimis. & dicit Ias. esse cõmunem opin. in repe. d. l. admonendi. versi. item adde in quantum Bar. cum ergo quilibet facit semiplenam probationem in casu nostro, consequenter est, vt iungantur, & plenè probent per doct. Bar. in d. l. admonendi. versi. his præmissis, quæro. vbi concludit, quod † duæ semiplenè etiam diuersi generis iunguntur, vt probent, quando tendunt ad eundem finem, prout est in casu nostro: quia istæ probationes tendunt ad finem, vt fidem faciant iudici, quam fidem debet iudex colligere, nedum ex vno genere probandi, sed etiam ex pluribus l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & in terminis istam partem consulendo firmauit Pau. de Cast. in d. consi. cix. & in consi. cclxix. viso processu agitato in ij. vol. circa fin. Franc. de Curte in d. l. admonendi. & licet Ias. in d. l. admonendi, versi. per ista considera. reprobet Pau. de Cast. per not. per Anto. de But. in c. licet ex quadam. de testi. vbi dicit Ant. quod † duo testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali non coniunguntur, tamen idem Ias. sequutus est Paul. de Cast. & bene, quia Butrius debet intelligi de confessione, quæ facta est, absente parte, de qua etiam per Alex. cons. iij. pon

dera-

deratis in ij. si verò sit facta præsente parte vera, & communis conclusio est, quod iungantur, & probent per suprà dicta, & facit quod not. Socin. consil. cclxij. in causa magnifici. Roman. consil. cxxvij. posito, quòd dominus Dec. consil. clxiij. vers. & per hoc non obstat. Est verum, quòd dum ipsi intelligunt idem esse si deponant de confessione facta parte absente, quod ego istud non puto verum, sed quando pars fuit præsens casus est expeditus. Non obstant not. per dos. in d. l. fin. C. quæ sit lon. consue. & Bald. in d. l. Publia cum simil. quia loquuntur in probatione mutui, in qua confessio non simpliciter probat actum naturalem, sed nouam speciem contractus scilicet mutuum ciuile. vnde si vnus probet de vero actu, & sic mutuo naturali alter deponat de mutuo ciuili, tanquam deponentes de diuersis rebus non coniunguntur. secùs est in alijs contractibus, secundùm Iaso. in d. l. admonendi. & Deci. in d. c. cum causam. cum simil. Non obstat alia ratio: † quia idem est siue testes sint contestes, siue sint singulares singularitate adminiculatiua: quia eodem modo probant, secundùm Bald. & Alexand. in d. §. ille casus quia † debet iudex applicare animum non ad vnum genus probationis tantum, sed etiam ad diuersas: dummodò concludant in eundem finem d. l. iij. per Bartol. in d. l. admonendi, & sicut duo contestes plenè probant vnam confessionem, ita † duo singulares probant semiplenè duas confessiones, quæ geminatio illud auget, quòd per singularitatem fuerat diminutum. argum. l. Balista. ad Trebell. per Felin. in c. si cautio. de fid. instrumen. versicul. fallit vltimo. & suprà dicta debent tanto facilius procedere in confessione, quæ fit ad liberandum, prout est casus noster, quæ quidem confessio facilius probat, vt est gloss. in l. non solum §. si liberationis. ij. ff. de libr. leg. & consuluit pluries Bald. de quo etiam per Felin. in d. c. si cautio. in vij. fall. Ioan. Baptist. de S. Seuerino. in d. l. admonendi. versicul. tertius sit, &c. Et sic concluditur per dictos duos testes esse plenè probatam liberationem, quorum dictum adhuc confirmatur per arrestationem dicti notarij, quæ valdè adminiculatur, & deducit iudicem in probabilem credulitatem. vnde procul dubio venit dictus Antonius conuentus absoluendus. facit quod not. Paul. Castrens. in d. l. admonendi. & in d. l. Lucius. ff. de his, qui notant. infam. Aduertendum est etiam, quia cum dictus presbyter Syfredus sit ille, qui fuit hæres institutus à dicta Britona, & iste actor veniat tanquam in transactione cum eo facta omnia credita fuerint sibi assignata, non potest venire nisi ex iure, quod consequutus est à dicto Syfredo, & propterea confessio Syfredi presbyteri præiudicaret ipsi agenti, sed quia non vidi transactionem, non possum firmare clarè, an talis confessio prædicet agenti, solummodò ponam aliquos casus claros in iure, ex quibus d. Iudex poterit informari, quid in præsenti casu agendum sit. Et primus casus est, quando alter intentat exercitium directæ actionis alteri competentis, quod est, quando † est simpliciter constitutus procurator, vel est facta simplex assignatio crediti, non autem cessio actionis, & tunc confessio principalis quocunque tempore facta præiudicat agenti, vt per Cyn. & Iaco. de Aretin. in l. fin. C. de procur. per Ioan. de Imol. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebell. & facit quod not. Ioan. Andr. in addi. Specula. in titul. de defensore. in addi. vltim. vbi

A

B

C

D

E

F

G

18

19

20

21

22

propit, an confessio domini nocuerit defensori. Secundus casus † est, quando facta est cessio, & si confessio sit facta ante cessionem adhuc præiudicat cessionario per regulam is, qui in alterius de regu. iur. in vj. & l. si superatus. ff. de pigno. & not. Rapha. Comens. consil. xxx. in fin. Istud autem quod sit facta confessio ante cessionem, non probatur ex sola inscriptione diei, appósita in apocha, quia potuit esse anticipata dies in fraudem l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Paul. Castrens. consil. cxxxiij. Ser. Ludouicus in j. volumin. in nouissimis. vndè requiritur alia probatio. Tertius casus † est, quando confessio facta cadente post cessionem factam, de qua tamen cessione debitor nullam notitiam habuit, & etiam isto casu præiudicat cessionario l. fin. ff. de transact. Din. Cin. Ruin. Bartol. & Imol. & Paul. de Castr. in d. §. si hæres. & sufficit, quòd debitor habuerit notitiam etiam alio modo, quàm per modum positum in l. iij. C. de noua. vt per Iacob. Butr. Bald. & Angel. in l. actor. ff. de procur. nisi cessio esset periculo cedentis, quia tunc requiritur scientia per viam, de qua in d. l. iij. secundùm Ioan. de Imol. in d. §. si hæres. ita intelligentem opin. Din. Cin. Rayn. ibi, & faciunt not per Albert. Rosa. in l. fin. C. de procur. & in l. si actor. C. eo. Quartus casus † est, quando debitor habet simpliciter notitiam cessionis, & cessio est facta commodo, vel periculo ipsius cedentis, & tunc confessio præiudicat cessionario, sicut præiudicaret cedenti, secundùm Iacob. de Aren. & Bartol. in d. §. si hæres. per Anto. de Butr. & Maria. Socin. in c. in pertractandis. in quæstion. xxx. extra, de iur. calumn. & dicitur facta periculo cedentis etiam quando cessionarius est habiturus cum effectu regressum contra cedentem, puta quia cedens promiserit de euictione, vel aliàs teneatur alia actione versus cessionarium: & ita saluatur opin. Guid. de Suza. & firmauit Albert. Galeo. in sua margarita, & Hubertus de Eugubio quos refert, & sequitur Ioan. Andr. in addi. Specul. titul. de cessio. act. §. j. versicul. sed nunquid. & firmat Ioan. de Imol. in d. §. si hæres. & ista opinio habet magnam æquitatem, vt not. latiùs in dicto loco, & consequenter, si sumus in aliquo istorum casuum, confessio ipsius Syfredi presbyteri hæredis nocebit cessionario, pro ea parte pro qua cessionarius habet causam ab eo. Nec obstant obiectiones, quæ adducuntur contra istos testes. Et primò dum dicitur, quod dictus Syfredus est vir grossus, qui nesciret facere talem quitantiam, nisi instructus fuisset ab ipso Antonio: quia etiam dato quod istud sit verum, non sequitur, quin quitantia sit vera, interfuit enim ipsius debitoris, qui satisfecerat videre quitantiam, & curare quod bene scriberetur: ne talis liberatio refricaretur vnquam in dubium: imo † viri prudentes contrahentes solent prius bene considerare instrumenta antequam consentiant contractui, prout dicit Paulus Castrens. in l. contractus. C. de fide instrum. nec reperitur, quod istud sit prohibitum, facit quod not. Felin. post alios in c. præterea. de testibus cog. vbi † licet non sit licitum subornare testem, tamen est licitum eum instruere ad dicendum veritatem ne propter ignorantiam peccaret in testificando, puta quia minus diceret. Nec obstat, quod videatur iste testis sibi contrarius, quia dicit, quod de duobus annis, & vltra ante mortem ipsius Britoniæ fuit rogatus ad conficiendam dictam quitantiam, & tamen ex qui-

BIU Cujas

ex quitantia apparet, quod fuit facta, nisi de paucis mensibus ante mortem ipsius. Nam respondeo, quod hic est nulla contrarietas: quia stat simul, quòd fuerit rogatus de duobus annis ante, & tamen eam non fecerit, nec habuerit pro perfecta,
23 nisi à die descripto in ipsa quitantia: † vnde cum ista contrarietas necessario non inferatur, sed possit concordari, nihil deminuit de fide ipsius, vt habetur in c. cum tu. extra, de testibus. Præterea ista † contrarietas non est circa principalia negotij, quia nihil refert, qua die fuerit facta quitantia.
24 vnde talis contrarietas non vitiat dictum testis, secundùm Anton. de Butr. in cap. ij. in fin. de regu. &
25 † modica falsitas non tangens negotium principale non facit, vt ideo testis reprobetur secundùm Bald. & Imol. l. his verbis. §. fin. ff. de hæred. instit. Alexand. consil. v. in causa inquisitionis. in j. Decius consil. clxiij. versicul. xj. Præterea non est præsumenda hic falsitas, sed potius error: quia vt dicit Bald. in l. presbyteri. C. de epis. & cle.
26 † probabilis est oblivio in tempore consistens, allegat Innocen. vt ibi per eum. Non obstat, quod Margareta dixerit se nescire, de quo debito loquerentur, & consequenter posset esse de alio, quia respondeo, quòd imò præsumitur, quòd sit de
27 isto, ex quo † pluralitas debitorum non præsumitur, sicut nec aliarum rerum l. omnium. vbi Mode. C. de testam. c. in præsentia. vbi Decius in ix. not.
28 de probat. & licet sit mulier † tamen dicitur maior omni exceptione, & facit semiplenam probationem, ita quod ex solo mulieris dicto potest differri iuramentum in supplementum probationis ex quo sumus in casibus, in quibus mulieres admittuntur, vt dicit d. Ioan. Baptist. de S. Seuerino in repet. d. l. admonendi. verficu. hic inseri potest quæstio. Non obst. quod ille notarius est bannitus a Comitatu Venaysini: quia tale bannum
29 non † operatur aliquem effectum extra territorium bannientis. vnde in loco Buxi est persona integra, & maior omni exceptione, & admissibilis ad omnes dignitates l. ij. §. ex actis. vbi dicit Bald. Albert. de Rosata seruari. ff. de origin. iur. Nellum de S. Geminiano in tracta. bannitorum. in iij. parte, secundū temporis quæstio. lxj. & tamen si esset
30 † infamis non deberet admitti ad dignitates l. ij. C. de dign. lib. xij. c. infamibus. de regu. iur. in vj.
31 &. dato, quod aliqua infamia saltem de facto eum comitatur, prout aliqui tenuerunt, tamen non propter hoc reijcitur eius testimonium in causis pecuniarijs, vt est communis opin. in l. cunctos populos. vbi Iaso. C. de summ. trin. & fid. catho. & in c. testimonium. extra, de testibus. & ista maxime procedunt in eo, qui fit bannitus ex contumacia, de quo per Bartol. in l. ictus. fustium. ff. de suis, qui notant. infam. Alexand. consil. cxiiij. in ij. Albert. de Rot. in l. ex ea. ff. de postul. & cum
32 iste † fuerit impubes bannitus, & steterit probus per 60. annos, certè censetur purgata omnis macula per diuturnitatem tanti temporis. arg. l. si quis diuturno. ff. de pœn. & facit text. in §. nam & si vitium. in authen. de monach. per Roman. consil. cxxxvj. & per Iaso. l. si prius. in iij. oppo. iij. part. princip. Bartol. ff. de oper. nou. nun. & quod not. Guid. Papa. quæst. Delph. cclx. Præsertim
33 cum fuerit bannitus impubes, & † existens in ætate, in qua non cadit suspitio doli l. j. C. de fals. mo. l. Pupillus fin. fari. ff. de acquirend. hæred. Et dato, quod casus esset dubius, quod non est verum per supradicta, non potest negari, quin petenti deberet deferri iuramentum in supplementum probationis, & hoc indistincte, ex quo plusquam † semiplenè probauit, vt habetur in dict. l. admonendi. 34

CONSIL. XXX. SVMMA.

1 *Doctorum opinio cum sit de processu, in actis est referenda.*

2 *Si in sententia fiat relatio ad opinionem doctorum, quod secundum eam iudicatur si appareat, non ita esse sentia, est ipso iure nulla.* B

3 *Doctorum opinio ex causis sequenda.*

4 *Iudex qui habet iudicare cum consilio aliquorum, non tenetur illud sequi.*

5 *Arma potiùs quam iura scire milites legislator existimat.*

6 *Quando fit commissio de aliqua re alicui, cuius rei peritiam non habet, non sufficit quod talis habet consilium, sed debet illud sequi.*

C 7 *Qui ex forma legis accipere consilium debet, illud etiam sequi tenetur.*

8 *Princeps est lex animata in terris.*

9 *Participium secuta quid denotet.*

10 *Opiniones doctorum in iudicando sunt sequendæ.*

11 *Ex eo quod post secutum est, colligitur quod à principio actum fuerit.*

12 *Plures coniecturæ licet per se non sufficiant, collectæ tamen sufficiunt.*

13 *Inferior à Principe non potest supplere nullitates, vt si supplent actus est nullus.* D

14 *Legatus quando in mandato suo habet, quod possit facere quicquid Papa potest, debet posse dispensare etiam circa processum, quia illa clausula habet vim mandati specialis.*

15 *Partes litigantes sub iudice incompetentis, & nihil opponunt processus coram eodem iudice, factus valet.*

16 *Clausula in principio posita, modificat omnia subsequentia.*

17 *Qui fundat intentionem suam in aliquo, illud debet probare.*

18 *Rei conuenti actore non probante sunt absoluendi.*

19 *Citatio cum termino vnius brevi dato ad comparendum vitiat processum.*

20 *Priuatus sua possessione per tres sententias, nullas potest petere se restitui in sua possessione, & debet etiam restitui ad fructus non solùm perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt.*

21 *Qui acquieuit executioni sententiæ, nullæ videtur sententiam approbasse.*

E 22 *Qui voluntate propria amisit possessionem, nō potest pretendere se spoliatum.*

23 *Iuri dicente de nullitate præscribitur 30. annis.*

24 *Remedium restitutorium 30. annis præscribitur.*

25 *Sententia nulla non constituit, quem in bona fide.*

26 *Per præscriptionem 30. anno. purgatur omne vitium etiā reale.*

27 *Restitutio in integrum propter præsumptam ignorantiam non videtur habere locum in præscriptione excedente quadraginta annos.*

G 28 *Qui dicit iudici se paratum esse obedire mandato eius, ex simili responsione non arguitur aliquis consensus, quò minus dici possit de nullitate.*

29 *Sententia nulla ex consensu partiū conualidari non potest, in vim sententiæ.*

30 *Executio trium conformium, licet nullarum propter nullitatis obiectum impedire non potest.*

31 *Consentiens executioni sententiæ, nullæ non censetur renūtiare nullitati.*

32 *Heres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*

33 Re-

BIU Cujas

33 *Restitutio in integrum; ropter ignorantiam competit etiam lapsis quadraginta annis.*

34 *In præscriptione longi temporis ipso iure tempus nõ currit contra pupillos, quatenus verò sunt adulti, currit ipso iure, sed competit restitutio.*

OMISSIS multis, quæ in præsenti casu possent adduci, breuiter attingã, quæ ad victoriam mihi sufficere videantur. & quia quamplurimę nullitates deducuntur, circa quas arbitror ab alijs eleganter fuisse allegatum, de vna tantummodo verba faciam, per quam clarissimè de iure magnifici D. Antonij agentis ostendetur. Et quia in facta constat commissionẽ per regiam maiestatem factam fuisse D. Senescallo, vt sequuta q̃rundam doctorum opinione, iudicaret, qui deinde in sententia se eorum opinionem formaliter insequi velle dicit, & suppleret defectus processus iuxta constitutionum regiarum formam. ex quib⁹ verbis apparet euidens nullitas sententiæ, cùm enim ista opinio † doctorum sit de processu: & ideo in actis relata sit, prout etiam referri de iure debuit. c. dudum. extra, de elect. per Spec. in titu. de disput. & alleg. §. porrò. versic. & not. Pract. Papien. in tit. de forma petit. instr. copi. circa princ. & † in sententia fiat relatio, quòd secundùm eam iudicatur si appareat non ita esse, sententia est ipso iure nulla. vt per Bart. & doct. in l. j. C. de erro. calculi. cum concord. In consilio enim doctorum concluditur processum fuisse nullum, & ita iudicandum esse, nisi Rex eos defectus suppleret. vnde cum ipse Rex non suppleuerit, sequitur quòd non est seruata forma consilij. Confirmatur † & secundo, quia videtur verior opinio, quod iste D. Senescallus teneretur sequi eorum sententiam: nam licet dicant doct. quod † iudex, qui habet iudicare cum consil. aliquorum, non tamen tenetur illud sequi. c. cùm olim. extra, de arbit. cum in veteri. de elect. l. quidam. §. j. ff. de admi. tut. tamen istud non procedit, quando alia est coniectura mentis ipsius cõmittentis, vt dicit Hosti. in sum. de his quæ fiunt à prælatis sine consi. cap. versi. ego dico. sequitur Raph. Com. consi. lv. duo habentes. & per Modern. in c. si pro debilitate. extra, de offic. delega. colligitur autem ista mens in casu nostro ex aliquibus coniecturis. Primò ex eo, quod sibi nominatim fuit dictum, quorum doctorum opinionem haberet. vnde videtur, quod illi doctores fuerunt confidentes partium: quo casu legitima est præsumptio, q̃ actum sit, vt eorum sententia obseruaretur prout concludit Raph. in d. consi. Secundò, quia agebatur in hac causa de difficillimis iuris articulis, q̃rum notitiam D. Senescallus: qui erat miles verisimiliter non habebat: † arma enim potius, quàm iura scire milites sacratissimus legislator existimauit l. fin. in prin. C. de iure delib. sed quando † fit talis commissio huiusmodi viro de re, cuius peritiam non habet, non sufficit habere consilium, sed debet illud sequi. argu. l. impuberibus. ff. de susp. tut. per Doctor. Ant. & Ioan. de Imo. in d. c. cùm olim. & Alexand. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. & facit ratio, debent enim doctores ideò non teneri iudicem sequi consilium: quia satis est, si illud consilium illi suadeat, in quam sententiam, potius ire debeat, quod non potest habere locum in casu nostro, in quo propter articulos iuris in ea difficultate versentes, erat iudex penitus incapax talis suasionis. Tertiò, quia sicut in eo † qui ex forma legis accipere consilium debet, lex dicit, quod etiam illud sequi tenetur d. l. impuberibus. vbi Bartol. & per Ang. Aretin. in §. consequens. instit. de susp. tut. Idem videretur dicendum in eo, qui ex forma commissionis principis iudicat ex quo † Princeps est lex animata in terris, vt in istis terminis est glo. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. per text. in §. pe. in fi. in auth. de consulibus & simili argumento vtitur Ias. in l. quoties. C. de rei vendi. Quartò, quia verba commissionis hoc inferre possunt, dum datur illi facultas definiendi, sequuta opinione doctorum, quod participium, † sequuta, relatum ad definitionem, ostendit non posse ab ea opin. recedi, & istud suadet subiecta materia. cõstituunt enim doctorẽs differentiam, an dicatur, quod quis procedat cum consilio, an cum consensu, quia ex consilio nemo obligatur ad illud sequendum: secùs ex consensu: sed hîc nõ sumus in his dictionibus, sed in verbo, opinione. in quo subiecta materia importat, vt iudex eam sequatur: quia † opiniones doctorum in iudicando sunt sequendæ l. ij. in fin. versic. Primus diuus Augustus. ff. de orig. iur. & sic perinde est, ac si dictum esset consensu. Quintò, suadetur hæc opinio, quia (vt apparet ex sententia) egit iudex, vt formaliter tale consilium sequeretur: vnde † ex eo quod post sequutũ est, colligitur quòd à principio actum fuerit l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. litibus. C. de agr. & censi. per D. Flo. & Fulg. in l. non est necesse. ff. de proba. & per istas coniecturas satis apparet, quòd debuit iudex sequi dictas opin. & dato, quod † aliquæ ex his cõiecturis singillatim non essent sufficientes, collectæ tñ debẽt sufficere l. ij. §. j. ff. de excus. tut. & per Bartol. in l. j. §. ij dem Cornelio. ff. de quæstio. vnde apparet, quod nisi iudex sequutus fuerit dictas opin. sententia est nulla c. ex parte. vbi latè per Moder. de constitut. & habetur in præallegatis locis. Tertiò, confirmatur hæc opin. quia dato etiam, q̃ potuisset iudex recedere à dictis opinionibus, tamen ex lectura sententię apparet, quòd noluit recedere, vnde si recesit, sententia non valet c. cum super. extra, de offic. deleg. & quod not. Fede. de Sen. consi. cciiij. in c. vicarius. iuxta illud vulgare, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. & quod recesserit, apparet, quia debuit pronuntiare processum esse nullum, nisi Rex suppleuisset: & tamen pronuntiauit eam valere, & ipse suppleuit, attentis regijs constitutionibus. Quod autem nõ posset ipse supplere probatur eo fundamento, q̃ † inferior à principe non potest supplere nullitates. ex quo non habet potestatem super hoc, & si suppleat, actus est nullus, vt per gloss. in cle. sæpè. in verbo, mandamus. de verb. signifi. vbi Modern. attingunt, & habetur in l. nemo potest. ff. de leg. j. sed contra hoc duo obstant. Primò, quia videtur, quod ex forma commissionis potuerit supplere, *in qua Rex illi committit vices suas totaliter cum potestate exequendi quicquid ordinauerit*: quæ verba propter sui generalitatem videtur comprehẽdere istum casum: sicut videmus, quod † quando legatus in mandato suo habet, quod possit facere quicquid Papa potest, debet posse dispensare etiam circa processum: quia hæc clausula habet vim mandati specialis. argum. not. Bartol. in l. procurator cum libera. ff. de procur. & firmat Anton. in c. exposuit. de dila. & Alber. in c. cum dilecti. extra, de iudic. Secundò obstat, quia dixit se hoc facere vigore constitutionum regiarum, quatenus expediat, nã dato, quod nullæ constitutiones reperiantur super hoc, non tamen sententia ideò debet esse nulla, ex quo talis error non est euidens, nec potest ad oculũ demonstrari:

BIU Cujas

strari: quia posset accidere, quod tales constitutiones essent extrauagantes, quarum tamen cognitionem ipse haberet, vt per Barto. & docto. in l. cum prolatis. ff. de re iudic. per Innoc. Abb. & Moder. in c. P. & G. de offic. delega. quæ sententia tantum magis procederet, si teneremus, quod imo nó fuit necessaria aliqua suppletio ad dictum processum: quia dato, quod Rex auocauisset ad se causam appellationis simpliciter, tamen ex quo partes litigauerunt sub dicto iudice, & nihil opposuerunt valet processus secundum Innoc. & Compost. in cap. cæterùm. de rescrip. & per Perus. in c. vt nostrũ in quarto & quinto calu, de appellat. Sed his non obstantibus, adhuc dicendum est dictam sententiam esse nullam. Non obstat prima ratio, quia ex quo in mandato regio commissio erat, vt mediante iustitia, Senescallus dictam causam terminaret, licèt deinde committantur totaliter vices regiæ, tamen intelligitur secundum præmissa, videlicet, mediante iustitia. argu. clem. j. & ibi not. de præbend. & † quia clausula in princ. posita modificat omnia subsequentia l. iij. §. j. ff. de libe. & posthum. nec est verisimile, quod per talia verba sit sibi concessa facultas conualidandi actum nullum, & sic agendi contra leges l. formam. C. de offic. præf. præt. & quod habetur in c. dilecti. secundum primum intellectum. extra, de iudi. Præsertim cum eo ipso, quod processus erat nullus, ius fuerat quæsitum Domino de Auroſono tunc reo conuento, in cuius præiudicium non est dicendum quod potuerit Senescallus supplere, vt habetur in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. facit quod no. in l. ij. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publi. Non obst. secundùm, quia nisi ostendatur extare regias constitutiones illi tribuentes, facultatem supplendi, sententia erit nulla. fundata enim est intentio dicentis nullam, ex processu & sententia, ex quibus apparet alio non constito, iuncta etiam dispositione iuris communis, quod Senescallus non poterat supplere. † vnde cùm istæ constitutiones sint fundamentum intentionis pro validitate, agẽtium ad eos pertinet probare iuxta glo. in ca. venerabilibus. in fin. de sententia excom. in vj. in clem. fin. in glo. pen. de rescrip. & alio non probato, sententia est euidenter nulla: quia lata fuit, non seruata forma consilii, quod sequi debebat, vt ſ. concluſi. Et ideò hîc non est quærendum, an valuerit processus factus post aduocationem causæ: tum quia nullitas causabatur etiam ex aliis causis, vt existimo apparere ex dicto consiliõ, tum quia satis est non fuisse iudicatum secundùm formam consilii. Et prꝛterquam, quod ista opinio est verior in iure, habet etiam in se maximã æquitatem, quia vt videri potest ex processu, & cõsilio dictorum doctorum pars aduersa deiecit istos agentes seu eorum maiores de possessione propter immoderatos fauores. propter quos apparet, quàm indebitè fuerint isti de Auraisono grauati. Primò ipsi erant possessores, † rei conuenti, vt de, actore non probante: erant absoluendi. l. Arrianus. ff. de act. & obli. l. qui accusare. C. de eden. & tamen videmus factum contrarium. dum ordinat errores processus suppleri debere per Regem. Secundò, quia cum dictus Senescallus fortè declarasset dictis qui obtinuerunt quod suæ intentionis esset, eadem die fecerunt emanare decretum commissionis Regiæ, & quod iudex iudicaret. vnde apparet fauor satis irrationabilis, & nisi Rex declararet se prius ore tenus commisisse, esset manifesta nullitas iuxta not. in l. prolatam. C. de sen-

Terriò, istud apparet † ex citatione, quæ fuit præsentata cum nimis breui dilatione, cùm enim reperrus esset reus conuentus Auraisonæ, quæ distat per x. leucas ab vrbe Aquensi, debuerat saltem habere terminum duorum dierum iuxta l. in itinere. ff. de verb. signif. & lege, j. ff. si quis cau. & tamen in effectu habuit nisi vnum diem. Quartò constat, de immoderato fauore partis ex eo: quod iste reus nõ reperiebat aduocatos propter potentiam aduersarii, & necesse fuit supplicare Regi, qui prouideret de aduocatis, vnde satis potest æquus iudex comprehendere, quomodo fuerit iste processus tunc agitatus. Quintò, cum in consilio dictorum iurisperitorum esset clausula ad vtilitatem ipsius domini Auresoni pertinens, videlicet, quod sibi soluerẽtur dc. Florent. iudex eã partem suspendit, & executus est omne, quod in eius damnum pertinebat, & fecit restitui pignus, & suspendit restitutionem pretij. contra l. in summa. C. de pign. Sextò, etiam in consilio doctorum sunt multa in manifestam læsionem iurium ipsius Auresoni, sed quia hîc agitur de nullitate, non autem de iniustitia vlterius non insistam, satis sit esse demonstratum omnem æquitatem militare in fauorem ipsius nunc agentis. Secundus principalis articulus est dato, quod sententia fuerit nulla, nunquid hodie possit de nullitate dici, & agi hoc modo, quo actum fuit? & clarum est, quod † priuatus possessione sua etiam per tres sententias nullas potest petere se restitui in sua possessione, & debet etiam restitui ad fructus non solum perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt c. cum causa. vbi Abb. Imo. & Moder. extra, de offic. deleg. per D. Philip. de Perus. in repe. c. dilecto. de appella. & hoc etiam aduersus singulares successores c. sæpè. de resti. spo. & iij. q. j. c. redintegranda. sed difficultatem in nostro casu facit duo. Primum est, quia videtur dominus Ecclarius tunc reus conuentus † acquieuisse executioni, & approbasse dictam sententiam, quia iussus à iudice, vt dicta castra expedita, & libera traderet, & possessionem relaxaret victori, respondit se paratum obedire mandatis eius, & sic videtur sententiam approbasse l. ad solutionem. cùm ibi not. C. de re iudi. & quod not. Bal. in l. eum qui. in iij. quæstio. C. de iurisd. om. iudi. & Card. vbi in terminis ita dicit se obtinuisse in c. cum ex officii. vbi Fel. refert. extra, de præscr. & idem Cardi. in suis notis causarum not. clxxxxviij. inci. quod confessio. Feli. in c. significasti. de foro competen. vnde † cùm de eius volũtate amissa sit possessio, non potest prętẽdere se spoliatum. c. ij. extra, de resti. spolia. & sic corruit iudicium. Sextum, quod obstat est, quia cum lapsi sint lxiij. anni, videtur, quod possessores sint tuti per præscriptionem, nam siue loquamur quo ad ius dicendi nullum tali iuri præscribitur xxx. annis. l. sicut. C. de præscrip. xxx. ann. per Spec. in tit. de senten. §. iuxta. in fin. Bald. in ca. sæpè. Imo & Perus. in ca. dilecto. de appella. siue loquamur quo ad † remedium restituторium. dict. can. redintegranda iij. q. j. quod videtur intentatum etiam illud xxx. annis præscribitur, vt dicit Gofr. Anto. de But. Abb. & Imo. in ca. solicitè. de restit. spolia. Soci. in l. rem, quæ nobis. in xiij. q. ff. de acqui. poss. Et dato, quod illi de Nysono, qui obtinuerunt essent in mala fide, ex quo † sententia nulla non constituit in bona fide dict. ca. cum causa. & per But. & alios, in ca. si diligenti. de præscrip. tamen, si ista castra peruenerunt in singulares successores cum titulo, in quibus † per præscriptionem xxx. annorum purgatur omne vitium etiam

BIU Cujas

restitut. §. ad hæc. C. de ann. except. Bart. in lege, A
sed quæritur. §. fundum. ff. de vsucap. Alex. l. Pompo-
nius. §. cum quis. ff. de acq. poss. & ideò cùm ipsi
essent in bona fide debuerunt posse præscribere
tamius possessionis, quàm dominii. Nec deberet
concedi in integrum restitutio propter ignoran-
27 tiam præsumptam: quia † talis restitutio non vide-
tur habere locum in præscriptione excedente xl.
annos per text. in l. omnes. C. de præscr. xxx. vel
xl. anno. in fin. & consuluit Alexan. consilio cl. &
consi. clxviij. in j. vol. Soci. in consilio j. & consi.
xxxviij. in iij. Dec. consilio xxviij. Nec etiam vide-
retur esse concedendam restitutionem propter
minorem ætatem aduersus præscriptionem: quia
si præscriptio incœpit à defuncto maiore, & fuit
completa existente ipso domin. Antonio maiore
non haberet locum restitutio l. j. vbi glos. in verbo,
iudicii. C. si aduers. rem iudi. doct. in l. quod tem-
pore. C. de restit. milit. Sed tamen his non obstan
tibus, puto secundum intentionem dom. Antonii
esse pronuntiandum. Non obst. quod Do. Elcia-
rius per illa verba videatur acquieuisse sententiæ:
28 quia ad hoc respondeo dupliciter. Primò, quia †
illa responsio fuit facta ad mandatum ipsius iudi-
cis, vnde non arguitur aliquis consensus, quomi-
nus possit dici de nullitate, vt probatur ex text. in
cu. quoad consultationem. vbi Io. de Imo. & Mo-
der. extra, de re iudi. & per Aret. in ea. significaue-
runt. de restit. videtur enim respondisse se para-
tum obedire magis ex necessitate, & timore iudi-
cis, quàm ex vero consensu, & sponte, vt ibi per
29 Aret. in. Secundo respondetur, quod cùm † senten-
tia esset nulla, vt ostendi clarum est, quod ex con-
sensu partium non potest conualidari in vim sen-
tentiæ, vt per Bar. in l. j. C. qui pro sua iurisd. &
licet possint cõfirmari in vim pacti per tex. in l. ij.
C. com. vtr. iud. tamẽ istud intelligitur, si appareat
de consensu vero consentientis, qui non est in casu
nostro: cum enim tres sententiæ interuenissent,
30 non † poterat propter nullitatis obiectum, execu-
tio impedin. Cl. vt calumniis. de re iudi. vnde da-
31 to, † quod consensum sit executioni non tamen cẽ-
setur renuntiatum nullitati, imo dicit glo. in dict.
clem. j. in verbo, admittatur. quod ex quo, is, qui suc-
cubit non admitteretur ad dicendum de nullitate,
nisi prius sententia plenariè executa, consilium
est, vt vltro se offerat exequutioni ad finem, vt quã
primum possit dicere de nullitate, & cum illa gl.
ibi transeunt omnes scrib. & facit doct. Bart. in l. j.
§. & patui. in fi. ff. quod vi, aut clam. quamuis igitur
D. Elciarius obtulerit se pariturum executioni ta-
men non per hoc censetur approbasse sententiam.
& argumentum contrarium procederet, quando
expresse sententiam approbasset, prout loquitur
Bal. & Card. & Feli. s. alleg. Non obstat, quod
videatur obstare præscriptio: quia quo ad ipsos
qui obtinuerunt, clarum est non præscripsisse pro
pter malam fidem. capit. final. vbi latissimè Mo-
der. extra, de præscript. qui rex. procedit etiam in
præscriptione iurium personalium, vt est commu-
nis conclusio ibi. Quo verò ad eorum hæredes vni
uersales idem est: quia mala fides defuncti illis no-
cet, etiamsi nollent eius accessione vti, vt est ve-
rior, & magis communis opin. doct. in c. si diligen
32 ti. de præscrip. quia tenetur hæres exonerare con
scientiam defuncti. ca. fin. de sepul. & hanc opi-
post longam disputationem approbat Alexan. &
Iaf. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqu. poss.
& ab hac opin. in iudicando, & consulendo non
esse recedendum affirmant Mod. Taurin. nempe
Franc. Balbus in tract. præscrip. in iij. par. princ. in
ij. membro, q. xij. Quo verò successores singulares,
qui possiderent cum bona fide & titulo, opus es-
set restitutione in integrum ex clausula generali,
propter ignorantiam quæ præsumitur ex quo D.
Antonius in alterius locum successit. l. qui in alte-
rius. ff. de reg. iur. & ideò petens talem restitutio-
nem, no compellitur aliter probare ignorantiam,
vt dicit Pau. de Cast. consilio cccxj. circa id, quod
primo. in fin. in ij. volu. secundum vltimam im-
B pressionem. & magis communis conclusio est, q
si dicta restitutio competat, etiam lapsis xl. annis, 33
vt per Alexan. in consilio lxxj. consilio lxxxiiij. in
ij. volu. consi. cxv. in v. & ita tenuit etiam Soci. con
si. lxxx. in j. & alibi sæpè, & idem tenet Iaf. in l. si-
cut. C. de testamen. milit. Felin. in d. ca. vigilanti.
de præscript. & ab hac non esset recedendum in
consulendo ex quo est magis communis opi. vt di
cunt Mod. Taurin. in dict. trac. in vltr. par. iij. par.
prin. q. xxviiij. Aduersus eos etiam competit re-
stitutio ex capite minoris ætatis, in quo remedio
communis conclusio est, † quod contra pupillos 34
in præscriptione longi temporis ipso iure tempus
non currit: quatenus verò sunt adulti currit ipso
iure, sed competit restitutio. l. sicut. C. de præscr.
xxx. vel xl. anno. per Bar. Bal. & cæteros. in l. fin. C.
in quib. cau. in integ. restit. & secundum istam do-
ctrinam facienda est computatio: sed quia ego
non sum instructus de hac ætate illustres domini
iudicantes ex processu suam conscientiam in-
formabunt, quos Deus Opt. Max. in viam verita-
D tis deducat. Et hæc omnia saluo semper saniore
iudicio.

CONSILII XXXI. SVMMÆ.

1 *Exceptio rei iudicatæ in diuersis cessat.*
2 *Modus agendi in primis obseruandus est.*
3 *Succumbens ex vna qualitate, ad idem agere potest ex*
alia.
E 4 *Ex qualitate adiecta, dignoscitur quæ actio intentata*
sit.
5 *Qualitas præcedens videtur in sequenti capitulo repetita,*
quando in medio non sunt alia capitula.
6 *Dictionis dicta natura.*
7 *Dictionis præfata natura.*
8 *Petitio debet declarari secundum intentionem partis, quæ*
eam produxit.
9 *Fundus dotalis specialiter ad vxorem pertinet, bona ta-*
men mariti ex dispositione legis sunt hypothecata ipsi
vxori.
F 10 *Non potest quis duas actiones ad idem tendentes eodem iu-*
dicio cumulare.
11 *Tacitum non inducitur, nisi ob defectum expressi.*
12 *Expressum facit cessare tacitum.*
13 *Non subsistente expressa hypotheca, ex tacitam in-*
ducit.
14 *Executio sicut datur respectu expressorum in instrumen-*
to, ita etiam datur in tacita hypotheca.
15 *Hypothecarum genera earum dignoscendi modus.*
16 *Quoties aliqua dictio profertur, duo significata habens,*
G *si ad alterum tantum referri debet, de eo intelligimus*
quod magis proprie significatur.
17 *Vna præsumptio tollitur per contrariam.*
18 *Verba ambigua libelli, recipiunt interpretationem ex in-*
tentione agentes.
19 *Clausulæ quæ ponuntur in libello videlicet super quibus*
omnibus rationibus: item deducens ad omne ius, &c.
agentium respiciunt, non autem contra eos intelligi
debent.

20 clau-

BIU Cujas

20 *Clausulæ in libello positæ pro libelli sustentatione non in ducunt quod possint intentari remedia, quæ simul stare non possunt.*

21 *Statutum in Notorijs attendi debet.*

22 *Articuli euidenter nulli admitti debent ad hoc, vt statutum aliquid operetur.*



1 Vius illustris matronæ dominæ Claræ Sforciæ in causa videtur partes magnificorum ius reddere debentium esse, vt capitula admittat, & pro ea pronuntiet, & licet rei rei iudicatæ exceptio opponatur, tamen non videtur iuridicè opponi: cum enim in priore iudicio egerit virtute hypothecæ conuentionalis ad castrum Mongutii, & succubuerit, non tamen potest prohiberi ad eandem rem agere virtute hypothecæ tacitæ legalis: nec debet sibi obstare exceptio. l. si mater. §. si quis aut. ff. de excep. rei iudi. not. in l. pen. C. de ingen. manu. Et pro hac parte primo adducitur: quia in petitione agitur ad castrum Mongutii iure dominii tanquam sit de pertinentiis plebis Incini. vbi verò ius dominii non esset potens ad obtinendum tunc dictum castrum fuit petitum iure obligationis, & hypothecæ virtute, causa, & occasione instrumenti dotis, & contentorum in eo, ex quibus verbis apparet qualitas vigore, cuius fuit intentata actio, videlicet, illa tanquam de pertinentiis plebis Incini, quæ qualitas est maximè attendenda, quia † modus agendi in primis obseruandus 2 est l. habebat. in princ. ff. de instit. act. per Inno. in c. dudum. de elect. Moder. in l. edita. C. de eden. & quia † succumbens ex vna qualitate, ad idem agere po- 3 test ex alia d. l. si mater. §. si quis autem. & facit, q̃ not. Bar. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. ad leg. Iul. de adulter. Item, quia † ex qualitate adiecta di- 4 gnoscitur, quæ actio intentata sit, vt per Bar. in d. §. quid tamen. vnde cum expressa hypotheca esset in plebe Incini cum pertinentijs suis, agendo ad castrum illud, tanquam de plebe Incini manifestè ostenditur actum fuisse ex hypotheca expressa solùm. Nec obstat, si diceretur, quod illa qualitas fuit apposita solùm respectu dominij, non autem hypothecæ, quod imò debet referri etiã ad hypothecam. & hoc suadetur quatuor rationibus. Prima 5 est, quia † qualitas præcedens videtur in sequenti capitulo repetita, quando in medio non sunt alia capitula. l. iij. §. j. ff. de lib. & posth. ca. secundo requiris. de appel. Secunda est, quia licet dubium sit cognoscere, quando qualitas cesseatur repetita, tamẽ quãdo addita est dictio, † dicta vel prefata † res, 6 7 ptour in casu nostro, semper intelligitur qualitas repetita, vt dicit Frãc. de Aret. cõsi. cl. j. allegat l. à filio. §. testator. ff. de alim. & ciba. leg. & quia talis dictio est relatiua ad præcedentia, vt declarat Bar. in l. talis scriptura. in fin. prin. ff. de leg. j. Tertia, quia petitio fuit in hoc secundo membro cõcepta per aduersatiuam, vbi verò, quæ licet aduersetur superioribus tamen censetur repetere præcedentem qualitatem, vt est glo. in §. item lapilli. instit. de rer. di uj. per Bar. in l. in repetendis. ff. de lega. iij. & per Alex. in l. filius à patre. ff. de libe. & posth. vbi allegat Bal. idem concludentem in casu notabili in l. 8 omnes populi. ff. de iusti. & iu. Quarta, quia † petitio debet declarari secundùm intentionem partis, quæ eam porrexit l. si quis intentione. ff. de iudi. Bar. in l. is, qui reus. ff. de publi. iudi. vnde cum simus in dubio, & pars dicat tunc se egisse vigore dictæ qualitatis, certè videtur stan dum eius declarationi. Secũdò adducitur, nam in instrumẽto dotis promissa erat, seu hypothecata plebs Incini cum suis pertinentiis ad effectum, vt soluto matrimonio, esset fundus dotalis: quo casu clarũ est, q̃ quãuis † fundus dotalis specialiter ad vxorẽ pertineat, 9 non tamen ideò minus cætera bona mariti sunt hypothecata ex dispositione legis iuxta tex. in l. in rebus. versi. voluimus. C. de iur. dot. Igitur quando actum fuit ad castrum Mongutij, & intentata hypotheca non possumus dicere, quod expressa, & tacita simul intentata fuerit. tum quia † nõ potest quis 10 duas actiones ad idem tendentes eodem iudicio cumulare, vt per Bar. in l. edita. C. de eden. tum etiam, quia istæ actiones non concurrunt. imò vna præsupposita, altera cessat: non enim † tacita indu- 11 citur, nisi ob defectum expressæ l. j. in princ. C. de rei vxo. acti. & quia expressum † facit cessare tacitũ 12 l. cum ex filio. §. j. ff. de vulg. & pup. meritò igitur dicendum est, quod expressa potius intentata fuerit. ex quo illa propriè est, quæ ex virtute, & tenore instrumenti dotalis orta est, quæ expressa, cum declaratum sit non subesse, sequitur, quod tacita re seruata sit: cum, † non subsistente expressa, lex taci- 13 tam inducat. d. l. j. & sic sententia quæ in contrariũ adducitur, non solùm non obstat agenti in hoc iudicio, sed potius adiuuat, ex quo tacita hypotheca non potuisset sibi locum vendicare existente expressa. His duobus fundamentis sic præsuppositis tolluntur allegata in contrarium, & primo non obstat, quod D. Clara egerit vigore hypothecæ cõtentæ in instrumento, & etiam tacita videtur contineri, ex quo ad consequentiam expressi venit. c. cùm olim. in fi. de censib. l. prætor ait. vbi scribi. ff. de ope. no. nunt. l. si duo. §. Marcellus. ff. de iu. eiu. vnde sicut † executio datur respectu expressorum 14 in instrumento, ita etiam datur in tacita hypotheca, vt habetur per Bar. in l. j. de his, quæ in testa. delen. Bal. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. cum concor. per Alex. in l. iurisgentium. §. quod tere. ff. de pact. Nam respondeo tribus modis. Primò, quod admissa hac ratione pro vera, non tamen fundatur intentio aduersantium: quia istud procederet, si intentata esset simpliciter hypotheca, sed in casu nostro est intentata cum illa qualitate, videlicet tanquam de pertinentiis plebis Incini, quæ qualitas non conuenit tacitæ hypothecæ: quia qualiacunque essent illa bona iure tacitæ hypothecæ fuissent in bonis mariti d. l. in rebus. & d. l. vnica. cum ergo illa qualitas repugnet, non potest dici illud remedium intentatum. Secundò respondeo, † 15 quod cum suprà ostenderim taciram, & expressam hypothecam non concurrere in exercitio, neque in origine, non possumus dicere taciram intentatam: non enim potest negari, quin verba petitionis magis congruant expresse, ex quo illa propriè descẽdit ex instrumẽto: de illa ergo potiùs est intelligendum. dato igitur, quod etiam tacita possit dici prouenire virtute instrumenti iuxta prædicta iura, tamen magis propriè, istud competit expressæ, & cùm alterum necessariò intentari potuerit, potius de expressa intelligemus, nam † quoties aliqua 16 dictio profertur, duo significata habens, si ad alterum tantum referri debet, de eo intelligemus q̃ magis propriè significatur l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. Bar. in l. hoc legatum. per illum tex. ff. de leg. iij. Alex. in rub. ff. de iur. om. iud. Soci. consi. vltim. in ij. volu. Tertiò respondeo, quod dato: quod in illis verbis posset comprehendi hypotheca legalis, tamen istud non est, nisi ex præsumptione & interpretatione legis, vt satis innuit Bar. in d. l. j. ff. de his, quæ in testa. delen. & habetur in dict. §.

17 q. ſerè. ſed † iſta præſumptio tollitur per cõtrariã præſumptionẽ, & interpretationẽ l. diuus. ff. de in
18 integ. reſtit. nam cùm † verba ambigua libelli recipiãt interpretationem ex intentione agentis l. ſi quis in tentione. ff. de iudi. licèt dominæ Claræ ſuam petitionem declarare, quod non intellexerit de tacita hypotheca, & tali declarationi ſtandum eſt, præſertim contra tertium, prout eſt caſus noſter. vnde dicit Bal. Nouel. in tract. de dote. in vj. par. in vij. priuilegio, quod vidit conſultum, quod licet, quando agitur via executiua contra principalem ex iſta tacita hypotheca, habeat locum ſtatutum, concedens executionem inſtrumentis iuxta ſ. allegara, tamen iſtud non procederet, quando ageretur contra tertium poſſeſſorem, prout erant iſti Curtii, qui obtinuerunt prædictam ſententiam. Quartò reſpondeo, quod imo iſtud quod venit tacitè ex legis diſpoſitione non dicitur venire ex inſtrumento Inno. in c. P. & G. de offic. deleg. Anto. & Imo. in c. translato. de conſti. Gemi. in ca. humanum genus. j. diſt. Bald. in l. legem. C. loc. Aret. in l. ſi in teſtamento. ff. de teſta. Secundò, principaliter non obſtant clauſulæ libelli ſuper quibus omnibus, & ſingulis petit iuſtitiam, &c. Item deducens omneius, &c. Nam licet iſtæ † clauſulæ ha
19 beant magnos effectus, iſtud eſt in fauorem ipſorum agentium, non autem contra eos, vt dicit Ant. de Bnt. in c. literæ. extra, de dilat. in c. exanimata. circa med. de iudi. Alex. conſi. vj. in iij. & habetur per doct. in c. ij. de ord. cogn. vnde in cauſa præſenti non debet nunc fieri talis interpretatio, quæ nõ fit niſi quatenus fauorabilis eſſet pro agente, non autem in damnum. Præterea † per talem clauſu-
20 lam, non tamen debet cenſeri intentata eſſe remedia, quæ minùs ſtare non poſſunt, prout eſt legalis, & expreſſa hypotheca, nam iſto modo non ſuſtineretur libellus, ſed euerteretur iuxta l. j. C. de fur. & ita expreſsè ſentiunt doct. præſertim Abb. in dict. cap. ij. & Ang. de Aret. inſtit. de act. §. j. & pract. Pap. in forma lib. de actione reali. verſi. deducendo in vltr. verbis. Et per hæc videntur euacuari argumenta quæ in contrarium adducta ſunt. Sed vlterius aduertendum eſt, quia iſta exceptio rei iudicatæ non videtur debere admitti, quominùs dom. Clara vigore ducalis edicti ſit admittenda ad poſſeſsionem huius caſtri, cum enim fuerit iecta propter edictum regium, & illuſtriſſimus Dux eius nullam rationem habere velit, ſed mandet, eo non obſtante, ſpoliatos reſtitui, certè debent præcisè reſtitui. & pro hoc eſt docto. Bart. in tract. de Tyranno. in j. q. vij. q. principalis, verſi. quædam ſunt, quæ facta non fuiſſent, &c. cum enim iſti Curtij. non fuiſſent poſiti ad poſſeſsionem, niſi propter Gallos, quorum tũ more d. Clara ceſsit, non debet talis iectio valere l. decernimus. C. de ſacr. eccleſi. ſed ipſa reſtitui. & iſtud debet habere locum, etiam reſpectu ſententiæ petitorij: quia mediante dicto edicto regio, fuit ſpoliata poſſeſsione, & facta actrix, prout prius fuiſſet rea, quod ſpolium poſſeſsionis potuit illi eſſe damnoſum, etiam in petitorio. §. com modum in di. de interd. & ideo debet annullari non ſolum iectio vigore edicti regij facta, ſed etiam omnia ex eb ſecuta dicta l. decernimus. vel ſaltem debet illi competere reſtitutio in integrum à ſententia lata per iudices, quos meritò ſuſpectos habebat prout dicit Baran d. tract. Præterea quicquid ſit circa meritũ cauſæ, quia in præſenti ſolum diſputatur de admiſsione capitulorum, videtur eſſe clariſsimum, quod debeant admitti ex quo habemus ſtatutum, quod capitula ſint admiſſa ipſo iure. Nõ obſtat, quod obſtet exceptio rei iudicatæ, quæ facit rem claram: quia reſpondeo duob. modis. Primò, quod imò res non eſt clara per ſupradicta, imò eſt potiùs clara in fauorem dictæ dominæ. Secundò reſpondetur, quod etiam in notoriis nihilominus capitula admittenda ſunt: cum enim ſtatutum dicit, quod ſint admiſſa ipſo iure appareat, quod nullam in hoc relinquit cognitionem iudici ad cognoſcendum vtrum ſint notoriè impertinentia, & non admittenda, & ideo † etiam in notoriis ſtatutum attendi debet vt in ſimili conſuluit Pau. de Ca. in conſi. xxiij. inci. viſis punctis. & cõſi. xxix. & ideo voluit And. Sicu. conſi. xviij. in j. vol. vbi mouetur alia ratione, videlicet, vt † ſtatutum aliquid operatur, quod etiam euidenter nulli artículi admittantur. & idem ſentit Aret. conſi. xcviij. Alex. conſi. lxxxxiiij. in iij. volumin.

CONSIL. XXXII. SVMMA.

1 *Principalis verus contumax non appellat.*
2 *Procurator verus contumax non appellat.*
3 *Quando non conſtat quem eſſe verum contumacem, interpretandum eſt quod ſit factus.*
4 *Conſuetudo localis, non eſt extendenda ad alias ciuitates.*
5 *Quando lex, vel ſtatutum non diſtinguit, nec non deſtinguere debemus.*
6 *Appellanti qui non curat cauſam committi, ſi deſerta remanet ei imputetur, quia eius negligentia ei nocere debet.*
7 *Appellans, qui non fuit proſecutus appellationem, ſi proteſtatus non fuit ſe impeditum, excuſationem aliquam ex iuſto impedimento prouenientem allegare poteſt.*
8 *Statuta debent intelligi ne inducant abſurdum.*
9 *In lege præſupponuntur ſemper cætera habilia.*
10 *Abſurdum eſt, quod currat tempus appellationis antequam adſit iudex, coram quo cauſa debet agitari.*
11 *Pars citata non comparens ſi iudex non ſedit, non poteſt contumax reputari.*
12 *Illi ſolummodò dies litigatoribus cedunt, quibus Prætor ius reddidit.*
13 *Tempus inſtantiæ compromiſſi non currit, niſi à die acceptationis.*
14 *Hæres tenetur conficere inuentarium infra xxx. dies à tẽpore mortis teſtatoris.*
15 *Si extat diſpoſitio, quòd executores vltimam voluntatem debeant exequi iuxta ſex menſes, à die mortis computãdos, intelligitur à die mortis, & ſcientiæ.*
16 *Neſcienti non currit tempus.*
17 *Stipulatio hæc, decem infra annum dotis nomine dare ſpondes? intelligitur non vt annus ſtatim incipiat currere, ſed à die contractarum nuptiarum.*
18 *Caſus à ſtatuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
19 *Extenſio paſſiua habet locum in ſtatutis, & in quibuſcumque diſpoſitionibus etiam correctoriis.*
20 *Qui lege permittente ceſſat, non dicitur eſſe negligens.*
21 *Cauſa appellationis habet fatalia anni, fieri poteſt tamen compromiſſum, & poſſunt impediri dicta fatalia.*
22 *Inſtantia decem dierum in reſcripto poſita non currit, dato quod poſt ceſſauerit per menſem, antequam illud prætentauerit, nec ideo id exiſtimabitur abſurdum.*

Re-

BIU Cujas

RE spõdi superioribꝰ diebꝰ, quid iuris mihi videret in causa principali, nũc requisitus circa duos articulos, existimaui operæpretium esse, etiam in illis copiam consilij mei facere: igitur circa primum articulum, vtrum procurator verus contumax ad audiendam sententiam, potuerit appellare? casus est clarus, quod non, vt sicut † principalis, verus contumax non appellat l. 1
2 & post edictum. ff. de iudic. ita etiam † procurator verus contumax non appellat l. j. §. fin. vbi Bar. & B omnes not. ff. quando appellan. sit, quia lex simpliciter verum contumacem priuat beneficio appellationis, non distinguendo principalem à procuratore. lege, ex consensu. §. fin. ff. de appellatio. & ita tenent doct. vt per Alex. consi. lxxxxv. in ij. & in l. sæpe. de re iud. Alexan. Ias. Moder. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtem. Feli. ca. j. vt lite non contesta. cum simili. Fallit quando non
3 constaret, † quod iste esset verus cõtumax: quia in dubio interpretabimur potiùs, quod sit fictus contumax, & sic habeat beneficium appellandi, C secundùm Dec. consilio xxxiv. qui propriè loquitur tali casu. Secundò fallit, quando consuetudo fori, seu stylus curiæ esset in contrarium, ita quod audiretur etiam verus contumax. secundum Felin. in dict. c. j. & in ca. quod ad consultationem. extra, de re iudi. vbi dicit talem consuetudinem esse in
4 vrbe Roma. quæ † consuetudo non est extendenda ad alias ciuitates: cum sit consuetudo localis, vt per glo. & doct. can. consuetudo. j. distin. & cã. illa. xij. distin. & facit tex. in l. sed licet. ff. de offic. D præsid. Tertiò fallit, respectu domini principalis. qui si procurator suus non sit soluendo, poterit per restitutionem in integrum implorare beneficium appellationis, secundùm Bald. & Cano. in ca. significante. de appel. vel secundùm alios etiã ciuile remedium dolus procuratoris non nocebit domino. vt per Bar. & alios in dict. l. j. §. si procurator. secundùm aliquos. Quartò fallit, quando procurator iste, ex persona domini appellaret, E vigore noui mandati, vel etiam veteris, in quo constitutus esset procurator, ad futuras causas. qua tamen in realiter respondit Domin. de S. Geminia. in consi. ij. de quo dicẽdum, vt per eum. sed quia non sumus in aliquo casu istarum fallentiarum, ideò adhærebamus regulæ, vt talis procurator non potuerit appellare. Circa secundùm dubium, stante constitutione, quæ disponit, quod appellans teneatur infra viginti dies prosequi appellationem. aliàs appellatio sit deserta, quæritur F à quo tempore incipiant currere illi viginti dies? & videretur quod statim à die sententiæ currant. cle. sicut de appellat. quia verba statuti, sunt clara:
5 † nec in eis sit aliqua distinctio, vnde nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. & quia est
6 † quod imputetur appellanti, qui non curauit causam cõmitti, meritò, eius negligẽtia illi nocere debet, vt dicit Ang. consi. cxl. quidã Matthæus. maximè, cũ iste appellans non possit allegare † excusa-
7 tionẽ aliquã proueniẽtẽ ex iusto impedimento, cũ G de tali impedimẽto nõ sit protestatus secũdũ Bar. l. j. §. dies. ff. quãdo app. sit. glo. in c. cupientes. §. q, si per xx. verb. propositam. de elect. in vj. Confirmatur hæc cõclusio, quia cùm ad faciendũ terminari causã appellationis habeat appellans, nisi viginti dies, nõ debemus dicere, q, ad faciẽdã diligẽtiã, vt causa cõmittatur, habeat plus termini: esset. n. hoc
8 absurdum, † & statura debet intelligi, ne inducant absurditatem. l. scire oportet. §. aliud de excusat. tut. & per hanc rationem ita consuluit Alex. consi. clxiv. in ij. vol. Sed his non obstantibus, in proposito casu, dico contrarium esse verius, & terminum præfixum à constitutione d. xx. dierum non currere, nisi à die factæ commissionis. Moueor in primis, quia illa verba tenetur prosequi, referuntur ad habilitatem, dummodo adsit, sub quo fiat prosequutio, id est, dummodò iam electus sit iudex † pre- 9
supponuntur enim semper, in lege cætera habilia. l. qui testamento. versi. si non aliud. de test. c. j. de æta. & quali. lib. vj. † Absurdum enim esset, quod 10
curreret tempus appellationis ante, quàm adsit iudex, coram quo causa deberet agitari. l. si in diem. in princ. ff. de condit. & demon. vbi bonus rex. Simile videmus, quod quamuis † pars citata non cõ- 11
pareat, si iudex non potest contumax reputari. l. si arbiter calendis. ff. de arbit. Nam & regula est generalis iuris antiqui, † eos solum dies litigatoribus 12
cedere, quibus prætor ius reddit l. j. in fin. ff. de diuer. & tempore præscript. vnde si adhuc datus non sit iudex, coram quo debeat pars appellationem prosequi, non dicitur ius reddere; ideoque dictus terminus appellanti non currit, & per istas rationes ita concludit dom. Lanfranc. de Orian. in Repet. ca. quoniam contra. in verbo, interlocutiones, & appellationes. extra, de probat. vbi dicit ita vidisse consultum per magnos doctores. Et idem Lanfranc. eandem sententiam sequitur, in tract. de arb. vbi dicit ita consuluisse domin. Christophorum de Castelliono. quia sicut † tempus 13
instantiæ compromissi non currit, nisi à die acceptationis, secundum glossam. & docto. in l. si cùm dies. in prin. ff. de arbitr. ita etiam dicendum de hoc tempore præfixo à statuto, prout etiam dicit Ioan. Firmianus, in Repertorio suo, verbo appellationis fatalia. Confirmo hanc sententiam, per tex. in ca. super eo. secundo, & ibi doctores, extra, de appel. vbi tempus datum iudici, ad decisionem causæ, non incipit currere ante præsentationem rescripti, quia ante præsentationem, non est iudex, & tempus non currit, nisi postquam extat iudex, coram quo quis prosequatur. Facit, quia aliàs videmus, quod licet lex opponat certum terminum, non tamen excludit qualitatem illi, secundùm iuris regulas adhærentem. vnde lex Iustiniani mandans, vt † hæres conficiat inuentarium, in- 14
fra triginta dies à tempore mortis testatoris. l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure dot. intelligitur à tempore mortis, & aditæ hæreditatis. l. iij. §. seruus si hæredi. ff. de statu lib. quod generaliter procedit, etiam in termino præfixo à testatore, secundum Bal. in l. j. versi. xij. quæritur. C. de ijs, quæ pœnæ nomin. sequitur Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. nos quidem. extra, de testa. in notab. Ad idem adducit, quia † si extat dispositio epi- 15
scopi, quod executores vltimam voluntatem debeant exequi iuxta sex menses, à die mortis computandos, intelligitur à die mortis, & scientiæ, † 16
quia nescienti, non currit tempus. l. genero. vbi Bar. de ijs, qui not. infam. l. quinquaginta. de excus. tut. vt meritò in casu nostro statutum intelligitur à die commissionis. Et pro hac parte, etiam adduci possunt plura allegata, per Alex. in cõsi. xxxv. in iv. vol. vbi consuluit, quod statutum præcisum, mandans quod intra quindecim dies, à tempore dationis in solutum, soluatur gabella, debet intelligi à tempore dationis, & desertionis causæ appellationis, sic etiam, videmus quod † ista stipula- 17
tio decem, infra annum, debet nomine dare sponder intelligitur, non vt annus statim inci-

piat currere, sed à die contractarum nuptiarum. l. A
tali. ff. de iure doti, vt talis terminus, secundùm
qualitatem rei intelligatur. Et pro hac parte con-
fuluit etiam Alex. consil. xix. in j. vol. vbi mouetur
quod tale statutum debet recipere interpretatio-
nem, secundum ius commune. c. cum dilectus. ex-
tra, de consuet. & ideò si tractamus ante commis-
sionem factam iudici operabitur, vt pars possit per
uenire breuiore termino, quàm secundum ius com
mune, de quo in ca. oblatæ. de appel. q. si non fuit
facta præuentio habebit pars terminum iuris com B
munis, ad faciendum fieri commissionem, videli-
cet, annum & ex causa biennium. Auth. ei qui. C.
de tẽp. appel. c. ex ratione. de appel. qua commis-
sione facta tunc current tempora statuti, id est, xx.
dies, tanquam casus ante commissionem factam
censeatur † omissus à statuto. vnde remanet in dis-
18 positione iuris communis secundum Bart. in l.
omnes populi. q. vj. de iustit. & iur. & ibi Alexan.
reprendit suprascriptum consilium Angel. clx.
Quamuis illud non attingat casum nostrum, quia C
in casu Ang. statutum præfigebat terminum par-
ti, ad faciendum fieri commissionem, quod non
est in casu nostro. Non obstant ergo allegata in
contrarium. & in primis, quod statutum non di-
stinguit, &c. quia respondeo quod satis est si ius
commune distinguat, cum statutum vtatur ver-
bis, quæ interpretationem accipiunt à iure com-
muni, dum enim dicit, quod debeat appellatio-
nem prosequi, intelligitur casu, quo possit eam
prosequi & sic, fit facta commissio, & datus iu- D
dex, secundum suprascripta: quia tale statutum
declaratur secundum ius commune. l. ij. C. de no-
19 xal. Bal. l. j. in fin. ff. de fer. & quia ista est † exten-
sio passiua, quæ habet locum in statutis, & in qui-
buscunque dispositionibus, etiam correctoriis, vt
per Alexan. in l. ij. ff. de leg. j. Non obstat, quod vi-
detur imputandum appellanti, qui non curauit
causam committi, & eius negligentia debet ei
nocere, cùm non sit protestatus de impedimento,
respondeo cùm casus sit omissus à statuto, & de E
iure communi habeat dilationem anni, vel bien-
nij. secundum dict. ca. ex ratione. non potest ante
20 illud tempus dici negligens, quia† qui, lege per-
mittente cessat non dicitur esse negligens. arg. l.
Græcus. C. de aduł. Non obstant quod hoc modo
haberet plus termini ad causam committendam,
quàm ad prosequendam, respondeo hoc non est
absurdum cùm possit appellatus præuenire. d. ca.
21 oblatæ. nam & videmus† causam appellationis ha
bere fatalia anni, & tamen posse fieri compromis- F
sum x. annorum, & impediri dicta fatalia Authen.
si tamen. C. de temp. appella. quod ergo potest
compromissum, possit & lex in casu omisso à statu
21 to nec videatur absurdum: nam & † si in rescripto
ponatur instantia decem dierum, non currer. dato,
quod pars cessauerit per mensem, antequam illud
præsentauerit, nec ideo hoc existimabitur absur-
dum. d. c. super eo. Et hæc omnia saluo semper sa-
niore iudicio.

CONSILII XXXIII. SVMMA.

1 *Quælibet exceptio per quam incontinenti apparet actorẽ sine actione experiri, opponi potest ad impediendum litis ingressum.*

2 *Testamentum annullantia.*

3 *Princeps seu Dux Mediolani non alligatur statutis Mediolani.*

4 *Duces siue sint spectabiles, siue clarissimi, siue milites, dum modò non sint in expeditione, tenentur testari secũdum ius commune.*

5 *Princeps statuere non potest, quod valeat testamentum cũ minore numero duorum testium.*

6 *In testamento inter liberos, in quo solæ regulæ iurisgentium attenduntur, tamen oportet, adesse saltem duos testes, alias testamentum non valet.*

7 *Natus ex adulterio, non habet beneficium. §. ex imperfecto.*

8 *In testamento non sufficiunt sigillum et subscriptio testatoris propter facilitatem falsificationis, sed omninò testes sunt necessarij.*

9 *Tertius possessor potest actori opponere exceptionem excussionis.*

10 *Exceptio excussionis etiam coram arbitratore attenditur.*

11 *Exceptio excussionis etiam in causa dotis, in qua summariè proceditur, attenditur.*

12 *Princeps non attendit ad ordinem iudiciarium.*

13 *Hypothecaria est actio in rem.*

14 *Cum testamentum est nullum, legata in eo relicta consequenter pereunt.*

15 *Princeps non videtur confirmasse, vel dedisse authoritatem statuendi contra se.*

16 *Dominium non potest cum pignore concurrere.*

17 *Exceptio præscriptionis est impeditiua litis ingressum.*



Licet in hoc iudicio solùm tractetur de exceptionibus impedientibus li tis ingressum: tamen † quælibet ex- 1
ceptio, per quam in continenti appa ret, talem actorem sine actione expe riri potest opponi, secundũ Bar. & doct. l. nã postea quã. ff. de iureiurã. q. videtur in casu nostro, in quo † exhibitur testamentum, quòd notoriè non valet, 2
cum in eo non sint debitę solennitates, nec aliquis testis descriptus, & dato quòd † Dux Ludouicus 3
non alligaretur statutis communis Mediolani, vt- poteDux & Princeps, secundum not. per Ludou. Roma. consi. ccccxliiij. in fi. tamen alligabatur saltem legi Imperatoris, cui subera: quia† duces siue 4
sint spectabiles, siue clarissimi, secundum doct. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. Alex. l. stipulationum. in ordine v. ff. de verb. oblig. tamen etiam tales, quamuis milites: dum tamen non sint in expeditione, tenetur testari, secundum ius commune. l. si Rufinus. l. fin. C. de testa. mili. & §. j. instit. de testa. mili. & quicquid sit in casu nostro testamentum non probatur, neque secundum regulas iurisgentium, secundum quas in ore duorum, vel F
trium, &c. & cui regulæ subijcitur, quicunque quacunque præfulgeat dignitate. c. licet vniuersis. extra, de testib. & ideò dicit Ang. & Paul. Castr. in l. iij. ff. de testam. quòd non posset † Princeps statuere 5
quod valeat testamentum cum minore numero duorum testium. Et † in testamento inter liberos, 6
in quo solæ regulæ iurisgentium attenduntur. tamen oportet adesse saltem duos testes, alias testamentum non valet, vt dicunt omnes in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Alex. consi. G
lxxvj. in iij. imò in casu nostro videretur, quòd oporteret esse rogatos, iuxta l. Diuus. ff. de testa. milit. & c. relatum. de testam, cùm hic tractetur de † 7
nato ex adulterio, qui non habet beneficium. dict. §. ex imperfecto. vt ibi per Mod. Repet. id est Natã. q. xv. & istud maximè est dicendum in isto agente hypothecaria, contra tertium possessorem extraneum, & nunquàm subiectum tali Principi: priuilegium enim illius in testando non debet ha-

habere locum versus extraneum, vt in simili dicetur in d.§.ex imperfecto. & quod consuluit Dec. consi. cccxx. Ias.l.à Diuo. §.si super. de re iudi. Felin.c.qualiter.versi. ij.extra, de accus. Nec obstat
8 sigillum, & subscriptio: quia † non sufficiunt propter facilitatem fallificationis: & omninò necessariò sunt testes, secundum Alexand.d. consi.lxxvj. subscriptio enim per imitationem minùs facilè potest fallificari iuxta text.in Auth. de instr. caut. & sin.in princ.l.comparationes.C.de fid.instrum. & appensio sigilli multomagis.c.cum dilectus.extra, de fid.instru.c.significauit. vbi doct. extra, de appell. cum fortè istud sigillum sit penes ipsum actorem ex reliquiis auorum bonorum, vel aliter. l.j.§.pen.versi. sed ne furandi. C. de lat.lib. toll.& quòd habetur per Doct. in l. Labeo. ff. de pact. & suspitio arguitur ex longinquitate temporis, & quòd non nisi mortuis filiis heredibus fuit factum verbum de hoc testamento, vt per Cur.Sen. consi.
9 lvj. Rursus obstat huic actori exceptio † excussionis, quæ tertio possessori competit, iuxta text.in Auth. hoc si debitor. C. de pign. nec me mouet, quod in hac causa procedatur, sola facti veritate attenta, quia non ideò videtur reiicienda hæc exceptio, quæ non solùm ordinem respicit, sed etiã partis beneficium, vt concludit Decius in l. fi. ff.
10 si cer. pet. & ibi sequutus sum: quia † talis exceptio etiam coram arbitratore, attenditur secundum Bal. in l. fi. §.j. C. com. de leg. & † etiam in causa dotis in qua summariè proceditur secundum
11 Bart. in l. fi. constante. ij. q. iij. partis. ff. sol. mat. vbi Alexand. Nec etiam me mouet statutum Mediolani, tollens talem exceptionem excussionis, quæ exceptio videtur concernere ordinatiua iudicij, &c. & c. quod clericis, de foro compet. respondeo hoc posset procedere, si lis verteretur coram prætore, vel aliis officialibus communis Mediol. qui procedunt secundum statuta sua, sed cum causa sit coram Principe, seu quòd idem est eius supremo consilio, non attenditur statutum ordinatiuum litis aliorum iudicum inferiorum, secundum Guid. Papæ decis. cxcviij. in fi. & Dec. Neapolit. cclxj. nu. xiij. quia † Princeps ad talem ordinem iudiciarium non attendit secundum Bald.
12 l. fin. C. de legib. & idem in consiliatiis eius, secundum Ang. l. fi. C. de impub. & quia reddit ius vnicuique secundum patriam suam. vnde cùm reus conuentus sit Genuensis: bona verò sita in agro Nouariensi nulla est ratio, cur senatus attendat ad ordinem iudiciarium communis Mediolani, quia vt est in confirmatione dictorum statutorum, circa finem, non pertinet nisi ad officiales communis, nõ autem ad senatum vel Principem. Fortiùs dico, quod cum statutum non loquatur, quando agitur contra tertiũ possessorem, sed duntaxat contra fideiussorem, non potest extendi ad hunc casum, & communis practica, si qua est, non obligat istum forensem, litigantem pro bonis extra territorium statuti constitutis, cum e-
13 nim † hypothecaria sit in rem actio. l. pign. ff. de pignor. Bartol. in prœmio Digestorum. §. tertio debet attendi locus rei. leg. fin. C. vbi in rem actio. per Bartol. l. cunctos populos. in quæst. Anglicana. C. de sum. Trin. & fid. cath. Minùs obstat, quod videatur notorium, principalem non habere hæredem, respondeo, cùm filij legitimi hæredes scripti non fuerint hæredes pa-
14 tris, vt est notorium: ergo † testamentum est nullum, seu irritum, & consequenter legata pereunt. leg. j. de iniust. rupt. leg. si nemo. ff.

A de reg. iur. cùm in eo non sit clausula aliqua codicillaris, nec subaudiatur respectu spuriorum, vt per Mod.d.§.ex imperfecto.q. xv. & etiam si adesset clausula illa, oporteret saltem aditam esse hæreditatem à venientibus, ab intestato. glo.l. qui filio. §. seruo. ff. de hæred. institu. Ias. in l. eam, quam nume. xiij. C. de fideicomm. quòd non fuit in casu nostro. Meritò ergò ius omne deuoluitur ad fiscũ tanquam bona sint vacantia, qui fiscus non tenetur ad legata secundum Alex. & Imo. l. quidam testamento. §. quoties. ff. de leg. j. glo. l. iiij. §. eadem ff. de fideicom. lib. Cyn. & alios. l. j. §. pen. C. de cadu. tol. Paul. de Cast. d. l. eam quam. Meritò nulla competit actori hypothecaria ex tali legato. Rursus non obstat, quòd dictum statutum tollens beneficium excussionis, debet habere locum etiam contra Principem, vel habentem causam ab eo: dico contrarium, non solùm per consilium. Socin. cccij. sed per consil. Ludo. Rom. ccccxliij. in fi. suprà alleg. quia nõ videtur † Princeps confirmasse, 15
C vel dedisse auctoritatem statuendi contra se; quæ ratio militat, tam in decisiuis, quàm in ordinatiuis: & facit quòd no. Card. consi. xliij. in fi. & cons. iij. allegato per Felin. c. ius generale. j. distinct. vt meritò possit reus conuentus, vti omnibus defensionibus, quibus fiscus principalis suus. d. l. empto rem. C. de euict. & per clausulas cessionum, quæ solent apponi in ipsis instrumentis. Tertiò principaliter obstat actori, quia ista bona fuerunt in dominio Co. Io. Pauli titulo donationis, vnde per do
D minium superueniens videtur in eis extincta esse hypothecaria: cum † dominium non possit cum 16
pignore concurrere. l. neque pignus. ff. de reg. iur. l. ex sextante. §. Latinus Largus. ff. de exceptio. rei iudi. & extincto pignore in personam Co. Io. Pauli, sequitur, vt reconualescere non possit ex persona ipsius heredis sui, qui ius non ex se, sed ex patre suo prætendit. l. fin. C. de euict. & cum ista sit notoria exceptio, potest opponi etiam ad impediendum litis ingressum, secundum Barto. &
E doct. d. l. nam postea. in princ. de iureiur. Et etiam si in permutatione promisisset pro dato & facto suo tantum: tamen istud est datum, & factum suum: quia, quod in se est, tenetur tradere rem liberam à iure pignoris: alias sibi in ea re constituti. l. si eum fundum. ff. de verbor. sign. leg. stipulatio ista habere. in princ. ff. de verbor. obligat. Bartol. in l. si seruus. ff. de condit. fur. Alexand. consil. xviij. in v. Dec. cclxxxj. in ij. dubio. Nec hic agitur de aliqua euictione, quæ petatur ab
F hæredibus Co. Io. Pauli, vt possint se excusare per talem clausulam, sed quod pignus sit extinctum, quod facilè reconualescere non potest d. l. fin. Cod. de remiss. pig. cùm dominium irreuocabiliter transisset per contractum donationis, iuxta ea quæ habentur in l. debitor. ff. ad Trebell. per Bartol. & alios. & in d. §. Latinus. Quartò principaliter obiicitur exceptio † præscriptionis, quæ 17
est impeditiua litis ingressus. leg. transacta. lege, sequen. ff. de verbor. signif. & cum iste reus conuentus habeat causam à Cæsar. maiestate non potest ipse molestari, sed recursus est habendus contra fiscum intra quadriennium. l. benè à Zenone. Cod. de quadr. præscript. & licet Felin. c. quæ in ecclesiarum. de constitut. & Socin. consil. xlvj. in iiij. Dec. cclvij. ponant aliquas limitationes ad illum text. tamen non conueniunt casui nostro, & stat firma regula illius text. quod donatarius non possit inquietari: & sic tolluntur argumenta, quæ prima fronte videbantur

BIU Cujas

aduersus magistrum Furnariũ vigere. Saluo semper iudicio saniore, & præstantissimi domini iudicis, cui me commendo.

CONSIL. XXXVIII.

1 *Lex prohibet translationem possessionis litigiosæ, quia res efficitur litigiosa.*

2 *Si contra prohibitionem legis translata sit possessio, non potest fieri in ea executio, nisi citato possessore.*

3 *In translatione possessionis semper possessor est citandus etiam si sit prædo, & quantumuis iniustus, alioquin executio est nulla.*

4 *Mulier quæ cum ventris nomine in possessione esset, in alium eam possessionem transtulit ad hoc, vt ille submoueatur, opus est citatione.*

5 *Attentata lite pendente omninò reuocari debent, quod fieri non potest, nisi illo citato, in quem facta est possessionis translatio.*

6 *Lex prohibet possessionem rei litigiosæ transferri lite pendente, & si translata fuerit in ea non fiet executio, nisi citato possessore limiti conclusio.*

7 *Vbi potest credi quod aliqua defensio possessori competat quod factum est eo non citato, reuocari statim debet.*

8 *Regulariter iudici non creditur in iis, quæ voluntariæ iurisdictionis non sunt, & alteri præiudicant.*

9 *Spoliatus à iudice non est restituendus, quomodo procedat.*

10 *Iudex procedens absque causæ cognitione, & parte non citata, executionem si faciat potest ei de facto resisti.*

11 *Si tertius possessor vi, vel clam possideat, potest ei de facto auferri possessio.*

12 *Quælibet causa excusat à dolo.*

13 *Necessitas excusat à vitio litigiosi.*

14 *Credulitas sola sufficit ad excusandum à dolo.*

MAgnifici domini arbitri, nunquam fratres maiores honorãdi, viso processu & allegationibus ad me transmissis in causa Abiosij contra Maiolum, quia diffusè, & copiosè vtrinque allegatum est, ero ego tanto breuior. Et in primis pũto veram esse conclusionem, quod † quamuis lex prohibeat translationẽ possessionis, lite pendente, quia res efficitur litigiosa, si tamen sit aduersus prohibitionem legis translata † possessio non possit fieri in ea executio, nisi citato possessore, propter dictum Inno. in c. quia V. de iudic. sentit Barto. in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua pluu. arcen. & tradit expressè Philipp. Perus. c. ex tenore. extra, de appell. Io. Firmia. in Repert. verbo executio. & ideo est: quia quamuis lex resistat translationi possessionis, nihilominus transfertur. l. j. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. & † possessor semper est citandus, etiã si prædo, & quantumuis iniustus. l. planè. ff. de petito. hære. l. meminerint. C. vnde vi. alioquin executio est nulla c. licet Episcopus. de præben. in vj. l. j. C. si per vim, vel ali. mo. Fel. c. fi. de præscript. Soc. cons. xiij. in iiij. volu. Nam & lex resistit † mulieri, quæ cum ventris nomine in possessione esset in alium, eã possessionẽ transtulit, & tamen, vt ille submoueatur opus est citatione. l. j. §. necessariũ. ff. si mul. vent. nom. vbi Barto. sic † attentata lite pendente, omninò reuocari debent, & tamen hoc fieri non poterit, nisi citato illo, in quem facta est possessionis translatio secundùm D. de Rot. decis. lvj. in nouis. & per Hyppol. Marsi. no. cxcv. quæ decis. D. de Rot. non contrariatur iis, quæ alibi ipsi dicam, vt infrà ostendam. Qua ratione, si ex forma statuti continuetur possessio, defuncti in heredem. & apprehẽsio à quolibet interim facta annulletur, erit tamen citandus possessor, qui interim possessionem sit adeptus, secundùm Bald. in rubr. extra, de causa poss. & proprie. & per Alex. consil. lxxxij. perspectis in ij. & ideo † concludo, quod licet lex prohibeat possessionem rei litigiosæ, pendente lite transferri. l. ij. C. de litig. tamen si sit translata nõ fietin ea executio, nisi citato possessore per suprascripta, & est communis conclusio etiam arg. glo. l. creditori. in prin. ff. mand. & licet suprascripta cõclusio reperiatur limitata in aliquibus casibus, tamen non videtur, quod aliqua dictarum limitationum procedat in quæstione nostra, & ideo standũ est conclusioni. Primò ergo limitatur in subrogato possessori litigiosi sacerdotij: quia talis non videtur citandus. c. fin. vt lit. penden. lib. vj. vbi Gemin. & fuit decisio Rotę in antiq. ccccxxxiij. quam sequitur Ludouic. Roman. consil. cccxlvij. & consi. ccccxcix. Aret. & Claud. in d. l. j. §. si vir vxori. de acquir. poss. quia nullus casus subesse potuit, quo fieri talis translatio legitimè possit, sed certè (vt dixi in d. §. si vir vxori.) in d. c. fi. ponitur casus specialis: ne litigia in ecclesiarum dispẽdium prorogentur, quod esset contra publicam vtilitatem, & hanc rationem etiã ponderant Domini de Rota in d. decis. ccccxxxiij. in fin. quæ ratio nihil facit ad propositum quæstionis nostræ, & secundùm hanc limitationem procedit, quod no. iidem D. de Rota decisio. ccccxxix. in antiq. & decis. iiij. de restit. spol. in nouissimis. & in casu nostro potest esse aliquis casus licitus, in quo potuerit fieri translatio citra vitium litigiosi, vt infrà dicam. Præterea in d. c. fin. adest clausula decreti inducens notoriam nullitatem possessionis, secundùm Felin. in c. cum olim. extra, de re iudi. Secundò limitatur, quando notorium esset nullum illi tertio possessori competere defensionem per ea, quæ ponit Abb. c. quia clericis. extra, de iure patron. Dec. in c. cùm sit Romana. extra, de app. & l. si pactũ. quo pœnam C. de pact. Rom. consil. ccccl xxxiij. in fin. per regulam. l. qui potest inuitis. de regu. iur. Felin. latè. d. c. cùm olim. sed etiam hæc limitatio non videtur attendenda in casu nostro; cùm notorium istud non constet: & poterit fortè habere ipse possessor aliquam legitimam exceptionem: & multi sunt casus in iure, in quibus dictum statutum cogens vicinum ad vendendum non habet locum, vt per Ioã. And. in addi. Specul. tit. de emptione. §. nunc dicendum. ij. vers. sed pone statutum. in verb. quẽadmodum, & per multa quibus respondet Alex. consi. xxxij. in vij. vol. & cxliij. eod. vol. & in tract. Protoniseos. Matth. Afflict. & in multis aliis locis, de quorum veritate poterit disputari in iudicio principaliter cum eo tractando, & satis est non constare de hoc notorio, ex processu. Tertiò limitatur, vt non procedat, quia etiam citato ipso possessore, omnis iudex eum fuisset excluſurus: tunc enim si possessor eiectus petat præceptum infirmari poterit aduersarius petere, quod confirmetur, secundùm Ioan. Andr. in additio. Specul. titu. de sent. §. species. & per Alexand. in d. l. si pacto, quo pœnam. in l. si finita. ff. de dam. infect. Dec. consil. cxcj. in fin. sed ista limitatio intelligitur secundùm precedentem quando est notorium: & oportet quod de tali casu notoria ex actis constet secundùm Ang. cons. cvij. Iacobellus. alioquin † vbi potest credi quod aliqua defensio pos-

BIU Cujas

possessori competat, quod eo non citato, factum est, revocari statim debet, secundùm Alex. consil. v. in iij. vol. Ancha. consi. ccxciij. saluis vtique 8 partibus iuribus suis † regulariter enim iudici non creditur in iis, quæ voluntariæ non sunt iurisdictionis, & alteri præiudicant. c. quantum contra. de prob. Soc. consi. xcvj. maximè quando porrigit manus ad tertium possessorem, secundùm supradictam conclusionem, vel quando ab eo est appellatum, vt per Abb. & alios. in c. cùm inter. in fi. extra, de re iudi. & habetur in d. c. quoniam contra. & tali casu nō procedit quòd vulgò solet dici, 9 quòd † spoliatus à iudice non est restituendus, de quo per Ias. in l. iuste possidet. de acquir. poss. nā non habet locum, quando processisset absque causæ cognitione: quia tunc dicitur procedere tanquam priuatus, secundùm Card. Clem. j. §. fi. in fi. de celebr. miss. per Dec. in l. factum à iudice. de regu. iur. & † ideo si faciat executionem, parte nō 10 citata, potest ei etiam de facto resisti, secundùm Cyn. in l. j. C. de iur. & fact. ignor. vbi Ias. & habetur in l. prohibitum. C. de iure fisci. libr. x. in l. meminerint. C. vnde vi. per Dec. consi. cxxv. cum similib. Quarto videtur limitari per Pau. de Cast. in l. à diuo. §. si super. ff. de re iudi. vbi dicit, quod 11 † si tertius possessor vi, vel clam possideat, potest ei de facto auferri possessio, sed iudicio meo Pau. ibi non intellexit, vt ita de facto priuetur, quin non sit necessaria citatio: quia æquiparat hunc casum illi, quando alienatio facta in fraudem, quo casu supra conclusum est adhuc necessariam esse citationem, nam etiam prædo citandus est. d. l. planè sic, & qui clam possidet. l. si alius. §. bellissimè. l. fi. §. j. quod vi aut clam, sicut & qui dolo possidet. §. si quis in fraudem. institu. de act. per Bart. d. §. si super rebus. Et quamuis aliqui dicant hoc casu posse rectè via fieri executionem contra istum tertium possessorem, nō tamen negant quin debeat citari, secundùm supradictam conclusionem. Nec videtur in casu nostro constare de isto dolo cum † quælibet causa excusetur à dolo, secun- 12 dùm glo. l. fi. de abig. Ias. d. l. iustè possidet. in fi. Cū enim allegetur, quod Cancianus habebat pactum luendi à Brunorio, à quo Canciano deinde iste Maiolus emit, apparet quod causa Maioli est antiquior hac lite mota. l. qui Balneum. qui pot. in pign. & retrouenditio est facta ex necessitate pacti præcedentis, secundùm Bart. in l. in diem. de aqua plu. arcen. quæ † necessitas excusat à vitio 13 litigiosi. l. res, quæ. ff. de iur. fisc. Angel. l. lite. C. de litig. & sufficit † sola credulitas ad excusandum à 14 dolo, etiam quod in processu plenè non constet de hoc pacto glo. l. Titio fundus. de condit. & demonstra. Fel. c. cùm contingat. de rescr. Alex. consi. xxviij. in j. & Cacianus respectu litis motę est tertius non litigans, à quo potuit emi citra pœnam, vel vitium litigiosi. l. j. ij. respon. ff. de litig. Pau. de Cast. d. §. si super rebus. Ang. in auth. de litig. num. ij. Bart. Veron. caut. xxiiij. vnde quamuis sciret litem motam hæredibus Brunorij, non dicitur in dolo emendo à Canciano habente causam antiquiorem, vt dixi. Et ex his concludo dictum Maiolum restituendum esse ad possessionem prædij, de quo agitur. Salvo in cæteris iure Abiosi.

CONSIL. XXXV. SVMMA.

1 Res iudicata in petitorio differet omne iudicium possessorium.

2 *Iudicium possessorium, dicitur momentaneum cum momentum possit extingui, vbi constet de petitorio.*

3 *Sententia absolutoria lata in petitorio obstat agenti, etiam interdicto recuperandæ.*

4 *Spoliatus ante omnia restituendus, quando procedat.*

5 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, facit rem notoriā inter ipsas partes.*

6 *Executor merus cognoscit de literis executorijs, an sint per surreptionem obtentæ.*

7 *Executor non extendit manum ad tertium possessorem.*

8 *Rescriptum principis, nunquam trahitur ad res singulares.*

9 *Durante causa spolij non potest cognosci in petitorio.*

10 *Iudex procedens ad vlteriora censetur exceptionem propositam reiecisse.*

QVia lis in præsenti causa coram doctissimo, sed occupatissimo iudice agitur, paucis attingam, quæ ad difficultates dissoluendas videantur sufficere. Et primis, cum d. Cæsar habeat sententias conformes, quæ in rem iudicatam transiuerunt, & etiam fuerunt executæ fundata est eius intentio: quia † res iudicata in petitorio 1 absorbet omne iudicium possessorium. l. j. §. fi. ff. de aqua quoti. & æsti. c. cum dilectus. de causa possess. procedit quę hoc (qualecunq; sit illud possessoriū) non solùm si proueniat ex interdicto retinendæ, vel adipiscendæ, sed etiam recuperandæ. c. ad decimas. de restitu. spoliat. libr. vj. ca. significasti. de diuort. vnde & † iudicium tale dicitur momentaneum. l. j. C. si de moment. possess. cum momento possit extingui, vbi scilicet constiterit de petitorio: & ideo Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. in j. lect. communiter tenent, quod † sententia absolutoria lata in petitorio, obstat agenti etiam interdicto recuperandæ. Idem quoque tenent in d. §. nihil commune. in v. combinatione, quod si agenti interdicto recuperandæ reus exceptionem dominij obiecerit, & petitorium intentare cœperit, iudex q; in eo pronuntiauerit: quia pars non opposuerit talem sententiam obstare in possessorio. c. j. de restitu. spol. facit etiam, quia regula illa vulgaris, quod † spoliatus ante omnia est restituendus. l. si quis ad le fundum. C. ad l. Iuliam de vi. Clemen. j. de causa possessio. & proprie. non procedit vbi notoria exceptio dominij obstat agenti, vt est magis communis opinio in d. §. nihil commune. sententiæ autem istæ, quæ † transiuerunt in rem iudicatam: inter ipsas partes faciunt rem notoriam. c. vestra. de cohabita. cleri. Barto. l. j. in prin. in j. quæst. ff. de oper. non nunt. Et hoc maximè procedit in casu nostro, in quo præsupponitur non solùm latas fuisse sententias, sed etiam executas fuisse. vnde amplius de noua executione agi non potest. l. permiscceri. §. fin. secundùm intellectum Iac. de Arena. ff. de acquiren. possess. vbi Barto. & Doct. Nec obstat, quod D. iudex non habet in præsentia de hoc cognoscere, tanquam metus sit executor: quia ad hoc variis modis responsum est in allegationibus per alios factis: videtur enim potius, quod sit mixtus executor, ex quo non potest liquidare fructus, nisi vocatis vocandis, vt per Felin. in c. de cætero. in fin. de re iudi. Ego autem dico, quod etiam posito, quod esset † 6 metus executor, tamen cognoscit de literis executorijs, an sint per surreptionem obtentæ, vt dicit Felin. in c. fi. versic. quarto aduerte. extra, de

præ-

præsumpt. subreptio autem est manifesta propter nullam mentionem factam dictarum sententiarum, & executionis earum. facit regula. c. super his. de rescript. & quod not. idem Fel. in c. de cætero. versi. quintus casus. de re iudi. Præterea, & secundo dico, quod cùm executio sit facta in petitorio hoc nesciente iudice possessorij, propter causam hãc de nouo exortam debet executor, quamuis merus superfedere ab executione, vt dicit idem Felin. in d. c. de cætero. versic. quartus casus per regul. l. si hominem. ff. mand. Rursus & tertiò dico, quod cùm d. Cæsar ex propria persona id ius sit consequutus, non potest executor, respectu ipsius exequi, qui censetur tertia persona, quia † executor non extendit manus ad tertium possessorem, secundum Card. in notis causarum clxxxij. quem refert, & sequitur Felin. in c. generaliter. j. de accusatio. per ea, quæ habentur per Barol. leg. si superatus. de pign. non poterit ergo executor exequi contra eum, nisi tanquam contra hæredem, saluo iure quod habet ex propria persona. Non obstat rursus, quod commissio illius iudicis Mutinensis videatur reuocata, &c. quia cum illa commissio fuerit absoluta, & per executionem quoque finita, non potest censeri fuisse reuocata. † Rescriptum enim principis nunquam trahitur ad res finitas. l. fi. C. vt lite penden. l. j. C. sententiam rescin. non posse. per Doct. in l. causas. C. de transact. & maximè cum (vt dixi) talis sententia iam habeat executionem, per gloss. l. j. §. fin. de præt. stipu. & quæ latè congerit. Felin. in d. c. qualiter. versic. fallit v. Non obstat etiam, quod † dicitur nõ potuisse cognosci in petitorio, durante causa spolij. d. l. si quis ad fundum. respondeo de hoc non est quærendum in hoc iudicio: cum ista exceptio impugnaret dictas sententias, quæ (vt dixi) transiuerunt in rem iudicatam. l. qui Romæ. §. fin. vbi Barto. in v. oppi. ff. de verb. obligat. & † iudex procedendo ad vlteriora videtur talem exceptionem reiecisse l. à procedente. C. de dila. & credendum est, quod fecerit ex iuxta causa. l. Hęrennius. ff. de euict. l. ij. C. de offi. cius. iud. Præsertim cùm in casu nostro talis causa sit clara & euidens, quia Cęsar ipse non spoliauerat, neque cum eo pendebat quæstio interdicti, sed cum patre: ipse verò agebat petitorio ex propria persona tanquam vocatus ad bona feudalia, seu emphyteutica ex stipulatione aui sui: quo casu nihil eum impediuit, quominus petitorium intentaret. l. fin. C. de euict. vbi Bald. & Salic. Fulg. consi. lxvij. incip. paterfamiliãs. Concludo igitur partes iudicis esse respectu istorum bonorum non exequi maximè cum alias respectu dictorum bonorum facta fuerit alia executio in causa spolij, quæ deinde absorpta fuit à petitorio, seu à posteriore executione facta in iudicio dicti petitorij propter duas sententias conformes, vnde amplius remedio executorio locus non est. d. l. permisceri. §. fin. de acquiren. possess. vbi omnes. Respectu verò fructuum & expensarum posset exequi dictas sententias spolij seruatis tamen seruandis, id est, fructibus ad liquidum prius reductis, de quo in c. accedens. ij. vbi Abb. vt lite non contesta. per Bald. in c. conquerente. de restitu. spoliat. quo casu (quamuis sit merus executor) potest recipere probationes ad sui instructionem, vt per Roma. consi. ccccliij. & consil. cccxxxvij. & consil. clxxxiij. cùm similib. exequeturque quatenus sit in hereditate ipsius Alexandri, cuius Cæsar est hæres cum beneficio inuentarij, secundum l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. vbi glos. & doct. & in l. cùm à matre. C. de rei vend. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXVI. SVMMÆ.

1 *Appellans habet annum ad prosequendam, & finiendam appellationem, & ex causa biennium.*
2 *Appellatione infra annum, aut biennium ex causa non prosecuta, sententia transit in iudicatum, & exequitur etiam non data dilatione quadrimestri legali, &c.*
3 *Princeps potest restituere ad lapsum fatalium.*
4 *Restitutio ad lapsum fatalium, potest fieri etiam non citata parte.*
5 *In dilatione vltra annum, requiritur probatio euidentissima.*
6 *Quando lex resistit actui, actus ipso iure est nullus.*
7 *Si rescriptum Principis est nullum, multò magis rescriptũ legati.*
8 *Legatus non potest derogare legi prohibitiuæ.*
9 *Legatus de latere non potest committere causam appellatione remota.*
10 *Clausula, prout iuris fuerit, quid importet.*
11 *Rescripta superiorum semper debent interpretari, vt non intelligatur superior dispensasse, nec inutile confirmasse, sed potius ius commune secutum esse.*
12 *Causæ allegatæ in suppositione si non probantur rescriptum non tenet, propter surreptionem.*
13 *Per lapsum instantiæ prima sententia transit in iudicatum.*
14 *Rescripta non sunt interpretanda, vt lites de nouo fiant.*
15 *Rescripta contra ius obtenta non valent.*
16 *Rescripta contra ius videntur magis impetrata propter importunitatem petentium, quàm quod sit de mente Principis.*
17 *Supplicans quando sententia transiit in rem iudicatam propter lapsum fatalium, vt rursus cognoscatur, est infamia iuris.*
18 *Sententia lata contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam est penitus nulla.*

Licet ordinariis lectionibus tantùm opprimar, vt otium in consiliis mihi non supperat, tamen quia res est clara, & quia magno studio opus non fuit, non potui amici mei ad me venientis precibus non obtemperare. Et visis duabus sententiis conformibus latis in fauorem do. Rostagni & hæredum Chialusio contra d. Carolum de S. Martino, seu eius hæredes, de duobus articulis principaliter videndum esset. Primò nũquid Rostagnus ipse hæres legitimè potuerit opponere compensationem debiti principalis fideicommissario agenti ad bona & interim pendente lite fecerit fructus suos. Et quia circa hunc punctum aliàs quædam deduxi, apostillando ad allegationes partis aduersæ, in præsentiarum nihil instabo præsertim, quia ex resolutione sequentis dubij factum ipsum satis clarum redditur, & apertissimè constabit d. Iudici de iustiore causa hæredum ipsius Rostagni. Secundò, igitur videndum est, nunquid prima sententia transierit in rem iudicatam per lapsum fatalium, & exequenda sit. Et videretur prima facie dicendum, quod non, quia quamuis † appellans habeat annum ad prosequendam & finiendam appella-

BIU Cujas

pellationem clem. sicut. clem. si appellationem. de appellat. vel etiam biennium ex causis. authen. de his qui ingred. ad appel. & authen. si qui. C. de temp. appell. per Canon. iuc. extra. de appell. aliàs † sententia transeat in rem iudicatam. l. ij. §. fin. C. de temp. appell. quod ita quod statim est exequenda, etiam non data dilatione quadrimestri legali, secundùm vnam opin. de qua ibi, & per Ludo. Roman. in l. j. §. qui præsens. ff. de verbor. oblig. tamen potest † princeps restituere ad lapsum fatalium, vt est text. in d. l. ij. §. quod ita contigerit. C. eod. & ibi dicit Bartol. istud ista procedere, vt talis † restitutio possit fieri, etiam parte non citata. & idem tenet Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & Felin. in c. cùm olim. de re iudi. In casu autem nostro videtur restituisse, vt apparet per geminata rescripta, primum impetratum à reuerendissimo Legato, & secundùm à beatissimo Pontifi. Rom. vnde videretur dicendum, quod fatalia minimè lapsa sint. Sed istis non obstantibus puto contrarium de iure esse verius, & quia ex computatione temporis apparet non solùm lapsum esse annum primum, sed etiam biennium, & alios annos, casus non habet multam difficultatem, quin dicendum sit, quod prima sententia transierit in iudicatum, nisi pars aduersa probasset istam moram interuenisse ex culpa ipsius appellati, de quo in c. querela. de procu. vel propter inopiam appellãtis, vel alium casum fortuitum, vt per Alexand. in d. authen. ei, qui appellat. vel propter culpam iudicis. auth. si appellatione. C. de temp. appel. Quo casu requiritur protestatio partis contra iudicem, vt dicit Ioan. de Imo. in c. ex tenore. extra, de appell. facit, quod no. Alexand. consi. cxliij. in ij. & istæ causæ seu hæc impedimenta debent verificari, & probari in processu causæ. Et cùm simus † in dilatione vltra annum requiritur probatio euidentissima, vt dicit text. in l. fin. §. illud. C. de temp. app. vnde non esset satis, si impedimentum probaretur per iuramentum, vt dicit Abba. in dict. c. ex tenore. quam ibi communiter sequuntur doct. & Petr. de Ancha. & Domin. de Pan. Gemin. in c. cupientes. §. insuper. de elect. lib. vj. Alexand. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis caut. qua probatione facta, adhuc mero iure non esset restituta instantia, sed requiritur, quod iudex ipse in integrum restituat aduersus lapsum fatalium, vt tenet Inno. Ioan. And. Imol. Abb. & Moder. in d. c. ex tenore. vnde cum ista facta non sint, casus est clarus, quod sententia transit in rem iudicatam. Non obst. quod videatur restaurata instantia per rescripta, quia puto, quod illa rescripta non obstent in casu nostro. Et primo non obstat primum rescriptum legati, quia possit dici, quod illud rescriptum non valet per text. in l. nemo arbitretur. in fin. C. de temp. appella. vbi textus expresse prohibet fieri talem impetrationem à principe. vnde † cùm lex resistat actui, actus ipso iure est nullus. l. non dubium. C. de legi. Non obstat d. l. ij. vers. quod si contigerit. Quia procedit in illo casu tantum, qui est casus specialis, vt tenet Salic. Paul. de Castren. & alij. in dict. l. nemo. vnde si † rescriptum principis est nullum, multò fortius rescriptum Legati. Secundò dicitur, quod reuerendissimus Legatus non potest concedere tale rescriptum: quia illud est derogare † legi prohibitiuæ, cui quidem legi legatus derogare non potest, vt notabiliter dicit Bald. in c. fin. de offi. leg. facit quod not. Salic. in fin. C. de senten. vbi dicit, quod etiam † Legatus de latere non potest committere causam appellatione remota, idem tenet Baldus in lege j. Cod. de appella. & Ioann. de Imol. & Angel. de Aret. in leg. j. §. fin. ff. a quib. appell. non lic. & Canon. in capit. quod transquionem. de offic. leg. Modern. in l. nemo potest. in ij. lectu. ff. de lega. j. Tertiò respondeo quod etiam dato quod reuerendissimus Legatus hoc facere potuisset, intelligitur tamen quod faciat ex iusta causa, vt dicit Anton. de Butr. & Ioan. de Imol. in cap. fin. de transact. Abb. in c. studuisti. de offic. leg. in c. dilecti. vltimo. extra. de appel. & in c. at si clerici. §. j. vbi etiam alij extra. de iudic. Iustæ autem causæ sunt illæ, quas supradixi, quando lapsa sunt tempora ex culpa iudicis, vel appellati, vel impedimento ipsius appellantis, vnde fuerunt probandæ euidentissimis probationibus. d. §. illud. & tamen in causa nihil probatum est. Non obstat, secundùm rescriptum apostolicum, quis etiam illud non obstat pluribus rationibus. Et primò, quia illud rescriptum est iustificatum, videlicet, quia concessum, vt petitur, prout iuris, & illa verba, † prout iuris, qualificant præcedentem concessionem, vt nihil dispensetur; quia ista est natura dictionis, prout de iure, vt referat se ad ius, & nihil addat. c. veniens. de testa. c. ij. de confess. in fin. libr. vj. ita vt si iuris non sit, nihil censeatur concessum, facit in simili, quod no. Mod. in c. quoniam Abba. in fin. de offic. deleg. Felin. in cap. ij. de rescriptis. & quod tradit Aretin. in cap. j. de probat. & Alexand. consil. ix. lib. v. Et ista interpretatio est accipienda, quia † rescripta superiorum semper debent interpretari, vt non intelligatur superior dispensare, nec inutile confirmare, sed potius ius commune sequi, vt no. Innoc. & Ioan. And. in c. dudum. extra, de decim. & per talem rationem ita in terminis concludit Alexand. in consilio xxxiij. viso themate super quo in j. volum. vnde in casu nostro ad hoc, vt pars posset vti beneficio illius rescripti, debet probare iustas causas, vel iustum impedimentum, vt supra dixi, & tanto fortius: quia † in supplicatione allegat etiam quasdam causas, quæ sunt probandæ, aliàs rescriptum non tenet propter subreptionem. c. olim ex literis. extra, de rescript. cum similib. Secundò respondeo quod tale rescriptum si restitueret instantiam esset nullum, vt est textus in dict. lege, nemo arbitretur. C. de temp. appell. † per lapsum enim instantiæ prima sententia transit in iudicatũ, & sic obstat exceptio litis finitæ. vnde non valet rescriptum principis ea restaurans. l. causas. C. de transa. quia tollerent ius tertij, & quia † rescripta non sunt interpretãda, vt lites de nouo fiant. c. exposita. vbi no. de arbitr. & talia † rescripta contra ius obtenta non valent. l. rescripta. & l. quoties. C. de precib. Imp. offer. & per doct. in c. j. de excess. prel. & talia † rescripta videntur magis impetrata propter importunitatem petentium, quàm quod sit de mente principis. l. j. C. de petit. bon. subl. lib. x. & per Paul. de Cast. in d. l. rescripta. Imò † supplicans, quando sententia transit in rem iudicatam propter lapsum fatalium, vt rursus cognoscatur, est infamis infamia iuris, vt est text. in l. fin. vbi Paul. de Castr. & alij. C. vt lit. penden. & certè ibi est casus expressus istius quæstionis. vnde si lapsa instantia, iudex iudicaret, reuocando priorem sententiam, nihil ageret; quia illa sententia diceretur lata contra † sententiam, quæ transisset in rem iudicatam,

vnde

vnde esset penitus nulla. gloss. in clem. appellanti. A extra, de appell. Hostien. Ioan. Andr. & alij in d. c. ex tenore. & istud procedit etiam si secundus iudex fulminasset interlocutoriam, per quam dixisset se esse competentem iudicem & instantiam non esse lapsam, vt dicit Alexand. d. consi. xxxiij. vol. j. & iste casus est etiam clarior: quia etiam à tempore impetrationis rescriptorum adhuc lapsa etiam sunt alia fatalia. Et dato, quod non essent lapsa, tamen adhuc prima sententia transiit in rem iudicatam, vnde in præsenti casu dico, partes domini commissarij esse in pronuntiando priorem sententiam transisse in rem iudicatam, & impuniendo istum actorem, secundùm dict. l. fin. C. vt lit. pendente. Et hæc omnia, saluo semper potiore iudicio.

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

1 *Iudex potest ex officio ordinare processus assumẽdo informationes &c. & repertum in possessione manutenẽdo & defendendo ad finem, ne lite pendente partes veniant ad rixam, & turbent se ad inuicem.*

2 *Iudicium summariissimum quod.*

3 *In iudicio summario informatio potest capi à testibus non iuratis extraiudicialiter.*

4 *Quando vtraque pars contendit se possidere, & iustè timetur de rixa, debet iudex sequestrare.*

5 *Appellari non potest à sententia lata in possessorio.*

6 *Sequestrum succedit loco missionis in possessionem ex primo decreto.*

7 *Sicut causa possessorij est inappellabilis, idem de quolibet articulo in ea concurrenti dicere debemus.*

8 *Sequestratio tam fructuum, quàm possessionis est prohibita.*

9 *Colligens fructus præsumitur possessor.*

10 *Iudex non debet facere sequestrum in manibus partis.*

11 *In sequestro neutra pars debet possidere & quia.*

12 *Sequester dicitur aliquis tertius, penes quem res plurium litigantium deponitur.*

13 *Causa inepta in sententia assignata, reddit sententiam nullam.*

14 *Iudex non debet remouere sequestrum, nisi ex causa legitima.*

15 *In mero possessorio licet non possit appellari, potest tamẽ dici de nullitate.*

16 *Sequestrum redditur nullum, quando præceptum iudicis sine causæ cognitione est nullum.*

17 *Doctoris dictum intelligi debet secundum l. quam allegat.*

18 *In iudiciis possessoriis appellatur, quando fuit inordinatè processum.*

REquisitus, quid sentiam in causa vertente inter do. Renoaudi, & Petrum Poyus, breuibus, & pro tenui facultate mea agendum duxi. Et quod rectè fuerit per locum tenentem factum sequestrum in fauorem dicti Petri. Primò facit, quia potest ordinari processus ad finem, ne li- G
1 te pendente, partes veniant † ad rixas, & turbẽt se adinuicem: quia qualibet prætendat se possidere. Et tunc iudex summatim ex officio potest assumere informationes, & defendere eum, qui
2 repertus sit in possessione, & istud † iudicium est summariissimum, & potest incipi tali casu à præcepto, prout concludit Paul. de Cast. consi. iij. in causa, quæ vertitur coram, in ij. vol. secundùm nouissimam impressionem, allegat l. liberis. §. fin. ff. de lib. cau. per Innoc. in c. cùm venissent. extra, de iureiur. & Cin. in l. si de possessione. & ibi etiam Mod. C. de transa. & informatio † potest capi à te- 3
stibus non iuratis etiam extraiudicialiter, secundum Bald. in c. j. §. si tres. de pac. iur. in vsib. feud. & per Fran. de Cur. consi. lx. in additionibus, in fin. Et istud videtur factum in casu nostro, quia ista sequestratio est facta per præceptum iudicis, ergo in tali casu videtur tenere. Secundò pro eadem parte facit, quia † quando vtraque pars conten- 4
dit se possidere, & iustè timetur de rixa, debet iudex sequestrare. l. æquissimum. & l. si vsufruct. §. si inter duos. & ibi Bart. ff. de vsufruct. & prohibere vtrique parti ne accedat ad fundum, & istud maximè procedit quando facit sequestrum sine præiudicio iurium vtriusque partis, vt per Innoc. Areti. & Modern. in c. in præsentia. de probat. & Pract. Papien. in forma sequestri seu salsamenti. & Franc. de Cur. in l. vnica. in fi. C. de proh. seq. vbi posui tract. sequestratio. cum concord. Tertiò vi- C
detur, quod à tali sententia non possit appellari. Quia communis conclusio est, quod † à sententia 5
lata in possessorio non potest appellari. in l. j. C. si de mon. poss. cum concord. per Dec. consil. xxviij. per totum multò minus igitur ab isto sequestro, quod est factum in causa possessorij summariissimi, vt dicit Paul. de Cast. in d. consi. iij. & quia in isto casu militat eadem ratio, quæ est in alio possessorio, ex quo statim cognoscetur de veritate possessionis & est modici præiudicij, & etiam est D
reparabile per sententiam diffinitiuam, iuxta not. in l. ij. per Bart. ff. de appellat. recip. & ita firmat in terminis Bald. in l. ij. C. de episc. audien. & confirmatur ista opinio. Quia tale † sequestrum vi- 6
detur succedere loco missionis in possessionem ex primo decreto, vt dicit Bal. Abb. & Imol. in c. j. extra, de sequ. possess. & fruct. à quo decreto non licet appellari, vt per Bar. in d. l. ij. de appell. recip. Et etiam hoc confirmatur alia ratione. Nam † sicut 7
causa possessionis est inappellabilis, vt supradixi E
esse communem opin. idem debemus dicere de quolibet articulo in ea occurrenti. per doctr. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verb. summariè. etiam per Bal. in j. in fi. C. com. deleg. Iaſ. in l. ij. C. de edi. diui Adria. toll. Sed tamẽ his nõ obstat, puto contrariam sententiam esse veriorem & consequenter, quod dominus Renoaudi foueat iustiorem causam. Et pro fundamento huius conclusionis, præsuppono, quod regulariter † sequestra- 8
tio, tam fructuũ, quàm possessionis est prohibita. l. j. C. de prohib. sequestr. & cap. j. extra, eod. tit. nisi F
in certis casibus, inter quos est ille, quando partes ambæ prætendunt se possidere, & iudex dubitat, ne veniant ad arma, & in tali casu antequã iudex concedat sequestrum, debet adhibere causæ cognitionem, vt expressè dicit Archid. xj. q. j. can. quia res allegat tex. in c. querelam. de Simon. & l. fin. C. si per vim, vel al. mo. & eum ita etiam declarat Alexand. consil. v. ponderatis. in iiij. volu. & in tali cognitione versabitur, vt videat G
iudex, nunquid ex qualitate personarum sit aliquis timor armorum, vt dicit Bald. in l. nullus. C. de sum. trin. & fid. cathol. allegat Cin. & antiquos in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. conf. vbi expressè requirit causæ cognitionem, & licet procedatur summariè super articulo, vt dicit Bald. in l. si discepretur. ff. vbi pupil. ed. deb. requiritur tamen citatio partis, aliàs nisi procedatur causa cognita, potest appellari. vt per Angel. in consil. cvij. Iacobellus in fin. quem

refert

refert & sequitur Franc. de Curt. in d. tract. sequestrorum. & in d. consi. lx. & Dec. d. fin. C. de ed. diui Adria. toll. Et isto fundamento tolluntur prima duo obiecta: quia dato, quod fundamenta, in se sint vera, tamen intelliguntur, quando iudex adhibuit causæ cognitionem quod in nostro casu non fecit. Et istud deducitur pluribus rationibus. Prima, quia in descriptione, & sequestratione primò facta in manibus domini Renoaudi, nullam adhibuit cognitionem, vt apparet ex processu, cum tamen debuisset ante omnia videre summariè, quis B possideret, & eum manutenere quem tunc reperiret in possessione, vt dicit Inno. in d. cap. in præsentia. de probat. cum concord. per Ias. in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. a. Et dato, quod reperisset paria iura possessionis in vtroque, debebat prius videre, an ex qualitate personarum subesset timor armorum, vt declarat Bald. in d. l. nullus. vnde cùm non fecerit, præceptū fuit nullum, vt infrà ostendam imò cum domin. Renoaudi† collegisset fructus, alio sibi non constito, de- C
9 bebat eum tueri: quia præsumitur possessor. iuxta tradita in l. Titia. ff de solu. Barto. in l. penult. ff. de condit. instit. & per Bald. in l. j. C. de ser. fugit. cum concord. non autem debuit procedere ad sequestrationem. Secunda causa deducitur, quia fecit† sequestrum in manibus partis, quod non
10 debet facere iudex. l. ei apud quem. §. fin. ibi, rarò ei res, &c. ff. depos. & ibi Salic. & Fulgo. dicunt, non esse rem restituendam parti, nisi in casu. l. oleum. ff. de dolo. in quo scilicet, pars obtinuerit, D vel per actorem steterit, nec etiam iudex debet facere ipse restitui, sed debet facere reponi fructus in ædem factam, vel sequestrari apud alios, vt ibi probatur, & notat Bald. in dict. l. vnica. C. de proh. sequest. & pro hoc facit quod notat idem Bald. in ca. j. extra, de sequest. pos. vbi dicit, quod
11 † in sequestro neutra pars debet possidere: quia iudicium non debet claudicare, & quia iniustum est, quod in re dubia concertantium, alicuius cō-
12 ditio sit potior. Ad idem facit, quia † sequester di- E citur aliquis tertius, penes quem res plurium litigantium deponitur. l. sequestro. ff. de verb. signi. & probatur in d. c. j. aliàs iudex penes partem non debet sequestrare, sed desctibere fructus, ne interim dissipentur. l. pen. §. ex quadrante. ff. de doli except. per Andr. de Baru. & doct. in l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. x. Tertia causa ex eo probatur: quia iste iudex hanc sequestrationem fructuum fecit in manibus partis aduersæ ex eo, quia aliàs sequestrationem fructuum fecerat F
13 in manibus domini Renoaudi, quę † causa in sententia assignata, est inepta, vnde sententia redditur nulla. cap. cùm super Abbatia. vbi omnes. de offic. de leg. imò etiam si ex processu appareret de causa apta, adhuc non sustineretur, sententia, vt per Abb. & scrib. in cap. ex parte. de concess. præb. per text. in ca. per tuas. qui fil. sint leg. ista autem causa nō posset esse magis inepta: quia quāuis semel fuerit sequestrarum penes dominū Renoaudi, non sequitur, ergo debet idem fieri penes G aduersarium, imò potiùs sequebatur contrarium,
14 quia debuit iudex non remouere sequestrum, nisi ex causa legitima. d. §. fi. & d. l. oleum. & per Io. Fab. in d. l. vnica. C. de prohib. sequest. de quo etiam per Oldr. consi. clxvj. Thema. & sine dubio ista ratio nō est apta, nec debuit mouere eum, vnde merito sententia non tenet: præsertim cum (vt dixi) habeat respectum ad primum sequestrum q, est ipso iure nullum, vt infrà dicam. Et quāuis do-

A Renoaudi non reclamauerit aduersus tale præceptum, non tamen censetur ratificasse: imò potest quandocunque dicere de nullitate, vt per Corn. in l. fin. ff. quan. appel. sit. & per Felin. in ca. eccles. sia Sanctæ Mariæ. versi. sed de ista limitatione, &c. Et sic tolluntur clarè duo priora argum. facta pro patre dicti Petri. Non obstat tertia ratio, quod nō videatur posse appellari, ex quo sumus in mero possessorio, quia respondeo. Et primo quod dato sine veri præiudicio, quod istud esset verum, † de- 15
bet saltem posse dici de nullitate, vt concludunt omnes in dict. l. vnica. C. si de momen. possess. Sed istud † sequestrum est nullum, quia præceptum iu- 16
dicis sine causæ cognitione est nullum. l. fi. C. si per vim, vel al. mod. Et in terminis de tali sequestro, quod sit nullum, fuit de mente Archidiac. in dict. cap. quia nos. xj. quæst. j. vbi volens ostendere, q tale sequestrum requirit causæ cognitionem allegat d. l. fina. secundum quam eius † dictum debet 17
intelligi per not. per Barto. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de liber. leg. & idem etiam voluit Bald. in d. l. quidam existimauerunt. in fin. vbi appellat tale præceptum esse nudum, & consequenter non valere, & idem per Franc. de Curt. in dict. consil. lx. in fin. & voluit Angel. in d. consil. xxvj. Iacobellus. Secūdò & fortius dicitur, quod etiam à tali præcepto potest appellari, prout voluit etiam Angel. in dict. consil. cvij. & confirmatur ratione, nam vt suprà ostendi, † fuit inordinatè pro- 18
cessum, quo casu etiam in iudiciis possessoriis appellantur, vt per Bald. in cap. ex conquestione. de restit. spol. & in dict. l. vnica. Et hæc pro brevitate temporis sufficiant, &c.

CONS. XXXVIII. SVMMÆ.

1 *Dominium probatur per testes assignātes pro causa scientiæ diutinam possessionem.*
2 *Possessorium & petitorium simuicem non contingunt.*
3 *Pendente iudicio petitorio, potest actor intentare possessorium retinendæ ante conclusionem in causa.*
4 *Iudex cui est commissa causa petitorij, si pronuntiat super possessorio, nulliter pronuntiat.*
5 *Publicatio testium in possessorio non impedit alios admitti, super ijsdem capitulis in petitorio.*
6 *Testis examinatus super articulo possessionis si respondeat de proprietate, nihil probat.*
7 *Iudices semper debent esse proni circa admissionem articulorum, dummodo non sint notoriè impertinentes.*
8 *Ille articulus, siue positio dicitur pertinens, qui, quæ ue directo, vel per indirectum quoquomodo causæ administ culetur.*
9 *Pertinentia dicuntur etiam modicum conferentia ad causam.*
10 *Positioni licet insufficienti, dummodò sit pertinens responderi debet.*



Reuiter in præsenti controuersia petitorij, vertente inter dominum Præceptorem de Belloloco, & dominum de Soleriis interrogatus, vt scribam quid iuris sit super admissione capitulorum, quæ videntur concernere materiam possessorij agendum dixi. Et quia circa hoc triplex consistit difficultas ex triplici diuersitate facti circa tria insistendum erit. Primum est respectu illorum articulorum, qui cōcernunt possessionem longi temporis sufficientem præscriptioni, & non est dubium in isto iudicio petitorio eos debere admitti: quia concer-

nunt ius dominij oriens expræscriptione. l. traditionibus. C. de pact. & ideo tali casu non possumus dicere, quod articuli sint impertinentes secundum Bal. in l. proprietaris. in fi. C. de proba. vbi cõcludit, quod dominium probatur per testes assignantes pro causa scientiæ diutinam possessionẽ. Et quia istud non habet dubium, vlterius non insisto. Secundum est respectu pasturagiorum, leidarum, & pulueragiorum. & tali casu concludendum est hunc secundum libellum concernentem iura possessionis debere admitti, & consequenter etiam articulos: quia aut dicimus in primo libello petitorij ea non comprehendi, & haec conclusio non habet dubium, quia potest quis respectu certorum iurium agere contra aliquem petitorio iudicio, & respectu alterius rei possessorio, quia ista iudicia se inuicem non contingunt. l. cum quæritur. l. sequenti. ff. de except. rei iudi. vbi per Pan. de Cast. & alios, & per Bald. in l. fi. de proprietate. C. si à non compet. iud. cum similib. aut dicimus cõprehendi in primo libello petitorio, & tunc dicendum est adhuc secundum admitti: quia pendente iudicio petitorio potest actor intentare possessorium retinendæ ante conclusionem in causa, vt est text. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. vbi omnes notant, idemque in interdicto recuperandæ. l. cum fundum. §. fin. ff. de vi, & vi armat. & de vtroque etiam est text. in ca. pastoralis. extra, de causa poss. & propter. & istud maximè procedit in casu nostro, in quo apparet, quod in primo libello petitorio actor non est confessus ipsum dominum de Soleriis reum conuctum simpliciter in solidum possidere, sed solum, quod recusat soluere illi quartam partem cum sit condominus. vnde nulla est hoc casu repugnantia: & ideo non est dubitandum libellum admitti: quia cessant omnia, quæ in contrarium adducuntur in d. §. nihil commune. in v. lectura. & istud etiam clarius apparebit ex infrà dicendis in iij. difficultate. Nec obstante geminatæ ordinationes reuerendissimi Senatus Aquensis: quia pronuntiant secundum processum. Primò nõ esse adiungendũ, quod ego vtique fateor: cùm enim sint diuersi processus non debent vniri, sed quilibet suo tempore expediri. Et in primis causa possessorij iuxta l. ordinarij. C. de rei vendi. quamuis etiam satis appareat de nulla causæ cognitione habita in dictis ordinationibus conditionaliter latis, & quidem sub tali conditione, quæ poterat ex sola libelli inspectione purificari contra l. j. §. biduum. ff. quando appell. sit. & l. cum iudex. vbi Bar. C. de sent. Tertiũ & vltimum est generaliter respectu deductorum in primo libello, & iste casus, habet maiorem difficultatem: quia articuli isti concernentes possessionem videntur impertinentes in hoc iudicio petitorio, cum nihil commune habeat possessorio cũ proprietate. d. §. nihil commune. vnde videmus, quod iudex cui commissa est causa petitorij, si pronuntiat super possessorio nulliter pronuntiat d. l. si de proprietate. C. si à non compet. iud. facit etiam, quia videmus, quod publicatio testium in possessorio non impedit alios admitti super iisdem capitulis in petitorio. ca. veniens. ij. vbi Felin. de testi. & testis examinatus super articulo possessionis si respondeat de proprietate nihil probat. c. de testi. & vbi Fel. de testi. facit quod notat. in c. licet causam. de prob. vbi articulus spectans ad dominum dicitur impertinens in iudicio possessorio, præterquam in interdicto retinendæ, ergo etiam vice versa idem dicendum. Sed his non obstantibus, in proposito casu aliter sentio. Et præmitto, quod iudices semper debent esse proni circa admissionem articulorum: dummodò non sint notoriè impertinentes, vt no. doct. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. & ille articulus siue positio dicitur pertinens, qui quæve directo, vel per indirectum, quoquomodo causæ adminiculetur. l. ad probationem. prima. vbi Bar. & Bal. no. C. de pro. & istud procedit qualitercunq; adminiculetur etiam si leui præsumptione, secundùm Bal. in ca. licet causam. extra, de prob. vnde etiam modicũ cõferentia ad causam dicuntur pertinentia. ca. iij. extra, de testi. vbi Bal. & ex hoc sequitur cum ex possessione saltem alicuius temporis, aliqualis præsumptio dominij oriatur præsertim aduersus eum, qui asseritur spoliasse. l. si quis emptionis. versi. sed hæc super illis. C. de præscrip. trig. vel quadr. ann. p Bar. in l. quidam in suo. ff. de cond. insti. & ideo in tali iudicio petitorio articuli possessorij sint admittendi, vt dicit Bal. in addi. Spe. ti. de posi. vers. si pono, quod tu. vbi dicit quod in petitorio multũ valet talis possessio per tex. in d. §. si quis emptiõis. idem cõcludit ibidem Bal. ver. positioni. vbi dicit, quod positioni debet responderi si est pertinens dato, quod non sit sufficiens, vt est in rei vẽdicatione quando ponitur de possessione tantum, allegat. not. in l. si à te. §. j. ff. de except. rei iud. & istud maximè procedit in casu nostro in quo dominus de Belloloco prætendit se habere quartam partẽ dominij dicti Castri & dictorum iurium, quo casu videtur quod petitorium recipiat fomentũ ex possessione, prout in cæteris iudiciis, quæ potentialiter sunt diuisoria. l. j. ff. fam. erc. & declarat Bald. in d. l. ordinarij. C. de rei vendi. Et ista conclusio clarius procedit respectu illorum articulorum, qui coadiuuantur per instrumentum transactionis, & ex possessorio probant dictum instrumentum habuisse effectum inde indubitanter dicuntur pertinentia, & debent admitti. ca. series. vbi Anto. de Butr. & Imo. extra, de restib. Et hæc omnia salua meliori deliberatione, &c.

CONS. XXXIX. SVMMÆ.

1. *Beneficium reintegrandæ possessionis habet locum etiam aduersus singularem successorem, qui cum titulo, & bona fide possideat & quia.*
2. *In iudicio possessorio non admittuntur allegationes, concernentes petitorium.*
3. *Fideiussor non nisi in casibus de bonis debitoris soluit.*
4. *Sententia lata contra vnum hæredem non nocet coheredi non citato.*
5. *Decus qui extra professionem communis sunt, nihil pertinet ad commune.*
6. *Magistratus stipulari non potest pro securitate alienigenæ, & extra territorium agen.*
7. *Verba quibus vltra necessitatem quis se obligauit, nihil operantur, nec ex eis stipulatio committitur.*

NObilium de Marascharis in causa paucis agẽdo arbitror pro eis pronuntiãdũ esse, quod respectu iudicij possessorij clarum videtur tenendo illam opinionem, quod beneficium reintegrandæ possessionis habeat locum etiam aduersus singularem successorẽ, qui cum titulo & bona fide possideat: quia iunior possessio censetur clandestina, quam tenuit Inno. & Cat. in c. sæpè. de testi. spol. Abb. in c. cum ad sedem. eo. tit. vbi dicit istam esse communẽ opinionem, & ita etiam fatetur Alex. cons. xcj. v. vol. Are.

&

& Mod.l.rem, quæ nobis de acq.poss.Anch.cons. cccij.circa recuperandam.Soc.consil.lxxxix.in j. vol.Dec.cons.lvij.& cons.cxxxvj.& licet hæc opinio habeat aliquos cõtradicentes, tamẽ apud Cæsin. magis communis & in terris ecclesiæ obseruãda. Nec obstat allegata petitio restitutionis in integrum, quæ fundatur super instrumẽto pacis, & obligatione generali facta per dominum Herculem, seu eius procuratorem, respondeo enim pluribus modis. Primò, quod omnis illa allegatio pertinet ad confirmationem tituli, † & concernit petitorium, & ideo non est in hoc iudicio possessorio admittẽda l.j.C.si per vim.l.si quis ad se fundum.C.ad leg. Iuliam de vi.per Canonist.in clicet causam.extra, de probat. Secundò dicitur, quod iste minor se tuẽri non potest ex obligatione illa per dominũ Herculem facta: quia posito, quod pax fuisset fracta, & locus fuisset stipulationi pœnali, non tamẽ potuit vnus hæredum fundum illũ vendere: quia illa obligatio in omnes hæredes æqualiter transit pro rata, qui deinde habent regressum contra offendentẽ, qui dedit causam fractioni pacis.l.ij.§. fi. de ver. oblig.declarat Bar.in l.iiij.§.Cato.ff.eo.tit.Nec potuit dominus Io.Aluisius cohæres soluere fundum communem, vel vendere causa soluendi ipsis inuitis, vel nescientibus, vt dicũt doct. communiter in d.§.Cato.in viij.oppo.Bar.dum disputãt circa intellectũ.l.si procuratorem.§. si ignorantes. vbi cõcludunt † non licere fideiussori soluere de substantia debitoris, nisi duobus cõcurrentibus, videlicet quod bona debitoris essent penes fideiussorem & fideiussor non sit soluẽdo, vt per Fel.c.olim. extra, de accu. vbi allegat cõcordantes, sed in casu nostro bona non erant penes dominum Aluisium, nisi p̃ rata parte. Item ipse erat soluendo: meritò non potuit vẽdere rem alienam, vt solueret pro dominis, vel possessoribus. Tertiò respondeo, quod declaratio pacis ruptæ, & consequenter venditio, subinde facta nihil põt nocere domino Bernardino & suis fratribus, qui non fuerunt citati, nec condemnati: quia † sententia lata contra vnum hæredẽ, non nocet cohæredi non citato.l.j.C.res inter alios acta.l. j.ff.quibus res iud.non noc.cum simil. Quartò puto aduertendum, quia non videtur, q̃ pax fuerit facta per occisionem Georgij Floreni Veronæ factã, cum enim iste esset forensis, & extra territoriũ Bononiæ fuerit occisus, non potuit hic quicquã de eo cognosci: quia † de iis, qui extra protectionem cõmunis sunt, nihil pertinet ad cõmune.ca.multi. ij. q.j. vbi Gemin. vt habet & in simili p̃ Paul.de Castr. l.omnes populi.in fi.de iusti.& iur. nec potuit magistratus † stipulari pro securitate istius alienigenę, & extra territorium agentis secundùm doctr. Bar. in l.j.ff.de iur.fisc.& per Alex.cons.xiiij.in v.vol. qa quo ad istum habẽt pro priuatis personis: quia nõ subditus: & quia extra territorium.l.fi.ff.de iurisd. omn.iudi. Nec ob.quod verba promissionis videatur esse generalia: quia respondeo esse aduertendũ quod dicta stipulatio non est simpliciter conuẽtionalis, sed prætoria, id est, facta iussu gubernatoris, & decurionum, qui pro bono pacis, & in executione statutorum & prouisionum cõmunis Bononiæ, vt in instrumento dicitur interuenerũt dictæ paci: & ideo illa promissio, quamuis generaliter restringitur.l.in conuentionalibus.de verb.obl. nec vltrius adstringit, quàm præcedentis obligatiõis necessitas vrgeat.gl.l.in prętoriis.de pręt.stipu.& in l.non solum.§.morte.per illũ tex.de oper.no.nun. q̃ dicunt doct. procedere etiam si verba stipulationis repugnarent: quia ea verba † quibus vltra necessitatem quis se obligauit nihil operatur nec ex eis stipulatio committitur. fl.fluminum.§. vltiũ. l. si ædibus.ff.de dam.inf.l.si legati.de leg.j. cum ergo de forensibus & extra territorium non teneretur dominus Hercules non potest videri cõmissa pœna, quod ex ipso instrumento pacis satis deprehenditur, in quo excipiuntur banniti tanquam extra protectionem, cõmunis & habetur relatio ad pœnas comminatas in statuto Bononiæ, quæ quidem in forensibus, & extra territorium locum non habẽt, vt per Paul. de Castr. d.l. omnes populi. in fin. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XL. SVMMÆ.

1. *Præsumptio legis est quod natus ex coniugata sit filius mariti illius coniugatæ, non autem adulteri.*
2. *Legitimatio de filio alieno facta nulla est.*
3. *Legitimati comparantur verè legitimis.*
4. *Confessio qualificata acceptari debet cum sua qualitate.*
5. *Ex solo coniugio non probatur copula, nisi probetur cohabitatio.*
6. *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
7. *§. defuncto. l. miles. ff. ad l. Iul. de adult. limiti.*
8. *Successionis obtinendæ remedia.*
9. *Filij si non sunt hæredes Patris, non tenentur habere ratum aliquid gestum per Patrem.*
10. *Renuntiatio feudi antiqui facta à Patre non impedit filium quin possit contrauenire ex persona sua, quamuis sit hæres Patris cum beneficio inuentarij.*
11. *Legitimationi consentiens ligat hæredes.*
12. *Filius tenetur habere ratam renuntiationem Patris, quando non confecit inuentarium.*
13. *Qui est in quasi possessione alicuius rei, vel iuris, potest petere quod sibi continuetur seu declaretur legitimam esse illam possessionem.*
14. *Legitimatus debet posse petere, quod sua legitimatio declaretur valida, sicut potest petere, vt iterum legitimetur, & ex pleniore legitimatione se tueatur.*
15. *In causa status potest procedi, etiamsi persona nolit interesse cognitioni.*

QVæstio prima est, mortuo domino Bartholomęo quis in eius hæreditate sit cõtinuandus, an agnati, an verò domina Franciscа legitimata. Et contra dominã Franciscam facit, quia in supplicatione fatetur dominus Bartholomæus eam esse susceptam ex † domina Agnete, tunc cõiugata, quo casu præsumptio legis est, quod fuerit concepta ex marito, non autem ex adultero.l.miles.§.defuncto.ff.ad le.Iul. de adult.Fel.c.per tuas.de prob.Hypp.l.j.§. ad quæstionem.ff.de quæst.Franc.Cremẽ.sing.cxxvj.Nec assertio domini Bartholomæi & legitimatio videtur sufficere, vt hæc censeatur filia legitimatæ: quia talis actus legitimationis non probat filiationem, sed † legitimatio tanquam erronea, & de filio alieno facta est nulla, vt consuluit Signoro. consil. clxxxiij.in q.& cons.ccxxj.factũ & And.Sicu.cõs. xxvij.scripsit doctissimus.in j. vol. Sed tamen hoc non obstante, puto omninò continuandã esse dominam Franciscam legitimatam: quia † legitimati comparantur verè legitimis, vt habetur in rubr. ff. de lib.& posth. & præsumptio oriens ex d.§. defuncto. tollitur contrariis præsumptionibus, quę multę, & certissimę sunt in casu nostro. Prima est, quia licet dominus Bartholomæus dixerit, Agnetẽ cõiugatam, tamen subiecit maritum absentem fuisse, vnde hæc † confessio non potest acceptari, nisi cum sua qualitate iuxta doctr. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liberat. leg. per tex. in l. etiam. §.

j. ff. de mino. & quæ habentur in l. fi quis intentio-
ne. ff. de iudi. Secunda est, quia licet fateatur fuis-
se coniugatam, tamen non fatetur fuisse à marito
5 cognitam, vnde † ex solo coniugio non probatur
copula, nisi probetur cohabitatio. l. si verò. §. ado-
lescens. vbi gl. & doct. ff. mand. Abb. & Præpo. in c.
6 fi. extra, de spon. quia † facta non præsumuntur nisi
7 probentur, &c. d. c. fi. & regula † §. defuncto. non p-
cedit quando maritus fuit absens nec cõstat, quod
copulam carnalem tali tempore cum ea habuerit,
vt est tex. in l. filium eum diffinimus. versi. sed mihi
B videtur. ff. de lis, qui sunt sui, vel alie. iur. Tertia, qa
ista nunquam habitauit cum marito, sed tempore
conceptionis, & ante, & post cohabitabat cum do
mino Bartholomæo, vnde nõ potest capi præsump-
tio pro marito, sed solum pro domino Bartholo-
mæo secundùm glos. in c. Michael. de fil. presbyt.
Abb. & cæteros in d. c. per tuas. And. Sicul. d. cons.
xxvij. Alex. cons. clvij. in v. Anchar. ccxxv. videtur
prima facie. Quarta confessio ipsius matris cum fa
ma secundùm Bal. in d. l. filium eum diffinimus. p
dicto enim matris magna est præsumptio, secun-
dùm Host. & Abb. in c. officij. extra, de pœn. Quin
ta, quia est nata in domo domini Bartholomæi vi-
cinis scientibus, quo casu etiam limitatur regula.
d. §. defuncto. secundum d. Benedictum Capram in
consi. ij. & probatur in d. l. filium. versi. non tamen
ferendum. vbi considerat text. quod maritus assi-
duè sit moratus cum nepote, & sic innuit quod si
raro cum ea conuersabatur, præsumatur potius fi-
lius concubinarij, qui frequentiùs eam possidebat. Sexta, tractatio ipsa, quia d. Bartholomæus eã
semper tractauit, vt filiam eam custodiendo, domi
retinendo, alimenta præstando, maritando, quæ
tractatio facit cessare præsumptionẽ d. §. defuncto.
secundùm Paul. de Cast. consi. clxxv. super primo
videtur. Fel. d. c. per tuas. Quibus sic præsuppositis, videtur resultare manifesta conclusio, quod in
8 hoc iudicio possessorio filia † hæc legitimata etiam
absq; alia probatione debeat obtinere: siue enim
E intentet interdictum, quorum bonorum, quo suc-
curritur heredi ab intestato possessionem hereditatis petenti, siue intentet remedium decreti de
continuanda possessione, defuncti in hæredem
sufficit probatio oriens ex legitimatione, vel etiã
probatio solius tractationis per ea, quæ no. Bar. in
l. j. C. quorum bon. vbi dicit sufficere semiplenas
probationes, & quæ solum præsumptiuè concluderent sequitur Dec. consil. lvj. & quod not. Alex.
consi. lj. in j. præpos. c. transmissæ. qui fil. sint legit.
Felin. d. c. per tuas. versi. ij. conclusio. Et istud videtur etiam sufficere si intentetur via decreti continuantis possessionem, vt dixi: quia in tali iudicio
summario sufficiunt semiplenę probationes: quia
censetur merum possessorium, vnde nec in eo appellatur secundùm Bal. consil. cccxxx. in j. & licet
Alexan. consi. lx. versic. venio ad secundùm. in ij.
volum. sentiat interim potiorem esse conditionẽ
agnatorum, tamen loquitur quando aduersus legitimationem obstabant rationes efficaces, quæ G
eius vim etiam in possessorio iudicio eliderent, q
non est in casu nostro, per supradicta: pendente enim disputatione super viribus legitimationis nõ
possunt agnati admitti, quorum causa est posterior
filiis legitimatis. l. sed si ante. ff. de excep. & quia in
hoc iudicio possessorio reiiciuntur exceptionis cõ
tra legitimationem, quæ altiorem indaginem postulant, secundùm Alex. cons. lxx. in vj. Ruinũ cõs.
lxxxvij. in fi. in iij. Cor. consil. ix. in fi. in iij. Card. Pa
tris. d. cons. x. nu. xxx. cum sequen. Nec obstat con-

A filium Sign. & Barbatiæ, quia non loquuntur in ca-
su absentiæ mariti, & concurrentibus coniectuis,
de quibus suprà & etiam contra illos cõsuluit dif-
fusè Card. Paris. cons. x. in ij. Et ita etiam respondet
tur ad ea, quæ no. idem Parisius consil. xj. eod. lib.
quia loquitur, quando maritus non erat absens, &
conuersabatur cum vxore. Secunda quæstio est, an
consensus fratrum d. Bartholomæi, qui approba-
uerunt dictam legitimationem quæ obliget eorũ
filios? Et videretur quod non, quia † si non sunt hæ- 9
redes patris, non tenentur habere ratum aliquid
B gestum per patrem. l. cùm à matre. in prin. C. de rei
vend. Fortius videtur, quod etiam si sint hæredes,
adhûc non obligentur tali ratificatiõe. Cum enim
ad hæreditatem patrui vocentur non ex persona
parentum, sed ex propria persona tanquam proxi-
miores agnati tempore mortis ipsius patrui. l. j. ff.
vnde legi. l. ij. §. hæreditas. de suis & legit. non te-
nerur habere ratum, quod gestum est per actorem
suum per regulam l. fi. C. de euict. & quod not. Bal.
C post Nicol. de Mattharellis in l. quis se patris. vers. 10
non quæritur si vasallus. C. vnde legit. vbi † renun-
tiatio feudi antiqui facta à patre non impedit filiũ
quin possit contrauenire ex persona sua, quamuis
sit hæres patris cum beneficio inuentarij, de quo
per Dec. cons. clxxxv. & cccxcv. Curt. Iun. clv. Ias.
cons. vij. & lvj. in iiij. cum similib. Sed tamen in ca-
su nostro sentio contrarium, quod imò isti filij si
sint hæredes patris, non possint contrauenire per
regulam. d. l. cum à matre. cum cõcor. per Dec. cõ-
D sil. clxxxiiij. in fi. quia contraria procederent si di- 11
cti fratres solum præstitissent consensum simpliciter † legitimationi, sed in casu nostro progressi sũt
vltra, promiserunt legitimationem ipsam ratã habituros, &c. quo casu talis obligatio transit in hæ-
redes, secundùm regulam. l. si pactum. ff. de probs.
& ita distinguit Raph. Fulg. cons. lxvj. paterfam. &
sentit Bal. in d. l. qui se patris. vbi vult † filium tene- 12
ri habere ratam renuntiationẽ patris, quando non
cõfecit inuentarium, in casu autem nostro nõ pos-
E sunt isti esse hæredes cum beneficio inuentarij, p-
pter prohibitionẽ statuti, &c. Tertia quæstio an d.
Franciscа, viuente patre possit trahere in iudicium
istos filios fratrum, & facere declarari legitimatio
nem esse validam, adeò, quod sententia in tali iu-
dicio lata eis noceat, respectu hæreditatis domini
Bartholomæi. Et difficultatem facit dictum Inno.
in c. causam quę. ij. extra, qui fil. sint legit. vbi tenet
quod hoc non sit permittendum, nec isti cogendi
ad litigandum per regulam. l. purè. §. fi. de except.
F & istud dictum Innoc. sequitur Imo. in l. si conuen-
dat. ff. de fideiuss. Sal. l. iij. C. qui bo. ced. poss. Dec.
c. si autem. de rescript. Sed tamen in casu nostro pũ
to contrariam opi. esse veriorem: quia communis
• conclusio est, quod † qui est in quasi possessione a- 13
licuius rei, vel iuris, potest petere, quod sibi conti-
nuetur, seu declaretur legitimam esse illam posses-
sionem, vt est tex. in l. j. C. de Carbon. edict. in l. ij.
§. missum. ff. eo. tit. vbi Bar. & ista est communis o-
pin. de qua per Alex. & Mod. in l. de pupillo. §. qui
opus. ff. de oper. no. nunt. in l. si finita. §. eleganter.
de dam. infec. Fel. c. ea, quæ. de re iudi. vnde † legi- 14
timatus debet posse petere, q sua legitimatio de-
claretur valida sicut potest petere, vt iterum legi-
timetur & ex pleniore legitimatione, se tueatur,
vt consuluit Paul. Cast. cons. ccxxj. viso testamento.
ca. fi. & similem decisionem ponit Bar. in l. vti frui.
§. verum autem. in fi. ff. si vsusfruct. per. cum simili
per doct. in d. l. j. de Carbon. edict. Nec obstat, su-
prascripta decisio. Inno. in d. c. causam, quæ, quia
non

non caret dubitatione. & doct. magis communiter tenent contrarium in d.l.si contendat. vbi Bar. Ang. Pau. de Cast. & per Alex. in d.§. eleganter. & fatetur Dec. in cap.j. extra, de confir. vtil. vel inuti. Secundo respondeo, quod Inno. ibi limitat dictum suum, vt non procedat, quando subesset iusta causa, puta periculum mortis testium, de quo in ca. significauit. extra, de testib. in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. quae causa maxime subest in casu nostro, vt possit probari, quod dicta Agnes vnquam fuit traducta à marito in domum mariti, & quod cum ea tempore conceptionis Franciscæ non conuersabatur. Tertiò respondeo, quod quicquid sit in aliis casibus, in ista limitatione non procedit dict. Inn. quia hæc causa pertinet ad causam status, in qua potest procedi etiam si persona nolit interesse cognitioni, vt dicitur in l. diui fratres. §. j. ff. de liberal. cau. in l. sicut. datam. C. eod. tit. per Alex. in d.§. eleganter. Quartò respondeo, quod illud dictum Inno. limitat Abb. in d.c. j. vt non procedat, quando confirmatio peteretur à principe, sed solum procedat coram inferiori, vnde si petatur per supplicationem in Senatu porrectam cessat omnis difficultas. Ita mihi videtur, salua semper iuniore iudicio.

CONSIL. LXI. SVMMÆ.

Per superuenientiam furoris, sicut & morte, reuocatur mandatum.

Furiosus non potest desinere rem aliquam possidere, quia possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, sicut animo acquiritur, ita & animo amittitur: Furiosus autem non potest videri habere animum desinendi possidere.

Qui à furioso emit, possidere dicitur, & enumerantur casus.

Rerum mobilium facilius perditur possessio, quam immobilium.

Ex inutili contractu possessionem transferri.

Ex inutili contractu redditur clausula constituti inutilis.

Absque possessione non procedit vsucapio.

FActum ita habet, Pollicio procuratorio nomine Comitis Ioã. Matthæi vendidit quædam bona ipsius Comitis, & constituit se ea possidere nomine emptoris: & successiue ex bona dicto nomine, accepit in emphyteusim pro certo canone annuo ab emptore, & soluit etiam canonem semel, vel bis: dicunt dicti Comitis venditionem nullam esse, nec possessionem aliquam translatam esse: quia pater, ob ægritudinem, sapientiam amiserat. Quæritur, quis in possessione sit manutenendus? Quia de possessorio duntaxat tractatur, & eleganter p alios quoque allegatum fuit, breuiter ego insistam, pauciscque veritatem, quod in me erit, attingam. Videtur ergo mihi concludendum dictos filios in possessione manutenendos esse, nec ad aliquam canonis solutionem interim compelli posse: clarum enim est, †quod per superuenientiã furoris, sicut & morte reuocatur mandatum. l. qui seruum. l. si quis alicui. de acq. hær. ibi doct. Rursus constat, furiosum non posse desinere rem aliquam possidere: quia possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, sicut animo acquiritur, ita & animo amittitur: †furiosus autem non potest videri habere animum desinendi possidere. l. si is qui. de acq. poss. gl. l. j. §. j. verb. sine tutoris. ff. eo. tit. Nec obst. quod quandoque iura dicunt eum qui à furioso emit possidere. l. nec villã. §. j. de pet. hæ. vel pro possessore vsucapere. l. ij. §. si à pupillo. & §. seq. de vsuc. pro empt. quia intelliguntur in casibus exceptis à supradicta regulã, quarum tres enumerantur à doctoribus. Primus, quando furiosus actu ipso, & per viam facti exiuisset de fundo, & emptor esset ingressus: quia tunc non consensu furiosi, sed apprehensione emptoris quæsita conferetur possessio, sicut in quolibet alio contingit, secundum gl. Pau. Imo. Raph. Aret. Alex. l. possessionem pupillum. eo. tit. de acq. poss. Secundus est quando furiosus vendidisset rem ab alio possessam: quia tunc ex facto possidentis non autem consensu furiosi transferretur possessio. d. l. ij. §. si à furioso. vbi glo. communiter approbata. Tertius est in venditione rei mobilis: †quoniã rerum mobilium facilius perditur possessio. l. rem quæ nobis. de acquir. poss. declarat Bar. d. §. si à pupillo. extra istos casus concludunt vno ore doctores, quod furiosus rem non desinit possidere, sed ipse remanet possessor, & consequenter eius filij: meritò ergo illi in hoc iudicio possessorio sunt manutenendi. Confirmo hanc sententiam per illud, quod notabiliter decidit Andreas de Barulo, quem refert & sequitur Alb. de Rosa. d. l. pupillus. ff. de acqui. rer. do. vbi dicunt, quod si mulier quæ ex forma statuti prohibita sit alienare, alienauerit, & constituerit se possidere nomine emptoris, potior est ipso emptore, à quo fuerit realiter deiecta, etiam in possessorio, sicut & pupillus, & furiosus. arg. d. l. pupillus. quia tales non possunt per viam alienationis transferre possessionem naturalem, licet per viam amissionis exeundo de fundo, & emptore apprehendente suus sit d. l. possessione pupillus. Ad idem facit, quod notabiliter consuluit Ang. in cons. cccl xxxvij. incip. consultatio prædicta. vbi dicit, quod quando procurator alicuius vendit, & in venditione apponit constitutum; secundum l. quod meo. de acq. poss. tale constitutum nihil operatur, nisi postquam dominus seruerit, & etiam ipse destinet in animo suo se possidere: vnde in casu nostro non potest dici translata aliqua possessio cum dominus esset impos mentis, nec posset habere animum. d. l. si is qui. plurimum enim distat an emptor ipse de facto apprehenderit possessionem, an eã prætendat duntaxat per clausulam constituti, & ideo licet lex dicat †ex inutili contractu transferri possessionem. l. j. §. si vir vxori. de acq. poss. tamen hoc est verum, quando re ipsa apprehensa est possessio, secus si per clausulã constituti secundum Argẽtinum de Forliuio, quẽ sequitur Pau. de Cast. Alex. Ias. in d. §. si vir vxori. tunc enim †ex inutili contractu, redditur quoque clausula constituti inutilis, vt ibi per doct. Nec suprascriptis obstat, quod Paul. de Cast. in l. qui seruum. in fi. de acq. hær. dicit, quod ex tali contractu à procuratore facto transfertur conditio vsucapiendi, ergo videtur sentire, †quod translata sit possessio, absque qua non procedit vsucapio. l. fine possessione. ff. de vsucap. quia respondeo, quod Paul. loquitur, quando possessio est translata per viam facti, non per clausulam constituti, vt est nostra quæstio, & ista sufficiant, vtpote in re clara, & indubitata iudicio meo.

CONS. XLII. SVMMÆ.

Præceptum concessum tempore talarum suspenso, non valet.

Præceptum conceſſum parte non citata, non valet, neque tenet.

Defectus peremptorij ſententiam Principis inualidat.

Paria ſunt non citare, & citare illegitimè.

In quocunque iudicio, quantumcunque ſummario eſſe omnia plenè eſſe legitimandam perſonam.

Fideicommiſſarius non eſt verè hæres, ſed fictè.

Nullitates notoriæ, & quæ conſtant ex actis, quandocunque poſſunt opponi.

Capitula quæ per ſe, aut cum aliis coniuncta, faciunt aliqualiter ad cauſam, ſunt admittenda.

Caducia non continuari.

Viuentis nulla eſt hæreditas.

Inſtitutio fit caduca per prædeceſſum hæredis ante teſtatorem.

Miſſionis in poſſeſſionem forma.

REuibus vtar, quia coram ſapientiſſimo res agitur tenendo, quod præceptum continuatorium d. Andreæ de Littis conceſſum, nullo modo valeat, maximè in præiudicium d. Helenę de S. Nazario. Primò, quia conceſſum† tempore cauſarum ſuſpenſo, iuribus notiſsimis, & habetur per Peru. in c. ex ratione. de appel. Secundò, quia non citata† parte ſaltem legitimè. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. gl. no. in l. fi. C. de legib. & propterea (vt inquit Bald. in l. ij. §. ius alimentorum. ff. vbi pupi. edu. deb.) talia præcepta ſine cauſæ cognitionem non habentur etiam pro nuda citatione, nec tenēt, neque tranſeunt in rem iudicatam: & poteſt quandocunque appellari prout dicunt Cano. poſt Inno. in c. cùm veniſſent. de integr. reſtit. Bald. in l. cum proponebatur. de leg. ij. præcipuè ex† defectu peremptorij, cuius quidem defectus etiā principis ſententiam inualidat, vt eſt gl. & ibi doct. in d. l. fi. cum conſor. & †paria ſunt non citare, & illegitimè. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. vnde dicimus† in quocunque iudicio, quantuncunque ſummario ante omnia plenè eſſe legitimādam perſonam, vt habetur in l. ſi quæramus. ff. de teſta. & in l. ij. C. de edic. diui Adria. toll. Tertiò ſi benè aduertatur, hic de Littis, videtur velle ſuccedere tanquam fideicommiſſarius, quo caſu non competit beneficium decreti continuantis hæredem, cum ſit intelligēdum de proprio, & vero hærede, non† de fideicōmiſſario, qui non eſt verè hæres, ſed fictè. l. poſtulante. ver. ſanè. ibi, hęredis loco, & ibi quodammodo. ff. ad Treb. & l. ſi filius. §. j. ff. quod cum eo. & & quod dictum decretum ſit intelligendum de vero, & proprio hęrede, tenet Bal. in rub. de cau. poſſeſ. & propr. & in conſ. cxlj. in j. vol. & tales† nullitates notorię, & quæ conſtāt ex actis, poſſunt quādocunque opponi. gl. in clem. j. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. & in l. j. §. pe. ff. de tab. exhib. quam allegat Are. conſ. lxviij. in fi. Cur. conſ. xx. habetur per Fel. in c. inter cæteras. de re iudic. poſt Bald. in l. vnica. C. ſi de momen. poſſ. fue. app. & in d. conſ. cxlj. licet etiam ſit in tempore dierum duorum vtilium petita reuocatio à tempore ſcientiæ, & ſublatę ſuſpenſionis cauſarum. Et ideo ex capite nullitatis ita euidentis, & notoriæ, ante omnia eſt reuocandum præceptum etiam in tempore ſuſpenſo: cum ſit conceſſum in tali tempore, vt vult Bart. in l. minor. in prin. ff. de euict. maximè ex defectu citationis, iuxta gl. in l. j. ff. ſi mul. vent. nom. & Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de tranſact. Sed etiam prę ſuppoſito, quod prædicta, quæ tamen militant manifeſtè, reſpectu nullitatis ceſſarent, nō video, quid obſtet, quò minùs capitula producta, per do. Helenam omninò admittenda ſint: nam iam enim aliquo modo faciunt ad cauſam: ſed omnimodò cum d. Helena velit in effectu probare ſe eſſe continuandam tanquam in poſſeſsionem bonorum, per d. Paulum Antiquum relictorum, & per eum poſſeſſorum, & quo ſint iſta bona poſſeſſa, neque in hoc credo aliquid fieri poſſe dubiū: poſſe enim etiam abſque partis citatione & præſentia petere ſe continuari tanquam hæredem d. Pauli Antiqui, & deberet concedi præceptum continuandi ſumptis informationibus, neque præceptum prædictum conceſſum illi de Littis aliquid obſtat: quia non continuat in bonis d. Pauli, ſed d. Alegræ & Damiani, ac Pauli infantis, in quibus etiam eum continuari non oportet reſpectu infantis. Et quouis modo ad cauſam faciant capitula, admitti debent, iuxta ea, quæ habentur in l. ſi duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiur. & Curt. conſil. lxxj. incip. ſuper controuerſia. & admiſſa ipſo iure intelligūtur per diſpoſitionem ſtatutorum, & †illa capitula, quæ per ſe, aut cum aliis coniuncta, faciunt aliqualiter ad cauſam, ſunt admittenda. ita Bald. in l. ad probationem. ad fi. C. de prob. Secundò intendit principaliter probare, nullo modo iſtum de Littis debere, nec poſſe† continuari tanquam hæredem, mediante perſona Damiani, d. Alegræ in bonis per eam relictis, cum Damianus defunctus fuiſſet ante d. Alegram, & ſic non potuit ſuccedere, cum† viuentis nulla ſit hæreditas. l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hær. & †ſit caduca inſtitutio per prædeceſſum hæredis ante teſtatorem. l. vnica. §. j. C. de cad. tol. Neque etiam perſona infantis Damiani mediante qui non adiuit hæreditatem, cū deceſſerit infans, qui etiam ſecundum gl. in l. ſi infanti. ibi relatam per Iaſ. C. de iur. delib. & conſuetudinem ac ſtylū Mediolani, vt ibi per Iaſ. & Bald. in l. vnica. §. in nouiſsimo. C. de cad. tol. non aditam hæreditatē non tranſmittit, imò ex probationibus, & capitulis productis, ſi (vt creditur) id iudici conſtaret, deberet ex officio partem aduerſam repellere, iuxta doctr. Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbor. oblig. & illico iſtud intendunt agentes nomine d. Helenæ probare, licet in materia huius decreti cōtinuantis hæredem, non ſit† mittendus hæres ad poſſeſsionem ſuccinctè, nec velo leuato: cum ſit plenè tractandum de veritate, & realitate, an ſit verus hæres, & ſic concernit etiam cauſam proprietatis, vt dicit Bal. in rub. extra, de cau. poſſ. & propr. ad fi. & in d. conſi. cxlj. maximè quando ſumus in materia probandi teſtamentum per teſtes, quo caſu d. iudex ſcit, quanti periculi foret, ſi paſſim concederentur præcepta continuandi opponente ſe contradictore, imò tunc illa opi. Bal. quod à tali præcepto poſsit appellari, iure approbata, conſuetudine quoque ac ſtylo comprobatur: & ideo iure merito in quadam aſſerta ordinatione ſtatuitur terminus probandi partibus, intra quem probè fuerunt producta capitula, & quidem admiſsibilia, maximè ex præmiſsis, & ex longè ſubtilioribus fundamentis, quæ ſuppleat excellens illud ingenium integerrimi d. iudicis.

CONSIL. XLIII. SVMMA.

Exceptio litis finitæ per ſententiam, quæ tranſiit in iudicatum, impedit litis conteſtationem.

Quando tempus à iure communi, vel ſtatuto, vel à iudice ſtatuitur alicui ad agendum, talis præſcriptio impedit proceſ-

BIU Cujas

professum.

1 *Non seruanti non est seruandum.*

Omnis exceptio, per quam apparet actori non competere ius agendi, est impeditiua litis ingressus.

Exceptio præscriptionis impedit litis ingressum.

Sententia lata per manifestum iuris errorem, est ipso iure nulla.

In confectione inuentarij citandi sunt creditores, &

Creditoris citatio in confitendo inuentario, licet non compareant, non tamen præiudicatur illis, quo ad ipsum creditum.

Lex ciuilis non potest introducere præscriptionem cum mala fide.

In contractibus nominatis propter stipulationem, competit actio vtrique ad faciendum, quod alter alteri adimpleat.

Exceptiones aliarum indaginem requirentes, reseruantur post litem contestatam.

13 *Non valenti agere nulla currit præscriptio.*

14 *Ius canonicum circa præscriptiones seruandum est in foro ciuili.*

Leges tenebunt omnes conscientiam defuncti.

Dvbitationibus visis quæ opponuntur aduersùs interlocutoriam, latam in fauorem do. Franciſci Auriæ, contra hęredes Petri Pinelli fideiussoris, concludo partes domini iudicis esse confirmare priorem sententiam, quod vt manifestiùs appareat, videbimus nunquid prædictæ allegationes aliquid obstent. Et prima fronte videretur dicendum, exceptiones oppositas militare, & impedire litis ingressum. Et primo opponitur 1 exceptio litis finitæ, per sententiam quæ tranſit in iudicatum: vnde non est dubium, quin talis exceptio impediat litis contestationem. cap. j. de lit. contestat. lib. vj. fuerunt enim post mortem dicti fideiussoris facta programmata, & citati creditores, & lata fuit sententia in fauorem aliquorum, cæteris exclusis, iuxta formam l. si eo tempore. C. de remiss. pign. quæ sententia tranſiit in iudicatum, & consequenter facit ius, quò ad excluſos. l. ingenuum. ff. de statu homi. facit quod not. Bald. in l. fin. in xiij. oppo. C. de edi. diui Adria. tol. vbi dicit quod † quando tempus à iure communi, vel 2 statuto, vel à iudice, statuitur alicui ad agendum, talis præscriptio impedit processum. l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusa. tut. vt per eum. Secundò opponitur exceptio, quod ipse Franciſcus non adimpleuit tranſactionem ex parte sua: ergo non potest exigere: quia † non seruanti non est seruandum. l. cùm proponas. ij. C. de pact. l. Iul. §. offerri. ff. de act. empt. ista autem exceptio videtur impeditiua litis ingressus: quia cum lex non concedat actionem ante implementum, sequitur quòd talis exceptio impediat processum: quia est agere sine actione, vt dixit Bald. in l. mater. ff. de inoffic. testam. facit quod notat Barto. in l. cum quæreba- 3 tur. ff. iudi. sol. vbi dicit, quod † omnis exceptio per quam apparet actori non competere ius agendi, est impeditiua litis ingressus, sequuntur docto. in l. nam & postea in princ. ff. de iureiur. cum concord. & quod notat Bald. in l. posthumo. C. de col- 5 la. Tertiò, opponitur † exceptio præscriptionis, quæ etiam impedit litis ingressum, vt per Cyn. & Barto. in l. fin. ff. pro suo. & in l. j. §. fin. ff. ad Treb. quod ſuſius habetur in l. emptor. C. de præscri.

A long. temp. per Aretin. consi. xcix. cum simil. Sed his non obstantibus dico litem non esse contestandam, qua in veritate casus iste non habet difficultatem, non obstat prima exceptio, quia respondetur pluribꝰ modis. Et primò dicitur, quod dicta † sententia est ipso iure nulla, quia lata per 6 manifestum iuris errorem, iuxta not. in l. cum prætaris. ff. de re iudi. Et est lata sine ordine iudiciario, iuxta l. prolatam. C. de sen. nam † in confectione 7 inuentarij licet citandi sint creditores, vt dixit gl. B in verb. cæterorum, communiter approbata. in l. fin. in princ. C. de iure deliber. tamen ista citatio non fit ad alium finem, nisi vt videant, ne decipiantur in conuentione ipsius inuentarij: quia forte hæredes supprimant aliquas res hæreditarias, & hæreditas deinde non sit soluendo, vt not. in §. si verò absunt. in versi. quærentibus forsan subreptum aliquid rerum, aut nõ manifestat tum in authen. de hære. & Falc. & propterea licet tales † creditores non compareant: non tamen illis præiu- 8 dicatur quo ad ipsum creditum, vt ibi habetur. Et propterea non video quo iure potuerit iste iudex excludere istos creditores, etiam legitimè citatos, qui tamen noluerunt comparere. Secundò dicitur, quod licet sententia dicat, quod excludit creditores non comparentes, debet intelligi secundum subiectam materiam, iuxta l. si cum vno. cum ibi not. ff. loc. vt censeantur excluſi, quoad confectionem inuentarij: quia non tenebuntur hæredes, vel eorum tutores describere eorum cre D dita in inuentario, prout aliàs tenerentur. d. l. fin. non autem intelligentur excluſi, scilicet à iure suo: quia istud fieri non potuisset, & iste intellectus est sanior, per quem fouetur religio domini iudicantis. Tertiò est aduertendum, quia d. l. si eo tempore. non facit ad casum nostrum. nam ibi text. ille loquitur de creditore vendente pignus conuentionale, vel iudiciale, quo casu, vt succurratur emptori, qui est in bona fide, fuit introductum, quod satis esset citare cæteros creditores E per programma, ipsum verò principalem cuius est dominium pignoris, debet citare in specie, vt dicunt ibi Barto. & docto. sed casus noster est multum diuersus. Primò, quia dominus Franciſcus erat principalis creditor, ergo vt sibi præiudicaretur debebat in specie citari, iuxta no. per Alexand. consi. clvj. stantibus his quæ in themate. in ij. volum. & vult Bartol. in d. l. si eo tempore. Secundò, quia per talem venditionem, solum liberatur pignus fauore emptoris, quia talis emptos F non poterit conueniri, & est æquum, & congruens rationi, ex quo est in bona fide, & aliàs non emisset: ipsi vero debitori nihil prodest, quia propter hoc ipse non liberatur actione personali, qua potest conueniri. l. distractis. C. de pig. † imò si 9 lex ciuilis voluisset introducere non posset: quia istud esset introducere præscriptionem cum mala fide, vt dicit Bald. in authen. ad hæc. C. de vsur. Felin. latè in c. fin. extra, de præscrip. cum concor. ergo in casu nostro non possumus dicere, quòd fideiussor ipse sit liberatus, seu eius hæredes, ab G actione personali, qua sunt obligati. Et istud est de mente Barto. in l. fin. C. de edi. diui Adria. tol. vbi limitat d. l. si eo. non procedere ad finem, quod p talem negligentiam creditoris non comparentis, quæratur ius non habenti, q. esset in casu nostro. Tertiò, qa d. l. si eo tpe. ponit casũ specialẽ, q solũ procedit in terminis suis, vt dicit ibi Iac. But. quẽ refert & sequitur Angel. in consil. 288. viso facto,

BIU Cujas

Quartò principaliter respondetur, quod dictus Franciscꝰ non tenebatur eo tempore comparere, quia nõdum erat creditor, ex quo Petrus Pinellus promiserat in casum, quo principales non attenderent: non tenebatur ergo, nisi ipsi non attendissent, quod non constabat antequam fuissent interpellari, & propterea illa programmata sibi non nocent: quia nondum enenerat conditio, sub qua dictus fideiussor promiserat, vt dicit Raphael Comm. Petrus de Besu. & Iason in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verbor. obligat. Non obst. secunda exceptio, quia dico, quod talis exceptio non impedit litis ingressum: nam in ista transactione interuenit stipulatio, hinc inde & iuramentum, cum clausulis efficacibus: vnde non est dicendum, quod non competat actio iuxta no. per Barto. in l. ex pluribus. in fi. C. de rer. perm. & licet † in contractibus innominatis non detur actio, nisi ei qui adimpleuerit ex parte sua. d. l. cum proponas. tamen † in contractibus nominatis, prout est casus noster, propter stipulationem, competit actio vtrinque ad faciendum, quod alter alteri adimpleat. l. inciuile. vbi Bald. C. de rei vendi. & licet non comperat in effectu, tamen satis est quod competit ipso iure ad finem contestandæ litis, & ita intelligitur d. §. offerri. vbi notat. Præterea ex ista† exceptio requirit altiorem indaginem est reseruanda post litem contestatam. vt dicit Bartol. in d. l. cum quæreba-tur. & Guid. de Suza. in d. l. j. C. de iur. & fact. igno. Alexand. in l. vir bonus. ff. iud. sol. in addi. ad Barto. quia tunc do. Franciscus probabit, quod adimplenit ex parte sua. Non obstat exceptio præscriptionis, quia etiam iure ciuili illa locum non habet in nostro casu, cùm enim d. Franciscus nõ posset agere contra fideiussorem, nisi prius principales non attenderent, sequitur quod iste fideiussor tenebatur sub conditione, qua pendente, non præscribit, neque iure ciuili: quia † non valenti agere, &c. l. j. §. fin. C. de anna. exce. l. j. §. sed videndum. ff. de succeſſ. edi. per Alexand. in simili. in l. quamdiu. ff. de acquirend. hæred. & istud est quod in terminis voluit Rapha. Cum. & Ias. in dict. §. cum stipulamur. Præterea de † iure canon. quod seruandum est in foro ciuili, clarum est quod non habet locum ista præscriptio, quia est cum mala fide. Et istud procedit etiam in actionibus personalibus, vt est communis concluſio doctorum, de qua per Alexand. consil. lj. in v. consil. lx. in iiij. per Felin. in c. fin. de præscript. vbi latè reprobatur opin. Barto. contrarium sentientis in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & istud procedit, etiamsi † heres ipse esset in bona fide: quia tenetur exonerare script. vbi modern. per l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscript. & sequitur Alexand. in d. consil. lx. cum concordan. & ex his breuiter fit satisfactum rationibus in contrarium adductis.

CONS. XLIIII. SVMMÆ.

1. *Dispensatio tanquam odiosa est strictè intelligenda.*
2. *Non est verisimile quod Princeps velit concedere plura specialia.*
3. *In dubio iudex debet pronuntiare pro appellatione.*
4. *In æquiparatis dispositum in vno habet locum etiam in alio per extensionem passiuam, quæ habet locum etiam in correctoriis.*
5. *A sententia senatus non datur appellatio, sic nec à Concilio facto ad adunantiam generalem, quia senatus & concilium æquiparantur.*
6. *Præfectus prætorio, & Episcopus æquiparantur.*
7. *Appellationi non deferendum de processus ordine esse.*
8. *Qualitates dispositionis omnes ex causa non exigi.*
9. *Concessa cum suis qualitatibus intelligi.*
10. *In dispensationibus, quamuis odiosis, intelligitur vt dispensato super principali, censeatur dispensatum super omnibus accessoriis & consecutiuis.*
11. *Appellationem regula prohibente non admitti.*
12. *Semper præsumendum est pro eo, qui pro se habet regulam particularem, licet alia sit generalis in contrarium.*



Vnquid Baptista Vicomercatus, possit appellare à sententia lata in faunorem Ciserani in causis cridarum, videtur prima fronte quod sic, per regu. l. & in maioribus. C. de appell. Item quia licet in causis cridarum non appelletur: tamen istud procedit in contradicentibus respectu dominij, vel hypothecæ: vnde dato quod iste contradixerit iure crediti personalis, ex dispensatione senatus, non debet habere locum isto casu prohibitio appellationis: tamen quia omnes qualitates requisitæ à decreto, tali casu non concurrunt, secundum Bald. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appell. Ias. in l. contra iuris. ff. de pact. tum quia talis † dispensatio est strictè intelligenda, tãquam odiosa, nec est verisimile, quod † princeps velit concedere tot specialia, secundùm Bald. in l. j. C. quan. lic. ab empt. & in l. j. ff. de man. prin. & cum simus † in dubio, debet iudex pronuntiare pro appellatione. l. j. vbi Pau. Castr. ff. si quis cau. Sed his non obstantibus, puto contrarium de iure verius, clarissima enim sunt verba prouisionis, quod in causis ipsarum cridarum non possit appellari: sed per literas principis cùm sit concessum, vt possit contradici, & sic talis causa sit cridarum, vt militant verba prouisionis, à quibus non est recedendum. l. non aliter. ff. de legat. iij. Confirmatur secunda ratione: nam per tales literas facta est æquiparatio talis iuris personalis, ad ius reale, quò ad dictam causam: vnde † in æquiparatis dispositum in vno habet locum etiam in alio per extensionẽ passiuam, quæ habet locum etiam in correctoriis. l. in contractibus. C. de non nu. pecun. Alexã. in l. ij. ff. de legat. j. Ias. in rub. ff. de re iudi. Et pro hoc adduco duo similia. Primum est, quia sicut † à sententia senatus non appellatur, ita non appelbitur à concilio ciuitatis ad adunantiam generalem, ex quo tale concilium æquiparatur senatui, ita est gloss. vbi Paul. Castr. in l. non ambigitur. ff. de legib. Secundum est, quia † à sententia præfecti prætorio non appellatur, eodem modo nec ab episcopo, qui illi æquiparatur. l. episcopale. C. de episc. aud. & licet responsum sit, quod istud est propter consensum partis: tamen cum reuerentia, ista ratio non est bona, imò vera ratio est æquiparatio, vt dicit ibi Salicet. in ij. oppo. in fin. nam aliàs ex consensu in iudice non præiudicatur iuri appellationis, vt dicit Bar. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Confirmatur etiam hæc opinio alia ratione: nam clarum est per tales literas non censeri præiudicatum, quin processus instruatur secundum ordines cridarum: quod etiam ex eo apparet, quia seruati sunt in hac causa

dicti ordines: sed † an deferendum sit appellationi, est de ordine processus, vt dicit Anton. in c. quod clericis. circa med. extra, de foro compet. Alexan. in l. j. in fin. ff. de leg. ij. Non obst. quod non † concurrãt omnes qualitates cridarum: quia respondeo, quod si prouisiones tollerent appellationem ratione qualitatũ nõ concurrentiũ, posset habere locum argm̃: sed tollunt non ea rõe, l. dñij, vel hypothecæ: sed ratione cõtractus venditionis. vt scilicet celerius habeat effectum, quæ ratio habet locum etiam in casu nostro: imò à fortiori: qa si ius dominij, vel hypothecæ, quod est potentius actione personali, extinguitur per sententiam, citra remedium appellationis, multò fortius idem dicendum est de iure personali. auth. multò magis. C. de sac. san. eccl. & quod licet non concurrãt omnes qualitates, tamen habet locum dispositio, si nõ est habitus particularis respect⁹ ad illas qualitates, vt est glo. in cle. j. in verb. censura. de vsur. Præterea argumentum posset pocedere in casu, q illa requisita qualificarent dispositionem, quod non est in casu nostro, non enim ius dominij, vel hypothecæ aliquid habet, quod qualificet appellationem, vt de se patet, & apparet etiam ex lectura prouisionis cridarum. Item cùm iste casus sit æquiparatus, cessant contraria per supradicta. Non obstat, quod princeps non censetur voluisse inducere tot specialia: quia respondeo, quod cùm † concesserit ius contradicendi, intelligitur cum omnibus suis qualitatibus. d. l. contra iuris. §. j. vbi Bald. & cæteri, vnde dato, quod sequerẽtur mille specialia, vt in simili dicit Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. vbi plures fictiones consequutiuę concurrunt. licet non principales. §. ab hostibus. instit. quib. mod. ius pat. sol. l. sub conditione. ff. de solu. & † dispensationes quamuis odiosæ sint: tamen ita intelliguntur, vt dispensatio super principali, censeatur dispensatum super omnibus accessoriis, & consequutiuis. glos. communiter approbata in c. quia in tantum. extra, de præben. & glo. in c. non potest. de præben. lib. vj. Non obst. quod in dubio pronuntiandum sit pro appellatione, qa respondetur esse clarum, quod non est licita appellatio per supradicta. Item respondetur, quod istud procederet, nisi essemus in casu, in quo regula † est prohibitiua appellationis, put est in causa cridarum, vt in simili concludit Dec. consi. xxviij. circa fi. & probatur etiam ex not. per Abb. in c. j. in q. lo. de Montemurlo, extra, de offi. ordin. vbi concludit, † semper præsumendum esse pro eo, qui habet regulam particularem pro se, licet alia sit generalis in contrarium. Confirmo supradicta: quia aliàs sequeretur imparitas inter actorem, & reum: nam si esset pronuntiatum contra contradicentẽ, clarum est quod ipse non potuisset appellare, ne plus iuris concederetur nõ habenti hypothecam, quàm habenti: ergo si pronuntiatum sit pro eo, non debet, neque posse appellari, ratione æqualitatis seruandæ.

CONS. XLV. SVMMÆ.

1 *Si actor plus petijt, & reus totum negauit, non debet reus in expensis condemnari.*

2 *Verba hæc Victum victori pro rata victoriæ cõdemnamus, quid significent, & quomodo intelligi debeant.*

3 *Condemnatio expensarum regulariter fit à iudice, respectu sui iudicij tantùm.*

4 *Confessio in iudicio facta precedente petitione liquidanda est per sententiam.*

Litis vertentis inter Marchisinum & fratres, contra Ser Michaelem Mauritium: viso processu, & sententiis hinc inde latis, tãà delegatis, quàm ab arbitris, & visis vidẽdis circa hãc condemnationem expensarum, de qua in præsentia dubitatur. Non puto in præsentia expedire, vt attingamus de veritate illius quæstionis, an si † actor plus petiit, & reus totum negauit, sit ipse reus in expensis condemnandus, in quo videtur communis opinio esse, quod non, secundum Bar. in l. qui solidum. ff. de leg. ij. Nec etiam disputandum esse quid iuris sit: quando creditor ex se obtulit se partem accepturum. & constituerit reum in mora. de quo per Bar. in d. l. qui solidum. & aliàs dixi in l. j. si stipulanti. ff. de verb. oblig. vbi post alios scripsi, quid sentiam in tali puncto. Sola videtur mihi pns quæstio esse, circa intellectum verborũ sententiæ arbitramentalis latæ vltimo loco inter partes & homologatæ ab ipsis, quatenus in ea dicitur, † *Victum victori pro rata victoriæ condemnamus, &c.* Et difficultatem in hoc facit, quia d. arbiter primo absoluit mutuo vtranque partem, *Ab omnibus retrò quomodòlibet petitis*, quæ verba generalia sunt, & cõprehendunt absolutionem etiam ab expensis, q̃ retrò petitę vtrinque fuerant sub variis iudicibus: vnde quamuis excipiendo dicat, *Præter quam ab expensis, in quibus quamlibet partium, &c.* videt dicta exceptio intelligenda de expensis factis sub ipso arbitro, non de aliis quæ compræhenduntur sub absolutoria præcedenter tum † quia cõdemnatio expensarum regulariter fit à iudice respectu sui iudici tãtum. C. de iudi. l. Paulus. vbi doct. ff. de re iudi. tum quia istæ exceptiones sunt strictè intelligendæ, vt minùs quàm possibile sic corrigant ex præcedentibus, per ea quæ habentur. l. in iis. vbi Paul. Castr. ff. de legib. Iac. de Put. & Ias. d. l. si fundũ per fideicommis. ff. de leg. j. Bald. consi. cclxxiij. suppositè in ij. Dec. cclxxxiij. Alex. 135. vers. præterea. in j. volum. cum simil. Rursùs dubium facit in casu nostro: quia iste Mauriti⁹ petiit tres, aut quatuor collectas pro parte dominica, prout apparet in processu, cuius petitionis si ratio habeatur, nihil videtur sibi à parte diuersa deberi, tanquam sua rata, in qua non obtinuit sit minor. Quibus tamen non obstantibus ego sentio, quòd verba sententiæ sint satis clara contra istum Marchisinum, & quod rata debeat sic calculari, videlicet, quòd expensę primæ petitionis sextariorum. 80. & rursùs secundæ sextariorum xxx. imputentur ad ratam, vsque ad tempus tertiæ petitionis de sextariis clxxx. super quo est deinde litigatum vsque ad finem, & condemnatus Mauritius in sextariis xviij. quæ est decima pars eius quòd petitum fuit, suecubuit ergo Mauritius in vna parte ex decem: vice versa suecubuit Marchisinus in ix. partibus ex decem petitis: pone ergò, Marchisinus expendit ccc. libras, condemnabitur Mauritius in xxx. libris tantum, pone rursùs, Mauritius & ipse expẽdit ccc. libras, condemnabitur Marchisinus in cclxx. de quibus sunt deducendæ dictæ libræ xxx. debitæ per Mauritium Marchisino: & sic remanebit debitor Marchisinus de libris ccxl. & ita videtur mihi faciendus esse calculus, secundum verba sniæ, *condẽnamus Victũ victori pro rata victoriæ*, quib⁹ verbis tollit difficultas, de qua p Bar. in l. si legatario. §. j. ff. de statu libe. secũdũ Bal. in l. terminato. C. de fructib. & lit

expen-

expen. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis, quòd exceptio illa sit restringenda, &c. respondeo, verba sententiæ sunt satis clara, quòd excipiantur à liberatione expensæ antea factę, maximè cùm coram illo arbitro nullæ essent factæ, p regulam l. fundus, qui locatus. ff. de fun. instr. Non obstat, q, videatur habendus respectus illius petitionis fructuum trium, aut quatuor collectarum: quia nunquam super illis est litigatum, vt appareat ex processu, & Marchisinus professus est de piano, se habere, & restituturum, dummodò tollerentur sequestra, vt rectè fuit dictum per præstantissimũ dominum aduocatum. Subest tamen aliqualis difficultas hoc casu: primò, quia quamuis Marchisinus esset confessus, tamen talis † confessio in iudicio fuit liquidanda per sententiam, ex quo præcesserit petitio. glo. l. proinde. §. fin. ad leg. Aquil. §. suscepto. in auth. de exhib. reis. Et sic dicitur nihilominus fuisse lis de hoc. Secundò, quia nisi ita diceremus, lapidaretur Marchisinus de bono opere l. seruius. ff. quod vi, aut clam. quia si rogasset veritatem, locus esset compensationi: sed quia confessus est, non potest compensare: sed tamen hoc non obstante, non possumus recedere à verbis sententiæ homologatæ, nec debemus perseuerari vltrius de iustitia arbitri, & ideò concludo, secũdum supradicta. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. XLVI. SVMMÆ.

1 *In iudicio possessorio præferendus est, qui antiquiorem possessionem probat, & quia.*

2 *In iudicio possessorio in dubio præferendus est, qui habet titulum, & quia.*

3 *In possessorio iudciio præsumendum est in dubio, reum eũ uentem esse legitimum possessorem.*

4 *Interdictum recuperandæ, solùm possessori datur.*

5 *Ille cui simpliciter assignantur fructus, non acquirit aliquã possessionem.*

6 *Emphyteota assignans fructus fundi emphyteutici in solutum creditori suo, non cadit à iure emphyteuseos, & quia.*

7 *Locatio nihil aliud est, quàm venditio quædam fructuum nasciturorum.*

8 *Per locationem non transfertur possessio in conductorem, & conductor non habet interdictum recuperandæ aduersus locatorem.*

9 *Intentanti iudicis officium ne quis perturbetur in perceptione fructuum obstat exceptio dominij.*

10 *Fructuarius non potest agere possessorio, antequàm apprehenderit fructus, quia pertinent ad proprietarium ante eius apprehensionem.*

11 *Ex perceptione fructuum probari possessionem prædij, quomodo intelligatur.*

HOc in processu, quo quæritur, quis potiorem causam habeat in possessorio, videtur mihi paucis agendo, pnuntiandum esse pro d. Iacobo Philippo. In primis eo fundamento, qđ probatum de antiquiore possessione ipsius, & etiam de titulo: quia bona de quibus agitur erant hæreditaria à patre suo, & sic pro ea concurrunt tres regulas, quæ potissimæ sunt in materia † iudicij possessorij. Prima, quod ille debet obtinere, qui antiquiorem possessionem probat: quia pro eo tanquam iustiore lex præsumit, c. licet causam. extra, de probat. Barrol. in l. si duo. ff. vti possid. consi. cxij. cum simil. Secunda, quod ille † in dubio præferendus est, qui habet titulum: quia possessio ab eo plurimum iustificatur, secundum Barrol. in d. l. si duo. & Bald. l. qui accusare in fin. C. de eden. l. post sententiam. C. de sent. Tertia, quòd ipse do. Iacob. Philippus est reus conuentus in hoc iudicio, † in dubio autem præsumendum est reum esse legitimum possessorem. §. commodum. instit. de interdi. facit regul. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. Nec obstat, quòd cognatus suus probauerit, se nouissimè istis tribus annis fructus collegisse, &c. Quia dico, tribus fundamentis suprascriptam probationem nihil obstare reo conuento. Primum est fundamentum; quia ex processu apparet, qualiter d. Iaco. Philippus assignauit fructus horum bonorum pro scutis centum, singulis annis, &c. quo stante, dico quod cognatus suus nullam possessionem habebat, & ideò non habet † interdictum recuperandæ, cùm illud duntaxat habeant qui possideant, vt dicit gloss. in capit. ex parte. extra, de resti. spol. in gloss. magna pœn. in fin. † illæ autem cui simpliciter assignantur fructus, non acquirit aliquam possessionem, secundum gloss. & Bald. in d. l. codicillis. §. instituto, de legat. ij. sed solam actionem personalem, & illud firmat Bald. in l. vsufructu. ff. soluto matrim. vbi dicit, quod † emphyteuta assignans fructus fundi emphyteutici in solutum creditori suo, non cadit à iure emphyteuseos: quia non transfert ius in re, nec possessionem in emptorem, & sequitur ibi Alexand. & idem etiam tenet Bal. in dict. §. instituto. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in l. j. C. si pigno. dat. sit. cum concordan. per Iaſ. in l. filiusfam. §. diui. versic. xij. limita. ff. de leg. j. in ij. lect. Secundum fundamentum est, quia in effectu videtur d. Iac. Philippus dedisse fructus nascituros in solutum ipsi cognato suo, qui contractus æquiparatur contractui locationis: quia † locatio nihil aliud est, quàm venditio fructuum nasciturorum l. in venditione. §. j. ff. de bon. auct. iud. poſſ. l. arboribus. de vsufru. l. si vsusfructus. de iure dot. vnde sicut per † locationem non transfertur possessio, & conductor non habet interdictum recuperandæ aduersus locatorem, secundum gloss. in l. si de fundo. C. loca. per illum tex. ita nec iste emptor fructuum, qui propriè est conductor, ex quo singulis annis constituta est merces centum scutorum: secùs si vnum pretium esset constitutum, vt dicunt doct. in d. l. si vsusfruct. & Barto. in q. sua quarta quæ incipit, publicanus. Nec me mouet si diceretur, quod saltem huic deberet consuli per officium iudicis, ne turbetur in perceptione fructuum. Nam respondeo, quod illa via non est intentata, nec libellus rectè conceptus, vt declarat Lanfran. de Oria. in repet. rub. extra, de caus. possess. & propriè versic. v. concluſio. Præterea videtur, quod illud officium competat ad interesse, non autem ad possessionem. §. fi. instit. vi bon. rap. per Modern. c. cum ad sedem. de restit. spoli. Item † illud intentanti obstat exceptio dominij l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. poss. & l. qui iniuriæ. §. fi. de fur. Cors. in tract. fallentiarum. ad regulam spoliatus, &c. limit. xlij. vnde tale officium non habet effectum contra dominum, sed contra tertium duntaxat. Tertium fundamentum est, quia posito, quod huic sit facta assignatio fructuum, prout dicunt testes: non videt quod habeat possessionẽ nõ solũ ipsius dñi, sed nec fructuũ, priusq̃ ipse eos apprehenderit, vnde † frustra ageret possessorio,

ante

ante enim quam sint apprehensi, pertinent ad proprietarium secundum Bar. in l. si fur. ff. de vsufruct. & quod hoc in casu nostro maxime sit verum, ostendit ex attestationibus ipsorum agricolarum, quibus mandauit d. fac. Philip. vt responderet de parte dominicali ipsi cognato. vnde apparet non esse datam licentiam cognato possidendi, vel propria auctoritate accipiendi, sed potius accipiendi de manu ipsius domini Iaco. Philip. seu massariorum, quos ipse in hoc constituerat procuratores suos, vnde satis probatur nullam possessionem, neque tenutam esse penes cognatum suum l. fundi Trebatiani. vbi Bar. Alb. cæteri. ff. de vsufru. leg. Quod ergo vulgò dicitur † ex perceptione fructuum, probari possessionem prædij, non procedit quando illa perceptio sit facta, vel à conductore, vel ab emptore fructuum, vel ab eo qui iure familiaritatis percepit, vel similibus casibus, & tunc in iudicio possessorio admittitur exceptio dominij: quia probato titulo ex parte domini, & sola alienatione fructuum ex parte spoliati, apparet nullum esse spolium, secundum Pau. de Castr. consi. clxxix. in primo volum. incip. in causa, quam magnificus. In nouissimis. Et ex his satis videtur mihi probata intentio do. Iaco. Philippi. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. XLVII. SVMMÆ.

1 *Qui probat de antiquiore possessione, debet obtinere in interdicto, vti possidetis.*
2 *Per constitutum transfertur vera possessio.*
3 *Licitum per procuratorem possidere, sicut per colonum.*
4 *In possessorio, non est cognoscendum de concernentibus petitorium.*
5 *Probatio quæ fit per instrumenta est euidentior & validior, quàm ea, quæ fit per testes vulgares.*
6 *In iudicio possessorio qui melius probat possessionem obtinet, & quia.*
7 *Testimonium domesticorum tanquam suspectum non esse admittendum.*
8 *Consanguineorum testimonium est suspectum.*

MOtiuis datis in causa Vaylatorum visis: quia eleganter & vere eis respon sunt est per subtilissimum coaduocatum, mihi pauca supersunt quæ adducere possim. & breuiter dico, Vaylatos ipsos debere in presenti causa obtinere, & id duabus rationibus. Prima ratio est, quia qui pro-
1 bat † de antiquiore possessione debet obtinere in hoc interdicto. vt est text. in c. licet causam. extra, de proba. & per Bartol. in l. si duo. in princip. ff. vti poss. sed nos probamus de antiquiore, nam per instrumentum venditionis apparet, qualiter vendi-
2 tor † constituit se possidere nomine Vaylatorum: vnde transfertur vera possessio l. quod meo. ff. de acq. pos. not. in l. ab emptore. ff. de pact. & istud tãto maximè procedit, cùm ex attestationibus vtriusque partis appareat, quod illo tempore constituens possidebat, quo casu non est dubium, quin transferatur possessio l. quamuis. §. si conductor. cum gloss. ff. de acquir. possess. l. ij. & ibi glo. in verbo, tradita. C. eod tit. & vtrobique Ang. not. vnde dato, quod per testes Cusani probaretur, quod etiam post venditionem dictus venditor fructus percepisset, non tamen noceret Vaylatis, quia præsumitur nomine ipsorum percepisse d. l. quod meo.
3 & l. quædam mulier. ff. de rei vendic. cùm † licitũ sit per procuratorem possidere, sicut & per colo-

A num & similes l. ij. §. per procuratorem. ff. de acq. pos. & tanto maximè in casu nostro, in quo asseritur, quòd venditor cohabitabat cum Vaylatis ad eandem mensam, quo casu potest dici percepisse fructus iure familiaritatis l. qui iure. ff. de acquirẽ. pos. Nec obstat, quòd de cõstituto nõ constat, nisi per instrumentum venditionis, q̃ venditio sit agitio petitorium, & ideò † in hoc possessorio, de eo non
B fit cognoscẽdum l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. Quia rndeo, q, ex instrumento pro bantur duo. Primum est vẽditio, & quo ad eam, la teor pro nunc non esse insistendum. Secundũ est, translatio possessionis per constitutum, & hoc est de quo nunc videndum est: quia id concernit ipsum possessorium, vnde si probatio possessionis admittitur per testes, quanto magis debet admitti, qñ fit instrumentis, cum † in instrumentis sit euidentior, & validior probatio, q̃ ea quæ fit per istos testes vulgares, & dñt docto. in l. certi condictio. §. qñ. ff. si cer. pet. & q, in hoc possessorio, plus tuetur antiquior possessio per tale instrumẽtum, consuluit
C in terminis d. Dec. in consi. cccij. in nouissimis. vbi ponit multa, ex quibus deciditur casus noster, & illa exceptio, q, tale instrumentum sufficiat ad opposita per Cusanum, benè est reiiciendum: quia illa cõcernit petitorium, & requirit altiorem indaginem. Secunda ratio est, quia in hoc iudicio † qui
6 melius probat possessionem, obtinet ex quo in cõflictu probationum illæ præferẽdæ sunt quæ sunt
D efficaciores, vt habetur in c. ex nostra. extra, de testib. & in d. c. licet si probationes Vaylatorum sunt efficaciores. tùm quia probatur instrumentis vt §. dixi, tùm quia verisimiliora deponunt, cùm coadiuuentur à titulo, secundum Bartol. in d. l. si duo. ff. vti poss. tùm quia aduersus testes eorum nõ possunt obiici aliquæ exceptiones in personam, sicut è conuerso obiiciuntur testes Cusani. Nam contra eos primo obiicitur, quod sunt massarij ipsius Cusani, & consequenter † domestici: vnde testimoniũ
7 eorum est suspectum, vt dicit glo. in §. pater. in ver
E bo, in ea re. instit. de testam. & Alber. in l. etiam. C. de testib. & quamuis statutum dicat eos admitti, & compelli ad perhibendum testimonium, nõ tamen dicit quam fidem faciant, sed relinquit id dispositioni iuris communis, secundum quam sunt suspecti, & diminuitur eis de fide. vnde non sunt maiores omni exceptione, vt dicit Alexand. consi. xviij. in primo facit, quia in simili videmus, multos casus in iure, in quibus lex testes admittit, non ad finem plenæ probationis, sed simplicis iu-
F dicij, & coniecturæ, vt per Bartol. & doct. in l. maritus. ff. de quæstio. Secundò obiicitur, quòd ex eis testibus adsunt tres consanguinei venditoris, scilicet frater filius fratris, & patruelis: quid te- 8
stes sunt etiam ipsi suspecti, ex quo tractatur hic de interesse venditoris, cui verisimile fauebunt, vt habetur in l. parentes. C. de testib. per Barto. in l. admonendi. ff. de iureiur. nam multum interest venditoris, quod iste Cusanus emphyteuta suus obtineat, cùm hoc modo saluum erit dominium
G directum ipsi venditori, cùm alioquin obtinentibus Vaylatis, omnia extinguentur, vnde satis in causa apparet, etiam ex testibus productis per Cusanum, qualiter ipse venditor in illis bonis gerebat rem Cusani, & faciebat dicta bona colituari, & mittebat receptum pecunias ab ipso Cusano, quod minimè illi licebat, nã cum vendidisset Vaylatis, & eorum nomine constituisset se possidere, erat quoad possessionem procurator Vaylatorum: vnde non potuit eorum possessionem in-

teruer-

reuertere, nec in ea cognoscere Cusanum l.non solum.§.quòd vulgo.ff.de vsucapio.declarat Aret. in l.iij.§.illud.ff.de acqui.poss.& tradit Ioan. And. in addi.Spec.in tit.de empt.& vend.§.j.versi si pars cum simili.& licet ipse venditor in præsentiarum non sit in causa:tamen ad suspitionem testium,attendimus eum,ad quem damnum vel vtilitas posset pertinere,vt per multa probat Iaf.in l.distantibus.in versi.mihi videtur. C. de testam. Saluo tamen saniore iudicio.

CONS. XLVIII. SVMMÆ.

1 *Gesta post desertionem appellationis,non dicuntur attentata,neq; per modum attentati,sunt reuocanda.*
2 *Omnia quæ possunt geri pendente iudicio priore, possunt etiam fieri pendente appellatione,nec ideo dicuntur attentata.*
3 *Pendente iudicio ciuili,potest criminaliter procedi.*
4 *Clausula,si & in quantum,reseruatiua iuris.*
5 *Sententia lata post inhibitionem,nulla est.*
6 *Quando quis potest procedere tanquã ordinarius,& tanquam delegatus,censetur processisse secundũ illam viã, secundum quam actus sustinetur, & sententia valet.*
7 *Delegato Pontificis Auditorem non inhibere.*
8 *Delegatus Pontificis respectu causæ sibi commissæ, dicitur maior quocunque ordinario,aut quolibet alio.*
9 *Quando Papa ad se auocauit aliquam causam & eam commisit,semper dicta causa reuertitur ad Papã ipsum, & non ad alium inferiorem.*



Ac in attentatorum causa mota per Saracenum aduersus istum minorem de Pandelinis, puto nullo modo audiendum esse ipsum Saracenũ. Moueor, quia sententia dominorum de Rota Bononiẽsi habet duo capita. Primum est, quod causa appellationis interpositæ à iudicibus mercatorum, est deserta,& respectu istius capitis quo declaratur, appellationem esse desertam, nõ est permissa appellatio aliqua, propter statutum huius ciuitatis, quòd est clarum,& apertum in hac materia:& maximè,cùm ex ipso processu notoriè appareat de lapsu istorum temporum: meritò ergo succedit conclusio,q, gesta† post desertionẽ appellationis,non dicuntur attentata, neq; per modum attentati reuocanda sunt l.furti.in prin.ff.de his qui not.in fa.c.licet.de sent.excom.lib.vj.notatur in c.venientes.de iureiu.per Domi.de Rota in decisio.suã prima, in nouissimis.Respectu secundi capitis,quo causa remissa est dño Gubernatori, propter suspitionem criminalitatis, idem est dicẽdum, propter regulam quæ habet, quòd † omnia quæ possũt geri,pendente iudicio priore,possũt etiam fieri pendente appellatione,nec ideò dicuntur attentata l. postquam. §. imperator.ff.vt lega. no.caue.vbi Bar.& per eundem in d.l.furti.§.j. clarum aũt est,†q, pendente iudicio ciuili, potest criminaliter procedi l. fin. C.de fide instr. & licet in hoc sit aliqua difficultas in his, quæ gesta essent p delegatum:tamen in ordinario res est clara, & indubitata, quòd potuit procedere, nec ideò dicitur quicquam attentasse, vt dñt Do.de Rota,in tit. de appell.Decisi.iij. in nouissimis. maximè cùm per talem remissionem simpliciter sublatum sit impedimentum,quòd domino Gubernatori obstabat, non autem ius aliquod in eum translatũ. Nec obstat,quòd præfati iudices detulerint appellationi, &c.c. cum appellationibus. de appel.lib.vj. quia respõdeo,quòd † detulerunt,si,& in quantum,&c, quę clausula reseruat ius Pandelinis,vt delatio non valeat,si de iure deferendum non esset, prout non erat in casu nostro,secundum Bald.in l.edita. in repeti.Paduana.C.de eden.in char.penul.versi. etiã dubitatur si iudex.per Dec.c.oblatæ.ij.not.extra, de appell. per Ang,consi.cxxvij. versi.nec obstat si dicatur. Rursùs in contrarium adducitur, quòd † sententia reuerendissimi do. Gubernatoris videtur esse nulla,tanquam lata post inhibitionem sibi factam à reuerendissimo do. Auditore Cameræ, &c.Respondeo,quod ex forma commissionis suę do.Gubernator poterat procedere, tam ex iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata,& sic tãquam delegatus Papæ, vt apparet ex rescripto pontificis,clarum est autem, quòd † quando potest procedere vtraque via censetur,secundum illam processisse,secundum quam actis sustinetur,& sententia valet,secundum Abb.in c.cùm ex officij.extra, de præscript. vbi Anton. de Butr. & Fela. idem tenent.& probatur argu.l.iij.ff.de testa.mil,vbi Bal. non videtur autem† quòd reuerendus do.Auditor poterit inhibere delegato pontificis. Primò per id quòd no.Do.de Rota,in decis. cccxxxvj. in nouis.vbi firmatur.quod non potest se intromittere de causis extra Romanam curiam ad Papam deuolutis, & licet in inhibitione appellet se iudicem ordinarium appellationum: tamen est in isto casu respectu domini Gubernatoris. Secundò,quia sive teneamus,quòd auditor Cameræ habeat iurisdictionem ordinariam, prout habetur per Cardinalem,cle.j.q.xj.de re iud. & clem. auditor.de rescript.siue teneamus, quòd si simplex delegatus Cameræ, vt dicunt Domini de Rota in allegata decisione,& Cardi. in clem.ij.§. eo ipso.de elect. quomodocunque sit,non potest inhibere† delegato pontificis,qui respectu causæ sibi commissæ dicitur maior quocunque ordinario,aut quolibet alio.c.sicuti.de offic. leg. c.sanè. c. pastoralis,de offic.deleg.& c.ij.de offic.lega.lib.vj.meritò ergo non tenebatur do. Gubernator parere dictæ inhibitioni. Tertiò probatur etiam ex regula vulgari,quòd † quando Papa ad se auocauit aliquam causam,vt eam commisit, semper dicta causa reuertitur ad Papam ipsum,& non ad alium inferiorem. c.vt nostrum.extra,de appel.Bal. l.si vt proponis. versi.& no.C.quomodo.& quando iud.& per Deci.consi.cxxxvij.Cum ergo tunc d.Auditor nõ haberet specialem commissionem à pontifice, non potuit inhibere. & ita ipse ex postfacto ostendit, quia deinde fuit sibi specialiter dicta causa demãdata.Et ita arbitror iuris.esse,saluis semper consuetudinibus fori & curiæ ipsius, prout dicit etiam Cardinalis.d.clem.ij.§.eo ipso.

CONS. XLIX. SVMMÆ.

1 *Interlocutoria ex causis reuocatur.*
2 *Sententia lata prætextu falsorum testium est nulla,nec mouetur executionem.*
3 *Statutum mandans procedi appellatione, & querela quãlibet remota,non intelligitur auferre exceptionem nullitatis notoriæ,& in continenti apparentis.*
4 *Creditor pignus emere nõ potest,& si emat emptio est nulla,& verum valorem rerum tenetur imputare,non autem pretium,quod soluit.*



St contrà Ruschinum probatum plenissimè per testes, quod ipse possidet vniuersam hæreditatem Vincentij Pechi soceri sui,seu Dominici sui cognati: & ideò

& ideò nō potest prętendere creditum suum occasione ficti libellarij, quia possidet bona longè plùs valoris. Nec potest se excusare, prout hactenus fecit, quòd vxor sua possideat: quia contrariū apparet ex instrumēto dotis nuperrimè pducto. Et ideò petitur à iudice, vt imponat ei silētium, ne inquieteret Alciatum, non obstante interlocutoria nuperrimè lata per modum prouisionis, quæ quidem † interlocutoria debet reuocari, secūdum l. quod iussit. ff. de re iud. Et primò cōtra Ruschinū facit: quia sentētia lata in causa cridarum cōtra Alciatum, fuit lata eo prætextu, quod ipse Ruschinus nō possideret ea bona: sed vxor, & ita ipse Ruschinus articulauit, & produxit testes d. Bernard. Peschium, & Orlādum, & tamē ex instrumēto publico dotis, in quo d. Bernardus tāquam patruus præstitit cōsensum, apparet trāslatū fuisse possessionem in Ruschinum. Vnde † sentētia lata prætextu falsorum testium est nulla, nec meretur executionē, cùm incōtinenti ex lectura instrumēti in actis producti, appareat de falsitate l. fi. vbi Bar. C. si ex fal. instru. Secūdò, dicta sentētia causa cridārum est nulla in ea parte, qua declarat bona ad cridas per Alciatum posita, esse hypothecata Ruschino pro credito, de quo in cōtradictione, & sic credito. g. 1575. fol. 17. Cum enim habuerit Ruschinus cessionem ab Orombellis illius crediti pro pretio. g. 900. non potest aliquid vltrà illud pretium petere l. per diuersas. C. manda. vnde sententia, quatenùs est lata cōtra casum illius l. est ipso iurē nulla l. j. & ij. C. quādo prouoc. non est necess. & † statutū mandās procedi appellatione & querela qualibet remota, nō intelligitur auferrē exceptionem nullitatis hujus, notoriæ & incontinenti apparentis. Anch. consi. cciij. in quæstione supradicta. Feli. & Mod. c. ex parte. ij. de offic. deleg. Alex. in l. iiij. §. cōdemnatum. de re iudi. Tertiò, est aduertēdum, quia interlocutoria d. Egidij iubet imputari solùm bona euicta à Rācato, & à Rosa, & à Maioco, cùm tamē sint imputanda, & quæ titulo emptionis habuit à Todeschino, & à Porrho & aliis quibus cōminabatur se iure crediti sui moturum cōtrouersiam, & coegit ad sibi vendendum vili pretio, bona quæ ipsi emerant à Dominico: quia erant sibi hypothecata pro dictis fictis. Non enim † potest creditor ipse pignus emere, & si emat emptio est nulla, & verum valorem rerum tenetur imputare, non aūt pretiū, quod ipse soluit l. & qui sub imagine. C. de distr. pig. Et cùm ipse Ruschinus in sua cōparatione fatetur de plano, se redemisse dicta bona. s. ab Ambrosio de Bursis, à Ioan. Angelo de Porrhis, à d. Iacobo Porrho, à Todeschino, debuit etiā pronuntiari hæc bona esse æstimāda, secundū verū valorē, vt quatenùs plùs valēt, quā soluerit Ruschinus, omnem illud prosit creditoribus posterioribus. Nec obstat, quod posuerit ea ad proclamā, & quod libera trānsiuerint. respon. cridæ illæ nihil nocent Alciato, à quo adhuc nihil erat euictum. Secundò, respondeo, cùm per cridas quæratur ius Ruschino, vt sit tutus in illa solutione, quantò ipse fit securior, tantò magis cōsultum est aliis creditoribus, vt imputet sibi ipsi in solutum. Tertiò respondeo, istud est debitum Ruschini, qui tenetur imputare, & cridæ non liberant eum in proprijs debitis. Quartò & vltimò, conqueritur dictus Alciatus de prædicta interlocutoria, quia per eam prouidetur Ruschino, vt possit euincere ex bonis Alciati, quatenùs superfit illi facta æstimatione bonorum euictorum à Rancato, Rosana, Maiocho, & nō prouidet Alciato contra Terzagum datorem suum, qui tenetur de euictione, cùm tamen vna sententia potuerit & debuerit diffiniri, secundum formam cōmissionis ipsius dicti iudicis.

CONSILII L. SVMMAE.

1 *Possessionem ex causis non recuperari.*
2 *Rebellis ipso iure perdit dominium bonorum.*
3 *Rebellis potest impunè offendi in rebus, & in persona.*
4 *Exceptio banni & rebellionis, repellit agentē iudicio spoliatorio à limine iudicij.*
5 *Exceptio rebellionis obstat successori vniuersali.*
6 *Possessionem rei suæ, propria authoritate comprehendi posse.*
7 *Quis non potest sua possessione aliquem priuare, sine causa.*
8 *Quoties secunda spoliatio fuit par vel maior, quàm prima, tunc prius vltimum spolium purgandum est, ne remaneat impunitum, secus quando prima spoliatio est maior, quàm vltima.*
9 *Quasi possessio iurisdictionis haberi non potest sine titulo, quare opus est iustificare titulum.*
10 *Exceptio defectus notorij Dominij, admittitur in possessorio recuperandæ.*
11 *Non est recedendum ab eo quod aliàs decisum, & iudicari ita fuit solitum.*
12 *Deiectus à possessione de facto, potest de facto restitui.*
13 *Quandò non agitur de auferēdo dominio quæsito de iure gentium, potest princeps etiā parte nē citata id facere.*

RES sic se habet d. Vercellinus. Vicecomes mediātibus iustis titulis diu possedit iurisdictionem Cilauētiæ, & pedagium pontis Melegnani, de quibus iuribus sine causa Dux Ludouicus Sfortia, tunc gubernator, primò inuestiuit d. Iulium Sfortiam, deinde d. Iacometum de Attella, qui cùm vnà cum d. Ludouico fugisset in Alamaniam, fuit pronuntiatus rebellis, & hostis maiest. Regię: vnde illustris d. Iac. Triuultius, tunc se gerens pro locum tenente regio generali, concessit literas dicto d. Vercellino, in quarum executione recuperauit possessionē dictorum iurium, qua fuerat sine culpa sua spoliatus, & deinde successiuis tēporibus habuit confirmationes à Christianissimo Rege, quarum vigore etiam nūc eius filij & hæredes sunt in possessione. Sed nouo illis controuersia per filios dicti Iacometi, asserentes se spoliatos: quā † petitione nō obstāte, videtur apertissimi iuris, pro Vicecomitib. esse pronūtiandū. Primò, quia tēpore quo d. Vercellinus recuperauit possessionē, dictus Iacometus erat rebellis, vt apparet ex literis Regijs, datis Vigleuani anno 1499. de quibus in actis, & etiam ex libello dato per ipsos Attellanos, tēpore d. Maximiliani coram deputatis edicti Cæsarei, quorū cōfessioni standū est l. cum precum. C. de lib. caus. vnde cùm esset † rebellis, perdiderat dominiū bonorū ipso iure gl. in c. cū secundū. de hęred. in vj. & † poterat impunè offendi in rebus, & in persona l. iij. §. fi. de sica. Bartol. in extra, qui sint rebel. in verb. rebellando. & etiā perdiderat possessionē ex culpa suā, quia ab ea erat expulsus, & si reuersus fuisset, poterat suspicari se repellendū l. iij. §. fi. ff. de adq. poss. vnde non potest dicere se spoliatum, ex quo erat rebellis, & bannitus, & talis † exceptio repellit agentē iudicio spoliatorio, à limine iudicij, vt per Nellum in tract. bannitorum. in j. par. ij. tempore. q. vij. Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & talis

BIU Cujas

inhabilitas reddit proceſſum retrò nullum, vt eſt communis opi. per Alexand. in leg. j. §. fublata. ff. ad Treb. & talis † exceptio obſtat ſucceſſori vniuerſali, indiſtinctè. Alexand. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. mat. Soci. conſi. cclxiiij. Secundò, quia d. Vercellinus poſſeſsionem appræhendit, per literas habitas ad illuſtr. domi. Triuultio, qui vt notorium eſt, tunc erat Dux belli, & gerebat vices Regiæ maieſtatis: vnde non poſſunt Attellani prętendere ſe ſpoliatos, cùm auctoritate principis ex iuſta cauſa poſſeſsionem perdiderint, & eam Vicecomites appræhenderint. glo. vij. quæſt. j. capit. præſentium. Bald. conſi. cccclxxxij. in j. dib. Angel. in l. ſi quis à ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. poſſ. Tertiò, quia dicta poſſeſsio tunc erat vacans, ſaltem reſpectu horum agentium: vnde licuit Vicecomitibus † tanquam dominis, poſſeſsionem rei ſuæ appræhendere, etiam propria auctoritate, ſecũdum communem opi. glo. & Bar. in l. ſi. C. vnde vi. & tali caſu ceſſat etiam remediũ. c. redintegranda. j. quæſt. iij. ſecundum Sali. in d. l. fin. Quartò, probatum eſt poſſeſsionem d. Vercellini fuiſſe antiquiorem qui ea fuit ſpoliatus, † nam Dux Ludo. non potuit ſine cauſa eum priuare. cap. j. de nat. feu. lib. c. j. vbi glo. in verb. iure feudi. quibus modis feud. amit. quòd fortiùs procedit in donatione. Bartol. in l. prædia. C. de loc. præd. ciuil. vel fiſc. lib. xj. Alexand. conſi. iij. in v. & conſi. cj. vol. j. vnde cum eum priuauerit, lex præſumit violẽtiam in principe de facto, & ſine cauſa agente. Bald. in l. eam quam. C. de fideic. Aretin. conſi. xiiij. in princip. nam veriſimiliter, ſi d. Vercell. reſtitiſſet d. Lud. fuiſſet incarceratus. & fortè corporaliter affectus: vnde licuit d. Vercellino, quamprimum potuit propria auctoritate poſſeſsionem ſuam recuperare, & dicitur incontinenti recuperaſſe leg. iij. §. eum igitur. ff. quod vi, aut clam. & eſt deciſio Hugu. in cap. ius naturale. j. diſtin. quam ſequitur & commendat Imo. & Socin. in leg. j. §. j. ff. de verbor. obligat. cum cõcord. Quintò, † quoties ſecunda ſpoliatio fuit par, vel maior quàm prima, tunc priùs vltimum ſpolium purgandum eſt, ne remaneãt impunitum, vt habetur in cap. g. de ord. cog. ſed quando prima ſpoliatio eſt maior, quàm vltima, tunc eſt ſecùs, vt declarat eleganter Paul. Caſtr. conſi. cccxcix. j. par. quòd incipit, priuſquã iura fierent. ſequitur Deci. conſi. vlt. verſic. iiij. benefacit, quod in caſu noſtro factum eſt, nam maior eſt ſpoliatio prima, facta ſine culpa ipſorum Vicecomitum, quàm ſecunda, facta ex culpa ipſius Iacobeti. Sextò, quia cùm loquamur de † quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, non poteſt ea haberi ſine titulo: vnde opus eſt iuſtificare titulum: ſicut dicimus in beneficialibus, vt habetur in c. in literis. de reſtit. ſpol. iſti autem Attellani nõ habent aliquem titulum: niſi à Sfortiacis, quem titulum non ſolet reuerẽdiſsimus Senatus approbare, niſi quatenùs acceſſerit confirmatio Chriſtianiſs. Regis, q ipſe habebat ius in Ducatu. & ſic obſtat iſtis † notorius defectus dominij, quę exceptio admittitur etiam in iſto poſſeſſorio recuperandæ, vt habetur in d. c. in literis. & per Alexand. in d. §. nihil commune. in x. fall. & conſil. lxxxvij. in ij. & hoc tantò magis procedit in caſu noſtro, in quo admiſſæ ſunt probationes, reſpicientes dominium parte non opponente. c. j. de reſtit. ſpol. Alex. in d. §. in xiiij. fallen. & per prędictã rationẽ in ſimili cauſa fuit pronũtiatũ in cauſa caſtri noui, cõtra magnũ ſcutiferũ in fauorẽ Illuſtr. d. Triuultij, cũ d. Scutifer non haberet titulũ, niſi à Sfortiacis. nec feciſſet eum confirmari à Rege: quia in Germaniam fuerat cum Duce Ludo. vnde † non eſt recedendum ab eo, quòd in ſimili caſu ſolitum eſt iudicari l. minimè. ff. de legib. Septimò contra Attellanos obſtat, quia illis fuit impoſitum perpetuum ſilẽtium per d. Maximilianum. Nec obſtat, quod talis declaratio fuerit facta parte non citata: quia cùm de facto dicti Vicecomites fuerint † deiecti à poſſeſsione, de facto etiam potuerunt per Maximilianũ reſtitui. gl. in l. ſi minor. ff. de euict. Soci. in terminis. conſi. cclxv. ad fin. Alex. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nũ. Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. Item † cùm non ageretur de auferendo dominio quæſito de iure gẽtium, potuit princeps etiã parte nõ citata hoc facere. Soc. cõſ. clxiiij. et cõſi. cclxvj. Et iſte oẽs rationes tollunt obiectum illud, quòd vltimũ ſpolium debeat priùs purgari: quia vt vidimus, iſtæ exceptiones excludunt quemlibet agentem remedio ſpoliatorio.

CONSILII LI. SVMMAE.

1 *Commiſsionis formam ſeruandam.*
2 *Ius dicendi nullum reſpectu actionis, durat 30. annis: reſpectu verò exceptionis in perpetuum.*
3 *In probanda ætate, ſufficit probatio per præſumptiones, & coniecturas.*
4 *Illa eſt efficax probatio in ætate, quæ ex aſpectu corporis colligitur.*
5 *Illa eſt efficax probatio in ætate, quæ ex libro Patris haberi poteſt.*
6 *Delegatus ſubdelegando cauſam liquidationis fructuum, videtur tacitè pronuntiaſſe nullam ſubeſſe nullitatem.*
7 *Ex actu nullo, non inducitur valida pronuntiatio.*
8 *Iudex expreſsè non poteſt pronuntiare ſuper nullitate, niſi parte citata.*
9 *Super nullitate principaliter deducta, debet principaliter iudex pronuntiare expreſsè.*
10 *Nullitas de qua incontinenti non conſtat, non debet retardare executionem.*
11 *Incontinenti dicitur conſtare, quandò per teſtes examinãdos offertur probatio intra breue tempus, arbitrio iudicis.*
12 *Datio tutoris ſub conditione non valet, & quid.*
13 *Curator debet eligi qui ſit ſoluendo, & qui ſatisfaciat rei minoris ſaluam fore.*



AE C † commiſsio Pontificis de qua agitur, per illa verba, *Conſtito de re iudicata, & lapſu termini*, inducit formam, adeò, quòd lapſu ſententia iudicis delegati eſt nulla, & in caſu noſtro actus delegationis, per regulam cap. cum dilecta. de reſcrip. & quæ not. Bar. in l. diem proferre. §. ſtari. de arbi. & licet Fel. in c. cauſam quę. extra, de re iudi. & c. in literis. de offic. deleg. aliud concludat in commiſsione, *luſtitiam facit*, quia talis clauſula, videtur potius admonitionẽ continere, quàm formã tamẽ ſecus eſt in iſta. *Conſtito de re iudicata, &c.* quę nõ poteſt admonitionem referri: ſed ſtat conditionaliter, vt in primis, & ante omnia cognoſcat iudex ſuper hoc ſecundũ Alex. Iaſ. & alios in l. qui Rom. §. Aug. ff. de verb. obli. & per illum tex. In caſu autẽ noſtro, nõ conſtitit, nec conſtare potuit ex proceſſu, quòd ſtaturus eſſet terminus, imò nullus fuit ſtatu-

tus,

BIU Cujas

tus, vt ex lectura processus apparet, nec de iure de-
2 buit statui. cùm enim † ius dicendi nullũ respectu
actionis duret xxx. annis, respectu verò exceptio-
nis sit perpetuũ secũdũ no. in l. sicut. C. de præscr.
xxx. vel xl. ann. vbi glo. Bald. Ange. & per Card. in
cle. j. q. xiiij. de re iud. Alex. cõs. lj. in iiij. limi. nulla
ratio fuit cur istis fratrib. restringeretur terminus
sibi à iure cõcessus, secundum l. ij. ff. de re iud. vbi
doct. Nec etiã fuit seruata forma, respectu rei iudi-
catæ: quia debuit iudex cognoscere, an isti essent
8 minores indefensi, quo casu sententia erat nulla, B
nec potuit dici re iudicata. l. pe. C. si aduer. rem
iud. & pro minorib. erat præsumptio, quæ oritur
ex datione curatoris l. cũ te. C. de probat. vbi Bal.
& Ang. sequitur Alex. cõs. lxxxv. in ij. volu. quòd
intelligẽdum, prout declarat ipse Alex. cons. xxj.
in j. volu. quoad eũ cũ quo cõtrahit, vel quasi, seu
cũ quo litigat prout in casu nostro nõ aũt genera-
3 liter, quoad oẽs, licet † aliàs in probatione ætatis
sufficiat probatio per præsumptiones, & cõiectu-
ras, vt habetur in d. l. cũ te. & in l. de minore. ff. de C
4 mino. & † efficax est illa, quæ ex aspectu corporis
colligeretur l. minor xxv. annis, adito præside. ff.
5 de mino. † vel libro patris, vel similes. l. etiam. de
proba. cũ ergò iste delegatus, super hoc nihil pror
sus cognouerit, tanquam forma. mandati sui non
seruauerit, actus ille subdelegationis est nullus se
cundum supradicta. Et ex his apparet, nõ obstare
6 motiuum, dum dicitur. quòd † delegatus subdele-
gãdo causam liquidationis fructuum, videtur ta-
citè pronũciasse nullã subesse nullitatem l. à pro- D
cedente. C. de dilatio. respondeo primò, quod cũ
actus ille sit nullus, & nõ sit seruata forma cõmis-
7 sionis, † ex actu nullo, nõ inducitur valida pronũ-
tiatio, per supradicta, & per l. j. in prin. ff. quę sent.
sine appella. rescind. per Bar. l. si expressim. de ap-
pella. Secũdò respõdeo, quòd iudex procedendo
ad vlteriora, videt tacitè pronũtiare, quando pars
8 est citata, quia † sicut expressè nõ potuisset iudex
pronũtiare super nullitate, nisi parte citata, l. nam
ita. de adop. l. de qua re. ff. de iudic. ita nec tacitè E
procedendo ad vlteriora, secundũ Alex. cõs. c. in
v. vol. sed in casu nostro nulla interuenit citatio,
quãdo facta est subdelegatio, vnde nõ potest dici
tacitè pronũtiatum, & ita etiam tenet Aret. in c. ij.
extra, de testib. Feli. in c. suborta, in vj. limit. de re-
9 iudic. Tertiò respõdeo, quòd cũ † nullitas princi-
paliter deducta fuerit, debuit super ea, principali-
ter & expressè pronũtiari, secũdum Bar. l. si expres
si. ff. de appel. nec fuit in facultate iudicis, proce-
dẽdo ad vlteriora, talẽ causam extinguere, vt per F
Feli. in d. c. suborta, in vij. limit. & per Dec. consi.
cclxxv. secũdũ Alex. lxxxiiij. in iiij. cũ simi. Et hæc
dicta sint vltra tres alias respõsiones, in primis al-
legationib. à me adductas. Nec dicatur. q. ista nul-
litas nõ debet retardare executionẽ, ex quo de ea
10 † incõtinenti non constat: iuxta not. in l. iiij. §. cõ-
demnatũ. de re iud. respõdeo, istud est cõtra com
missionẽ Pontificis, qui dixit, *Constito de re iudicata*,
ergò voluit, quod priùs constaret de nullitate, &
sic admisit simpliciter talẽ exceptionem, quòd po- G
tuit facere secundũ not. per Bal. & Barb. in c. ij. de
offi. dele. Fel. c. j. de consti. Item respondeo, quod
imò potest de ea constare in cõtinenti, & ex aspe-
ctu, & ex libro paterno, & alijs coniecturis, quæ
sufficiunt in materia probationis ætatis d. l. cũ te.
11 vbi doctor. imò etiã † incõtinenti dicitur cõstare,
quãdo per testes examinandos offertur probatio
intra breue tẽpus, arbitrio iudicis secũdum doct.
d. §. cõdemnatũ. & Cano. c. veniẽs. ij. extra, de re-

Cons. And. Alc.

A stib. Itẽ respõdeo quod cõstat ex processu, cũ dat 9
sit ijs curator, secundum Alex. dictis cõsilijs. xx. in
j. lxxxv. in ij. & citatis semper curator etiã ad dif-
finitiuã, & allegata curatoris absentia. & quamuis
videatur curator datus sub conditione, quatenus
essent minores: tamẽ ista cõditio potiùs aggrauat
factum iudicis, qui debuit certè cognoscere de ætate, 12
nõ autem sub cõditione, & ista est ratio, cur † da-
tio tutoris sub cõditione non valet secundum
Bal. in l. muto. §. j. ff. de tutel. Din. Bart. o. Albe. in l.
actus legitimi. de reg. iur. Item debuit † eligere eu- 13
ratorẽ, & qui esset soluẽdo, & qui satisdare rẽ mi-
noris saluam fore, secundũ no. per Bar. in l. j. ff. de
cur. bo. dan. quæ omnia satis arguunt, calumniam
istius sententiæ per contradictas, & in contuma-
ciam latæ. Et debent flectere iudicem, ne arbitre-
tur suspendendam executionem, & beneficium
minoris ætatis non esse eis auferendum.

CONSIL. LII. SVMMÆ.

1 *Ordinarium ex causis non cognoscere.*
2 *Fiscus Cæsaris qui successit fisco Pontificio, debet eodem iure vti quo Pontif.*
3 *Potentia aduersariorum excusat, si quis in loco litigare nõ lit, & statur timentium iuramento.*
4 *Potentioribus pares esse non possumus.*
5 *Confessio procuratoris voluntaria, non præiudicat principali.*
6 *Confessio procuratoris necessaria præiudicat domino.*
7 *Nemo præsumitur velle donare illi, cum quo litigat.*
8 *Vna & eadem lis, non potest verti sub diuersis iudicibus.*
9 *Causa feudalis tanquam dignior, trahit ad se alias causas.*
10 *Fructuum condẽnatio & liquidatio, cùm sit connexa causæ principali, debet apud eundem iudicem cognosci.*
11 *Causa principalis non dicitur finita, cùm duret quæstio nullitatis sententiæ, latæ contra minorem indefensum.*
12 *Causa nullitatis requirit sententiam diffinitiuam, non interlocutoriam.*
13 *Per processum ad vlteriora, nunquam videtur tacitè pronuntiatum super exceptione, quando exceptio esset compatibilis.*
14 *Causæ feudales nunquam actu, nec habitu pertinuerunt ad ordinarium, cùm iure communi dominus feudi eas recognoscat.*
15 *Prætor etiamsi incidenter potest cognoscere, tamen non procedit parte opponente.*

DE plano videtur iste casus procede-
re, quòd cognitio istius † causę spe-
ctet ad senatũ, nec sit remittenda iu-
dici ordinario in ciuitate Placẽtiæ.
Primò, quia est causa feudalis, quæ
ex erectione senatus, & ex cõcordatis Placentinis,
pertinet ad Senatum. Et quòd sit feudalis, mox
ostendimus. Secundò, quia ista causa fuit ab ordi-
nario anulsa, & tracta Romæ, & ibi cognita: vnde
ordinarius non potest amplius se intromittere. c.
vt nostrum. vbi Dec. no. extra, de appella. & Dec.
consi. cxxxvij. Curt. sen. consi. lxvj. Rota lxxvj. de
testib. in anti. & cum † fiscus Cæsaris successerit 2
fisco pontificio, debet eodem iure vti secũdum l.
fiscus. ff. de iure fisc. not. in l. si cõstante. §. fin. Iolũ.
mar. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccl. vbi Bal.
versi. venio ad secundũ. Tertiò, quia † est iusta cau- 3
sa istorum, ne litigent placentię, propter potentia
aduersarij, quẽ iustè perhorrescunt, & de hoc stã-

dũ est iuramẽto ipsorũ, secundũ tex.in c.statutũ. §.j.de rescri.lib. vj. quia † potentioribus pars esse nõ possumus.l.qui etiam.ff. de alie.iud.mut.cau. fact.Nec obstat, quòd nõ cõster causam esse feudalẽ:sed hoc probatur solũ ex cõfessione † procuratoris ipsius Co.Olderici,quæ cũ sit voluntaria,nõ debet ei præiudicare l. certũ. §. sed an & ipsos.ff. de confes.Respõdeo,quòd imò est † necessaria,cũ sit facta in exceptionibus petitionis.quia etiã tali casu dicitur necessaria,& prę iudicat domino l.nõ solũ.vbi Pau.de Cast.ff.de procu, declarat Feli.in c.extra,vt lit.nõ contest.versi.prima declaratio.& istud etiã sentit Bar.in d.§.sed an & ipsos.dũ assignat rationẽ,cur voluntaria non præiudicet dño: quia inquit procurator nõ potest donare, quę ratio nõ habet locũ in respondẽre nõ solum positionibus:sed nec libello,vel exceptionib. nec enim subest cõiectura aliqua donationis: † nemo enim præsumitur velle illi donare cũ quo litigat l.iij.C. de repu.hære. Nec in hoc est multũ laborandum, cùm exter inuestitura feudalis, à Duce Philippo istis scotis facta.Et si diceretur,quod in lite sint etiã alia bona,quæ nõ sunt feudalia,istud nũ haberet obstare,cùm enim † vna & eadem sit lis,nõ potest verti sub diuersis iudicib.l.j.ff.de quib.reb.ad eund.iud.eatur.maximè cum eadẽ exceptio militet,an.s.potuerit Co.Alber.constituere primogenituram in bonis feudalibus, aduersus verba inuestituræ,& ideò propter vnitatẽ non dico simplicẽ cõnexitatem,est in senatu tractãda: quòd intelligunt doct.etiã si vna iam erat finita, nihilominùs alia propter connexitatẽ corã eodem iudice tractari debet,vt est tex.in l.nulli.in iiij.lect. gl.C.de iud.vbi Bar.cũ quo cæteri cõmuniter trãseunt, & † causa feudalis tanquã dignior trahit ad se alias l.præcipimus.§.pe.vbi Bar.C.de appel.cũ similib. Per Feli.in c.j. de præscrip.vbi allegat Ant.de Prato,& Marianum,& per Ias.in l.emancipati. C. de coll.& est tex.in l.si quis aduersus.C.vbi caus.fisc. vbi Alber.& Castr.& per Aret.consi.lxxxiij. versi. vlti.& facit l.j.cum ibi not.C.de com.rer.ali.Non obst.quòd allegatum capitulum ciuitatis Placentinæ, non debet intelligi de causis pendentibus: quia respondeo, cum causa feudalis etiam priùs non pertineret ad decisionem ordinarij, sed ad iudices speciales, tale capitulum censetur, quo ad eas declaratorium, & compræhendit etiam lites pendentes,secundum doctr.Bart.in l. omnes populi.versi.circa tertium.de iusti.& iur. Non obst. quòd causa feudalis videatur finita,cùm tractetur solũ de liquidatione fructuum.Respondeo, cùm † fructuum condemnatio & liquidatio sit cõnexa, debet adhuc apud eundem iudicẽ cognosci d.l. nulli.C.de iudi.secundũ gl.in iiij.intellectu.Præterea dico,quod imò † causa feudalis,nõ est finita cum duret quęst. nullitatis sententiæ,illatę cõtra minorẽ indefensum, iuxta l. pen. C.si aduer.rem iud.Nec videtur sopita hæc quæst.per confessionẽ prę cepti executiui,ad liquidationẽ fructuũ,tãquã iudex ad vlteriora procedẽdo,videatur tacitè pronũtiasse,secundum l.à procedente.C.de dilat. vbi Bar.c.ex parte.ij.extra,de app.Respõdeo trib. mod. Primõ, quòd dicta iura loquuntur respectu incidẽtium,vel emergentium,quę possunt tacitã sententia omitti:qa iudex ita videtur interlocutus: sed quæst.nostra est,nõ de ijs quæ per interlocutoriã possũt reijci,sed de causa principali nullitatis, † quæ diffinitiuam requirit:& quæ nõ possunt tacitè iudicari, sed ferẽda est cũ debitis sõlennitatibus l.prolatã,C.de sen. Secũdò respõdeo, q† nũquã per processum ad vlteriora,videtur tacitè pronuntiatũ super exceptione, quãdo exceptio esset cõpatibilis:secũdũ gl.in c.suborta.extra,de re iudic.vbi Fel.versi.limit.viij.sed exceptio ista est cõpatibilis: quia licet cõcessum fuisset præceptũ liquidationis,tamẽ intelligi secundũ terminos iuris,vt si nullitas incontinẽti probari possit,supersedeatur,secundũ no.l.iiij.§.condẽnatum.ff.de re iud.vbi Ias.num.18.si verò requirat altiorẽ indaginẽ secùs,vt ibi.Tertiò respõdeo, quòd dictũ præceptũ executiuũ, nõ est simpliciter cõcessum, sed solũm quo ad examinationẽ testiũ super liquidatione,vt deinde attestationes remittãtur ad iudicẽ,qui si viderit obstare exceptionẽ nullitatis,nullã rationẽ sentẽtiæ,& liquidationis habebit:vnde cũ dictũ præceptũ nõ sit prę cisum,sed expectet futurã sententiã,nõ potest dici tacitè pronuntiatum esse super nullitate,nec talis exceptio reiecta, seu potiùs reseruata,vt per Alex.in l.ille à quo. §. j. ff. ad Treb.Non obst.quòd etiã d. Prætor Placentiæ poterit cognoscere incidenter in hac causa feudali,secundũ Aret.cõsi.cij.Dec.ccxlj.cũ simil.Respõdeo,hoc nõ procedit in causis feudalibus † quę nũquã nec actu, nec habitu pertinuerunt ad ordinarium.cùm iure cõmuni dominus feudi, & sic ipse Princeps eas cognoscat:cap.j.§.pen. de proh.feu. ali.per Fede.c.cæterũ. extra,de iudi.& specialiter earũ cognitionẽ Princeps demandauerit senatui. vnde alius se intromittere non potest l.ij. C. vbi caus.fisc.l.j.ff.de offic.eius cui.quòd intelligendũ reo opponente exceptionem fori, & petente, vt dominus cognoscat,seu senatus, prout in casu nostro,& declarat Bal.in c.j.de inuest.in marit. fact. Prætereà † etiam si prætor possit incidenter cognoscere,tamen hoc nõ procedit parte opponẽte & petẽte se ad iudicẽ feudi remitti,vt est casus noster, qui iudicio meo modicã habet difficultatẽ.

CONSIL. LIII. SVMMÆ.

1 *Donatio reuocatur ob non præstationem integram alimentorum, donatori debitam.*

2 *Donatrix petens alimenta in futurum,arguit quòd voluit donationem valere,non autem reuocare, quia alimenta petere non potuisset.*

3 *Propter modicam summam reliquatam in præstatione alimentorum,potiùs præsumitur inaduertentia, quàm dolus vel ingratitudo.*

4 *Instrumentum dotis in iudicio exhibitum,fidem non facit, ex quo petitum fuit exhiberi originale.*

5 *Instrumentum scriptum per Notarium subrogatum,pro originali habetur.*

6 *Protocollum à parte non exhibetur, sed à Notario.*



LITIS inter Philippum Alutarium actorem, & Leonardũ Fratelli reũ cõuentum, vertentis viso processu, & cõsilio decisiuo in prima instantia in fauorem actoris,& deinde in causa appellationis alio cõsilio decisiuo in fauorẽ rei.Requisit9 per literas generosi & magnifici Com. Hieronym.de Archo,vt sententiæ meę copiã facerẽ,existimaui paucis id esse prę standũ:quia diffusissimè per aduocatos partiũ, & deinde per ipsos consultores fuit allegatum. Et solũm instabo circa rationes, quibus motus est secundus consultor, ad pronuntiandum benè appellatum fuisse. Prima est, quia ex processu constat,alimenta non fuisse integrè præstita donatrici:vnde † reuocat donatio,iuxta l.j. C.de don. quæ sub

sub mo. Bald. cõsi. ccl. in iij. Lud. Rom. cclxxxiiij. Cor. consi. ccij. in j. Ripa responso vij. maximè cũ interuenerit iuramẽto. iuxta l. si quis maior. C. de trãsact. Sed ad hoc respondetur † quod ipsa donatrix, agedo cõtra Philippum, petit alimẽta in futurũ, quę petitio arguit, quod voluit donationem valere: quia si reuocatum esse voluisset huiusmodi alimẽta petere nõ potuisset. vnde d. l. j. procedit, nisi donati ipsi aliud videatur, quia potest renũtiare fauori suo. cùm ergò post dictã litẽ receperit alimenta, satis censetur renũtiatum pœnis d. l. j. & d. l. si quis maior, vt cõcludunt communiter doct. in d. l. si quis maior. per tex. in l. post diem. ff. de lege commiss. Et loquuntur dicta iura, quãdo donatarius ipse promisisset dicta alimenta. at in casu nostro d. Pasqua donataria nihil promisit de hoc, & nihil iurauit, vt ex lectura instrumenti apparet, sed solus magister Philippus, nec ipsa vnquã interpellata fuit. Vnde infertur, non potuisse ab ea reuocari donationem ex causa, cui semel renuntiauerat, & licet deinde Philippus remansisset debitor modicæ alicuius summæ, non tamẽ locus est pœnæ d. l. si quis maior. quæ præsupponit dolum, vt ibi dñt doct. & † propter modicã summã reliquatã, potiùs præsumitur inaduertentia, quàm dolus, vel ingratitudo l. quamuis. de cond. & demon. Ias. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & respectu ipsius Pasquæ est certissimùm, quæ nihil iurauit, vt dixi. Secunda est ratio, quia † instrumẽtũ dotis exhibitũ in iudicio, nõ videtur facere fidẽ ex quo petitũ fuit, quod originale exhiberetur iuxta l. fi. C. de fide instr. & gl. & doct. l. j. §. editiones. ff. de eden. & canon. c. si instrum. extra, de fide instr. Sed respondendũ est q, istud procedit, quando pars ipsa habet originale, & nõ vult exhibere: quod nõ est in casu nostro. Item loqnitur in exemplo facto à notario in actis, accepto ab alio authẽtico. Sed nostra quæstio est in eo, quòd † scriptum est per notarium subrogatũ, quòd per omnia habetur pro originali d. c. si instrumẽta. & c. cũ P. tabellio. extra, de fide instru. si iudicis auctoritate id sit factũ. §. illud. in auth. vt fr. fil. l. chirographis. ff. de admini. tut. nec est necessaria citatio stãte consuetudine, quæ vbiq; viget, secundum Bal. auth. si quis in aliquo. cùm quò ibi transeũt doct. & Alex. consi. lxv. ad fin. in j. & in casu nostro est probata per testes. & ideò ex tali instrum. est fundata intẽtio actoris, nec verò ipsa † tenetur exhibere protocollum: quia apud se non est, nec esse debet: sed apud notarium, & si notarius non exhibet, debet cogi secundũ Iac. de Bel. in auth. de tabel. quæst. pen. Bal. l. fi. C. de eden. nisi probet casu perditum, vt per Alex. cõsi. cliij. in ij. num. xvj. Et lis, quę cõtrà notarium potuit intentari, interim fidem instrumenti non minuit d. l. fi. & quæ habentur in l. fatis. C. de fals. & ideò videtur rectè iudicatũ per primũ consulentem, quòd centũ & quinquaginta renenses debentur ipsi Pasquæ donatarię. Quo ad augmentũ factum de anno 1517. die 14. Martij in processu respectu vnius partis, non constat bona illa possideri per Leonard. seu ad eum peruenisse, & respectu alterius, confessio ipsius se confitentis debitorem, Com. Antonij, & recipientis in augmentum dotis, videtur sæpè donationem prohibitam inter vir. & vxo. etiã mediante tertia persona: ideò nõ videtur de eo Leonardũ condẽnari posse, cũ nõ cõster de credito dicti Comitis, nisi ex confessione ipsius Leonardi, per l. j. C. de dot. cau. non num. & quę not. Socin. l. j. solu. matr. Quo verò ad augmentum de anno 1524. die 11. Martij, de renensibus xx. videtur eodẽ modo dictum Leonardum absoluendum: quia cùm sit factum post donationem Pasquæ, non trahitur ea donatio ad acquisita ex post, & in futurum, secũdum doct. in leg. fin. C. de pact. Circa expensas litis, propter statutum puto condemnandum victum victori in expensis.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ.

1 *Dicenti incumbit onus probandi.*
2 *Fideicommissa, generali donatione non contineri.*
3 *Testator in generali dispositione bonorum suorum, non intelligitur egisse de rebus, quæ erant post mortem suã restituendæ.*
4 *Mulier in generali legato bonorum, non intelligitur comprehendisse dotem, quæ post mortem suam ex formã statuti applicabatur marito.*
5 *De his quæ nostra non sunt, vel non futura nostra, non est disponendum.*
6 *Ex possessione præsumitur dominium.*
7 *Non est admittenda exceptio reorum, qui excipiũt de iure tertij, quod non est exclusiuum iuris agentis.*
8 *Appellatione bonorum comprehenduntur ea, quæ quis bona fide possidet.*
9 *In dubio non præsumitur bona fides, nisi constet de titulo.*



HOC in principali dubio, ad quem spectet onus probandi Ioannonã habuisse bona immobilia, vltra ea, quæ sunt comprehensa in quadã recognitione. Præsupponendo ea, quæ in facto proponuntur esse vera, dico, quod dicenti incumbit † onus probandi. iuxta regu. l. verius. ff. de probat. Vnde ipsæ sorores actrices debent probare de possessione & dominio ipsius Ioannonæ, & pro hoc facit, quia cùm in facto asseratur, quod viuẽte Antonio Amadesij, marito istius Ioannonæ, possidebant simul ista bona immobilia, certè possessio præsumitur esse ipsius mariti, propter præeminentiã, vt dicit Bal. in l. ob maritorũ. C. ne vxo. pro mari. & cõsequenter etiã præsumitur dominium fuisse mariti, nisi vxor probet contrariũ, vt dicit ibi Bal. & facit l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. & contrà istæ sorores, quę habent causam ex asserta donatione ab ipsa Ioannona, debẽt etiã ipsę probare, dominiũ ad dictã Ioannonã spectare: quia ex persona hæredũ nõ debet alterari modus probationis, vt per Bar. & alios in l. si superatus. ff. de pig. Præterea, & secũdò facit, quia in ista asserta † donatione omniũ bonorũ, nõ veniũt ista bona subiecta fideicõmisso, ex quo ex dispositione testatoris, sunt ęs alienũ, & alteri debẽtur. l. subsignatũ. §. j. ff. de ver. sig. & pro hoc facit q, singulariter no. Bar. in l. vt iurisiuran. §. fi liberi. ff. de oper. liber. in fi. vbi † testator in generali dispositione bonorũ suorũ, nõ intelligitur egisse de reb. quæ erãt post mortẽ suã restituẽdæ. sequitur Pau. Cast. in cõsi. cxciij. super isto puncto. in ij. Alexãd. cõsi. cxxxij. in ij. Ias. in auth. præterea. C. vnde vir & vx. Ad idẽ facit, quod not. Bal. in l. si cùm dotẽ. §. si pater. ff. sol. mat. vbi † mulier in generali legato bonorũ, nõ intelligitur cõprehendisse dotẽ, quę post mortẽ suã ex forma statuti applicabatur marito, & sequitur ibi Alex. † de his enim quę nostra non sunt, vel nõ futura nostra, non disponemus. Idem ergò dicendũ est in casu nostro. Et hoc renendo, non obstant allegata in contrariũ. Et primò dum dicitur, quod probatũ est istã dominã post mortẽ mariti possedisse, † ex qua possessione præsumitur

BIU Cujas

dominium,cũ quia contra hæredes ipsius mulieris,qui non possunt retractare quæstionẽ dominij, vt per Bar.in l.rem alienã.ff.de pig.act.tum etiã: quia deducitur incidenter,iuxta not.per Bart. & Bal.in l.quidã.ff.de condit.instit.tum etiã† quia nõ est admittenda exceptio reorum,qui excipiũt de iure tertij,quod nõ est exclusiuum iuris agentis,ex quo ipsi hæredes tenẽtur tradere,licet res donata esset aliena. l. ex empto.ff. de act.empt. Nam primò respõdeo sine vero præiudicio fatẽdo,quod ipsa haberet dominiũ,sed dicimus,q; istud dñium habebat à testatore, & ideo subiectũ fideicõmisso: & de eo nõ videtur disposuisse per suprà dicta.Præterea dum dicitur,non licere istis reis retractare quæstionẽ dominij,ex quo sunt hæredes istius dominę.Respondeo,quod est verum in his bonis,in quibus sunt hæredes: sed ipsi habent ista bona ex iure translato in se per fideicõmissarios.vnde respectu istorũ bonorũ non sunt hæredes.Et propterea non est dicendũ,q; istiexcipiant de iure tertij:quia imò excipiunt de iure proprio,iuxta not.in l.ij. ff. de except.rei iudic. Itẽ dũ dicitur,quod dominium deducitur incidẽter:quia agitur actione personali ex cõtractu donationis,& ideò debet præsumi ex possessione. Respõdeo,quod argumentũ posset forte procedere,quãdo mulier donasset certa bona, & ipsæ sorores ea peterẽt,sed in facto asseritur,quod donatio sit generalis dimidiæ partis bonorũ, ergo debent verificare,quæ fuerint ista bona,& sic ea, in quibus habebãt dominium. Vnde cùm agatur de declaratione ipsius donationis priùs, & principaliter cognoscendum est,in quibus rebus habuerit dominium,vt sciatur,quid sit donatum,iuxta nota.per Bar.in l. j. §. & parui.ff.quod vi aut clam.Et licet† appellatione bonorũ cõprehendãtur ea,quę quis bona fide possidet.l.bonorũ.§.in bonis.ff.de verb.sign.tamẽ in casu nostro,nõ põtest id habere locũ:quia† in dubio nõ præsumitur bona fides,nisi cõstet de tit,vt per Dyn.in reg.Malæ fidei possessor.& per Iac.de Are.Alb.de Ros.& alios in l.certũ.C.de rei vend. Nec in casu nostro cõstat de alio titulo,quomodo de habito à dicto testatore.ex quo fundatur intentio ipsorũ reorũ, vt deduxi.Et dato,quod præsumeretur dominiũ ex possessione adhuc ipsi rei conuenti sunt absoluendi,vt suprà probaui,& etiam eleganter deductum est per clarissimum aduocatum d. Stephanum Isnardi, in cuius sententiam per eius dicta, & supradicta concurro. Saluo semper iudicio vniuscuiusque rectiùs sentientis.

CONSIL. LV. SVMMÆ.

1 *Clausulæ ius & iustitiam uis.*
Causa interdicti est momentanea, & perimitur, quoties in petitorio constat de iure partium.
Petitorio claro possessorium negligi.
Libellus dandus est ad certificandum reum, an velit agere an cedere.
5 *Libellus nunquam sustineri debet virtute cuiuscunque clausulæ, reo opponente se velle reddi certum.*
6 *Libellus debet esse certus fall.*

NVNVID sententia lata per d. Gubernatorẽ super meritis causę, & in iudicio petitorio, possit reformari in causa appellationis, vigore possessorij, seu interdicti, ex l. j. ff. de cloac. attẽta clausula† libelli, *super quib. omnib. petit ius, & iustitiã, &c.* de qua p Inno. & Corn. in c. ij. extra, de ord. cognit. Puto quod nõ, quia cum in causa principali sint deductæ probationes, & omnia concernentia merita causæ, adeò quod constitit Iudici, quod actor in ea nõ fouebat bonã causam, nõ debuit iudicare super possessorio, de quo specialiter nihil petitum fuerat ab actore: quia† causa interdicti est momentanea, & perimitur quoties in petitorio constat de iure partium. c. cum ecclesia.c. cũ super. extra, de cau. poss. & proprie. per Bar. & doct. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in j. intellectu. de acq. poss. & ideò etiã si virtus dictæ clausulæ esset, vt intentatũ quoq; videatur† a possessorio: imò si expresse fuisset vtrunq; intentatũ, tamẽ cognitũ esset super vtroq;, erat fereda sententia in petitorio, vt dicunt doct. dictis locis: q; maximè dicendũ in casu nostro, in quo† actor ipse probationes & petitiones ad solũ petitorium pertinẽtes fecit, vt est probatio lõgi tẽporis, & petitio. *Quod cauetur de non molestando vnũ.* non debuit iudex aliter pronuntiare, quã in petitorio. c. j. extra, de rest. spol. & quod no. Ias. in l. patre furioso. vers. xv. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. Fortiùs putãrim in casu nostro, virtute dictę clausulę, nõ cẽseri intentatũ possessorium, per id quod not. Bal. in l. incerti. q. xv. C. de interd. vbi quia ista clausula, *iustitiam ministrari*, est incerta & difformis: quia aliter redditur ius in interdicto, aliter in iudicio petitorio, non potest eius virtute censeri deductum possessorium, quæ ratio militat etiã in casu nostro, vt nõ videatur intẽtata hypothecaria, quando libellus est cõceptus in actione personali. Facit, qa nõ videtur, quod talis clausula operatur, quando reus remaneret incertus: quia† semper libellus sic dãdus est ad certificandũ reũ, an velit agere an cedere, iuxta l. j. ff. de eden. l. ędita. C. eo. vnde reo opponẽte, nũquã libellus virtute cuiuscũq; clausulæ dẽt sustineri, nisi reddatur certus, vt dixi in d. l. ędita, post alios, per tex. in l. ij. C. de bo. poss. sec. tab. vbi Are. & q. no. Bar. in leg. de quib. in fi. ff. de leg. & in l. rei appellatio. ff. de verb. sig. Bal. in l. qui vsumfructũ. ff. si vsufr. peta. & per Ale. cõsilio xxxij. in iiij. & per eundẽ loquentem de hac clausula, cõsilio si cxxj. in j. & consi. cx. in v. Et ita mihi videtur, saluo saniore iudicio. Quod autẽ† libellus debeat esse certus, not. in §. curare. de act. Fallit in aliquot casibus, quos ibi not. Ias. & Ang.

CONSIL. LVI. SVMMÆ.

1 *Exceptionem dolo facis non in interdicto adipiscendæ & retinendæ opponi.*
2 *Contradictor quis legitimus.*

PRO Ser Philippo facit, quia ista eius aduersaria, prętendens se filiam legitimatã, & hæredẽ ab intestato habet remedium interdicti quorũ bonorũ, per quod adipiscatur possessionẽ, secundum Bar. & doct. in l. j. C. quor. bonor. Alex. in l. fi. C. de edict. diui Adria. tol. quod interdictũ est adipiscendæ possessionis, & cõstat, tali† interdicto agẽti obstare exceptionẽ dolo facis, qui petis quod restituturus es. l. dolo facis. ff. de do. except. quotiescunq; in continenti potest reus facere fidẽ de iure suo. arg. l. iij. §. causæ. ff. de carb. edict. & est gl. cõmuniter approbata in l. fi. de vi. in fi. ff. de iud. & sequũtur oẽs in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in j. intellectu. de acq. poss. Et etiã si huius aduersarius cõpeteret beneficium l. fi. C. de edict. diui Adria. tol.

BIU Cujas

tel: quod tamen communiter non habere locum, nisi in causa testamenti, tamen (vt dixi) idem esset, quia in eo iudicio † est legitimus cõtradictor; qui in continenti docet de iure suo, vt habetur in l. ij. C. de edict. diui Adrian. tollendo, qui possessionẽ adeptus est viuo testatore, vt per Bart. Alex. & omnes in d. l. fin. Et si dicamus, quod sumus in interdicto retinendæ, ex quo quilibet prætendit se possidere, adhuc idem esset: quia exceptio de qua in continenti constat, admittitur tali casu, & habet locum reg. l. dolo facis. vt tenet glos. & veteres. Nic. Mat. & Alber. in d. l. si de ui. in fin. vbi etiam Paul. de Castr. & Dyn. & Ioan. Andr. c. qui ad agendum. de reg. iur. & Bart. in l. si coloni. C. de agric. & censit. lib. xj. Ray. Ang. Imol. Paul. in l. si de eo. ff. de acquir. possess. citant Bald. l. incerti. Cyn. l. ij. C. de edict. diui Adria. & licet Bart. in d. §. nihil commune, variauerit; tamen prior sententia est magis communiter approbata, quia Anch. consil. clxvj. in contrarium allegatus nihil dicit. & Aret. in d. §. fin. qui dicit esse communem, non allegat auctoritates. & magis credendum Alexan. qui allegat ipsas auctoritates, & Claud. Bolog. Ripa Merm. sunt modicæ auctoritatis, & Ias. in j. lect. aliter quam in ij. tenet. Igitur prima sententia communior est, & verior, nam si in interdicto adipiscendæ admittitur talis exceptio, & excluditur actor, ne adipiscatur possessionem totam, multò fortius excluditur à parte, id est, à turbatione, & molestia quam reo infert. Nam & videmus in interdicto nuntiationis noui operis, exceptione notoria agentem excludi, secundum Bartol. & communiter doct. in l. j. in prin. ff. de oper. nou. nunt. ergo multò fortius in hoc retinendæ excludetur, secundũ Alex. in d. §. nihil commune. in j. intel. Et hæc salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. LVII. SVMMA.

1 *Testes plures numero attendi debent.*
2 *Testes taccntes qualitatem, alterantem totam confessionem sunt falsi.*
3 *Testes debent cognoscere partem.*
4 *Qualitas substantialis omissa, inducit præsumptionem diuersitatis actuum.*

SVBTILIA sunt quæ aduersus dominam Catharinam adducuntur, sed tamen in proposito casu nõ concludentia. Nam præsuppono per plures testes d. Catharinam probasse de confessione solutionis partis aduersæ: vnde illi confessioni standum est, nec quicquam facit quod ex parte d. Aluisij sit probata qualificatio confessionis: quia cùm de ea testes Scrosati nihil dicant, ipsi † debent attendi, quoniam plures numero c. in nostra. extra, de testibus. Nec obstat, quod testes d. Aluisij non videantur deponere contraria, sed addere sicut Euangelistæ, quando vnus plus dicit alio: quia respondeo, quod imò dicunt contraria: nam si dicta qualitas esset vera, cùm sit eiusmodi quæ totam substantiam confessionis alteret, sequeretur quod testes Scrosati essent falsi: quia qui tacuisset illam qualitatem alterantem omnem obligationem. c. j. de crim. falsi. ergo hoc dicamus seruanda erit regula. e. in nostra. vt videlicet attendamus quis sit maior numerus sicut in simili, si per quatuor testes probetur me mutuasse tibi centum, & per duos ducentos quinquaginta, & constet de identitate actus, non erit probata, nisi summa centum, non autem maior, dato quod illi duo testes videantur addere nec sint contrarij aliis quatuor: quia per taciturnam implicationem probant maiorem summam non mutuatam, ex quo nisi ita esset, illi quatuor falsum dixissent, tacendo illam additionem substantialem, merito ergo attendemus maiorem numerum, vt per Salic. in l. ij. C. de rescin. vendi. Aret. in d. c. in nostra, & Alexan. idem sentit consilio lxiiij. in ij. vers. idem & fortius omnes idem dicendum est in casu nostro; nec obstat quod vnus ex testibus Scrosati, dicat de Aluisium non simpliciter confessum; quia non exprimit nequa qualitatem, per quam Aluisij exonerent ab onere probandi, quodnam esset illud centum, & in hoc est contrarius testibus d. Aluisij qui dicunt, eum expressisse qualitatem, videlicet pro redimendo equite Crucio, & ipse non exprimit: vnde appareat, quod est malè informatus, & ideo non potest allegari contra producentem, vt est gloss. in l. Lucius. ff. de ijs qui not. infam. Ias. in l. fin. C. de bon. poss. sec. tab. Secundò est aduertendum, quia testes d. Aluisij non asserunt se cognoscere † Octauianum: vnde potuit d. Aluisius pœnitens de confessione semel facta simpliciter, subornare aliquem qui se diceret etiam Octauianum Scrosatum, & versus illum facere illam confessionem qualificatam, & hoc lex præsumit, tamen ex eo, quia debent testes cognoscere partem. l. iij. §. j. vbi Bart. ff. de testibus, quia illa † qualitas substantialis omissa inducit præsumptionẽ diuersitatis actuũ, vt cõcludit Alex. in l. j. §. si stipulati. ff. de verb. obl.

CONSILII LVIII. SVMMA.

1 *Proximus est, quem nemo antecedit.*
2 *Hæreditas proximo defertur.*
3 *Sententia & acta notorium faciunt.*

HOC in articulo primo, quòd d. Stephanus sit hæres do. Antonij, ex eo probatur: quia est natus ex sorore dicti Antonij, & consequenter est cognatus in tertio gradu: vnde, alio non probato, præsumitur ipse proximior: quia † proximus est, quem nemo antecedit. l. proximus. de verb. sign. l. j. §. proximi. ff. vn. cogn. & quòd hoc sufficiat, vt ei delata † censeatur hæreditas, sentit Alexan. in l. is potest. ff. de acqu. hæred. Corn. consilio cilij. in iiij. vol. maxime cum hoc appareat, etiam ex alijs indicijs, & instrumentis, & probationibus, de quibus in processu. Circa secundum, satis verificatur creditum do. Antonij, ex sententia Petri boni & ex quinterneto de quo in actis, quæ omnia † faciunt rem notoriam, secundum Bartol. & Imo. & Mod. in l. j. in prin. ff. de oper. no. nunt. & est text. in l. desiderium. C. depo. vbi Bal. & per Ang. in §. si verò expressim. in auth. de hær. & falc. verbic. non autem. Nec obstat doctr. Bart. in l. admonendi. de iureiur. vbi videtur sentire, quod faciat tantummodo semiplenam probationem: quia hoc procederet in sola sententia, hic autem adest præsentia partium, & approbatio. Item quinternetus ipse qui auget fidem probationis, imò videretur solus sufficere, per ea quæ not. Paul. de Castr. consilio cccj. incip. ad bene examinandum in j. vol. Ang. de Aret. in §. actionum. institut. de act. Corn. consil. lxxxj. in iiij. Ial. in repet. d. l. admonendi. & istud maxime debet habere locũ in expensis, quarũ probatio est plurimum

arbitraria iudici, adeò vt sufficiant solæ coniecturæ, vt per Bartol. in l. si id, quod ex Pamphyla. ff. de legat. ij.

CONSILII LIX. SVMMÆ.

1 *Confessionem sub fide aduersarij factam non nocere.*
2 *Ex sola positione aliquid affirmantis præsumitur error in respondente.*
3 *Plures testes vnumnnet præmeditatum sermonem asserentes sunt suspecti.*
4 *Faciam quod reperietur, quid importet.*

NON impedientibus his quæ subtiliter in contrarium adducta sunt, pronuntiandum est pro Parpaliotibus. nam per testes non est probatum, factam fuisse consignationem ipsius bullæ d. Dionysio, imò vt apparet ex dicto vltimi testis negot. gestor. ipsius aduersarij, do. Dionysius eam imputabat, quod ipse eam habuisset: vnde cum ex post facto ad assertionem aduersarij asserentis, quod eam habuerat, *Promiserit se quæsiturum eam, & facturum quod no perderetur*, non tamen propter hanc confessionem † potest condemnari: quia vt apparet, facta fuit sub fide assertionis aduersarij, & ideo intelligitur, quod eam reperiret si vera esset eius assertio: vnde talis confessio illi non nocet. l. ij. ff. quando act. de pecul. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. l. doli exceptio. in fi. cum gloss. ff. de nouat. tradit Bartol. in l. Celsus. ff. de vsucap. vbi appellat talem errorem esse iustum, & cui meritò debeat succurri, & facit, quod not. Bart. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. vbi † ex sola positione aliquid affirmantis, præsumitur error in respondente, sequitur dominus Claud. de Seysel. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Et quod talis confessio sit facta sub fide huiusmodi assertionis, etiam potest deduci in casu nostro, tribus rationibus. Prima, quia nullus testis dicit de expressa confessione ipsius Dionysij, sed solum de implicita, videlicet, *Quod eam quæreret, & faceret quòd reperiretur*. quæ confessio implicita est dubia, nunquid voluerit expressè fateri, an ita dixerit sub fide assertionis aduersarij: vnde, vel debet interpretari contra agentem, qui se ex ea fundat. c. in præsentia. extra, de probat. vel recipit interpretationem ab eo, qui eam protulit. l. si quis intentione. ff. de iud. Bartol. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. vel ab eius hærede, vt per Bartol. in l. gerit. versicul. quædam sunt in quibus non est hæc præsumptio. ff. de acquir. hær. Soci. consilio lx. in j. Abb. consilio lxxx. in ij. Secunda ratio est, quia omnes testes dicunt, quòd Lomatius circa assertionem consignationis multa verba fecit versus Dionysium, & nonnullis hinc inde dictis, quarum non recordatur, Dionysius protulit dicta verba, sed sic est, quòd illa verba quorum testes non recordantur potuerunt esse talia, quæ indicarent illam confessionem factam fuisse sub fide dictæ assertionis, vnde cum de eis non deponant, non debet fides illis adhiberi, vt probent, tanquam non plenè informatis, nec perfectæ deponentibus, vt est gloss. in l. Lucius. in verb. debeant. ff. de his qui not. infa. quàm sequitur Bald. in c. j. si de inuestit. & in gloss. cùm antiquitas. C. de testa. & l. ij. C. de don. inter vir. & vxor. Ias. in l. fin. C. de bon. poss. secundùm tabul. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in repet. l. admonendi. de iureiuran. Corn. consil. cccix. in iiij. lib. & certè iudex debet habere suspectos istos † testes, cùm ex tot numero, nemo sit qui recordetur dictorum verborum, & etiam omnes vnum, præmeditatumque sermonem afferant, iuxta l. iij. ff. de testibus. Tertia ratio est, quia non est verisimile, quod Dionysius per talem confessionem voluerit confiteri sibi fuisse consignatam bullam, sed solùm voluerit se obligare in casum, in quem reperiretur, præsertim, quia verba per eum prolata, scilicet † *Faciam quod reperietur*. hoc non important l. si Barsatoram. C. de fideiusso. Nec iuramentum in supplementum probationis quo ad consignationem potest deferri actori: quia ipse non fuit qui consignauit, nec quicquam est probatum de consignatione.

CONSIL. LX. SVMMÆ.

1 *Testis vtrique parti adiunctus admittitur.*
2 *Lex præsumit quod coniunctus sciat facta coniuncti.*
3 *Si ego do nũtio, vel procuratori tuo, mihi obligaris quicquid deinde faciat tuus procurator, quia tibi imputes si non elegisti bonum nuncium, vel procuratorem.*
4 *Alimenta quomodo probentur præstita.*
5 *Probato quod quis præstiterit alicui alimenta eius iuramento, standum est de quantitate.*
6 *Dictio vterque est distributiua, & attribuit actum insolidum.*
7 *Quando probatum est semiplenè, debet deferri iuramentum in supplementum probationis.*

ATTESTATIONIBVS productis in causa magistri Antonij visis, dico dominum Commissarium debere pro eo pronuntiare. Nam per dictum Franciscum de Dulcebonis benè probatum est, quod Anton. fecit expensas de suo ipsi actrici, & filiæ, & assignat bonas causas rationis & scientiæ, & licet iste † testis sit nepos ex fratre ipsius Antonij, tamè pari affinitate iungitur ipsi actrici: vnde nihil diminuitur de eius fide, vt habetur l. testis idoneus. l. Iulianus. ff. de testi, quamuis etiã aliàs talis nepos sit admittendus ad testimonium, licet fortè nõ esset maior omni exceptione per Bar. in l. qui in testamento. ff. de testa. Bald. in l. fi. C. de probatio. & in casu nostro tantò magis probat: quia habet præsumptionẽ legis pro se. † lex enim præsumit, quod coniunctus sciat facta coniuncti l. de tutela. C. de in integr. resti. min. Bar. & doct. in l. j. ff. si cer. peta. & hoc maximè: quia eius dictum corroboratur ex attestatione aliorum, quo casu purgatur omnis suspicio. Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. Confirmatur, eius dictum, vt dixi, per alios testes, *qui dicunt, quod viderunt & audiuerunt nuncios dictarum mulierum, petentes nomine earum pecunias ad emendum victualia, quibus dictus Anto. dabat, &c.* & licet non dicant, quod viderint res ipsas perferri mulieribus à nuncijs, tamen non ideo minus creditur, quia satis est, quod probetur datas fuisse pecunias nuncijs, nam † si ego do nuncio tuo, vel procuratori, mihi obligaris, quicquid deinde faciat tuus procurator: quia tibi imputes, si non elegisti bonum nuncium, vel procuratorem l. vero procuratori. ff. de solu. Quamuis etiam verisimile sit in isto casu nuncios retulisse mulieribus sibi data. nam aliàs amplius eorum operæ usæ non fuissent mulieres, & ea cõstat vsas. Item est verisimile, ex quo constat alimentatas ipsas, ad quem effectum mittebantur nuncij. l. fin. C. arbitr. tut. Item cùm simus in materia alimentorũ † quæ præstantur quotidie per modicas summas, nõ requiritur tam ex-

acta

actæ probatio, sicut in cæteris rebus: vnde aliquibus partitis probatis, in cæteris standum iuramento expendentis, vt in simili not. Paul. Cast. consilio cccj. incip. ad bene. in ij. volu. in nouissimis. Ang. de Aret. §. actionum. instit. de act. Cor. in consilio lxxxj. in iiij. vol. Iaso. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Item † cum probatum sit, eum præstitisse alimenta, videtur eius iuramento standum de quantitate, vt dixit Rain. de Forli. in l. j. ff. de in lit. iuran. Bartho. Veronen. caut. ccx. incip. aliquis mutuauit per doc. in c. j. versi. iij. accedat. & c. ij. extra, de proba. vbi alleg. Bart. in d. l. admonendi. versic. quid si testes. Quamuis etiam dici possit, quod in casu nostro sit facis, & suprà probatum de quantitate, ex quo testes deponunt de duobus scutis, & etiam idem dicit vltimus testis, dum fatetur, fuisse expensum scutũ vnum à sole quolibet mense pro vtraq; earũ, nam dictio, † vterq;, est distributiua & attribuit actum insolidum l. si apud. vbi Bal. C. de actio. gloss. in l. creditor. §. si duobus. ff. manda. haberur in l. hoc articulo. ff. de hære. instit. Et quum saltem † plusquam semiplenè probatum sit, nõ est dubium debere deferri iuramentum in supplementum probationis, quod petitum est in processu dato quod ageretur de magna summa respectu litigantis, vt habetur in d. l. admonendi. & hęc breuiter dicta sufficiant vltra allegata per alios. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXI. SVMMÆ.

1 *Chirographus Cancellatus non probat.*
2 *Chirographus in quo non adest annus, nec dies, non probat.*
3 *Licet chirographum cancellatum quandoq; arguat liberationem debiti, tamen ex eo nunquam probatur obligatio, & quia.*
4 *Quod voluntate mea alteri solutum est, mihi solutum videtur.*
5 *In foro mercatorum agitur sola facti veritate inspecta.*
6 *Liber renuntians quantum prosit producenti.*

AD primum dubium nũquid d. Erasmus possit condicere à d. Lucio scutos septingentos, & ducatos quadringentos, de quibus in chirographo, tanquam d. Lucius eam pecuniam indebitã acceperit, cùm iam esset sibi satisfactum à domina Baptista. Respondeo, quod non. Primò, quia non constat, quod do. Lucius eam pecuniam acceperit, cùm id non probatur, nisi per chirographum cancellatum exhibitum per dominam Baptistam: cui chirographo, obstant multæ exceptiones. Prima, † quia est cancellatum l. j. §. sed consulso. ff. de ijs, quę in testa. delen. l. si chirographũ. vbi docto. ff. de probatio. Secunda, † quia non habet annum, & diem, de quo per Bar. & doc. in l. pen. §. j. ff. de pigno. & in l. j. C. de apoch. public. lib. x. Tertia, quia † licet chirographum cancellatum arguat, quando quę liberationem debiti iuxta glos. in l. ij. ff. de pact. tamen ex eo nunquam probatur obligatio: quia dispositio dictæ l. ij. procedit ad liberandum, non autem ad inducendum obligationem: secundũ Guli. de Cun. & Alberic. de Rosa. in d. l. ij. vnde ex eo non potest conueniri dominus Lucius, tanquam obligatus ad restituendum. Quarta, quia licet in chirographo dicatur numerationem factam per dominum Erasmum, tamen est vna, & eadem numeratio facta Sclafenato creditori domini Lucij. vnde eam bis imputare non potest l. bona fides. de reg. iur. appellauit † enim sibi numeratum, quod voluntate sua creditori numeratum fuit: quod iuris interpretatione perinde est, ac si sibi numeratum esset l. singularia. si cert. pet. l. licet. §. quoties. ff. de iure dot. & quod istud sit verum, probatur ex similitudine quantitatis. de quo in l. triticum. in l. diuortio. ff. de verb. obliga. Item quia in libris ipsius domini Erasmi non est scripta, nisi vna numeratio, de quo in l. nuda. ff. de donati. Item quia alias dominus Erasmus voluisset chirographum penes se, non autem reliquisset domino Lucio, aut d. Baptistæ de quo per Bart. l. fullo. §. fin. ff. de furt. quæ omnia simul iuncta, satis ostendunt veritatem † in foro mercatorum, in quo agitur sola facti veritate inspecta. In secundo dubio, *nunquid † liber domini Erasmi productus, faciat fidem pro eo in totum, ex quo verificatæ sunt aliquæ partitæ, &c.* Et difficultatem facit consilio Paul. Castr. cccj. ad bene. in j. volumi. vbi videtur tenere quod sic, sequitur Ange. de Areti. §. actiones. instit. de actio. Corn. consi. lxxxj. in iiij. & generaliter hoc tenet Iaso. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. Sed tamẽ aduertendum est, quòd suprascripti doctores excepto Iasone non simpliciter loquuntur, sed duntaxat in casu, in quo aliàs probatio præsumptiua sufficeret: puta in libro tutoris pro expensis factis pupillo. tunc enim sufficit quod expensę sint verisimiles: aliàs verò simpliciter loquendo, talis probatio respectu aliarum partitarum nõ sufficeret: quia aliàs daretur materia falsas tabulas conficiendi, vt dicunt Moder. in d. l. admonendi. & aliàs declaraui in tracta. præsumptionum, regu. j. versic. xvj. in fin. & ista responsio est verissima vltra alias adductas per dominos aduocatos. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXII. SVMMÆ.

1 *Modus agendi diligenter est attendendus.*
2 *Debitor proprie dicitur, qui tenetur actione personali, non autem qui tenetur solum reali, seu hypothecaria.*
3 *Verba contractus attendi, & ponderari debent.*
4 *Condere vltimam voluntatem, non competit alicui iure promissionis sibi factæ, sed est quædam facultas, quam lex tribuit alicui disponendi in bonis suis.*
5 *Pronomen ipse, ipsa, ipsum, personalissimum est, ac de ipsius natura.*
6 *Qui se fundat in pacto ambiguo, debet contra eum fieri interpretatio.*
7 *Quis non potest ratum habere, quo nomine suo gestum non est.*
8 *Ad cognoscendum cui competat actio, attendimus versus quem verba promissoria sint concepta.*

NON videtur in præsenti causa, quod Ioan. Petrus Mapellus possit obtinere. Nam vt apparet ex processu, ipse intentauit viam statuti, si quis prima facie, quod concedit executionem aduersus debitorem, vnde † cùm modus agendi diligenter sit attendendus, iuxta l. qui habebat. ff. de exercit. debuit verificari quod Baptista esset debitor, & sic teneatur actione personali versus eum: quia talis proprie dicitur † debitor: non autem qui tenetur solum reali, seu hypothecaria. instit. de actio. in prin. & §. j. l. pecuniæ. in fi. ff. de verb. signif. quod autem non teneatur actione personali versus eum, ex quo deducitur, quia ipse nihil habuit agere vnquam cum Ioan. Petro, nec aliquid illi promisit l. fi. ff. de contrah. emp.

Nec

BIU Cujas

Nec obſt. quod in contractu emptionis promiſit Angelino adimplere verſus Bernardinum, ipſi Bernardino promiſſa. Non reſpondeo, quod talis promiſsio nō poteſt intelligi de pecunia promiſſa Ioan. Petro, vigore vltimæ voluntatis Bernardini: ſed ſolùm de promiſsione facta ipſi Bernardino dē dando illi libras lx. omni anno: qui illa ſumma bene dicitur promiſſa Bernardino, non autem illa, quam Ioan. Petrus petit. Et quod de hac † nō poſsit intelligi, ponderantur verba contractus variis modis. Primo dum dicitur, *quod teneatur ſoluere promiſſa ipſi Bernardino*. nam iſtæ xvj. libræ annuæ non ſunt promiſſæ Bernardino, ſed Ioan. Petro in executione vltimæ voluntatis Bernardini, & cum reſpectu Bernardini debeantur ex vltima voluntate, non poteſt verificari quoad eum tale verbum l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſignif. Secundo dum dicitur, *quòd teneatur ſoluere Bernardino illam denariorum quantitatem, &c.* nam non poteſt intelligi de hac ſumma, quæ nunquam venit ſoluenda Bernardino, ſed Ioanni Petro, & ex copula in contractu appoſita, colligitur quod partes agebant ſolum de eò, quòd in pecunia erat ſoluendum Bernardino, de cuius copulæ naturā habetur in l. j. ff. de iuſtit. & iure. Tertiò, quia † condere vltimam voluntatem, non competit alicui iure promiſsionis ſibi factæ l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. ſed eſt quædam facultas, quam lex tribuit alicui diſponendi ut in bonis ſuis, vt habet in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. vnde de eo quod ad vltimam voluntatem Bernardini pertinuit, non poteſt intelligi: quia nil eſt ſibi promiſſum. Quartò ponderanda eſt dictio, *ipſi Bernardino*, quæ propter † pronomen *ipſi*, eſt perſonaliſsima: vnde debet intelligi reſpectu ipſius tantum. non Ioannis Petri, vt in ſimili dicit Bald. in conſi. ccciiij. incip. Nobilis vir dominus Gulielmus. in v. vol. quod dictū refert, & ſequitur Iaſ. in l. filius familiâs. §. diui. ff. de leg. & fideic. j. Quintò cum pars aduerſa fundet ſe ex tali pacto † ambiguo, debet contra eum fieri interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verbo. oblig. Sextò dico, quod Ioan. Petrus agit ſine actione: contra not. in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. nam ex pacto inito inter Angelinū & Baptiſtam, ipſe non debet poſſe agere, quia non eſt ſtipulatum nomine ſuo, ſed ſolius Bernardini: † vnde non poteſt ratum habere, quod nomine ſuo geſtum non eſt, d. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & c. ratum. de reg. iur. in vj. & † ad cognoſcendum cui competat actio maximè attendimus verſus quem verba promiſſoria concepta ſint: vt habetur in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. & ex his apparet dictū præceptum non potuiſſe concedi, quo verò ad hypothecariam, ſi pars eam intentauerit via ordinaria, diſputabitur ſuper validitate vltimæ volūtatis & nunquid potuerit emphyteuta ſine conſenſu domini imponere tale onus perpetuum, & multa alia deducentur, quæ in præſentia non eſt opus adducere.

CONSILII LXIII. SVMMÆ.

1 *Iudex poſtquam ſemel diffinitiuè pronuntiauit, ſi iterum pronuntiat nulliter pronuntiat.*
2 *Iudex quandoq; ſecundò pronuntiare.*
3 *Senator non tenetur in ſententiando ſeruare ſolennitates iuris poſitiui.*
4 *Conſenſus intelligitur ſecundum naturam actus, cui accedit.*
5 *Ex his quæ poſt facta ſunt declaramus mentem actus precedentis.*
6 *Delegati principum debent ſententias ferre ſeruatis ſolennitatibus iuris poſitiui.*

ARBITROR in cauſa domini Bartholomæi clari iuris eſſe, quòd ſententia ſit obſeruanda vltimo loco lata: non autem aſſerta ordinario. nam licet † poſtquam iudex ſemel iudicauit diffinitiuè, nulliter iterum pronuntiet l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. tamen iſtud non procedit, quando prima ſententia non eſt diffinitiua, ſed lata per modum prouiſionis: prout fuit in caſu noſtro, quod ſic deducitur. nam ex eius lectura non apparet, quod magnificus dominus Hieronymus eam pronūtiauerit, vel in ſcriptis tulerit, ſed ſimpliciter Cancellarius atteſtatur fuiſſe ordinatum, & ſic ordinatio eſt lata ſub tertia perſona, vnde non præſumitur lata de ſcripti recitatione: & ideò præſumetur nulla, vt dicit Iaſ. in l. diuortio. in prin. ff. ſolu. matri. vbi allegat concord. cùm igitur tanquam diffinitiua eſſet nulla, debemus potiùs pro validitate actus præſumere, & ſic quod ſit interlocutoria, & lata per modum prouiſionis. argu. l. quoties. de rebus dub. quod etiam ſatis videtur actum, ex quo pars aduerſa tranſmiſit peremptorium ſecundæ ſententiæ, & ſoluit ſalarium: quod minimè feciſſet, ſi prima non fuiſſet per modum prouiſionis, aut ergo dicendum eſt primam fuiſſe per modum † prouiſionis, aut fuiſſe nullam, quo vtroque caſu licuit iudici rurſus iudicare. l. ſi præſes. C. quomodo & quando iud. Nec obſtat ſi diceretur, quod imò nō debet eſſe nulla; tum propter conſenſum partium, tum † quia ſenator, qui non tenetur ſeruare ſolennitates iuris poſitiui. arg. not. per Bartol. in l. vnic. in vlti. verb. C. vt quæ deſc. aduoc. part. quia reſpondetur, quod † conſenſus intelligitur ſecundùm naturam actus, cui acceſsit. argu. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. vnde cùm actus eſſet nullus, conſenſus debuit eum conualidare per modum prouiſionis, & quod ita actum fuerit, apparet ex poſt ſecutis: quia ſolicitauerunt ferri diffinitiuam, quæ aliàs non fuerat neceſſaria: vnde † ex his, quæ poſt facta ſunt, declaramus mentem actus præcedentis. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. Nec obſtat, quod tanquam ſenator potuit iudicare etiam abſq; ſcripti recitatione: quia iſtud non eſt verum, priuilegium enim illud competit toti collegio, ſeu ordini, non autem particularibus procedentibus ex delegatione: alioquin & † delegati principum haberent hoc priuilegiū: quod eſt falſum. cle. ſæpè. de verb. ſignific. facit quod not. gloſſ. in l. non ambigitur. ff. de legib. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII LXIIII. SVMMÆ.

1 *Reus de iure communi, non cogitur edere libros rationū ſuarum ad fundandam intentionem actoris.*
2 *Editio deciſoria tantùm litis reſpicit, nō ordinatoria, ſeu præparatoria.*
3 *Forenſis litigans non ſubiacet ſtatutis, reſpicientibus deciſoria.*
4 *Non ſubditi non vtuntur beneficijs ſtatutorum.*
5 *Giornale quid, & quando neceſſarium, & edendum.*
6 *Giornale eſt tanquam protocollum ad quod recurritur, vbi negatur rationem eſſe perfectam, &c.*
7 *Paria ſunt ſiue quis exhibeat originale, ſiue exemplū factum, ab eo qui confecit originale.*

8 Ratio-

BIU Cujas

8 *Rationibus non perfectis parte opponente non est credendum.*

LEGANTER vltra adducta per præstantissimum coaduocatũ, dico pro domino Valeriano pronuntiandũ esse duabus rationibus. Prima est, quia † de iure communi non cogitur reus edere libros rationum suadendam intentionem actoris l.j. C. de eden. Nec obstat statutum nostrum: quia cum editio ex forma statuti nostri fiat ad finem probationis, dicitur 2 † respicere decisoria litis, non autem ordinatoria, vel præparatoria; vt sentit Bartol. in l. ictus fustium. in fin. ff. de his qui notan. infam. & tenet Bald. in l.j. in penult. quæstio. C. quæ sit long. consuet. Arer. in c. dilecti. de iudi. Feli. in c. quod clericis, in fin. de foro competen. vnde succedit regula, quod † forensis litigans, non subiacet statutis respicientibus decisoria d.c. quod clericis. vbi omnes. & habetur in l. cunctos populos. C. de sum. trinita. Confirmatur hæc opinio ex statuto, quod tale ius reddatur forensi, quale redderetur Mediolanensi in patria forensis: sed Parmæ seruaretur ius commune contra Mediolanensem, ergo idem ius dicendum est Parmensi, non enim posset Mediolanensis vti beneficio statutorum Parmensium, vt infrà ostendam. Confirmatur 4 iterum per alium statutum, quod † non subditi non vtantur beneficijs statutorum: quod etiam est de iure communi, vt per Pau. de Cast. in l. omnes populi. in vlti. char. ff. de iustit. & iure. & latius consilio clvj. statutum suprà relatum. in j. volu. in nouiss. Ludou. Roma. in consilio ccxxiiij. ista captura, versicu. iij. & istud maximè procedit in statutis decisiuis, vt dixi. Secunda ratio est, quia in omnem casum non deberet Valerianus cogi ad exhibitionem solius codicis, sed debet etiam ædi *giornale*, ex quo conficitur codex: quia in effe- 5 ctu † *giornale* est tanquam protocollum. vnde formatur, & conficitur liber magistralis, qui in iure appellatur codex: sicut *giornale* dicitur aduersarium neutro genere, qua voce in hunc sensum vtitur etiam Tullius in oratione pro Roscio, & Seneca: & declarat Budæus in l. talis. §. socer. ff. de iure dot. nam paria sunt siue quis ædat codicem, quando iam est perfecta ratio in eo descripta, siue ædat aduersarium ad perficiendam rationem codicis, vt est casus in l.j. §. eum quoque. ff. de eden. secundùm literam Pysanam. cuius etiam meminit Iaſ. ibi, quæ habet eum ædere qui aduersarium, id est, giornale ad album, id est, prætorem producit, & demonstrat quid dicturus est, id est, quomodo annotaturus est in codice, & facit ra- 6 tio. nam cùm † giornale sit tanquam protocollum, vbi negatur rationem esse perfectam, debet ad illud recurri, & ædi: sicut dicimus de cæteris originalibus, vt habetur in l. Sempronius attalus. ff. de leg. ij. Nec obst. quod petierit exhiberi tantummodò librum magistralem: quia respondeo quod virtualiter giornale est liber magistralis, ex quo ex eo conficitur, & talis interpretatio habet locum etiam in statutis: vt dicit Pau. de Cast. in consilio liij. statutum. in j. volu. in nouiss. ta- 7 cit, quia nos videmus † paria esse, siue quis exhibeat originale, siue exemplum factum ab eodem, qui confecit originale, vt dicit Iaſ. in l. fin. versic. sed audi. C. de edi. diui Adri. tollen. vel etiam factum ab alio, quando ille, qui fecit originale, est mortuus, vt dicit Bartol. in l.j. §. si quis in duobus.

A ff. de bon. poss. secundùm tàb. Præterea cùm ex forma statuti liber æditus probet etiam contra pẽtentem, ex eius lectura, & forma apparebit rationem illam non esse confectam, sed perficiendam ex giornali: & ideo iudex non adhibebit illi libro integram fidem, ex quo † rationibus non per- 8 fectis parte opponente non est credendum, vt per Bartol. in rubr. ff. de ope. no. nun. cum plenè ædi debeant l. veluti. ff. de eden. & consistit in ar- B bitrio iudicis, vt cognoscat, an perfectæ sint rationes, vel nè. c. contingit. vbi doctor. extrà, de fide instru. alias sequeretur absurdum, quod lex non solùm priuilegiaret actorem, vt sumeret probationes de domo rei, sed etiam quod tales probationes imperfectæ probarent, & grauaretur reus probare perfectionem, quod est contra omnem sensum naturalem.

CONSILII LXV. SVMMÆ.

C 1 *Exceptio inuentarij moderatur sententiam, & potest opponi lata diffinitiua.*
2 *Executori alia quando concedenda.*
3 *Petens solidum ab eo, qui habet exceptionem inuentarij excluditur exceptione doli.*
4 *Inuentarium non solenne inutile.*
5 *Mercatores in repræsalijs indemnes sunt, quando que non.*

D EXCEPTIO ista, quod Affaitatus sit hæres cum beneficio inuentarij, in præsenti causa contra istos mercatores, qui per repræsalias compulsi sunt locum habere non potest. Primò, qa licet † talis exceptio mode- 1 retur sententiam, & ideo opponi possit etiam lata diffinitiua l. Nesennius. §. fin. ff. de re iudi. per Bartol. & doctor. in l. ex diuerso. §. fin. ff. sol. matri. tamen non potest opponi post concessionem exẽ cutoralium, quæ † non conceduntur, nisi tribus, 2 E aut quatuor terminis iam constitutis ad opponendum executioni, vt sentit Bald. in l. ab executore. C. quorum appel. non recip. sequitur Alex. d. §. fin. Feli. c. pastoralis. extra, de except. Et hoc maximè dicendum est in casu nostro, † perens enim solidũ 3 ab eo, qui habet exceptionem inuentarij, excluditur exceptione doli, vt dicit text. in d.l. ex diuerso. §. fin. vbi Ang. quæ exceptio doli contra istos mercatores nullo modo locum habet, qui in multo dolo sunt per reg. l. apud Celsum. §. item quæri- F tur, si debitor. ff. de doli except. Secundò, quia istud inuentarium non est ritè, † & rectè factum, 4 secundùm formam à lege traditam. in l. fin. C. de iure delib. & omissa est maxima summa hæreditatis, & omnia credita, quæ ascendunt ad maximas quantitates: vt de se patet ex instrumentorum æditione, & ab alijs est diligenter allegarum. Tertiò, quia etiam † quod isti Affaitati iniustè, & non 5 debito modo succubuissent, tamen isti mercato- G res pro eis compulsi, omninò seruandi sunt indemnes ab eis, secundùm doct. Bartol. in l. nam & seruius. ff. de neg. gest. sufficit enim quod ex facto illorum passi sint damnum: vt sentit idem Bartol. post Iaco. de Are. in l.ij. §. item si in facto. ff. de verbor. oblig. & diffusè consuluit Abb. consilio cxxviij. in quæstione quæ ad præsens. & facit text. in l. si merces. §. culpæ. ff. loca. Et licet Iaſ. in d. §. item si in facto. alleget aliquos doctores tenentes contrarium, tamen illi loquuntur, quando constat de iniustitia repræsaliarum.

l. si per imprudentiam. in prin. ff. de euict. l. exceptione. ff. de fideiuss. ubi Bart. tex. cum gl. in l. si te bonis. C. de iure delib. in casu verò nostro nō constat, imò nec constare potest, quiá ampliùs appellari non potest, nec dominus Iudex habet ius huius cognitionis. Item loquuntur, & debent intelligi, quādo Affaitati ex parte sua omnia fecissent, ne mercatores in repræsalias iniustas incidérēt, quia eos admonuissent specialiter, vel per edictum, vt cauerent illac traducere merces propter repræsalias: secùs si nihil de hoc fecissent, vt distinguit in B simili Alex. post alios in l. fi. in prin. ff. sol. matri. & ideò in practica non est recedendum à consilio domini Abbatis, cuius authoritas est maxima quicquid Iaſ. dixerit. Et hæc sentio saluo semper sanio rę iudicio.

CONSILII LXVI. SVMMÆ.

1 *Exceptionem ex facto defuncti hæredi nocere.*
2 *Debitoris conditione non debet fieri deterior facto, vel morte creditoris, sed quicquid licebat debitori aduersus creditorem, omne illud etiam concedendum est aduersus hæreditatem iacentem, vel hæredem.*
3 *Mortuo debitore committitur pœna aduersus hæreditatem, iacentem absq; alia citatione.*
4 *Factum authore iudice iustum.*
5 *Possessionem compræhensam infra hæredem transire.*

TRANSEO in sententiam suprascriptorum dominorū aduocatorū Com. Scaramutiæ qui subtiliter, & copiosè respōderunt motiuis clarissimi domini Iudicis. Et vltra eos, considero quod siue loquamur in interdicto adipiscendæ, siue continuandæ, secundum decretum nostrum, semper obstat hæredi
1 † exceptio proueniens ex facto defuncti, si eius facto sit translata possessio, vt expressè dicitur in decreto, & facit l. fin. C. de edict. diui Adria. verbo, legitimo, secundum intellectum Azo. Rursus præ-
2 suppono regulam esse iuris generalem, quod † debitoris conditio non debet fieri deterior facto, vel morte creditoris: sed quicquid licebat debitori aduersus creditorem, omne illud etiam concedendum est eo mortuo aduersus hæreditatem iacentem, vel hæredem. l. hæredem. ff. de reg. iur. gloss. l. communi diuidun. ff. communi diuid. nisi quod hæredi succurratur ex præsumpta ignorantia: & ideò est citandus, ne damnum faciat, secundùm Felin. c. licet. de accusat. non autem ad lucrum: vt in casu nostro, & facit quod not. Ang. in §. si quis autem non implens. in authen. de hæred.
3 & falcid. Rursus etiam dico quodlitet † mortuo debitore committatur pœna aduersus hæreditatem, iacentem absque alia citatione: vt est text. in l. ad diem. ff. de verb. obligat. tamen econtrario mortuo creditore, nullum damnum fit debitori, qui est excusatus, ex quo probabiliter ignorat, cui soluere debeat, vt est text. in l. si fundus. §. fin. ff. de leg. commiss. & in l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. gloss. in l. ait prætor. §. sed hodie. ff. de minor. & licet aliqui tenuerint hoc casu esse necessariam oblationem, & dispositionem, tamen communior opinio est, quod non, secundùm Aretin. consilio clxij. & Alexan. consilio xcij. perspectis. in j. volum. Iaſ. in d. l. ad diem. & quicquid sit in casu nostro facta est depositio, & oblatio, vnde cessat suprascripta difficultas. Modo in casu nostro Comes Scaramutia erat creditor, respectu pacti luendi, & erat debitor respectu pecuniæ solendæ: vnde mortuo Com. Galeaciō tanquam mortuo creditore suo, non potuit sibi mora imputari: quia non habuit cui solueret, nec habuit noticiam, quod mater esset scripta hæres: vnde ius suum stetit illæsum. Et potuit iudex ei concedere præceptum accipiendi possessionem, sicut potuisset ipso Galeacio viuente: nec potest dici subesse spolium, cùm factum sit ex pacto † etiam auctori- 4
tate iudicis, l. iustè. ff. de acquir. possess. can. notum ij. quæstio. j. & sententia non sit nulla, sed valida: cum mater adhuc non appræhendisset possessionem: vt mox dicam. Nec mater possidebat, cùm possessio † non transeat in hæredem nisi post 5
appræhensionem, l. cùm hæredes. de acquiren. possess. & ipsa tanquam forensis, non potest vti beneficio nostri decreti: vt inquit Paul. Castr. in l. omnes populi. in fin. ff. de iustit. & iure. & fuit eleganter dictum per dominos aduocatos. Nec etiā potest hæc mater eneruare virtutem pactorum executiuorum, secundùm formam nostri statuti: quia, vt dixi, eo vti non potest. & consequenter licuit ingredi etiam propria auctoritate, secundùm ius commune, de quo in l. iij. C. de pigno. Et in dictum casum, si ipsa petat reuocari dictum præceptum iudicis potest Comes Scaramutia petere, quod etiam si sit nullum, debeat confirmari, secundùm not. per Alexan. in l. si finita. in prin. de dam. infec. & in terminis nostris per Iaſ. in d. l. fin. versi. nota tamen. C. de edict. diui Adria. tollen. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXVII. SVMMÆ.

1 *Testium dicta specifica potiora.*
2 *Possessionem non mutantia.*

OPTIMA ratione putarem in causa domini Rinaldi vltra aliàs dicta per clarissimos coaduocatos, magnificum iudicem debere in eius fauorem pronuntiare. Nam quamuis † moniales per testes suos pro- 1
bauerint de possessione dictarum Brugeriarum, illis conseruata per suos massarios, tamen do. Rinaldus, per quatuor testes, videlicet octauum, nonum, duodecimum, & decimumtertium probauit, quod imò dicti massarij non possidebant, sed fructus percipiebant nomine monialium, sed quod accipiebant licentiam à domino Rinaldo, & pro impetranda licentia soluebant illi certum, quid, & sic apparet, quòd precario accipiebant illos fructus: vnde eis potius standum est, quàm testibus monialium, per id quod singulariter dicit Ioan. de Imol. in c. auditis. in fin. extrà, de præscript. vbi si aliqui testes dicant, quòd quis possederit boues tanquam suos, alij dicant, quòd imò habebat eos titulo locationis, vel precarij, & quod ipsi affuerunt dicto contractui, quòd magis creditur istis, ex quo magis specificè deponunt, & ostendunt se meliùs informatos: vnde talis probatio tanquam verisimilior, præfertur maiori numero testium, vt ibi dicit Abb. & est communis opin. vt dicit Dec. in all. c. licet causam. in xj. not. ver. & notandum. Confirmatur hæc verisimilitudo, ex dicto noni testis, & duodecimi: qui debent se interfuisse instrumento, in quo do. Abbatissa petebat sibi dari talem licentiam, & do. Rinaldus negauit, vnde satis apparet, quòd illi actus fructuum percipiendorum, de quibus testes monialium debent, non sunt actus possessorij pro monialibus, sed potiùs pro do. Rinaldo, à quo licentiæ

tia impetrata est. Et cùm ex parte Adduarum sit probata antiquior possessio, isti actus facti per massarios monialium, non alterant veterem possessionem: quia sæpè contingit, quod in locis sterilibus, & incultis † homines promiscuè veniuntur, & talis vsus non ostendit animum possidendi, nec alterat possessionem domini, vt dicit in istis brugeriis, Corn. in consi. xlvj. in iij. vol. versicu. facit etiam plurimum pro hac parte, &c. & ante eum idem consuluit Raph. Comen. consil. clviij. vnde ratio testium istorum monialium fundans se ex vsu, & perceptione brugi, non concludit possessionem ipsarum, stantibus supradictis.

CONSIL. LXVIII. SVMMÆ.

1 *Legati obtinendi remedia.*
2 *Cum constet de sensu non est curandum de verbis.*
3 *Omissa per errorem à notario, non solent vitiare actum, sed quandocunque possunt corrigi.*
4 *Præscriptio idem est, quod exceptio, & ista est propria, & antiquissima huius vocis significatio.*
5 *Illa interpretatio per quam error, & contrarietas tollitur semper est præferenda.*
6 *Officium iudicis exequtiuum, succedit loco interdicti adipiscendæ, meritò non appellatur.*
7 *Ab executione non potest appellari.*
8 *Iudex non debet exceptiones manifestè friuolas admittere, neque appellationi deferre.*
9 *Quando quis appellat ab Episcopo visitante, non tenetur Episcopus deferre appellationi, quia habet fundatam intentionem de iure communi.*

GVbernatorem reuerendum (vt priori quæstioni satisfaciam) existimo rectè, & legitimè processisse, cùm enim appareat de legato ex inspectione testamenti res videtur clara, & nororia & meritò † gubernator concesserit executionem dicti legati, quod facere debuit siue ius municipale respiciamus, siue etiam ius commune, secundum quod traditum est legatario aduersus hæredem officium iudicis competere quoad similitudinem interdicti adipiscendæ possessionis rei legatæ, possessionem is consequatur exceptionibus, quæ altiorem indaginem requirunt, reiectis secundùm Guid. Pap. in quæstio. ccccl xxxiij. argumen. l. ij. in fin. ff. de var. & extraor. cog. quam sententiam puto esse verisimam coram gubernatoribus, & iis iudicibus maioribus, qui sola facti veritate attenta, procedere possunt de quo per Bartol. in l. vnica. in fin. C. vt quæ des. aduo. Nec obst. quod in pronuntiatione videatur esse error: dum dicitur non esse probatam allegatam præscriptionem, & procedendum esse ad vlteriora in executione: debuit enim dici non esse probatam allegatam nõ præscriptionem, & sic defectus negatiuè arguit manifestum errorem. Sed ad hoc est respondendum, quod † cùm constet de sensu non est curandum de verbis, quia cum pronuntiauerit ad vlteriora in executionem esse procedendum satis ostendit, quod literæ cambij erant præscriptæ, & quod hæres minimè probauerat aliquid concludens contra dictã præscriptionem: vnde apparet negatiuam omissam fuisse errore notarij: qui non solet vitiare † actum, sed quandocunque potest corrigi. l. si librarius. ff. de regul. iur. l. quoties. §. sed & si notam. de hæred. insti. & vtrobique Bart. de quo per Felin. in c. ex literis. in iij. conclu. de fide instru. per Anch. consi. cclxxxvij. quia principaliter. Alexand. consi. xl. in j. consil. xxvij. in prin. in ij. Dec. consi. clxxv. cùm simi. Præterea potest intelligi illa dictio, præscriptionem, simpliciter de exceptione hæredis: quia † idem est præscriptio, quod exceptio, & ista est propria & antiquissima huius vocis significatio, vt habetur in rub. ff. de exc. & præscrip. in l. præscriptiones. cum leg. seq. C. de excep. in l. ij. ff. de adul. in l. si maritus. §. pen. eod. tit. quo casu si intelligamus sententiam illam, quod non sit probata exceptio hæredis, nulla est contrarietas, & nullus error. Vnde talis † interpretatio semper est præferenda, vt per Bal. Ang. & doct. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. in l. Imperator. per illum tex. ff. de stat. homi. Secunda est quæstio, an possint dici attentata quæ facta sunt per Augustinum, veniantque reuocanda, & hoc pendet à suprascriptis, si enim gubernator rectè fecit frustrà quærimus de appellatione. Primò, quia † officium eius exequutiuum succedit loco interdicti adipiscendæ, vt supra dixi, meritò non appellatur l. j. C. si de causa possess. Secundò, quia remedium est exequutiuum, & † ab exequutione non potest appellari. l. ab exequutione. C. quorum appellatio. non recipi. Tertiò, quia ex inspectione testamenti apparet de manifesta calumnia hæredis: & † non debet iudex exceptiones manifestè friuolas admittere, neque appellationi deferre. c. licet causam. vbi doct. de proba. c. ex parte. ij. extra, de offi. deleg. l. j. §. fi. ff. de præt. stipu. Quartò, quia gubernator iterum mandauit ad vlteriora procedi in executione à qua vltima sententia pars non appellauit. Vnde transit in rem iudicatam ipribus vulgaribus. Nec obst. si diceretur, quod ex quo possunt dari aliqui casus, quibus permissa esset appellatio, quod in dubio debuit gubernator deferre appellationi. c. vt debitus. versic. ex rationabili. de appell. Innoc. c. ij. de rescrip. Bal. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. nam respondeo, quod istud procederet in materia, in qua regulariter permitteretur appellatio: secus si essemus in casu, in quo regula esset in contrarium, puta in possessorio, vel ab executione, &c. secundùm Dec. in consi. xxviij. circa fin. & facit quod disputauit Ioan. de Monte Murlo & Oldr. consil. lxxxix. incipien. Episcopus quos refert Abb. in c. j. de offic. ord. vbi † quando quis appellat ab Episcopo visitãte, non tenetur Episcopus deferre appellationi: quia habet fundatam intentionem de iure communi, & pro eo præsumitur, nisi quatenùs prælatus exhiberet priuilegium exemptionis, iuxta c. cùm personæ. de priuil. in vj. & ex his remanent resoluta etiam cætera dubia.

CONSIL. LXIX. SVMMÆ.

1 *Vnus testis non probat.*
2 *In causa matrimoniali ad dissoluendum subsequens matrimonium, testes debent esse omni exceptione maiores.*
3 *Testis vacillans in dicto suo non probat.*
4 *Non est verisimile matrem velle tradere filiam suam in concubinatum.*
5 *Conditio illa, si placet patri, in matrimonio est necessaria de iure ciuili, & de iure canonico est honesta.*
6 *Confessio vno capitulo concepta, non potest diuidi, & in parte acceptari.*
7 *Iudex in dubio inclinare debet in partem, vt valeat secun-*

BIU Cujas

cum matrimonium solenniter contractum, non autem primum clandestinum.

8 *Iudex debet futuris scandalis occurrere.*

DIffuse adeò, atque, eleganter allegatum est in fauorem magnifici Christophori, & Domicellæ Barbaræ, vt nihil vltra addi possit: vnde & ego de subscriptione requisitus, dico eam sententiam iuridicam esse, quia (si bene aduertatur) duæ tantum res obstant ipsi Barbaræ. Primo † attestatio dictæ Catharinæ: quæ cum sit sola testis non probat. l. iurisiurandi. in fin. C. de testib. maximè cùm non sit maior omni exceptione, prout requiritur † in causa matrimoniali ad dissoluendum subsequens matrimonium. c. j. de consang. & affini. vbi Abb. Alexand. consi. cxliij. in ij. & cùm † vacillauerit in dicto suo, iuxta l. eos. ff. de fal. vbi Bartol. & cùm habeat contra se dictum matris ipsius Barbaræ quod prævalere debet: quia ei magis creditur: cùm † non sit verisimile, quod voluerit tradere filiam suam in concubinatum magistro Christophoro. c. super eo. de testib. vbi Bald. quod esset, si prius fuisset nupta Trigillano. Secundò obstat confessio ipsius Barbaræ, &c. scilicet cum dixerit se accepisse sub conditione, si patri placeret, apparet talem confessionem non obstare, est autem hæc † conditio verisimilis, & valdè conueniens matrimonio, ne filia nubat absque consensu patris: ideoque non solum iure ciuili est necessaria, secundùm l. Paulus respondit. de stat. homi. & §. inst. de nupt. sed etiam iure canonico est honesta. cap. j. & ca. honorantur. xxx. quæstio. v. Nec debet posse actor diuidere hanc confessionem, vt eam non approbet, quatenus de conditione loquatur, quia † cùm sit vno capitulo concepta, non potest diuidi per Barto. l. Aurelius. §. idem quæsiit. de lib. leg. Dom. de Sancto Gemi. c. j. de confess. lib. vj. Card. consil. xxix. & eleganter per Rapha. Fulgo. & Signo. Homodeū cons. impresso post tract. Ang. in tract. de malefi. Et † in dubio debet iudex inclinare in hanc partē, vt valeat secundū matrimoniū solenniter contractum, non autem assertum primum clandestinum, & in quo suborta est verisimilis indignatio inter actorem, & reum: vnde probabiliter posset dubitari de † futuro scandalo, cui iudex debet occurrere. c. præterea. de spon. no. c. de illis. de despon. impuber. & per Corn. consil. cxcvj. in fi. iij. volu.

CONSIL. LXX. SVMMÆ.

1 *Testibus discordantibus, plus fidei adhibendum est testibus verisimiliora deponentibus.*

2 *Testibus affirmantibus regulariter magis creditur, quàm negantibus, quomodo procedat.*

3 *Si testes deponunt, quod Titius non est vsus seruitute, quia nunquam iuit, nec ire potuisset, quin vidissent, hæc depositio probat negatiuam per verisimilitudinem.*

4 *Negatiuam probandi modi.*

5 *In causis ciuilibus non requiruntur tam euidentes probationes, sicut requiruntur in criminalibus.*

6 *Literæ emanatæ ad tertium, seu ad amicum, non præiudicant scribenti, nec prosunt alteri.*

7 *Magis credendum est posterioribus quàm anterioribus literis.*

8 *Ex separatis non infertur.*

9 *Confessio emanata à Titio in sua Epistola, debet ab ipso Titio interpretari, & eius interpretationi stabitur.*



Estibus discordantibus, videtur mihi plus fidei adhibendum esse testibus Crassi, quàm testibus Co, quia videntur verisimiliora deponere, iuxta ea, quæ habentur in §. in nostra. extra, de testib. Cū enim subesset prohibitio, ne dominus Crassus ingrederetur castrum, & esset adhibita custodia, non est verisimile, quod iuerit, & fefellerit custodes, & exposuerit se periculo. Item quia testes contrarij patiuntur multas exceptiones, quæ deductæ sunt per d. Aduocatum Crassi, & maximè dum dicunt, quod ibat bis in hebdomada, quod manifestè pugnat cum sensu naturali, quod potuisset hoc facere, stante custodia, facit quod habetur in c. licet causam. extra, de proba. & licet † alias magis crederem testibus affirmantibus, quàm negantibus, secundùm glo. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. tamen hoc non procedit, quando negantes dicerent verisimiliora, vt in casu nostro. Item non procedit, quando testes mulieres, & graniores essent pro negatiua, vt sentit Barto. in d. §. si plures. Bal. c. cum ecclesia. de cau. propr. Maximè si stant pro reo aduersus actorem: quia semper magis fauemus reo, per glo. in c. clerici. lxxxj. dist. Abb. in c. cùm P. de accu. Nec obstat, quod testes Crassi non concludant de necessitate: cùm potuerit ingredi de licentia Marchionis, vel deceptis custodibus. & clam, &c. Quia respondeo, quod licet doctores in hac materia requirant, quod tales testes remoueant actum assensu, tamen videtur sufficere, si sit remotus per verisimilitudinem, licet non per necessitatem omni modo concludentem quod probatur ex glo. in l. j. §. j. de itine. actuque priuat. quæ vult, quod † si testes deponunt, quod Titius non est vsus seruitute: quia nunquam iuit, nec ire potuisset, quin vidissent, esse legitimè probatam negatiuam, & tamen hoc non est, nisi per verisimilitudinem: quia impossibile esset, quod isti testes nunquam dormiuissent, sed semper vigilassent ad obseruandum istum, quod verisimilius est in casu nostro, in quo custodes erāt ad hoc adhibiti, ne quis ingrederetur: secus in testibus, de quibus in d. glo. & pro hoc etiam facit alia gloss. quæ vulgò allegatur in hac materia, in auth. de hęred. & Falcid. §. hinc nobis. iuxta fin. quando † testis adstruens negatiuam, dicit se affuisse, & vidisse, quæ agebantur, satis est etiam si non dicat, non potuisse fieri, quin vidisset, dum tamen verisimile hoc sit, quod non potuerit fieri, &c. vt tradit Bald. & Aret. in c. iij. loc. de proba. Nec etiam est considerandum, quòd potuisset ingredi cum licentia Marchionis, & hic in casu licito: quia hæc interpretatio fieret in causa criminali ad euadendum delictum, secundùm Butr. & Ioan. de Anan. quos allegat Felin. in c. super his. de accusat. Secus est † in causa ciuili, in qua tam euidentes probationes non requiruntur, vt sentit Bart. in l. in illa. ff. de verb. obli. & glo. in l. ij. de appella. recip. quam sequitur, & commendat Mathesil. notab. ix. & ita etiam procedit, quod not. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. de quo per Dec. in c. in præsentia. in xij. notab. extra, de probat. Non obstat rursus. quod in epistola Crassi dicatur: *Nunc non possum ire Decianam, Spero quod cras mane ibi ero, &c.* Respondetur pluribus modis. Primò quòd istæ † literæ emanatæ ad tertium, seu ad amicum non præiudicant scribenti, nec prosunt alteri. cap. placuit. vj. q. iij. vbi Arch. Bald. in rub. C. de fid. instru. q. vlt. Steph. Bertran. cons. cxxxiij. in

in ij. maximè cùm principaliter de hoc deinde agatur, iuxta ea illud. vbi Butr. & Felin. extra, de præsumpt. Dec. consi. cccx. Secundò, quia potuit hoc scribere sub quadam fiducia, & spe incerta, quæ deinde effectum non habuit. l. ij. ff. quando actio de pecu. Barto. l. error. C. de iur. & facti igno. & quæ habentur in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Tertiò, quia ex aliis literis posterius scriptis apparet, quod non iuit, & quod illa spes fuit irrita vana † magis credẽdum est istis posterioribus, argu. pacta nouissima, cum ibi no. C. de pact. Quartò, quia stat simul, quod potuerit ire Decianam: quia Marchio reuocasset mandatum eum capiendi, & non tamen habuisse facultatem ingrediendi castrum: ista enim sunt separata, & † ex separatis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Quintò & vltimò, cùm ista sit † confessio emanata ab ipso Crasso in epistola sua, eius interpretatio ad ipsum pertinet, vt secundùm illius mentem declaretur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Bar. l. is qui reus. ff. de publ. iudi. Andr. Sicu. consi. iij. char. pen. in ij. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXI. SVMMÆ.

1 *Sententiæ non rescindendæ causæ.*
2 *Vt præiudicetur hæredi, satis est quod sciat litem esse motam, nec requiritur citatio ad singulos actus.*

THeria sunt, quæ causam domini Petri Antonij adiuuare videntur. In primis, datio in solutum creditoribus facta, mediante † sententia iudicis, quæ ampliùs rescindi non potest. l. j. & ij. C. si in cau. iudi. & licet facta sit reseruatio, vt posset separatim iudicari, tamen dicta reseruatio intelligitur respectu iurium anterioritatis, & posterioritatis, non vt datio in solutum rescindatur casu, quo hypotheca creditorum sit anterior, vt in simili tenuit Ias. post alios in l. si fundum per fideicommissum. nu. xvij. ff. de lega. j. Secunda ratio est, quia Pechius ponens, & possessor dando in solutum, fecit, quod potuit, & debuit: ideoque hoc nocet hæreditas. l. de hæreditate. C. de petit. hæred. & quod habetur in l. si tibi. in fin. de pact. in l. si in area. in fin. de condi. indeb. in l. quod si possessor. in fi. de pet. hæred. Nec obstat quod hæres non fuerit citatus: quia, vt sibi præiudicetur satis est, quod sciat motam esse litem, nec requiritur 2 citatio ad † singulos actus, vt est text. in leg. sæpè. ff. de re iudi. versicu. sed scientibus. vbi docto. & est ratio, quia creditores, de quorum credito constabat, non tenebantur expectare, vnde debuit hæres tunc pro conseruatione iuris sui offerre pecuniam. quod cùm non fecerit, sibi est imputandum: nec ampliùs debet admitti aduersus rem iudicatam. Tertia est ratio. quia in licitatione dominus Fossanus obtulit libras xl. pro pertica, respectu eius, quod supra plus fuit appræhensum per hæredem, vnde quatenus bona cedebant in solutum creditoribus non est facta talis oblatio, non debet igitur posse hæres rescindere dictam dationem in solutum, & augere perticas terreni in præiudicium ipsius licitantis, qui pro dicta auctione nihil promisit, de quo tamen me refero ad verba incantus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

Cons. Andr. Alc.

CONSIL. LXXII. SVMMÆ.

1 *Iudicati vis.*
2 *Qui intra tempus non reclamat, censetur exclusus ex consensu non appellantis, qui sententiæ consentire videtur.*
3 *Appellatione remota vana tollit.*
4 *Vnus ex fratribus non potest renuntiare appellationi in præiudicium fratrum suorum.*
5 *Non est disputandum de potestate superiorum.*

AMetsi subtilia sint motiua dara nuper contra magistrum Petrum Angelum Physicum, tamen eis non non obstantibus, dico partes præstantissimorum Ius dicentium esse in pronuntiando in eius fauorem. Et primò tolluntur omnia motiua ista ratione generali: nam postquam fuit per Bruguram † iudicatum non cõstat, quod ab illa sententia intra tempus debitum fuerit appellatum, vel de nullitate dictum, vnde ex forma statuti nostri ampliùs non sunt audiendi eius aduersarij, & transit sententia in rem iudicatam, & qui promittit dictum tempus transire, non potest amplius in aliquo contrauenire: quia censetur exclusus non tam ex sentẽtia, quàm ex suo consensu, qui non reclamando † intra tempus censetur consentire sententiæ. l. alienationis verb. ff. de verb. sign. vnde non potest dicere sententiam nullam, neque ex notoria iniustitia, neque ex defectu iurisdictionis nec alio modo, vt dicit Paul. Castr. consi. cccxxix. Alex. consi. cv. in v. Laur. Calc. consi. xv. Et istud procederet etiam si non esset renuntiatum appellationi, vnde non est opus disputare, an renuntiatio fieri potuerit. Nec oportet ampliùs quęrere de meritis causæ & illud solum fundamentum sufficit ad victoriam, & tollit omnia contraria. Secundò principaliter etiam respondendo particulariter omnibus obiectis, dico ius esse in fauorem physici. Non obstat quòd per renuntiationem appellationis non censetur actum de sententia iniqua notoriè. c. inter ceteros. de re iudic. quia nõ est verum esse notoriè iniquã: imo infrà probabo quod est iusta. Nõ obstat, quòd est lata stante inhibitione senatus: quia respondetur, quod cùm illa die inhibitio fuerit sublata, licet ex post etiam iterum facta, tum fuit lata in illo interuallo, in quo licitè ferri potuit, & ita præsumitur secundùm Bart. & doct. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. Abb. c. auditis, extra, de præscr. cum concord. Non obstat, quod sit lata contra præceptum, quod transiit in rem iudicatam: quia non est verum: alioquin nec reuerendissimus Senatus commisisset causam, & committendo satis ostendit præceptum non tenuisse. arg. l. causas vel lites. C. de transact. l. fin. C. vt lite pen. Non obstat, quod remota † appellatione, non censetur sublata querela. glo. in c. j. de offi. ord. quia in casu nostro sunt ampliora verba: quia tollitur non solum appellatio, sed etiam nullitas, supplicatio, reuisio, iudicis officium: quæ verba satis comprehendunt querelam, quæ expeditur officio iudicis, vt per Ias. post alios in l. arbitro. ff. qui satisf. cog. Dec. in l. fin. C. de edi. di. Adria. tol. in fi. & dato, q̃ sit facta aliqua cõmissio submouere non apparet, quod intra tempus licitum reclamauerit, & istud erat probandum: quia fundamentum intentionis Marij Noni. Non obstat quod d. † Hieronymus nõ potuit renuntiare appellationi in præiudiciũ fratrum suorum, sicut nec procurator potest, vt per

BIU Cujas

Ang. & Imo. in l. ab executore. ff. de appella. quia istud procederet in procuratore simplici, secus in procuratore speciali, vel cum libera: qui illi æquiparatur. glo. in l. iusiurandum. §. fin. ff. de iureiurā. sed d. Hieronymus erat tutor, & sic censetur procurator cum libera. glo. in l. mandato generali. ff. de procu. not. in l. præses. C. de transact. Præterea cùm reuerendissimi † conseruatores ita ordinauerint, non est disputandum de potestate. arg. l. vniuersi. C. de precib. imper. offer. Præterea ista non excludit saltem d. Hieronymum & eius fratres excluduntur, quia non constat quod tempore debito reclamauerint à sententia. Nec est probatum aliquid, quod non potuerit fieri hęc renuntiatio sine interuentu d. Philippi. Non obstat dum contra sententiam deducitur, quod vitium litigiosi non obstat, tanquam tale vitium sit introductum in fauorem litigantium solum: quia, etiam hoc cõcesso, cum tale vitium respiceret fauorem Marliani, potest de eo opponi per physicum, qui habet datũ à Lobia, in quem iura sua Marlianus transtulerat. l. si superatus. ff. de pignor. per Bart. o. in l. si mater. §. fin. ff. de exc. rei iudi. Aret. consil. xxxvj. cum concord. Præterea quamuis fuerit per hanc sublatum, tamen dicebatur sine præiudicio tertij, & apparet euidēs præiudicium physico, qui aliàs succubuisset. Nec dicatur instrumentum conuentionis fuit sublatum per retrouenditionem factam vigore pacti de luendo: quia illa retrouenditio non habuit locum in præiudicium physici, & lapsum erat tempus luendi, vt apparet ex quam pluribus ordinationibus Senatus. Sed (vt dixi) non oportet amplius disputare de meritis dictę sententiæ, quæ transit in iudicatum, & facit de albo nigrum & econtrà, vt dicunt Mod. in rub. ff. de re iudic.

CONSIL. LXXIII. SVMMÆ.

1 *Clausula in fine sententiæ appositæ, debet restringi ad proxima tantum, quia in sententiis strictè procedituꝛ.*
2 *Delegatus non declarat suam sententiam, sed delegans.*
3 *Coram senatoribus, qui in vniuersum sunt ordinarij ordinariorum, reiicitur omnis iuris rigor.*

SEntentiæ verba, *Condemnat Casanos ad relaxandum mortitiam à bucca Olonæ veteris eundo infra vsque ad leuatam, & à leuata infra dictum alucum Padi veteris, iuxta fontes monasterij, de quibus in dicta transactione.* Quęritur an clausula illa, *iuxta fontes trahatur ad primam partem à bucca Olonæ, &c.* an verò ad secundum tantùm, quæ est proximior. Et puto ad secundum tantùm referri: quia in facto præsupponitur, quod respectu mortitiæ nulli sint fontes Casanorum, vnde frustra restrinxisset iudex sententiam suam ad fontes monasterij, tanquam eos distingueret à fonte Casanorum per ea, quæ habentur in l. cum vulgari. ff. de dot. præleg. in l. sed & qui data ij. respons. ff. ex quib. cau. maio. in l. & si fortè. §. hæc etiam actio. ff. si ser. vendi. Et 1 quia † ista clausula in fine apposita debet restringi ad proxima tantum, quia in sententiis strictè procedimus, secundùm Alber. in l. Titia. §. idem respondit. j. de verbor. obligat. allegat in simili text. in leg. qui fundum. ff. de contrah. emptio. Et quia videtur esse clausula separata, quæ potest stare absque prima, vt per Lappum, & doct. in c. susceptum. de rescript. in vj. Felin. cap. in nostra. in iij. fallen. extra, de rescript. melius facit text. in l. filiusfamilias. ff. quando dies leg. ced. & quod per illum text. no. Bartol. in leg. fin. ff. de reb. dub. Et quia iudex ipse ita declarauit fuisse mentem suam, quæ declaratio conformis verbis, omnibus permittitur, etiam tabellionibus, l. si quis decurio. Cod. de fal. & §. si verò moriantur. in auth. de fid. instrum. etiam cuicunque priuato, l. hæredes. §. si quid. ff. de testam. quod ibi Aret. no. & in l. inter stipulantem. §. j. de verbor. obligat. & consil. lxxxiiij. & licet doctores dicant, quòd † delegatus non declarat suam sententiam, sed delegans, tamen non negant, quin delegans sequatur intentionem ipsius delegati, & ex eius mente debeat declarare. c. ex parte. iij. extra, de verbor. signif. vbi tex. cum glo. & hoc maximè dicendum est in † senatoribus qui licet respectu causarum sibi commissarum sint delegati, tamen in vniuersum sunt ordinarij ordinariorum: & coram eis omnis rigor iuris reiicitur, secundùm Bar. in l. j. in fin. C. vt quæ des. aduoc. cum concor. Quod si id permittitur cuilibet simplici assessori, secundùm Alb. in dict. l. inter stipulantem. §. j. & Alexand. in l. ab executione. in apost. Bart. de app. multò magis senatori.

CONSIL. LXXIIII. SVMMÆ.

1 *Interdicto vti possidetis, cùm duo prætendunt, quilibet se possidere, ille obtinet qui melius probat se tempore litis contestatæ possidere.*
2 *In interdicto vti possidetis, obtinet qui probat de antiquiori possessione cæteris paribus.*
3 *Possessio acquiritur facto, & animo, & postquam est acquisita, retinetur solo animo.*
4 *Tacens per decennium præsumitur oblitus.*
5 *Quando vtraque pars ostendit se possidere, & iustè timetur de rixa, debet iudex sequestrare.*
6 *De iure ciuili à sententia sequestri non potest appellari.*
7 *De iure canonico à sequestro potest appellari.*

REtinendæ † in interdicto, quod est vti possideris, cum duo prętendunt quilibet se possidere, ille obtinet qui melius probat se tempore litis contestatę possidere. §. retinendæ. instit. de interd. & ideo articulandum est de tali tempore, vt quis obtineat. Item in hoc interdicto † vincit cæteris paribus ille, qui probat de antiquiori possessione. c. licet causam. vbi Dec. no. xj. extra, de probat. nisi tamen tali sciens alium posteriorem occupasse, eum tolerauisset: quia tunc sua possessio dicitur interrupta. argumen. leg. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possess. Alexand. in apost. ad Bartol. in l. si duo. vti possid. Et in casu nostro cum Cæsij probauerint possessionem antiquiorem, scilicet anno 1516. & 1517. & posteriorem anno 1526. 1527. 1528. videtur, quod ipsi debeant obtinere, quia † possessio acquiritur facto & animo, & postquam est acquisita, retinetur solo animo, de quo in l. j. de acquir. possess. nisi alius interim occupauerit, & primus possessor suspicatus fuerit se posse repelli, vt in l. si id quod. in fin. de acquiren. possess. vel nisi † tacuerit per decennium, quo casu inducitur obliuio, vt per gloss. in leg. j. Cod. de ser. fugit. vbi Iason allegat concordan. Illud sciendum est, † quòd quando vtraque pars contendit se possidere, & iustè timetur de rixa, debet iudex sequestrare. l. æquissimum.

simum. & l. si vsusfructus. §. si inter duos. & ibi Bar. de vsufruct. & rale sequestrum facere sine præiudicio iurium vtriusque partis, vt per Innoc. Aret. & Doc. in d. c. licet causam. & videtur quòd a tali sententia sequestri non possit appellari, secundum Pau. de Castr. in consi. iij. in causa quæ venitur coram. in ij. vol. & firmat Bald. in l. ij. Cod. de episcop. audien. quæ opinio potest esse vera à iure ciuili. Sed iure † canonico mihi videtur verius, quod possit appellari, prout tenuit Angel. consil. cvij. Iacobellus. & quod not. Franc. de Cur. Sen. consil. lx. in fine.

CONSIL. LXXV. SVMMÆ.

1. *Clausulæ iuris & iustitiam petitis, &c. inefficacia.*
2. *Aliud est quod ipse reus cogatur soluere, aliud, quod res sit obligata.*

Libelli conclusio est, quod d. Iudex cogat, & condemner ad dandum & soluendum tot modios, &c. & sic est in actione personali. Queritur, † an libellus sustineri possit saltem in hypothecaria, per clausulam, petens ius & iustitiam &c. & clausulam deducendo in hoc iudicio, &c. Et videtur mihi dicendum, quod no, per id, quod no. do. Marian. Socin. in c. ij. extra, de lib. oblat. in quæstio. xxj. Vbi dicit, quod istæ clausulæ operantur effectus suos in dubio, seu incerto: quia per illas libellus adaptatur ad illam conclusionem, quæ aliquo modo colligi possit ex serie libelli: secus quando certum est, intentari remedium prorsus difforme. Tunc enim per illas clausulas non trahitur ad actionem prorsus diuersam. c. examinata. extra, de iudic. per Bald. in l. ij. Cod. de peti. hæred. † Aliud enim est, quod ipse reus cogatur soluere, aliud, quod res sit obligata, nec vnum congruit cum alio. §. omnium. instit. de actio. & illam opinionem do. Mariani sequitur Socin. consil. xxxix. & consil. cxcix. Corn. consi. xlvj. consi. cccj. in iij. decisiones Capellæ Tolosanæ cccxlvij. & pro hac sententia facit etiam quòd no. Bald. in leg. incerti. quæstio. xv. C. de interdict.

CONSIL. LXXVI. SVMMÆ.

1. *Interdictum recuperandæ, non nisi possessione adepta competere.*
2. *Agenti interdicto adipiscendæ obstat exceptio proprietatis, de qua in continenti constet.*
3. *Cum æstimatio facta sit viliori pretio, censetur mulier donasse.*
4. *Donatio inter virum, & vxorem lapsa triennio post contractum matrimonium est prohibita.*
5. *Iuramentum metu præstitum, effectu non obligat.*

Conclusio suprascripta domini consultoris, in proposito casu plurimum placet mihi: quia isti hæredes domini Herculis respectu horum bonorum de quibus agitur, non habent interdictum † aliquod recuperandæ, cum per mortem domini Herculis, possessio ipso iure in eos non transierit, sed opus fuerit actuali apprehensione. l. cum hæredes. ff. de acquiren. possess. Nec apparet, quòd ipsi eam apprehenderint ante dominam Franciscam, vnde contra eam tali interdicto agere non possunt, sed solum habent interdictum adipiscendæ, vt per Alexand. l. in suis. ff. de liber. & posthu. consi. xxxvij. in j. lxxxvij. in ij. Cùm enim domina Francisca, statim mortuo marito, res suas possederit, non possunt isti hæredes prætendere redintegrationem, vel restitutionem rei, quam non habebant, sed solum eius competit beneficium. l. fin. C. de edi. diui Adria. tol. Sed sic quod † agenti interdicto adipiscendæ obstat exceptio proprietatis, de qua in continenti constet. l. dolo facit. vbi glo. ff. de exceptio. dol. l. iij. §. cause. ff. de Carb. edi. glo. l. si de vi. ff. de iudi. & tradunt omnes doct. vul. naturaliter. §. nihil commune. in primo intellectu Bartol. ff. de acquir. possess. In nostro autem casu constat de manifesto iure dominæ Franciscæ, quæ respectu rerum dotalium etiam in dotem æstimatam daturum, soluto matrimonio effecta est domina, saltem vtiliter. l. in rebus. verb. siue æstimare. Cod. de iure dot. Maximè cum isti hæredes non obtulerint pretium, quo casu iure pignoris potest eas retinere & possidere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & † cùm æstimatio facta sit viliori pretio, censetur mulier donasse. l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ † donatio est prohibita, præsertim lapso triennio post contractum matrimonium glos. l. ij. §. penu. verbo, post nuptias. vbi docto. ff. si cert. pet. Nec obstat iuramentum, quod in instrumento æstimationis interuenit, † quia metu præstitum fuit; & ideò effectu non obligat. c. cum contingat. versic. sine vi dolo sponte præstita. extra, de iureiuran. de quo metu & violentia, remitto ad testes in hoc iudicio examinatos, & copiosè subinterque est scriptum per d. consultorem. Et certè iudices debent in hanc sententia inclinare: cùm alioquin mulier remaneret in damno rerum suarum, & isti hæredes lucrum facerent ex malitia auctoris sui, quòd maximè est dicendum: cum ista donatio oriens ex vilitate pretij æstimationis inter virum & vxorem, quamuis iurata habeat tacitam conditionem nisi donans superstes fuerit. l. à marito. C. de donat. inter vir. & consuluit Bal. consi. xxix. in j. deci. consi. ccxl. per totū. cccccxxxvj. ccccclix. & nouissimè Card. Paris. consi. lxxxvj. in iij. volū. quam sententiam & ego sequor in casu nostro, in quo nulla fuit affectio vxoris erga istos hæredes extraneos mariti, vt per tale iuramentum possit videri talem conditionem remisisse: præsertim stante fundamento metus, de quo suprà dictum est, & diffusè scriptum per d. consultorem, in cuius sententiam de sola subscriptione requisitus accedo.

CONSIL. LXXVII. SVMMÆ.

1. *Pro instrumento præsumitur.*
2. *Exceptio quæ est fundamentum intentionis partis aduersæ, debet concludenter elidere intentionem agentis.*
3. *Negatiua ex causa probanda est.*

Eleganter fuit allegatum in causa d. Petri Angeli Physici, quod cum sequuta sit compositio, præsumitur eius opera sequuta, per no. in l. cum seruus. ff. de verb. obliga. ideò ego quo ad hunc punctum, remittam ad alias allegationes: ideoque solum attingā aliud fundamentum, per quod apparebit apertissimè eum fouere iustam causam. Nam intentio Physici est fundata vigore instrumenti clarissimi,

BIU Cujas

nec habentia aliquas conditiones † pro quo in- A
strumento præsumitur. l. cum precibus. C. de probat. Et licet pars aduersa obiiciat de chirographo, per quod videtur promissum quod Physicus deberetur obtinere gratiam, vel concordiam: tamen
2 cùm ista † exceptio sit fundamentum intentionis ipsius partis aduersæ, debet concludenter elidere intentionem agentis, vt est glo. in cle. literas. in verbo, creatum. de rescrip. vnde non sufficit aduersario probare tale chirographum factum, nisi etiam probet ipse, quod d. Petrus Angelus non B
seruauit contenta in chirographo, & non procurauit haberi concordiam, seu concordia eius opera facta non est: dicet enim ista sic † negatiua,
3 tamen est fundamentum intentionis ipsius excipientis: & ideò debet plenè probari, vt habetur in dict. clem. literas. vbi casus iuncta gloss. & per doct. in leg. in illa. ff. de verbor. obligat. Benè fatetur, quòd si Physicus non haberet fundatam intentionem ex instrumento, sed solùm ex chirographo aliud esset, quia tali casu deberet verificare omnes qualitates chirographi. l. Fulcinius. C
§. j. ff. ex quib. cau. in possess. eatur. quamuis ergo appareat factam concordiam, quamuis in ea non nominetur Physicus, tamen per hoc non sequitur, quin eius opera sit secuta talis concordia, & ideò debet obtinere.

CONSIL. LXXVIII. SVMMÆ.

Sententia recipit declarationem secundum acta, & probationes factas in causa.

Ad probandam liquidationem interesse, sufficiunt semiplenæ probationes.

SVbscribo sententiæ domini Aduocati. Cum enim isti debitores Spini fuerint condemnati, quantum sit respectu reseruationis interesse, & iam alienassent Spino, sententia lata præiudicat etiam Spino, dummodò scienti,
1 secundum Barto. in leg. si superatus. ff. de pign. † Scientia autem arguitur, quia in eodem instanti, & eadem sententia, & vtrique peremptoriè citati sunt. Et quod hæc fuerit mens iudicis, appareat ex illis verbis sententiæ. *Contra illos, qui ad id teneri reperirentur, &c.* quæ verba etiam Spinum comprehendunt, possidentem bona, quæ ad hoc erant hypothecata per arbitramenta. Suaderur
2 etiam, quia † sententia recipit declarationem secundum acta & probationes factas in causa. gloss. & doct. in leg. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudic. Apparet autem Spinum in sententia Reynæ obtinuisse propter datum in dotem, quod est tempore posterius, quàm arbitramenta, quorum vigore agit Ioan. Franci-
3 scus. Circa probationem liquidationis † interesse, clarum est, sufficere etiam semiplenas probationes, per id, quòd no. Barto. in l. si quod ex Paniphyla. ff. de leg. ij. vbi totum id est in æstimatione iudicis. Vnde debet sufficere probatio inter alias personas, licet coram alio iudice: quia potest ab eo peti publicatio, secundum Bartol. in l. cum literæ. versi. videamus primo de effectu. ff. in. fol. Alexand. & alios in log. ij. Cod. de eden.

CONSIL. LXXIX. SVMMÆ.

1 *Vbicunque causa est leuis, seu modici præiudicij, non est necessaria solemnitas actorum.*

2 *In causis leuibus, & modici præiudicij, iudex potest fungi officio notarij.*

3 *In causis leuibus statur simplici dicto iudicis.*

4 *Quæ sit sententia modici præiudicij.*

MOtiuum datum contra d. datiarios vini de minuto, quamuis sit elegans & subtile, tamen videntur fouere bonam causam, non obstantibus in contrarium adductis. Et omne eorum fundamentum est ex ordinatione d. iudicis, quæ licet non reperiatur, quòd notarius fuerit rogatus, sed solùm iudex subscripserit, tamen dico eam facere fidem. Quia † vbicunque causa est leuis seu modici præiudicij, 1
non est necessaria solennitas actorum, de quibus in c. quoniam contra. extra, de proba. vt est communis & vera conclusio, ibi posita per Felin. & in huiusmodi causis †, potest iudex fungi etiam of- 2
ficio notarij. Abb. in c. ij. extra, de proba. & per Aret. in l. j. §. fin. ff. de verbor. obligat. & est ratio, quia in illis † status simplici dicto ipsius iudicis. c. 3
si quis cum clerico. xj. q. j. Bart. is auth. nisi breuiores. C. de senten. ex breuic. recip. & ita limitantur no. in c. cum à nobis. de testib. in contrariũ in motiuis alleg. Quòd autem ista † ordinatio es- 4
set modici præiudicij, probatur ex eo, quia est facta per modum prouisionis, saluo iure partium. Sicut in simili dicimus de possessorio summario, quòd quia fit saluo iure partium. & per modum prouisus, vt sciatur quis habet litem instituere, dicitur esse modici præiudicij, vt per Pau. de Cast. in consil. suo quinto. vnde in tali possessorio staretur dicto solius testis, & ita intelligo, quòd no. Bar. in l. j. C. quorum bonor. & in l. ij. §. fi. C. vbi in rem act. Mathesil. horab. ij. Dec. consi. lvj. & in c. de appellationibus. in fi. extra, de appel. cũ concord.

CONSIL. LXXX. SVMMÆ.

1 *Testis ad scripta referentis subleuandi modum.*

EGo inclino in eam sententiam, quòd Titia foueat iustiorem causam: quia præsupponitur pro vero, quod nulla alia conclusio sit facta, & sic quod testes non dicent de diuersis actibus, quod autem testes illi sint falsi, non potest mihi persuaderi, propter notam eorum fidem. Fortiùs † videtur etiam de rigore iuris eos probare, ex quo præcisè deponunt de conuentione firmata, ne excederetur summa vj. millium aureorum. Non obstat, quòd se referant scripturæ factæ per Seronum: quia considero, quòd secundus testis d. Ludouicus Carpanus præcisè dicit, quòd casu quo reperiatur dicta scriptura libera, quod tamen veritas fuit, quod fuit restricta: & licet subdat relatum fuisse in scriptis per Seronum, non tamen se refert quoad hoc illi: & licet non reperiatur hæc restrictio in scriptura Seroni, hoc non facit contra testẽ: quia potuit scriptura esse facta simpliciter, & tamen actum, vt non excederetur talis summa, si quis dixisset fuisse coarctatam, prout in scriptura obiectum militaret, secundum Alexand. consil. ij. in ij. fecus, quando simpliciter asserens, quamuis subdat, & prout

in

in scriptura: quia tunc stamus affirmationi, secundum Bart. in l. edita. in verb. prout. C. de eden. quem ipse Alex. allegat in d. consi. Vltimo visis, refert se scripturæ respectu in ea contentorum, nō tamen negat vera esse, quæ suprà dixerat, dato quòd in scriptura non contineatur. quòd enim actum fuit non est contrarium scripturæ, sed declaratorium: quia scriptura est, vt fiat conuentio, id quod ipse asserit est vsque ad quam summam.

CONSIL. LXXXI. SVMMÆ.

1 *L. dotis actione. C. solu. matri. limitatur.*

2 *Spoliatus non restituitur, quoties opponitur exceptio spontaneæ traditionis.*

3 *Consensus tacitus & expressus.*

4 *Ubi lex requirit consensum, satis est si vel tacitè intercesserit.*

5 *In possessione longi temporis, id est, per decem annos præsumitur inter præsentes diuisio, & in solutum acceptio.*

6 *Per dationem in solutum inducitur alienatio, sicut per diuisionem seu permutationem.*

7 *Quis præsumitur possedisse ex titulo præambulo.*

8 *Vxor viuente marito, præsumitur collegisse fructus rerum mariti iure familiaritatis, fall.*

9 *Ius ingrediendi propria authoritate potest cedi alteri.*

DIfficultatem in hac causa, quæ vertitur inter istos nobiles fratres Scarampos, † facit text. in l. dotis actione. C. solu. matrim. vbi soluto matrimonio non licet vxori propria authoritate ingredi possessionem rerum mariti, iure dotis suæ. Sed tamen ille tex. recipit duas limitationes, quæ in casu nostro videntur adiuuare Dominum. Prima est limitatio, quæ ponitur in illo textu ibi, *Hæredibus mariti, non consentientibus.* per quā apparet, quòd suprascripta regula non procedit, vbi consensus hæredum interuenerit, prout probatur etiam in lege, creditores. C. de pign. & in lege, pen. C. de pign. act. ibi, *Citra conuentionem*, nec refert, an ista voluntas tacitè, vel expressè interueniret, sicut videmus † spoliatum non restitui, quoties opponitur exceptio spontaneæ traditionis, secundum Innoc. in ca. cùm super. extra, de renunt. Nec refert, hæc voluntas tacita, an expressa fuerit. ca. j. ca. accepta. de restitu. spol. per tot. in l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui, vel alie. iur. ver. viv. & est regula generalis, quòd † par est vtrumque tacitum, & expressum. l. cùm quid si cer. per. & cum hoc requirit consensum satis est, si vel tacitè intercesserit. l. ij. §. fin. ff. solu. matr. l. in adoptionibus. ff. de adoptiuis. & facit quòd singulariter notat Alex. in l. hæredes. per illum tex. ff. de rei vendic. Sed in casu nostro videtur interuenisse consensus domini Ioan. Antonij adversarij per instrumentum allegatum de anno 1507. in quo est clausula, quòd bona omnia, quòd d. Cecilia assignauerit in solutum, cor. de bonis Serampi, & ei vnde cum ipsa bona per longum tempus possederit de facto, videtur possedisse cum ea facultate accipiendi in solutum, quia ex possessione quæ longi temporis, id est, per decem annos, inter præsentes præsumitur diuisio, & in solutum acceptio, secundum glo. in lege, pen. C. comm. diuid. Et licet solus temporis cursus, nisi præcessisset dicta conuentio non sufficeret, tamen secus est propter conuentionem præcedentem, vt declarat Alexan. in dict. pen. & habetur per docto. in l. qui alienā. in prin. de acquir. hæred. & habetur per Balbum. in tracta. præsumpt. in 3. par. princ. num. xlv. Subest enim hoc casu ratio allegata per doct. quia de mero dico præiudicio agitur, cùm appareat ista ipsum esse debitorem. Et licet docto. loquantur in diuisione, tamen idem est in datione in solutum, per quam sicut per diuisionem, vel permutationem inducitur alienatio, secundum glo. in l. si familiæ. C. fam. ercis. & docto. in l. si fratres. C. comm. vtrubique

Confirmatur hæc opinio per illud, quòd not. Carol. Ruyn. in l. j. in prin. ff. de verbo. oblig. vbi dicit se consuluisse in casu, in quo facta erat promissio de vendendo pro certum, & alius contrahens promiserat de emendo, & cùm vendicor possedisset diu, ille emptor dicebat quod ex tali possessione præsumebatur contracta venditio, & propterea erant computandi fructus in sortem, & ita consuluit Ruinus, per rationes quæ conueniunt etiam in casu nostro. Ad idem facit regula generalis, † quod quis præsumitur possedisse, ex titulo præambulo. l. j. §. j. ff. de excep. rei vendic. l. ij. C. de acquir. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. Et hoc non solùm in permissis, sed etiam prohibitis, l. iij. versic. & quod de subeunda. C. de natur. liber. & quòd not. Socin. consi. xv. in iiij. & ideò licet alias vxor, sicut † viuente marito præsumitur collegisse fructus rerum mariti iure familiaritatis. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. ita & debeat præsumi post mortem mariti, nō videtur sibi mutasse titulum possessionis. lege, iiij. §. illud. de acquir. possess. declarat Socin. consilio cxxxi. in j. valuit tamen hoc fallit, quando superuenisset ei titulus de consensu partis, puta facultas accipiendi in solutum pro dote. iuxta l. cum nemb. & extrinsecus. C. de acquir. possess. vbi docto. & per Curt. Iun. in consi. clxviij. & dixi in tract. præsumpt. regula ij. versic. xxiij. &c. ad fin. & licet quoad perficiendam dationem in solutum requireretur arbitrium de quo ibi, tamen quoad apprehensionem non erat necessarium secundum verba instrumenti. Secunda est limitatio vt procedat suprascripta regula, quando iam adita esset hæreditas, & apprehensa possessio per hæredem. tunc enim mulier nō potest ingredi iure dotis suæ nō citato possessore, alias diceretur possidere cum vitio. Sed vbi hæres ipse non apprehendisset possessionem, iuxta leg. cum hæredes. de acquir. poss. videtur quòd liceat vxori eam apprehendere secundum Socin. dicto consilio cxxxj. & Deci. cons. ccxxxij. & consi. xl. & eundem Dec. in l. dotis. in fin. C. de collat. vbi videtur dicit, quòd mortuo marito, habet vxor quæ in domo reperit, intentionem bonorum pro dote, secundum Bart. in l. si filio. j. ff. solu. matr. Bald. in l. pen. C. de pigno. act. & istud † ius ingrediendi propria authoritate potest cedi alteri l. j. §. si. vbi doct. ff. de op. no. nunt. glo. & cum fundum. verb. postea de vict. & arma. Bur. l. iij. q. iiij. C. de pigno. & hoc maximè est dicendum in hypotheca dotali, quæ si competeret ex priuilegio, nihilominus transiret in extraneū, secundum Bart. in l. fundus. ff. solu. matr. & Bald. in l. j. C. de priuil. docto. Alex. in l. si verò. ff. solu. matri. multò magis in casu nostro. in quo competit non ex priuilegio, sed ex conuentione inita cum domino Ioan. Anton. vnde cessionarius iure hypothecæ illi cessæ est consilmandus in possessione, quamuis alias tenuta non valuisset, secundū Bal. in l. fundus, qui Lucij Titij. ff. de rescin. vend. Dec. consi. cxxxi. in fin. Curt. Iun. clxxxv. nu. iij. cum simil. Et hoc est dicendum

instrũ nostro, in quo testes do. Ioannis melius probant, & ex parte sua melius probatur, possessoriũ etiam per instrumenta publica, quam ex parte do. Ioann. Actor. qui deponunt in confuso, vt elegãter deductum est per dominos aduocatos, quorũ laboribus immorari aquiesco.

CONS. LXXXII. SVMMA.

1 *Iuramentum dolum ob non restitutam pecuniam, etiam qui non venditrix obstare.*

2 *Mulier asserens se maiorem natu, & emptor eius assertioni secutus contraxerit, & numerauerit pretium propter talem dolum, non est in integrum restituenda.*

3 *In minore falsum asserente præsumitur dolus.*

4 *Venditrix si à contractu vult recedere tenetur pecuniam emptori bonæ fidei restituere.*

EGo quidem vir clarissime, omnia ex voto tibi succedere vellem, nec quicquam est laboris, quòd non tui causa libentissimè subeam, quamobrem subripui de occupationibus meis aliquas horas, vt speciem controuersiæ tuæ perpenderem, duxique breuiter te admonendum, vt quid ipse sentiam, quidque in tui defensionem adducere debeas teneres. vale Biturigib. Aduersus hanc mulierem obstant tres exceptiones. Prima exceptio † iuramenti, quia in facto supponitur iurasse eam non contrauenire dicto contractui, quo casu quamuis minor esset obligaretur, iuxta authentic. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vend. nec aduersus eam dispositionem quæ in materia iuramenti loquitur, quicquam valent statuta, vel consuetudines laycorum, vt ibi not. omnes, & in ca. cum contingat. extra, de iureiur. Secunda exceptio est doli mali, quia cùm ipsa asseuerit se etiam maiorem natu, & emptor eius assertionem sequutus contraxerit, & numerarit pretium, propter talem dolum non est in integrum restituenda. lege, ij. C. si minus se maior. dixi. † & præsumitur dolus ipsius minoris qui falsum asseruit, secundũ glo. in l. iij. pen. in fin. eodem titul. quæ fuit & Azonis opinio, quam etiam sequitur Odofr. Oldr. Albe. de Ros. in dicta lege, iij. in fin. sed quia aliqui tenent contrarium, ex quo minor præsumitur nescire ætatem, pro tollenda ambiguitate esset formandus articulus, qualiter ista mulier sciebat ætatẽ suam, quia cauta & prudens. Item quia aliàs affirmauerat se talis ætatis minoris esse, &c. & vestigandum si reperirentur instrumenta ab ea confecta. Tertia exceptio est pecuniæ non restituendæ, tenetur enim † venditrix, si à contractu vult recedere pecuniam emptori bonæ fidei restituere, satisque est, si emptor probet se ei pecuniam numerasse, quia cum sint in bona fide præsumitur ea exstare, & ideò restituenda est, secundum Auge. l. vtrum. de peti. hæredita. quòd & Baldus tenuit in lege, j. C. si aduer. vendi. & Dec. l. certi condictio. §. quoniam si certi pet.

CONS. LXXXIII. SVMMÆ.

1 *Implendum priusquam agendum.*

2 *Etiamsi instrumenta habeant partam exceptionem ex forma statuti, admittitur tamen exceptio rei non traditæ.*

3 *Per solutionem fictam, dicitur probari possessio.*

4 *Acceptio pretij non facit præsumi traditionem rei ex parte venditoris.*

5 *Vna præsumptio tollit aliam.*

6 *Licet res aliena vendi possit, aliud tamen est in cessione actionum, proprietatis.*

BIraguus causa melior videtur. Primò, quia in instrumento venditionis est pactum, *Quòd dominus Aluisius teneatur ponere Biragum ad possessionem rei venditæ*, & non constat † quod posuerit, vnde Biragus non tenetur ad hoc. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & nisi ostenderit se adimpleuisse pactum sua, non potest obtinere, & ideo non solum debet probare se vendidisse, sed etiam tradidisse, secundum Bal. in l. ex prædijs. C. de euict. † vnde etiam si instrumenta habeant pactam executionem ex forma statuti, tamen admittitur ista exceptio rei non traditæ, vt est magis communis conclusio, in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. vbi per Alexan. quidem tenet consilio cxxix. in j. volum. Feli. in ca. cum Ioann. extra, de fide instrum. Dec. consilio cxix. cum simil. Nec obst. quòd dominus Daniel † soluerit fictum, vnde videtur probari possessio, secundum no. in ca. inter dilectos. extra, de fide instrument. in l. qui vniuersas. §. fin. de acqui. poss. cum simili. Quia respondetur, quòd fuit vnica præstatio soluta primo anno, ante perceptionem fructuum bonorum emptorum, vnde ex tali solutione non arguitur possessio bonorum sibi perdendi Aluisium venditorum, sicut nec † acceptio pretij facit præsumi traditionem ex parte venditoris dict. l. offerri. ita nec in casu nostro ista ficta, quæ succedunt loco pretij. Et notata in dict. ca. inter. & d. lege, qui vniuersas. procedunt in conductore, quia per solutionem ficti probatur possessio bonorum conductorum. Sed in casu nostro non tractatur de possessione bonorum conductorum in emphyteusim, sed venditorum. Non obstant aliquæ coniecturæ, quibus videtur probabiliter posse credi traditam possessionem, qualis est quod ipsi sunt domini iurisdictionis dicti castri, quòd bona illa semel sunt locata nomine ipsorum, per non habentem tamen mandatum, &c. Quia respondetur, ista non sufficere, & fortiores coniecturæ sunt pro Biragis, præsertim res litigiosa, & accusationes de possessione turbata, de quibus constat per publica documenta, † & vna præsumptio aliam tollit. lege, diuus. ff. de integ. resti. Secundò aduertendum est, respectu bonorum de quibus in cessione, quia ius adhuc est clarior, cum enim actiones essent fratris & fratrum dom. Aluisij, non potuit cedere, q. ipse nõ habuit, † quia licet possit vẽdi res aliena. lege, rem alienam. ff. de actio. empt. tamen aliud est in cessione actionum, quia actiones adhærent ossibus nostris, nec sine facto nostro possunt à nobis auferri. lege, quis ergo. ff. de pecunia & habetur in lege, ius nostrum. ff. de regul. vnde etiam ratificatio non faceret, vt contractus valeret ex tunc, sed solùm, vt valeret de nunc, secundùm Baldum in l. obseruari. §. potest. versi. circa secundum. ff. de offi. proconsul. & lega. & facit, quòd habetur in l. possessionem quorum. §. fi. ff. de acquir. poss.

CON-

CONSIL. LXXXIIII. SVMMÆ.

1 *Arbitrium ex causis reducitur.*
2 *Dolus præsumptus nunquam censetur remissus.*
3 *Quando arbitri excedunt formam compromissi, laudum adeò est nullum, vt ratificari non possit.*
4 *Qui vnum dicit, aliud excludit.*

QVia in hac causa copiosè & subtiliter allegatum fuit, per præstantissimos dominos aduocatos, ero ego tãtò breuior, vnde ad punctũ ipsum deueniendo, dico concedendum esse reductionem ad arbitrium boni viri ab isto laudo. Nec obstant verba † statuti, quæ valde generaliter & præcisè denegant talem reductionem, quia communis opinio videtur, quòd hoc non obstante, succurratur illi qui enormiter est læsus, propter † dolum præsumptum, qui nunquam censetur remissus, vt disputauit Dyn. in regula scienti. de reg. iur. in vj. quem sequuntur doctores in lege, quidam cùm filium. de verborum oblig. & licet loquatur Dyn. in pacto, tamen idem est etiam in statuto, per regulam legis, non verisimile. ff. de pact. & ita consulendo firmauit Comm. consilio. l. Fulgo. consilio cxx. & consilio cxxiiij. & satis probatur in lege, non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. per Bald. in lege, cum antea. C. de arbi. Aug. consilio clxxij. Anchara. ccviij. Roma. xc. Abbas xliij. inj. Anna. consilio xvj. Alexan. cxxxviiij. in vij. vbi tamen dixit, quòd iudex summariè priùs degustabit, an subsit iste dolus præsumptus, qui ex læsione re ipsa inducitur, quod in casu nostro satis apparet ex ijs, quæ deducta sunt per dominos aduocatos, & nos mox dicemus. Secundò, dico quòd statutum posset procedere, quatenus esset compromissum, secus vbi arbitri excessissent formam compromissi, id est, potestatem sibi à partibus datam, secundum dict. leg. non distinguemus. §. de officio. & ita consuluit Ludouicus Roman. consilio cxv. viso compromisso. in fin. per tex. l. scire oportet. §. vltim. de excusat. tutor. & glo. in clem. j. de sequestr. poss. & fruct. sequitur Dec. in ca. examinata. in j. de constit. vtil. vel inutil. vbi dicit, quod tali † casu Laudum adeò est nullum, vt ratificari non possit, secundum Roma. & Ang. quos ibi allegat, de quo per Soci. consilio lxx. Quòd autem excesserint facultatem sibi datam ex eo apparet, quia condemnauerunt patruum ad manutenendum, debitores verò assignatos in diuisionibus, nepoti suo cum ipsi de hoc nullam haberent potestatem, meritò Laudum est nullum, respectu istius capitis, per tex. in ca. cum dilectus, & quæ ibi habentur. extra, de arbit. per Barto. in lege, cum Aquiliana. de transact. Alexan. consilio cxxiiij. in ij. volum. & consilio lxxix. in v. Nec obstat, quod istud videatur esse connexum petitioni redditionis rationum, & potuerunt iudices arbitrari, etiam super connexis, quia respondeo, quòd periculum nominum debitorum, de iure non debuit spectare ad patruum tantũ, sed etiá ad nepotem, quia communis debet esse fortuna. l. si fratres. C. commun. vtriusque iud. l. hæredes. §. pen. ff. famil. ercis. per Bal. Saly. & alios in l. si familiæ. C. eod. titu. cùm ergo isti iudices adeunt periculum ad solum patruum pertinere, apparet manifesta læsio. Non ergo obstat fundamentum, quia respondetur plurib. mod. Primò, quòd bene connexum est dictæ redditioni rationum, quòd communis sit fortuna istorum nominum, quòd verò sit alterius tantum, istud non est connexum, sed potius aduersum, & repugnans, per supradicta. Secundò respondetur, quod ex verbis compromissi, apparet habitum hoc fuisse à compromittentibus pro separato, cum manutentio, debitorum solùm fuerit requisita respectu eorum qui assignati erant in prima diuisione, respectu verò istius sequentis, nihil fuit in compromisso dictum. Vnde succedit regula, ‡ qui vnum dicit, aliud excludit. l. cum prætor. de iudi. ca. nónne. de præsumpt. vbi per Feli. Tertiò respondetur, quòd an quid sit connexum, maximè consistit in arbitrio iudicis, vt dicitur in motiuis, & est glo. in ca. si ciuitas. de sententia excommunicata in vj. & habetur per Imol. in consi. cxxxix. sed certè bonus iudex, non debet arbitrari aduersus expressam dispositionem legis, quòd fortuna istorum nominum non sit communis, sed potiùs debet habere istud caput pro non connexo. Quartò respondetur, quòd non potest negari quin hac in re non sit probabilis dubitatio, & ideò debet iudex concedere reductionem, quia hoc neutri partium est onerosum l. prima in fin. ff. si quis caut. & quod ibi not. Paulus de Cast. & Iaf. post alios. Et hæc mihi videntur sufficere.

CONSILII LXXXV. SVMMÆ.

1 *Probationes de iustis intelligendæ.*
2 *Dicenti quid falsum esse incumbit onus probandi.*
3 *Quis non potest condemnari in crimine falsi ex sola suspitione.*

HOc statuti verba sunt, *Sodalis qui in fraude, vel dolo, vel aliquâ falsitate circà probationes, vel titulos per ipsum adductos conuictus fuerit, sit eo ipso omni iure, & commodo priuatus, &c.* Quæritur, an iste, † qui adduxit has secundas informationes suspectas inciderit in pœnam dicti statuti? & puto quod non, quia statutum procedit aduersus eum, qui conuictus fuerit, quòd verbum intelligitur, vbi crimen ipsum per testes, & alias probationes concludentes manifestatum est adeò, vt nullus sit tergiuersationi locus lege, indicasse. vbi dixi. ff. de verbo. signi. ca. cum ad sedem. de restit. spolia. vbi doct. Abbas Dec. & Moder. in ca. ad fi. clerici. in princi. extrá, de iudi. per Fulg. consilio cxxiiij. in ij. dub. In casu autem nostro non subest legitima probatio criminis, sed duntaxat suspicio. per Bart. in lege, admonendi. ff. de iureiur. productio enim illarum informationum non probat delictum istius qui exhibuit clausas, & sigillatas prout ad se delatæ fuerunt per monachos ex Hispania, vide etiam si essent falsæ, nihil ei obesset, nisi quatenus ex vsu obligaretur, iuxta l. iij. C. de fide instrum. cum l. seq. & ibi Bal. in fin. Et hoc maximè dicendum in casu nostro, in quo non constat dictas informationes esse falsas, imò verisimile est, quòd sint veræ, & onus probandi falsitatem † incumbit ei, qui dicit, quia sola suspitione non potest quis condemnari † in hoc crimine falsi, secundum glo. Baldus & Moder. in lege, iurisgentium. §. quod verò. ff. de pact. Alexan. consilio lxx. in j. volum. lxxiiij. co. pen. Et hæc mihi visa semper saniore iudicio.

CON-

CONSIL. LXXXVI. SVMMA.

1 *Instantiam non nisi in casibus currere.*
2 *A verbis statuti non est recedendum.*
3 *Ille cuius facto instantia lapsa est, in expensis condemnari debet.*

VIso processu toto, & statuto, & allegationibus doctorum vltrò, & citrò factis, non existimaui operæpretium diffusius scribere, quia id sufficienter factum est à primo consultore. Ideò paucis iudicium meum aperiam. Licet de iure cõmuni, vbi impedimentum superuenit ex facto aduersarij opponentis † exceptiones super quibus velit cognosci, vel petentis dilationes longiores, vel facientis examinari testes per literas subsidiarias, & similes casus, ipso iure non currat instantia acto ri, sed tales dies reparantur illi. l. intra vtile. ff. de mino. l. contra maiores. C. de inoffi. testa. vbi Bal. l. si pendente. C. de tempo. in integ. resti. per Perus. in c. ex ratione. versi. circa tertium. extra, de appel. tamen in casu nostro propter † verba statuti valde generalia, à quibus recedendum non est, quia excipit duntaxat duos casus, scilicet compromissi & inhibitionis, videtur, quod statutum præcisè sit intelligendum, nec recipiat interpretationem à iure communi, vt dicit Bal. in l. j. §. excipiuntur. in fi. ff. de fer. & ideò videtur, quod lapsa sit instantia, sed quia lapsa est facto rei, debeat reus † condemnari ipse in expensis. l. properandum. §. illud. in fi. vbi Bart. & Bal. Felin. c. venerabilis. in prin. extra, de iudi. prout eleganter fuit dictum per primum Consultorem. Et ideò transeo in eius sententiam: & cõcludo partes D. Capitanei, seu iudicis esse in hac causa, in pronuntiando benè fuisse iudicatum, & malè appellatum. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVII. SVMMÆ.

1 *Exceptione cedendarum actionum, creditorem à cõfideiussore repelli.*
2 *Acceptilatio est ficta solutio.*
3 *Creditor vbi inuitus potuit cogi ad accipiendum partem, tunc solutio non prodest alteri, secus si cogi non potuit, sed sponte accepit, &c.*

PRo domino Culia confideiussore facit, quia si creditor agat contra eum, obstabit sibi † exceptio cedendarum actionum: quia non poterit cedere actiones aduersus d. Ioan. Antonium confideiussorem, nec aduersus principalẽ, ex quo liberauit ipsum do. Ioan. Anto. per acceptilationẽ cùm tamen teneatur ad cedendum. l. vt fideiussor. l. cum is. ff. de fideiu. & si in consequentiam. d. Culia videtur libertas. l. Stich. §. pen. ff. de solut. per Bart. in l. j. & seq. §. si duos. ff. eod. titu. Nec obst. dõ ctr. Bar. in l. & per iusiurandum, §. si legatorum. ff. de acceptil. quia tex. ille non probat, nec recipit illam solutionem, vt ipse Bar. fatetur & contra illam glo. tenent Ange. & alii relati ibi per Alex. in apostill. & Areti. in l. ex duobus. ff. de duob. reis. per text. in l. iiij. §. nunc de effectu. & l. si quis reum. ff. de lib. leg. & idem tenet Raph. Fulg. in l. si cum exceptione. §. si quis. ff. de eo quod met. cau. Et in omnem casum Bar. debet intelligi prout se ipsum declarat, dum dicit quòd † acceptilatio est ficta solutio, & sic solutio potest fieri vni, ita quòd non proficiat alteri. l. in ijs. §. qui duos. ff. de sol. ita etiam acceptilatio. Et sic sentit Bar. quod vbi solutio facta vni non prodest alteri, ita etiam acceptilatio, & est propositum nostrum modo in hoc puncto Bar. met. in d. §. qui duos. ponit distinctionem, quod vbi † creditor inuitus potuit cogi ad accipiendum partem, tunc solutio non prodest alteri, secùs si cogi non potuit, sed sponte accepit, quòd est in casu nostro: quia isti fideiussores obligauerunt se in solidum & renuntiauerunt beneficio diuisionis & epistolæ diui Adriani, prout fit communiter in similibus instrumentis, vnde non potuerunt cogere creditorem, vt partem acciperet, qui cum volens acceperit, sua protestatio eum nihil adiuuat, secùndùm Bar. ibi. sed reiicitur, & valet acceptilatio. l. ex precario. ff. de prec. l. j. §. j. si vsusfru. pet. per Bart. in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccle. in fin.

CONSIL. LXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Præsumptio quandoque cõtrarijs præsumptionibus succumbit remissiuè.*
2 *In iudicio possessorio hæreditatis, infans à testatore non agnitus, non est pro filio habendus.*

ROgatus de sola subscriptione, non existimaui operæpretium disputare diffusiùs de intellectu d. §. defuncto, aut attingere † quibus præsumptionibus contrarijs succumbat præsumptio oriens ex d. §. defuncto. de quibus per Bal. in d. l. filium diffinimus. Capr. consi. xj. Castr. consilio clxxv. Super primo videtur. Anch. cõs. ccxxv. Ang. clxxxxj. cum similibus. Sed solùm dico, quod si lis est super † possessorio hæreditatis, prout mihi dixit procurator, casus est clarus, quod cum iste infans non fuerit agnitus à testatore, cùm & mater marito non denuntiauerit, iste in tali iudicio non est habendus pro filio, vt dicit Bart. in l. j. §. si cui ventrem. ff. de ventr. in spic. & sequuntur Docto. in l. transactione matris. C. de transact.

ANDREÆ

ANDREAE ALCIATI
IVRISCONSVLT. MEDIOLANEN-
SIS RESPONSORVM
Liber VII.

QVI AD IVDICIA CRIMINALIA INSCRIBITVR.

CONSIL. I. SVMMA.

1 *In generali conceßione non veniunt regalia.*
2 *Via publica eſt de regalibus.*
3 *Princeps non poteſt concedere vias publicas.*
4 *Princeps non poteſt alienare regalia in præiudicium ſucceſſoris, ſicut nec diminuere.*
5 *Dictio omnis eſt vniuerſalis.*
6 *Territorium eſt quid vniuerſale.*
7 *Confiſcationes ſunt de regalijs.*
8 *Contractus cum principe factus, ſapit naturam bonæ fidei.*
9 *In contractibus bonæ fidei cenſetur deductum quicquid eſt actum, licet non expreſſum.*
10 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
11 *Reſortus eſt ius primarum appellationum ad ſuperiorem.*
12 *Monachi ſunt capaces regalium.*
13 *Viæ publicæ quoad proprietatem, dicuntur regalia.*
14 *Via publica non dicitur de regaliis, ita quòd ſit de reſeruatis ſoli principi.*
15 *Princeps quando concedit iuriſdictionem alicui in dubio, non cenſetur concedere regalia, ex quo ſunt ſibi reſeruata.*
16 *Tranſactio non eſt interpretanda ex præſumpta voluntate Principis.*
17 *Præſumitur declarat mentem contrahentium.*



Acti contingentia viſa, & conſideratis diligenter meritis cauſæ, vertentis inter procuratorem fiſcalem Comitatus Veneſini, & venerabiles, priorem, monachos. S. Martialis, videretur prima facie procuratorem fiſcalem fouere iuſtiorem cauſam: nam præſupponitur quod aliquis commiſerit delictum in via publica. vnde dubitatur, ad quem ſpectet iuriſdictio puniendi. Et videretur, quod ad ſummũ Pontificem, qui cum ſit dominus dicti Comitatus, & non recognoſcat ſuperiorem, habet fundatam intentionem, & ius commune ſibi aſsiſtit. ca. dudum. vbi no. extra, de decim. ca. ad decimas. de reſti. ſpol. libro vj. & licet dicti monachi per inſtrumentum tranſactionis factum cum Comite Alphonſo, & Regina Ioanna prædeceſſoribus Papæ in Comitatu, & etiam per aliud inſtrumentum confectum anno 1441. oſtendant, omnem iuriſdictionem ad ſe pertinere, tamen talia verba nõ includunt regalia, quia† in generali conceſsione non veniunt regalia. c. quod translationem. extra, de offi. leg. no. And. de Iſer. & Bald. & Mod. in ca. vnico. quæ ſint reg. & facit text. in c. j. de capi. qui cur. vendid. & quòd no. Alber. de Roſ. in l. j. ff. de

A offic. eius cui. in fin. apparatus: clarum autem eſt, quod† via publica eſt de regalib. d. c. vnico. & nõ. Bart. & doct. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & facit rex. in l. Imperatores. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. ſeruitutes. vltima. §. pen. ff. de ſeruit. vnde cum delictum fuit commiſſum in via publica, & ſic in loco ipſius ſuperioris, ad eũ ſpectat punitio. Corroborantur ſupradicta, quia† etiam ſi Princeps voluiſſet in ſpecie concedere vias publicas, non potuiſſet: quia vt dicit Bal. in extrauag. de pac. conſtant. in verb. ſucceſſurum. † non poteſt Princeps regalia alienare in præiudicium ſucceſſoris, ſicut nec diminuere. l. ſi optio. ff. qui & à quib. man. faciunt not. per Bart. & Alex. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Sed his non obſtantibus contrarium eſt verius & ſic: quod iſti monachi habent iuriſdictionem etiam in præfato caſu. Et pro hac opin. moueor quinque rationibus, ex quibus apparebit, deducta in contrarium nõ obſtare. Prima ratio eſt, quia in tranſactione facta cum Comite Alphonſo fuit actum, quod ipſe Comes, & prior communiter haberent omnem iuriſdictionẽ voluntariam, & contentioſam, tàm ciuilem, quàm criminalem in dicto territorio, cum omnibus reditibus, & prouentibus ex dicta iuriſdictione prouenientibus communiter diuidendis, &c. nam iſta verba ſunt adeo generalia, quod comprehendunt etiam caſum noſtrum: tum quia† dictio, omnem, eſt vniuerſalis, vt dicit Bar. in l. quod Nerua. in j. q. ff. depoſit. Dec. conſi. lxix. & facit glo. no. in Clem. j. de foro compet. in verb. omnimodam: tum quia† territorium eſt quid vniuerſale. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſig. l. j. §. cũ vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. vnde cõprehendit etiam illa, quæ aliàs in ſpecie non potuiſſent concedi. l. in modicis. ff. de contr. empt. tùm etiam per illa verba, fructuum, & redituum, quæ ſunt valde prægnantia. argu. l. ſi quando. C. de bon. vac. libro x. & ita in terminis decidit conſulendo Paulus de Caſtr. conſilio cccexvij. incip. quod dicti reditus. in volum. j. ſecundum nouam impreſsionem, vbi per talia verba concludit, cenſeri conceſſos reditus ſalinarum quamuis aliàs ſint de regaliis, dict. ca. j. Secunda ratio eſt, quia (vt apparet ex lectura tranſactionis) in tali contractu agebatur etiam de communicandis Regalijs. nam ibi communicantur † confiſcationes, quæ tamen ſunt de Regaliis. † dicto cap. j. & de aliàs reſeruatis ſoli Principi. Item conceduntur quidam reditus vectigales, qui etiam ſunt de Regalijs. l. j. C. noua vectigal. & dict. cap. j. Vnde ſatis arguitur mens contrahentium, quod erat de communicandis Regaliis, vt in ſimili dicit Lud. Rom. conſilio xxvij. incip. vis tota. Dec. conſil. clxxxxvij. & facit, quia† iſte contractus, ex quo factus eſt cũ Principe, ſapit naturã contractus, bonæfidei, vt dicit Bald. in tit. de pac.

Con-

BIU Cujas

Constit. in verb. si quæ vero, & referunt Mod. in
9 §. actionum instit. de actio. † vnde in eo consetur deductum, quicquid est actum, licet non expressum. §. in bonæ fidei. vbi no. instit. de actio. Tertia ratio est, quia ipse Princeps reseruauit sibi caualcatas, & exercitum, & quosdam census, qui sunt de regalijs. vnde communicando cætera, videtur communicasse regalia, vt per Dec. dict. consilio
10 clxxxxvij. tum † quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pœn. leg. & istud procedit generaliter, vbi casus, de quo disputatur, potuit comprehendi sub generalitate concessionis, vt dicunt Mod. c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. declarantes doctrinam Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. leg. quod propriè est in casu nostro: quia illa verba omnem iurisdictionem in territorio, &c. sunt vniuersalia, vt suprà dixi, tum etiam, quia si regalia non fuissent communicata, fuisset superfluò facta illa reseruatio, quòd non est dicendum. arg. l. si quâdo. ff. de lega. j. & quòd no. Bal. in rub. C. de contr. empt. in ix. q. & istud etiam suadetur: quia (vt appa ret ex alio instrumento) fuit facta reseruatio de iure superioritatis, & resortus per viam appellatio-
11 nis, & non aliter. Est autem † resortus ius primarũ appellationum ad superiorem, vt dicit Guid. Pap. quæst. 518. incip. resortus. vnde per reseruationẽ superioritatis, in isto casu tantum, satis indicatur voluntas contrahentium, vt cæteris regalia spectarent ad ipsos monachos. vt firmat Roma. d. consil.
12 xxvij. & quod † monachi sint capaces regalium, probatur in c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. sign. glo. & feudistæ in c. j. qui feud. dar. poss. Quarta ratio est, quia licet text. in dict. ca. j. quæ
13 sint regal. dicat, quod † viæ publicæ sunt regalia, istud est verum, quod ad proprietatem: quia fundus ipse est principis, vt declarat Bar. in l. j. §. j. ff. ne quid in loco publ. & doct. in d. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. & melius per D. Barthol. Veronensem in tract. seruit. rust. in tit. de via
14 q. x. sed iurisdictio in † via publica non dicitur de regaliis, ita quod sit de reseruatis soli Principi. Imò vltio delictorum perpetratorum in via publica pertinet ad illos, qui habent circunquaque iurisdictionem. vt dicit Pet. Iac. in tit. de iurisd. libel. circa fin. vbi per sex rationes ita concludit. & idem tenet Solennis doctor Guid. Pap. in decision. Delphinal. q. dlxxvij. & idem satis vult Bald. in lege, si plures. C. de condi. insert. versic. sed hæc ratio non obst. & idem latius vult Veron. in d. tracta. q. xviij. & probatur ista concluſio per tex. in d. l. pupillus. §. territorium. vbi magistratus habent indistinctè iurisdictionem in agrũ suum, certè habẽt etiam si aliquid delictum fiat in via publica, non autem tunc recurrendum esset ad Principem, & facit etiam d. l. j. §. cum vrbem. Quinta,
15 & vltima ratio est, quia quando † Princeps cõcedit iurisdictionem alicui, in dubio, non censetur cõcedere regalia, ex quo sunt sibi reseruata, vt dicunt doct. in d. c. quod translationem. & in d. c. j. Sed ista ratio cessat in casu nostro: quia non sumus in materia concessionis, & sic quandò constat, Principem habuisse, deinde concessisse, sed in materia transactionis, in qua isti monachi prætendebant, omnimodam iurisdictionem, & superioritatem ad se
16 spectare, & deinde transegerunt. vnde ista † transactio non est interpretanda ex præsumpta voluntate ipsius Principis, prout fit in d. c. quod translationem. sed ex voluntate vtriusque. vnde cessat ratio doctorum in isto casu. Et tenendo istam par-

A tem, non obstat quædam, quæ adducuntur per ipsum dict. fiscalem in contrarium. Primò, quod Princeps non potuerit alienare Regalia: qui suprà responsum est, in omne casum ista concessio viæ publicæ non tendit ad magnam diminutionem status. vnde potuit concedi, vt dixit Bartol. in dict. lege, prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. & Socynus consilio vij. in iij. volum. Non obstat, quòd in præfationibus diceretur, quòd verteretur quæstio occasione iustitiæ dicti Castri,
B &c. vnde † præfatio declarat mentem contrahentium. lege, Titia. §. j. ff. de verborum obligat. causam transactionis. lege, si de certa. C. de transact. Nam respondeo, quòd illa præfatio satis concludit pro casu nostro, ex quo agitur de iustitia seruanda propter eum, qui deliquit in via publica, & quicquid sit, verba conuentionis sunt satis clara. vnde non est recedendum ab ista opi. & quoad secundum instrumentum transactionis confectum anno 1441. non est dubitandum, quin
C procurator fisci, præsertim cum consilio Carpentoratensi, potuerit transigere, per tex. in l. præses. vbi Mod. C. de transact. Et hæc omnia salua semper meliore consilio.

17

CONS. II. SVMMÆ.

1 *Verba debent intelligi secundùm mentem proferentis.*
2 *Interpretatione vitandam pœnam.*
D 3 *Qualitatem probandam.*
4 *Licitum est vnicuique contendere, vt sacium viuntegr probitate superet.*
5 *Honoris causam nullo pacto tractandam.*
6 *Causa honoris ipsi vitæ æquiparatur.*
7 *Difficillimum est iustum dolorem temperare.*



Reuisis placet mihi conclusio suprascripti domini Consultoris, q
E iste nobilis & magnificus dom. Bar. Pendalea, non inciderit in pœnas proclamationis, de qua agitur, per rationes in cõsilio eductas. Et quia satis ex processu apparet, quòd multa verba iniuriosa fuerant per aduersarium sibi dicta, & præterea quòd esset nobilis ipse & plus, vnde licuit Pendaleæ pro honore suo eum mentiri. l. quæ omnia. vbi Doct. de procur. Et cum mentitio illa potuerit esse dicta respectu vltimorum verborum. *Quod*
F *esset tam nobilis, &c.* vel etiam respectu primarum contumeliarum, declaratio, † cuius respectu facta sit illa mentitio pertinet ad ipsum Pendaleam: quia eius verba debent intelligi, secundum suam intentionem. lege, si quis intentione. ff. de iudic. declarat Bartolus in lege, is qui reus. ff. de public. iudic. & quæ notat Abbas in cap. dilecti. de iudic. per Dec. cap. consuluit ij. de appellat. Alexand. consilio lxv. in quinto volum. & deber fieri talis † interpretatio ad euitandam pœ-2
G nam, vt mentitio sit licita, vt relatio tali casu non fiat ad proxima tantùm, sed ad omnia, vt habetur in lege, si idem. §. fina. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. per Moder. in l. cum quidam. de liberis & posthum. Rursus pro hac opinione facit. quia verba proclamationis puniunt eum, qui dederit mentitam iniuriosam, non autem qui cum legitima & vrgente causa fecerit: vnde vt quis puniatur, oportet probari mentitionem esse iniuriosam: quia hæc † qualitas omninò est con-3

side-

sideranda. l. Fulcinius. §. j. quibus ex caus. in poss. cap. j. de homicid. lib. vj. vbi Ioan. Andr. in casu autem nostro, mentitio non est iniuriosa: quia si tu dicis, *Sum nobilis & probus sicut tu, & plus, & ego dicam, tu mentiris.* ista non est iniuria ex neutra parte, sed potius quædam honesta concertatio virtutis, & laudis, quia † licitum est vnicuique contendere, vt socium virtute & probitate superet, vt meritò tali casu nulla detur actio iniuriarum, secundum Luc. de Pen. in l. erat. q. iij. C. de castr. pec. lib. xij. quem refert & sequitur Aflict. in c. j. §. iniuria. nu. 87. de pace iur. fir. quæ decisio Lucæ, & Afflicti, licet in motiuis adducatur contra Pendaleam: tamen videtur, quod eum potius adiuuet, quia cum non sit iniuria, sequitur non verificari verba proclamationum. Non omitto etiam, quod ista causa † honoris, tractanda est mitissimè, & non arripienda in vtilitatem fisci, vt dicitur in l. j. C. de secund. nupt. nec hoc crimen à iudicibus in occasionem est accipiendum, vt dicitur in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiesta. cum à cura honoris proueneric, cuius † causa ipsi vitæ æquiparatur. l. iusta. ff. de manu. vindict. & subest excusatio propter calorem iracundiæ, ad quam ipse Pendalea fuit prouocatus, secundum no. per Bald. in l. si non conuicij. C. de iniur. Rom. sing. 508. volo, cum istud non sit crimen, secundum ius commune, sed duntaxat, secundum proclamationem; quæ tamen admittit excusationem, cùm difficillimum sit istum † dolorem temperare. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adult. & satis pœnarum dedit litigando, & processus instruendo, & tandiu sub iudice pendendo. argum. l. si quis diutino. ff. de pœn. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

A B C D

CONS. III. SVMMÆ.

1 *Delictum per Bononiensem in agro Placentino commissum, potest Bononiæ puniri, quia Bononia, sicut Placentia sunt subiecta summo Pontifici.*
2 *Consuetudo non nisi quatenus obseruata esse valet, quia est facti non iuris.*
3 *Consuetudo inhonesta, quæ aufert clericis securitatem, & est contra vtilitatem publicam, non debet trahi ad damnum ecclesiasticum.*
4 *Bona contumacium in crimine homicidij annotantur, & confiscantur.*
5 *Consuetudo quæ inducit hominem proniorem ad delinquendum, non valet.*

1 EX delicto, quod ciuis Bononiensis † in agro Placentino commiserit, clarum est posse eum etiam Bononiæ in loco patriæ puniri. l. j. §. j. C. vbi de cri. agi oport. l. relegatorum. §. sed nos. §. si quis. ff. de interd. & releg. Et cum subsint eidem domino, id est Rom. Pontifici, & sic vna sit bursa fiscalis, bona quę Bononię habere debebùt, secundum Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fide cathol. cum quo transeunt ibi doct. & per Alexand. consi. xxxj. & seq. in j. volum. Nec obstat consuetudo seu corruptela potius quæ aduersùs statutum Bononiæ dicitur inualuisse, &c. Nam respondeo, quòd ea non habet locum. † nisi 2
quatenùs probetur fuisse obseruata: quia est facti non iuris. l. vna est via. ff. de ser. rust. præd. Bartol. l. ij. §. si quis interdicto. de itine. actuque priua. Abb. c. quod transactionem. de offic. leg. Feli. in c. cum ex iniuncto. extra, de haereticis. portet ergò, quòd

probetur subesse etiam tali casu qualis est qui euenit. Primò non solum simplici homicidio, sed etiam assassinamento, per tex. in c. j. de homici. libr. vj. Secundò, quando tale delictum principaliter est factum contra personam ecclesiasticam, & quidem in dignitate existentem, licet ipse euaserit: quia talis † consuetudo non est trahenda ad damnum ecclesiasticum. c. fin. de vita & hone. cler. c. à nobis. j. de sent. excom. Ioan. And. c. fin. de immu. eccl. lib. vj. Et est communis conclusio & indubitata, maximè hoc casu, quo consuetudo est inhonesta, & aufert clericis securitatem, & est contra vtilitatem publicam. Tertiò, quando delictum est factum in territorio, vbi bona confiscaretur. nam sicut Placentinus confiscaretur Placentiæ si hic deliquisset, ita & vice versa, propter æquitatem tituli. ff. quod quisque iuris, & quod not. Bartol. consil. cxl. Alexand. consi. cxj. in vij. Deci. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Quartò, quia hoc casu statutum Placentiæ est conforme, etiam iure communi, secundum quod † bona contumacium in 4
crimine homicidij annotantur & confiscantur. l. fin. ff. de requir. reis, & est conforme etiam cum statuto Bononiensi, vnde debet trahi extra territorium, non attenta hac consuetudine. l. si quando. C. de bon. vac. lib. x. & per Barto. d. l. cunctos populos. Quintò, talis † consuetudo seu corruptela non valet, quia inducit hominem proniorem 5
ad delinquendum. capit. ex parte. vbi Abb. extra, de consuet. & Abb. in cap. j. de sterlis.

CONS. IIII. SVMMÆ.

1 *Actore non probante Reus absoluitur.*
2 *Testes falsi nihil probant.*
3 *Falsus in vno, est falsus in omnibus, ita quod in totum fides illi abrogatur.*
4 *Legis præsumptio est quod castra sequantur deditionem ciuitatis.*
5 *Testes singulares non probant.*
6 *L. si quando. C. unde vi restringi.*
7 *Iuramentum quod præstatur ex dispositione l. si quando est iuramentum veritatis.*
8 *Iuramentum veritatis non debet deferri ei, qui verisimiliter ignorat veritatem.*
9 *Iuramentum veritatis non defertur, nisi contra eum, qui sit in dolo.*
10 *Iussu iudicis regulariter excusat à dolo.*
11 *Fugitiuus non est vlterius perquirendus.*
12 *Rebelli spoliati remedia denegari.*
13 *Subditi deberent parere dominis, nec aliter inquirere de iustitia præcepti superioris.*

LIcet subtilia fuerint argumenta deducta contrà Butium: tamen arbitror, eis non obstantibus, pro eo pronuntiandum esse, & id pluribus rationibus. Prima est: quia † actore nõ 1
probante, reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. Sed testes † falsi nihil probant. l. eos. ff. de fals. 2
& † falsus in vno, est falsus in omnibus: ita, quod 3
in totum fides illi abrogatur. c. pura & simplex. ij. q. ix. & est communis opi. in l. si ex falsis. C. de transact. in c. fraternitatis. vbi Fel. de hæret. quòd autem testes Luyni sint falsi, aperte ostenditur. Nam super secundo capit. omnes dicunt, quod die xxiiij. Septembris anni 1515. Heluetij erant domini dictæ Vallis Traualliæ, quòd est falsum, & falsitas ostenditur primò ex testibus Butij. Secundò, quia die xix. eiusdẽ mensis ciuitas Mediolani

BIU Cujas

ſe ſubdidit Regi Francorum: vnde idem eſt dicendum de dicta valle, quæ eſt de comitatu Mediolani: † & præſumptio legis eſt, quod caſtra ſequantur deditionem ciuitatis. §. fin. inſtit. de ſatisd. Roma. conſi. cclxviij. incip. præſens caſus duplicem. in princ. Tertiò, quia ex dictis ipſorum teſtium apparet, quod tempore, quo pugnarum fuit ad Sanctum Donatum, & ſic de dictis diebus 15. & 16. d. Franciſcus accepit dictas res, & detulit in domũ comitum Ruſconum, vt illam inſtrueret: vnde euidenter apparet, quod tunc Heluetij non erant domini vallis: quia tempore Heluetiorum, Comites non habitabãt domum, nec veniebant in vallem, nec eſt veriſimile, quod, ipſis Heluetiis exiſtentibus dominis, quiſquam pro Ruſconis auſus fuiſſet talia facere. Quartò, quia ex dicto tertij teſtis & quinti, apparet, quod Margareta dabat Comitibus res illas, dum ſibi do. Franciſcus dixiſſet, quod accipiebat pro Comitibus, quòd minimè feciſſet, niſi fuiſſent domini. Secunda ratio eſt, qa non eſt per teſtes probata certa quantitas rerum: imò ſunt † ſingulares, vnde non probant. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Nec obſt. quod ſatis videtur probata violentia, vnde debet dari iuramentum in litem ipſi vim paſſo. l. ſi quando. C. de vi. c. ſuper eo. extra, quod met. cau. Nam reſpondetur quod ex dictis omnium teſtium apparet, qualiter Luynus erat abſens, quando Butius fecit abſportari illas res: vnde cum † neſciat, quid fecerit abſportari, non poteſt illi deferri iuramentum, ex quo non eſt veriſimilior informatus, vt dicit Bald. in c. j. per illum text. ſi de inue. inter do. & vaſ. lis oria. & in terminis. d. l. ſi quando. idem Iaſ. in l. admonendi. in repet. & pro hac opin. eſt ratio euidens: nam tale † iuramentum, quod præſtatur ex diſpoſitione d. l. ſi quando. eſt iuramentum veritatis, vt dicunt ibi omnes, ergò non † debet deferri ei, qui veriſimiliter ignoraret veritatem, glo. in l. bonæfidei. C. ſi cert. pet. Bene fateor, quod ſi conſtaret Butiũ totam domum euacuaſſe, fortè eſſet ſecùs: ſed cũ teſtes dicant, niſi de certis rebus particularibus, quarum reſpectu etiam ſunt ſingulares, nõ video, quomodo poſsit tali iuramentum deferri. Secundò reſpondetur † q, tale iuramentum nõ defertur, niſi contra eum qui ſit in dolo, & in tali materia lata culpa, vel ẽt dolus præſumptus non ſufficeret, vt concludit Iaſ. poſt alios in d. l. ſi quando. ſed Butius non eſt in dolo: quia propter literas Comitũ excuſatur à dolo. l. agitur. §. fin. ff. de lib. cau. glo. in l. j. in fi. ff. de abigeis. cum concord. præſertim cũ ſit iuſſus † iudicis, qui etiam aliàs regulariter excuſat, vt per doct. in regula iuris, q, quis mandato. de reg. iur. in vj. & licet q̃q; talis iuſſus ñ excuſet à lata culpa, tamen in diſtinctè excuſat à dolo, vt vult Bar. & Iaſ. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſ. vñ non eſt dubium tale iuramẽtum nõ poſſe deferri. Nec obſt. quædam, q̃ adducuntur contra literas, tanq̃ non ſit ſeruata earum forma, dum in eis dicitur q̃ deberet requirere Luynum, & petere d. bona, & tamen non requiſiuit, nec interpellauit neque iudicialiter, neq; extraiudicialiter. Nam reſpondetur, q, ex quo Comites ita ſcripſerant, vt inſtrueretur domus, ad quam ſequenti die erant venturi, ex qualitate negotij ſatis apparebat, q, nolebant rem deduci per litigia, ſed ſimpliciter requiri ipſum Luynum, vt ſtatim daret illa mobilia, vnde cũ Butius iuerit in domum ipſius, & non repererit, ſatis dicitur impleuiſſe mandata: quia per Butium nõ ſtetit, quin admoneret, ſed per ipſum Luynum, q, aufugit: vnde ſibi imputet. l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. & quia † fugitiuus non eſt vlteriùs perquirendus. l. j. vbi Bar. C. de aſſeſſ. Item ſatis poteſt dici monuiſſe eum, qui monuit eius familiam ſeu vxorem, quia (vt apparet ex dictis, & depoſitionibus teſtium) Butius ſemper dixit Margaretæ, q̃ volebat illas res pro ipſis comitibus. Nec etiam obſt. quod non conſtet illas literas emanaſſe ante, quãres illæ auferrentur: quia dico iſtud præſumi. arg. l. merito. ff. pro ſoc. & eſt doctr. Bar. in l. non ſolũ. §. ſed vt probari. ff. de oper. no. nunt. Et etiam probatur ex tenore literarum, quibus mandatur, vt parent domum: quia erant comites venturi: & teſtes dicunt, q, abſportauit iſtas res pro inſtruenda domo comitum, antequam ipſi venirent. Tertia principalis ratio eſt: quia iſte Luynus erat rebellis ſtatui, ex quo tractauit cum Heluetiis, vt auferrẽt dictam vallem à duce Mediolani, reſpectu directi dominij, & à comitibus, reſpectu vtilis & feudi, vndeſtantibus decretis ducalibus, ipſo iure abſque alia condemnatione eius bona erant publicata, vnde licuit † cuilibet, ei auferre, & talis non poteſt implorare auxilium aliquod, nec d. l. ſi quando, nec per actionem vi bonorum raptorum, vt etiam ſentit Alexã. in d. conſi. ciij. in j. Et ex his infertur, quod etiam dato, q, probatum eſſet aliquas res particulares fuiſſe ſibi ſubreptas: non tamen poteſt contra Butium obtinere, tum quia erat rebellis, & potuit impune offendi, tùm quia Butius fecit tanquam procurator, & mandatarius Comitũ: quo caſu contra eum debet poſſe agi gloſſ. in l. in rem. §. tignum. vbi Bar. & cæteri. ff. de rei vendi. Bald. l. non eo minus. C. de accuſ. Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. cum ſimilib. † præſertim cum Comites eſſent domini, & ipſe ſubditus: quo caſu debuit parere: nec aliter inquirere de iuſtitia præcepti ſuperioris, vt habetur per Cyn. in l. reſcripta. C. ſi contra ius.

CONS. V. SVMMÆ.

1 *Iudicium probatur per teſtes deponẽtes de fama, quæ ſama, quoties eſt veriſimilis, facit indicium ad torturam, & etiam ſemiplenam probationem.*
2 *In foro canonico ad veritatem facti magis attenditur.*
3 *Epiſcopi & metropolitani procedunt amiſſo articulo famiæ.*
4 *Indiciorum genera.*
5 *Coniectura non leuis capitur ex qualitate perſonæ.*
6 *Saraceni naturaliter ſunt hoſtes Chriſtianorum.*
7 *In crimine hæredis proceditur, ſi vel minima adſit ſuſpitio.*
8 *In criminibus enormibus, poteſt inquiri etiam fama, vel indiciis non præcedentibus.*
9 *In delictis enormibus non ſeruantur ſolennitates iuris.*
10 *In crimine læſæ maieſtatis iudex poteſt inquirere non præcedente fama, vel indiciis.*
11 *Quod licitè factum eſt, pœnam non meretur.*
12 *Non præſumitur iudicem exceſſiſſe modum in danda forma, ſed præſumptio eſt in fauorem ipſius iudicis.*
13 *Pœna in cauſis criminalibus regulariter ſunt arbitrariæ ipſi iudici.*
14 *Iudex poteſt minuere pœnam, ſi ſibi ita videbitur, ex aliqua cauſa.*
15 *Percuſſio in maxilla cenſetur atrox iniuria.*
16 *Nimius dolor eſt cauſa minuendi pœnam.*
17 *Nobiles pro homicidio iure communi ſolum deportantur.*
18 *Duces ſeu magiſtri militum de captis in bello, non tenentur conficere inuentarium.*
19 *Duces ſeu magiſtri militum, poſſunt de bonis captis ex præda donare militibus, & benemeritis.*

20 *L. ff. qui prædam ad l. Iul. pecul. declar.*
21 *Transfugij indicia.*
22 *Infideles facilè præsumuntur ad suos transfugere.*
23 *Contrà fugientes fuga est magnum indicium.*
24 *Deprehensi in flagranti crimine, possunt capi, & puniri.*
25 *Tormenta bellica, & Bombardæ, prohibentur ad infideles transportari.*
26 *Procuratori licitum est etiam contra mandatum domini agere ex causa superueniente, quam Dominus ignorauit.*
27 *Tractatoriæ quænam sint.*
28 *Fundans intentionem suam in consuetudine, debet eam probare, cùm consuetudo sit facti.*
29 *Consuetudo vnius loci, non extenditur ad alium locum.*
30 *Capta in bello capientium fiunt.*
31 *Iuregentium licitum est mihi rem meam, etiam arte, puta furto, vel dolo recuperare.*

MVltæ oppositiones aduersùs illustrem do. Franciscum de Tonar præfectum, Castellanumq; castri Guletæ, generalemque Ducem adductæ sunt, per fiscum Cæsareæ maiestatis adeò, vt quinquaginta, & nouem sint huius accusationis capita. Sed pleraque eorum, & quæ nullo negotio ex seipsis dissoluuntur, vt mihi operæ pretium visum non sit, de eis verba facere: insistam itaque circa ea, quæ maiorem dubitationem habere videntur. Et in primis obijcitur, q̃ absque informatione & non præcedentibus indiciis retorqueri iusserit Mahumum macellarium nomine Bucar, qui ex tormentis est mortuus, respondeo & dico, q̃ imò suborant sufficientia indicia, q̃ Bucar admoneret infideles de omnibus quę gererentur in Gu-
1 leta. Et in primis † indicium probatur per testes deponentes de fama huius rei, quæ fama quoties est verisimilis, facit indicium ad torturam, & etiam semiplenam probationem saltem † in foro can. in-
2 quo ad facti veritatem magis attenditur secundũ doct. in c. veniens. j. extra, de testib. Gandinum in tract. de quæst. Guid. de Suz. in simili tract. rub. qualiter reus subiiciat torturæ in j. quod est indubitanter tenendum. quotiès subessent etiam adminicula, put in casu nostro. Nec videtur, q̃ sit opus, quòd prius quidem cognoscat super articulo infamiæ: quia licet inferioribus iudicibus hoc non permitteretur, tamen in isto Duce belli, non videtur fuisse necessariũ, sicut nec in episcopis, & Me-
3 tropolitanis, qui procedunt in tali articulo, secundùm glo. in c. ij. de accusat. in vj. Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. Ang. de Are. tract. male s. in princ. Et licet aliqui contradicant in ordinariis: tñ in illustribus, & maioribus magistratibus, sicut sunt Duces belli, & locum tenentes Cæs. maiestatis, hoc videtur certissimum. nullus. Cad. l. iul. mai. vbi Bal. Fel. c. cùm oporteat. de accusationibus. And. in c. olim. de accu. vbi generaliter idem tenet in quibuscunque iudicibus, qui non tenentur fortiare ordinem iuris. Confirmatur † dictum indicium ex eo, q̃
4 constabat, q̃ mancipia hostis Cæsareus, bona ipsius Bucaris in Tuneto conseruabat illæsa, cùm cæterorum deferret, quod argumentũ est non leue secretæ amicitiæ, & tacitæ intelligentiæ, q̃ habebat, vt scribit Tit. Linius historiarum lib. xxij. & Corn.
5 Tacitus lib. vlt. ad fi. Non leuis † quoque est coniectura, quæ ex qualitate personæ accipitur, q̃ iste Saracenus & infidelis, clam cuperet recte esse consultum Saracenis potius, quã fidelibus, ex † quo naturaliter sunt hostes Christianorũ. c. in nonnullis
7 extra, de iudæ. Et sicut videtur, q̃ † in crimine hæresis procedatur, si vehemens suspicio subsit, quia quis discrepet à communi conuersatione. eo excommunicamus. §. adijcimus. vbi Flor. & Io. de Ana. extra, de hær. ita etiam dicendũ † in crimen. 8
enormib. puta læsæ maiestatis seu perduellionis, in quibus † inquiri etiam fama, vel indiciis non præcedentib. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. l. j. C. de fal. mone. quia † in talibus delictis non ser- 9
uantur solennitates iuris secundùm Inn. in c. cùm omnes. de cons. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de iis, qui no. infa. Et pro hoc facit rex. in extrauag. ad reprimendum. † vbi per iudicem in- 10
quiri in crimi. læsæ maiestatis, quamuis non præcedente fama, vel indiciis, vt ibi per Bar. in vltima inquisitione. Cum ergo subsint indicia, & confessuræ, potuit dictus illustris procedere ad torturã: quia lex hoc relinquit arbitrio ipsius iudicis. l. iij. §. eiusdem quoque principis extat rescriptũ. ff. de testib. per Bar. in l. ij. ff. de quæst. Alexã. consi. lxij. in ij. vol. & si contingat, q̃ iste subiectus quæ-
C stioni deficiat in tormentis, hoc tamen non imputatur iudici, nec iudex ad aliquã pœnam tenetur, quia licitè fecit, & † licitè factum nõ meretur pœ- 11
nam, secundùm Iac. de Are. & Cyn. & Bal. in l. Græchus. C. de adul. & quod not. Bar. in l. quæstionis. ff. de quæst. nisi probaretur q̃ iudex dolo, vel culpa excessisset modum, vt habetur diffuse in tract. Francisci Brun sub rubr. de pœn. & tormentis. nec 12
præsumitur autem iudex excessisse modum, sed præsumptio, est in fauorem ipsius l. ij. C. de off. ci-
D ui. iud. vbi quod non arbitramur. per Bald. in l. j. in fin. C. ne quis in sua cau. in quinto cap. quo dicitur præfatum illustrem dominum Franciscum nõ puniuisse competenter Bernardinum de Hinojosa, reum homicidij perpetrati in personam Io. Cantero. Et sciendum est, quod † regulariter pœnæ in 13
causis criminalibus sunt arbitrariæ ipsi iudici. l. hodie. ff. de pœn. & † potest iudex minuere pœnam, si 14
sibi ita videatur ex aliqua causa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui not. infa. & quod not. Dec. in c. constituit. j. in fin. de appel. causa verò minuẽdi fuit probabilis propter iustum dolorem Ber-
E nardini, q̃ fuerat in maxilla percussus, quæ atrox 15
censetur iniuria, kaut facta. §. qualitate. ff. de pœn. Et q̃ † minus dolor sit causa minuendi pœnam, fir- 16
mat Bar. in d. §. pœna grauior. per rex. in l. j. in fin. ad l. Com. de sicar. Et quia manserat incarceratus per octo menses. l. si diutino. ff. de pœnis. Et quia fuerat de hoc rogatus ab equitibus ob gaudium victoriæ. arg. l. j. C. publ. lætit. lib. xij. & quæ habẽ-
F tur in l. iustissimos. C. de offic. recto. prouin. Vnde satis videtur iste punitus, qui missus fuit deinde in exilium, cùm esset nobilis genere, & † iure nostro 17
nobiles pro homicidio solum deportantur. l. iij. §. legis Corneliæ. ff. ad l. Com. de sicar. in vij. c. in q̃ dicitur, quòd Ioannes Fernandi, & eius vxor mãdato dicti illustris fuerunt sorti absque indiciis, respondetur, q̃ imò subessent indicia, vt apparet ex processu facto in Guleta, quæ indiciorum qualitas maximè pendet ab arbitrio ipsius iudicis, secũ-
G dum Bar. in d. l. ij. ff. de quæstio. Nec obstat q̃ videatur iste illustris in propria causa ius sibi dixisse: quia hoc est falsum: cùm enim causa esset criminalis, & pœna tenderet ad vindictam reipublicæ, cẽ-ferur causa aliena, non autem propria: & ideò, si non fit recusatus, potest cognoscere l. si quis fortè. ff. quos. ff. de pœn. milites agrum. §. ij. reuerẽ-dere militi. Fateor tamen, quòd si recusatus fuisset tanquam suspectus, quòd tunc non potuisset iste illustris eos punire, quamuis crimen fuisset no-

torium: dum tamen pœna fuisset illi arbitraria secũdum Abb. in c. proposuit. in fi. de appellat. Are. in c. cũ P. de accusat. Sed in casu nostro videtur cessare omnis difficultas, quia probatum est, q; ipse illustris non processit ad torturam, sed Alguazirius qui mandauerat, vt pro habenda veritate procederet, vnde cessat omnis suspitio secundùm Petr. & Cyn. in lunica. C. ne quis in sua causa. per text. in auth. si verò contigerit. C. de iudic. & in authen. of feratur. C. de lit. contest. & habetur per Abb. & doct. in c. fi. extra, de iudi. In 16, & 17 quæ imputatur illustri D. Francisco, q; acceperit omnia bona Regis, scilicet aurum, argentum, pecunias, quę in tentoriis erant, & nullum de eis confecerit inuentarium, in quo est sciendum, q; † de iure non reperitur, q; Duces exercitus teneantur ad conficienda inuentaria, sed talis cura olim pertinebat ad quæstores: deinde videtur pertinuisse ad prouocatorẽ Cæsaris de quib. in l. j. in fin. ff. de offi. procur. Cæs. ipsi verò † Duces, seu magistri militum possunt de bonis captis ex præda donare militibus & benemeritis iuxta l. fin. §. simili. C. de don. & l. fin. §. hãc rationem. ff. de bon. dam. vnde cùm possint donare, non est ab eis exigenda scrupulosa ratio. h. cùm oportet. §. ne autem. vbi Bald. C. de bon. quę liber. sicut quæ per inuentarium demonstrari solet. l. cũ plures. §. pen. de admini. tut. Et cũ nullus dolus ipsius illustris arguatur non est contra eum locus probationibus priuilegiatis, sed oportet præcisè probari, quid, & quantum ad eum peruenerit. iux ta no. in c. fin. extra, quod met. cau. in l. si quando. C. vnde vi. In casu aũt nostro nihil constat, q; ad ipsum illustrem D. Franc. imò potiùs præsumptiones sunt in contrarium, cùm satis constet per testes, q; dictus Rex non erat pecuniosus, sed oppressus ære alieno, & q; mulieres, & famuli ipsius fugerũt ex tentoriis cum rebus dicti Regis, postquã intellexerunt eum fuisse debellatum, & quia non est verisimile, quod Rex haberet in tentoriis aurum & argentum, sed potius super camelis, qui erant onerati, & qui abducti fuerunt. In cap. 17. quo imputatur illustri do. Francisco, q; merces, aliasque res Regis è naui extraxerit, & quidem absque inuentario, patet ex suprascriptis: responsio, quia non tenebatur dictus illustris ad cõfectionem inuentarij: & quia in casu nostro probatum est, q; naius ipsa erat hostilis Cenagæ Saraceni. vnde iure belli potuit capi. c. si episcopus. de suppl. neglig. præl. lib. vj. & res videntur effectæ capientium, secundùm reg. l. j. in princ. de acq. pos. vbi doct. & in olius militare. ad fin. j. distin. Nec obstat, tex. in l. is, qui prædam. ff. ad l. iul. peculatus. quia † procedit, prout loquitur in priuato qui prædam ab hostib⁹ captam surripiat, non in duce belli qui habet facultatem ex ea remunerandi milites. d. c. militare. d. l. fin. §. simili. Item procedit in eo, qui subripiat prædam, in casu verò nostro non est subrepta. Et licet confectum nó sit inuentarium solennitã facta est annotatio, seu descriptio ipsorum bonorũ, quæ habet vim inuentarij, vt non possit dici deceptus fiscus. l. fin. ff. de bon. auth. iud. poss. vbi doct. in c. xix. obiicitur q; captiuos fecerit quosdã Mauros in biremi, respondetur † quòd cum essent infideles, & fugerent, fuit probabilis præsumptio, q; essent transfugæ & quod ad hostes transire vellẽt, cui delicto iure nostro, pœna est capitalis. l. iij. & §. is qui volens. ff. de re milit. l. fin. C. quando lice. vnicuique quòd præsumendum erat. Primò † ex qualitate personarum propter vitium originis, quia Mauri, & infideles qui facilè præsumuntur ad suos transfugere. arg. l. quod si nolit. §. qui mã cipia. ff. de ædil. edict. Secundò, quia fugiebant † & fuga facit magnum iudicium contra istos. l. lege Corn. ff. ad Syl. l. qui sit fugitiuus. ff. de ædil. edict. vnde potuerunt capi impunè. imò suspitio fuga excusat capientes, perinde ac si iam illi fugissent. per glo. in l. penult. vbi Bald. C. de pignor. actio. Tertiò, quia furtum faciebant abducendo naues, & res in ea contentas. vnde tanquã † deprehensi in flagranti crimine potuerunt capi, & puniri ut defensores. iij. C. de def. ciuit. vbi Alber. post Gandin. in tract. malefic. quem ibi refert. Quartò, quia isti se armis defenderunt, & vnum militem vulnerauerunt. vnde satis arguitur hostilis animo. l. j. l. ij. C. quando lic. vnicuique. l. itaque. in fin. ff. ad l. Aquil. Quintò, ex genere rerum, quas auferebant, videlicet † tormenta bellica, & bombardas. & huiusmodi, quæ prohibentur ad infideles transportari, iuxta tex. in c. ita quorundam. extra, de Iudæis: & (vt dixi) satis est, quod essent in præparatiõe hoc faciẽdi: licet adhuc in actu nõ essent, secundũ glo. in d. l. pen. & quę ponit Hyppol. Mar sil. in l. j. in princ. ff. de quæst. & gloss. in d. §. & is qui volens. cum similib. In xx. cap. imputatur ipsi illustri, quòd bellum mouerit contra Hamidam absque mandato Cæsareæ maiestatis, sed ad hoc respondetur, quòd cum Hamida fuisset rebellis patri, & regnũ Tuneti occupauisset, fuit compulsus ipse illustris ad bellum tanquam prouocatus, & se defendens, quæ defensio permittitur, & censetur comprehensa in mandato, quamuis generalis Cæsareæ maiestatis, pro ea quæ habentur in l. vt vim. ff de iustit. & iur. Item respondetur, quòd imò ipsi illustri fuit data licentia, & facultas, vt apparet ex literis Cæsareæ maiestatis in processu productis. Item dicitur, quod causa, quam mouit, fuit ipse illustris ad bellandum, eum excusat, cùm superuenerit postea † & licitum est procuratori, etiam contra mandatum domini agere, ex causa superueniente, quam dominus ignorauit, vt est text. in l. si hominem. ff. mandat. per quem text. multas decisiones congerunt Ludo. Rom. & Andr. Sicul. in rubric. C. qui admit. Felin. in capit. j. de constitu. cap. de cætero. de re iudic. cum similib. In xxij. cap. constituitur. circa prædictam criminationem, quòd bellum gesserit contra Hamidam sine voto capitaneorum Guletæ, & quod vocauerit Arabes in fauorem Hameti: satis apparet responsio ex supradictis. & quia euidens vtilitas Cæsareæ maiestatis fuit, quod potiùs Abdemelech regnum Tuneti obtinuerit propter oppida, quæ renuntiauit, videlicet Carthaginem, Vticam, & quædam alia commoda, quæ redundabunt in magnam vtilitatem Cæsaris, & constat de voto Capitaneorum Guletæ, ex schedula manu eorum subscripta. In xxv. cap. fit eadem oppositio, quæ facta est suprà. in capit. xvij. & ideò respondendum est, vt ibi. In xxx. cap. obiicitur de captura Maurorum vltrò venientium in Guletam, & portantium cibaria pro victu militum, ad quod respondetur, quòd solum capti fuerunt exploratores, & qui non habebant signum constitutum per ipsum præfectum: tali enim tempore propter periculum imminens cautiùs fuit agendum, & constituta sunt signa, vt possent discerni proditores ab amicis. vnde qui veniebant absque signo legitimè capi potuerunt, & videntur huiusmodi signa in iure nostro † tractatoriè appellari rubr. C. de tract. libr. xij. & l. ij. C. de desertor. eod. libr. In xxxj. cap. super quinta parte prædæ, quam præten-

tenditur ad regiam curiam pertinere? respondetur, quod fundamentum huius imputationis stat in consuetudine, quod consuetudo sit, vt quinta pars eorum captarum ad regiam curiam pertineat, quæ consuetudo non est probata; & ideò frustra de hac disputatur: fundans enim intentionem suam in consuetudine debet eam probare, & eam consuetudo sit facti, vt habetur in l. de quibus ff. de legib. & est text. in capit. j. ibi, cum sint facti, de constit. lib. vj. cum simili: & consuetudo loci non extenditur ad alium secundum Bar. in l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priuato. cum concor. Ias. p. d. l. de quibus. & ideò oporteret probare, quod talis consuetudo fuisset Tunetij, quæ probatio est impossibilis: aliàs standum est regulæ iuris gentium, de qua in l. j. ff. de adquirend. possess. quod † capta in bello efficiantur capientium, cum declaratione tamen, de qua ibi per doct. vt dixi supra c. xvij. Et in omnem casum non constat, quod nec quinta, nec pars aliqua peruenerit ad dictum illustrem, &c. In lx. cap. obiicitur de octingentis, & septem ducatis inuentis in marsupio, &c. respondetur, duobus modis. Primò quod iure belli fuit ea pecunia capta, & in bello accepta, vnde nihil ad fiscum. d. l. j. de acquirend. possess. Secundò dicitur, quòd dicta pecunia erat Arisi Iudæi, qui erat debitor ipsius illustris, & licuit ipsi illustri eã pecuniã in bello captã retinere, & sibi ipsi soluere: & licet aliàs cõpensatio nõ admitteretur, tamen cum ipse Arisus nihil peteret, hæc exceptio videtur admittenda, maximè inter milites, cum quibus secundum ius gentium agitur, quo iure licitum est mihi rem meam, etiam arte, puta furtiuè, vel dolo recuperare. glos. cap. ius gentium. j. distinct. cap. olim. j. de restit. spol. vbi Abb. in fin. Summa Angelica. verb. furtum. versic. iij. & seq.

CONS. VI. SVMMÆ.

1 *Licitum est propria authoritate, & quibuscunq; artibus quod suum est recuperare, quando alio modo non potest quis, quod suum est consequi.*

2 *Licitum est vti insidiis aduersùs hostes pro recuperatione rerum suarum.*

3 *Aduocatus si habet iustam causam, licitè potest aduersarium suum decipere.*

4 *Creditor quando non potest aliter id, quod sibi debetur recuperare, potest etiam furtiuè sibi satisfacere.*

5 *Dolus cum dolo compensatur.*

6 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*

7 *Episcopus si præcipit sub pœna excommunicationis, quod qui habuit aliquid de bonis Titij, tentatur reuelare, & ego cum essem creditor d. Titij furtiuè mihi satisfecerim, non tenetur reuelare, nec incidit in pœnam.*

8 *Qui confitetur se occidisse ad sui defensionẽ, debet probare quod occiderit pro defensione, aliter stabitur confessioni suæ, quod occiderit.*

9 *Reus confitens se occidisse ad sui defensionem, non potest puniri pœna mortis.*

10 *Si quis deprehenditur cum aliqua, & aduersus fiscum agentem de stupro, alleget se eam desponsasse, creditur tali assertioni ad exclusionem fisci, & venit absoluendus.*

11 *Si iudex inquisiuit contrà aliquem de furto, & reus alleget se fecisse voluntate domini, & Dominus idem fateatur, reus est absoluendus, si dicta confessio sit verisimilis, vt*

quia non singulorum, sed totius populi est.

Magna præsumptio inde colligitur ex qualitate personæ.

19 *Ex visis retrò transactis, præsumitur etiam de præsentibus.*

20 *Lex sicut contra fugientes præsumit, ita præsumit etiam in aduentum boni suspicatur.*

21 *Verba plerunq; mentiuntur, facta non mentiuntur.*

22 *Non dicitur dolum committere, qui fraudat illicitum factum, vel faciendum excludit.*

23 *Quælibet causa habens aliquem colorem, quamuis alioquin iniusta sit, excusat à dolo, & à delicto.*

24 *Quotiescunque lex in crimine capitali pœnam imponit, semper intelligitur, quod interuenerit dolus.*

25 *Vbi nemini damnum infertur, ibi non dicitur esse crimen.*

26 *Promissiones conditionales, quia habent in se dilationem, & procrastinationem, de facili præsumuntur illusoriæ propter incertitudinem futuri euentus.*

27 *Quod est in conditione, non est in dispositione.*

28 *Quoties eodem tempore actus, protestatioque illi contraria celebratur, protestatio prævalet actui.*

CVm causa lesæ maiestatis sit grauissima, quoties tale crimẽ sub aliquo Principe, seu tyranno contingit, solet auditoribus iis demandari, q̃ maiorem sæuitiæ, & feritatis habent opinionem, quique existimant, quantò crudelius procedãt, tantò maiorem se erga Principem amorẽ ostentare. quod si in casu nostro contigisset, ego patrocinium istud detrectassem, & exemplo prudentium medicorum, noluissem desperato morbo manum adhibere. Sed cùm causa hæc, coram æquissimis iudicibus agatur, in quibus nulla est suspitio, quin secundum veram iustitiam, & sanã conscientiam iudicent, non dubitaui, quid in iure nostro censendum sit scribere: subiiciens tamen omnia sapientissimo iudicio dominorum gubernatorum, & magistratuum, qui prout in rep. sapiẽter ordinata rectèque instituta fieri solet, rem perpendent, & secundum omnem æquitatem definient. Pro defensione igitur magnifici domini Ioannis Baptistæ Furnarij Genuensis, in primis cõsiderandum est, quod cùm ipse esset creditor Regis occasione salinarum, & diutiùs mansisset creditor, nec aliter posset creditum suum consequi, licuit sibi fingere tractatus, de quibus agitur, vt sub eo colore exigeret pecuniam, à Rege in causam tumultus data à se in satisfactionem suam sibi acceptam, vt est glos. in cap. ius gentium, quam ibi sequuntur doct. j. distinct. vbi concluditur, quod † 1 licitum est propria auctoritate, & quibuscunque artibus, quod suum est recuperare, quando alio modo non potest quis, quod suum est, consequi. argum. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Abb. cap. olim. j. extra. de restit. spol. Ad idem facit text. in cap. ij. xxiij. q. ij. vbi licitum est † vti 2 insidiis aduersùs hostes pro recuperatione rerum suarum, & ibi glos. not. ab. dicit, quod † aduocatus 3 si habeat iustam causam, licitè potest decipere aduersarium suum per tex. in capit. primo. iiij. q. iiij. verb. adminuendam. Ad idem etiam quod habetur in l. si non sortem. in prin. ff. de condict. indeb. vbi doct. concludunt, quod † quando creditor 4 non potest alter id, quod sibi debetur, recuperare, potest etiam furtiuè sibi satisfacere, argumen. cap. cùm dilectus. quia † dolus cum dolo compen 5 sari debet. l. si duo. ff. de dolo. & † paria delicta mor 6 tua compensatione tolluntur cap. intelleximus.

extra, de adult. Et pro hac ſententia etiam facit quod not. Angel. de Clauaſio in ſumma. verb. furtum. vbi ſi † epiſcopus præcipit ſub pœna excommunicationis, quod qui habuit aliquid de bonis Titij teneatur reuelare, & ego cum eſſem creditor dicti Titij furtiuè mihi ſatisfecerim, non teneor reuelare, nec incido in pœnam, facit quòd habetur in cap. herui. xiij. diſtinctione. in gloſſ. verb. à tranſgreſsionis contagione, & quod notat Sanctus Thomas ij. ij. quæſt. xxij. artic. 8. Rurſus conſiderandum eſt, quòd cùm dominus Ioan. Baptiſta confeſſus fuerit de dicto tractatu, ſed adiecerit, quòd hoc faciebat cauſa recuperandæ ſuæ pecuniæ, videbatur prima fronte ſtandum eſſe confeſſioni reſpectu tractatus, illam verò adiectionem, quòd cauſa ſui recuperandi duntaxat hoc faceret, non eſſe credendum, ſicut de eo dicimus, qui † confitetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem: nam illa qualitas non creditur, niſi probetur. c. j. extra, de præſumpt. vbi doctores. & ex tali confeſsione fundata eſt confeſsio fiſci, ſecundùm Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libera. lega. facit text. in c. cum veniſſent. extra, de inſtitu. licet † reus ita confitens non poſsit puniri plenariè, & ſic pœna mortis, ſecundum Abb. in cap. auditis. extra, de præſcrip. Felin. in cap. ſignificaſti. de homicid. Auguſt. de Arimino in additionibus. Angel. in tract. maleficiorum. verb. comparent inquiſiti. Iaſ. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. Dec. cap. cum venerabilis. de except. Sed tamen in caſu noſtro puto contrarium, quod imò ſtandum ſit huic aſſertioni: quia talis qualitas eſt veriſimilis, vt infrà dicam, & per hoc eſt gloſſ. valde notabilis. & ibi Angel. l. penu. C. fideiuſſor. vbi † ſi quis deprehenditur cum aliqua, & aduersùs fiſcum agentem de ſtupro, allegetſe eam deſponſaſſe, creditur tali aſſertioni ad excluſionem fiſci, & venit abſoluendus ſecùndùm Bald. in l. vnica. C. de confeſſ. & in l. C. de colluſ. deteg. & in l. quicunque. C. de ſer. fug. quod intelligunt doct. niſi eſſent ſigna in contrarium: vbi verò talis confeſsio eſſet veriſimilis, omnes approbant d. gloſſ. vt per Bald. in cap. primo. §. iniuria. de pac. iur. firm. Ad idem quod notat Bartol. & Angel. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. vbi † ſi iudex inquiſiuit contra aliquem de furto, & reus allegetſe feciſſe voluntate domini, & dominus idem fateatur, concludit, quod reus eſt abſoluendus, ſi dicta confeſsio ſit veriſimilis, vt quia conſanguineus, vel amicus, vel res partiu pretij, vel adſint ſimiles coniecturæ, ſequitur Alexand. conſil. j. in ij. volum. & Felin. in cap. j. extra, de præſumpt. vbi dicit idem, ſi cauſa eſſet fragilis, puta leuis amicitia, † magna autem veriſimilitudo eſt, quæ colligitur ex qualitate perſonæ. l. quæro. in fin. ff. de ædil. edict. quem tex. ad hoc allegat ibi Bartol. & Alexand. in præallegato conſilio. In caſu autem noſtro ſunt multæ coniecturę pro hac qualitate, q, hoc faceret, vt acceptas pecunias verteret in creditum ſuum, non quod vellet nocere patriæ. Prima, ex qualitate perſonæ, qui ad hanc vſque ætatem ſenilem, nunquam fuit ſeditioſus, ſed ſemper amator patriæ ſuæ, † vñ ex vita retrò tranſacta, præſumitur etiam de præſenti. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. c. cum in iuuenture. de præſumpt. Alexand. l. ſi quis ex argentariis. §. fin. per illum tex. ff. de eden. Felin. c. cum in iure. in princ. offic. deleg. & habetur in cap. mandatum. extra, de præſumpt. Secunda, quia durante ſimulato hoc tractatu, bis tumultuatum fuit, ſemel in mortè Iliſci, qui in iuuentu Regis Hiſpaniarum, & ipſe ſemper manſit quietus, & in auxilium patriæ, cùm tamen tempore Iliſci potuiſſet de facili inducere aliquam nouitatem. vnde ex eo, quod tunc eſt factum, latis apparet verificata hæc qualitas, & demonſtrata bona voluntas ipſius per eā, quæ not. Alber. de Rotat. poſt Iacob. de Beluiſio. §. ſæpe modo. C. de inoffic. teſtament. Tertia, quia huiuſmodi tumultus non poſſunt fieri, niſi cum multis complicibus & conſciis, & tamen non reperitur aliquis conſcius, nec quod vnquam ipſe fecerit verbum alicui de hoc, imò aliqui tanquam complices nominati, inuenti ſunt innocentes, & liberati de carceribus. vnde ex hoc quoque oritur non mediocris præſumptio. gloſſ. vbi Angel. in l. ij. C. de eden. & non permiſit quod illuſt. d. Bernabas Adurnus, nec quiſquam alius ſolicitaretur. Quarta, quia admonitus fuerat de captiuitate iſtius fratris Fraciſcani, & habuerat multū tēporis ad fugiendum, ſi voluiſſet: at ipſe confitens innocentiæ ſuæ, noluit fugam arripere. vnde ſicut lex contra fugientes præſumit. l. lege Corn. §. preterea. ff. ad Sylla. Felin. cap. nullus. iiij. fallentia. de præſ. ita pro innocentia remanentium bene ſuſpicatur. l. quis ſit fugitiuus. §. j. vbi Bartol. ff. de ædil. edict. Quinta, quia ſemper proteſtatus eſt, quòd ſaluus eſſet ſtatus reipub. de quo infrà dicam. Concludo igitur ſtandum eſſe dictæ qualitati, & credendum quòd omnis ille tractatus fuerit ſimulatus ab eo, pro exigenda ſua pecunia, quę ſimulatio ex hoc quoque & ſextò præſumitur, quòd reſtetit in meris terminis verborum, nec reperitur aliquid factum eſſe, non numerata pecunia, non ſubornati amici, vel clientes, vel congregatio aliqua facta, non miſſus aliquis nuncius ad Comitem Tendæ, pro videndo aliquo apparatu Claſsis, nec ad dominum Centalli. vnde iſta nuda verba ſatis arguunt rem pro ludicra habitam, & nihil in præiudicium reip. tentatum, † quia verba plerunque mentiuntur, facta non mentiuntur l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam habe. vbi Bal. & per Spec. tit. de aduocato. §. nunc. de exordiis. verſic. aduocatus. Nec obſtant aliquæ rationes, quæ in contrarium adduci poſſunt, quia ex earum reſolutionibus clarius apparebit de innocentia iſtius. In primis non obſtat, quod ex proceſſu apparet, quòd habuerit nuntium ex parte Regis, vt per viam tumultus, vel nouitatis mutaret ſtatum Genuæ, &c. quo caſu tenebatur releuare iuxta formam decreti in prima parte, & in variis locis, & clauſulis dicti decreti, quia reſpondetur, quòd ſi conſiderentur verba decreti, vbique requirit dolum. ibi, ſi quis doloſum conſilium inierit. & ibi, per vim, aut fraudem, aut inſidias. & ibi ambaſiatam doloſè. in caſu autem noſtro nihil per dolum factum erga rempubl. fuit, ſed cauſa exigendi ſuam pecuniam à Rege, vt dictum, & † non dicitur dolum committere, qui fraudem ſibi factam, vel faciendam excludit. l. cum pater. §. ſi ſtipulanti. ff de verbor. obligat. Com. conſi. lij. in ij. conſil. vj. in tertio. ſicut iſte, qui, vt excluderet fraudem ſibi factam; à Gallis non ſoluentibus debitum, ex cauſa ſatis ſimulauit acquieſcere huic tractatui, & talis nō dicitur dol' malus, ſed potiùs ſolertis. l. ij. §. non fuit. ff. de dolo. Et cùm haberent hanc cauſam. nō poteſt dici, quòd aduerſus rempub. doloſè quid egerit. cum † quelibet cauſa habeat ſaltem aliquem colorem, quamuis alioquin iniuſta ſit, excuſet à dolo, & à delicto l. igitur. §. poteſt. ff. de libera. cau-

ra cam l. seruitutum quis. §. prætor ait, versi. ca. amouere non videtur. ff. de acqui. hære. l. j. cum glo. ff. de abige. per Alex. consil. xcij. perspectis in j. volu. cuius ligæ. Nec obst. quod quandoque decretum nullitur propter conclusionem facit doli, veluti in illa clausula, *quæ si quis aliter, vel occulte per vim, vel fraudem, aut industriam, dolo ve aliquo tentauerit.* illa enim verba, *Modo aliquo tentauerit.* videntur valde generalia, &c. Sed respondeo, quòd nihilominùs ista generalitas intelligitur, quòd semper dolus intercenerit, † quia quotiescunque lex in crimine capitali pœnam imponit, semper intelligitur, quod intercenerit dolus, secundùm Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. allegat. not. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. in §. illi pecuniæ. iustit. de susp. tut. Et illud dictum sequuntur communiter Mod. vt Cæpol. consilio xxxiij. Marsil. in l. de minore. in prin. de quæstio. Item verba illa, modo aliquo tentauerit, debent intelligi de tentante per viam facti, & modo illicito, non de recipiente solas literas ad alium finem, vt suum recuperet. Et certè prima illa pars decreti loquitur de iis, qui per viam facti illicitè tentant in præiudicium reipu. Secundum verò caput loquens de conscijs, videtur magis pertinere ad casum nostrum, vt mox dicemus. Non obstat igitur, quod in ij. cap. dicitur de eo, qui contra statum reipu. literas, vel nuncium ab hostibus reciperet, etiam quòd recipiens priùs nihil sciret, vel postea non adhæreret, teneatur notificare, & literas præsentare sub pœna exilij, &c. respondeo etiam, istud capitulum debet intelligi, præsuppositio tamen dolo, secundùm suprà dicta. Item debet intelligi, prout loquitur, quando conspiratio est facta cui ipse non adhæserit, & sic quando conspiratio est facta, quia interest reip. scire conspirationem esse factam, vt possit inquirere, & cauere, non autem in casu nostro, in quo interpellatio cœpit in personâ illius, cui iste simulatè consensit, vt suum reciperet secundùm supra dicta, & ex quo nullum poterat damnum reipu. inferri, & dicit Bal. consi. xiiij. in iij. volu. † quòd vbi nemini damnum infertur, ibi non dicitur esse crimen, refert & sequitur Marsil. in l. j. quæstionis. ff. de sicar. facit gl. pen. in c. quanto. extra, de iureiuran. Et cùm in dicto capite imponatur pœna, secundùm rei importantiam, & periculum, quòd potuisset incurri, satis apparet hoc casu, nullam pœnam imponendam, cùm periculum nõ fubesset, quia hoc totum fiebat, pro exigenda pecunia, vt est dictum. Et si dicatur esto, quod verum sit id ab eo factum, vt pecuniam suam exigeret, tamen nihil impedit, quin potuerit & debuerit denunciare, secundùm formam decreti, respondeo, quòd cum ipse hoc tractaret duntaxat sue pecunie exigende, non fuerat operæ pretium inducere aliquam suspicionem in caput præfectorum de re, quam ipse sciebat, extra periculum reipub. esse, & potuisset huiusmodi denuntiatio præstare occasionem, vt tale credimus, suum perderet, ne Rex hac tali indignatus, omnem spem soluendi precidebat, nec amplius de pecunia mittenda cogitaret, vpote, re iam detecta, & demonstrato animo detegentis infenso Regi. Non obstat, quòd etiam circumscripto decreto idem videatur de iure communi, quæ teneretur iste notificare, alias puniatur eadem pœna, secundùm Bar. in l. vltim. ff. ad leg. Pomp. de parricid. in l. j. §. occisorum. ff. ad Syllan. Respondeo, quòd illa doctrina Barto. est periculosa, & contra eum consulit Bal. dicens, quòd propter illud dictum anima Bart. & doctorum, qui eũ sequuntur, cruciatur in inferno, vt refert ibi Alex. in apostill. d. l. vltim. & ego etiam tenui contrariũ in l. bona ædes. ff. depos. de quo per Feli. in c. ij. de hæret. omnes Moder. in c. j. de offic. ordin. Sed quicquid sit de iure communi, tale ius censetur sublatum per decretum, de eadem materia loquens, & pœnas determinatas ingerens, vt tenet Bar. in l. j. ff. vi bon. rapt. Et ista est communis opinio, à qua in iudicio non est recedendum, secundum Dec. in c. de causis. extra. de offic. delega. & in omnem casum respondiones, quæ accommodatæ sunt suprascripta decreto, militant etiam iuris communis respectu. Nec obstat, quod vltrà quod non reuelauerit, videatur consensisse, quod aduenientè morte principis, vel aliquâ occasione exequeretur Regia voluntatem. Respondeo secundùm supradicta, q. hæc responsio fuit simulata causata, iurerim exigedæ pecuniæ suæ & licuit subtili ingenio aurum à Barbaris extirpare l. ij. C. de commer. & merca. &c illæ promissiones conditionales, quia habent in se dilationem, & procrastinationem de facili, presumuntur illusoriæ propter incertitudinem futuri euentus, arg. l. prætor edixit. in princ. ff. de iniu. & §. quod autem. & quod habetur in l. ij. §. biduũ. ff. quando appella. sit. Et non videntur esse alicuius considerationis, nisi sequuto conditionis euentu, † quia quòd est in condirione, non est in dispositione. l. si quis sub. ff. si quis omis. cau. testa. Item talis promissio semper fuit facta cum protestatione, sine præiudicio reip. Et quamuis alias talis protestatio tanquam contraria facto, ipsum factum nõ excusaret d. c. j. extra, de præsumpt. tamen in casu nostro debet excusare. Primò, quia hic tractatur de coniectura, an seriò esset facturus, an simulatè diceret, vt suam pecuniam emungeret, vnde ex tali protestatione facilius præsumitur simulatio, vt recepta pecunia posset iste dicere, ego non promisi, nihil absque præiudicio reip. quæ protestatio respectu ipsius Regis, cum quo actum fuerat eum excusaret. l. si mandasse. ff. manda. Bar. l. non solùm. §. morte. ff. de op. no. nun. Secundò, quia hic non est protestatio contraria facto, cum nihil ex post sit factum, sed mera verba duntaxat intercenerint, & factum ipsum eodem tempore intercenerit, quo protestatio, quo casu pro regula traditum est quòd † quoties eodem tempore actus, protestatioque illi contraria celebrantur, protestationem præualere actui, secundum Bartolum in materia protestationis. in dict. l. non solùm. §. morte. arguitur enim inde non adesse consensum il, obligationum substantia. de actio. & oblig. & pro hoc dicto facit gloss. in l. si debitor. §. j. ff. quibus mod. pig. & est textus in l. per seruum. §. penulti. ff. de vsu, & habit. & dixi l. detestatio. ff. de verborum significatione. Nec obstat etiam fundamentum de vltimis literis, quibus scribebatur, quod poterant res mundi aliqua minari, & quod erat tempus dare principium, &c. Respondeo enim quod ista verba in vltimo examine fratris, fuere per eum declarata, quod istud dare principium, nihil aliud erat, quàm mittere pecunias, quas cupiebat ipse reus, quàm primum habere, vt pro credito suo satis sibi faceret, vt suprà fuit dictum. Et certè omnia tendebant ad hoc, vt reciperet suas pecunias, & istud est multum verisimile, quod etiam ex eo apparet, quòd vt in vltimo examine fratris dicitur, noluit, quod solicitaret dominus Barnabas Adurnus, nec quisquã alius, cùm tamen indiguisset tali auxilio, si cogi-

tasset rem, deducere ad effectum, vnde efficacior videtur talis præsumptio, vt præsumatur bonus animus, per quam tollitur coniectura contraria l. item si obstetrix. §. fi. cum l. seq. l. item Mela. §. j. ad leg. Aquil. Et sic ex suprascriptis concludo partes magnificorum iudicum esse, in absoluendo præfatum detentum. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VII. SVMMÆ.

1 *Dictio, bannitus, intelligitur ex crimine, & delicto.*
2 *Præcedentia declarant subsequentia.*
3 *Cridæ loquentes in casibus simplicibus, non debent extendi ad casum mixtum.*
4 *Qualitas quæ tendit ad absoluendum, ex causa naturalem respicit, est præferenda.*
5 *Forum patriæ, in qua quis habet domicilium, semper est præferendum.*
6 *Statutum loquens de bannito, intelligi debet de eo, qui iure, & legitimè sit bannitus.*
7 *Successor in magistratu iuris interpretatione censetur eadem persona, cum sit idem tribunal.*
8 *Bannitus ab aliqua ciuitate, intelligitur etiam bannitus à locis nouiter acquisitis.*
9 *Quod actum est iussu magistratus, nullum crimen est.*
10 *Verba statuti, quando non verificantur, nec eius dispositio verificatur.*
11 *Modus agendi maximè est attendendus, vt sit locus statuto.*
12 *Statuto loquente de crimine oportet prius constare, quod sit crimen, quia ista exceptio est impeditiua litis ingressus.*

NOn comprehendi Ioannem Antonium de Cazola in cridis illustrissimi locum tenentis, satis arbitror; & si comprehenditur esse eximendum, & liberandum à dispositione dictarum cridarum, idque pluribus rationibus. Prima, quia cridæ iubent bannitos discedere, † quæ dictio bannitos, intelligitur ex crimine, & delicto l. omne delictum. vbi Bar. ff. de re milit. Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. sed iste non est bannitus ex aliquo facto, quod in ciuitate Placentina transeat in nomen delicti, quia paruit iudici, prout facere debuit. l. non videtur. secunda. §. qui iussu. ff. de reg. iur. vnde clausula subsequès, intelligendo de bannitis à statu Mediolani, &c. recipit interpretationem secundùm præcedentia, q̃ sint banniti de facto, quòd transeat in nomen criminis etiam Placentiæ, † quia præcedentia declarant subsequentia. l. si quis filiabus, vbi doct. l. si seruus plurium, in fi. de leg. j. & dictio illa banniti debet vniformiter accipi vtroque in loco. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Secunda ratio, quia dictio illa, banniti, videtur intelligenda ex delicto, quod vbique transeat in nomine delicti, non autem q̃ Placentiæ non sit delictum, prout in simili dicit Anto. de Butr. & sequuntur alij in rubr. extra, de consuetu. vbi in casu nostro concludit, attendi debere forum patriæ non autem extraneum, vbi habeatur pro delicto, imò tali casu contra forenses concederetur restitutio in integrum; vt per eos. Tertia quia iste videtur casus mixtus, est enim bannitus ex facto, quod Mediolani habitum fuit pro crimine, Placentiæverò existimata est opera laudabilis, vnde † cridæ loquentes in casib. simplicibus de bannitis Placentiæ, vel Mediolani, non debent extendi ad hunc casum mixtum. l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adulter. l. Spadonem. §. quia cœpit. ff. de accusa. tuto. imò in hoc casu † qualitas patriæ debet præferri tanquam potentior, tùm quia est fauorabilior, & tendit ad absoluendum l. si pupillus. vbi Bartol. ff. ad l. Falci. Bald. in proœmio in feud. tùm etiam quia respicit causam naturalem l. qui cum habent. vbi Bart. ff. de tut. † & forum patriæ, in qua quis habeat domicilium, semper est præferẽdum, iuxta gl. in cle. j. verb. subditos. de for. compet. de qua per Feli. ca. fi. extra, de for. comp. Quarta, quia cum lis sit de finib. inter istas communitates, & fiscos cridæ loquentes de bannitis, à fisco ipsarum intelliguntur separatim, non de eo, quod inter ipsas vertitur in controuersiam. l. licet. §. si plures. de procur. l. iiij. §. qui communem. ff. fin. reg. & q consuluit Anto. de But. cons. lxxvij. visis actis. Bal. cccix. in j. quem refert, & sequitur Soc. in l. Gallus. §. j. de lib. & posthum. & similem decisionem ponit Alexan. in rub. ff. solut. matrimo. vers. sed quid est contra. vbi post Io. And. & alios veteres concludit, quòd repræsaliæ concessæ Bononiensib. contra Perusinos non comprehendunt ipsos Bononienses inter se, sed separatim accipiunt, ergo idem de istis proclamationibus est dicendum, vt non comprehendant Placentinum à Mediolanensibus bannitum ex facto, quòd Placentiæ non sit crimen. Quinta, cridæ loquuntur de bannitis à statu Mediolani, & sic de illis, in quos status Mediolani habebat iurisdictionem. vnde non comprehenditur iste, qui non erat de tali iurisdictione. l. non videtur. j. vbi Bartol. in fin. ff. de iudic. & ibi Moder. facit quòd dicunt doct. de exceptione defectus iurisdictionis, quæ nunquam censetur reiecta per gloss. in cle. j. de re iud. de qua per Alex. in l. de pupille. §. qui opus. ff. de oper. no. nunt. quia † statutum loquens de bannito, intelligi debet de eo, qui ritè, & legitimè sit bannitus, secundum Bal. in l. j. C. de pœn. Bal. & Sal. in l. eum, qui duas. C. de adulte. Alex. lxxvij. in v. & faciunt quę habentur in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Sexta ratio, quia si iste non pareat cridis, puniendus est à prætore Placentino, ad quem pertinet iurisdictio in ciuem suum; authen. quæ in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. quomodo autem prætor Placentinus eum puniet, qui iussu suo opem, & auxilium sibi tribuit in capiendis malefactoribus, licet enim ille, qui iussit, functus sit magistratu: tamen hic † successor iuris interpretatione censetur eadem persona, cùm sit idem tribunal. l. proponebatur. ff. de iudi. Non obstant quæ de nouo adducuntur contra Cazolam, & in primis † quod bannitus ab aliqua ciuitate, intelligitur etiam bannitus à locis nouiter acquisitis, secundum Bartol. Guliel. Cast. in d. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act. cum concor. per Marsil. consil. lxxxvj. in ij. respõdeo hoc procedit, quando loca deinde acquisita, sunt acquisita in accessionem ciuitatis, à qua isti sunt banniti, & ita loquuntur doct. in d. §. si nuda, non si sit locus separatus æquè principalis, prout in casu nostro, & declarat Bal. in d. l. etiam. C. de iur. dot. Secundò respondeo, hoc procedit, quando banniti ex delicto, quòd reputetur pro delicto vbique, secus si in loco acquisito non sit delictum, sed lapsus, prout in casu nostro, adiuuare iustitiã, seu iudicem de iussu ipsius, quia potius debet attẽ-

attendi specialis consuetudo illius loci, nuper acquisiti, secundùm Guliel. de Cun. in d. §. si nuda, refert Bal. in d. l. etiam. Tertiò respondeo, quod de iure communi separatæ sunt iurisdictiones Placentiæ, & Mediolani, & quælibet censetur prouincia per se, vt est gl. in l. fi. C. de præscrip. long. tep. Bart. in extrauagan. qui sint rebelles. verb. Lombardiæ. & probatur in extrauagan. de pace Constantię, vbi tanquam separatæ ponuntur, vnde etiã, quod Placentia transierit de nouo sub iurisdictione Cęsaris tamen transiuit cum legibus suis, vnde banniti in vna ciuitate possent stare in alia, secundùm Cyn. in d. l. etiam. quem refert ibi Bal. & sequitur Rapha. Comen. in l. si ex toto. ff. de leg. j. nisi quatenus statuta prohibeant, quæ loquuntur in bannitis ex delicto, quod sit delictum vbique, non autem quod in patria habeatur pro non delicto, & præceptum illustris Gubernatoris non comprehendit casum istum, ex quo eum remisit cognoscendum secundùm terminos iuris. Quartò respõdeo, quod cùm esset controuersia de finibus inter ipsas ciuitates, nõ potest agi, nec possunt inquietare, qui fauebãt suæ ciuitati, sed solùm ipsæ Ciuitates principales inter se, secũdùm gl. in l. in rem. §. signum. vbi Bart. ff. de rei vend. Bal. l. non eo minus. C. de accusa. & consil. cccxliij. in j. cum simil. & cum nunc vtraque sit sub eadem iurisdictione censetur aboliti tales processus, arg. l. decernimus. C. de sacrosanct. eccl. cùm ibi not. vt sicut sublata est via facti inter principales, ita etiam tollantur vtrinque pœnæ respectu eorum, qui fecerunt de mandato ipsorum, secũdùm Bar. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Non obstat rursus, quod iste Cazola non videatur audiendus, nisi prius se cõstituerit in carceribus, sicut videmus de quolibet imputato de crimine capitali, qui tenetur se constituere, &c. respõdeo, quod aut loquimur de iure communi, aut secũdùm statuta, & quod vtroque casu non debet se constituere, de iure communi est rex. in l. j. de cust. & exhib. reo. vbi dicitur, quod hoc Proconsul ęstimare debet pro criminis, quod obiicitur, qualitate, vel pro innocentia personæ, &c. quod est in casu nostro, cum id, † quod actum est, iussu magistratus in ciuitate Placentię nullum crimen fit, imò laus adiuuare patriam. l. veluti. ff. de iust. & iur. vnde notoria est ibi, seu in ea ciuitate eius, innocentia, secundùm statuta verò quis debet se constituere, quando est accusatus, vel inquisitus de aliquo crimine, &c. hic non est crimen, vt sæpè dixi, & sic † non verificantur verba statuti, ergo nec dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. item statutũ non loquitur, quando quis principaliter agit, vt aboleatur de cridis factis, pur in casu nostro, † attendendus autem maximè est modus agendi, vt sit locus statuto glo. iij. q. vj. hoc quippe. l. j. ff. si mens. fals. mod. laf. l. ij. §. quod si in patris. ff. solut. matrimo. † & cum statutum loquatur de crimine, oportet prius constare, quod sit crimen, quia ista exceptio est impeditiua litis ingressus. l. si seruus. in fin. C. de his qui ad eccle. confu. & quod per illum text. not. Bart. post Iac. de Are. in l. nam postea. in prin. ff. de iureiur. l. si maritus sit in magistratu. §. præscriptiones. ff. ad leg. Iul. de adult. Item statutum loquitur, quando proceditur coram iudice criminali, qui tendit ad vindictam, sed quæstio nostra tractatur coram senatore, qui solum cognoscit de articulo, an iste sit eximendus de generalitate cridarum, & ideo non videtur esse necessaria alia constitutio, & ex iis puto sufficienter esse respõsum argumentis, quę in contrarium adducebantur. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. VIII. SVMMÆ.

1 *Quoties iudicium torturæ sufficiens immediatè vertitur circa delictum, probatur per vnum testem omni exceptione maiorem.*

2 *Quoties indicium est à remotis, requiritur quod saltem sint duo testes circa vnumquodque delictum, alias subijci quæstioni reus non potest.*

3 *In dubio verba minantis se facturum quod aliquis pœnitebit, debent sano modo intelligi per viam iustitiæ, non autem per violentiam facti.*

4 *Socius criminis non facit indicium ad torturam.*

5 *Mandatarius executo delicto contra mandantem, non facit indicium ad torturam.*

6 *Condemnatus criminaliter, & non deponens de quo crimine, debet fieri interpretatio quod fuerit de crimine infamiam irrogante.*

7 *Condemnatus de crimine infamiam irrogante est intestabilis.*

8 *Testis diminutè loquens interpretatur, vt non probet.*

9 *In dicto testis indefinita non æquipollet vniuersali, & quare.*

10 *In dubio verba testis contra producentem interpretantur.*

11 *Quæ non prosunt singula multa iuuant, quomodo intelligatur.*

12 *Fama insufficienter probata, nullum facit indicium.*

13 *Contra nobilem non admittuntur testes vilis, & depositi.*



Copiosè, & tam elegantèr in hac causa allegatum est per præstantiss. Iurisconsultum dõ. Cornelium, vt si eius allegationibus addere velim, nihil aliud sit, quàm in syluam ligna deferre. Conabor tamen hac quoque in re morem gerere clyenti, & consilij mei copiam pro veritate, & iustitia facere. Et in primis præmitto, quod aduersus hunc spectabilem virum d. Matthiam Honerum nihil in processu constat, de quo immediatè indicium aliquod probetur, quia ipse non interfuit verberationi istius scribæ, nec de hoc est imputatus. Rursus etiam nemo interfuit prætenso mandato, nec aliquis est testis, qui de hoc verbum faciat, scilicet se audiuisse, & præsentem fuisse, quãdo Honerus mandauit quatuor illis sicariis, vt Calclum scribam fustibus admonerent: apparet igitur in præsenti causa, nihil agi de indicio immediato, per quod possit Honerus quęstioni subiici. Sed omnis tractatus est circa indicia remota, in quibus solet tradi communis doctrina, quod † licet indicium sufficiens torturæ, sufficiat probari per vnũ testem, omni exceptione maiorem, tamen hoc est verum, quoties indicium immediatè vertitur circa delictum, si verò † indicium sit à remotis, requiritur quod saltem sint duo testes circa vnumquodq; indicium, aliàs subiici quęstioni reus nõ potest, secundùm gl. in l. fi. C. famil. erciſc. vbi Bar. Bal. & cæteri. & gl. in auth. de testam. imperfec. quam ibi ad hoc ponderat Ang. & per Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & est opin. Canonizãta tam in scholis, quã in iudiciis, quam omnes tenent, in d. l. admonendi, vt per Alex. consil. v. & consil. xviij. in j. clxxx. in ij. x. in iiij. & alibi sæpè. Modo in casu nostro dicitur nullum indicium esse probatum per duos testes, & primo respectu minarum, quas prius dicitur Honerus intulisse, solus Bernardinus hospes seu caupo hoc dicit, quod cùm sit indicium remotum ipse non sufficit, maximè cùm minæ illæ non tenderent ad fustigationem, sed solùm, † quod faceret eum pœnitere, & quòd non conquere-

conquestantur postea, &c. quę verba debent sano modo intelligi per viam iustitiæ, non autem per violentiam facti, gloss. & doct. in l. j. C. de his, quib. vt indig. per Iasin l. j. C. de ser. fugit. Et licet aliqui contradicant, tamen loquuntur quando cóstabat, quod delictum fuerat commissum à seruo, seu nũtio mandantis, quod in casu nostro non constat. Secundò non obst. quod idem Bernardinus & Seramorus dicant audiisse à Matthæo Nicoleri, q. de commissione Honeti verberati essent Calclum. respondeo, non debent isti duo facere maius indicium de re extra iudicialiter cõfessa à Matthæo, quàm si Matthæus ipse in iudicio hoc dixisset, † clarum est autem, quod socius criminis non facit indicium ad torturam, vt habetur in tract. mal. ofic. Ang. in verb. fama publica, nec mãdatarius, exequutò delicto contra mandantem, secundùm Bal. quem refert & sequitur Hippoly. Marsyl. l. j. §. diuus. ff. de quæstio. Tertiò non obstant quædam adminicula, quę videntur probari ex dictis Bernardini, & Seramori, quia vnico verbo respondeo istos testes nullam vim facere. Cum enim deponant de singularibus factis inducentibus indicium remotum, non faciunt aliquod indicium, vt suprà dixi, maximè quia contrà istorum personas obstat multæ exceptiones, & contra Seramocum obstat, quia ex primo dicto apparet, quod fuit cóscius criminis, & explorator sicariorum, qui prætextu accendendi lumina his ad petitionem sicariorum explorauit, vbi esset Calclus. Contra verò Bernardinum obstat, quia fatetur se fuisse aliàs † condemnatum. & non dicit de quo crimine, vnde fit interpretatio contra fiscum producentem, quod sit de crimine irrogante infamiam, per quod redditur intestabilis. † iuxta l. j. ff. de his, qui not. infam. & quę habentur in ca. testimonium extra, de testib. † vbi enim testis diminutè loquitur, fit interpretatio vt non probet, iuxta gl. in l. Lucius. vbi Iaco. Butrig. & Bal. ff. de his, qui not. infam. qua ratione † in dicto testis indefinita nõ æquipollet vniuersali, quia fit interpretatio vt non probet, secundùm Abb. in cap. auditis. extra, de præscrip. vbi Feli. multa aggregat. & facit regula generalis, † quod in dubio verba talis interpretantur contra producentem. circa præsentia. extra, de proba. l. non hoc. C. vnde hinc. Et hoc maximè est dicendum in istis, qui sunt vbique viles personæ, vt elegantèr fuit deductum per do. Aduocatum. Quartò non obstat regula † quod, quæ non prosunt singula multa, iuuant, adeo, vt videantur istæ coniecturæ coniungendæ. l. j. §. j. de excus. tut. ca. de testibus. extra, de testi. Aret. consil. xiij. incip. visò diligenter. versicu. prętereà in fauorem matrimonij. Dec. cons. clxiij. quia respondeo illa argum. quæ singula faciunt semiplenam probationem coniungantur, secũdùm Bar. in l. j. §. iidem Cornelio. Felici. in fin. de quæst. secùs, si singula non faciant semiplenam, vt per Alex. cons. xiij. in j. xxiij. in ij. Sed in casu nostro, cũ isti deponant de inditijs remoto, singuli nõ faciũt semiplenam, vt suprà est dictum, ideo non potest dici, quod debeant coniungi, de quo etiam per Ripam in d. l. admonendi. Quintò non obstat, q. si fiscus moluerit probare famam publicam, quia (vt rectè fuit allegatum) dicta † fama non fuit sufficienter probata, vnde non facit indicium aliquod, vt per Bar. & Hippoly. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. per docto. in ca. veniens. de testib. Fulgos. consil. cxxxvj. Et in omnem casum exposita Honeti probata est fama contraria, per quam elidetur probatio fisci, iuxta docto. in d. cap. veniens. Vltimò non omitto, quòd cùm iste Honerus † sit nobilis, & Capitaneus, & persona egregia, non debent contra istum admitti isti testes viles, & deplorati, sed seruanda forma, de qua in cap. qualiter & quando. ij. extra, de accusa. vbi contra iudices, & magistratus requiruntur euidentiora indicia, quia dum seruant officium suum frequenter, contingit eos in odium multorum incurrere, & insidias pati, & criminationes falsas aduersum eos infetri, quod profectò videtur mihi aduersus hunc nobilem esse factum, & ideo concludo partes dominorum iudicum esse in non procedendo contra eum ad vlteriora, sed potiùs liberando. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. IX. SVMMÆ.

1. *Crimen læsæ maiestatis habet locum in proceribus, & dominis Castrorum recognoscentibus superiorem, & eorum subditus committens aliquid vetitum de comprehensis in l. j. ff. ad legem Iul. maiestatis tenetur pœna d. l. non tamen extenditur ad filios.*
2. *L. quisquis ad l. Iul. maiestatis declar.*
3. *Domini Castrorum licet recognoscant superiorem, possunt tamen in locis sibi subiectis statuta condere.*
4. *In statutis punientibus delicta semper fit interpretatio, vt ea locum non habeant, nisi actu consumato.*
5. *Crimina atrocissima non puniuntur, nisi delictum sit consumatum.*
6. *Omnis pœna, quæ imponitur pro violentia, requirit factum consumatum.*
7. *Conspiratio, & coadunatio armatorum causa occidendi dominum, & eius agnatos, est crimen atrocius.*
8. *In atrocioribus iure communi conatus, quamuis sine effectu eadem pœna punitur.*
9. *In simonia punitur conatus in detestationem criminis.*
10. *Monachi qui conati fuerunt dare venenum Abbati, debent plenè puniri, licet conatus non habuerit effectum.*
11. *In crimine læsæ maiestatis solus conatus punitur.*
12. *Congregatio facta ad finem occidendi dominum, dicitur liga & conspiratio.*
13. *Verbum tractare quid importet.*
14. *Tractatus differt ab effectu.*
15. *Quando lex punit consulentem, habet locum pœna, etiamsi effectus non sit secutus.*
16. *A verbis legis nephas est recedere.*
17. *Consuetudo requirens consumationem delicti, non habet locum in crimine læsæ maiestatis.*

QVia articulus primi dubij est satis clarus, paucis insistam: communis enim cõclusio est, † quod etiam in proceribus & dominis Castrorum recognoscentibus superiorem, habet locum crimen læsæ maiestatis, & subditus eorum committens aliquid vetitum de comprehensis. in l. j. ff. ad l. Iul. maiestat. tenetur pœna dictæ legis, non tamen quod pœna extendatur ad filios, secundùm l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. quia illa lex † solùm procedit, quando cõmittitur contra eum principem, qui non recognoscat superiorem, sed salua dispositione dictæ legis crimen læsæ maiestatis committitur per subditum erga quoscunque proceres, seu dominos Castrorum, secundùm Marti. de Laude in tract. de crimine læsæ maiestatis. c. j. allegat Albericum, in d. l. quisquis, & senti. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. rebelles. Nec est dubitãdum, quin † tales possint condere statuta, in loco sibi subiecto, vt firmant docto. post Bartol. in l. vj. §. princ. ff. de verborum obligatione, & per Dec. consilio

lxiiij. vbi loquitur de decreto condito aduersus eos, qui conspirant contra salutem principis sui, nec est dubitandum, quin valeat. Sed difficultate in casu nostro facit, quia iste reus captus, confessus est quidem tractatum, sed subiecit se pœnitentia ductum, noluisse delictum perficere, & complices dimisisse, videretur enim in casu nostro excusandus. Primò, quia † in statutis puientibus delicta, semper fit interpretatio vt ea locum non habeant, nisi actu consumato, secundum Bartol. in l. j. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & Bald. in l. & si certus sit percussor. §. appetitus. ff. ad Syllan. cum concordan. per Alexan. consil. xv. in j. videturque procedere hæc conclusio etiam † in criminibus atrocissimis, vt non puniantur, nisi delictum sit consumatum, secundùm Feli. in tracta. quando conatus puniatur. Firmia. in reperto. verb. venenans, vbi dicit secta pluries iudicasse. Confirmatur hæc sententia, quia (vt præsupponitur in facto) iste dimisit complices antequam deueniret ad aliquem actum, & ter videtur stetisse in quodam præambulo tãtum, vnde succedit notabilis decisio Baldi in disputatione sua incipien. accusatus de vi turbatiua, in fi. vbi dicit, quod si statutum disponat quod nemo audeat, aut præsumat accedere ad aliquam ecclesiam capiendam quocunque titulo, vel causa, &c. modo quidam cum armatis accesit vsque prope ecclesiam, & audito quod aduersarij sui erant fortiores, metu retrocessit, respondit quod si in ecclesiam, vel in cohærentiam eius est ingressus, punitur pœna statuti, aliàs non: quia † omnis pœna, quę imponitur pro violentia, requirit factum consumatum, vt not. ff. quod met. causa. l. sed & partus. §. fin. & ideo intelligitur de accessu facto in rem ipsam, vel coniunctam ipsi rei, quia iste euadit, sed non iuit. l. arboribus. §. de illo. de vsufr. vbi Bal. & hanc decisionem refert, & sequitur Alex. in l. qui ea mente. de furt. in apostil. Feli. in d. tract. Sed tamen prædictis non obstantibus, puto istum reum incidisse in crimen læsæ maiestatis, siue ad ius cõmune respiciamus, siue statuta dicti oppidi. Cum enim † conspiratio, & coadunatio armatorũ causa occidendi dominum, & eius agnatos, sit crimen atrocius d. l. j. sequitur conclusio de iure cõmuni † quod in atrocioribus conatus, quamuis sine effectu eadem pœna punitur. l. is, qui cum telo. C. de sicar. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. vbi Cyn. Bald. & cæteri. ca. j. cum gloss. extra, de præsump. vbi Abb. & Feli. sicut videmus † in simonia, in qua punitur conatus in detestationem criminis, secundùm gloss. in can. nullus episcopus. j. quæst. j. licet sola voluntas non puniatur. ca. consulere. cum gloss. ij. de simo. & idem videmus in veneno. vnde dicit Bar. in l. j. ff. de parricid. quod † monachi, qui conati fuerunt dare venenum Abbati S. Petri, debebant plenè puniri, licet conatus non habuerit effectum, vt probatur per tex. in d. l. j. & not. Barto. & Salic. in l. j. C. de malefic. & mathemat. Ang. Aretin. & August. de Arim. in tract. malefic. verb. vestem cœlestem abstulit. sequitur Fel. in d. c. j. in v. fallen. de præsump. quicquid dixerit Angel. in l. j. §. fit iniuria. de vat. & extraordi. crimi. vnde idem dicendum † in crimine læsæ maiestatis vt conatus solus puniatur, secundùm Domi. de S. Gemi. in c. pro humani. §. fi. de homicid. in vj. post gloss. ibi, & Card. in Clem. pastoralis. in princ. xv. q. de senten. & re iudic. Idem quoque est dicendum & fortiùs secũdùm statuta dicti oppidi, primò per statutum, sub titulo de pœna facientis ligam, &c. vbi dicitur, quod faciens ligam, coniurationem, & conspirationẽ pœna capitis puniatur, nec dubium est, quin ista † congregatio facta ad finem occidendi dominum dicatur liga, & conspiratio. c. vnico. §. conueniunt. vlt. de pac. iuram. firman. in feud. & ff. q. j. can. coniurationum, &c. & seq. Item per aliud statutum, quicunque tractasset, seu in futurum tractauerit, vel ordinauerit aliquam proditionẽ de dominis prædictis, condemnetur in amissione personæ, & bonorum, &c. quod † verbum tractasset, & tractaue, rit verificatur etiam non sequuto effectu, † quia status differt ab effectu. l. fi. §. fin. C. de iure delib. & quod ibi not. Alberi. de Rosa. vbi pro hoc etiam allegat text. in l. & si amicis quis domum. ibi cõuenire ad tractandum. ff. de adult. ca. dudum. de reb. eccles. non alien. & ibi per Archid. in vj. per docto. in l. ita stipulatus. de verb. oblig. Nec obstant allegata in contrarium, quia procedunt in statuto, loquente per verbum effectus, puta si quis occiderit. Cùm enim statuta debeant propriè intelligi, non comprehenditur conatus, sed quæstio nostra est in statuto loquẽte per verbum conatus, si tractauerit, si conspirauerit, & quæ verba verificantur, etiã non consumato delicto, secundũ Albe. de Rosa. in d. l. fi. §. fi. & in d. l. & si amicis. & in trac. statutorum. iij. par. q. lxxiiij. & facit doctrina Sali. in l. vnica. in j. q. C. de rapt. virg. vbi † quando lex punit consulentem, habet locum pœna etiam si effectus non sit sequutus, † non enim fas est recedere à verbis legis. Refert, & sequitur Dec. in c. j. de offi. deleg. Et in hoc statutum est conforme iuri communi, vnde non potest dici ius commune esse sublatum per contrariam consuetudinem, ex quo hæc consuetudo tollitur per statutum, de qua per Barto. in l. j. ff. vi bon. rapt. Abb. & Can. in ca. de causis. extra, de offi. deleg. Et etiam dicta † consuetudo requirens consumationem delicti, nõ habet locum in crimine læsæ maiestatis, vt specialiter dicit Bald. & Angel. in l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. refert. & sequitur Angel. de Aretin. in tract. malefi. in verb. & ex interuallo. circa fin. Et etiam si habet locum non esset obseruanda in casu nostro, in quo proponitur, quod iste iam erat legitimè bannitus, de hoc crimine, cum clausula quod si perueniret in manus iustitiæ, quod vltimo supplicio afficeretur, vnde eo capto sumendũ est supplicium, secundùm l. mathematicos. C. de episco. audi. & quod not. Ludo. Roma. sing. dlxix. incip. scis, quod relegati. de quo per Bar. in l. diuus. ff. de cust. reorum. Alex. cons. cxvj. in ij. volu. & est vera opinio, quando lege municipali talis facultas, tribuitur iudici, vt quia statutum habeat tales pro conuictis, vt ibi per eos. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONS. X. SVMMÆ.

1. *Officialis si indicatur ex delicto, seu de commissis per eum dolo, vel culpa in magistratu.*
2. *Causa delicti tractatur in loco vbi commissum est.*
3. *Iurisdictio cohæret territorio.*
4. *Quando vnum est officium tantum, licet prorogatum, vnicum est tempus totius rationis reddendæ.*
5. *Syndicator est iudex specialiter delegatus, & nihil amplius potest, nisi quatenus probet sibi esse mandatum.*
6. *Mulctæ condemnationes, & pœnæ, dicuntur esse de regalibus.*
7. *In simplici infeudatione non veniunt regalia, nisi specialiter de iis fit actum.*

8 *Vtilitas condemnationis pertinet primo domino scilicet qui erat dominus tempore delicti, non autem ad successorem.*

9 *Syndicator non potest syndicare de eo, quod est gestum ante, vel post officium.*

10 *Ambitiosa decreta non valent, & regulariter non possunt decuriones donare, & si opponunt aliquam causam, quæ sit ficta & colorata, nihilominus decretum potest rescindi.*

11 *Tutor potest donare.*

12 *Prælatus propter qualitatem personæ potest donare, & remunerare benefacientes.*

13 *Qui commodum consequuntur, debent ad expensas contribuere.*

14 *Vicini vniuersitatis non debent admitti ad testificandum pro vniuersitate contra officium.*

15 *Contra existimationem, & honorem officialis, non debent admitti, nisi testes omni exceptione maiores.*

SYndicatus in hac causa domini Ioannis Stephani de quatuor articulis principaliter dubitari contingit. Primum dubium est, nunquid iudex deputatus per illustrem dominum Sfortiam possit eum syndicare de gestis ante infeudationem? & videretur prima fronte dicendū quod sic, quia † officialis syndicatur ex delicto, seu de commissis per eum dolo, vel culpa in magistratu. l. fina. C. de pœn. iudi. instit. de obligationi. ex quasi malef. in prin. l. iij. & iiij. ff. ad leg. Iul. repet. 1

† Causa autē delicti tractatur in loco vbi commissum est authen. qui in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. † cohæretque iurisdictio ipsa territorio, secundùm Bar. in l. j. de iurisd. om. iudi. vnde merito ibi vno iudicio videtur terminand. l. j. §. necessitatem. C. vt omn. tam ciuil. & facit quod not. Bal. in l. obseruare. §. proficifci. q. xix. ff. de offic. proconf. & leg. vbi † quando vnum est officium tantum licet prorogatum, vnicum est tempus totius rationis reddendæ. arg. l. ideoque. ff. ad Carbon. & ideò vno iudicio talis syndicatus debet expediri. Confirmatur. quia mutatio domini facta per infeudationem non videtur alterasse iurisdictionem istius, quin eadem permanserit per ea, quæ habentur in l. moræ. ff. de iurisd. omn. iud. vnde vno iudicio videtur syndicatus iste est expediendus. Sed tamen videretur contrarium dicendum. Cum enim iste † iudex syndicator sit iudex delegatus specialiter ad hanc causam, vt in simili per Bar. in l. fi. in fin. C. vbi & apud quem talis delegatio strictè intelligitur, vt nihil possit, nisi quatenus probet sibi esse mandatum. q. cùm in iure. ca. P. & G. de offi. deleg. vnde non videtur, quod possit procedere contra istum officialem pro eo tempore, quo iurisdictio ad delegantem non pertinebat. Confirmatur, quia † mulctæ, & condēnationes, & pœnę syndicatus dicuntur esse de regalibus, vt est tex. in c. j. in verb. mulctarum, pœnarumque compēdia, quæ sint reg. in vsib. feud. constat autem † in simplici infeudatione non venire regalia, nisi specialiter de iis fit actum, vt dicunt ibi Andr. de Iser. Bal. & cæteri docto. & per Paul. de Castr. cons. lxiij. quod dictus redditus. lib. j. Lud. Ro. cclxxj. vis rota Dec. cxcvij. cum similib. Ad idem facit, quod not. Cyn. quem refert Bal. in l. fi. quæst. vij. ff. de iurisd. omn. iud. vbi format quæstionem ad quem † pertineat vtilitas condemnationis, an ad eum, qui erat dominus tempore delicti, an ad successorem, & concludit, quod vtilitas applicatur primo domino, quia per delictum statim quæsitum erat ei ius per text. in l. is, qui in puteum. §. si postea. ff. quod vi, aut clam. & quæ habentur in l. diuortio. §. si vir. ff. solu. matrimo. vbi Alex. attestatur hanc esse communem opio. & idem Alex. consil. vj. lib. iij. Pro hoc etiam facit, quia † syndicator non potest syndicare de eo, quod est gestum ante, vel post officium. l. ex hoc edicto. in princ. vbi Bald. ff. naut. caup. stab. argum. l. non distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbit. l. Senatusconsulto. ff. de offic. præsid. quantum verò ad delegantem istud dicitur gestum ante officium, quia non videtur, q̄ debeat ipse inquirere de gestis eius tēporis, quod ad se non pertinuit. Et hoc maximè est dicendum per rationem text. in ca. causam quæ, in fin. extra, de iudi. ne si iste iudex procederet, posset reuerendissimus Cardinalis iterum hoc nomine eum inquietare. Cùm non appareat tale ius ab eo translatum per infeudationem, & ideò concludo, quod nisi ex verbis inuesturæ feudalis appareat hoc ius esse translatum in illustrem d. Sfortiam, non debet d. Ioan. Stephanus pro eo tempore molestari vigore istius commissionis. Secundum dubium est, quia communitas dictarum villarum auxit stipendium do. Ioan. Stephano librarum xvj singulis mensibus, an possint dictas pecunias repetere. In quo articulo satis mihi videtur, quod syndicator non habeat se intromittere, cùm ad eum pertineat inquisitio duntaxat delictorū, quæ dolo, vel culpa, vel per baratariam sint ab ipso officiali gesta, secundùm Bald. in dict. l. obseruare. §. proficisci. quæst. ij. & quæst. xv. hic autem nihil potest imputari do. Ioan. Stephano, cùm illud salarium fuerit auctum de consensu consilij generalis, etiam ipso absente, vnde nihil videtur posse ei adscribi. Nec obstat, quod † ambitiosa decreta non valent, & regulariter non possunt decuriones donare, & si apponunt aliquam causam, quæ sit ficta & colorata nihilominus decretum debet rescindi. l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. vbi Bar. respondeo quod imo potuit consilium facere tale augmentum ex iusta causa propter qualitatē personæ do. Ioan. Stephani si erat dignus maiore stipendio, argum. l. diuus. §. fina. de bon. damn. quia idem videmus in † tutore, qui potest donare. l. cùm in plures. §. pen. de adminis. tut. l. tutor. secundùm dignitatem in j. eo. tit. Et idem etiam traditum est † in prælato, qui propter qualitatem personæ potest donare, & remunerare benefactores. l. iubemus. §. scientes. & ibi not. C. de sac. sanct. eccles. vnde non est dubitandum, quin idem sit dicendum de consilio decurionū, secundùm Bar. in d. l. ambitiosa. & consuluit Alex. consil. clx. in ij. volum. & consil. xlij. in iiij. Tertium dubium est, quia dominus Ioan. Stephanus quandoque extra dictam vallem profectus est pro vtilitate ipsorum incolarum, & ipsi ei soluerunt pro expensis, & laboribus aliquas quantitates pecuniarum, an possint eas repetere? hæc quæstio mihi videtur nullam habere dubitationem, cùm enim pro eorum negotiis fuerit, nulla fuit ratio, cur non deberent ei satisfacere. l. quæ vtiliter. ff. de neg. gest. vnde si soluerunt nulla est causa, cur debeant repetere, quia † qui commodum consequuntur debent contribuere ad expensas. l. fi. C. de bon. auct. iud. possid. & quod habetur in l. ex parte, in prin. ff. famil. ercis. vbi Alber. & doct. Vltimum dubium, † nunquid vicini de dicta vniuersitate possint admitti ad testimonium pro vniuersitate contra ipsum officialem? & videretur dicendum, quod non, cùm ista

15 ista sit causa grauis & ardua in qua agitur de† existimatione, & honore ipsius officialis, vnde non deberent admitti, nisi testes omni exceptione maiores, secundum Archid. xj. quæst. ij. super Anto. de Bur. in c. insuper. de testibus. Alexand. x. ij. in iiij. Et quia isti lentirent commodum bursale, quia pecunia sicut fuit exacta, ita esset eis restituenda, secundum Bald. & Salic. in l. parentes. in ff. C. de testibus. doct. in l. nullus. ff. eo. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius vocan. per Alexand. cons. lxviij. in ij. cum similib. concludunt tamen doctor. quòd eorum fides posset suppleri per numerum, iuxta gloss. in l. iij. verb. numerus. ff. de testibus. & Alex. locis supra allega. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XI. SVMMÆ.

1 *Coitus cum meretrice est permissus, & nullam prorsus meretur pœnam.*

2 *Nulla est lex, quæ prohibeat Iudæis accessum ad meretricem christianam, vel econtrà.*

3 *Coitus cum Iudæis punibilis pecunialiter.*

4 *In delictis non succurritur minori 18. annis beneficio ætatis.*

5 *Quando res in specie non est illicita, sicut succurritur ignoranti, ita & ætati.*

6 *Qui adit meretricem, non dicitur dare operam rei illicitæ, sed permissæ.*

7 *Probabilis est ignorantia eius, qui meretricem credit non esse baptizatam, cum sit in perpetuo peccato, & contra ea quotidiè faciat, quæ per baptismum vetantur.*

8 *Onus probandi quod meretrix sit christiana, etiam. quod Iudæus sciuerit ipsam esse christianam, pertinet ad fiscũ.*

9 *Per coitum Iudæi cum Christiana fit iniuria duobus sacramentis, videlicet baptismo, & matrimonio.*

10 *Sicut quis ligatur statutis, ita etiam de ijs participat, quæ in eius fauorem inducuntur.*

Quamea minimè videntur necessaria in præsenti casu, in quo tam copiosè, & eleganter allegatum est, scribam tamen pauca, quia coram doctissimo iudice res agitur. Et prætermitto, quòd iure nostro † coitus cum meretrice est permissus, & nullum prorsus pœnam meretur. l. verum. ff. de furt. l. iij. in princ. de condi. ob turp. caus. nec hâc in re reperitur in iure aliqua distinctio personarum, & † nulla est lex, quæ prohibeat Iudæis accessum ad meretricem Christianam, vel contrà, imò olim meretrices dabant omnibus accedentibus, iuxta illud Martialis,

Das Catis, das Germanis, das, &c.

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum, & quæ sequuntur & ita consuluit dominus Dynus de Pistoris, quem refert Ioan. Bapt. de S. Seuerino in l. omnes populi. versic. vlt. de iustit. & iure. & sentit Alex. cons. xiij. in vij. Et ista opinio iudicio meo est vera secundum leges nostras, quæ (vt dixi) non distinguunt. Doctores † tamen videntur magis communiter sentire, quod sit puniendus pœna pecuniaria arbitrio iudicis, reprobantque exemplum iudicis Auinionensis, qui iussit amputari virilia, prout etiam ego reprobaui lib. vij. Parergon. & ita tenuit Oldr. cons. suo vlt. Andr. Sicul. cons. lxiij. in tertio. Alex. xcix. in vj. Corn. cxliij. in primo. Dec. cap. consuluit. ij. de appella. & l. j. hum. xxiij. C. de fer. fugr. cum similib. Et istud maximè est dicendum in minore xviij. annis, prout est eo-

sus noster, † quia licet tali non succurratur beneficio ætatis in delictis l. auxilium. de minor. tamen hoc est verum, quando daret operam rei illicitæ, puta adulterio, vel stupro, † quando verò res in speciem non est illicita, sicut succurritur ignoranti, ita & ætati. l. si adulterium. §. fratres. cum sequ. ff. de adult. vbi gl. & Bar. qui autem † adit meretricem, non dicitur dare operam rei illicitæ, sed permissæ, secundum Sal. in l. quæ adulterium. C. de adult. & ideo videretur omnino huic esse succurrendum, qui potuit credere non subesse aliquam prohibitionem, & † probabilis est ignorantia eius, qui meretricem credit non esse baptizatam, cùm sit in perpetuo peccato, & contra ea quotidie faciat, quæ per baptismum vetantur. arg. not. in l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. & † onus probandi, quod hæc sit Christiana, & quod Iudæus sciret, pertinet ad fiscum, secundum Ioan. Andr. & alios. in c. j. de homicid. lib. vj. Dec. cons. clxxxix. nec in responsione inquisitionis dicitur, quod nec ipsi Iudæi scirent eas esse Christianas. Quæ sententia præsertim est obseruanda in hac ciuitate, in qua vigent statuta imponentia leuem pœnam pecuniariam pro istis peccatis carnis, quando fiunt ex consensu, & talia statuta sunt seruanda etiam inter Iudæos, maximè istum originarium huius ciuitatis, vt consuluit Andr. Sicul. d. cons. lxiij. & Alex. d. cons. xiij. qui consuluerunt ferè in terminis nostris, & copiosè est allegatum per dominum Aduocatum. Nec obstant quæ subtiliter in contrarium fuerunt per dominum Iudicem allegata, in primis † quòd ex tali coitu cum Christiana fiat iniuria duobus sacramentis, secundum Paulum de Girlandis. lib. iij. c. xij. videlicet baptismo, & matrimonio xxviij. q. j. c. caue. cum seq. Respondeo iura illa loquuntur in Iudæo ducente Christianam in vxorem, quo casu magis deliquit hic Iudæus, vt dicit Oldr. in d. cons. & fatentur omnes, & ita etiam loquitur Paulus in dicto tractatu, nec video, quomodo possit cum meretrice habere locum talis iniuria, cùm nõ iniuriæ faciendæ, sed libidinis causa adeatur, vt dicitur in d. l. verum. In matrimonio verò offenditur etiam baptismus, quia per matrimonium efficiuntur duo in carne vna, & sic vna caro haberet baptismum, & non haberet, quòd secus in fornicatione simplici. Non obstat, quòd ipse Paulus tenet hanc opinionem, allegans, ità tenere doctores, respondeo, hoc esse falsum, & neminem doctorem loqui in coitu cum meretrice, sed in stupro, vel adulterio, quæ aliàs sunt punibilia, & Roma. consil. clv. quem ipse allegat nihil dicit, nec Io. Cad. in cons. xij. de foro comp. imò fortiùs, nec gloss. in c. nonnullis. in fi. de Iudæ. verb. animaduersionis. loquitur de pœna arbitraria respectu istius delicti, sed solum respectu blasphemantis, & contemnentis Deum, prout eam declarat Ioan. Andr. Hostiens. Abb. ibi; & ita etiam est intelligendus Felin. ibidum allegat consilium Anton. de Butr. quòd tamen non reperitur. Non obstat, quòd statuentes non videntur cogitasse de releuandis Iudæis, iuxta gloss. in l. tale pactum. ff. de pact. cum ibi not. respondeo, intelliguntur statuisse respectu omnium, qui ligantur statuto suo, secundum not. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & consequenter etiam respectu Iudæorum, qui subijciuntur vt dixi fusè per Alexand. & Barb. in dictis consilijs, sicut enim ligantur statutis, ita etiam participant de ijs, quæ in eorum fauorem inducuntur, l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Ferrariæ. Et hæc mihi videntur, salubi semper saniori iudicio.

CONSIL. XII. SVMMÆ.

1 *Mulier admittitur ad accusandum, vbi suam, vel suorum iniuriam prosequitur.*

2 *Accusatus non debet admitti ad recusandum, & quomodo intelligatur.*

3 *Reaccusatio permittitur instructè, quando crimina sunt connexa.*

4 *Pares attestationes veritatem incertam reddunt.*

5 *A sententia interlocutoria, habente vim diffinitiuæ appellari potest.*

6 *Statutum prohibens appellationem à sententia, vel interlocutoria, non debet intelligi de interlocutoria mixta, habente vim diffinitiuæ.*

7 *Dictio dicta, relationem facit ad præcedentia.*

8 *Dictio causa, intelligi debet à contestatione litis vsque ad sententiam.*

ROgatus vt breuiter dicam, quid sentiam super infrascriptis duobus articulis, non existimaui id munus detrectandum, quamuis alias simo occupatissimus. Primò quæritur, nunquid accusatio testium aduersarij de falso producta nomine dominæ Angelæ sit admittenda, in quo puncto puto, quòd sic, quia † etiam mulier admittitur ad accusandum, vbi suam vel suorum iniuriam prosequitur l. de crimine. C. qui accusar. non poss. vnde cùm isti testes proponantur falsò in eius damnum, & iniuriam deposuisse, debet procedere accusatio. Sicut iudex, non obstante hac oppositione, admisit accusationem dominæ Eleonoræ. l. j. ff. quod quisque iur. Non obstat, q dicta do. Angela videatur † accusata, vnde non debet admitti ad reaccusandum. l. is, qui reus. ff. de publ. iud. quia respondetur multis modis. Primò, quia regula loquitur, quando accusatus reaccusat accusatorem, sed isti testes, de quibus agitur non sunt accusatores. Nec quidem is, qui eos produxit ex sola intimatione, si sua putat interesse, &c. propter hoc esset accusator iuxta gloss. in l. ea quidem. in gloss. fin. C. si mancip. fuer. ali. & quæ habent in l. de pupillo. §. seruo. de oper. no. nunt. Secundò respondetur, quòd suprascripta regula non procedit, quando quis suas, vel suorum iniurias prosequitur l. neganda. C. qui accus. non poss. prout in casu nostro. Tertiò non procedit, quando reaccusatio fit ad finem, vt effectus primæ accusationis differatur, puta ne interim testes dom. Angelæ molestentur, secundum Bartol. in d. l. si is, qui reus. versic. iij. opponitur. Quartò dicitur, quod † quando crimina sunt connexa indistincte permittitur reaccusatio, secundum glo. in l. j. in gl. magna. in fi. C. unde vi. sequitur Bart. in d. l. is. qui reus. Multò magis in casu nostro, quando vnum & idem factum est vt cognoscatur vtrius partis testes sint veri, vel falsi: cum alioquin propter † partes attestationes veritas sit incerta. l. qui iurasse. §. fin. vbi Alex. de iureiur. Secundò quæritur nunquid à sententia iudicis, qui pronuntiauit accusationem productam pro parte do. Angelæ non esse admittendam, possit appellari. Et certum est, quod de iure communi potest. l. etiam. C. de appel. Cum ista † sit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, secundum Bal. in l. præses. ad fin. C. de fer. & quod no. gloss. in l. intra vrbe. de minoribus. Bal. l. ij. C. de epis. aud. Corn. consil. xiiij. lib. iij. Mod. nub. ff. de re iudi. vnde † statutum prohibens appellationem à sententia, vel interlocutoria, non debet intelligi de hac mixta per ea, quæ no. Bar. & post eum alij, in l. Titia. ff. de accusatio. Bal. l. vnica. de offic. præfect. præt. Abb. in c. pastoralis. de appellat. Et hoc maxime est dicendum, quia verba statuti non conueniunt casui nostro, dum dicitur, quod non possit appellari ab aliqua interlocutione, vel grauamine in dicta causa falsitatis, pondero dictionem † dicta, quæ refertur ad præcedentia in statuto, vt dicit Aret. consil. cliij. cons. xxij. Curt. consil. lj. lxxv. statutum autem per totum loquitur de causa falsitatis instructa, & in qua nomen rei sit receptum inter reos, non autem de isto primo actu, excludente à lite. Item pondero dictionem, † causa quæ accipitur à contestatione litis vsque ad sententiam. l. qui cum maior. §. accusasse. de bonis liber. Bald. Sal. Rim. in l. causas. C. de transact. ergo non potest intelligi statutum de isto primo actu excluiuo principij causæ. Fortius dico, quòd cum ex processu dicta mulier sit reiecta sub prætextu reaccusationis: quia prior accusatio dom. Eleonoræ fuit ei intimata, vnde dictæ dominæ Angelæ noceret, secundum doctr. Bartol. in l. si testamentum. ff. de petit. hæred. & quæ habentur in l. Lucius. de ijs, quæ not. infam. si ista sententia transiret in iudicatum, posset adhuc do. Angela accusare dictos testes dummodò non intimaret accusationem parti, tunc enim ipsi parti nihil noceret, secundum Bar. in d. l. si testamentum. vnde cessaret qualitas, super qua fundatur sententia meritò ommissa dicta qualitate non obstaret exceptio rei iudicatæ. l. denuntiasse. yer. quid tamè. vbi Bartol. ff. de adult. l. habebat. in princ. ff. de instit. act. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIII. SVMMÆ.

1 *In criminibus duntaxat agitur in loco commissi delicti, vel in loco vbi reus habet domicilium.*

2 *Locus delicti adeò attendendus est quod si Reus esset in foro domicilii condemnatus, remittendus ad iudicem loci delicti, vt in eo foro puniretur.*

3 *Non licet de eodem crimine quenquam bis inquietare.*

4 *Qui habet plura domicilia, conueniri debet in domicilio principaliori.*

5 *Ad eum Principem cui facta est iniuria, pertinet etiam criminis executio.*

6 *Lex domino non tribuit iurisdictionem in vasallum, alias non subditum, nisi respectu feudi.*

7 *Morbus sonticus excusat quem ne personaliter in ius venire teneatur, & procedit in ciuilibus, & in criminalibus.*

8 *Vasallus non potest puniri aut mulctari feudo, nisi cessauerit dolo, aut culpa.*

9 *Iudex nunquam potest ad mulctam venire, nisi contra contumacem.*

10 *Contumacia arguit dolum verum, vel præsumptum, à quo quis ex quacunque causa facilè excusatur.*

11 *Aegritudo probata per attestationem duorum medicorum tanquam præsumptiua, est sufficiens in materia consilij.*

12 *In omni parte processus etiam publicatis testibus, nunquam deneganda est probatio, quæ offertur iudicibus vt veniant in rem præsentem, vt oculis suis subiiciant.*

13 *Citatio per edictum, & tubicinem, non valet secundum magis communem opinionem.*

14 *Non possunt iudices iura de nouo condere & statuere quod talis citatio, quæ non est iuridica pro iuridica habeatur.*

Rogatus

ROgatus in præsenti casu, vt sententiam meam dicam, breuiter dux[i]re respondendum circa primum articulum, nunquid Comes Fabius possit conueniri prætextu asserti delicti ab officialibus ducalis excellentiæ: putarim, quòd non: quia cùm assertum homicidium hostiarij Senatus clerici factum fuerit in terris pontificijs, & ipse Comes in eisdem habiter: non videtur quòd possit à magistratibus de casibus molestari: quia regula est iuris nostri, quod † in criminibus duntaxat agitur in loco commissi delicti, vel in loco, vbi reus habet domicilium. l. j. C. vbi de crimin. agi oport. Primò † semper locus delicti, est maximè attendendus, adeò quod si reus esset in foro domicilij condemnatus, remittendus tamen esset ad iudicem loci delicti, vt in eo foro puniretur. §. si verò quis comprehensorum. in authē. vt nul. iudi. per Barto. & doct. in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. & cùm non liceat de eodem crimine quen quam bis inquietare, vt habetur in l. qui sepulchri. vbi Bal. C. de † sepulchr. vio. & in l. j. ff. vi bonor. rapt. videretur quod accusatus in loco delicti, tanquam in foro principaliori, non posset in alio foro molestari, vt dicit Bal. in l. executorem. versi. dico ergo. C. de execut. rei iudica. Nec obstant, quæ in contrarium adduci possent, & in primis, quod videatur Comes habere domicilium, etiam in terris Ducalibus, quia respondeo salua rei veritate: non enim de hoc sum instructus, quod nihilominus debet attendi domicilium principalius, sicut videmus in magnis principibus, qui habent † plura domicilia, attenditur solùm illud, quod est principalius, & secundum illud possunt conueniri, vt per Bar. in l. assumptio. §. penult. ff. ad municip. & quod not. idem Bar. in l. quod conclaue. in fin. ff. de dam. infec. declarat Dec cons. cclxxxiij. versic. v. non est autem dubium principalius esse Comitis domicilium in iurisdictione pontificis, vbi est etiam locus delicti, vt meritò tale duntaxat domicilium debeat attendi. Rursus non obstat si diceretur, quod cum personæ occisæ sint subditæ ipsius domini Ducis, videtur † iniuria principaliter ei facta: & ideò ad eum pertinet etiam criminis executio. glo. l. nequid. §. de ijs. ff. de incend. ruin. naufr. maximè cum delictum sit commissum in iurisdictione fœderata. l. non dubito. in fi. ff. de capt. & postlim. reuers. & in simili quod dicit Ang. in repet. l. si vacantia. C. de bonis vacant. & de incorpor. lib. x. in q. Eugubini, qui fuit condemnatus Eugubij, & decapitatus Perusij, qui tamen loquitur in eo qui fuerat inuentus Perusij, & ita etiam loquitur gloss. in d. §. de ijs. & d. l. non dubito. nostra autem quæstio procedit in Comite, qui est in foro pontificis: cum quo cōcordat & forum delicti, nec hactenus inuentus est in iurisdictione Ducali. Præterea gloss. in d. §. de ijs. reprobatur per Cyn. in authen. qua in prouincia. in iiij. q. vel loquitur in casu speciali odio rapientium ex naufragio, secundum Bartol. in leg. cunctos populos. in viij. q. princ. C. de sum. Trin. & fid. cath. d. leg. non dubito. respondeo intelligi de fœderatis, id est, de subditis, qui fœdere in deditionem venerunt, & ista est propria significatio huius vocis in sermone Latino, non autem de socijs, seu adhærentibus, vt declarat ibi Bar. & est rex. in cap. ad apostolicæ. vbi docto. de re iudi. lib. sexto. Angel. §. œconomus. in authen. de alien. & emphyt. Item non obstat, si diceretur prorogatam esse iurisdictionem Ducalem, & ideò magistratus esse competentes, secundum ten. in d. l. j. C. vbi de crimin. b. agi opor. quia respondeo, si videantur acta, nullam factam esse prorogationem respectu processus criminalis, sed solùm, quia iudicis, mutato agendi modo dixerunt, quod intendebant ab eo habere veritatem dicti delicti, & informari ab eo & mandauerunt, vt compareret sub pœna mille aureorum: videretur tali casu debuisse eum comparere tanquam vasallus Ducis, & qui tenetur rebellare Duci, quicquid aduersus honorem ipsius gestum sit, secundum c. j. de forma fidel. & c. j. de noua forma fid. est verum quod tali casu non potuerunt eum simpliciter mulctari in mille aureis, sed in mille aureis ex feudo percipiendis: quia † lex domino non tribuit iurisdictionem in vasallum, aliàs non subditum, nisi respectu rei feudalis. Et ideo nunquam aliam pœnam imponit, quàm priuationem feudi, vel partis secundum Iun. & cæteros in c. cæterum. de iud. & est rex. in C. o j. ver. quod si non fecerit. quæ fuit j. cau. cum si. per Soc. cons. xxvij. in iij. lib. respectu igitur suprascripti præcepti, duntaxat procuratores Comitis nullam opposuerunt declinatoriam, prout nec de iure ius profuisset. Vnde consequens est, vt respectu iudicij criminalis aduersus eum nihil possint præfati iudices, tanquam non competentes, respectu verò simplicis informationis pro veritate habenda teneatur Comes comparere, si potest verum cùm alleget impotentiam propter ægritudinem, non est dubitandum, quin ista excusatio sit legitima, quæ oritur ex † morbo fontico, qui excusat, ne quis personaliter in ius venire teneatur. l. ij. §. si quis. ff. si quis cau. siue in ciuilibus, siue in criminalibus. v. q. iij. c. si ægrotans. vbi per can. & in c. querelam. extra, de procu. & hoc maximè in vasallo locum habet, qui † non possunt puniri, aut mulctari feudo, nisi cessauerit dolo, aut culpa, vt in d. c. j. d. versic. quod si non fecerit. & in d. c. j. de noua for. fidel. ibi, pro posse meo. & ibi, sicut potero, & in alijs locis. Quamuis etiam generaliter in quacunque materia verum id sit, quòd † iudex nunquam potest ad mulctam venire, nisi aduersus contumacem. l. vnica. ff. si quis ius dic. non obtemp. quæ † contumacia arguit dolum verum, vel præsumptum à quo quis ex quacunque causa facilè excusatur, secundum glo. in d. l. vnica. §. fi. in glo. magna in fin. sed in casu nostro † est causa iustissima, nempè ægritudinis, quæ probata est ex attestatione duorum medicorum, quæ probatio tanquam præsumptiua est sufficiens in hac materia, vt per Io. de Imo. & alios in l. quæsitum. ff. de re iudi. & in omnem casum debuerunt iudices petenti procuratori dare dilationem ad probandum, secundum l. fi. ff. de fer. vbi per doct. maximè Alex. quo casu, citato fisco, & seruatis seruandis probatum id fuisset. Quamuis etiam id nō sit necessarium: cum per inspectionem, & euidentiam facti offerret procurator id ostendere: quo casu succedit illud quod notab. voluit Azo. & refert Bal. in l. contra negantem. in fi. ad leg. Aquil. quod † in omni parte processus, etiam publicatis testibus, nunquam denegānda est probatio quæ offertur iudicibus, vt veniant in rem præsentem, vt oculis suis subijciant, & c. Illud quoque arbitror non omittendum, quod ex allo capite hæc indictio mulctæ non videtur valida: quia non est Comes legitimè citatus: cum enim notorium sit, & allegatum quoque esset per excusatorem dominis iudicibus, quod Comes habebat

domicilium in tali castro iurisdictionis pontificię debuit per literas subsidiales ibi citari, secundum tex. in c. pastoralis. de re iud. † nec valet citatio per edictum, & tibicinem facta, vt est magis communis opin. in l. j. ff. de requi. reis. per Bar. in extrauag. ad reprimen. verb. per edictum. vbi reprobat opi. Cy. aliter tenentis. Et maximè cum in mandato delegationis dicatur, quod pro iustitia contra eos procedatur, &c. vnde † nó possunt ipsi iudices iura de nouo condere, & statuere, quod talis citatio, quæ non est iuridica, prò iuridica habeatur. l. j. & seq. C. commin. vel epist. cum simil.

CONSIL. XVIII. SVMMÆ.

1 *Ad hoc vt iudices aliquem criminaliter inquietent, oportet constare crimen esse perpetratum, & rem, de qua agitur, in nomen delicti transire.*

2 *Qui circuncidunt aureos grauioris ponderis, & reducunt ad iustum pondus, non committunt delictum.*

3 *Leges puniunt eos, qui adulterinam monetam conficiunt, vel falsa confusione nummos formant.*

4 *Leges puniunt, qui falsam monetam percutiunt.*

5 *Leges puniunt eos qui adulterinam monetam conficiunt vel falsa confusione nummos formant, & eos qui nummos aureos partim raserint, partim tinxerint.*

6 *Lex quicquid dicat statutum est.*

7 *Licet tondentes aureos grauioris ponderis, & eos redigentes ad iustum pondus malefaciant, non tamen puniri debent, postquam lex nullam pœnam constituit.*

8 *Contrariorum eadem est disciplina.*

9 *Quod operatur propositum in proposito, idem & oppositum in casu contrario.*

10 *Non debet quis petere id, cuius contrarium non esset postulaturus.*

11 *Non est capienda interpretatio, quod statutum sit superfluum.*

12 *Ratio eadem cum dicto non concludit.*

13 *Moneta dicitur, quæ est iusti ponderis.*

14 *Moneta abrasa vsque ad legitimum pondus, non potest dici moneta diminuta, sed potius perfecta & integra.*

15 *Regulariter quotiescunque de pœna inferenda tractatur, dolus est necessarius, quia alias lata culpa non æquiparatur dolo.*

16 *Statutum debet intelligi, vt aliquid addat, seu detrahat iuri communi.*

17 *Qui intentionem suam fundat in aliqua qualitate, illam qualitatem probare tenetur.*

18 *Dolum alleganti incumbit onus probandi.*

19 *Quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo.*

20 *Causa quælibet temeraria excusat à dolo.*

21 *Falsum est mutatio veritatis.*

22 *Notarius clausulam superfluam, & nemini nociuam abradens de protocollo, non incidit in aliquod crimen.*

23 *Habens mensuras maiores si eas reducit ad iustum modum, non committit aliquam falsitatem, sed potius commendandus est.*

24 *Falsum nemini nociuum, non comprehenditur in pœnis l. Corneliæ.*

25 *In grauissimis delictis per lapsum temporis x. annorum fit alleuiatio.*

26 *Iudex non debet confessionem rei qualificatam diuidere, sed eam debet cum sua qualitate acceptare, cum vnum factum sit duntaxat.*

27 *Vnum delictum tantum, licet circa plures res commissum sit, vna tantum pœna puniri debet.*

28 *In statutis etiam pœnalibus fit interpretatio secundum communem vsum loquendi.*

29 *In pœnalibus accipitur semper mitior intellectus.*

30 *Semper in ambiguis, quod minimum est sequimur.*

31 *Non errat qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit.*

TRium inquisitorum viso processu in ciuitate Anchonæ de crimine circũcisionis monetæ aureæ, & rogatus, vt dicam, quid super dicta inquisitione censeam breuiter agendo, puto partes domini indicis esse in eos absoluendo. Moueor infrascriptis rationibus. Prima, quia † adhoc vt iudices aliquem criminaliter inquietet. Primò, oportet constare delictum esse perpetratum, & rem, de qua agitur in nomen delicti transire, vt est tex. in l. j. §. item illud. ff. ad Syl. vbi omnes no. & per Bartol. in l. fin. in princ. ff. de q. per Ang. in tract. malefi. verb. nunc videamus de tortura. sed sic est, quòd imputatio data præfatis inquisitis † quod totunderunt aureos grauioris ponderis, & reduxerunt ad iustum pondus non cadit in nomen delicti: nec est vlla lex in corpore iuris id factum puniens, ergo non potuit contra eos procedi, † leges enim puniunt eos, qui adulterinam monetam conficiunt, vel falsa confusione nummos formant. l. j. & ij. C. de fal. mo. vel † qui fal. mon. percusserint. l. qui falsam. ad l. Cor. de fal. vel nummos aureos partim raserint, partim tinxerint, vel pinxerint. l. quicunque. eo. tit. De his verò, qui mutilauerint, vt ad iustum pondus redigant, non est iuré cautum eos puniri, ergo non potuit Iudex aduersus tales procedere, & dato quod malefecerint, non tamen puniri eos oportet, postquam lex nullam pœnam constituit. l. iij. §. diuus. ff. de sepul. viol. l. at si quis. §. diuus autem. ff. de relig. & sump. fun. Nec tex. in d. L. quicunque. dum loquitur de radentibus potest intelligi de his, qui reducunt ad iustum pondus, sed de his qui imminuunt, & in pondere defraudant accipientes, vt declarat ibi gloss. super verb. radit. dum subijcit minuendo: intelligenda est enim minuendo de iusto pondere, aliàs gloss. illa ineptè loqueretur: cui enim dubium, quod radens semper minuit. Item aliàs lex illa esset iniqua, quæ tam grauem pœnam infligeret facto leuissimo. Item ita intelligitur per text. in l. sacrilegij. in verb. non videntur † adulterinam monetam exercuisse. ff. ad leg. Iul. pec. & in c. v. extra, de iureiur. verb. legitimo pondere defraudata, & quod ita sit intelligenda d. l. probatur. etiam alijs rationibus de quibus infrà, tametsi etiam possit dici de ea lege in præsenti casu non esse curandum, quæ videtur reformata per statutum, vt per doct. in c. de cau. vbi Dec. de offic. deleg. & † quicquid dicat lex, tu statutum serua inquit Bald. in l. quæ sepulchra. C. de sepul. viol. Corn. consil. cxiiij. in j. Secunda ratio est, quia quotidie nos videmus, † quòd si aureus non sit legitimi ponderis, defertur ad aurifices, qui tantum addunt auri, vt ad iustum pondus perueniat, idque est impune, & vsu omnium receptum: certè eadem ratione si superabundat, potest diminui vsque ad legitimum pondus: quia † contrariorum eadem est disciplina. glos. in rubr. ff. de acquirend. poss. & quia quod operatur † propositum in proposito, idem & oppositum in casu contrario. l. fin. §. fin. ff. de leg. iij. & quia quis non † debet petere id cuius contrarium non esset postulaturus. l. pen. C. de sol. facit quod not. gloss. in l. si merces. §. vlt. maior. ff. loca. alioquin cogeretur aliquis plus in materia auri expendere, cum posset idem, murato aureo, in minori quantitate materiæ facere, quod est absurdum. l. j. C. de ponder. libr. x. Tertiò dico, quod etiam ex forma statutorum ipsius ciuitatis indicatur istos in nullum crimen incidisse. Et maximè ad statutum ipsum attendendum est, quod

quod verisimile est factum fuisse etiam causa iuris veteris corrigendi. Igitur verba statuti dicunt, *si aliquis dolose diminuerit, seu limauerit monetam, causa illam minuendi condemnetur, &c.* pondero enim illa verba, causa illam minuendi: nolo enim possunt intelligi de minutione, quæ fit vsque ad legitimum pondus: quia hoc modo sufficiebant illa verba, si quis diminuerit, alioquin † statutum esset superfluum, quæ interpretatio est accipienda. l. si quando. ff. de legat. j. & † assignaret rationem eandem cum dicto, & consequenter septam, vt habetur in l. fin. ff. de offic. proc. Cæs. necessario ergo intelligemus causa minuendi monetam, scilicet, de iusto pondere: quia † moneta dicitur, quæ est iusti ponderis, & illa, quæ est abrasa non diminuto legitimo pondere, non potest appellari † moneta diminuta. dict. cap. quanto. de iureiur. sed potius perfecta & integra. l. prima. in princ. de orig. iur. l. si non sint. §. quid ergo. de auro & argento legato. Bartol. in l. is qui res. ff. ex quibus caus. maio. Quarto pondero verba statuti, quæ dicunt, si quis dolose diminuerit, &c. & sic requirunt expresse dolum, prout etiam † regulariter quotiescunque de pœna inferenda tractatur, dolus est necessarius: quia alias lata culpa non æquiparatur dolo, secundum Bartol. in l. lege Cornelia. ff. de sica. & late per Ang. de Aret. in d. tract. malefic. in verb. scienter & dolose. & cum istud de iure communi. l. nec exemplum. C. de fals. & † statutum nihilominus requirat dolum, debet intelligi, vt aliquid addat iuri communi, & sic de dolo apertiore & magis euidente, secundum doctr. Bartol. in l. ij. ff. de vsucap. quem refert & sequitur Alexand. cons. xxiiij. in ij. Clarum autem est, quod adhuc vt fiscus possit istos inquietare, † oportet vt qualitatem statuti probet, videlicet, quod isti dolose raserint, vt per Bartol. in l. qui vxori. §. quid tamen. ff. de adult. quia † alleganti dolum incumbit onus probandi. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probat. in casu autem nostro procul dubio nullus est dolus: quia potuerunt isti verisimiliter credere, quod iste actus esset permissus, ex quo aliquid non imminuebant de iusto pondere, & † quæliber causa etiam iniusta excusat à dolo. l. igitur. §. potest. ff. de lib. caus. l. iij. §. si quis ignorans. ff. ad Syl. gloss. l. j. in fin. ff. de abig. imò omnis credulitas etiam fatua excusat, ne quis censeatur fuisse in dolo, secundum Angel. in l. j. ad fi. princ. ff. de eo per quem fact. erit. & alibi idem Angel. dixit, quod etiam † causa quælibet temeraria excusat à dolo, per l. plagij criminis. C. ad leg. Fal. de plag. sequitur Ias. in l. si quis maior. C. de transact. vbi etiam Mod. subiungentes, quod etiam ignorantia iuris excusat à dolo. §. quid tamen. instit. vi bon. rap. & quod no. Alexand. consil. centesimo tertio. volumine primo. Quinto facit, quia istud crimen nullo modo potest incidere in delictum falsi: quia † falsum est mutatio veritatis, vt est text. in authen. de instru. cau. in prin. & per Alexand. consil. septuagesimo tertio, hic autem veritas legitimi ponderis, & monetæ non est mutata, merito non potest esse locus alicui capiti legis Corneliæ. de fal. sicut etiam videmus, quod † notarius clausulam superfluam, & nemini nociuam abradens de protocollo non incidit in aliquod crimen, vt habetur in l. si Titianus. de reg. iur. per Bar. & Alb. de Rod. sic etiam videmus, quod non † habens mensuras maiores, eas reducit ad iustum modum, non committit aliquam falsitatem, sed potius commendandus est. l. arbitrio. §. de eo. ff. de dol. Idemque † generaliter solemus dicere de quolibet falso, quod nemini sit nociuum, non enim comprehendit ui pœnis legis Corneliæ. l. pen. C. ad leg. Corn. de fal. Alex. consil. xxxxvij. in j. vol. Dec. cons. clvij. versi. præterea. merito ergo & in casu nostro idem est dicendum: cum enim pecunia iusto in pondere suo relicta sit, nulli parti est præiudicium, ideoque & nullam pœnam meretur. Sexto, quia videntur obstare fisco præscriptio introducta à statuto, nolente aduersus aliquem procedi, nisi intra annum à die commissi criminis. Nec obstat, quod statutum excipiat crimen falsitatis: quia (vt supra dixi) istud non est crimen falsitatis: cum mutata non sit veritas, nec legitimum pondus, vt est text. in d. l. sacrilegij. in verbo, non videntur adulterinam monetam exercuisse. ff. ad leg. Iul. pecu. qui tex. probat à fortiori, vt ibi patet. & Bal. cons. cccxciij. vol. j. & maximè hæc opinio tenenda est, cùm non solum annus, sed etiam longum tempus, id est, decem annorum sit elapsum, quo casu etiam † in grauissimis delictis sit alleuiatio, secundum gloss. & Bart. in l. si diutino. ff. de pœn. Petr. de Anchar. Andr. Sicul. & Modern. in cap. fin. in princip. extra, de consuet. Nec obstat, si diceretur aduerte, quia suprascripta procederent, vbi constaret, quòd huiusmodi abrasio facta fuisset supra legitimum pondus, non autem intra: verisimile autem est, quòd imò etiam de legitimo pondere abraserint. Nam respondeo, quòd ex quo de tali facto decidi non constabat, nisi ex confessione ipsorum non potest iudex dictam confessionem diuidere, sed debet eam cum sua † qualitate acceptare, cum vnum factum sit duntaxat cum sua qualitate. l. etiam. §. primo. ff. de minor. per Bartol. in l. Aure. §. idem quæsijt. ff. de liber. leg. est enim vnum, & idem capitulum, quod diuisionem non recipit, vt per Gem. in capitul. primo. de confess. & quod not. Alexand. consil. octuagesimo septimo. in primo. & consil. secundo. in fin. in quarto volumine. & consil. centesimo trigesimo secundo. in quinto volumine. & hoc maximè dicendum est in casu præsenti, in quo non apparet quod præcesserint aliqua indicia, sed iudex processit ad capturam ex abrupto. Vnde subsequuta confessio non conualidat processum, quin possit reus reuocare suam confessionem secundum Alex. in l. qui in aliena. §. Celsus. in addit. ad Bar. ff. de acq. hæred. vbi allegat Pet. de Ancha. consil. xxiiij. merito in nostro poterit reus eam reuocare, nisi iudex in totum eam acceptet, Et suprascripta procedunt respectu illorum, qui confessi sunt se abrasisse dictos aureos: respectu verò d. Anselmi res iudicio meo est prorsus indubitata, quia ipse de hoc crimine non imputatur, sed solum de scientia, & quod in domo sua in camera tamen habitationis Francisci generi sui hoc factum sit: nec enim sumus in ijs casibus, in quibus de iure punitur etiam scientia eius, qui non reuelauit, de quibus per Bartol. in leg. vtrum. in fine. ff. ad legem Pompe. de parricid. & text. in d. leg. prima. C. de fal. mone. non loquitur in casu nostro, sed solum de his, qui adulterinam monetam exercent, quæ verba in casu nostro non verificantur. d. leg. sacrilegij. & supra dixi. Non omitto etiam circa intelligentiam statuti. quatenus in eo punitur is, qui limauerit monetam, causa eam minuendi, si moneta fuerit aurea, in centum florenis auri, pro qualibet moneta, quod dicta verba non debent intelligi pro qualibet moneta,

idest, quolibet aureo, sed potius pro omnibus aureis existentibus eiusdem signi: quia statutum videtur actum ipsum delinquentis potius punire, non autem res ipsas particulariter considerasse, per ea, quæ notat Bartol. in leg. si gemina. ff. arb. fur. cæ. & quia istud dicitur † esse vnum delictum tantum: licet circa plures res, seu aureos commissum sit, vt per Bartol. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Vnde vna pœna tantùm puniri debet, & quia ex vsu loquendi notorio, & manifesto omnibus constat, quod appellamus vnam monetam tantùm, etiamsi essent mille nummi vnius signi seu characteris, in † statutis autem fit interpretatio secundum communem vsum loquendi etiam pœnalibus, vt per Bartol. & doct. in rubrica. ff. de operis noui nuntiatione. & maxime hæc interpretatio est accipienda propter tres iuris regulas. Prima, quòd † in pœnalibus accipitur semper mitior intellectus. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. Secunda, quod † semper in ambiguis, quod minimum est sequimur. l. semper. de regulis iuris. l. nummis. ff. de legat. tertio. cum similibus. Tertia, quia † non puto eum errare, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facilè responderit. l. non puto. ff. de iure fisci. per doct. in l. j. fol. matrim. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

1. *Testes per iudicem causæ examinari debent.*
2. *Remissoria pro examinandis testibus extra territorium concedi non debet, nec solet, nisi ex magna causa quando aliter veritas haberi non potest.*
3. *Ei qui non iurauit de calumnia, denegantur literæ remissoriæ.*
4. *Qui petit remissoriam, si vult obtinere eam debet deponere pecunias pro expensis necessarijs in huiusmodi remissione, & pro alendis testibus qui de longinquis partibus veniunt.*
5. *Quotiescunque iudex haberet pro suspectis testes, tunc potest denegare remissoriam, & iubere quod coram se producentur.*
6. *Iudex non concedit remissorias nisi pars nominatim testium mentionem faciat, vt possit scire cuius fidei, & qualitatis sint.*
7. *Denegatur remissoria, quando ipsam petens potuisset ipsos testes in loco iudicii examinari facere, & fuit negligens.*
8. *In causis arduis non solet concedi remissoria, quia testibus, qui per remissorias examinantur, non est facile credendum, nisi sint omni exceptione maiores.*
9. *In causis criminalibus non est locus remissoriis, & quare.*
10. *Rescriptum secundum terminos iuris, intelligi debet.*
11. *Dispositio legis est, vt causæ ciuiles per ordinarios cognoscantur, causæ autem criminales per iudices criminales.*
12. *Vt possit agi criminaliter, & causa ad iudicem criminalem deuolui, oportet prius subesse coniecturas & suspiciones criminis perpetrati.*
13. *Quælibet leuis præsumptio sufficit ad incipiendum processum, & ad deueniendum ad capturam.*
14. *Ad diffinitiuam suspitiones, nisi forsan violentæ, non sufficiunt cum lex requirat liquidissimas probationes.*



O in sententiam suprascripti do. consultoris, qui non minus copiosè, quàm subtiliter vtrunque punctum absoluit, & in primis, quod non debeant concedi remissoriæ pro examinandis testibus extra territorium: in proposito casu multum me mouet quod huiusmodi remedium contra regulas iuris inductum est: cum † testes ipsi per iudicem causæ examinari debeant. authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrument. clementi. prima. de offic. deleg. l. tertia. §. diuus. versic. nam ipsos interrogare soleo. ff. de testibus. cum similibus. & licet secundum consuetudinem curiarum plerunque soleant concedi, tamen hoc non fit, nisi ex magna, & necessaria causa, quando aliter veritas haberi non potest, vt habetur in capitul. præsentium. de testibus. in sexto. & per Modern. in capitul. primo. in fin. de appell. Alexand. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. & de. Felin. in cap. cum causam. extra, de testibus. & ideo plures casus adnotantur à doctoribus, quibus huiusmodi † remissoriæ concedendæ non sunt. Primus est, † quando qui petit eas sibi concedi, non iurauisset de calumnia, quod hoc non facit animo protelandi litem, sed quod credit per illos se posse probare intentionem suam: tenetur enim præstare tale iuramentum: aliàs denegarentur tales literæ. l. de die. §. tutor. vbi Bal. Angel. Paul. de Castr. Alexand. ff. qui satisd. cog. Alius est † casus, quando talis petens nollet deponere pecunias pro expensis necessarijs in huiusmodi remissione, & primò pro alendis ipsis testibus ad locum iudicij, de longinquis partibus velint venire, iuxta l. si quando. C. de testibus. & in capit. statutum. §. proferendo. de rescrip. in sexto. quod si testes venire nolint, saltem aliæ impensæ deponendæ sunt: aliàs non debent iudices istum petentem audire, vt dicit Ioann. de Imol. in leg. cum ab initio. ff. quemadmodum test. aperian. & per gloss. in dict. capitul. statutum. §. fin. vbi docto. Tertius est casus † quotiescunque iudex haberet testes pro suspectis: tunc enim potest denegare remissorias, & iubere: quod coram se producantur, vt dicit Imol. se consuluisse in dict. l. cum ab initio allegat text. in dict. cap. præsentium. §. testes. de testibus. in sexto. vbi Archidiac. & Ioan. Andr. in casu autem nostro manifesta est suspicio, imò falsitas aperta in dicto chirographo, propter quam iudices mercatorum vetuerunt fieri registrationem, vt frustrà iste satagat, probare illud chirographum per istos testes suspectos. Quartus † est casus à supradicto dependens, quem vidi sæpissimè in practica seruari: quia iudices non concedunt remissorias, nisi pars etiam nominatim ipsorum testium mentionem faciat, vt possint scire, cuius fidei, & qualitatis tales examinandi sint: interest enim tali casu, vt edantur nomina saltem ipsis iudicibus, & non expectetur oppositio in personas, vsque ad aperturam secundum not. per Ioann. Andr. in d. capitul. præsentium. ad fi. verb. specificationem. & quod habetur per Bald. in l. edita. in repe. Padu. C. de edend. Alexand. l. prima. §. primo. in fin. ff. eod. tit. quod maximè obseruandum videtur in casu nostro, in quo Criuellus, & Horatius testes nominati sunt infames, & fugitiui, vt ex ipso processu apparet. Quintus est casus † quando negligentia ipsi petenti imputari potest, vt quia potuisset illos testes aliquando facere examinari in loco iudicij, & non fecisset, vt dicunt Angel. Paul. de Castr. Alexand. & Modern. in dict. l. de die. §. tutor. at in casu nostro non solùm negligentia, sed dolus, & falsum imputari huic petenti potest, qui chirographum ipsum lacerauit: quia tanquam

tantum de falso suspectum fuerat à iudicibus mercatorum reprobarunt, & nunc satagit illud probare per testes, qui nihil potuerunt dicere de suspicione procedente ex natura, & interlineatione, quam oculata fide iudices mercatorum considerarunt, & registrationem prohibuerunt. Sextus est † casus in causis arduis: in ijs enim non est credendum talibus testibus, qui per remissorias examinantur: quia non sint maiores omni exceptione: cum si falsum dicat, iudex eos punire non posit: & ideò † in causis criminalibus non est locus remissorijs, d. auth. apud. idemque in causis ciuilibus arduis, & magni ponderis, de quibus per Dec. & Crotum in d. c. j. in fi. de app. quæ omnia cum procedant in præsenti causa arbitror recte per d. Consultorem concluſum esse quod huiusmodi remissoriæ concedendæ non sint. Circa secundum articulum concurro etiam cum suprascripto dom. Consulente: quia verba rescripti sunt, vt causa criminalis remittatur constito de suspicione, & c. quod † rescriptum secundum terminos iuris intelligitur. l. si serui. C. de noxal. c. ad audientiam. extra. de cler. non residen. l. j. ff. ad munic. c. j. vbi Bal. Fel. Mod. extra, de offic. ordi. † dispositio autem legis illa est, vt causæ ciuiles per ordinarios cognoscantur, causæ verò criminales per iudices criminalium. l. solemus. §. fi. ff. de iudic. l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. xij. nec alter deberse de alterius iurisdictione intromittere: quia talis materia est limitata per statuta, & per dispositionem iuris, vt habetur in d. §. fi. & per doct. l. Gallus. §. fi. de lib. & posthu. in proposita ergo † vt posit agi criminaliter, & causa ad iudicem criminalem deuolui oportet prius subesse coniecturas, & suspiciones criminis perpetrati. l. j. §. item illud. ad Sylla. per doct. in c. j. extra, de offi. ord. Sal. l. fin. C. de quæstione. Rom. l. & si certus. ff. ad Sylla. alias si iudex criminaliter molestaret, teneretur parti actione iniuriarum. l. nec magistratibus. ff. de iniur. & late per Pariden in tract. synd. verb. inquisitio teneretur, & de calumnia, & ad expensas, vt habetur in l. seueriter. C. de excu. tutor. Bal. l. de crimine. C. qui accu. non poss. oportet ergo vt prius subsit coniectura, vel suspicio criminis: sufficit † antè quælibet leuis præsumptio, vt possit incipi processus, & etiam ad capturam deueniri, vt habetur in l. j. C. de exhib. reis. Salrc. d. l. fin. C. de quæst. & per glo. in cle. pastoralis. de re iud. verb. de more. & per glo. in c. fi. de accu. in vj. Io. And. in Spec. de notor. crim. verbo, reprobatus. Aret. consi. lxxiij. vt verò ad torturam & quæstionem procedatur, opus est grauiore coniectura, & suspicione: aliàs non oriretur indicium sufficiens ad torturam, de quo per Bar. in l. fi. ff. de quæst. gl. & doct. in l. fi. C. fam. ercisc. cum similibus. Vt verò † vlterius procedatur ad diffinitiuam, suspiciones non sufficiunt: nisi forte valde violentæ, cum lex requirat liquidissimas probationes. l. fi. C. de proba. per Felin. in cap. licet Heli. de simon. cum igitur in rescripto dictum sit, vt causa remittatur constito de suspicione, intelligetur secundum terminos iuris de suspicione, quæ sufficiat inchoando processui, sufficit autè, (vt dixi) etiam leuior, & prout declarat Bat. in l. admonendi. ff. de iureiur. cum iudex ex aliquo leui indicio vel argumento inclinat animum suum, licet non firmet in illam partem, & pertinet duntaxat ad primum gradum probationis, nec sufficit ad condemnandum, sed duntaxat ad procedendum. vt declarat Bar. & doct. in d. l. admonendi. Alex. consi. xxviij. lib. v.

in causa, & lite verrente super feudo. vers. præterea. In casu autem nostro, non solum subest suspicio, sed fallitas euidenter probata ex libris rationum, in quibus nullam mentionem fecit dicti chirographi, prout tenebitur vt eleganter simul, & copiosè deductum est per d. consulentem cui in omnibus acquiesco. Et ita mihi videtur, saluo semper laniore iudicio.

CONS. XVI. SVMMA.

1 *Inuestigare in aliena domo, licet quando inuestigatio seu inquisitio fieret ad vtilitatem publicam.*

2 *Processus criminales principaliter tendunt ad vtilitatem publicam.*

3 *Minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem semper habuerunt.*

4 *Qualitas iudiciorum est arbitraria ipsi iudici, nec habet certas regulas, quibus possit diffiniri.*

5 *Iuramentum partis habetur pro idonea causa ad cogendum aliquem editioni, & exhibitioni.*

6 *Inuestigandi causæ, & indicia.*

7 *Vbi res reducitur ad notorium, purgatur omnis defectus inordinati processus.*

8 *Ex furto potest non solum ciuiliter, sed etiam criminaliter agi contra ecclesiasticos.*

9 *Inuentio furtiuæ rei apud culpatum auget suspicionem, & coniecturam criminis, ac facit indicium ad torturam contra ipsum.*

10 *Causa furti est sufficiens ad carcerationem.*

11 *Clericus non potest subiici torturæ, nisi sit persona vilis, & infamata de crimine, & nisi sit formata inquisitio, & nomen receptum inter reos.*

12 *Officium assessoris est solum consulere.*

13 *Clerici non prohibentur habere consilium à laicis.*

14 *Regulariter per appellationem suspenditur iurisdictio iudicis à quo.*

15 *A contractu non appellatur.*

16 *Ciuiliter pro furto punitur quis in duplum.*

17 *Criminaliter ad restitutionem damni condemnatur pro furto, & condemnatus erit notatus infamia.*

18 *Clericus criminaliter pro furto condemnatus ad restitutionem damni cogitur, præterea deponitur, & detruditur in carceribus ad agendum pœnitentiam.*



Ieueritne d. Vicario mittere executores in domum do. Præpositi ad perquirendum instrumenta, quæ allegabatur fuisse furto subtracta per ipsum Præpositum, puto indubitanter, quod sic: quia in iure tribuitur hæc licentia in tribus casibus, quorum quilibet in controuersia præsenti contigit. Primus quando talis inquisitio, † seu inuestigatio fieret ad vtilitatem publicam, vt extat text. in l. omnes. C. de aquæd. lib. xj. vbi Bart. Ioan. de Plat. & cæteri not. vnde in casu nostro: quando Vicarius hoc fecerit causa criminaliter procedendi, satis apparet potuisse eũ hoc facere: quia † processus criminales principaliter tendunt ad vtilitatem publicam, vt declarat Bart. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. in materia meri imperij: vnde videmus quotidie istud fieri per iudices, & † minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem semper habuerint. l. minimè ff. de legibus. & ad suprascripta facit text. in l. prima. §. hoc autem senatusconsultum. ff. de ser. fug. vbi lex imponit pœnam iudici non perquirenti: vbi requisitus est à parte: nec in hoc primo casu requiritur, præcedant aliqua indicia: vt concludunt Dd. de

quibus infrà, distinguetes hunc casum à sequenti.
Secundus casus est, quoties subessent aliqua indicia quod res furtiua fuisset in tali domo, vt no. Cyn. Bartol. Bald. cæterique in l. requirendi. C. de fer. fug. Pet. de Anch. in clem. j. de vsur. Ista autem † qualitas indiciorum est valde arbitraria ipsi iudici, nec habet certas regulas, quibus diffiniri possit, vt declarat Bartol. in l. fin. ff. de quæst. In casu autem nostro videtur, quod subessent indicia sufficientia ad perquirendum in primis † iuramentum ipsius partis, quod habetur pro idonea causa ad cogendum aliquem editioni, exhibitioni l. fin. ff. de bon. auct. iud. possi. vbi omnes not. Deinde amissio † ipsius instrumenti, quod fuerat subtractum, vel non extabat, vt prius in protocollis notarij, quæ subtractio tendebat ad vtilitatem præpositi, vnde erat præsumptio contra præpositum, iuxta illud Caisianum, Cui bono, &c. & quod talis præsumptio sufficiat ad indicium, firmat Bartol. in d. l. fin. ff. de quæst. vbi allegat text. in l. prima. §. sed si quis instrumenta. C. de Lat. lib. tol. & sequitur consil. centesimo septuagesimo quinto. probat hoc facit, quod not. Alb. de Ros. in l. j. §. ij quis. ff. ne quid in loc. publ. & istud maximè debuit sufficere in casu nostro, in quo tractamus de indicio ad capturam, tantùm, quod sufficit qualecunque esse etiam valde tenue: cum secùs esset si de indicio ad torturam, quod requiritur esset efficacius, secundum Bald. in l. & si certus. ff. ad Sylla. & Sal. in l. nullus. C. de exhib. reis. maximè si iste præpositus non esset bonæ conditionis, & famæ. de quo per Bartol. in d. l. fi. Vtrius est casus, quando ex postfacto apparuit, quòd res erat apud ipsum, prout in casu nostro, ex subsequentibus enim purgatur defectus informationis, quæ præcedere debuisset: † vbi enim res reducitur ad notorium, purgatur omnis defectus inordinati processus. cap. primo. de accu. lib. vj. c. euidentia. de accus. in antiquis. cum igitur ex post facto apparuerit quod iudex prudenter, & caute egit: non est ei imputandum, si dictum præpositum non admonuerit, qui proculdubio in secretiore loco dicta instrumenta reposuisset, ne possent inueniri. Nec obstat si diceretur, quòd cum ista perquisitio in domo aliena sit species probationis ipsius querelæ, non debuit concedi, nisi præcedentibus informationibus, & indicijs, prout, in terminis tenuit Spec. in tit. de instrum. edit. §. videndum. versic. pone instrumenta, quia respondeo quòd dictum Spec. est verum regulariter, sed limitatur, vt non procedat suprascriptis tribus casibus, & etiam respondetur ad quasdam decisiones Bald. in l. consentaneum. C. quom. & quand. iud. quæ satis leuiter faciunt in proposito. Circa sequens quæsitum, repertis dictis instrumentis an potuerit decerni captura, & incarceratio dicti præpositi Res. pondeo, quod sic: & in primis præmitto, quod prepositus iste querelat⁹ fuit de furto dictorum instrumentorum, † ex quo furto potest non solùm ciuiliter, sed etiam criminaliter agi etiam contra ecclesiasticos. ca. primo. extra, de depos. vbi est text. clarus, quod potest in carcerem poni, & vinculis alligari etiam si ciuiliter agatur: dum tamen causa ciuilis habeat annexum delictum, & ibi omnes not. & per Alexand. consil. xxij. in ij. vol. Felin. cap. de hoc, extra, de simon. maximè cum indicium sit aduersus eum, quia dicta instrumenta pertinebant ad eius commodum, vt supra dixi per Bartol. in d. leg. finali, de quæst. qui loquitur, quando adhuc instrumenta non erant inuenta: cum verò apud eum reperta sunt, sentit indubitanter, quod inde oriatur indicium sufficiens ad torturam. † inuentio enim auget suspicionem, & coniecturam criminis, vt est text. in l. ij. C. de furt. vbi omnes not. & ita etiam tenet d. Par. de Pur. in tract. sindicatus. verbo, torturæ. vers. viso de indicijs. Nec obstat, si dicatur non debuisse in carcere poni, ex quo propter qualitatem personæ non erat suspectus de fuga, & non poterat torqueri. Respondeo, vtrunque est falsum, sed etiam si esset verum, adhuc nihil obstat: cum † causa hæc furti sit sufficiens ad incarcerationem. d. c. j. & quia incarceratio fit etiam præcedente leuiore indicio, quàm sufficiat torturæ, vt supra dixi, & quia in casu nostro suberat indicium sufficiens, vt torqueri posset, ex quo instrumenta subrepta ad eius commoditatem pertinebant, & apud eum inuenta erant, vt per Bartol. in d. l. fin. & per Paridem loco suprà allegato. Nec obstat, quod talia instrumenta carerent subscriptione notarij, quia istud aggrauat delictum, ex quo subripuerat de protocolis antequam subscriberentur, ne notarius posset eorum copiam d. Gurono aduersanti facere, & fuerunt recognita ab ipso notario, & constat, quod erant de manu notarij, & in processu est comparatio ipsius notarij agnoscentis ea, tanquam originalia sua. Nec obstat, quod ex qualitate personæ non præsumatur furtum ab ipso præpositio factum, nec sit sufficiens præsumptio ad torturam, nisi concurrentibus alijs coniecturis, vt habetur in l. in ciuilem. C. de furt. quia respondeo primo quod doct. ibi loquuntur in re promiscui vsus: nostra quæstio est in instrumentis, quæ afferunt commodum, & vtilitatem huic soli præpositio penes quem reperta sunt, & ideo maior est contra ipsum fraudis coniectura, vnde Bart. in d. l. fi. non sine mysterio loquitur de instrumentis, & ita etiam propriè procedit tex. per eum allegatus in d. l. vnica. §. ille autem nouissimus. C. de Lat. liber. toll. & ita etiam loquitur Paris loco suprà allegato, dum dicit quod res furtiua solùm, pertinebat ad eius commodum ponderando dictionem, solùm. Secundò respondeo, quod not. per docto. in d. l. in ciuilem. procedunt respectu indicij ad torturam, in quo requiruntur maiores coniecturæ: nostra verò quæstio est de indicio ad capturam, in quo sufficit leuior præsumptio, & quæliber tenuis coniectura, vt habetur in d. l. secunda. C. de exhib. reis. & per gloss. in clementin. pastoralis. de re iudic. verbo, de more. per gloss. in cap. fin. de accusat. in sexto. Nec obstat, quòd † non possit clericus subijci torturæ, nisi sit persona vilis, & defamata de crimine, vt habetur in dict. capitul. grauis. de depos. & nisi sit formata inquisitio, & nomen receptum inter reos, vt per Bartol. in l. si adulter. ff. de adult. Quia respondeo, quòd nunc non tractamus de indicio ad torturam, sed duntaxat de captura ipsa: in qua non requiruntur huiusmodi qualitates, sed sufficit (vt dixi) indicium magis tenue Bartol. l. sacrilegij. ff. ad legem Iuliam. pecu. & in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iud. Ioann. And. in capitul. si clericus. de sentent. excommun. nec alias, si iste admoneretur, capesseret fugam, vt per doct. in d. l. secunda. vt est text. in capitul. qualiter. secundo. §. debet. extra, de accusat. & ibi per doctor. & per Bartol. in dict. l. fin. in fin. d. l. iubemus. C. de probat. Nec etiam verum est, quod nō possit clericus torqueri, nisi diffamatus: imò satis est, si adsint alia indicia sufficientia, vt per Abb. d. c. j.

BIU Cujas

Colin. c. olim. de rescript. Dec. c. ar ti clerici. A in verbic. vj. extra, de iudic. Circa tertium, an d. Vicarius potuerit assumere laicum in assessorem in ista causa; & certum est, quòd sic, vt concludunt omnes in cap. decernimus. extra, de iudic. quia † officium assessoris est solùm consulere. l. j. ff. de offic. assess. l. consiliarios. C. de assess. non prohibentur † autem clerici consilium habere à laicis, secundum Inno. Butrig. Abb. Modern. in d. c. decernimus. facit text. in c. si hæres. xxiij. quæst. iij. & in c. fin. xxxviij. distinct. & ita etiam tenuit Andr. Sicul. in c. super quæstionum. §. intentionis. de offi. deleg. Gemin. cap. Ratutum. §. assessores de rescr. in 6. dicer contra hanc opinionem (quæ communis est) tenuerit idem Andr. Sicul. in d. c. decernimus. cuius sententia est ibi reprobata ab omnibus modernis. Circa quartum, an appellatio facta per ipsum querelatum, impedierit processum quod vlteriora? Respondeo quod licet † regulariter per talem appellationem suspendatur iurisdictio iudicis à quo, vt toto titulo. ff. nil noua appel. pend. B tamen in casu nostro secùs est, idque tribus rationibus. Prima, quia ipse querelatus videtur renunciasse huic appellationi, comparendo postea coram eo; & petendo ne contra se procedat, tanquá contra priuilegiatum, sed primis debeat ante omnia monere, seu moneri facere præfatum quærelarum, vnde per istam comparitionem videtur renunciasse appellationi, & vt etiam per aliam, in qua absque alia reseruatione petijt dictus quærelatus præcipi per d. vicarium notario, ne det copiam processus d. Gurono, vnde per huiusmodi actus videtur renunciatum ipsi appellationi. cap. gratum. in fin. extra, de offic. deleg. ca. directæ. de appellatio. cum similibus. Secunda, quia requisitio præsentationis, & detentio tendit ad expeditionem causæ principalis: vnde cùm posset fieri, pendente primo iudicio, potest etiam fieri post appellationem. l. postquam. §. Imperator. ff. vt legat. nomine caueatur. vbi Dyn. & Bart. aliàs potuisset iste fugere, adeo, quòd impediuisset cognitionem etiam in causa appellationis, & eam afficere illusoriam. c. cùm parati. de appellatio. cap. propoluit nobis. eod. tit. quia istud non est innouare, sed mandatum legis exequi. cap. cum speciali. §. porrò. eo. tit. de appell. l. eos. §. superijs. C. de appell. quæ lex non reperitur correctariure canonico, & videtur talis appellatio manifestè friuola, secundum c. cùm appellatio. extrá, de appellat. & quod habetur in l. nulli. C. quorum appel. Tertia, quia iste querelat is, ac fideiussores tenebantur ex contractu suo, & idep non possunt appellare ex quo † à contractu non appellatur, vt per Bald. in l. prima. in iij. oppos. C. de arbitr. Nec obstat, quod iste contractus non fuerit meræ voluntarius, sed potius ex quadam necessitate, vt euaderet capturam, quia respondeo quod istud processit ex meræ gratia, & humanitate vicarij, quia cùm de iure potuerit detineri in carceribus, non tenebatur iudex eum credere fideiussoribus cum causa ista esset tacti, in qua criminaliter & ad pœnam poterat procedi, secundum doctr. Bartol. in l. prima. ff. de custo. reor. & per Dec. consil. centesimo quadragesimo tertio, in princip. & poterat eum interrogare de socijs, & complicibus, iuxta doctr. Bartol. in l. secunda. §. penult. ff. de iure fisc. merito ergo non potest allegare se coactum, vel violentiam passum in re, in qua expectatis est humanitatem, & gratiam. Circa vltimum, quia pœnâ afficiendus esset dictus d. Præpolitus, & est distinguendum an ciuiliter agatur, an verò criminaliter † si ciuiliter, puniendus est in duplo 16 eius pecuniæ, quam interuertere voluit per subreptionem instrumentorum. l. qui tabulas. l. quidam tabularum. ff. de furt. Si verò agatur criminaliter, in primis erit incipiendum à captura, deinde reproducenda acta, & probatio quemadmodum illa instrumenta fuerint reperta apud ipsum, & examinandus notarius, quemadmodum perdiderit illa instrumenta, & quomodo potuerint sibi auferri, & si iudex habeat hanc credulitatem, quod dictus querelatus furto sustulerit, poterit eum examinare, & si negauerit subijcere quæstioni & torturæ, quòd si perseuerauerit in negando, & per torturam purgauerit indicia, erit relaxandus & absoluendus, vt dicit Alb. de Ros. & Mod. in l. edictum. ff. de quæst. & Bar. Veron. cons. xxxij. incip. quidam rustici. si verò confiteatur † cogendus erit ad restitutionem damni, d. c. j. de depo. & præterea notatus erit infamia. l. j. ff. de ijs qui notan. infam. † & præterea erit deponendus, & de- 18 trudendus in carceribus ad agendum pœnitentiam. c. cùm non ab homine. de iudi. c. tuæ. de pœ. per Abb. in c. fi. extra, de fur. in fi.

CONS. XVII. SVMMÆ.

1 *Forum originis est potentius foro, quod quis per allectionem, vel incolatum acquirit.*
2 *Adscriptitij in præiudicium domini, non possunt mutare domicilium.*
3 *Adscriptitio non licet recedere à loco vbi adscriptus est, & punitur quisquis eum acceptauit.*
4 *Licet domino propria authoritate adscriptitio suo manus iniicere, & etiam sub custodia habere, ne alio se conferre posset.*
5 *Iure communi permittitur cuilibet originario transferre domicilium in alium locum.*
6 *Carcer mala mansio est.* (delictum,
7 *In carcerem coniiciuntur criminosi, seu facinorosi, propter*
8 *Iudici de facto procedenti de facto potest resisti.*
9 *Qui in fuga est, potest propria authoritate, etiam à priuato in carcerem duci.*
10 Dictio vendicare quid importet. (plectit,
11 *Lex abhorret violentias, & variis pœnis delinquentes*
12 *Violentiis vtentes iure suo cadunt.*
13 *Violentiis vtentes in pœnam l. Iuliæ, de vi publica incidunt.*
14 *Violentiis vtentes, resarciunt damna iuramento offensi.*
15 *Incontinenti licet vim vi repellere.*
16 *Coniuncti & amici propria authoritate possunt recuperare rem, qua quis est spoliatus, & multò magis personam.*
17 *Incontinenti quando quid factum dicatur.*
18 *Licitum est vnicuique vim, etiam alteri factam repellere.*
19 *Pro defensione personæ, ne quis vulneretur, solum in ipso actu licet alium occidere.*
20 *Defensio iure naturali omnibus competit.*
21 *Aedificans in re communi, non potest impediri, authoritate propria socij, sed agendum erit communi diuidundo.*
22 *Totum cum sit in communi, par est vtriusque causa.*
23 *Damnum quod rei communi à socio fit, non nisi vi actionis impedri potest.*
24 *Constitutio fauorem publicum respicient, latius est accipienda.*
25 *Iurans defendere aliquem contra omnem personam, tenetur etiam aduersus vniuersitatem id facere.*
26 *Vniuersitas seu ciuitas corpus fictum est.*
27 *Constitutio pœnalis loquens de persona, intelligitur de*

perso-

persona vera, non autem de facto.

28 *Titulo de pace tenenda vniuersitatem non tenuerit.*

29 *In materia pœnali, locus non est extensioni.*

30 *Quod ad pœnam attinet, constitutio est odiosa, ideo vniuersitatem non comprehendit.*

31 *Pœnis locus non videtur esse, nisi cum dolo quid actum est.*

32 *Leges publicorum iudiciorum dolum requirunt.*

33 *Quilibet color, & quæcunque causa excusat à dolo.*

34 *Contumaces ergo proconsulare imperium, non vltra sex auri uncias mulctari.*

NOn putaui detractandum cùm inclyta Argentoratensis respub. eiusque senatus à me cõsilium iuris petierit, quin quatenus fas, æquumq; sineret, eis morem gererem, quod eo libentius a me factum est, quòd omnis quæstio in iure versetur: nec mihi peruoluenda fuerint testimonia, quæ vtrinque inducta erant, sed solùm de iuris articulis sum requisitus: iuxta ergo facti seriem mihi propositam quàm breuissimè potero sententiam meam explicabo. Quæstio prima est, an licuerit præfecto Comitis detrudere Georgiũ in carcerem: quia absq; licentia Comitis se in ciuẽ Argentinensem admitti procurasset? Et videretur licuisse, in primis; quia ad eam vsq; diem Comes fuerat in possessione iurisdictionis erga illũ: vnde huius rei cognitio ad eũ pertinebat, non autẽ ad Argentinensem prætorem, à quo nuperrimè fuerat in ciuitatem allectus. glo. Bar. Ioan. de Plat. in l. j. C. de inco. lib. x. Deinde, quia intererat ipsius Comitis: cũ enim esset Georgius originarius castri Comitis, non potuit forum originis repudiare, qui in eo munera subiret. l. assumptio. ff. ad municip. imò in munerib. subeundis illud † forum originis est potentius foro, quod quis per allectionem, vel incolatum acquirit. nor. in l. ciues. C. de incol. merito ergo potuit retinere non solũ pro rationibus præteritis, sed etiam, vt caueret pro futuris. l. si ideiussor. §. fin. qui sat. cog. l. in omnibus. de iudi. Quæ sententia minùs habet difficultatis, si constaret istum fuisse conditionis adscriptitiæ: † tales enim in præiudicium domini non possunt mutare domicilium. l. in bello. §. manumittendo. vers. verum. de capt. & generaliter non licet † adscriptitio recedere à loco vbi adscriptus est, & punitur quisquis eum acceptauerit. l. omnes. l. cum satis. C. de agric. & cens. lib. xj. & † licet domino propria auctoritate adscriptitio suo manus inijcere, & consequenter etiam sub custodia habere ne alio se conferre possit. l. prima. C. de cõlo. Illy. lib. xj. maximè cum periculum esset in mora: quia iste iam iam erat discessurus, & res suas exportaturus. l. generali. C. de decur. lib. decimo. Sed ijs non obstantibus, contrarium videtur concludendum, quod non licuerit dicto præfecto ipsum Georgiũ in carcere detinere: † permittitur enim iure communi, cuilibet originario transferre domicilium in alium locum. l. nihil. ff. ad municip. quo casu forum originis concurrit cum foro incolatus. gloss. d. l. j. C. de incol. Permittitur etiam ex priuilegijs, & consuetudinibus patriæ Argentinæ, vt ei liceat in ciues suos admittere quicunque transmigrare velint; quo casu consuetudo, vel priuilegium videtur extinguere obligationem, ex origine prouenientem quod potest facere. d. l. in bello. d. §. manumittendo. & ideo longè fortius est in ius, quàm quod iure communi cõperit. Vidissem tamen libenter priuilegia illa, si fuissent transmissa, maximè quia mihi proponitur in facto, quod talia priuilegia extenduntur etiam ad adscriptitios, vt tales possint in ciuitate cooptari, quo casu cessaret omnis difficultas, quãuis etiam de iure communi res sit clara, quia etiãsi suprascriptæ rationes in contrarium adductæ essent veræ, non tñ debuit ex ista causa Georgius trahi in carcerem l. ij. C. de exact. trib. lib. xj. † cum carcer mala mansio sit l. item apud Labeonem. §. quæstionis. ff. de iniur. & † in illum coniciantur criminosi, seu facinorosi propter delictum l. ij. C. de custo. reo. non autem obærati, vnde cum † præfectus ille de facto fecerit eum includi, potuit ei etiam de facto resisti. l. prohibitum. C. de iure fisc. lib. x. Nec mouet, quòd † qui in fuga est, potest propria auctoritate etiam à priuato, & in carcerem duci gloss. l. ait prætor. §. si debitorem. quæ in fraud. cred. quia fugitiuus delinquit, at qui se facit in ciuem eligi, non delinquit, sed rei licitæ dat operam. Nec præfectus eum detinuit, quia esset fugitiuus, sed quia fecerat eum ciuem Argentoratensem inconsulto Comite, vt in facto mihi propositum fuit. Secunda quæstio, an licuerit Argentinensibus. collecta manu armata, accedere ad vicum, vbi iste ciuis suus erat detentus? Et non videretur, quia lex ait, debent eos ciuem suum † vendicare l. de iure. ff. ad municipa. & sic legitimis actionibus experiri, præsertim cum præfectus obtulerit se facti sui rationem redditurum, si fide publica ad eos transire posset l. non est singulis. de reg. iur. Accedit ijs, quod lex plurimum † abhorret huiusmodi violentias, & varijs pœnis plectit delinquentes, nunc † vt iure suo cadant. l. extat. ff. quod met. cau. nunc † vt in pœnam legis Iuliæ de vi publica incidant l. licet. ad legem. Iul. de vi. nunc † vt damna resarciant iuramento offensi l. si quando. C. vnde vi. nunc vt, qui eos congregauit, quique duxerit pro cæteris teneatur. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi. accedunt pœnæ comminatæ in constitutione Federici cap. primo de pace. tenend. in vsibus feudo. & nouissimè in edicto Cæsareo de pace tenenda. Sed ijs minimè obstantibus, dico licuisse istis ciuem suum eo modo liberare, cum aliter non possent. Et in primis sciendum est, quòd præfectus eum in carcere iniustè (vt suprà dictum est) detinens ipse dicitur vim fecisse, quia personam Georgij sua libertate spoliasse cõsetur l. prima. & secunda. de liber. hom. exhibend. quod eleganter Bartol. disputando concludit, quæstio. 6. Lappus. clarum autem est iure nostro licere † incontinenti vim vi repellere. l. tertia. §. eum igitur. de vi & vi arma. & posse † coniunctos, atque amicos propria auctoritate recuperare rem, qua quis est spoliatus, & multo magis personam l. si quis in seruitute. vbi Bartol. in fin. de furt. Et dicitur † incontinenti id fieri, etiamsi post aliquot dies, dum tamen interim factæ sint præparationes debitæ secundum qualitatem rei recuperandæ, vt Hugut. antiquus ductor aiebat. j. distinctione. capitul. ius naturale. quæ sententia communiter est recepta. Nec refert, an is, qui spoliatus fuit ipse fecerit, an alius pro eo, † licitum enim est vnicuique vim etiam alteri factam repellere dict. l. si quis in seruitute furtum fecerit. vbi Bartol. in fine. Vnde & tale ius rem, qua quis spoliatus est incontinenti propria auctoritate recuperandi alteri cedi potest. gloss. l. cùm fundum. verbo postea de vi & vi armata. vt receptior se habet opinio, hinc; & ratum haberi id ex post facto potest. c. ratihabitionem.

BIU Cujas

19 nem. de regu. iur. in vi. Et † licet pro defensione
personæ, ne quis vulneretur solum ipsi vocta, li-
ceat alium occidere. glos. l. j. C. vnde vi. Bar. d. §.
cum igitur. tamen libertatem personæ suæ licet
redimere quandocunque, quia detinens dicitur
esse in perlenerantia delicti. Et ideo semper dici-
tur, cessante quis recuperare libertatem, quam
amisit. Cynd. vt vim. de iust. & iur. Bal. c. in literis
de resti. spol. Concludo igitur licuisse vnicuique
præstare auxilium huic capro, vt euadere posset, nec
ideò in aliquis peccauisse videre, & id ex iure com-
perente ipsi capro. Fortius dico idem licuisse ex
inhibitione ipsius ciuibus, quo ciuitatem est
ciuem suum non deserere, sine enim ciuitati
[illegible] iniuriarum, quoties ciuis [illegible]
[illegible] ciuitatis resistensus. l. j. §. si. vbi Bar. de iur.
iur. & videtur ius auctoritatis competere in ijs ca-
sibus, quibus & ciui competeret, quod maximè
dicendum in proposito casu, cum iste interim
esset in carcere, & periculum esset in mora. l. qui-
dam. C. de iudi. si expectata fuisset prouisio à Cæsa-
ree maiestatis consilio, quod haud absimili casu
Bartol. docuit l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi,
[illegible] vbi Bar. & [illegible] approbat Alex.
quoties copia iudicis non facilè haberi possunt. l.
generali. C. de decu. lib. x. Alex. l. j. §. ij. de ope. no.
nun. Non obstant ergo iura superiùs allegata, quia
dictæ pœnæ locum haberent, quando non licuisset
istis propria auctoritate vti, cum igitur id factum
sit lege permittente non meretur pœnam, est
20 enim hæc species † defensionis, quæ iure naturali
omnibus competit. l. vt vim. de iust. & iu. Nec ob-
stat quod videatur Comes in iurisdictione fuisse
21 tanquam socius, quia respectu originis Georgij ei
subijciebatur, sicut respectu incolatus, & nouæ ci-
uitatis ipsis Argentinensibus, inter autē socios
non est locus beneficio propriæ auctoritatis, sed
ciuili actione experiendum est, quod à doctori-
bus non vno exemplo traditum est. Bartol. Cast.
d. leg. j. §. nuntiatio. Balda cons. cl. in iij. lib.
22 cons. iij. vnde si † tu ædificas in re communi mecum, non potes propria
auctoritate deijcere, sed communi diuidundo
agam leg. Sabinus commun. diuidun. quia † cùm
eorum fiat in communi, par est vtilitasque cuius
leg. in re communi. ff. de ser. vrb. præd. sic & quan-
do ab vno ex socijs aliquid prætenderetur super
commune, nec tamen licet rem perdere leg. sed
si inter de seruit. vrba. præd. sed actione vtendum est
23 l. si duo. §. Labeo. vti poss. Idemq; si quis socius ex
suo in cōmune immitteret, † quia damnū, quod rei
cōmuni à socio fit, nō nisi via actionis possunt im-
pediri d. l. sed si inter. versi. idē vbi Bar. Sed ad hæc
omnia respondetur, quod hoc procedit in ijs
quæ non [illegible] quia præiudicat libertate perso-
[illegible] & dixi ius fuisse
magna, & necessaria causa per quam cōcessum est
propria auctoritate ius suum prosequi d. §. sed ius-
tissimè, & l. j. §. si ad ianuam, vbi Bar. eod. tit. & illud
etiam satis permittitur ex edicto Cæsareo. versi. sed
[illegible] læso, cum suis adiutoribus contra suos of-
fensores [illegible]
[illegible] vel ex interuallo
[illegible] modum [illegible]
de offensione, prius [illegible], &c. quæ [illegible]
sunt in fauorem Argentinensium. Quarta quæ-
stio, an etiam si nō licuerit Argentinensibus suprà
scriptum ciuem suum eo modo liberare incide-
rint in constitutionem Cæsareæ Maiestatis, de pa-
ce publica tenenda. Et videre pu. dicendum eos
24 incidisse, quia talis † constitutionis [illegible]

A rerspicit, & ideò [illegible] ex scripta, quemadmo-
dum. de agricol. & censi. lib. xj. vbi Bart. qua ratio-
ne Iaf. respondet constitutionem Arcadij qua per-
tur priuilegium ciuitatis ad vniuersitatem produci l.
si quis maior. C. de transla. vbi Iaf. vnde si † iuraue- 25
rim te defendere contra omnem personam, tene-
bor etiam aduersus vniuersitatem id facere, quod
Bald. eleganter censuit. c. j. de noua forma fidelit.
Nam & videmus plerisque exemplis legem de ali-
quo loquentem ad vniuersitatem extendi, quod
B in senatu consulto Macedoniano proditum est l.
vbi l. adsenatus. Macedon. Item que in edicto pre-
toris quo maiores restituuntur. l. quid ergo. §. fi. l.
item ait, ex quib. caus. maio. & eo edicto, quo præ-
tor quod metus causa factū est restituturum se pro
mittit. l. metum. secunda. §. animaduertendum.
quod met. cau. vbi Dyn. Bald. & aliis similibus ca-
sibus. Sed in hoc quoque arbitror contrarium esse
verius, quia verba constitutionis scripta sunt,
C *Ne quis cuiuscunque status, aut dignitatis*, &c. quæ verba
vniuersitatem non comprehendunt, quia ad per-
sonam referuntur Bart. l. j. de verb. signi. † vniuersi- 26
tas, autē seu ciuitas corpus fictum est l. mortuo.
de fideiussor. talis autē † constitutio, quæ pœnalis 27
est, de persona vera intelligitur c. Romana. §. fi. de
senten. excommu. lib. vj. vt receptior se habet sen-
tenta, vide & suprascriptum Iaf. responsum cum
recentioribus omnibus, nempe Parpalia, Catul-
linoque, tum à me quoque reprobatum fuit d. l. si
quis. nam & † lex Federici de pace tenenda, quæ 28
D de persona loquitur, nec ciuitatem, nec vniuersi-
tatem continet, q̄ in ea Bal. annotauit. c. j. §. con-
uenticula. vbi. Bal. de pace iuram. firman. quod &
in ea constitutione prodictum est, quæ ad milita-
ris annonæ erogationem pertinet l. fi. C. de eroga-
tio. mil. ann. lib. xij. & generaliter respondit Bald.
[illegible] iuri æquum, quæ de persona loquatur de
vera sapientem esse non quod legis fictione re-
præsentata sit. Bal. l. omnes populi. de iusti. & iur.
quod & apud pontificios Anto. Butrius annota-
tur, & pluribus exemplis alij docent. cap. grauem.
de præben. Feli. c. cum te. de relcript. Nam & haud
quaquam par ratio pœnæ est, vt eo modo plectā-
tur ciuitas, in qua viduæ, pupilli, ægroti, idque ge-
nus sequioris conditionis sunt homines, sicut qui
libet alius priuatus l. j. in prin. de mag. conue. Bar.
Laud. Scala. j. fina. de pœn. ostendunt hoc & consti-
tutionis ipsius verba, quæ offenso prouident, &
[illegible] verbis, & pagi mentionem faciunt, at
cum de offendente loquuntur simpliciter, ne
quis, inquiunt cuiuscunque status, & c. fi. enim de
verbe loquitur tenuisset eam specialem, sicut in
alio casu nominatim c. l. j. §. fin. autē ad deficientis.
C. de cadu. tollen. Nec obstant suprascripta exem-
plaj quibus ostendi dispositionem, de persona
loquentem ad vniuersitatem trahi. quia respon-
dent omnes, non ex vi verborum esse, sed per ex-
tensionem. Fel. d. c. cum te. Mod. d. l. si quis maior.
ent † in materia pœnali locus non est. Nec sim- 29
pliciter verum est constitutionem hanc fauorabi-
lem esse, ideoque extendendam. † quod enim 30
ad pœnam attinet est odiosa, ideoque vniuersi-
tatem non comprehendit, quod Bal. & cæteri
tradiderunt. d. c. j. §. conuenticula. & ego de verb.
sig. l. ij. alias docui. Et hoc verū esse etiā satis osten-
dūt domini assessores, qui Argentinenses nō in pœ-
nā constitutionis, sed pecuniaria cōdemnarunt, qua
constitutio ad eos non pertineret. Quarta qō posi-
to [illegible] consilio, Argentinenses istos deliquisse,
an [illegible] pecuniaria, nempe 50. marca-

rum

tum auri condemnari? & puto, quod non, quia lex requirit, quod ad hoc, vt sit locus pœnæ, quod ad ausu temerario deliquerint d.cap. primo. §. primo. de pac. iur. firm. quæ verba requirunt dolum, vt Bart. eleganter censuit in extrauag. qui sint rebell. ad fin. gloss. verb. temerario. nam & alias huiusmodi † pœnis non videtur esse locus, nisi cum dolo quid actum est, quia lex Iulia de vi, & aliæ leges publicorum iudiciorum dolum requirunt l. in lege. de sicar. gloss. doct. in l. in actionibus. de in lit. iur. satis autem videantur isti excusari à dolo per suprascripta maxime cum † quilibet color, & quæcunque causa excusat à dolo l. igitur. §. secundo. de lib. ca. doct. d.l. si quis maior. quod procedit etiamsi de pœna pecuniaria tractetur. l. prima. in fin. de abig. vbi gloss. Debuissent itaque mitius condemnari, cum videamus iure nostro eos, qui † contumaces sunt erga proconsulare imperium non vltra sex auri vncias mulctari. l. eos. C. de mo. mulc. vnde satis apparet. non debere iudices in ijs pœnis pecuniarijs ita faciles, & profusos esse. Et hæc omnia saluo semper rectiore iudicio.

CONS. XVIII. SVMMÆ.

1 *Notarius tenetur edere parti instrumenta, tamen si ea amisit citra culpam suam, non tenetur.*
2 *Notario creditur de amissione instrumenti, vbi adsunt aliquæ coniecturæ.*
3 *In claris non est opus coniecturis.*
4 *Contraria dicens, quandoque excusatur.*
5 *Mendacium est sufficiens indicium ad torturam fall.*
6 *Mendacium non dicitur, nisi adsit intentio fallendi.*
7 *Quis non debet accedere ad actum testificandi, nisi adhibita prius debita diligentia.*

NON possum satis perspicere, quo colore sustineri possit hæc interlocutoria, qua pronuntiatum est, hunc notarium bonæ condicionis, & famæ virum quæstioni subijciendum esse, cùm ex processu luce clarius appareat eum esse in casu absolutionis. Esto enim 1 quòd † notarius teneatur edere parti instrumenta, tamen, si ea amisit citra culpam suam, non tenetur. In primis ergo probandus est casus, & quia parti non tenetur aliqua actione, sed officio iudicis tantùm, sufficit probare casum per suum iuramentum. l. fin. C. de fide instrument. quod certissimum est iunctis aliquibus coniecturis: vt quia ostium fuit ruptum, vel famulus aufugit, & similibus, secundum Bartol. in l. si quis ex argentarijs. in fin. vers. an verò hæredi. ff. de edend. & per Fel. in c. accepimus. extra, de fide instrum. In casu autem 2 nostro non solùm per coniecturas, sed per concludentes probationes constat, quòd milites Hispani abstulerunt præcisè dictum instrumentum, & ideò frustrà disputatur in re clara, quia si 2 creditur de amissione, vbi adsunt aliquæ coniecturæ, vt dicitur in d. §. fin. vbi omnes doct. & per Alexand. consil. liij. ccxvij. in ij. clvj. in v. quantò magis, vbi adsunt pro eo concludentes probationes? quia † in claris non est opus coniecturis, gloss. l. continuus. §. cùm ita. in fin. de verbor. obligat. maximè cum coniecturæ, quæ contra hunc notarium adducuntur, sint satis leues, & friuolæ iudicio meo. Et in primis quòd 3 esse erit extraiudicialiter, quòd dictum instrumentum fuerat combustum à domina Ioanna, vt ab ipsa intellexerat, deinde in iudicio negauerit se hoc audiuisse ab ipsa, respondeo enim, hoc nihil facit contra dominum Paulum, qui de affirmatio facti alieni, quæ non arguit crimen ipsius confitentis. Siue enim d. Ioanna combusserit, siue non, notarius † excusatur propter violentiam 4 sibi illatam, & potuit notarius, ita credere prima fronte extraiudicialiter, deinde dato iuramento, melius considerasse, & noluisse affirmare, quod ipsa combusserit. ideò non dicitur contrarius, nec potest puniri, secundum Bal. in c. per tuas. extra, de proba. Marsil. consi. xv. & lj. & dictum Bar. in l. eos. ff. de fals. loquitur in eo, qui tanquam testis extraiudicialiter aliquid dixit, & iudicialiter contrarium. Sed in casu nostro iste notarius nihil dixit tanquam testis, sed tanquam principalis, qui habet facultatem melius cogitandi, & confessionem reuocandi, secundum Felin. c. olim de rescrip. & certè dictum Bar. in d. l. eos communiter reprobatur, vt ibi per Mar. & per Dec. d. c. per tuas Alex. lxxxj. in iij. quamuis (vt dixi) non loquatur in casu quæstionis nostræ. Non obst. quod affirmauerit instrumentum quoque dotale ablatum sibi fuisse, quod tamen repertum est in filzia. respondeo etiam istud nihil est, quod controuersia non est de hoc instrumento, sed de instrumento mutui, & ipse in examine assignauit rationem verisimilem, cur illud sit in filzia, quia deinde ipse extraxerat de alio originali, quod erat apud se, quod potest facere notarius, vt habetur in l. Sempronius. de legat. ij. in l. qui tabulas. §. inde. ff. de furt. in l. si quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. de edend. Non obstat, quod saltem suprascripta faciunt, vt iste notarius sit mendax, at † mendacium est sufficiens indicium ad torturam, secundum Bart. l. fin. ff. de quæstio. Alex. consil. lxxvij. §. Soc. consil. liiij. in iij. Respondeo primò contrarium est verius, vt solum mendacium non sufficiat, & doctores præallegati loquuntur, quando aliæ quoque coniecturæ concurrunt, & quod non sufficiat, tenet Paris de Puteo in trac. syndic. And. de Isern. quem refert Afflictus in constitutione Regni. §. si damna, nu. xiiij. Card. Paris. cons. clxix. in iiij. Secundò respondeo, quòd potest argumentū procedere, quando mendacium inferret ad delictum inquisiti, quod non est in casu nostro, prout declarat Marsil. in d. l. eos. vbi dicit puniri, non de falso, sed leui pœna. allegat not. per se in l. de minore. in princ. vers. & vltra prædicta. ff. de quæst. Tertiò respondeo, † quòd non dicitur mendacium, ni 6 si adsit intētio fallendi. xxij. q. ij. can. illa ergo. hic autem nō erat, quia non tractabatur de puniēda domina Ioanna, & ideo illud dictum non faciebat ad delictum inquisiti. Quartò respondeo, quod argumentum potest procedere in teste, quia † quis 7 non debet accedere ad actum testificandi, nisi adhibita prius debita diligentia, vt declarat Ang. de Clauasio, in summa. verb. mendacium. maximè accedente iuramento, in quo requirit magna consideratio, secundum Alex. in rub. ff. de verb. oblig. Sed nostra quæstio est in parte, quæ quid extraiudicialiter dixit absq; iuramento, & impræmeditatè. Et certe cum per testes constet de innocentia istius, frustra colliguntur ista adminicula aduersus hunc virum bonæ existimationis, & famæ, & ideo vlterius non insisto, cùm diligenter pro hac parte allegatū sit per magnificos aduocatos ipsius rei, adeò, vt non expediat plura adducere, & laudo iudicium amplissimi senatus, qui hanc interlocutoriam reuocauit, idem facturus, si ego essem iudex, hoc enim æquum puto. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL.

CONSILII XIX. SVMMÆ.

1 *Memoria illius, qui incidit in crimẽ perduellionis damnatur, & eius bona fisco applicantur.*
2 *Post lapsum quinquennij, non potest amplius memoria damnari.*
3 *In crimine hæresis ipso iure bona confiscantur.*
4 *L. fi. ad l. Iul. maiest. restring.*
5 *Omnes qui Principi aduersantur, non dicuntur committere crimen læsæ maiestatis.*
6 *Confiscatio non trahitur ad bona.*
7 *Appellatione militum in materia stricta, non venit ipse rex.*
8 *Dictio factio quid denotet.*
9 *Ex fine legis satis declaratur, in quibus casibus dicta lex loquitur.*
10 *Proditor est, qui non ostendit, quid facere velit, & secretè facit contrarium eius, quod facere debet.*
11 *De iure in crimine læsæ maiestatis bona confiscantur respectu hæreditatis.*
12 *Exclusus ab hæreditate, est exclusus à legitima, quæ est portio hæreditatis.*
13 *Quicquid dicat lex communis, seruandum est statutum.*
14 *In foro conscientiæ lex puniens filios, ex crimine patrino non valet.*
15 *Lex inhonesta non valet, & eam obseruans peccat.*
16 *Non incurritur crimen læsæ maiestatis, nisi ab his, qui sunt in dolo.*
17 *Mens in crimine attendenda est.*
18 *L. quisquis, ad l. Iul. maiest. explic.*
19 *Testis singularis non probat.*
20 *Testis deponens de eo, quod vidit impubes, nondum doli capax, & proximus infantiæ non probat.*
21 *Testis particeps criminis, non est fidelis.*



IN proposita quæstione vertente inter fiscum ducalem, seu habentes causam ab eo, & filios domini Leonini filiæ, consideratis vtriusq; deductis, puto filios redintegrandos in possessione bonorum, de quibus agitur, & quia in effectu ex duplici capite contra eos agitur. Ostendam ex vtroque fiscum fouere malam causam. Primum caput est, quia videtur d. Leoninus incidisse crimen perduellionis, & ideo, quòd debeat † eius memoria damnari, & in consequentiam bona fisco applicari, per casum l. fin. ff. ad l. Iul. maiest. cùm simil. Sed ad hoc respondetur multipliciter. Primò, † quia lapsum est quinquennium, vnde amplius memoria damnari non potest, vt est casus in l. ij. C. de Apost. vbi gloss. & Bartol. & gloss. in l. Manichæos. C. de hæret. vbi texte loquuntur † in crimine hæresis, in quo ipso iure bona confiscantur. c. cum secundum. de hæret. in vj. sicut in casu læsæ maiestatis, vt ibi habetur, & videtur, quod hoc sit clarum, quantum sit respectu confiscationis bonorum, vt concludunt etiam Canonistæ, in c. cùm à nobis. de præscript. Secundò respondetur, quòd d. l. fin. & † similia iura habent locum, nisi in Imperatore, vel Repu. Romanorum, non autem in inferioribus, vt est magis communis conclusio, vt per Ang. in l. j. C. ex delict. defunct. sequitur Bartho. Veron. in consilio xvij. visa commissione. Tertiò respondetur, quod etiam non est probatum, quòd d. Leoninus hostili animo fuerit aduersus Rempu. vel Principem animatus, vt infrà ostenderur, & quando exulauerit, & quatus fuerit partes Gallicas, istud magis se-

A cit, vt consuleret tutelæ salutis suæ, † nec etiam omnis, qui aduersatur Principi, dicitur committere crimen læsæ maiestatis, vt dicit not. Bald. in consilio suo cclxxj. quæritur vtrum hi. lib. ij. Quartò respondetur, & ista est solidissima responsio, quòd cum concesso sine veri præiudicio, quòd d. Leoninus esset perduellis, & sic in casu d. l. fi. Tamen ista bona non possunt confiscari, quia † confiscatio non trahitur ad bona alienari pro- 6
hibita. l. Imperator. ff. de fideicom. lib. & per Ale-
B xand. consilio xxiij. in j. lib. Iaf. in l. fin. §. j. C. commu. de leg. & in l. filiusfam. §. diui. in vj. not. de leg. j. in ij. lect. præsertim in casu nostro, in quo est expressum fideicommissum. Nec obstat conditio resolutiua institutionis istorum nepotum testatoris, quia talis nunquam euenit. ex quo d. Leoninus nunquam habuit gratiam à Duce Mediolani, & Gallus non erat Dux, sed tyrannus, vt nunc vulgò præsupponitur. Quintò respondetur, quòd fiscus Ducis Ludouici nullum ius vnquam
C habuit in bonis, de quibus agitur; quia erant d. Iacobi aui agentium in ista causa; qui periit iam capto ipso Duce regnantibus Gallis. Vnde frustrà disputatur de damnanda memoria Leonini respectu bonorum, quorum non fuit possessor, durante statu ipsius excellentiss. Ducis. Secundum caput principale est, quia isti filij videntur in casu legis quisquis. §. j. C. ad l. Iul. maiest. quia d. Leoninus videtur conspirasse in personam illustris. Ducis Ludouici, sed ad hoc respon-
D detur, quòd d. l. quisquis. non habeat locum in his, qui mere militari, & apertè sequuntur partes alterius principis, prætendentis ius in regno, istud probatur. Primò, ex principio illius legis, loquentis de eo, qui cum militibus, vel priuatis, vel barbaris scelestam inierit factionem in per-
sonam principis, &c. nam qui militat Regi, non
E potest dici inire factionem cum milite, quia † ap- 7
pellatione *militum* non venit ipse Rex in materia stricta, arg. not. in l. j. ff. de testam. mili. nec cum priuato, quia Rex non est priuatus, nec etiam 8
cum barbaris, id est, hostibus populi Romani, nam & ipse Rex est pars populi Romani, vt declarat Bartol. in l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuers. Secundò ex verbo † *factionem*, quod verbum 9
non potest referri ad exercitum, sed ad simplicem conspirationem aliquorum, vt est text. in l. si quis exhæredato. §. hi autem. ff. de iniustit. rupt. & irrito fact. test. l. cum cognatum. C. de ingen. man. l. ij. C. de sum. trin. Tertiò, ex fine legis
F statuentis præmium reuelanti, per quam declaratur text. loqui de conspirationibus secretis, non autem de his, qui palàm sunt hostes, & cum quibus nobis indictum est bellum, & † ex fine 9
legis satis declaratur, in quibus casibus dicta lex loquitur, vt in simili per Aret. consilio clviij. copiosè, & facit gloss. in l. mancipia. in verbo succandum. C. de ser. fug. Soci. consilio cxix. in 4. Quartò, ex auctoritate Bartol. qui summando illum text. ostendit procedere in eo, qui proditorie conspiret, quod non potest dici in his mi-
G litibus, qui palàm agunt, & iure militari se tuentur, quòd ius habet locum etiam in bellis ciuilibus. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & postlim. reuers. imò mitius cum eis de iure agitur, quàm cum cæteris, quibuscum est in bello, vt ibi probatur. Nec verbum, *proditoris*, in eis verificatur, quia † proditor est, qui non osten- 10
dit, quid facere velit, & secretè facit, contrarium eius, quod facere debet, vt probatur in l. omne

delictum §. expilatores ff. de re milit. & per Bertol. in extrauagan. qui sint rebelles, super verb. occultè. & per multa ostendit Alexand. in consilio xiij. in vj. volum. Quintò, quicquid sit de iure communi, per statuta nostra aliter est cautum, clarum enim est de iure in † crimine lesæ maiestatis bona confiscari respectu hæreditatis. l. j. C. de bon. dib. vbi omnes not. & † excluſus ob hæreditate, est excluſus à legitima, quæ est portio hæreditatis, vt per Bartol. in l. gerit. versic. sed quæro, quid si aliquis. ff. de aequ. hæred. & consequenter de iure communi in tali delicto; ex quocunque capite bona confiscantur, etiam non reseruata legitima filijs, modò superuenit statutum nostrum, *generaliter disponens, quòd in omnibus criminibus in quibus fit confiscatio bonorum, ſit ſaluum ius deſcendentium, tam reſpectu legitimæ, quàm omni alio reſpectu*, vnde videtur mihi, quod dictum statutum in hoc corrigat ius commune, & † (quicquid dicat lex communis) tu serua statutum, vt dicit Bald. in l. ij. C. de patr. qui filios distrax. Confirmatur ista opinio, per auctoritatem Ang. in l. fallaciter. C. de abolit. attestantis pœnam d. l. quisquis. quò ad filios ex generali consuetudine Italiæ esse sublatam sequitur Soc. in prælegato consilio cclxxv. Plus puto, quod in foro conscientiæ talis † lex puniens filios ex crimine paterno, non valeat, quia (vt dicitur in lege veteri) FILIVS NON PORTABIT INIQVITATEM PATRIS, vnde † lex tanquam contra honestatem, non debet valere, & peccaret eam obseruans. c. constitutiones, & c. lege. x. distinct. cum simili. & habetur per Ancha. in repe. c. possessor. de reg. iur. in vj. & ideo debent aduertere domini iudicantes, ne ædificent ad gehennam agendo contra conscientiam, & si Illustrissimus Dux in hoc consuleret theologos non dubito, qui istam sententiam approbarent, & videntur huiusmodi leges magis factæ ad terrorem, quàm ad futuram obseruantiam. nec reperietur aliquis qui vnquam viderit obseruari. Secundò, principaliter posset teneri, quod isti propriè non inciderunt † in crimen lesæ maiestatis, quia tale crimen non incurritur, nisi ab his, qui sunt in dolo l. j. cuiusque. ff. ad l. Iul. maiestat. & in simili per Ias. in l. in actionibus. in gloss. in verb. non ob culpam. ff. de in lit. iur. sed isti sequendo detentatorem, habentem coloratum titulum, non videntur in dolo, quia talis titulus eos excusat l. igitur in verb. vel non iustis. ff. de lib. cau. gloss. in l. j. in fin. ff. de abig. Alexand. consilio cxix. in ij. titulus autem Gallorum coloratur, & ex inuestitura alias per Imperatorem in Regem Ludouicum facta, & ex iure cesso per Illustrissimum Maximilianum Sphortiam in Regem Francisci, quæ omnia quamuis non noceant de iure excellentiss. nostro Duci, saltem colorant titulum, per quem excusantur isti à pœnis dictarum legum facit l. si vrbana. ff. de condit. indeb. & text. in c. si quis à pseudoepiscopis. quæst. j. & potuerunt eum sequi, cum per iuramentum fidelitatis erant adstricti, vt per Abb. in c. sicut vltimo. de iureiur. in fin. præsertim cum publicè bello eorum dominus ius suum persequutus sit, cuius persona attenditur l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi public. & qui habet ius belli indicendi, ex quo non recognoscit superiorem saltem de facto l. ex hoc iure. vbi Bartol. ff. de iust. & iur. Et confirmatur hæc opinio, quia isti non venerunt causa offendendi personam principis, sed solùm causa recuperandi illud, à quo prætendebant se spoliatos, & optabant, quod Dux, salua persona, abijsset in Germaniam. vnde † mens eorum in tali crimine attenden- 17
da est, vt dicit And. de Iser. in d. c. j. quæ sint regaliæ. in loco istà alleg. vbi allegat etiam text. in l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. ff. de capt. & postlim. reuers. Et hoc maximè procedit in certamine ad Biccocam, in quo ipsis existentibus in acie Dux excesſit Mediolano, & fuit ipse illis absentem, non autem ab eis fuit insectatus. Tertiò principaliter respondeo, quod Dux Ludouic. recognoscebat superiorem, & d. l. quisquis. non habet locum, quando committitur contra recognoscentem superiorem, vel contra inferiorem ab Imperatore, vt Bartol. in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo, rebellando, Cyn. Ang. Sali. in d. l. quisquis. Nellus in tract. baniorum. in j. par. ij. temporis. quæst. xvj. Soc. consilio cclxxv. in causa fratris Andreæ, & est conclusio approbata indistinctè ab omnibus, & licet aliqua difficultas sit, an habeat locum in non recognoscente superiorem de facto per doctr. Sali. in d. l. quisquis. tamen istud procederet in cæteris Sphortiadis Ducibus, qui non habebant aliquam inuestituram, & ideo in Ducatu suo volebant haberi tanquam Imperatores, vt quandoque dicit Pau. Cast. & alij doct. sed in Duce Ludouico aliud est, quia ipse accepit inuestituram, & recognouit Imperatorem in dominum, prout de iure debebat, secundùm Alexand. consilio ij. visis codicillis. in j. Ioan. Baptist. de S. Seuerino in repet. l. Imperium. in xviij. quæst. ff. de iurisd. omn. iud. Nec obstat ille text. dum punit etiam conspirantes contra consiliarios, & milites, &c. quia procedit, quando conspiratio est facta propter inimiciciam, quam delinquens habet cum ipso Imperatore, & in eius vltionem occidit consiliarios, vt declarat Andr. de Isern. in cap. j. in verb. & committentium, quæ sint reg. in vsibus feud. Secundo respondeo, quod d. l. quisquis † non ha- 18
bet locum in filijs natis, vel conceptis ante delictum patris, arg. l. ij. C. de lib. & eorum lib. & ita tenent Pet. Cyn. Ange. in d. l. quisquis. & est communis opinio, licet solus Salice. contradicat. Tertiò respondeo, quod non est probatum, quod d. Leoninus commiserit contra personam illustris. Ducis Ludouici, quia primus testis solus dicit *quod in exercitu erat d. Leoninus armatus, & cum ſtocho, &c.* quod potuit esse citra iniuriam personæ ipsius Ducis. Item potuit tunc nescire, quod Dux esset in Castris, & ignorantia præsumitur, & illa arma potuit habere pro sui defensione præsertim, quia sperabatur fieri ignorata, prout dicit testis, & contra hunc testem obstat, † quia singularis l. iurisiurandi. 19
C. de testibus. quia † deponit de eo, quod vidit impubes, nondum doli capax, & proximus infantiæ, vt per Bartol. in l. iij. §. lege Iul. ff. de testibus. per Feli. c. cùm à nobis. extra. de præscript. tum quia hoc modo etiam ipse est † particeps criminis, cui non creditur l. fi. C. de accusat. & esset in pœna, qui erat in eo exercitu, & quamuis impubes puniendus esset pœna extraordinaria l. j. §. impubes. ff. ad Syllan. & certè est mirum, quod istud crimen non imputetur liberis ipsius Triuulcij, qui erat capitaneus, & imputetur filio militis priuati, & nemini præterea alij. vnde concludo

religionem

religionem dominorum iudicantium ad hoc tendere, vt hisce filijs bona sua seu auita restituantur.

CONSILII LX. SVMMÆ

Qui dignitati Episcopali attolluntur, innocentiæ gloria censentur illustrari.

Præsules olim non poterant de crimine conuinci, nisi testimonio lxxij. testium.

Claritas seu nobilitas sanguinis facit, quod quis non possit subijci quæstioni, vel torturæ.

Testis socius criminis non facit indicium sufficiens.

Mandatarius si mandatum executus fuerit, repellitur à testimonio aduersus mandantem tanquam conscius, & particeps criminis.

Particeps criminis in casibus specialibus interrogari potest, tamen non facit indicium.

Vestis varians, & manifestè periurus, non facit sufficiens indicium.

Quis censetur infamia notatus, si ex suo periurio alicui fiat detrimentum.

Reus læsæ maiestatis, & deprehensus in flagranti crimine censetur notatus infamia, & repellitur à testimonio.

Sola inimicitia non est sufficiens ad præsumendum delictum in personam inimici, & quare.

Mandans non tenetur de occiso, quando mandatarius alias homicidium fuisset facturus.

Ex delicto familiæ suæ dominus non obligatur ciuiliter, multò minus criminaliter.

Testes deponentes de fama non verisimili, non probant.

Præsumptio est non leuis contra subtrahentem probationes opera sua fisco.

Fugiens post purgatam per torturam omnem suspitionem, non est verisimile eum fugere propter timorem indicij.

In materia criminali, vt indicia coniungantur, non sufficit finis in genere, sed requiritur quod probationes in specie nõ sint diuersæ, vnde vnus testis de veritate, alter de fama non coniungitur.

Testes deponentes de vno actu consuetudinis, alij de diuerso, non coniunguntur, nec probant consuetudinem.

Quando agitur de probando aliquem fecisse miracula, si vnus testis deponat de vno, alius de alio miraculo, non fit coniunctio, & quare.

Quæ non prosunt singula, iuncta non iuuant, præsertim in materia criminali.

VPERRIME cũ Reuerendus Episcopus Papiensis propter homicidium Alexandri de Languisco fuerit inquietatus, quia allegabatur ab eius familia, & de eius mãdato fuisse occisum, requisitus, vt sententiam meam dicerem, non putaui id esse detrectandũ, cùm ex informationib. mihi traditis uiderẽ eũ esse in manifesto casu absolutionis. In primis enim sciendum est aduersus Episcopũ quicquã siniſtri nõ esse facile præsumendum, quia † qui tali dignitate attolluntur, innocentiæ gloria censentur illustrari, xj. quæst. iij. absit, & xlj. dist. c. j. & xvj. quæst. j. c. 1 2 ij clericatus. cum simili. & ideo † olim præsules nõ poterant de crimine conuinci, nisi testimonio septuaginta duorum testium. c. præsul can. nullam. ij. quæstio. iiij. tanta erit præsumptio pro ipsorum innocentia, & licet alias, datis pluribus iudicibus, sufficeret maioris partis consensus, tamen aduersus Episcopũ tali casu nihil agitur, nisi omnes sint concordes. vj. quæst. j. c. j. & seq. Spec. tit. de accusa. §. iiij. versic. sed nunquid accedit quod in casu nostro specialiter probatum est de bona fama, & integritate prædicti Episcopi, tum ex literis cleri Papiensis, tum ex alijs literis diuersorum, & communitatis Papiæ, quæ probatio plurimum debet esse præ oculis iudicantium, propter ea quæ habentur per Barrol. in l. j. §. pen. de re milit. per Moder. in l. de minore. 6. plurimum. ff. de quæst. Confirmatur etiam † ex claritate, seu nobilitate sanguinis ipsius, per quæ omnia apparet non posse eum subijci quæstioni, vel torturæ, quia huiusmodi priuilegium competit militibus, & decurionibus, & eorum descendentibus iuxta l. milites. & l. diuo Marco. C. de quæst. multò magis debet competere huic illustri, & quidem Episcopo, nec indicia quæ aduersus eum inducuntur propter eorum fragilitatem sufficerent quæstioni priuari hominis, vt infrà ostendam, imò minus eorum ratio est habenda aduersus hunc Episcopali dignitate præfulgentem. Primum indicium est ex dicto Capitanei Alphonsi, *qui asseruit se practicasse Ioannem de Parma nomine Episcopi, vt occideret Alexandrum, &c.* Sed iste † testis tanquam socius criminis in hac causa non facit indicium sufficiens, vt habetur in l. fin. C. de accusati. & quia † mandatarius. si mandatum exequutus fuerit, repellitur à testimonio aduersus mandantem, tanquam conscius & particeps criminis, secundum Bald. consilio xcvij. incip. an mandatarius in vi volu. & per Moder. in l. j. §. Diuus. ff. de quæstio. & quamuis † in casibus specialibus 3 4 5 6 posset particeps criminis interrogari. c. fin. de testibus cog. non tamen interrogatus facit indicium, secundum Corn. in consilio lviij. in j. Maximè cùm iste Alphonsus pluries † varians erit, & sit manifestè periturus, quo casu ex eius dicto non potest oriri sufficiens indicium, secundum Barrol. in l. maritus. de quæst. cum † ex tali periurio, 7 8 unde detrimentum alicui fiat, quis censeatur infamia notatus, secundum Ioan. de Lign. & Felin. in c. testimonium. de testib. Accedit etiam quod dictus Alphonsus † erat reus læsæ maiestatis, & 9 deprehensus in flagranti crimine. Vnde ex hoc quoque capite censetur notatus infamia, & repellitur à testimonio, vt notatur in l. fictus. ff. de his qui not. infa. Secundum est indicium, quod oritur ex quibusdam testibus asserentibus, *quod nonnullæ differentiæ ortæ erant inter Episcopum, & dictum Alexandrum, & quod dictus Alexander porrexerat supplicationem in senatu Mediolani contra eum, &c.* Respondeo. non sequitur propter hoc quod essent inimicitiæ capitales inter ipsos. §. si verò odiosum. in auth. de testi. per Barrol. in l. iiij. §. fin. de adim. lega. maximè cùm talis causa respiceret bona, & esset ciuilis, vt per Abb. in c. cùm oporteat. & in c. inquisitionis. de accusatio. Præterea constat, quod ipse Alexander erat uxoratus, & habebat inimicitias cum alijs, & etiam cum quodam, qui erat de familia ipsius Episcopi. Vnde ex tali inimicitia nihil potest inferri respectu Episcopi. Et ideo generaliter dicunt doct. quòd † sola inimicitia non est sufficiens, ad præsumendum delictum in personam inimici, quia verisimile est, quòd quis via iuris potius vlciscatur iniuriam sibi factam, quàm via facti, & mure sicariorum gloss. & doct. in l. j. C. de his, quibus vt indig. lat. l. j. C. de fer. fugit. Tertium iudicium est, quia videtur probatum *quod inter interfectores Alexandri erat quidam seruitor Episcopi, & certi equi ipsius, &c.* Sed & hoc iudicium non videtur sufficere contra Episcopum, quia cùm probatum 10

sit, quòd ipse Alexander habebat inimicitias cum seruitore Episcopi, verisimilius est, quod fuerit interfectus ab eo propter propriam inimicitiam, quàm propter inimicitiam domini. argu. l. & magis. ff. de solut. & quod not. Bald. consilio ccl. in j. & consilio cccl xxxij. in v. Imò, si probaretur † expressum mandatum adhuc non teneretur mandans, quàdo mandatarius aliàs fuisset facturus secundùm Bald. Ias. & cæteros in d. l. j. C. de ser. fugit. & ideo nihil contra Episcopum facit, quòd dicti occisores haberent barbas remissas, & quod probatum sit familiares Episcopi accepisse barbas in domo cuiusdam Antonij: quia potuerunt hoc facere, vt adiuuarent dictum seruitorem habentem particulares inimicitias cum Alexandro, vt dixi. Præterea, regula est generalis, quòd † ex delicto familiæ suæ dominus non obligatur ciuiliter, multò minus criminaliter gloss. c. cùm ad sedem. de restit. spolia. & j. quæst. iiij. c. quia præsulatus. & habetur per canonistas. in c. P. Diaconus. de homici. Vnde etiam nihil facit, quòd puer ille, vt euaderet captionem, affirmauit se esse de familia Episcopi, quia fortè mentiebatur, & non erat. & in omnem casum ex delicto suo non obligat Episcopum, vt dixi. Quartum indicium est ex testibus deponentibus, *quòd tempore mortis Alexandri fama erat contra Episcopum*, respondeo probatum esse contrarium per instrumentum protestationis cõmunitatis Roràsci, & aliud instrumentum vxoris dicti Alexandri, & comitum Octauiani, & Philippi, & etiam per literas Capitanei iustitiæ, qui inquisiuerat, & nihil de Episcopo inuenerat. Vnde omnis hæc coniectura, prouenies ex fama, prorsus remanet sublata, vt per Alexan. consilio lxx. in j. & lxij. in iij. & Ias. in l. j. ad fin. C. commu. de lega. † meritò ergo illa fama, de qua per testes ex parte fisci productos tanquam non verisimilis non facit indicium aliquod, de quo per gloss. & Bartol. in l. capite quinto. ff. de adul. per Bartol. in l. fin. de quæst. doct. in ç. veniens. j. extra de testibus. Quintum, & vltimum indicium est, quia videtur, *quòd Bernardinus, & alij qui poterant hac de re esse instructi fugam arripuerunt, & Episcopus scripserat fratri, vt aliquos faceret absentari*, quo casu videtur subesse † non leuis præsumptio aduersus ipsum ob probationes opera sua fisco subtractas, arg. l. ij. §. Diuus. ff. de iur. fisc. & l. j. §. quod autem. ff. de fur. corrup. Sed ad istud respondendum est, quòd Bernardinus iam fuerat in carcere, & subditus quæstioni, & quia repertus innocens dimissus. Vnde † non est verisimile quod fugerit timens indicium, ex quo purgauerat per torturam omnem suspicionem, vt per Albert. & Mod. in l. edictum. ff. de quæst. Bartol. Veronen. consilio xxxij. quidam rustici. Sed potius timens violentiam vel alia ratione, de quo per Bartol. in l. quis sit fugitiuus. §. j. de ædil. edic. & literæ Episcopi ad fratrem habent causam expressam ne familiares malè tractarentur ab officialibus, & lis protelaretur in infinitum, quæ causa ex processu contra Alphonsum facto satis iustificatur, & etiam ex eo, quod ipsum Episcopum detinuerant per xl. dies, priusquam ipsum examinarent aduersus manifestam legis dispositionem. de qua in l. j. & l. fin. C. de custo. reo. meritò non possumus dicere id factum esse causa surripiendi probationes fisco, quamuis, nec hoc sit inconueniens, quòd quis redimat sanguinem suum à similibus imputationibus, secundùm l. j. in fin. ff. de bon. eorum qui mort. & not. Lud. Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. Postremò non obstat, si diceretur, quòd dictum Alphonsi cum suprascriptis indicijs videtur coniungendum tanquam tendant ad vnum finem, id est, ad mortem Alexandri probandam. Respondeo, quòd imo non tendunt ad eundem finem, quia † in hac materia, vt indicia coniungantur, non sufficit finis in genere, sed requiritur quòd in specie probationes non sint diuersæ. Vnde vnus testis de veritate, alter de fama non coniungitur, secundùm Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. j. de eden. Felin. c. cùm causam. de proba. Sic † testes deponentes de vno actu consuetudinis, alij de diuerso non coniunguntur, nec probant consuetudinem, secundùm Cynum in l. ij. C. quæ sit longa consuetud. Roma. consilio xcj. visis. sic † quando agitur de probando aliquem fecisse miracula, si vnus testis deponat de vno, alius de alio miraculo, non fit coniunctio, quia quælibet probatio tendit ad diuersas species, licet habeat vnum finem in genere, quod quis sit sanctus, secundùm Innoc. in c. venerabili. de testim. & per Felin. in c. licet ex quadam. eod. tit. sic ergo in casu nostro est dicendum, vt dictum Alphonsi, loquentis de mandato facto Ioan. de Parma non coniugatur cum cæteris indicijs, quæ sunt prorsus diuersa, cùm Ioannes non susceperit dictum mandatum, sed deriserit Alphonsum, quo casu non tenetur Episcopus de mandato, cum non fuerit acceptatum gloss. cle. j. verbo mandauerit. de pœn. doct. cap. j. de offic. deleg. & c. sicut dignum. de homici. indicia verò suprà scripta loquuntur de alijs personis, quàm de Ioanne. Stabimus ergo regulæ, vt non coniungantur, & † quæ non prosunt singula iuncta non iuuant, vt per Bartol. in l. j. §. ijdem Cornelio. ff. de quæst. maximè in ista materia criminali, in qua regulariter diuersæ probationes, & imperfectæ non coniunguntur gloss. c. veniens. j. de testibus Dec. cap. j. de appell. cum simil. Et ex suprascriptis dissoluuntur probationes, quæ possunt facere rem dubiam, tamen ex duplici capite videtur mihi casus iste esse indubitabilis in fauorem ipsius Episcopi. Primum est, quod de mandato facto occisoribus nullum prorsus est indicium, & quamuis essent de familia Episcopi, tamen dominus non tenetur de delicto familiæ suæ, vt suprà dixi. Secundùm est, quod certissimum est ex dicto processu non esse probatum delictum Episcopi, non solùm plenè, sed nec semiplenè. suprà autem diximus non posse eum torqueri propter Episcopalem dignitatem, ergo necessariò venit absoluendus. Et licet aliqui doctores dicant, quod priuilegium ne milites, aut decuriones torqueri non possint, hodie non seruetur, vt per Bartol. & doctor. in l. fin. C. de decur. tamen talis consuetudo in contrarium non valet, secundùm Ludo. Roman. quem refert, & sequitur Paris de Puteo in trac. syndicatus. verb. doct. arg. l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. qui loquuntur in doctore, vel milite, multò minus in Episcopo, & præsertim in nostro casu, in quo subest duplex prohibitio, quia non solùm Episcopus, sed etiam aliàs clarissimus. arg. l. Balista. ff. ad Trebel. & §. affinitatis. Instit. de nupt. Et ex his concurro in sententiam suprascripti domini consultoris, de sola subscriptione requisitus. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSI-

CONSILII XXI. SVMMA.

1 *Rapiens meretricem, & cum ea coiens per vim, non punitur pœna capitali, sed extraordinarie, punitur crimine iniuriarum.*
2 *Lex Fabia habet inclusam iniuriam.*
Concubina stans in concubinatu licito, potest agere iniuriarum, secus est si stet in concubinatu illicito, puta cum vxorato, quia omnino impunitus est talis accessus.
Concubina vxor vbi est deterioris conditionis, quam meretrices, & quare.
Coitus violentus cum ea, quæ sui copiam pluribus facere consuevit, non punitur.
6 *Volenti non fit iniuria.*
7 *Lex Cornelia de iniurijs, habet locum contra quoscunq; doli capaces.*
Sine affectu non fit iniuria.
9 *Ex qualitate rei pœna debet imponi.*

VIA suprascriptus dominus consultor admodum copiosè, & eleganter prosequutus est omnes difficultates præsentis articuli, ideo ego ero brevior, maximè cũ de sola subscriptione requisitus sim. Et difficultatem in præsenti casu facit doctr. Bald. in l. fin. ff. de rer. diuis. quam sequitur Ange. Aret. §. Iunctæ. insti. de rer. diuis. Mathesyl. nor. cij. vbi dicunt, † quod quamuis rapere meretricem, vel cum ea per vim coire non sit pœna capitalis, tamen extraordinariè punitur crimine iniuriarum, &c. Sed tamen in casu nostro puto recte consultum per dominum aduocatum, quia hoc dictum Bald. multis rationibus non obstat huic inquisito. & j. satis videtur esse verior opinio, quòd illud dictum Bald. indistincte sit falsum per text. in l. verum est. ff. de furt. & ibi Bart. expresse dicit, quòd coitus in casu illius legis est impunitus, alioquin Iurisconsultus. ibi de insufficientia posset argui, qui negat etiam lege Fabia, vel de vi talem teneri. & tamen † lex Fabia habet inclusam iniuriam. l. iij. in fin. l. pen. in fin. ad l. Fla. de plag. & licet Iaco. de Aren. & Rayn. ibi tenuerint agi posse iniuriarum, tamen eius opinio communiter est reprobata propter auctoritatem Bartoli quem ibi sequitur Ang. etiam Alber. de Ros. dicens ita sentire gloss. in l. vnica. in gloss. j. C. de rapt. vir. & ibi etiam hoc tenet Salice. & Hippolytus Marsil. num. xxxiiij. & alibi sæpè in discursu. Idem tenet Bonifacius in tractatu criminali. tit. de rapto. & Moder. in tract. de sortile. lib. ij. cap. xxxvij. num. liiij. Io. de villa in repet. l. diuus. de fid. cum concor. per d. consulentem. & potest opinio Bald. saluari, quando non causa libidinis, sed iniuriæ hoc factum esset, per text. in l. qui iniuriæ. in princip. ff. de furt. & ita propriè loquitur text. quem ipse allegat. in l. lex Cornelia. in fine. ff. de iniur. Secundò respondeo, quòd dictum Bald. posset procedere in meretrice opulenta, & valde celebri, non autem in muliercula, quæ est concubina vxorati, † licet enim concubina stans in concubinatu licito possit agere iniuriarum, tamen secus est, si concubinatus sit illicitus, puta cum vxorato, quia omninò impunitus est, talis accessus l. si vxor. vbi Ang. hoc nota. ff. de adult. imo talis est † deterioris conditionis, quàm meretrices, quia illæ non possunt, hodie nisi mine conueniri ab vxore concubinarij, & tamen istæ possunt, secundum Bald. & doctr. in l. j. C. ad leg. Iul. de adult. & maximè ista, de qua agitur, quàm probatum est consuevisse sui copiam facere etiam alijs pluribus, vide † coitus etiam violentus cum ea non punitur. secundum Ioan. Bapt. de S. Severino. l. si qua illustris. ad Orfic. Moder. in d. tract. de sortileg. lib. iij. cap. x. num. liiij. de quo per Alexand. consilio xiij. lib. vij. cum concord. per d. consulentem Ioan. de Villa loco supra allegato. Tertiò respondeo, quòd illud dictum Bald. loquitur & procedit probata violentia, quia in ipso actu ipsa ostendisset se nolle, puta clamando, & non obsequendo raptori, quod non fuit in casu nostro, imò iste alias etiam habuerat eius copiam vnde non præsumitur violentia, sed consensus, & † volenti non fit iniuria, & ita consuluit Paul. Cast. consilio ciij. viso dicto statuto. Retart. & sequitur Marsil. singulari suo lxxiiij. & alibi sæpe. Quartò respondeo, quod (vt dixi) violenti non fit iniuria. l. cum donationis. C. de transact. & (vt appareret ex vltimo examine) ipsa erat contenta, & sciebat eum venturum, sed duntaxat detrectauit, quia aderant alij socij, quos ipsa nolebat admittere. Vnde violentia, & iniuria videtur fuisse solum respectu aliorum, non autem istius inquisiti, sicque quo ad eum cessat omnis obiectio, & videtur fuisse purgata qualiscunque illa iniuria. c. ad id, quod c. consultationi. & quod ibi nota. de sponsalibus. Quintò, non videtur in casu nostro locum esse legi Corneliæ de iniurijs, respectu istius minoris, quia adhuc non est in plena pubertate, quia licet † dicta lex habeat locum contra quoscunque doli capaces. l. illud. ff. de iniur. l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar. tamen hoc non procedit in eo, qui verisimiliter potuit credere tale non esse delictum, quia † sine affectu non fit iniuria dicitur in d. l. illud. §. j. maximè in delictis leuibus, de quo habetur in l. auxilium. ff. de minori. iste enim habuit affectum libidinis, non autem iniuriæ faciendæ, maximè ex qualitate temporis nocturni. de qua apud Comicum nox adolescentia, venus. l. respiciendum. §. casu. ff. de pœnis & quod not. Raph. Commen. consilio xcv. tuæ simil. Sextò, quia etiamsi, dictum Bald. esset verum, tamen in casu nostro † ex qualitate rei, pœna pecuniaria leuis deberet imponi, l. actiones. ff. de iniur. pura xx. librarum, cùm ista sit concubina vxorati, & sic persona reprobata à lege, & etiam copiam sui alijs faciat, & præstiterit consensum huic iuueni, licet non in eum modum, id est, cum socierate. Vltimò dicitur, quòd in casu nostro, iste iam satis pœnarum dedit, vnde vltrius non debet molestari. d. l. verum. in fin. ibi, sed quia secum ignominia compensat se, satis enim pœnarum dedit morando in carcere, & patiendo torturam, & faciendo varias impensas, vnde non potest dici hanc qualemcunque iniuriam impunitam fuisse l. si diutino, secundùm verum intellectum. ff. de pœn. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII XXII. SVMMA.

1 *Consilia doctorum, quæ in causis dantur, aliud nihil sunt, quam testimonia iuris, & Doctores ipsi dicuntur testes iuris.*
2 *Falsantem consilia varie pro re placi.*
3 *Falsum committitur in causa modica.*
4 *Pro falso super re modica, non datur actio de dolo.*
5 *Asscribens sibi nomen delegati, vt lucretur sportulas, tenetur crimine repetundarum, si exercendo tale officiũ propria authoritate sportulas accepit.*

BIU Cujas

6 *Ordinarium non assessorem, plerumque ex causa secum.*
7 *Auditor Principis cum nō sit assessor ordinarij, licet det consilium ordinario, non tamen tenetur ex consilio, secus si ordinarius esset imperitus, &c.*



CICET in istis causis criminalibus non soleam meam proferre sententiam, tamen requisitus accuratissimis precibus veteris amici mei, sui conterritus hæc pauca scribere pro maiore iustitiæ declaratione. & igitur circa primam inquisitionem factam contra hunc auditorem, quatenus dicitur enim teneri de falso, qui in iudicio produxit consilium per se factum, & scriptum sub nomine alterius famosioris doctoris eius subscriptione, & sigillo falsato, secundum quod consilium postea ipse iudicauit, sciendum est quod † consilia doctorum, quæ in causis dantur, nihil aliud sunt, quam testimonia iuris, & doctores ipsi dicuntur testes iuris. l. fin. C. de ijs, qui in eccles. man. l. ij. versus fin. de orig. iur. ibi, aut testabantur, qui illos consuluerant, & ibi neque responsa vtique signata dabant, &c. quod etiam Mod. Zasius, & Cagn. ibi notant. In hoc autem non multum videtur referre, quis fuerit auctor consilij, sed potiùs an consilium fuerit verum in iure, an non. Si enim consilium fuit in iure verum, & ipse auditor ita pronuntiauit, non † videtur puniendus pœna falsi sed solùm stellionatus propter temeritatem, & mendacium suppositi nominis, tanquam testimonium illud non falsum, sed falso dictum sit, vt in simili consuluit Petr. de Ancha. consilio xxiiij. in fin. sequitur Riminald. & Moder. in l. si ex falsis. C. de transact. Feli. in c. fraternitatis. extra, de hæret. Quod si consilium non fuit in iure verum, tunc quia exhibuit in iudicio testimonium falsum iuris, videtur incidisse in mentem legis Corneliæ de falsis, cùm etiam ita pronunciauerit l. j. ff. de fal. & per gloss. in §. fin. institut. de obligat. quæ ex quasi delict. Nec me multum mouet, quod cùm esset de quadam seruitute, & sic modici momenti. arg. l. quinque pedum. C. fin. regun. † quia falsum committitur etiam in causa modica, † sicut & furtum §. gallinarum. institut. de rer. diuis. licet actio de dolo non detur l. si oleum. in fin. de dolo, quia infirmat ea, quæ consensus partium confirmauerat, secundum Ioan. Fabr. Ange. & alios in d. §. gallinarum. facit l. diuus. ff. de bon. dam. in fin. Circa aliam inquisitionem, qua dicitur, quod iste doctor, cum esset auditor principis tantum. affirmabat se esse delegatum ad vniuersitatem causarum, vt prætextu hoc acciperet sportulas, quas alioquin non potuisset accipere, clarum est in iure, quod auditores principum nostri temporis non habent aliquam iurisdictionem, nisi quatenus eis sit delegata per principem, quia licet iure pontificio aliud sit in auditoribus Cameræ, & contradictarum, secundum canon. in cle. auditor. de rescript. etiam iure ciuili in quibusdam alijs auditoribus, de quibus per Bartol. in l. præcipimus. §. j. C. de appel. tamen in illis alijs auditoribus non ita est, de quo etiam per Feli. in c. nonnulli. §. fiunt & alij. de rescript. vnde si adscripsit sibi propria auctoritate illud officium, & sportulas accepit, † non potuit hoc facere, vt concluxit Bertrandus de Monte-fauentio) quadam sua disputatione, quam refert Albert. de Ros. in l. diem functo. ff. de offic. assess. & ideo teneatur crimine repetundarum, secundum l. ij. cum legibus sequent. ff. ad leg. Iul. rep. per. Circa alias † querelas, quibus imponitur quod absque indicijs aliquos fecerit per vicarium seu prætorem torqueri, aliquos nimis, & immodice torsit, potest probabilis esse dubitatio, quod non ipse teneatur, sed potius ordinarius, si tamen ordinarius peritus esset, secundùm Bartol. in l. in bonorum, in fin. ff. de bo. poss. quod ipse autem non teneatur, sic probatur, quia ipse non erat assessor ipsius ordinarij, sed † auditor Principis, & licet consilium daret ordinario, tamen non debet ex consilio teneri. l. consilij. ff. de regul. iur. Sed tamen in proposito casu sentio contrarium, secundùm ea, quæ in facto proponuntur, quod ordinarius esset imperitus. & quod iste (licet auditor Principis) tamen etiam adesset causis criminalibus, & consilium præstaret tanquam assessor, quamuis non esset, nam tali casu debet teneri, qui eadem est ratio quæ in assessore, hic merito eodem modo, & ipse teneatur secundum nota. in l. ij. ff. quod quisque iur. & per ea quæ not. Abb. in c. sicut dignum. de homicid. & per Fel. c. tua nos. de homicid. cum simil. cætera supplear dominus iudex in hac causa deputatus, quia moris mei non est accusatos aggrauare, & aduersus præceptum Pythagoræ ignem gladio fodere, maximè cum iam per multos menses iste in carceribus steterit detentus, cum proculdubio causa ista citius fuerat expedienda secundum l. vbi falsi. C. de fal. ibi compendioso spatio, &c. l

CONSIL. XXIII. SVMMÆ.

1 *Vulnerans hominem gladio, qui statim cecidit, & fregit crus, ex qua fractura periit, puniendus est de homicidio.*
2 *Nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat.*
3 *Si quis permittat arma de domo sua extrahi, vt aliquis occidatur, tenetur de occiso.*
4 *Dans opem homicidæ, non tenetur ea pœna, quæ homicida, secus est, si propter talem opem præstitam sit causa homicidio.*
5 *Si quis habuit animum occidendi, vt quia ex genere tali hoc constet, & aliquem vulnerauerit non lethaliter, sed deinde superuenerit febris vnde mortuus sit, tenebitur de occiso.*
6 *Qui dat poculum abortionis, vel amatorium, si ex eo quis perierit, tenetur de occiso.*
7 *Si quis mandauit alicui, vt Titium verberaret, non autem occideret, & mandatarius verberando occiderit, tenetur mandans de homicidio, quia fuit in culpa.*
8 *Quando quis ab aliquo infectus cadit, & seipsum vulnerat, insequens non tenetur de vulnere.*
9 *De occiso tenetur etiam, qui solam causam mortis dedit.*
10 *Euentus aggrauat delictum.*
11 *L. quicquid calore. ff. de reg. iur. explic.*



MNIMODO in proposita quæstione, cùm † iste reus gladio hominem vulnerauerit, qui statim cecidit, & fregit crus, ex qua fractura periit, arbitror de homicidio puniendum. Moueor per text. in l. nihil interest. ff. ad l. Corn. de sica. vbi text. formaliter dicit, † nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat, & per illam legem cōcludit ibi Alber. de Rosa. quod † si quis permittat arma de domo sua extrahi, vt aliquis occidat, tenet de occiso, & per illū text. idem in simili concludit Gandinus, in tit. de homici-

homicidij. vbi dicit, quod licet † dans opem homicidæ, non teneatur ea pœna qua homicida secũdum magis communes opiniones, tamen propter tale auxilium præstita sit causa homicidio, tenetur. Idem dicit per eũ in alio casu tradictum in eodem tit. vbi discutit, & tandem concludit, † quod si quis habuit animum occidendi, vt quia ex genere teli hoc cõstet secundũ l. j. §. diuus. ff. de sicar. & aliquẽ vulnerauerit non lethaliter, sed deinde superuenerit febris, vnde mortuus sit, quod tenebitur de occiso. ang. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. inf. & l. qua actione. §. j. ad l. Aquil. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. & debet intelligi ista decisio etiam circumscripta ratione, licet qui cũ telo. Dicod. quia alias quæstio esset superflua, ex quo absque superuenientia febris, tamen si conualesceret, nihilominùs lex Cornelia locum haberet. Confirmatur hæc sententia per text. in l. si quis aliquid. §. si quis abortionis. ff. de pœn. vbi † qui dat poculum abortionis, vel amatorium, si ex eo mulier perierit, tenetur de occiso, debuit enim cogitare id posse sequi prout in simili probatur in c. ij. de homicid. in vj. in ratione sui, vnde † si quis mandauit alicui, vt Titium verberaret, non autem occideret, & mandatarius verberando occiderit, tenetur mandans de homicidio, quia fuit in culpa, debuit enim cogitare hoc euenire posse, & facit text. in c. sicut dignum. §. j. de homicid. & possent multa exempla colligi ex l. iij. ff. de sica. & in nostris terminis, quando constat in actu vulneris cecidisse, & ex illa cadentia perijsse, præsupponit expresse Rapha. Comen. consi. cxxxiij. visis dementia, &c. & facit l. qua actione. §. sed si quis de ponte. ff. ad leg. Aquil. Non obstat quod † quando quis insecutus ab aliquo cadit, & se ipsum vulnerat, non tamen insequens tenetur de vulnere. d. l. qua ratione. §. j. Bartol. l. si gemina ff. arbi. fur. cæs. per Ang. in maleficijs in vsu. & ipsum Titium percussit, quia respondeo, quod aliud in vulnere, aliud in occiso, de vulnere enim non tenetur, nisi qui verè vulnus inflixit, vt ibi dicit Ange. Sed † de occiso tenetur, etiam qui solam causam mortis dedit. d. l. nihil † euentus enim aggrauat delictum l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. Item illud habet locum in eo, qui caperet cum existeret in fuga, sed nostra quæstio est in eo, qui cadit in ipso actu vulneris illati, & cuius cadentiæ immediata causa fuit ipsum vulnus, quòd ranò magis procederet, si esset percussa spina (vt dixi) secundum anatomicos. Præterea in casu nostro non videtur dubium, quin iste sit decapitandus, propter animum deliberatum etiam stante decreto nostro. Ne obstet, quod videatur hoc delictum commissum † calore iracundiæ, quia iste excusatio aliqualiter prodesset, si iste reus probaret illam iracundiam fuisse talem, quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit, alioquin non prodest, nec tollitur de delicto ratio animi, vt notat Abb. in cap. j. in ii. notab. extra, de his qui filios occid. & habetur in l. si non conuicij. C. de iniurijs. vbi Bald. & difficile est probare talem iracundiam, vt Abb. dicit in cap. ludum, de conuer. coniug. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILIVM XXXVI.

Fideiubens vsq; ad certum diem vltrà non tenetur.

4 *Falsum quauis pœna punibile, sed varie.*

5 *Pœna corporalis potest infligi delinquenti, etiam nullo præcedente dolo.*

6 *Quando lex ponit pœnam extraordinariam, potest etiã iudex capitalem infligere.*

7 *Si ad pœnam ciuiliter agatur, potest reus subijci torturæ.*

OMNINO cùm Saracenus in chirographo Panolini mandatum acciperi pecunias pro Criuello ad nundinas Paschatis præsentis mutuaverit cancellãdo, & loco dictionis, præsentis, ponẽdo proximè, videtur commisisse falsum, & teneri pœna ordinaria falsi, de qua in l. vbi falsi. C. de fal. vbi Salice post alios. Clarũ enim est, quòd aliud est dicere præsentis, † aliud proximè, sicut aliud est dicere tẽpore præsenti est pubes, aliud est, proximus pubertati. l. pupillum. vbi not. de reg. iur. & † aliud dabo præsenti anno, aliud dabo proximo. l. tali facta. ff. de iure do. sicut dabo præsenti mẽse, vel proximo. l. si. in glo. C. de posth. hæred. instit. Cùm ergo quis scribit die xv. Januarij, vt accipiat sub cambio præsentiũ nũdinarũ, intelligitur de nundinis Paschatis, Epiphaniæ, seu Apparitionis, quæ nũc sunt. Quãdo verò dicit de nundinis proximis, intelligitur de nũdinis Paschatis Resurrectionis, vt patet ad sensum. Vtilitas autẽ proueniens Saraceno ex hac mutatione fuit, quia interim in spatio trium mẽsium, qui intercedũt à nũdinis Epiphaniæ, ad nũdinas Resurrectionis, Criuellus decoxit, & effectus est pauper. & voluit trãsferre Saracenus istud creditũ in fideiussores, qui tamẽ nõ fideiusserant in eũ casum, sed solùm † vsq; ad certũ diem, vnde vltra non tenebãtur. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de actio. & obligatio. l. eũ qui ita. §. qui ita. j. de verb. obligat. l. si quis hæres ita. ff. de acquirenda hæreditate. Circa illud quod † falsitas non sit nociua in aliquo, & ideo non sit puniendus Saracenus, suprà ostendit, quòd imo erat nociua. Præterea etiamsi non esset nociua, tamen est punienda etiam de falso, quis quod in se fuit, fecit falsum, secundum Bald. in l. prima. C. de sepul. viola. Et hoc procedit etiamsi allegaretur non subesse dolus, quia licet tunc nõ puniatur pœna ordinaria falsi. secundum l. nec exemplum. C. de fals. tamẽ esset puniendus pœna extraordinaria, vt ibi per doct. & per gl. & doct. in l. & si seuerior. C. ex quib. causis infamia irrog. & ibi dicit Aret. quòd † pœna corporalis potest infligi delinquenti, etiam nullo præcedente dolo per tex. in l. respiciendum. §. si. ff. de pœn. vbi Bar. hoc tenet, & per tex. in † qui ædes. ff. de incend. ruin. & facit, quod † quãdo lex imponit pœnã extraordinariã, potest etiã iudex capitalẽ infligere, secundum gl. in summa. verb. extraordinaria, in fi. de iniurijs, quã gl. ibi sequuntur communiter doct. Et idem potest iudex etiam ad torturam procedere, cum † si ad pœnam ciuiliter agatur potest quis reus subijci torturæ, secundum tex. in §. grauis. extra. de depos. vbi Abb. & cæteri notant, & per Alexand. consi. lxij. in iij. volu.

CONSILIVM XXXVII.

Crimen stellionatus non habet locum, vbi est furtum, vel aliud delictum nominatum. (aliter.

Simile dicitur, quod habet similitudinem rationis, & non

Inter rebus, & furtum, &c. crimen.

OMNINO placet mihi cõclusio suprascripta, quod iste Iudæus simpliciter teneat crimine stellionatus, iuxta l.j. in fi. & l. si quis in pignore. ff. de pig. act. & illa iura sunt magis clara, qua vt possint cauillari, vel dici, quod iste teneatur de furto, vel robaria, nã si hoc esset, male diceret iurisc. quod esset † crimen stellionatus, cum tale crimen non sit, vbi est furtum, quod est delictum nominatũ. l. iij. vers. scilicet si aliud crimen, & c. ff. de crim. stell. Nec hoc casu est faciendã extensio de statuto, loquente in furto, & robaria, cum nec verba hoc patiantur, nec similitudo rationis, dicũtur enim † similia, quæ habent similitudinẽ rationis, & non aliter l. non solũm. §. qui primipilum. ff. de excu. tut. & per illum tex. declarat Bal. in l. illud. C. de sac. san. eccle. & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tm. j. not. de lib. & posth. sed furtũ, & robaria non habent consensum domini, vt in casu nostro d. l. si quis in pignore. Item robaria habet violentiã, & furtũ clandestinã † subreptionẽ, a qua quis cauere quãdoq; nõ potest, sed stellionatus, non ideo imputet sibi, qui sequutus est fidem deceptoris, & ideo Oldra. consi. lxxiiij. in fin. dicit, quod tales, qui dant scienter ęs pro auro non puniuntur magna pœna, & sunt populi, qui non aliud exercitium faciunt, vt illi de Põte. & Cerreto, vt dicit Blondus in descriptione vmbriæ. & etiam Cingali, quos tamen Principes tolerant. Et ideo tex. in l. j. C. de crim. stel. euitari pœnã ait, si creditorib. offeratur debitũ, prout factũ est in casu nostro, & loquitur in casu fortiore, in eo, qui pignorauit pluribus quo casu sequens posset in totũ perdere. In casu nostro supersit saltẽ æs inauratũ, vnde deceptus non omninò perdit, & ideo lex dat ei retentionẽ d. l. j. in fi. de pig. act. l. si cum aurum. ff. de solutio. & quãuis iste sit Iudæus, tamen hæc non sunt arripienda in occasionem aggrauandi pœnas. l. famosi, versi. hoc tamen. ff. ad leg. Iul. maiest.

CONSIL. XXVI. SVMMA.

1 *Reus negans contenta in inquisitione, post talem negationem nomen eius dicitur receptum inter reos.*
2 *Iudex assumens probationem super veritate criminis, & non inueniens, debet reum absoluere diffinitiue.*
3 *Occulta iudicio Dei relinquenda sunt.*
4 *Reus non debet teneri in suspenso.*
5 *In crimine falsi vbi currit instantia biennij à die contradictionis, amplius non potest inquiri, etiamsi superuenient noua indicia.*
6 *Quæstio iniustæ mensuræ pertinet ad falsum.*

OMNINO accedo in sententiam suprascripti domini cõsultoris per eius rationes, & fundamẽta. Et quia cũ iste Dominicus responderit † inquisitioni formatæ per primum iudicem, do. Antonium Testam, & negauerit contentum in ea, & sic nomẽ suum fuerit receptũ inter reos secundũ doct. Bar. in l. qui reus. ff. de publ. iud. & iudex assumpserit † probationẽ super veritate criminis, & nõ inuenerit, debuit sequi sententia absolutoria diffinitiua secundum Abb. & can. in c. j. extra, de offi. ordi. allegat rationẽ, † quia occulta iudicio Dei relinquenda sunt. gl. j. vj. q. j. cano. si omnia. & c. qualiter. j. in fi. ibi exceptis occultis. de accusa. † quia reus nõ debet teneri in suspenso. l. ij. C. de exhiben. reis. maximè † in crimine falsi. l. vbi falsi. C. de fal. vbi currit instantia biennij à die cõtradictionis, quæ instãtia est lapsa, nec amplius potest inquiri, etiamsi superuenient noua indicia l. fi. C. vt intra cent. tẽp. l. si is de quo supplicat. vbi Sal. C. ad Turpil. nec † est dubium quin quæstio iniustæ mensuræ ad falsum pertineat. l. pen. ff. ad l. Corn. de falsi. l. annonæ. §. j. ff. de extraord. crimi. meritò lapso biennio ampliùs iste inquietari non potest. d. l. vbi falsi. & ita sentio, de sola subscriptione requisitus.

CONSIL. XXVII. SVMMA.

1 *Licitum est defensionem pro extraneis suscipere.*
2 *Occisor qui defendendo, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, aggressorem proximi sui occiderit, iure occidisse censetur, nec pœnam aliquam meretur.*
3 *Vicinus, vel proximus negligens, impartiri auxilium vicino videtur iniuriam fouere.*
4 *Iustus terror quem excusat.*
5 *Miles fugiens propter facinus perpetratum, non dicitur contrauenire mandato, quod sibi factum erat propter aliam litem.*
6 *Qui animum fugiendi respectu mandati non habuit, cõtra mandatum proprie fuisse dici non potest.*
7 *Attendendum est ad id, quod principaliter factum est.*
8 *Credulitas imminentis periculi excusat quem à dolo.*

OMNINO consultatio suprascripta videtur mihi secundum terminos iuris esse verisima. Cum enim Matthias Honerus Iadrensem occiderit pro defensione hospitis, & amici sui, succedit conclusio ab omnibus doctoribus approbata, † quod licitũ est, defensionem etiam pro extraneis suscipere, & † occisor qui defendendo, cum moderamine tamẽ inculpatæ tutelæ, aggressorem proximi sui occiderit, iure occidisse censetur, nec pœnam aliquã meretur, vt ex tex. in c. dilecto. de sent. excom. in vj. ibi, *& quidem cum liceat cuilibet suo vicino, vel proximo, pro repellenda ipsius iniuria, suum impartiri auxilium, † imò si potest & negligit, videtur iniuriam fouere. & c.* & ita tenet Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in l. si quis in seruitute, in fi. ff. de furt. cum quo trãseunt ibi cæteri doct. nam si pro defensione rerum fieri hoc potest d. l. si quis in seruitute. in fi. multò magis pro personis. arg. l. sancimus. C. de sacro. san. eccl. & ita etiã tenent canonistę, in c. j. extra, de offi. deleg. vbi Dec. post Abb. & cũ hæc sit opinio ab omnib. approbata nõ est vlteriùs insistẽdum. Nec obstat, quod ipse Honerus, perpetrato illo homicidio, arripuerit fugã, & cõtra mandatũ discesserit ab vrbe, donec fuit retractus ab equitibus, quia respõdeo, † quod iustus terror eum excusat. Cum enim ipse sit miles, nec eo momento habuerit copiam cõsulendi peritiores, credidit se rẽ illicitã fecisse, & fugã arripuit, vt sanguinem suum quoquo modo redimeret. arg. l. j. in fi. ff. de bon. eor. qui ante senten. nec eo animo fugit, vt cõtrauenitet mãdato, quod sibi factũ erat ppter aliam litẽ, sed solùm terrore istius noui facinoris vnde † propriè dici nõ potest cõtra mandatũ fugisse, cùm animũ fugiendi respectu mandati non habuerit. l. quis sit fugitiuus. §. itẽ apud Iulianum. ff. de ædil. edi. † attendendũ enim maximè est ad id, quod principaliter ab eo factũ fuit, vt dicit gl. in d. §. itẽ apud Iulianum. super verb. intelligendum esse cũ principalis eius intentio fuerit propter homicidium, interim se subtrahendi. l. nulla macula. vbi Bar. C. de delator. lib. x. Rom. in l. si quis

quis in graui §. vtrũ. ff. ad Syll. Nõ potest dici ex hac fuga argui dolum, † cum enim crediderit sibi imminere periculum, licite potuit discedere, & talis † credulitas excusat à dolo. l. igitur. §. ij. verb. non iustis. ff. de libera. cau. glo. l. j. in fin. ff. de abig. & ideo concludo prædictum Honerum esse absoluendum, secundum suprascripta.

CONSIL. XXVIII. SVMMÆ.

1 *Emens venenum, tenetur parricidij, quamuis non ponerit dare.*
2 *In atrocioribus punitur conatus.*
3 *§. si quis abortionis. l. si quis ff. de pœn. explic.*

BREVITER in sententiam concurro suprascripti domini consultoris quod iste Bernardinus non debeat puniri corporaliter ex titulis criminũ, contra eum formatis. Primò, nõ ex mandato parricidij, quia licet res fuerit in aliquo tractatu, tamẽ nõ est conuentũ aliquid, imò in eo tractatu fuerunt discordes, mandans, & mãdatarius, & nullũ sequutũ est maleficiũ, vnde nõ debet locus esse pœnæ corporali, per regulã posi tam in l. j. in prin. & §. fin. ff. de extraord. crimi. & ea quæ ponit Salic. in l. is qui cũ telo. C. de sica. in fin. distinctionis. Nec obst. tex. in l. j. in fi. ff. ad leg. Pomp. de parricid. vbi † emens venenum tenetur parricidij, quãuis nõ potuerit dare. respõdeo, ibi erat daturus, sed nõ potuit dare secundũ Sal. in l. j. C. de malefi. hic potuisset perficere mandatũ, & nõ perficit. Nec obstat quod † in atrocioribus, punitur etiam conatus l. si quis nõ dicam rapere. respondeo, intelligitur de conatu proximo cõsumationi, vt si acceptatum fuit mandatũ, & in casu d. l. si quis nõ dicã. pone quod mandauerim Titio, vt attenter Monialem, certè nõ putarim locũ esse d. l. si quis nõ dicã etiam l. Titius mandatũ acceptasset, dum tamẽ nõ sit executus. Non obstat, quod no. Sal. in l. quisquis, in fin. principij, dũ loquitur de tractatu, quia in casu d. l. quisquis solus tractatus est cõsumatio delicti. secùs in casu l. Pop. quæ nõ loquit de tractãte, sed occidẽte, vel cuius dolo occisio facta sit. Secũdò, nõ obstat crimẽ potionis soporiferæ, † per tex. in l. si quis, §. qui abortionis. ff. de pœ. Respõdeo, satis apparet, decisionẽ illius tex. esse cõtra regulas iuris gentiũ, vt disputet Aristoteles lib. j. Magnarũ moraliũ. c. xvj. cuius argumẽto respondet iuriscõsultus, per rationẽ ibi positã, quia mali exẽpli, &c. quę ratio in casu suo procedit, in poculo amatorio, quod quãdoq; infert mortẽ, sicut fuit Lucretio poetę, nos verò agimus de poculo somnifero, quod nõ solet afferre mortem. Item turpius est exemplũ respectu finis amor, quàm somnus. Item ibi non inducitur pœna corporalis respectu honestatis hominum. Et de sola subscriptione rogatus, volui hæc paucula scribere.

CONSIL. XXIX. SVMMÆ.

1 *Neophyti siue Christiani ad Iudaismum transeuntes, tenentur crimine apostasiæ, & tanquam hæretici confiscantur, & summo supplicio afficiuntur.*
2 *Apostatæ varie arguuntur.*
3 *Qui recedit ab vno loco, & secum abducit totam familiã, dat euidens argumentum mutandæ sedis.*
4 *Variationes in examine augent indicium.*
5 *Mendacium auget indicium.*
6 *Deuians à recto itinere, videtur in fraudem suspectus.*
7 *Si quis voluerit corrumpere apparitores, ne eum capere, promittendo eis pecuniam si eum non caperent, contra ipsum oritur non mediocris coniectura.*
8 *Præsumitur contra volentem corrumpere testes, vel aduocatos.*
9 *In causa fidei, quæ concernit cultum diuinum, & publicam vtilitatem facilius accipitur indicium, vt quis subijciatur quæstioni.*
10 *In causa hæresis facilius accipitur indicium, vt quis subijciatur quæstioni.*
11 *In causa læsæ maiestatis principis, & diuinæ, accipitur indicium facilius, vt quis subijciat quæstioni.*

NEOPHYTI, † seu Christiani ad Iudaismum trãseuntes, tenentur crimine apostasiæ. l. j. & ij. C. de apost. & tanquam hæretici confiscantur, & summo supplicio afficiuntur. c. contra Christianos. extra, de hæret. lib. vj. Sed videdum est, an contra istũ sint indicia sufficientia ad torturã, & quia hoc plurimũ residet in arbitrio iudicis, secundũ Bar. in l. fi. versi. veniamus ad indicia. ff. de quæst. videtur dicendũ, quod sic. Primò, propter suspicionem † orientem ex natione iuxtà l. quod si nolit. §. qui mancipia. versi. plerũque enim natio. ff. de ędil. edi. & notorium est, quot Portugalenses defecerint ad Iudaismum, & iuerint Thessalonicam vrbem Iudæis concessam à Rege Turcarum. Secundò, quia non habet literas patentes ab episcopo suo, prout tenetur xiij. q. iij. c. quid ergo, & vidi indistinctè in Gallia tales puniri, & haberi pro Iudæis, nisi ostẽdant literas, quas formatas vocãt, vt in simili lxxj. distin. can. fin. & l. si qua per calumniam. §. præterea. C. de epis. & cle. Tertiò, quia non habent licentiam à Rege suo, aduersus statuta Regni illicentiatus recessit, & quamuis statuta illa extra territorium non obligent, tamen in causa publica Christianitatis debent operari, vt istẽ habeatur tanquam diffamatus de tali crimine, quæ infamia cohæret personæ, & eum comitatur quocunq; vadat, vt habetur in l. ex ea. in fin. ff. de postul. Quartò, quia, vt intelligo per inspectionem iste est recutitus, seu circunciſus, quod est signum Iudaismi, & olim sic dignoscebantur, vt est apud Sueronium, & licet vnus tonsor aliter retulerit, tamẽ vni non est credendum, sed saltem duobus chirurgicis peritis. §. quod autem dictum. in auth. de non alien. Bartol. l. j. §. fi. de verbor. obligat. Quintò, quia secum adduxit † totam familiam. s. matrem, vxorem, fratrem, liberos, &c. quod est argumentum euidens mutandæ sedis, & licet dicat se ire Venetias, tamen propter facilem trãsitum ad Turcas, suboritur non mediocris suspicio. arg. l. mercatores. antepen. versi. per quorum limite. C. de commer. & mercat. l. quia nonnunquam. C. quæ res vend. vbi Bald. Sextò, quia habet secum duas chartas nauigatio Indicæ. vnde subest non mediocris præsumptio, quod eas velit ostendere Regi Turcarum, vt eum incitet ad impediendam nauigationem Christianorum in illas partes. argum. leg. j. §. sed si quis instrumenta. C. de latr. lib. xij. Septimò, quia ex ipso examine sunt aliquod coniecturæ propter † variationes, & discordias inter se, vnde augetur indicium, secundũ l. eos. cùm ibi not. per Bar. ff. de fals. † maximè propter mendacium. l. vnius. §. testes. ff. de quæstio. per Bar. d. l. fin. Octauò, quia † deuiauit à recto itinere Papiæ, vt euitaret iustitiam, & transiit ad portum Strellæ vbi fuit captus. vnde non mediocris

diocris coniectura contra eum oritur l. si quis per publicum. vbi Bar. C. de cur. pub. lib. xij. Bart. l. ij. C. eo. tit. vbi Io. de Pla. dicit quod talis præsumptio iuncta cum aliqua qualitate seu adminiculo erit sufficiens ad torturam. facit l. qui fiscales. vbi
7 Bart. C. de nauicul. lib. xj. Nono, quia † voluit corrumpere apparitores, seu baruarios, qui eum cœperunt promittendo eis pecuniam, si eum non caperent. l. Imperator Seuerus. ff. de iure fis. not. in l.
8 j. §. j. ff. de calum. sicut dicimus de eo, † qui voluit corrumpere testes, vel aduocatos, vt habetur in d. §. j. & seq. Decimo, quia sumus in causa fidei, quæ concernit cultum diuinum, & publicam vtilitatē. & ideo facilius accipitur iudicium, vt quis subijciatur quæstioni. cap. in fidei fauorem. extra, de hæred. lib. vj. quod etiam traditum est in † causis 9
læsæ maiest. Principis. leg. famosi. ff. ad leg. Iuli. maiest. ergo † idem in causa hæresis, & † læsæ ma- 10
iestatis diuinæ. leg. nullus. vbi gl. C. eo tit. Ex quibus concludo istum esse plectendum. 11

TOMVS III.

ANDREAE ALCIATI

IVRISCONSVLT. MEDIOLANENSIS RESPONSORVM

Liber VIII.

QVI AD CONTRACTVS INSCRIBITVR.

CONSILII I. SVMMAE.

1 Renuntiatio iurata valet, nec debet infringi.
2 Magis curandum est de salute animæ, quàm de bonis, & rebus.
3 Minor quando contrahit, & iurat non contrauenire contractui, neq; causa ætatis, neq; alia, poterit tamen allegare se læsum enormiter.
4 Propter enormissimam læsionem renuntiatio, quamuis iurata non teneat.
5 Quando quis decipitur iuramentum non tenet, nec frigus etiam ei, qui illud recipit prodest.
6 Consensus censetur deficere propter dolum.
7 Iuramentum cum principaliter fiat Deo, debet in eo exuberare bona fides.
8 Quando ex aliquo contractu resultat enormis læsio, tunc lex præsumitur adesse dolus.
9 Iuramentum non trahitur ad ea, quæ quis ignorat, ex quo deficit consensus.
10 Quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento.
11 Arbiter si enormiter læserit potest conueniri, dato quod sit renuntiatum cuilibet reductioni, etiam cum iuramento.
12 Iuramentum non debet præstare authoritatem iniquitati.
13 Ex forma contractus, dignoscitur intentio contrahentiū.
14 Minor quando contrahit cum eo, cui debet reuerentiam, contractus videtur factus metu reuerentiali, accedēte aliqua coniectura.
15 Nemo præsumitur donationem immoderatam facere.
16 Quamuis quis promittat stare dicto alicuius, non tenetur stare si enormiter lædatur, dato etiam, quod iuramentum interuenerit.
17 Puella quæ renuntiauit successioni paternæ, si enormiter sit læsa, potest contrauenire non obstan. cap. quamuis. de pact. in 6.
18 Cap. quamuis. de pact. in 6. declar.
19 Læsio enormis dicitur, quæ iuri quæsito præiudicat, non autem quærendo.
20 Renuntiatio geminata, & iterata ex interuallo multorum annorum, facit cessare omnem præsumptionem doli, & erroris.
21 Terror carceris præstat iustam causam metus in fœmina.
22 Metus regulariter ipso iure, non annullat iuramentum.
23 Qualitas personarum etiam fragilitas mulierum facilius facit præsumi metum.
24 Plus credendum est duobus testibus. deponentibus de metu, quàm pluribus attestantibus de libera volūtate.
25 Literis Principis cum sigillo suo, etiam absq; alijs testibus dicitur fides esse adhiben.
26 Consuetudo inducere potest, vt credatur sigillo.
27 In scriptura priuata non est necessaria expressio diei, nec consulis.
28 In documentis publicis necessaria est expressio diei, & consulis.
28 Fides probationit multum pendet ab officio iudicis.
30 Executio contractus secundùm tractatum præcedentem est verisimile fuisse factam.
31 Arg. à consuetudine bonum est.
32 Natura feudorum est, vt non transeat ad fœminas.
33 Consuetudo facere potest ne fœminæ succedant in feudo, & regulariter cum masculis admittantur.
34 Consuetudo est stricti iuris, & non extenditur extra vasum suum.
35 Multa tractantur quæ non perficiuntur.
36 Tempore renuntiationis, licet mulier non habuerit curatorem nihil refert, quia ipso iure actus valeat.
37 Solennitates iuris positiui, tolluntur per iuramentum.
38 Absolutio à iuramento impetrari potest, & conceditur ad finem agendi, etiam parte non citata.
39 Mulier per renuntiationē in ampla forma exclusa ab hæreditate patris censetur etiam exclusa à legitima iure naturæ debita.
40 Quis non potest habere legitimam repudiata hæreditate, quia legitima censetur pars hæreditatis.
41 Mulier tacens per xxx. annos, & non petijt renuntiationem declarari nullam, vel rescindi, videtur quod sit locus præscriptioni.
42 Non valenti agere, non currit præscriptio.
43 Filia exclusa tanquam filia, admitti potest tanquam agnata.
44 Enormis læsio tollit præsumptionem bonæ fidei.

45 Mulier

45 Mulier si iusto metu ducta tacuit, & permisit procedere A
vsucapionem, competit ei actio rescissoria aduersus
eum, qui vsucepit, si idem metus causam præstitit.
46 Tempore tyrannidis, præscriptio dormit propter iustũ metũ.
47 Custodia & metus carceris est iustus metus.
48 Quoties agitur de probando metu sufficiunt cõiecturæ,
& leuiores probationes.
49 Non potest, videri purgatus metus in primo instrumen-
to ex ratificationibus, deinde factis, quando semper
idem timor, & terror adfuit.
50 Quando in renuntiatione adest iuramentum, & postea B
dicta renuntiatio ratificetur, præsumitur ratificata po
tius timore iuramenti, quàm libero consensu.
51 Nec dolus, nec metus, nec mala fides præsumitur, nisi quã-
tenus ex perspicuis coniecturis probatur.
52 Donec qs retinetur in locis suspectis, in quib. probabiliter
timere põt alicuius vim, semp subest iusta causa metus.
53 Filij non nati, nec concepti tempore mortis eorum aui ma
terni, nullum ius ex persona sua prætendere possunt
in successione ab intestato ipsi auo.
54 Vocati sub conditione conditionis euenientis, tempus ex-C
55 Tit. de inoffic. testam explic. (plicare debent.
56 Renuntiatio est species donationis, & reuocatur per su-
peruenientiam liberorum.
57 Ius nepotibus per inuestituram, & sic facto primi inue-
stiti acquisitum, non potest pactione, aut renuntiatio-
ne matris auferri.
58 Renuntians succedit fratri.
59 L. ij. §. de illo pro soc. declar.

HIC CASVS propter rei magni- D
21 iij. ad exclusionem fideicommissi venient. † Vnde grauatus restituere, si decesserit sine filiis, & decesserit, relicto nepote, excludet fideicommissarium, & hoc casu loquitur Dec. consilio cclxxxxj. & Soc. consilio xiv. in j. & consilio xvij. in iiij. Oldr. consilio cclxviiij. Tertius casus est in substitutione fideicommissaria, cum de successione actiua agitur, id est, nunquid vocatis ad fideicommissum filiis, censeantur etiam vocati nepotes, & iste casus est similis nostro, in quo dicendum est, quod non: quamuis enim respectu nepotum agatur de vtilitate eorum, & sic videatur hoc eis fauorabile, tamen respectu filij grauati est onus: & ideò potest filius, & hæres dicere non sum grauatus in hunc casum: & probatur hæc conclusio per l. quod si nepotes. in fin. de testam. tut. & §. fin. insti. qui dari testam. tu. poss. vbi tutor filiis datus, non censetur datus nepoti: quia licet hoc sit fauorabile nepoti, tamen est onus respectu ipsius tutoris: & hoc satis sentit etiam Bartol. in dict. l. liberorum: & tali casu, quod non veniant appellatione filiorum nepotes, consuluit Bald. consilio cccixvij. in iiij. Roma. consilio cccexxxviij. in vltimo dubio. Soc. consilio ciiij. in prin. in iij. vbi attestatur de communi, & consilio lxxiij. in iiij. & secundùm hanc opinionem, etiam latè consuluit Alexan. consilio j. in j. volum. & consil. lvj. in v. & satis tenet etiam Corn. consil. clxxxxviij. in iij. lib. vbi dicit multos doctores Italiæ consuluisse, & secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum, idem etiam tenuit Dec. consil. lxxxxv. vbi dicit quod hæc conclusio in isto casu non habet contradicentes, & ita etiam refertur consultum inter consilia Soc. consilio cliij. quod fuit subscriptum à nouem doctoribus. Quæ sententia certissima est, quando ex verbis substitutionis constaret testatorem de filiis duntaxat sensisse prout in casu, in quo consuluit Corn. consilio clxxxj. in ij. Raph. Comen. consil. cxviij. Soc. lxij. in iij. & ita etiam est in casu nostro propter verba donationis, suprà à me ponderata.
22 Idem † quando substitutio esset semel verificata in filiis: tunc enim vlterius non extenderetur ad nepotes, secundùm Soc. consilio ciiij. in iij. & Curt. consilio xlv. Idem si aliquibus coniecturis posset deprehendi nepotes non esse vocatos, puta quia alias magis dilectus excluderetur à minus dilecto, secundùm Bal. dict. consi. cccclvij. & in rep. l. in suis. de liber. & posthum. & dict. §. instituens. de quo tamen dicendum, vt per Alexan. dict. §. instituens. vnde Bal. dicit idem, quando substitutio esset facta à transuersali, non autem à communi ascendente: tunc enim certum quoque est non contineri filiorum appellatione nepotes, prout consuluit Fran. Accursij, quem refert, & sequitur Cyn. in d. §. instituens. & sequitur Alex. consi. xxvj. lib. iij. Soc. consi. xvij. in j. Et tenendo hanc partem non obstant auctoritates doctorum contradicentium: quia respondeo debere eos intelligi, secundùm suprascriptam distinctionem, & in consilio

A contrariis dicendum est, per illam mutari mentem conclusionem, non autem corrigi. Et magis specialiter respondendo. Et primo in consi. Alex. xxvj. in iij. vt † non procedat in substitutione compendiosa, quando ex ea succeditur directo testatori: tunc enim non tractatur de onere aliquo, seu fideicommisso, & ita etiam loquitur in consi. viiij. in j. suprà allegato, vt suprà dixi, in primo casu. Secundò limitatur ab eo in dicto consilio, vt non procedat, quando substitutio esset facta à communi ascendente, vt suprà dixi, & tradit Socin. d. consi. in
B j. quod ego intelligo, quando onus aliquod non imponeretur filio, qui in gradu est proximior. l. quod si nepotes. Tertiò limitatur per eundem Alex. in consi. v. in iij. volum. quando non tractatur de exonerando hærede ab onere fideicommissi, sed hæres in omnem casum est grauatus, vt quia superfuit etiam tunc filij, & nepotes ex alijs filijs præmortuis: hi enim cum consanguineis suis admittuntur, in quo tamen puncto alij aliter distinguunt, vt Aret. consilio cxxxxvj. & Curt. Iun. consilio lvij. Sed de eius veritate non disputo, quia non est casus noster. Quartò limitatur per eundem Alexan. in consil. lvij. in vj. volum. quando testator vocauit filios non de præsenti, sed in futurum euentum: tunc enim, quia non potuit esse certus, an tempore euenientis conditionis adfuturi essent filij, an nepotes? intelligetur dispositio etiam de nepotibus. lege, Lucius. ij. de hære. instit. prout eam intelligit Ioan. de Imo.
C Alexan. Soc. Ias. in dict. §. instituens. quæ limitatio videtur habere locum in casu nostro, in quo testator vocauit filios natos, & nascituros in euentum conditionis, &c. sed tamen dico suprascriptam limitationem in casu nostro non obstare, quia † lege, Lucius. loquitur de filijs, à testatore
14 directo vocatis saltem tacitè ab intestato, vt ibi dicit glo. & ita etiam loquuntur doctores secundùm legem, quam allegant: nostra autem quæstio est in substitutione fideicommissaria ad inducendum grauamen: quo casu nunquam filiorum
D appellatione veniunt nepotes: & in casu in verba respiciebant futurum euentum, tamen cautius non admitti nepotes dict. consi. Ik. Imo. ita etiam sentit ipsemet Alexan. dict. consilio j. & expressim Lud. Roma. dict. consil. cccexxxviij. in fin. & sentit Baldus instituens. per illum rectum, loquitur enim quando instituebatur nepos filij, nasciturus in euentum conditionis, & tamen non compræhenditur nepos. Sententia ergo Alexan. solùm potest defendi, quando non ex fideicommissaria sed ex directa succederetur, & certè in
E vj. volum. consiliorum Alexan. multa sunt apocrypha, vt meritò ipse noluerit illud edere in publicum, sed ab hæredibus suis fuit puerrime data in impressione. Quamuis etiam consilium illud nihil in casu nostro faciat: quia ibi non inducebatur onus, & grauamen descendenti suo. prout in casu nostro, sed transuersali, quod facilius fit, & sic diuersa ratio reformat. factum. Quintò limita-
F tur per Iason. consilio lij. in iij volum. quando ex coniecturis apparerot de mente testatoris, nepotes à successione seminarum admittere voluerit, prout in casu nostro, in quo colligit quinque coniecturas, quas attingere non expedit: quia non faciunt ad casum nostræ quæstionis. Illud quoque nō omittō, quoties animus iudicis dubitat, an subsit legatarum, vel fideicommissum debeat eum pronuntiare non subesse: quia hoc fauorabilius est, & facit in verb. sed & si legatarius deb.

26 relinquebat Socinus dicebat, & quia in dubio fit interpretatio pro hærede contra fideicommissarium. leg. nummis. de lega. iij. leg. vnum ex familia. §. si rem. de legat. ij. cùm fideicommissarius agat de onere inducendo, hæres de liberatione. leg. Arrianus. de action. & obligat. & ideo alibi Bald. in leg. cum virum. Cod. de fideicommiss. dicit quod ad inducendum fideicommissum non sufficit sola coniectura mentis testatoris, quod laLoIs in leg. potest. ff. de vulg. & pupill. intelligi, nisi coniectura sit necessaria, & valde probabilis ex verbis testatoris: & ideo alibi dicit, quod † cessantibus verbis fideicommissi, nunquam interpretamur subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. in verbo, an vniciam hæreditatis. ff. ad Trebell. vbi Iacob. Dyn. Albert. & quia cum fideicommissum sit onus dict. leg. cohæredis. §. filiæ. ff. de vulga. in dubio pronuntiamus non subesse: & istud maximè debet haberi locum, quando fideicommissum imponeretur alicui ex descendentibus: † non enim verisimile est voluisse parentes suis liberis onus imponere: nisi quatenus verba expressim hoc inferant, vt per Dec. consilio ccxviij. & quod notat glossin. §. nos igitur. in authent. de restitu. fideicommiss. Et ex suprascriptis apparet nihil obstare argumentum fideicommissi: quamuis etiam nos simus in casu fortiori, propter verba donationis, dimentem donantis. Non obstat ergo, quod à communi discedentes facta sit donatio Hugoni, & filiis in quantum futurum. dict. leg. Lucius. per Cyn. Imol. & alios dict. §. instituens. quia respondetur primo ex suprascriptis, quod procederet in institutione, seu substitutione directa, & quæ onus, seu grauamen aliquod non inferret præcedenti in gradu. Et ita loquitur dicta lex Lucius, secus, si inferret grauamen, vt in casu nostro. Secundò respondetur, quod dictum argumentum posset vtcunque procedere in vltimis voluntatibus: sed quæstio nostra loquitur † in contractibus, 29 in quibus appellatione filiorum nunquam veniunt nepotes, vt per Bartol. in dict. leg. liberorum. & infrà dicam. Tertiò respondetur, quod quicquid sit in hac materia, nos sumus extra omnem difficultatem propter expressam mentem donantis, qui nihil prouidit vltra filios Hugonis, vt suprà ostendi. Non obstant illa verba, *Et deinde vni post alium successiuè*, &c. quia respondeo ex verbis ipsius donationis satis declarari, quomodo ea donator intellexerit, nempè, vt ordo ille esset inter personas, non autem inter gradus, quia dum non excessit gradum filiorum Hugonis, non egressus est ad nepotes, sed duntaxat posuit ordinem inter filios existentes in primo gradu, vt primogenitus præferatur, deinde sequens, deinde tertius, & deinceps prout in simili per Alexan. consilio xliij. visis, & perlectis. in iiij. volum. per Gem. Iunior. in leg. precibus. Cod. de impube. vesicul. quid autem est? Non obstant illa verba, *in perpetuum sicut melius*, &c. quia respondeo, quod dictio illa, *in perpetuum*, non refertur ad descendentes in perpetuum, de hoc casu nullum verbum in donatione, sed quod donationem faciens perpetuum, &c. † natura enim talis contractus est perpetua. lege primo. ff. de iur. dotis. sicut verificatur hic quamo. Cod. de præscript. xxx. vel xl. annor. Secundo respondeo, quod dicta clausula restringitur ad personas, quibus adhæret: dicunt, *Filiis vestris, & infrascriptis in perpetuum*. Vnde cum suprà ostenderimus, his verbis non comprehendi nepotes, dicta qualitas nihil eos iuuat, cùm † non existentis nullæ sint qualitates. leg. eius qui in prouincia. ff. si certo petatur. Non obstat, quod donatio sit facta non simplici filiis, sed adiectum sit masculis, quæ verba indicant habitam affectionem ad agnationem. Ideo spondeo, istud nihil est, quia non ideo probatum voluisse donatorem prægrauare Hugonem, aut potestatem suam, aut eius filios aliqua restitutione, dato quod prædilexerit masculos: nec hic potest fieri aliquod fundamentum in agnatione: cum donatoni esset auus maternus. §. primo institut. de lega. agn. tut. sed solùm de descendentia, quam limitauit testator vsque ad nepotem suum, & eius filios: & sic vsque ad pronepotem, & non vltra, sicut videmus & alibi factum à legislatore, prout in leg. vnica. Cod. de his, qui ante aper. tab. Vnde & lex Papia vsque ad pronepotes loquens, vlterius non extendebatur. leg. vnica. in princ. vers. & cum lex. Cod. de cadu. toll. Nec quicquam facit qualitas rerum donatarum, videlicet, fortalitia, & turis dictiones: quia nihil inde potest probari, quod magis subiiciantur restitutioni, quam quam sint liberæ, & allodiales. & glossa. & doct. in dict. leg. quoties. Cod. de fideicommiss. loquuntur quando constabat de fideicommisso, sed dubitabatur de causa seu ratione prohibitionis, quæ facilè ex qualitate rerum potest colligi, & præsumi, sed in casu nostro non constat de fideicommisso, seu onere restitutionis, merito termini non sunt pares. Non obstat vltimò, quod hic tractemus de donatione, & sic de beneficio quod sui natura latam accipit interpretationem, sicut videmus in feudo, &c. Nam respondeo, & primò, quod donatio est contractus: † in contractibus 32 autem fit interpretatio contra eum, qui ex eius verbis se fundat. leg. veteribus. ff. de pact. & ideo Bartol. per suprascriptam rationem in dict. leg. liberorum. simpliciter tenet, quod in contractibus appellatione filiorum, non veniunt nepotes, quæ ratio procedit etiam in casu nostro, vt cum Sancius se fundet super illo verbo, Filiis, interpretatio fiat contra ipsum. Secundò respondeo, quod donatio est contractus stricti iuris, & quod dicitur in casu fori latam interpretationem intelligitur respectu rerum donatarum, vt censeantur liberæ, & plenariè donatæ, & ita inquit textus in dicto §. cum dilecti. extra. de donat. & sic quod non censeatur subesse aliquod grauamen restitutionis. Tertiò respondeo, quod æquiparando feudum donationi in feudo quidem appellatione filiorum, veniunt nepotes, quantum sit ad præiudicium domini, feudum censeatur deuolutum, & ita loquuntur auctoritates suprà in contrarium adductæ, respectu verò ipsorum vasallorum inter se non ita est: quia tunc non comprehenduntur nepotes: sed fit interpretatio aduersus eum qui se fundat, vt per Alexandr. consilio ccliij. in secundo volum. & consilio xj. in iij. & consilio xvij. in v. volum. & consilio cxxv. eodem volum. Quartò respondeo, & quamuis † 33 donatio sit contractus fauorabilis, & in eo verba largè accipiamus, respectu rerum in eo comprehensarum. leg. si quando. Cod. de bon. vac. libr. x. non tamen ita est respectu personarum, quia † persona extrinsecus nunquam subintelligitur, ni- 34 si leg. si ita stipul. §. Chrysogon. in fin. ff. de verbor. obligation. vt meritò in donatione facta filiis non intelligatur comprehendi iste nepos: quia † in materia quamuis fauorabili, quamuis

fiat extensio, de casu ad casum, in eadem persona nunquam tamen fit extensio, de vna persona ad aliam. leg. si ita quis. §. pen. de test. tut. l. Titius. in prin. de liber. & posthum. Aretin. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthum. per illum textum sequitur Rui. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in repet. Quinto respondeo, quod secundum communes regulas iuris grauamen istud donationis in casum futurum facte non tenet: quia non subest persona ipsius donantis tali tempore l. quæcunque. ff. de act. & obl. & quia † alteri quis stipulari non potest, etiam donationis causa. leg. Caius. fol. mat. tim. & licet lex fauorem exercentis liberalitatem, hoc certo casu concesserit, vt in l. quoties. Cod. de donat. quæ sub modo. vtilemque actionem donatario dederit, tamen lex illa exorbitans restringi debet ad casum suum, quando expresse actum est: quia primus donatarius promiserit restituere secundo in eum casum: sed in quæstione nostra Hugo, vel Ioannes nihil promiserunt restituere alij, merito illi legi locus esse non debet, nec actio aliqua huic abnepoti dari: licet aliud sit in vltimis voluntatibus. Sexto & vltimò respondeo, quod cum Sancius sit † hæres patris, non posset contrauenire facto patris, nec renocare alienationes, per † eum factas, secundum text. in l. cum à matre. Cod. de rei vendi. & ea quæ not. Bartol. in leg. eum qui. ff. de interdi. & relega. & per Alexand. consil. xix. xxvj. xxxviij. lib. v. cum similib. cum enim tanquam † hæres teneretur de euictione, agens potest exceptione repelli. l. vend. ff. de euict. Nec obstat confectio inuentarij, per quod † videtur posse admitti ad contraueniendum facto testatoris, secundùm text. in leg. fin. §. in comput. Cod. de iure deliber. nam respondetur quod in facto præsupponitur ipsum inuentarium non esse legitimè confectum, quod si verum est, res non habet aliquam difficultatem, & debent iudices in hanc sententiam inclinare, vt iste filius approbet factum parentum suorum, & eorum animas exonerer, secundùm Hostien. in cap. tua. de vsur. per illum tex. & quod habetur in c. fi. de sep. qui pecunias ab emptore habuerunt. & ne emptor videatur circunscriptus auctoritate sententiæ latæ de consilio supremi consilij regiæ matestatis, per quam mater tutrix coacta fuit pretiu dare parentibus ipsius Sancij, tanquam potuerint illi vendere supradicta bona, cum libera, & nulli restitutioni subiecta. Sed de ista exceptione, & similibus, quæ in facto magis, quam in iure consistunt, me remitto dominis aduocatis, hanc causam tractantibus, attento quod aliis rationibus res est clara in fauorem illustrissimi domini Ducis, vt ex suprascriptis apparet. Et hæc omnia saluo semper rectiore iudicio.

A

B

C

D

E

F

G

CONSIL. III. SVMMÆ.

1 *Verba conditionalia nihil operantur, non exercitus conditione.*

2 *Clausula constituti, recipit omnes qualitates, & conditiones, quas ipse contractus principalis.*

3 *Possessio non potest esse apud duos insolidum.*

4 *Possessio quæ apud me est, non potest transferri in alium absque meo consensu.*

5 *Clausula ex nunc, prout ex tunc, non operatur vt fictio se extendat ad casus impossibiles de re.*

6 *Possessio nunquam transit in hæredem, nisi apprehensa sit.*

7 *Animus non operatur translationem possessionis, nisi actu naturali sit apprehensa.*

8 *Fictio fictionis induci non debet.*

9 *Additio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis.*

10 *Apprehensio possessionis facta à fisco, facit vt retineam à quo non sit habile.*

11 *Possessio non potest acquiri, nisi volenti.*

12 *Absens antequam ratum habeat, non efficitur possessor.*

13 *Notarius ipso iuro non acquirit absenti.*

14 *In eo qui nunquam possedit nullum dominium valide translatum.*

15 *Actio in rem non nisi domino, contra tertium possessorem datur.*

16 *L. quoties. C. de donat. quæ sub modo declar.*

17 *In exorbitantibus, non fit extensio.*

18 *Legatario mortuo ante euentum conditionis, ius in hæredem non transmittitur.*

19 *Contractus conditionales citra mentionem hæredum concepti sui, natura sunt transmissibiles.*

20 *Obligationes dandi sui natura ad hæredem transeunt.*

21 *Ablatiui absoluti habent vim conditionis.*

22 *§. ex conditionali. inst. de verb. oblig. declar.*

23 *Subauditio, si sine liberis decesserit, solum fit in fideicommissis non autem in donationibus, seu contractibus.*

24 *L. cùm auus, de condi. & demon. declar.*

25 *Non facilè fit interpretatio, vt clausula, vel conditio censentur repetita diuersis orationibus.*

26 *Oratio si vna verborum conceptione concepta esset, nunquam conditio, aut qualitas vni personæ adhærens, censetur repetita, si ad aliam quoque personam trahetur.*

27 *Res de facili, reuertitur ad naturam suam.*

28 *Feudalia inscio domino non donanda.*

29 *Dictio semper, quid denotet.*

30 *Filios ex delictis patris, plecti non est notum.*

31 *Decretum latum contra pupillum indefensum ipso iure est nullum.*

32 *Sententia lata in possessorio, non præiudicat in petitorio.*



Am diligenter, & copiosè allegatum est in præsenti causa pro parte Illustrissimi Marchionis Vasti, & fisci regij, conuenti à magn. Io. Vincentio Costa filio, quondam Michaelis & pronepote alterius Michaelis senioris, vt pauca mihi supersim, super quibus duxi insistendum. Et in primis videndum est, num quid ipsi Vincentio actori competat aliquod remedium possessorium, & concludo quod non: quia donatio fuit facta Petro eius vita durante tantùm, & post mortem Petri, Michaeli eius filio, & suis hæredibus, & successoribus: & ita constituit, donans se possidere, &c. quibus verbis prætendit Vincentius hæres Michaelis ius ad se pertinere: sed cum donatio respectu Michaelis effectum nunquam habuerit: quia prædecessit, viuente Petro, & sic verba illa post mortem Petri, quæ sunt conditionalia. leg. si post mortem. de legat. primo, effectum non habuerunt, † quia conditio non euenit, sequitur, quod ius nunquam natum fuit in illum, & consequenter neque constituti effectus: quia † clausula constituti recipit omnes quali-

qualitates, & conditiones, quas ipse contractus principalis l. id, quod sub conditione. ff. de constitut. pecul. & sic ex persona patris nullam potest prætendere possessionem, & cum viuente Petro, qui fuit superstes Michaeli, donans constituerit se possidere pro Petro, non potuit etiam pro Michaele id facere: quia † non potest possessio esse duorum insolidum. leg. iij. §. ex contrario. de acquirend. possess. & si † possessio Petri est, non potuit in Michaelem absque eius consensu transferri. gloss. leg. quamuis. §. si conductor, eodem titul. vbi Angel. & docto. Oldra. consil. cxxix. Mathesil. notab. clxix. Nec quicquam facit quod in constituto sit clausula † pro nunc prout ex tunc, & è contrario, quia non ideo operatur vt fictio se extendat ad casus impossibiles de iure. vt per Clau. Aquensem in dict. leg. quamuis. §. primo. Non quoque ex persona sua: quia non constat, quod viuente donatore, qui se constituerat possidere nomine hæredum Michaelis, ipse Vincentius fuit hæres patris sui, aut se immiscuerit hæreditati, meritò verba constituti eius respectu non operantur, † maximè cùm in hæredem nunquam transeat possessio: nisi fit apprænsa. l. cùm hæredes. ff. de acquirend. possess. quod intelligunt doctores, etiamsi filius sit suus hæres secundùm gloss. super verbo, quasi coniunctim. in leg. cùm miles. ff. ex quib. caus. maior. quia † suitas non operatur translationem possessionis: nisi actu naturalis sit apprænsa, vt per Bar. Alex. & cæteros in dict. leg. cùm hæredes. addi. Bald. in rubr. extra, de caus. possess. istud procedit, etiam stante consuetudine, quod possessio defuncti in hæredem ipso iure transeat: quia intelligitur de possessione vera & naturali, non de ista, quæ ex clausula constituti oritur: ne † aliàs fictio fictionis inducatur. leg. prima. ff. de vsufruct. lega. per Guil. de Cun. in leg. ab emptione. ff. de pact. sequitur Andr. Sicul. consil. viij. in ij. quod in casu nostro certiùs procedit: cum nulla fuerit possessio defuncti: cùm pater Michael nunquam possederit: vt dixi. Nec obstat, quod deinde Vincentius adierit hæreditatem patris, quæ † aditio retrorrahitur ad tempus mortis. leg. hæres quandocunque. de acquirend. hæred. quia cùm interim donans possessionem in alium transtulerit, id est, in fiscum, qui eius bona occupauit, aditio non retrotrahitur, respectu huius possessionis, quæ est facti: quia † apprænsio fisci facit, vt extremum à quo non sit habile, secundùm do. de Rota decis. l. item licet amicus. in nouis. Alexan. consil. xcviij. in v. Anton. de Butr. c. cùm venissent. in fin. de restitut. spol. Alexand. & Claud. in leg. quod meo. de acquirend. possess. † possessio enim non potest † acquiri nisi volenti. leg. prima §. in admittenda. ff. de acquirend. possess. ideoque antequam absens ratum habeat non efficietur possessor. leg. communis seruus. §. primo. eodem titulo. & si interim asseratur possessio, nihil operatur deinde ratihabitio, tanquam extremum non sit habile. leg. bonorum. ff. rem ratam habe. Dec. consil. cxlvij. quod intelligit Socin. in leg. prima. §. si iusserim. de acquirend. possess. procedere etiam si notarius stipulatus sit absenti, † nec enim notarius acquirit ipso iure absenti. leg. ij. ff. rem pupill. sal. for. Dec. leg. contractus. de regul. iur. & consil. ccxxvj. & consil. ccxlvij. Curt. Iun. consil. cxx. cum similib. Oportet ergo quod Vincentius probet, se viuente donatore, ante confiscationem eius ratam habuisse dictam possessionem ex constituto donantis sibi, tanquam hæredi Michaelis acquisitam, & dictam hæreditatem adiisse: quod cùm factum non sit, non potest intentare hoc remedium possessorium. Secundò principaliter videndum est, huic Vincentio competat actio in rem contra illum Marchionem possessorem istorum bonorum & dico, quod non: quia si prætendit ius ex donatione facta patri suo, deinde sibi talis actio ex donato est in personam, non autem in rem. leg. si quis argentum. Cod. de donatio. Bartolus. leg. legitima. ff. de pact. & cum nec pater suus, nec ipse vnquam † possederit, vt suprà dixi, sequitur nullum translatum fuisse dominium in ipsos. lege, traditionibus. Cod. de pact. & consequenter nullam actionem realem contra possessorem ipsos habere, sed duntaxat personalem contra hæredes, seu successores donantis, si qui sunt, prout concludit Stephanus Bertrand. consilio cclxxvj. in primo volum. meritò non potest illustris Marchio tertius possessor ab ipso Vincentio conueniri: cùm † actio in rem non nisi domino, contra tertium possessorem detur. §. primo. institut. de action. & licet Speculum in titul. de locato. §. nunc aliqua. versicul. lxx. videntur dicere, quod fauore exercentis liberalitatem dominium ipso iure transeat de primo donatario in secundum, tamen hoc dictum simpliciter intellectum, non est verum: quia † textus in leg. quoties. Codice de donatio. quæ sub mod. simpliciter dicit dari conditionem ex lege: & sic actionem personalem contra primum donatarium possessorem, non contra tertium. Et ista est magis communis opinio. & consentanea regulis iuris, quam sum sequutus in leg. traditionibus. ad fin. Cod. de pact. & eam tenuit Aegidius Bellamera consilio xxxix. & d. Guido Papa decisio. Delphin. quæstione. ccccxij. incipien. Titius bona sua donauit. Stephanus Bertrand. consilio. ccxvj. cxxxv. cclxxxv. in prim. volum. Socin. consilio ccxxxvj. placet. in secunda & etiamsi non essent tot auctoritates, textus est satis clarus. in dict. leg. quoties. qui loquitur in condictione & sic in actione personali: & ponit decisionem exorbitantem à regulis iuris: vnde non est extendendus ad actionem realem: quia † in exorbitantibus non fit extensio, vt per Bartolum, in leg. si constante. ff. solut. matrim. & docto. leg. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimon. & sic concludo nulla actione reali consuli ipsi Vincentio aduersus Marchionem. Nec obstat decisio Speculi quam aliqui Moder. videntur sequi: quia in casu suo interuenerat traditio, ex quo in solidum res tradita erat emphyteutis, qui sic deinde fecerant partes per concursum, vt ipse ibi declarat: sed in casu nostro nulla interuenit traditio respectu Vincentij; & ideo res videtur multum clara contra eum. Tertiò principaliter est videndum circa merita causæ, seu circa valorem istius donationis, an possit Vincentius se in ea fundare. Et videretur posse: quia donatio est facta Petro, & post eius mortem Michaeli, & eius hæredibus, quæ donatio, quamuis conditionalis sit, tamen præmoriente Michaele, potuit transmitti in Vincentium hæredem. §. ex conditionali. institut. de verbor. obligatio. & potuit Michael stipulari in euentum conditionis, hæredibus suis, vt ab eis inciperet obligatio. leg. j. Cod. vt act. ab hæred. & contra hæred. imò (quod plus est) etiam in vltimis voluntatibus, quamuis

† mortuo

18 †mortuo ante euentum conditionis legatario ius A in hæredem non transmittatur, secundum glos. in l. ij. C. de iis qui ante aper. tab. & l. hæredes mei. §. cum ita. vbi Moder. in notabilib. ff. ad Trebell. tamen fallit vbi relictum est legatario, & hæredibus: quia mentio hæredum arguit mentem testatoris efficientis transmissibile id ius, quod alias non esset transmissibile. l. si quis Attio. de vsufruct. accrescend. lege, cui fundus. secundum vnum intellectum. de conditionib. & demonstrationibus, & per Bald. in consil. xciij. in ij. & cons. cviij. in ij. secundum impressionem Mediolan. quantò magis id dicendum in casu nostro, in
19 quo agitur de contractu. & constat †contractus B conditionales etiam citra mentionem hæredum conceptos, tamen sui natura esse transmissibiles. dict. §. ex conditionali. per Aegid. Bellam. in dict. consil. xxxix. per Dec. dict. consil. ccxlvij. cum similib. Sed tamen his non obstantibus secundùm ea, quæ proponuntur, puto in casu nostro contrarium esse dicendum: & ius nullum C vigore prætensæ donationis ipsi Vincentio competere. Moueor quatuor rationibus. Prima est, quia illa verba, *Dono Petro, sua vita durante, & post eius mortem Michaeli, & suis hæredibus*, debent intelligi, quatenus iàm quæsitum esset Michaeli, non autem, vt ius in persona dictorum hæredum
20 incipiat: quia cùm simus in †obligationibus dandi, quæ sui natura ad hæredem transeunt, videtur mentio hæredum intelligi, quatenus iam antecessor habuerit. l. eum, qui ita. §. te & Titium. D ff. de verbor. obligat. & leg. stipulatio ista. §. si quis ita. vbi Bartol. in fin. ff. de verbor. obligat. & ideo lex ibi dicit talem adiectionem superfluam esse. Suadet hoc & mens donantis, qui non videtur donare hæredibus, nisi contemplatione Michaelis, & sic quatenus iam Michael acceptauerit. argumen. leg. fin. Cod. quib. ad libr. præclam. vbi Bald. vnde si donatio in persona Michaelis effectum non habuit, nec in persona eius hæredum sustineri debet. leg. ij. C. de inoffic. donat. vbi Bald. & idem sensit Bald. consil. cccxcj. in iij. volum. Fulgo. consil. xvij. vbi adducit rationem, quia aliàs Michael stipulatus esset non copulatiuè, sed alternatiuè, sibi, aut hæredibus. Cum ergo copulatiuè dixerit intelligatur copulatiuè sensu composito, non autem in sensu singulari. & ita etiam sentit Ludouic. Bolog. consil. lxiiij. Et puto in casu nostro hoc esse verum. quia (si bene verba considerentur) videtur donatio Michaeli facta esse conditionalis, si F superstes esset Petro: quia illa verba, *Durante vita*,
21 propter vim †ablatiui absoluti, habent vim conditionis. l. si ego. §. j. ff. de iure dot. per Bartol. in leg. prima. quæstion. vij. de conditionib. & demonstrationib. Vnde faciunt, vt Michael videatur vocatus sub contraria conditione si superstes Petro fuerit, argumen. leg. aliquando. ff. de conditionib. & demonstratio. per Bartol. in leg. Stichum qui meus. in fin. ff. de lega. primo. & hoc ostendunt illa verba, *Post mortem Petri*, quæ sunt G conditionalia. dict. l. si post mortem. ff. de leg. j. l. post mortem. Cod. de fideicommiss. quia superstes Petro non fuit vnde cum conditio non euenerit deficit donatio, non solum respectu Michaelis, sed etiam hæredum, qui sub eadem conditione vocati sunt, & qui in effectu dicuntur à Michaele habere. l. postales. in princ. ff. ad l. Falcid. vt simili casu per tres rationes, concludit Oldra. consil. clxxvij. testator in suo vltimo testamento, quem refert, & sequitur Ioan. Andr. in addit. Specul. titul. de restat. §. j. in additione magnæ versicul. occurrit hic nouissimus casus. Prima ratio est, quia donatio videtur caduca in persona primi substituti, ergo non potest confirmare secundam. Alia ratio, quia non debet concedi plus secundo substituto, quàm primo. Vnde cum primus defecerit etiam secundus est reiiciendus. Tertia ratio, quia vltimus est vocatus sub conditione, si præcedens esset superstes, & succedere posset Petro: quæ omnes rationes militant in casu nostro, & licet ille loquatur in substitutione, facta in fideicommisso, tamen idem videtur in hac facta in donatione. & sententiam Oldradi etiam sequitur Ludouicus Romanus in leg. quandiu. vltim. ff. de acquiren. hæred. Alexand. consil. ix. in primo volumi. Socin. consil. lxxvij. in iij. volum. Ruin. in leg. prima. ff. de vulg. & pupill. & etiam rego puto veram in casu nostro, in quo conditio in persona Michaelis defecit. Hinc appa-
22 ret nihil obstare, quod aliàs contractus conditionales transmittantur in hæredes: quia hoc verum est, quando conditio deinde euenit. & †ita loquitur text. in dict. §. ex conditionali, instit. de verbor. obligat. Sed in casu nostro defecit per mortem Michaelis, superuiuente Petro. Secunda ratio, sumitur ex verbis donationis, quibus dicitur, *Et si ambo fuerint mortui superstite ipso donatore, quod dicta præsens donatio intelligatur, & sit pro non facta, & liceat ipsi donatori disponere, ad libitum, &c.* quæ verba manifestè videntur excludere istum actorem: quia verum est ambos tam Petrum, quàm Michaelem decessisse, viuente donatore: ergo resoluta est donatio per tale pactum. leg. ij. Cod. de donatio. quæ sub modo. leg. fin. Cod. de reuoc. dona. Nec obstat, si dicatur, quod illa verba, *Si ambo fuerint mortui, &c.* debent intelligi mortui sine liberis: secus ergo si liberos habuerint. leg. cum auus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. leg. cum acutissimi. Cod. de
23 fideicommiss. nam respondeo, quod †subaudi- H tio illa, nisi liberos habuerint, solum fit in fideicommissis, non autem in donationibus, seu contractibus, secundùm Bald. in leg. cum acutissimi. in fin. vbi Andr. Siculus. Cod. de fideicommiss. quem sequitur Socin. & alij communiter. & in casu nostro est certissimum: quia ratio I leg. cum
24 auus. est ne videatur quis extraneos propriæ so- boli præferri. Sed in casu nostro non extraneos præfert, sed seipsum quod est verisimile. l. præses. vbi gloss. in fin. Cod. de seruitut. Nec rursus obstat, quod præcedenti clausulæ in casu simplici donator disponens expressè prouiderit, si Michael fuisset mortuus absque filiis, &c. respondeo enim, quod non ideo censetur in casu dicto, quo ambo decedant repetiisse eandem conditionem. leg. qui fundum. ff. de contrah. empt. leg. si necessarias. §. si annua. ff. de pignor. actio. Alexand. consil. xij. in ij. volum. consil. ccxiij. eodem volumi. Aretin. consil. xcv. incipien. respondeo breuiter. versicul. vnde non videtur. non
25 †sicple enim fit interpretatio, vt clausula, vel conditio censetur repetita diuersis orationibus, & quidem neque principalibus, secundùm doct. Bart. in leg. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. versi. venio ad ver. sequens stipulatio. de verb. oblig. & quod tradit idem Bar. consil. lij. incip. Titius condi. vers. in seq. Aret. consil. xvij. incip. consideratio. Alber. de Ros. in l. Titia. §. j. in fin. de verb. obl. Ter-
26 tius dico, q. etiam †si vna verborum conceptione con-

BIU Cujas

concepta de eodem modo, quo quæ dicta, aut quæ-
libet vni personæ adhærens censetur repetita, si ad
aliam quoque personam traheretur. l. fi. §. Scio. de
leg. ij. l. Iulianus. de condit. & demonst. quod no-
Lapus. & doctissimi. susceptum, de retentis in vi-
esset in casu nostro, quia conditio, si sine filiis, &c.
respectu Michaelis concepta etiam ad Petrum tra-
hitur. Confirmatur hæc opinio etiam ex pra-
sumpta mente donatoris: qui licet prætulerit sibi
Petrum, & Michaelem, quando superstites futu-
ros esset, non tamen eis mortuis, verisimile est ha-
buisse eandem fiduciam in hæredibus adhuc non
natis, & sibi prorsus incognitis, vt in simili
pendoct. in l. qui filiabus. ff. de lega. j. Et hæc inter-
pretatio est accipienda etiam fauore ipsius dona-
toris: qui videtur clausulam, qua donatio alias re-
uerteretur fauorabiliter, & largè intellexisse. l. ij.
C. si aduers. dona. l. si verò non remunerandi. §. in-
27 de Papi. ff. manda. quia † non de facili reuertitur
ad iuramenti suam. ff. vnus. §. pactum ne peteret.
ff. pactis. quoties enim ff. de pac. & quæ habentur per
Bart. l. quæ dotis. ff. sol. mat. Confirmo hanc sen-
tentiam etiam per id, quod notat Bald. in reprob. om-
nes populi. de iusti. & iur. vbi in statuto, quod sta-
tibus masculis, fœminæ non succedant: condito
vero testamento succedant, quatenus testator eis
duxerit relinquendum: respondet Bald. quod illa
verba, condito vero testamento, habent vim repe-
titiuam clausulæ stantibus masculis, propter na-
turalia aduersatiuæ: & tenet, quod si aduersatiua
non esset, seu similis clausula repetitiua: secus es-
set prout in casu nostro refert, & sequitur Alex. in
l. filius à patre. de lib. & posth. Ad idem etiam fa-
cit, quod in illa conditione, *Filios masculos instituo, si*
sine filiis decesserint, Sempronius hæres esto. receptum est
non ceseri repetitum, si sine filiis masculis: & ideo,
nata filia, excludetur Sépronius, secundùm Anch.
cós. cxx. Io. de Ana. cons. xxij. Alex. cons. xxxviij.
in vj. & xvij. in vij. vol. tal. d. l. qui filiabus. de leg.
j. Lud. Bologn. inter consilia Alexandri cons. xlix.
in iij. & licet aliqui in hoc cõtradicant, tamen eo-
rum opinio non procedit, nisi vbi adesset clausula
repetitiua, vt dixi in l. Herennius. circa prin. ff. de
verbor. signiff. cum ergo in casu nostro nulla sit
talis clausula, non videtur posse dictam condi-
tionem, *si sine liberis decesserint*, repeti: & ideo conclu-
do etiã ex isto capite excludi prædictum Vincen-
tium. Tertia ratio est, si iste donans non alienasset
feudum, cum incideret in crimen læsæ maiestatis
& directo committeret contra fidelitatem, quando
dominus ex lege feudi debebat, non est dubium,
quin dictum feudum fuerit publicãdum, & quod
ex tali delicto nocuisset etiam filiis, & descenden-
tibus suis. c. j. si vasal. feud. amittatur. gl. super verb.
renocabuntur. per illum text. in c. vnico. §. si vasal-
lus. si de feud. fuer. cont. per Bart. in l. eum, qui. ff.
de interdict. & relegat. Alex. cons. xix. cons. xxviij.
in vj. vol. adeò, quod nec Michael, nec Vincentius
28 in vllum in eo potuissent præterdecere: ergo ita de-
cidendum in casu nostro, in quo alienatio non est
simpliciter facta, sed habita relatione ad consen-
sum regium: consensus autem est limitatus: quia
Rex consensit adiectâ clausula, *Natura feudi in aliquo*
non mutata. & rursùs infrà. *Fidelitate tamen nostra feudali*
semper salua, &c. quibus verbis apparet consensum
regium fuisse conditionalem, adeò quod ex infi-
delitate donatoris, posset deuolui ius in fiscum,
perinde, ac si donatum non esset. Et quod ista
fuerit mens Regiæ, & Catholicæ maiestatis sa-
tis probatur. Si enim interrogatus fuisset, nun-
quid vellet donationem illam confirmare, adeò,
vt impunè posset donans rebellare, proculdubio
dixisset, quod non, vnde debet haberi hos pro
expresso, secundum gloss. super verbo. per excep-
tionem, in leg. vale pactum. §. fin. ff. de pact. vbi
Iaso. multa cumulat ad idem text. in l. Lucius.
§. Titius. ff. de lib. & posthum. & quod no. Lig.
douè Roma. consil. cv. visa themate. cum simili
maximè cum iste etiam esset probabiliter suspe-
ctus propter primam confiscationem, de qua
infrà dicetur. Verba etiam consensus hoc infe-
runt, cùm ipsius natura feudi erat, vt ex delicto dup
noster proprius dicaretur liberis ipsius, quam ha-
buit Rex mutare. Item dictio illa, *salua semper fi-*
delitate, est conditionalis, vt totum consensum
efficiat conditionalem. cap. episco. ad synodum.
vbi dicitur ibi, salua fidei veritate. c. j. de min. vas.
qui contumax est, ibi, salua reuerentia. l. si debi-
tori. §. si in venditione. ibi, nisi salua causa pigno-
ris. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. sol. Roma.
consil. clxxxviij. circumscripta. Paul. de Castren.
consil. cliij. circa illud quod primò quæritur, &
facit gloss. in leg. item Labeo. ff. fam. ercisc. ma-
xime propter dictionem † super, quę intelligitur 29
omni tempore, & sic etiam viuente donatore,
secundùm gloss. & doc. in leg. j. ff. sol. mat. & leg.
Caio. §. Imp. ff. de adim. leg. per Socin. consil. xj.
non est notum, quod ex delicto patris etiam fi- 30
lij plectantur, vt habetur in leg. quisquis. §. filiis.
C. ad leg. Iulia maiest. in c. verg. per Felin. ext. de
hæret. maxime in re, quæ ab ipso patre prouene-
rit. argum. l. quod scitis. §. j. C. de bon. quę lib. se-
cundum intellectum Bartol. & quam pater sem-
per posse dent: licet filij nudum ius habeant,
vt per Barto. in leg. post cont. in iij. præsumpt. ad
fin. ff. de dotis. Quarta ratio est, quæ sumitur ex
vederi rebellionem commissa ante istas donationes,
& ante ipsius Marchionis prouenientę ex perso-
na illustris d. Roderici fratris sui, cum enim ma-
gnus Capitaneus, qui tunc erat in regno pro ca-
pitula, conuenta cum illustriss. Indeco patre Mar-
chionis hanc insulam ei promiserit ob publicam
vtilitatem, potuit hoc facere, vt per Iason. l. con-
uentionis. ff. de pac. cum deinde Rex cathol. per
literas suas confirmauerit talem concessionem
in ampliss. forma, & per viam contractus ex-
quatenus expédiat, de nouo donauerit, non est
dubium inde oriri clarissimum ius ipsius Mar-
chionis (ca. primo. de probat. vbi omnes. Nec ob-
stant aliæ literæ contrariæ ipsius Regis catho-
lici, in fauorem ipsius Michaelis sententiæ: quia
non tollunt ius Dauallorum, qui citati non fue-
runt, Ioannes. de iudi. capite primo extra, de caus. pos-
sess. & propo. Maximè cum illæ literæ laborent
vitio subreptionis, & subreptionis, prout diffuse
allegatum est per præstantissimos aduocatos d.
Marchionis. obstat etiam consuetudo, & fœdus
quod qui tempore ruptuæ belli apud Aripal-
dum possidebant, restituerentur, &c. quia loqui-
tur de iis, qui fugerant cum Gallis extra regnum
non defuit, qui in regno remanserant, vt mihi præ-
supponitur, non enim exemplum d. Federici fuit
ad me perlatum. Nec obstat decretum, latum in
causa contra d. Rodericum, quo cauebatur di-
ctum Michaelem restituendum in possessione,
&c. quia respondetur tribus modis. Primò quod
est ipso iure nullum, quatenus latum contra pupillum
indefensum. l. cum & min. C. si aduer. rem iudi. Bart.

L. Ite-

l.legit.ff.de leg.tut.Bal.l.j.§.solent.ff. de offi.præf. A
vrb. Secundò respondetur, quod in dicta sententia est expressè reseruatum ius ipsius Dauali, per illa verba citra, præiudicium iurium, &c. de qua clausula habetur per Bart.in l. ille à quo.§. si de testamento.ff.ad Treb.in l. Claud.ff.qui por. in pig. hab. Tertiò respondetur, quod dicta † sententia
32 fuit lata in possessorio: vnde nullum præiudicium facit in causa peritorij, seu plenioris iudicij. l. naturaliter.§.nihil commune. de acq. poss. Et cum in præsenti causa non comperat aliquid remedium B
petitorium d. Vincentio (vt supra concluſi) nihil obstat quin illustriss. d. Marchio possit opponere quaslibet exceptiones, concernentes ius dominij: & possit probare qualiter d.Michael verè commiserat felóniam, & sequutus fuerat partes Gallicanas: & consequenter literæ ab eo impetratæ, à Rege catholico erant subreptitiæ: prout excellen. in processu esse factum: sed quia illud non vidi, & circà hunc punctum diffusissimè scriptum est per dominos aduocatos, vlterius non insisto: maximè C
cùm suprascriptæ aliæ rationes sufficiant pro victoria ipsius illustrissimi Marchionis. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. IIII. SVMMÆ.

1 *In contractibus bonæ fidei, licita est purgatio moræ.*
2 *L. Lucius de act. empt. sensus.*
3 *Purgatio moræ fundata est in æquitate.* D
4 *In contractibus vbi est dies & pœna, lapso die amplius mora purgari non potest.*
5 *Actus sit indiuiduus propter conditionem, quæ secundum naturam pœnalis promissionis intelligitur.*
6 *Qui partem indiuidui facit, nihil fecisse videtur.*
7 *Contractus bonæ fidei imitantur naturam vltimarum voluntatum, & illis æquiparantur.*
8 *Quotiescunque impossibile est reponere rem in pristinum statum, non est permissa purgatio moræ.*
9 *Donatarius propter non præstita alimenta donatori, incidit in pœnam priuationis rei donatæ.* E
10 *Moræ purgatio non est licita, quando interest aduersarij.*
11 *Moram purgare posse, non est concedendum alicui, quando tractatur de querenda actione.*
12 *Non dicitur esse in mora, qui habet iustum impedimentum.*
13 *Iustum impedimentum excusari à mora.*
14 *Iustum impedimentum à culpa excusat.*
15 *Clausula in fin. posita, refert sed omnia præcedentia.* F
16 *Quoties finis legis, vel statuti determinat aliquam pœnam, & præcedunt plura capitula, videntur omnia determinata eadem pœna.*
17 *Dictio saluo modificat & restringit sui natura omnia superiora.*
18 *Iudex postquam condemnatus aliquem, si adiciat moderationem, per dictionem saluo nihil refert, quod in separata à ratione id fecerit, quia operatur in omnibus præcedentibus.* G
19 *Res humanæ cùm consistant omnes in voluntate & potentia: negatiua, non potest referri ad casum facilius voluntatis, quæ comprehendat etiam casum impotentiæ.*
20 *Partes possunt conuenire ne purgationi moræ sit locus, siue expressè, siue tacitè.*
21 *Emptionis & venditionis correlationem quandoque ex causa cessare.*
22 *Clausula in fi. posita debet referri ad omnia præcedentia, nisi ex tali relatione inducatur aliqua correctio præcedentis clausulæ.*
23 *Semper fit interpretatio, per quam contrarietas euitetur.*
24 *Apposita ad qualificandum vnum capitulum, non trahuntur ad aliud.*
25 *Semper fit interpretatio vt reseruatio strictè accipiatur, etiam si alioquin modicum operaret.*
26 *Consentiens tertio alienanti rem meam, cum protestatione ne saluo iure meo, talis reseruatio restringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autem ipsius rei.*
27 *Quoties testes examinantur in loco, vbi pars possit citari, semper est necessaria citatio.*

CAsus præsens videtur habere non modicam difficultatem, siue ius commune inspiciamus, siue verba conuentionis, siue etiam assertas probationes in causa factas. De singulis igitur est videndum. Circa primum videretur prima fronte Campostagnum venditorem, posse efficaciter vti beneficio contractus emptionis, & cogere Bonauitum emptorem ad accipiendum triticum, iuxta formam conuentionis: quia licet in conuentione esset asscripta certa dies, & etiam pœnas: tamen cùm simus in † contractu bonæfidei, scilicet, emptionis, & venditionis, videtur licita esse purgatio moræ, per text. in l. Lucius. vers. neque eius hæres. ff. de act. empt. per quem tex. ita tenuit Bal. in l. cum allegas. in vj. oppo. C. de vsur. refert, & sequitur Paul. de Cast. in d. l. Lucius, & in l. si post tres. ff. si quis caut. & in l. si insulam. ff. de verbo. oblig. Aret. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. & licet aliqui Moder. teneant contrarium, tamen non videtur esse recedendum ab hac opinione, quæ satis clarè probatur per verba illius legis, quæ alioquin violarentur, tenendo aliã opinionem, præsertim intellectum Raph. Com. & Alexan. in d. l. si insulam. qui dicunt, quod ibi non est capiendum argumentum à contrario sensu. Istud enim est contra regulas generales. Minus etiam obstat intellectus Iaso. dicentis, quod ibi pars contractus † fuit impleta, vt in text. dicitur, ibi, partim datis materiis. & ibi, neque hæres reliquam materiam, &c. Nam ideo fuit etiam in casu nostro: quia venditor in tempore dedit partem tritici. Nec obstat ratio, quæ dicitur, quod in contractibus bonæfidei grauius debuit plecti mora: cùm in eis exuberantior requiratur bonafides. l. & eleganter. in princ. de dolo. quia respondeo, quod † cùm purgatio moræ fundata sit in æquitate. d. §. sequitur. maior æquitas, quæ est in contractibus bonæfidei eam facilius admittit: & talis mora videtur leuior. l. in depositi. ff. depos. declarat. Bartol. in l. iiij. §. Cato. in iij. & v. oppo. ff. de verb. oblig. Sed tamen his non obstantibus dicendum est contrarium, propter regulam generalem, quæ habet, † quod in contractibus vbi est dies: & pœna, lapso die amplius mora purgari non potest. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. l. magnã. C. de cõtr. & cõmi. stip. l. ij. C. de iure emphyt. cum enim tali casu appareat de certa quæstione partium, lex non posset aliud inducere, nisi cùm manifesta iniuria stipulatoris, vel in casu nostro emptoris, vt declarat Bart. in d. l. si insulam. in vj. opp. & ita se habet communis opinio, vt ibi per omnes doctor. secundùm quam cõsuluit etiam Bal. cons. cvj. cùm peteretur. vol. j. Soc. consil. cxcix. in ij. & cõsil. cclxxxviij. eod. vol. Cor. cons. xxv. lib. ij. Qua-

BIU Cujas

conclusionem ampliant doct. etiam quando dies est prorogabilis ad voluntatem creditoris, vt quia dictum fit, *Promittis sub pœna, vsque ad Pascha, & abinde in antea ad requisitionem meam.* l. cum stipulatus fim mihi à Proculo. vbi Bar. ff. de verb. oblig. Ang. Imol. Mod. in l. si ex legati causa. eo. ti. Rursus ampliant etiam si, veniente die, pars sit soluta, prout fuit in casu nostro, & ita tenuit Bar. in d. l. si insulam. dum allegat text. in l. si ita quis promiserit. §. Seia. eod. tit. & ita etiam loquitur text. in d. l. traiectitię. in §. de illo. vnde apparet intellectum Iaſ. ad dict. l. Lucius. de actio. empt. non esse verum, & merito. Ipse enim in d. l. si insulam. in fi. dubitauit de illo intellectu, & non est ausus eum firmare: & facit ratio, quia† propter conditionem, quæ secundùm naturam pœnalis promissionis intelligitur, actus fit indiuiduus. l. stipulationum. ij. in fi. de verb. obliga. l. Thais. §. intra. de fidei. libe. † qui autem partem indiuidui facit, nihil feciſſe videtur l. pen. ad fi. C. de his quib. vt indig. licet id quod est acceptum, compensari debeat. arg. l. in executione. §. pen. vbi glo. de verbo. oblig. Nec obstat, quod in bonæ fidei iudiciis videatur limitanda suprascripta regula, per text. in d. l. Lucius. verſi. neque hæres, quia respondeo, quod ille intellectus est communiter reprobatus, & contrarium tenuit ibi gloſſ. Bar. Iac. Butr. & Sal. quam sententiam etiam sequuntur doctor. Imol. Raph. Alex. Iaſ. in d. l. si insulam. & Alex. cons. ex. in iij. volu. & probatur in l. j. verſic. nisi forte. ff. de pœn. leg. iuncta regula, quod† contractus bonæ fidei imitantur naturam vltimarum voluntatum, & illis æquiparantur. l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. rest. non est neceſſ. & dicit Paul. de Caſtr. in d. l. Lucius. quod ipse habuit de facto istũ casum Florentiæ, & quod non potuit obtinere, & meritò: quia non est temerè recedendum à regula iuris, prohibente suprascripto casu purgationem moræ. argum. gloſſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Nec obst. text. in d. l. Lucius. quia alius est verior intellectus veterum ibi, quem refert Alber. de Rosat. & ego sum sequutus in d. l. si insulam. in casu enim illius legis erat adiecta stipulatio pœnæ, ad quam referebatur dies in contractu appoſita. Præterea aderat etiam obligatio vsurarum, cui nõ erat appoſita dies. text. autem ibi, in verſic. neque hæres sentit, quod esset licita exhibitio materiæ, ad euitationem vsurarum, quibus non erat appoſita dies: sed in casu nostro tractatur de præstatione ipsius rei, cui dies est appoſita, meritò non admitteretur purgatio, & ista est communis opinio, & (vt arbitror) veriſsima à qua in iudicando, aut cõſulendo non est recedendum. Non omitto etiam, quod alia quoque ratione in casu nostro impeditur purgatio moræ: cùm enim triticum dari debuerit, vsque ad diem xxiiij. Maij, quo tempore erat maxima annonæ charitas, non potuit venditor offerre, post illud tempus, maximè messibus factis, quia non dicebatur amplius res esse integra† quotieſcunque enim impoſsibile est reponere rẽ in pristinum statum, non est permiſſa purgatio moræ, secundùm Bald. in c. j. quo tempore miles. in vſib. feud. & quod not. Aret. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in iiij. not. de verbo. obli. facit quod notat Bald. consil. ccl. incip. si tibi dedi. in iij. vol. vbi consuluit, quod† donatarius, qui propter non præstita donatori alimenta incidit in pœnam priuationis rei donatæ: iuxta l. fi. C. de reuo. dona. nõ poterit purgare moram: cum in præstatione alimentorum non cadat recompensatio temporis, cum fortè donator fame laborauerit. Vnde pur-

A gato non poneret rem in pristinum statum. facit etiam, quia† quoties interest aduersarij, non est licita purgatio moræ. argum. à contrario sensu. l. sed & si alia. in prin. ff. de constit. pecu. l. vtique. ff. de arbi. cessat enim æquitas, in qua fundatur omnis purgatio moræ. dict. §. sequitur. declarat Bartol. & doct. in d. l. si ita quis promiserit. §. Seia. vbi idem dicunt etiam quãdo ius aduersarij deterioratum, etiam propter moram. l. & si post tres. ff. si quis caut. per Bartol. & doct. in d. l. si insulam. in j. opp.

B Et hoc maximè est dicẽdum in casu nostro, in quo tractatus de actore, † qui ad actionem quærendam vult purgare moram: id enim non est ei concedẽdum. d. l. Thais. §. intra. l. si intra. ff. de statu liber. l. si super possessione. C. de transact. declarat Bart. to. in d. l. si insulam. in ix. quæst. per Bartol. & Imol. in l. hæc conditio. in fi. ff. de condi. & dẽmon. de quo per Alexan. in l. j. §. etiam si ita. in vlti. not. ff. ad l. Falc. Circa secundùm quid iuris sit, attenta forma conuentionis, videretur prima fronte dicendum ipsum Campostagnum venditorem non fuisse in aliqua mora, quia in conuẽtione post specificationem temporis, quo debuit triticum tradi, subiicitur, *Et si conductum non fuerit, &c.* quæ verba intelliguntur si in mora conducendi fuerit, secundùm l. si duo. §. fin. vbi Bartol. ff. de constit. pecu. hic autem † non videtur fuisse in mora, propter iustum impedimentum maris. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis caut. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbo. oblig. Et facit, quia deinde in fine adiicitur clausula generalis. *Saluo iusto impedimento iræ maris, & pyratarum.* videtur autem tali in casu fuisse impedimentum suprascriptum. Vnde promissor est excusandus. d. §. quod diximus. Bartol. consil. vij. Alexand. l. j. §. item si ita. in iiij. not. ad l. Falcid. & consil. cix. in fi. in v. lib. Soc. consi. cxxxiij. & quia etiam circunscripto pacto de iure communi, † iustum impedimẽtum excusat à mora. l. quod te mihi. ff. si cer. pet. l. sciendum. ff. de vsur. † & consequenter etiam excusat à culpa. Bartol. in l. iustè. in fi. de acquir. poſſ. sicut, & excusat ab expensis, gloſſ. super verb. solo. §. oportet. in authen. de iudi. & à pœna legali. gloſſ. l. ab executione. in fi. C. quor. appel. non rec. & ab interesse, ne quis in illud condemnetur. l. iij. in gloſſ. magna. ff. de tritic. multò ergo fortius hoc videtur dicendum in casu nostro, in quo expressè facta est suprascripta reseruatio, quæ cum posita sit per † clausulam in fine adiectam, debet referri ad omnia præcedentia. l. j. C. de lib. præt. vbi Bartol. Alex. Iaſ. & cæteri. l. iij. §. filius autem. vbi not. ff. de liber. & posthu. cap. secundò requiris. de appell. per Feli. in c. causam. de rescript. & hoc maximè procedit, quoties clausulæ sunt coniunctæ: semper enim fit talis relatio, l. fi. vbi Bar. ff. de reb. dub. per doct. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & procedit etiam in pœnalibus. vnde † quoties finis legis, vel statuti determinat aliquam pœnam, & præcedunt plura capitula, videntur omnia determinata eadem pœna, secundũ Bald. in l. quisquis. in princ. C. si cert. pet. & istud maximè habet locum quando clausula est concepta per dictionem, † saluo, quæ modificat, & restringit omnia superiora sui natura, gloſſ. in l. item Labeo. ff. fam. ercis. in l. si debitor. §. j. quib. mod. pig. vel hypo. sol. per Bal. in tit. de pac. const. cap. vnico. §. amplius. verſi. saluo. Pau. de Caſt. consil. clij. in antiquis incip. circa illud quod primo quæritur in primo quæſito, cum concord. per And. Sicul. consil. vij. in ij. & procedit istud, vt fiat relatio ad omnia superiora, etiam si sint remota, & distin-

ta per capitula, vel paragraphos. vt est glo. in clement. j. §. ij. de supp. negl. præl. & ibi Card. not. facit quod scribit Alex. in l. iudex posteaquam. ff. de
18 re iudi. vbi † si iudex postquam condemnauit aliquem adiiciat moderationem per dictam dictionem, saluo, nihil refert quod in separata oratione hoc fecerit, & ita est magis communis opinio, vt ibi per eum. facit in simili quod not. Bal. in consil. cxij. in v. volum. de quo per Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Sed hic tamen non obstantibus, in casu nostro concludendum est contrarium. Quia verba pacti sunt adeò clara, vt non admittant suprascriptas difficultates. Siquidem considerandum est, quod conuentio habet duo capita. Primum est, quod venditor teneatur ad diem xvj. Maij, dare consignatum, seu conductum triticum: & si intra tempus non erit conductum, quod in electione sit emptoris accipere, vel non accipere dictum triticum. Aliud caput est, q. hoc non obstante, intelligatur semper venditor obligatus ad dandum, etiam post dictum tempus, si emptor voluerit. Subiiciatur deinde clausula, saluo iusto impedimento iræ maris, & pyratarum. Modo ex iis verbis apparet manifestè id actũ fuisse, vt venditor omninò ad dictam diem esset obligatus, non obstante quocunque impedimento: emptore verò inuitus non cogeretur. Primò, quia illa verba, & si non erit conductum generalia sunt, quocunque casu conductum non sit, siue quia nolit, siue quia non possit. l. in illa stipulatione, si cadendis. ff. de verb. oblig. prout etiam dicimus in illa conditione, si hæres non erit. de quo in l. cum
19 proponas. C. de hær. insti. & † cum res humanę cõsistunt omnes in voluntate, & potentia, negatiua non potest referri ad casum solius voluntatis, quæ compræhendit etiam casum impotentiæ. argum. c. prudentiam. §. adiicimus. de offi. deleg. l. j. in fi. vbi Bald. ff. de procur. aliàs fieret manifesta restrictio contra vim verborum: maximè cum in casu nostro cesset dies, & pœna, quo casu mero iure inducitur mora, licet ex æquitate quandoque succurratur, secundùm no. in d. l. si duo. §. fin. ff. de cõsti. pec. hic autem nulla subest æquitas, vt succurratur venditori ad actionem consequendam, secundùm quam emptorem cogat ad emendum triticũ, vltra tempus expressè conuentum. d. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. per Bar. in d. l. si insulam. q. ix. & suprà dixi. Secundò per illa verba, quod sit in electione emptoris accipere, vel nõ manifestè eximunt emptorem ab obligatione accipiendi: cum enim ei detur electio, non potest dici id actum esse, vt triticum post tempus cogatur accipere. l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. & per talia verba videtur esse prouisum, ne admittatur purgatio moræ, quantum sit respectu coactionis, quæ fieri potuisset emptori: † possunt enim partes conuenire
20 ne purgationi moræ sit locus, siue expressè hoc faciant, siue tacitè. l. sancimus. vers. nisi pacti teneor. C. de fideinst. vt quia stipulentur certum quid: nisi tali tempore factum sit, secundùm Ange. quem refert, & sequitur Alexã. in d. l. si insulam. de quo per Soc. consi. ccliij. lib. ij. Mode. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verbor. obliga. idem ergo in casu nostro, quando conuentum est, vt sit in electione, &c. videtur enim resoluta prior obligatio. l. commissoriæ. C. de pact. inter empt. d. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. Nec obst. si dicatur, quod illa electio videtur data emptori in casum moræ venditoris, non autem, quando venditor non fuisset in mora: quia iustum impedimentum habuisset. d.

A l. si duo. §. fi. quia ad hoc, in quo versatur omnis difficultas præsentis consultationis, respondeo pluribus modis. Primò, quia generalitas verborum cõuentionis non patitur talem restrictionẽ. l. de pretio. de public. in rem act. Secundò, quod ex lectura verborum apparet, totum illud fuisse factum in
21 fauorem ipsius emptoris, vt post illud tempus, nõ posset cogi accipere. l. quod fauore. C. de legi. Tertiò, quia hoc verisimiliter actum est à partibus: cũ emptor tanto pretio non fuisset emptur⁹ post-
B messes quæ instabant. l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. Quartò, quia constituitur expressa differẽtia inter emptorem, & venditorẽ, ex quo dicitur, quod venditor semper intelligatur obligatus, si emptor velit, &c. vnde tali casu non est locus regulæ correlatiuorum. l. j. vbi Bald. C. de ser. com. man. quia verba pacti specialiter distinguunt personam emptoris à persona venditoris, vt per Inn. & Ant. de But. in c. vniuersitatis. extra, de sent. excom. Quintò, quia secundùm suprascriptum intellectum sequeretur, quod emptor, lapso tempore nihilominùs
C cogeretur accipere: & tamen verba pacti semper indicant actum contrarium, vt nõ teneatur, sed sit in sua electione si emptor voluerit, &c. Sextò, quia regula d. l. si duo. §. fi. quod verbum, si non conductum fuerit, intelligatur, si fuerit in mora, &c. procedit quantum ad ipsum venditorem, vt condemnari ipse non possit, tanquam morosus, non autẽ vt ideo ipse venditor possit emptorem, seu alium cogere ad accipiendum, vt suprà dixi, per Bart. &
D doct. in d. l. si insulam. q. ix. Nec obstat clausula in fine posita, *Saluo impedimento, &c.* quia refertur ad proximum capitulum, quod venditor semper sit obligatus etiam post tempus, &c. voluit enim se eximere casu, quo subesset iustum impedimẽtum, nõ autem ex hoc inferri potest, quod obligauerit emptorem, sibi etiam post tale tempus: quia hoc esset contra expressa verba præcedentia. Et ideo apparet non obstare regulam, quod illa † clausula in fi-
22 ne posita, debeat referri ad omnia præcedentia:
E quia istud intelligitur, nisi ex tali relatione inducereturaliqua correctio clausulæ præcedentis. l. si idem cum eodem. §. fi. vbi gl. super verb. eorũ sententia, de iurisd. om. iudi. c. ecclesia vestra, de elect. vbi Abb. not. omnes in d. l. talis scriptura. & in d. c. ij. requiris, per Abb. consil. lxxv. & consil. xcvij. in ij. † semper enim fit interpretatio per quam con-
23 trarietas euitetur. c. inter dilectos. de fid. instru. Alex. consi. cxcj. in ij. Dec. consi, cccl xxxvj. Præterea, nunquam clausula in fine posita refertur ad pręcedentem, de qua specialiter fuerit prouisum: quia
F † appositа ad qualificandum vltimum capitulum,
24 non trahitur ad aliud. l. filium. ff. quã. dies leg. ced. per Bal. in l. j. in fi. C. de leg. hęred. Dec. consil. xcij. facit quod not. Alex. consi. cxxxviij. in volum. j. & Curt. Iun. consil. clvj. vbi nunquam fit relatio, quãdo virtus præcedentis clausulæ eneruaretur, quod est in casu nostro: quia hoc modo tolleretur electio, quam post dictum tempus voluit emptor omninò ad se pertinere. Et quod dixi, in fine posita, maximè procedit, si posita sit per dictionem, saluo, seu dictionem reseruatiuam, prout in casu nostro:
G † fit enim interpretatio, vt talis reseruatio strictè
25 accipiatur, etiam si alioquin modicum operaretur, vt per Bal. consil. cclxxij. suppositо statuto. in ij. & latius per Dec. consi. cclxxxiij. vbi illa verba, saluo iure liberorum, non intelliguntur generaliter, secundùm titulum insti. ad Orfitianum, sed strictè, secundum legem hac edictali. C. de secũ. nup. & idem notab. voluerunt Iac. Put. & Ias. in l. si fundum

BIU Cujas

26 dum per fideicommissum. ff. de leg. j. vbi † si consentiam tertio alienanti rem meam cum protestatione, saluo iure meo, talis reseruatio restringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autē ipsius rei. arg. l. mater. C. de rei vendi. & est de mente Dyn. Oldr. & Rapha. ibi, & pro hac sententia etiam facit quod not. Alex. consi. cxxxv. versi. præterea ista. in volu. j. Circa tertium, & vltimum, an probatum sit impedimentum maris, & pyratarū, istud consistit in facto, & cum transmissus non sit processus non possum quicquam certi determinare. Illud tamen non omitto, quod licet Bar. in l. ij. C. de naufra. lib. xj. per illum text. dixerit, quod si quis patiatur naufragium, vel casum fortuitū, potest facere examinari testes in loco propinquo, vbi casus occurrit etiam absque alia partis citatione, & afferre tales probationes ad iudicem competentem, quæ deinde facient fidem: tamen dico, quod d. Barto. non bene probatur illa l. secundùm Ange. ibi, in apostillis: quia imò ibi agebat contra certam personam, & ideo necessaria est partis citatio: iuxta regulam c. ij. extra, de testib. & (quicquid
27 sit) in casu Bar. † quoties examinantur in loco, vbi pars possit citari, semper necessaria est citatio, vt per Dec. consil. lxxxij. qui ita limitat suprascriptā decis. Præterea videtur etiam limitanda quotiescunque testes deponerent super re non verisimili: tunc enim regula est, requiri probationes euidentiores, iuxta gloss. & doct. in l. fi. in prin. ff. de eo, quod met. cau. quod videtur in casu nostro: cum enim in tempore conuento vna nauis aduenerit l. minarum apparet, quod etiam aliæ potuissent venire, si adhibita fuisset competens diligentia. Vnde sequitur huiusmodi allegationem non esse verisimilem. Et hæc omnia saluo semper, &c.

CONS. V. SVMMÆ.

1 *In obligatione ex chirographo proueniente, quoties fundamentum creditoris est ex die, necessarium est vt dies probetur.*
2 *Tempus præscriptum non prorogandum.*
3 *Mandati forma seruanda.*
4 *Dispositio limitata certo tempore, extra illud tempus non porrigitur.*
5 *Permissum ad certum tempus vltra illud censetur prohibitum.*
6 *Prohibitum ad diem, post eam diem censetur permissum.*
7 *In nulla dispositione, quantumuis fauorabili, extenso fit, vt de vna die dictum ad aliam perducatur.*
8 *Tempus inducit diuersitatem in substantia.*
9 *Lex magis fauet conuento, pro debito alieno, quam pro proprio.*
10 *Qui fideiubet, & quicquid Titium dare constitisset, non intelligitur, nisi de eo quod Titio viuente constiterit.*
11 *Qui fideiubet iudicatum à Sempronio solui liberatur per appellationem à sententia, quia non videtur promisisse respectu alterius iudicis.*
12 *Qui fideiubet pro certa pensione, non censetur pro accessionibus, aut vsuris promisisse.*
13 *Qui pro certo actu tunc faciendo fideiussit, non tenetur si post interuallum fiat.*
14 *Qui datus est fideiussor, vt in eadem causa sistat, non tenetur si in difficiliori respectu executionis steterit.*
15 *Fideiussor pro obligatione ad certum tempus, lapso tempore liberatur, nisi consenserit prorogationi.*
16 *Dies non est domus tollendæ obligationis, ea tamen lapsa, competit exceptio, propter fines conuentionis.*
17 *Contractus interpretari debent, & intelligi secundum consuetudinem loci, vbi contractus fit.*
18 *Locus contractus semper attenditur, etiamsi partes allegarent ignorantiam talis consuetudinis.*
19 *Notarius conficiens instrumentum in aliquo loco, censetur secundum illius loci consuetudinem confecisse.*
20 *Adiectio dubia, & æquiuoca interpretatur in fauorem rei seu debitoris.*
21 *Impetratio priuilegij ciuilitatis, arguit mentem impetrantis esse se velle subijcere consuetudinibus, & statutis loci.*
22 *Qui longissimo tempore habitauit in aliqua ciuitate, non potest prætendere probabilem ignorantiam consuetudinis.*
23 *Collatum in certum tempus, censetur ante illud tempus prohibitum.*
24 *Consuetudo semper attendenda est.*
25 *Qui non curat ad tempus delationis, non dicitur seruasse iuramenti seruasse.*
26 *Qui recedit à tempore, dicitur recedere à forma contractus.*
27 *Qui confitetur se recepisse quod non recepit, videtur donare.*
28 *Inanis est actio, quam excludit inopia debitoris.*
29 *Promissio de damno futuro, non trahitur ad damnum iam factum.*
30 *Indemnis est, qui suum debitum soluit.*
31 *Qui pro me soluit, vtiliter gerere dicitur, vnde & negotiorum gestorum actionem habet.*
32 *Satis dicitur esse conseruatus indemnis, qui compensationis beneficium acquirit.*
33 *Diurnale videtur esse originale, quod facilè falsari non potest.*
34 *Protestatio in quam causam coita sit pecunia, debet incontinenti in ipso actu fieri.*
35 *Debitor qui soluit creditori, non potest ex post facto declarare, in quam causam velit solutionem verti in præiudicium tertij.*
36 *Non valet confessio contrahentium ex post facto, si potuerunt alterare scripturam, & tempus anticipare in præiudiciorum aliorum creditorum.*
37 *Non valet confessio cedentis in fraudem cessionarij.*
38 *Declaratio non consonans verbis, in præiudicium tertij non valet, sed præsumitur per dolum facta.*
39 *Iudicium societatis, est iudicium bonæfidei, in quo ex bono, & æquo agitur.*

VIso chirographo Panolini, quo se sub die xv. Ianuarij, 1535. obligat ad conseruandum indenem Saracenum, pro omni eo, quod faciet proximis nundinis Paschatis dari in cambium Baptistæ Crinelle, xx. rogatus, vt sententiam meam dicam, paucis rem absoluendam duxi, quia per alios consultores, super multis articulus diffuse scriptum est. Omissis ergo iis, quæ ab eis tractata sunt, duas duntaxat quæstiones attingam. vnde apparebit Panolinum bonam causam fouere. Prima quæstio est, quæ ad diem in chirographo descriptum pertinet, & in primis sciendum est, † in obligatione ex chirographo proueniente, quoties fundamentum creditoris est ex die, necessarium esse, vt dies probetur. l. scripturas. C. qui pot. in pign. l. ex sexrante. §. Latinus. ff. de excep. re iudi. declarat Bald. in l. inter chartulas. C. de conuen. fisc. deb. lib. x. Abb. cap. ij. de fid. instr. Alex. consil. cxxxi. in iiij. volu. cum ergo Panolinus in ciuitate Venetiarum obligauerit se † pro pecuniis accipiendis iis nundinis, quæ post xv. Ianuarij primæ celebrarentur, vt sit obligatus, oportet has pecunias acceptas fuisse in nundinis Paschatis anni 1535. quod si antea acceptæ essent dictæ pecuniæ, nō esset obligatus Panolinus: quia

non esset† seruata forma mandati. l. diligenter. ff. man. quia† dispositio limitata certo tempore, extra illud tempus non porrigitur. l. si ita quis. ff. de vulg. & pup. &† quod permissum est ad certum tẽpus, vltra illud censetur prohibitum. l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact. l. epist. §. si. eo. ti. sicut contra, † prohibitum ad diem, post eam diem censetur permissum. l. Imperator. ff. de postu. †nec in aliqua dispositione, quamuis fauorabili sit talis extensio, vt de vna die dictum ad aliam producatur. dict. l. si ita quis. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. † tempus enim inducit diuersitatem in substãtia. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & aliud est, quid tali die fieri, aliud alio, secundùm Bar. in l. is qui ęqus. ff. de publ. iudi. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. ad leg. Iul. de adult. meritò ergo non est recedendum à forma verborum promissionis, vt extra illam Panolinus non teneatur: maximè cum fuscepit obligationem alienam. †Ideoque lex ei magis fauet, quàm si proprio debito conueniretur. l. fancimus. C. de fideiuss. quare videmus in huiusmodi fideiussionibus verba semper stricte accipi. Vnde, † qui fideiubet, quicquid Titium dare constitisset, non intelligitur, nisi de eo, quod, Titio viuente, cõstiterit. l. qui Romæ. §. Angerius. vbi Paul. Alex. cæteriq; ff. de verbo. oblig. Et † qui fideiubet iudicatum à Sempronio solui, liberatur per appellationem à sententia: quia non videtur promisisse respectu alterius iudicis. l. cũ apud. ff. iud. sol. Et †qui fideiubet pro certa pensione, non censetur pro accessionibus, aut vsuris promisisse. l. quæro. in princ. arg. à contrario sensu. ff. loca. l. fi. ff. de eo, quod cer. loc. Et †qui pro certo actu, tunc faciendo fideiusit, non tenetur, si post interuallum fiat, secundùm Bar. l. qui in aliena. §. si is, qui. versi. ex hoc responso. vbi mod. ff. de acq. hær. arg. gl. super verbo, potest. l. quod Seruius. ff. de condi. cau. dat. Et †qui datus est fideiussor, vt in eadem causa sistat, non tenetur, si in difficiliore, respectu executionis steterit. l. si quis quenquam. ff. si quis caut. Nam & generaliter † fideiussor pro obligatione ad certum tempus, lapso tempore, liberatur: nisi consenserit prorogationi secundùm not. in l. vbicunque. versic. cum verò. ff. de fideiuss. & est text. in l. Labeo. §. sed si per fideiussores. & ibi Bartol. ff. de recept. arbitr. & licet † dies non sit modus tollendę obligationis, ea tamen lapsa, competit exceptio propter fines conuentionis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. no. gloss. & doct. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Nec obstat si diceretur, quod imò Saracenus fecit dari pecunias Baptistæ, in tempore conuento: quia xv. dies Ianuarij erat intelligenda. secundùm morem Bononiensium, qui annum incipiunt à Kalendis Ianuariis, non autem secundùm morem Venetorum, qui incipiunt in mense Martij sequentis: & hoc attento, quod tàm Panolinus, quàm ipse Saracenus sunt ciues, & habitatores Bononiæ. vnde videtur attendenda ipsorum consuetudo, secundùm l. si seruus plurium. §. fina. ff. de leg. j. Quia respondeo, quod cum chirographum factum sit in ciuitate Venetiarum, & ibi pecunia † esset accipienda, quod potiùs debet intelligi secundùm consuetudinem loci, vbi tunc erant. cap. illa. xij. distinct. tex. apert. l. si fundus venerit. ff. de euict. Barto. l. j. C. de fum. Trinita. & fid. catholic. †quia † locus contractus semper attenditur, etiamsi partes allegarent ignorantiam talis consuetudinis, secundùm Bald. in rubr. extra, de consuetud. quod procedit, etiamsi consuetudo talis adhuc non esset præscripta, secundùm Aretin. consilio xj. incip. procedendum. in versic. non obstat, quod itemque maximè procedit in actibus voluntariæ iurisdictionis, secundùm l. j. C. de eman. lib. vnde & †notarius conficiens instrumentum in aliquo loco, censetur secundùm illius loci consuetudinem confecisse. §. si qua verò. in authentic. vt præp. no. Impera. & ♀ respondet Dyn. in consilio iij. incip. in quæstione suprascripta, meritò ergo & in isto chirographo dies, & annus intelligetur, secundùm consuetudinem loci contractus: cum talis adiectio respiciat magis ordinatiua, quàm decisiua: & maximè, quia in facto proponitur, quòd confecerunt plura alia chirographa, & varias literas, seu scripturas, secundùm talem consuetudinem. Vnde apparet eos sequutos fuisse morem dictæ ciuitatis. Et cum Saracenus in hac lite sit actor, ei incumbit onus probandi, aliàs talis † adiectio diei, & anni: cum sit dubia, & æquiuoca, accipietur in fauorem rei, seu debitoris. l. Arrianus. de actio. & obliget. l. veteribus. ff. de pact. vt in simili casu decidit Ægidius Bellamera, decisione secunda, incip. clausula librarum, vel marcharum, &c. & melius per Io. Baptist. de S. Seuerino, in repet. d. l. j. C. de sum. Trinita. Rochum Cur. in repe. cap. fi. de consue. cum similib. Nec obstat, quod Saracenus, & Panolinus sint Bononienses: quia nihil hoc refert, vt suprà dixi, & attenditur consuetudo loci, in quo chirographum est factum, maximè cum Baptista Criuellus, qui & ipse subscripsit, non esset Bononiensis, & Alexander per diuturnum tempus habitasset Venetiis, adeò, quod ciuis Venetus effectus est, tum incolatu, non solum decennali, secundum l. ij. C. de incol. lib. x. sed etiam annorum xxv. tum etiam † priuilegio, cui ius impetratio arguit mentem eius volẽtis se subiicere consuetudinibus, & statutis Venetorum, secundùm Dec. consilio cclxxxiij. versic. iiij. idemque de Saraceno dicendum, † qui longissimo tẽpore habitauit in dicta ciuitate. vnde non potest prætendere probabilem ignorantiam eius consuetudinis, vt not. doct. in rubr. extra, de consuet. & quod habetur in cap. quanto. extra, de præsumpt. Non omitto etiam, quòd alia quoque ratione Panolinus est absoluendus, quia etiam si diceremus acceptam esse pecuniam eo anno, de quo loquebatur chirographum, & quod chirographũ esset intelligendum de nundinis Paschatis, anni 1535. adhuc Saracenus non potest obtinere: quia promissio Panolini erat pro eo, quod Saracenus faceret dari Baptistæ ad cambium pro proximis nundinis Paschatis. vnde si fecit aliter dari, non est seruata forma mandati, secundùm d. l. diligeter. ff. mand. & quod not. Pet. de Anchar. consilio cccxxxij. quia † collatum in certum tempus, censetur ante illud tempus prohibitum. l. obligationum ferè. versicul. ex die. ff. de act. & oblig. & maximè stante consuetũdine mercatorum, qui pro nundinis Paschatis accipiũt pecunias, sub die xv. Martij, & pro nũdinis apparitionis accipiũt circa diẽ xv. Iauarij, †q̃ cõsuetudo est attendẽda, iuxta l. cuicũq;, aliàs incipit quicũq;. §. pe. de inst. & q. no. Lud. Ro. in l. iij. §. iurari. ff. de iureiu. cũsimi. per Iac. in l. certi condictio. §. j. ff. si cer. pet. vbi alij Mod. vi de mandatum pro nundinis Paschatis, non potuit anticipari in nundinis apparitionis, quia (vt suprà dixi) non est seruatum, secundùm formam suam. arg. c. cui de non sacerdotali. de præben. lib. vj. qui enim non seruat tempus, non dicitur seruare formã. auth. quæ supplicatio. C. de preci. imper. offer.

vbi Bal. & Sal. sicut † qui non iurat ad tempus dela-
25 tionis, non dicitur formam iuramẽti seruasse. l. iij. §. si neque. vbi Ias. in ij. not. de iureiurã. facit l. scire
26 oportet. §. consequens. ff. de excus. tuto. vnde † qui recedit à tempore, dicitur recedere à forma cõtractus, secũdùm Bal. l. obseruare. §. fi. de offic. procõs. meritò ergo expectandum Saraceno fuit longius tempus. l. si ita stipulatus fuero x. aut v. ff. de verb. oblig. vnde quoties nostra interest ratione personæ, loci, vel temporis, vel aliter, debet mandatum formaliter obseruari: nec celerius, aut pinguius adimpleri tunc potest per ea, quæ no. doct. in d. l. si ita. & per Bar. in l. si duo. ff. de verb. oblig. intererat autẽ Panolini, quia si expectatæ essent nundinæ Paschatis, interim fuisset detecta inopia Baptistæ, qui interim decoxit, & fecit deteriorem conditionem suam, adeò quod Saracenus iure suprascripti mandati non potuisset ei facere dari aliquas pecunias, secundùm no. in l. cum quis. l. si cum. ff. de sol. in l. rogasti. §. fi. vbi dixi. ff. si cert. pet. Secunda quæstio, quia in chirographo dicitur, quod seruabit indemnem Saracenum, &c. quomodo hoc sit intelligendum? Et considerandi sunt aliqui casus, ad quos ne que chirographi verba, neq; obligatio videtur extendenda. Primus est, si Baptista simpliciter cõfessus est, se accepisse pecunias ad cambium, puta ex sola subscriptione literarum: nam si non appareat, quod actualiter fuerint sibi numeratæ pecuniæ, nõ tenebitur Panolinus ex hoc mandato, secundùm Bar. & doct. magis communiter in l. j. §. fi. ff. si cert.
27 pet. † quia qui confitetur se recepisse, quod non recepit, dicitur donare: mandatum autem ad hũc casum nõ trahitur, vt ibi per Bar. Et licet Baptista nõ posset ex consuetudine mercatorũ opponere creditoribus exceptionem non numeratæ pecuniæ. §. fin. in auth. de fideius. tamen Panolinus mandator potest ipse opponere Saraceno. l. tam mandatori. l. si cui. C. de non nu. pec. Secundus est casus, si Baptista fuisset debitor Saraceni, & Saracenus fecisset ei dari pecunias, quas deinde ipse soluisset Saraceno pro extinctione illius debiti. ad hæc Panolinus non teneretur: & chirographũ illud ad hunc casum ponendum esset trahendum. Quia promissio illa simpliciter facta, non est intelligenda, vt comprehendat pecunias acceptas pro soluendo ipsi Saraceno, sed vt soluatur, puta societati, aut aliis, quibꝰ debebat Baptista. per text. in l. qui insulam. §. fi. ff. loc. & ibi per Bald. Generalibus enim verbis illius contractus non potest censeri actum, vt Saracenus illas pecunias in suam vtilitatem acciperet. arg. l. si mercedem. §. si habitatoribus. ff. de act. empt. & q. ibi no. doct. Et quod hoc sit verum, apparet ex forma contractus: si enim actum esset, vt consuleretur Saraceno respectu pecuniæ ei debitæ per Baptistã, remisisset Panolinus fideiussionem sibi per Saracenum factam, vel fideiussisset simpliciter pro debito Baptistæ, non autem dixisset, se præstiturum indemnem pro eo, quod fecisset ei dari ad cãbium. vnde satis ostenditur non id fuisse actum, vt hæc pecuniæ deinde rursus numerarentur Saraceno. Suadent hoc & verba promissionis, quæ sunt pro pecunia danda Baptistæ, non autẽ Saraceno. Sed hoc modo in effectu data esset Saraceno, non autẽ Baptistæ: si Baptista deinde eam numerauerit pro soluendo ipsi Saraceno. l. qui sic. ff. de solut. & p doct. l. singularia. in fi. si cert. pet. Bar. l. per diuersas. q. vij. C. mand. Confirmatur id etiam ex vi verbi, indemnem præstandi. Si enim Baptista non erat soluendo ipsi Saraceno, iam Saracenus damnum fecerat
28 crediti sui, quia † finanis est actio, quam excludit inopia debitoris. l. fi. versi. planè. de eo per quẽ fact. l. si apud. de minorib. vnde, si deinde accepit hanc pecuniam, vt posset sibi soluere, non obligatur Panolinus, qui eam accipiendo non fecit tunc Saracenus damnum. Sed illud ante promissionem iam fecerat: quo scilicet tempore cœperat suus debitor non esse soluendo: promissio ergo Panolini, de dãno † futuro non trahitur ad damnum iam factum. l. 29
nouissima. ff. iudic. sol. & quod habetur in l. verbũ oportebit. ff. de verb. signi. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. obli. Tertius casus est suprascripto contrarius, quando ex libris rationũ appareret, quod Saracenus aliquid deberet Baptistæ, & fecisset ei dare pecunias in causam se liberandi: non enim teneretur Panolinus, qui promisit seruare indemnem Saracenum: ar. l. indemnis est, 30
qui suum debitum soluit. l. cædere. §. æs alienum. ff. de verb. sign. l. iij. de dam. infe. & sicut teneretur administrator, etiam sibi ipsi soluere. l. diuortio. de neg. gest. l. si pupilli. in fi. eo. tit. l. tut. ff. de fideiuss.
C. ita quilibet sua debita creditori soluere debet, & † 31
qui pro eo soluit, vtiliter gerere dicitur. vnde & negotiorum gestorum actionem habet. l. soluẽdo. ff. de nego. gest. Quartus casus est, quatenus Saracenus ipse pro Baptista apud Panolinum, & eius socios fideiusserat: pro illis enim marchis antea iam in diuersis nundinis acceptis, erat obligatus societati Saracenus. vnde faciendo dari Baptistæ nouas pecunias debuit curare, vt ex illis solueretur illud debitum, pro quo ipse fideiusserat, aliàs obstat sibi
D compensatio: quia † satis dicitur esse conseruatus 32
indemnis, qui compensationis beneficium acquisiit, vt quod præcedenti casu dictum est de solutione, idem sit & in compensatione. l. si peculium. §. j. l. statuliberi. §. j. de statulib. l. Iul. de condi. indebit. & promissio, quam fecit Panolinus, non trahitur ad debitum, pro quo Saracenus fideiusserat: tùm quia non hoc fuit actum, vt fieret nouatio, secundùm l. fi. C. de nouat. nec vt Saracenus liberaretur à tali fideiusione: nullum enim de hoc verbum est
E in chirographo. l. id quod nostrum. de reg. iur. nec videtur Panolinus promisisse pro eo, quod deberet Baptista, tanquam correus debendi, seu socius Saraceni. per tex. in l. iij. §. illud. ff. rem pup. sal. tor. vbi fideiussor tutoris censetur solùm promisisse p eo, quod tutor propria obligatione deberet, non autem pro eo, quod ex aliena obligatione, seu tanquam socius alterius contutoris debebat. l. fi. C. fitur. non gest. facit. l. nam & socius. ff pro soc. Vt ergo cognoscamus quatenus indemnis præstandus sit Saracenus, oportet videre rationes societatis, cum multæ sint præsumptiones, quod Saracenus haberet cum Baptista, & Alexandro societatẽ gemarum separatã à societate Panolini, propter quã Saracenus pro eo fideiusserat: maximè cum Baptista, ex post facto per instrumentum iuratum protestatus sit, se non fuisse debitorem in tanta quantitate, & q. pro summa verè debita dederat pignora, quæ pro maiore parte peruenerant ad manus Saraceni, & huius rei sunt multæ coniecturæ, vt ominò debeant videri rationes Saraceni, secundùm
G l. non est nouũ. C. de eden. aliàs obtinet ei exceptio cedendarum, secundùm Bal. in l. si nomen. ff. de hæred. vel act. vend. post Albertum Galeoti in Margarita sua, titu. de fideiuss. non enim potest cedere illud ius, de quo non est creditor, quia in vtilitatem suam conuersum. Confirmatur ista opinio etiam ex rationibus ipsis Horatij, & Panolini, id est, ex diurnali, in quo sunt aliquæ summæ, quas mandato Saraceni propter chirographum Panolini datas

dicitur, aliquæ verò quæ nullam chirographi mentionem faciunt, & sic quas Saracenus iussit dari p obligatione propria, non pro aliena, secundum l. j. & l. seq. ff. de solut. Nec obstat, quod in libro magistro omnes summæ adscribantur, datæ contemplatione dicti chirographi, quia respondeo, magis credendum esse iis, quæ in aduersario, seu diurnali scripta sunt, à quo alius codex deinde excipitur. l. j. §. eum quoque edere. secundum verum intellectum. ff. de eden. quia † diurnale videtur esse originale, quod facile falsari nō potest. l. iij. C. de diuers. rescr. l. fin. C. de edict. diui Adri. & quia † protestatio in quam causam coita sit pecunia, debet incontinenti in ipso actu fieri d. l. j. l. cæterum. eod. tit. & sic in diurnali fieri debuit, quod statim fit, non in libro magistro qui reportatur ex internallo, secundum consuetudinem mercatorum. Fortius dico, q si ex rationibus societatis, vel aliis appareat, quod Baptista esset debitor Saraceni, non tamen adhuc tenetur Panolinus, qui nō videtur promisisse, quādo pecuniæ acciperentur pro debito ipsimet Saraceno soluendo. Hincque apparet, nihil obstare, q Alexander qui erat socius, per literas suas deinde attestatus est Baptistam non fuisse debitorem societatis, sed soluisse. Aut enim loquimur respectu Saraceni, & vt suprà ostendi, nō potuit soluere Saraceno ex ista pecunia. Aut loquimur respectu societatis Panolini, prout attestatur ipse Alexander, & respondeo, quod istis literis, quę emanauerunt, deinde non est credendum in præiudicium tertij, & sic Panolini. Sicut videmus, quod † debitor qui soluit creditori, non potest ex postfacto declarare, in quam causam velit solutionem verti in præiudicium tertij. d. l. j. & ij. & iij. de solut. vbi Ang. Imol. Pau. de Cast. Ad idem tex. in l. si partem. §. fi. ff. quēadmo. ser. amit. vbi non potest legatarius declarare volūtatem suam, & dicere se repudiasse in præiudicium tertij. Ad idem. l. scripturas. C. qui pot. in pign. & quod no. Pau. de Cast. in cons. cxxxiiij. incip. in causa Ser. Ludouici. in j. vol. vbi † non valet confessio contrahentium ex postfacto, si potuerūt alterare scripturam, & tempus anticipare in præiudicium aliorum creditorum. Ad idem, quod no. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Treb. vbi † non valet confessio cedentis in fraudē cessionarij. Et quod scribit Fel. in c. cum olim. extra, de lent. & re iudi. vbi declaratio non consonans verbis in præiudicium † tertij non valet, sed præsumitur per dolum facta, vt in simili etiam tradit Oldr. cons. clxvij. ante omnia. in fin. Et quæ habentur in l. si in venditione. cū l. seq. communia præd. & quæ per illum tex. notat Alex. in cons. xxxj. visis. in ij. vol. & per Bard. si quis allegauerit. de leg. j. Feli. ca. inter monasterium. de re iudi. & puto, quod hoc non habeat aliquam difficultatem. ex quo in libris societatis non apparet, quod Baptista soluerit, seu debitum sit in libris deletum, cum tamen omnium aliorum, qui soluerūt ratio in eis descripta per Alexandrum sit. Et multę suspitiones sint contra Alexandrum, qui est affinis Saraceni, & qui ei literas quibus societati obligabatur omnes, & clam restituit in consulto Panolino, & arma aduersario prodiderit, quæ omnia diligenter in † hoc iudicio societatis considerāda sunt, quod est bonæ fidei, & in quo ex bono, & æquo agitur. §. actiones. Insti. de actionib. In cæteris me remitto ad ea, quæ clariss. consultores dixerunt. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio. *Andreas Alciat. Iureconsul. Comes & consiliarius Cæsareæ maiestatis, secundum suprascripta respondi & subsignani.*

CONSILIVM VIGESIMVM.

1 *Generalitate verborum non est discedendum.*
2 *Statutum, quo vir lucratur dotem vxore decedente, intelligitur etiam si matrimonium non sit consumatum, neque ipsa ducta ad domum.*
3 *Donatio propter nuptias sure communi, etiam sine sponsalibus, & sublato osculo, urquitur per nuptias ipsius vxoris.*
4 *In casibus dubijs, in primis debemus attendere mentem ipsorum contrahentium, propter quam mentem etiam quandoque à proprietate verborum recedimus.*
5 *Quæ sit ratio Statuti, quo maritus lucratur dotem.*
6 *Potius attendimus quid actum sit, quàm nomen contractus.*
7 *Matrimonium verum iuris ciuilis, & naturalis, est matrimonium per copulam consumatum.*
8 *Argumentum ab ethymologia.*
9 *Matrimonij ethymologia.*
10 *In dubio debemus accipere eam significationem, cui ethymologia vocabuli consentit.*
11 *Consuetudo loci est attendenda, quia secundum eam videntur partes contraxisse.*
12 *Dos datur vt subeantur onera matrimonij.*
13 *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*
14 *Lex pro dedecore habet, quod matrimonio conciliatur pretio.*
15 *Actus agentium magis intelligi debent secundum dictamē rationis, quàm secundum subtilitates legum, in quibus quandoque perniciosè erratur.*
16 *L. si à sponso. C. de dona. ante nupt. sanctum.*
17 *Osculum est gradus ad copulam.*

VIsis pacti verbis initi, in contractum matrimonij, inter nobilem Franciscum Mascaroni, & nobilem Iolandam, quibus contemplatione dicti futuri matrimonij dictus Franciscus donauit d. Iolandę, & suis aureos cc. donatione propter nuptias, & in augmentum dotis casu, quo præmoriatur ipse Franciscus dictæ Iolandæ, stantibus etiam liberis, vel nō stantibus dubitatum fuit, quia d. Franciscus nuptiis per verba de præsenti contractis, ea aliter non cognita, nec matrimonio consumato, decessit, an locus sit dictæ donationi? Et prima fronte videretur dicendum, quod sic † propter generalitatem verborum, à quibus discedendum non est, nisi aliter. ff. de leg. iij. in l. locationis. ff. loc. Secundò, quia idem † videmus in statuto, quo vir lucratur dotem, vxore decedente, quia intelligitur etiam si matrimonium non sit consumatum, neque ipsa ducta, ad domum. Secundum Bartolum in l. nihil interest. ff. rerum amot. Bald. consilio cx. in ij. Paul. de Cast. in l. cui fuerit. ff. de condi. & demonstra. cum concord. & licet aliqui teneāt contrarium, vt per Salic. in l. cum te. C. de dona. ante nupt. tamen mouetur, quia statutum defert tale lucrum propter opera matrimonij in recompensationem expensarum, quæ ratio esset in tali donatione maximè, quia alias non esset donatio, sed remuneratio, vt dicit Soc. consilio ccxxiij. in fin. Tertiò facit, quia etiam ipsa Iolanda in casu, quo præmoreretur, donauit ipsi marito, vnde sicut in ipsa non est considerabile, quod noluerit donationem valere, nisi consumato matrimonio, & sic postquam defl orata esset, quia hoc esset propriæ defl orationis pretium persoluere, eodem modo dicendum est, quod nec maritus consiterauerit. argum. l. dos data. C. de dona. ante nupt. Quarto, quia verba patti dicuntur donatione fieri

fieri contemplatione matrimonij. Vnde sumus in casu claro. quia sequuto matrimonio adimpleta est causa, ergo debet esse locus donationi. d.l. cum fuerit l. Deo nobis, vbi Bald. C. de episco. & cleri. & docto. tenentes contrarium mouentur, quando lucrum non defertur contemplatione matrimonij, sed alia ratione. Quintò, quia videmus, quod † iure communi donatio propter nuptias, etiam in veris sponsalibus de futuro sequuto consulo, acquiritur pro dimidia ipsi vxori. l. si à sponso in princ. vbi hoc ex tex. C. de donat. ante nupt. Vnde, secuto matrimonio, per verba de præsenti non debet esse dubium, quin in totum acquiratur. Sed tamen his non obstantibus in proposito casu, puto contrarium esse dicendum, & motiuationibus inscriptis. Primò, quia † in casibus dubiis semper in primis debemus attendere mentem ipsorum contrahentium, propter quā mentem etiam quandoque à proprietate verborū recedimus l. si vas in princ. ff. loca. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. sed procul dubio quando iste Mascaronus fecit dictam donationem, si fuisset interrogatus de hoc casu, non consensisset, sicut nec vice versa fecisset Iolanda, ergò non est discedendum ab ista contrahentium intentione, quia aliter conscientia remorderet istam voluntatem, hanc summam retinere contra id, quod contrahentium intentionis erat, quæ conscientia ex verisimili veritate surgit, non ex fictionibus iuris, vt dicit Bald. in c. vigilanti. de præscrip. in auth. ad hæc. C. de vsur. in l. vnica. C. de confess. & ideò in istis ambiguitatibus, nunquam recedendum est ab ea parte, in quam vermis conscientiæ inclinat. Secundò mouebar, quia quicquid sit in aliis casibus, & in rationibus in contrarium allegatis, illa verba, stantibus etiam liberis, vel non stantibus, declarant, quod patres intellexerunt, quod secuta esset copula. Et sic filios aptitudine potuissent extare liberi, vt est glo. in l. proculus. in glo. magna. circa med. C. de impub. quam communiter sequuntur doct. & Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in terminis, qñ sunt illa verba, stantibus liberis, &c. q, requiritur consumatio matrimonij. tenuit Bald. cōs. ccxc. in j. volum. Corn. consi. ccxlviij. in ij. & fuit de mente Angel. in quodam consilio allegato per Corn. & Salicet. in d.l. cum te. & Ias. in l. si donaturus. §. fin. ff. de condi. ob causam dat. & in isto casu non reperio, q, adsit aliquis contradicens, & ideò non esset tutum recedere ab hac opinione, approbata per tot culmina legalis scientiæ, per ea quæ habentur in c. j. extra, de constit. Tertiò moueor, quia si consideremus rationes doctorum, facilè exit in hoc puncto reperire veritatem, & in primis in statuto, quòd maritus lucretur dotem, ratio statuti † potest esse duplex, vel simpliciter contemplatione matrimonij, prout videtur probari, in l. cùm quis vxori. §. j. ibi, quia matrimonij causa, id lucratus est. ff. de don. præleg. & sic, vt mariti inclinentur ad matrimonium. vnde tali casu, etiam nō sequuto copula, dos acquiretur à marito, prout remittit Bar. in d.l. nihil. & declarat Soci. in d.l. cui fuerit. Alia ratio est, quod istud sit in recompensationem onerum, & expensarum, quæ plerunq; pro maritis supportantur, iuxta tex. in l. j. §. si verò. vbi Angel. de imp. luct. def. lib. x. C. gloss. super verb. non potest in d.l. si donaturus. §. j. & facit tex. in l. dotis fructus. in princ. ff. de iure dot. & ista ratio videtur esse magis communis ad istud statutum, secundum Alex. qui est doctor veritatis in consi. 129. in 7. & secundū hanc rōnem talem lucrum non fieret, nisi supportatis oneribus, & ducta ad domum vxore. In pacto verò, qñ maritus donat vxori, non videf, q, vlla istarū rōnum sit considerabilis, nō. n. opus est, vt incitetur vxor ad matrimoniū, quia mulieres suapte natura, satis incitatur ad nuptias, nec etiam ratio est ppter onera, quia illa principaliter considerātur in viro d.l. dotis fructus. Sequit igitur, vt ratio sit in præmium voluptatis, & copulæ coniugalis, istud probatur in d.l. si à sponso. vbi propter oculum mulier acquirit dimidiam donationem. Vnde, sequuto matrimonio, & copula acquirit totum. Quartò videtur istud probari, quia si consideramus verba pacti, licet dicat, qd donat propter nuptias, tamen non est talis donatio, quia est facta in ipso matrimonio, nec seruata est forma dictæ donationis, de qua in d. auth. dos data, & in l. fori. eo. tit. & † potiùs attendimus, quid actum sit, quàm nomen contractus l. insulam. ff. de præscrip. verb. vbi Mod. declarant maximè Oldr. consil. v. Titius, cùm dicatur fieri in augmentum dotis, est igitur donatio in matrimonio facta, quæ largè solum potest dici propter nunptias, cùm sit donatio ob eam, secundū Paul. de Cast. consil. cccxlv. circa bona, quæ fuerunt in j. vol. in nouissimis, & cū causa sit expressa, videlicet contemplatione matrimonij, dico, quod ista verba debēt intelligi de matrimonio perfecto, seu consumato per copulam, qa illud est † verum matrimonium, non solum iuris civilis, sed etiam naturalis. c. ex publico. vbi glo. sup verb. consumatum. de conuerf. coniug. & xxvij. quæstio. ij. c. cum initiatur. & pro hoc facit definitio matrimonij. de qua in l. j. ff. de ritu nupt. & meliùs in §. j. instit. de pat. potest. ibi indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. quæ dubio procul non militat in casu nostro, cū adhûc cum illa coniunctus vita non esset, imò ex conuentione, & ex consuetudine ciuitatis non potuisset coniungi, sed tenebatur expectare, prout expectabat, & ideò copula non interuenit actu, sed nec habitu, quo casu nunquam propriè loquendo, dicitur matrimonium, facit quod not. Inno. in ca. laudabilem. extra, de frig. & malef. Abb. in consi. j. Item facit etymologia vocabuli, † quia matrimonium dicitur, quando facit munia spectantia ad matres, vt per glo. in d. §. j. positam in verb. nuptiæ, & dicuntur (inquit) ab obnudendo. i. velando capita, q, solebat fieri, qñ ducebantur ad domum mariti, quia virgines non velantur. xxxiij. q. v. c. hæc imago. vnde † in dubio debemus accipere eam significationem, cui etymologia vocabuli consentit, vt dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. confirmatur per gloss. not. in §. est & aliud. instit. de donat. quæ declarans, quomodo donatio ppter nuptias habeat effectum, quando matrimonium fuerit insequutum dicit, q, intelligitur insequutum de iure, & de facto, quæ verba de facto non possunt intelligi, nisi per copulam, quia aliàs sufficeret, si de iure tantū, & q, ista fuerit mens contrahentiū, suadetur ex consuetudine ciuitatis, quæ potissimè est in hoc casu attendenda, vt ēt facit Soc. in d.l. cū fuerit. in fin. & Abb. in d. cōsi. j. & Bal. in cōs. 468. in iiij. secundùm quam, qñ debentur verba de præsenti, appellant donationem corporum, qñ verò ducitur vxor domum appellant nuptias, vnde † talis consuetudo est attendenda, quia secundùm eam videntur partes contraxisse l. cum declaro. §. adhuc. ff. de fund. instr. l. Labeo. ff. de sup. leg. Quintò facit, quia ista donatio dicitur, fieri in augmentum dotis, quæ † dos darur, vt subeantur onera matrimonij. dict. l. dotis fructus. ff. de iure

donatio c. habitus fuerit respectus ad illa onera, quia in casu nostro, maritus non potuit subire, neque subiit, nisi ea ad domum ducta. Et hoc tenendo nō obstant allegata in contrarium, quia ex supradictis fundamentis satis apparet responsio, nihilominus particulariter respondendo, non obstat generalitas verborum, quia dico, quod illa verba, *Stantibus liberis, &c.* important, quod habitu potuerunt esse filij, & sic quod sequuta fuerit copula, vt suprà dixi. Item illa verba contemplatione matrimonij, intelliguntur de matrimonio consumato propriè loquendo, vt suprà dixi. Non obst. doctrina Bart. in d. l. nihil. quia aliud in statuto, aliud in hoc pacto, vt suprà ostendi. Item non loquitur, quando in statuto non adfuissent illa verba, *Stantibus liberis, vel non stantibus.* Item illa decisio Bartolini est communiter approbata, vt dicit Socin. in d. l. cùm fuerit, & quod communis opinio sit contra Bartol. attestatur Felin. in c. tertio loco. extra, de præsumpt. & in rub. extra, de sponsal. Deci. ob consil. lxvij. Hippol. de Marsil. in sing. suo cvj. & quibus aliqui reprobent sub eo fundamento, quod sic lucrum deferatur in recompensationē expensarum. tamen adducitur alia ratio, quia appellatione talis matrimonij, debet intelligi etiam de consumato, vt per Abb. & Felin. in locis prælegatis, quæ ratio militat etiam in casu nostro. Non obst. tertia, quia (vt dixi) ista non est propriè donatio propter nuptias, quia si esset, facta fuisset à marito, tantùm seruata æqualitate ad dotem. authen. æqualitatem. C. de pact. conuent. hic autem est facta à tertio ob vxore pro certa summa. vnde dicitur, quòd donatio ob causam, secundùm Paul. de Castr. in d. cōs. cccxlv. quæ causa potest esse duplex respectu ipsius vxoris, altera in recompensationem onerum matrimonij, vt dicit Alexan. in d. cōs. cxxix. in vij. & est magis communis conclusio altera in aliqualem remunerationem donationis sibi vicissim à marito factæ. l. qd aūt. §. si vir & vxor, ff. de don. inter vir. & vxo. & q. not. Iaſ. post alios. in l. si pater. C. de inoffic. testa. quæ ratio vtraque infert, quod post consumatum matrimoniū solùm fuit tale lucrum, nam tunc incipiunt sibi onera, & ex donatio matrimonium purificare, nisi post talem actum, vt dixi. Et pure, quid domini iudices interrogarent matrem, & ipsam, nunquid si iste casus vice versa euenisset, & ipse fuisset mortua ante consumationem, & traductionem, nūquid voluissent, q. maritus fecisset lucrum illorum cxxv. florenorum? proculdubio dicerent quod nō, vnde merito posset illis dici, tq, tibi nō vis, alteri nē facias. l. j. ff. quod quisque iuris. de quadeo iudicibus, quod faciant talem interrogationem, quæ fieri pōt, & debet pro scrutanda veritate, vt sciatur quid verū sit. l. vbicunque. ff. de interro. act. maximè cùm mulier ista respectu huius summę, fuisset partes dotis, vnde pōt cogi, ibi tradita notanda. ff. C. de eden. vel pōt hoc fieri per viam prouisionis, cum iuramento calumniæ iuxta ea, de quibus vide Bal. vj. & ibi habetur dicta in aliquibus in sibi præiudicū tantū, vt ibi habet. Non obstat quartum, quòd donatio facta fuit contemplatione matrimonij, & c. quia rndeo, q. intelligitur de matrimonio perfecto, & consumato, vt dixi, & ex eo quo potuerunt fuisse habituati filij per supra dicta. & q. ista sit vera intelligentia ad illa verba probatur, quia primò si intelligamus donari quæ fiant esse in honorem matrimonij, prout fuit intelligentia quorundam, certè non est verum, quia isto modo matrimonia cōciliarentur pretio, quod lex potius habet pro decore. l. j. & ij. ff. de don. inter vir. & vxo. Secūdò, si intelligimus propter fœdus ipsum matrimonij secundum, quod quidam intelligunt rex. in d. l. cū quis vxori. §. j. non est ratio, cur maritus ipse hoc fecerit, cùm propter tale fœdus mulier potius det marito, qui ipse subit onera d. l. dotis fructus. Tertiò, si intelligis propter effectum coniugalem, non esset conueniens, cùm par debeat esse affectus vtriusque. vt dicit Abb. in d. c. ex publico. & tamen donatio est inæqualis, vnde necessario in isto casu non potest accipi, nisi iste quartus intellectus, scilicet, quod maritus donet ratione matrimonij. scilicet consumati, in præmium coniunctionis corporum, seu copulæ. arg. d. l. si à sponso. & certè si interrogentur homines, qui habent sanum intellectum, & vtuntur sensu sensato, omnes concordabunt, quod ista vltima ratio sit verior, vtpote proueniens à dictamine rationis naturalis, secundùm quam magis intelligūtur actus † is agentium, quā secundùm legum subtilitates, in quibus quandoque pernicioſè erratur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. l. codicillis. §. fin. ff. de legat. ij. cùm enim maritus donet in augmentum dotis, verisimile est ab eo consideratum fuisse, quod si iam fuisset corrupta, & deberet transire ad secundas nuptias, non ita competenter nuberet, & sic dedit in mercedem defloratiōnis, voluerit supplere illam pecuniam, vt aucta dote, posset nubere. Non obstat quintum & vltimum. quia (vt supra dixi) illa lex, si à sponso. probat oppositum, videlicet † q. hmōi donationes fiāt propter copulam, vt de sicut † osculum est gradus ad copulam gloss. l. quod ait. in princ. de adult. ita inducitur pars lucri, & consequenter copulā totum lucrum inducitur, in casu autem nostro d. l. non procedit, respectu terminorum, in quibus loquitur, nec vxor ipsam dimidiam lucratur, tum quia illa lex loquitur in donatione propter nuptias, nos in donatione propter causam matrimonij consumati, vt dicit Paul. de Castr. d. consil. cccxlv. quæ consumatio non euenit tum quia ex more ciuitatis ista oscula habentur pro nihilo, & palsim concedūtur, nec sunt præambula alicuius copulæ. arg. not. q. j. ca. ne aliqua. & quæ habentur per Modern. in rub. extra, de iudiciis. Et ita sentio saluo semper saniore iudicio.

CONS. VII. SVMMA.

1 *Adoptio facta coram ordinario, sine Principis rescripto est nulla.*

2 *Donatio facta alicui, tanquam filio adoptiuo, si reperiatur adoptionem fuisse nullam, & donatio erit nulla, tanquam deficiens in causa finali.*

3 *Institutio, vel legatum factum filio adoptiuo, annullatur si appareat adoptionem esse nullam.*

4 *Valet argumentum de donatione ad legatum.*

5 *Non seruanti contractum ex parte sua, non est seruandus.*

6 *Nulla maior est ingratitudo, quàm conuenta nō seruare.*

7 *Conuentum dicitur, quando ante præcessit conuentio vtrique parti cognita.*

8 *Tractatus habet vim protestationis, quæ censetur repetita in sequenti contractu, quando non ex diuturnitate temporis sequitur.*

9 *Verba gratis, pure, libere, quid operentur in donatione.*

10 *Minor 25 annis iuramentum obligatur.*

11 *Iurans tactis scripturis se esse maiorem, non admittitur ad allegandum contrarium.*

12 *Mora purgari non potest lapso termino, vbi adest pœna.*

13 *Iuramen-*

11 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*
14 *Per contrauentionem promissioni committitur pœna, etiam si nihil interesset stipulatoris.*
15 *Quis non minùs potest hæredi suo, quàm sibi stipulari.*
16 *Inducta in fauorem non debent in damnum verti.*
17 *De natura copulæ est, vt non tollat præcedentem obligationem.*
18 *Pactum, ex effectu magis declaratur intentio, quàm ex verbis.*
19 *Multum interest non implicari litibus.*
20 *Per pactum, quod non seruatis conuentionibus contractus sit nullus, non transfertur retrò dominium ipso iure.*
21 *Rei meæ vsufructum habere non possum.*
22 *Annullatio principali contractu, annullatur etiam consitutum.*
23 *Ex stipulatione mariti non quæritur actio, nec obligatio ipsi mulieri.*
24 *Regulariter in contractibus, persona nõ subintelligatur.*
25 *Donata vxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione mariti, & illi acquiruntur, non autem vxori.*
26 *Limitata causa, debet limitatum effectum producere.*
27 *Ex vna parte instrumenti, declaratur alia pars.*
28 *Donatio licet contemplatione matrimonij fiat, non tamẽ dicitur propter nuptias, & quare.*
29 *Attendenda est natura contractus, non nomen, quo partes eum appellant.*
30 *Donatio facta patri recipienti pro se, & suis hæredibus, non habet locum respectu hæredum, seu filiorum, nisi quatenus ipsi principali quæratur.*

DE duobus in præsenti causa principaliter est videndum. Primò, an Io. Dalmais, posit prætendere aliquod ius ex datione sibi per magistrum Dalmatium clerici facta. Secundò, an Agasina d. Ioannis vxor, vel filij, si, quos ex dicto matrimonio habere contigerit, habeant aliquid ius? Circa primum, omissis allegationibus ad partes, tanquam in præsenti casu non necessariis, dico nullum ius competere ipsi Ioanni duabus rationibus. Prima est, † quia Ioannes, cùm esset sui iuris, fuit adoptatus per ipsum Dalmatium, coram ordinario, cùm debuisset fieri adoptio per rescriptum principis, vnde est nulla. §. cum autem. instit. de adopt. l. ij. l. nec ei. §. j. ff. de adopt. l. ij. C. eod. titu. ex quo sequitur, quod † donatio illi facta, censetur facta ex causa filiationis, quæ si non reperiatur subesse, vt quia adoptio sit nulla, tanquam deficiens in causa finali, & ipsa annullatur. l. nec apud. vbi Cyn. & Alb. de Rosat. hoc in terminis tenent. C. de hæred. instit. idem tenent Alexand. & Iaſ. in l. si pater in princip. C. eod. titul. Rapha. Fulgos. consil. xxxiij. in fin. videmus enim idem esse in legato, vel † institutione facta filio adoptiuo, quæ annullatur, si appareat adoptionem esse nullam. l. eam quam, vbi Paul. de Castr. Alexand. Iaſ. C. de fideicommiss. ergo idem dicendum esset † in contractu donationis, cùm valeat argumentum de vno ad aliud l. fernum filij. §. eum, qui chirographum. ff. de legat. j. & ita Arguit Cyn. & Alberic. in d. l. nec apud. quicquid ibi dicat Angel. cuius opin. communiter reprobatur. Et hoc maximè cum in donatione semper dicatur, *Tali filio adoptiuo, &c.* quæ verba inducunt contractum cum eo fuisse secundùm illam qualitatem. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. not. ff. de adopt. Angel. l. si proponas. §. j. per illum tex. ff. de inoffic. testam.

A Dec. consi. cclxxxij. Secunda ratio est, quia illa donatio licet simpliciter facta, tamen per contractum præcedentem, & etiam alium subsequentem habet in se pacta ex parte donatarij, quæ per eum non fuerunt adimpleta, vnde censetur reuocata l. j. C. de dona. quæ sub modo. l. fin. C. de reuo. donat. ibi vel quasdam conuentiones, &c. † non seruanti enim contractum ex parte sua, non est seruandum, cum propositus, C. de pact. & † nulla maior est ingratitudo, quàm conuenta non seruare. cap. j. §. sed non est alia instior causa, quæ fuerit prima causa benefic. amitt. secundum Bald. in consil. xviij. notissimum est. lib. j. & dicitur † conuentum esse, quando ante præcessit conuentio vtriusque partis cognita, sicut in casu nostro per geminata instrumenta, scilicet pactorum, & adoptionis, censetur enim in instrumento donationis repetita data, quod nihil dicatur. l. iiij. §. vnde quæri poterit. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is, qui probat. ff. de acquirend. hæredit. & quod ibi not. & in l. pignori. §. fina. ff. de vsuc. per Ioann. de Imol. Alexand. Iaſ. in l. post dotem, in lect. Dyni. ff. solut. matrimo. cum similib. habet enim ille † tractatus vim protestationis, quæ censetur repetita in sequenti contractu, quando non ex diuturnitate temporis sequitur l. per retentionem. C. de vsur. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. loca. & per Paul. de Cast. & Modern. in l. ita stipulatus. super j. respon. ff. de verborum obligat. & in l. pacta nouissima. C. de pac. & istud in casu nostro non habet dubium, ex quo etiam post contractum vtraque pars idem protestata est, & expressè conuentum fuit, vt non numerata illa summa, & non adimpletis illis pactis ex parte d. Ioannis, donatio esset ipso iure nulla, & haberet pro non facta. vnde potuerunt etiam perfectæ donationi dictas conditiones, & modos opponere. l. tempore. C. de pac. inter empt. & vend. gloss. Bald. Salicet. in l. perfecta. C. de don. quæ sub mod. Socin. consil. lxvj. frustrà plenitudini. in vltim. dub. Nec quicquam obest, quod in contractu dicitur donationem fieri gratis, purè, liberè, quia per talia verba non mutatur effectus donationis † ob causam, quæ tacitè agebatur, secundùm Oldr. consi. v. Titius. Alexand. consi. x. in iiij. intelligitur enim salvis contentis in præsenti contractu l. cùm propter. in princ. ff. de leg. præst. per Dyn. Oldr. Ray. Rapha. Com. & Iacob. de Put. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. j. & dicitur continuari illud, de quo actum est, inter ipsas partes d. l. fin. ibi, siue sine scriptis. C. de reuo. don. & cum vtrique ex post facto ita protestari sint, casus non habet difficultatem, quia potuit ipse Ioannes sibi præiudicare, maximè cùm ita iurauerit, quo casu etiam si esset † minor xxv. annis nihilominus obligatur. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. imò cum iurauerit tactis scripturis, se maiorem † non admitteretur ad allegandum contrarium. l. pen. versic. si tamen. C. si minor se mai. dix. Et hæc maximè procedunt, quia iste fuit in mora, cum enim intra quatuor menses teneretur vendere pro summa quatuor millium aureorum, & dare illam summam Dalmatio sub pœna mille scutorum, cùm hic † esset dies, & pœna, lapso tempore, amplius mora purgari non poterat l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipu. & sola dies interpellabat, vt ibi dicitur, sed nos fumus etiam in fortiori casu, quia etiam interpellatus noluit facere, & respondit, quod volebat consulere suos parentes, & affines, quæ verba sunt cõtra

formam

formam promissionis, quia etiam illis dissentientibus, debuit hoc facere, vnde apparet manifesta mora ipsius, & ideo donatio debet resolui, tum ex inobseruantia d. l. fin. tum etiam, quia ita expressè conuentum est, quod in casu, quo iste non videret, vel non daret dictas pecunias, contractus essent nulli. Prætereà ista mora non potest purgari propter lapsum longissimi temporis, vnde amplius non admitteretur purgatio, iuxta gloss. in l. Aemilius. ff. de mino. & habetur in l. insulam. ff. de verborum obligat. tum etiam, quia promissio fuit iurata, & † iuramentum impedit purgationem moræ. l. si quis maior. in verb. mox. C. de trãsact. & est communis opin. ibi, & in dict. l. insulam. in v. quæstio. Bartol. licet aliqui contradixerint, & malè. Nec obstat, quod videatur, quod interesset aliquo modo ipsius Dalmatij, ex quo dictam summam pecuniarum debuit traficare, in vtilitatem donatarij, respondeo, quod cum † directè contrauenerit promissioni, committitur pœna, etiam nihil interesset stipulatoris. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verborum obligat. per Bartol. & docto. in l. ij. §. item si in facto. ff. eod. titul. item respondeo, quod imo sua interest, tum quia est honor sibi traficare multam pecuniam, prout solent copiosi negotiatores. argum. l. sæpè etiam. ff. commo. tum quia sua interest relinquere hæreditatem suam abundantiorem. Vnde † non minus potest quis hæredi suo, quàm sibi stipulari d. l. stipulatio ista. in princip. l. si ita stipuler. Iulianus scribit. ff. de verbor. obligat. tùm etiam, quia si haberet illam pecuniam incumberet pignori, quod tutius sibi esset, quàm agere deinde contra donatarium. vt cætera pacta adimpleret l. minùs. ff. de reg. iur. Prætereà ex lectura instrumentorum tollitur omnis difficultas, quia in primo instrumento, in procemio præcisè dicitur, quod ipse Dalmatius eam pecuniam habeat & traficet, vt inde commodius viuere possit, & Deo famulari, quæ verba censentur repetita in toto instrumento l. Titia. §. idem respondit. j. ff. de verborum obligat. in tertio verò instrumento dicitur, quod habeat dictam summam, & possit de ea disponere pro summa mille scutorum ad sui libitum, sicut de re propria etiam pro anima. Vnde apparet manifestum interesse ipsius l. j. C. de sacrosanct. eccle. Nec obstat, quod non videatur stetisse per dictum donatarium, quo minùs conuenta adimplerentur, ex quo constituit procuratorem ipsemet Dalmatium ad vendendum, vnde videretur sibi succurrendum. l. dictam. C. de condi. ob caus. dat. ibi, nec huic illa, cùm posset, paruit cap. j. §. sed non est alia. versic. aliud. quæ fuit pri. caus. benefi. amit. in vsib. feud. Sed respondeo quod (vt apparet ex primo instrumento) tenebatur donatarius vendere, & dare illi eam summam, & (si opus esset) etiam procuratorem constituere ad alienandum, quæ verba sunt adiecta in fauorem ipsius Dalmatij, quando donatarius voluisset se excusare, quod non reperiret emptorem, sed per hoc nõ restringunt obligationem, quominùs ipse teneretur ad dandum, & vendendum, tum quia † quod in fauorem Dalmatij introductum est, non debet in damnum verti. l. quod fauore. C. de legib. tum quia † de natura copulæ non est, vt tollat præcedentem obligationem l. si is, qui ducenta. §. vltim. ff. de reb. dub. Sed fortius, non obstante tali mandato, ipse donatarius non habebat rata habere huiusmodi venditiones, imò vnam tantùm, quæ facta fuit, fecit rescindi, vnde satis apparet de contrauentione, † quia per facta, & effectus magis declaratur intentio, quàm ex verbis. l. Paulus respondit. ff. rem raram hab. per Bald. in l. non ignorat. C. de his qui accus. non poss. & rescindendo actus procuratoris dat causam, ne quis velit emere, ne implicentur litibus, † quibus non implicari nostra interest. l. minor xxv. annis, cui fideicommissum. ff. de mino. vnde mora illi imputatur. l. si quis vina. in fin. princ. ibi, quia per ipsum factum est. ff. de pericu. & com. rei vendi. Prætereà huic donatario imputatur etiam alia contrauentio, videlicet, quia, contra formam conuentionis iuit habitatu Lugdunum cum vxore, & familia, nec præstitit obligua filialia ipsi Dalmatio, quæ contrauentio non tollitur per constitutionem procuratoris vt de se paret. Et ex his concludo, dictam donationem nullam esse, & puto quod etiam ex isto capite possit se tueri aliqualiter in iudicio possessorio. Nam licet per † pactum, quod non seruatis conuentionibus, contractus sit nullus, non tamen transferatur retrò dominium ipso iure, secundùm Barto. in l. j. in fin. ff. de dona. & doct. post glo. in l. traditionibus. C. de pact. sed solũ competat condictio ob causam ad retrò dandum causa non sequuta. l. ij. C. de condi. ob cau. Vel condictio ex l. fin. C. de reuoc. don. vel actio ex stipulatu, quando interuenit stipulatio, prout in casu nostro, tamen cùm iste Dalmatius, tanquam vsufructuarius, habeat naturalem possessioem l. naturaliter. in prin. ff. de acquiren. possess. videtur, quod vigore pactorum exequutiuorum, quæ apponi in instrumentis solent, posset mutare sibi causam possessionis, & apprehendere ciuilem possessionem, quæ trasiata erat in ipsum donatarium, per nota. per Bart. in l. creditores. C. de pigno. Item ex licentia sibi in casu obseruantiæ data possit alteri alienare, & alienatio valebit l. si mandato Titij. ff. manda. & quod not. Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in viij. q. ff. de verbor. obligat. & Francisc. Curt. cons. iiij. post tractatum feudalem. Nec poterit donatarius inquietare istum tertium possessorem, cum ista remedia possessoria non habeant locum, quãdo possessio est translata de consensu agentis. ca. ij. & iij. de restit. spolia. Nec obstat, si diceretur, quod attenta suprascripta ratione sequeretur, qd Dalmatius non posset imputare aliquam moram, vel contrauentionem Ioanni, de qua suprà dixi, cùm enim promiserit eum adoptare, intelligitur de adoptione valida l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. possess. contra tabu. Vnde cùm fecerit adoptionem inualidam, non dicitur adimpleuisse ex parte sua, & consequenter nec Ioannes debuit adimplere. l. cùm proponas. ij. C. de pac. Sed poterit quandoque agere de nouo, vt sibi adimpleatur promissio. Respondeo, quod ex vltimo instrumento ipse Ioannes promisit dare illa quatuor millia scuta, & contentus fuit liberare Dalmatiam à prioribus promissionibus, tanquam adimpletis. Vnde siue de facto, siue de iure adimpletæ sint, non debet audiri contra promissionem iuratam l. si quis maior. C. de transact. quia tale implementum ex parte Dalmatij ipse approbauit. argum. l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebellia. & l. mulier. §. penult. ff. de condi. instit. & quod habetur per Bartol. & alios in l. vbi pactum. C. de transact. Præterea ex primo instrumento, ipse Ioãnes debebat prius ex parte sua adimplere, antequã Dalmatius ad aliquid teneretur, vnde non potest obiicere de nullitate implementi ex parte Dalmatij, cùm ipse prius debuisset adimplere, quod tamen hactenus non fe-

BIU Cujas

non fecit. l. Iulianus. §. offerti. ff. de actio. empt. per Bald. in c. j. qualiter dom. pro. pri. in vsib. feud. & in l. j. C. de his, quæ sub modo. & quæ not. Felin. in cap. in tantùm. extra, de simon. Concludo igitur etiam nullum ius competere ipsi donatario, & puto hoc esse verum etiam respectu possessorij. Nam in ipsum donatariũ non est translata possessio aliqua per actum naturalem facti, sed solùmodo per actum ciuilem, videlicet, per retentionem vsus fructus l. quisquis. C. de dona. vnde cum principalis contractus donationis sit nullus, etiam talis retentio est nulla, † quia rei meæ vsumfructum habere non possum. l. vti frui. in princip. ff. si vsusfruct. per. Vnde videmus quod † annullato principali contractu, etiam constitutum annullatur secundùm d. Argentinum de Forliuio. in l. j. §. si vir. ff. de acquirend. possess. quem ibi refert, & sequitur Paul. de Castr. Ias. & alij, idemque in clausula precarij, quæ etiam ipsa annullatur, secundũ Bald. in c. ij. de feud. dat. in vicem leg. commiss. in vsib. feud. cum concord. per Ias. l. ex testamento. C. de fideicom. & sic concludo nullam possessionem esse translatam in istum donatarium. Circa secundum principale dubium, nunquid Agasina vxor possit aliquod ius prætendere in istis bonis? dubium facit clausula, qua dicitur bona illa donari contemplatione matrimonij, & quia ipsa fortè non accepisset eum in maritum sine istis bonis, & quia sua interest, vt filios locupletiores habeat: sed tamen in præsenti casu breuiter agendo concludo oppositum infrascriptis rationibus. Prima, quia vt ex instrumẽto apparet, donatio est facta soli marito, & stipulata tantummodò per illum. Vnde nõ potest dici esse acquisita aliqua actio ipsi mulieri. l. si pro te. C. de dot. promis. & † ex stipulatione mariti non quæritur actio, nec obligatio ipsi mulieri. I. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. sicut nec regulariter in aliis personis. l. stipulatio ista habere. §. alteri. & §. si stipuler. ff. de verbor. obligat. & regulariter in contractibus, persona non subintelligit. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig. Secunda, quia etiamsi in donatione nominata fuisset ipsa Agasina, tamen censeret nominata contemplatione mariti, & illi fieret acquisitio, non autem ipsi vxori, secundùm commune opin. doctorum, in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. per illum text. vbi concludunt quod † donata uxori per sanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione mariti, & illi acquiruntur, non autem vxori, secundùm Bartol. Paul. Castr. Alexand. Aretin. & Ias. ibi, & Rapha. Cõmen. consi. lxxiij. Tertia, quia ex aliis instrumentis apparet, quod illa donatio fuit facta ob causam, vt maritus daret illa quatuor millia scutorum, quæ causa tantùm respicit factum ipsius mariti, non autem vxoris, † vnde limitata causa, debet limitatum effectum producere. l. age. C. de transact. Quarta, quia † ex vna parte instrumenti declaratur alia pars l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. sed in alia parte instrumenti, vbi fit donatio propter nuptias de centum scutis, fuit promissio facta ipsi vxori, & ipsa stipulata est sibi dari, vnde cum in alia parte aliud sit expressum, etiam aliud ius est obseruandum. Nec obstat, quod dictum sit donationem fieri contemplatione matrimonij, quia non sit tamen ipsi mulieri, sed marito vnde mulier nullum ius potest prætendere, per suprædicta; ista enim donatio licet sit contemplatione † matrimonij, non tamen dicitur propter nuptias, quia tunc libuisset fieri vxori, & esse conformis dot. l. fin. cum auth. ibi positis. C. de dona. ante nupt. sed in nostro casu, simpliciter fit ipsi marito, & dicitur donatio ob causam secundùm Paul. Castr. consi. ccxlv. circa bona, quæ fuerunt in j. volum. in nouissimis. & facit, quod notat Oldr. in consil. v. Titius, nec obstat, quod etiam in instrumento promiserit, se facturum donationem propter nuptias, quia talia verba non mutant rei substantiam, † attendimus enim naturam contractus, non nomen, quo partes eum appellant. l. insulam. vbi Ias. ff. de præscript. verb. Non obstat, quod sua interfit, quia fortè absque hac donatione ei non nupsisset, respondeo, sibi imputet, quæ non inuestigauit qualitates istius donationis. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. nec istud est interesse probabile, alioquin non posset maritus, neque disponere de suo patrimonio, & alienare, quia vxor fortè ei non nuberet alienato patrimonio, quod tamen est falsum, quia solum potest impedire vsque ad securitatem dotis suæ, & non vltra. l. si constante. ff. solut. matrim. Præterea istud principaliter interest mariti. Vnde, eo excluso, non curamus de tali interesse secundario, & remoto, secundùm gloss. in cap. quamuis. in fin. de pact. libr. vj. & facit rex. in l. iij. §. sed vtrum. versic. nec eo mouemur. ff. de mino. Nec obstat, quod interest sua saltem ratione filiorum, quia respondeo, quod † donatio facta patri recipienti p se, & suis hæredibus non habet locum respectu hæredum, seu filiorum, nisi quatenus ipsi principali quæratur. l. eum, qui ita. §. re, & Titium. ff. de verbor. obligat. nec admitterentur ipsi filij, nisi essent hæredes patris, secundùm Bartol. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. versi. sed si accepisset. ff. de ope. lib. cum concor. per Dec. in l. vnica. C. quando non pet. par. vnde si sint hæredes, obstabunt illis illæmet exceptiones, quæ etiam patri suo obstant. l. qui superatus. ff. de pign. vbi Bart. l. si mater. §. fin. ff. de excep. rei iudi. Et pro hac sententia facit, quod in terminis cõsuluit Dec. in consi. ccxvj. visa transactione. vbi in donatione facta, contemplatione futuri matrimonij, & fauore liberorum, concludit, non tamen acquiri ius aliquid filiis, sed tantùmmodo ipsi donatario, & mentionem liberorum factam potius demonstratiuè, & propter commune votum parentum mouetur pluribus iuribus, de quibus per eum vlteriùs non insisto, quia res iudicio meo est extra difficultatem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONS. VIII. SVMMÆ.

1 *Cessante causa, cessat obligatio.*
2 *In claris non est opus coniecturis.*
3 *Per sanguinis coniunctionem facilius præsumitur donatio.*
4 *Nihil magis Regibus conuenit, quàm liberalitas.*
5 *Donatum, & interesse præstanda.*
6 *Nihil dicitur actum, cum aliquid superest ad agendum.*
7 *Dictio quandiu, habet in se vim conditionis.*
8 *Conditio pro parte impleri non potest.*
9 *Conditionem ex causa scindi.*
10 *Emptor rem, & pretium habere non debet.*
11 *Dictio quandiu, intelligitur pro quatenus.*
12 *Dictio si est probatum in sententia iudicis prolata, intelligitur quatenus est probatum.*
13 *Calculi menstruorum minuendi ratio.*
14 *Menstruorum præscriptio.*
15 *Concessionis generalis vis, ratio, & multiplex.*

16 *Conceſſio Principis, quæ reſpicit liberalitatem & beneficium, latam interpretationem recipit.*

17 *Munificentia, & liberalitas Regis freno nõ ſubiacet, & nemo poteſt, aut debet eam reſtringere.*

18 *Quod non reperitur prohibitum, cenſetur eſſe permiſſum.*

PRima petitio ſereniſsimę Reginæ Mariæ iuſtificatur ex literis Regiæ Romanæ maieſtatis, quibus aſſerit, quod cum iam conceſſiſſet eadem ratione eorum quæ ſibi debebantur, vt ipſa poſſet ſatisfacere creditoribus ſuis, quod *p*mittebat xxx. flore. &c. ex ſumma ſibi debita *p* Vinetos, ſeu Imperatoriam maieſtatem, &c. quæ verba ſunt ſatis clara pro fundanda intentione ſereniſsimæ Reginæ. Obſtat tamen prima difficultas, quia aduocati aduerſantes promiſsionem hanc ob cauſam eſſe factam dicunt, quod cauſa nõ verè ſuberat, quia ſereniſsima Regina eius ſummæ non erat debitrix, vnde tanquam cauſa ceſſante, ceſſat † obligatio, adeò, vt ſi ſolutum eſſet, competeret repetitio per condictionem l. ij. §. fi. ff. de donat. Sed ad hoc reſpondendum eſt, quod cùm hæc cauſa reſpiciat commodum ipſius Reginæ, cui promiſſum eſt, vt ſoluat ea alienum creditorib. ſuis, talis cauſa cenſetur impulſiua, & ideò ea ceſſante, non datur condictio, ſed omninò locus eſt promiſsioni. l. Titio centum. ij. reſpon. de condit. & demonſt. Bartol. d. §. fin. cùm enim hoc pertineat ad commodum ipſius Reginæ, apparet, quod Regia Rom. maieſtas fecit hanc promiſsionem contemplatione ipſius tantum, vnde omnino debet eam obſeruare, quia talis cauſa non reſtringit obligationem præcedentem. l. ſi mulier. C. de iur. dot. Nec debet ſereniſsima Regia maieſtas eſſe curioſa, in quam cauſam Regina conuertat, & an ſubſit debitum, an id minus. argum. l. donationes. §. ſpecies. de donat. quod non abſimili in caſu Caſtr. & Iaſ. reſpondent Caſtr. conſil. ccxlvj. cum dicta ſubſtitutio. Iaſ. conſil. cxxx. in colum. fin. in iiij. Obſtat rurſus, quia Regia Rom. maieſtas promittit ſoluere ex pecunia Veneta, vel Cæſ. maieſtatis, & non cõſtat, quod hanc pecuniam vnquam receperit, vnde videretur, conueniri hoc nomine eam non poſſe. l. Lucius. §. ciuibus. de legat. ij. Sed reſpondendum eſt in claris † non eſſe opus coniecturis. Verba enim ſunt clara, quod etiam ſi non exigeret dictam ſummam à Venetis, vel à Cæſarea maieſtate, quod nihilominus ei prædicta pecunia ſatisfaceret. Vnde apparet, quod illa aſsignatio Venetorum eſt facta, vt oſtenderetur, vnde faciliùs poſſet ſolui. l. quidam teſtamento. de legat. j. nutu quod obligatio reſtringeretur ad dictam pecuniam, quod non vno in loco omnes doctores tradiderunt. Bartol. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. de verbo. obligat. Alexand. conſil. xx. in j. lib. Obſtat denique & illud, quod Regia maieſtas videtur hanc promiſsionem feciſſe abſque cauſa, & ſolum amore fraterno, vnde videtur obſtare exceptio ipſi Reginæ. l. ij. §. circa. ff. de dol. except. Sed tamen ad hoc reſpondetur, quod imò ſuberat cauſa, quia in literis dicitur, hoc factum in vim concordiæ, ratione debitorum, quæ Regia Rom. maieſtas illi debebat. vnde ex tali confeſsione ſatis probatur cauſa. l. Publia. §. fin. depoſ. & etiam ſi non ſubeſſet cauſa, tamen deberetur, quia præſumitur cauſa donationis. l. à Titio. vbi Alexan. de verbor. obligat. maximè concurrente † coniectu-

A ne ſanguinis, quæ facit donationem faciliùs præſumi. l. procula. ff. de proba. & etiam attenta perſonã donationis. cùm † nihil magis conueniat Regibus, quàm liberalitas. l. cum plures. §. penult. de admin. tut. Quamuis etiam illud, quod in literis adiicitur, de amore fraterno, eſt dictum † reſpectu intereſſe, quod Rex promiſit, & de iure etiam canonico debetur, quando ipſa illud ſoluit creditoribus ſuis, quia tunc agitur de damno vitando, quod communiter receptum eſt. gloſſ. & docto. c. B cum venerabilis. de except. l. videamus. ff. de in litem iur. Non debet igitur Regia M. quod ſuis literis, etiam ſi ex cauſa donationis ſemel promiſit, amplius retinere, ſed bona fide ꝓſoluere. l. ſi quis argentum. in fin. C. de donat. prout etiam ſemel atque iterum ſe facturum promiſit. Alia petitio ſereniſsimæ Reginæ eſt duorum millium Florenorum menſtruorum, per literas ſereniſsimi Regis ei promiſſorum, quandiu ſua dotalia, ac aliã Reginalia bona in Hũgaria ſita, in ſuã poſſeſſionẽ nõ recuperauerit, aut in, & ad ea reſtituta nõ fuerit, &c. Et videret, integrã ſummã Reginæ deberi, qa promiſsio eſt, *Quandiu ſua non recuperauerit*, q̃ verba verificantur etiam hodie; licet enim aliqua poſſideat, non tamen recuperauit omnia. Vnde verba promiſsionis videntur ſatis aperta in eius fauorem eſſe, tum quia † nihil dicitur actum, cùm aliquid ſupereſt ad agendum. l. fin. in fin. C. de his quib. vt indig. tum quia † dictio, quandiu, habet in ſe vim conditionis. Bartol. l. j. de condit. & demonſt. quæ † conditio pro parte adimpleri non poteſt. leg. cui fundus. de condit. & demonſt. l. penul. C. de conditionib. inſer. & niſi integrè adimpleatur, communiter diſponitio. l. qui duobus. de condit. & demonſt. Sed tamen in contrarium facit, quia & primis literis Regiæ maieſtatis ſatis apparet, promiſſam Reginæ fuiſſe indemnitatem. l. j. C. de conue. fiſc. debit. lib. x. non autem, vt lucrum faciat, ſi ad ea, quæ poſsidet, adiicerentur hæc duo millia menſtrua. Et ex ſecundis literis ſatis conſtat, quod Rex eam ſummam decernebat ad eius intertentionem, & ſuſtentationem, quia cenſebat fore, vt omnia eius bona per aduerſarii Vaiuodam occuparentur, vnde videtur ex † mente Regis fuiſſe, quod tanto minus perciperet, quãtò ipſe ex bonis ſuis poſſet in effectu habere. & ideo talis cõditio videtur ex mente proferentis debere ſcindi. argum. l. Plautius. de cond. & demonſt. maximè cùm in re ipſa, id eſt, in bonis ſit implenda, quæ bona recipiunt diuiſionem. l. v. de leg. j. vbi doct. qua ratione euicta re pro parte, committitur ſtipulatio duplę pro parte tantum, non autem inſolidum, quamuis conditio pœnalis ſtipulationis videatur aduerſari, ſed ſcinditur propter mentem contrahentium, quod Bartol. cenſuit. Bartol. l. j. ff. de euictio. ne alias † emptor pro parte non euicta, & rem, & pretium habeat. l. in executione. §. penult. in gloſſ. in verb. prodeſt. de verborum obligat. Vnde & idem videtur dicendum in caſu noſtro, vt † dictio, quandiu, intelligatur etiam pro quatenus, ſicut quando iudex in ſententia dicit: Condemno, † ſi eſt probatum, intelligitur, in quatenus eſt probatum. Bartol. l. ait prætor. §. j. de re iudi. Corne. conſi. xxiij. in iiij. Non exiſtimauerim tamen † calculum eſſe faciendum ſecundùm ſummam Florenorum Hungariorum viginti quinque annorum, quia in dotalitio dicitur, quod ſi plus ipſa Regina poteſt capere ex bonis aſsignatis, quod totum ſit ipſius. Fiet ergo calculus ſecundum illud plus, vt omne ſuppleatur

BIU Cujas

tur ex dicta promissione duorum millium men- A
struorum. Et quod ipsi Reginæ diminutum est ex
occupatione fideliū ipsius Regis, est ex hac sum-
ma supplendum, quia videtur facto Regis immi-
nutum. leg. si mercedes. §. culpæ. ff. loc. ne durior sit
causa Reginæ versus subditos Regis, quàm futura
fuisset versus Vanuodam hostem, nisi tamen
Rex ipse cupet, occupata ea restituri. Et huic con-
14 clusioni † non obstat allegata præscriptio, quia
cum hæc pecunia deberetur singulis mensibus
ex obligatione personali ipsius Regis, in ea non B
habet locum præscriptio, nisi tricennaria. l. cum
notissimi. §. in iis. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno.
quia hoc regulare est in omnibus obligationibus
personalibus, siue annuis, siue menstruis, non so-
lum iure ciuili, sed etiam pontificio. cap. de quar-
ta. extra. de præscrip. licet secus esset, si tractare-
tur de præscribendo priuilegio. leg. j. ff. de mund.
tunc enim sufficeret x. anni. Doct. cap. cum ac
cessissent. de constit. Alia & vltima petitio illu-
strissimæ Reginæ, quæ pertinet ad vrbaras No-
uisolienses, quæ vrbaræ subrogatę sunt loco de-
cimarum, quæ de metalli fodinis ad regem spe-
15 ctant. leg. iij. C. de mer. lib. xj. & † fundatur eius
intentio ex tractatu socori, & deinde ex literis
auctis Regis Ludouici, quibus concedit ciuita-
tes montanas, vnà cum suis auri, argenti, æris al-
bique metallorum, & minerarum fodinis,
quæ concessio est, per literas serenissimæ Rom.
maiestatis etiam confirmata, probatumque est
etiam, alias Reginas, in ea quasi possessione fu- D
isse, adeò quod res clara videtur. Apparet enim
id factum, vt in Reginam transferrentur dicta re-
galia, prout sunt metalli fodinæ. cap. j. quæ sint
regalia feud. tum ex connumeratione aliorum re-
galium, tum ex expressa mentione fodinarum.
Extat que Paul. Castren. responsum. Castr. consi.
lxiij. quod dicti reditus. in volum. quo in hanc
sententiam sex rationes adducit. quæ & in casu
16 nostro militant. Prima est ex natura † concessio-
nis, quæ respicit liberalitatem, & beneficium, & E
ideo latam interpretationem recipit. leg. ij. de
const. prin. leg. si quando. C. de bo. va. lib. x. Se-
cunda, quia concessa est vniuersitas, id est, territo
rium, & omnis iurisdictio, quod est quid vniuer-
sale. leg. j. §. cum vrbem. de offic. præf. vrb. vnde
omnia iura comprehenduntur etiam, quæ aliàs
separatim non possunt, nisi nominatim conferri.
arg. leg. quædam. de acqui. rer. dom. Tertia,
17 quia † munificentia, & liberalitas regis fræno
non subiacet, & nemo potest, aut debet eam re- F
stringere. leg. pen. C. de donat. int. vir. & cap. j. ex-
tra. de dona. Quarta, quia facta vxori Reginæ, ex
cuius personæ qualitate satis præsumitur, volu-
isse omnia comprehendi. leg. sed & si fuscepcrit.
§. sed & si proponas. de iudic. Quinta, propter ver
ba in donatione apposita, emolumenta *fructus, re-
ditus, prouentus*, &c. quæ adeò generalia sunt, vt e-
tiam salinas, & fodinas comprehendant. leg. ité
si fundus. de vsufr. cap. pastoralis. de donat. vbi
not. Sexta, quia specificata sunt alia regalia, quæ G
aliàs cum vniuersitate non transissent, *vt merum &
mixtum imperium cum iure mulctandi, & cum cameris salis,
aquis, fluuijs, piscuariis*, &c. arg. cap. sedes. de rescrip.
in cap. qui ad agendum. de procu. in vj. Et ideo
in quæ Castrensis, nihil obstat, quod reditus sali-
narum, sicut & fodinarum sit ex regalibus. d. cap.
j. quæ sint regal. quia & alia plura ex regalibus
sunt hic specificata nec maior ratio in prohibi-
tione fodinarum quàm rint aliis. & pro hac Castr.

sententia, ex facto consuluit etiam Rapha. Co-
men. consi. clxj. & vidi in praxi sæpe obseruari,
quamuis noster casus sit aliquanto clarior pro-
pter expressa verba: *cum suis auri, argenti*, &c. *fodinis,
& cum cameris auri*, &c. & quia etiam aliæ Reginæ
tale ius possederant, vt ex actis apparet. Nec ob-
stat, quod dicunt aduocati aduersantes Regis nō
posse has vrbaras tanquam regalia alienare, nec
in alios transferre, respondeo nulla est constitu-
tio, quæ id prohibeat, & ideo quod non reperi-
tur prohibitum, censetur esse † permissum. l. nec 18
non. §. quod eis. ff. ex qui. cau. maior. cum hoc nō
tendat in diminutionem regni. & etiam si extet
aliqua constitutio prohibitoria, non esset ex
tendenda ad hunc casum, quando daretur Regi-
næ ipsi in contra dotem. authen. res quæ. C. co.
de leg. Socy. consi. xcvj. in iiij. Bald. not. parte, vj.
versi. xlvij. & seq. quod non obstante simili casu Andr.
Sicul. censuit. cap. j. §. donatis qual. olim feud. in
post. Bald. maximè cùm appareat quod solerent
dari, & quod aliæ Reginæ etiam habuerunt. arg.
cap. fi. extra. de feud. cap. j. §. idem episi vel Abb.
in vsib. feu. & quia prohibitio talis non intellige
retur de hac alienatione, quæ est temporalis du-
rante vita ipsius Reginæ. leg. iubemus. §. sanè vt
omnis. C. de sacrof. eccles. Bartol. leg. vsufructu-
sol. mat. & habet quandam similitudinem vsu-
fructus, cuius translatio prohibita à statuti alie-
natione, non tamen censetur vetita, quod simili
casu Bald. & Ang. tradiderunt. Ang. leg. benigni-
us. ff. de legi. Bald. leg. j. §. item in fundo. ff. qui.
mod. vsuf. Et quod de vrbaris dictum est. Idem
quoq; de arrendamēto Fuggerorum, & reliquis
omnibus montanarum ciuitarum prouentibus,
ac omni superioritate, & iurisdictione est dicen-
dum. Subest enim illa ratio, quod Rex etiam re-
galia omnia, quæ aliàs solent esse reseruata, dona
uerit coniugi suæ propter generalitatem verbo-
rum donationis, & ex fundamentis quæ Paul.
Castr. adduxit, & suprà retuli. Quod verò ad pe-
titiones serenissimæ Regiæ Rom. maiestatis
pertinet, quia ad eas clare, & iuridicè, per aduo-
catos Reginales est responsum vlterius me non
extendo, ne videar verbosas allegationes velle fa-
cere, & quia in rebus claris non est insistendum.
Et ita ego sentio, saluo semper rectiori iudicio.

CONSIL. IX. SVMMÆ.

1 *Promissio facti alieni propter pœnam additam valet.*
2 *A verbis claris non est recedendum.*
3 *Eorum quæ dicuntur in instrumento interpretatio à mente contrahentium accipitur, quæ non per rationes colligitur.*
4 *In contractibus ratio, & causa ex præsationibus demonstratur.*
5 *Quilibet rerum suarum est moderator, & arbiter.*
6 *Non est rationi congruum, quod auus facultates neptis suæ alienet, & alijs tradat.*
7 *Promissio facta sub fide assertionis aduersarij non obligat promittentem, imò potest promissor aduersus agentes excipere de dolo.*
8 *Ex sola positione aliquid affirmantis, præsumitur error in respondente.*
9 *Attendenda est qualitas personæ, secundum quam contrahitur.*
10 *Qui asserit se patremfamilias, & postea alleget se filium familias, non auditur, & censetur in dolo.*
11 *Copula & dividi æqualiter.*

BIU Cujas

12 Peruenisse dicitur, quod effectualiter peruenit, non quod repudiatum est.
13 Ex enormissima læsione, dolus nō minus præsumitur, quā si ex proposito interuenisset.
14 Promissio sine causa effectualiter, non obligat.
15 In quacunque promissione omnis causa, quæ à principio verisimiliter fuit incogitata, censetur excepta.
16 Consensus à fraude, vel ab errore procreatus, effectualiter non obligat.
17 Erronea dissolui.
18 Pœna non committitur, nisi aduersus eum, qui fuerit in mora.
19 In mora non est, qui fecit quod potuit.
20 Quoties factum est in obligatione, indistinctè difficultas ratificandi impedit moram.

VISO instrumento promissionis factæ per magnificum Dominum Cētalli, erga magnificum olim Vicecomitem Relhamę. Prima facie visum fuit ipsum Centallum efficaciter obligari, quia promisit pro nuru sua, *quod quicquid ordinaretur, per ipsum vicecomitem ratum, gratū, & firmū, & inuiolabile esset tam per se, quàm per filium suum, & dictam nurum, neptem ipsius vicecomitis*, sub pœna viginti *millium aureorum*: † quæ promissio, cum sit facti alieni propter pœnam additam, valet l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat. per Iaſ. in leg. Titia. eod. titul. Aretin. in leg. si ita stipulatus. §. possum. eod. titul. vnde cùm dictus vicecomes ordinauerit iuxta voluntatem suam de hæreditate quondam domini Raymundi de Agunto, si nurus contraueniat, committetur pœna, quia iste casus expressus est in instrumento, quod posset de dicta hæreditate disponere, & etiam dum dicitur, quod posit disponere tam in fauorem dictæ nurus, quàm in fauorem filię suæ, vel alterius earum, quod hic fecit, quia disposuit in fauorem
2 alterius, videlicet filiæ, quamuis in incommodum nurus, vnde † cum verba clara sint, non est ab eis recedendum leg. non aliter. ff. de lega. iij. & quod in simili promissione consuluit Abba. cōsi. xliiij. quidam d. Anto. volu. j. Sed tamen istis non obstantibus secundum ea, quæ proponuntur, verius videtur pœnam non esse commissam, pro cuius opinionis fundamento aduertendum est, quod † eorum, quæ dicunt in instrumēto interpretatio à mente contrahentium accipitur, quæ mens per rationem colligitur. leg. nominis & rei. §. j. ff. de verbor. significat. leg. adigere. de iure patro. & ideo solet dici, quod ratio restringit dictam leg. cum pater. §. dulcissimis. ff.
3 de lega. ij. & † in contractibus causa, & ratio ex
4 præfationibus demōnstratur. leg. Titia. §. j. de verbor. obligat. leg. item quia. §. fin. ff. de pact. vnde cùm in prædicto instrumento sint duæ rationes, videlicet, quia mens dicta vicecomitis erat iuri, & rationi consona, & quia † quilibet rerum
5 suarum est moderator, & arbiter, apparet actum, quod iste consensus, & promissio deberet intelligi, casu quo ipse vicecomes ordinaret de rebus suis, non autem de alienis, & sic de hæreditate dicti Raymundi, quæ non ad eum, sed ad nurum in totum pertinebat: imò videtur, quod nec vsusfructus quidem ad eum pertineret, iuxta text. in auth. item hæreditas, & ibi Salic. C. de bon. quæ libe. & Iaſ. in leg. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthum. stante enim repudiatione dicti vicecomitis, omne ius deuolutum erat filio, & consequenter nepti, & ideò de dicta hæreditate non poterat disponere, nec in ea verificantur rationes, seu causæ deductæ in contractu, † non enim rationi 6
congruum, quod auus faculates neptis suæ alienet, & alijs tradat leg. Imperator. ff. ad Trebell. nec etiam in eis est moderator, & arbiter, sed in suis proprijs tantum leg. in re mandata. C. manda. & ideo concludo, quod quatenus disposuerit de dictis facultatibus neptis suæ, si ipsa contraueniat non tamen facit incidere in pœnam dictum dominum de Centallo, qui in hunc casum non videtur promisisse. Non obstat quod verba videantur expressa; quæ volunt, *quod possit ordinare ad sui libitum de hæreditate dicti Raymundi*, quia respondeo dupliciter. Et primò dico, quod ista promissio, quatenus concernit dictam hæreditatem, non obligat promittentem, qui in hoc censetur deceptus ab ipso vicecomite, qui ipsi persuasit hæreditatem dicti Raymundi ad se pertinere: cum tamen eam antea repudiasset, & neptis esset, si enim sciuisset: repudiationem factam vtique non fecisset talem promissionem: vnde succedit regula communis † quod & pro- 7
missio facta sub fide assertionis aduersarij non obligat promittentem, imò potest promissor aduersus agentem excipere de dolo. leg. ij. ff. quando actio. de pecu. leg. si quis affirmauerit. ff. de dolo. leg. doli exceptio. in fine. cum glo. ff. de nouat. tradit Bartol. in leg. Celsus. ff. de vsucapion. vbi appellat talem errorem iustum, & cui meritò debeat succurri, & facit quod notat idem Bartol. in leg. error. C. de iuris & facti ignoran. vbi † ex sola positione aliquid affir- 8
mantis præsumitur error in respondente, & idem tenet Bartol. in leg. non fatetur. ff. de confession. imò etiam tali casu, non solum exceptio, sed etiam replicatio ipso iure competit, secundùm Aretin. in leg. si is ad quem. de acquiren. hæredit. Quod autem facta sit sub fide dictæ assertionis, apparet multipliciter ex dicto instrumento, in quo ipse vicecomes appellat se dominum Baroniarum Nisoni, &c. cum tamen ex dicta hæreditate, & sic ad neptem ptinerent, vnde ex illa assertione videtur esse contractum, tanquam cum tali. leg. si pater. §. qui duos. vbi Bald. notat ff. de adopt. † attendenda enim est qua- 9
litas personæ secundùm quam contrahitur. leg. final. ff. de instito. sicut dicimus de eo qui litigauerat, & afferuerat se † patremfamil. si alleget 10
postea se filiumfamil. non auditur, & censetur in dolo, vt dicit Io. de Imol. in leg. sed & si. ff. de acquiren. hæred. Item ex eo quod dicit se velle disponere de dicta hæreditate, ergo præsupposuit istis, quod ad se pertineret, vnde cum eo videntur contraxisse, tanquam cum habetur de dicti Raymundi, vt not. dixit Angelus in leg. proponas. §. j. per illum text. de inoffi. test. sequitur Deci. consil. celxxxiij. Item quia asserit eam hæreditatem sibi, & filio prouenisse, cum tamen nihil sibi prouenerit: quia repudiauerat, & † eo- 11
pula, & diuidit æqualiter. leg. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis. & † peruenisse dicitur quod effectualiter peruenit, ad quod repudiatum est leg. 12
peruenisse. ff. de verb. significat. vnde promissor cedens eum per dimidia hæreditatis dominum, facilitèr consensit, ne ea neptis sua priuaretur, dū si sciuisset ad neptem totam pertinuisse, non consensisset. Item appareat ex illa ratione de qua suprà dixi, quod quilibet sit dominus rerum suarum, quæ infert præcisè quod iste

BIU Cujas

afferebat dictam hæreditatem suam, cum non esset, merito igitur promissio hæc non obligat. Confirmatur hæc opinio quia dolus hic re ipsa manifeste apparet, cum enim vniuersa hæc bona ad neptem pertinerent, sequeretur eius enormissima læsio, † ex qua dolus non minùs præsumitur, quàm si ex proposito intervenisset. l. si quis, cum aliter. ff. de verb. oblig. Et sicut ipsa nurus si promisisset non obligaretur, ita etiam dicendum de eo, qui promisit quod ipsa ratificaret, secundũ Per. de Anch. consi. cccxxx. visis facti narratione, &c. cum enim talis promissio propter dolum re ipsa intervenientem in persona ipsius nurus rescinderetur, eodem modo dicendum est in persona ipsius promittentis, de rato ex quo talis obligatio trahit originem à dolosa & iniquà causa. arg. l. generaliter. de verb. obli. & quia videtur talis † promissio esse sine causa vnde effectualiter nõ obligat. leg. ij. §. circa. ff. de do. except. vt ibi latiùs, sequitur Soc. consi. ccxv. in fin. vbi simili casu adducit aliam rationem quæ etiam in proposito nostro optimè quadrat. Nam secundùm eum in † quacunque promissione omnis causa, quæ à principio verisimiliter fuit incogitata, censetur exceptа. leg. qui cum tutoribus. in fin. leg. cum Aquiliana. ff. de transt. leg. mater decedens. ff. de inoffic. test. per Bartol. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Sed in casu nostro, si dominus de Centallo sciuisset hæreditatem ad nurum suam pertinere, & dominum Vicecomitem repudiasse, vtique non consensisset, vnde talis † consensus tanquam à fraude, vel saltem ab errore proueniens, effectualiter non obligat. leg. fin. §. idem quæsiit. vbi Bartol. ff. de condi. indeb. facit. leg. fin. C. de nõ nu. pec. & quod habetur in. cap. cùm inter. R. de renuntia. † & in cap. quemadmodum. de iureiur. Et quod ipse dominus de Centallo non haberet notitiam repudiationis, cuius instrumentum iste supprimebat, ex eo probatur, quia præsumitur talis instrumenti ignorantia. c. ignorantia. de reg. iur. in vj. per doct. in leg. si res obligata. ff. de leg. j. vnde superueniente deinde notitia (de cuius superuentu stabat iuramento asserentis, vt per Bartol. in leg. admonendi. de iureiur.) videretur concedenda rescissio dictæ promissionis pœnalis, propter superuenientiam instrumenti d. l. admonendi. & l. sub prætextu. ij. C. de transact. arguendo à speciali per Fel. in c. intimauit. de restitu. & facit glo. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. man. Secundò respondeo, quod si modernus dominus de Centallo faciat quicquid possit, vt dicta neptis ratificet instrumentum, & ipsa nolit ratificare, libratur à pœna: quia † pœna non committitur, nisi aduersus eum qui fuerit in mora, vt not. Barto. in l. si duo. §. hæc verba. ff. de condi. ind. & in l. ita stipulatus. in vij. opposit. primæ partis. ff. de verbor. obligat. & † in mora non est, qui fecit, quod potuit. leg. quod re. ff. si cert. pet. & ibi per Bartol. vbi etiam dicit, quod † quoties factum est in obligatione pro, vt in casu nostro, quod ista ratificet, & indistinctè difficultas impedit moram. leg. si vehenda. §. pen. ad leg. Rhod. de iact. & l. j. §. iubet. versi. si frater. ff. de collat. bon. & in simili casu cõsuluit Bar. consi. ccxxxvj. Martinus & Feder. de Sen. consil. cxxij. & est communis conclusio scribentium, vt per Aret. in consi. clxiij. ex facto proponitur. vbi loquitur in fortiori casu, quãdo addita est dictio, cum effectu. & de communi attestatur Felin. post alios in c. ex rescripto. extra. de iureiur. Ias. in l. sti-

pulatio ista. in princ. ff. de verbor. oblig. Aret. in d. §. possum. Nec obstat, quod Ias. in prædicto loco teneat contra communem opinionem, quia in iudicando non est sequenda eius opinio aduersus communem sententiam, nec eius fundamenta quicquam vrgent, sed eis respondendum est, vt per Dec. in consi. cccxij. incip. promisit, vbi ad longum reassumit eius rationes, & illis respondet. quãuis etiã ipsemet Ias. post Aret. afferat eã dictã opinionẽ, quã ipse impugnat, esse communis & seruari in practica: & ideo vltrius non insisto. Et hæc omnia salvo &c.

Andreas Alciatus Iureconsl. ita iuris esse respondeo.

SVMMARIA.

1 *Si contrahentes pacti sint, quod tale quid detur, vel fiat, & datum, vel factum non sit, contractus ex forma conuentionis annullatur.*

2 *Propter vnumquodque capitulum, licet minimum, non obseruatum etiamsi nõ respiciat, substantialia contractus, repellitur quis ab agendo vigore dicti contractus.*

3 *Ex partio defectu incidit quis in magnam pœnam rescissionis contractus, quia non seruat formam contractus, quæ ex integritate consistit.*

4 *In contractibus nominatis, etiamsi pars non obseruat, non vitiatur contractus, imò agitur ad interesse.*

5 *Quis non incurrit in moram, nisi vbi contrahens perfecte impleuit pro parte sua.*

6 *Minores succedentes in locum alterius, habent probabilem ignorantiam gestorum ab eo, & ideo restituendi sunt in integrum ex clausula, si qua nihi, &c.*

7 *Vsuræ non debentur nisi ex mora.*

8 *Mora regulariter non committitur, etiam per interpellationem pupilli.*

9 *Maritus ex quo ferri onera matrimonij, constituit promissores dotis in mora.*

10 *Interesse de iure ciuili debetur post biennium a tempore contracti matrimonij.*

11 *Si maritus legat vltra quartam vxori, debetur illud legatum vltra quartam de naturali æquitate.*

12 *Repetitio non competit in ijs rebus, quæ debentur de naturali æquitate.*

13 *Renuntiatio est quædam donatio, quæ nunquam præsumitur vbi potest capi alia coniectura.*

14 *Quæliber coniectura, & tam leuis excludit præsumptionem donationis.*

15 *Cibaria, debetur ad cibaria & vestiaria.*

16 *Res pauci valoris, & consumptibiles præsumuntur à viro vxori donari.*

17 *Mulier res non possunt, nec facto rem suam deteriorem facere.*

18 *Ad maritum spectat alere vxorem.*

19 *Aliud pro alio inuito creditore, solui non potest.*

BREVITER pro resolutione quæsitorum, paucis veritatem attingendo, circa primum dico, quod ex quo † contrahentes pacti fuerunt, 1
vel instrumentum ratificationis daretur domino Lancelloto, & datum non est, ex forma conuentionis contractus annullatur. pro quo facit, quod not. Bald. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. quam legitur post §. quinimò. vbi dicit quod † propter vnumquodq; capitulũ, 2
licet minimũ non obseruatũ, etiamsi nõ respiciat

BIU Cujas

subſtantialia cõtractus, repellitur quis ab agendo vigore dicti contractus, vnde ſi Barnabas velle ſe fundare ſuper d. contractũ, & ageret ex eo, repelle retur propter nõ obſeruatũ pactum, ad idem facit, quod no. Bal. in c. cùm adeò. de reſcript. vbi dicit, quod ex paruo † defectu incidit quis in magnã pœ nã reſciſsionis cõtractus: quia non ſeruat formam contractus, quæ ex integritate conſiſtit: vt ff. fam. erciſ. l. hæredes. §. idem iuris. Non obſtat ſi dicere tur, quod † in cõtractibus nominatis. vt eſt contractus emphyteoticus, de quo loquimur, etiãſi pars non obſeruat, nõ tamẽ vitiatur cõtractus, imò agitur ad intereſſe. l. in ciuile. & vbi Bal. C. de rei vẽd. vnde ſi dominus Barnabas offerret illud, quod intereſt Lanceloti: quia nõ habuit iſtud inſtrumentum, videretur ſtandũ contractui. Sed reſpondeo fundamentũ procedere, quãdo expreſsè conuentum non eſſet, vt ſi prædicta nõ obſeruarentur contractus eſſet nullus: vnde cũ in noſtro caſu expreſsè actũ ſit, ſtandum eſt inſtrumento, & verbis cõtractus. l. non aliter. de leg. iij. Præterea etiam ſi nõ eſſet expreſsè actũ, tamẽ adhuc non poſſet imputari mora domino Lanceloto, ex quo † quis non incurrit in morã, niſi vbi contrahens perfectè impleuit pro parte ſua. l. qui pendentẽ vindemiam. vbi bo. tex. ff. de act. empt. Bal. in l. in minorũ. C. in quib. cau. in integ. reſti. non neceſſ. facit quod no. Bar. in l. quęro. §. inter locatorẽ. verſi. & genera liter. ff. loc. Rimi. in l. cum proponas. l. ij. in iiij. limitat. C. de pact. And. Barb. in conſi. xlvij. vol. ij. & in conſi. xxvj. eod. lib. facit tex. in l. ſeruus. §. j. ff. de ſtatu lib. Circa ſecundũ quæſitũ poſito, quod contractus nõ reſcindatur, nũquid ſit locus caducitati cõtra minores? dicendũ eſt, quod ſic: ſed † ex quo ſucceſſerunt in locũ alterius, & ſic habent probabilẽ ignorantiã. l. q in alterius. ff. de reg. iur. eſſent integrũ reſtituendi ex generali clauſula, *Si quam mihi iuſta cauſa videbitur.* de qua in l. j. in fin. & in l. ſed & ſi per prætorẽ. in princ. ff. ex quib. cau. maior. & per Mod. in l. cùm filius. §. in hoc. de verb. obl. & ita cõſuluit Alex. in conſi. clxviij. viſo themate. lib. ij. & Philip. Dec. conſil. clxiiij. vbi dicit in hærede præſumi talẽ ignorantiam. Idem cõmuniter teneri atteſtatur Iaſ. in l. ij. C. de iure emphyt. & iſtud multò magis procederet in caſu noſtro, ſi iſti hæredes eſſent pupilli: quia etiam ſi probaretur aliquid eis dictũ de iſta emphyteoſi, tamẽ dicũt ignorantes. l. pupillus. vbi ſcribentes. ff. de acq. hęr. Imò ad hoc, vt dicerentur ſcientes, & conſtituerẽtur in mora, deberent reddi certi ipſi tutores per oſtenſionem inſtrumẽti: aliàs nõ poſſent dicti in mora: & cõſequenter nõ poſſent dicit cadere de iure ſuo, vt per Barto. & Iaſ. in l. ſi ex legati. in vltimis verbis. ff. de verb. obl. & in l. de pupillo. §. qui procuratorio. vbi etiã Imo. ff. de oper. no. nunt. Circa tertium quę ſitum, nunquid d. Barnabas poſsit petere aliquid intereſſe ab ipſis pupillis, aduertendũ primò eſt, quod † vſuræ non debentur, niſi ex mora. l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. mora. ff. de vſur. ſed † mora regularis non committitur, etiam per interpellationem pupilli. l. ſi ex legati. l. puppillus. ff. de verb. oblig. nõ in l. ſi dictũ. ff. de euict. quod videtur procedere etiã in mora irregulari, quę contrahitur reipſa, ex quo enim † maritus fert onera matrimonij, cõſtitu it promiſſores dotis in mora. argu. l. curabit. C. de act. empt. Sed etiã talis mora irregularis nõ cõmittitur cõtra pupillos, vt eſt gl. & ibi Raph. Fulg. ampliat idem in adulto. in l. cũ quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſur. alleg. l. in minorũ. C. in quib. cau. in integ. in gl. j. cùm ergo iſti minores nõ ſint in mora, non debent præſtare aliquas vſuras, ſeu aliquod intereſſe. Et hoc tantò magis procedit in caſu noſtro: cũ Mediolani ſtatutũ diſponẽs de iſto intereſſe expreſsè cauerat, quod tale intereſſe non deberetur ab hęredibus debitoris, niſi à tẽpore ſcientiæ horũ hæredũ, vel interpellationis, & ſic res eſt clara tam de iure ſtatutorũ, quã iure cõmuni, non deberi intereſſe in noſtro caſu, quod eo fortius procedit de iure cõmuni: quia etiã quod maritus ferat onera matrimonij, nõ tamẽ eo ipſo conſtituit promiſſores dotis in mora. l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. imò expectandũ eſſet bienniũ, vt infrà dicã. Circa quartum quæſitũ, quãdo intereſſe debetur, an à tẽpore nuptiarũ, an ab eo tẽpore, quo maritus ſuſtinet † onera matrimonij, dicendum eſt de iure ciuili nõ deberi iſtis tẽporibus, ſed poſt biennium à tẽpore cõtracti matrimonij, vt eſt tex. in l. fi. §. præterea. C. de iure dot. vbi Oldr. & Iac. de Aret. But. Bald. & alij. & licet Bartol. illum text. reſtringat, quando extraneus promiſsit dotem, tñ communis opinio eſt in contrarium, vt per Alex. in l. de diuiſione. ff. ſol. ma. & cõſuluit Bal. in cõſi. xciiij. in j. vol. Sed dubiũ eſt, ex quo iſtæ vſuræ de iure canonico nõ poſſunt peti, niſi quãdo ferũtur onera matrimonij. ca. ſalubriter. de vſur. an ſit cõputandũ iſtud bienniũ ab eo tẽpore, quo fert onera matrimonij, nõ reperio in terminis. Sed tutiùs eſt tenere, vt ante bienniũ, ſiue maritus ſuſtulerit onera, ſiue nõ, intereſſe non currat. d. l. fi. poſt bienniũ verò currat ita demũ ſi maritus ferat onera. d. c. ſalubriter. cũ no. ibi per Abb. In caſu tamen noſtro (vt dixi) iſta quæſtio reſpectu tẽporis præteriti eſt ſuperflua. Sed poſito, quod deberetur iſtud intereſſe, dubitatur nunquid iſtud procedat in caſu noſtro, ex quo maritus non aluit ſuã vxorem. & (vt dixi) aduertendũ eſt, quod de iure can. nõ debetur intereſſe, niſi marito ferenti onera, idem diſponit ſtatutum noſtrũ circa fin. dũ dicit, quod mulier non poſsit iurare intereſſe pro eo tempore, quo alimentata eſt à debitore dotis, vel aliter de bonis ipſius debitoris. Nam in caſu noſtro dicendum eſt, eam eſſe alimentatam de bonis ipſorum minorum: quod quidem ſic probatur. Nos habemus ſtatutum Mediolani, quod maritus nõ poſsit relinquere vxori vltra quartam bonorum ſuorum & in hac quarta computatur vſus fructus, ita quod ſi vxor habeat iſtum vſumfructum per octo annos vel circa, tunc non poteſt habere quicquam amplius: quia dicitur habuiſſe quartam, quæ per tot annos, & etiam minùs conſumitur, & ita ſoler practicari illud ſtatutum, & faciunt not. per doct. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc. vnde ſi vidua habuit plus de vſufructu, dicitur habuiſſe de bonis ipſorũ hæredum minorum, & propterea cum aſſeratur in facto iſtam vxorem do. Bernabonis alimentatã fuiſſe à dicta vidua: cùm iſte vſufructus eſſet minorum dicitur alimentata de bonis minorum. Contra hanc concluſionem obſtat: hæredes poſſunt renuntiare illi ſtatuto & permittere, quod vidua vtatur fructu de facto etiã vltra quartã: ex quo ſtatũ eſt factũ in fauorem hæredum, vt cõcludit And. Bath. in cõſi. xij. in vol. j. Vltra eũ add. Bal. in l. j. in fi. verſi. ſed quęro. C. de ſec. nupt. vnde ſi hæredes permiſerunt eam frui, videntur renuntiaſſe beneficio ſtatuti, argum. leg. ſi fructus. C. de don. inter vir. & vxor. fortiùs facit quod not. ſing. Bal. in cõſi. cccxix. incip. teſtator legauit. circa med. in v. vol. vbi tenet, quod ſtante tali ſtatuto, † ſi maritus delegat vltr. quartam vxori, debetur illud legatum vltra quartam de naturali æquitate. arg. l. quidam. §. illo.

11 §. illo. C. de neceſſ. ſer. vnde ſi deberetur de natu- A
rali æquitate clarū eſt, quod non cōpeteret repeti-
tio. l. j. vbi Bar. & ocs. ff. de cōd. indeb. tex. melior.
ia l. natural. ff. de cōdi. indeb. nec dicerentur talia
bona eſſe hęredū, ſed eis, cui debentur de naturali
æquitate, vt nō. in l. quib. dieb. §. dns ſeruo. vbi Mo
derniores. ff. de condi. & demon. ſed tamen adhuc
perſiſto in prima ſententia. nō obſtat primū argum.
quia quāuis hęredes poſſunt renūtiare dicto ſtatu
to, ſi tamē id expreſſe nō fecerūt in dubio nō præ-
13 ſumitur, na ſta renūtiatio eſt quędā donatio, quę B
nunquā præſumitur, vt poteſt capi alia cōiectura.
ſuper hoc renūt. Bal. in l. ſi. C. de dot. promiſ. vbi
dicit, q; cōmunis opinio eſt, quod quęlibet cōiec-
14 tura, etiā leuis, excludat præſumptionē donatio-
nis. Præſumetur itaq; iſtos hęredes permiſiſſe vi-
duę, vt haberet vltra quartā ꝓpter alimēta quę im-
pendebat vxori do. Bernabonis. Nec obſtat, ſi di-
ceretur aliquid quādoq; miſſum fuiſſe illi per do.
15 Bernabonē, puta lacēu ſtrumenti: quia ille, † qui a-
li, tenētur ad cibaria, & veſtiaria. l. verbo victus. ff. C
de verb. ſign. vide vnus ſaccus ſtrumenti nō facit,
16 vt dicatur aluiſſe: imo iſtę res pauci valoris, & cō-
ſumptibiles præſumūtur à viro vxori donatæ. l. de
his. C. de donat. inter vir. & vxor. & quę per mari-
tū fuit domū per paucos dies, nō dicitur traducta,
vt patet ex nō. per Iaſ. in l. nō tantum. C. de legat.
præſertim quādo ipſa iuit animo reuertēdi. l. quę-
ſitū. ff. de leg. iij. Item ad ſupradictū argumentū re-
ſpondetur. nō inducī præſumptionē donationis,
17 ex quo etiā ſi vellent, nō poſſent: quia † minores, D
qui nec tacitè poſſunt facere rē ſuā deteriorem, vt
per Bar. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. verſi. ex
prędictis tamē. ff. de admin. tut. allegat. l. vt in cō-
ductionibus. ff. pro ſoc. Ad ſecundū argm reſpon-
detur, quod imò hæres nō obligatus naturaliter:
na ſtatutū dicit, *quod maritus non poſſit relinquere*, &c.
vnde remouet potentiā ab acto, & non oritur ali-
qua obligatio naturalis, vt per gl. in c. j. de reg. iur.
lib. vj. Ba. in l. ſi. ff. de ſer. vbi etiā alij ſcrib. in l. Gal
lus. in prin. ff. de liber. & poſth. & ibi late Iaſ. nec E
Bal. in d. cōſi. iſtud ſit mat, ſed lōquit arguēdo ex re
ibi nō erat verbū, *non poſſit*, ſed ſimpliciter dicebā-
tur, *non licebat*. Vnde cōcludo in fauorē dictorum mi
norū. Circa quintū quæſitū, quia pœnæ eſt expedi
tum in præcedenti articulo, dico dictis minoribus
cōpetere in repetitionē illius pluris, quod excē-
dit quartā: quia minores nō potuerunt renūtiare
beneficio dicti ſtatuti, nec illud plus erat debitum
naturaliter ergo cōpetit repetitio. l. j. ff. de condi.
18 indeb. Illud eſt dubiū, an poſſit cōpenſari in dote
per hęredes dictę viduæ repetētes dotē, nam ex
parte dotis eſt liquida. Illud plus nō eſt liquidum, nō
videtur admitti cōpenſatio, ſed de hoc videndus eſt
Alex. in cōſi. xciij. cū duobus, in iiij. parte Fel. in
rub. de re iud. ſi tamen poſſet liquidari intra
duos menſes caſus eſſet clarus, quod poſſet obijci
talis cōpenſatio. An verò intereſſe debeatur hęre-
dibus domine Guilelmine clarum eſt, quod non:
quia ſi nō debetur viro multò minus eſſet, & vi-
dendū eſſet: quia forte præſumeretur donaſſe ali-
mēta filię ſuæ. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. niſi p-
19 cta eſſet, & in omnē caſum poſſent hæredes d. G
Guilelminę petere à dño Bernabone: quia † ad ma
ritū ſpectat alere vxorē, vt per Bar. in d. l. Neſennius.
ipſe autē dominus Bernabons nō haberet aliquē
recurſum cōtra minores. Circa ſextū ſuprà cōcluſi
non curre re aliquod intereſſe contra minores, niſi
fint interpellati, vel cōſtituti in mora, & hoc ex di
poſitione noſtri ſtatuti. & videndum eſſe de iure
communi pro quo eſt diffuſiſſimū cōmētū Alex. in
conſi. lxxxiij. viſo lib. quæſt. in v. vol. vbi dicit ita
in mutuo, ſi ergo accidat, quod d. Bernabons cō-
ſtituat eos in mora, vel forte etiam cōſtituerit al-
quo tempore, quia illud in facto propoſito nō dici-
tur, videndū eſſet, an poſſent offerre tot de bonis
in ſoluto, & regula eſt, quod nō: quia aliud pro a- 19
lio inuito creditore, & c. l. ij. §. j. ff. ſi cer. per. & ſi
minores tenetur ad dandū. vnde tenetur præeſſe,
& poſſent cōgi per mulctas, & pœnas. vt per Alex.
in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli. ſolet tamen ſenatus
dapēſare, quod detur tot de bonis ſoluti. Circa a-
liud dico, quod cū caſus in quo litigetur eſt dubi-
us, ſi præſtetur ſatisdatio de ſoluendo caſu, quo res
liquidetur, illud releuat. ne interim currat intereſ-
ſe. l. ſtatuli per rationē. l. ſeruus qui hæred. in fin. ff.
de ſtatul. Iaſ. in l. quod te. ff. ſi cer. per. ſed tū in no-
ſtro caſu à tempore quo iſti minores eſſent in mora
nō ſufficit iſta datio fidejuſſoris, ex quo iſte eſt ar-
ticulus iuris, qui eſt clarus. Iaſ. autem in d. l. quod
te. loquitur quando rationes ſunt intricatæ. & ita
dico, & cōſulo in omnibus, & per omnia in fauo-
rem minorum ſalua ſemper, &c.

CONSIL. XI. SVMMA.

1 *Alternatiua quando reſtituit fauorem creditoris, electio ad eum debet pertinere, ne talis fauor in odium vertatur.*
2 *In dubio electio eſt debitoris.*
3 *Natura contractuum eſt, vt ex poſt facto ſint neceſſitatis.*
4 *Datio in ſolutum, in effectu eſt ſpecies venditionis.*
5 *Verba hæc quod fit in facultate alicuius, aliud nihil important, quam tribuere quandam electionem.*
6 *Electio permittur per acceptationem quotieſcunq; trahit ſecum executionem.*
7 *Per promiſſionem pœnalem non nouatur præcedes obligatio, ſi ex cauſa oneroſa procedat obligatio principalis, vel bonæ fidei ſit, ſeu naturam bonæ fidei imitetur.*
8 *Qui pœnam in contractu ſubiicit, id facere videtur confirmandi principalis obligationis cauſa.*
9 *Caſtren. authoritas, grauior authoritate Decij.*
10 *In alternatiua electio eſt debitoris.*
11 *A regula, niſi ex cauſa recedendum eſt.*
12 *Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem.*
13 *Debitor ſi ſit condemnatus ad ſoluendum certo die, aut facto dandum eſt in electione debitoris alterum facere.*
14 *Sola translatio dominij in creditorem nō permittit electionis, imo quælibet declaratio voluntatis quomodocunque facta, etiamſi tacite ſi fieret.*
15 *Pactum quod adijcitur ratione moræ ſemper eſt interpretandum in fauorem creditoris.*
F 16 *Attendimus id quod principaliter agitur.*
17 *Datio pignoris non eximuit Priorem obligationem.*
18 *Differentia inter pactū l. cōmiſſoriæ, & dationē in ſolutū.*

IAM diffuſè & ſubtiliter cōſultum fuit per præclariſſimos Iuriſconſultos, in hac cauſa illuſtris comitis Chialandi, vt omnis opera mea poſſit ſuperflua videri, ſcribā tamē aliqua, vt morē ipſi comiti geram, & clarā eſſe pro eius parte iuſtitiā oſtendā, verba ſecundæ trāſactionis ſunt. Et caſu quo dictus Comes dicto termino annorū quinq; nō ſoluerit dicta ſcuta quinque milia, eo caſu ex nunc, prout ex tunc dedit, tradidit aſſignauit Gaſpardonibus præſentibus, & acceptantibus tot ex gregalijs quæ habet, & poſſidet ſuper finib. S. Saluatoris ad rationē ſcutorū xi. pro modio, & c. quęritur an Gaſpardones poſſint malle pecuniā, & nō accipere dicta prædia. Et difficultate in hoc caſu facit conſiliū Decij xij. vbi per multas rationes, quę tamē ad iſtas reducūtur, reſpondit electionē creditorum eſſe: oſtendam d.

contrarium nõ esse verum, nec à iudicibus obseruã-
dũ. Primæ ratio ipsius est, quia alternatiua in casu
nostro videtur respicere fauorẽ creditoris: ergo e-
lectio ad eum debet pertinere: ne aliter talis fauor
verteretur in odium, vt per Bar. in l. quauis. in princ.
ff. de p̃gnor. Bal. l. fi. C. de pet. hær. Bal. in l. cõmis-
soriæ. C. de pact. int. empt. Dominicum post alios
in rub. de eo, qui mitt. in possess. lib. vj. cum simil.
Sed respondendũ est in casu nostro contrariũ esse
verius: quia imò iste cõtractus in dubio cẽsetur fa-
ctus in fauorẽ vtriusq;, vt est text. in l. si vina emẽ-
rim. vbi Bal. & oẽs no. ff. de peric. & cõmo. rei vẽd.
tradit Bal. & Sal. l. q; fauore. C. de legib. Et ideò te-
merè nõ est recedendũ à regula, secundũ gl. in l. o-
mnis definitio. de reg. iur. secundũ quã electio est
ipsius debitoris. & ita tenuit ipse met Dec. in c. in-
ter cęteras. extra, de rescript. Secundò confirmatur
hęc sentẽtia: quia † natura contractũ est vt ex post
facto sint necessitatis. l. sicut. C. de act. & oblig. nõ
aut subaudiat, si velit altera pars. l. iij. in fi. ff. mãd.
Quod & tertiò, maximè dicendũ est in casu nostro,
in quo de in solutũ datione tractamus, quę in ef-
fectu species vẽditionis est l. statuliberi à cæteris.
in fi. de statulib. l. elegãter. in prin. de pign. act. l. si
prędium. C. de act. empt. l. fi. ff. ex quib. cau. in pos-
sess. Dec. cõsi. cccccl viij. Aret. cõsi. xvj. Bartol. consi.
cxxj. In vẽditione autẽ non subauditur clausula si
emptor voluerit. Primò repugnat talis contractus
l. in vendẽtis. C. de cõtrah. empt. l. quod sæpe. §. j.
ff. eod. tit. Quartò, quia in prima transactione ex-
pressè dictũ erat, *Quod ex forma facultatis ipsius comitis cõsignare tot bona, &c.* Quę verba important electionẽ
ei datã esse secundũ Bar. in d. l. quãuis. quia † ista fa-
cultas nihil aliud sit, quã quædã electio. l. nõ vtiq;
ff. de eo, quod cer. loc. vnde idem dicendũ est etiã
in hac secunda trãsactione, quæ quantũ ad hoc ni-
hil immutauit Barrol. consi. lxxij. Dec. clxxxiij. &
xcvij. versi. ij. principaliter imò in secũda expressè
cõfirmatur prima. Quintò, quia in secũda trãsactio
ne dicitur, quẽadmodũ creditores acceptauerunt
dictã in solutũ dationẽ, cũ clausula *ex nunc, prout ex nunc*, de qua in l. huiusmodi. ff. de verb. oblig. vnde
si est acceptata frustrà quæramus amplius de elec-
tione: quia † electio perimitur per acceptationem
l. antepen. in fi. de leg. com. l. si fundus. §. elegãter.
eod. tit. quotiescũq; trahit secũ executionẽ: vnde
amplius nõ est licita variatio, secundũ gl. in l. §.
si ff. de prætor. stip. vbi Bar. & in l. si cui ff. de act. &
obl. per Bal. & doct. in l. si in fundum. q. iij. ff. de
verb. obli. In casu verò nostro propter vim cõstituti
cõditionalis trãslata fuit possessio: cũ ipse cõstitu-
ens certus esset possessionis suæ. leg. j. §. j. de acq.
poss. vbi doct. l. locus. versi. & certa pars. ff. eod. tit.
Iaf. cõsil. cxlvij. Secundò quia in dicta secũda trans-
actione, liberatur & quietatur, dictus comes pro-
pter dictã solutionẽ: ergo apparet nullius electio
nis, reservatũ esse dictis creditorib. & subaudire li
beratus si creditores velint: esset subauditio cõtra-
ria verbis. l. sub hac. ff. de act. & obli. & ¶. dicã. & sic
prima ratio Decij est sublata. Secunda ratio Decij
est: quia hęc in solutũ datio videtur fieri in pœnam
ipsius comitis, spẽ cõsequẽdi nõ soluendi: videtur
autẽ, quod † per promissionẽ pœnalem nõ nouetur
præcedens obligatio, si excussa onerosa præcedẽ ob
ligatio principalis, vel bonę fidei sit, seu naturã bo
nę fidei imitetur. l. prędia. ff. de act. empt. per Bart.
in his stipulatus. in fi. ff. de verb. obli. sed respon-
dendũ est, ut supra fuit, cessare in stipulationis pœ-
nalis quia non pœnam subijcit, hoc fauore videtur
contrahendi principali obligationi, cui stipu-
latio. §. alteri. de verb. oblig. l. ij. §. sed & illud. ff.
ra. de re iudi. *maxime cum ut dictum pœna* nomine promitti quia tunc magis ad fauorem creditoris habitum fuisse respectum apparet, secũdum
Raph. Com. & Christoph. de Castel. in d. l. ita stipulatus. in fi. ite intelligentes. Bal. in l. j. C. de his,
quæ pœn. nomi. & per Felin. in d. c. inter cæteras,
quæ ratio cessat in casu nostro, in quo nulla est mi-
tio pœnæ, nec apparet in pœnam deueniri ad hãc
in solutum dationem, sed solùm in eam fieri causa
extinguendæ obligationis. & ideo concernentia
uorem vtriusq; partis. d. l. si quis vina. Præterea &
secundò dicta ratio procederet, si pœna non esset
exacta, tunc nõ facta nouatione posset principale
peti. d. l. prædia. & l. rescr. pactum. §. pacto. ff. de pact.
sed in casu nostro exacta est pœna, id est, accepta
ta in solutum datio, & translatum dominium vi-
gore constituti, vt suprà dixi. Quod non erat in ea
su Decij, nec decisionum, quas ipse allegat. Qui-
bus sic concluſis, nõ obstant ea, quæ nuperrime
adducta sunt in motiuis dominorum iudicum. Et
in primis dum dicitur in iudicando, non videri re
cedendum ab opinione Decij, quã sequitur Curt.
Iun. cõsi. cxxxij. Gozadi. cõsi. xlij. Respõdeo, quod
† grauior est auctoritas Castr. in hoc contrariũ de-
cidentis. consi. cxcv. si dicta: in ij. parte. & consilij
regij Neapolitani à quo ita iudicatum fuit, vt re-
fert Matthæus Afflictus decis. ccccxvij. Maximè
quia ipse Decius videtur sibi contrarius cum ind.
cap. inter cæteras. in fin. reprobet decisi. Bartol. in
d. leg. quamuis. super qua fundauit d. consilium
suum, nec Curt. aut Gozadi. sequuntur illam de-
cisionem Decij, sed simpliciter eum allegant pro
illo dicto quod in alternatiua fauore creditoris
conceptæ electio est ipsius, quod dictum est in se
verum, sed nihil faciebat ad thema quæstionis,
vt suprà dixi. Non obstat, quod Afflictus in d.
decis. ccccxvij. sentiat, quod alio non apparente
in solutum datio, quæ fit in defectum solutionis
principalis concernat fauorem creditoris, & ideò
illi per creditorem renuntiari possit: quia hoc
non est verum per supradicta, & principalis ratio
decisionis in eo casu fuit, quia obligatio debe-
batur alternatiua, scilicet, dabo pecuniam, aut fun-
dum, leg. iij. ff. qui & à quibus manu. leg. cum ita
legatur. ff. de opt. legat. † In alternatiuis autem
electio est debitoris. leg. plerunque. in fin. de
iure dot. regula in alternatiuis. de regul. iuris. in
vi. Non † est autem facilè à regula recedendum, vt
per Deci. d. cap. inter cæteras. in fin. & ratio, quam
ipse Afflictus de suo subijcit, quod in casu suo e-
rant coniecturæ in fauorem debitoris satis ver-
sificantes etiam in casu nostro ex multis coniectu-
ris, quas suprà retulimus. Quamuis, etiam cessan-
tibus coniecturis, ego idem arbitror per supradi-
cta. Non obstat decis. Anton. de Alexand. in leg.
si pacto, quo pœnam. C. de pact. & Albericus de
Ros. in leg. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. quia
illæ decisiones nihil faciunt in proposito, loquũ-
tur enim in casu legis per eos allegatæ. scilicet leg.
j. §. damus. ff. de eo, quod cer. loc. quæ loquitur
non in electione rerum, sed in electione petitio-
nis, quæ regulariter pertinet ad actorem, vt ibi di-
citur. Item illæ decisiones procedunt, secundùm
regulam † quod stipulatio pœnalis non nouet
præcedentem. d. §. rescriptum. de leg. prædia. &
ideò tolluntur per rationes à me suprà dictas in
resolutione secundæ rationis Decij. Nec ob-
stat, quod videatur esse cõmunis opinio quod vbi
in solutum datio respicit fauorem creditoris, ef-
fi

scilli renuntiat per doct. Bar. in d. l. quamuis quæ est communiter approbata, secundum Ias. in l. 4. §. si ex eo tempore ff. de re iudic. Respondeo, quod multi sequuntur contra illam decisionem maximè Ias. ibi post Sal. & Fulg. in d. l. quamuis, & Dec. in d. c. inter cæteras. in fi. & iudicio meo, illa decisio con
12 sendit parti sed in d. l. 4. §. ait prætor. vbi † si debitor sit condemnatus ad soluendum certo die, alias satisfiendum est in electione debitoris alterum facere. Sed quicquid sit posito, quod illa decisio sit vera, tamen nihil facit: quia datio pignoris est ad solam cautelam creditoris, cùm nihilominus ster firma prior obligatio, sed casus noster est in datione in solutum, quæ est etiam in fauorem debitoris, quia perimit præcedentem obligationem, maximè in casu nostro, in quo actum fuit expresse, quod talis esset Comes remaneat liberatus, & quietus. Non obstat quod Castr. in d. consilio cxcv. videatur loqui in casu diuerso, scilicet quādo datio in solutum facta fuit de re existente, penes creditorem, quo casu absq; alia traditione dominium transfertur. §. interdum. instit. de rer. diuis. Respondeo enim idem esse in casu nostro: quia dominium videtur translatum propter vim constituti, & certitudinem possessionis, quæ erat ex constituto, d. l. iij. §. j. Ias. d. consilio cxlvij. & supra dixi. Præterea non videtur vis facienda in hoc, quod dominiū fit translatum ex eo, quia possessio esset penes creditorē, alioquin dicta quæ pro illustrissimo Comite Cantelmo adducta est, verterent in oppositum: quia perimeret ei electionē & tamen Pau. Cast. absolutè negat hanc electionē ei cōpetere. Item si vera esset ratio aduersarij, quod propter electionem creditoris subaudiat conditio, si velit. per l. ij. ff. de lege cōmiss. sequeretur quod retentio illa possessionis, non transferret dominiū: quia haberet cōditionē si velit, quod tamē negat Pau. & sic nō posset dici, quin ibi sit decisio clara in fauorē Comitis. Præterea nō possumus dicere, quòd † sola traslatio dominij pignoris electionis: imò quilibet declaratio voluntaris quomodocūq; facta, etiam si tacita sufficeret, l. fundus. §. elegater. l. de lege. §. fi. ff. de lege cōmiss. & ideo parū facit illa distinctio, quòd in contractu venditionis fit ipso perfectio, de qua per Bal. ind. necessario. ff. de peric. & commo. & quod in casu nostro deficiat vltima perfectio, quæ fit per traditionem, rollitur ex dictis supra. Non obstat text. in l. ij. ff. de lege commiss. & quod ibi non Bal. dum dicit, quod † semper pactum, quod adijcitur ratione moræ, est in præiudicium & in fauorem creditoris. Respondeo loquitur Bal. secundū terminos. illius l. v. in pacto pignoris, pignore emptor cadit à iure conducti & si pactum odiosum nostra vera quæstio est in pacto solutionis, quod est fauorabile: & facit vt obligatio censeatur alternatiua, & electio sit debitoris, sicut etiam videmus in stipulatione subiecta obligationi facti, quæ desinit ipsam interesse: & ideo rōnatur præcedentē: quia propriè nō censetur pœnalis l. obligationū fere. §. fi. ff. de act. & obli. & declarat Bald. & Imo. in d. l. ita stipulatus. in fi. quos ibi sum sequutus. Nec aliud potest cōmodè dici ad illū text. Nec obst. qd̄ mora non debet esse moratori proficua. cum mora de regula. in vj. Quia respondeo hanc vilicare pœnas Comitis non ex mora, sed ex pacto siue conuentione, quæ sibi prouidit alternatiue, & sic reseruata electione dicit. c. in alternatiuis. maximè cum tale pactum esset sibi vtile etiam aliis rationibus [illegible] l. quinduobus [illegible] si [illegible]

A tur, quādo creditor ipse habet electionē à lege. Vnde idem dicendū in casu nostro in debitore quando debitor habet electionē. Non obst. decisio Signoro. de Homod. in cons. l. si in suiam. de verb. oblig. vbi dicit aduertatis, quòd vbi alternatiua est in defectum alterius electio est creditoris. Respondeo, habere me dictam repetitionem manuscriptam, & non reperisse hoc dictum, quod est manifestè falsum, cum semper alternatiua sit in defectum alterius. d. l. cum ita legatur. de opt. leg. &
B tamen electio regulariter est debitoris. d. c. in alternatiuis. d. l. plerique. in fin. Posset q; defendi dictum Signor. duntaxat in casibus, exceptis à regula, ex quibus non est noster, vt suprà dixi. Non obstat, quòd datio in solutum, licet possit respicere etiam fauorem debitoris, tamen principaliter respicit fauorem creditoris, qui potest ei renuntiare: quin † attendimus id quod principaliter agi- 16
tur. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. sicut dicit Bart. in d. l. quamuis. vbi renuntiat creditor alter-
C nativæ parti de dandis pignoribus, quamuis in consequentiam posset talis alternatiua, etiam respicere fauorem debitoris. Sed respondeo, quòd dictum pactum dationis in solutū est fauorabile debitori, multis modis, siue, quia restringit obligationem generalem, vt prius creditor faciat sibi solui super illis bonis, specialiter adsignatis, quia super alijs secundùm l. ij. C. de pignor. de qua per Cæpo. caut. cxxiiij. Soc. consilio cxcviij. & consilio lxxv. & seq. in iiij. volum. siue quia cogitur cre-
D ditor illa bona accipere in solutum: cùm alias nō posset aliud pro alio solui. l. ij. §. pen. ff. si cer. pet. siue quia tale pactū derogatum est solennitatibus, de quibus in aut. hoc nisi debitor. C. de solut. siue q; ita si bona deminuta essent in pretio, efficeretur melior conditio debitoris, postquam ita de & pretio conuenit. vt in simili dicit Alb. de Ros. in d. l. ij. de lege commiss. alleg. text. in l. Sabinus. versi. quod tamen. ff. de in diem adiect. merito ergo nō possumus dicere, quòd tale pactū respiciat fauorē
E solius creditoris, sed vtriusq; ergo stabimus regulæ, vt electio sit debitoris. Et licet regula sit id artē d. quod principaliter agitur, nō tamē negat, quin etiam habeatur respectus ad aliā partē, vt potius videatur mutuo respectu contractū, vt probatur in d. l. ij. C. de pign. vbi speciale pignus principaliter est in fauōrem creditoris, & tamen rollit electionem cæterarum rerum, generaliter obligatarum. Suadet ratio & natura in solutum dationis, quæ (vt dictū) species est emptionis, & venditionis. Cla-
F rissimū est autem talem contractum esse reciprocum, & vtriusque gratia celebratum censeri. l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. verb. etiam quòd quando alius plus lucri consequatur, facit etiam text. in l. cum fundum. ff. de pact. vbi dum modo mea interest etiam in consequentiam habetur ratio talis interesse, quem sine allegat Pau. de Cast. in d. consilio cxcv. ibi enim in fer. erat principaliter illius tertij cui dandum erat, facit etiam text. in l. quoties. C. de in. dot. & quod per illum
G text. not. Soc. consilio lvj. in casu vbi datio in do tem rei æstimatæ, respicit principaliter fauorem creditoris, & tamen stat salua electio debitori. Nec similitudo pignoris, de qua per Bartol. in d. l. quamuis. quicquam facit, † datio enim pignoris 17
non extinguit priorem obligationem, sed consecutam illi addit, at in solutum datio extinguit. l. penult. C. de solut. vnde apparet longè maior fauor debitoris in hoc casu, vt liberetur. Non obstat, quòd quamuis datio hæc in solutum sit facta

BIU Cujas

cum clauſ. la. *ex nunc, prout ex tunc*, &c. tamen cenſetur facta ad cautelam creditoris, & ideo ſubauditur conditio, ſi creditor velit. d. l. iij. ff. de leg. commiſſ. reſpondeo ſupra reſponſum eſt ad d. l. ij. & cum verba contractus ſint, quod nunc conſentiant, impoſsibile eſt ſubaudire conditionem ſi velit, cum nunc maximè velit, vt dicit Bald. in l. cum dominam. C. de ſolut. quod † pactum legis commiſſoriæ, differt à datione in ſolutum: quia datio in ſolutum non habet tacitam conditionem, ſi velit, vt eſt ibi text. cum ſecus ſit in l. commiſſoria. d. l. & regula eſt generalis, quod contractus non habeat tacita conditione ſi alter velit l. queſitum. vbi gl. ff. de ſer. export. & præſertim venditio, vel in ſolutum datio. d. l. in vendentis, maximè cum in eis ponatur clauſula, *qualiter ſe obligant mutua vice*, quæ clauſula pugnat cum conditione illa, ſi velint. l. ſub hac. ff. de act. & oblig. l. ſtipulatio non valet. ff. de verb. oblig. & text. in d. l. ij. de leg. commiſſ. procedit in pacto pœnali annullationis contractus, & quod non poteſt reſolui in alternatiuam, vt ſupra dixi. Vltimò non obſtat, quòd caſus Decij ſit prorſus conformis noſtro, &c. reſpondeo in multis differe. Primò, quia in caſu noſtro translatum fuit dominiu propter clauſulam conſtituti, vt ſupra dixi, quo caſu fatetur de plano Dec. quòd ſua conſultatio non procederet. Secundò, quia in caſu noſtro erat facta acceptatio cum clauſula *ex nũc*, &c. quo caſu facta acceptatione perimitur electio. d. l. ſi fundus. §. eleganter. Tertiò, quia in prima tranſactione in caſu noſtro, expreſsè erat tributa electio debitori, vnde ceſſat difficultas: quia à tali electione non videtur receſſum per ſecundam tranſactionem, vt eleganter fuit allegatum per dd. aduocatos, & clauſula illa ſaluis infraſcriptis nihil impedit: quin ius electionis ſaluũ remaneat debitori, prout prius erat, ſi recte tenor inſtrumeti conſideret, & per hæc ſatis vi detur reſponſum ad contraria quæ in contrarium adducuntur: ſaluo tamen ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII XII. SVMMA.

1 *Subhaſtatio probat iuſtum pretium.*
2 *Res tantum valet, quantum vendi poteſt.*
3 *Iuſtum pretium eſt, & dicitur, quod quis licitando conſequi poteſt.*
4 *In diuiſionibus lex iubet rem iuſto pretio æſtimari, & tamen in eis locus eſt licitationi.*
5 *Quando res eſt vendita per ſubhaſtationem ceſſat remedium. l. 2. C. de reſcind. vend.*
6 *Quando licitatio facta eſt ſeruatis debitis ſolennitatibus, & coram præſide, & pleno numero magiſtratuũ, nulla debet ſubeſſe ſuſpicio, quin ſubhaſtatio iuſtum pretium probet.*
7 *An ſubſit læſio ſufficiens reſciſsioni contractus, attenditur ad tempus ipſius contractus.*
8 *Pretium minuentia.*
9 *Æſtimatio debet miri habito reſpectu ad onera rei incumbentia.*
10 *Fiſcus eſt formidoloſus, & rumpit ſuos contractus.*
11 *Fiſcus eſt iudex in cauſa propria.*
12 *Pactum quod connexam contractui habet cauſam, & ad eius ingreſſum ſeu materiam pertinet, dicitur dare legẽ contractui.*
13 *Contractus ſunt facti.*
14 *L. & ſi ſim. §. quæſtum. de minor. declar.*
15 *Mutuantes aliquid inde ſperantes, & accipientes, peccant.*
16 *Tempus lapſum non poteſt inſtaurari.*
17 *In contractu venditionis, venditor tenetur præciſè ad tradendum, niſi facultatem habet rei tradendi.*
18 *Dominus poteſt cogi officio iudicis præciſè ad reintegrandum detentionem rei inquilino.*
19 *Publicani qui emerunt reditus gabellarum, habent officium iudicis cõtra ſpoliantem, etiamſi ipſe dominus eſſet, qui eos deijceret à tenuta.*
20 *Contractus, Principis habent vim legis.*
21 *Lex præciſe obligat ad ea, quæ ſunt facti.*

ENTENTIO fundata eſt dominorũ conductorum iuris vendendi ſalis per ſubhaſtationem: cum nemo plus obtulerit: & ſubhaſtatio † probat iuſtum pretium, ſecundùm Bal. conſi. ciij. quæritur in primo, quia † res tantùm valet, quantum vendi poteſt. l. ſi ſeruus. de condict. furt. l. iij. in fi. de in diem addict. & † dicitur iuſtum pretiũ, quòd quis licitando cõſequi poteſt. ſub hoc eius. C. de fac. ſan. eccl. l. fi. §. fin. C. de adm. tut. Iaſo. qui Romæ. §. cohæredes. de verb. obl. nam † & lex in diuiſionibus iuſto pretio rem æſtimari iubet, & tamen in eis locus eſt licitationi. Item. in fi. ff. commu. diuid. l. ad officium. C. commu. diuidun. & ideo dicunt Bal. Ang. Fulg. in l. j. C. de præſcr. long. temporis † quòd quãdo res eſt vendita per ſubhaſtationem, ceſſat remedium. l. ij. C. de reſcind. vendi. quia nunc non poteſt videri ſubeſſe læſio, referr. & ſequitur Alex. in l. ſiquos. in apoſt. Bar. C. de reſcind. vendi. Quod tamen intelligendum, quando ſubhaſtatio non eſt per gratiam facta. d. l. ſi quos. vel quando nullus timor licitantium interuenit. l. ſi pater. vbi Bart. ff. de pact. dot. vnde in caſu noſtro, † cùm licitatio facta ſit, ſeruatis debitis ſolennitatibus, & coram præſide, & pleno numero magiſtratuum, nulla debuit ſubeſſe ſuſpicio, quin ſubhaſtatio iuſtum pretium probet maximè propter qualitatem ipſorũ magiſtratuum. l. j. C. de præd. decurio. lib. x. l. tranſactione. vbi Aret. & Moder. C. de tranſact. & etiam quia deinde talis contractus fuit per literas Cæſareæ maieſtatis approbatus, & confirmatus, & tenor conuentionis fuit ei narratus: vnde confirmatio cenſetur ex certa ſcientia facta. c. venerabilis. extra. de confirmat. vtil. vel inuti. & ideo non fuit in facultate magiſtratus amplius apponere manum ad talem contractum, ſeu eum reſcindere. c. j. extra. de confirmat. vtil. vel inuti. c. cum veniſſent. vbi doct. extra. de iudi. per Barto. in l. omnes populi. queſt. xv. verſi. iuxta prædicta quæro. ff. de iuſtit. & iur. & facit quod not. Bartol. in l. ſi quis ſpontaneo. C. de decur. lib. x. Vitalis tracta. clauſul. verſic. *Quatenus recte, & rite*, &c. Circa merita cauſæ etiam videtur dicendum, non debuiſſe fiſcum reſtitui in integrum, & nullam ſubeſſe læſionem. Etenim an † ſubſit læſio ſufficiens reſciſsioni contractus, attenditur ad tempus ipſius contractus, vt dicunt omnes in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Item attenditur, an quis nimia facilitate ſit læſus, quia ſi adhibuiſſet diligentiam, qualem cauti, & ſapientes ſolent, non eſſet concedenda reſtitutio. l. verum. §. ſi locupleti. ff. de minor. l. fin. C. de in integr. reſtitut. mino. quæ iura licet loquantur in minoribus, tamen habent locum etiam in fiſco, ſecundùm Aret. conſilio xx. Item oportet, vt læſio non ſit in re modica, ſecundùm l. ſcio. ff. de in integr. reſtitut. Et quando ſubeſt periculum caſuum fortuitorum, non dicitur læſus, qui in ſexta parte tantum eſt læſus. vt eſt text. in §. quia verò Leonis, in auth. de non alien. vbi eccleſia dat in emphyteo-

phyteosim cum diminutione sextæ partis pen- A
sionis, nec dicitur lædi, propter casus fortuitos spe
ctantes ad emphyteotam, vt ibi declarant doctores. Item dicta læsio consideratur secundùm valorem rei. Et valor rei diminuitur propter qualitatem temporum, & periculum imminentia. Primò
8 quia tunc † fuberat bellum periculosum cum Gallis, & milites Cæsarei tumultuabant. Vnde aderat manifestum periculum amissionis status: quo casu conductores amisissent triginta millia præ-
numerata, & omnem spem salinarum. Vnde sicut B
in traiectitia pecunia propter periculum maris, lex concedit vsuram centesimam, id est, vt quis lucretur centum pro quibuslibet centum sortis, vt est text. in l. eos. vbi gloss. C. de vsur. & in auth. de naut. vsur. per tot. ita in tali periculo debet considerari tale lucrum, arguendo de periculo aquarum ad periculum belli, vt est text. vbi doct. in l. interdum. §. j. de acqui. poss. Ias. post alios, in l. j. C. de iure emp. Secundò quia imperatoris ius potuisset finiri, vel decessu, vel cessu, vt quia statũ dedisset duci Aurelianensi, vel alteri, quo casu suberat magnum periculum, ne isti conductores amitterent oleum & operam. Vnde propter tale periculum, res minùs fuit æstimanda, & minùs pretiũ pro conductione soluendum. l. j. §. hæres fundum. ff. ad senatusc. Treb. Tertiò quia suberant etiã alia C
pericula, vt quia Cęsarea maiestas rupisset assignationes, quòd deinde fecit, vel supueniisset pestis, licet non notabilis, quę tamẽ fecisset, vt multi debitorum decoquerent. Quæ omnia pericula ab- D
stertuerunt cæteros, ne ad hastam venirent, & faciunt, vt res minus valeat. l. eum qui. §. mulier. ff. de in diem adiect. gl. l. ij. verbo. suspectum. ff. solu. matr. Quartò, quia in conductione tantæ summæ, non est curandum de re modica, vt suprà est dictũ,
9 & † æstimatio debet iniri, habito respectu ad onera rei incumbentia. c. cum aliquibus. de decim. vbi Abb. l. non ampliùs. in princ. ff. de lega. & fideic. j. vbi doctor. maximè quod tanta summa triginta millium, statim in eo periculo numeraretur, & expectarentur quindecim menses, antequã E
isti ponerentur in quasi possessione iuris conducti, quæ conditio infinitum diminuit valorem facultatis conductæ. Item, quòd contraheretur cum
10 † fisco, qui est formidolosus, & rumpit contractus suos, vt nuper fecit. l. quod sæpè. §. fin. ff. de actio.
11 empt. † Item qui est iudex in causa propria, de quo in l. vnica. C. ne quis in cau. propria. Quę omnia faciunt, vt in res minus locari debuerit. Quinto, *quia habebat locatio onus annexum emendi sal ab administratore, & seruandi cameram indemnem, ab eo, vt ei soluatur terminis cum camera constitutis*, &c. Quod enim isti conductores seruent cameram indemnem, est onus fideiussionis pro camera. l. j. C. de conuenien. fisc. debito. lib. x. vbi Bartol. & doct. quod non videtur mediocre. Et talis promissio concernit substantialia contractus: quia facultas vendendi salis nulla est, nisi sal habeatur, res ergo ipsa, quæ in venditionem deducitur. pertinet ad essentiam G
contractus. l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. l. mulieris. §. j. vbi dixi. ff. de verb. sign. & ta-
12 de † pactum dicitur dare legem contractui: quia connexam contractui causam habet, & ad eius ingressum, seu materiam pertinet. l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de pact. sentit Bartol. in l. petens. C. de pact. & dixi in l. bonæ fidei. C. de pact. & ideo negari non potest quin sit pars contractus, iuxta l. fundi partem. ff. de contrah. empt. sicut videmus, tali pacto emptorem constitui procurato-
rem in rem suam, & vestiri pactum cohærentia contractus, vt est text. in l. fin. §. Titius. ff. de condi. indeb. vbi Fulgo. not. ergo idem dicendum in istis conductoribus. §. adeò. institut. loc. Nec obstat, quod contrà istud vltimum subtiliter deducitur in motiuis, dum dicitur, quod istius summæ, quæ soluitur administratori, non debeat haberi ratio, sed tantùm summæ, quæ effectualiter soluitur cameræ: cùm si conductores non fuissent obligati respectu administratoris, nihilominus fecissent idem lucrum: quia substantia est in ipso iure vendendi sal, non in eo, quod emitur ab administratore. Respondeo, etiamsi istud esset verum, tamen debet haberi ratio totius summæ, & eius respectu induci proportio læsionis: quia quamuis lucrum fiat de parte conducta à fisco, tamen portio administratoris est eius necessarium præambulum, & dicitur vnicus contractus, & æstimatio damni, vel læsionis debet fieri respectu totius contractus, non autem respectu partis. l. Mæuius. §. fin. ff. fami. erciscund. l. j. vbi Bartol. C. commu. diuidun. & æstimatio videtur facienda non solum respectu periculi in exigendis debitoribus salis, sed generaliter respectu inueniendæ pecuniæ, & eius interesse, & respectu omnis periculi, quod posset contingere: quia non est ratio magis de vna specie, quàm de alia. Et ideo dum subijcitur, quod talis conuentio cõtinet solùm factum, scilicet, exigere ab emptoribus salis, & soluere administratori. Respondetur primò esto, quod hoc sit verum, tamen tale factum est pars contractus, quia etiam
13 † contractus sunt facti. l. consilio. in fin. ff. de curat. fur. & tanquàm vnitum contractui simul debet æstimari. Secundò dicitur, quod istud non propriè est factum, sed mixtum datione, quia dummodò detur, id est, soluatur administratori, non habet camera vlterius perquirere, istud autem de re, recipit multas difficultates connexas ipsi contractui, vt meritò eius proportio sit habenda. Tertiò respondetur secundùm supradicta, quod imò tale pactum concernit essentiam contractus, id est, sal ipsum, seu rem venalem, absque qua venditio facultatis esset irrita. Et certè ista subtilitas videtur mihi satis fragilis, & non digna, vt propter eam contractus iste rescindatur & inducatur reo tam mali exempli, vt nemo in necessitatibus succurrat fisco. Quartò ex tali pacto grauantur conductores plus, quàm si à camera acciperent propter pericula submersionis nauium, & direptionis in casu belli, vt aliàs est dictum. Non obstat F
alia ratio assignata in sententia rescissoria, dum dicitur, *visa numerosa auctione ipsorum capitum*, &c. Respon. Ex hoc capite nulla potest esse læsio: quia si propter auctum numerum personarum erit opus maiore summa salis, conuentum est de pretio, vt cameræ soluatur pretium ab ipso magistratu statuendum, vnde potuit magistratus æstimare, quid re, quid soluendum, sit, non autem debuit contractum rescindere. cùm nulla læsio cameræ etiam ex locationibus præcedentium annorũ deG
prehendatur, in quibus vtilitas peruenit in cameram ad computum solido xxj. den. iiij. vel den. x. vel vj. cum dimid. & ex ista non perueniebat, nisi ad computum solidorum xx. Respon. subuentio xxx. millium aureorum, & xv. menses antè quàm accederent ad quasi possessionem iuris conducti, & imminens periculum alienationis. vel amissionis status, & multa alia pericula supra relata tollunt hanc difficultatem: quia tale lucrum diminuitur fisco pro summa circiter, aut paulò plus decem

dem millium librarum aurearum, sed interesse A
30. millium scutorum, hanc summam excedit, secundum calculum l. eos versic. in traiectitijs. C. de vsur. & secundum communem cursum cambiorum, quæ solent in annos ad duodecim procentum seu centesimum reddere, de quo per §os. in reperi. l. rerum. ff. ad leg. Falcid. & sic appareret, ex hoc capite nullam esse læsionem. Non obstat, quòd confirmatio Cæsareæ Maiestatis non videatur facta ex certa scientia. Quia respondeo, hoc esse falsum, per text. in c. venerabilis, de confirmat. vtil. vbi Abb. Butr. Dec. cæteri, maximè in casu nostro, in quo Cæsarea Maiestas profiteretur se ad plenum fuisse edoctam: vnde non potest negari ratificationem ex certa scientia processisse, quod etiam ex alijs verbis literarum Cæsaris appareret, vt minime sit quærendus nodus in scirpo. Et in omnem casum (vt dixi) huius rei cognitio centetur inhibita ipsis quæstoribus, & reseruata Cæsari. Non obstat regula generalis, quòd sicut minor restituitur, si existat, qui plus liciteturl. & C
si fine. §. quæsitum. ff. de minor. Bartol. l. licitatio. quæst. j. ff. de publica. ergo idem, vt fiscus restituatur, secundum Alb. in d. §. quæsitum. Nam respon-
14 deo, quod ille text. † seipsum declarat, in versic. & dutriche, vt non procedat in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt: nam tunc nulla indulgetur restitutio, nisi sordes, aut gratia allegentur, vt dixi supra, & ita loquitur text. in d. l. si quos. C. de rescind. vendi. & l. si pater. vbi Bart. de pact. dotis. & ita procedit quod not. Alexand. in l. pretia rerum. D
ff. ad leg. Falc. non est ergo audiendus, qui cessante timore periculi plus offerat, cum fisci interesset, tempore periculi fieri venditionem, vt exhibitis Marchionis Vasti appareat. Non obst. quòd necessitas imminentis seditionis militum excusat principem, & procuratores Cæsaris: vnde videtur aggrauare potius istos conductores, secundum Theologos, & Sal. in authen. adhæc. C. de vsur. & ideo debuerunt isti potius mutuare sub iusto, & solito interesse, &c. Respondeo, si isti mutuassent, E
fecissent contractum illicitum contra Euange-
15 lium, mutuum dantes † nihil inde sperantes: cap. j. extra. de vsur. accipiendo verò in condictionem, quantumuis vili pretio, dummodo non vltra dimidiam, fecerunt contractum licitum & permissum. l. si voluntate. C. de rescin. vend. & sic etiam fiscus alligatur circa spem restit. in integ. l. de constructu. C. eod. tit. Non obst. quod amplius res non
16 sit integra: quia facta alijs locatio, & quia ipsis lapsum non potest instaurari, cum ex mutatione F
temporis alia res dicatur. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufr. leg. l. & ideo. vbi doct. ff. de verb. oblig. Quia respondeo, quo pro tempore præterito fit condemnatio, quatenus interest ipsorum conductorum non esse sibi præstitam patientiam a locatoribus, ideò præstabitur eis omne lucrum cessans, & damnum emergens, vt fundatis in fin. ff. loc. per Bartol. in d. l. si vsusfr. & in l. si prius. quæst. x. de oper. nou. nunt. Felicius extra, de iudi. pro futuro erit in electione fisci, vel soluere interesse, vel eos ponere, in quasi possessione d. facultatis, exclusis secundis cõductoribus, qui scien-
17 ter ius litigiosum conduxerunt, & sicut † in contractu venditionis videmus teneri venditorem precisè ad tradendum, si facultatem rei tradendæ habet, vt habetur in l. j. ff. de act. empt. ita etiam teneatur fiscus erga istos primos conductores, seu emptores d. facultatis, pro qua sententia et alia fa-
18 cit, quia videmus, † quòd dominus potest cogi

offic. iud. præsidis deferendi de cognitione rei inquilino, secundum l. Aquilius. in glos. fin. vbi Bartol. ff. de dona. & quod not. glos. in l. non tantum. ff. de peri. hære. & videtur de hoc text. in l. de vsu. ff. de var. & extraord. cog. vbi Bartol. per quem etiam ita tenuit Spec. in tit. de off. om. iud. §. j. versi. item imploratur. & per d. gloss. dicit Bart. in vocem. §. qui maximos. vj. quæst. de publicanis, quòd de publicani, qui emerunt reditus gabellarum, habent officium iudicis contra spoliantem, 19
quod intelligit Bald. in l. æden. C. loca. procedere etiam contra ipsum dominum, qui delegerit conductorem tenutæ. sequitur Orianus in repe. rub. de cau. poss. & propr. vers. v. conclusio. vnde videretur in casu nostro, cùm fiscus habeat potestatem reponendi istos primos cõductores, in quasi possessione dictæ facultatis, quòd teneatur hoc face-
re, maximè cum hic contractus sit initus cum principe, & contractus principis habent vim legis, 20
lex autem præcisè obligat ad ea, quæ sunt facti, vt dicunt omnes in l. stipulationes non diuiduntur, versi. Celsus. de verb. obliga. & quæ habentur per Ias. in l. quoties. C. de rei vendi. & tali casu limitatur glo. in l. si de fundo. C. loc. Et ita arbitror iuris esse, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIIII. SVMMÆ.

1 *Præsumitur pro instrumento.*
2 *Reseruatio facta in donatione, sustinet ipsam donationem omnium bonorum, &c.*
3 *Ius conditionale donari potest.*
4 *Appellatione bonorum præsentium, & futurorum, venit etiam ius conditionale.*
5 *Moram, non nisi interpellatione fieri.*
6 *Ex solo iuramento quis in mora constituitur.*
7 *Vasallus præstans seruitium domino, non constituitur in mora, nisi prius fuerit interpellatus.*
8 *Vt quis incidat in pœnam l. si quis maior, quæ est exorbitans, aliare requiritur, quod periurium sit dolo commissum.*
9 *Quælibet causa, etiam iniusta excusat à dolo.*
10 *Ignorantia potest in præiudicium iuris tertij succurrere ignoranti, ne in damnum incidat, sed non debet ille propter ignorantiam suam lucrari cum aliena iactura.*
11 *Quod vni semel donatum est, alteri dari non potest.*
12 *Contractus contra iuramentum factus, non debet teneri.*
13 *Donatio mutuæ sub conditione, dicitur fieri ex causa lucratiua.*
14 *Mora non incurritur, nisi post interpellationem.*
15 *In contractibus etiam nominatis, qui fiunt sub modo, non committitur mora ante interpellationem, etiam quod aliquis ex parte sua adimpleuit.*
16 *L. quoties. C. de rei vend. declar.*
17 *Rerum corporalium dominium non quæritur, nisi per traditionem.*
18 *Licet donatori reuocare donationem factam ecclesiæ, si eam non acceptauerit ecclesia.*
19 *In donationibus quod expressum non est, pro omisso habetur.*
20 *Ius futurum aliud nihil est, quam spes, & ius conditionale.*
21 *Actio est ius, & comprehenditur appellatione.*
22 *Per cessionem iura transferri.*
23 *In donatione iurata, non est opus insinuatione.*
24 *Alleganti quid, incumbit onus probandi.*
25 *Actus contra statutum factus accedente iuramento, valet.*
26 *Clausula iuris, & iustitiæ, &c. quid operetur.*

BREVITER

BREVITER & concluſiuè in propoſita quæſtione procedam, quia caſus non indiget allegationum pompa. Et dico partes domini iudicis appellationis eſſe in pronũtiando in fauorem Roleti, & reuocando ſententias contra eum latas: nam Roletus habet fundatam intentionem ſuam ex † inſtrumento donationis pro quo præſumitur. l. cum precibus. C. de proba. in quo Richarda donat illi omnia bona, & iura ſua præſentia, & futura † cum certa reſeruatione, de qua ibi per quam reſeruationem ſuſtinetur donatio, quæ alias non valeret, vt tenent ludunt doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. in l. fin. C. de pact. & cùm iam alteri feciſſet donationem ſub pacto, per quod adijciebatur conditio in cuius euentum † prior donatio erat annullanda, ſequitur quod etiam iſtud ius conditionale cenſetur donatum huic Roleto, prout etiam donari potuit l. ſpem futuræ. C. de donat. tum quia † appellatione *bonorum præſentium, & futurorum*, venit tale ius conditionale. l. fin. C. de remiſſ. pign. l. fin. C. quæ res pign. obliga. l. is cui. ff. de actio. & oblig. §. ex conditionali. inſtit. de verb. oblig. tum etiam, quia mulier aliud ius non habebat, vnde illud donaſſe intelligitur. l. fundus, qui locatus. cum l. ſeq. ff. de fun. inſtru. & quod per illam legem notant doct. in varijs locis, vt per Alexan. in l. ſi domus. in fin. princ. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. 3. C. de verb. ſign. in l. ij. ff. de lib. & poſth. Nec obſtant multa quæ in contrarium allegantur. Primò non obſtat, quòd iſte Roletus non præſtiterit alimenta, quæ tenebatur ex forma donationis iuratæ, vnde videtur cecidiſſe à iure ſuo, etiam ſi non fuerit interpellatus. l. ſi quis maior. in verbo, mox commoda. C. de tranſact. per Conſ. in repet. rubr. extra, de iureiur. in iiij. priuil. Nam reſpondeo quod cum alimenta deberentur iure pactionis Roletus non fuit in mora, niſi fuiſſet interpellatus, ſecundùm regulam l. ità ſtipulatus magna. ff. de verb. oblig. vnde neceſſaria fuit interpellatio, nec text. in d. l. ſi qs maior. dicit, quòd conſtituat in mora ſine interpellatione, ſed quod poſtquam eſt in mora, ſeu confecerit, quod mox amittit commoda contractus, & ſic requirit, quòd prius fuerit in mora, prout etiam ibi dicunt, omnes doctores, † præſupponentes expreſsè, quod ex ſolo † iuramento, quis in mora conſtituatur. debet ergo intelligi ille tex. quando mora legitimè fuiſſet commiſſa. puta quia præceſsiſſet interpellatio, & iſtud etiam ſentit Franc. de Aret. in d. l. ità ſtipulatus. & conſi. exlix. incip. viſis diligeter. ver. 7 præterea facilius. tenet, quòd † vaſallus præſtans ſeruitium domino non conſtituitur in mora, niſi prius fuerit interpellatus, per text. in c. j. §. licet. ſi de feu. fuer. controuer. inter dom. in vſib. feud. & tamen vaſallus tenetur ad tale ſeruitium ex iuramento fidelitatis, quod domino præſtatur, & pro hoc etiam eſt doctr. Ioan. Andr. Io. de Imo. & Abb. in c. breui. extra, de iureiur. vbi ille, qui iurauit defendere eccleſiã per ſolum iuramentũ citra interpellationem, nõ conſtituitur in mora, niſi quando 8 ſciuiſſet eccleſiam indigere tali defenſione. Vnde in caſu noſtro, cum dicta Richarda donatrix non indigeret alimentis, quia ea ſibi præſtabantur per illum donatarium, cui purè primò donauerat, nõ poteſt aliquid imputari huic Roleto, & ſic appareret hanc opin. quòd iuramentũ conſtituat in mora ſine interpellatione in caſu noſtro, non eſſe veram, licet domini iudicãtes in hoc dẽcepti fuerint. Præterea, † vt quis incidat in pœnã d. l. ſi quis maior, quæ eſt exorbitans à iure requiritur, quòd periurium ſit dolo commiſſum, vt eſt communis opin. in d. l. ſi quis maior. ſed † quælibet cauſa etiã iniuſta excuſat à dolo. l. igitur. §. pen. ff. de libe. cauſ. vnde cũ veriſimiliter potuerit dubitare, an deberet expectare interpellationem debet excuſari præſertim homo ruſticus, vt in caſu forriori conſuluit Alex. conſi. xcij. Perſpectis his, quæ in themate volu. j. & eum ſequuntur iſti Moder. repetentes in d. l. ſi quis maior. Secundò non obſtat, quòd iſta mulier remiſerit pactum primo donatario, ſub cuius conditione donatio illa erat reſoluenda, & applicanda Roleto, & videtur, quòd potuerit hoc facere in eius Roleti præiudicium, per caſum l. ſi. ff. de tranſact. & quod not. Bal. in l. j. C. de actio. & obliga. & in l. ilj. C. de noua. cum ſimi. ſed reſpõdetur, quòd imò non licuit id facere in præiudicium Roleti, prout in caſu noſtro, ex quo talis remiſsio fuit facta ex cauſa lucratiua, quo caſu non procedit d. l. fin. vt eſt tex. qui aliter ſine manifeſta diuinatione intelligi nõ poteſt. in l. facta. §. ſi heres ſcriptus. ff. ad Trebel. ſecundùm intellectum Cy. ibi, quem ſequitur Bal. & Iaſ. in d. l. ſi. & tenuit Mart. Syl. & Paul. de Caſtr. in l. ſi cum emptore. ff. de pact. & ſatis probatur ex d. l. ſi. quæ fundatur in ignorantia tranſigentis. certè † ignorantiam bene poteſt in præiudicium iuris. tertij ſuccurrere ignoranti, ne in damnũ incidat, ſed non debet ille propter ignorantiam ſuam lucrari cum aliena iactura. c. locupletati. de reg. iur. in vj. L. nonnunquam. ff. de vſuca. & licet in iſta materia Bart. & Alexan. aliter diſtinxerit, tamẽn non negatur, quin hæc opin. ſit in ſe vera, quæ habet etiam magnam æquitatem, præſertim cum iſta mulier aliud non haberet, & iſte, cui facta eſt remiſsio, hoc ſciret ex contractu ſecum inito, vnde tali caſu, cum remaneret ceſſionarius excluſus, quia non poſſet conſequi intereſſe à cedente, dubio procul debet ſibi ſuccurri aduerſus eum, ſui facta eſt remiſsio, vt dicit Cy. & Alber. de Roſ. in l. fin. C. de procu. ſequitur Iaſ. in d. l. ſi cum emptore. in vj. limit. vbi allegat in argu. l. filiæ. verſi. Claudius. in fin. ff. de ſol. & facit ratio, nam cùm hæc mulier aliud non haberet alienando ſeu remittendo dictam conditionem titulo lucratiuo, videtur in fraudem remiſiſſe dato, quòd ille, cui remiſſum ſit, ne ſciret l. pen. C. de reuo. his, quæ in frau. §. item ſi quis in fraudem. vbi Iaſ. inſtit. de act. & ſicut tali caſu concederetur reuocatoria, ità in caſu noſtro, licet ipſo iure eſt ſuccurſum ceſſionario, prætendenti ius reale, vt ipſo iure in eius præiudicium geſta non valeant, & facit quod habetur per Iaſ. poſt alios. in l. quoties. in ix. limita. C. de rei vend. Confirmatur hæc ſententia, quia cum iſta mulier illud ius conditionale iam donaſſet Roleto non licuit illi amplius alienare, quia † quod vni ſemel donauerit, alteri dare non 11 potuit l. ſicut. C. de actio. & oblig. cui prohibitioni acceſsit etiam iuramentum, quo promiſit, nihil attentare in præiudicium dictæ donationis, vnde † contractus contra tale iuramentum factus, non 12 debet tenere cap. intellecto. extra, de iureiurãdo. gl. in cap. licet. de iureiuran. in vj. & ipſa uidetur dolosè egiſſe, quo caſu etiam in præiudiciũ eius, qui ignoranter cum ea contraxit, annullatur contractus, vt concludit Ioan. de Imol. in text. cap. cum contingat. extra, de iureiu. vbi latè inſiſtit circa declarationem d. gl. in c. licet. Nec obſt. ſi dicetur, quòd remiſsio non videtur facta ex cauſa lucratiua, tanquam ex parte alterius contrahentis, intercedentibus quædã pactis, quod videlicet tenere

tur

tur eam plere, & quòd ipso & eius vxore moriẽte, ipsa haberet certos fructus, nam respondeo, quòd non ideo potest dici, quin causa sit lucrativa, alias † donatio mutua sub conditione non diceretur fieri ex causa lucrativa, quod est falsum l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi tales donationes mutuæ sub aliqua conditione non valent inter coniuges, nisi morte confirmentur, & tamen si haberent causam onerosam, non est dubium, quòd valerent, & facit, quia illa promissio alimentorum facta in contractu remissionis, non debet cõsiderari, tanquam inducens causam onerosam, imò est superflua, quia iste, cui facta fuit remissio ad ea, tenebatur ex priore contractu donationis l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. & etiam illa promissio fructuum in casu, quo ipse donatarius & vxor præmoreretur, non debet haberi in consideratione, tum quia erat conditio, quam verisimile erat, non fuisse euenturam, prout non euenit, arg. l. qui habebat. in princip. ff. de legat. iij. & quod not. Bart. in l. quorum. ff. de pigno. tum etiam, quia illud, quod sibi vicissim promittebatur, erat quid modicum, vnde non attenditur, vt ideò censeatur datio ob causam, & ex instrumento apparet. quod partes agebant contractum lucrativum, dum semper vtuntur verbo donationis, vt in hoc casu per multa consuluit Cor. consi. xlv. in iiij. quæ opus non est nunc repetere, & quod not. in l. Aristo. ff. de donat. Præterea dato etiam, quòd remissio esset facta ex causa onerosa, adhuc idem esset per no. per Cy. & Albe. in d. l. fi. qui loquũtur in tali casu. Tertiò non obst. l. j. C. de do. quæ sub mo. vbi videtur casus, quòd donatarius, qui ex forma conuentionis non præstitit alimenta, cadit à iure donationis, & teneatur actione personali, & etiam reali, & dicit Corn. in d. cõsi. xlv. quod onus probandi incumbit ipsi donatario, quod præstiterit alimenta ex quo nõ habetur ius in donatione, nisi adimpleto modo, ergo ipse debet probare se adimplesse, per gl. & doct. in l. ij. C. de iure emph. & Bar. & alios in l. in illa. ff. de verb. oblig. Sed ad hoc respondetur, quòd tex. in d. l. j. intelligitur, quando donatarius fuit in † mora præstãdi alimenta, quæ mora ad hoc vt incurratur, requiritur interpellatio. d. l. ita stipulatus. iste autem Roletus nunquam fuit interpellatus, & facit, quia † in contractibus etiam nominatis, qui fiunt sub modo, non tamen committitur mora ante interpellationem, etiam quod aliquis ex parte sua adimpleuerit, vt probatur in l. curabit. C. de actio. empt. vbi venditori teneatur emptor ratione fructuũ perceptorũ, non autem ratione moræ, & ita tenet Iac. Butr. & Bald. in l. ij. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necesse. & Aret. in d. l. ita stipulatus. in j. gloss. idem etiam sentit d. Ias. in l. quod te. ff. si cer. peta. & probatur in d. c. j. §. licet. si de feud. fuer. controuer. supra allega. In casu autem nostro, iste donatarius nihil penitùs perceperat fructuum, vt posset eorum ratione teneri, moram autem non commiserat, & ideò non possumus dicere, quòd inciderit in aliquam pœnam, & secundũ ista debet saluari, & intelligi, quod no. Corn. in loco præallegato. Quarto non obstat, dum dicitur, quod ratione dicti pacti cõditionalis, licet iste de Simiana sit posterior, tamẽ sibi prius facta est traditio, vel quasi, vnde debet præferri isti Roleto, quamuis anteriori, arg. l. quoties. C. de rei vend. & quod not. Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in xvj. quæstio. Nam respondetur, quod † d. l. quoties. procedit in rebus corporalibus quarum dominium non quæritur, † nisi per traditionem. l. traditionibus. C. de pact. vnde ille, cui prius traditum fuit, tanquam ius potiùs in re præfertur, vt declarant omnes in d. l. quoties. Sed casus noster est diuersus, quia cùm hęc mulier haberet, nisi istud ius conditionale, seu spem eam donauit Roleto, & eius ratione videtur esse etiam antiquior possessor, quia in instrumento hæc mulier fecit illi cessionem, quę id operatur in actionibus, quod traditio in rebus corporalibus, vt per Dyn. in reg. pro possessore. de reg. iur. in vj. Bart. in l. si ager. in fin. ff. de rei vend. in l. is cui. §. fin. ff. vt in possess. leg. Bal. in l. j. C. per quas perso. cum simil. Vnde sequitur quod dictus Roletus ratione eius iuris est anterior, non solùm propter quasi dominium alterius, sed etiam, quia anterior iure cessionis, quę habet effectum traditionis, & ita etiã notat. Bart. & sequuntur cęteri, in l. non quocunq;. §. qui Caium. ff. de leg. j. Et ista sunt fundamenta, quæ adducuntur aliquo modo colorare causam aduersarium Roleto, quibus tamen apertissimè fuit responsum, sed quia in sententia cõtra eum lata adducuntur aliæ rationes friuolæ & impertinentes, vt cesset omnis difficultas, ad ea quoq; breuiter respondendum est. Non obst. doctr. Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. per quam uideretur, quod licuerit huic mulieri reuocare donationem, sicut licet ei, qui donauit Titio, pacto apposito, quòd post mortem esset talis ecclesiæ, reuocare in præiudicium ecclesiæ l. iij. ff. de ser. expor. Nam respondetur quod † cum ecclesia non acceptauerit, meritò licet donatori reuocare, secùs si acceptauisset, vt dicunt ibi omnes Moder. vel notarius p absente stipulatus esset, vt dicit ibi Soci. & Are. in consil. lxxiiij. in iij. dub. vnde in casu nostro cũ donatio facta sit Roleto præsenti, & acceptanti, tuum est dicere, quod licita sit reuocatio per illam doctrinam. Non obstat quòd in donatione non dicatur expressè, quod donatur talis spes, seu ius cõditionale, vnde † quod expressum nõ est, habetur pro omisso. l. veteribus. ff. de pact. nam respondeo satis esse expressum sanis hominibus. & plusquã clarissimum, si enim donantur ei iura presentia, & futura, quid aliud est † ius futurum, vel bona futura, quàm spes, & ius conditionale? & hoc dicit tex. in d. l. spem. C. de donatio. ibi, spem futuræ actionis. † actio enim ius est. insti. de actio. in prin. & cõprehenditur appellatione bonorum. l. bonorum appell. ff. de verb. signif. Non obst. quòd debuit ipse Roletus interpellare donatricem, vt acciperet alimenta, non autem ipse interpellari, cum ea promissio respiceret ipsum, nõ autem mulierem, præsertim cum esset pura, non in diem, vel conditionalis, respondeo istam rationem nõ esse dignã, quæ debeat referri, clarum enim est quod ratione alimentorum mulier erat creditrix, ergo ad eam spectabat interpellare debitorem, dato quod obligatio etiam esset pura, vt est casus in d. l. ita stipulatus. Nõ obstat, quòd Roletus tenebatur ad alimenta sub religione iuramenti, ergo non potuit morã purgare, vt habetur in c. potuit. de locato. respõdetur quid facit ad propositum purgatio moræ? purgatur enim mora commissa. at Roletus nunquam fuit in mora, ex quo nunquam interpellatus. Non obstat. quod ex quo Roletus non dedit alimenta, potuit donatio reuocari, quãuis iurata. c. iij. de iureiur. & quod habetur in l. cùm proponas. C. de pact. respõdeo satis seruasse, nec fuisse in mora, vt suprà pluries dictũ est, & dato, quod fuisset, adhuc erat ei succurrendũ propter probabilem ignorantiam, & rusticitatẽ, vt dixit Alex. in præalleg. cõsi. xcij. in,

BIU Cujas

xcij. in j. volum. limitando isto modo reg. l. si quis maior. Cod. de transact. Non obstat quod non interuenerit aliqua traditio, vnde videtur donatio fuisse inefficax. d. leg. quoties. quia suprà respondi, cùm enim donatum sit ius futurum, non potest quæri de traditione, sed de † cessione per quam transferuntur iura, quæ interuenit in casu nostro, vt suprà dixi. Non obstat quod † donatio non fuerit insinuata, quia propter iuramentum communis est opinio, quod insinuatio non sit necessaria, vt per Alexan. in l. nemo potest. in ij. quæst. Bartol. ff. de lega. j. vbi recitant quamplurima consilia doctorum in hac sententia. Item cum præsumatur pro validitate actus, debuerunt illi, qui dicunt esse nullum ex defectu insinuationis probare, quod esset talis donatio, quæ excederet summam quingentorum aureorum, istud enim est fundamentum intentionis illorum, & ideo † onus probandi illis incumbit, vt dicit lex, verius. ff. de proba. glo. in cle. fi. in verb. creatum. de rescript. & habetur in l. in illa. ff. de verbo. oblig. Non obstat, quod non sit seruata forma statuti prouincialis in hac donatione, quia iuramentum tollit contrarium, cum enim tale statutum principaliter sit factum fauore priuato, † actus factus contra eum valet, si iuramentum accesserit. c. cùm contingat. extra, de iureiuran. c. quamuis. de pact. in vj. authen. sacramenta puberum. Cod. si aduer. vend. & quod habetur per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Item talis donatio fuit celebrata extra prouinciã, vnde non debuit seruari illud statutum, dans formam contractibus ineundis, sed satis fuit seruare consuetudinem loci, in quo partes fecerunt contractum. l. si fundus. ff. de euict. Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. per Imol. in rub. de consuetud. cum similib. Non obst. quod appensata forma agendi, dicit iudex se ita pronũtiare, nam non video, quam rectè cogitauerit, agit enim Roletus contra istum donatarium, seu hæredes, vt bona sibi dentur, vel reddantur, quæ verba important actionem personalem, qua quis compellitur ad dandum, id est, transferendum dominium. l. si fundum. ff. de verbor. oblig. competit autem sibi talis actio iure cessionis sibi factæ, per dictam Richardam, cui iste primus donatarius tenebatur vigore primi pacti. Et hoc maximè, cùm in libello sit † clausula, ius & iustitiam ministrari, per quam sustinetur libellus etiam ineptus, & videtur in iudicium deductum omne ius, per quod actor possit obtinere, vt not. in c. ij. de ordin. cogn. & habetur in locis vulgaribus. Et profectò non possum satis mirari, quomodo in causa tam aperta fuerit, tam malè habitus iste pauper rusticus, quem intelligo propter hanc litem excidisse de vniuersis facultatibus, vnde partes domini iudicis sunt refrænare tantum iniquitatem, & in vniuersis expensis, & interesse condemnare istos reos conuentos.

CONSIL. XIIII. SVMMÆ.

1 *Per seruum priuatum acquiritur dominium absenti, & ignoranti domino.*
2 *Notarius est seruus publicus.*
3 *Valet argumentum de seruo priuato ad seruum publicum.*
4 *Quando in contractu est stipulatum aliquid tertiò per notarium, non est licita pœnitentia, quia illi statim est ius quæsitum, aliàs licitè pœnitere.*
5 *Notarius est tanquam pica.*
6 *Si dono alicui sub conditione, quæ conditio euenit eo defuncto ante acceptationem, acquiritur hæredi.*
7 *Non differt contractus purus à conditionali si euenit conditio.*
8 *Ius acceptandi transit in hæredes.*
9 *Factum nomine defuncti, potest ratum haberi per hæredem, si sit natura sui transitorium ad hæredes.*
10 *Donatio in qua interuenit iuramentum, debet tenere etiam sine acceptatione, tanquam promissio sit facta Deo.*
11 *Per notarium non queritur ipso iure pupillo, qui habetur pro absente.*
12 *Absentibus non quæritur per liberum hominem, nisi eis volentibus.*
13 *In mutuo speciale est, vt alteri per alterum etiam ignoranti quæratur.*
14 *Beneficium Principis non queritur absenti, & ignoranti.*
15 *Princeps est publica persona.*
16 *Presbyter licet sit persona publica, & possit stipulari pro Episcopo, requiritur tamen ratihabitio Episcopi.*
17 *Differentiæ inter acquisitionem serui, & notarij.*
18 *Nuncius est tanquam pica, seu organum.*
19 *Mortua donataria ante acceptationem, annullatur contractus donationis, quia præsumpta voluntas donatoris est, vt donet ipsi donatariæ principaliter, nõ autem eius hæredibus.*
20 *Contractus prout sunt in fieri, sunt facti.*
21 *Contractus ante acceptationem ex quo non est perfectus, nisi accedente consensu vtriusque, dicitur esse in fieri.*
22 *Quæ in bonis defuncti nõ fuerunt ad hæredes, nõ transeunt.*
23 *Cõditiones potestatiuæ respectu impleti ad hæredes, nõ transeunt.*
24 *Notarius si pro infante recipit constitutionem precarij, acquirit illi dominium, tanquam procurator illi à lege datus.*
25 *Quando donatio fit absenti, & sequitur acceptatio, tunc acceptatio retrotrahitur, & videtur vsque à principio acquisitum ius ignoranti.*

PRoposito in casu, in quo quæritur, nunquid donatio facta per mulierem nuptam sorori absenti, & stipulata per notarium nomine absentis, cum clausula, constituti, & precarij, valeat, dato, quod non constet istam donatariam vnquã ratificasse? Videretur prima facie dicendum, quod sic. Primò per text. in l. qui absenti. ff. de donat. vbi per † seruum priuatum acquiritur dominium absenti, & ignoranti domino, ergo idem in † notario qui est seruus publicus. & valet argumentum de vno ad alium. leg. ij. ff. rem † pupill. saluam for. per Bartol. in l. j. §. huius studij. versic. vlti. inducit Gul. ff. de iusti. & iur. & in l. non aliter. ff. de adopt. Secundò facit, quod not. docto. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. obliga. vbi † quando in contractu est stipulatum aliquid tertiò per notarium, non est licita pœnitentia, ergo sequitur, quod illi sit statim ius quæsitum, aliàs liceret pœnitere. leg. si pater filio. in fin. ff. de manum. vindicta. Tertiò facit, quia † notarius est tanquam pica, vt dicit Bald. in leg. j. in fin. ibi, quia tabellio, &c. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. & in l. nec enim. de adoptio. & talis acquisitio fit per legem, vt per gloss. Bald. Angel. Alexandr. in dict. leg. j. vnde quæritur etiam ignoranti. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat. & quod notat Bald. in l. j. versi. item nota, quod gloss. C. per quas perso-

BIU Cujas

6 Quartò fecit etiam. Quia † si donem alicui sub conditione, quæ conditio eueniat, eo defuncto ante acceptationem acquiritur hæredi, vt dicit Rapha. Comen. in l. ij. §. si pecuniam. ff. de dona. er-
7 go ide in pura, quia † non refert, contractus sit purus, vel conditionalis, & quæcunque conditio, vt per Moder. in l. fi. ff. de vulg. & pupil. Quintò, in casu nostro videtur fortius dicendum, quod dato, quod ipsa donataria non acceptauerit, possint eius hæredes etiam de nouo acceptare, ex quo donatio est facta ipsi, & eius hæredibus, vt per Imo. & Aret. in l. continuus. §. fi. ff. de verb. obli. vbi tenent, talem obligationem non dici hæreditariam, ex
8 quo non incipit à testatore, sed à persona ipsorum hæredum. Sextò, videtur quod istud ius † acceptandi transeat in hæredes per doctrinam Bart.
9 in l. bonorum. ff. rem rat. habe. vbi † factum nomine defuncti potest ratum haberi per hæredem, si sit ratum sui transitorium ad hæredes l. si sine. §. si procuratori. ff. eo. tit. & facit quod not. Signorol. de Homod. consi. lxxxviij. & facit text. in l. quoties. Cod. de donat. quæ sub mo. vbi si donauerim tibi centum, & post mortem tuam ea centum donem Seio, mortuo Seio ante acceptationem, possunt hæredes ipsi acceptare. & istam partem videtur tenuisse Bald. in l. si quis emancipatum. C. de donatio. & Guid. Pap. q. xlix. incip. in processu. & q. xxxij. incip. in donatione. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in consil. Delphinal. & alleg. Bar. in l. tam is, in §. filius. in ij. q. ff. de dona. causa. mor. & in l. si pupillus. ff. rem pupil. salu. for. & idem consulendo sequutus est Socin. consi. cxxv. in iij. & consi. xc. versi. secundò respondetur. eod. volu.
10 Septimò, quia in ista † donatione interuenit iuramentum, vnde debet tenere etiam sine acceptatione, tanquam promissio sit facta Deo, per glo. in c. quoties cordis oculus. j. q. iij. & quod notat Card. in cle. j. §. fin. in iiij. q. j. oppositum dicit. Sed his non obstantibus, contrarium arbitror de iure verius, pro qua parte primò facit rex. in Liiij. ff. rem pup. salu. for. vbi per notarium non quæ-
11 ritur ipso iure † pupillo, qui habetur pro absente. Secundò facit l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rer.
12 domi. † vbi absentibus non quæritur per liberum hominem, nisi eis volentibus, quæ verba conditionalia sunt, & important, quod prius declaretur voluntas per absentem, vt ibi declarat Signorol. de Homod. in repet. & est text. in l. omnibus rebus. ff. de actio. & oblig. & istud procedit etiam in notario, ex quo notarius in acquirendo non differt ab aliis liberis hominibus, nisi in vno, videlicet, quod transfertur vtilis sine cessione in eum, cui stipulatus est, vt declarant Barto. & alij in d. l. ij. & Bald. in l. j. §. exigere. ff. de magistr. conuen.
13 cum simi. Tertiò facit, † quia speciale est in mutuo, vt alteri per alterum etiam ignoranti quæratur d. §. si nummos. ergo in contrarium est ius cõmune. Quartò facit, quod not. Bal. in l. j. ff. de don. & per doct. in l. si ego. ff. si cer. per. vbi ad hoc, quod donatio teneat, ita est per necessaria scientia donatarij, vt si donatarius erret in causa, puta, quia credat aliam causam esse, quam donationis, quam-
14 uis illimet tradatur, non valet donatio, quia defecit in consensu, vt ibi per eum. Quintò facit, quia etiam † beneficium principis, nõ quæritur absen-
15 ti & ignoranti, & tamẽ † princeps est publica persona, vt per Aret. in l. si absenti. ff. de acquirend. poss. & Curt. consi. iiij. in fin. & consi. lxv. seriosa. Sexto facit l. nec vtile. ff. ex quib. cau. maio. & nota in d. l. si ego. & Petr. de Ancha. in c. ij. vbi absenti, in

A ij. notab. de præben. lib. vj. Septimò, pro ista parte dico esse communem opinio, quam tenent Andr. de Piss. Guil. de Cun. & quidam alij, prout refert, & sequitur Albe. de Rosa. in l. ij. non aliter enim ff. de adopt. vbi dixit, quod ex quo in contractibus requiritur consensus, notarius non potest acquirere absenti, & consensus supplebitur per ratihabitionem, & facit l. si ego. ff. de nego. gest. & Bald. in consi. cui verba, in versic. vel melius dicendum. in ij. vol. idem tenet Angel. in consil. lxxiij. Quod dicta actio. vbi quis quod per notarium non acquiratur vtilis absenti, nisi ratum demum, si absens ratificet. & est de mente Oldr. consi. xxx. facti huius talis est, quædam, &c. & etiam Hostien. in c. dudũ. de conuer. coniu. vbi licet presbyter sit persona 16
publica, & possit stipulari pro episcopo, requiritur tamen ratihabitio episcopi. idem voluit Socin. Andr. in addi. Specul. in titu. de cessi. am. §. nunc. sequen. in addi. incip. Petrus de Cerutis. in fi. vbi propriè figurat quæstionem in notario stipulante pro absente, & in fin. dicit, non acquiri dominium ante ratificationem. Paul. de Castren. in l. huiusmodi. in fin. prin. ff. de lega. j. in lect. quam fecit Aurelio tertia, & melius in terminis nostræ quæstionis, per eundum Paul. de Cast. in consil. cxcv. visis his, quæ narrantur. in fi. volum. secundum nouam impressionem, vbi concludit, talem donationem non valere, nec ratificari per hæredes, quia res amplius non est integra, vt infrà dicam, eandem sententiam loquitur Soc. vbi refert quoddam Mod. etiam in fortiori casu consuluisse in l. j. §. si iusserim. ff. de acquir. poss. Idem etiam tenet Corn. in consilio leg. videtur in hac consultatione. in volum. j. vbi expressè intelligit quod notarius acquirat alteri, ita demum sequuta ratihabitione. & idem tenet Iacobinus de S. Georgio. in dict. §. si nummos. in fin. & Christophorus Nicollus in l. quod meo. super glo. fin. versicu. item scientia, & voluntas. ff. de acqui. possess. & Dec. consi. ccxxvj. magister Ioannes de Albenco, & in l. contractus. ff. de reg. iur. vbi allegat Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. circa fin. in versi. sextò quæro. ff. de adoptio. & in hoc non est differentia inter actiones personales, & ius dominij, seu possessionis, quantum sit ad acquisitionem faciendam per notarium, domino ignorante, quia eadem ratio militat inter istos casus, ex quo lex habet notarium pro libera persona, qui non acquirit directe domino, prout est communis opinio per Alexan. & Moder. in l. stipulatio ista. §. fi stipuler. ff. de verbo oblig. & infrà dixi. Et hanc partem tenendo, non obstant allegata in contrarium. Et primo nõ obst. quod notarius æquiparetur seruo. Quia ista æquiparatio procedit quantum ad hoc, quod quilibet potest acquirere illi, cui stipulatur, sed non eodem modo, vt dicit Ioan. de Platea in l. generali. C. de decu. lib. x. quod patet, ex quo seruus acquirit domino iura directa. † Notarius vero vtilia tantum. 17
Item seruus acquirit domino, quando in eius potestate. Notarius autem acquirit, quia sua interest ratione publici officij. vt per Paul. de Castren. in d. l. ij. & per Ioan. Fabr. in §. si quis alij. Instit. de iur. stip. Item est ratio differentiæ inter vtrunque in casu nostro. Nam ratio, cur seruus acquirit domino ignoranti est, quia ipse nihil proprium habere potest, nec in eius persona aliquod ius potest residere, vnde incontinenti transit in dominum, quamuis ignorantem, prout dicit gl. in l. j. in fin. & ibi Salic. & alij. C. per quas personas nobis acquiratur. ratio cessat in notario, in cuius persona re-

dun-

directæ actiones, vt suprà dixi. Ad secundum respondetur, quod docto. in d. §. Flauius. loquuntur in casu, quo post pœnitentiam donatis sequi potest ratificatio donatarij, nam talis ratificatio retrotrahitur, vt dicit Ang. in l. si ego. ff. de neg. gest. & habetur perinde ac si à principio fuisset illi acquisitum, vnde non licuit donanti pœnitere. Ad tertium respondetur, quod Bal. in dict. leg. j. & in aliis locis semper præsupponit, sequutam ratificationem, & quamuis notarius sit tanquam pica, 18 tamen non acquirit, nisi scienti, prout dicimus † in nuntio, qui est tanquam pica, seu organum, vt dicit Bald. in l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. & tamen non quæritur, nisi scienti. d. l. absente. & ibi per Raphael. Comen. & tex. in dict. §. si nummos. ponit casum specialem, vt dicunt ibi docto. & Pau. Cast. in d. consil. cxcv. Ad quartum respondetur, quod quamuis notarius stipulatus sit donatariæ, & eius hæredibus, tamen est vna donatio, & hæredes non admittuntur, nisi prius acquisitum sit ius per donatariam. l. cum qui ita. §. re. & Titium. ff. de verb. oblig. per Bar. in stipulatio ista, habere licere. §. si quis ita. in fi. & ibi doct. eod. tit. Ad quintum & vltimum respondetur, quod imò tale ius acceptandi non transit in hæredes. l. si ego. §. si res. ff. de iur. dot. & quia res amplius non est integra, ex quo mortua est donataria. bonorum. ff. rem ratam hab. & ita precisè respondet Pau. de Cast. in d. consil. excj. vnde, † mortua donataria, annullatur contractus donationis, quia præsumpta voluntas donantis est, vt donet ipsi donatariæ principaliter, vt per Bald. in l. iij. C. quib. ad lib. proclam. non autem eius hæredibus, nisi quatenus prius fuisset acceptata donatio à principali, & quod non transeat ad hæredes, facit, 20 quia † contractus pronti sunt in fieri, sunt facti leg. consil. & doctor. sun Alexan. post alios in l. j. in prin. 21 ff. de verbor. obligat. vnde cùm † contractus ante acceptationem sit adhuc in fieri, ex quo non est perfectus nisi accedente consensu vtriusque, l. consensu. ff. de actio. & obliga. sequitur, quod sit facti, & consequenter non transit ad hæredes l. cum hæredis. ff. de acqui. poss. l. j. §. Scæuola. ff. si quis testi. lib. & per Cyn. in l. vnica. in ij. q. C. de his, qui ante aper. tab. Bald. Salic. Alexan. l. emancipata. C. qui admit. item fact, quia † quæ in bonis defuncti nõ fuerunt ad hæredes non transeũt per Iaf. in l. emãcipata. C. qui admit. vt per Bart. in l. à testatore. in fin. ff. de condi. & demon. sed ante acceptationem nihil dicitur in bonis defuncti fuisse. & text. in d. l. si is sine. §. pen. notatur. & Bar. in d. l. bonorum. docetur in loco, quod acquiritur ipso iure. Et hoc modo non obst. quod not. Cyn. in c. ratum. in pen. vl. quæstio. de reg. iur. lib. vj. & Bar. in d. l. bonorum. Quia iste actus non solet transire ad hæredem, nisi fuerit acceptatus à principali, & facit, 23 quia † conditiones potestatiuæ respectu impletæ ad hæredes non transeunt, vt dicit Bar. in l. si decem tum petiero, in fin. ff. de verb. obli. quem omninò vide. Idem est in casu nostro, quia inest tacita condicio donatario, si acceptauerit, quæ est potestiua, ex quo donatio, nisi acceptata nihil valet, vt etiam dicit Cicero in Topicis ad Trebatium, in loco à notatione verbi, in hæc verba. Quo in genere etiam Mancini causa defendi potest, postliminio rediisse dicunt non esse quamuis non fuerit receptus. Nec etiam obstan. leg. quoties. C. de bona. quæ sub mod. Quia ibi ex dispositione legis ius iam erat quæsitum donatario, vnde transmittitur in hæredem, nam donatarius ibi erat cre-

ditrix in diem, & sic erat orta actio, licet obstaret exceptio, vt ibi per gloss. & doct. Nec obstant auctoritates in contrarium allegatæ. Et primò quod notat Bald. in dict. leg. si quis emancipatum. Quia loquitur in infante, qui non potest sibi acquirere, vnde si † notarius pro eo recipiat constitutionem precarij, acquirit illi dominium, tanquam procurator illi à lege datus leg. j. §. per procuratorem. possessio. §. fin. ff. de acquiren. possess. sed secus est in maiore, qui expressè potest acceptare. facit in argum. leg. ij. ff. de institut. actio. Non obstat quod not. Guid. Pap. in dict. quæstio. xlix. quia illud est verum in casu suo, videlicet, stante consuetudine, quod per notarium quæratur ius absenti & ignoranti, prout ipse dicit. Nec obst. quod not. Bar. in dict. §. filius. quia si videatur, non attingit istam quæstionem. Nec etiam Fulgo. in allegato consil. xciij. Nec etiam obst. auctoritas Soc. in dictis consiliis. Quia debet intelligi, † quando donatio fit absenti, & sequitur ac- 25 ceptatio, nam tunc retrotrahitur, & videtur vsq; à principio acquisitum ius ignoranti, & quod ipse ita intellexerit, probatur ex lege, quam ipse allegat, videlicet ex. l. si ego. ff. de neg. gest. quem alleg. in d. consil. cxcv. & consil. cclxij. vbi loquitur in possessione.

CONSIL. XV. SVMMA.

1 *In dubio non est recedendum à verbis.*
2 *C. l. de eo qui sibi, & hæred. suis sensum.*
3 *In feudis non solum fœminæ, sed omnis earum linea excluditur.*
4 *Diffusionis etiam natura est ampliare.*
5 *In emphyteosi accepta nomine filiorum, descendentium, masculorum, non veniunt masculi descendentes ex fœmina.*
6 *L. si viua. C. de bon. mater. sensum.*
7 *L. si. C. de instit. & substit. sensum.*
8 *Acta, quæ ex post facto congerunt declarant, quid retro senserit testator.*
9 *Ius quæsitum ab adhuc non potest per testatorem tolli.*
10 *Clausula, quibus decet, virtus.*



Erba donationis de qua agitur sunt, *Comes Laurentius* STROZZA *donat Tito fratri acceptanti pro se, suisq; filiis masculis legitimis, & naturalibus, & descendentibus, & etiam descendentibus masculis vsq; in infinitum*, &c. Qui suprascriptus Titus reliquit filium Guidonem, qui decessit absque filiis masculis, sed reliquit nepotes masculos ex filiabus. Quæritur an tales nepotes comprehendantur in donatione, adeò quod ius in eos transierit, secundum l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. Et putauerim quod sic. Moueor, † quia in dubio non est recedendum à verbis, isti 1 enim sunt descendentes, & masculi, & sic verificantur verba, secundum Corn. consil. ccxlvj. in ij. litera. G. Fulgo. consil. lxxxvj. per tex. in §. j. in authen. de hæred. ab intesta. Bald. consil. ccxxvlij. j. Cast. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posth. Rub. consil. xxij. Specu. de locato. §. nunc aliqua. q. cxlvj. Et propter extraneas phantasias doctorum non est facile recedendum à vi verborum, vt dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. facit l. non aliter. de leg. ij. l. ille tutì ille. §. cum in verbis. eo. tit. Et pro hac opinione est text. in † c. j. de eo qui 2 sibi, & suis hæred. in vsib. feud. qui tex. probat

fortiatur, vt in materia feudali illa verba, descendentibus masculis, intelligantur de nepotibus ex filia, cùm tamen † in feudis non solùm fœminæ, sed omnis earum linea excludantur. c. j. §. hoc autem. qui feud. dar. pos. & tamen propter vim illorum verborum, etiam in materia feudali tales nepotes admittuntur, suadeturque hoc ex ratione in textu posita, ibi, non enim patet locus fœminæ, donec masculus superstet, & sic probatur ibi, quod talis masculus comprænditur in illis verbis, descendentibus masculis, &c. & solutio Aretini, & Iaf. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posth. est contra verba ipsius text. Confirmatur hæc opinio per doctrinam Bal. in auth. cessante. C. de legitim. hæred. vbi distinguit, an masculus vocetur ex persona matris, & tunc non admittatur, an verò veniat ex persona propria, & tunc secus, quia tunc non consideratur persona, à qua descendit. allegat Iacob. de Aret. & Cyn. vt ibi per eum. & cum hac opinione transit Alber. de Rosa. Fulg. & Corn. in auth. post fratres. eod. titu. licet aliqualiter dubitet. refert & sequitur Socin. in d. §. nunc de lege. verſ. iij. vbi pro hoc dicto, allegat Bart. in l. qui superstitis. versic. quæro secundùm prædicta. de acquir. hæred. & videtur hoc esse communiter approbatum, quicquid dixerit ibi Aret. clarum est autem in casu nostro suprascriptis verbis vocari masculos, ex persona sua, non tanquam hæredes, nec ex persona matris. Ad idem faciunt verba ipsius donationis, si quis ea rectè consideret in ea iteratione verborum, *Pro se & filiis, & descendentibus masculis.* Illa enim clausula, *Et etiam, &c.* esset superflua, & nullius effectus, nisi diceremus includi istos, quamuis ex fœminis natos. arg. l. si quando. ff. de lega. j. cum ibi not. Et quia cum primum stipulatus fuisset pro descendentibus, quo casu non intelligerentur, secundùm istos doctores, nisi descendentes ex masculis subiicit ampliando, & etiam descendentibus masculis in infinitum, vt † dictio, etiam, secundùm suam naturam stet ampliatiuè. oportet dicere, quod hac clausula comprænhendantur descendentes masculi, etiam ex fœminis, vt implicet casum magis dubitabilè. glo. clem. ij. verb. ecclesiæ de hæret. Alexan. cons. xxiij. in v. doct. l. qui se patris. vbi Dec. j. not. C. vnde lib. Pro eadem sententia, etiam facit talis ratio, nam si simpliciter dictum esset pro se, & descendentibus procul dubio comprænderentur fœminæ, & earum descendentes cuiuscunque sexus l. j. C. de condi. inser. vbi Pau. de Cast. Bald. l. ij. de iure emph. Paul. & Alexan. in l. quia tale. fol. mar. Imo. cons. lxiij. Soci. xxxj. in j. lj. in iij. Cor. lj. in ij. ccxxxiij. in iij. Sed in casu nostro dictio, masculis, solum aduersatur fœminis, ergo debet stare firma dispositio respectu nepotum masculorum, prout etiam sentit Pau. de Cast. in d. l. j. C. de condi. inser. Socin. d. §. nunc de lege. Non obstat, quod † in emphyteosi accepta nomine filiorum, & descendentium masculorum non veniant masculi descendentes ex fœminis, vt est communis sententia per Alex. cons. xxxviij. in vj. Volu. docto. in d. §. nunc de lege. Alex. Iaf. cæteros, in leg. sed si hac. §. liberos. de rit. nup. vocan. cum aliis concord. Respondeo, prædicti doctores non loquuntur in casu nostro id est, in casu donationis, quæ fauorabiliter accipitur dict. leg. quoties. ca. cum dilecti. de donat. gloss. & docto. leg. penul. de constitut. prin. Dec. consil. xxxij. & ccxxiij. nec loquuntur in casu, in quo masculi veniunt ex persona sua, sed in emphyteosi, quæ ex persona antecessoris, per mortis causa capitulum accipitur, vt declarat Bart. in leg. si mihi, & Titio, in fin. de verbo. oblig. Præterea respondeo, quod dicta per suprascriptos doctores intituntur veritis rationibus, quæ ad casum nostrum non pertinent, excepta tamen ratione. l. si viua. Cod. de bon. matern. in fin. vnde debent limitari in casu nostro per ea, quæ mox dicemus respondendo ad dictam legem. Non obstat dict. lex, si viua. † vbi excluſa radice excluduntur omnes rami, vnde excluſa filia etiam eius filij, quamuis masculi vident excludendi, vt dicit Paul. de Castr. in l. maritus. C. de procura. & tradunt omnes in d. §. nunc de lege, nam respondeo, quod regula illa procedit, quando durat causa, per quam radix excluditur, puta in casu nostro, si adessent alij masculi, ex masculis descendentes, sed cum alij non adsint propter vim verborum, etiam isti videntur admittendi, & ita propriè loquitur text. in d. c. j. de eo qui sibi & suis hæred. & ita etiam loquitur Bald. in d. authen. cessante. cum concord. & puto, quod hæc solutio sit communis, & vera, quia doctores contradicentes loquuntur, quando extant alij masculi. Præterea difficultas tollitur ex geminatione verborum per fundamentum, de quo supra. Non obstat, quod in donatione fit mentio de masculis contemplatione agnationis, vt in pacto, bona transeant in fratres donantis, & masculos ex eis descendentes, nam respondeo, quod si ipsi extarent, posset procedere argu. sed cùm non extent, nihil impedit, quin isti nepotes ex fœminis admittantur per text. expressum in dict. c. j. & rationes suprà allegatas. Præterea, stat simul quod istam agnationem considerauerit donator, respectu aliorum fratrum, & non respectu descendentium Titij, quem prædiligebat, vt apparet ex tenore donationis, vt in simili dicunt doct. de qualitate masculina, quam considerat testator excludendo proprias filias, & non tamen ad exclusionem neptis ex filio, de quo per Io. de Ana. consil. xxij. & per Alexan. consil. xxxviij. in vj. xvij. in fin. in vij. Iaf. cxlij. in ij. Curt. iun. clxiij. cum similib. Præterea etiam si fauor iste agnationis in casu nostro fuerit consideratus, tamen cessantibus agnatis includentur isti alij propter generalitatem verborum, sicut dicimus in l. fin. C. de insti. & substit. † vbi si mater non extat, interpretamur semper adiuisse pupillarem substitutionem, secus, si extet, & sic † ex iis, quæ ex post facto contigerunt declaramus, quid retrò censuerit testator. l. patet Seuerinam. §. ij. de condi. & demon. Bart. l. Centurio. versic. simile habes. de vulgo. & facit quod no. Imo. l. Gallus. §. instituens. ad l. Lucius de hæred. instit. quando dispositio confertur in futurum euentum, &c. ad idem Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. vbi Alexan. vbi etiam naturales, quando in futurum euentum, ad idem Bal. in leg. extat. mento. q. vj. q. vij. C. de testa. milit. & in l. Lucius. de vulg. vbi Rip. num. xxxix. consuluit Ruy. primò per doctrinam Soci. in §. quidam rectè. versic. ij. secundò Bald. leg. fratres. q. vlt. C. de inoff. testa. tertio Imo. dict. §. si quis rogatus. quarto Bal. dict. l. in testamento. q. vij. addo ego quod notat Bar. in leg. si filiofam. ij. in fin. ff. de dona. cau. mor. Non obst. quod d. Guido aliter disposuerit condito testamento instituta in iis bonis vna dumtaxat filia, quæ est nupta in familia Strozzarum. quia respondeo, quod cùm ex donatione veniantur isti nepotes masculi ex filiabus, non potest testator aliquid ordinare in præiudicium ma-

is, acquisiti istis donatariis d.l. quoties, Cod. de dona. quæ sub mod. facit regula, quæ ponitur in l. de successi. seu. ibi, nulla ordinatione, & quia
9 Titus quæsitum ex donatione istis masculis, non potest per testatorem tolli l. id quod nostrum. de reg. iur. l. j. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Bart. l. vt iusiurandi. §. si liberi. de oper. lib. Alex. consi. ij. in v. Cor. cx. in iiij. xxxvij. in v. Dec. cccclxxxix. & in donatione per Deci. consil. ccccccvij. in ij. dub. Præterea, inuestitura emphyteusis est facta Laurentio pro se, & suis hæredibus, & successoribus, necnon illis quibus ipse seu successores dederint, & hæredibus, & successoribus eorum, vnde per donationem factam Tito verificata est clausula, & quibus dederit, &c. de qua c. j. de feud. non hab. propr. nat. igitur donatio transit secundum vim illorum verborum, & hæredibus, & †
10 successoribus, &c. per quæ verba non habent hæredes Titi, facultatem liberè disponendi. vnde non posset in extraneos disponere, sed relinquere tenentur, prout ab intestato ei succedi potest, secundum Dec. in cons. clxxxj. Quintò, respondetur, & verius. præterea, & secundo. sequitur Rip. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebelli. de quo dicendum, vt per eos, & Iaso. l. ij. ad fin. Cod. de iure emphyt. Alexand. consil. xxviij. & cxiij. in v. & certè periculosa est ista sententia, vnde prima responsio est tutior. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XVI. SVMMÆ.

1. *Euenciente conditione resolutoria, contractus ipse nullus efficitur.*
2. *Cautio videtur esse pars pretij.*
3. *Verba in contractu accipiuntur, prout sonant, & conditio vel modus non subaudiuntur.*
4. *Verba simpliciter accipi debent, non autem secundum quid.*
5. *In contractibus bonæ fidei attendimus id, quod verisimiliter est actum.*
6. *Ex qualitate personæ verba impropriantur.*
7. *In dubio contra venditorem pronuntiamus.*
8. *Expressum facit cessare tacitum.*
9. *Casus omissus remanet in dispositione iuris.*
10. *Verbum licentia simpliciter prolata, intelligitur de pura, & simplici, non autem de qualificata.*
11. *In cõtractibus bonæ fidei, mens præsumpta partium, habetur pro expressa.*
12. *Casus omissus, si cum virtute expressi intelligi potest, habetur pro expresso.*

CHirographo Petri de Valentia venditoris viso, & eius verbis concernentibus venditionem bladi, quatenus dicunt, quod casu, quo non posset haberi licentia extrahendi dictum bladum ab Arelate, & eius territorio, curante id Petro de Ponte, & exponente vsque ad decem aureos pro extractione, & casu quo non posset obtineri contractus sit nullus, &c. Item visis his, quæ in facto proponuntur, breuiter dico
1 contractum † esse nullum, tanquam euenerit conditio ipsius contractus resolutoria, l. obligationu ferè. §. conditio. ff. de actio. & obligat. l. ij. ff. de in diem addict. & quæ not. Albe. de Ros. in epist. interclara. §. fin. C. de sum. trini. & fide catho. Moueor primò, quia ad hoc, vt cõtractus non resolueretur, actum erat, vt non expenderentur vltra decem aurei, per ipsum emptorem. Sed in casu nostro requisita fuit † cautio, quæ videtur esse pars
2 pretij. fundi partem. ff. de contrahen. empt. leg. si venditor. §. fin. de fer. ex port. ibi quantum hos ipso minoris, &c. leg. penul. ff. de hæred. vel act. vendit. Si igitur per requisitionem vnius aurei, vltra decem resoluebatur contractus, multò magis per requisitionem istius cautionis, quam præstare erat impossibile ipsi emptori, & cuius etiam intererat vltra centum aureos non obligari tali oneri, & ista eltratio, quæ principaliter me mouet. Secundò moueor, quia verba pacti dicunt contractum resolui, quando non posset haberi licentia, quod verbum proprie loquendo intelligitur de pura, non autem de habente conditionem, vel modum annexum. leg. prima. in prin. ff. de dona. ibi, & hæc propriè facit, quia † verba in
3 contractu accipiuntur, prout sonant, & conditio, vel modus non subaudiuntur. leg. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. & ibi per Iaso. post alios. facit etiam quia † verba simpli-
4 citer accipi debent, non autem secundum quid. l. Lucius. §. quæsitum. de lega. ij. ista autem esset licentia qualificata, mediante cautione, &c. Tertiò moueor, quia † iste contractus est bonæ fidei, in
5 quo maximè attendimus, id quod verisimiliter est actum, quæ verisimilitudo maximè attenditur, † ex qualitate personæ, propter quam etiam ver-
6 ba impropriantur. l. si vno. ff. loca. leg. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. Sed iste emptor est mercator Genuensis, qui hoc triticum ad alium finem non emebat, nisi vt alio & forte extra prouinciam transportaret, quod ipsi venditori verisimiliter notissimum erat leg. qui cum alio. ff. de regul. iur. vnde quando actum fuit de licentia impetranda, non possumus dicere, quod intellectum sit de tali licentia ad quam obtinendam necessariam esset cauere, de non adducendo extra prouinciam, quia isto modo circumuentus esset emptor, nec ad talem contractum descendisset. argum. l. cùm te. C. de pact. inter empt. & vendit. & quod not. Socin. consil. xxvj. in iij. per totum. & tanto magis hæc interpretatio est accipienda, quia † in dubio cõ-
7 tra venditorem pronuntiamus. l. veteribus. ff. de pact. Nec obstant quædam, quæ in contrarium adduci possent. Et primò, quod illa verba, *Casu, quo non posset haberi licentia.* abnegant omnem potentiam, iuxta nota. per glo. in c. primo de regul. iur. in vj. & Iaf. in leg. Gallus. in prin. de liber. & posthu. respondeo in pacto expressum est, de qua licentia id est, de pura, non autem qualificata, ité de ea, per quam emptor non damnificaretur, vltra decem aureos, vnde illa generalitas negatiuè restringitur ad id, de quo actum est argum. l. pen. ff. de pact. & c. quantò, de præsumpt. & † expres-
8 sum facit cessare tacitum leg. cùm ex filia. §. j. de vulg. & pupill. Non obstat, quod † iste casus videatur omissus, & ideò remaneat in dispositione iuris l. si cum dorem. ff. sol. matr. respondeo, non
9 est omissus per supradicta, quia † verbum licentia
10 propriè intelligitur de simplici, non autem de qualificata, & quia illa qualitas aggrauet pretium, & tamen actum fuit ne extenderetur vltra decem aureos. Item respondeo, quod † hic est præsumpta
11 mens partium, quæ in contractibus bonæ fidei habetur pro expressa. glo. in verbo, exceptionem. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Sed in dict. leg. si cum dorem. in princ. casus omissus habebat diuersam rationem, vt declarauit post Mod. in leg. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth. Non obstat, quod imo etiam si sit maior ratio, non ex-

BIU Cujas

tenditur ad pactum diuersum l. si vina, ff. de pericul. & commo. rei venditio. & quod in simili nota. Ancha. consilio clj. in quæstio. respondeo hic non tractatur de extensione, quia ex vi verborum compræhenditur hic casus, vt supra ostendi. Et etiam si hic 1 casus esset omissus, tamen cum virtute expressi intelligi possit, habetur pro expresso. leg. fin. §. fin. ff. manda. leg. illud, de acquiren. hæred. leg. Lucius. §. Paulus. de administrat. tuto. & dict. leg. si vina. nihil facit, quia ibi non fit extensio ad aliam rem, de qua actum non erat. hic est eadem res, & solùm tractatur de vno casu ad alium, & Petr. de Ancha. in dict. consil. loquitur in casu valde diuerso, nempe de traditione ad euictionem, qui casus est separatus. leg. Papinian. exuli. ff. de minori. & in quo concurrebant alia, de quibus per eum. Non obstat, quod pactum loquitur de licentia extra Arelate, & territorium tantum, sed ista cautio requisita respicit extractionem extra prouinciam, vnde quoad extractionem extra Arelate, & territoriũ satis verificantur verba pacti, respondeo, quod imo non verificantur, quia licentia non est libera, vt dixi, & quia agebatur, vt posset etiam extra prouinciam adduci.

CONSIL. XVII. SVMMÆ.

1 *Ex sola inuestitura emphyteotica, ius in re non transfertur.*

2 *Ex sola inuestitura actio vtilis in rem transfertur.*

3 *Non minus quis potest habere ratam possessionis appræhensionem, quàm dominij acquisitionem.*

4 *Valet argumentum de feudo ad emphyteosim ecclesiasticam.*

5 *Clausula apponi consueta pro apposita habetur.*

6 *Ecclesia nunquam moritur.*

Possessionis transferendi tempus.

L. traditionibus. C. de pact. restringi.

Donatio causa mortis, legatis comparatur.

Pater est legitimus administrator, & procurator filij in bonis aduentitiis.

11 *Quis præsumitur potius possidere nomine proprio, quã alieno.*

In casu claro non est recurrendum ad præsumptiones.

13 *Qui probat fructuum perceptionem, censetur probasse possessionem.*

Pluralitas actuum non præsumitur.

15 *Quod potest vnum ex se, nunquam diuersum existimandum est.*

16 *Ad designandam rem sufficit quod duæ, vel tres demonstrationes concordent.*

17 *Quoties instrumentum, ad quod fit relatio contraria, vel diuersa, ab his continet, quæ in instrumento, referente affirmantur priori standum, & errorem in posteriore præsumi.*

18 *Quatenus ratificatio discordat à primo instrumento, eatenus præsumetur error, non tamen vitiabitur ipse actus.*

19 *Sola diuersitas summæ, non facit præsumi diuersum actũ, sed adhuc præsumitur vnus, & idem.*

20 *Codicilli ex quo de sui natura habent relationem ad testamentum, semper fiet in eis interpretatio, quamuis aliqua verba in codicillis repugnent, & diuersum suadeant.*

21 *Nihil habens, nihil censetur transferre.*

22 *Clausula in libello posita, petens ius, & iustitiam, quid operetur.*

A Legantur, & subtiliter concluditur est per suprascriptum dominum consultorem in fauorem Ser Antonij de Ferrariis, vt obtinere debeat bona emphyteotica, de quibus in præsentia agitur. Nec obstat difficultas contra eum mota, quatenus dicitur non constare, quod fuerit sibi tradita possessio, & consequenter ius sibi acquisitum, secundum leg. traditionibus C. de pact. vnde nulla videtur huic actori actio in eum B competere. l. si ager. ff. de rei vendic. cum tanta inuestitura emphyteotica, ius in re non transferatur, secundùm Alexan. consil. cxxxvij. in ij. vol. & Corne. consil. clxxiij. in ij. & sue dat hanc ratio, quia siue emphyteosis æquipararetur emptioni, siue locationi, iuxta §. adeò. instit. loc. semper requiritur traditio, vt ius in re constituatur, & ita etiam sentit Bald. Cæpol. & Ias. in l. quoties. C. de rei vend. Inno. in c. ex ore. extra, de his, quæ fiunt a maio. parte cap. & in hoc fundamento consistit difficul- C tas præsentis controuersiæ, sed tamen eo nõ obstante, concludendum videtur esse, ita legitimè fuisse iudicatum per dominos Rotæ in fauorem ipsius Ser Antonij agentis, & ad dictum fundamentum responderi potest multis modis. Primo, quod in casu nostro contraria opinio est verior, quod † ex sola inuestitura actio vtilis in rem trans- 2 feratur per text. in leg. i. §. fin. si ager vecti. per quem ita concludit Spec. in tit. de loc. versicu. clxvij. sequitur Corn. consi. xxxvij. in iij. vol. Ego quoque D puto esse veram, sub certo tamẽ hodierno distinctionis, videlicet, vt si emphyteosis fit concessa Titio, & filiis, & neporib. respectu Titij primi inuestitura necessaria sit traditio, alioquin non transferatur vtile dominium, & ita loquuntur doct. supra in contrarium allegati, respectu verò filiorum, & neporum, quibus ius queritur ex stipulatione paternà, secundùm Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. de iu. pat. non sit necessaria alia traditio, sed sufficiat eam semel factam esse patri, & ita sentit Bal. in addi. Spec. in dicto loco versus fin. versicul. clxij. & versic. clix. vbi adducit rationem, quia filij habent propter me, ergo sufficit traditionem mihi factam & sentit Dec. consi. ccxxxix. & dictum est per suprascriptum D. Consultorem, & procedit hæc ratio, quatenus Ser Antonius velit admitti ex prima inuestitura, quod facere potest, vt latè dictum est in consilio. Secundò respondeo, quod ex quo pater stipulatus est filiis, & neporib. & eo nomine adeptus est possessionem Ser Antonius filius agens ex dicto contractu, videtur factum patris ratificare non solum ratione iuris acquisiti, sed etiam ratione possessionis, vnde & ad canonem obligatur, tanquam possessor. arg. l. Caius. de manu. l. fi. C. ad Maced. declarat Imo. & Alex. in l. quod dicitur & in l. Iul. §. qui fundum. ff. de verb. obli. † non 3 minus enim quis potest habere ratã possessionis apprehensionem, quàm dominij acquisitionem. l. quod meo. §. procu. ff. de acqui. poss. & ista videtur ratio distinctionis suprà per me dictæ. Tertiò re- G spondetur, & erit confirmatio præcedentis distinctionis, quod † valet argumentum de feudo ad 4 emphyteosim ecclesiasticã, vt per Bart. in dict. l. vt iurisiur. §. si libe. & Ias. cõ. cxlvij. in ij. clij. in iiij. sed si quis accipiat feudũ pro se, & filiis intelligitur filius, viuo patre, inuestitus, & cẽsetur possessor cõstitutus ex inuestitura, quis interim, viuẽte patre, careat administratione, secũdũ gl. in c. j. in glo. in verb. aut successione. in fi. de feu. cogn. vbi Iac. de Belui versi. acquiritur feudũ, & Præpos. notant.

vnde

tudo non est necessaria filio alia apprehensio, secundum Bald. in l. cum in antiquioribus, C. de iudic. vnde idem quoque credendum est in hac emphyteosi. Quartò respondeo, quod si constitutum adsit in instrumento res est clara, si vero non adest † tamen talis clausula, tanquam consueta, apponi habetur pro apposita, secundum l. fi. in fi. C. de fideiuss. & ita de hac clausula consuluit Soci. cō. cxxxj. in iiij. volu. modo sic argumento, si prælatus nomine ecclesiæ cōstituit se possidere pro emphyteota, & filiis, non est dubitandum, quin transtulerint possessionem in dictos emphyteotas, vt per d. Mathesilanum not. clxvij. & Old. cons. ccix. in causa hospitalis, & tradunt Mod. in l. j. pen. q. de acq. poss. Nec obstat, quod Cornid. cons. clxxiij. sentiat contrarium præsupponens, quod ius non inquiratur, nisi post mortem primi inuestiti, quod est falsum. quia (vt suprà dixi) statim quæritur, licet interim impediatur administratio. Nec obstat, quod mortuus sit prælatus, qui constituerat fecit, vnde eius morte videtur extingui, quia respondeo constitutum factum esse nomine ecclesiæ, † quæ ipsa possidet, & nunquam moritur, secundū doct. in c. cùm super. de causa poss. adeò, vt mortuo rectore, non tamen vacare possessio censeatur, secundùm Bar. in l. cùm hæredes. ff. de acq. poss. Fedi. c. cum dilectus. c. constitutus. de rescr. Quintò respondetur, quod cum pendente lite d. Ser Antonius apprehenderit possessionem bonorum emphyteoticorum, quod istud sufficiat, quia regula d. traditionibus. C. de pact. habet locum etiam si traditio fiat possessionis rei non vacantis. per tex. in l. fi fundum. ff. de fund. dot. vbi gl. & † sufficit si fiat lite pendente, seu post litis contestat. cum talis apprehensio fiat vigore inuestiturę, iam antea factæ, & sic ex causa de præterito, ad quam apprehensio retrotrahitur. l. si rem alienam. §. fin. ff. de pign. act. not. glo. & doct. in l. non potest videri. ff. de iud. per Alexan. cons. cl. in v. volum. & ita in terminis quæst. nostræ firmauit Corn. dict. consil. xxxvij. in iij. volum. & fuit dictum per dict. consultorem, & puto indubitanter dictam decisionem veram esse, secundum terminos iuris prodere. Sextò respondeo, quod regula † dict. traditionibus. non habet locum legatis, in quib. propter supremi iudicij fauorem transfertur ipso iure dominium, absque alia apprehensione. l. à Titio. ff. de furt. Bal. auth. contra rogati. ad Treb. qua ratione idem quoque est in † donatione causa mortis, quæ legatis comparatur. l. ij. ff. de publicia. tradunt doct. in d. l. traditionibus, & iste videtur casus noster, quia in stipulatione quam facit pater pro se filiis, & nepotibus filij, & nepotes videntur admitti per eam captionem, cui locus est cùm quid accipitur causa conditionis adimplendæ. l. Thais. §. Stichus. de fid. lib. capiunt enim emphyteusim per mortem patris, verificaturque conditio, sub qua sunt vocati, vt concludit Bart. in l. si mihi, & Titio. in prin. de verb. obl. & Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacrof. eccl. Septimo respondetur, quod imo ipse Ser Antonius actualiter possedit dictam emphyteosim mediante persona † patris sui, qui erat legitimus administrator, & procurator filij sui in istis aduentitiis, iuxta l. j. C. de bon. mater. l. cum oportet. l. vltim. C. de bon. quæ libe. & licet aliàs † quis præsumatur, potiùs possidere nomine proprio, quàm alieno. l. & magis. ff. de sol. per Bart. in lege, gerit. de acq. hære. tamen hoc procedit in casu dubio, † in claro autem non recurrimus ad præsumptiones. l. continuus. §. cum quis. vbi not. ff. de verb. obli. nos autem sumus in claro, quia cum Abbas dominus directi protestatus esset reducendis contra Nauem, deinde inuestiuit Ser Antonium filium, & d. Nanes talem contractū ratum habuit, per instrumentum expressum, vnde apparet ius omne translatum fuisse in ipsum Ser Antonium, & possessio subsequuta patris censetur ab eo facta, tanquam à legitimo administratore: cùm alias licita non fuisset, vt per Bar. in d. l. gerit. quod notant doct. in l. qui iure. ff. de poss. vbi concludunt, quod quotiescunque sunt plures fratres, vel maritus, & vxor, vel similes, licet vnus percipiat fructus ex rebus ad alium pertinentibus, non tamen dicitur ipse possidere, sed solum detinere iure familiaritatis, & cōseruare possessionem illi, qui habet titulum, & ita dicunt limitari illud quod vulgo dicitur, quod † qui probat fructuum perceptionem censetur probasse possessionem. l. Titia. vbi not. ff. de fol. cum similib. prout latius declarat Soci. consilio cxxxj. in j. volum. & Pau. de Cast. consi. clxxix. in j. incip. in causa, quam magnificus. in nouissimis, & istud maximè procedit in patre, & filio, propter præeminentiam patris. l. ij. vbi Bal. C. ne vxor pro mar. reuerentiam, quam filius illi debet. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. & ne videretur ingratus versus patrē, qui instrumentum illud approbauerat. arg. l. fi. C. de reuo. dona. & maximè, quia etiam de rigore iuris non potuisset eum impedire, cum esset legitimus administrator, vt suprà dixi. Nec obstat, quod ista ratihabitio videatur esse ambigua, ex quo in ea quædam reperiuntur relata, quæ aliter leguntur in d. j. instrumento. Respondeo enim, quod cum non apparet de alio documento cōfecto inter Abbatem, & Ser Antonium necessariò illa ratificatio ad d. instrumentū refertur. l. j. & ij. de lib. & posth. quia † pluralitas actuum non præsumitur, & quod potest † vnum ex se nunquam diuersum existimandum est. l. omnium. C. de testa. c. in præsentia. de probat. vbi Dec. not. ix. Confirmatur hæc responsio, quia & nomen notarij, & personę, & locus concordant. vnde non attendimus deinde, q. aliquid discordet, † quia sufficit ad rem designandam q. duæ, vel tres demonstrationes concordent, vt per Bar. in l. demonstratio. in vij. q. ff. de cond. & demō. Ad idem facit, q. traditum est, † quoties instrumentum ad quod fit relatio cōtraria, vel diuersa ab his continet, quæ in instrumento referente affirmantur, priori tamen standum, & errorem in posteriore præsumi, secundum doctr. Bar. in l. Sempronius de leg. ij. & per Dec. in c. ij. de rescrip. vnde in casu nostro † quatenus ratificatio discordat à primo instrumento, eatenus præsumetur error, non tamen vitiabitur ipse actus, pro quaopinione etiam facit, quod not. Bart. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & per docto. in l. tritticum. eo tit. vbi sola † diuersitas summæ non facit præsumi diuersum actuum, sed adhuc præsumitur vnus, & idem l. ij. ff. de dot. prælег. l. cum centum. de adi. leg. ad idem etiam, q. per multa respo. Con. consil. xliij. in iij. volum. vbi concludit, q. ex quo codicilli, de sui natura habent relationem ad testamentū, semper fiet in eis interpretatio, quamuis aliqua verba in codicillis repugnent, & diuersum suadeant. Præterea, colligitur ibens ipsius Nanis talis fuisse ex eo, quod non vendidit possessionem, aut proprietatē d. rei conuentis, sed simpliciter cessit omni iuri quodcunque haberet, † quo casu si nihil habet, nihil cessetur trāstuliſſe, vt per Ang. in l. quæ de iota. §. j. de

BIU Cujas

tel vend. & per doct. in l. ij. §. j. de acq. poss. Octauò & vltimo potest attentari, quod etiam si nullum ius reale d. Ser Antonio competeret, nihilominus possit obtinere propter statutum, quo procedatur simpliciter summariè & clausulam libelli, peretius, & iustitiam, &c. quo casu agens ex vna causa obtinere ex alia potest, in qua ius habeat, vt per Ant. But. in c. ij. de iu. cal. cum concordantibus, per Iaſ. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. potest ergo Ser Antonius ex conditione, seu actione personali obtinere, quæ actio videtur concedenda aduersus istos reos, tanquam videantur constituti procuratores in rem suam ab ipso domino directo quod potest fieri etiam ex parte rei, non solùm per cessionem actionum, sed etiam alijs modis. l. ad eum. ff. de don. l. fin. §. Titius. de cond. indeb. l. sicut. §. si procurator. quib. mo. pig. vel hy. Cæterum, quia d. instrumentum reorum irritum cum Abbate, seu domino directo non est mihi exhibitum, non possum quicquam certius scribere, & omninò tutiores sunt aliæ suprascriptæ responsiones. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSTITVTVM.

1 *Plurimum differt promissio de vendendo ab ipsa venditione.*

2 *Si ex forma statuti de contractu venditionis debet solui gabella, non soluetur cõtractu promissionis de vendendo, quia talis promissio non est venditio.*

3 *Prohibita venditione, censetur prohibitum omne antecedens ad venditionem.*

4 *Qui tractat de vendendo, dicitur vendere, vbi fraus inde ceretur.*

5 *Quando aliquis promittit facere aliquem contractum, in quo sola voluntas contrahentium sufficit, & tempore promissionis, nihil repugnat, quin contractus celebrari possit, tunc talis promissio inducit contractum.*

6 *Si promitto tibi aliquid pro tanto pretio, & tu promittis accipere eo ipso, videtur celebrata venditio.*

7 *Qui iubet hæredi, vt liberet debitorem, hoc ipso censetur eum liberasse, & ei competit exceptio.*

8 *Si promitto vendere, & tu promittis emere pro tanto pretio, est venditio.*

9 *Contractus venditionis solo consensu contrahitur.*

10 *Si quis promittit, quod se obligabit tibi ad decem, tenebitur statim ad illa decem ex predicta promissione causa circuitus euitandi.*

11 *Qui promittit se, hæredemq; suum ratum habiturum, ecp setur eo ipso ratum habere.*

12 *Qui pacisciturse Titio centum daturum, seu donaturum tuniam donare videtur.*

13 *Qui promittit se liberaturum, intelligitur tunc libera rum.*

14 *Mercatores in suis contractibus, & negotijs ad solam veritatem attendunt, & eis ius redditur de bono & æquo.*

15 *Omnes contractus, qui fiunt cum Principe habens naturã contractuum bonæ fidei.*

16 *Venditio facta à procuratoribus Principis, perinde est, ac si facta fuisset ab ipso Principe.*

17 *Nimia cautela arguit in contractu, non adfuisse bonam fidem.*

18 *Aliud sit venditio, & aliud pactũ de vendendo, tamẽ dispositio de vno, loquens de alio quoque intelligitur.*

19 *Pactum continens monopolium est nullum, nec exceptio non datur, nec actio, nec exceptio.*

20 *In mandato generali non continentur illicita, aut prohibita, aut quæ contra publicam vtilitatem sunt.*

21 *Quod aliàs esset prohibitum, propter præsumptam prohibitam contrahentium est obseruandum.*

22 *Legi iuris positiui, potest derogari per priuilegium principis, & communitatum, & etiam qui præscripsit.*

23 *Reditus salinarum est monopolium principis.*

24 *Non admittitur replicatio doli, contra doli exceptionem.*

25 *In pari causa melior est retinentis conditio.*

26 *Rex non potest contractum factum à suis procuratoribus approbare nisi cum suis qualitatibus, ostium, & clauibus.*

PActi verba, &c. conuentionis sunt. *Quæ emptio facta est hac conditione, quod si in Indico horreo, vendantur suprascriptæ species aromatum, per totum annum 1540. vel tempus, vel præsenti pecunia, minore pretio, quàm consuetum sit in dicto horreo, vel alibi per procuratores Regium, vel per alium habentem causam ab eo minore pretio xxvj. grossorum in libras, siue minus sit pecunia, siue tempore, siue conditione, vnde dictæ species minore pretio censeantur, quod teneatur procurator remittere tres grossos in libram, idq; obseruetur bona fide, & absque dolo malo, &c.* Contigit, quod dictus procurator mense Octobris 1539. fecit conuentionem cum quibusdam aliis mercatoribus, & se obligauit, quod post mensem Decembrem venderet magnam summam aromatum, & vice mutua mercatores illi se obligauerãt, q; emerẽt pretiis, & cõditionibus certis, de quibus apparet per publicum documentũ, &c. Quæritur an conuenire possit ad relaxationem dictorum trium grossorum. Et difficultatem facit, quia verba conditionis sunt, *Si vendantur aliquæ species minore pretio*, &c. verum ipsi non vendiderunt, sed simpliciter promiserunt vendere, differt autem plurimum †promissio de vendendo ab ipsa venditione, secũdùm glo. super verb. conducturum. in l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod cer. loc. in l. Titius. in gl. fi. in fi. ff. de pig. act. tradunt omnes. in l. si pœnam. ff. de verb. obl. & diffusè per Franc. de Aret. cons. xxviij. diligenter animaduersis. in j. dub. vers. plus dixit. vbi per tres rationes cõcludit, quod promissio de vendendo plurimum distat à venditione, & istud etiam tradit Ang. cons. clxxviiij. ex forma, & serie, vlt. dub. Alexan. cons. ccxv. viso themate, vnde infert Alb. de Rosa. in d. l. in bonæ fidei. quod si statuto caueatur, quod Datarij habeant arbitrium super venditionib. factis non sequitur, quod habeat etiam super promissionibus de vendendo, quia hæc sunt diuersa, vt ibi per eum facit etiam, quod scribit Ang. in l. j. C. de pac. pig. quod † si ex forma statuti de contractu venditionis debet solui gabella, non soluetur de contractu promissionis de vendendo, quia ista promissio non est venditio ad idẽ quod consuluit Alexan. cons. clxviij. ad fin. lib. vj. Iaſ. consil. cxvij. in j. Dec. cons. clxxxiij. in fi. & dij. Sed his, & similibus non obstantibus, puto contrariam opinionem in casu nostro veriorem esse, & præmitto, quod ratio istius pacti fuit, vt possent emptores meliùs vendere emptas species, & pretium sustinere ad maiorem sui vtilitatem: quæ ratio non militat non solùm, ne interim fiat alia venditio, sed etiam ne fiat pactum de vendendo, cùm enim ex tali pacto certificentur alij forte, vt post lapsum mensis Decembris haberent species viliore pretio, non ement ab ipsis quinimò mercatoribus, vt de se patet. Hinc

rum

ram debere, secundùm formam conuentionis, id- A
que pluribus rationibus. Prima est, quia videtur fa-
cta fraus de contractu ad contractum. l. fraus. vbi
Bald. ff. de legib. & sic venditione ad pactum de
vendendo, vnde verba conuentionis de venditio-
ne loquentia, ad hunc quoque casum extendi de-
bant, secundum Paul. de Cast. in l. si pupillus, in
prin. ad l. Falc. quia quoties fit fraus de contractu
ad contractum, nihil refert mutatum esse contra-
ctus nomen. l. si sponsus. §. circa. ff. de don. inter
vir. c. ad nostram. extra. de contrah. empt. ca. illo B
vos. extra. de pignor. & quod not. Bald. l. in con-
tractibus. §. j. in ij. q. C. de non num. pec. quæ iura
sequuntur, & procedunt, quando id, quod per
viâ mutui prohibetur, sub prætextu donationis, vel
venditionis, vel depositi, vel pignorationis fit, quâ
tò magis in casu nostro, quando id quod per vendi
tionem est veritum, inducitur per pactum de ven-
dendo, quod est valdè conforme, & antecedens
ipsius venditionis, secundùm Bald. consil. ccxviij.
in j. vol. vbi cõcludit, quod † prohibita venditione
3 censetur prohibitum omne antecedẽs. l. oratio. ff. C
de fer. Soc. in l. si ante nuptias. ff. sol. mat. facit l. quã
vis. §. si cum essent. ff. ad Velle. Secundò confirmo
hanc rationem per gl. in l. debitor. in glo. ij. ff. de se
parat. dicebat lex, ab hærede. eo. tit. quod post ven
ditionem bonorum ab hærede factam, frustrà pete
batur separatio, nisi fraudis suspitio incurrisset, q.
ergo, si non venditio, sed pactum de vendendo, seu
tractatus venditionis interuenisset? vt gl. in d. l. de-
bitor sentit, quod tali casu appellatione venditio-
nis, venit etiam talis tractatus, ergo idem in casu D
nostro, & illam gl. ad hoc ponderat Bal. in c. in cau
sis. de elec. vbi dicit, q. tractatus dicitur esse princi-
pium rei, adeò quod † qui tractat de vendendo, di-
4 citur vendere, quod dictum est verũ, vbi aliàs fraus
induceretur, vt suprà dixi. Tertiò adduco, quod
not. Franc. de Aret. in l. j. ff. de pigno. act. per illum
text. vbi constituit regulam, quod † quando aliquis
5 promittit facere aliquem contractum, in quo sola
voluntas contrahentium sufficit, & tempore pro-
missionis nihil repugnat, quin contractus celebra
ri possit, tunc talis promissio inducit cõtractum.
Vnde infert, quod † si promitto tibi istam rem pro
6 tanto pretio, & tu promittis accipere, eo ipso, vi-
detur celebrata venditio, sicut videmus, quod †
7 qui iubet hæredi, vt liberet debitorem, hoc ipso
censetur eum liberasse, & ei competit exceptio. l. si
creditoris. C. de fideicomm. ita scribit Præfatus
doctor in d. l. j. & puto eius opinionem esse veram
& hoc casu eam sequitur Carol. Ruin. in addi- F
tionibus, ad l. iij. §. Cato. de verb. obli. vbi di-
cit, se consuluisse, quod † si promisissem vendere,
8 & tu promisisses emere pro tanto pretio, † quod
esset venditio, meritò ergo in casu nostro con-
uentio loquens de venditione, debet intelligi
etiam de tali promissione, secùs si nulla esset
promissio de emendo, vt per Corn. consilio ccc.
volum. j. Quarto adduco, quia constat, quod †
9 contractus venditionis solo consensu contrahi-
tur. Instit. de oblig. quæ ex consen. hic autem sub- G
est consensus, meritò debet tale pactum habere
nomen venditionis per illud, quod not. Ioann.
And. in addit. Spec. in rubr. de oblig. & solucio-
ca prin. vbi † si quis promittit, quod se obligabit
10 tibi ad decem, tenebitur statim ad illa decẽ ex præ
dicta promissione causa circuitus euitandi. l. domi
nus testameto. ff. de cond. in de. vbi Ias. refert, & sec
quitur dictam decisionem, & idẽ etiã tenet Alex.
in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff.
si cert. pet. Ias. & Mod. in l. j. ff. de leg. j. Rui. di. §. Ca
to. Steph. Bertran. consil. cxxxvij. in iij. Quintò pro
eadem intentia facit, quia videmus in simili alios
casus, quibus lex talem promissionem de facien-
do habet pro ipso facto, vnde † qui promittit 11
se hæredemque suum ratum habiturum, censetur
eo ipso rarum habere. d. §. Cato. vbi Mod. licet
quantum sit respectu contrauentionis, quæ de fa-
cto fieret, adhuc committitur in futurum pœna pos-
sit. d. §. Cato. & per gl. in l. id quod pauperibus. C.
de epis. & cleri. Sic † qui paciscitur, se Titio centum 12
donaturum, iam tum donare videtur glo. §. aliæ
in verbo manifestauerit. Instit. de don. & conueni
ri conditione, ex l. si quis argentum. C. de donat.
poterit, secundùm Bart. l. in tri sgentium. in princ. ff.
de pact. Aug. in dict. l. si quis argentum. & † qui pro 13
mittit se liberaturum, intelligitur tunc liberare. l.
si intra. ff. de pact. & l. si creditoris. C. de fidei-
comm. vt meritò de promissione vendendi idem
dicendum sit, saltem in casu nostro, in quo subest
eadem ratio, & aliàs fraudarentur dicti contra-
hentes suprascripta, & facit quod in simili de hoc
pacto notat Curt. Iun. consil. lxxxij. & Soc. dict. l.
si ante nuptias. & maximè, hoc est dicendum in
contractu facto per procuratores Regios, qui
contraxerunt nomine Regię maiestatis, & pręcisè
promiserunt se obseruaturos bona fide, & absq; do
lo aliquo: vnde debent secundum conscientiam
bonorum virorum ibi timere culpam, etiam vbi
culpa non esset. ca. consilium de obseruat. iciun. c.
iuuenis. de spons. & quia contractus iste etiam se-
cundùm ius commune, etiam censetur contractus D
bonæfidei. §. actionum. Instit. de action. & quia agi
tur cum mercatoribus, qui ad solam veritatem † 14
attendunt, etiam eis de bono & æquo ius reddi-
tur. L. Quintus. ff. mand. per Sal. & Alexan. in l.
placuit. C. de iudi. & quia omnes contractus † qui 15
fiunt cum principe, habent naturam contractuum
bonæfidei secundùm Bald. in tit. de pace constan-
tiæ. versi. si qua verò. per illum text. in verbo bo-
næfidei, & † venditio facta ab istis procuratoribus, 16
perinde sit, ac si facta sit ab ipso principe. l. si pro-
curator. ff. de iu. fisc. vbi Bar. per Soc. consi. xlv. in
iiij. volum. & quia istud ab eis factum est contra
consuetudinem ipsorum, & rogatus notarius de
tali promissione, quæ † nimia cautela satis arguit, 17
non adfuisse bonam fidem per not. in l. si quis sub
conditione. ff. de cond. insti. Bald. l. iij. C. plus va-
lere, quod agitur. & ex iis apparet nihil obstare,
quæ suprà in contrarium adducta sunt, quia † licet 18
aliud sit venditio, aliud pactum de vendendo, ta-
men dispositio de vno loquens, de alio quoque
intelligitur. primò, si subsit eadem ratio. Secundò
si aliàs suspicio fraudis adsit. Tertiò, si non solum
adsit promissio de vendendo, sed etiam vice mu-
tua interuenerit promissio emendi cum certifica-
tione pretij in contractu principis, propter exube
rantem bonam fidem, quæ in eo requiritur. Et hæc
omnia saluo semper saniore iudicio. Cæterum
post redditum cõsilium mouetur alia difficultas,
quia non videntur dicti mercatores posse agere su- G
prascripto pacto, tanquam continente † monopo- 19
lium, quo casu tale pactum est nullum. lege. j. C.
de monopol. & ex eo non datur actio, vel excep-
tio. Non dubium. C. de legib. qui statuit non pos-
sit species alteri vendi intra certum tempus, &
non minori prezio, sapit naturam monopolij, &
contra publicam vtilitatem, vt de se patet, &
in mandato generali, quod fecit serenissimus Rex
procuratoribus suis, non videtur cõprehendi hæc

facul-

facultas paciſcendi tali modo. l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. vbi multa cumulat Iaſ. l. ſi pater filio. ff. quæ in frau. credit. & quia ſi in mandato generali non continentur illicita, aut prohibita, aut quæ cõtra publicam vtilitatem ſint. l. eos. §. j. C. de vſur. vbi Bal. c. dilecto. vbi gl. & doct. de preb. per Anch. conſi. cclx. in quæſtio ſuperius. cum ſimilib. Sed iis tamen non obſtantibus, puto omnino ſeruadũ eſſe ſupraſcriptum pactum, ſeu conuentionem. Primò, quia remiſsio illa mercedis ſeu pretij triũ groſſorum concepta in caſum conditionaliter, ſi vendantur merces, &c. non videtur quicquam pertinere ad monopolium, ſed eſt conceptum in caſum futuri euentus, qui cum euenerit, debet locus eſſe remiſsioni. l. Mœuius. ff. de condit. & dem. glo. in l. ſeruo alieno. §. fin. ff. de leg. j. & quod not. Bart. in l. adiicimus. C. de murileg. lib. ij. in fin. & glo. in ca. cum ſecundum. verbo, certoque caſu. de hæret. lib. j. Secundò, quia etiamſi ſupraſcripta ratio ſit dubia, tamẽ in caſu noſtro propter qualitatem procuratorum eſt tenenda, qui veriſimiliter non abſtrahentur quo minus vendantur, neque adducantur, vt velint monopolium facere, ne incidant in ſolutionem dictorum 3. groſſorum. Vnde ceſſat ratio prohibitionis hoc caſu, & quod alias eſſet prohibitum propter præſumptam probitatem contrahentium eſt obſeruandum. c. niſi eſſent. vbi can. extra. de præb. Tertiò, quia cum Sereniſsimus Rex eſſet in ciuitate, & præſens, & veriſimiliter habuerit notitiam huius contractus, non poteſt allegari eum feciſſe monopolium, tum quia d. l. vnica. C. de monopol. loquitur in mercatoribus inferioribus inter ſe paciſcentibus, non autẽ cũ principe, ſeu eius actoribus, quia dicta lex eſt iuris poſitiui, & poteſt ei derogari per priuilegium principis & communitatum, & etiam per præſcriptionem, vt eſt tex. in c. ſignificante. extra. de appell. Et q̃ iſtud ſit verum, apparet etiam, quia ſunt alij caſus, quibus reditus principum conſiſtunt in monopoliis, & tamẽ tales reditus ſunt approbati à lege, ſicut eſt reditus ſalinarum, quod eſt monopoliũ principis. l. ſiquis. C. de vectigal. & piſcariarũ, & metallorum. l. inter publica. in fi. vbi dixi. ff. de verb. ſign. Quarto, non videtur, q̃ procuratores Regij poſsint hoc opponere cõtra emptorem, quia allegarent turpitudinem ſuam, quod ipſi cõſenſiſſent pacto monopolii. & ipſis petentibus integrũ pretium, obſtabit exceptio mercatoris, per quam retineat dictos tres groſſos, nec admittetur replicatio doli cõtra doli exceptionẽ ſecundùm l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de doli excep. qui in pari cauſa melior eſt retinentis conditio. l. j. ff. de cond. ob turp. cauſ. & quia emptor de dãno vitãdo agit, alias non fuiſſe eum emturus pro tali pretio, ſed minori dictorum trium groſſorum, per doctrinã Bar. in l. iuſiurandum. quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiu. & Aret. conſi. lxv. in fin. incip. in præſenti conſultatione. Nec obſtat, quod procuratores non videntur habuiſſe mandatum faciendi talia pactum cum emptore, &c. quia reſpõdeo, quod cùm Rex non eſſet abſens, & veriſimiliter habuerit notitiam talis cõtractus, & nõ cõtradixerit, videtur approbaſſe, & perinde eſt, ac ſi ipſe cõtraxiſſet. c. fi. in fi. de iureiu. lib. vj. c. ij. de cõſe. in vj. l. procuratores. §. j. de tribu. Ant. de But. in c. j. extra, vt lit. nõ cõteſt. & per Iaſ. in d. l. ſi procurator. verſ. v. limita. Secũdò reſpõdeo, q̃ cum procuratores eum illo pacto cõtraxerunt, nõ poteſt Rex eorum cõtractum approbare, niſi cũ ſuis qualitatibus, ſeu oſsibus, & ſpinellis. l. Caius. ff. de manu. l. cõtra. §. fi. l. ſequens, vbi Ang. Paul. Iaſ. ff. de pact. & ideo ſi egerit pretium vigore d. contractus, obſtabunt ei omnes exceptiones, quæ & procuratoribus obſtarent. Tertiò etiam eſt aduertendum, quia cum Rex poterit derogare d. l. j. C. de mon. & dare facultatem procuratoribus ſuis cõtrahendi, & paciſcendi aduerſus dictam legem, (vt ſupra diximus) ſi procuratores ſimpliciter cõtraxerunt nomine Regis, & fecerunt dictum pactum, niſi Rex approbet, ipſi tenentur de ſuo, idque etiam finito officio ipſorum. l. prior. §. in eum. ff. de admin. rerũ ad ciuit. pertin. debent enim præſtare, quod potuerint tanquam procuratores facere tale pactum, alias emptor remaneret deceptus, vnde ipſi de dolo tenerentur, etiamſi in cõtractu dixiſſent ſe de ſuo nolle obligari, vt dicunt doct. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. & in l. j. in fi. C. cred. euict. pig. & probatur hoc in l. ſi legatarius. & in l. quidam. ff. de dolo. & ita teneo. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XIX. SVMMA.

C. *Quando tractatur cuius monetæ valor attendi debeat, an contractus, an verò ad tempus ſolutionis, dicendum eſt tempus contractus reſpiciendum.*

1 *Confeſsionis vis.*

2 *In re dependente à voluntate partium, confitens potuit ſibi præiudicare.*

3 *Standum eſt inſtrumento, quando pars aſſerit, ſe facere ex certa ſcientia.*

4 *Si cautio nullo iure peti poteſt, ſi tamen ſit à ſciente interpoſita, valet & tenet, nec allegatio erroris admittitur.*

D. 5 *Hæres qui promiſit ſeruum legatum fugitiuum non eſſe, ſi ſcienter hoc fecit efficaciter obligatur, nec admittetur excuſatio erroris, tanquam prius non eſſet ad hoc obligatus.*

6 *In donatione quis non tenetur de euictione, niſi ſcienter ſe ad eam obligauerit.*

7 *In inueſtitura feudali, ſi dominus in recognitione aggrauet vltra veterem modum vaſallos ſuos, nõ valet talis recognitio.*

8 *Confeſsio cenſetur erronea, quoties apparet rem aliter ſe habere, ſi tractat confitens de damno vitando.*

E. 9 *Partis confeſsio à parte acceptata non poteſt ampliùs reuocari prætextu erroris, ex qua ius iam eſt quæſitum parti.*

10 *Partes poſſunt declarare ex poſt facto, quid egerint.*



Via cauſa præſens iã diu eſt cũ vẽtilatur in palatiis, & pro vna parte conſuluit Curt. Iun. vt apparet in cõſ. ſuo xxiv. impreſſo: pro cõtraria verò clariſsimus Iuriſc. Purpuratus diffuſiſsimè allegauit: ero ego tanto breuior, & vnũ dũtaxat articulũ attingã, qui videtur mihi ſufficere ad oſtendẽdũ ius apertũ in ſanuorẽ dominorũ de Rotariis agẽtiũ. Et quicquid ſit in illo puncto, cuius monetæ valor attendatur an ad tẽpus cõtractus, an ad tẽpus ſolutionis de quo dixi in l. cũ quid. verſ. eadẽ bonitate. ff. ſi cer. pet. in præſenti caſu res videtur clara, vt ſoluẽdũ ſit de florenis ſecũdũ valorẽ tẽporis cõtractus, etiã quo ad bonitatẽ extrinſecã. Et hoc probatur ex inſtrumẽto publico, faciẽte mẽtionẽ de donatione florenorũ cc. monetæ tũc currẽtis factæ per Marchionẽ D. Balthaſari, cũ recognitione do. Sigiſmũdi cũ clauſula ex certa ſententia, & nullo ductus errore, &c. *Promittentis ſupraſcriptos florenos cc. cum iuramento omnia, & ſingula ſupraſcripta eſſe vera, ergo* Non obſtat allegatio Curt. d. conſil. xxiiij. dicentis, hoc nihil eſſe quia ex tenore donationis apparet hoc eſſe erroneum, & falſum: videtur enim mihi talem reſponſionem nullo modo eſſe admittendam: quia (quia

BIU Cujas

(quicquid ipse dixerit) talis † recognitio cum suprascripta confessione, principaliter facta inter ipsas partes, debet esse efficax per ea, quæ habentur in ca. fi. extra, de const. & in l. tale pactum. in prin. ff. de pact. & per Bart. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor. Et maxime hoc est dicendum in casu nostro, in quo tractamus de re, dependente a voluntate partium, in qua continens † potuit sibi præiudicare, vt inquit Bart. in l. Paulus respondit. in fi. versi. sed quid si fuit dictum. de solu. vbi loquitur de eo, qui promisit reddere sub eadem æstimatione allegat. ex in l. per. §. mancipia. ff. sol. mat. vbi. bo. rex. Et cùm in instrumento dicatur eum promisisse ex certa scientia animo deliberato, & non per errorem tacti, aut iuris standum est tali protestationi, secundum Baldum in l. mater. C. de rei vendi. quem refert, & sequitur Ias. in l. fin. §. idem quæsitum. ff. de condi. in debi. quia standum est in instrumento, quando pars asserit se facere ex certa scientia, vt per glo. in Clem. & si principalis. in glo. fi. de rescr. Abb. in c. examinata. de confirma. vti, vel inutil. Alex. cons. xxxix. in iij. quod maxime in casu nostro dicendum est, propter vim iuramenti, de quo per Alex. in rub. ff. de verb. oblig. & tali casu non augeretur error ex eo, quia obligatio præcedens aliter diceret, quod probatur infrascriptis rationibus. Primò, per doctrinam Bart. in l. si patronus. ff. de donat. vbi dicit, quod † si cautio nullo iure peti poterat, si tamen fit à sciente interposita, valet, & tenet, nec allegatio erroris admittitur per l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis caut. vbi idem Bar. hoc no. l. fin. C. ad leg. Falc. & l. damni infecti quidam. §. cum paretem. versic. sed quoniam. ff. de dam. infect. vbi Pau. Castr. & Raph. idem not. Secundò, per id quod not. Bart. in l. si legati. ff. de legat. j. vbi † hæres, qui promisit seruum legatum fugitiuum non esse si scienter hoc fecit, efficaciter obligatur: nec admitteretur excusatio erroris, cùm quam priùs non esset ad hoc obligatus, sicut dicimus † in donatione, in qua quis non tenetur de euictione, nisi sciens se ad eam obligauerit. l. Aristo. ff. de donat. Tertiò, per text. in l. si dari. vbi Bart. Ias. & cæteri. ff. de verbor. obli. vbi si prima obligatio erat inefficax, secunda subsequens valet, & tenet si facta sit ex certa scientia, vt quia in instrumento scriptum sit Titius ex certa scientia, &c. nec admitteretur tali casu exculatio erroris ex eo, quia prima esset inefficax, vt ibi per Bar. cu quo alij tranleunt. Quartò, quia in simili idem videmus † in inuestitura feudali, in qua si dominus in renouatione aggrauet vltra veterem modum vasallos suos, non valet talis recognitio. l. cum fa. §. caueat. C. de agr. & censit. libr. xj. secundum specul. in titu. de feud. §. quoniam super. & Ioan. And. in ca. j. de præscr. in nouell. Bald. in titu. de pac. Const. verb. pactiones. & consil. lxxxij. proponitur. in j. Card. cons. xij. cum similibus. tamen istud non procedit, quando vasalli fecerunt talem recognitionem ex certa scientia, per text. in ca. j. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. & tradit Bald. in l. fin. versic. ij. casu. C. de fisis, & legit. Paulus Castr. cons. cliij. circa præsentem. Et ista procederent, etiamsi clarè appareret, quod ex prima concessione dominus Sigismundus non fuisset obligatus ad monetam tunc currentem, sed nos sumus in casu clariore: quia prima concessio est ambigua, nec in ea exprimitur, cuius temporis æstimatio habenda, vnde hæc sequens recognitio videtur potius quædam declaratio præcedentis: & ideo non est dubitandum quin debeat attendi. Nec obstat, quod † confessio teneatur erronea, quoties appareat rem aliter se habere si tractat contrens de damno vitando. l. ij. post. C. de iur. & fact. ignorant. l. sed & si me putem. de condi. indebit. Dd. Bartholi. l. non fatetur. ff. de confession. de qua per Alexan. cons. xvij. in iij. volum. Dec. cons. lxij. Primo, respondeo, hoc procederet, nisi confessio esset facta ex certa scientia, prout in casu nostro, vt supra dixi. Secundò respondeo, quod suprascripta conclusio non procedit in confessione, quam pars iam acceptauerit, † non enim potest amplius prætextu erroris reuocari, ex quo ius iam est quæsitum parti, secundum Baldum in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libr. & posthum. Ludouic. Roman. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. oblig. Alexan. consilio lxxxx. fere omnis. in j. volum. Ias. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Tertiò hoc procederet, quando ostenderetur, rem aliter se habere. Sed in casu nostro non potest ostendi, quia verba primæ obligationis sunt ambigua, de qua moneta esset intelligendum an secundum tempus contractus, an secundum tempus solutionum faciendarum? & dato, quod lex in dubio præsumat actum de tempore solutionum, tamen illa præsumptio habet locum in dubio. l. j. §. accedat. in glos. C. de rei vxor. actio. lector, si partes aliud agerint, & † possunt partes declarare ex post facto, quid egerint prout in casu nostro. Et latius conclusum est per D. Consultorem excellentissimum iurisconsultum: vnde de subscriptione requisitus, hæc pauca volui adducere. Saluo semper iudiciore, &c.

CONSIL. XX. SVMMÆ.

1 *Dolosus est fidei fractor.*

2 *Quando quis ex forma contractus tenetur præstare diligentiam, & ea non reperiatur adhibita, præsumitur dolus, nec admittitur excusatio ignorantiæ.*

3 *Pastori, vel caprario non sufficit portare pelles animalium domino, quanquam ex hoc constet de interitu, si probet casum fortuitum, puta mortalitatis, vel similem, aliter enim præsumitur dolus.*

4 *Qui suscipit custodiam alicuius rei, tenetur de culpa etiã leuissima.*

5 *Actio doli venit in contractu societatis.*

6 *In contractibus bonæ fidei propter dolum, defertur iuramẽtum in litem.*

7 *A verbis sententiæ cum sit stricti iuris, non possumus recedere.*

8 *Contra debitorem ex sententia, non potest iurari in litem.*

9 *Verbum legitimè quid.*

10 *Sententia ius non mutat.*

11 *In dubio non est facienda interpretatio, quod prior actus fuerit per voluntarium actum nouatus.*

12 *Nouatio necessaria, quæ fit in iudicio, non diminuit aliquo modo de priori iure, sed potius auget.*

PRocessi viso causæ vertentis inter Ioannem de Relate, & Steuenellam requisitus, vt dicam, quid iuris sit breuibus, propter occupationes meas duxi agendum, & in primis fundata est Ioannis actoris intentio, ex instrume. contractus locati, in quo Steuenella † promittit bene, & diligenter curare gregem sibi comissum, & non alienare aliqua capita gregis: cui promissioni, cum contrafecerit, apparet manifeste de dolo. l.

dolus.

BIU Cujas

dolus.ff.de dol. imò, ſi aliqua capita gregis amiſsa
A
eſſent præſumerentur amiſſa dolo ipſius Steue.l.ſi
quis fundum.§.imperator.ibi citra tuam fraudem
abegiſſe.ff.loc.& eſt glo.notabilis in l.eũ ita.§.ſpe-
cies.in verb. nec dolo. ff. de leg. ij. & ibi Bald. &
2 cum Steueneſſa† ex forma contractus teneatur præ
ſtare diligentiam,& ea reperiatur nõ adhibita præ
ſumitur dolus,nec admittitur excuſatio ignoran-
tiæ, vt eſt glo.in c.ad falſariorum.& ibi Io.de Ana.
extra,de crimi.fal.& ideo in propoſito concludit
B
D.Iaſon poſt alios,quos refert in l. ſi paſcenda. C.
3 de pact.quod non ſufficit† paſtori, vel caprario por
tare pelles animalium domino,quanquam ex hoc
conſtet de interitu,niſi probet caſum fortuitũ, pu-
ta mortalitatis,vel ſimilem: aliter enim præſumi-
tur dolus.idem tenet Alex.conſil.clviij.in ij.volu.
quod incipit,in cauſa,& lite vertente inter Ludo-
uicum.Sed nos ſumus etiam in caſu clariore: quia
apparet manifeſtè de venditione, ſeu alienatione
4 contra formam pacti.Primò tali caſu,† qui ſuſcipit
C
cuſtodiam,tenetur de culpa etiam leuiſſima,vt eſt
glo.in l.qui mercedem.ff.loc.& tradit Sal. in l. in
iudicio.in prin.C. loc.Corn. in conſi.cxxiij.incip.
conſuluit.lib.j. Cùm igitur iſta mulier ſit in dolo,
non eſt dubium,poſſe eam conueniri ad omnia dã
5 na, & intereſſe iuxta† naturam actionis doli, quæ
quidem venit in hoc contractu ſocietatis. l. ſociũ,
6 qui in eo.ff.pro ſoc.vnde cum etiam† iſte ſit contra
ctus bonæ fidei propter dolum,defertur iuramentũ
in litem.l.in actionibus.& ibi per doct.ff.de in litẽ
iur.quia dolo ſuo fecit,quo minùs† poſſet reſtitue-
D
re.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.Nec obſtat,ſi di-
ceretur quod propter Areſtum ſenatus videtur iſta
mulier amplius non teneri ex contractu,ſed tantũ
7 modo ex ſententia:quæ† ſententia eſt ſtricti iuris,
& ab eius verbis nõ poſſum† recedere.l.j.C.ſi plur.
8 vna ſent.& † cõtra debitorẽ ex ſententia nõ videtur
poſſe iurari in litẽ.d.l.in actionibus.nã ad iſtud ob
iectum ſic reſpõdetur.Conſiderandũ.n.eſt q, iſtud
Areſtũ ſimpliciter factũ eſt in executionẽ cõuẽtio
nis; initæ inter ipſas partes. Vnde non habemus
E
aliud conſiderare,quã verba ipſius conuentionis.
l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.l.j.§. & poſt operis. ff.
de oper.no.nũc. l.ſi.ff.fam. erci. in ea igitẽ expreſsè
dicitur,q, fiat calculus,& ſi reperiatur ipſam Steue
neſſam teneri legitimè de dicta, adminiſtratione
doloſa,&c. quæ verba referuntur ad diſpoſitionẽ
iuris.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib. & poſth. l.
damni infecti quidã.verſi.quod in ſtipu.ff.de dam.
infect.& per Io.de Imo.in eãd.l.in §. cũ parietẽ. in
9 maximè ponderando in caſu noſtro† verbũ legiti-
F
mè,quod præcisè ad diſpoſitionẽ legis refertur. l.
legitima.ff.de pact.Confirmatur hæc ſententia, q,
10 per iſtud Areſtũ† non poſſumus dicere factam ali-
quã nouationẽ quin eadẽ forma Steueneſſa tenea
tur,qua & prius tenebatur,tum quia ſententia ni-
hil de nouo inducit,ſed inductum declarat.l. Pom
ponius.§.ſi iuſſu.vbi no.ff.de acquir.poſſ.l. Põpo-
11 nius.§.ſed & is.ff.de proc.tum quia† in dubio non
eſt facienda interpretatio,quod prior actus fuerit
G
per volũtariũ cõtractum nouatus.l.ſi.C.de nouat.
22 †Neceſſaria verò nouatio,quæ fit in iudic. non di-
minuit aliquo modo de priori iure,ſed potiùs au-
get.l.non ſolet.ff.de reg.iur.& no.in l.j.C.de iu di.
& declarat Iaſ.in l.Iulianus verum debitorem.verſi.
ſecunda poterat.ff.de condict.indeb.& in l. mi-
les.§.ſi.ff.de re iudi.Et ita ſentio,ſaluo ſemper ſa-
niore iudicio.

Andreas Alciatus Iuriſconſultus ſubſcripſi & ſubſignauit.

CONSIL. XXI. SVMMA.

1 *Minoris res hypothecabilis.*
2 *L.j.§.ſin.de reb.cor.declar.*
3 *Quod incontinenti factum eſt,cenſetur ineſſe,ſalt.*
4 *Alienare vetitus,id ex cauſa conſulto Principe poſſe.*
5 *Hypothecam legalem tacitè induci.*
6 *Contractus ſunt indiuidui,nec debet quis partem approbare,partem verò reijcere.*
7 *Qui contractum aliquem approbat, cum ſuis appendicibus approbare tenetur.*
8 *Contractus cum minore factus,licet claudicet, tamen pro parte ipſi minori vtili valet.*
9 *Quod per me non poſſum,nec per procuratorem poſſum.*
10 *Facultas procuratoris pendet ex poteſtate domini.*
11 *Ad qualitatem procuratoris non attendimus,ſed ad qualitatem domini.*
12 *Non debet eſſe melior conditio illius qui cum procuratore contrahit,quàm quis cum ipſo domino.*
13 *Procurator dominum repræſentat,& non ipſe, ſed dominus iuris intellectu, cenſetur contrahere.*



Iſis contrarijs conſilijs præſtantiſſi-
morum doctorum Curtij,& Gozadi
nuperimè impreſsis, non exiſti-
maſſem medio ceritari meæ donueni
re aliquid de eis ferre iudicium, niſi
quod ſemper potior debet eſſe veritatis affectus:
quia(vt eſt in prouerbio)amicus Socrates, amicus
Plato,magis amica veritas. Arbitror itaque veram
D
eſſe concluſionem,quod bona illuſtris comitis Ga
leoti tunc minoris non venerint in† hypothecam 1
conſtitutam,ab illo procuratore de quo in inſtru-
mento:quia de hoc eſt caſus aperte in l.j.§.fi.ff.de
reb.cor.vbi ſtatim poſtquam res minoris eſſe,ce-
perit,hypothecæ ſubiici non poteſt,& loquitur il-
le† tex.etiam in caſu magis dubitabili,quàm ſit no 2
ſter:quia ibi non erat datum integrum pretium rei
venditæ: quo caſu tacita legis præſumptione res
cenſetur pignori,ipſi venditori oppoſita l. Iulia-
E
nus.§.offerri.de actio.empt. Vnde ibi hypotheca
expreſſa debuit poſſe conſtitui tanquam concor-
det cum tacita, quæ prius inerat, ſi ſequuta non
fuiſſet traditio,& tamen tex.decidit contrarium:
quæ ratio dubitandi nullum in caſu noſtro locum
habet,cũ pro re tũc empta, procuratore minoris ſo
lidum pretium dederit. Item in d.§.fi. hypotheca
conſtituebatur ex eo,quia pretium rei venditæ in-
tegrè ſolutum nõ erat.quo caſu ſuperorans aliquę
reliquię iuris realis in venditore,propter quas de
F
buit pignus poſſe ſuſtineri.arg.l.ſi cũ vendiderit.de
pign.act.l.volũtate.§.ſi.quib.mo.pig. In caſu verò
noſtro nullæ ſunt reliquiæ iuris realis:quia reſpe-
ctu portionis emptæ pretium integrum eſt ſolutũ,
& hypotheca eſt conſtituta ob aliam partem adli-
bellatam. Vnde apparet caſum noſtrum eſſe magis
clarum,quàm qui deciditur in d.§.fi. Confirmatur
hæc concluſio per illud,quod diſputauit Fran.Ac-
cur.in quæſtionibus ſuis,vbi in ſimili caſu tenuit,
nõ valere pactũ retrouenditionis.per l.ſi ad reſol-
G
uendã.C.de præd.min.refert & ſequitur Io. And.
in rub.de pact.in Spec.Paul.de Caſt.l.autem. ff. de
pact.& in ſimili facit q, nõ.Mod.Ianuen.in tract.de
pigno.in iiij.parte,verſ.nihilominus contrarium.
Suadeturq; hæc opinio,etiã illa ratione: quia cum
minor prohibitus ſit alienare rem ſuã,ſtatim q, ſua
eſſe incipit verificatur verba orationis diui Seueri,
prohibentis hanc alienationem,dato,quod incõ-
tinenti ſit ſubſequuta,quia† licet aliàs quod incon 3
tinenti factum eſt, cenſeatur ineſſe, lege, lecta.

verſi.

versi. dicebam. ff. si cert. pet. tamen hoc in eo procedit, quod factum sit ab habentibus potestatem, de nouo actum illum celebrandi: secùs vbi eā potestatem non haberent secundùm glo. Barto. & cæteros, in l. actorū. ff. de rebus iudi. declarat Io. de Imol. in l. iudex postquam. eod. tit. & Alex. consil. xc. ferè omnis vis. in primo. Sed in casu nostro minor non habet hanc facultatem, nisi supplicet principi, vt ibi dicitur, ergo non possumus dicere esse cō stitutum pignus: quia in continenti actus sit celebratus. Nec obstat responsio Curtij Iun. consi. 146. & consi. sequen. vbi conatur respondere ad text. in d. l. j. intelligendo eum, quando pupillus ipse cōtrahit, non aut quando tutor nomine pupilli, vel procurator contraheret: quia tunc pupillus debet totum acceptare, sicut quod pro se est, ita & quod contra se est. l. cùm quæritur. ff. de admin. tut. & qa contractus transit cum sua cā. d. l. fin aūt. ff. de pact. vbi Alber. de Ros. Ang. Pau. Cast. & Ias. ponūt similes decisiones per quas videtur sic limitari text. in d. l. j. §. fi. Nam ad ista omnia rōdendum est, vt per Got. ad consi. suo xv. nuper impresso. & vltra ipsū respondeo, & dico primo quod ista limitatio aliq modo nō potest quadrare ad tex. in d. §. fi. quia nō est constituenda differentia, an pupillus ipse emerit, & obligauerit, an† tutor. Oratio enim diui Seueri, de quā in principio illius legis, loquebatur dumtaxat in tutore obligare, vel alienare volente, & tamen Iurisc. in §. fin. ostendit idem esse in pupillo. vnde apparet non esse constituendam hanc differentiam, & quod hoc sit verum demonstrat ex ratiōe per ipsum Iurisc. adducta: nā vbi dūium quæstiū est, &c. q rō militat siue à pupillo, siue à tutore, siue à procuratore facta sit contractus, Idē & manifestius ostenditur, ex lege seq. dum Iurisc. vbi consuluit, vt valeat hypotheca impetrandam esse à Principe confirmationem. nam si vera esset suprādicta limitatio, potuisset Iurisc. dare consilium lōgè planius, & facilius, q. cōtractus celebrarē cum tutore solo, vel procuratore, quàm quod adiretur princeps, cuius consensus est difficilis, & plerūq; impossibilis. l. apud Iulianum. §. si de leg. j. Idē etiā probatur ex exceptione ibi posita, quod non habeat locum in fisco ,pter† hypothecam legalem, quæ tacitè inducitur. l. certum est. C. in quib. caus. tacitè contrahat. quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vt generaliter regula procedat in hypotheca conuentionali, seu priuatorum, secundū Oldrad. & Alber. ibi argum. l. illud. & l. si rogatus. ff. de manum. vindi. Secundò respondeo, & dico, quod dictæ rationes, & auctoritates, allegatæ per Curt. non videntur multum facere ad casum nostrum: quia loquuntur, & procedunt, quando administrator contraxit nomine alterius, & ille pro quo contractum est, potest ratum habere, tàm quæ contra se, quàm quæ pro se sunt gesta: debet enim tunc hoc facere per regulam. l. secundùm naturam. ff. de regu. iur. & quia† contractus sunt in diuidui, nec debet quis partem approbare, partem verò reiicere. l. si quis aliam. ff. de solut. &† qui contractum aliquem approbat, cum suis appendicibus, approbare tenetur. d. l. fin autem. vbi Angel. l. proinde. in fin. ff. si certum pet. l. si quis ita hæres instituatur. de acquirend. hæred. l. quidam. si quis omi. caus. testam. sed quæstio nostra est, quando ille, cuius nomine gestum est, etiam si velit totum approbare, non potest, vt minor, qui in casu nostro contractum quidem ratum habere potest, pactum verò hypothecæ non potest, vt ibi dicitur. & not. Bald. in fin. & speciale est in minore,

A vt† contractus cùm eo factus claudicet, id est, pro parte ipsi vtili tantum valeat. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. empt. & pro hac responsione facit, quia nisi ita diceremus, sequeretur inconueniens, & absurdū q. pupillus, qui per se hypothecam hanc absque decreto inducere non potest, per procuratorem posset. cùm tamen sit regula, quod per me non possum, nec per procuratorem meum me posse. l. si minor. ff. de verborum oblig. vbi Barto. l. ij. ff. de admin. tut. in princ. vbi glos. & alia regula, quod† factus procuratoris pendet ex potestate domini. l. ij. & seq. C. qui man. nō poss. l. iij. & vsus. cum gloss. ff. de procur. & l. sed si vniu. §. idem Iul. ff. de iniur. Et ad alia, quod† ad qualitatem procuratoris non attendimus, sed ad qualitatem domini. l. filius famil. ff. de procur. glo. §. fin. in fin. instit. quib. ex caus. man. non lic. & habetur in clem. religiosus. de procurator. Et ad aliud quod† melior non debet esse conditio illius, qui cum procuratore contrahit, quàm qui cum ipso domino. l. qui bona. §. penult. de damno infect. l. ignotantis. ff. de procur. & alia quod† procurator dominum repræsentat, & non ipse, sed dominus iuris intellectus censetur contrahere. l. quod mea. §. procur. ff. de acquirend. possess. per Barto. in l. si is qui pro emptore. in vlti. parte. de vsuc. & ex hoc apparet, decisiones allegatas per Cur. in d. consi. non attingere ad casum nostrum. Tertiò & vltimò respondeo, quod etiam si tutor, vel procurator potuissent inducere talem hypothecam, quod tamen est falsum, vt dixi, adhūc non potest venditor prætendere hypothecam in dictis bonis empti: quia non videtur hoc inter partes actum esse: cum enim venditor dictas xvj. partes vendiderit liberas ab omni obligatione, non est credendum voluisse in contractu non continenti subsequuto, sibi eas hypothecare, nisi adesset expressa, & specialis hypotheca, quia tali casu non sufficit generalis, secundùm Alber. Galeoti in margarita sua, tit. de pig. act. & Iac. de Aren. in l. obligationes generali. de pign. & est tex. in l. cùm tabernam. §. fin. verb. ab alio. ff. eod. tit. vbi Fulgos. not. per argumentum à contrario sensu. sequitur Lud. Roma. in singul. 605. quæ specialis hypotheca dictorum bonorum non inuenitur in casu nostro, meritò concludo ex suprascriptis meliorem esse causam emptoris. Et hæc omnia salua semper saniore iudicio.

CONS. XXII. SVMMA.

1 *Ab instrumentis non est facilè recedendum.*
2 *Læsio enormis arguit dolum re ipsa.*
3 *Pacta sunt, siue dol⁹ interueniat ex proposito, siue re ipsa.*
4 *Rescissio contractus conceditur solùm, quando dolus ex proposito interuenit.*
5 *Quando minor contrahit & iurat, non contrauenire contractui, neque ex causa restitui, nec alia, quòd non potuerit allegare se læsum enormiter.*
6 *Præsumitur pro veritate instrumenti.*
7 *Reiteratio facit, vt tollat præsumptio fraudis, vel erroris, & hoc propter virtutem geminat.*
8 *Filij naturales existentibus legitimis excludūtur.*
9 *Lex ciuilis obseruanda est etiam inter Hebræos.*
10 *Iniquum est naturales comparere legitimis, & spem legitimorum propter existentiam naturalium diminuere.*
11 *Nati ex coitu reprobato, seu damnato, à lege non possunt admitti ad successionem.*
12 *In dubio quis præsumitur potius ex damnato coitu natus, quam verè naturalis.*
13 *Filij ancillarum non sunt simpliciter spurij, sed naturales,*

BIU Cujas

14 *Multa in dubiis sustinentur, quæ in casu certo rescindentur.*

15 *Iuramentum non debet operari apud Iudæos validitatem renuntiationis, & quare.*

16 *Renuntiatio facta post mortem patris, iure communi circa iuramentum valet.*

17 *Iuramentum obligat Iudæos, & cogitur Iudæus illud observare.*

18 *Iudæi tenentur ad omnia, quæ sunt iuris naturalis.*

IN hac causa, in qua quæritur an Isaac Hebræus filius naturalis Samuelis, possit rescindere conuentionem, seu renuntiationem, factam ad vtilitatem fratrum suorum legitimorum (quia iniuste, & subtiliter consultum fuit per clarissimum d. Ludouicum Sfluestrinum) ero ego tanto brenior: quia rei perfectę nihil potest adiici. Concurro igitur in eius sententiam infrascriptis rationibus. Et in primis fundata est intentio fratrum legitimorum ex instrumento publico renuntiationis, itemque ex Chirographo Hebraica lingua inter ipsos confecto, à quibus † instrumentis non est facilè recedendum. l. cum precibus. C. de probat. per Bald. in l. mater. C. de rei vendi. in l. ij. C. de rescind. vend. cum concord. Et licet dictus Isaac alleget se enormiter, & immoderatè esse læsum: ideoque petat dictos contractus rescindi: † qa læsio enormis arguit dolum re ipsa. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. & † paria sunt siue dolus intercesserit ex proposito sine re ipsa. l. ij. §. si quis sine. ff. de dolo except. l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obligat. & ita consuluerunt plerique doct. de quibus per Alexand. consil. lxxxix. in ij. Corn. cc-xiiij. in ij. Dec. clxxx. cum simil. tamen ad istam rationem, in qua vertitur totus cardo præsentis difficultatis respondetur variis modis. Et primo, qa licet iste articulus sit vbique disputatus per doctores, tamen videtur verior, & communior conclusio, q, imò non sit concedenda rescisio sub prętextu talis læsionis per tex. in l. interpositas. C. de trāsact. ibi, qualitas causæ principalis non sufficit, &c. & ibi dixi versicul. hincque videtur, & cætera. & ostendi hanc esse communem opin. & per text. in l. si superstite. C. de dolo. vbi solum conceditur † rescisio, quando dolus ex proposito interuenit, vt dixi in l. quamuis. C. de transact. & facit gloss. in d. l. ij. C. de rescind. vendi. & in c. penu. de empt. & vendi. quæ vult q, † quando minor contrahit, & iurat non contrauenire contractui, neque ex causa ætatis, neque alia, quod non poterat allegare se læsum enormiter, & cum illa glo. transeunt communiter doct. vnde in casu nostro idem fortius est dicendum cum iste Isaac sit maior ætate, & in hanc partem post longam disputationem, tandem inclinat Corn. in repet. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Alex. cons. cxxv. in j. vbi attestatur eam esse communem opinionem, Curt. Sen. cons. xliij. super contingentia cons. lxv. in vltim. dub. Secundo respondeo, quod dicta opinio non procedit, quando renuntiatum esset cum iuramento etiam enormissimæ læsioni, prout fuit in casu nostro, valet enim talis renuntiatio, si sit facta à maiore, secundum Alexan. in d. cons. cxxv. vbi respondet rationibus contradicentium, qui loquuntur in minore, & etiā respondet rationi Abbatis in c. cū contingat. extra, de iureiur. qui sentiebat talē renuntiationem potius apponi ex consuetudine notariorū, q de mādato partium, nam secundum eum contrarium est verius: quia † præsumitur pro veritate instrumenti. d. l. cum precibus. & per tex. ibi quod si nepotes. ff. de rest. cur. Quod in casu nostro est certius, cum d. renuntiatio sit proposita non solùm in nostro notario, sed etiam re priuata, in priuato chirographo partium, vnde prius cessat arg. Abb. & tenendo opinio Alex. quā etiā sum secutus in d. c. cū contingat. Tertiò videtur, q dicta exclusio nō pcedit, qñ renūtiatio fuisset gemināta, & diuersus actus, put in casu nostro † reiteratio. n. facit, vt cesset præsumptio fraudis, vel erroris secundū Dec. quia ita cōsuluit, cōsi. &, hoc ppter virtutē geminationis, de qua p gl. sup verbo, iterata ij. q. ij. si quis iratus. & in c. ex literis in verb. admonita. de dinor. per Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. xi. Bal. in cōsi. Schimatis sub rub. Cōsi quis ali. resta. Qđ arbitror ego verā esse, nō solū si reiteratio post lōgum tps intercueniisset, secūdum l. si mulier. C. ad Vellei. & q. not. Paul. Cast. consil. 305. notādum est, in j. vol. in nouissimis. sed etiam si post modicū tps, vel incontinenti dum cū loquā mur in maiore, & qui verisimiliter scire posset veri rum valorem rei secūdum Nicol. de Matar. & Bal. in d. l. ij. & Imol. in d. c. cum concord. Quarto respondetur, quod iste Isaac nullam potest præsentare læsionem, cùm sibi nihil paterni patrimonij debeatur, nisi quatenus alimentorum valor se extendit, † quia existentibus legitimis, filii naturales excluduntur. auth. licet. C. de natu. lib. Cùm igitur habuerit tria millia aureorum, & præterea constet sibi esse liberationem redditionis, rationibus à fratribus suis, & confessus sit pro residuo sibi satisfactum iuxta l. si ex pluribus. ff. de acceptila. & l. potest. vbi dixi. de verborum signifi. satis dicitur habuisse, quod sibi debetur, & plus, vnde non potest allegare aliquam læsionem, ex quo secundùm legem ciuilem nihil ei vltra alimenta deberetur, † quę lex ciuilis videtur obseruanda etiā inter Hebræos, iuxta tex. in l. Iudæi communi. C. de iudę. vbi Bartol. Alberic. Rapha. Fulgo. & cæteri. & etiam Azo. in summa. §. item permittitur eis. eod. tit. Imo. cōsil. j. incip. in casu præmisso. vers. & breuiter. ad fin. Ange. xciij. Cast. consi. cccxcvj. in nouis. Socin. cōsi. lxij. Corn. consi. cxiiij. in j. Brun. in tract. statuti exclusiui. fœmin. vj. q. iij. Laurent. de Pallario. §. cęterum. insti. de legi. agn. succ. & sic dicit Corn. in l. maximum. C. de lib. præte. in fi. quod Fulg. & Rapha. Comen. idem tenuerunt consulēdo. Nec me mouet, quod Ioan. Cald. dicat, quod imò inter Iudæos seruanda sit lex Mosaica, in tit. de stat. consi. xxx. & de constit. consi. xj. quod dictum retinemus & sequuntur multi Modern. in variis consiliis, maximè Alex. consi. vj. in vj. Gozad. consi. xxiij. num. x. Rochus Curt. c. fin. extra, de consuet. vers. circa quæro. cum simi. Quia omninò talis opinio est contra tex. in d. l. Iudæi. quem Calderin. non interpretatur, sed peruertit, vt meritò Mod. in postil. ad d. cōsil. Alexand. dicat hanc opin. non esse veram, nisi in iis, in quibus inter eos à superiore loci relinquetur duntaxat. Fortius videtur dicendum, quod not etiam ex lege Mosaica naturalis possit admitti ad successionem, quia licet text. Numer. cap. xxvij. dicat homo cum mortuus fuerit absque filio, &c. tamen illa dictio, filij, quando non videtur intelligenda de naturali. Et licet in libro Misna & Thalmuth declarentur illa verba, vt intelligantur etiā de naturali, tamen interpretatio illorum nō est recipienda, cum dictus liber Thalmuth fuerit reprobatus de mandato Papæ, vt refert Ioan. Andr. in c. quod super his. de voto. Petr. de Anch. in. ea, quæ. q. de regu. iur. in vj. & nuperrime etiam fuit reprobatus

batus per constitutionem Maximiliani Impera, ad instantiam Ioannis Reuchlin. Et in omnem casum sententia Rabinorum esset limitanda, quando extarent alij legitimi, † quia iniquum esset naturalis comparari legitimis, & spem legitimorum diminuere. l. nec ei. §. præterea. ff. de adopt. sicut videmus fecisse Iustinianum, qui eos admittit dūtaxat, quando non adsunt legitimi. Item esset limitanda eorum opinio, vt non procedat in naturali concepto ex coitu, cui lex resistit, vt probatur Iudi cum cap. xj. in princ. ibi hæres patris nostri esse nō poteris, quia de adultera matre natus es. Sicut etiā videmus idem esse de iure ciuili, secundùm quod † nati ex coitu reprobato, seu damnato à lege non possunt admitti ad successionem. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Item esset limitanda in naturali, qui non esset conceptus ex ventre custodito, quia lex tales habet pro filiis vulgi, nec censetur esse filij eius, qui credidit meretrici. l. quia semper. ff. de in ius vocan. Idque etiam, si non soleret, nisi illum admittere, quia potuit clam etiam aliis se prostituere, vt est tex. in l. iij. C. solut. matrim. facit l. vulgò. l. cum legitimè. ff. de statu homi. † in dubio autem præsumitur quis potius ex damnato coitu natus, quàm verè naturalis, secundùm Bald. consi. ccbxij. in j. Alexand. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. cum concord. vt dixi in tract. prælumpt. ij. reg. versi. v. Et certè non videretur opinio Rabinorum, ita simpliciter intelligenda, quia Barto. & doctor. in l. iij. ff. de test. communiter concludunt, q̄ non valeret statutū, q̄ spurij cū legitimis succedāt, quia esset contra legem diuinam, quia scriptum est, non erit hæres filius ancillæ cum filio libere Geneſis cap. vj. sunt autem † filij ancillarum, non simpliciter spurij, sed naturales l. si quis ingenuā. ff. de capti. l. ij. C. si manci. fue. Et quia alias enerua retur omnis fructus matrimonij si naturales cum legitimis succederent. Sicut ergo non valet statutum, ita nec istorum interpretatio, vel consuetudo l. j. vbi Fulgo. C. de iudic. subest enim eadem ratio, & ideo hæc interpretatio Rabinorum est omnino reiicienda, vel saltem restringenda, secundū supradicta, aliàs esset contra bonos mores, & darent materiam delinquendi, iuxta l. fin. cum ibi not. C. de natu. lib. Quintò ex supraſcriptis resultat alia responsio, quia etiam dato quod propter enormem læsionem concederetur rescisio conuentionis, tamen hoc esset intelligendum, vbi cōstaret de enormi hac læsione, quod in casu nostro constare non potest. Cùm enim ex supraſcriptis appareat, quanta dubitatio sit in iure, an lex Mosaica in hac successione sit attendenda, & posito, quod esset an ista naturalis possit admitti, non potest dici enormiter læsus, qui in re tam dubia accepta pecunia renuntiauit. l. Lucius. §. fin. vbi Bart. & doct. ff. ad Treb. & † multa in dubiis sustinetur, q̄ in casu certo rescinderēt. l. si, vbi dixi. C. de crās act. Non obstat, si diceretur quod talis rescisio nō permittitur propter vim iuramenti, quo nos Christiani alligamur iuxta d. c. cùm contingat. de iureiuran. Sed in † Iudæis est secùs, de quorum salute est desperandum, ideo apud eos iuramentum non debet operari, validitatem renuntiationis, secundùm Roma. consi. clv. in fin. Castr. consi. xc. in fin. in ij. in nouiss. Pet. de Anchar. d. c. ea, quæ. q. vj. Socy. consi. lxv. & lxx. Ruin. consi. clix. in v. quia respondeo, q̄ † renuntiatio esset facta de hæreditate viuentis, quo casu non valeret absque iuramēto iuxta c. quamuis. de pact. in vj. tunc verba possent procedere supraſcripta, quæ in casu loquun-

tur, sed cum hæc renuntiatio sit facta post mortem patris, quo casu iure communi etiam citra iuramentum valeret l. si quando. §. j. vbi not. C. de inoffic. testam. per Barto. & doct. in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. in l. si actionem. C. de pact. tunc iuramentum † obligat etiam Iudæos, & coguntur Iudæi illud obseruare, secundùm Barto. in rubric. Digestorum. in princ. vbi Alexand. idem sequitur in apostil. allegat Bald. in c. j. §. item sacramenta. de pact. iur. fir. † tenetur enim ad omnia, quæ iuris diuini d. c. quod super his. vbi docto. & ita et tenuit Io. de Imo. consi. j. Rom. & Dec. l. pactum. dotali. C. de colla. Iaſ. d. auth. sacramenta puberū. Barbat. consi. xv. cum simil. Et licet aliqui Rabini Moderni attestarentur quodcunque iuramentum data enormi læsione, apud eos relaxari, tamē deberent intelligi de relaxatione ad finem agendi, de qua in c. j. per Feli. de iureiur. per Guid. Pap. deci. cxl. vnde cùm respiciat ordinatiua iudicij non esset attendenda à iudice Christiano, coram quo lis verteretur, iuxta c. cum clericus. cum ibi not. extra, de foro competen. sed attenderet iudex Christianus legem suam. & text. & in d. auth. sacramenta puberum. aliàs dicta relaxatio esset indiscreta, & contra rationem doctorum, in d. ca. cùm contingat. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONS. XXIII. SYMMÆ.

1 L. per diuersas. C. mand. extendi, quamquam verò sic.

2 Lex exorbitans à regulis iuris coartanda, non extendenda vltra casum suum.

3 Quæ processerunt ex labiis meis, non faciam irrita.

4 Qui agit contra filium tanquam hæredem, oportere primò quod probet filium esse hæredem.

5 Nomina pertinentia ad societatem, possunt cedi vni ex sociis quocunque pretio.

6 Contractus iudicatur ex sui forma, non autem ex appellatione nominis.

7 L. per diuersas: sensus, & scopus.

8 Plures habentes inter se actionem, possunt ad inuicē pro modico cedere, & talis cessio nō subiacet prohibitioni. l. per diuersas. C. mandā.

9 Præsumptio vna, per contrariam præsumptionem tollitur.

10 Societates publicanorum, vt quotidie videmus, ac etiam aliorum negociatorum, vendunt nomina difficulter exigibilia pro minimo pretio, & tales contractus valere.

11 Coactores qui nam sint.

12 Redemptio litium vetita est.

13 Non dicitur fictum, aut simulatum, quod habet principium veritatis.

14 Quis principaliter agendo, non admittitur ad allegandum turpidinem suam, etiam contra complicem, & consciam fraudis.

15 Statuta exorbitantia, loquendo de dando, non habent locum in retrodatione, quia retrodatio est fauorabilior.

16 Statutum loquens de veniente ad habitandum, non videtur inferre grauamen reuertenti.

17 Pretium competere dicitur deductis laboribus, & expensis.

18 Ad probandam læsionem in translatione debet probari non illud, quod in veritate debetur, sed quantum valebat dubius euentus litis.

19 In iudiciis particularibus, iudex debet ferre certam sententiam, non autem reseruare liquidationem in executione suæ sententiæ.

IN causa, qua filij quondam domini Thomæ de Ligulia conuenti sunt occasione cessionis eorum parenti factæ, quia diffusè allegatum est per alios præstantiss. doctores, solũ insistam circa articulum validitatis cessionis, sup quo fundata est sententia primi consultoris, qui aduersus dictos filios pronuntiauit. Et in † primis sciendum est, quod lex Anastasij, quæ incipit per diuersas. C. mandat. videtur esse † exorbitans à regulis iuris communis, & ideo non extendenda extra casum suum, quod etiam sentit text. in l. fi. in fin. co. tit. vbi cauetur in futuris tantum casibus, non autẽ in pendentibus, aut præteritis ei locum esse, qđ secus esset si d.l. non esset exorbitans. l. bene à Zenone. §. quia igitur de quadri. præs. Et quia lex illa inducta est aduersus illud, quod à partibus est actum contra regulam pontificiam, quæ habet qđ † processerũt ex labiis meis, non faciam irrita. ca. qualiter. extra, de pact. nec conuenit istis actoribꝰ dicere se deceptos, cum maior præsumptio sit cõtra illos, qui, viuente domino Thoma, steterunt conuentis, & exegerunt sexcenta aureos promissos, nunc autem, eo defuncto mouent controuersiam istis minoribus, non plenè edoctis, aut instructis de rebus paternis. Et quod plus egerũt contra eos † tanquam hæredes, cum tamen in processu non sit probatum quod se immiscuerint, quę probatio videtur necessaria. l. j. C. si vt se ab hæred. abstin. per Bart. in l. necessariis. de acquir. hæred. Alexan. consi. cxciiij. & cxxxvij. in ij. Principalis igitur punctus quæstionis nostræ est, nunquid d. l. per diuersas. C. mand. habeat locum in casu nostro. & omissa disputatione, concludo, quod non, pluribus rationibus. Primò, quia lex illa excipit cessiones, quæ fiunt inter cohæredes, & subiicit, nulla tali ratione intercedente, &c. quibus verbis ostenditur, quod exceptiones illæ extenduntur ad casus, quibus talis, seu eadem ratio subest, vt declarant ibi Bartol. Bald. Angel. Salicet. vnde inferunt præfati docto. idem esse in actionibus, quæ ceduntur inter socios in diuisione societatis, qui est casus noster. Cum enim ista † nomina pertinerent ad societatem, potuerunt cedi ipsi Thomæ vni ex sociis, quocunque pretio. Secundò, quia iste Thomas acquisierat ea nomina, & ideo directæ actiones semper remanserunt ipsi Thomæ affixæ ossibus suis l. iij. vbi gloss. ff. pro soc. vnde per talem retrocessionem, non dicitur nouum ius ipsi acquisitum, sed potiùs vtiles actiones consolidatæ directis, quo casu certum est non esse locum dispositioni d.l. per diuersas, quæ loquitur in alienis personis, nullum ius antea prætendentibus. Tertiò, quia ista videtur cessio & venditio facta ex causa cuiusdam transactionis. Cum. n. ex conuentione societatis, vt apparet ex capite xj. non posset Thomas vendere ad tempus, & sub fide, & periculum nominum tali casu esset ipsius, videntur quodammodo transegisse pro illis 600. aureis, quo casu certum est non esse locum dispositioni d.l. per diuersas. cum transactio non rescindatur etiam data enormi læsione. l. Lucius. §. fin. ad Trebellia. l. si superstite. C. de dolo. & est magis communis opinio, secundùm Aretin. in l. si quis cum alium de verborum obligat. Alexand. consi. xlij. in j. Modern. in l. quamuis. vbi dixi. C. de transact. & quamuis in instrumento cessionis nullum verbum sit de transactione, tamen nihil refert, quia † contractus iudicantur ex sui forma, non autem ex appellatione nominis. l. insulam. ff. de præscri.

A verb. Quartò, quia in d.l. per diuersas † ponitur alia exceptio in cessione, quam creditor pro rebus apud se constitutarum, munimine, ac tuitione accipit, quæ verba intelligunt doctores ibi, etiam quando quis actione personali molestari potuisset, quod in casu nostro, poterant enim socij inquietare do. Thomam actione pro socio, quia esset debitor ex causa societatis. Et quia fecisset illa nomina & vendidisset ad tempus sub fide contra formam instrumenti societatis, & ipsæ vt ab hoc liberaretur potuit accipere cessionem, & ea emere quantumuis vili pretio, quia tunc non procedit d.l. per diuersas. & ita sentit gloss. in d.l. verbo. necnon his, quam ibi notat Angel. & concludit quod partes habentes inter † se actionem possunt ad inuicem pro modico cedere, & talis cessio non subiacet prohibitioni illius legis, & quod ista est vera opinio, secundùm Fulgo. ibi, vnde satis clarè deciditur casus noster. Quintò, quia lex illa præsumitur dolum, vel simulationem contra cessionarium, sed dicta † præsumptio tollitur per contrariam præsumptionem, secundùm regulam l. diuus. vbi Bald. ff. de in integr. restit. l. cum de indebito. ff. de probat. in casu autem nostro præsupponitur, quod d. Thomas cesserit de anno 1515. omnia illa nomina dictis actoribus, qui deinde miserunt Manuelem & Ricium ad eos debitores exigendos, & demum post triennium fecerunt istam retrocessionem, vnde scirent quæ litatem debitorum, & nihilominùs cesserint pro dicto pretio satis apparet, pro maiore summa non potuisse ea nomina alienari, vel æstimari. vnde dicunt docto. quod d.l. non habet locum, quando cedens venale nomen exposuit, & non inuenit aliquem plus offerentem. l. quærebatur. ff. ad l. Falc. & ita tenet Iacob. Cyn. Alber. in d.l. per diuersas. vnde videmus quotidie, quod † societates publicanorum, & aliorum negotiatorum venduntnomina difficulter exigibilia pro minimo pretio. & valent tales contractus l. Sticho. §. fin. ff. de statulibe. vbi † tales emptores appellantur coactores, vt declaraui lib. j. cap. ij. xxiiij. parergon. Sextò, quia tota illa lex, est facta in odium redemptoris litium, vt apparet ex princ. legis ibi quosdam alienis rebus, fortunisque inhiantes, &, ibi litigatorum vexationibus efficere, & ibi, nec enim dubium est redemptores litium alienarum videri, &c. & ibi nulla etenim tali ratione intercedente redemptor existit, &c. quæ † redemptio litis est vetita iuxta l. si contra. C. manda. sed in casu nostro, iste Thomas non potest redemptor litis dici, nec alienis rebus inhiasse, aut litigiis inuoluisse quenquam, cum ipse ea nomina contraxisset, & priusquam ea daret actionibus in persona sua residebant. Nec apparet, quod litigiis quenquam implicauerit cum simpliciter exegerit, & bona fide à soluentibus, & sicut potuisset exigere nomine societatis, secundùm l. filiæ. in fin. ff. de solu. & valuisset cessio si periculo societatis exegisset l. si mandauero. §. interdum. ff. mand. l. non solùm. §. j. ff. de alien. iud. mut. causa. tenet Iacob. Cyn. Alber. Fulgos. in d.l. per diuersas. ita si suo hoc casu, cum obligationes à persona sua inceperint, vnde non dicitur fictum, aut † simulatum quod habet principium veritatis l. cum filius. §. hæres. ff. de legat. ij. Septimò, quia non videtur, quod isti actores habeant actionem aliquã aduersus cessionarium, cum enim lex talem contractum habeat pro fraudulento, & similiter non solum ex parte cessionarij, sed etiam ex parte cedentis,

dentis, vt probatur in d.l. per diuersas. versic. cum certum sit. non debent isti admitti ad agendum, cum fundamentum intentionis suæ sit fraus debitoribus facta, quia † quis principaliter agendo non admittitur ad allegandum turpitudinem suam, etiam contra complicem, & consciam fraudis. l. si creditoribus. C. de seru. pign. dato ma. l. filios. C. de reuocand. iis quæ in fraud. l. aliàs. vbi Bart. & docto. ff. de iureiur. & si bene videantur verba d. l. per diuersas. solum consulit ipsis debitoribus, ne in plus conueniri possint à cessionario, quàm re ipsa soluerit, non autem prouidet cedentibus, quod possit agere contra cessionarium, ibi, iubemus in posterum huiusmodi conamen inhiberi, &c. quod conamen erat vexando debitori, vt ibi dicitur. Item ibi actiones exercere permittatur, vbi loquitur contra debitores, & nusquá in d.l. est aliquod verbum, quod possint cedentes agere contra cessionarium. Octauò, quia (vt diximus) iste Thomas conuenitur ex retrocessione, tunc sic d. l. per diuersas prohibet cessionem fieri, & cum sit exorbitans non debet extendi, vt intelligatur etiam de retrocessione, sicut videmus, quod † statuta exorbitantia, loquentia de dando, non habent locum in retrodatione, quia retrodatio est fauorabilior. l. videamus. ff. de vsur. per Imo. & Alexand. in rubric. ff. soluto matrimo. & † statutum loquens de veniente ad habitandum non videtur inferre grauamen reuertenti. l. fi. §. quoties. ff de publicia. vbi Imo. & Rom. quod excludit Bartol. etiam respectu immunitatum & honoris, vt per eum in l. cum emancipatus. §. si pater. ff. de contratab. facit quod not. Ias. in l. duob. §. et qui. de iureiuran. & hoc in casu nostro videtur certissimum, quia cum prius ipse d. Thomas cessserit istis sociis, & ipse deinde post triennium retrocesserint, illi æquitas dictat, vt sicut ipse acquieuit primæ cessioni, ita isti acquiescant huic secundæ. argum. l. si vero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mand. & not in l. j. quod quisque iur. maximè cum hoc casu cesset ratio prohibitionis, de quâ in d.l. per diuersas. vt suprà dixi. Nono, vt habeant locum d. l. per diuersas. oportet cessionem factam esse pro nihilo, vel modico pretio, vt ibi per gloss. in verb. cessiones. declarat Bartol. ibi, & dicitur † pretium competens deductis laboribus, & expensis, &c. vt ibi tradunt omnes, & quãuis summa cessa sit xx. duarum millium librarũ, & sic longè maior petitio cessionis, quod ex sexcentorum scutorum, tamen ista probatio non sufficit, cum enim modicitas pretij sit fundamentum intentionis istorum agentium, debuerunt probare quod communiter & communi cursu, dicta nomina fuissent vendita longè pluri pretio, etiam considerata qualitate expensarum & laborum, vt in simili est text. in l. j. §. si hæres præcepto. ff. ad Trebellia. & ibi per docto. & in l. ij. C. de rescind. vendi. quod in casu nostro probatum non fuit. Nec etiam probari potest maximè propter duas qualitates diminuentes æstimationem, & pretiũ. Prima propter pactum, quod exacta à cedentibus, illis remaneant quod pactum est valde incertum, & potuissent forte exegisse tantum, quod vix remanerent emptori sua sexcenta scuta, quod quidem pactum in tantum diminuit æstimationem rei vt alioquin difficulter inueniri potuisset, aliquis, qui emisset, vt in simili dicit Iacob. & Cyn. in d.l. per diuersas. per text. in d.l. quærebatur. ff. ad l. Falcid. & per Abb. in c. in aliquibus. ij. notab. ex-

A tra. de decim. cum concord. per Ias. d. §. si hæres. Item aliud pactum, quod ibi Thomas promittit conseruare indemnes à certis creditoribus, & ab omni actione Lucana, quod pactum etiam diminuit æstimationem rei, secundùm Bart. Rapha. & Ias. in d. §. si hæres præcepto. & per text. in cap. cum Ioan. de fid. instrum. quem allegat Socin. consil. xv. & etiam per alia pacta, de quibus per dominos consulentes, & ideo non transcribo, & quod actores sufficienter non probauerint intentionem
B. suam, probatur exiis, quæ not. Bart. in l. ij. C. de rescind. vend. vbi † ad probandam læsionem in 18
transactionem debet probari non illud, quod in veritate debetur, sed quantum valebat dubius euentus litis, secundùm eundem Bartol. in d.l. Lucius. §. fina. sequitur Alexand. cons. xlij. in j. ccxxij. in ij. & etiam in casu nostro, non est satis probare cessionẽ esse ad. millib. libris, sed oportuit pbari, quod illud creditum propter dubium euentum litis & suprascripta pacta, nihilominus potuisset vendi duplo pluris pretij sexcenturum aureorum. Decimò & vltimò, ex suprascriptis infertur,
C quod cùm istud sit iudicium nó vniuersale societatis, sed particulare istius cessionis † debuit iu- 19
dex certam ferre sententiam. §. curare. Instit. de act. non autem reseruare liquidationem in executione suæ sententiæ, secundùm l. ij. C. de sentẽ. quæ sine cert. quant. & quæ habentur in l. j. ff. de eden. maximè cum nullam rationem duxerit dictorum pactorum, quæ diminuunt æstimationem,
D & ideo concludo malè iudicatum, & bene appellatum esse: saluo semper saniore iudicio.

REGVLÆ, & SVMMÆ.

1 *Mandatum morte mandantis finitur, & expirat.*
2 *Mors ciuilis regulariter æquiparatur naturali.*
3 *Mandatum finitur per mortem ciuilem, sicut per naturalem.*
4 *Mandatum finitur per superuenientem furorem.*
E 5 *Stante cessione valida, mandatum tendens ad executionẽ dictæ cessionis, tanquam ex necessitate præcedentis contractus, factum morte mandantis non reuocatur.*
6 *Per cessionem quis efficitur procurator in rem suam.*
7 *Mandatum in rem suam, non finitur morte, nec confiscatione mandantis.*
8 *Fiscus succedit in bonis delinquentis, sitis in territorio suo.*
9 *Quando cessio est prior tempore accusatione, non potest fiscus allegare, quod facta sit in fraudem.*
F 10 *Sententia lata in contumaciam, nihil nocere debet cessionario, quia censetur lata, non quia bannitus deliquerit, sed quia se non defenderit.*
11 *Ex contumacia oritur duntaxat ficta confessio, quæ præiudicat ipsi contumaci tantum, non autem aliis habentibus causam antiquiorem.*
12 *Exceptio de iure tertij, cum non sit exclusiua ipsius inris agentis, non potest opponi per tertium.*
13 *Magis attendimus ad locum domicilij, quàm ad locum vbi bona sunt sita, quia forum domicilij præualet.*
G 14 † *Si quid pro indiuiso possidetur ab ecclesiastico, & à Laico fatis inter ipsos acciderit, tractabitur coram iudice ecclesiastico.*
15 *Vna & eadem causa tractari non debet per diuersos iudices.*
16 *Cessio potest fieri minori, dummodo in vtilitatem suam cedat, nec alia solemnitate opus est, & obligatur cõtrahens, & minor acquirit.*
17 *Iuramentum factum quem præcise tenet.*

PLures mihi dubitationes in hac facti specie proponuntur, ad quas singulariter sum responsurus. Prima quæstio est, an mandatum magnifici d. Anto. Mariæ factum d. Aeneæ generoso suo valeat, an verò censeatur reuocatum, nec possit ex eo redimi pars castri, de quo agitur? Et videretur prima fronte mandatum esse finitum, 1 quia regula est generalis, quod † mandatum morte mandantis expirat. l. mandatum. C. manda. Procedítque non solum in morte naturali, sed etiam ciuili, ut quia quis sit cõfiscatus & bannitus. 2 L. actio. §. publicatione. ff. pro soc. quia † regulariter mors ciuilis æquiparatur naturali. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. l. Gallus. §. & quid si tan- 3 tum. ff. de libe. & posthum. & quod per † mortem ciuilem finiatur mandatum, sicut per naturalem. Firmant communiter doct. in clem. fin. de procura. vbi Card. qõ. xiiij. post alios, sicut videmus † et- 4 iam finiri per superuenientem furorem. l. qui seruum. l. si quis alicui. ff. de acquirend. hæred. ergo idem dicendum per istud bannum, factum ab ecclesia Romana, cùm bona, de quibus agitur sint in ipsius ecclesiæ dominio. Sed tamen prædictis nõ obstantibus, sentio contrarium, quia quando magnificus do. Anton. Maria cessit, illud ius genero adhuc non erat confiscatus, nec accusatus de aliquo crimine, vnde valet interim facta cessio etiã si esset facta simplici titulo donationis, iuxta regulam l. post contractum. ff. de dona. de qua infrà dicam. vnde cùm valuerit cessio mandatum tendens ad executionem dictæ cessionis tanquam ex necessitate præcedentis contractus factum morte mandantis non reuocatur l. fundi. §. j. ff. de acquirend. possess. & habetur per doct. in l. penul. 6 versi. nam & si. ff. si certum pet. Et † quia per cessionem magnificus d. Aeneas factus est procurator in rem suam. l. fin. §. Titius. ff. de poss. l. iij. ff. famil. ercis. † mandatum autem in rem suam non finitur 7 morte, nec confiscatione mandantis l. illam. C. de dona. vbi doct. l. si quidem. C. de action. & oblig. non enim hoc casu res est integra, cum transtulerit iste cedens omne ius suum in generum, & apposuerit certas pactiones exequendas post mortem suam, quo casu indubitanter non finitur mandatum l. si verò non remunerãdi, in fin. cum l. seq. ff. mand. Fortius puto, quod ex solo instrumento cessionis absque alio mandato competat actio ipsi d. Aeneæ, & ideo non est vlterius disputãdum de validitate mandati. Secunda qõ, an cum bona de quibus redimendis agitur sint in territorio ecclesiæ, & cedens à dicto territorio fit bannitus, tale ius redimendi transeat in fiscum Pontificium. 8 Et videretur, quod sic, quod † fiscus succedat in vniuersis bonis delinquentis satis in territorio suo l. j. in princ. §. an bonarum. ff. de iure fisc. & per ea, quæ habentur per Ludo. Rom. consi. lxxxj. Imo. l. ex facto. ff. de hære. insti. Sed tamen puto in casu nostro contrarium esse verius. Cum em̃ do. Anto. Maria cesserit tale ius genero, sicut ipse non posset contrauenire, nec reuocare cessionem suam. l. sicut. C. de act. & obli. l. facta. §. si hæres. ff. ad Treb. ita nec etiam fiscus si ex eius persona vellet succedere. l. fiscus. ff. de iur. fis. putarim tamen expedire, q̃ d. Aeneas denuntiet possessoribus dicti castri, qualiter tale ius tuendi est sibi cessum per socerũ, q̃ ipse intendit intra tps debitum redimere, & ideo quod non retrouendant ipsi do. Anton. Mariæ, nec alicui alteri, venienti ex eius persona, tam facto hominis, quàm legis, & sic constituatur in mala fide, ne colludant cum fisco pontificio per reg. l. iij. C. de nouat. & l. si fundum. C. de rei vendic. Tertia qõ, an fiscus possit istud ius reuocare, tanquam hæc cessio facta sit in fraudem fisci. Et licet tex. in d. l. post contractum. ponat regulam quod non, tamen Bart. & doct. hoc intelligunt, nisi in casu, in quo fraus præsumeretur, quia tunc indubitanter competeret ius reuocãdi ipsi fisco. l. in fraudem. ff. de iur. fisc. vbi cõmunem nostrã videtur subesse præsumptio propter coniecturam, quæ oritur ex coniunctione personarum, iuxta dicta C. de bon. & l. penult. ff. de bon. lib. præsertim cùm in cessione contineantur multa pacta in fauorem filiorum, vt habetur etiam per Bar. in d. l. post contractum. & in l. non solum. ff. de ritu nupt. maximè cum talis cessio sit facta titulo lucratiuo, qa d. Aeneas nihil numerauit pro pretio cessionis, vnde faciliùs præsumitur fraus. l. j. §. si quis in fraudem. & §. seq. ff. si quid infra. Sed tamen in casu nostro puto contrarium. Cum enim hæc † cessio tem- 9 pore sit prior accusatione, non potest fiscus allegare, quod facta sit in fraudem per text. in l. j. C. de iur. fis. lib. x. nisi fortè probaretur fraus dilucidis, & indubitatis probationibus, vt est tex. in l. sed si maritus, ad fi. ff. qui & à quib. manu. & alibi dicit, quod manifestè hoc debet doceri. l. patronus. ff. de probat. alibi dicitur, quod non censetur in fraudem fisci facta, nisi in desperatione rerum, & metu imminentis accusatoris. l. cum ratio. §. fraudis. ff. de portio. quæ lib. damna. vnde illæ coniecturæ Bar. suprà relatæ simpliciter non sufficiunt psumptioni fraudis, nisi coniunctæ sint cum aliis coniecturis. Et maximè hoc dicendum in casu nostro, eũ hæc cessio tendat ad augmentum dotis, iuxta tex. in l. si quis posthac. in princip. & §. j. C. de bon. proscrip. Fortiùs dico, quod cum d. Anton. Maria fuerit bannitus in contumaciam, talis † sentẽtia nihil 10 nocet cessionario, quia censetur lata, nõ quia deliquerit, sed quia se non defenderit. l. si ideo. ff. de cõuict. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testament. & ideo conclusio suprascripta Bartol. in d. l. post contractum. non procedit hoc casu, † ex con- 11 tumacia. n. oritur duntaxat ficta confessio, q̃ prẽiudicat ipsi contumaci tantùm, non autem aliis habentibus causam antiquiorem. l. eius, qui. vbi Bar. ff. de iure fis. Bar. in l. cum filius fam. in princ. ff. de verb. obl. & in l. si quando. C. vnde vi. per Corn. cõsi. ccxj. in fi. in 4. vol. & dixi in tract. præsump. reg. 3. versi. 22. versi. vñ etiam talis. Quarta est quæstio, an si isti possessores opponant de iure fisci ad euitandum retrouenditionẽ, possent audiri: & ex suprascriptis satis apparet, nullum ius esse in fisco, & ideò talis exceptio eos nõ adiuuaret, maximè cùm tale ius non competat fisco, nisi volenti, vnde talis † exceptio de iure tertij nõ videtur excluſiua ipso 12 iure iuris agentis, & ideo non potest opponi per tertium. l. 2. ff. si ager vectig. cùm glo. l. ij. C. de iur. emphy. per Bar. l. ij. ff. de excep. rei iud. Alex. 38. in fi. in ij. Dec. cõsi. 144. fiscus pro ipso iure non hẽt, sed oportet prius, quod intenter actionem reuocatoriam, secundum Bartol. in d. l. post contractum. per text. in d. l. in fraudem. ff. de iur. fisc. & per §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. & si ista instrumentum ex forma statuti Senensis essent guarentigiatum, non videretur in omnem casum differentia executio, ipso cessionario satisdante, iuxta auth. quę supplicatio. C. de precib. imperat. offer. & quæ notat Socin. in l. penultim. quæst. verſo.

vertis inferre. ffi eorum pœnis & facit text. in l. j. §. si pecunia in fine. ff. depos. Quinta quæstio, vbi depositum, seu oblatio sit facienda, & cùm vterque possessor habeat domicilium in ciuitate Senensi, satis videtur sufficere, si fiat in dicto ciuitate, & ibi interpellentur ipsi possessores, & propterea qualitatem remorandi. Cardinalis, debet cessionarius accedere ad domum ipsius, iuxta doctrinam Bart. in d. l. item illa. ff. de contin. pec. & per Bald. in l. a creditore. C. de vsur. Magis enim adtendimus ad locum domicilij, quàm ad locum vbi bona sunt sita, quia forum domicilij præualet, secundum gloss. in clem. j. verb. subditos. de foro compet. in fin. in c. statutum. verb. vnam dictam. de reser. in vj. Fel. c. fi. de for. compe. Sed dificultas est, si litigandum sit, coram quo iudice fieri id debeat, & si hæc pars castri possideatur pro indiuiso ab vtroque, tam ecclesiastico quàm laico, satis videretur tractandum esse coram iudice ipsius ecclesiastici, per regulam l. communem. ff. quemad. ser. amit. & l. præcipimus. §. penul. C. de appellat. vbi Bart. hoc tenet, & quæ aggregat Fel. in c. j. de præscr. Ias. & Mod. in l. mancipari. C. de collat. non enim debet ista, quæ est vna & eadem causa, tractari per diuersos iudices. l. j. ff. de quib. reb. ad eund. iud. & quæ habentur in l. nulli. C. de iudi. & per Aret. cons. xxix. Est quoque aduertendum ne isti colludentes cum fisco faciant, quod iudex fiscalis sub prætextu, quod cessio facta sit in fraudem fisci, causam ipsam ad cognitionem suam trahat, quod tamen respectu ipsarum partium de iure facere non posset, iuxta l. j. & l. iij. C. vbi caus. fiscales. Sexta quæstio, quomodo depositum pecuniæ sit faciendum. Respondeo, rem esse claram, sed in primis oportere, quod ipsius possessoris offeratur, & ostendatur copia authentica instrumenti cessionis, & mandati, per Antonium Mariam facti in ipsum d. Æneam & hoc pro legitimatione personæ suæ debet quàm legi, vt intelligant iuxta text. in l. si quis inficiatus. & quod ibi Bartol. ff. depos. & ipsis petentibus, debet exemplum relinqui. clemen. causam de elect. alioquin ipsi possessores nõ tenerentur credere d. Æneæ, neque constituerentur in mora, secundùm Bart. in l. quod te. ff. si cert. pet. Alex. lxxviij. in v. volu. Septima quæstio, quia Æneas erat minor ætate, nũquid valeat cessio facta minoris & de iure communi res est clara, q. sic. Cùm enim contractus tendat in vtilitatem suam, non est opus alia solennitate, & obligatur contrahens & minor acquirit. l. Iul. §. si quis à pupillo. ff. de act. empt. Quod maximè est dicendum in casu nostro, in quo præsupponitur, quod quamuis dicat Æneas esset minor annis xxv. tamen non habebat curatorem, quo casu contractus est validus iuxta text. in l. si curatorem habens. C. de in int. rest. min. nec arbitror quod statutum Senẽse deroget in hoc iuri communi. Bene fateor, quod si tale statutum induceret aliquam solennitatem & minor iuissent ad contrahendum extra territorium, posset dubitari an videretur id feciisse causa fraudandi statuti, eam solennitatem imponentis, secundùm Sali. in l. j. C. de sum. trin. Aret. cons. lxxiij. sed (vt dixi) cũ hoc totum tendat in vtilitatem minoris, non videtur subesse causa fraudis, vnde nec quidem fraus præsumitur, secundùm Bar. in d. l. post contractũ. in j. præsumptione. Octaua & vltima quæstio, si statim facto depositio dominium transeat, & possit d. Aeneas statim actualem possessionem apprehendere. Et certè non, sed oportet expectari sententiam. l. non est singulis. ff. de reg. iur. interim tamẽ

Cons. Andr. Alc.

currere interesse, quantum sit respectu fructuum ad vsus ipsos possessores, vt est text. in l. ij. in fi. C. de pact. inter empt. & vend. & in omnem casum istis non obseruantibus, locus esset stipulationi pœnæ ij, & incideretur in pœnam positam in instrumento de quo in li. stipulatio ista habere. in prin. de verb. obligat. & per doct. in l. ij. §. item si in facto. ff. eo. tit. Imo in casu nostro subest non modica difficultas, an isti possessores teneantur præcisè ad retrouendendum. Cùm enim istud sit pactum de emendo, & vendendo videtur concernere duntaxat causam facti, & ideo ipsis detrectantibus non posset fieri condemnatio præcisa, sed duntaxat ad inuicem, l. si fundum certa die. l. si pœnam. ff. de verb. oblig. Sed tamen ad hoc responderi potest altero de duobus modis. Primò, quod hoc non procedit quando dicta transactio esset facta mediante iuramento, quia iuramentum facit, quem præcisè teneri ita in l. si pecuniam. in prin. ff. de cond. ob. cau. ij. Parpal. vbi allegat concor. in l. si quis maior. in ix. not. C. de transact. Secundò respondeo, quod cum venditor si sit dominus, teneatur præcisè trãsferre dominium, videtur quod ex tali pacto quis præcisè possit compelli per l. si cum venderet, vbi Paul. de Castr. ff. de pign. act. quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in cap. conquestus. extra, de vsur. Anto. Burg. in cap. ad nostram. de empt. & vend. & Socin. consilio lxxx. in iij. vbi respondet rationibus Alex. qui contrarium consuluerat. consilio x. in iij. & non potest negari, quin sit dubia. de qua dixi in l. traditionibus. C. de pact. Et ita mihi videtur, &c.

CONSIL. XXV. SVMMA.

1 *Donatio inter virum, & vxorem prohibita est.*
2 *Contractus per quem mulier pro marito obligatur, est nullus.*
3 *Iuramentum contra leges præstitum, non debet valere.*
4 *Alienatio fundi dotalis cum iuramento valet, fallit si inde oriatur præiudicium filiis, &c.*
5 *Iuramentum quando resultat in præiudicium tertij, non valet, nec est seruandum.*
6 *Iuramentum seruari debet, quoties sine interitu salutis æternæ seruari potest.*
7 *Dotalem fundum rectè alienari.*
8 *Quomodo cognoscatur enormis læsio.*
9 *Hypothecarijs soluendi forma.*
10 *Regulariter renuntiatio hypothecæ, præiudicat quo ad omnes.*
11 *Dominus tenetur non expellere conductorem durante tẽpore, &c. & id ex dispositione legis.*
12 *Vasallus ex dispositione legis feudum alienare non potest.*
13 *Verba in instrumento posita, debent aliquid operari.*
14 *In contractibus nullum verbum debet esse superfluum.*
15 *In iudicio possessorio, non est permissa appellatio.*
16 *Victus victori in expensis condemnandus est.*

QVærouersia vertens inter monasterium S. Laurentij, & Isoardam vxorem Claudij Felicis, nõ modicam habet dubitationem, quæ principaliter in duobus consistit, ex quibus prima fronte videbatur pro ipsa Isoarda esse pronuntiandum. Primò, quia consensus alienationi præstitus, & renuntiatio hypothecæ, non videntur valere, nec obligare dictam vxorem, quominùs dotem suam repetere possit, nam in facto proponitur, quod quando facta fuit talis renuntia-

BIU Cujas

rio, maritus non remanebat soluendo, vnde talis renuntiatio contmeret donationem. l. etiam. C. ad Vellei. I. si pignus, ff. quæ in fraud. cre. quæ † donatio est prohibita inter vir. & vxo. Item per talem renuntiationem mulier obligatur ad non agendum, sed talis † contractus, per quem mulier pro marito obligatur est nullus, authen. si qua mulier. C. ad Velleia. & per istas rationes ita concludit Bartol. cum quo ceteri transeunt in l. iubemus. C. ad Vell. Nec obstaret † iuramentum, quia cum sit contra leges præstitum, non debet valere. l. nō dubium. C. de leg. & ita dicit gl. in d. auth. si qua mulier. quam sequitur ibi Iac. But. & dicit Salic. quod doct. cum ea transeūt. & istud debet præsertim attendi in casu nostro, in quo agitur de magno præiudicio mulieris, vnde propter enormem læsionē præsumeretur metus reuerentialis mariti, & ideo iuramentum esset relaxandum, vt consuluit Dec. consilio clxxx. in fin. facit quod notat Bald. in l. ij. in ix. q. C. de resc. ven. Pau. de Cast. consi. clxx. cō tra superius per mod. in c. causam matrimonij. extra. de off. deleg. Item alia ratione iuramentum nō debet valere, quia vergeret in præiudicium tertij, id est, filiorum dictæ Iloardæ, qui alias non possent consequi alimenta super dote materna. probatur hoc ex not. in c. cùm contingat. extra. de iureiuran. vbi Ioan. de Imo. concludit. quod licet † alienatio fundi dotalis cum iuramento valeat, si tamen oriatur inde præiudicium filiis, vt quia maritus vergat ad inopiam, ita quod periculum sit, ne filij non possint à patre ali, cùm aliunde non habeant, honestum est, vt de dote materna alantur. l. alimenta. C. de neg. gest. & ideo tunc talis alienatio non firmaretur, † iuramento, tanquam resultans in præiudicium tertij, vnde tunc iuramētum, non esset seruandum. d. c. cum contingat, & quod not. Io. Fab. inst. quib. alien non lic. in prin. ergo idem dicendum in casu nostro, in renuntiatione istius hypothecæ. Secundò & fortiùs, quia dato, quod supradicta non obstarent adhuc propter ambiguitatem istius casus, esset pro ea pronuntiandum, iuxta l. in ambiguis. ff. de iur. dot. præsertim cùm agatur de dote mulieris, quæ aliud non habet, vnde viueret. videtur enim tali casu agi etiam de pia causa, & etiam propter duplicem fauorem, debere præferri ecclesiæ. l. cùm is. §. mulier. ff. de condit. inde. §. interdicimus. in authen. de eccle. vt gloss. in l. si cui. ff. de an. leg. per Ludo. Ro. in rep. auth. similiter. C. ad leg. Falc. Ista autem ambiguitas resultat ex perplexo, nam si mulier non possit consequi dotem suam à ministerio, aget contra creditores, quibus ipsa potior tempore, & obtinebit, & illi agent contra monasterium, & quia anteriores tempore etiam ipsi obtinebunt. & cōsequenter monasterium rursus conueniet vxorem, & vxor creditores, & sic res ibit in infinitum, & in tali casu in terminis nostris, sic decidit gloss. ordinaria in l. Claudius felix. ff. qui pot. in pign. hab. & istud maximè procederet, si creditores soluerent vxori in pecunia numerata, & liberarent hypothecam, monasterium enim omnino tunc excluderetur, non enim posset obtinere contra creditores ex quo illi sunt potiores tempore, nec conuentio inita cum vxore, potest illis præiudicare quominus vtantur beneficio legis, quod est vt offerendo pecuniā liberet rem ab hypotheca. l. si prior. in princip. & fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. fin. C. de iuit. pi. non etiam posset obtinere ab vxore, quia non haberet aliquod ius pignoris in ista pecunia, quam dotis luæ causa recepisset à creditoribus, vt declarat Bart. Sal. Fulgo. in dict. l. Claudius felix. Nec obstare videtur, quod isto modo per interdictum mulier se opponeret monasterio, quod est contra eius promissionem, quia etiam si talis dictio non esset apposita, tamen tacitè intelligeretur, quia promittens aliquid facere, intelligitur nec directè, nec per indirectum, cap. cùm quid vna via. de reg. iur. in vj. vnde quāuis expressa sit, nihil operatur. l. iij. ff. de leg. j. & quando non est expressa, decisiones sunt clarę pro ista muliere in dict. l. Claudius. Sed istis non obstantibus, inclino magis in contrarium opi. quod imo dictum monasterium debeat obtinere aduersus Iloardam, & veritas istius opin. apparebit ex responsione argumentorum, quæ in contrarium fuerant adducta. Non obstat igitur, quod talis promissio non valeat, quia imò valet, propter vim † iuramenti, quod debet seruari, quoties sine interitu salutis æternæ seruari potest. d. ca. cùm contingat. c. quamuis. de pact. in vj. auth. sacramenta puberum. C. si adu. vend. & quamuis ex tali contractu inducatur donatio inter vir. & vxor. tamen iuramentum conualidat talem donationem secundùm Guliel. de Cun. & Alber. de Ros. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiurand. Fed. de Sen. consil. cxl. punctus quæstionis. Pet. de Anch. Io. de Imo. & Abb. & Præp. in ca. fi. extra. de don. inter vir. & vxo. Bar. & Raph. Co. in l. si quis pro eo. in fi. ff. de fideiuss. Abb. Imo. & in effectu Anton. de But. in d. c. cùm contingat. Io. de Lig. Io. de Imo. & And. Sic. in cle. Rom. de iureiurand. & est communis opin. vt per Barthol. Veron. in cau. cxij. Ias. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Corf. in repet. rubr. de iureiuran. in xxv. priuil. Alexan. consi. viij. consi. clvij. in ij. Aret. consil. lxxiiij. incip. diligenter & maturè. Cor. in rep. d. auth. sacramenta puberum. q. xvij. & in consi. cxviij. in prin. consi. xlj. in iij. consi. cxxiiij. in iiij. Dec. cons. ccij. & ideo dicit Io. de Imo. in d. c. cùm contingat. in j. no. in fi. quod si vxor marito alienanti † fundum dotalem consentiat, & iuret, licet maritus non sit soluendo alienatio tenet, quia dato, quod inducatur donatio, secundùm Bar. in d. l. iubemus. tamen talis donatio per iuramentum firmatur, & idem etiam ibi sequitur do. Io. de Monteferrato. Et dato, etiam quod hoc casu in effectu mulier obligaretur, pro viro contra d. authenti. si qua mulier. tamen prohibitio illius legis tollitur per iuramentum, secundum magis communem opi. de qua ibi per Alb. de Ros. Ang. & Pau. de Ca. Nec metus reuerentialis videtur hic considerari, quia posset habere locum in contractu gesto inter maritum ipsum, & vxorem, quò ad eos non respectu tertij, q pecuniā exbursauit, quāuis etiā in casu nostro non sit † enormis læsio, nō enim pecunia ista excedit dimidiā dotis, imò est infra illam portionē, vnde non possumus allegare enormem lęsionē, iuxta no. in l. ij. C. de resc. mulier. Io. de Imo. in d. c. cū contingat. in iij. casu principa. Nec etiam habenda est ratio præiudicij filiorū p. prena alimenta in hoc casu, cùm ipsi nō sint in iudicio isto, in quo agitur solū inter creditores habentes hypothecā, quis debeat præferri, filij autē mullā habēt hypothecā rōe alimentorū, vt per doct. in l. si cū dotē. §. fin. aūr. in quisisimo. ff. sol. mat. Ro. cōs. ccccliiij. Incip. in re presenti. Nō obstat secundū argumentū, qā mulier p. renūtiationē hypothecę monasterio factā, nō pōt aliquod præiudicium facere istis creditoribus, vt dicit rex. in d. l. Claudius in fi. vnde tollitur pplexio, primo enim accipiet de dictis thois dos Iloardę tanquā anteriotis omnium, deinde

deinde accipietur de bonis illud, quod superest pro solutione creditorum, tertio loco satisfiet monasterio, & si tantùm non sit in bonis, ager monasterium ad bona, quæ obuenerunt Isoardę pro dote sua, necipsa poterit opponere de hypotheca versus monasterium, ex quo illi renunciauit. d. l. iubemus. C. ad Velleia. nec poterit etiam agere cõtra creditores, ex quo bona illa fuerunt per monasterium ablata ex facto ipsius Isoardæ, quod factũ non debet nocere creditoribus per rationem d. l. Claudius. in fin. non enim modicum detrimẽtum esset, si ipsi debent rursus agere contra monasterium, & haberet locum circulus, per quem qui posterior creditor esset, fieret æqualis cum anteriore, contra regulam l. ij. ff. qui pot. in pig. & sic cessat omnis perplexitas. Bene fateor, quod quando creditum mulieris exhauriret omnia bona mariti, tunquale pactum posset valere in fauorem vltimi creditoris, quia tali casu sit præiudicium aliis creditoribus ex quo ipsi omninò excluduntur à muliere; & in tali casu bene resultaret perplexitas, de qua loquitur glos. & Bartolus in dict. l. Claudius. Sed vbi vltra creditum mulieris supereſt aliquid, non potest mulier præiudicare sequenti creditori in eo, quod reliquum est: & iste est casus noster in quo cessat dicta perplexitas. Fortiùs posset dici, quod ex quo mulier promisit, nec directè, hoc per indirectum, se opponere monasterio, quod talis renuntiatio hypothecæ, excludat eam penitus à iure pignoris, respectu dictæ quantitatis, etiam quo ad alios creditores, nam † regulariter renuntiatio hypothecæ, præiudicat quo ad omnes. l. Paulus. in princip. ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol. l. si creditor. §. si totum. ff. de pign. Nec obstat dict. l. iubemus. C. ad Velleia. in qua specialiter statuitur vt talis renuntiatio, non trahatur ad alias personas, quia limitabitur, quando renuntians promisisset, neque per indirectum se opponere: opponeret enim se per indirectum, si ipsa vellet aliis personis præferri aliter, sed modo suprà tradito. Nec obstat, quod in qualibet renuntiatione istud tacitè inest, ergo expressio nihil deberet operari, quia procederet, quando tacitè inesset ex necessitate, secùs si ex dispositione legis. l. talis scriptura. vbi Bartolus. ff. de legat. j. tunc enim multum operatur, vt etiam apparet ex doctrina Bartoli in dict. l. iij. dum oppinit de titulo. ff. si quis omiss. cau. testam. & in quæstio. de arbitro. & pro hoc adducó quatuor bona similia. Primum est, † dominus tenetur non expellere conductorem durante tempore, & id ex dispositione l. si fundus. ff. loc. pene expressè fuit hoc actum, an expressio aliquid operabitur certè sic, quia non poterit expellere, etiam pro sua necessitate, & ita limitatur l. ædem. C. loc. vbi Ange. hoc tenet. Secundò † vasallus ex dispositione legis feudum alienare non potest, vt in toto tit. de ph. feu. alien. in vsib. feu. pone quod in inuestitura sit expressum hoc, nunquid aliquid operabitur, & dicendum est quod sic, quia si expressum non esset, potuisset saltem alteri infeudari. c. j. §. similiter. de lege Corsa. & tamen ista expressio faciat, vt amplius non possit, secundùm Bal. in c. j. §. prætereà. de cap. Cors. quia verba debent aliquid operari. c. si papa. de priuil. in vj. l. si quando. ff. de leg. j. & † in contractibus nullum verbum debet esse superfluum, secundùm Bal. in rub. de contrahen. empt. in qua quæstione, & cum hac opin. etiam transit d. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. extra, de consti. & d. Ias. l. filiusfam. §. diui. in ij. lect. in j. opp. Barto. ff. de leg. j. Tertiò † in iudicio possessorio non est permissa appellatio, vt not. in l. j. C. si de mom. poss. fuer. ap. pone princeps committit causam possessorij, appellatione remota, nunquid illa expressio operabitur? & Bald. in l. ij. C. qui accu. non poss. dicit, quod sic, quia etiam in casibus specialibus in quibus aliàs posset appellari per talem clausulam, confebitur sublata. argum. l. j. §. item nuntiatio. per Iac. de Arẽ. ff. de oper. nou. nunt. facit text. in c. pastoralis. & quod ibi habetur. extra, de app. & meliùs quod no. Abb. in c. j. extra, de rescript. Quartò † victus victori in expensis condemnandus est. l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iudi. quod, si partes idem ex conuentione disposuerunt. & gl. in §. oportet. in authen. de iudic. dicit, quod talis conuentio expressa operabitur vt victus condemnetur in expensis, etiam si habeat iustam causam litigandi, quamuis si dicta conuentio expressa non fuisset, erat secus. sequuntur Bal. Sali. Ias. in d. §. fin autem alterutra. cum concord. & per hæc solum in casu nostro videtur dicẽdum, quod quamuis mulier simpliciter renuntiando non præiudicet sibi, quoad aliàs personas. dato, quod ex dispositione legis renuntiatio habeat hũc effectum, vt non possit etiam per indirectum cõtraueniri, tamen si expressum sit, q, per indirectum nõ cõtraueniatur talis expressio debet operari, vt omninò sibi censeatur præiudicasse secundùm supradicta. Et hæc omnia, &c.

CONSIL. XXVI. SVMMA.

1 *Mulier in dote præfertur etiam his, quorum pecunia res est empta.*
2 *Authen. de æquali. dotis. §. ijs consequens declar.*
3 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operantur.*
4 *Hypothecæ vitium & modus.*
5 *Non possunt venditores in re, quæ sua esse desiit, euincere hypothecam.*
6 *Dotis causa & rem, & pretium teneri.*



Deò diligenter casus præsens per clarissimum aduocatum domin. Franciscæ disputatus est, vt opera mea minimè necessaria videatur, sed tamen, vt morem geram clarissimis viris, à quibus sum requisitus, decreui paucis rem attingere. Et certè in fauorem istius mulieris est casus expressus, in §. iis consequens. in authentic. de æqual. dot. vbi sensit Iustinianus, quod † mulier in dote præferatur, etiam his quorum pecunia res est empta: licet enim aliàs soleant tales præferri ab etiam habentibus expressas hypothecas, & quidem antiquiores. iuxta † licet. C. qui potio. in pign. tamen hoc fallit fauore dotis, vt ibi dicitur, ratio autem fauoris dotium, ponitur in l. j. ff. soluto matrimonio, quia publicè interest ciuitatem repleri, &c. in dict. verò §. Iustinianus etiam aliam rationem considerat: quia nullo pacto tolerandum fuit, quod mulier dotem perderet: ne aliàs melior sit conditio meretricum, quàm pudicarum: meretrices enim dotem non dant, sed bona auferunt amatoribus: pudicæ autem dant dotem, quæ nullo modo debet per di. subiicit text. infirmitati earum esse succurrendum, & quia facilè circunuentiones aduersus eas fiunt, dicitur autem decipi mulier, quæ dat dotẽ marito prodigo, & dissipatori: vnde ipsa dotium posset ad periculũ eius perdendæ, & satis est, q, à lucris cadat, id est, amittat donationẽ propter nuptias;

nuptias: dotem verò nullo modo voluit legislator amitti, & iste est sensus clarus dictæ constitutionis, qui etiam apertius colligitur ex originali Græco, & ex nouâ translatione: vnde infertur ad resolutionem dubiorum, quæ in præsenti causa vertuntur. Et primò quod d. Franciſca est præferenda ipsis de Carpo etiam in re empta de pecunia ipsorum, etiam quod ipsi per expressam hypothecam sibi cauerint, quia text. in dict. §. iis consequens, adhuc præponit causam dotis priuilegio istorum, qui semper dicuntur venire ex priuilegio sine tacitè, siue expressè cauerint, quia cùm sint posteriores, non possunt præferri anterioribus, nisi ex vigore priuilegij. Item quia etiam si expressa hypotheca non interuenisset, tamen idem esset, & † expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur l. non rectè. C. de fideiusso. & meritò Bartol. appellat hanc hypothecam tacitam, quamuis verbis sit expressa, vt per Bartol. in l. interdum. versic. secundò quæro, quid si aliquis. cum quo ibi transeunt doctores. ff. qui potior. in pign. expresso enim nihil facit, quia aduersus anteriores creditores frustrà fieret, sed est auctoritas legis: quæ hoc priuilegium tribuit. dict. d. licet meritò appellatur tacita, & ista opinio Bartol. est *communiter* approbata, vt rectè fuit allegatum per dominum aduocatum: quia eam etiam tenet Petr. Gin. Alber. Bald. Angel. Salic. dicta authent. quo iure. Paul. Iaſ. l. creditor. §. si cert. pet. Vitalis tract. clausularum. verficul. & specialiter obligauit. Afflictus Neapol. decisio. cccvj. vbi allegat Spec. & Ioann. And. idem tenentes, & Bald. Nouel. in tract. dot. fal. xv. & maximè procedit hæc interpretatio in eo, qui mutuat ad emptionem agri. qui vt habeat hypothecam oportet, vt sibi expressim de ea prouideat: licet secùs si in refectione nauis, vel simili, secundùm glossam in d. §. iis consequens. verbo, agrum. & sequuntur doct. in d. l. licet. & in l. quod quis. ff. de priui. credit. vnde satis apparet expressum esse textum pro quæstione nostra in d. §. iis consequens. Secundò infertur quod illa allegatio Carporum dicentium, quod ipsi habent hypothecam in dicta domo antequam efficeretur mariti istius mulieris non est vera, nec sufficiens, cùm enim venditio sit facta marito, ante † ius translatum in maritum ipsi non possunt prætendere hypothecam, cum eius organo mediante sola transeat hypotheca, post verò ius ei acquisitum incontinenti transit in hypothecam vxoris, vt est tex. in l. ij. ff. de reb. eorum. & per Anto. Fan. in tract. pigno. in iij. parte. quæstio. iiij. & quod in simili not. disputauit Franc. Accur. & refert Ioan. And. in Spec. in rub. de pact. & Pau. de Cast. in l. sin autem. ff. de pact. maximè cùm ipse maritus iam esset in possessione, quo casu facta solutione illis de Labbate venditoribus statim absque alio facto dominium in maritum transit. §. interdum. de rer. diuis. & consequenter in ius hypothecæ dotalis, nec † potuerunt dicti venditores in re, quæ desiit esse sua, constituere hypothecam etiam si noluissent. argum. l. Stichus seruus. in prin. de manu. testam. l. rem alienam. ff. de pign. act. Nec obstat quod ex necessitate pacti initi cum Carpis debeat dicta domus ad eos reuerti, vnde libera reuerti secundùm doctr. Bartol. in l. in die. ff. de aqua plu. arc. per illum text. & per text. in l. iij. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adictio, & quod not. Dec. consil. lxxxviij. quia respondeo, quod argumentum procederet, si domus ista fuisset vnquam in dominio Carporum, quod non fuit. Item procederet argumentum in dicta materia non priuilegiata, secùs est aduersus dotem per text. in dict. §. iis consequens. Item procederet aduersus obligationem posteriùs contractam, non aduersus eam, quæ prior est tempore, prout dos in casu nostro. Tertiò infertur, quod quamuis Carpi probarent, quod tempore hypothecæ ab eis acquisitæ in dicta domo maritus esset soluendo, quia haberet alia bona vnde posset satis fieri d. Franc. non tamen tali probatione relleuarer eos, quia licet text. consideret quod circumuentiones mulieribus fiât in dict. §. iis consequens. hoc dicit, vt suprà declaraui duplici respectu. Primò, maritorum, quibus dant dotem tanquam idoneus, & frugalibus, & deinde reperiuntur prodigi, & dissipatores. Secundò respectu donationis propter nuptias, quã ipsæ mulieres amittunt, & in ea circumueniuntur, licet lex eis non succurrat nisi in dote propter euitandũ damnum, vbi verò agitur de lucro capiendo, sicut in supradictis donationibus nõ succurrit. Quartò infertur, quod licet prima fronte videatur inconueniens, quod dicta vxor obtinuerit rem venditam Carpis, & nunc velit etiam obtinere rem ex pretio emptam, & sic habere, & pretium: tamen hoc non est inconueniens, nec absurdum, rem enim venditam Carpis obtinuit iure hypothecæ suæ antiquioris, secundùm dict. l. assiduis. C. qui pot. in pign. domum verò † obtinet, quia præferenda est iis, qui mutuauerunt pro emptione rei ex beneficio. dict. §. iis consequens, & quantum sit ad pretium non obtinet, nisi dotem suam, quam noluit legislator vllatenus perdi. Et si malè sibi cauerunt Carpi, sibi imputent, quia debebant ipsi emere domum, & eam deinde dare insolutum marito cum speciali hypotheca in casu euictionis priorum bonorum, sed cum contenti fuerint simplici hypotheca non est mirum, quod hypotheca vxoris præferatur præsertim anterior tempore, sicut videmus eum ex cuius pecunia simpliciter mutuata emptæ sunt merces, potiorem non esse cæteris, nec respectu mercium, nec respectu pecuniæ, sed vtrunque perdere. l. procuratoris. §. planè. de tribut. doctor. in l. si cùm dotem. in fin. ff. solut. matrimon. Facit text. in cap. j. §. si vasallus. de beneficio. si de feud. defunct. quod notat Ioann. Andr. in Specul. rubr. de feudo. in fin.

CONSIL. XXVII. SVMMA.

1 *Renuntiatio hæreditatis paternæ, vel maternæ facta in manibus parentum non valet iure ciuili, quia meritò sunt prouocandi filij, non autem pactionibus adstringendi.*

2 *Hæreditates iuris publici auctoritate deseruntur, istæ priuatorum pactionibus non mutabitur.*

3 *Renuntiationi hæreditatis si accesserit iuramentum, de iure canonico.*

4 *Cap. quamuis. de pactis in sexto variè restringitur.*

5 *Actus non acceptati, nullam obligationem pariunt.*

6 *Notarius licet possit stipulari absenti, & ei acquirere, hoc tamen intelligitur si absens, deinde ratum habeat.*

7 *Pactum non prius confirmatur, quàm absens habuerit notitiam, & ratificandi tempus breue in licita sit voluntatis mutatio.*

8 *Renuntiatio facta sub conditione non euenientè conditione, pro non facta habetur.*

9 *Renuntiatio facta illi de cuius hæreditate agitur propter consensum suum valet, quamuis de hæreditate viuentis tractetur.*

10 Renun-

Renuntiatio facta cum aliqua limitatione seu restrictione, non simpliciter, sed secundum dictam restrictionem intelligi debet.

Modus adiectus renuntiationi, regulariter non restringit eam, quin simpliciter habeat effectum.

Facultas Testandi debet esse libera.

Testamentum solvitur, quæ sequentia exceptione sunt tollitur.

Testamentum incipit valere habere tempore mortis, tunc autem non trahitur retrotractum, quod de nouo superueniens.

Et actus actio, non potest censeri remotis institutis testamentaria.

Inter liberos vt censeatur recessum ab institutione, non sufficit qualibet coniectura, sed certitudo cum aliquali solennitate.

1 Renuntiatio † hæreditatis paternæ, vel maternæ, facta in manibus parentum, iure ciuili, non valet, quia meritis prouocandi sunt filij, non autem pactionibus adstringendi. l. fi. quando, C. de inoff. testam. Et quia † hæreditates iuris publici auctoritate deferuntur, vnde priuatorum 2 pactionibus non mutuantur. l. fi. ff. de pois & leg. † si tamen fi accesserit renuntiationi iuramentum, sustinetur de iure canonico, ita vt text. in c. quamuis. de pact. libro vj. Quæ tamen dispositio iuris canonici recipit sex notabiles limitationes, quæ in casu nostro videntur locum habere. Prima est, 4 quia † text. in d. ca. quamuis, loquitur in renuntiatione acceptata propter parentes, & sic in pacto, in quo vertitur duorum consensus. l. j. ff. de pact. vnde si talis renuntiatio non fuerit acceptata à parentibus, non videtur esse alicuius effectus, prout regulariter factus non acceptati nullam obligationem pariunt. l. quæcunque gerimus. ff. de act. & oblig. l. fi. ff. de legatio. in casu autem nostro non apparet quòd Philippa mater acceptauerit talem renuntiationem, ergo non debet esse alicuius effectus, vt est communis opi. secundùm Aymonem Crauet. consil. xlij. in fi. Nec obst. quod sit stipulata per notarium, nomine absentis, & hæredũ suorum, quia 6 licet notarius possit stipulari absenti, & ei acquirere, hoc intelligitur, ita demùm si absens, deinde ratum habeat, secundùm Aud. de Pisis, Guil. & veriores, quos refert, & sequitur Alb. de Ros. in l. non aliter enim. ff. de adopt. & Bal. in l. pre ei. C. eod. tit. circa fi. sexto quæro. ff. eod. tit. de adopt. Soc. in l. j. §. fi. ff. de in ius vocan. & in fin. de acq. poss. & consil. liij. in iiij. volum. Adeò vt facultas acceptandi, seu ratificandi non transeat in hæredes, secundùm Paul. de Cast. in consil. cxcv. visis iis, quæ narrantur, in ij. vol. secundùm impressionem nouissimam, quam refert, & sequitur Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur. & cõsil. ccccxxxiij. de Albanco. cum s. vt aliàs dixi in c. cùm contingat. num. exj. versi. quarto facit. extra. de iudiciis. quæ disputatio non est hic necessaria, cum etiam si ius ratificandi transeat in hæredes, tamen in casu nostro, cùm isti, qui renuntiauerunt sint hæredes, possunt pro parte sua nolle ratificare. Nec obstat, quod in instrumento dicatur fuisse rogatus à parte, vt faceret talem renuntiationem, quia etiam si hoc sit verum, tamen 7 non fuit rogatus de ratificando, quam iste habens habuit notitiam, & ratificauerit, cùm interim licita sit mutatio voluntatis. l. qui Romæ. §. Flauius. vbi omnes not. ff. de verb. oblig. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. gloss. in l. j. in fin. ff. de contrah. emptor. & forte mater non acceptasset propter conditionem adiectam renuntiationi, vt mox dicam. Secunda est limitatio, vt valeat renuntiatio † secundum formam d. c. quamuis, quando facta est simpliciter, secus si facta sit sub certa conditione, & conditio ipsa non euenerit, tunc enim habetur pro non facta. l. j. §. & in respon. ff. de dona. in casu enim nostro etiam si rogatus esset à matre, non tamen ipse simpliciter recit id, de quo rogatus est, quia non simpliciter renuntiauit, sed cum ista conditione quod ex bonis maternis haberet possessionem villæ Bauriæ, &c. & nisi mater consentiat huic conditioni, renuntiatio non habet effectum, est enim contractus renuntiatio, id est, facio, vt des, non posset mater vti beneficio renuntiationis, nisi ex parte sua adimpleuisset, id est, rei quisset ei dictam possessionem. l. naturalis. ff. de præscript. verbo. l. si pecuniam. ff. de cond. caus. da. quod cum non fecerit, euanuit conditio renuntiationis. Tertia est limitatio, quia 9 text. in d. c. quamuis. procedit, quando † renuntiatio hæreditatis facta est ipsi, de cuius hæreditate agitur, tunc enim propter consensum suum valet pactum, quamuis de hereditate viuentis. l. fi. C. de pact. quod si facta esset alteri, puta fratri, tunc non valeret, nec confirmaretur iuramento, quia esset contra bonos mores, & incideret in pœnam confiscationis. l. quidam. §. fi. ff. de dona. per Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & quamuis in pacto diceretur, quod hoc fieret de consensu absentis, tamen non operaretur aliquid ista assertio, nisi de ea aliter constaret, quia censeretur facta in fraudem legis. l. qui testamentum. ff. de proba. Quarta est limitatio, vt procedat text. in d. c. quamuis. in renuntiatione † simpliciter facta: secus, si limitate, & cum certa restrictione facta sit, quia tunc secundùm dictam restrictionem renuntiatio est intelligenda. l. age. C. de transact. in casu autem nostro renuntiatio est quidem facta de hæreditate paterna, & materna, sed additur pro contentamento ipsorum, & datur eis facultas, & libera licentia disponendi etiam de legitima quoquo modo voluerint, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, quæ verba declarant mentem renuntiantis etiam quod omninò vltima voluntas ipsius matris esset salua, nec renuntians excludatur, nisi quatenus ipsa velit, vnde cùm in vltima voluntate alter disposuerit, stabit firma hæc voluntas, & licet aliàs † modus adiectus renuntiationi non restringat eam, quin renuntiatio simpliciter habeat effectum. l. donationes. §. species. ff. de don. l. si mulier. C. de iur. dot. tamen in casu nostro verba non sunt adiecta in vim modi, sed æquè principaliter, vnde declarant id actum esse, vt omninò eius vltima voluntas esset salua. argu. l. Titia. §. fin. de leg. & fideicommiss. secundo. l. species. de auro & arg. leg. & quod not. Barto. in l. iiij. ff. de adi. legat. Quinta est limitatio, vt quamuis renuntiatio in forma validè facta, possit tamen renuntians succedere, si ex testamento fuerit vocatus, quod Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. censuit, & communiter receptum est, & ratio est secundùm Bartolum, quia nisi valeret talis institutio, sequeretur quod † patri restricta esset facultas testandi, quæ tamen omnimodo libera esse debet. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. quæ ratio est communiter approbata, & eam defendit ab impugnantibus Decius in l. pactum. C. de collat. & Aff. in decis. Neap. ccc. Alij tamen assignãt aliam rationem, scilicet quod pater morien-

do

do ea instituta, videtur illi iuramentum relaxasse, quod facere potest. c. ij. extra, de spons. l. fi. ff. qui & à quib. licet, & consensum suum arbitratu suo. reuocare potest. l. fin. C. de pact. Fortiùs censuit Are. in l. qui superstitis. ff. de acq. hære. quod etiam si filia expresè renuntiasset successioni ex testamento, tamen adhuc admitteretur ex testamento iam facto ante renuntiationem, nec enim attendimus ad tempus conditi testamenti, quia nihil refert ante, an post renuntiationem sit factus, cum præsumatur semper perseuerasse in eadem voluntate. c. maiores. extra, de baptis. l. eum qui. ff. de prob. l. cū hic status. in fi. principij. ff. de dona. inter vir. & † testamentū solenne nuda renuntiationis acceptatione nō tollatur. arg. l. 4. l. ex parte. ff. de adi. leg. l. hac consultissima. §. si quis autē. C. de test. & §. ex eo autem inst. quib. mod. test. infir. Sed attēdimus ad tempus † mortis, quo testamentum ipsum incipit vires habere. l. non oportet. ff. de lege. ij. & ita sententia est de mente docto. & communis opinionis, quæ simpliciter habet, quod tali renuntiatione non excluditur causa testamenti, & per Affl. d. decis. ccci. & suprascriptæ rationes procedunt etiam hoc casu, licet Cor. in d. l. pact. sub dubio fortè dicat, quod renuntians excluderetur si ante renuntiationem esset instituta. Dec. verò ibi remittit se ad nota. per Aret. in d. l. qui superstitis. vbi Aret. dicit contrarium, & certè argumentum Cornei est fragile, quia se fundat ea ratione, quod docto. teneant renuntiantem non excludi, quia † iuramentum non trahitur ad casus, postea de nouo superuenientes. ca. cum P. extra, de renunt. sed profectò doctores non mouentur ista ratione, verum aliis duabus, suprà per me relatis, quæ habēt locum æqualiter vtròque casu, siue ante, siue post sic factum testamentum, & ita etiam tenet Paris. consil. lxix. in iij. lib. & satis sentit Curt. d. l. stipulatio hoc modo, de quo tamen articulo in præsentia nō disputo, quia nos sumus extra illum casum. loquitur enim Cor. in casu, quo filia expresè renuntiauit, & ab intestato, & ex testamento, intelligitur enim secundùm eum de testamento iam facto, non de superueniente ex post. Sed in quæst. nostra nullum verbum est renuntiationis ex testamento, imò contrarium cum posuerit parentes in libera facultate testandi, satis apparet actum non excludi si ita testamento ordinauerit. Nec me mouet, quod adsint aliquæ coniecturæ voluntatis ipsius matris, quibus stantibus videtur esse recedē dū à causa testati, vt per Alex. cons. xxix. in iij. Car. Paris. cons. xxvj. & lxix. in iij. Corn. ccxciiij. in iiij. Aym. Crau. cons. xlij. respondeo primò, coniecturas non inferre reuocationem testamēti, sed quod fieret renuntiatio, vt mater poneretur in libertate respectu testamenti, vt suprà dixi. Secundò nihil cum ea actum esse, sed cum notario simpliciter stipulanti absenti. Vnde non potest argui volūtas eius per suprà dicta. Tertiò, quod † exactu tacito nō potest censeri reuocata institutio testamentaria. d. l. ex parte. d. l. iiij. de adi. leg. Quartò, quia † etiam inter liberos vt censeatur recessum ab institutiōe, non sufficit quælibet coniectura, sed certitudo cū aliqua solennitate. de quarum aut. quod fine. C. de testa. Quintò, quod confessio renuntiantis vt morē gerat matri, &c. non valeat, quia in fraudem legis, vt suprà dixi, & quia ei mos geritur si permittitur libera facultas testandi, &c. Sexta & vltima est limitatio, quæ colligitur ex statuto Ferrariensi, secundum quod non valent hæ renuntiationes, factæ à minoribus xxv. annis, nisi cum auctoritate agnati proximioris, cuius non interest, aliàs lex infirmat contractum etiam cum iuramento, & præsumit mecum, & dolum, &c. quod potest facere statutum, secundùm Bartolum, in l. omnes populi, in ij. quæst. iij. prin. versic. sexta alia. ff. de iust. & iu. Paul. de Castr. in authenti. sacramenta puberum. C. si adu. ven. cum concord. per Ias. in l. fi. ff. qui sat. cog. & in simili per Paul. de Castr. consilio lxj. notandum est in ij. volum. in casu autem nostro interuenit auctoritas illustris d. Mathiæ fratris, cuius intererat, quia vt fatetur ipse talis renuntiatio tē debarad vtilitatem suam, meritò non potuit in ea auctorari. l. j. ff. de auctorit. & licet aliqualis dubitatio sit, quando contrahit cum patre, vt tunc non sit locus statuto propter præsumptionem orientem ex diligentia patris, de quo dixi in l. præses. versicul. sed quid de patre. C. de transact. tamen hæc quæstio hic non est pertinens, quia renuntiatio facta est absentibus, & quia quæstio non est de hæreditate patris, sed materna tantum, in qua omninò seruanda fuit forma statuti. Enim mihi, &c.

CONSIL. XXVIII. SVMMÆ.

1 *Principalis obligandi forma & vis.*
2 *Vnde quæritur commod. explicari.*
3 *Pactum solutionis, quid denotet.*
4 *Instrumento non liquido, executio concedi non potest.*
5 *Promissio certi pretij, arguit quod contractus fuit perfectus.*

QVoniam subtiliter adeò allegatum est ex vtraque parte, vt non expediat plura addere, solùm ergo prout sum requisitus à reuerendo d. Gubernatore consilij mei copiam faciam, breuiterque explicabo, quid sentiam. Et verba promissionis sunt qualiter d. Octauianus principaliter, & insolidum, &c. promisit dare, & cum effectu soluere † dictos aureos, &c. & alias libras nonagin. 1 ta pro bladis habitis, vt supra, &c. soluendis modis, & terminis infrascriptis de reditibus, & introitibus prætati domini Raphaelis, quibus verbis videtur mihi, quod do. Octauianus non possit dici fideiussor, & consequenter habere beneficium excussionis, sed potiùs principalis, qui non alienam obligationem suscepit, & qui non de suo, sed de alieno, soluere promisit, vt meritò, nec etiam constitutor propriè dici possit, quem constat habere beneficium excussionis, vt est glossa j. in authen. de fideiusso. Alex. l. vbi. §. illud de verb. obliga. & consil. clxxi. in ij. In casu autem nostro do. Octauianus est obligatus ad dandum, & soluendum de reditibus Raphaelis, quæ verba pugnant cum beneficio excussionis, quia propter tale beneficium creditor ipse tenetur agere contra principalem, sed secundum hanc formam verborum, secus est, quia dom. Octauianus promittendo illo modo, videtur se obligare ad agendū contrà principalem, vt obtineat ab eo, quod possit soluere de bonis suis, cùm aliàs non posset dare, id est, dominium transferre ipso contradicente, vt habetur in l. fi. procuratorem. §. ignorātes. vbi Fulg. mād. & per Modern. in x. oppo. Bartol. de verbo. oblig. Ioa. de Ana. in cap. olim. extra, de accu. vbi Felin. allegat concordantes. & est verissimum, quando bona debitoris non essent apud fideiussorem, prout in casu nostro affirmat Dom. Octauianus, quod non erant apud se, sed penes depositarios. Cum ergo

ergo prouiserit Octauianus ipse agere, & soluere, non potest se excusare tali beneficio, quod aduersus verba promissionis suæ induceretur, sicut diximus de eo, qui promisit si principalis non solueret † fideiussor obligari. in fi. ff. de fideiu. vel qui promisit si deficeret. c. ex rescripto. de iureiuran. vbi enim dictis casibus euenit conditio, stipulationis actio datur aduersus promissorem absque vllo excussionis beneficio, propter vim verborum, vt habetur in dictis iuribus, & declarant post alios in l. fin. super verbi non liberabitur. versic. cum promissio, & cap. ff. si cer. pet. & tangit Raph. Com. in d. l. vbi. §. qui verò. ff. de verbo. obliga. Et maximè hoc dicendum est in casu nostro, stante illa renuntiatione, & generali omni alio beneficio sibi fauorabili, & c. quæ generalitas verborum videtur sufficere, per doct. Bart. in l. si quis sub conditione. de testa. tut. & per Aret. in allegato consil. xxxiij. & in l. sciendum. de verb. obli. Curt. Sen. consi. vj. in princ. Dec. consi. xxvij. & in simili per eundem Dec. consi. cccclij. & c. ex parte. el ij. versi. x. extra, de offic. deleg. Nec me multum mouet, quod renuntiatio illa, non trahatur ad maiora expressis per ea, quæ habentur in c. sedes. de rescrip. in cle. non potest. de procu. Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. quia non video, quomodo hæc exceptio sit maior expressis, cùm sit de apicibus iuris, & non conueniat iis, qui volunt existimari magnæ fidei, veluti argentariis. §. fi. in auth. de fideiuss. nec in iudiciis solius æquitatis admittatur, de quo per doct. in l. si mancipium. §. j. ff. de euict. & in d. l. fi. si cer. pet. vnde facilius debet præsumi ei renuntiatum fuisse, non autem difficilius. Maximè cum hoc tendat in modicum præiudicium rei conuenti, aut enim principalis est soluendo, & poterit repetere quod pro eo soluit, aut non est, & frustra obiecisset exceptionem excussionis. Vnde faciliter talis interpretatio est admittenda, per ea quæ not. Paul. de Castr. & Modern. in l. j. ff. si quis cau. Nec etiam me mouet, quod habetur in l. vnde quæritur. ff. com. mo. vbi traditur quædam alia species † excussionis, seu ordinis, quæ videtur allegata in casu nostro in exceptionibus. Quia lex illa non facit, vt creditor ipse teneatur prius conuenire eum, ad quem res peruenit, sed hoc onus incumbit alteri corteo, vt expressè sonant verba textus, sicut & in casu nostro, verba promissionis obligant d. Octauianum ad agendum, vt possit soluere de reditibus. Et licet doct. ibi videantur aliter intelligere illum text. tamen loquuntur, quando actualiter ex promptu est pecunia, seu deposita pro sumptibus, vt inquit ibi Paul. de Castr. quod non fuit factum in casu nostro, & ita intelligitur etiam tex. in c. cùm in plures. §. vestimenta. ff. loc. Et quicquid sit in illis iuribus, in casu nostro, verba promissionis aliam formam rei dant à qua recedendum non videtur. Nec arbitror necessarium esse hic ingredi difficultatem, quando demonstratio vnde res soluitur, fuerit conditionaliter, de quo copiosè, & subtiliter allegatum & altercatum est in prima instantia, nam cum verba dicant soluendis de reditibus eius, satis apparet participium illud, † soluendis, id significare, quod fieri debet, quia hæc est natura participiorum terminatorum in dus, vt dicunt grammatici & gloss. vbi Doct. in rubr. ff. de lib. & posthum. & text. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. & doct. in rub. C. de exden. & sic talibus verbis onus est impositum ipsi d. Octauiano curandi, vt ex dictis reditibus soluatur, ad est, dicta recognitionem, seu demonstrationem impleret, quod facere potuisset, si voluisset, quia non negatur, quin reditus extarent, siue apud principalem, siue apud depositarios, siue apud se, meritò igitur ipse est obligatus. argum. l. si hæres iussus. ff. de legat. j. vbi doct. Nec etiam me mouet alia secunda principalis exceptio, qua d. Octauianus allegauit † instrumentum non esse liquidum, & ideo executionem ex eo concedi non posse. Nam dico, quòd imò est liquidum, quia clarè & liquidò promittit scuta lxiij. & solidos 50. & alias libras xc. sic conuenerat de communi concordia, &c. quæ certitudo non offuscatur per clausulam subsequentem cum pacto tamen, quod si dictæ terræ in mensuratione fienda non fuerint ad dictam summam, &c. quia tale pactum potest esse ad vtilitatem vtriusque partis, & fuit liberum cuilibet ipsarum vti beneficio pacti, & facere mensurare, si putabat in vtilitatem consequi, quod cum non fecerint, stat firma prima dispositio clara, & liquida respectu promissæ pecuniæ. Bartol. l. Iulianus. in fin. ff. de cond. indeb. Dec. cons. cccclij. Et faciunt allegata per d. consultorem. l. pecuniam quam. vbi dixi post Soc. ff. si cert. pet. l. hæc vend. in fin. de contrah. empt. Bar. l. iudex posteaquam. ff. de re iud, Soc. cons. vlt. in iij. volum. Dec. cccxlvij. cum similibus. Et non arbitror necessariam hîc esse illam quæstionem, an ex quo locatio facta est constituto certo pretio pro singulis iugeribus, ante mensurationem dicatur imperfecta? de quo diffusè altercatum est inter doctores, secundum terminos iuris. Sed quæstio nostra est decisa ex verbis instrumenti, quibus pretium clarè est expressum, & clare promissum per d. Octauianum, qui si non est vsus beneficio illius pacti, non ideò obscurauit, quæ prius liquida erant, & allegat. d. Octauiani possunt procedere considerato primo iustrumento locationis factę Raphaeli, non autem considerato isto cuius petitur executio: † promissio enim certi pretij arguit, quòd contractus fuit perfectus, quod tradita possessio quod fructus percepti, quòd præstita patientia vtendi, fruendi, respectu dictarū tot naturarum lxx. terræ aliàs illa summa post triennium locationis promissa nō fuisset, nec renuntiatum exceptionibus, de quibus in instrumento, maximè cum vt eleganter fuit deductum, per d. consultorem præsumendum sit præstitam fuisse talem patientiam, vt etiam consuluit Car. consil. cxl. in iij. dub. & in omnem casum non possit d. Octauianus impedire executionem per negationem debiti causa principali, tanquam non liquidi, cum sua promissio sit liquida, vt dicit Angel. in l. sciendum. per gl. ibi. ff. de verb. obl. & ibi sequitur Imo. alleg. etiam gl. in l. inde Neratius. §. si quis hominem. ff. ad leg. Aquil. vbi Flor. & sentit Bar. in l. j. C. de const. pec. & idem tenet Alexā. cons. clix. in princ. in ij. & xxxj. eod. lib. Andr. Sic. lxxxvj. in iij. Et ideò accedo in sententiam domini primi consultoris, & concludo partes domini iudicis esse, in pronuntiando bene fuisse in prima instantia iudicatum, & malè vtrinq; appellatum.

CONSIL. XXIX. SVMMÆ.

1 *Donatio facta per patrem filio, existenti in potestate, non valet, & quare.*

2 *Iuramentum confirmat naturalem obligationem, orientem inter patrem & filium.*

3 *In materia iuramenti quod est spirituale, non curandum de patria potestate.*

BIU Cujas

4 *Pater potest remittere vsufructum filio, citra vinculum iuramenti.*
5 *Donatio vltra quingentos aureos, debet insinuari de iure communi, alias non valet.*
6 *In donationibus, quæ fiunt inter coniunctas personas, lex maiorem fraudem præsumit.*
7 *Notarius licet pro absente stipulari possit, tamen absenti non acquirit, nisi sequuta demum ratificatione, & acceptatione.*
8 *Mortuo absente, cui donatum fuerat, ante acceptationem euanescit donatio.*
9 *Iuramentum quamuis præstetur in donatione, tamen non validat eum, quia ex natura actus inest quædam tacita conditio, nempe si donatarius acceptauerit.*
10 *Donatio facta Titio, & eius hæredibus, intelligi debet quod prius per Titium fuerit acceptata.*
11 *Ius ratificandi regulariter transit in hæredem.*
12 *Contractus ante acceptationem sunt meri facti, & ius nullum pariunt, ideo ad hæredes non transeunt.*
13 *Acceptatio intelligitur facta cum suis oneribus.*
14 *Actus tacitus, ita arguit consensum, sicut expressus.*
15 *Ex ijs, quæ deinde sequuta sunt, argumentamur quid prius gestum fuerit.*
16 *Coniecturæ, & modi probandi ratificationem.*
17 *Scientia præsumitur ex longinquitate temporis, & patientia præstitæ.*
18 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.*
19 *Statutum debet intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune.*
20 *Errans non videtur approbare.*
21 *Error probatur eo ipso, quod ex lectura instrumenti contrarium apparet.*
22 *Nihil tam repugnans consensui est quam error qui ignorantiam detegit.*
23 *Præsumptiones introductæ in fauorem alicuius, intelliguntur habere locum, ita demum si ipse hoc alleget.*
24 *In dubio præsumitur quis emancipatus, per lapsum 10. seu 20. annorum.*
25 *In claris non est opus coniecturis.*

A



Duersus † istam donationem obstat primò, quia facta est à patre in filium existentem in potestate, quo casu videtur quod donatio non valeat iuxta l. ij. C. de mot. don. quia oritur quædam perplexitas, ex quo statim translato dominio in filium propter vim patriæ potestatis reuerteretur ad patrem .l.placet.ff.de acqui. hæred. Et hoc videtur procedere, etiam si pater iurasset, vt tenet Bald.in c.cùm contingat.de iureiur. & ita etiam tenuerunt multi alij, & consuluit Paul.Cast. consil.cccxlv.circa donationem Fulg.cons. cxcix. visis.in princ.Corn. cons. ccxxxviij. in j. quæst. in ij.cclxxxix.in iiij. & in auth. sacramẽta puberum. qu. xvij. C. si aduers. vend. Sed contrarium est tenendum, quòd imò validior propter vim iuramenti, † quod confirmat naturalem obligationem, orientem inter patrem & filium, secundum l. frater à fratre.vbi Bar.de cond.indeb.& quia † in materia iuramenti, quod est spirituale, non curamus de patria potestate.c.si annum.de iud.in vj. c, quãuis.de pac.in vj.&ita est communis opi.in d.l.frater à fratre.& in l.si donatione. C. de collat. vbi Alex.cum concord.per Dec.cons.ccxxxix. in prin. Et istud maximè est dicendum in casu nostro, in quo tractatur de remissione † vsusfructus, quam potest facere pater filio citra vinculum aliquid iuramenti, vt est tex.in l. cum oportet.§. fin autem. C. de bon. quæ lib. & ratio est secundum Bald.in auth. exequitur.eo.tit.versic.quæro, quid si pater, quia non est proprie donatio, sed quædam iuris remissio, quæ facilius permittitur, maximè si expressum sit facta per l. si seruitus. ff. de serui. vrb. præd. Et licet inter doctores sit aliqua altercatio in intellectu. d. §. fin autem.tamen in expressa renuntiatione, & iurata omnes consentiunt valere. Secunda difficultas aduersus hanc donationem oritur ex defectu insinuationis, quia iure communi † donatio vltra quingentos aureos debet insinuari, alias non valet. l. sancimus. C. de don. Et istud maximè procedit † in donationibus, quæ fiunt inter coniũctas personas, in quibus lex maiorem fraudem præsumit.l.data.C.eo.tit.quod videtur procedere, etiam si donatio sit iurata, quia nullitas donationis causatur ex culpa donatarij, qui non curauit intra tempus à lege statutum facere eam insinuari, vnde iuramentum de non contraueniendo, non debet trahi ad talem casum.c.ad nostram. ij. extra, de iureiu.c.cum inter. extra, de renun.& istud tenuerunt multi doct.inter consilia. Franc. de Cur. Senen. consi. lxvj. & dicit Io. Cro.in l.nemo potest.ff.de leg.j.quod ipse ita consuleret, & iudicaret, & dixi latius in d.c. cùm contingat.Sed tamen non obstante hac oppositione, puto donationem valere propter vim iuramenti, prout est magis communis conclusio secundum Alexan. in d. l. nemo potest.& consil.iiij.cons.xij. cons.cxxv.in j. Aret.cons.ij.& xvij.& est certa hæc conclusio, quando expresse est iuratum non contrauenire ratione insinuationis, non factæ prout fuit in casu nostro,& dixi in d. ca. cùm contingat. ideo non repeto. Tertia est maior difficultas, quæ obijcitur aduersus hanc donationem, quia cum sit facta ambobus fratribus, & vnus tantùm esset presens, qui acceptauit pro absente hoc non videtur sufficere, sed necessaria fuit absentis ratificatio, quia † licet notarius, vel frater potuisset stipulari pro absente, tamẽ ei non acquirit, nisi sequuta demum acceptatione. l. in omnibus rebus. ff. de act. & obl. l. ea, quæ ciuiliter ponderato verbo, volentibus. ff. acq. rer. dom. l. iiij. ff. rem pup. salu. for. l. non enim. vbi doct. ff. de adopt. & ideo, † mortuo absente, ante acceptationem euanescit secundum Cast. consi. cxcv. visis ijs, quæ narrantur. in ij. in nouis. Dec. cons. ccxxvj. dxiij. in fin. & alibi sæpe cum concord. quos retuli in d. c. cùm contingat. Quæ conclusio procedit etiam si iuramentum interuenerit. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. quia † quamuis præstatur, tamen habet tacitam conditionem ex natura actus, si donatarius acceptauerit. argum. l. fin. C. de non num. pecu. l. fin. verb. si non recepissent. ff. de leg. dixi d. c. cùm contingat. Rursus procedit etiam si donatio facta esset Stephano, & eius hæredibus, quia intelligitur † de hæredibus, quatenus per prius acceptata sit à Stephano. l. eum, qui ita. §. te, & Titium. ff. de verb. oblig. Dec. cons. dxiij. in fin. & cccclxx. & dixi in l. non omnis. ff. si cert. pet. & in d. c. cùm contingat. Nec obstat, quòd imò deberet posse ratificari per hæredes, etiam si mentio eorum facta non esset, ex quo † ius ratificandi regulariter transit in hæredem. l. si sine. §. si procuratori. ff. rem rat. hab. declarat Bart. in l. bonorum. eo. tit. Alex. cons. xlvj. consil. xcij. in vj. vol. quia ad hoc respondent Cast. & Dec. locis suprà allegatis, quòd imò non potest hoc fieri per hæredes, ex quo res morte donatarij desijt esse integra. l. si ego. §. si res alicui. ff. de iur. dot. & d. l. bonorum, quod sic declaratur, † contractus enim ante acceptationem sunt meri facti, & ius nullum pariunt, ideo ad hæredes non transeunt.

BIU Cujas

sunt. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. Vnde hæres ratum habere non potest. l. iij. §. acquirere. ff. de bo. no. poss. per Din. c. ratum. q. pen. de reg. iur. in vj. per Bartol. in l. si x. cum petiero. in fin. ff. de verb. oblig. & quæ dixi in l. ij. §. ex iis. j. not. ff. de verb. obl. & dixi diffusus in d. c cùm contingat. Sed posito quod suprascripta sint vera, tamen in casu nostro obstat, quia videtur, iste Stephanus acceptauerit, quo casu † acceptatio intelligitur facta cum suis oneribus, & qualitatibus iuxta regulam l. Caius. ff. de manum. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poss. Quod autem acceptauerit sic deducitur, quia nihil refert, an quis expresse acceptet, aut tacitè, quia † tacitus actus ita arguit consensum, sicut expressus deinde l. cùm quid. ff. si cert. pet. & quia † ex ijs, quæ deinde sequuta sunt argumentamur, quid prius gestum fuerit. l. sed & Iulia. §. proinde. ff. ad Maced. Sed in casu nostro concurrunt multæ coniecturæ, per quas potest colligi, & deprehendi ista acceptatio prima, quia ita se gerebat, vt ex dicto donationis instrumento permissum ei fuit, quia patri nunquam reddidit rationes. l. Procula. ff. de proba. nec dedit aliquid iure vsusfructus, aut proprietatis. Secunda, quia seorsum à patre semper est negotiatus, & nomine suo, quod ex dicto instrumento sibi licebat, vnde credendum est, quod in eius executionem hoc fecerit. l. quædam mulier. vbi nota. ff. de rei vend. l. pen. ff. de vsuc. pro legat. l. tertia. versic. & quod de subcunda. C. de nat. lib. Tertia, quia & per decem, & per viginti annos continuauit eodem tenore, in hac quasi possessione licentiæ sibi competentis, ex d. instrumento, vnde videtur satis † probari talis ratificatio. arg. l. j. C. de patr. pot. cum glo. quæ probat à fortiori, & per rex. in post mortem. in prin. ff. de adop. Quarta, quia cum pater tantum tempus tacuerit, satis videtur hoc fecisse, quia sciret filium ratum habuisse illum contractum † & scientia præsumitur, tũ ex longinquitate temporis, & patientiæ præstitæ. d. l. j. & l. post mortem, tum etiam propter coniunctionem, quæ est inter patrem, & filium, & regula est. quod † coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. l. Octau. ff. vnde cog. maximè in casu nostro, in quo subest magna verisimilitudo, vt dicũt do. in l. prima. ff. si cert. petat. Et certè cardo præsentis controuersiæ totus vertitur in hoc puncto, an prædictæ coniecturæ sufficiant, vt videatur facta acceptatio? Et mihi videretur quod non, & præsuppono, quod iste filius in contractibus appellabat se emancipatum, & tanquam emancipatus contrahebat. Rursus præsuppono, quod in ciuitate Senensi extat statutum tradens certam formam emancipationibus, & requirens quasdam promissiones, & cautiones, absque quibus non possit prætor quenquam emancipare: quæ non interuenerunt in dicto instrumento donationis, & ideò iste non possit dici emancipatus, & tale statutum debet intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune secundum doctr. Bartol. in l. tertia. ff. de vsucap. in l. iiij. §. ij. ff. de damn. infect. Aret. consi. xv. Andr. Sic. consil. xviij. in fin. in j. vol. Ias. l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iudic. Hoc sic præsuppositio, dico, quod cum iste in contractib. vt mihi proponitur, vocaret se emancipatum, nõ possumus dicere, quòd intelligeret de isto instrumento, in quo nulla est emancipatio, sed solum donatio, & remissio vsusfructus, vnde non potest censeri, quòd acceptauerit tale instrumentu, cum verba non patiantur hanc interpretationem, & hanc tellexit de hoc instrumento apparet manifestus error, vnde non potest argui consensus sufficiens acceptationi. l. Clodius. ff. de acq. hær. quia, qui † errat non videtur approbare. l. non fatetur. ff. de confess. l. cum falsa. C. de iur. & fact. ign. & † error probatur eo ipso, quod ex lectura instrumenti contrarium apparet. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ign. l. si quis delegauerit. vbi doct. ff. de nouat. quia † nihil tam repugnans consensui est, quàm error, qui ignorantiam detegit. l. si per errorem. ff. de iur. omn. iu. merito non potest censeri hic approbasse donationem cuius non habuit plenam scientiam. Nec obstant supra allegatæ coniecturæ, quòd nunquam reddiderit patri rationes, quòd seorsum gesserit, &c. quia si hoc fecit, quia crederet se emancipatum, non potest videri fecisse dictas donationes, cùm isti tituli sint prorsus separati d. l. Clodius. l. mater decedens. ff. de inoff. test. Nec obstat, quod steterit separatus per x. vel xx. annos, &c. respondeo non ideo præsumitur emancipatus, stante statuto requirente certam solennitatem, vt supra dixi, quod debet intelligi, vt addat iuri communi secundum suprascripta. Secundò respondeo, quòd hoc procederet, quando ipse hoc allegaret, quia † præsumptiones introductæ in fauorem alicuius intelliguntur habere locum, ita demum, si ipse hoc alleget. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. versi. vtriq; si error allegetur. ff. de adul. tradit Bartol. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Alexand. cons. xxxv. Fel. c. ij. in iij. not. extra, de præsumpt. & ita hoc intelligit Ias. in l. si certis annis. verl. septimo. C. de pact. Tertiò respondeo, quòd hoc procederet, quando pater negando emancipationem veniret contra factum suum, vt quia emancipasset, sed non solenniter. l. post mortem. ff. de adopt. vbi Bart. & doct. secus si non veniret contra factum suum vt in casu nostro, in quo nunquam pater eum à patria potestate liberauit. Quartò respondeo, quod suprascripta procedunt † in dubio, vt per lapsum tanti temporis præsumatur emancipatus. d. l. prima. C. de pat. pot. l. ij. C. de præscr. long. temp. quæ præsumptio (vt dixi) habet locum in dubijs. l. j. §. accedit. in glos. C. de rei vxor. act. sed nos sumus in claris, quia per instrumentum constat, quod non est emancipatus, sed solum ei facta donatio, seu liberatio pecuniæ, non autem patriæ potestatis, & ideo † in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & ideo cum iste non esset emancipatus, nec donatio sit acceptata, videtur quod quæsita per ipsum Stephanum pro dimidia parte tanquam profectitia reuertantur ad patrem, pro alia verò dimidia propter industriam suam censeantur aduentitia, & quærantur patri tantùm ratione vsusfructus, quo verò ad proprietatem, quærantur filij ipsius Stephani secudum communem opinionem doctorum in l. illud. C. de collat. declarando, vt per Alex. l. si tibi decem. §. si pactus. in fi. ff. de pact. & in cons. xix. in ij. videbant, vt in hoc plurimum possit arbitrium iudicis, considerata qualitate lucri, & industria personæ, vt etiam dicit Ias. in d. §. si pactus. de quo diffuse scriptum est per alios dominos Consultores, quorum sententiæ & ipse acquiesco. Saluo semper meliore iudicio.

Cons. Andr. Alc.

CONSILIVM SVMMÆ.

Iuramentum seruari debet, vbicunque sine iniuria alterius aeterne seruari potest.

1 Verbum relinquere varie accipi.
2 Quis poteſt paciſci de relinquendo iure contractus alicui, poſt mortem ſuam.
3 Valet pactum, factum in contractu matrimonij, quod filius ex eo natus, ſuccedat in tali caſtro.
4 Pater poteſt filio naſcituro ſtipulari.
5 Pactum valet, quod filij, qui naſcentur ex tali matrimonio habeant certa bona.
6 Pactum facultatem teſtandi reſtringens, cùm non contra bonos mores non, debet valere.
7 Si aliquis princeps accipit vxorem cum pacto, quod filij ex ea nati ſoli in principatu ſuccedant, tale pactum legibus improbatur.
8 Mater non poteſt filio ſuo ſtipulari nec paciſci ſuper re aliena.
9 Cùm duo vtilitatem alterius contrahunt altero pœnitente, extinguitur ius, quod ex facto illorum contrahentium potuiſſet illi acquiri.
10 Filius hæres tenetur ratum habere factum patris, nec poteſt contrauenire.
11 Quis non tenetur præſtare factum defuncti, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres.
12 Ignorantia iuris regulariter non excuſat.
13 Aliud eſt relinquere, aliud promiſſio de relinquendo.
14 Iuramentum contra bonos mores præſtitum, non obligat.
15 Ea interpretatio videtur aſſumenda, per quã actus ſuſtineatur.
16 Natura verbi relinquere eſt, quod reſpiciat vltimas voluntates.
17 Mentio mortis in donatione, denotat donationem eſſe cauſa mortis.
18 Iuramentum recipit conditionem, quæ ex natura actus inest.
19 Teſtamenta, quamuis iurata reuocari poſſunt.
20 Verba quæ poſſunt verificari in donatione inter viuos, intelliguntur cauſa mortis, quando pater donat filio, quia talis donatio non valuiſſet, niſi fuiſſet morte confirmata.

VIſo pacto, quo nobilis Ludouicus de Vintimilio in contractu primi matrimonij, promittit relinquere caſtrum Montiſpeſati filio, qui ex eo matrimonio naſcetur, videretur prima fronte dicendum, tale pactum eſſe ſeruandum, per regulam l.j.iuriſgentium.§.prætor ait.ff. de pact. & præſertim † ſtante iuramento quod ſeruari debet, vbicunque ſine interitu ſalutis æternę ſeruari poteſt.c.quamuis.de pact.in 6.cùm contingat. de iureiur. maximè, quia tale pactum non videtur contra bonos mores naturales, vnde iura illud confirmant, vt in ſimili dixit Ioann. de Imol. in d.cap.cùm contingat.in j. caſu.Bartol. Confirmatur, quia verbum, † relinquere eſt generale, & poteſt intelligi etiam reſpectu contractus inter viuos, vt not. in l.cùm hi.in princ.per Modern. ff. de tranſact. in l.vnum ex familia.ff. de leg. ij. & clarũ eſt, quod † quis poteſt paciſci de relinquendo iure contractus alicui, poſt mortem ſuam, vt notat Oldr. conſil.cxxxix.ad habendam. Cyn.& Bart.in l.fin.C.de pact.per gloſſ.ibi.in verb. accommodauerit d.Alex.conſ.xxviij.ponderatis in ij. & conſ. lxxxiij.in ij.& pro iſta parte eſt deciſio in terminis d.Guid.papę.in deciſ.Delp.q. cclxvij.vbi concludit, quòd † valet pactum factum in contractu matrimonij, quòd filius ex eo natus, ſuccedat in tali caſtro. per text.in l. diui. §. pactis. C.de natur.lib. & quia † pater poteſt filio naſcituro ſtipulari.l.ſi quis operas.ff.de op.lib.& dicit, ita fuiſſe iudicatum, & idem etiam ſentit Io.Fab.in l.ſi.C.de pact. vbi dicit, † valere pactum, quòd filij, qui naſcentur ex tali matrimonio, habeant certa bona, & idem tenet in l.j.C.ſi manc.ita fu.alien. nè proſt. & ſentit in §.ſi quis alij.Inſt.de inutil.ſtip. & latè diſputat Aegid.Bellam.in conſil.xvij.incip. contrahens matrimoniũ,& ſequitur d.Dec.con.ccxvj.& conſ. ccxxv.vbi dicit,quòd ex quo agitur de bonis particularibus, & non tollitur facultas teſtandi, nec votum captandæ mortis inducitur, quod tale pactum debet valere. Sed iſtis non obſt. dicẽdum eſt contrarium in caſu noſtro,plurib.rationibus. Prima ratio eſt,quia tale † pactum reſtringit facultatẽ teſtandi,ex quo non potuiſſet Ludouicus, ſtante tali pacto,filium ex alio matrimonio in eo inſtituere, vnde tanquã contra bonos mores, non debet valere.l.pactum.quòd dotali.C.de pact.l.cum duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſoc.& per Dec. cõſ. clxxxiiij.Et quòd tale pactum non valeat, eſt communis concluſio ſcribentium in c. j. §. ſi filij. Si de feud.fu.contr.in vſib.feud.& ibi Bald.Iac.Alua. & d.Præp. concludũ, q, † ſi aliquis princeps accipit vxorẽ cum pacto, quòd filij ex ea nati ſoli in principatu ſuccedant, quòd tale pactũ legibus improbatur,& idem no.in c.j.per locum à ſpeciali, de fil. nat.ex matr.ad morg.contr.eo.lib.& in deciſionibus Capellæ.q. cccclij. licet enm caim votuptandæ mortis tali caſu,non concurrat,ex quo pater ipſe conſentit.d.l.fin.C. de pact. tamen non poteſt paciſci in aliquem caſum de relinquẽdo in vltima voluntate,quin à tali diſpoſitione liceat ſibi recedere,aliàs libertas vltimæ volũtatis impediretur, quod eſt contra bonos mores,vt habetur per Bart. & doct.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.hæred.Secunda ratio eſt, quia dato, q, tale pactũ fieri poſſet per patrem,nõ videtur,quòd filius ex eo agere poſsit, cùm enim pater promiſerit vxori relinquere tale caſtrum filio ipſius, & ſic cauſa acquiſitionis reſpicit matrem, cauſa verò obligationis reſpicit patrem, non poteſt filius prætendere aliquod ius ex pacto matris ſuæ, ex quo † mater non poteſt filio ſuo ſtipulari, nec paciſci ſuper re aliena. leg. pactum.l. pater. C. de pact. conu.l.Publia.in prin. vbi not.ff.depoſ.eſt doctri.Bart.in l. quod dicitur. ff.de verb.oblig. vbi omnes hoc approbant. Tertia ratio eſt, quia etiam ſi potuiſſet acquiri filio ex tali pacto, tamen cùm pater pœnituerit, non videtur,quòd filius amplius debeat audiri,† cùm enim duo in vtilitatem alterius contrahunt, altero pœnitente, extinguitur ius, quod ex facto illorum contrahentium potuiſſet illi acquiri.l.iij.ff. de ſer. expor.l.ſi pater filio.ff.de man.vind.eſt doct.Bart. in l.qui Romæ.§.Flauius Hermes. ff. de verb. obl. & in parentibus, qui paciſcuntur in vtilitatem filij,in terminis hoc tenet Bal. in l. cum à ſocero. in fi.C.de iur. dot. & ita etiam concluditur in deciſionibus Capel.Toloſ.q.ccccliij.& licet in additionibus ibi, iſta opinio refricetur in dubium.tamen loquuntur ea,quæ in contrarium allegantur,ſtante conſuetudine,item quando pactum transferret ius inter viuos, non autem quando eſſet pactum de relinquendo poſt mortem, de quo infrà dicemus. Quarta ratio,cũ pater reuocauerit, & annullauerit dictum pactum,& Honoratus † filius ſit hęres patris,non poteſt contrauenire,imò neceſſariò tenetur eius factum ratũ habere.l. ex qua perſona. ff.de regul. iur. l. vxor.C.de bon.auct.iud.l. cùm à matre. C. de rei vend. Paul. conſil. xvij. in cauſa, quæ vertitur.Roma.conſil. xviij. viſa facti. Raph. Com.conſ.xxxiij. quidam Fulg.conſ. ſexageſimo ſeptimo, Et licet † quis non teneatur præſtare factũ defuncti,

BIU Cujas

defuncti, nisi pro ea parte, pro qua est hæres: cum tamen in facto non proponatur factum eius, aliquod inuentarium, videtur quod omnino debeat ille acquiescere voluntati paternæ, vt per glo. Bar. Bald. & cæteros in leg. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. Quinta ratio est, quia pater eum instituit hac lege, vt infra tres dies renunciaret omni iuri sibi competenti, vigore dicti pacti, alias cum priuauit hæreditate sua, quæ priuatio, valet l. j. C. de his, quæ pœnæ nom. vbi omnes notant, vnde cum nihilominus se gesserit pro hærede, si nolit dicere, quod cõsenserit voluntati paternæ, & erit priuatus hæreditate. d. leg. j. Nec obstat, quod quando fuit sibi intimatum testamentum, respondit se rudem, & ignorare, quod illud imporaret, quia talis excusatio non videtur admittenda, ex quo ignorantia † iuris regulariter non excusat. Vnde si ipse nesciebat, debuit cõsulere peritiores, vt dicunt omnes in l. iuris ignorantia. C. quæ admitt. Præterea aduertendum est quia ex illo pacto non potest dictus Honoratus prætendere aliquod ius reale, ex quo per tale pactum, pater solum promisit relinquere, & † aliud est relinquere, aliud est promissio de relinquendo. gloss. & Doct. in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc. Socin. & Ias. in l. si ante nuptias. ff. solut. matr. vnde si iure dicti pacti ageret ad ipsam rem, male ageret. Et hanc partem tenendo, quæ mihi videtur clarissima, non obstat allegata in cõtrarium. Primò non obstat quod pacta seruanda sint, quia istud procederet, nisi esset pactum restringens facultatem succedendi. d. l. pactum. &l. licet. per argum. à speciali. C. eod. Item illa regula generalis limitatur per suprascriptas omnes rationes, vnde non est opus alia specifica responsione. Secundò non obstat † iuramentum, quia tanquam contra bonos mores, non est obligatorium, regula iuris non est in sexto. & ista est communis conclusio in l. stipulatio, hoc modo concepta. vbi Alexand. ff. de verb. oblig. quicquid dicat Ioann. de Imo. dict. capitul. cum contingat. Item quamuis testator contraueniendo sit periurus, actus tamen ab eo factus tenet. c. sicut ex literis. extra, de sponsa. glo. in c. fi. de procu. in vj. Io. And. in reg. quod semel. de reg. iur. eo. lib. Bar. in l. ij quis in princ. testamenti. de leg. nec potest hæres allegare tale periurium, tum quia teneretur approbare factum defuncti d. l. cum à matre. tum quia testator est absolutus à tali periurio per Episcopum Regentem, quæ absolutio, cum sit facta ad cautelam, seu ad habilitandum personam ad testamentum tenet etiam, parte non citata, vt est communior conclusio per Can. in rubr. extra, de iureiur. vbi d. Felin. & ita solet practica obseruare, vnde ab eo recedendum non est, quod tandiu obtinuit. l. minime. ff. de legib. Tertia non obst. quod potuit pactum intelligi, vt relinqueretur per viam contractus, & sic donationis, quo casu pactum valuisset, & † hæc interpretatio videtur assumenda, vt actus sustineatur. l. quoties. ff. de rebus dubijs. capitul. Abbate, de verborum significatione, per doct. in l. quoties. ff. de verborum obligation. in capitul. quoniam Abb. de offic. delegat. Nam respondeo, quod imo agebatur, vt relinqueretur per viam vltimæ voluntatis, ex quo hæc † est natura huius verbi relinquere, quod respicit vltimas voluntates, vt est text. in dict. l. cum hi. in princip. & in l. fin. C. de sacrosanct. eccl. gloss. in l. his verbis. in princ. ff. de hæred. instit. & in illis locis doctores declarant. & dato, quod posset etiam referri ad contractus, & sic in casu nostro possent intelligi de donatione, tamen quia in pacto dicitur, quod reneatur relinquere tempore mortis suæ, necessaria propter mentionem † mortis intelligeretur de donatione causa mortis. l. Seia. ff. de don. præle. leg. Saia. l. vbi. ff. de donation. causa mortis. declarat Bartol. & scrib. in dict. l. final. C. de pac. Vnde ex natura actus licuit patri pœnitere. l. non omnis. ff. si certum petatur. & isto casu etiam iuramentum non obstaret, quia † recipit conditionem, quæ ex natura actus inest. l. fin. vbi late Bal. C. de non numerat. pecun. notat gloss. in capitul. quintauallis. de iureiur. sicut videmus, quod etiam testamenta, quamuis iurata possunt reuocari, vt habetur in l. iancimus. per Bald. & Moder. C. de testam. in l. si quis. in principio. ff. de legat. tertio. Et quod talis donatio, quamuis iurata possit reuocari, dixit Andr. de Iser. Bald. & d. Præpo. in capitul. primo. §. item sacramenta. de pac. iur. firm. in vsibus feudorum. Præterea dato, quod illa verba † possent verificari in donatione inter vnos, tamen quia fieba t à patre filio, non valuisset, nisi fuisset morte confirmata. l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter virum & vxor. Vnde propter confirmationem fuisset debita tanquam fideicommissum. l. si donatio. C. de donat. & in tali donatione, quæ sit confirmanda, idem dicimus, quod in cæteris vltimis voluntatibus, & in terminis hoc tenet Dec. in dict. consil. centesimo octuagesimo quarto. versicul. vltim. Non obstant præallegatæ decisiones. dom. Guid. Pap. Ioann. Fab. & d. Decij, quia loquuntur, non quando pater promittit relinquere, & sic pacisitur de successione, post mortem suam, sed quando in præsenti donat. & per vim contractus, & stipulatur nomine filij nascituri, & ira etiam loquitur d. Aegid. in dict. consil. decimoseptimo. & etiam quod habetur in addit. decisionum capellæ Tol. quæstione quadringentesimo quinquagesimo secundo. & quæstion. sequent. alias illa dicta essent contra opinionem omnium scribentium, & etiam contra d. auctores dictarum decisionum, vndæ dictæ allegationes nihil vrgent in casu nostro. Et istæ responsiones sustinent primum fundamentum, quod est concussum, & communiter approbatum. Nam quo ad cætetas rationes, dictum argumentum nihil obstat, vnde clarissima est resolutio in fauorem dom. Francisci rei conuenti. Et hæc omnia, saluo semper, &c.

CONSIL. XXXI. SVMMÆ.

1 *Verba generalia non requirunt certitudinem, fall.*
2 *Valet argumentum de eo, quod ex post facto contingit, ad id quod à principio.*
3 *In contractibus bonæ fidei maximè attendimus ad id, quod actum est.*
4 *In probatione doli clarum est coniecturas sufficere.*
5 *Dolus varie coniecturatur.*
6 *Ex qualitate personæ, dolum maximè præsumi.*
7 *Ex pacto non restituendi pretium in casu euictionis, dolus arguitur.*
8 *Donatio non præsumitur in homine cauto.*

IN causa illustris Comitissæ Tarellæ aduersus Boraicum, videtur mihi re diligenter perpensa Boracum reiiciendum esse, idque potissimum tribus rationibus. Prima, quia verba pendentia dicunt vendita esse omnia

† bona immobilia illorum confiscatorum, &c. quæ verba propter suam generalitatem non requirunt aliquam certificationem, sed perinde est, ac si dictum esset, si qua bona sint immobilia, per ea, quæ habentur per Bart. & Mod. in l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. 1. Quæ sententia est verissima, quoties actum est, quod venditor de euictione non teneatur, neque ad pretij restitutionem, prout fuit in casu nostro, tunc enim mera spes videtur vendita, vt est tex. in l. cum hæreditatem. iuncta l. quod si in venditione. cum seq. ff. de hær. vel act. ven. & ideo tali casu non est necessaria aliqua traditio, per venditorem facienda, vt dicit Bar. in l. cotem. §. qui maximos. de publi. Secunda ratio est, quia poterit illustris Comitissa designare illi petias terræ, olim possessas per confiscatos, & si contradiceretur per matres ipsorum, vel alios quorum essent bona, nihilominus ipsa liberabitur ab actione empti, quia hoc casu sufficit, quod emptor possessionem tradat, quamuis non vacuam. l. si fundum. ff. de fund. dot. vbi gl. l. si cui fundum. ff. de contrab. emp. Suadet hoc ratio, nam si ex post facto huiusmodi bona fuissent euicta, venditor non fuisset obligatus ad aliquid, neque ad pretij restitutionem, quia ita erat expresse conuentum ergo idem si à principio, seu ante traditionem leg. si post perfactam. ff. de euict. non enim potest ratio differentiæ probabilis inueniri, & † valet argumentum de eo, quod post facto contingit ad id, quod à principio. l. sed Iulianus. §. pen. ff. ad Maced. quod maximè dicendum in iis † contractibus bonæfidei, in quibus maximè attendimus, ad id quod est actum, indubitanter autem hoc egit Comes Achilles, vt ad obolum non teneretur. Tertia ratio est, quia videtur iste contractus esse simulatus, vel saltem confessio receptæ pecuniæ esse simulata, in qua re sufficiunt probationes coniecturales propter exceptionem doli, quæ inde competit. l. si ex cautione. vbi Bar. C. de non num. pec. clarum autem est † in probatione doli coniecturas sufficere. l. dolum. C. de dolo. mod. cap. si autem. de rescri. Prima autem coniectura est ex † qualitate personæ ipsius Borasci, quem senatus iussit semel in publica audientia fustigari si se impedire de istis Taurellis. Clarum autem est † ex qualitate personæ dolum maximè præsumi. leg. si quis ex argentariis. §. primo ide eden. Curt. consi. lvij. Secunda est coniectura † ex pacto non restituendi pretium in casu euictionis, quod verisimile non est, si fuisset numeratum, cum † donatio non præsumatur in homine præsertim cauto, qualis est Borascus, l. cum de indebito. de prob. Tertia est coniectura, quæ oritur ex eo quod ipse Borascus voluit liberari à summa restantis pretij per Comitem Marcum Antonium, quæ res satis arguit, quod hoc non pertinebat ad Comitem Achillem, nisi tanquam defensorem Marci Antonij. leg. post mortem. §. j. ff. quàdo ex facto tut. Vltima coniectura est, quia nunquam petiit viuente Comite Achille, & expectauit, vt peteret ab hac muliere ignara prorsus eorum inuolucrorum, quæ quamplurima ab ipso Borasco sunt gesta, facit quod not. Cur. d. consilio. lvj. & ista interim sufficiant.

CONSIL. XXXII. SVMMÆ.

1 Stipulationis uis.
2 Stipulatio pœnitentiam tollit.
3 In contractu nominato, non præsumitur facta nouatio, cus in innominato.
4 Conditio ob causam non procedit, nisi in contractu, do vt des, non autem in contractu facio vt des.
5 Quilibet in re sua est moderator, & arbiter.
6 Bona ecclesiastica non possunt permutari, nisi adhibitis solennitatibus.
7 Non præsumitur quid incontinenti factum, nisi probetur, vnde si testes dicant interrogationem præcessisse, & secutam responsionem non probant stipulationem, quia non præsumitur incontinenti gestum.
8 Contrarietas vitiat.
9 Libellus generalis, parte non opponente, sustinetur.

PRonuntiandum esse in presenti causa, dico in fauorem domini Philippi pluribus rationibus. Prima est quia daro quod prima † conuentio fuisset facta per contractum innominatum, tamen ex interuallo fuit idem promissum per stipulationem, quæ est validior, & efficacior contractus, vnde nouat priorem contractum, & solum potest agi ex stipulatu secundum Bald. in leg. rescriptum. §. si pacto. in fi. ff. de pact. est enim probabilis coniectura animi nouandi ex quo præcedens contractus erat debilis, sequens verò efficax, vt sentit ibi Bal. & consequenter agendum erat ex stipulatu ad implementum, non autem conditione ob causam ex pœnitentia, quæ propter † stipulationem tollitur, vt dicit Bald. in leg. quamuis. C. de transa. quem refert, & sequitur Iaf. in rub. ff. de verbor. oblig. versi. iiij. facit. & facit quod not. idem Iaf. in d. l. si pecuniam. versi. x. limita. ff. de cond. caus. da. & Alex. in allegat. consi. xxxix. ad fi. vol. iiij. Nec huic fundamento sufficit responsio, qua dicitur prædicta procedere, si stipulatio incontinenti interueniisset, &c. quia respondeo, quòd imò fortius hæc opinio procedit, sequuta ex interuallo stipulatione, ex quo tunc facilius præsumitur nouatio, secundum Bar. in l. singularia. ff. si cer. per. allegat tex. in l. fin. C. de noua. & l. non ad ea. ff. de cond. & dem. minus etiam obstat, quod not. Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quia nihil firmat, & loquitur in vtroque casu, seu nouetur, seu non: & licet † in contractu nominato non ita faciliter præsumamus nouationem tamen in innominato secus propter sui debilitatem, vt suprà dixi. Secunda ratio est: quia † conditio ob causam non procedit, nisi in contractu, do vt des, non autem in contractu facio vt des, qualis fuit iste de quo agitur: quia ex parte domini Bernardini non fuit datio, sed factum vt aliàs fuit allegatum, apparet manifestè ex libello suo: in quo dicitur quod concesserit facultatem Francisco faciendi principium fontanilis, & quod posset dominus Franciscus ire per bona; quæ verba respiciunt merum factum, non autem dationem vt declarat Bart. in lege pen. ff. de fer. rust. præd. & in lege apud Iulianum. §. si quis alicui. de leg. primo imò talia verba præcisè repugnant donationi, quia si transtulisset ius, pura quia vendidisset fundum, potuisset Franciscus absque alia concessione licentiæ facere cauum, & fodere, quia † quilibet in re sua est moderator, & arbiter. lege in re. C. mand. cùm ergo dederit licentiam, & retinuerit ius dominij in fundo, sequitur non esset ex parte sui aliquam dationem, sed merum factum, id est, patientiam, vt aliàs fuit dictum. Imò si d. Bernardinus voluisset dare, id est transferre dominium non potuisset: quia † bona erant ecclesiastica, quæ non possunt permutari, nisi cum certa

certa solennitate, de qua in auth. sed & permutare. C. de sacr. eccl. per Abb. post alios. in c. nulli liceat. extra, de reb. eccl. non alie. & dato etiam, quod adesset vtilitas secundum ea quæ dicta sunt. de rerum permutationem adhuc requiritur contentus superioris, vbi dicitur in gloss. & per Abb. Vnde concludo ex parte Bernardini interuenisse solum factum, & ideo non competere conditionem, sed solum præscriptis verbis, d. l. naturalis. §. pen. & fin. ff. de præscript. verb. & not. per Paul. de Castr. in d. l. si pecuniam. vers. septimo quæritur. qui allegatur in contrarium non obstat: quia non loquitur in contractu, facio vt des, prout est iste, quia dominus Bernardinus fecit, id est, præstitit patientiam, vt Franciscus daret campum, &c. Tertia ratio est, quia oportuit probari, quod promissio vineæ fuit facta incontinenti respectiue ad fundum d. Bernardini, alias non est contractus innominatus, vt per Bart. in d. l. cum fundum. ff. de pact. Nec obstat, quod testes duo primi hoc dicant, quia cum supportatione huc non est verum, imò non præsumitur incontinenti, quid factum, nisi probetur, vnde si testes dicunt interrogationem præcessisse, & secutâ responsionem, non probant stipulationem: quia non præsumitur incontinenti gestum, vt est gl. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. quæ incipit, id est, in opponendo, vbi Bart. & alij sequuntur. ff. de pac. ergo idem etiam in casu nostro. Et suadetur hoc, quia testes d. Bernardini dicunt, quod ipse simpliciter dicebat, quod esset de accordio cum domino Francisco, quæ verba arguunt, quòd adhuc non præcesserat ista specialis, & correspectiua promissio. Quarta ratio est, quia d. Bernardinus non probauit ex parte sua incumbentia, & primi duo testes sunt inuicem contrarij, vt alias latè deductum fuit, non obstat quod ista non videtur † contrarietas circa substantialia per Alex. cons. iiij. ad fin. in j. quia respondeo, quod verior opinio est, quòd talis contrarietas vitiet etiam circa accidentia, vt dicit Alex. in cons. lxxj. & Bal. in rub. de controuers. inuest. in vltis feud. & dictum Alex. debet intelligi in aliquibus penitus extraneis. alioquin si ita simpliciter intelligeretur testes Susannæ non fuissent falsi, quorum vnus dicebat fuisse stupratam sub schino arbore, alter sub pino. & tamen istæ arbores non faciebant ad substantiam rei. Vltimò dico, quod cùm dominus Bernardinus non possit obtinere iuxta petitionem suam, non potest obtinere, neque vineam. Nec obstat clausula libelli super quibus omnibus, &c. & not. per Anton. in c. ij. de ord. cog. & Ang. in l. si. C. de addi. excep. quia (vt ibi dicunt doctores) sustinetur † libellus, quia generalis, vnde si pars opponat, prout fuit oppositum in casu nostro, tunc non sustinetur, vt habetur in d. l. fi. & per Alex. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verb. oblig. maximè in casu nostro, in quo reus non potuit deliberare, an litigaret super vinea, & si ea petita esset, fecisset reus alias probationes, quas non fuit opus facere stante petitione inepta retractatione facultatis. Et ex his puto resoluta, quæ subtiliter pro more acutissimi domini Iudicis fuerant motiuata.

CONS. XXXIII. SVMMA.

† *Cum mens certa non sit, recurrendum est ad coniecturas.*

† *Cum pactum respiciat fauorem successoris in dubio, contra eum est interpretandum, cuius antecessor legem potuit apertius dicere.*

† *Renuntiatio facta sub duabus conditionibus, non habet effectum, nisi vtraque conditio eueniat, vt vtraque.*

1 *Relatio semper debet fieri ad proximiora, quatenus fieri possit.*

2 *Natura actionis dicto casu est, quòd referatur ad præcedentia, maximè quia ita communiter præcedant.*

6 *In contractibus verba debent semper alio modo operari.*

7 *In dubio pronuntiandum, pro habente fundatam intentionem in regula.*

8 *Disponere posse varie accipi.*

9 *Incertitudo iuris respectu eius, qui illud ignorat, æquiparatur in certitudine facti.*

10 *Ambiguitas iuris controuersi, quæstioni facti comparatur.*

11 *In conditionibus attenditur earum euentus, vel defectus, vt dispositio habeat effectum.*

12 *Stipulatio sine causa non valet.*

13 *Stipulatio conditionalis valet.*

14 *In conditionibus maximè attendimus ad mentem contrahentium.*

DVbitatio præsens oritur ex verbis pacti matrimonialis, non sata à certo conceptis, & si de mente contrahentium constaret, procul dubio non esset ab ea recedendum, iuxta l. in conuentionibus. ff. de verb. sign. Sed cùm mens certa non sit, † recurrendum est ad coniecturas, & cùm pactum respiciat † fauorem successoris in dubio, contra eum est interpretandum, cuius antecessor potuit legem apertius dicere. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista habere. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. maximè cùm fundata sit intentio vsufructuariæ, secundùm consuetudinem ciuitatis. Vnde dicta bona non debent censeri excepta, nisi quatenus expresse appareat, secundum gloss. in rub. de reg. iur. in vj. & Innoc. in cap. præterea. de dilat. quem refert Bartol. in l. ij. ff. si quis in ius voc. & quæ habentur in l. ab ea parte. ff. de prob. Et difficultas oritur: quia cùm d. Raymundus vxori constituisset vsumfructum generalem in vniuersis suis bonis, casu quo non haberet ex se filios subijcit, excepto, quòd si dictus dom. Raymundus potuerit disponere de vsufructu, vel alio quocunque iure supra villa Anglesoli, id possit facere ad omnimodam sui voluntatem, non obstante iure viduitatis, quòd ex præsentibus posset pertinere ad dictam vxorem, & quod in dicto casu suprascripta Baronia d'Espes sit extra dictam viduitatem, seu vsumfructum, quam ex nunc præfata domina remanente vidua absque filio renuntiat, &c. Et videtur ex suprascriptis verbis hæc renuntiatio esse conditionalis sub duplici conditione. Prima si dom. Raymundus potuerit disponere de Anglesola. Secunda si vxor remanserit vidua absque filio. vnde, † nisi vtraque conditio eueniat, renuntiatio non habet effectum. l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. l. si is, qui ducenta. §. cùm ita. ff. de reb. dub. & in contractibus est text. in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. oblig. Et istam interpretationem suadet manifestè verba illa: & quod in dicto casu, &c. debent enim referri ad casum immediatè præcedentem, vt in simili est gloss. in l. secunda. §. ex ijs. super verb. sed quo casu. ff. de verb. obligat. Et facit regula, quòd † relatio semper debet fieri ad proximiora, quatenus fieri possit. l. si idem, cum eodem. §. fin. ff. de iurisd. omnium iudic. etiam per impropriationem, quæ fit de plurali ad singulare. l. j. §. deinde. & vers. eum. ff. de postul. facit quod nota. Bartol. in l. talis scriptura. de leg. j. Alexan. cons. cexiij. in ij. xcv. in vj.

5 Et hoc suadetur per naturam † dictionis, dicto casu quia hæc vox, dicto, refertur ad præcedentia maxime quæ incontinenti præcedunt, secundum Franc. de Are. cons. cliij. & cons. xxj. Curt. Senior. cons. 50. & lxxv. cum similib. Et pro hoc etiam facit talis ratio, quia si verba illa dicto casu, referrentur ad remotiora, & intelligerentur de casu mortis absque filijs, superflua esset illa repetitio in fine posita. Præfata domina remanente vidua absq; filio, &c. & esset idem bis repetitum absque vllo effectu. vnde talis interpretatio, non est accipienda per regulam l. si quando. ff. de lega. j. & per Bal. in rub. C. de contrah. empt. q. ix. Fel. c. j. de restr. &
6 hoc maxime † in contractib. habet locū, in quibus verba semper debent aliquid operari l. hāc legem. ff. de contrah. empt. Alex. cons. xxxvj. in ij. Confirmatur etiam, quia ex lectura instrumenti manifestè apparet, quòd illa clausula, & quod dicto casu, non est clausula inceptiua, sed coniunctiua, & dependens ab eo, quod immediate præcedebat, prout etiam natura dictæ dictionis, & quæ est coniunctiuæ. immediate præcedentibus. l. ff. de ijs, qui not. infam. per Ial. post alios in l. j. ff. de iustitia & iure. alias, si se retulisset ad conditionem supra remota, scilicet, si dicta domina non haberet filios oportuisset esse inceptiua: quod non est in dubio inteſtandum. & cum secundum foru regni Aragoniæ mulier habeat dictam viduitatem, generaliter non potest censeri exclusa à prædicta Baronia d'Espes & dictis bonis, nisi quatenus
7 expressè appareat: quia † ipsa habet fundatam intentionem ex regula fori secundum gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. & ideo in dubio pro ea pronuntiandum est, vt dixi, & not. Bald. in l. si turor. C. de ser. comm. man. in cap. primo. extra de alien. iud. mut. causa. Et ista opinio etiam verior apparebit ex solutione obiectorum. Et in primis non obstat, quod dictio casus, debet intelligi si decedat sine filijs, quia talis propriè est casus, non autem si dictus Raymundus potuerit disponere, &c. quia iste non videtur propriè casus cum
8 sit certus, & consistat in iure, &c. respondeo duobus modis. Primo quod illa verba si potuerit † disponere, in ea conditione apposita, intelliguntur si re ipsa disposuerit, & sic de potentia, quæ ad actum tranſeat, vt est text. in l. tertia. §. si quis sic acceperit. ff. de statulib. vbi Alber. & Benedict. de Plumbl. & per Bartol. in leg. prima. de iniust. rupt. vnde cum istud disponere pendeat a voluntate ipsius, & sit incertum etiam impropriissimè loquendo dicitur casus. l. neque leges. ff. de legi. gloss. in §. thesauros. vbi doct. instit. de rerum diuis. Secundò respondeo, quod cum ipse nesciret, an posset disponere de dicto castro, quantū ad ipsu
9 res erat incerta, vnde † incertitudo iuris respectu eius, qui illud ignorat æquiparatur incertitudini facti, vt est tex. vbi doctor. Moder. norant in l. pen. verb. compromissarios. C. de pact. † ambiguitas enim iuris controuersi quæstioni facti comparatur gloss. l. cum prolatis. in verb. prolatis. ff. de re iudic. Bartol. in l. quod Nerua. ff. depos. versic. iuxta prædicta quæro, &c. & ideo rectè potuit appellari casus propter incertitudinem. Rursus non obstat, quod si ita intelligamus, ista conditio si d. Raynaldus potuerit disponere, &c. non videtur etiam rationabilis: nec colorata ad actum, de quo agitur, &c. quia respondeo, quod † in
11 conditionibus attenditur earum euentus, vel defectus, vt dispositio habeat effectū, vel ad minus,

A nec vlterius quærimus quid si deinde sit filius fam. 6. cum quis. ff. de leg. j. & ideo licet † 12
stipulatio sine causa non valeat iuxta l. ij. §. circa. ff. de dol. except. tamē secus † stipulatione conditionali, quia conditio sufficit pro causa, nec alia ratio requiritur, vt est communis opi. doct. in lege a Titio. vbi Alex. ff. de verb. obl. vnde idem videtur dicendum in casu nostro. Secundò respon- 13
deo, quod si dicta conditio † intelligatur, prout 14
eam supra declaraui, habet euidentem titionem, scilicet quod illa verba, si d. Raynaldus potuerit disponere, intelligantur de potentia reducta ad actum: id est, si disposuerit iuxta d. leg. iij. §. si quis sic acceperit. ff. de statuliber. vt fuerit mens Raynaldi, quod disponendo de Anglisola, vellet etiam posse liberè disponere de alia Baronia, & aliis terris, & sic quod dictæ terræ omnes eiusdem conditionis esset iuxta l. si conuenerit in fi. nuda. cum ibi not. ff. de pign. actio. quantum ad facultatem disponendi non obstante viduitate. Tertiò, respondeo, quod etiam intelligendo de simplici potentia adhuc potuit moueri dominus Raymundus ad illud pactum, vt si posset disponere de Anglisola, nuberet, etiam facultatem disponendi de Baronia, vt vxor non haberet amplius iure viduitatis, sed posset habere iure institutionis, si sibi placuisset, vel quocunque alio titulo, & cum ipse non potuerit disponere, quia obst. consuetudo, forum dictæ terræ Anglesolisequitur esse defectam conditionem: non enim per tale pactum censetur prohibitus: quia eum relinquere potuerit, si voluisset, vt satis indicant verba pacti, & tradunt doct. in leg. j. §. veteres. ff. de acquir. possess. Item non obstat, quod ponderantur quædam pacta, quibus videtur innui, quod dicta vxor sit simpliciter exclusa à d. Baronia d'Espes, dū dicitur, q. finitio gaudimento loci de Semper, habeat d. Ioanna tres mille solidos supra dicta Baronia d'Espes: ergo apparet Baroniam ad eam non spectare cum differentia sit inter soluentem, & exigentem c. ij. de instit. Respondeo clausula illa est annexa superioribus, & loquitur in casu, quo Baronia ad dictam dominam non pertineat secundum suprascripta, hoc est, quia vtraque conditio euenerit, secundum d. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. de verb. oblig. Et etiam dum dicitur in casu luitionis teneatur domina dare successori domus d'Espes totidem pensiones, &c. respondeo, quod intelligitur si sua esset domus d'Espes, quia in ea succedet finito vsufructu ipsius vxoris, & ideo inde nihil infertur, quin ipsa habeat dictum vsufructum in Baronia d'Espes: imò potius tale pactum adiuuat ipsam dominam vt renuntiatio vsusfructus in dicta Baronia, non habeat locum, nisi concurrente vtraque conditione, vt supra dixi. Et quod subiicitur quod secundum hanc interpretationem successor proprietatem dicti domini Raymundi, durante viduitate, nihil haberet vnde posset dignitatem, & gradum suum sustentare, respondetur hoc non multum facere: quandoquidem iste successor non sit filius, sed agnatus, vel extraneus quem consuetudo, & forum patriæ postponit vxori, durante viduitate, & etiam maritus ex pacto matrimoniali postposuit, & sic respectu vxoris causa pacti fouet causam interessata successionis, quo casu pactum fauorabiliter & lata significatione accipitur. cap. pastoralis de fin. instr. gl. c. j. de const. in vij. & quod not. doct. in l. fi. C. de pac. in glo. j. & quod habetur in leg. hac

BIU Cujas

dubitabilissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & certè A
illud argumentum non tam contra pactum matri-
monialem esse, quam etiam contra ipsam consuetu
dinem, & forum patriæ, vnde de tali coniectura est
parum curandum. Vltimò non obstat, quòd pro-
missio ista viduitatis facta à marito, videatur facta
sub conditione, quæ non euenit videlicet casu, q
superuiueret do. Helisabeth ipsi d. Raymũdo, quę
tamen prædecessit illi: vnde per defectum condi-
tionis, videt extingui promissio. d. l. si quis ita stip.
suorum. cum si. respon. patet Seuerinam, in prin. &
ibi glo. de conditionib. ff. de cond. & dem. In casu au
tem nostro facta est mentio super uiuentiæ d. Heli
sabeth. in fauorem d. Ioannæ, vt haberet viduita-
tem, & vsufructum etiam in præiudiciũ ipsius He-
lisabeth, & ideo ex natura actus illa superuiuentia
habet subauditã clausulã, maximè, vnde nihil ob-
stat ipsi d. Ioannæ, sicut videmus non rarò in iure
subaudiri dictionem maximè, vt in §. hinc nos aliã. B
vers. si igitur in auth. de nupt. §. si verò etiam quidã
iurent. in auth. de exhi. reis. & cũ in casu nostro ta-
lis conditio sit apposita fauore d. Ioan. l. illis liber-
tis. vbi Bar. de cond. & dem. non potest contra eã
reflecti, & tali casu, quia testator aliàs erat relictu-
rus, non attendimus ad defectũ conditionis. l. ta
lem. in prin. ff. de hær. inst. gl. l. j. C. de inst. & substi.
& hoc dicendum maximè stante consuetudine, & C
foro patriæ: quia si dicamus d. Ioan. excludi à pa-
cto propter defectum huius conditionis, sequere-
tur quòd casus esset omissus, & relict⁹, in terminis
consuetudinis, vnde ex consuetudine adhuc esset
admittenda. l. si cum dotem. in prin. ff. sol. matr. l. si
extraneus. ff. de cond. cau. da. Non omitto circa il-
lud dubium, quod licet d. Ioan. durante viduitate,
ex pacto nõ possit exigere dotem, tñ hoc nihil im-
pedit quin interim possit facere declarari, quanta D
sit dos sua suo tẽpore, deinde exigenda per regu-
lam l. j. C. de Carb. edict. l. iij. §. missum. & quod ibi
not. Bar. ff. eo. tit. Alex. & Mod. in l. de pupillo. §. q
opus. ff. de ope. no. nun. Fel. ca. ea quæ. extra, de re
iud. Nec videtur dubium, quin consumpta à domi
no Raymundo debeant ex bonis ipsius d. Raymũ-
di restitui, & censetur d. Raymundus habuisse ea,
quæ habuit, vel alienauit per procuratorem suum
Hieronymum Ares, quæ quia sunt in iure clara vl-
terius non insisto. Et hæc omnia salua semper sa-
niore iudicio.

CONSIL. XXXIIII. SVMMÆ.

Verba auri in auro, inducunt solutionem, non in moneta, sed in auro fiendam esse.

Monetæ mutatio creditoris est.

*Quando legatum ab initio est purum, subsequens demon-
stratio illud non auget, vel minuit.*

*Verba facientes, & relevantes, concepta per participium
præsentis temporis resoluuntur qui faciunt & re-
leuant.*

*Relatiuum qui iunctum verbo præsentis temporis inducit, G
simplicem demonstrationem, non autem conditionem
quæ restringat, vel mutet legatum.*

*Si testator dicat lego tibi apothecam meam pannariam,
illa adiectio pannorum non mutat naturam legati, vt
videatur legata mercantia, sed duntaxat locum.*

*Relatiuum relatum ad certum corpus, non mutat, nec re-
stringit primam concessionem.*

*Idem est loqui per participium præsentis temporis, sicut
& per relatiuum.*

Proportio valoris argenti ad aurum.

VErba concessionis sunt, *Se obligauerunt de soluendo ducatos cccIxxxix. auri, & in auro de camera, et solidos xiiij. imp. facientes, & relevantes florenos nouem centum occasione census*, &c. quæritur, an satis sit soluere hodie florenos nouem centum: an debeat fieri solutio secũdum valorem ducati, quia tunc expendebatur pro tribus libris, & xiiij. solid. nunc vero excreuit ad vj. libras cum dimidia? Et puto † clarum esse, quod illa verba auri & in au-
ro, inducant solutionem nõ in moneta, sed in au-
ro esse faciendam, vt dicunt doctor. maximè. Cur.
& Moder. in l. lecta. super verbo, probat rectè dari.
ff. si cert. pet. & etiam consuetudo apud omnes
vulgata est, quod quando dicitur auri, & in auro,
quod intelligatur de ipsis ducatis auri, & non de
moneta: verba ergo sonant dando esse ducatos
cccIxxxix. & † qui debitor est in ducatis, debet in
eis soluere, & augmentum, seu diminutio ad
creditorem pertinet, secundum doctrinam Bar. in
l. cum certum. ff. de auro & argen. leg. & in l. Pau-
lus respondit. de sol. & sentiunt omnes in l. cum
quid. ff. si cert. pet. vbi dixi super verbo, eadem bo-
nitate. Sed difficultas in præsenti casu vertitur
propter subsequantia verba facientes & releuan-
tes florenos nouem centum, &c. vnde videtur suf-
ficere, si etiam hodie soluantur floreni dcccc. qui
ipsi nunquam mutauerunt cursum, sed semper
continuerunt xxxij. solidos. Verũ ego puto supra-
scriptam primam clausulam non restringi à subse-
quenti, quæ stat in vim demonstrationis tantum:
quia tunc dictus numerus aureorũ valebat dictos
dcccc. florenos: & pro hac sententia adduco primo
tex. in l. quidam testamento. ff. de leg. j. & in l. Lu-
cius. ff. de adim. leg. vbi † quando legatũ ab initio
est purum subsequens demonstratio, illud non au
get, vel diminuit, & ibi ea declarant doct. Secundò
adduco, quia illa † verba, *Facientes, & relevantes*, &c. cõ
cepta per participium præsentis temporis resol-
uuntur. qui faciunt, & releuant: † relatiuum autem
qui, iunctum verbo præsentis temporis inducit
simplicem demonstrationem non autem condi-
tionem, quæ restringat vel mutet legatum. l. Stri-
chum qui meus. ff. de leg. j. attenditur ergo dispo-
sitio, quæ est simplex: cui etiam subsequens, de-
monstratio conueniebat: licet deinde deficrit
conuenire. Tertio facit doctrina Bart. in l. cum pa-
ter. §. mensæ. ff. de legat. ij. vbi † si testator dicat le-
gò tibi apothecam meam pannariam, seu panno-
rum, illa adiectio pannorum non mutat naturam
legati, vt videatur legata mercantia, sed duntaxat
locus, & verba illa pannorum stant duntaxat de-
monstratiuè. & cum Barr. transeunt ibi docto. ergo
idem in nostro casu, vt talis demonstratio non at-
tendatur, sed prima & principalis promissionis
clausula. Quarto adduco communem doctrinam,
quæ habet, quod † relatiuum enuntiatiuè relatum
ad certum corpus non mutat, nec restringit pri-
mam concessionem. leg. Iulianus. §. Titius. ff. de
action. empt. Baldus in rubrica. C. de contrahen-
da emptio. quæstione vigesimo secundo, & quod
notat Oldradus consil. cxcvij. in concessione.
cum concordan. per Iaſ. leg. prima. vers. v. C. de
summa Trin. & fide catb. Supra autem dixi, quod
idem est loqui per participium præsentis tem-
poris, sicut per relatiuum, vt declarat Bar. in leg.
prima. vers. vij. principaliter. ff. de condit. & de-
monstra. Nec obstat quod videntur ipsi trecente-
simo octuagesimo nono. ducati æstimati, in noue
centum florenos: vnde illa æstimatio sola debet

attendi

attendi, ſecundum not. in leg. ſi æſtimaris. ff. A
ſolut. mat. per Soc. conſ. cclxxxxviij. cum con-
cord. per Brunum, & alios: quia hoc vtcunque
procedere poteſt, vbi conſtat æſtimatione in rem
factam, vt in caſu illo, quando dictum eſt pro-
mitto florenos centum ad valorem librarum tri-
um, &c. Floreni enim valor reducitur ad libras,
propter illa verba, ad valorem, quæ ſunt clara,
ſed in caſu noſtro illa verba facientes, releuantes
florenos, &c. ſtant in vim cuiuſdam demonſtra-
tionis de preſenti, vt ſupra dixi, nec referuntur
ad aliquam æſtimationem: vnde ſi in caſu no-
ſtro eſſet dictum quod ſoluerentur dicti ducati B
cclxxxviiij. ad valorem florenorum dccc. poſ-
ſit habere locum ſuprafcripta concluſio, ſed vt
apparet, verba ſunt concepta alio modo. Vltimò
eſt aduertendum, quòd cum verba concepta ſint
de ducatis in auro releuantibus florenos nongen-
tos. & florenus ſit diminutus in bonitate in-
trinſeca, quia tunc valebat trigntaduos aſſes,
qui ſinguli valebant in bonitate duos aſſes tem-
poris præſentis, cum pecunia argentea, quam-
uis ære contaminata habeat ſemper proportio- C
9 nem ad valorem auri, quæ† proportio eſt vnius
ad xij. & plures, vt eſt text. in leg. j. C. de arg. lib. x.
not. in leg. ij. C. de vet. numiſ. poteſt. eod. lib. de-
bet ſolutio fieri de florenis xxxij. aſsium, qui aſſes
ſint eius bonitatis, cuius erant tempore contra-
ctus cap. vltim. cap. pen. extra, de cenſibus & dixi
in d. l. cum quid in fin. ff. ſi cert. pet. & eſt commu-
nis opinio. D

CONS. XXXV. SVMMA.

1 *Quilibet tenetur ſtare conuentis, quia contractus initi neceſsitatem inducunt.*

2 *L. ædem C. loc. reſtringi & explic.*

3 *In contractibus, ſubintelligitur clauſula rebus ſic ſtantibus.*

4 *Verba vt aliquid operetur interpretatio fieri debet, ne cenſeatur expreſſum, quod tacite inerat.* E

5 *Quando ſpecialiter eſt prouiſum ſuper aliquo caſu nunquam per generalem diſpoſitionem cenſetur illi caſui renunciatum.*

6 *Caſus ſpeciales facilius tollũtur, quàm generales.*

7 *Clauſula ex conſuetudine notariorum, apponenda in inſtrumentis, habetur pro appoſita.*

8 *Dominus non poteſt propria authoritate ex pellere conductorem, ſed debet dari libellus.*

9 *Quando duo inſtrumenta ſunt facta eodem die, præſumuntur ſimul, & incontinenti facta.* F

PRo conductore in caſu propoſito videtur eſſe pronuntiandum quinque rationibus. Primò, quia regula eſt, quod† quilibet teneatur ſtare conuentis: quia contractus initi neceſsi-
1 tatem inducunt. l. ſicut. de act. & obliga. C. & propterea debet locator præſtare patientiam conductori per tempus inueſtituræ, iſta regula reperitur
2 limitata in †l. ædem. C. locati. vt non procedat, G quando res locata eſt neceſſaria in vſu locatoris, quæ limitatio debet propriè intelligi de neceſsitate vera, videlicet, quando aliter occurrenti caſui prouideri non poteſt: nam ſi aliter prouideri poſſet, non diceretur verè, & proprie neceſsitas. l. prima. in gloſſ. fin. ff. ſoluto matrimonio. nota. per Alexand. in l. nepos proculo. de verbor. ſignificatione. & in terminis iſtam neceſsitatem ita intelligendam dixit Abb. in cap. propter. extra, de

locat. nec reperio aliquem illi contradicentem. Sed in caſu noſtro non eſt iſta neceſsitas; imò poteſt illi aliter prouideri, ergo, &c. Et facit, quia ſi aliter intelligeremus, videlicet, quando quis vult facere artem, in cuius voluntatis executionem eſt neceſſaria res locata, hoc non diceretur fieri ex neceſsitate, ſed ex pura voluntate, ex quo præcedens actus eſt voluntarius, vt probatur in l. & ideo. ff. de cond. fur. quem text. ad hoc inducit Franciſc. de Aret. in l. is poſt. ff. de acquir. hæred. vbi ad idem ponderat doctrinam Bartol. ibi. Secunda facit, quia illa limitatio debet intelligi de neceſsitate, quæ locationis tempore non immineret, vt eſt text. in d. cap. propter ſterilitatem. de locato. & quæ veriſimiliter non potuiſſet præuideri tempore contractus, vt dicit glo. in l. ædem. quam ibi ſequitur Odofr. Cin. Angel. Salicet. Fulg. & cæteri ſcribentes. Gof. Hoſtien. Ioan. Andr. & Card. in d. cap. propter. & eſt opinio ab omnibus approbata. Sed iſtud non eſt in caſu noſtro, quia huic locatori nulla neceſsitas ſuperuenit. Et pro iſto intellectu facit etiam ratio: nam licet† in contractibus 3
C ſubintelligatur clauſula, rebus ſic ſtantibus. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. tamen talis clauſula non trahitur ad caſum, de quo potuit tempore contractus cogitari. Sed ad eum ſolummodo, qui ſuperuenit inopinanter. l. qui iure. ff. de teſt. mil. Angel. in authen. ex cauſa. C. de lib. præt. Rom. conſi. ducenteſimo nonageſimo quarto. incip. hec confeſsio. Nec obſtat, quòd Bald. in d. l. ædem. de-
D clarans iſtam neceſsitatem exemplificat in exercitio artis lanæ, quia dictum Bald. debet intelligi ſecundum ſupradicta: ne aduerſetur communi opinioni, & ſic quando alicui ſuperuenit aliqua neceſsitas inopinata, puta, quia repentè ob caſum fortuitum factus pauper, ita q. ad toleranda vitam opus eſt cogitare de artificio exercendo, vel ſimili modo, aliter dictũ Bal. non eſt verũ. & contra cõmunẽ opinionem, & ſecundum hunc intellectum optimè verificantur verba ſua, ſi bene videantur.
E Tertiò, facit illud, q. not. Ang. in d. l. ædem. dum dicit, quòd illa limitatio non procedit, quãdo in inſtrumento conuenit de non expellendo conductorem, durante tempore locationis, ad hoc quòd iſta promiſsio aliquid operetur. l. ſi quando. ff. de leg. j. & ſequitur Decius in capitul. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. vbi concludit, vt† verba ope- 4
rentur fieri interpretationem, ne cenſeantur expreſſum, quòd tacitè inerat, & allegat quaſdam alias ſimiles deciſiones. Nec obſtat ſi diceretur, 5
quod† quando ſpecialiter eſt prouiſum ſuper aliquo caſu, nunquam per generalem diſpoſitionem cenſetur illi caſui renuntiatum, ſecundum gloſſ. in l. ſciendum. in princip. ff. qui ſatisdare cogantur. Nam reſponderetur, gloſſ. procedere, vbi ageretur de corrigendo illo iure ſpeciali, quia correctiones legum ſunt odioſæ, aliter diſpoſitio generalis trahitur etiam caſus ſpeciales. l. in fraudem. in fin. ff. de teſtament. milit. per Decium conſil. v, & hoc ſuadet ratio in caſu noſtro: quia ſi
F per generalem diſpoſitionem tolluntur caſus generales, qui nituntur iure communi, & ſic ſunt 6
fauorabiliores, quanto magis debent tolli† caſus ſpeciales, qui facilius tolluntur. l. miles ita. §. ſi. ff. de teſt. mil. & preſertim diſpoſitio. d. l. ædem. quæ eſt odioſa, & reſtringitur, nec extenditur ad caſus ſimiles, vt dicit Andr. Sicul. in d. c. propter. vbi per hoc concludit, quòd illa lex loquens in inquilino, non extenditur ad colonum, & ante eũ idem tenuit Bald. in d. l. ædem. in iij. quæſt. Sed

in caſu

in casu nostro asseritur esse talem clausulam, & A
hoc constabit, si videatur instrumentum extensum
7 per notarium: & † cum sit ex consuetudine nota-
riorum, habetur pro apposita in contractibus. l. fi.
C. de fideiussor. Quarta ratio est, quia requiritur,
quòd probetur ista necessitas pro vsibus locato-
ris, vt dicitur expressè in d. l. ædem. & ibi Bald.
quia sola allegatio non sufficit, nisi etiam sub-
8 sequatur probatio. & in hoc casu † non est licitum B
domino propria auctoritate expellere conducto-
rem, sed debet dari libellus, vt est communis
conclusio post Ioann. Andr. in dict. capitul. pro-
pter. Imò in isto casu non video, quomodo pro-
betur ista necessitas: quia si locator dicit, se velle
exercere mercantiam lanæ, non infert, quòd sibi
sit necessaria apotheca, quia mercantia lanæ non
solet exerceri in apothecis, sed in domibus: aut
vult apothecam, vt deinde vendat pannos, &
tunc talis necessitas potuit ab eo præuideri: ex
quo ipsum eadem apotheca vendebat pannos, & C
licet olim faceret retalium, tamen in se idem est
exercitij genus, & eadem venditio pannorum. l.
negotiantes. C. de excusat. mun. l. si cohortalis. C.
de cohor. lib. xij. vbi Lucas de Penna, & Ioan. de
Plat. notant. & licet exercendo mercantiam lanæ
in domo, sit sibi commodius deinde vendere pan-
nos in apotheca sua, non tamen est hoc necessa-
rium dictæ mercantiæ, & lex concedit locatori
expellere conductorem, non propter commodi-
tatem, sed propter necessitatem inter quos casus D
est magna differentia. gloss. in capitul. solet. in
verb. superiorem. de sentent. excomm. in sexto. &
ibi per Gemin. post alios. cum concordant. per
Modern. in l. secunda. ff. de iurisd. omnium iudic.
Quinta ratio est, quia isti conductores eadem
die, & hora emerunt etiam omnes pannos, &
nomina debitorum ab isto locatore: vnde nisi ser-
uetur sibi integer terminus, non est verisimile,
quòd emissent dicta nomina, vnde non potest is-
ta locatio rescindi. l. si duo. vbi not. ff. de contrah. E
empt. & incumbet onus probandi ipsi conduc-
tori, quod non esset alias conducturus: quia ex quo
fuerunt duo separati contractus, præsumptio est
pro locatore l. plerunque. ff. de ædil. edict. Proba-
bitur autem ex verisimilibus coniecturis: puta, si
communiter non fuisset repertus, qui tantam pe-
cuniam præstaret de illis nominibus, nisi etiam
haberet apothecam, quia non est verisimile, quòd
aliud fecissent isti conductores, quàm in simili ca-
su facturi fuissent, cæteri cauti mercatores. l. cum F
9 de indebito. ff. de probatio. & † ex quo vtrunque
instrumentum est factum eodem die præsumitur
simul, & incontinenti factum, secundum Bald.
in l. duas. ff. de excusat. tut. & facit quòd notat
Bart. in l. in operis. ff. locat. & consequenter est
verisimile, quòd isti contractus vicissim corre-
spondeant. argument. not. in l. si venit. §. final.
ff. de priuil. cred. & licet venditio pannorum con-
cepta sit in personam cognati istorum conductio- G
rum, qui cognatus in continenti iterum ven-
didit istis conductoribus, tamen istud non habet
dicturus ius: quia in effectu inter omnes istos age-
batur, vt ad conductores exactio nominum perti-
neret. Sed ideo intervenit cognatus, vt venditori
magis cautum esset, quia forte locupletior. Et ista
opinio habet in se maximam æquitatem, ne de
facili locatores non seruantes fidem pro-
missam pro malitia sua lucrum conse-
quantur. Et hæc omnia salvo tem-
per meliori iudicio.

CONSIL. XXXVI. SVMMÆ.

1 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repelli exceptio.*
2 *Diuisionis natura & vis.*
3 *Emens fundum feudalem ab eo, qui emit pro se, & quibus daret securus est.*
4 *Emphyteosis ecclesiastica, si sit concessa cum clausula, & quibus dederit, potest alienari inconsulto domino.*
5 *Aequalitas inter fratres seruari debet, maxime in diuisionibus, ne alter alterum decipiat.*

PRima facie fundata esse videretur intentio Andreę agentis ad ista bona emphyteotica, ex quo p̃supponitur quod Mucciolus fuerit in vestitus pro filiis, nepotibus, & pronepotibus suis masculis, ita, quod pars præmorientes ad superstitem deueniret, & accresceret: cum enim iste Andreas sit pronepos masculus, solus superstes ex masculis descendentibus à d. Mucciolo, verba inuestituræ videntur satis esse clara in fauorem suum. Nec obstare ei videtur, quod ista bona in diuisione, facta inter patrem ipsius Andreæ, & Antonium filium Muccioli obtigerint in partem ipsi Antonio, & promissa sit ei euictio à Ludouico cuius Andreas actor est hæres, vnde videretur obstare regula, quod † quem de euictione tenet actio agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. quia respondetur, quod imò tali casu Ludouicus non teneretur de euictione, quia cùm Antonius sciret hæc bona esse emphyteutica, & ea simpliciter accepterit in partem suam, promissio euictionis non habet locum, vbi euictio sequitur ex natura ipsius rei, vt quia linea masculorum descendentium Antonio defecerit, prout fuit in casu nostro, vt est glo. in l. si familiæ. in glo. fin. ad fi. C. famil. ercis. quam ibi sequuntur doc. & licet glo. loquatur, quando res euincitur ab ipso domino directo bonorum emphyteuticorum, tamen idem est si euincatur ab alio, quàm emphyteuta, dummodo euincatur secundum naturam rei, secundùm Bar. Bal. Ang. & Sali. in d. l. si familiæ. & consuluit Alex. consi. xxj. in v. Et ratio est, quia per talem † diuisionem, factam inter habentes notitiam emphyteuseos, non censetur renuntiatum iuri in futurum, ex natura emphyteusis deuoluendo, quin possit superstes admitti excluta ecclesia proprietaria, per l. Paulo Callimacho. §. j. de legat. iij. & firmauit Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres in x. q. ff. de verb. obli. & consuluit idem Bar. consi. lviij. ex themate. & Fed. de Sen. consi. lxxvij. & consi. ccxxviij. cum simil. per Soci. cum simil. per Soci. lxxiij. in iij. Corn. cccv. in iiij. Sed ijs tamen non obstantibus, puto in casu nostro aliud esse dicendum: & suprascriptum Andream tanquam Ludouici hæredem excludendum esse: cùm enim hæc bona in Antonium deuenerint titulo diuisionis, factæ cum Ludouico, cum clausula, ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, & quicquid ipsi placuerit faciendum, dicitur ipse Antonius per talem clausulam habere licentiam alienandi, & sequuta alienatione non potest emptor inquietari, secundum Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. viij. cum quo ibi doct. transeunt, vbi vult etiam si tali casu non sit renuntiatum iuri fideicommissi, tamen emptorem esse securum, quia non debet decipi, qui ab eo emit, qui talis licentiæ prætextu vendere potuit. arg. leg. si cum mihi. ff. de dolo. leg. fin. in fin. de leg. j.

& idem

BIU Cujas

& idem etiam tenuit Bart. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. j. & quòd dicitur de fideicommisso, idem etiam est in bonis feudalibus. vn
3 de videmus eum esse securum, † qui fundum feudalem ab eo emit, qui pro se, & quibus daret concessum habebat. cap. j. de feud. non hab. prop. nat. & facit etiam text. in c. j. §. Titius. si de feud. fuer. contro. qui text. licet loquatur in consentiente alienationi, quæ fiebat in vlteriorem agnatum, tamen procedit etiam in consentiente alienationi, faciendæ in extraneum, secundum Iaco. de Bel. & Bal. & in c. j. quæ fue. pri. cau. benef. amit. & Aret.
4 cons. iij. & idem quòd in feudo procedit etiam † in emphyteusi ecclesiastica, quæ si concessa fuerit cũ clausula, & quibus dederit potest alienari inconsulto domino, vt concludit Alb. de Ros. in l. fi. C. de iur. emphy. Ang. in l. cũ essent. §. j. de ser. rust. præd. Alex. in d. §. duo fratres. char. fi. & cons. clxxxj. viso, & mature discusso. in v. vt est communis opi. secundum Dec. cons. clxiiij. & cons. cxciij. quod ergo operatur ista clausula posita ab inuestiente respectu inuestientis: idem debet operari, quando posita est ab ipsis emphyteutis respectu ipsorum inter se. Nec obstat ratio allegata in contrarium: quia sciendum est, quòd licet gloss. in d. l. si familiæ. teneat euictionem non præstari inter diuidentes, quando res euicta est secundum naturam rei, tamen ille glo. seipsam declarat, vt hoc non procedat quando aliud expresse actum est vel specialiter, & ita etiam tenent ibi doc. & Alex. in allegato consi. xxj. in v. & Corn. consi. cccxxxix. in j. in
D casu autem nostro expresse est actum, quod iste posset vendere, & promissa euictio etiam in illum casum. Fortius putauerim in casu nostro gloss. in d. l. si familiæ. esse limitandam, quamuis enim verum sit tali casu, quando ex natura rei sequitur non præstari euictionem. l. fundum meum. de euict. l. licet placeat. ff. de dot. præleg. tamen fallit non solùm quando expresse, & specialiter actum est, vt suprà dixi. sed etiam si ex coniecturis id actum probabiliter arguatur, vt inquit Dec. consil. septuagesimo
E nono. & consi. ducentesimo sexagesimo septimo, verbi gratia, quando manifesta læsio aliàs induceretur, vt quia bona patris æstimationis essent cuilibet fratrum assignata, videtur hoc casu præstandam euictionem, quia cessat ratio, quòd mutuum periculum suscepisse videantur, quæ fuit opinio Guid. de Suza. quem refert & sequitur Alexand. in d. §. duo fratres. Suadet hoc † & æqualitas, quæ inter fratres seruari debet, maximè in diuisionibus. ne alter alterum decipiat. l. tres fratres.
F ff. de pac. cum iste Antonius esset solus, & alij essent tres fratres, in quibus minimè verisimile erat defecturam lineam. Accedit hoc casu etiam odia coniectura, quæ oritur ex decennali, & longiore possessione istorum emptorum, qui interim non fuerunt molestati. arg. l. pen. vbi gloss. C. communi diuid. Cùm ergo iste Andreas teneatur de euictione, sequitur vt admitti non possit ad vendicationem huius fundi per regulam. d. l. vendicantem. de euict. Amplius illud quoq; dici potest hũc
G actorem ad agendum admitti non posse, quia sibi talis portio non accrescit, sed potius ad ecclesiam, quia illa clausula, quòd pars præmorientis ad superstitem deuenerit, debet intelligi discretiuè in sua cuiuslibet linea, non quod portio Antonij ad lineam fratris sui deuoluatur, vt consuluit Alexã. cons. cciiij. in ij. per rationes de quibus per eum. & certè in iudicãdo semper solet esse maxima auctoritas Alex. maximè cum fuerit etiam opi. Bal. in l. A vnica. C. quando non pet. par. de qua habetur in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl. puto tamen suprascriptas alias rationes esse securiores. Et sic istum Andream excludendum esse, & ecclesiam debere potius recognoscere istos emptores: postquam ipsa ecclesia agendo ciuiliter, non vult inniti odioso iuri caducitatis, sed potius habentem potiora iura inter se inuestire. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

1 *Qui tenetur ad retrouendendum fundum, debet etiam in fructibus perceptis post moram condemnari.*
2 *Petens in libello fundum cum interesse, intelligitur petiisse etiam cum fructibus.*
3 *Renuntians & promittens non petere suum interesse, non solum potest petere fructum, vel vsuras, sed nec rem ipsam.*
4 *Mulier pro alimentis dotalibus, non habet hypothecam in bonis mariti.*
5 *Appellatione interesse veniunt alimenta.*
6 *Fructus regulariter debentur officio iudicis mercenario.*
7 *Fructus per stipulationẽ promissi, debentur iure actionis.*
8 *In obligatione rem restitui, etiam re perempta, succedit obligatio ad æstimationem quanti plurimi, si actor vult, quia fingitur res extare.*
9 *Æstimatio re perempta non crescit.*
10 *Vsucapio non procedit, nisi cum bona fide.*

DIfficultatem modicam casus præsens habet, & non insistendo, vbi non expedit. Breuiter dicendum est, quòd ille, † qui tenetur ad re 1
trouendendum fundum debet etiã in fructibus perceptis post moram condemnari, vt est tex. in l. secunda. in fin. C. de pact. inter emp. & vend. Quod tanto magis procedit in casu nostro, in quo tales fructus sunt per stipulationem promissi, propter clausulam in instrumento comprehensam, qua promittit emptor restituere fundum cum omni interesse. Ista enim verba, importat promissionem fructuum; quia interest istius luere volentis, habere istos fructus, vt est text. in l. loci corpus. §. in confessoria. cum gloss. vbi Bald. Ang. Flor. ff. si ser. vend. & ideo si † quis in libello 2
petat fundum cum interesse, intelligetur etiam cũ fructibus, secundum Bal. in l. si quid post. C. de seruit. sequitur Dec. in rubr. C. de sent. quæ pro eo. quòd int. Quam conclusionem confirmo per aliqua similia. Primò per id, quod notat Andr. Sicul. consil. quadragesimo primo. in j. vol. vbi in eo, qui promisit in † renuntiatione non petere suum in- 3
teresse, consulit quòd non solùm non potest petere fructum, vel vsuras. sed nec rem ipsam: quia & illa compræhenditur in tali promissione. Secundò per id quod notat Corn. consil. xlvj. in iiij. libr. vbi in statuto disponente, quòd circa interesse stetur iuramento damnum passi concludit, quod si ego causa tui obligaui me, & bona mea, & solui, quia fortè vendidi aliquid ex bonis meis, stabitus iuramento meo respectu totius summæ, quia non potest negari, quin hoc interfit mea. Tertiò per id, quod notat Bal. Nouellus in tract. dotis. in vj. parte. in vij. priuileg. in fin. vbi concludit, quòd licet doctores velint, quod † mulier pro alimentis do- 4
talibus non habeat hypothecam in bonis mariti, de qua per Bartol. in l. si cum autem. §. sin autem in fæuissimo. ff. soluto matrimonio. tamen si instrumẽto maritus promisit restituere dotẽ cum

damnis,

damnis, & interesse intelligentur bona obligata, etiam pro alimentis: quia † appellatio interesse veniunt alimenta. Ex quibus concludo, quod licet † fructus regulariter debeant officio iudicis mercenario. l. qui per conclusionem. §. fin. ff. act. empt. l. iiij. C. depos. per Bald. in l. j. C. de vsur. & fruct. Alexan. in l. si marito. §. fin. ff. sol. mat. tamen in nostro casu, cum sint promissi † per stipulationem debentur iure actionis. l. j. C. de iudic. vbi Ias. allegat multa similia. l. iij. §. si rem. vbi gloss. & Bartol. ff. de lega. iij. gloss. in l. non solùm. in fin. ff. de rei vend. facit quod not. gloss. in §. oportet. circa med. in authen. de iudic: vbi expensæ litis, si sunt promissæ per stipulationem, debentur etiam si victus habuerit iustam causam litigandi, secus si non sint ita promissæ, quia tunc debentur tantummodo officio iudicis mercenario, & eam gloss. communiter approbant doct. vt per Ias. in l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iudi. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Quibus sic præsuppositis infero, quod cum fructus debeantur iure actionis, & iste debitor fuerit in mora. & malæfidei, quod debuit in eis condemnari ad æstimationem, quanti plurimi: quia cùm sint ex re mea mala fide collecti, etiam si sint consumpti, tamen debentur perinde ac si extarent in odium morosi. l. malæfidei. C. de condict. ex lege. l. si concubinam. §. non solùm. ff. rer. amot. & quod notat Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. in vj. quæstio. ff. de verb. oblig. in † obligatione enim rem restitui, etiam re perempta, succedit obligatio ad æstimationem quanti plurimi, si actor vult, quia fingitur res extare. l. in re furtiua. ff. de condi. furt. Et ideo non obstat, quod isti fructus debeantur in specie, tanquam ex tali fundo, & præsumantur triennio consumpti secundùm gloss. in l. j. C. si aduer. vsucap. & ideò non debeat æstimatio crescere post triennium: cùm † æstimatio re perempta, non crescat, iuxta gloss. Bartol. & doct. in l. iij. §. in hac. ff. commod. & in terminis ita tenuit Ange. de Aret. in §. si quis à non domino. instit. de rerum diuis. Ludo. Bolog. in additio. ad consilium v. Ioannis de Ana. Curt. consilio lxxij. Nam respondeo, quod argumentum procedit, quando quis esset in bona fide, & licitè fructus percepisset: nam tunc æstimatio non potest crescere post eorum consumptionem, vt declarat Bartol. in l. diuortio. §. ob donationes. in fin. ff. solut. matrim. & in l. eum, qui. ff. de his, quibus vt indi. & ita loquuntur in contrarium allegata, & in primis gloss. in d. l. j. quæ loquitur in vsucapiente per triennium, quæ † vsucapio non procedit, nisi cum bona fide instit. de vsucap. in princip. etiam ita loquitur Ludouicus Bologn. quia in casu suo procurator habebat mandatum, & non erat in mora, vt ibi dicit Ioann. de Anan. ita etiam loquitur Curt. in dicto consilio. & Angel. in d. §. si quis à non domino. Vbi loquitur de fructibus debitis ante litem contestatam, & in membro, quo loquitur post litem contestatam. non facit illam distinctionem: quia tunc esset reus in mora, & procederet regula. l. vinum. ff. si cer. pet. Vbi verò reus malæ fidei possessor in mora, prout in casu nostro tunc indubitanter procedit alia opinio: quia condemnatur respectu æstimationis, quanti plurimi valuit à die moræ per supradicta, & ita tenet Alexand. in d. §. ob donationes. à cuius sententia, tanquam ab oraculo Del Pico, tutum non esset recedere, maximè cùm sit demente Imo. Pau. de Cast. Aret. & cæterorum scribentium ibi. Et hæc omnia salvo semper sanctæ iudicio.

CONSILII XXXVIII. SVMMÆ.

1. *Promissio facta à socero, vel auo alteri coniugum sub conditione, si nupserit, valet.*
2. *Contrariorum eadem est disciplina.*
3. *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
4. *In donatione non præstatur euictio.*
5. *Maritus potest donationem propter nuptias constituere, etiam maiorem dote, si hoc faciat ante matrimonium.*
6. *Spurij sequuntur ventrem, non patrem.*
7. *Spurius licet sit ex patre nobili, tamen est ignobilis.*
8. *Legitimati remanent infamia facti.*
9. *Conditio si sine liberis decesserit, apposita per testatorem nobilem adimpletur, quamuis existente legitimato, & quare.*
10. *Reuocatio legati, debet probari per quinq; testes.*
11. *Verbum volo, verbo infinitiuo adiectum, in ijs, quæ à voluntate nostra dependent, non disponit.*
12. *Reus qui dicit volo confiteri, non dicitur confessus.*
13. *Qui dicit volo contrahere matrimonium cum Titia, non dicitur contraxisse.*
14. *Iudices in dubio, non debent ab instrumento recedere, quia pro eo semper est præsumendum.*
15. *Pro dote semper in ambiguis pronuntiandum est.*
16. *Iudex appellationis in dubio debet sequi iudicem primæ instantiæ, & eius exemplum imitari.*

RVTO triplici capite constitutionem hanc dotis defendi posse: & ideo actionem vxori competere ad eam integrè repetendam. Primùm cum socer conuenerit cum marito, vt maritus ei talem dotem constitueret, & ipse fecerit, videtur legitimè esse factum. Sicut enim valere promissio † à socero, vel auo alteri coniugum facta, sub conditione si nupserit. l. j. C. de instit. & substit. l. vter. ff. de condit. instit. licet non valet inter ipsos coniuges. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verb. oblig. ita & econuersò debet valere promissio per alterum coniugum ipsi socero, vel auo facta, quia † contrariorum eadem est disciplina, & quia tali casu nulla est lex, quæ prohibeat, aut infirmet talem conuentionem. l. iij. §. fratri. de don. inter vir. l. si verò. §. de viro. vbi Lud. Rom. sol. ma. imò lex generaliter dicit licere socero in initio dotis dandæ legem, quàm velit dicere. l. cùm dos. versic. quanquam. ff. de pact. dot. si igitur maritus deinde in executione talis conuentionis constituat dotem, non dicitur donare, sed ex necessitate præcedentis contractus dotem constituere: & ideò talis constitutio irreuocabiliter valet, quia ex necessitate facta, & † in necessitatibus nemo liberalis existit, & ita per hanc rationem concludit Iac. de Aret. & Alber. de Ros. & Raph. Fulg. in l. j. C. de dona. ante nupt. Ray. de Forli. Signorol. Homodeus. Alber. in d. l. si ita stipulatus. §. si tibi. & satis sentit Bald. in d. l. j. in ij. lect. quæ sententia confirmatur, primò, per doctrinam Bartol. & doct. in l. Labeo. ff. de donatio. & in l. ij. C. de euict. vbi licet † in donatione non præsteretur euictio. l. ad res donatas. de ædi. edi. tamen fallit, quando incipit à pacto, seu conuentione, quia tunc non censetur donatio, quia propter necessitatem pacti præcedentis est facta. Secundò, per illud, quòd not. gloss. & docto. in l. quæris. ff. de pac. dot. vbi in initio constituendæ dotis valet pactum, quòd

BIU Cujas

ex post facto non valeret propter prohibitam donationem, & ideo socer, qui mille aureos dotis promittit, ita tamen, quòd maritus tres mille constituat, videtur tanto minus in dote dare propter spem repetitionis amplioris summæ, in casum soluti matrimonij, & non dicitur hæc donatio, quam maritus faciat, sed minoris dotis propter dubium euentum acceptio. d. l. quæris. & gloss. l. penul. eod. tit. Tertiò, quia videmus in simili quod maritus potest donationem propter† nuptias constituere, etiam maiorem dote, si hoc faciat ante matrimonium. l. ex morte. C. de pact. conuen. cum secus sit si post mattimonium hoc faceret. l. cùm multæ. C. de do. ante nup. Inno. & Præpo. in c. fin. in fi. de don. inter vir. & uxo. Quartò, per text. in l. ij. §. pen. ff. si cer. pet. & quod ibi not. Bald. & sequuntur Mod. vbi promissio, quam vir facit de dote ex causa donationis, licet non valeat in ipso matrimonio, d. l. j. C. de do. na. ante nupt. tamen valet si factæ sit ipso dissoluto: ergo idem, si facta fuerit ante contractum matrimonium, prout in casu nostro. arg. l. si sponsus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Quintò, per id, quòd notant Vincen. Abb. & cæteri in cap. & si necesse. in j. not. extra, de donatio. inter vir. vbi licitè maritus dotat vxorem suam: dummodò id faciat ante contractum matrimonium. Vnde licitè potuit socer ita conuenire cum ipso marito, & maritus deinde exequi. Sextò per gloss. in §. accedit in l. vnica. C. de rei vxo. act. Nec obstat regula l. quod sponsæ. C. de dona. ante nupt. quia loquitur in donatione, quæ fit inter personas prohibitas, putà ipsos coniuges: sed socer ipse non est persona prohibita, vnde potuerit hoc pacisci à principio, vt suprà dixi, secus, si vxor ipsa esset hoc pacta, prout etiam dicunt Cano. in d. c. & si necesse. Et ita etiam respondetur ad l. ij. in fin. ff. de donatio. inter vir. illa enim ratio, quòd matrimonia sint venalia, solùm consideratur inter ipsas personas prohibitas, non autem respectu soceri, qui à principio potuit ita conuenire, vt suprà dixi. Secundum caput est, quia (vt dicit text. in d. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. fin. de verb. oblig.) causa cognita sustinetur inter coniuges talis promissio. videtur enim subesse iusta causa propter nobilitatem ipsius puellæ, & ignobilitatem mariti, qui erat spurius, quæ quidem causa est sufficiens, vt ibi dicunt omnes, & est gloss. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. & tradant doctor in l. si diuortio. ff. de verb. obli. Nec obstat, quòd hic maritus esset natus nobili patre, quia istud nihil ad rem, cum † spurij sequantur ventrem, non autem patrem. l. ex libera. C. de suis, & legit. vbi Bald. & Raph. & ideò dicuntur † ignobiles, licet pater sit nobilis, vt dicunt omnes in l. fin. C. de verb. signif. Non obstat, quòd esset † legitimatus, quia tales remanent tamen adhuc infames infamia facti, secundùm Alexand. consilio xxv. in j. lib. Vnde dicunt doctores † conditio *si sine liberis decesserit*; apposita per testatorem nobilem adimpletur, quamuis existente legitimato, quia non videtur de tali intellexisse, seu vili persona, argumento. l. ex facto. §. si quis rogatus. j. ff. ad Trebell. per Ang. in disputat. incip. nobilis quidam genere. Anto. de But. in c. per venerabilem. post Mod. verfic. alius est effectus, extra, qui filij sint legit. Soc. l. Gallus. §. si tius. ff. de libe. & posthu. cum simili. maximè cum ille spurius haberet multa litigia, & multas inimicitias, quas socer habiturus erat, vt eum defenderet. Vnde procul dubio [illegible]

sta causa dotis augendæ secundùm doctores. Tertium est caput, quia posito, quòd hæc esset donatio simplex à marito vxori facta, cùm tamen prædecesserit maritus censetur esse confirmata morte ipsius, secundum l. cùm hic status. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & tradit in terminis nostris Bald. Alber. Fulg. Salic. in d. l. j. C. de donatio. ante nupt. cum simil. Nec obstat, quod aliqui testes dixerint, *quòd maritus protestatus est se velle reuocare dictum augmentum*, &c. quia respondeo, & in primis, quòd oportet hanc protestationem probatam esse per quinque testes, cum enim sustineatur hæc donatio in uim legati. d. l. cùm hic status. d. c. fin. de donatio. inter vir. reuocatio † legati debet probari per quinque testes. l. fin. C. de donatio. caus. mort. Bald. l. fin. C. de fideicomm. Alexan. & Ias. in rubr. ff. de acquir. poss. Præterea dico, quòd per illa verba, *se velle reuocare*, non probatur reuocatio, neque pœnitentia, sed solum primus motus animi in id inclinantis, qui non sufficit, nisi sequuta sit dispositio, quia † verbum, *volo*, verbo infinitiuo adiectum in ijs, quæ à voluntate nostra dependent non disponit, secundùm Bartol. in l. serui electione. ff. de lega. ij. vnde, qui dicit, *volo eligere*, non ideo eligit, sicut & qui dicit, *volo adire hæreditatem*, non tamen adit, secundum Bartol. in l. gerit. de acqu. hæ. sic † reus, qui dicit volo confiteri, non dicitur confessus, secundùm Bald. in l. j. C. de confess. & qui dicit † *volo contrahere matrimonium cum Titia*, non ideo dicitur contraxisse. c. ex parte. de sponsa. c. iurauit. de probat. & qui dicit *volo relinquere centum Titio*, non dicitur hoc solo reliquisse, vt communiter volunt doctores, qui intelligunt text. in l. Pamphilo. §. propositum. de lega. iij. quòd ibi multa alia interuenerant, quæ in casu nostro non interuenerunt, meritò ergo concludo non esse probatam reuocationem, seu pœnitentiam, & ideo standum esse instrumento. Et certè in dubio † iudices non debet ab instrumento recedere, qui pro eo semper est præsumendum, secundum Bald. in l. mater. C. de rei vend. l. ij. C. de rescind. vend. & habetur in l. cum precibus. C. de probat. & maximè in casu nostro, in quo de fauore dotis † agitur, pro qua semper in ambiguis est pronuntiandum. l. j. ff. solu. mat. vbi doct. licut & sapientissimus iudex, primæ instantiæ pronuntiauit, quem in dubio debet, & iudex appellationis sequi, & † eius exemplum imitari. cap. in præsentia. extra, de renunt. Bal. c. cum super. per illum tex. extra, de re iudic. Et hæc omnia, &c.

CONSILII XXXIX. SVMMÆ.

1 *Permutatio est contractus do vt des, & ita res transfertur dominium.*

2 *Quælibet probatio concludens contra principalem, concludit etiam contra eius hæredem, & successorem particularem.*

3 *Ratihabitio non solùm verbis, sed etiam factis inducitur.*

4 *Consensus magis arguitur ex patientia, quam ex simplicibus verbis.*

5 *Certitudo varie arguitur.*

6 *Mutatio non præsumitur.*

7 *Instrumenta etiam ad futura porrigi.*

8 *Non debet fieri interpretatio, per quam subsequens clausula esset superflua.*

9 *Dictio tunc respicit futurum tempus.*

10 *Ex subsequentibus præsumitur à principio, id etiam fuisse.*

11 *Verbis standum est.*

12 *In contractibus non fit subauditio illa rebus sic stantibus, nisi quando lex præsumeret errorem, vel natura contractus hoc inferret.*

13 *Verba generalia non referuntur ad ea, quæ dependent ex testamento.*

14 *Verbum res est generale, & rei appellatione continetur aqua.*

15 *Aqua comprehenditur appellatione rerum immobilium.*

MAGNIFICORVM de Capris fundata est in tertio ex instrumento permutationis, quod facit rem claram, & liquidam. l. fin. C. de reb. cred. c. licet causam. extra. de probatio. Nec obstant, quæ in contrarium adducuntur. Et primò, quod tale instrumentum non releuat, nisi probato dominio permutantium. l. cum res. C. de probat. nam respondeo, quod istud procederet respectu tertij, non autem respectu contrahentium, vel habentium causam ab eis, nam cum † permutatio sit contractus *do, vt des*, manifestè, apparet ex eo transferri dominium l. naturalis. §. j. ff. de præscr. verb. l. fin. ff. de cond. ob caus. do. vnde partes contrahentes non possunt negare, sed dominos cum faciendo talem contractum, hoc asserunt, & hoc satis sentit gloss. & Bald. in d. l. cum res. allegat l. rem alienam. ff. de pign. actio. Secundò non obstat, quod tale instrumentum non probet, nisi quoad contrahentes, nec ratificatio aliorum præsumitur. Bald. in l. ij. C. si ex fals. instr. respondeo, quod probat etiam respectu agentium, seu contradicentium, qui sunt hæredes contradicentis, quia † quælibet probatio concludens contra principalem, concludit etiam contra eius hæredem, vel etiam successorem particularem, vt per Bartol. in l. si superatus. ff. de pign. in l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iud. Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de teste. §. nunc tractemus. in addit. magna. Bald. consilio lxxvj. id est, de iurib. Aret. consilio xxxvj. incip. casus talis. versic. ij. dico. Socin. consilio xj. in iij. Secundò respondeo, quod cùm contradicentes possideant buscum in contracambium datum, satis censentur approbasse illum contractum, quia † ratihabitio non solum verbis, sed etiam factis inducitur l. Paulus. ff. rem rat. hab. præsertim cùm alium titulum possessionis suæ allegare non possint. l. j. C. de rep. hæred. & in simili per Bartol. in l. gerit. ff. de acq. hæred. Tertiò, apparet ex actibus subsequutis, quia Capræ semper possederunt iuxta formam dicti contractus, quod minimè permisissent fratres contrahentium, nisi approbassent contractum. & Bald. in d. l. ij. loquitur in simplici silentio, quod nihil inducit, sed in casu nostro vltra silentium est patientia præstita, ut Capris, vt vrantur aquis, & ex tali patientia † magis arguitur consensus, quàm ex simplicibus verbis, vt dicit in simili Bald. in l. non ignorat. versic. nam in quo habitu. C. qui accusat. non poss. & cum constet præcessisse illum contractum præsumptio est, quod patientiam præstiterint in executionem illius contractus præcedentis. l. j. §. j. ff. de except. rei vendi. l. quædam mulier. ff. de rei vend. & quod habetur in l. qui in aliena. §. si is, qui putebat. ff. de acquir. hære. Quartò, quod ratificaverit apparet, ex instrumento subsequenti, in quo notarius attestatur ad petitionem d. Ioannis, & fratrum de Piolis factam solutionem, quæ dicto, & fratrum, comprehendit etiam d. punctum, facit quod not. Ami. in c. cùm omnes. in ij. not. extra, de constit. & Spec. in titu. de lyud. §. j. Tertiò obstat, dum dicitur, quod non releuat, nisi pro aquis, tunc decurrentibus, & cum non constet, quæ nam nunc decurrent, tanquia incertu non probat, tamen respondetur, quod argumentum procederet † quando incertitudo esset respectu loci simul, & quoræ, quod in casu nostro non est l. ij. §. j. ff. de acquir. poss. quamuis etiam dubium non sit, quod in contractibus potest deduci omne ius, quod quis habet in certis aquis vel rugia. Item, quam sit habiturus l. quod si nulla. ff. de hær. vend. Item certitudo potest statim deprehendi, & ex inspectione, & ex libratoribus. Vnde non potest dici probationem esse incertam, & licet nunc est certa, ita etiam tempore contractus est dicendum, quia † mutatio non præsumitur. l. in finalibus. vbi Bald. & Flo. ff. fin. reg. Fel. in c. cum causam. extra. de probat. Præterea in contractu deductæ sunt etiam aquæ futuræ, & augmentatæ, vt infrà dicam. Quartò non obstat, quod instrumentum deberet intelligi, † respectu aquarum, quæ nunc defluebant. & sic stantibus. l. quod Seruius. ff. de condic. caus. da. & per Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in vi. quæst. ff. de verb. obl. non autem respectu acquirendarum, quia istud videtur absurdum. Respondeo, verba instrumenti sunt clara, quod ageretur etiam respectu acquirendarum, dum dantur aquæ, quæ decurrunt, & per tempora decurrent. Si enim fuisset intellectum solum respectu quantitatis, quæ tunc erat, satis fuisset dicere, quæ decurrunt. vnde † nò debet fieri interpretatio, per quam subsequens clausula esset superflua. l. si quando. ff. de leg. j. Bald. in rub. C. de contrah. emp. in ix. q. gl. in c. solitæ de maio. & obed. Item, quòd ageretur etiam de acquirendis, apparet ex pacto de allargari faciendo rugiam, vt sit capax totius aquæ, quæ per tempora descendet, &c. Item ex alio pacto, *quod Capræ possint vti libere, & in perpetuum aqua, quæ tunc descendet*, &c. ponderando dictionem † *tunc*, quæ respicit futurum tempus, vt in l. iiij. §. j. ff. de condict. & demonstrat. per doct. in l. lecta. ff. si cert. pet. & sic quæ descendet in perpetuum. Item, quòd ita fuisset actum, apparet ex subsequutis, quia quamuis aquæ fuerint tactæ tamen Capræ semper vniformiter omnes possederunt, & † ex subsequentibus præsumitur à principio ita actum fuisse. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. litib. C. de agr. & cens. lib. xj. C. Item non potest negari, quin verba comprehendant etiam futuras, seu acquirendas aquas vnde † standum est verbis. l. non aliter. ff. de lega. ij. præsertim cum qui tradens eas potuerit legem ponere, vt dicere l. veteribus. ff. de pact. Non obstat, quòd promissio debet intelligi, rebus sic stantibus. d. l. quod Seruius, quia respondetur, quicquid sit in alia materia † in contractibus non sit ista subauditio. l. Lucius. cuict. l. sicut. ff. de act. emp. nisi quando lex præsumeret errorem. l. si. §. idem quæsit. ff. de cond. indeb. vel natura contractus hoc inferret. d. l. quod Seruius. & l. quæro. §. inter. ff. locati. quæ omnia cessant in casu nostro. Nec doctr. Bartol. in d. §. duo fratres. in vi. quæst. concludit contrarium, nam ibi illa renuntiatio intelligitur, rebus sic stantibus, quia † verba generalia non referuntur ad ea, quæ dependent ex testamento, vnde clarat ibi Bal. & etiam sentit, in d. l. quod Seruius. in fin. secus in casu nostro, in quo attendimus naturam contractuum, non autem testamentorum. Præterea & secundo respondetur, quod supradicta possent procedere in promissione † per verba de præsenti, sed casus noster habet verba re-

ſpicientia futurum, & indefinita, quo caſu non eſt dubium, quod intelligitur etiam de futuris augmentatis, vt eſt text. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb. præd. vbi omnes ſub. Præterea, & tertiò reſpondetur, quod cum iſta promiſsio ſit viciſſim facta, quia ex parte Piolarum datur aqua ex parte Caprarum vltra buſcum, & pecuniam adſunt, etiam quædam pacta concernentia ipſam aquam, debet intelligi non ſolùm de præſentibus, ſed etiam de futuris auctis, argumento. l. j. & l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſocio. Bartol. in l. ſi ita. in vj. oppoſ. ff. de aur. & argen. leg. & quod conſulit Ang. conſilio ccxcij. incip. in anno Domini. & conſilio cclx. punctus, cum ſimilibus per Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j. ff. de verb. oblig. Quartò reſpondetur, quòd cenſetur actum, etiam de futuris, ſeu acquirendis, ne eiuſdem aquæ diuerſum ius conſtituatur videatur, vt in ſimili eſt caſus, in c. quia circa. de priuil. vbi doc. & quod not. Alexand. conſilio clxxviij. in ij. Quintò non obſt. quòd teſtes Caprarum non dicunt, quòd antequam aqua ad ſollas perueniat, non diuertatur à piolis, quia quicquid dicant teſtes, inſtrumentum eſt clarum, vt ſuprà deduxi. Sextò & vltimò, non obſt. quòd cridæ non videantur militare in iuribus aquarum, vel ſaltem nocere non poſſunt Piolis, ex quo venditio intra annum ſequuta non fuit. Nam reſpondeo, quòd ſi non habent locum cridæ in iuribus aquarum, debent Piolæ contradicentes reijci, tanquam ſua non interſit. l. non ignoras. qui accuſ. c. ſuper his. de accuſ. cum ſimil. Sed quòd cridæ habeant locum, ſi deducitur, quia cridæ loquuntur de alienante rem immobilem, 14 ſed *aquæ* † veniunt appellatione rei, quæ eſt valde generalis. l. j. ff. ſi cer. perat. quòd etiam ſit immo- 15 bilis † apparet, quia moueri non poſsit, nec tolli humeris, niſi per vrceos, & metretas, & de eis, quæ ſic fuerint ablatæ, cridæ non loquuntur, nec etiam nos, & cum cohæreant rei immobili, id eſt, alueo, vel etiam poſſeſsioni debent comprehendi hac appellatione, vt eſt text. & ibi gloſſ. & Ang. in authen. de non alienan. §. hæc ergo. in verbo, aut colonum. Et quòd lex habeat eas pro bonis immobilibus apparet, quia aliàs vſucaperentur triennio, ſicut cætera mouentia, & tamen requiritur longum tempus. l. ij. C. de ſeruit. vbi Bald. Nec obſtat, quòd venditio intra annum ſequuta non fuerit, quia ex forma prouiſionis dato, quòd non ſequatur, tamen cridæ præiudicant omnibus, exceptis creditoribus ponentis. Cætera ſuppleat dominus conſultor.

A ſocine † pro filia. ff. pro ſocio. tali caſu determinatur, dos per ſocium ſemel data, ſi amittatur ſocietatem amplius non teneri, quæ deciſio non videtur vera, ſi id debitum ad ſocieratem ſpectaret, cùm ea teneretur ad omne damnum, abſque ſocij culpa prouenies. l. ſi fratres. §. ſocium. cum ſeq. ff. pro ſocio. Nec ſatisfacit reſponſio Imo. in l. ſi cùm dotem. §. j. ff. ſolu. mat. dicentis id eſſe, quoniam ea obligatione ſocij tenentur vigore contractus ſui, ſeu diſpoſitionis hominis, quæ in primo actu B verificatur. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignific. nam iſtud procederet, ſi diſputaretur ſuper vi verborum, ſed cum teneantur ſocij ad quodcunque æs alienum etiam per multiplices actus contractum non poſſumus dicere, quòd prima tantum vice dos danda eſſet, nec poteſt aſsignari bona ratio differentiæ, cur ſi ego hodie patiar damnum, deinde infra annum incurram, ad idem ſocius meus teneatur, & tamen non ſit idem in damno dotis. Contrariam tamen ſen- C tentiam puto in propoſito caſu veriorem, quicquid enim ſit in ſimplici articulo, an ſocietati omnium bonorum imputetur dos data filiæ ſocij, certè quando eſt data de bonis communibus altero ſciente, & patiente inter fratres, ſeu coniunctos ſanguine, videtur proculdubio actum vt imputetur ſocietati. arg. l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. int. vir. & vxor. & ſequitur Ioan. de Imo. in quodam conſilio incip. in caſu præmiſſo. de pluribus eſt videndum. in iiij. du- D bio. Pau. de Caſt. conſilio ccxx. ad primum reſpondetur. in ij. dub. Soc. conſilio ccxcj. verſic. ſed poſito. Dec. conſilio lxvj. in authen. quod locum. C. de collat. & iſtud maximè procedit in caſu noſtro, in quo aſſeritur quod d. Chriſtophorus obligauit ſe pro dote. Vnde apparet de conſenſu non ſolùm tacito per patientiam, ſed etiam expreſſo. Nec ſcriptura d. Gratia dei habet obeſſe ſuis fratribus, imò nec ipſi ſi erat minor tempore, quo eam fecit, imò ſi conſtet ſubeſſe ſocietatem E omnium bonorum, illa ſcriptura tanquam per errorem facta poſſet retractari, vt habetur per Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. Non obſtat text. in in d. l. ſi ſocius pro filia, quia non videtur quòd perfectè fuerit intellectus à Socino. nam † iuriſcon- 2 ſultus ibi non dubitat, nec quærit an, & quando ſocius teneatur ex natura contractus dotare filiam ſocij, ſed ſolùm diſputat circa vires pacti expreſsè conuenti, quod dos de communi conſtitueretur, & præſupponit Iuriſconſultus ſe loqui in F caſu, in quo circunſcripto pacto dos de communi non fuiſſet conſtituenda, non habito reſpectu, an eſſent ſocij omnium bonorum, an particulares. Quod multipliciter oſtenditur. Primò, quia text. ſimpliciter dicit ſi ſocius, non aliter ſpecificando, & fuiſſet defectiuus, ſi ad quæſtionem illud faceret, & non expreſsiſſet. Secundò, quia textus expreſsè figurat caſum, quando pactum fuit appoſitum, † vnde præſupponit cætera habilia concurre- 3 re. l. qui teſtamẽto. ff. de teſta. c. j. de ætate & qual. G lib. vj. per Mod. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. in notabilibus, hic autem habilitas eſt illa, vt circunſcripto pacto, idem de iure non eſſet, quia fruſtra pactum fuiſſet appoſitum ſi abſq; eo idem fuiſſet, & † lex non debet intelligi de actu fruſtra facta l. 4 iij. §. fi. vt in poſſeſſ. legat. Tertia quia Iuriſconſultus diſputat verbis pacti, & tamen diſputandum fuiſſet ſuper natura contractus, quia etiam, ceſſante pacto, idem fuiſſet. Quarta quia deciſio poſita in verſic. nec ſi prior, non procederet, fruſtra pactum

CONSILII XL. SVMMA.

1 *Societati non niſi ex cauſa debet imputari.*
2 *L. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc. ſenſus.*
3 *Qui exprimit vnum caſum, præſupponit cætera habilia concurrere.*
4 *Lex non debet intelligi de actu fruſtrà facto.*



QVAESTIO præſens tam ſubtiliter, & copioſè diſputata fuit per recentiores doctores, præſertim Alexandrum, Socinum, & alios illuſtres Iuriſconſultos, vt minimè operæpretium ducam, verba de ea facere, verum requiſitus, ſi quid in hac re ſententiam exprimere paucis velim, negare hoc non potui. Et prima fronte videbatur etiam in ſocijs omnium bonorum dotes communiter non cenſeri datas, quia iuriſconſultus in l. ſi

BIU Cujas

pactum idem fuisset ex natura actus, quia regula l. houes. & hoc sermone non procederet tali casu, ut suprà dixi. Quintà quia defuncta in matrimonio filia, dum dicitur quod dos fuisset restituenda societati ex æquitate, hæc decisio non posset procedere, quia in socio omnium bonorum fuisset restituenda, ex regulis iuris communibus, quia tanquam lucrum superueniens fuisset applicandum socio omnium bonorum. l. iij. §. j. & li si quis societatem. ff. pro soc. in socio particulari circumscripto pacto, neque de æquitate erat restituenda, cùm in dote nulla fuisset societas, meritò ergo ille text. solum disputat super verbis pacti supponendo, quod eo circumscripto dos non esset constituenda de communi, quod in socio particulari est regulare, in socio omnium bonorum potest procedere, quando ex aliquibus coniecturis ità actum præsumeretur, meritò ergo illa lex non multum urget in hac materia, & potius facit pro ista opinione quod de communi dos non soluatur, prout ibi etiam notat Fulg. sed vt dixi concludenter nó probat. & error Soc. in illo textu ex copula ortus est, dum ipse legit. & si fortè, cùm omnes codices tã manu scripti, quàm impressi, quos ipse viderim absq; copulà eodem ductu sermonis cum præcedentibus habeant *si fortè*, &c. Si ergo tractaretur simpliciter inter istos socios omnium bonorum an dotes de communi essent soluendæ casus iudicio meo esset dubius, & ego in secreto conscientiæ meæ magis inclinarem in illam partem, quòd de communi non soluerentur, sed quia in casu nostro solutio facta fuit de bonis communibus, & obligatio facta fuit per istum d. Christophorum pro dote, nec vnquam ipse protestatus est, quod intendebat repetere super parte neporum, certè, istis concurrentibus, indubitanter teneo istam secundam opinionem, secundũ quam & consulerem, & iudicarem, & etiam aliàs Medio lani fuit per præstantissimos docto. iudicatum.

CONSILII XLI. SVMMÆ.

1 *Transactio ab vno facta alijs prodest.*
2 *Appellatio in communi causa, ab vno interposita alijs prodest.*
3 *Rescriptum qui vni ex socijs datum est, prodest alteri in communi causa.*
4 *Pactum cum vno factum alteri non prodest. fall.*
5 *Vasallus potest de feudo bona fide transigere, cogiturq; dominus eam transactionem ratam habere.*
6 *Transactio ab vno facta, alijs non prodest regulariter. fall. cum communi.*

MIHI videtur, d. Hannibalem Attellanum admittendum esse ad beneficium transactionis per d. Carolum eius patruum factæ cum d. Ioanne Andrea vicecomite, idq; pluribus rationibus. Primò quia cum lis esset agitata, nomine ipsius Caroli, & cæterorum † fratrum, ipse trãsigens censetur transegisse non solùm super sua portione, sed super tota, & sic etiam super portione d. Hannibalis, vndè gestione ipsa actus etiam ad d. Hannibalem pertinet, licitumq; est ei ratam habere transactionem per regulam. l. iij. C. de rei vendic. & quæ not. doct. in l. si eum seruum. ff. si cert. peta. Nec refert quod eius nomine nihil legerit, qui satis est, quod gestu ipso negotium ad eum pertinuerit. l. si pupilli. verſic. quid ergo. & l. fin. ff. de negot. gest. Secundò, quia cùm causa esset communis, & vterq; ijsdem rationibus, & priuilegijs vteretur † transactio vnius etiam alteri prodesse debet, sicut videmus in appellatione, quæ ab vno interposita in communi causa cæteris prodest. l. j. C. si vn. ex plur. appell. l. si qui separatim. §. fin. ff. de appellat. sicut etiam videmus in rescripto, † quod ad vnum ex socijs datum est, prodest enim etiam alteri in communi causa. l. j. C. de diu. rescript. quod procedit etiam in rescripto delegatorio quoties causa est communis, vt ibi per Salicet. Tertiò, quia licet regula sit quod † pactum cum vno factum alteri non prodest. l. & hæred. in fin. ff. de pact. tamen hoc non procedit, quotiescunque factum est cum vno ex socijs, prodest enim etiam alteri. l. idem in duobus. ff. de pact. maximè si pecuniariter pacisceris interest, vt in casu nostro, quia alias d. Ioannes Andreas non fuisset tutus transactione, ex quo ipse potuisset partem suam vendicare. Quartò, quia dominus Carolus ex forma decreti erat tutor legitimus, vnde respectu portionis ipsius minoris videtur egisse nomine minoris, etiam si hoc non dixerit. l. post mortem. §. j. ff. quando ex fac. tutor. l. Lucius. §. tutorem. ff. de administr. tutor. Felin. c. cum M. Ferrariensis. de constit. alias d. Carolus esset in manifesta culpa, qui rem suam vtiliter gessisset: rem verò pupilli in communi causa damnificasset. §. penult. institut. de oblig. quæ ex quà. contr. Quintò, & vltimò hoc probatur expressè ex inuentario per eum facto, in quo descripsit hæc iura, & satis declarauit mentem suam esse, quod dicta transactio ad vtilitatem pupilli pertineat. l. fin. C. arb. tut. Et hoc tenendo non obstat quod rescriptum principis confirmatorium transactionis emanauerit in fauorem d. Caroli, quia cùm causa sit communis, nihilominùs prodest etiam domino Hannibali. d. l. j. C. de diuer. rescript. & firmat Salicet. ibi, quando causa est communis propter generalitatem dictæ legis, præterea & secundò respondetur, quòd dicta confirmatio non erat necessaria, quia † vasallus potest de feudo bona fide transigere, cogiturque dominus eam transactionem totam habere. cap. j. de contro. inter vas. & ali. & habetur in cap. j. §. rursus. quibus mod. feud. amitt. bona autem fides ex concessione Ducis Ludouici, & possessione paterna per multos annos satis demonstratur, & tenebatur Dux Franciscus illam concessionem ratam habere etiam si nollet esse hæres patris sui, quia Dux Ludouicus habebat hanc facultatem donandi, & infeudandi ex inuestitura Imperatoris vt est notorium, & in ea legi potest. Non obstat, quod regulariter † transactio ab vno facta, alteri non prodest. l. Imperatores. §. fin. ff. de transact. l. iij. in princip. ff. ad legem Falcid. respondeo hoc esse verum, præterquam in causa communi. l. fin. in prin. ff. mand. Fel. c. fedos. de rescript. vel à socio, vel à tutore, & qui loco tutoris sit, secundùm suprascripta. & ita arbitror iuris esse, saluo semper iudicio meliori.

Cons. Arnd. Alc.

CONSIL. XLII. SVMMÆ.

1 *Renouatio non dicitur nouus contractus.*
2 *Concedens in emphyteosim ad nouennium, & successiue de nouennio in nouennium, tot sunt contractus, quot nouennia.*
3 *Dictio renouandum, significat id, quod fieri debet.*

BIU Cujas

ACCEDO & ipse in sententiam D. Cæli, pro cuius maiore dilucidatione distinguendos puto tres casus. Aut enim dictum est, *Loco in emphyteosim perpetuam, renouandam de quinquennio in quinquennium*. & est vnus contractus, & † renouatio nō dicitur nouus contractus, secundùm Ant. de Butr. c. j. extra, de precar. ratio est, quia cùm dictum sit emphyteosim esse perpetuam, apparet renouationem non requiri ad substantiam actus, sed ad probationem faciliorem, alias esset manifesta contrarietas, & ita intelligitur quod not. ibi Anchar. & Imo. dum requirunt declarationem domini, tanquam contractus duret. Aut dictum est, *Loco in † emphyteosim ad nouennium, & deinde in aliud nouennium, & sic successiuè de nouennio in nouennium*. & tot sunt contractus, quot nouennia, secundum Dyn. Oldr. Alber. in l. pluribus. §. de hac stipulatione. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Bald. idem sentit. & Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Alexan. consilio l. in fin. lib. v. & idem etiam tenet Alexan. consilio clxiiij. in ij. vbi sequitur dictum Bal. nisi quando enumeratio temporum esset facta in fraudem, quod non est in casu nostro, nec reperio aliquem, qui in specie reprobet d. Bald. & Dec. consilio ccccxxj. loquitur in casu diuerso, si bene videatur. Aut dictum est, *Loco in emphyteosim ad terminum nouem annorum, & dictis nouem annis reuolutis renouando successiuè dictam locationem de nouem annis in nouem annos, & sic finito nouēnio in aliud nouennium renouandum vsq; ad tertiam generationem*. & iste est casus noster, in quo arbitror tot esse locationes, quot nouennia, sicut & in suprascripto casu, de quo per Dynum, Oldr. Alber. in d. §. de hac stipulatione. imò hic casus videtur clarior, quia verba illa, *vsq; ad tertiam generationem*. reguntur à dictione *renouandum*. Oportet ergo vt præcedat renouatio, & sic nouus contractus. Nam & † dictio *renouandum*, significat id, quod fieri debet propter naturam participij futuri temporis, secundùm gloss. in rubr. ff. de liber. & posthum. debet autem renouari secundùm formam conuentionis de nouennio in nouennium. Confirmatur hæc interpretatio, quia aliàs si vna locatio esset in tertiam generationem, frustrà renouaretur in nouennium, sed sufficeret recognitio simplex, non autem iterandus esset contractus. Nam & verba præsupponunt duos terminos, vnum à quo incipiat locatio, & indicant singulis nouem annis nouam incipere, alium ad quem usque possit produci, seu extendi, & dicunt vsque in tertiam generationem, terminis autem hic posterior substantiam obligationis non respicit, sed diem tantum. l. obligationum fere §. j. de act. & oblig. vnde non impedit, quin singulis nouennijs noua locatio incipiat, quòd secus est in casu Butrij. in d. c. vbi locatio erat facta in perpetuum, quæ dictio pugnat, cum temporali nouennij. meritò nouennij renouatio in casu illo substantiam non respicit. Et ita mihi videtur, &c. *Andreas Alciatus subscripsi.*

CONSILIVM XLIII. SVMMA.

1. *Conducta post denuntiationem rectè dimittit.*
2. *Obligans se facturum restaurum de omni damno, generaliter debet intelligi, qualecunq; sit damnum.*
3. *Dominus debet præstare patientiam conductori, & si conductor impediatur, etiam casu fortuito, debet fieri remissio.*
4. *Contractus ex post facto, sunt necessitatis, tamen superueniente casu inopinato, rescinduntur.*
5. *Colono licet ex iusta causa ac probabili recedere ab inuestitura.*
6. *Bellum, pestis, sterilitas, sunt causæ iustæ finiendæ inuestituræ.*
7. *Quodcunque præter consuetudinem accidit rei locatæ, aliquod damnum, ex quo casu conductor patitur, non tenetur stare conductor locationi, etiam durante casu fortuito.*
8. *Locans rem, intelligitur etiam locasse instrumenta necessaria.*
9. *Per combustionem domorum, videtur mutata facies rei.*

MODICAM præsens casus habet difficultatem, quia est decisus ex forma pacti in instrumento inuestituræ inserti, in quo continetur, *Eueniente † guerra, vel epimidia liceat conductori denuntiare, & relaxare bona pro illo anno, pro quo euenerit dicta calamitas*, &c. quod factum est per ipsos conductores, vt appatet ex denuntia sub die vltimo Febr. 1524. & ponderanda sunt verba pacti dum dicunt. *Pro quo euenerit*. quod verbum præteriti temporis ostendit licere fieri hanc denuntiationem, postquam iam damnum sit incursum, prout fuit in casu nostro, licet antequam venisset dies solutionis, quia ex forma instrumenti fictum anni 1523. quod nunc petitur, non venit soluendum, nisi in Calendis Augusti anni 1524. vnde cùm denuntia sit facta tempore debito, non videtur esse dubium, quin pactum seruari debeat, & istud primum quia clarum non indiget alia allegatione iuris. Secundò in dicta denuntia petitur restaurum, *quia fructus collecti fuerunt à militibus exportati*, &c. quod licet de iure communi non debetur, tamen ex pacto aliud est, in quo vel locator debet accipere partem dominicalem, seu fructus illius anni, vel facere restaurum arbitratu certorum amicorum communium ibi nominatorum, & loquitur pactum, etiam quando fructus sunt separati, quia † generaliter vult fieri restaurum de omni damno, vnde generaliter debet intelligi qualecunque sit, nec recipere restrictionem à iure communi, vt in simili est gloss. communiter approbata. in l. si prior. ff. sol. matr. per Imo. in l. si patronus. in fin. ff. de donat. imò tale pactum debet intelligi, vt addat iuri communi, vt per Ang. in l. ædem. C. de locati. cum similibus. per Dec. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Soc. consilio lxxv. Tertiò, in dicta denuntia petitur restaurum: quia bona non potuerunt culturari, nec seminari, &c. quæ petitio est etiam ipsa iuridica, quia † dominus debet præstare patientiam conductori, & si conductor impediatur etiam casu fortuito, debet fieri remissio. l. ex conducto. in princip. ibi, non totius agri. ff. locati. per Bartol. in l. si vno. §. item cum quidam, in quarto casu. ff. locati. Quartò renuntiatur dicta possessio, & petitur finis inuestituræ attenta combustione domorum morte agricolarum, &c. quæ petitio videtur esse iusta & præmitto, quod licet † contractus ex post facto sint necessitatis. l. ficut. C. de act. & oblig. tamen superueniente casu inopinato rescinduntur. gloss. xxij. quæst. ij. can. ne quis. Bald. Salic. & doctor. in l. fin. C. de num. pec. c. cum inter P. vbi Anton. & Imol. extra, de renuntiat. & certè non est verisimile, quòd partes considerauerint tantum bellum, & pestem futuram in illis partibus, vt vix dicimus quisq; supereſſet. Cōfirmo, quia ex iusta, & probabili

probabili causa licet † colono recedere ab inuesti-
tura l. dominus. §. finis verbo, sine iusta, & proba-
bili. ff. locat. & generaliter quod ex iusta causa li-
cebit recedere à colonia, & finiatur inuestitura, te-
net Ioan. Andr. Host. & alij in c. propter sterilita-
tem. extra, de locato. Alber. de Rosa. in l. ij. ff. de mi
grand. sentit Bart. in l. fi in lege. §. si domus. ff. de
locat. & † quod bellum, vel pestis sit iusta causa
finiendæ inuestituræ, tenet Abb. in d. cap. propter
sterilitatem. sequitur Corse. in repertorio in verb.
locatio, & glos. concilij Basilien. in §. locum. in
titu. de auctor. general. concil. & videtur probari
in leg. si prædium. C. de ædil. actio. Comprobatur
per auctoritatem Ioann. Calder. in consil. v. in tit.
de locato. vbi concludit quod quancunque † præ-
ter consuetudinem accidit rei locatæ aliquod da-
num, ex quo casu conductor patitur, non tenetur
restare conductor locationi etiam durante casu for-
tuito, allegat text. in leg. forma. ff. de censib. Con-
firmatur ratione: nam propter talem casum, si cō-
putentur fructus, deductis impensis, reperietur co
lonus læsus, etiam vltra dimidiam, vnde contra-
ctus rescinditur. argum. leg. secundæ. C. de rescin-
den vend. quæ lex habet locum etiam in hoc con-
tractu, vt per Bartol. leg. si merces. §. vis maior. ff.
locati. Et videtur † esse in consideratione defe-
ctus agricolarum, sicut defectus fundi, quia isti vil
lici sunt instrumenta fundi. leg. quæsitum. §. j. &
pluribus sequentibus. ff. de fund. inst. leg. licet ho
die in partibus nostris loco seruorum successerint
homines liberi, & rescinditur venditio ex defectu
instrumēti leg. ædiles. in princ. & §. vendidi. ff. de
ædil. edi. quia §. illud. ff. loc. Bald. in leg. ij. in fin. C.
de verbor. significat. in casu nostro videtur adhuc
res clarior, quia † per combustionem domorum
videtur mutata facies rei. argum. leg. domum. ff.
de contrahen. empt. nec requiritur denuntiatio,
quæ si facta fuisset non tamen locator potuisset
prouidere. cap. cum olim. vbi doctor. extra, de re
rudic. Et in omnem casum cognitio istarum re-
rum non spectat ad magistratum, sed ad amicos
communes ex forma pacti, in instrumento inue-
stituræ comprehensi.

CONSIL. XLIIII. SVMMÆ.

1 *Omne pactum per se est contractus.*
2 *Substantia contractus in re ipsa versatur.*
3 *Pactum concernens eandem rem, quam contractus propter rei vnitatem, dicitur esse vnus contractus.*
4 *Contractus incontinenti factus, censetur contemplatione precedentis factus.*
5 *Pacta censentur esse pars contractus, in quo apposita sunt.*
6 *Pactum dicitur pars contractus, quando facit iustum pretium ipsius contractus.*
7 *Mutatio concernens modum soluendi tantum, non alterat obligationem.*
8 *Dictio vltra implicat.*
9 *Proprietas verborum, quæ habet locum in odiosis, in pœnalibus attendenda.*
10 *Locatio est contractus bonæ fidei, in quo fit interpretatio ex bono, & æquo.*
11 *Contractus mixti cum principe requirunt exuberatiorem fidem.*

CVM venditio, seu locatio facultatis
vendendi salis fit facta, constituto
pretio solidorum xx. pro sexterio.
& præterea conductores promise-
rint relevare Camerā ab administra

A tore, & illi soluere solidos triginta pro sexterio.
Videtur quod isti sunt duo contractus separati, &
ideo in considerando læsione contractus facul-
tatis vendendi, no debeat haberi respectus ad alium
contractum solutionis faciendæ administratori.
Respondeo: Firmarij, seu conductores ipsi nihil
contraxerunt cum administratore, sed cum fisco:
qui iamdiu ante contraxerat cum administratore,
& illi promiserat dictos solidos xxx. Sed ipsi
B simpliciter promiserunt fisco, quod soluerint di-
ctum pretium salis vltra valorem prælentis incā-
tus, & in instrumento deliberationis incantus,
promiserunt relevare Cameram ab administrato-
re pro dicto pretio. Nunquid autem istud pactum
sit contractus pro se, non est multum laborandū,
quia † omne pactum pro se, est contractus, vt di- 1
cit glos. in leg. j. verb. figuris. in fin. ff. de action.
& oblig. Sed in eo est laborandum, an videatur
contractus correspectiuus, vt vnus videatur fa-
ctus respectu alterius, adeò quod læsio in vno
C consideretur habito respectu ad alium. Et puto
non esse in hoc dubitandum, quod sic, quia non
potest negari, quin pactum sit pars contractus in-
cantus, quod ostenditur. Primò, ex actione inde
oriente quia si Firmarij non soluissent admini-
stratori, potuisset administrator agere contra fi-
scum, & fiscus contra Firmarios, vt eum relevā-
rent, actione ex vendito, id est, ex illo incantu, vt
est text. in leg. ex conuentione. C. de pact. vnde
apparet, tale pactum informari à contractu, &
D esse partem contractus. Secundò, ex actione
competente ipsis Firmariis, pone quod admi-
nistrator noluisset dare sal, nec recipere pretium
ab ipsis Firmarijs, sed diceret, nihil mihi est vo-
biscum, sed solum cum Camera, certè Firmarij
potuissent eum cogere, quia tali pacto sunt con-
stituti procuratores in rem suam à Camera. leg.
fin. §. Titius. ff. de condi. indeb. leg. plane. vbi glos.
verb. suo loco. ff. famil. ercis. no. doctor. in leg. si
actor. ff. de procur. Cùm ergo tali pacto ius sint
E consequuti ex illo contractu, non potest negari
esse tales contractus inuicem respectiuos, & vnum propter alterum factum. Tertiò, ex effe-
ctu inde resultante. Cùm enim fiscus rescinderit
dictum contractum incantus, consequenter etiam
rescidit dictum pactum soluendi administratori,
ergo ex effectu apparet, quod dictum pactum fuit
pars contractus: quia vt dicit Bartol. in leg. iuris-
gentium. §. quinimò. ff. de pact. versic. quæro,
quid si pactum vestitum, tunc pactum dicitur
F correspectiuum ad contractum, quando sublato
contractu tollitur etiam pactum, quia tunc dici-
tur pars contractus, secundùm eum. leg. cum
emptor. ff. de rescin. vend. leg. fin. ff. de acceptil.
Quartò, ex natura rei. cùm enim facultas ven-
dendi sit nulla, si sal ipsum haberi non possit,
quia † substantia contractus in ipsa re versatur 2
leg. in venditionibus. ff. de contrahen. empt. & † 3
pactum concernat eandem rem, quam cōtractus,
satis dicitur esse vnus contractus propter rei vnita
G tem. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. & ideo læ-
sio ex vna parte consideratur etiam respectu alte-
rius. leg. si duorum. in fin. ff. de act. empt. Quintò
suadet hoc regula generalis, Quod † contractus 4
incontinenti factus, secundum regulam l. si ven-
tri. §. fin. ff. de priuil. cred. vbi Bartol. & doctor. &
Raph. Com. consil. cclxxiij. & q. not. Ludo. Rom.
consil. lviij. visis. in princ. And. Sic. consil. v. in j. A-
lexand. leg. si cum dotem. §. fin. solummatr. & cōsil.
xxv. in j. & diffusissime per Curt. Sen. consil. lv. su-

BIU Cujas

par duobus. Dec. clxxxij. Si istud est in contractu æquè principali incontinenti subsequuto, quantò magis in hoc pacto ad contractus materiam pertinente, quod in ipso contextu cõtractus interuenit? Sextò pone, quod extaret statutum, vt de singulis cõtractibus soluatur gabella, nunquid soluerentur duæ gabellæ, vna pro contractu incantus, altera pro isto pacto, quod soluatur administratori? certè vna tantùm, ergo apparet, quod vnus est contractus, quia illa solutio facienda administratori, est quoddam dependens, seu cohærens contractui, vt in simili per Bald. in leg. ij. ad fin. in lect. antiqua. C. de cond. inser. & in leg. cum dotem. C. de iur. dot. Septimò, pone, locaui fundum pro mille aureis, & conueni cum conductore de dando ei boues, & semina, vel instrumentum fundi pro colendo agro alio pretio distincto, certum est, quod hic sunt duo contractus. Primus principalis locationis. Secundus venditionis instrumenti fundi. leg. iij. ff. de loc. an censeantur ij contractus correlatiui, adeò quod valor vnius consideretur habita contemplatione alterius? certè sic, quia si ego non darem tibi adiutorium, minus locassem fundum, sed quia succurro tibi, dando semina, & boues, tu tantò amplius conducis fundum, vt videmus fieri quotidie, & facit text. in l. si tibi secundum vnum intellectum. C. locati. & licet dentur tibi extimati certo pretio, tamen dantur contemplatione contractus, quia tu non emeres, nisi respectu locationis, vnde rescissa locatione, etiam iste contractus esset rescindendus, secundum Bartol. d. §. quinimo. prout in casu nostro rescisso incantu, fuit rescissum pactum soluendi administratori. Octauò, regula est generalis, quod † pacta cẽsentur esse pars contractus, in quo apposita sunt leg. fundi partem. ff. de contrah. empt. quod declarat Iureconsul. in d. leg. iurisgentium. §. quinimò. vt intelligatur in pactis, quæ legem contractui dant, id est, de materia sunt contractus, vt declarant Mod. in leg. in bonæ fidei. C. de pact. vbi Alexand. post Bald. in leg. perens. C. de pact. quod maximè est in casu nostro cum absque salis emptione frustra contractus incantus induceretur, & dicitur tale pactum esse pars pretij, quia cum conuentum sit soluere xxx. solidos administratori, tantò minus soluitur Cameræ. Nec refert, quod factum illud inducat contractum separatum, quia etiam in casum d. leg. fundi partem, erat duo contractus alter emptionis, alter locationis, & tamen vnus est pars alterius. Nono, † pactum dicitur pars contractus, quando facit iustum pretium ipsius contractus. d. leg. fundi partem. versic. si modo. ideò vilius fundum vendidisti, & in dubio fit interpretatio, quod in pretio habitus fuerit respectus ad pactum, vt dicit glo. in d. leg. fundi partem. & est text. in l. si venditor. in fin. ff. de ser. export. l. pen. ff. de hæred. vel act. vend. vnde in casu nostro non potest simpliciter dici, quod pretium locationis, id est, viginti illi solidi habiti sint pro iusto pretio simpliciter, sed considerato pacto soluendi solidos triginta administratori, quos actum est solui vltra pretium locationis. Cùm ergo solutio facienda vigore pacti ipsi administratori, habeat in se onus, dicitur diminuere vtilitatem alterius contractus, ideò eius habenda est ratio, quod onus est, vt aliàs, dixi, non solùm periculi in exigendis debitoribus, sed generaliter respectu inueniendæ pecuniæ, & eius interesse, & respectu omnis periculi, quod potuisset contingere. Decimò, pone, quod sicut fiebat antiquis temporibus, fiscus idem esset administrator, & locasset sal à se dandum pro quinquaginta solidos, certè tunc cessaret omnia difficultas, quia esset vnus contractus. Sed quid refert, quod fiscus respectu triginta solidorum gra uauerit conductores, vt ipsi soluerent administratori? † mutatio enim concernens modum soluendi tantum non alterat obligationem cum hic mutata non sit persona, quia obligatio nulla contracta est inter conductores, & administratorem, sed solùm administrator adiectus solutioni, per regulam leg. Iulianus. §. j. ff. de verbor. obligation. leg. eum qui ita. §. qui sibi. ff. eod. titu. Vndecimo addo, quod apparet ita actum esse ex verbis incantus, quibus dicitur, quòd soluerent pretium salis administratori, vltra valorem præsentis incãtus, & sic vltra dictos viginti solidos, quæ dictio † vltra, stat implicatiuè. leg. cùm ita. vbi Bartol. in fin. ff. de dot. præleg. leg. sic. ff. de legat. iij. Deci. consil. ccxc. vbi concludit, quòd licet quandoque non ster implicatiuè, tamen illud est impropriè, quando subiecta materia non patitur, & ita intelligitur, quod nota. Ang. consi. ccxcij. vel quando constat aliam mentem fuisse contrahẽtium, quod non constat in casu nostro per supradicta. Vnde nulla ratio † est, cur recedamus à proprietate verborum, quæ habet locum & in odiosis, & in pœnalibus. leg. cum lege. vbi Aret. ff. de testam. Cum ergo verba velint solui xx. solidos vltra xxx. perinde est, ac si vnica summa dictum esset. l. solidos, sed facta est diuisio pro reuelatione Cameræ ab administratore, non quod ipsa Camera non teneatur computare læsionem, habito respectu etiam summam soluendam administratori. Duodecimo, & vltimo ex supradictis satis apparet resoluta motiua, quæ in contrarium adducta fuerunt. Vnum tamen non puto omittendum, quod cùm læsio Camerę allegetur à solidis viginti, in solidos xxj. den. iiij. den. x. den. vj. p sextario, videt id detrimẽtum satis esse resarcitũ ex tanta subnẽtione xxx. millium scutorum antequam ponerẽtur possessionẽ per xv. menses, & periculo imminentẽ euidenter, propter quod absterriti sunt alij, ne ad subhastationem venirent, vnde bona fides non patitur rescindi talem locationem, maximè initam cum principe, non solùm cùm † locatio sit contractus bonæ fidei, in quo fit interpretatio ex bono, & æquo. §. actionum instit. de action. sed quia † contractus initi cum principe requirunt exuberatiorem fidem, vt dicit Bald. in extravag. de pac. Constan. versi. si quæ verò. per illum text. verb. bonæfidei, refert & sequitur Iaf. d. §. actionum. Et ita etiam, mens Cæsareæ maiestatis, quæ dictum contractum confirmauit in forma amplissima, quam mentem vti honestati congruam, debuerunt d. Quæstiones exequi, non autem infringere, & sub colore restitutionis in integrum rescindere, ne absterreantur in futurum homines ad negotiandum cum fisco. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLV. SVMMÆ.

1 *Vsusfructus rei donatæ à patre filio per patrem potest remitti.*

2 *Donatio inter patrem, & filium iurata valet.*

3 *Pater potest transferre profectitia in causam aduentitiam.*

4 *Qui per 20. annos posit se pro emancipato, videtur præscripsisse aduersus ius patriæ potestatis.*

5 *Filij ex emancipato nati, non reincidunt in potestatem aui.* A
6 *Auus non habens patriam potestatem in filios emancipati filij, non potest habere nec vsumfructum, qui debetur iure patriæ potestatis.*
7 *Præsumptio in dubio fundatur.*
8 *Pater licentians filium vt possit contrahere, & sibi acquirere, salua tamen manente patria potestate, aliud non est, quam vsufructui sibi patri debito renuntiare.*
9 *Filius habens plenam facultatem disponendi à patre, moriendo videtur tacitè disponere, & filijs suis reliquere.* B
10 *Moriendo quis dicitur velle seu disponere.*
11 *Non est fauendum securitati prouenienti ex priuilegio, plusquam ex iure communi.*
12 *Testamenta sunt iuris publici.*
13 *Testamentum non potest condi per filiumfamilias.*
14 *Pater potest præstare consensum donationi causa mortis à filio, testamento vero non potest.*
15 *Priuati non possunt derogare iuri publico.*
16 *Renuntiatio filiæ in hæreditate patris, non excludit eam à* C
dictis bonis, quando succederet fratri.



VIA in præsenti causa scriptum est per alios excellentes doctores, non repetam, quæ ab eis & subtiliter, & verè sunt dicta, sed solùm insistam circa illum punctum quid iuris patri competat in bonis Stephani filij, qui decessit relictis filijs. Et secundum ius commune cum acquisita ex pecunia paterna censeantur esse peculij profectitij, videretur, quod dimidia pertineret ad patrem, alia verò dimidia pertineret ad filios dicti Stephani iure proprietatis, tanquam propter industriam censeatur aduentitia, vsusfructus verò sit patris. Sed in D
1 casu nostro † videtur ab hoc recessum esse propter donationem, factam à patre ipsi filio, qui etiam remisit ius vsusfructus quod potuit. l. cùm oportet. §. sin autem. C. de bon. quæ libe. nec dubitandum est circa valorem dictæ donationis, maximè exi- E
2 stente † iuramento, quod tollit impedimentum patriæ potestatis, & defectum insinuationis, vt est communis opin. in c. cùm contingat. vbi dixi extra, de iureiuran. Et debet dicta donatio *comprehendere omnia acquisita per ipsum Stephanum, tam ratione proprietatis, quam ratione vsusfructus, hactenus*, id est, *vsq; ad diem donationis peruenta ex lucris, & beneficijs, &c.* quæ clausula est satis clara. Subijcit deinde *etiam omnia iura quæ ad ipsum d. Paulum in posterum etiam spectare possunt, qua vis ratione occasione, vel causa, quæ dici, vel cogitari posset, in genere, vel in specie, & vsque in quamcunque summam, & tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum, ita quod nihil à præmissis penitus excludatur, &c.* quæ verba videntur mihi valde generalia esse, & non pati restrictionem aliquam, quin omnia quæ in futurum sit lucratus, possit sibi habere, licet enim quandoque illa verba quæ habet, vel habere spectat restringantur ex causa præsenti. leg. j. & ij. ff. de statuliber. leg. quod Seruius. ff. de condi. ob eau. da. leg. si vxor. §. diuinis. ff. de adulte. tamen illa tanta generalitas verborum non patitur talem restrictionem. leg. cum Aquiliana. ff. de transaction. & per Rapha. leg. qui Romæ. §. fin. in vj. quæst. Bartol. ff. de verborum obligation. & sentit ibi Bartol. in alia causa, quam testamenti, & facit text. in leg. stipulatio ista quæsitum. ff. de verborum obligation. maximè cum in casu nostro materia subiecta expressum futurum respicit, secundùm Bald. consil. cccl xxxj. quæstio subtilis libr. iij. Alexand. consi. xiij. ponderatis. in iij. & ideò videtur quòd omnia quæsita per ipsum Stephanum vsquè ad diem mortis comprehendantur in dicta donatione, & cùm non potuerint acquiri per patrem, transeant in naturam aduentitiorum, vt est text. in d. leg. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. sicut videmus, quod potest † pater transferre profectitia in causam aduentitiam, vt est tex. in leg. filiæ dotem. C. de collat. & ideò in casu nostro erat concludendum, quod mortuo Stephano, pater haberet in istis bonis omnibus vsumfructum, sicut habet in aduentitijs, quia quamuis ex forma statuti Genuēsis, & etiam de iure communi prima sit causa filiorum, & hæreditas Stephani sit eis deuoluta, tamen est deuoluta ratione proprietatis tantùm, & saluus remanet vsusfructus auo. Sed contra hanc conclusionem obstant duo. Primum est quia Stephanus † per longissimum tempus supra xx. annos, gessit se pro emancipato, vnde videtur præscripsisse aduersus ius patriæ potestatis. leg. ij. C. de præscrip. long. temp. leg. j. vbi not. C. de pat. pot. leg. post mortem. vbi Bartol. ff. de adopt. vnde † filij ex eo tanquam emancipato nati non reincidunt in potestatem aui. §. illud autem. institution. quibus modis ius pat. post. fol. & cùm † auus in eis non habeat patriam potestatem, non potest habere vsumfructum, qui debetur iure patriæ potestatis. §. j. in instit. per quas personas no. acquir. Sed ad hoc respondendum est quod imo isti liberi sunt in potestate aui, quia pater non fuit emancipatus, sed simpliciter licentiatus, id est, concessa sibi licentia à patre contrahendi, & negotiandi, & lucra sibi retinendi, vt apparet ex instrumento donationis, in quo nullum verbum est, quod pater eum dimittit de sua potestate, imò etiam non potuisset, nisi seruata forma statuti Genuensis, & receptis cautionibus, de quibus in statuto. Nec obstat text. in d. leg. ij. & not. per Bart. in d. leg. post mortem, quia procedunt in casu dubio, quando filius vltra xx. annos perseuerauit tanquam paterfamilias & sui iuris existens, vt præsumatur emancipatus, sed in casu nostro non est recurrendum ad † præsumptionem, quæ fundatur in dubio, vt dicit glo. in leg. j. §. accedit. C. de rei vxor. act. in cap. is qui fidem. extra, de sponsa. quia sumus in claro per dictum instrumentum donationis, ex quo apparet, quod non est † emancipatus, sed simpliciter licentiatus, vt possit contrahere, & sibi acquirere, salua manente patria potestate, quod potuit pater facere, quia in effectu hoc nihil aliud est, quàm renuntiare vsufructu sibi debito. d. leg. cùm oportet. §. sin autem, quæ renuntiatio valet respectu filij, verùm, eo mortuo cum bona transeant ad nepotes, qui ipsi non sunt licentiati, sed remanent in potestate aui, non videtur dubitandum, quin auus in istis habeat vsumfructum, sicut haberet in quibuscunque alijs acquisitis ipsis nepotibus, ex quacunque causa. d. leg. cùm oportet. & d. §. j. in instit. per quas personas. Alterum quod obstat, quia ex verbis donationis apparet *patrem consensisse filio, quod posset de dictis bonis, & lucris ad libitum disponere, tam inter viuos, quam in vltima voluntate non obstantibus quibuscunque legibus, præbens ei liberam facultatem disponendi & testandi, &c.* vnde sicut videtur renuntiasse vsufructui casu, quo iste disponeret testando, idem videtur casu, quo moreretur intestatus, & bona ad filios suos iure successionis pertinerent. Et in hoc puncto stat omnis difficultas præsentis consultationis, cū

enim

eadem facultatem disponendi, moriendo videtur tacitè disponere, & filijs relinquere. l. confici[illegible]. Si quis cum nullum. ff. de iur. cod. Iaso. in rub. ff. de libe. & posthum. & consil. cõ. quia † moriendo quis dicitur velle, seu disponere. l. vxorem. §. Scæuola. ff. de legat. ij. vbi Bartol. & in l. centesimis. in fin. ff. de verbor. obligat. quia si disposuisset in extraneum, non posset per talem dispositionem impedire iure sui vsusfructus, ergo idem & multò magis relinquendo proprijs filijs. Sed tamẽ non obstante hac ratione, teneo contrarium, quod imo adhuc vsusfructus ad auum pertineat iure dictæ patriæ potestatis. d. l. cum oporteat, vt sicut si isti liberi quicquam aliunde acquirerent, vel ex bonis maternis, vel ex sua industria vsusfructus ad auum spectaret, ita etiam in istis bonis, in quibus auus renuntiauit vsufructui quoad patrem, non autem quoad nepotes: ne deterior fiat aui conditio in istis bonis prorsus extraneorum, & ne † plus faueamus securitati proueniẽti ex priuilegio, quàm ex iure communi. l. eius militis. §. militia missa. ff. de testa. milit. l. quanquam. vbi doct. C. de testa. mil. Nec obstat ratio contraria: quia in primis sciendum est, quod ista facultas data à patre, vt filij possint testari nõ valet: quia † testamenta sunt iuris publici. l. ij. ff. de testa. & † non possunt condi per filios fam. l. qui in potestate. ff. de testa. & solum potest pater præstare consensum † donationi causa mortis, testamento verò non potest. l. tam is. §. fin. ff. de don. cau. mor. & ideò clausula non obstantibus hoc casu, non operaretur: quia † non possunt priuati derogare iuri publico. leg. nemo potest. ff. de leg. j. l. ius publicum. ff. de pac. & clausula, *qua dat liberam facultatem disponendi*, debet intelligi prout stat, quod ipse quidem possit liberè disponere, si tamen disponat in personam subiectam potestati dominicæ, non impedit, quin secundùm ius cõmune quę ratur dominus: quia istud non est ex eo, quod facultas disponendi sit impedita, sed ex eo, quod persona quæ acquisiuit transmittit in patrem secundum dispositionem legis. d. l. cum oportet. Facit quod no. doct. in l. j. §. veteres. ff. de acq. poss. vbi † renuntiatio filiæ in hæreditate patris non excludit eam dictis bonis, quando succederet fratri. l. quanquam. C. ad leg. Falc. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. c. j. de eo, qui fin. fecit ag. in vsib. seu. ita in casu nostro remissio facta filio de vsufructu, nõ excludit patrem eum vendicantem ex persona nepotum, qui successerunt filio. Et ideo apparet ea, quæ supra in contrarium allegata sunt nihil obstare: dato enim quod moriendo censeatur disponere: tamen postquam dispositum est, nihil obstat, quin res deuoluantur secundum terminos iuris. leg. proinde. §. fin. de stip. ser. cum l. seq. Et ita mihi videtur, &c.

CONSIL. XLVI. SVMMA.

1 *Quilibet dotans mulierem extraneus, censetur donare, & quilibet censetur extraneus, excepto patre.*

2 *Onus dotandi pertinet ad patrem.*

3 *Mater non præsumitur dedisse alimenta filijs, animo donandi illis, quando adest pater, ex quo principaliter ad patrem pertinebat.*

4 *Officium paternum est dotare filiam.*

5 *Auth. sed quamuis. C. de rei vxor. act. limit.*

6 *Mulier minor 25. annis si maiorem dotem marito dederit, quam eius qualitas postulet, tanquam læsa potest in integrum restitui, & id beneficium in hæredè transmitti.*

7 *Pater regulariter non potest diminuere dotem datam, promissam verò potest diminuere secundo marito.*

IN CAVSA dotis illustris d. Leonoræ Cibo principaliter conueniunt de duobus dubitari. Primum dubium est, an Reuerendiss. Cardinalis summam scutorum decem, & octo millium solutam Comiti Illisco, possit auferre à marito vel à fratre? Et sciendũ est, † quod cum aliquis extraneus dotem numerat, censetur ipsi mulieri donare, & extraneus quilibet censetur etiam patruus, & quilibet alius excepto patre, l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. cum ergo censeatur Cardinalis donasse ipsi illustri Leonoræ, non debet amplius admitti ad reuocationem. l. si donationem. C. de reuoc. don. Sed tamen in casu nostro est aduertendum, quia hæc donatio non censetur facta ipsi Leonoræ, sed potius patri suo Laurentio, cuius contemplatione frater eius Cardinalis neptẽ ex eo pro parte dotauit, arg. d. l. doctẽ dedit. ff. de colla. bo. plus enim afficiebat fratri, tanquã propinquiori, quã nepti ex eo, quæ erat remotiori. l. fi. C. de verb. sign. & sic fratri prius præsumitur voluisse donare. arg. l. cùm ita. §. fi. de leg. ij. & quod no. in l. Gallus. §. j. de lib. & posthum. & sic censetur hæc dos profectitia, non autem aduentitia. leg. profectitia. circa principium. ff. de iure do. ibi, quod si quis patri donaturus. Nec obst. tex. in d. §. accedit. quia ibi loquitur quando extraneus non habebat aliũ proximiorem, cui donatũ vellet, id est, † patrem ad quem onus dotandi pertinet. l. fi. C. de dot. promiss. Sicut videmus in † matre, quę, quando adest pater, nõ præsumitur alimenta filijs dedisse animo donandi illis, ex quo pater aderat ad quem principaliter pertinebat. l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de libe. agno. & habetur in l. Nesennius. ff. de nego. gest. & ita in terminis nostris, quod hæc dos censeatur contemplatione patris data, & sit profectitia consuluit Paul. de Cast. cõs. xcvj. si dicta Cornelia in ij. vol. quę refert & sequitur lex. cons. clxxix. in v. Ripa l. in quartã. nu. cxxxix. ff. ad leg. Falc. & idem etiam videtur sentire Bal. in l. fi. C. de dot. promiss. post glo. ibi dum loquitur in aliquo ex fratribus dotante sororem: vt non videatur donare, sed negotia eorũ gerere, pro quo sententia etiam videtur rex. in l. cùm post. §. j. ff. de admi. tut. vbi patruus videtur dotare tanquam curator, nõ tanquã patruus. Et licet Soc. consi. cccxvj. dubitet de supradicta decisione Pau. Cast. tamen est communiter approbata, & eã sequuntur omnes Mod. in d. l. in quartam. Et opin. Soc. potest esse vera in fratribus socijs vniuersorum: tunc enim nomine societatis fecisse videretur, & sic etiam suo nomine dedisse: cum ipse quoque teneretur. l. si socius pro filia. ff. pro socio. & ita propriè loquitur Soc. qui casus est diuersus à nostro: cũ societas vniuersorum bonorũ nulla esset inter Reuerendiss. Cardinalem & d. Laurentium. Et ista opinio aliquanto clarius procedit respectu dotis promissæ per d. Richardã matrẽ propter verba instrumenti, quibus fatetur *se hoc facere, vt d. Laurentio marito morem gereret*: vnde satis apparet eius contemplatione id esse factum & consequenter etiam hanc partem dotis esse profectitiam. l. si deplures. §. in arrogato. ff. de vulg. d. l. profectitia. sed cùm enim officiũ paternũ sit dotare † filiã. d. l. fin. C. de dot. promiss. leg. qui liberos. de ritu nup. si mater id faciat videtur se succedaneam obligationi paternę præstare, & eius contemplatione

dare,

dare, prout dicunt Mod. in d.l. in quartam. & sentit Bald. in l. quoniam nouella ij. oppo. C. de inof. test. Secundum dubium est, an potuerit illustris d. Laurentius minuere dotem primo marito constitutam. Et cum supra sit cõclusum, quod ista dos sit profectitia, & reuertatur ad patrem iure potestatis patriæ consequens est, vt liceat patri eam diminuere: quia text. in † auth. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. & in §. quia verò, in authentica, de æqualita. dot. habet tres notabiles limitationes, quæ videntur in casu nostro procedere. Prima est, quãdo substantia patris aliqua fortuita clade decreuerit, vt ibi dicitur in textu, quòd etiam proponitur contigisse in casu nostro, qua in re quę est facti, remitto me probationibus faciendis. Secunda limitatio est, quando filia inconsulto patre transiuisset ad secunda vota, per leg. si vt proponis. ij. C. de nuptijs, & nupsisset marito non digno tanta dote, secundùm Salic. in d. authen. sed quãuis, censetur enim pater moueri bona ratione, qui noluit tantam dotem dari marito ea non digno, & ideo tali casu potest eam diminuere. arg. leg. si filius eius. ff. de rit. nup. pro qua ratione adduco. quia nos videmus, quod † mulier minor xxv. annis, si maiorem dotem marito dederit, quã eius qualitas postulet, tanquã læsa, potest in integrum restitui, & id beneficiũ in hæredẽ trãsmitti, iuxta leg. j. vbi doctor. C. si aduer. dot. vnde multò magis hoc videtur dicendum in patre antequam dederit, vt non teneatur dare id, per quod esset restituendus in integrum, iuxta supradicta. Tertia limitatio est quam ponit glo. in d. auth. sed quamuis, & est vtilis respectu promissionis, factæ per dominam Ricardam. Inquit enim glo. quod † dotem datã regulariter diminuere pater non potest, dotẽ verò promissam potest secũdo marito diminuere, per leg. quoties. versi. planè. ff. sol. mat. quam ibi sequuntur Cyn. Odofre. & Alexand. in apostil. Bald. & licet Dec. consi. xxxv. responderit cõtrarium post Curt. cõsi. xxvij. Ias. l. filia. C. de leg. Ang. & Ias. in §. fuerat. Inst. de act. tamẽ nõ est recedendum ab illa glo. quæ optimè probatur in d. leg. quoties si enim potest pater alterare naturam restitutionis, vt ibi dicitur, multò magis debet posse imminuere, nec Sal. in d. auth. sed quamuis, versic. quartò hoc negat. neque Cin. Et ideò illa glo. videtur communiter approbata & rationes Dec. parum vrgent. Et (si opus erit) illis diffusiùs respondebitur. Et hæc omnia saluo, &c.

CONSIL. XLVII. SVMMÆ.

1 *Confessionem reuocandæ probandus error.*
2 *Exceptionem non numeratæ dotis, veritate & geminatione tolli.*
3 *Procuratorem varie censeri, idq; ex re dignosci.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem propter vim iuramenti debet obseruari.*
5 *Donationes etiam iuratæ, ex causa irritæ sunt.*
6 *Iuramentum habere debet tres comites, veritatem, iudicium & iustitiam.*
7 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus.*
8 *Satis est quoquo modo voluntas appareat.*
9 *Legatarius acceptare debet legatum; cum suis qualitatibus.*
10 *Demonstratio minor, non perimit præcedentem dispositionem.*
11 *Ex eo quod est factum præsumitur quid partes egerint.*
12 *Dotem recipiens tenetur ad onera matrimonij.*
13 *Iure communi in sponsalibus secuto osculo, mulier lucratur dimidium donationis, celebrato verò matrimonio lucratur totum.*

IN presenti causa d. Marchionissę Padullæ aduersus hæredes illustris d. Artalis de Cardona, circa tria tempora est principaliter insistẽdum. Primum est à tempore contractorũ sponsaliũ anno 1524. cũ per prefatã Marchionissam, & eius baiulum, seu curatorẽ tradita est dos ipsi d. Artali ducatorum 20000. vel circa, respectu cuius summæ nõ videtur mihi subesse probabilis difficultas propter confessionem † ipsius mariti cum auctoritate curatricis, etiam multoties iteratam. Et licet nuperrimè dicti hæredes venerint aduersus dictam confessionem. tamen ad eos pertinebat probare errorem dictę cõfessionis, iuxta no. per Bar. in l. non fatetur. ff. de confess. Quod adeò ab eis non est probatum, vt potiùs ex parte Marchionissæ probata sit † veritas confessionis, quod dicta pecunia ex mensa argentaria Barcellonensi, & Neapolitana peruenit ad dictum maritum: vnde casus redditur clarus, & exceptio non numeratæ dotis non habet locum, de qua in l. iij. cum auth. seq. C. de dot. cau. non num. Maximè cum interuenerint iteratæ confessiones. l. in contractibus. §. super cæteris verò securitatibus. C. de no. nu. pecu. Secundum est tempus respectu redituum à die sponsaliorum vsq; ad diem celebrati matrimonij anno 1531. id est septem annorum, quo tempore probatũ est redituum ascẽdisse ad tres mille ducatos singulis annis, sicut est probatũ dictum eruditum exactum fuisse per prefatum d. Artalium, seu matrem curatricẽ, &c. Nec obstat quod in articulis sit dictum, † ipsam matrẽ exegisse tanquam procuratricem, seu administraticem ipsius Marchionissæ: quia, cum ex instrumento dotali appareat *id ius in ipsam socrum translatum fuisse, tanquam in baiulam, & curatricem ipsius domini Artalis mariti*, illa verba *procuratricem*, &c. intelliguntur non de procuratrice simplici, sed de procuratrice in rem suam id est, tanquam procuratricem ipsius mariti. l. fin. §. Titius. ff. de cond. inde. l. iij. ver. suo loco. ff. fami. ercis. præsumitur enim socrus exegisse ex tit. præambulo. l. qui in altera. §. si is, qui putabat. ff. de acq. hęr. vbi doct. Quod maximè dicendũ in tutore, vel curatore. l. post mortẽ. §. j. ff. quãdo ex fac. tut. Cor. consi. xxvij. in ij. cum simi. Sed obstat petitioni ipsius Marchionissę: quia videtur quod ipsa fecerit donationem marito de dictis reditibus, & quidem iuratam etiam cum auctoritate iudicis: vnde talis † donatio, quamuis inter vir. & vxo. propter vim iuramenti deberet obseruari secundùm magis communem opin. Bart. in l. pacta quæ contra. C. de pact. vbi Ias. in c. cum contingat. extra, de iureiu. sed ad hanc obiectionẽ respondetur tribus modis. Primò, quod satis † appareat illam puellam tunc fuisse circunuentã, tum ex qualitate personæ ipsius, tum quod nemo aderat ex consanguineis puellæ, tum quod non fuerat causa tãm immoderatæ donationis vnde decretum iudicis est ipso iure nullum. leg. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eo. & iuramentum illud tanquam dolo partis, & metu socrus factum non tenet. d. cap. cum contingat. verb. fine. ul. & dolo sponte præstita, vnde saltem in tali casu concedenda est absolutio tanquam lex contractum, reprobet in odium ipsius accipientis, vt tenui in d. l. pacta quæ contra. ita indistinguendo contrarias opi. & renuit Bal. in d. cap. cum contingat. in fi. Car. cle. j. de iureiu. Pau. Cast. cõsi. lxiiij. sup isto Cur. Sen. cõsi. lxvj. Et certè ex lectura instrumenti satis

BIU Cujas

6 satis apparet, quod tale iuramentum † non habuit tres comites veritatem, iudicium & iustitiam, de quibus xxij. q. ij. animaduertendum. & in cap. & si Christus. de iureiu. maximè stante confessione Artalis in testamento, de quo infrà. Secundò respondetur, quod talis donatio censeatur habere tacitam conditionem ex natura actus, nisi donans superstes fuerit. l. à marito. C. de donat. inter vir. & † iuramentum regulatur secundum naturam actus. leg. fin. C. de non num. pe. vnde in casu nostro dicendum est talem donationem non obstante iuramento esse resolutam, vt consuluit Bald. consil. xxix. in ij. Dec. consi. ccxl. & dclix. Card. Paris. consi. lxxxvj. in iij. vol. quam sententiam & ego sequi, quando nulla fuit affectio vxoris erga hæredes mariti, vt quia non filij communes, sed alij extranei ipsi donatrici successerint, prout fuit in casu nostro, argum. leg. ij. ff. de pacto dot. Tertiò respondetur quod difficultas cessat propter verba testamenti ipsius d. Artalis qui remisit vxori talem donationem iuratam, quod facere potest. cap. ij. extra, de sponsa. & putauerim valere talem remissionem, etiam si facta sit in minus solenni voluntate: satis enim est quod quoquo † modo voluntas appareat. l. fi. ff. de reb. eor. quamuis etiam ea, quæ opponuntur dicto testamento, sunt satis leuia, & sublata per aduocatos. Fortiùs obstat, quia dicto testamento dicitur, quod ipsa vxor fecerat donationem certæ quantitatis ascendentis ad summam ducatorum xij. millium cõtemplatione, & instigatione ipsius testatoris: vnde recognoscẽdo veritatem declarat se nolle, quod dicta donatio valeat, sed iudicatur perinde ac sic nunquam facta esset pro exoneratione conscientiæ suæ, &c. vnde videretur quod ex hoc capite possent peti dũtaxat xij. millia aureorum, non autem xxj. millia, vt teneatur hęc † vxor acceptare legatum cum suis qualitatibus, iuxta leg. Aurelius. §. idem quæsijt. vbi Bartol. ff. de lib. leg. Sed ad hoc respondetur, quod cùm prius legauerit ei omnia iura dotalia secundum formam cautionum suarum: & in cautione prima sponsalium esset comprehensum, vt totus reditus esset dotalis, satis apparet id eum egisse, vt integra summa restitueretur: & quamuis deinde expresserit quantitatem xij. millium aureorum istud est ex opinione sua, quæ non restringit veritatem. leg. si ita stipulatus fuero hanc summam. vbi glo. in verb. maximè. ff. de verb. oblig. al legat. l. institutio. ff. de condi. insti. & cum dixerit se velle donationem esse nullam, & per viam demonstrationis dixerit esse millium, ista † demonstratio minor non perimit præcedentem dispositionem. l. quidam. in princ. ff. de leg. j. & reg. generalis in l. demonstratio. ff. de cond. & demo. facit l. si venditor hominis. ff. de act. empt. & cùm se referat ad cautiones dotales, illæ debent attendi, quamuis numerus referens non concordet, vt in simili per docto. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. vbi dixi. Dec. c. ij. de resc. & consil. lxiij. in ij. dub. arg. not. per Bar. in l. Sempronius. ff. de leg. ij. Tertium tempus est, à die contracti matrimonij per verba de præsenti vsque ad annum 1526. quo decessit præfatus do. Artalis, & sic respectu quinquennij, & videretur mihi, quod fructus interim percepti etiam ipsi censeantur esse dotales propter verba primę cõuentionis, in qua quater repetitur *quod fructus augeant dotem, qui percipientur vsque ad diem consumati matrimonij*, quæ verba propriè intelliguntur de consumatione, quæ fit per cõpulam carnalem. cap. ex publico. vbi glo. de conuer. con-

A iug. & est text. in §. iuxta hæc. xxvij. quæst. ij. cap. cum initiatur. & tradit Abb. in consi. v. & Fel. in c. tertio loco. extra, de præsump. & in rub. extra, de spon. & ita etiam videtur partes intellexisse: quia post contractum matrimonium de præsenti nihilominus per illos quinq; annos subsequentes semper d. Artalis cum curatrice sua recepit fructus eo modo, quo priùs solebat, vnde ex eo, quod est factum præsumit, quid partes egerint. leg. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mac. leg. litibus. C. de agri. & cen. lib. xj. facit l. si filium. C. de pet. hær. Nec obst. quod dicto tempore Marchionissa quandoq; subscripserit mandatis, & donationibus, &c. quia quamuis ipsa cessisset tale ius marito, habebat tamen in sua persona iura dicta, per quæ potuisset exigere, iuxta leg. iij. C. de nou. licet ipsa fuisset de inde obligata erga cessionarium, vt habetur in l. si. ff. de transact. leg. facta. §. si hæres. ff. ad Trebell. sed in casu nostro apparet, quod hæc mandata, & donationes factæ sunt sub sigillo ipsius curatricis. C & ad vtilitatem seruientium ipsi marito, non autem Marchionissæ, & ideò ex his non infertur reuocatam fuisse administrationem huius curatricis. Et etiam si aliquid hoc nomine datum fuisset seruitoribus Marchionissæ, tamen imputandum esset ipsi d. Artali † ad quem pertinebat sustinere onera matrimonij: cùm dotem recepisset. leg. iiij. ff. de pact. dot. & quod habetur in leg. fin. in prin. ff. de dol. excep. Circa verò antifactum, seu tertianam, puto eam deberi respectu omnis summę trium temporum, D quia verba primæ conuentionis sunt clara *quod debeatur casu, quo dissoluatur matrimonium morte Artalis*, qui casus euenit, & etiam hoc satis cõcordat cum † iure communi, vbi in sponsalibus sequuto osculo mulier lucratur dimidium donationis, celebrato verò matrimonio lucratur totum. l. si à sponsa. C. de dona. ante nup. multò magis in casu nostro, in quo præsupponitur per quadriennium in eodem ciuili dormiuisse, qua tamen in re potissimùm ad consuetudinem est respiciendum, secundùm Abb. in d. cõsi. j. Bal. ccccixvij. E in iiij. & quod not. Soc. in leg. cum fuerit. in fin. ff. de condi. & demon. & (quicquid sit) verba conuentionis sunt satis clara, maximè cum ista non sit propriè donatio propter nuptias, vt declarat Paul. de Castren. consi. cccxlv. cap. bona quæ fuerunt. in j. volu. in nouiss. Et ita mihi videtur semper saluo saniore iudicio.

F **CONSIL. XLVIII. SVMMÆ.**

1 *Venditor habens facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè versus emptorem, nec liberatur soluendo interesse, sed præcisè debet rem dare.*

2 *Hæres succedit in omnibus obligationibus, tam actiuè, quã passiuè ipsius defuncti.*

3 *Testator si tenebatur præcisè, & ipse hæres tenetur præcisè.*

4 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

5 *Ius exceptionis transit ad successorem particularem.*

7 *Testator si legat rem ipsius hæredis tenetur hæres legatario ipsi præcisè, litet dominium non transeat talis su-*

AGENDO paucis arbitror veram esse illam cõclusionẽ, quod Ser Philippus tutus sit exceptione aduersus Sigismundum hæredem Ludouici. Moueor per † regulã generalẽ quod 2 venditor

venditor habens facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè versus emptorem, nec liberatur soluendo interesse, sed præcisè debet rem dare. gl. Bart. & Docto. in l. j. ff. de act. emp. per Moder. in lege, certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. Moueor etiam, quia hæres † succedit in omnibus obligationibus, tam actiue, quàm passiuè ipsius defuncti. lege, ij. §. ex his. ff. de verbo. obli. & habetur in lege, pacto successorum. C. de pact. & sicut testator † præcisè tenebatur, ita etiam ipse hæres, vt habetur in l. postulante. ff. ad Treb. Cùm ergo Ludouicus vendiderit Annibali, & Annibal Ser Philippo, qui in eius locum, & iura successit, sicut potuit agere contra Ludouicum, ita & contra Sigismundum, & sicut contra Ludouicum vendicantem esset tutus exceptione, quia † quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio vulg. lege, vendicantem. ff. de euic. ita & contra Sigismundum eius hæredem, potestque dictus Ser Philippus omnes exceptiones opponere, quæ Annibali auctori suo competebant, tum quia ius exceptionis etiam ad successorem particularem tranſit, vt habetur in l. etiam si in rem. ff. de iureiur. tum quia venditiones, hodie fiunt per instrumenta, in quibus ponuntur cessiones omnium virium, competentium datori, vnde transeunt etiam actiones, nec tali casu procedit re gula l. j. §. si hæres. ad Tre. & l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. prout probatur in l. si res quam à Titio. ff. de euict. per Bart. Alexan. Iaſ. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. ob. Nec ob. quod dictus Sigismundus actor habeat ista iura, non tanquam hæres Ludouici, sed iure proprio, ex acquisitione facta à Bernardino titulo cuiusdam cessionis: quia respondeo, quòd nihil refert, quo titulo habeat Sigismundus, quia etiam, quod res esset sua propria, potuit Ludouicus rem illam vendere. l. rem alienam. ff. de act. empt. teneturque Sigismundus hæres ratam habere talem alienationem, vt per Bart. in l. cùm vir. ff. de vsucap. quod & probatur tribus rationibus. Prima per tex. in l. j. in prin. & seq. ff. de excepr. rei vend. vbi est casus, quod talis emptor tutus est exceptione aduersus hæredem, etiam quod res fuisset propria hæredis: nec vnquam fuisset in bonis venditoris, vnde multò magis in casu nostro hoc est dicendum, quum aliquo tempore fuerit testatoris, & ipse haberet ius luendi à dicto Bernardino. Secunda, qui idem videmus in testamentis, in quibus † si testator legat rem ipsius hæredis tenetur hæres legatario ipse præcisè: licet dominium non transeat tali casu. l. si hæredis seruus. ff. de leg. primo. & si legatarius rem habeat tutus est exceptione aduersus hæredem eam vendicantem. de quo per Bal. lege, prima. C. comm. de leg. per Mod. in l. j. ff. de leg. primo. Tertia, quia (vt in facto asseritur) iste Sigismundus in transactione facta cum aliis hæredibus promisit soluere omne æs alienũ testatoris, & attẽdere ad omnia ad quæ ipse Ludouicus tenebatur: vnde orta est exceptio taciti pacti ipsi Ser Philippo, quamuis absenti. lege, ij. vbi omnes notant. C. de pact. & ita sufficiant in petitorio. quia de possessorio non sum requisitus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLIX. SVMMÆ.

* *Sterilitas est casus valde insolitus, & non videtur comprehensus per generalitatem verborum pacti, quod Conf. And. Alc.*

1 *Conductor suscipiens in se casum, aduersamq; fortunam, de sterilitate non tenetur.*

2 *Iuramentum non operatur vltra consensum.*

3 *Ille dicitur casus insolitus, de quo verisimiliter non fuit cogitatum, vt quia euenerit præter cogitationem prudentis viri, vel qui non solet communiter contingere.*

4 *Incogitatus casus, quis intelligi debeat.*

5 *In exceptionibus, & limitationibus, fit extensio ex identitate rationis.*

6 *A contractu non perfecto, licitum est per pœnitentiam recedere.*

7 *Multiplicatio verborum, non alterat dispositionem iuris.*

8 *In contractibus bonæ fidei initis cum republica, attenditur ad æquitatem.*

9 *Pactum contra substantiam contractus, non valet.*

DElib. rationis instrumento vis gabellæ ciuitatis Rauennæ & pactis consuetis apponi, licet prima fronte ex rigore iuris casus, visus sit mihi periculosus, tamen attenta æquitate, nolui detrectare quin pauca hæc scriberem ad informandam conscientiam magnificorum dom. Iudicum. Omissa itaque disputatione ad partes, quæ in hoc casu possetival dè copiosè fieri concluſiuè loquendo, videretur concludendum præfatos emptores, seu conductores gabellarum, non posse cogi ad obseruandum conuenta in dicto instrumento, idque principaliter duabus rationibus. Prima est, quia † sterilitas præsentis anni est casus valdè insolitus: & ideò non videtur comprehensus per generalitatem verborum dicti pacti: quia conductor suscipiens in se casum, aduersamque fortunam de tali † casu non tenetur secundùm Bartol. & communiter scribentes in lege, sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. per textum in lege, fistulas. §. frumenta. in verbo, immoderatè. & contra consuetudinem tempestatis. ff. de contrahen empt. & cum Bart. ibi transeunt magis communiter docto res, & sequutus est Alexan. consilio xxviij. in secundo dubio. in j. volum. vbi consuluit conducto rem non teneri de casu siccitatis insolitæ, & iuramentum: quia de tali casu non intelligitur cogitatum, & † iuramentum non operatur vltra consensum. & idem tenet Alexan. consil. cviij. lib. iij. Soci. consilio cxxiij. circa præsentem. libro iiij. Ioann. Firmia. in tracta. de gabellis. in ij. parte. q. xxv. & dicitur † casus insolitus de quo verisimiliter non fuit cogitatum, vt quia euenerit præter cogitationem prudentis viri: licet forte à prudentissimo, potuisset præuideri, secundùm Corn. consil. xij. lib. iiij. Vel qui non solet communiter contingere, secundùm Alexan. dict. consil. cviij. Veluti pluuia insolita, de qua cogitatum non præsumeretur, quia rarissimè in regione soleret euenire prout in casu nostro contigit, & firmat Cor. conſ. clxxxij. in hac consultatione lib. iiij. & facit, text. in d. §. frumenta. verbo, si immoderatè fuerunt. Nec obstat, si dicatur, quo in casu nostro conductor videatur susc episse etiam periculum casuum fortuitorum insolitorum propter generalia verba, &c. quia respõdeo primo, quod hoc nõ est verum: quia verba illa siccitates consuetas & non consuetas, referuntur duntaxat ad dictionem siccitates immediatè præcedentem, non autem ad dictionem pluuias, & alia verba remotiora. lege, qui fundum. ff. de contrahen. emptio. lege, si ita quis. ff. de verbo. obligat. habetur per Bart. & doct. in lege, si stipulatus.

BIU Cujas

§. Chrisogonus. de verb. oblig. Alexan. consilio ccxiij. in j. & consil. 4. in iij. Secundò respondeo, quod etiamsi conductor expresse suscepisset periculum casus non præuisi, & incogitati, tamen adhuc non teneretur de hoc casu insolito, secundum Corn. in consi. xxiij. lib. ij. quem refert & sequitur Franciscus de sancto Nazario in tract. de peste. & ibi, defendit hanc opinionem ab obiectionibus contrariis: quia illa verba, † incogitati, intelliguntur secundum præsentem statum, non autem de casu, qui etiam prudentem virum fallat. Nec obstat, quod in pacto expressim sit cautum, quod non possit peti remissio exceptis duobus casibus Guerræ, & pestis, quia respondeo exceptione istorum duorum casuum, non tamen excludi istum alium, qui de iure communi comprehendebatur, de quo partes aliàs non cogitarent, vt est tex. in ca. ad audientiam. de cleri. non resid. facit regula, quæ habet, quod in exceptionibus, [illegible] hoc extensiue exponitur ratione eius ca. quo dicta de confirma. vti. lege, iis solis. in fin. C. de reuo. don. per Bart. & doct. in l. si constante. ff. sol. mar. quod procedit etiam si talis dispositio habeat dictionem taxatiuam. l. ob res. C. de præd. min. & ideo l. fin. C. de reuo. dona. quæ certis ex causis tantum ius reuocandæ donationis tribuit, extenditur etiam ad casus similes, vt ex eadem æquitate sit locus reuocationi, vt ibi per doct. & per glo. Alexan. & alios in auth. non licet. C. de lib. præte. Secunda principalis ratio est, quia in fine pactorum est adiecta clausula, quod acceptantes dictas gabellas, non intelligantur eas acceptasse, nisi adimpleant omnia suprascripta, &c. Ex qua clausula apparet, quòd contractus nunquam est habitus pro perfecto ex simplici instrumento deliberationis, nisi postquam gabellarius adimpleuerit, &c. Si ergo non adhuc adimpleuit licitum est ei pœnitere, quia † à contractu non perfecto, licitum est per pœnitentiam recedere, vt per Bart. Bald. Paulus de Cast. in lege, contractus. C. de fid. instrum. & per Bart. consi. xliij. viso. l. cum res. C. de probatio. vbi Paulus Cast. iuncta ibi glo. j. Nec obstat, quod talis clausula sit adiecta in fauorem ipsius communitatis, seu venditorum. & ideo non debeat retorqueri in contrarium effectũ. lege, quod fauore. C. de legib. quia ad hoc respondet Iurisconsul. in lege, si vina. ff. de pericu. & commo. rei vendi. sicut venditores non cogerentur inuiti absque dicto pacto possessionem, vel quasi, gabellario concedere, ita æquum est ne & ipse gabellarius cogatur accipere. Nec dicatur suprascriptã interpretationem esse contra generalitatem verborum pacti, quæ videntur omninò excludere istos conductores ab omni remissione, & restauro: quia respondeo quod † multiplicatio verborum non alterat dispositionem iuris. lege, cum Aquiliana. ff. de transacti. & quod not. Butr. Imol. Abb. c. cum contingat. de iureiuran. de eo, qui promittit non contrauenire laudo, aliqua ratione. & quod not. in lege, si libertus ita de oper. lib. præsertim † in istis contractibus bonæ fidei initis cum republica, in quibus maximè attenditur ad æquitatem, vt per Bald. in extrauag. de pace Constantiæ. versicu. si qua vero. Iaso. §. actionem, in princip. Inst. de act. sicut videmus in ea clausula, quã cauetur, vt etiam si locatores non præstent patientiam, non tamen petatur remissio. quod † pactum est contra substantiam contractus. & ideo non valet. lege, prima. §. pen. ff. de pos. lege, cum precario. ff. de precar. & necessario restringitur, quando non præstaretur patientia citra tamen culpam [illegible] si merces. §. culpa. ff. loc. vbi per docto. Bart. l. eatem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. Bald. ca. §. adhuc. de pac. iur. firm. merito ergo & in casu nostro idem erit dicendum, vt fiat restrictio ad casus, de quibus verisimiliter fuit cogitatum non ad insolitos, & incogitatos, vt supra dixi. Et hæc omnia salua semper saniore iudicio.

CONSIL. I. SVMMÆ.

1 *Euictione remissa pretium non venit.*
2 *Contractus bonæ fidei non patitur vt emptor rem amittat, & venditor pretium retineat.*
3 *Quod non potest cedens, non potest nec cessionarius.*
4 *Qualitas secundum quam contractum est, semper attendi debet.*
5 *Inuenta ad augendum non debent operari diminutionem.*
6 *Adducta in fauorem, non debent retorqueri in odium.*
7 *Per cessionem transferuntur iura.*
8 *Quoties in eadem persona concurrunt duæ causæ, altera necessitatis, altera voluntatis, præsumitur potius contractum ex causa voluntaria factum.*
9 *Interpretatio fieri debet contra venditorem.*
10 *Regulariter imputatur venditori, qui non expressit, quo iure vendiderit.*
11 *Litigantes contra casum expressum, legis sunt in lata culpa.*

ALlegatum est tam diligenter in hac causa per præstantissimum D. Aduocatum, vt non arbiter esse operæ pretium prolixioribus verbis vti, maximè in re (iudicio meo) satis clara, & quæ deciditur expresse per casum legis. Quãuis enim D. Sylueſter, & etiam Isaac Hebræus in instrumento † venditionis factæ D. Carolo dixerint, & se obligauerint, quantum sit duntaxat predato, & facto proprio ipsius venditoris, nihilominus tamen tali clausula liberantur tãtum respectu euictionis, seu interesse, non autem à restitutione pretij percepti, vt est casus in l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt. quia † bonæ fidei cõtractus nõ patitur vt emptor rem amittat, & venditor pretiũ retineat. Quod maximè dicendum est in casu nostro, in quo apparet non id actũ esse vt dubius euẽtus, & periculum ipsius emptoris tãtum esset, imò emptor vt cautius negotiaretur, voluit q. Franc. etiam se obligaret vt in instrumento dicitur, & ita etiam cõmuniter tradunt doctores. vt per Io. And. ad Spec. §. fi. Rom. consi. lxix. Ang. in §. actionem. instit. de act. Ant. Burgo. in c. si venditorem. de empt. & vend. Cassan. consi. lv. in quinto dubio, & facit q. not. Card. in clement. j. de empt. l. xxv. Salic. l. iubemus. secunda. §. sanè. C. de sacrosan. eccles. Feli. c. cum causa. num. xxv. versic. cæterum. de re iudic. Nec obstat, quod in contrarium allegatur videri hanc venditionem ex necessitate factam propter ius luendi, quod competebat ipsi Franc. Vnde sicut Franc. † non posset repetere pretium, ita nec do. Carolus, qui ex eius iure cesso emit arg. l. qui erat. ff. famil. ercisc. glos. in l. si familiæ. C. famil. ercisc. l. qui liberis in princ. de euict. l. si cum fundum. vbi dixi de verb. signif. & per Rom. sing. cccl xxxij. cum sim. & quod habetur in l. venditor. §. quæritur. de ædi. edi. ad hoc enim in quo vertitur difficultas totius consultationis, respondeo pluribus modis. Et in primis dico ex forma instrumen-

menti aliud apparere, semper enim attendimus ad qualitatem secundum quam contractum est l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. l. si proponas. §. j. vbi Ang. ff. de inoff. testam. & per Fel. in ca. cum ordinem. extra, de rescript. Dec. consi. cclxxxiij. cum similib. In casu autem nostro Do. Carolus emit ex persona sua, & nullum verbum quod nomine Franc. vel tanquam procurator simplex, aut in rem suam, seu quod idem est cessionarius emerit vt per Bart. in l. j. §. nuntiatio. de oper. no. nunt. allegat text. in l. iij. §. & quod de tutore. ibi. fol. & l. pen. qui satisd. cog. meritò ergo non possumus dicere quòd dom. Carolus tanquam cessionarius ex necessitate præcedentis conuentionis emerit. Maximè cùm verbis instrumenti expressè dicatur quod Franc. promisit volens magis cautum reddere dom. Carolum quæ verba indicant actum esse, vt talis promissio prodesset emptori, non autem noceret, at in casu nostro secundum suprascriptum intellectum expressè noceret, quia excluderet emptorem, à repetitione pretij, quod est contra verba instrumenti, & regulam generalem, quod † inuenta ad augendum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. & † adducta in fauorem non debet retorqueri in odium l. quod fauore. C. de legib. Suadetur hoc etiam ex verbis ipsius Francisci, qui in instrumento simpliciter dicit se contrasentire & renuntiare in manibus d. Caroli omnia, & quæcunque iura, quæ habebat causa pacti de retrouendendo, quæ verba non hoc significat, quod ei cesserit ius agendi, ex dicto pacto, sed quod renũciabat dicto pacto, ne ipse Franciscus posset emptorem in futurũ ex eo inquietare, cùm aliud sit renunciatio, quæ potest fieri absque alia translatione iurium, aliud † cessio per quam transferũtur iura l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. per Aret. consi. lxxxxij. dixi in l. si actionem. C. de pact. Fortius mihi videtur, quod etiam si diceremus dictis verbis factam esse cessionem in d. Carolum, nihilominus adhuc non censeretur d. Carolus emisse ex iure cessionis, sed tanquam quilibet, & ex propria persona. qui † quoties in eadem persona concurrunt duæ causæ, altera necessitatis, altera voluntatis, præsumitur potius contractum ex causa voluntaria factum, vt per Alexan. in l. si quis maior. ff. princi. C. de transact. vbi allegat Sal. idem tenẽtem in l. fin. C. de iud. Et ista interpretatio est capienda in dubio, cùm † fieri deberet interpretatio contra venditorem. l. veteribus. ff. de pact. & quia aliàs † semper imputatur venditori, qui non expresserit quo iure vendiderit, vt in simili per Sal. in l. rescriptum. §. si alienam. ff. de distr. pign. & quę habentur diffusiùs per Alexan. post alios. in l. si dominus. §. fin. de leg. j. Stephan. Bertran. consi. xxix. in j. Et ex his concluditur dictum de Syluestris, & Isaac condemnandos esse ad restitutionem pretij: præterea etiam ad expensas litis tum ex capite generali, quo ille victor condemnatur, propter dum. §. fina. aut etiam literam. C. de iud. maxime etiam ob iniquitatem aduersus expressum casum legis, vnde arguitur lata culpa vt habetur in dicto §. fin. autem. tum etiam propter verba conuentionis, quibus promittunt legitimè defendere, auctorizare, & disbrigare, &c. de quo in lege, venditores. & ibi doct. ff. de verbo. oblig. Baldus consilio xxiij. in prin. quia illa reseruatio pro dato & facto, &c. non excusat eos, quantum sit respectu restitutionis pretii, vt suprà dixi. Ex hac maximè dicendum est aduersus Isaac, qui dicitur fuisse conscius

obligationis & hypothecæ dictorum bonorum, vnde ille inexcusabiliter tenetur secundum Ioannem Andr. in add. Spec. in de emptio. & vendi. §. fi. in prima addit. & probatur in dict. §. qui autem. in lege, teneter. §. fin. eod. tit. & cum diffusè de hac materia scriptum sit à dominis aduocatis vitoriæ pop. iussu, Saluo semper sanioti iudicio.

CONSILIA. I. SVMMA.

1 *Chirographo ex causis non obligandi.*
2 *Per cessionem transferuntur iura.*
3 *Locatio videtur habere vim cessionis.*
4 *Venditori incumbit onus probandi se tradidisse, alias non potest agere.*
5 *Commoditatis transferendæ forma, & effectus.*
6 *In rebus corporalibus transfertur possessio per traditionem.*
7 *Quando chirographum ex forma statuti habet parem executionem cum instrumento publico.*
8 *Protestationis vis.*
9 *Non præsumitur inter partes actum fuisse, quod creditor sub vsuris accipiat ad damnum debitoris.*
10 *Vsuræ non nisi ex mora debentur.*
11 *Per promissionem facti affirmatiui, cui non accessit, neque dies neque pœna, non potest quis constitui in mora, nisi per interpellationem.*
12 *In dicto testis indefinita, non æquipollet vniuersali.*
13 *Generalis probatio propter incertitudinem, interpretatur contra producentem.*
14 *Ex modo adeundi, quid factum fuerit arguitur.*

IN causa istius minoris de Bripio, dico pro eo pronuntiandum esse, non obstantibus, quæ subtiliter contra eum per magnificum senatorem inducuntur. & pro eo sunt duo fundamenta concludentia. Primum est, † quia dato sine † veri præiudicio, q illud chirographũ esset manu domini Francisci exaratum, non tamen ex eo conueniri potest, quia cùm in eo constet fieri venditionem certæ partis gabellæ salis ad hoc vt potuerit obligari, fuit opus quod fieret traditio, vel quasi illius iuris, & sic debuit fieri cessio † per quam trãsferuntur iura iuxta not. in l. j. C. de act. & oblig. licet sola † locatio videatur habere vim cessionis Bal. l. si ea lege. C. de vsur. Alex. consi. cvij. versi. & eodem modo. in iij. Non obstat, quod in processu Bripius hoc non allegauerit, cum tamen teneretur iuxta glo. in l. vniuersa. C. de preci. imp. offer. quia respondeo, quòd imò non tenebatur, sed huic † venditori incumbit onus probandi se tradidisse, aliàs non potest agere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. nisi enim ostenderit se adimplesse pro parte sua, non potest obtinere: & ideo non solum debuit probare se vendidisse, sed etiam se tradidisse, vt etiã not. Bal. in l. ex prædiis. C. de euict. Non obstat, q in casu nostro non videtur venditum ius aliquod propter quod necessaria sit cessio, sed solùm commoditas exigendi iuxta doctrinam Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica respondetur duobus modis. Primo quod Bart. loquitur † in ciuitate, quæ etiam si vellet, non posset vendere ipsum ius, vnde meritò fit interpretatio, quod sola commoditas sit vendita, & ista ratione præcisè vtitur. sed nostra quæstio in principe ipso seu

BIU Cujas

eius agentibus, qui habent potestatem vendendi ius ipsum ad tempus, prout quotidie faciunt, & potest apparere ex instrumentis incantuum, & latis vult Bar. quod data potestate censeatur venditum ipsum ius, non autem commoditas. vnde meritò in casu nostro fuit necessaria cessio. Secundò respondetur, quod dato, quod esset vendita commoditas, sola tamen debuit transferri, quasi possessio dictæ commoditatis. sicut enim † in rebus corporalibus transfertur possessio per traditionem, in iuribus per cessionem ita in hac facultate debet transferri, quasi possessio per cautionem, vel patientiam, vt est tex. in l. vsufructu. iii fine. ff. sol. matr. non enim dicitur ex solo contractu in tali casu constitutus quis possessor, nisi præstita sit patientia per venditorem, ex qua facultas illa per emptorem exerceretur, vt in simili declarat Pau. de Cast. in l. ij. §. & harum. ff. de ver. oblig. facit text. in l. si partem. ff. quemadm. ser. amitt. & per Aret. in l. quod meo. in quæst. Bart. ff. de acquir. poss. Sed in casu nostro nunquam fuit præstita illa patientia: imo iste venditor semper se intromisit & exegit sicut prius, emptor autem nunquam aliquid exercuit, vnde non potest dici illi traditam fuisse possessionem. Non obstat quod in datis communicandis similia chirographa obseruantur, præsertim in casu nostro, in quo proceditur sola facti veritate inspecta iuxta Mod. in c. dilecti. de iud. respondeo, quod in tali casu, & etiam fortiori, puta quando † tale chirographum ex forma statuti haberet paratam executionem, tamen admittitur exceptio rei traditæ, vt est magis communis opin. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. vbi per d. Alex. qui idem attestatur in consi. cxix. lib. j. Felin. c. cum Ioannes. de fid. instru. Decium consi. cxix. & fuit dictum Bald. in d. l. ex prædiis, & illa obseruatio chirographi posset habere locu, quando accessisset vsus & administratio, ex quo per huiusmodi vsum acquiritur possessio illius facultatis, vt supra dixi, & probatur etiam in l. pen. ff. de seruit. Secundum principale argumetum est, quia cum Franciscus promiserit releuare bebulcu. debuit bebulcus ei denuntiare † & constituere eu in mora per protestationem incitatoriam, de qua per Bart. in d. l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nun. non autem debuit ipse accipere sub vsuris: quia † non præsumitur hoc inter partes actum fuisse. arg. l. solutam. §. fin. cum l. sequenti. ff. de pig. act. & l. si vnus. §. fin. ff. pro socio. cum enim ante interpellationem vsurarum † quæ non nisi ex mora debentur, l. Seia. ff. de vsuris. & esset maxima iniquitas, quod compelleretur ad solutionem taliu vsurarum, cum ipse fuisset interpellatus, statim potuisset soluere cum haberet pecunias oriolas. Non obstat, quod hoc veniat ex natura contractus societatis. l. omne æs alienum. ff. pro socio. quia respondetur quod imò non venit per supradicta, & etiam est aduertendum: quia Franciscus vigore dicti chirographi non potest conuenire tanquam socius, quia in eo chirographo de societate est nullum verbum, sed poterit conueniri tanquam emptor, qui promisisset seruare indemnem eum à Camera, vnde quando Camera molestabat Bubulcum, debuit Bubulcus interpellare Franciscum, & petere, vt releuaret: quia cum ista sit promissio facti affirmatiui, cui non accessit, neque dies, neque pœna, dominus Franciscus non potuit constitui in mora, nisi per interpellationem l. si insulam. ff. de verbo. obli. & habetur in lege, ita stipulatus. in magna. eod. titulo. vnde cum non fuerit interpellatus, licet ipse inciderit in vsuras, & cambia sibi imputet. Non obstat quod videatur probata denuntiatio per tres testes: quia respondeo quod denuntiari debuit protestatione incitatoria, vt releuaret, de qua nullus est testis, qui verbum dicat. Præterea non est probata, neque denuntiatio, quod acciperentur pecuniæ ad interesse. quia Ioann. Domin. & Isabellus & etiam Alexander indifinite deponunt, quod socii propter debita quæ habebant, veniebant Cameram ibant ad dominum Franciscum, quæ depositio non releuat: quia potest verificari in duobus debitis, & ideo solet dici, quod † in dicto testis indefinita non æquipollet vniuersali, vt dicit Inno. in cap. auditis de præscrip. vbi late congerit d. Feli. Oldr. consilio c. incip. in executione. in prin. primi dubij. Alexan. consil. vij. in fi. & consi. cx. in j. lib. & in l. rescriptum. ff. de pactis. Decius consil. ccj. debuit enim specificari, pro quibus debitis, & de qua summa particulariter: quia ista † generalis probatio propter incertitudinem interpretatur contra producentem. cap. in præsentiam. extra, de probat. Præterea est etiam aduertendum, quia dicti testes præsertim Isabellus, & Sextus dicunt quod ipsi socij ibant ad dominum Franciscum, & communicabant necessitatem, quam habebant, & putabant apparere suum, & illud sequebantur accipiendo cambia, &c. ex quibus verbis non videtur inferri aliquid præiudiciale dom. Francisco. Primò, quia necessaria erat denuntiatio incitatoria, vnde non erat satis, quod petiissent consilium suum simpliciter, sicut in simili per Cin. in minorum. in vij. q. C. in quib. caus. in int. restit. non est necess. & debuit per instrumenta, & præcepta executionum, ostendi qualiter, Camera eos molestabat, vt per glo. in Clem. caus. de elec. in fin. & Bar. in d. §. morte. in materia protestationis incitatoriæ. & in l. j. in prin. in ij. & iij. q. ff. op. no. nunt. Secundò quia apparet quod ipsi ibant vt consulerent cum eo, non autem, vt denuntiarent aliquid, nam quo ad denuntiationem ad solum Bubulcum pertinebat denuntiare. vnde cùm omnes irent ex forma actus, satis constat non fuisse ad eum aditum vt incitaretur. sed pro accipiendo eius consilio tanquam hominis in similibus experti, & ex modo adeundi satis arguitur quid actum fuerit. arg. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. Et cùm eum non consuluerint tanquam socium, sed potius tanquam amicum, attendenda est illa qualitas secundùm quam aditus fuit iuxta not. per Ang. in l. cum proponas. §. j. per illum textum. ff. de inof. test. & per Bald. in l. si pater. §. qui duos. ff. de adop. cum similib. Tertiò, ex dicto istorum non constat, quod socij adirent eum, nisi pro debito quod habebant ipsi socij, quod potuit esse respectu partis ipsorum, & certè si bene considerentur testes hoc inferunt, non autem respectu partis, quam ipse Bripius emerat, & poterant meritò ex ista causa omnes ire vt acciperent apparere ipsius, vnde non est fundata intentio agentis, qui debuit probare quod ipse solus adiret eum pro debito tantæ summæ, spectante ad ipsius partem, & quod iusserat vt acciperet dictam summam ad cambia. quod cum non fecerit, meritò contra eum fiet interpretatio dict. cap. in præsentia. extra, de probat. Cætera, circa contrarietatem, & falsitatem horum testium, non attingo, quia puto per alios esse tacta.

CON-

BIU Cujas

CONSIL. LII. SVMMÆ.

1 *Verbis clarisstandum est.*
2 *Alternatiua transfert electionem in debitorem.*
3 *Taxatum tantum debetur.*

NOn est dubitandum, quin electio dissoluedę societatis, ad reuerendissimum episcopum Tudert. pertineat: quia verba conuentionis expresse hoc dicunt ibi, *Vel idem reuerendissimus potius illam sibi soluere voluerit, & infrà & si, quo tempore reuerendissimus Tudert. elegerit potius soluere pensiones.* Vnde cum verba † sint clara, de hoc non est dubitandum lege, continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. maximè quia idem esset etiam de iure communi vigore illius † alternatiuæ, quæ electionem transfert in debitorem. ca. in alternatiuis. de reg. iur. in vi. lege, plerunque. in fi. ff. de iur. dot. dummodo ergo reuerendissimus Tudert. illam quantitatem pensionum soluere voluerit: licita est ei dissolutio dictæ societatis. Cùm autem pensiones illæ debeantur super fructibus singulorum annorum, videretur reuerendissimum Tudertinum pro hoc anno, quo medietas fructuum maioris valoris est, quàm pensio debita, Card. Cib. non teneri, nisi ad † pensionem illius anni, & posse omnes fructus sibi appropriare. per l. v. ff. de tri. vin. oleoque leg. & l. si debitor. §. j. ff. de contr. emp. & quod habetur in l. j. ff. de cond. & demon. Nec obstat contra istam conclusionem. l. ex eo vino. ff. de triti. vino legato, quia vt ibi dicitur, non procedit nisi secundum præsumptam mentem testatoris, secus si meus non adiit, prout est in casu nostro, quod alias ostendi per quatuor rationes.

CONSIL. LIII. SVMMÆ.

1 *Modi definitio.*
2 *Non licet venditori vigore constituti apprehendere possessionem, nisi præstita prius cautione de adimplendo modo, & nisi facta denuntiatione.*
3 *Modus non impletus contractum annullat, ac si non euenisset conditio.*
4 *Non licet bona emphyteotica retrouendere sine licentia domini, & contractus aliter factus nolente domino est nullus.*
5 *In quocunque pacto, censetur reseruata authoritas domini.*
6 *Contractus super re litigiosa nullus est.*
7 *Interdicta sunt in rem scripta, & mixta.*
8 *Emphyteota inconsulto domino vendere per constitutu no transfert possessionem, nisi consentiente domino.*
9 *Constitutum in se est actus fictus, qui non operatur contra dispositionem legis.*
10 *Contractus à reali traditione, vndè nunquam facit rem committi.*
11 *Pœnitentiam in casibus licitam esse.*
12 *Quando ab origine non irrogatur pœna, sed ex post facto licitum est pœnitere, & recedere à contractu, nequis incidat in pœnam.*

DIco in causa Marinonis pronuntiandum esse pro eo infrascriptis rationibus. Et præsuppono, quod in illo chirographo adesset pactum, *Ne post quam Cribellus redemisse, liceret illi, inconsulto Marmone, vendere, alioquin dictum chirographum esset nullum*, per quod pactum in effectu adiicitur modus dispositioni: quia per eum † moderatur dispositio, & aggrauatur is qui honoratur, id est, is in cuius fauorem facta est dispositio, in tempus dispositionis perfectæ: & ista est diffinitio modi, vt per Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demon. quibus sic stantibus, deducitur ratio euidens. Prima quia non licuit † venditori, vigore constituti, apprehendere possessionem, nisi præstita prius cautione de adimplendo modo id est, de non vendendo intra triennium, nisi facta denuntiatione, ista enim est natura modi l. insulam. in fin. ff. loca. l. si verò non remunerandi. §. fin. & l. sequen. ff. manda. declarat Bart. in dicto §. Termilius. quæ cautio appellatur modalis, & distat a Mutiana, vt per Iaf. in l. siue apud. C. de transact. & sic non potest fieri fundamentum illo constituto. Secunda ratio, quia cum facta sit venditio intra triennium, & sic non sit † obseruatus modus, contractus habetur pro non facto: sicut si non euenisset conditio: quia quoad hoc æquiparantur. l. prima. C. de his, qui sub modo. l. si hæres. ff. de cond. ob causam. per Bar. in d. §. Termilius. vnde talis annullatio retrotrahitur, sicut etiam conditio l. Neratius. ff. de manumiss. testa. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericul. & commo. rei vend. Nec dicatur quod istud esset in præiudicium tertij: quia isti emptores non dicuntur tertij, ex quo habent causam ab illo, qui debuit adimplere modum, vt habetur in l. doli. §. j. de contrahen. emp. per Bart. in lege, si superatus. ff. de pig. & in simili in l. fin. §. sin autem sub conditione. vbi Bald. l. C. comm. de legat. Tertia ratio, quia † cum ista bona essent emphyteotica, non licuit Marinoni retrouendere, sine licentia domini, & contractus aliter factus nolente domino est nullus. l. fin. C. de iur. emphy. vnde tempore euenientis conditionis potuit Marinon recedere à tali promissione, & non tradere possessionem, ne incideret in commissum, ex quo traditio ipsa eum faceret incidere in pœnam, vt habetur per Iaf. in d. l. fi. in q. xix. & cum Cribellus sciret bona esse emphyteotica, pacisendo de retro emendo, videtur pactus sub conditione si dominus consentiret, ex quo aliter contractus non teneret, arg. l. si quando. C. de inof. test. &c. ecclesia vestra ij. de elect. in fin. & per Specu. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. lxxxxiiij. cuius opi. etiam approbatur per Iaf. in l. iij. C. de iure emphyt. quando pactum alias non esset inutile, prout non esset in casu nostro, & facit regula generalis, quod † in pacto quocunque censetur reseruata auctoritas domini. ca. venientes. extra. de iureiur. mod. in c. constitutus. de rescript. Bal. in l. debent. in fin. C. de fideicomm. liber. Quarta ratio est, quia † contractus istorum aduersantium est ipso iure nullus, quia de re litigiosa, nam saltem possessio erat litigiosa, ex quo de ea litigabatur per interdictum recuperandæ. vt dicit Bar. in l. j. circa medium. C. de litigio. & statutum vestrum annullat tales contractus, cuius verba, dum loquitur de actione mixta, comprehendunt hùc casum, quia † interdicta sunt mixta, & in rem scripta. l. j. §. interdicta omnia. ff. de interdict. glo. in dict. l. ij. ff. ad exhibend. præsertim cùm isti aduersarij hoc scirent, quo casu etiam ipsi dicuntur doli participes. lege, air. §. si quis particeps. ff. de his, quæ in fraud. cred. & fuit per alios allegarum. Quinta ratio est, quia † emphyteota inconsulto domino vendes, per constitutum non transfert possessionem nisi consentiente domino, quia licet per constitutum trans-

feratur vera possessio: tamen actus † in se est actus fictus, qui non operatur contra dispositionem legis. l. ij. §. inautem. C. de iur. emphyt. disponit quod non transferatur dominium, & possessio alias emphyteota, cadat a iure suo, & sic tam iure dominij, quàm possessionis, meritò actus fictus non debet hoc operari, & ita dicit fuisse iudicatum in parlamento d. Guid. Papæ in q. Delphina. q. xlvj. vbi hanc partem eleganter defendit, & idem in q. cj. vbi ponderat Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua, versi. lxxxxv. Bald. in l. ab empt. re. ff. de pact. Sal. in l. fin. C. de iur. emphy. Petrus Iacob. in tit. de act. in rem, quæ pro re emphy. Bal. in titul. quib. mod. feud amit. §. aut si. vbi dicit, quod † contractus à reali traditione nudus, nunquam facit rem committi, & idem not. in ca. denique. quæ sit causa benef. amit. & in c. j. de prohib. feud. alien. & est de mente Alexan. consilio clxxiij. incip. viso themate, & scripturis, dum requirit perfectam & efficacem translationem possessionis, & idem consi. ij. volum. ij. & videtur æquior opinio quicquid dixerit Ias. in d. l. fin. q. xix, qui no adducit aliquas ex istis auctoritatibus. Et dato quod ista opinio sit dubia!, tamen in casu nostro omnino seruanda est reiecta opinione Ias. nam tempore quo factum est chirographū, adhuc non euenerat conditio constituti, quod respiciebat tempus futurum, iuxt. not. in l. fin. C. quæ res pig. oblig. & licet eueniente tempore regulariter non liceat promissori recedere à constituto, vt dicit Sali. in l. ij. C. de contr. empt. in l. actione. §. diximus. ff. pro soc. tamen in casu nostro talis promissio erat † inualida, & contra dispositionem d. l. fin. C. de iure emphyt. vnde debuit esse licita pœnitentia. arg. l. si conuenerit, ff. de iur. om. iud. & per Bart. in l. qui ea mente. ff. de fur. in iiij. oppo. Item quia, vt ibi dicitur † quando ab origine non irrogarur pœna, sed ex post facto licitum est pœnitere, & recedere à contractu, ne quis incidat in pœnam. l. j. §. quod si fecerit. ff. de publica. l. si cum exceptione. §. satis clementer. ff. q. met. cau. vnde cū in isto casu liceat constituenti interuertere possessionem, seu constitutum, tanquam illicitum. lege, cum fundus. de vi & vi arm. & per Ioann. And. in add. ad Spec. in tit. de emphyt. §. j. in add. incip. hic dubitatur, quem allegat Ias. in prædicto loco, sed facit pro ista opinione, & melius quod not. Dec. consi. ccxlvij. in causa magnifici. non videtur dubium quin constituens illud non debuerit operari, & facit in simili, quia etiam si vera traditio facta esset, licet incontinenti emphyteotæ pœnitere, & si rem redimat euitat caducitatem, vt per Spe. d. §. nunc aliqua, versi. lxxxxvj. Ias. in d. l. fi. q. xx. quanto magis in casu nostro debuit licere Marinoni pœnitere à constituto, cuius dies nondum venerat, ita quod eo aduenient, nō trāsiret possessio, ne incideret in commissum.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ.

1 *Clarum est de iure communi nullam partem hæreditatis ad principem, seu dominum pertinere, quia l. Papia hodie sublata est.*

2 *Vbi non conueniunt verba, non disponit dispositio adaptari potest.*

3 *Casus à contrahentibus omissus, remanet in suo iure communi.*

4 *Dicto ibi intestato non conuenit pupillis qui dicitur testari non possunt.*

5 *Pupilli non possunt habere filios.*

6 *Pupilli testamenti factionem non habent.*

7 *Pars interpretans, secundum terminos partis interpretatæ intelligitur.*

8 *In materia correctoria, & odiosa faciendæ est stricta interpretatio.*

9 *Dictio aliquis, inducit signum vniuersale.*

10 *Dictio sine hærede competit pupillis.*

11 *Subditus proprie dicitur, qui etiam si nolit, tenetur debet.*

12 *Aduersus vim verborum non est quærendus nodus in scirpo, à qua vi non recedimus in materia, quantumuis stricta & odiosa.*

13 *Verba debent intelligi secundum communem vsum, de quo etiam verisimiliter idiotæ intellexerunt.*

14 *Verbum concedimus est iuris noui inductiuum, & translatiuum facultatis prius non competentis.*

15 *Quando verba non possunt verificari in toto, locum tamen habet dispositio, quatenus fieri potest.*

16 *In materia contractus, interpretatio fit contra eum, qui se fundat in contractu.*

17 *Sibi imputet promissor, qui generalibus verbis vsus est.*

18 *Appellatione mortis venit mors ciuilis ex lata significatione, quæ sumitur aduersus promissorem pro eo, qui se ex verbis fundat.*

19 *Donari possunt omnia irreuocabiliter.*

20 *Verba conuentionis quāuis generalia, restringenda sunt, ne fraus fieri possit domino.*

21 *Vnicuique permissa est donatio rei suæ arbitratu suo.*

22 *Prohibitus alienare per testamentum, non prohibetur per viam contractus.*

23 *Si consuetudo bona alibi natorum deuoluat ad fiscum, nō obstante quolibet ipsorum testamento, valebit tamē donatio, nec censebitur fraus fisco facta.*

24 *Non videtur alicui fraudem facere, qui vtitur iure suo.*

25 *Potestatis officium vltra annum prorogabile.*

26 *Appellatione officiarij prætores etiam comprehenduntur.*

27 *Officij nomen est generale.*

28 *Vna pars statuti aliam declarat.*

29 *Potestates terrarum non æquiparantur prætoribus vrbis Romæ, qui erant annui, sed potius præsidibus prouinciarum, quia hodie vnaquæque ciuitas habet vim prouinciæ.*

30 *Officium præsidis prouinciæ nō est annum, sed biennale, & plus arbitrio principis.*

31 *Officium defensoris ciuitatum est biennale.*

32 *Iurisdictio cum iure proprio ad ipsum dominū pertineat, potest ea vti arbitrio suo.*

33 *In statuto potius est accipienda specialis significatio, quā generalis.*

34 *Dictio officialis licet sit generalis, tamen non comprehendit præsidem.*

35 *Officialium species.*

36 *Impropria significatio non est accipienda, maxime ad correctionem iuris veteris.*

37 *Semper fit interpretatio per quam euitetur correctio iuris veteris.*



Conuentionis verba sunt, Et si contigerit aliquem decedere sine hærede ex filiato, & nullo condito testamento, siue codicillo, bona deferantur ad propinquiores, &c. Et quòd illi propinqui qui successerint defuncto ab intestato dare debeant domino suo quintam partem, &c. quæritur quid iuris sit, decedente pupillo, vel muto, nunquid quinta illa debeatur domino? & videretur prima fronte dicendum, quòd non.

1 Primò, quia † clarum est, de iure communi nullam partem hæreditatis ad principem, seu dominum pertinere, quia lex Papia hodie sublata est l. vnica. in prin. C. de ca. toll. l. j. & l. ij. C. de infirm. pœn. cœlib. c. quædam. ij. distinct. Ex suprascripta verò conuentione non debetur, quia
2 † eius verba non adaptantur ad istum casum, ergo nec dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. Vnde † casus ipse remanet in terminis iuris com-
3 munis, tanquam omissus à contrahentibus. l. si extraneus. de cond. caus. dat. l. si cum dotem. in princip. solu. matr. secundùm quod ius commune nihil principi debetur, vt dixi l. fin. C. de edict. diui Adria. l. j. & ij. C. de impo. lucr. descr. lib. x. Quod autem verba non conueniant pupillis, vel mu-
4 tis, probatur, primò ex illa † dictione ab intestato, quæ non conuenit pupillis, qui alias testari nò possunt, & sic sunt intestabiles, non autem intestati propriè loquendo. leg. j. in princ. ff. de suis, & legit. per Dec. consil. ccccLxvj. stante statuto. in primo dub. & cccclxiij. Socin. consil. viij. si in causa. in iiij. Secundò dum dicit. *Si contingat aliquem mori sine hærede ex se nato, &c.* quæ verba non co-
5 ueniunt † pupillis, qui non possunt habere filios. §. j. instit. de nup. & quod habetur in c. de illis de desponsi. impub. Secundò quia in exceptione subdit-
tur, *saluo, quod ille homo, qui fecerit testamentum, &c.* vnde ostenditur regulam loqui de his, qui facere possunt testamentum. leg. nam quod liquidò. §. fi. de pœn. leg. & sic non pupillis, † qui testamenti
6 factionem non habent. §. præterea. instit. quib. non habent. §. præterea. insti. quib. non est permis. fact. testam. quod apparet etiam ex primis verbis conuentionis, quibus mera testamenti factio habilibus conceditur. l. quæ ætate. ff. de testam. & dictio, ab intestato, infrà posita ad habentes testamenti factionem refert, vt † pars interpretans
7 secundum terminos, partis interpretatæ intelligatur. in auth. de filiis ante dot. instr. in princ. Præterea est aduertendum, quod licet alias possit esse difficultas, nunquid dictio, intestati, conueniat pupillis, vel mutis in dispositione statutaria, tamen
8 nos sumus † in materia pacti, & conuentionis, & quidem correctoriæ, & odiosæ. Vnde facienda est stricta interpretatio. l. cũ quidã. ff. de lib. & posthu. & sumitur præsumptio aduersus dominum, seu principem qui ex eis verbis se fundat. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & quod habetur in l. quicquid ad-
stringendæ. eod. tit. Sed his, & similibus nõ obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem, & quintam partem deberi dictis dominis propter verba dictæ conuentionis, quæ satis clara videntur. in casu nostro. Primò, quia verba illa: *Aliquem sine hærede.* verificantur in quocunque siue pupillo, siue muto, quia hæc est propria significatio
9 † dictionis, Aliquis, quæ inducit signũ vniuersale. l. si verò plures. §. ait prætor. ff. de his, qui deiec. Clemen. j. de præbend. §. ad hoc si alicui. Et
10 † dictio, *Sine hærede.* eodem modo competit etiam pupillis, secundum Bart. in l. Centurio. in iij. q. ff. de vulg. cum maximè sine liberis decedat, qui etiam si velit habere eos non possit, vt nota. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. q. vj. vbi loquitur
11 de participio, † subditus, & dicit non subditos prætor propriè esse clericos, qui etiam si velint subesse non possunt. Et illa verba, nullo condito testamento, etiam ipsi propriè conueniunt pupillis, qui nullum condere possunt, nec volunt, cum ergo verba conuentionis in illis maximè

A procedant, non est quærendus modus in scripto † aduersus vim verborum, à qua non recedimus in
12 materia, quantumuis stricta, & odiosa l. cum lege. vbi Ang. ff. de testa. l. stipulationum. aliæ, quæ est in ordine. v. §. fin. ff. de verbor. obligat. Suadet etiam hoc ratio ipsius conuentionis, nec enim est verisimile id actum esse, vt dominus meliorem conditionem faceret pupillorum, vel mutorum, quam cæterorum, vnde cum subsit eadem ratio, eadem quoque debet esse dispositio.
13 B Nec obstant allegata in contrarium. & primò quatenus dicitur, q. dictio illa ab intestato, non conuenit pupillus. Respondeo, quod contrarium est verius, vt dixi in l. intestatus. de verb. sign. quę sententia est certissima, quoties eadem ratio subest, prout in casu nostro etiam supra dixi, & per Dec. d. consil. cccclxvj. Secundò respondeo, quod argumentum non procederet in pupillis, qui habuissent patrem, qui pro eis testari potuisset faciendo pupillarem substitutionem: puta qui non fuisset ex comprehensis in titulo inst. quib. non est permiss. fac. testa. & ita videtur sensisse Angel. consil. cliij. statuto communis Burgi. per text. in l. patris & filij. de vulg. & pup. de quo per Dec. in cõsi. cccclxiiij. Soc. d. consil. lxxxj. lib. iij. & sentit Iacobinus in tract. de recidis. vers. dubitatur vlteriùs. Nec cõtra dictam decisionem Ang. quicquam adducitur per contradicentes, quod sit alicuius momenti. Tertiò respõdetur, quod omnis difficultas in casu nostro cessat per illa verba, sine liberis, nullo condito testamento, quæ quidem, vt dixi, etiam propriè adaptantur pupillis, secũdum Doct. in d. l. Centurio, & Alex. in l. generaliter. C. de inst. & sub. vnde quamuis infrà dicatur de succedentibus ab intestato, tamen intelligitur secundum suprascripta his, qui nullo testamento condito, decesserunt, quo casu verba non sunt simpliciter priuatiua, vt præsupponant etiam potentiam, sed mere abnegatiua, vt declarant omnes Moder. in dict. l. Centurio. maximè Lancellotus.
14 Quartò respondeo, quod difficultas posset precedere in materia statutorum, vel legum, quæ conduntur à peritis, sed in hac conuentione, facta cum syndicis, vt plurimum imperitis, non est recedendum à communi vsu, quia ipsi nescierunt hanc subtilitatem legalem credendum. §. hæc autem. ff. qui pet. tut. & † verba debent intelligi se-
15 cundum communem vsum, de quo etiam verisimiliter idiotæ intellexerũt secundum Iac. & Alex. in rub. ff. de ope. non. nun. Feli. in rub. de cetal. & q. not. Bart. in l. quo loco. §. fi. iam mortuo. ff. de hær. inst. Quintò respondeo, quod si bene videtur cõuentio ante illam apparet, quod homines illi non habebant liberam fi bonorum suorum dispositionem, vt qui essent Latinæ cõditionis, de quo in ij. C. de lat. lib. toll. vel alias vassalli, qui ita ex
16 ius Principis tui florum. c. j. de alien. feud. vel colonariæ conditionis. l. j. C. non licere habit. metrocomiæ. lib. xj. vel curiales. l. j. C. de præd. cur. libr. x. vel prouintiales, quorum bona sunt tributaria, & non possint transferri, nisi secundum legem illis dictam, de quo in l. fin. C. si non cens. vel reliq. in leg. j. & toto titu. ff. de censib. & quod ita
17 effectum illam legem, probatur ex dicta prestatione, & † verbo concedimus, quod est forma iuris
18 inducendum, & translatiuum inducitur quia non competentis. c. pastoralis. de donat. Baldus. j. §. si
19 Tullus. de feud. cognit. & haberem vel. l. nihil solum. de pecul. & quia illa conuentio omnis, est facta in fauorem ipsorum hominum, vt eis ejus

BIU Cujas

lectura apparet. Si ergo diceremus in dicta concessione non contineri pupillos, remanerent in seruitute seu conditione veteri, secundum quam dominus non quintam partem, sed omnia occuparet. Non obstat rursus, quod verba conuentionis videntur loqui de habentibus factionem testamenti, quia satis ex suprascriptis responsum est: cum (vt dixi) illa verba sine hærede, seu sine filio, verificentur etiam in pupillis, vt per Bar. in d. l. Centurio. & illa exceptio, saluo, quod ille homo, &c. bene arguit, quod supra intellexerint de habentibus factionem testamenti, sed non negat, quin intellexerit etiam de non habentibus, cum verba possint vtrique adaptari, maxime cum regula iuris sit, q. † quando verba non possunt verificari in toto, locum tamen habet dispositio, quatenus fieri potest vt in l. j. §. lex falcidia. vbi Imo. & alij. ff. ad leg. Fal. glo. in Cle. j. in verbo censura. de vsur. Rom. consil. ccccxxxiiij. incip. in quo quæritur, sed debuit incipi in casu, in quo, &c. Fel. in c. nonnulli. extra, de rescr. vbi respondet ad glo. quæ videtur obstare. in l. si mancipia. C. de ser. fug. Non obstat vltimò, q. † tractetur de materia contractus, in qua interpretatio fiat contra eum, qui se fundat. d. l. veteribus. quia respondeo hoc posset procedere si verba essent dubia cõtra D. seu Principẽ, sed cum generalitas verborum sit pro principe, si aliquis decedat, &c. non possumus ea, quæ clara sunt offuscare. l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. declarant doct. in d. §. in stipulationibus, † sibi enim imputet promissor, qui generalibus verbis vsus est. l. pluribus stipulationib. de acceptil. & est casus in l. Deo nobis. §. j. C. de episco. & cleric. vbi † appellatione mortis venit etiam mors ciuilis ex lata significatione, quæ sumitur aduersus promissorem pro eo, qui se ex verbis fundat. facit lex, si in emptione. ff. de contrahend. empt. leg. in lege. ff. loca. & quod not. Io. And. in Spec. de loca. §. j. versicu. quid si colonus, vnde apparet etiam nihil obstare, quod materia sit odiosa, cum (vt suprà diximus) etiam in odiosis non recedamus à generalitate verborum. d. l. cum lege. vbi Aretin. ff. de testament. quamuis etiam dici posit non esse odiosam hanc conuentionem, cum per eam ad ius vetus reuertamur, id est, ad leg. Papiam. de qua suprà dixi, vel ad veteres obligationes, de quibus suprà facit text. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pact. glo. c. statutum. in verbo numerandum. de præbend. in vj. & quia homines hanc conuentionem habent ex beneficio principis, vt supra dixi, cùm prius tenerentur ad grauiora onera. vnde interpretatio potius sumitur in fauorem principis, qui concesit. cap. olim. de verbor. signif. vbi Inno. leg. Neratius. ff. de reg. iur. vbi doc. & hæc sufficiant, quoad pũctum primum. Circa secundum dubium, nunquid † valeat donatio omnium bonorum facta ab aliquo ex dictis hominibus, an censeatur facta in fraudem dictæ concessionis, & ideo reuocari per dominos, possit vsque ad quintam partem? Et videretur prima fronte dicendum, quod reuocari possit, quia (vt apparet ex suprascripta conuentione) ante eam homines non habebant liberam administrationem rerum suarum, quæ deinde fuit concessa, vigore dictæ conuentionis, vnde quatenus non reperitur hæc facultas donandi, concessa remanet sub priore prohibitione. leg. tancimus. in fin. C. de testam. leg. præcipimus. Cod. de appellat. sed in verbis conuentionis nihil est cautum, respectu donationis ergo, &c. nisi quatenus alienatio fieret propter suas necessitates, vel de consensu domini, secundum Spec. post veteres, quos refert in tit. de feud. & homa. q. xix. lac. de S. Georgio. in tracta. de Roidis. versic. sed an homo meos. & quia nisi ita diceremus, posset fieri facillime fraus conuentioni, & excludi dominus † parte sibi debita. leg. j. §. j. ff. si quid in fraud. patr. † Verba enim conuentionis, quamuis generalia restringenda sunt, ne fraus fieri domino possit. leg. Iulianus. in princ. ff. si quis om. caus. rest. leg. filiæ meæ. ff. sol. mat. cum simil. Sed tamen his non obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriorem, quia † vnicuique permissa est donatio rei suæ arbitratu suo. l. in re mandata. Cod. mandat. l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hæred. Sed nõ apparet de aliqua prohibitione, ergo valuit donatio, & pro hoc facit regula, quia † prohibitus alienare per testamentum, non prohibetur per viam contractus, vt habetur in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & facit tex. in l. cum pater. §. cum inter. de leg. ij. secundum communem intellectum. Vnde videmus, quod † si consuerudo bona alibi natorum deuoluat ad fiscum, non obstante quolibet ipsorum testamento, valebit tamẽ donatio, nec censebitur fraus fisco facta. arg. l. vnus. ff. si quid in fraud. quia † non videtur alicui fraudem facere, qui vtitur suo. l. non videtur. ff. de reg. iur. & ita alias dixi in lib. iij. de verbo. signific. Nec obstat decisio Spec. in dict. titu. de feud. versi. xix. quia loquitur in hominibus, qui non sunt liberæ conditionis, sed isti sunt prorsus liberæ conditionis, maximè, quo ad contractus, quia in dicta conuentione nullum est verbum, quin possent liberè contrahere etiam ante illam. Non obstat, quod alias posset fieri fraus ipsis dominis: quia respondeo cum isti homines habeant facultatem libere testandi, saluis illis solidis quinque, vel decem, vel viginti, non potest videri facta fraus per donationem, cum omninò potuissent alienare per testamentum. leg. j. in princ. versicu. quis enim. C. de lat. lib. toll. gloss. c. de iis. de sepult. Ancha. consi. c. Abb. c. requisisti. de testam. Vnde hic non cadit fraus de contractu ad contractum, de qua in l. fraus. vbi gloss. & Bal. ff. de legi. putarim tamen duobus casibus succurri posse domino aduersus has donationes. Primus est quando ex ista donatione fieret præiudicium domino, etiam in illis solidis, quia tunc militaret ratio fraudis, posset dominus reuocare rem totam, vt deinde cõsequeretur quintam, quia hoc casu etiam minimè summæ ratio haberi deberet, vt in simili dicit doct. in auth. qui rem. C. de sacrosc. eccles. Bald. in l. etiam. in pen. quæst. C. ad leg. Fal. Ang. in l. si quis dederit. §. prætor. in fin. de acqu. hæred. facit gl. super verbo non debet. in l. res bona fide vendita. ff. de contrah. empt. Secundus casus est, quando donatio non valeret, pura ex defectu alicuius solennitatis, non est dubitandum, quin domino competeret reuocatio pro quinta parte, perinde ac si bona ipsa remansissent in hæreditate. Circa tertium dubium, nunquid possit dominus contra oppidanorum voluntatem confirmare potestatem terræ, vitra annum? & videretur prima fronte dicendum, quod non. Primò, quia de iure communi officium Rectoris est annuum. instit. de perpet. & temp. ac. in prin. vnde non debet dominus contra ius commune eius officium prorogare, sed ei successorem dare. Secundò, quia statutum expresse dicit, quod officiarius vnius anni, non possit esse in officio sequentis anni, clarum est autem.

† ap-

26 † appellatione officiarij, comprehendi etiam prę- A
tores, quia est dictio generalis. l. officiales, vbi glo.
27 C. de epis. & cler. quia etiam † nomen officij est
generale. l. j. ff. de iurisd. omn. iud. Tertio, hoc ap-
paret ex aliis statutis, quæ videntur potestatem
28 intelligere sub appellatione officiarij, quia † vna
pars statuti declarat aliam. l. si seruus plurium. de
leg. j. per Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam.
Sed his tamen non obstantibus, inclino in contra
29 riam sententiam. Moueor primò, quia † isti pote-
states terrarum non æquiparantur prætoribus vr- B
bis Romæ, qui erant annui, sed potius præsidibus
prouinciarum, quia hodie vnaquæque ciuitas ha-
bet vim prouinciæ, secundum glo. super verb. id
est, in vna prouincia. in l. fi. C. de presc. long. tẽpo.
30 vt tenet Iaso. post alios in l. j. ff. de offic. eius cui. †
Officium autem præsidis prouinciæ non est an-
nuum, sed biennale, & plus, arbitrio principis. l. fi.
in princ. ff. de pœn. quod si æquiparetur defenso-
ribus ciuitatum, prout tenet Io. Andr. in addit.
Spec. in tit. de iurisd. om. iud. Ang. in l. j. in §. solet. C
31 ff. quando appell. sit. adhuc idem est quia † officiũ
defensoris est biennale. gl. l. iiij. C. de defens. ciui.
text. in §. interim. in auth. eod. tit. vnde de iure cõ-
muni fundata est intentio ipsius dominij, secun-
dum Abb. Imo. & cæteros in c. fin. extra, de iudic.
32 Secundò quia † cum iurisdictio iure proprio ad
ipsum dominum pertineat, potest ea vti arbitrio
suo. l. in re mandata. C. manda. & sicut ipse posse
reddere ius perpetuum, si vellet, ita etiam potest
ponere prætorem, qui loco sui hoc faciat, vt in si- D
mili per Raph. Fulg. consi. j. & apparet ex æquipa-
1 ratione, factam statuto, de quo infrà. Secundò,
quia ex inspectione statutorum diligenter consi-
derando, non videtur subesse aliqua prohibitio,
quia licet statutũ prohibeat, ne officialis stet alio
anno, tamen non potest rectè de potestate intelli-
gi, sed potius de executore, & ministro, vt est tex.
in l. præsidis. vbi dixi. ff. si cert. pet. in l. j. C. de offic.
diuer. iudic. in l. prohibitum. cum gloss. C. de iure
fisc. lib. x. & in §. deinde. in auth. de defens. ciuit. & E
facit, quia si statutum de prætore intellexisset, ve-
risimiliter fecisset eius particularem mentionem.
c. secus. de rescript. c. qui ad agendum. de procu. &
quia in statuto prius ponitur scriba, Consul, Cla-
uiger, officiarius, &c. non est verisimile, quod in-
tellexerit de prætore, quia eum primo loco no-
minasset, tanquam digniorem. l. ij. ff. de alb. scrib.
prout facit in statuto de damno dato à bestijs. Nõ
obstant allegata in contrarium, & primò dum di-
citur, quod dictio officiarius est generalis, &c. F
33 respondeo, etiam si hoc sit verum, tamen † in sta-
turo potius est accipienda specialis significatio,
quam generalis. l. hoc legatum. vbi Bar. ff. de lega.
ij. Mathesil. not. xcij. Alex. rub. ff. solu. matrim. in l.
certi condictio. si cer. pet. Curt. iun. in d. l. ij. ff. de
offic. eius cui. Secundò respondeo, quod etiam si
dicta dictio sit generalis, non tamen reperitur in
iure, quod comprehendant hanc speciem pote-
34 statis, sed duntaxat † ministros, executores, ratio-
nales, commẽtarienses, præsidem verò nunquã d. G
l. præsidis. vbi dixi. C. iuribus suprà allegatis. Ter-
tiò respondeo, q, quicquid sit de iure communi ex
forma statutorum dicti oppidi satis apparet, quod
apparet, quod appellatione officiarij, non intelli-
gitur de potestate: alias in d. statuto nominasset eũ
nominatim, vel primo loco d. l. ij. vt suprà dixi. Et
alia statuta sunt potius pro hac opinione, quã cõ-
tra maximè additio statuti, quod dent hominibus
tres consules omni anno, qui possint iustitiam fa-
re, sicut ipsi domini & potestas, nota æquiparatio-
nẽ, quæ fit per copula. l. j. de reb. dub. vt sicut domi
norũ iurisdictio no coarctatur intra annum, ita nec
potestatis, licet consulum coarctetur propter spe-
ciale mentionẽ. Idemq; dicendũ de statuto, de da-
no dato, vbi quo ad illud statutũ officiarij intelli-
guntur † potestas, consules, scribæ, &c. nota ver- 35
bum intelliguntur quod est signum impropriera-
tis. l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. j. glo. l. hæ-
res quandoque. ff. de acq. hære. per Bart. & Docto.
in l. si is qui pro emptore. de vsucap. quæ † impro- 36
pria significatio no est accipienda, maximè ad cor-
rectionem iuris veteris, vt suprà dixi, & hæc erit
quarta responsio, cum suprà dixerim de iure com-
muni, officium potestatis terrarum esse saltẽ bien-
nale, vnde non debet fieri interpretatio per quam
huiusmodi dispositio cẽseatur sublata, † fit autem 37
semper interpretatio, per quam euitetur correctio
iuris veteris, vt habetur in locis communibus. Et
ita ego sentio, saluo semper, &c.

CONSIL. LV. SVMMA.

1 *Fœmina minor renuntians cum iuramento successioni pa-*
ternæ, & promittens se contentam dote, non potest am-
plius contrauenire.

2 *Si fœmina minor in renuntiatione enormiter læderetur, ta-*
lis renuntiatio non firmaretur, iuramento quia præsu-
meretur talem contractum fecisse metu paternæ reuc- 37
rentiæ.

3 *Fœmina dicitur enormiter læsa, quando habuit minus di-*
midia dotis competentis.

4 *Dos non debet esse minor legitima.*

5 *Legitima in quinq; filiis est dimidia portio eius, quod ab in-*
testato cuicunque ex filiis delatum fuisset.

6 *Moriente filio in bonis aduentitijs, succedit pater vnà*
cum fratribus vtrinque coniunctis in viriles portio-
nes.

7 *Mater transiens ad secunda vota, amittit successionem pro-*
prietatis bonorum filij.

8 *Pater de iure antiquo succedebat filio, tam in bonis ma-*
ternis quàm in auitis.

9 *In correctorijs non est licita extensio.*

10 *Nemo transmittit ad hæredem maius ius, quàm ipse de-*
beat.



Ordinem dubiorum prosequendo, circa primum clarum est, communem conclusionem esse, quod † 1
fœmina minor renuntians cum iu-
ramento successioni paternæ, & promittens se contentam dote, non potest amplius contrauenire, vt est text. apertus in leg. quamuis. de pact. in vj. & firmant omnes in l. pactum dotali. reprobata gloss. ibi Cod. de collat. Sed ista conclusio non videtur procedere, quando † tali renuntiatio esset valdè damnosa 2
ipsi minori, pura, quod enormiter læderetur, nam tunc præsumeretur metu paternæ reuerentiæ talem contractum fecisse, nec firmaretur iuramento. l. j. §. quæ onerandæ. vbi Bartol. ff. quãt. ref. act. non dat. per Docto. in c. caulam matrimonij. de offic. deleg. & ita consuluit Paul. Castr. consilio clxxvij. Contra superius consulta, & tenet Pet. de Anch. in regula accessorium. de reg. iur. in vj. & in consi. xxxix. Cald. consi. viij. duæ puellæ. But. cõsi. xlv. Iuris rigor. Soc. consi. clxiij. capio primũ. Dec. cõ. lxxxvj. & cõs. clxxx. vbi refert multos alios cõsulentes, & istud intelligit etiã si efficacissimę clau-

sulæ

sulæ essent positæ in tali instrumento, quia præsumitur minor, & fœmina, per metum reuerentialem patris, consensisse, & pater præsumitur dolo exegisse tale iuramentum, vt ibi per eum, cuius rationes non est opus nunc referre, idem etiam late consuluit Pet. Phil. Cor. consi. cexiij. in tertio. † Et dicetur enormiter læsa, quando habuit minus dimidia doris competentis argum. l. secunda. C. de rescind. vendit. & per Anton. de But. in dict. consilio xlv. & in cap. cum contingat, versicu. quartus casus. extra, de iureiuran. & † non debet dos esse minor legitima, vt dicit Salicetus in authen. res q. Cod. comm. de leg. Alexand. consilio lxix. in primo. cum concord. per Dec. in dict. consilio clxxx. Et ex his concludo, quod talis renuntiatio in effectu non excludit ipsam filiam, & consequenter nec eius hæredes. Vnde debetur supplementum legitimæ, quæ quidem † legitima erit dimidia portio eius, quod ab intestato ipsi delatum fuisset, cùm in facto proponatur fuisse quinque filios. iuxt. authen. nouissima. C. de inoff. testamen. Circa secundum dubium sciendum est, quod † moriente filio, in bonis aduentitiis succedit pater vna cum fratribus vtrinque coniunctis in viriles portiones, per text. in authen. defuncto. C. ad Tertyl. Vnde dato, quod Blasius sit mortuus, prius defuncta matre, & auo materno. Ioan. Angelsi admitteretur cũ Raymundo, & Antoneta in partes viriles. Circa tertium communis conclusio est, quod sicut mater † transiens ad secunda vota, amittit successionem proprietatis bonorum filij. l. fœminæ. C. de secun. nupt. §. si autem intestatus. in authen. de nupt. idem etiam est in patre, vt tenuit gloss. in d. l. fœminæ. §. his illud. vbi Barto. & Salic. idem concludunt, respondentes ad text. in §. cùm igitur. in authen. de non elig. vt ibi per eos, & idem tenet Oldr. consil. xxxv. quidam Roma. consilio clxxxij. In casu proposito. Mathesil. in tract. successi. ab intest. in ij. par. prin. vbi ponit aliam solutionem. ad dict. §. cùm igitur. & pro ista parte allegat tex. in sui generalitate in l. generaliter. eo. tit. idem sequitur Aret. consi. lxxij. & consi. cclxiij. & Dec. consil. lxxvij. & ab ista practica non est recedendum. Sed difficultatem facit in casu nostro, quia ista opi. procedit, quoad bona, quæ prouenerunt ex ipsa matre in filios, cui matri per transitũ ad secunda vota, videtur ipse maritus fecisse iniuriam, & meritò in eis non succedit, sed quoad bona auita, prout est quæstio nostra, videtur secus, prout in terminis firmat ipse Mathesil. in d. tract. in ij. par. vers. quid autem sit, bonis quæ immediate, &c. & mouetur bona ratione, quia † de iure antiquo pater succedebat filio, tam in bonis maternis, quàm in auitis, vt habetur in d. §. cùm igitur, quæ dispositio, quoad bona materna, fuit correcta in d. §. si autem intestatus. Sed talis correctio non debet trahi ad auita, quia † in correctoriis non est licita extensio. l. præcipimus. de appell. præsertim ad casum, in quo non sit tanta ratio, prout in casu nostro. Sed tamen hoc non obstante dico, in proposito casu, istum patrem, seu eius hæredes esse excludendos, pro cuius opinionis fundamẽto præmittendum est, dato, quod pater possit succedere istis filiis præmortuis, non tamen habet amplius ius, quàm ipsi haberent, quia † nemo transmittit ad hæredem maius ius, quàm ipse habeat. l. cùm hæres. ff. de diuers. & tempor. præscr. c. is qui in jus succedit. de reg. iur. in vj. Sed in casu nostro, isti filij non possent obtinere, ergo nec pater seu eius hæredes.

CONSIL. LVI. SVMMA.

1 *Hæreditas per pactum transferri non potest.*
2 *Obligationem, post mortem dandi valere.*
3 *Donatio quæ à principio valuit, quia causa matrimonij est facta, debet conferri, sicut dos ipsa.*
4 *Donatio simplex confertur, quando est talis, quæ à principio tenuit, nec in vim legati morte donantis confirmatur.*
5 *Donatio per patrem filio facta, in qua interuenerit iuramentum, quia statim valet, est conferenda.*
6 *In materia collationis plurimum attenditur ad defuncti voluntatem.*

SOcer dedit dotem conuentam in pecunia genero suo, & præterea etiam dictus gener stipulatus est vice, & nomine vxoris suæ, & hæredum, medietatem omnium bonorum præsentium & futurorum, de bonis hæreditatis, post mortem soceri, & eius fratris quæritur, hæc medietas debeat conferri cum vxore alterius generi. Et videretur prima fronte non valere huiusmodi obligationem, tanquam per tale pactum hæreditas transeat in istum generum, † clarum est autem per pactum non posse hæreditatem transferri. leg. hæreditas. in fin. Cod. de pact. conuen. leg. pactum quod dotali. C. de pact. adeò vt nec marito quidem succurratur, qui spe talis pacti vxorem duxisset, secundùm Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. lega. & quod habetur in l. si maiores. C. de transact. Sed ista procedunt in pacto obuentionis hæreditatis, per quod ius post solam mortem defertur, citra obligationem præsentem, vt declarat Barto. in cons. ccxij. & Dec. in l. pactum. C. de collatio. & dixi in dict. l. pactum quod dotali. Sed si aliquis † per præsentem obligationem obligauit se ad dandũ post mortem suam, &c. prout in casu nostro, valet talis obligatio. l. j. Cod. vt actio. ab hæred. per Oldr. consil. cxxxix. Iaſ. in l. stipulatio hoc modo. in fin. de verb. oblig. Alex. consi. viij. in ij. consil. lviij. in v. Dec. consil. ccxvj. & consi. ccxxv. cum similibus. meritò ergo in casu nostro, non est dubitandum, quin hæc obligatio dimidiæ partis hereditatis post mortem dandæ valuerit, præsertim cum sustineatur ex legitima causa, videlicet dotis istius filiæ, vt apparet ex ipso instrumento, ex quo instrumento apparet, quod causa finalis istius pacti fuit ipsum matrimonium, prout in simili etiam dicit Dec. consi. ccxxxix. versic. viterius. Ista ergo donatio † quæ à principio valuit, quia causa matrimonij est facta, debet conferri, sicut dos ipsa confertur. leg. filiæ dotem. Cod. de collati. & quod in tutiore casu dicit Salic. in leg. filia legatorum. Cod. de lega. quem refert, & sequitur Iaſo. in dict. leg. filiæ dotem. Sicut etiam videmus, quod donatio ob causam debet conferri, secundùm Paul. Castr. & Alexan. in l. vt liberis. in fin. C. de collat. Imo. etiam † donatio simplex confertur, quando est talis, quæ à principio tenuit, nec in vim legati morte donantis confirmatur, secundùm l. si donatione. C. de collat. & habetur in authen. ex testamento. C. eod. vnde † donatio per patrem filio facta, in qua interuenerit iuramentum, quia statim valet, est conferenda, secundùm Alexan. in d. auth. ex testamento. per Soci. consi. xcj. incip. visa & diligenter. Dec. in d. authen. cum concordan. & in casu nostro, quod talis fuerit mes istorum, satis apparet ex eo, quod aliam dimi-

diam

diam reseruauerit, vtin ea posset alia filia succe-
6 dere. Clarum autem est, † in materia collationis plurimum attendi ad ipsius defuncti voluntatem. l. i. C. de collat. vbi Mod. Fateor tamen, quod si ista donataria repudiat hæreditatem istorum donatorum, & velit esse contenta dote, & illa dimidia donata, poterit hoc facere, & alia soror sola poterit esse hæres, & tunc non tractaretur de collatione, vt est text. in l. fin. ff. de collat. Et quia ex suprascriptis satis colligi potest responsio ad contraria, non insisto vlterius. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LVII. SVMMÆ.

1 *Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis.*

2 *Ex eo solo, quod quis contrahat cum domino suo, vel cum communi, cui ipse subiicitur metus non præsumitur.*

3 *Quis non præsumitur velle dilapidare suum.*

4 *Paria sunt ad rescißionem contractus, siue quid metu fiat, siue propter reuerentiam.*

5 *In contractu in quo intercenit enormißima læsio, absque aliis probationibus præsumitur metus.*

6 *Protestatio precedens regulariter probat metum sufficientem ad rescißionem contractus, postea facti.*

7 *Quilibet de cap. potest singulariter attestari de his, quæ ab eo in vniuersum gesta sunt.*

8 *Interesse est damnum emergens, & lucrum cessans.*

9 *Illud dicitur liquidum, quod incontinenti, hoc est termino 15. dierum potest liquidari.*

10 *Fisco ex diuersa statione, non opponitur compensatio.*

11 *Ex diuersis non bene infertur.*

HAc in controuersia, vertente inter d. Dominicum Sauli, & agentis pro communi Ianuæ, omissis allegationibus ad partes, breuiter pro more meo dicam, quid sentio, & in effectu attingédi sunt duo articuli. Primus est, an dicti agentes ad aliquid teneantur pro renuntiatione contractus in eos facta; & videretur, quod non, quia cessio fuit facta simpliciter, non reseruato sibi aliquo iure, nec pacto inito, de qua mercede, vnde contractui standum est, quia † sicut à principio fuit voluntatis, ita nunc est necessitatis. l. sicut initio. C. de actio. & obli. & † ex eo solo quod quis contrahat cum domino suo, vel cum communi, cui ipse subiicitur metus non præsumitur. l. ii. §. sed vim. ff. de eo quod metus cau. per Cano. in c. cum dilectus. extra, eodem titu. Sed tamen in proposito casu, contrarium videtur verius, & præsupponendo in facto, quod talis contractus initus inter ipsum d. Dominicum, & excellentissimum Ducem Mediolanen. erat ipsi Dominico lucrosus, & quoliber anno habebat in tesoro certissimum lucrum sex millium aureorum, vnde cum loco sui subrogauerit agentes pro communi, non est verisimile, quod ipse id fecerit, quia † non præsumitur, quis velle dilapidare suum. l. cum de indebito. ff. de probation. Et iste metus elicitur ex processu tribus modis, primo ex instrumento cessionis, seu renuntiationis, in quo dicitur eam fieri contemplatione illustris domini Hieronymi Aduni, ex quibus verbis satis ostenditur factam reuerentia, seu respectu ipsius, & ex hoc satis probatur ipsum non fuisse probatum, quia † paria sunt ad rescisionem contractus, siue quid metu fiat, siue propter reuerentiam. leg. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non detur, & hoc in casu nostro, in † quo interuenit enormissima læsio, quo casu absque aliis probationibus, præsumitur metus, vt concludit Paul. de Cast. in consi. clxxvij. contra superius. sequuntur Moder. in c. causam matrimonij. extra, de officio deleg. Præsertim cum communis Ianuæ inducat iustam præsumptionem reuerentiæ, respectu ciuis subditi. leg. veluti. ff. de iustit. & iur. & ipse d. Hieronymus esset frater Ducis, imò ipse omnia gereret tanquam Dux seu princeps; & potuisset illum cogere si voluisset, & renuntiatio facta non fuisset, facit in arg. gloss. not. in c. inconuenior. xxiij. q. viij. & quod nota. Gemin. in c. si post præstitum. de confe. in vj. & quod habetur. ij. quæst. j. c. in primis. cum similibus relatis per Ias. in §. quadrupli. instit. de action. Secundò probatur ex instrumento protestationis præcedentis, quæ † protestatio regulariter probat metum sufficientem ad rescisionem contractus postea facti. leg. qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. hæred. per Rom. in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. noui nunt. & per Bald. in consil. schismatis, quod posuit in rub. Cod. si quis aliq. test. licet apud doctores sit aliqua difficultas, an talis protestatio probet metum respectu tertij ementis, & ignorantis eam factam esse, vt per Bal. in l. clari. in versic. sed an valeat protestatio clandestina. C. de fideicom. per Bar. in d. §. fi. cum concord. per Alexand. consi. xvj. lib. iij. tamen respectu eius, cuius timore reuerentiali fit, istud non habet difficultatem, vt ibi dicunt doctores, & idem putarem respectu cuiuslibet successoris etiam particularis, puta quia haberet causam ab eo. arg. l. stipulatio ista. in princ. ff. de verbor. oblig. & quod not. Bar. in l. si seruus. ff. de cond. fur. & ratio quia hic non est aliquod præiudicium tertij, ex quo iste successor particularis habet recursum contra datorem suum. Tertiò probatur, quia præfecti Bayliæ, videntes se teneri ad interesse versus do. Dominicum, concluserunt illi compensationem aliquam præstandam, & licet hoc nó redegerint in scriptis tunc, tamen finito officio quilibet ita attestatus est, & standum est tali attestationi, ex quo hic non agitur de interesse aliquo ipsorum, vt est doctr. Bartol. communiter approbata. in leg. ne in arbitris. C. de recept. arb. & probatur in l. ob carmen. §. j. ff. de testib. sicut videmus, quod † quilibet de capitulo, potest singulariter attestari de his, quæ ab eo in vniuersum gesta sunt, vt probatur in c. insuper. vbi per doctores. extra, de testib. & in l. in tantum. §. j. ff. de rer. diui. & licet non reperiatur tunc facta scriptura de illa communi conclusione, non tamen propter hoc vitiatur, ex quo non sumus in aliquo casu, in quo de necessitate requiratur probatio per scripturam, de quibus per glo. in clem. j. de censi. per doct. in l. pactum, quod bona fide. C. de pact. sufficit ergo probatio, facta per ipsosmet attestantes de re à se gesta, cum essent in magistratu, & ideo in hoc primo puncto concludo dictos agentes pro communi Ianuæ teneri ipsi d. Dominico ad † interesse, quod est damnum emergens, & lucrum cessans. leg. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur, quicquid igitur ad ipsum officium peruenit ex causa dictæ negotiationis, quo ad ipsum d. Dominicum peruenisset, si renuntiatio facta nó fuisset, tenentur dicti præfecti restituere. l. restituere videtur. ff. de verb. sig. Secundus articulus est, quia

d. Do-

d. Dominicus habet penes se certas pecunias spectantes dicto communi, seu officio Bayliæ an possit eas retinere, vel compensare, & hic breuiter respondeo, quod si interesse d. Dominici est liquidum, puta quia propter lucrum cessans ipsi tantum lucri peruenerit in commune, quantum debet Dominicus licita est compensatio, quia res dicitur vtrunque liquida, & † idem est si adhuc non esset liquida, sed posset incontinenti, puta termino xv. dierum liquidari l. fin. C. de compe. vel alio termino arbitrio iudicis, & quod not. Fel. in c. cum Ioan. versi. in gl. fi. de fid. instru. Nec obstat l. j. C. de compen. vbi † fisco ex diuersa statione non opponitur compensatio, quia hic non sumus in causa fiscali, sed ipsius communis, & illa lex non procedit, nisi in fisco propriè sumpto. arg. no. per Cin. in l. in ea. & per Bald. & Sal. in l. si ex venditione. C. de compens. vel & melius hic est vna, & eadem statio, quia dictum Bayliæ, debet satisfacere d. Dominico, & interesse, & idem officium habet creditum dictarum pecuniarum, & si hæc pecunia recepta esset ex causa salis, nulla penitus esset difficultas: cùm igitur verba d. l. j. C. de compensa. non conueniant, ergo diuersum ab ea ius statui debet. Nam † ex diuersis non bene infertur. vulg. iurib. Saluo semper, &c.

CONSIL. LVIII. SVMMÆ.

1 *Dubitans de morte testatoris hæreditatem adire potest.*

2 *Qui non potest adire, nec repudiare potest, & quære.*

3 *Qui non habet notitiam testamenti, nec pro qua parte institutus sit, adire non potest.*

4 *Renuntiatio non potest fieri validè, nisi visis, perspectisque verbis testamenti.*

5 *Clausulæ, omni meliori modo, vis.*

6 *Iuramentum eandem vim habet, quam clausula omni meliori modo.*

7 *Per clausulam omni meliori modo, vel per iuramentum, sustinetur actus etiam in casum à partibus non cogitatum, dum tamen in genere cogitauerint.*

8 *Transactio super testamento, etiam non cognitis verbis testamenti, valet, dummodo iuramentum accesserit.*

9 *Hæreditas sicut animo aditur, ita etiam animo repudiatur.*

10 *L. si is quem. ff. de acquir. hæred. limi.*

11 *Repudians in fauorem alicuius, aliquo modo dicitur donare.*

12 *Cohæres largo modo dicitur substitutus, quia ius accrescendi est quædam tacita substitutio à lege introducta.*

13 *Lex transferens ius in fiscum, loquitur quando quis paciscitur de hæreditate viuentis.*

14 *Cessantibus verbis, legis cessat, & dispositio.*

15 *In pœnalibus & odiosis faciendæ est stricta interpretatio.*

16 *Licet pactum de hæreditate viuentis non valet, tamen secus est si factum sit inter eos, qui nec sciebant per illum viuere, sed putabant mortuum.*

17 *Opinio veritate potior.*

18 *Licet in his quæ pendent ex solâ voluntate disponentis, plus attendatur opinio quàm veritas, tamen in his, quæ dependent ex facto, & dispositione iuris, magis attenditur veritas.*

19 *Exceptio indignitatis non potest per aliquem opponi, præterquam per fiscum.*

20 *Ad computationem legitimæ, quando debet aestimari facultates suas per donationes collatas in filios, attenditur tempus donationum, non autem mortis.*

21 *Substitutio sit si hæres non erit.*

22 *Satis dicitur donare, qui abstinet, vel repudiat vt bona ad substitutum, vel ad cohæredem iure accrescendi perueniant.*

23 *Legitima non præstatur, nisi prius satisfactis creditoribus.*

24 *Debitor repudians hæreditatem, non dicitur alienare in præiudicium creditorum, sed velle acquirere quod potest facere.*

HAc in causa magnifici domini de Centallo pro modico temporis spatio, & occupationibus meis re diligenter considerata, videretur prima fronte renuntiationes magnifici domini Antonij non valere, & quò ad primam cum ex eà appareat, quod dubitabat de morte testatoris, clarum est quod talis † dubitans adire non potest. leg. si is, ad quem. leg. hæres institutus. ff. de acquirend. hæredi. & † qui adire non potest, nec repudiare potest. leg. is potest. l. in repudianda. ff. de acquiren. hæred. & multò minus renuntiare in vtilitatem alterius, quia istud presupponit aditionem, & rei iam acquisitæ in alium translationem, vt declarat Pau. de Castr. & Iason in leg. si actionem. Cod. de pact. Quo verò ad secundam idem dicendum est, cùm appareat eum non habuisse notitiam testamenti, cùm asserat in eo sibi substitutum esse filium, qui tamen non substitutus, sed cohæres erat, vnde † cùm non habuerit notitiam testamenti, nec pro qua parte institutus esset, adire non potuit, & consequenter nec renuntiare. lege, si quis extraneus. §. fin. de acquir. hæred. dict. l. si is ad quem. imo † (vt renuntiatio valeat) videretur quod non potuisset fieri, nisi visis, perspectisque verbis testamenti leg. de his. ff. de transactio. l. j. ff. quemadmod. testamen. aperi. Fortius in istis actibus videtur sibimet contrariari, quia volendo quod sit locus substitutioni, apparet quod repudiauit hæreditatem, volendo valere in vim donationis apparet quod adiuit, & deinde donauit, & ista simul esse non possunt vt habetur in dict. l. si actionem facit l. fuit quæstionis. ff. de acquirend. hæred. & quod not. Aret. consilio xc. viso themate. Sed his tamen non obstantibus, puto in proposita quæstione esse contrarium, & secundum renuntiationem valere. Moueor, quia quando in instrumento hæres adit hæreditatem, vel repudiat, apposita clausula, † Omni meliori modo, &c. tunc actus sustinetur in eum modum, qui possibilis sit. Et hoc propter efficaciam dictæ clausulæ ita notab. consuluit Angel. in consi. clxxxiij. incipien. ex themate prædicto, sequitur Deci. consilio xiiij. Iaso. in dict. leg. si quis extraneus. §. sciend. In casu autem nostro adest illa clausula, vel æquipollens videlicet prout melius, & validius de iure fieri non potest. Adest etiam iuramentum quod eandem vim habet, quam d. clausula. leg. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. per Bartol. in leg. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obli. imo, † stante tali clausula, vel iuramento semper sustinetur actus etiam in casum à partibus non cogitatum, dum tamen in genere cogitauerint, leg. qui iure. ff. de testam. milit. per Bartol. in leg. sub prætextu. Cod. de transactio. quod nota. Angel. in leg. tres fratres. ff. de pact. Ludouic. Roma. in leg. sicut certi. Cod. de testam. milit. Alex. consilio ij. in ij. vnde communis conclusio est,

8 est, quod † transactio super testamento, etiam cognitis verbis testamenti valeat, dummodo iuramentum accesserit, vt dicit Abb. Anto. de Butr. & Imo. in cap. cum contingat. in nono casu. extra, de iureiur. Corn. in authen. sacramenta puberum. q. xvij. versi. iiij. C. si aduers. vend. Alex. consilio xj. in ij. Ias. in d. l. de his. Confirmantur supradicta, quia præsupponitur in facto quod d. Antonius semper administrauit ista bona, tanquam procurator, & administratorio nomine filij, vnde apparet de eius animo, quod nolebat proprio iure ad se pertinere, vnde † sicut animo aditur hæreditas, ita & 9 repudiatur. l. geris. ff. de acquir. hæred. vnde etiam si dictæ renuntiationes non valerent, saltem valeret repudiatio, & per ius accrescendi omnia bona ad filium, & hæredem pertinent. Nec 10 obstat dict. l. † si is ad quem. & dict. l. hæres institutus. cum similibus, quia limitantur, vt dixi, per prædictam decisionem, quando dubitatio est circa quantitatem portionum, prout in casu nostro, si vera esset circa causam acquisitionis pura, quia dubitaretur vtrum esset mortuus, vel ne tunc forte aliud esset, vt tenui in l. ventre. ff. de acquir. hæred. Nec obstat illa contrarietas, quia etiam † repudians in fauorem alicuius aliquo modo dicitur donare. l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eor. & melius in l. si sponsus. §. si mar. ff. de do. inter vir. 12 & vxor. sicut & largo modo cohæres dicitur substitutus, quia ius accrescendi est quædam tacita substitutio à lege introducta. l. si Titio, & Mæuio. §. Iul. vbi per doct. ff. de leg. ij. & per Ias. in l. licet Imper. ff. de leg. j. & in l. nec is. §. j. in fin. ff. de acquir. hæredit. Circa secundum nunquid per primam renuntiationem factam eo tempore, quo do. Antonius renuntiãs credidit testatore adhuc viuere sit applicatũ ius aliquod fisco, & breuiter agẽdo, 13 cõcludo, quod non, quia † lex trãsferens in fiscum ius loquitur quando quis paciscitur de hæreditate viuentis. l. ij. §. fin. de his qui. vt indi. l. quidam. §. fin. ff. de donat: sed iste non erat viuus, quia in ve- 14 ritate tunc iam expirauerat, vnde † cessant verba legis, ergo & dispositio. l. non aliter. de leg. iij. l. 15 Labeo. de supel. lega. maximè cùm simus † in pœnalibus, & odiosis, in quibus stricta interpretatio fieri debet. l. cum quidam. ff. de lib. & posthum. cap. odia. de reg. iur. in vj. Nec obstat quod ipse renuntians crederet eum esse viuum, quia respondeo tribus modis. Primò, quod dubitabat, imò credebat potius mortuum, vt apparet ex lectura instrumenti, vnde sequitur notab. conclusio, quod 16 licet † pactum de hæreditate viuentis non valeat, tamen secus est si sit factum inter eos, qui nesciebant illum viuere sed putabant mortuum, vt est text. in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. iuncta gloss. in verbo, eum. ff. de acquir. hered. & ibi Raphael. Com. & Alex. nor. & est gloss. in d. l. ij. in gl. 17 fin. de his qui. vt indig. Secundò † respõdeo, quod cùm iste vere mortuus esset attenditur veritas, nõ autem opinio istius credentis viuere, quia in delictis si ex parte opinionis censetur crimen ex parte veritatis, non attenditur veritas. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. ibi, etiam si ego, quem text. ad hoc hot. Bald. in l. si quis seru. in princ. C. de furt. 18 & facit regula generalis, quod † licet in his, quæ pendent ex sola voluntate disponentis plus attendatur opinio, quàm veritas. l. quo loco. §. fina. ff. de hæredit. institu. dict. l. is qui hæres. tamen in his, quæ dependent ex facto, & dispositione iuris magis attenditur veritas. cap. nuper. de bigam. l. multum interest. ff. de conditione & demonstra-

A tione, cum similibus. Tertiò respondeo, quod istam † exceptionem indignitatis nemo potest op- 19
ponere præter fiscum, & ideo aduersantes reiciẽtur, vt est gloss. in l. his consequenter. §. fina. ff. famil. erciscẽ. & in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. & vtrobique doct. & per Ias. in l. si seruus plurium. §. si quis ante. ff. de leg. j. cum concord. Circa tertium, nunquid ista renuntiatio valeat in præ- 20
iudicium filiæ dicti domini Antonij, vt non possit petere aliquam legitimam super dictis bonis renuntiatis, & videtur prima fronte dicendum non præiudicare ipsi filiæ, quia † ad computationem 21
legitimæ, quando pater exinaniuit facultates suas per donationes collatas in filios attendimus tempus donationum, non autem mortis, vt est textus in authentic. vnde si parens, & ibi omnes not. C. de inoff. testam. declarat Paul. de Castr. in l. j. C. de inoff. dona. Sed in proposito casu aliter sentio, & considero, quod si pater adiuisset dictam hæreditatem, deinde renuntiasset, posset prædicta ratio habere aliquem colorem, sed in casu nostro nõ est verum, aditam fuisse hæreditatem, sed potius repudiatam, quod apparet ex lectura dictæ remissionis, in qua dicitur principaliter, quod renuntiat institutioni, & vult esse locum substitutioni, quæ verba nõ possunt capere intellectum additionis, sed tantummodo repudiationis, cùm † 22
substitutio fiat, si hæres non erit. l. cum proponas. C. de hær. insti. voluit igitur non esse hæres, & illa verba attendenda sunt, quia in his est principalis dispositio illius actus, & dato, quod aliæ clausulæ D
executiuæ suaderent factam additionem, tamen nõ attenderentur. Cle. j. de præb. quamuis in veritate nullæ sint, quæ aliud suadeant. Nec obstat, quod dicatur donationis causa factam dictam renuntiationem, quia non per hoc infertur aditam hæreditatem, & † satis dicitur donare, qui abstinet, vel 23
repudiat, vt bona ad substitutum, vel ad cohæredem iure accrescendi perueniant, vt est casus in d. l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. de don. inter vir. & vxo. & per Aret. in præall. consil. xc. concludo igitur, quod cum hæreditas nunquam adita fuerit per dominum Antonium, nec vnquam fuerit in eius bonis, non potest ex ea augeri legitima filiæ, quæ solum augetur de eis, quæ semel fuerunt patris, non de eis, quæ semper extra eius bona permanserunt. Confirmo hanc opinionem, quia potentius ius habẽt creditores in bonis patris, quàm ipsa filia, quod apparet quia † legitima non præ- 23
statur, nisi prius satisfactus creditoribus, l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testam. sed † si de- 24
bitor repudiat hæreditatem potest hoc facere etiã in præiudicium creditorum, quia non dicitur alienare: sed nolle acquirere. l. qui autem. in prin. ff. quæ in fraud. cred. ergo multò magis potest hoc facere in præiudicium legitimæ, quæ filijs debetur, & tali argumento vtitur etiam Paul. de Castr. in rubric. C. de inoffic. don. & probatur ista opinio etiam per casum dicti §. si maritus hæres. Et 25
sentio saluo semper saniore iudicio.

CONS. LIX. SVMMA.

1 *Argumentari ad partes, magis conuenit disputanti, quàm decidenti.*

2 *Pater qui stipulatus est reddi dote filiæ, & eius hæredibus, & cui casus dederit, censetur donasse dotem ipsi filiæ.*

3 *Dos ad filios, & ab his ad auos transmissibilis.*

4 *Infantes decedentes relictis auo paterno, & auo materno, transmittunt in eos ius, & cuilibet pro parte dimidia.*

5 *Authent. defuncto. declar.*
6 *Dos ad dantem redit.*
7 *Constituti effectus.*
8 *Venditio facta pro iusta pretio dicitur, & existens conditionalis.*
9 *Clausula constituti propter incertitudinem conditionis, valere non debet.*
10 *Notorium dicitur, quod constat ex facta instrumenti in actis producti.*

EXcutienda sunt aliquot dubia pro resolutione præsentis casus. Primũ est ad quem pertineat dos d. Lucretiæ? Et decisiuè loquendo quia † argum. ad partes magis conueniunt disputanti, quàm decidenti, ex tenore instrumenti apparet, quemadmodum magister Petrus † pater eam dotem stipulatus est, reddi ipsi Lucretiæ, & eius hæredibus. & cui ipsis dederit, &c. quibus verbis perspectis communis conclusio est cen sori dotem donatam ipsi filiæ secundùm Bartol. in l. post dotem. in iiij. quæst. ff. solut. matrim. cũ quo ibi transeunt docto. & Petr. de Anch. consil. l. Paul. Castr. consil. cclj. in j. volumi. in nouis. Guid. Pap. decis. cxlvij. Alex. & Corn. in l. illam. C. de collat. Barba. consilio lxj. in iiij. Capra consil. liij. Franc. dõ Cart. senior, consil. liiij. Bald. nouel. in tracta. de dote. parte xij. quæst. xiiij. Cor. cons. cxc. litera B. in fi. in ij. vol. & huiusmodi donatio † facit, vt talis dos habeat similitudinem cum aduentitiis, & censeatur pater renuntiasse vsufructui, & remisisse ius eam occupandi iure peculij, adeò, quod trãsibit in filios eius hæredes. per l. inter socerum. C. cùm inter. ff. de pact. dot. cui dicit Alex. non posse sufficienter responderi. & ita cum Barto. ibi transeunt omnes Moder. scilicet Alex. Bald. nouel. Iaf. Claud. & est communis opinio, à quâ in iudicando non est recedendum. Aliud est dubium, quia posito, quod hæc dos iure hæreditario delata esset istis filiis, tamen non apparet, quod adierint hanc hereditatem: cùm mortui sint post modicum tempus, & in ætate infantili. sed hoc difficilem nõ haberet resolutionem: cum enim decesserint infantes † relicto auo paterno, & etiam auo materno istud ius videtur in eos transmissum, cuilibet pro parte dimidia per tex. in authen. defuncto. C. ad Tertyl. & licet text. in l. si infanti. C. de iur. deliber. hanc transmissionem videatur concedere in fauorem ascendentis paterni tantùm, tamen cum hodie vocetur etiam auus maternus, pari modo æqualiter fieri transmissio in vtrunque per regulam. l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tab. & ita est communis opinio, quam tenent Bald. Alb. Fulgo. Iaf. Cor. in d. l. si infanti. Ang. Imol. Aret. in l. vetere. de acq. hær. Alex. consil. lxxxvj. in iij. Dec. consilio lxxxvij. vt meritò videatur istud ius dotis de matre transiuisse in filios, & de filiis in auos paternum, & maternum, de quo infrà. Tertium est dubium, quia videretur quod imò hæc hereditas perueniat in auum maternum tantùm. ex quo dicta bona ab eo originaliter peruenerunt. per l. quod scitis. §. j. C. de bon. quæ lib. & quæ habentur in l. de emancipatis. §. exceptis. C. de legi. hæredita. & ita tenet Bar. in d. l. post dotem. in vlt. q. vbi Iaf. allegat concord. & attestatur de communi opinione, & adducit etiam rationem, quia † d. auth. defuncto debet distingui & intelligi vt nõ procedat in bonis, quæ prouenerunt ex linea materna secundùm gloss. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisda. cog. vbi idẽ Iaf. multa aggregat, in contrariam tamen partem multum me mouet auctoritas. Bald. in Nouell. in dicto tract. dict. quæstione. xiiij. vbi dicit suprascriptam opinionem Bartol. esse limitandam, vt procedat quando pater simpliciter fuit stipulatus dotem reddi filiæ, & ita propriè loquitur, non autem quando processit vltra dicendo, & hæredibus, quia ita dicendo non videtur sensisse de se solùm, sed etiam de aliis quibuscunque, qui secum concurrant, & secundùm hanc limitationem possunt saluari aliqui, qui consuluerunt seruandum etiam hoc casu dispositionem d. authen. defuncto. de quo per Corn. in d. l. quod scitis. & consil. xlvij. litera l. & consi. xciiij. in j. cũ seq. consi. cclxxxvj. in j. volum. & consil. vij. in iij. quibus locis respondet ad d. l. quod scitis. & alia in contrarium allegata. Sed tamen ego non auderem consulere, & multominùs iudicare pro dicta limitatione Bald. Nouel. quia est contra mentem Barto. & communis opinionis: & quia ratio d. l. quod scitis. & d. §. exceptis militat etiam isto casu, & quia arg. Bald. Nouel. non vrget, quando enim dixit pro hæredibus habuit respectum ad filios, quos sperabat nascituros ex tali matrimonio, non vt ius suum minueret, in casum mortis dictorum filiorũ: & ideo concludo solidam hanc † dotem iure hæreditario, pertinere ad magistrum Petrum, à quo primum profecta est. & si dicas, quomodo ergo potuit fieri transmissio huius hæreditatis, non aditæ per d. l. infanti. quæ non prouidet, nisi ascendenti paternos, respondeo esto, quod non fiat, sequitur quod magister Petrus suę cedat immediatè Lucretiæ filiæ suæ, & sic resultat idem effectus, & ita etiam dixit in positionibus, quod ipse est hæres Lucretiæ: & ideò nihil ei obstat inuentarium, factum ex bonis Ser. Andr. & eius filiarum, cum ipse habeat dotem ex persona d. Lucretiæ, accipiat tanquam quod aduentitiũ ad se iure hæreditatis pertinens. Quartum dubium est, quod concernit priè litem motam in causa possessorij, & cùm instrumento dotis adsit constitutum quod d. Dominicus † constituit se possidere dictas terras, de quibus agitur nomine, & vice d. Lucretiæ, & suorum hæredum, & adueniente casu dotis restituendæ, quod licitum sit dictæ Lucretiæ, vel suis hæredibus sua propria auctoritate absque aliquo decreto, vel licentia iudicis corporaliter accipere possessionem, & tenutam, & pro se pro iusto pretio retinere, & de eis disponere, &c. apparet licuisse magistro Petro, qui vt suprà concluſi est hæres in dicta dote apprehendere dictam possessionem, nec potest dici committere aliquod spolium, vel teneri aliquo interdicto propter licentiam ex suprascripto pacto sibi concessam, secundùm Innoc. in cap. super. quem ibi sequuntur docto. extra. de renun. Angel. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. Lanfr. de Oria. in rubr. extra. de cap. poss. & propr. cum similib. & facit text. in capi. j. extra, de resti. spol. Et quia propter constitutum apparet, quod Dominicus non possidebat nomine suo, sed nomine D. Lucretiæ, & eius hęredum, quorum censetur fuisse procurator. l. quod meo. ff. de acq. poss. vnde licuit dictis hæredibus propria auctoritate ingredi possessionem suam, maximè stante pacto expresso, de quo in l. creditores. vbi Bar. & cæteri. C. de pig. ex quorum scriptis apparet non esse necessariam aliquam citationem minùs sententiam declaratoriam: dummodò debitor nõn resistat in ingressu, vel possessio iam sit apprehensa per alium. l. non est singulis. de regu. iur. & ibi latiùs per Bar. & docto. Nec obstant illa

verba,

BIU Cujas

verba, & pro se iusto pretio retinere. tanquã prius
8 debuerit liquidari pretium, sicut dicimus in vendi-
tione tali modo facta, quæ censetur conditionalis. l. fi. C. de contrahen. empt. per doct. in l. si quis
arbitratu. ff. de verbo. oblig. & facit in simili text.
in l. quod sæpè. §. in his de contrahen. empt. Alex.
consil. xc. in v. Cor. cx. in iij. Socin. l. fem quæ nõ-
9 bis. de acquir. poss. vnde etiam † clausula constituti, propter incertitudinem conditionis, non debet
valere. l. iij. §. incertam. vbi Bar. ff. de acquir. poss.
Nam respondeo, quod translatio possessionis per
constitutum, & facultas apprehendendi in casum
soluti matrimonij est simplex & dispositiua: adeò
q; licuit magistro Petro vti beneficio pacti, qualitas verò iusti pretij est adiecta retentioni tantũ, vnde non impedit apprehensionem, vt in simili dicit Oldr. consilio cxiiij. factum est tale. & Decius
consilio clxxix. versic. non obstat, quod supra ca.
& quod not. idem Decius consilio ccxlvij. & consi. 100. facit quod notat Barto. in tracta. Tyberiadis
de insula. quæst. vlt. vnde sequitur, quod licet valuerit apprehensio, si tamen appareat, quod dictę
certæ apprehensæ plus valeant, quàm pretium so-
lutum pro dote tali casu debeat illud plus in dictis
bonis restitui, sed hoc non impedit, quin magister
Petrus in præsenti iudicio censetur iustus possessor. Nec obstat, quod fuerit primo loco iudicatum
in fauorem agentium, & quod ista causa sit in mero possessorio. vnde non licuit ab ea appellari, sed
executioni demandanda fuit secundum constitu-
tionem Aegidij, &c. respondeo, illa constitutio
10 habet inclusam fallentiam, nisi notoriè constaret
de grauamine, &c. † dicitur autem notorium,
quod constat ex lectura instrumenti in actis pro-
ducti, in quo adest clausula constituti, & facul-
tas apprehendendi, &c. cap. fina. de cohabi. cleric. ff. fin. verbo, manifestum. C. de reb. cred. cap.
licet causam. vbi Felin. in xj. non. de proba. Felin.
cap. significauerunt. de testib. doctrina Bartoli, in
l. j. j. quæstio. ff. de oper. no. nun. vbi omnes scri-
ben. Alexan. consil. lxxxij. in j. Andr. Sicul. cons.
xviij. in j. cum simili. & articuli iuris etiam dicuntur notorij, & certi. §. quibus. in j. consti. C. in
verb. certas, vbi doct. l. ornamentorum. ff. de aur.
& arg. leg. cum ergo notoriè constiterit de grauamine potuit appellari, & ex suprascriptis concludo partes dominorum iudicum esse in pronuntiã-
do benè, à prima sententia fuisse appellatum, & benè per secundum iudicem iudicatum.

CONSIL. LX. SVMMÆ.

1 *Locatori subconductor obligatur.*
2 *Actionem ei latam quæri.*
3 *Qui promittit seruare aliquem indemnem, dicitur esse illius procurator in rem suam.*
4 *Commissio quæ fit sola facti veritate inspecta, tollit tantum rigorosas solennitates iuris ciuilis.*
5 *Iuramenti formula stricte intelligi debet.*
6 *Proprietas ex diffinitione cognoscitur.*
7 *Veritas secundum proprietatem est realis existentia rei.*
8 *Veritas est vnum, eadem cum conscientia.*
9 *Veritatem accipimus dupliciter, nempe à iure informatam, quæ ex probationibus dignoscitur.*
10 *Veritas eo modo accepta non est propriè veritas, sed interpretatio legis.*
11 *Illud dicitur verum, non quod in se est verum, sed quod probatum est.*
12 *A propria verborum significatione non est recedendum.*

A 13 *Princeps committendo reuisionem sententiæ etiam si dicat, quod quis iustitiam faciat, tamen videtur tollere rem iudicatam.*
14 *Princeps non censetur tollere ius partis, nisi apposita clausula ad hoc obstante.*
15 *Clausula ex certa scientia, equipollet clausulæ non obstante.*
16 *Glo. in clem. dudum. de sepul. in verbis facta declar.*
17 *Duo vinculo plus ligant, quàm vnum.*

B Ac in Castellini causa contra Coriũ, quia arbitror diffusissimè fuisse per alios allegatum, ipse paucis vtar, & ostendam relationem magnifici Tõ fossæ confirmandam. Non obstat prima ratio, scilicet, quod Castellinus locator nihil habeat agere cum Corio subcõductore, & habente causam ab Albiato, non autẽ ab ipso, quia respõdeo tribus modis. Primò, quod
1 Castellinus habet obligata omnia bona, & iura
2 præsentia, & futura conductoris, vnde comprehẽditur in hypotheca etiam nomen Corij, qui ipse, &
C sua obligauit conductori. l. nomen. C. quæ res pig. oblig. pot. Secundò respondeo, quod Corius promisit soluere, & releuare indemnem † ipsum conductorem, & hoc notario stipulante nomine cuiuscunq; interfuit, vnde potest Castellinus habere istam hanc acquisitionem, & sibi quærere actio, ex quo sua interest ita disponẽte statuto nostro, quod
D est etiam de iure communi in isto casu, vt est text. in l. ij. ff. rem rat. hab. vbi docto. & habetur in l. non enim. ff. de adoptio. Ang. consi. lxxiij. Pau. Castren. cons. cxcv. in secundo. cum concor. Tertiò respõdeo, quod cum Corius promiserit seruare indemnem † Albiatum, dicitur esse eius procurator in re
3 suam. l. an. §. Titius. ff. de cond. indeb. vnde licuit Castellino contra eum agere, sicut cõtra principalem. l. sicut. §. si procurator. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. Non obstat secunda ratio, videlicet, quod
E commissio Tonsi esset, vt studeret habere veritatem, per quæ verba videtur, quod debuerit referre secundùm veritatem à lege approbatam, vt p Bal. in l. j. in iij. not. C. de nõ nume. pecu. sicut dicimus in commissione † quæ fit sola facti veritate inspecta, per quam solùm tolluntur rigorosæ solennitates iuris ciuilis, vt habetur in c. dilecti, de iud. Alex.
4 cons. lxxx. in fi. in iiij. Rota decisio. xxxiij. in nouis. vnde non potuit reprobare sententiam latam prætextu iuramenti ipsius Albiati, ex quo iuramẽto ius quæsitum erat Corio dato, quod Albiatus de-
F inde dixerit iuramentum suum falsum fuisse, vt per Bar. in l. si quis ingrau. aliàs incipit, si quis ingraueſcente, §. si quis moriens. ff. ad Sylla. per Moder. in c. sicut. extra. de testibus. Nam ad istud argumentum respondeo duobus modis. Primò clarum est, quod tale iuramentum respectu ipsius Albiati, qui confessus est esse falsum, nullius est effectus, & contra eum starur reuocationi, vt dicunt omnes in dicto c. sicut. Sed in casu nostro non agitur de interesse alterius, quàm Albiati, nam in omnem
G casum ipse Corius debet soluere: quia si iuramentum primum tenet prout vult Corius, tunc debet soluere Albiato: quia Albiatus pro eo soluẽdo eius negotium gessit. l. soluendo. ff. de neg. gest. Iõ non potest dici per tale iuramentum Corium esse liberatum ab obligatione, qua tenebatur versus ipsum Albiatum, ex quo talis casus non est cõprehensus in † formula iuramenti, quæ stricte intelligi
5 tur. l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. cum ergo omnino Corius soluere debeat, aut Albiato si primũ jura-

mentum tenet, aut Castellino, si non tenet, sequitur, quod non interest aliquo modo Corij vtrum teneat iuramentum, vel non, ex quo in omnem casum debet pecuniam soluere, vt per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. versic. vnde alij. Mod. ff. de verb. oblig. & consequenter cum respectu Albiati iuramentum non teneat, non potest Corius allegare ius aliquod sibi ex tali iuramento esse quæsitum, quia illud interesse, quod quis soluat magis vni, quàm alteri, ex quo est interesse cuiusdam affectionis, & inordinatæ, nullo modo est considerabile, nec dicitur ex eo ius aliquod quæri. l. j. §. & alius. ff. si quid in fra. patr. Secundò respondeo, q (si bene consideretur forma commissionis) cessat omnis difficultas. & præsuppono, quod veritas in nostra materia duobus modis potest accipi, primo
4 est secundum proprietatem, quæ † proprietas ex distinctione cognoscitur, vt dicit Bart. in l. omnes populi. versi. quæro, vnde sumatur. ff. de iust. & iu.
5 re † secundum quam veritas est realis existentia rei, vt definiuit Augustinus, & declarat Archid. de consec. dist. ij. cap. corpus. vltimo, & gloss. in authen. de instr. caut. & fid. in princ. & talis est immutabilis, vt dicit Bald. in authen. ad hæc, versiculum sed ponamus. C. de vsu. & in l. ex his in fi. C. de rei vxor. act. & de hac loquitur rex. in c. constitutus de in integ. & ca. veritate. viij. distinct. & ij. q. viij. ca. quæritur. & alibi sæpè, vt per Alber. de Ros. in l. ij. C. de ædi.
8 & talis † veritas est vnum, & idem cum conscientia, vt per gloss. & doctores in cap. j. de offic. ordi. Bartol. post alios in l. illicitas. & veritas. ff. de offic. præsid.
9 Secundus modus est † quo veritatem accipimus à iure informatam, quæ ex probationibus dignoscitur, de qua loquitur rex. in l. penult. §. mulier in fi. ff. de prob. ibi respondet. veritati locum superiore. & talis veritas propriè † non est veritas, sed interpretatio legis, vt ibi probatur, & per Archi.
10 in cap. iudicantem. xxx. quæst. v. vbi dicit, quod
11 illud dicitur verum, non quod in se est verum, sed quod probatum est, sequitur Bald. in cap. j. extra, de constitu. & de tali veritate intelligitur in commissione, quæ fit, vt quis procedat sola facti veritate inspecta: quia licet verba videantur inferre ad veritatem secundam primo recensitam, tamen pontifices Roma. non tantum fiduciæ habuerunt suis delegatis, vt vellent eos posse cognoscere secundum primam, secundùm quam præstita fuisset illis magna occasio delinquèdi, vnde per quasdam constitutiones declarauerunt facultatem quæ ex tali commissione competit, vt dicit Rota
12 impræ allegata decisio. xxxiij. in nouissim. In proposito igitur videndum est, quomodo commissio Tonsi intelligenda esset, & puto quod secundum
12 subiectum modum, quo ostenditur pluribus rationibus. Primo, quia ista † est propria significatio illorum verborum, quibus mandatur, vt habeat veritatem: ergo ab ea recedere non debemus. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. Secundò, quia cum habeatur ex
8 forma commissionis referre in amplissimo senatu, videtur id actum, vt referret bono dõ, quæ solet senatus ipse iudicare, clarum autem est, quod senatus ipse iudicat, inspecta in dubia veritate, & conscientia, etiam nullo habito respectu obstantium quæ veritati contrariantur, vt per Bartol. in d. vnica in fi. C. vt quæ des. aduocat. & declarat Guido Pa. in quæstione xxix. & post Felin. in cap. postulastis. Felin. 6. quia vero. extra, de offic. delegati. Tertiò,
13 quia † princeps committendo commissionem sententiæ, etiam si dicat, quod quis iustitiam faciat, tamen videtur tollere rem iudicatam, vt dicit Bald. in cap. j. de constit. de offic. delegati. & ibi Abbas. cui sequitur Felin. in cap. j. de constit. Decius consilio cxxviij. & licet Iaso in l. ecusas. C. de transact. & in l. iustitia. ff. de iust. & iure. dubitet de hac decisione: quia istud esset tollere iura partis, quod princeps non præsumitur facere, nisi apponat clausula, non obstante, in rescripto. l. fin. C. seu. rescr. non possit. Inquit ista nostra natura, vt cæca sit, tanta principis, quæ æquipollet dictæ clausulæ. l. iidem Vlpianus. ff. de excus. tut. nam ex quo audientia aduocatis, certior factus erat principe de re iudicata, talis certioratio habet vim clausulæ ex rescripto in cap. venerabilis. vbi doct. extra, de constit. vtili, vel inutili. Quartò, quia cum allegaretur dictum iuramentum, & sententia inde secuta, & transitus in rem iudicatam, nihilominus principe mandauit, vt Tonsus haberet veritatem. vnde apparet, quod non intellexit de veritate, resultante ex iuramento, & sententia, quia si de illa intellexisset, non debuisset fieri aliqua commissio: quia talis veritas iam habebatur, necessario ergo debuit commissio intelligi de veritate, quæ aliter haberetur, puta per libros Cori, vel chirographa, & alia genera probationum, per quæ veritas solet deprehendi. cap. occidit. xxx. quæst. viij. ca. indicantem. xxx. quæst. v. Cùm ergo princeps talem iuramentum, & sententiam non existimauerit sufficere, sed vlterius mandauerit, vt veritas haberetur, meritò Tonsus retulit non esse liberatum Corium, qui nihil aliud pro se potuit ostendere, quàm dictum iuramentum, quod erat suspectissimum, & in tali iudicio veritatis, non attendendum, & licet senatus noluerit adhibere simpliciter fidem reuocationi, Albiati tamen noluit neque credere simpliciter primo iuramento in excusationem Corij. vnde causam commisit, non obstante exceptione rei iudicatæ, † nec gloss. in Clemen. dudum. in 16
verbo, pacta. de sepult. quæ in contrarium allegatur multum facit, nam in casu nostro reprobatur iuramentum, quia falsum. vnde meritò etiam sententia, quæ in eo nititur, fuit reiecta, sed in casu dictæ gloss. corrigebatur simpliciter dispositio non falsa, vt in casu nostro, sed vera, respondeo nõ debuit censeri correcta, quando confirmata est sen- 17
tentia: quia † duo vincula plus ligant. vt in terminis illis gloss. dixit Felin. in cap. constitutus. versi. statuta. extra, de rescript. Rom. sing. vij. Iaso. in l. pacta nouissima. C. de pact. cum similibus.

CONSIL. LXI. SVMMA.

1 *Donatio nulla ipso iure per iuramentum non sustinetur.*
2 *Casus omissus remanet in regula.*
3 *Res litigiosa, sicut nõ potest alienari, ita nec hypothecari.*
4 *Principalem prius excutiendum.*
5 *Qui prior est in tempore, potior est in iure.*

AD argumentum quod adducit Contonus contra Alciatum, videlicet q bona Franciſci comprehenduntur in hypotheca Cantoni, tanquã fuerint in bonis Ioã. Andreæ Moncij, cui successit Cacarana debitor Cantoni, allegat quia Franc. fecit donationem omnium bonorum anteriorem tẽpore ipsi Io. Andreæ. Sed respondeo quod dicta donatio est ipso iure nulla, ita disponente statuto Laudensi, quia non fuit registrata in termino mensis, prout debuit, & hoc negligentia donatarij, cuius probabilis non fuit ignorantia, & qui in dicto termino debuit eam facere

cens registrari. Ideò non sustinetur etiam per iura-
mentum, vt concludit Io. Crotus de Monte Ferra-
ro, in rep. l. nemo potest. ff. de leg. j. post alios, quos
allegat, maximè Card. Alexandrinũ. & Franc. Cur-
sius quodam consi. vt per eum. Secundò respondeo,
quod super illa donatione transactum fuit inter ip-
sum Franciscum, & Cacaranam, vt apparet instru-
mento, & conclusum pro regula, quod dicta dona-
tio nõ valeat, excepto, si habuerit filios masculos,
qui deinde decesserint, vel si habuerit fœminas,
quibus voluit dotem dari, ipse autem Franciscus B.
decessit absque filiis, qui casus non compræhendi
tur in exceptionibus, sed in regula: vnde tanquam
† casus omissus remanet in regula, quod donatio
non valeat, si extraneus. de cond. ob caus. l. com-
pendiosissimè. de lib. & posth. Tertio respondeo, q
Cantonus non prætendit, nisi ius hypothecæ: sed
dicta pars erat litigiosa, vt apparet dicto instrumẽ-
to transactionis, ideò non comprehenditur in hy-
potheca: quia † res litigiosa, sicut non potest aliena-
ri, ita nec hypothecari. l. iij. l. fi. C. de litigios. l. fi. C. C
de reb. alien. non alien. & sicut non potest in spe-
cie, ita nec in genere. l. obligatione. ff. de pignor.
Quartò respondeo, quod Cantono obstat † excep-
tio excussionis, & principalis, id est, hæres Caca-
ranę primo est conueniendus. authen. hoc si debi-
tor. C. de pign. Nec statutum Laudense tollit bene
ficium excussionis hoc casu, quando scilicet con-
ueniretur tertius possessor super iure non liquido,
& de quo lis penderet cum debitore, ad quem pri-
mo loco pertineret actio, secundùm l. sæpè. versic. D
sed scientibus. ff. de re iud. cessat enim ratio statuti
hoc casu. Ad aliud argumẽtum dum dicitur, quod
Alciatus est potior ex iure cesso per d. Cæciliã ipsi
Cliuato, de quo in instrumento liberationis, & sic
pro summa librarum 4000. Item pro fictis libella-
riis debitis pro dote amitæ. Item respectu directi
dominij, & ficti libellarij librarum centum, quæ
singulis annis debebantur Bripiis, à quibus emit
d. Hieronymus Alciatus, quod fictum non est po-
situm, ad eridas, quia in eis dicitur, saluo iure di-
recto d. Hieronymi, &c. Respondet Cantonus, E
quod ex quo d. Cæcilia alienauit Bripiis. ante-
quam Cliuatus liberaret, quod dicta alienatio
imputatur in dicta summa quadraginta millium
librarum: & ideò tantò minus deduci debet per
Cliuatum. Sed ad hoc replicat d. Alciatus, quod i-
stud est falsum in iure. Cùm enim Cliuatus libe-
rauerit vigore pacti comprehensi in primo instru-
mento emphyteoseos sibi facti, quod est † prius
tempore alienationis factæ Bripiis, ipse est prefe- F
rendus. quia cum potuerit etiam inuitis Cacara-
na, & d. Cęcilia se liberare, sua hypotheca est prior
Bripiis, per text. in l. qui balneum. ff. qui pot. in
pignor. hab. vbi per Docto. maximè cum Bripiis
non denunciauerit Cliuato, ne solueret ipsis iu-
galibus, secundùm regul. l. nomen. C. quæ res pi-
gnor. obligat.

CONS. LXII. SVMMA.

1 *Legitimæ non censetur renuntiatum, nisi expressè.*
2 *Non conficiens inuentarium, tenetur ad solida legata.*
3 *Legitima defalcat legata ipso iure.*
4 *Legata dicuntur præstari solida, licet præstentur cum di-*
minutione legitimæ, ex quo legatum ab ea parte supra
non tenuit.
Statut. disponentis neminem posse hæredem esse cum bene-
ficio inuentarij sensum, &c.
Cons. Andr. Alc.

A 6 *Filius de iure veteri simpliciter adeundo poterat deducere*
legitimam.
7 *Ius deducendi legitimam, etiam sublatum in quemlibet hæ-*
redem extraneum.
8 *Lex præsumit, quem hæredem esse ab intestato, & quia*
9 *Ita fuit non præsumitur cognitio testamenti.*
10 *Qui adiuit hæreditatem ab intestato, nescions subesse te-*
stamentum, cum deinde superueniat notitia testamenti
prior aditio annullatur.

MAnifestum est de iure veteri, licebat
res qui simpliciter adiret, teneretur ad
solida legata: tamen si erat filius, sim
pliciter adeundo poterat deducere le-
gitimam, quia † legitimæ nõ censetur, nisi expres- 1
sè, renuntiari. l. si quãdo. §. generaliter. C. de inof.
testa. Et quamuis per nouam constitutionem Iu-
stiniani fuerit inductum, vt † non conficiens inuẽ- 2
tarium ad solida legata teneatur, authen. sed cum
testator. C. ad l. Falc. tamen istud in casu nostro, nõ
potest habere locum. Primo: quia cum † legitima 3
defalcet legata ipso iure. l. scimus. C. de inof. testa.
† dicuntur solida præstari, quando præstantur cum 4
diminutione legitimę, ex quo legatum ab ea par-
te supra non tenuit, vt dicit Pau. Cast. in l. fi. §. pen.
in vlt. verbis. C. de iure delib. & ita est declarandus
Bar. in d. authen. sed cum testator. Secundò, quia nos 5
† habemus statutum, quod nemo possit esse hæres
cum beneficio inuentarij, per quod statutum in ef- 6
fectu sublata fuit noua constitutio Iustiniani, & si
uersus summus ad ius antiquum, quo iure † filius sim-
pliciter adeundo poterat deducere legitimam. d.
§. & generaliter. & quod statutum ita debeat intel
ligi apparet, quia aliàs sequeretur, q patres pos-
sent filios priuare legitima, si eos instituerent &
facerent legata vltra vires hæreditarias: cum enim
filij essent instituti non possent habere legitimam,
nisi immiscerent se hæreditati secundùm Bar. in l.
gerit. versic. quid si aliquis. ff. de acqui. hæred. & est
communis conclusio, vt per Iasin in authen. vnde si pa-
rens. C. de inoffi. test. vbi autem immiscuissent te-
nerentur ad integra legata, ex quo beneficium inuẽ
tarij eos adiuuare non posset, propter nostrum sta
tutum, & sic sequeretur dictum absurdum. Nec di-
catur, quod dato, quod filius potuisset deducere le
gitimam, non tamen debet hoc licere d. Io. Anton.
quia istud est contra regulam, vt non liceat hære-
di, quod licet principali, de qua in l. qui in ius alie-
rius. ff. de reg. iur. & quia † ius deducendi legitimã 7
transmittitur in quemlibet hæredem extraneum.
argu. d. l. scimus. vbi Sali. sequitur Alex. consi. lv. vi-
so titulo quæst. libij. & consi. clj. viso themate. eo.
lib. cum concord. per Dec. consi. lxxxj. in j. dubio.
Præterea, pro defensione d. Io. Anto. est aduerten-
dum ad aliud fundamentum: nam quamuis Bar-
tolus iunior dixerit se hæredem patris, tamen non appa
ret an ex testamento, an verò ab intestato, & † lex 8
præsumit, quod ab intesta. quia † in suis non præ- 9
sumitur cognitio testamenti, vt est text. vbi Bartol.
& Mod. omnes in l. eius qui. versi. quod si stipula-
tus. ff. si cert. petat. & ibi Iaso. declarat dicta Bart. in
§. duo fratres. super quibus malè intellectis se fun-
dabant aduertantes: cùm ergo † adiuerit ab intesta- 10
to, sciens subesse testamentum, cum deinde su-
peruenit notitia testamenti, prior aditio annul-
latur. l. si is ad quem. vbi omnes. ff. de acquirend.
hæred. & consequentur non potest d. Io. Ant. con-
uenitii ex testamento dicti Thomæ.

CONSIL. LXIII. SVMMÆ.

1 *Administrator generalis, tenetur de neglectis.*
2 *Verba enuntiatiua in compromisso posita probant inter ipsos contrahentes.*
3 *C. illud de præsumpt. declar.*
4 *In petitorio, in quo principaliter agitur de ipso iure seu titulo ex quasi possessione, non præsumitur titulus.*
5 *Constitutio procuratoris dependet à mera voluntate.*
6 *Procuratorem generalem administratio arguit.*
7 *Satis probatur quem fuisse locum tenentem, qui fuit in quasi possessione sciente superiore ad quem pertinebat.*
8 *Procurator generalis tenetur de neglectis, & etiam de his, quæ delinquerunt officiales sui.*
9 *Administrator Reipublicæ, & priuati æquiparantur.*
10 *Procurator de neglectis, tenetur & de leui culpa.*

REuiter in quæstione proposita agendo dico, partes d. arbitri esse in condemnando dictum Corium, tanquam †administratorem generalem, qui tenetur de neglectis, iuxta l. fin. C. vt in poss. lega. Et quod ipse esset procurator generalis, 2 probatur ex verbis enuntiatiuis† positis in compromisso, quę probant inter ipsos contrahentes. l. optimam. C. de contrah. & comm. stip. nec obstat limitatio relata per aliquos, vt istud non procedat, quando principaliter disputaretur super ipso enũ- 3 tiato, per text. in † cap. illud. vbi Ant. de Butr. & Moder. extra, de præsumpt. vbi verba enuntiatiua de matrimonio, posita in instrumento, non probant quando principaliter de ipso ageretur, quia respondeo, quod ille text. procedit in casu suo, nã confessio coniugum sola non inducit verum matrimonium, sed solam qua possessionem, seu tractatum matrimonij, vnde vbi solus tractatus sufficit talis confessio plenè probaret, veluti si ageretur iudicio possessorio, vel tractaretur solùm de alimentis, & leui præiudicio: sed vbi nõ sufficit tractatus, tunc est secùs, veluti in iudicio † petitorio, 4 in quo, quin principaliter agitur de ipso iure, seu titulo ex quasi possessione, non præsumitur titulus, secundum not. in l. quidam in suo, de condit. instit. & ita hanc materiam declarat Bartol. in noua lectura. in l. neque professio, vbi idem tenet Iaf. C. de testamen. & Petrus Cin. Bal. in l. non nudis. C. de probat. Cin. Bald. Abb. & Salic. in l. non ignorat. C. qui actuł. non poss. & in l. j. C. vbi causa status. Bald. in cap. per tuas, de probat. & cons. clxxx. mortuo. in iij. lib. In proposito igitur, in casu dicti cap. illud. illa verba enuntiatiua non probabant, quia in illo iudicio petitorio, solus confessio probat in isto casu titulum, ex quo † constitutio pro- 5 curatoris dependet à mera voluntate. l. j. ff. de procurator. & quod tali casu verba enuntiatiua probẽt, est manifestè de mente Bartoli in l. sciendum. ff. de verborum obligatione, & aliorum ibi, dum allegant dictam l. optimam. Confirmatur ista opinio, quia per testes probatum est, qualiter† sciente, & patiente Illustrissimo domino Scutifero, iste administrabat generaliter bona ipsius, vnde satis præsumitur mandatum generale, vt est textus. & ibi Guliel. de Cun. in l. j. in princip. ff. de exerc. acti. sequitur Bald. & Paul. Castren. in l. in causa. §. si ita. ff. de procur. vbi dicunt, quod† satis probatur, quem fuisse locum tenentem, qui fuit in quasi possessione, sciente superiore ad quem pertinebat. Et hoc etiam suadetur ex allegatis per ipsos, dum exhibent literas Illustrissimi Scutiferi, per quas committebatur ipsi domino Thomæ, ne in certis negotijs aliquid faceret sine participatione domini Iacob. Lusani, vel aliorum, per quas literas apparet, quod ipso erat generalis procurator, licet in certo casu eius potestas arctaretur, vt præcederet cum participatione aliorum. Et de hoc satis potest esse informatus etiam do. arbiter. Cùm ergo esset† procurator generalis, tenetur de ne- 8 glectis, & etiam de his, quæ deliquerunt officiales sui. l. ex facto. ff. de nego. gest. & licet ille text. loquatur† in administratore Reipublicæ, tamen 9 idem est & in administratore seu procuratore priuati, vt dicit Iaf. in l. periculum. per illum text. ff. si cer. pet. & est regula generalis, quod† procura- 10 tor tenetur de neglectis, & de leui culpa. l. à procuratore. C. mandati. Bartol. in l. quod Nerua. ff. depositi.

CONS. LXIIII. SVMMÆ.

1 *Res empta ex pecunia vxoris à marito in subsidium, censetur vxoris, & ei competit vtilis actio in rem.*
2 *L. si pecunia. C. de iure dot. milit.*
3 *L. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. declar.*
4 *Paria sunt an expresse quis donet, an sinat rem de sua pecunia emi, & non contradicat.*

MOtiuis datis contra dominam Blãcam Cribellamvisis dico partes doctissimi iudicis esse in pronuntiando in eius fauorem, tanquam legitimè cridis contradixerit, iure dominij, cùm enim in motiuo dicatur, quod si haberet personalem tantum ad pretium, esset res periculosa, quia alij habentes hypothecariam præferrentur, & bona non sunt sufficientia, sequitur ex hoc dispositio in iure vera, & communiter approbata, quod † res empta ex pecunia vxo- 1 ris à marito, in subsidium censetur vxoris, & ei cõpetit vtilis actio in rem, vt est casus in l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi Bartol. Bald. Raph. Fulg. & Salic. Non obstat, quod res empta de pecunia vxoris non per hoc fit vxoris† l. si ex pe- 2 cunia. C. de iure dot. quia illud limitatur per dictam l. vxor marito vt non procedat marito non existente soluendo, & sic in subsidium. Non obstat, quod istud quod decidit dicta l.† vxor. posset 3 procedere in pecunia dotali, in qua sunt multa priuilegia: quia respondeo, quod text. ille loquitur generaliter in pecunia vxoris, & sic etiam non dotali: quia si esset dotalis, non esset pecunia vxoris, sed mariti. l. in rebus. C. de iur. dot. Non obstat, quod ille textus loquatur in muliere donante pecuniam marito. nam respondeo† paria 4 esse, an expresse donet, an sinat rem de sua pecunia emi, & non contradicat, vt est casus noster, videtur enim donare, & acquiritur vxori, vt habetur in l. cum propria. C. si quis alteri, vel sibi. Baldus consilio lxvj. in v. & est text. in argum. in §. aliud. versic. si verò non fuerit. in authen. de æquali. dotis. Non obstat, quod textus ille non videatur cõcedere hoc in præiudicium creditorum: quia imo hoc disponit, ex quo dat hoc beneficium vxori, quando maritus non est soluendo creditoribus, & sic præcisè præfert vxorem creditoribus, prout etiam dicit Socinus consilio ccxxiiij. eleganter. in primo dubio. in secundo libro. & cùm lex det actionem in rem vxori, & sic præsupponat vxorem dominam, non possunt dicta bona censeri hypothecata creditoribus viri, cùm talia bona non

non reuocantur viri, sed vxoris. & sic tollun-
tur omnia obiecta per casum. d. l. ait enim ibi Paulus Iu-
risconsul. & vendicari directo potest, & paulò post.
Sed nihil prohibet etiam in rem vtilem mulierem
de ipsis rebus accommodari. Quibus verbis liquido
constat mulierem potiorem.

CONS. LXV. SVMMÆ.

1 *Compensare socios sociorum nomine creditum.*
2 *Caneparius salis dicitur administrator datij, & exactor ab ipsis Datariis constitutus.*
3 *Qui constituit tanquam talis illius, qualitas attendi debet.*

1 Licet ipsi Ferrario † compensare ver-
sus fiscum, sic probatur. Nam ex for-
ma incantus apparet qualiter do. Io-
annes erat incantator dictæ gabellę,
& pro subuentione debebat dare du
catos 1600. apparet etiam ex confessionibus à the
saurario factis, qualiter Alexãder Ferrarius Cane-
parius salis, eas numerauit nomine dicti Ioannis,
& sic constat de credito domini Ioannis, versus ca
merã. Nec obstat, si diceretur sal fuisse datum ip-
si do. Alex. & ideò non posse eum opponere ex-
ceptionem credito alieno, videlicet domini Ioan-
nis: quia respondetur, quod imo istud creditum &
debitum, est eiusdem, scilicet do. Ioannis, & so-
ciorum, & sic Alexandri Ferrarij. Quod probatur,
primò ex libris rationum salis, vbi pro sale dato
constituitur debitor Alexander, & socij, & ex in-
cantu apparet, quod d. Ioannes erat socius: quia cũ
ipse esset incantator, acceperat eum in societa-
tem. Secundò apparet ex eiusdem libris salis in
quibus constituitur Alex. debitor † tanquam Ca-
neparius salis, & sic tanquam procurator do. Ioan-
nis incantatoris: nam ista dictio, Caneparius, signi
ficat administratorem datij, & exactorem consti-
tutum ab ipsis datiariis, vt ex communi vsu peri-
torum in istis rebus apparet, & verificabitur si op⁹
fuerit: vnde cùm contraxerit tãquam Caneparius,
debet † attendi illa qualitas. l. fi. ff. de institor. l. si pa
ter, §. qui duos. ff. de adopti. l. si proponas. §. j. vbi
Ang. ff. de inoffic. testam. Tertiò apparet ex con-
fessionibus thesaurarij, quibus dicitur, *Quod domi-
nus Alexa. Caneparius soluit ex Denariis per eum mutuo Du-
cali Cameræ subuentis pro ducati 16. mille soluendis per do.
Ioan.* ex quibus verbis satis apparet istud, vnum &
idem fuisse creditum, ex eadem causa, vnde non
est dubium etiam aduersus fiscum compensa-
tioni locum esse, vt est casus in l. j. C. de compens.

CONS. LXVI. SVMMÆ.

1 *Confessio de dote recepta, facta per maritum cõstante ma-
trimonio cum renuntiatione pecuniæ non numeratæ,
& iuramento non præiudicat creditoribus.*
2 *Confessionem receptæ dotis, creditoribus sequutis no-
cere.*
3 *Quando promissio dotis præcessit, si deinde maritus con
fiteatur se recepisse, non potest amplius opponere excep
tionem dotis non numeratæ.*
4 *Quando instrumento confessionis adest iuramentum as-
sertorium, & promissiuum, quia maritus promittit
non contrauenire, non præsumitur donatio, sed vera
receptio.*
5 *Stante iuramento promissiuo, donatio inter virum & vx-
orem corroboratur, nec potest amplius reuocari.*
6 *Contractus in quo adest iuramentum assertorium, non po
test dici simulatus.*

7 *Bona mariti an tacitè obligata hypothecata, pro alimen
tis variè censeri.*

Habet præsens quæstio modicam dif-
ficultatem propter varias opin. do-
ctorum. Et dubium existit, nunquid
† confessio de dote recepta, facta p
maritum constante matrimonio.
cum renuntiatione pecuniæ non numeratæ, & iu
ramentum, præiudicet creditoribus, in quo Bart.
in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. ij. dixit,
quod non, ex quo videtur esse quædam donatio,
quæ prohibetur inter virum, & vxorem, & est fa-
cta inter personas prohibitas, vt per eum, cui quã-
plurimi doctores contradicunt, ita quod Ange. de
Are. in §. fuerat. inst. de act. dixit communem opi-
nionem esse contra Bar. tamen quicquid sit gene-
raliter casus noster † non habet difficultatem, quia
creditores mariti, qui agunt sunt posteriores, & sic
cõtraxerunt post illam cõfessionem, nam tũc sine
dubio, mulier illis videt præreda: qa talis cõfessio
præiudicat, & ipsi ergo præiudicat etiam habenti-
bus causam ab eo, & ita decidit Bar. in auth. sed iã
necesse. C. de dona. ante nupt. Are. in l. si diuortio.
ff. de verb. oblig. Nec obstat si diceretur, quod fuit
reuocata ista confessio per maritum, & sic nõ de-
bet tenere: quia respondeo, quod tunc reuocatio
teneret, si lex præsumeret eam esse donationẽ in-
ter virum & vxorem: sed quo ad maritum, vel cre-
ditores posteriores non præsumit donatio, sed ve
ræ dotis confessio, & propterea dicunt doctores,
quod præiudicat ipsi marito, & dicit etiam Paul.
de Cast. consi. cccl xxxiiij. circa primum, quo quæ-
ritur in ij. vol. in nouissimis. Præterea, quod non
præsumatur donatio, probatur: quia dos ante fuo
rat huic marito promissa: vnde † quando promis-
sio dotis præcesserit, si deinde maritus confiteatur
se accepisse, non pot amplius opponere exceptio-
nem dotis non numeratæ, vt est lex in l. in contra-
ctibus. ver. illis. etiam de non nume. pecu. Io. Ande
in add. Spec. in tit. de dona. inter vir. in rub. in fin.
Pau. Castr. de consi. cccl xxxviij. Alex. in l. pen. §. fi.
ff. sol. matri. & communiter tenetur, vt per Mod.
l. j. sol. mat. Iste † in instrumento confessionis adest
iuramentum, ne dum assertorium, sed et promis-
siuũ: quia maritus promittit non contrauenire, q
casu stante tale iuramento, non præsumatur do-
natio, sed vera receptio, vt dicit Io. de Imo. in c. cũ
contingat. extra, de iureiu. quem refert & sequitur
Are. in. consi. lxxiiij. diligenter. & facit ratio, quia
† stante tali iuramento etiam donatio inter vir. &
vxo. corroboraretur, nec posset amplius reuocari,
vt est magis communis opinio, vt per Ias. in l. pa-
cta quæ contra, nec † potest etiam dici contractũ si-
mulatum, quia stante iuramento assertorio hæc
exceptio non potest opponi, vt est magis commu
nis conclusio. per doct. in l. nemo potest. in iiij. q.
Barto. ff. de legat. j. & ex his breuiter apparet istos
emptores reiciendos quo ad dotem confessata.
Quoad alimenta † magna est quæstio, nunquid bo
na mariti sint tacitè hypothecata pro alimentis, in
quo articulo Barto. in l. si cum dotem. §. sin autem
in fœuissimo. ff. solu. matrimo. & in l. Lucius. ff. de
alim. & cib. leg. est sibi contrarius: de quo etiam
vltra doct. ibi, per Rom. consi. 414. & Prepo. in c. l.
extra, de dona. inter vir. & vxo. sed hodie & plurimũ cessat difficultas, vt dicit Bal. nouellus in tract.
dotis. in 7. priuil. in fi. in 6. parte prin. quia cauetur
in instrumento dotis tam ex parte viri, quam
mulieris, ponũt obligationem etiam pro damnis,

& intereſſe, prout fuit factum in caſu noſtro. Et propterea dico, quòd iſti emptores ratione fructuum interim perceptorum, tenebuntur ad alimenta, & hæc ſint ſatis pro iſta muliere.

CONS. LXVII. SVMMÆ.

1 *Contractus mandati eſt bonæ fidei.*
2 *Mandatum non poteſt extendi niſi ex veriſimili mente mandantis, quia aliàs fines mandanti diligèter ſunt obſeruandi.*
3 *Procurator non poteſt facultatem prætendere, niſi quatenus ex verbis mandati, apparet ſibi conceſſa.*
4 *Quotieſcunque poſſet damnificari actor, quia iudicium fruſtratorium reddatur, debet iudex aduertere in dubio vt potius pronuntiet non ſubeſſe mandatum.*
5 *Pro promiſſis, hæc verba ſtant reſtrictiuè ratione præcedentium caſuum tantum.*
6 *In mandato iuriſdictionali, licet ea intelliguntur conceſſa ſine quibus actus ipſe expedire non poteſt, fallit tamen quando eſſent maiora expreſſis.*
7 *Teſtator mandans alicui curationem rerum pupilli, non intelligitur mandaſſe tutelam, tanq; maiorem expreſſo.*
8 *Appellatione curationis largo modo venit tutela.*
9 *Clauſula ſubſequens, non debet intelligi, niſi de præmiſſis, & habere relationem ad præceden.*
10 *Si mandatur prouideri alicui in tali eccleſia, non importat, quòd prouideatur tota eccleſia.*
11 *Mandatum poſtea factum, non poteſt trahi ad litem pendentem.*
12 *Verba mandati regulariter reſpiciunt lites de futuro inchoandas, non autem inchoatas.*
13 *Argumentum à veriſimili valet, & tenet.*
14 *Qui non confidit de aliquo in re parui momenti, non eſt veriſimile quod habeat fiduciam, de eadem cauſa in re maximæ importantiæ.*
15 *In mandatis valet argumentum à conſuetudine.*
16 *Mandatum de locando, & defendendo, debet intelligi & referri ad omnia acceſſoria emergen. & connexa.*
17 *Sine defenſione tituli non poſſunt defendi fructus.*
18 *Procurator conſtitutus ad defenſionem fructuum, debet poſſe comparere ad defenſionem tituli.*
19 *Procurator poteſt facere extra mandatum, dummodò actus ſit mandato contiguus, & vicinus.*
20 *Verba debent intelligi ſecundum naturam actus.*
21 *Sententia contra colonum lata, non parit præiudicum domino.*
22 *Conductor colligens fructus per ſeparationem à ſolo, facit eos ſuos.*

MAndati facti per Antoniolum Perei viſo inſtrumento aſſertum Archidiaconum Cabalicenſem in Io. Biliori interrogatus nunquid eſſet ſufficiès ad defendendum in cauſa, de qua agitur, aliàs reſpondi, quod non. Et quia iudicio meo, res non habebat difficultatem leuiter pertranſiui, nunc poſtquam intellexi aliquos eſſe cõtrariæ opinionis, operæpretium viſum eſt ſententiæ meæ rationes explicare. Et primo conſiderandum eſt, quod hic agitur de † contractu mandati, qui eſt bonę fidei. §. actionum. inſtit. de actionib. nec poteſt extendi, † niſi ex veriſimili mente mandantis: quia aliàs fines mandati diligenter obſeruandi ſunt. l. diligenter. ff. manda. nec † procurator poteſt facultatem prætendere, niſi quatenus ex verbis mandati apparet ſibi conceſſa. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. de recep. arbit. & qui arbi. recip. Et † quotieſcunque poſſet damnificari actor: quia iudicium fruſtratorium redderetur, A deberet iudex aduertere in dubio, vt potius pronuntiaret non ſubeſſe mandatum. l. qui ita. ff. ad ſenatuſcon. Trebel. c. procurator. de elect. lib. vi. & Bar. in l. filius familiàs. ff. de dona. His ſic præmiſſis, dico conſiderandum eſſe, quod nec ex verbis mandati, nec ex mẽte caſus iſte cõprehenſus eſt. Nam cùm ſuprà factum eſſet mandatum ad locandum, & ad exigendum ſubiicitur clauſula. Et ſi neceſsè fuerit pro præmiſsis omnibus, coram quibuſcunque iudicibus comparendum, ac ipſum dominum conſtituentem, & eius iura, ac archidiaconatum defendendum, ex quibus verbis apparet mandatum ipſum de defendendo conſtituentem reſtringi ad ſupradicta, videlicet reſpectu locationis & exactionis tantum, non autem ſi moueretur ſibi controuerſia archidiaconatus. Illa enim † verba pro præmiſsis, ſtant reſtrictiuè ratione præcedentium caſuum tantùm, vt dicit Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in fine. ff. de verb. oblig. Bald. conſil. cxxxviij. in v. Alex. conſi. xxij. in fin. in j. vol. Et illa coniunctio ad dominum conſtituentẽ defendendum, &c. ſtat copulatiuè. inſti. de hæredit. inſtituen. in fine. & in l. Titia. in fine. ff. de legat. & fideicom. j. & ibi doctores, vnde refertur ſemper ad præmiſſa, & intelligitur ſecundùm qualitatẽ præcedentes. l. Seię. §. Caio. vbi Barto. ff. de fundo inſtru. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. & ita ſimilem caſum decidit Cumanus cõſ. cxlviij. Et iſta interpretatio maximè eſt capienda: quia conſonat voluntate mandantis: qui veriſimiliter non egit, vt iſte procurator aliquo modo ſe impediret de titulo, illud deducitur pluribus fundamentis. Primò, quia cum mandatum ſit circa locationem, nõ debet extendi ad titulum, in q̃ agitur de maiore præiudicio: quia nos videmus, quod † in mandato iuriſdictionali, licet intelligantur etiam eſſe conceſſa ea, ſine quibus actus ipſe expediri non poteſt: tamen fallit, quando eſſent maiora expreſsis, ſecundum Barto. in l. ij. ff. de iuriſdict. omn. iudic. cum quo omnes ibi tranſeunt. idem videmus † in teſtatore, mandante alicui curationem rerum pupilli, non intelligitur mandaſſe tutelam, tanquam maiorem expreſſo. l. tutores. §. j. ff. de admin. tuto. & ibi Bartol. & hoc non obſtante, quod † appellatione curationis largo modo veniat tutela, ſecundum gloſſ. in authent. vt hi qui obliga. in princ. & per illum text. idem tenet Aret. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pupil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. quoties. eod. tit. Secundò, quia illa clauſula † ſubſequẽs, nõ debet intelligi, niſi de præmiſsis, & habere relationem ad prętedetia. c. ſedes apoſtolica. de præſcrip. & antiq. & qd not. Bald. in l. pactum dotali. q. xiiij. C. de collat. & aliàs fuit dictum, & ideò vlteriùs non inſiſto: ſed ad aliàs dicta per me remitto. Tertiò per id, quod not. Alex. conſi. xvij. in vj. volu. vbi mandatum de cauſis, quæ verti poſſent propter villam Bibiani, non intelligitur quod poſsit moueri qõ, reſpiciès dominium totius villæ, ſed reſtringitur, vt per eũ. Et quod not. Abb. in cap. fin. per illum text. de præben. & Ioan. de Imo. in cle. j. eod. titu. vbi † ſi mandatur prouideri alicui in tali eccleſia, non importat quod prouideatur de tota eccleſia. ſequitur Dec. conſi. cccliv. Quartò, quia iam igitur biennũ, quod lis pendet ſuper titulo: vnde iſtud † mandatum poſtea factum, non poteſt trahi ad iſtam litẽ pendentem. l. in cauſæ. §. ſi ex parte. ff. de procu. & quod habetur in l. nihil arbitramur. C. eodem. Verba enim † mandati repugnant, quæ reſpiciunt lites de futuro inchoandas, non autem iam

inchoa-

BIU Cujas

inchoatas. l. si stipulat. fuerim. §. cùm stipulamur. ff. de verborum obligat. Cùm enim verba dicant ad agendum, seu litem contestandum, no possunt intelligi de hac lite, quę iam mota erat. Et forte lis conteitata. Quintò, valet † argumentum à verisimili. l. si extraneum. ff. de condit. ob caus. da. sed nos videmus, quod iste mandando non habuit multam fiduciam huic procuratori, quod appareat, quia restrinxit mandatum, nec posset minori pretio locare, quàm centum aureis, † vnde si condidit illi in tam modica pecunia, non est verisimile eum habuisse fiduciam committendi, sibi defensionem tituli, in quo agitur de plenario, & perpetuo præiudicio. reg. cui licet. de regul. iur. in vj. l. conuenticula. vbi Bald. C. de epis. & cler. Sexto, in † his mandatis valet argumentum à consuetudine. cap. fin. de consuet. lib. vj. l. vel vniuersorũ. ff. de pign. act. per Ludouic. Romanum consil. xciiij. in vlti. dubio. Sed nos videmus, quod huiusmodi mandata ad litigandum de titulis beneficium non solent fieri in mercatores, sed in homines peritos litigiorum, quales sunt aduocati, causidici, & notarij: vnde satis apparet fuisse intentionis istius constituentis, quòd mandatum ad hunc casum traheretur. Et hanc partem tenendo non obstant quædam in contrarium allegatæ. Et in primis dum dicit, quod † mandatum de locando, & defendendo debet intelligi, & referri ad omnia accessoria, emergentia, & connexa, secundùm gl. in c. cùm olim. de offi. deleg. Vnde cum † sine defensione tituli non possint defendi fructus. c. j. de regu. iur. in vj. meritò debet etiam posse comparere iste † procurator ad defensionem tituli, prout in simili notat Abb. in c. ex parte. tertio. extra. de decimis. Et quia videmus, quod † procurator potest etiam facere extra mandatum: dummodò actus sit mandato contiguus, & vicinus. l. iam tamen. §. in hac stipulatione. secundo. ff. judic. solu. facit regula l. ad rem legatam. ff. de procura. Et maximè cùm in mandato sit clausula, quod posit procurator facere in omnibus, & per omnia, prout poterat constituens, quæ verba debent intelligi, vt aliquid operentur gloss. in c. solitæ. de maior. & obedi. & quod notat Bald. in rubric. C. de contrahen. emptio. in ix. quæstione. Et quæ habentur in l. si quando. ff. de legat. & fideicommiss. primo. Nam pro istorum, & similium, quæ adduci possent resolutione, in primis considerandum est, quod iste volens facere mandatum ad locandum principaliter, non videtur voluisse mandare, nisi ea quæ sunt de † natura actus, & secundùm eam, verba debent intelligi. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. ff. locati. De natura autem huius actus est, vt posit locator dominium defendere respectu possessorij: quia dominus per eum possidet, respectu verò concernentium titulum, seu dominium, non potest, etiam quod inde in consequentiam sibi præiudicium inferatur, vt per Bartol. & doctor. in l. ij. §. si ego. ff. de oper. nou. nuntiatione. Et quod habetur in l. fina. C. qui legi. perso. hab. stan. vnde etiam † sententia contra colonum lata, non parit præiudicium domino. l. sæpè. ff. de re iudi. & quod habetur in l. ij. C. vbi rem actio. Nec colonus potest allegare præiudicium suum, quod in tali casu respectu huius tertij, non est considerabile. l. ædem. C. loc. Vnde sequitur quod illa verba, de defendendo constituente, debent intelligi secundum naturam actus, quatenus moueretur ei controuersia possessorij, vel diceretur bona non esse de archidiaconatu, respectu possessionis, & consequenter, nec ad ipsum cõstituentem pertinere respectu asserti dominij. Non obstat igitur, quod in mandato compræhendantur omnia annexa, & consequutiua, quia respodetur istud esse verum, nisi essent maiora expressis d. l. tutores. §. j. per Bartol. in d. l. ij. de iurisdict. omn. iudicum. & facit tex. in l. penult. §. illo. C. de necess. ler. hæred. Præterea istud nullo modo est connexum, vt infrà dicam. Nec obstat, quæstio tituli est necessaria, vt quis faciat fructus suos d. c. j. de reg. iur. in vj. quia respondeo, quod istud est alienum à veritate respectu † conductoris colligentis fructus, qui per separationem à solo facit eos suos. l. damnum. C. locat. nota. in l. si merces. §. vis maior. ff. locat. & tenetur soluere illi, qui eum inuestiuit, dato quod esset prædo, vel intrusus. l. si vrbana. ff. de cõdit. indeb. non Angel. in l. si filio. §. fin. in fin. ff. solut. matrim. & habetur in l. filiæ. ff. de solutio. vnde in isto casu defensio tituli non potest dici esse quid connexum. Non obstat clausula, quod posit ea, quæ posit dictus constituens, quia restringitur ad præmissa, vt suprà dixi, & per Alexand. in d. consil. xxij. in fin. in j. & Cuman. d. consil. cxlviij. Et saris illa clausula operatur, si intelligatur secundùm naturam actus intelligendo, vt suprà dixi. Et hæc omnia, &c.

CONS. LXVIII. SVMMÆ.

1 *In contractu innominato, facio vt des, & do vt facias, non competit conditio ob causam, sed præscriptis verbis.*
2 *Patientia & concessio aliud nihil est, quàm factum.*
3 *Quis non potest obtinere ex libello continenti petitionem inceptam.*
4 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*
5 *Promissionis sunt stricti iuris.*
6 *Condictio ob causam datur solummodò ex contractu innominato correspectiuo.*
7 *Confessio extraiudicialis gemmata parte præsente plenè probat.*
8 *Inter testes contrarios vnius fides per alterum confirmatur.*
9 *Generalis depositio nihil probat, imò fit interpretatio contra producentem.*
10 *Dictum deponentis extra tempora probatoria, nihil valet.*
11 *Testis singularis non probat.*
12 *Plures deponentes de variis confessionibus parte absente, non iunguntur vt aliquid probent.*
13 *Factor seu famulus, non est testis omni exceptione maior.*
14 *Verba generalia non obligant.*
15 *Qui fundat se in euentu conditionis, vel diei incertæ, euentum probare debet.*
16 *Qui agit ante diem malè agit.*
17 *Inspectio loci est probatio fortissima.*
18 *Bona ecclesiastica non transeunt, nisi cùm solennitatibus, de quibus in auth. sed & promittere. C. de sacros. eccl.*
19 *Sententia non debet excedere petitionem.*

MOtiuorum pro responsione dico partes magnificentiæ vestræ esse in pronuntiando in fauorem d. Philippi Caneuexij. Et in primis in eius fauorem deducitur, quod spectabilis doctor d. Bernardinus de Busti non potest obtinere in libello ex causa à se producto, in quo libello proponit condictionem ob causam, & in effectu agit, vt Fontanile obturetur, repetendo concessionem facultatis posse faciendi Fontanile per se facta Francisco Caneuexio, nam clarum est, quod

1 quod † in contractu innominato facio vt des, & do, vt facias, non competit condictio ob causam, sed præscriptis verbis. l. naturalis. §. penult. & §. fi. ff. de præscrip. verb. Sed in casu nostro, ex parte dom. Bernardini, videtur esse contractus, facio vt des, ex quo d. Bernardinus concessit, & præstitit patientiam Francisco vt posset ducere illud
2 Fontanile, quæ quidem † patientia, & concessio nihil aliud est, quàm factum. l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de verborum obligat. Bartol. in l. ij. §. j. in princip. ff. eod. Et licet ex tali concessione proueniat datio, quia acquiritur dus fundo Fontanilis, remanet tamen contractus, facio, vt facias, ex quo ista datio fit pro facto, vnde perinde habetur, ac si esset facio, vt des, vt dixit Bart. in l. cum proponas. C. de dol. & in l. naturalis. §. quod si faciam in j. oppos. ff. de præscrip. verb. quod etiam satis patet ex verbis ipsius libelli. In quibus actor non
4 fecit fundamentum in repetione ipsius fundi præstiti, sed in repetitione concessionis, vt posset facere ipsum Fontanile. Et istud idem probatur in l. permisit. in princ. ff. de præscrip. verb. Cùm ergo † petitio ipsius Bernardini sit inepta, non potest obtinere ex tali libello. l. j. §. j. ff. si mon. fal. mod. dixit. Bald. in l. & si fine. ff. ad Trebel. & licet statutum nostrum admittat libellum qualemcunque, tamen se declarat, vt contineat rem, seu iura quæ petuntur, vnde illud debet intelligi, qd
4 contineat, scilicet aptè, quia tale † statutum recepit interpretationem à iure communi. l. si serui. C. de noxal. l. vt gradatim. in ij. respons. ff. de mun. & hon. vnde d. Bernardinus non potest obtinere vineam, qui eam non petiit in libello, nec obtinebit, vt Fontinale obturetur, quia rectè non egit, & sic, quod nolui, potui, quod nolui, adimplere nequiui. c. Messana. de elect. per doct. in l. j. §. sed si mihi. ff. de verborum obligat. Prærerea, in præsenti casu, quod non possit agi ad obturationem dicti cani, deducitur alia ratione, nam testes in causa producti solùm dicunt, quod d. Franciscus promisit dare vineam, vt contentaret d. Bernardinum, vnde potuit solum agi ad vineam, ex
5 quo aliud promissum non est: & † promissiones sunt stricti iuris. l. quicquid adstringendæ. ff. de
6 verbor. obligat. & † cõ dictio ob causam datur solummodò ex contractu innominato correspectiuo. d. l. naturalis. Et hoc quando vtraque promissio ex parte vtriusque fit incontinenti, vt per Bartol. in l. si cum fundum. ff. de pact. in vers. nota ex ista gloss. in casu autem nostro non constat, quod incontinenti d. Franciscus promiserit vineam, & d. Bernardinus promiserit patientiam, & terrenum, per quod deduceretur Fontanile. Et sic ex isto capite d. Bernardinus, non potest obtinere obturationem Fontanilis, seu restitutionem terreni, & ista solùm sufficiunt ad excludendum ipsum agentem tamen (vt clarior etiam reddatur d. iudex) dico, per testes in causa productus non esse fundatam intentionem ipsius agentis. Non obst.
7 primò quod videatur probata quædam † confessio extrajudicialis gentinara parte præsente, quæ plenè probat per Canon. in c. si cautio. extra. de fide instru. quia, respondeo, quod imò non est probata, ex quo d. Ioann. Antonius Stangla, & Georgius eius famulus sunt inuicem contrarij, † vnde
8 alterius fides per alterum infirmatur. c. in nostra. extra. de testib. c. veniens. & c. licet. eod. titu. nam Io. Antonius dicit, quod Franciscus respondit se nescire, an rustici seminassent: Georgius verò dicit contrariũ, videlicet q̃ rndit q̃ serebat. Item ter-

A cius testis reddit Io. Antoniũ falsum cũ ex eius dicto constet, quod dominus Franciscus sciebat fuisse seminatum. Et ista contrarietas est circa pertinentia ad causam, vnde annullat dictum, vt per Bald. in rubric. de controuers. inuest. in vsib. feud. Aretin. consi. lxxj. Præterea isti testes etiam respectu vineæ nihil probant, ex quo non deponunt, quæ vinea fuerit promissa, nec ponunt cohærentias, vnde † generalis ista depositio nihil probat, 9
B imò fit interpretatio contra producentem. c. in præsentia. extra. de probat. doctor. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verborum obligat. & potest intelligi de re minima. prout dicunt doct. de eo, qui promittit fundum in genere, quod promissio adimpleretur palmo terræ, vt per Bartol. in l. ita stipulatus, in x. oppos. ff. de verborum obligat. per tex. & ibi gloss. in l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. per docto. in l. si domus. ff. de legat. j. & sic tolluntur dicta primi & secundi testis. Non obstat dictum Andreæ de Candianis, quia depo-
C suit † extra tempora probatoria, vnde eius dictum 10
nihil valet l. si quando. C. de testib. per Felin. in c. cum dilecti. de accusat. Non obst. quod dicit Pinus de Merono, quia † est singularis, vnde non p- 11
bat. l. iusiurandi. C. de testib. & est facta talis † con- 12
fessio parte absente, quo casu etiam plures deponentes de variis confessionibus parte absente nó iungunter, vt aliquid probent, vt dicit Roman. in l. admonendi. ff. de iurisd. quem refert, & sequitur d. Io. Bapt. de S. Seueri. in repet. & Alexand. consi.
D cxxviij. incip. ponderatis. in ij. volum. Non obstant quod fuerint nuntij, vnde videntur facere semiplenam probationem, & sic deferendum esset iuramentum in supplementum probationis, quia respondeo eos esse rusticos ipsius d. Bernardini, & primum esse † factorem seu famulum, vnde non 13
sunt maiores omni exceptione, vt per Alex. consi. xviij. in j. volu. Nec obstat, quod videatur esse probatum plusquam semiplene, quia istud non est vẽ rũ, ex q̃ quintus, sextus, septimus, & octauus testis nihil firmiter dicunt, sed simpliciter, quod d. Fran
E ciscus dicebat, q̃ se accommodaret cum do. Bernardino, vnde ista † verba generalia nõ obligant. l. si. 14
ff. de testam. c. cum venissent. circa medium. de insti. per tat. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obsi. Nec sequitur in promissione accõmodanda p̃missio vineæ, & sic apparet, q̃ ex defectu p̃bationis, debet succũbere do. Bernardinus. l. qui accusare. C. de eden. l. actor quod asseuerat. C. de prob. Præterea ex alio capite ẽt debet succumbere, quia (vt apparet ex dicto Bartholomæi & etiam Bernardini de Lazare) promissio facta d. Bernardino fuit sub condi
F tione, seu in diem incertam, videlicet quando ipse dominus Bernardinus adduceret aquam per quã posset irrigare prata, ex quibus agebatur, sed istud nondum fecit, & in causa non est verificatum ergo succumbere debet, quia † qui fundat se in e- 15
uentu conditionis, vel diei incertæ, euentum p̃bare debet l. in fideicommissi. §. cùm Pollidius. ff. de vsur. Bald. in l. cùm te minorem. in vers. interdum allegatur. C. de probat. Et † qui agit an- 16
G te diem, malè agit. l. item quia. §. j. ff. de pact. imò probatum est contrarium in casu nostro per euidentiam, & † inspectionem loci, quæ est fortissi- 17
ma probatio, vt dicit Azo in summa. C. de leg. Aquilia. & Bald. in l. contra negantem. eod. titu. & Bald. in rubric. C. de prob. nam potuit conspicere d. commissarius, quod nullæ aquæ pluebant in fontanile do. Bernardini, & dato prout supra deduxi esse verissimum, q̃ testes nõ p̃bent, non esset am-

plius

plius insistendum, tamen, vt satisfaciam allegatis in motiuo, respondetur, quod non obstat, quod ex contractu innominato oriatur actio præscriptis verbis ad implementum. Et condictio ob causam ad repetendum propter pœnitentiam, quia in casu nostro solummodò fuit actum non præscriptis verbis, vt vinea traderetur, sed condictione ob causam petendo, vt facultas, & terrenum hastæ retrò traderetur, quod fieri non potuit, vt suprà dixi ex quo sumus in contractu facio, vt des, in quo non competit condictio. d. l. naturalis. §. quod si faciam, non enim ex parte d. Bernardini fuit datio
18 ex quo dare non potuit, quia † bona erant ecclesiastica, quæ non transeunt, nisi cum solennitatibus, de quibus in auth. sed & promittere. C. de sacrosanct. eccle. & in c. memini xvj. q. j. vnde est sola promissio ex parte ipsius, quæ est meri facti. Non obstat, quod d. Bernardino videatur dandus regressus ad eius bona, quia istud procederet si illi competeret condictio ob causam, quæ non competit, vt dixi, nec potest d. Philippus condemnari ad dãdum vineam, ex quo istud non est petitum per a-
19 ctorem, & sententia † non debet excedere petitionem. l. si. C. de fideicom. libert. ex hæc pro nũc sunt satis. Cætera suppleat summa integritas domini commissarij.

CONS. LXIX. SVMMÆ.

1 *Ille qui aliquid naturaliter debet, si iterum promittat, ex tali pacto geminato datur actio constitutæ pecuniæ.*

2 *Quando quis non propriam, sed alienam obligationem suscipit in dubio, fit interpretatio vt pacto nudo factum id censeamus, nec oritur obligatio constitutæ pecuniæ, nisi appareat animo constituendi id esse factum.*

3 *Pacto nudo in curia mercatorum, in qua proceditur ex æquitate, debet oriri actio.*

4 *Iudices iure communi iurant se iudicaturos secundùm omnem æquitatem.*

5 *Statuta & consuetudines sunt facti.*

6 *Ius canonicum propter æquitatem fomentat pactum nudum.*

7 *Consuetudo vel statutum tribuens actionem pacto nudo in foro mercatorum, non trahitur ad contractus correspectiuos, quia ante perfectum implementum sunt debiliores pactis.*

8 *Sola æquitas in foro mercatorum attenditur.*

9 *Nulla æquitas subest in fauorem illius qui fraudulenter egit.*

10 *Lex generaliter alicui prouidens, nunquam ad eum trahitur, qui fraudulenter agit.*

11 *Decipientibus & fraudulentis iura non subueniunt.*

12 *Fraus præsumitur ex actu clam gesto.*

13 *Clam gestum dicitur illud, quod taliter est factum vt ad eius, cuius interest, notitiam non perueniat.*

14 *Quoties ea pacta non obseruantur, quæ causam contractui dederint, etiam in contractibus nominatis non tenetur promissor ad contractus obseruationem, sed omnia in primantur.*

ACcedo etiam in sententiam suprascripti do. Consultoris, per rationes subtiliter, & copiosè ab eo adductas, arbitrorque hoc in casu contractum fuisse innominatum, non autem tran
1 sactionem obligationem constitutæ pecuniæ. Moueorque maximè illa ratione, quod quicquid sit, † quando ille, qui aliquid naturaliter debet, iterum promittit, quo casu communis est opinio, quod ex pacto geminato detur actio constitutæ pecu-
A niæ, vt per Alexand. & do&to. in rubric. ff. de verborum obligat. & in l. pacta nouissima. C. de pact. tamen quando † quis non propriam, sed alienam 2
obligationem suscipit, vt in casu nostro in dubio fit interpretatio, vt pacto nudo factum id censeamus, nec oritur obligatio constitutæ pecuniæ, nisi appareat animo constituendi id esse factum, vt est casus in l. si tibi. vbi glo. Per. Cyn. C. loc. & facit 1
l. j. §. eam qui. de constitu. pecu. ibi, quando non animo constituentis, &c. in l. cum quis. §. quod ex-
B igimus. eod. titu. & ita tenet Bald. Nouel. Bulga. Sen. Ias. & Ruin in rubric. ff. de verborum obligat. cùm concord. Nec obst. quod etiam si esset † pa- 3
ctum nudum, tamen in curia mercatorum, in qua proceditur de æquitate, ex eo debet oriri actio secundùm Barto. in l. Quintus. ff. man. quia respõdeo. Primò, quod ista opin. non videtur vera, secundùm Salicet. & Alexand. in l. placuit. C. de iudi. Nam & iure communi † iudices iurant se iudi- 4
caturos, secundùm omnem æquitatem, vt est tex.
C in auth. iusiurandum. quod præsta. ab his circa medium, & tamen coram eis non agitur ex pacto nudo, nisi tamen haberent statutum, vel consuetudinem in contrarium, quo casu alia opinio defenditur, vt per Alexand. consi. xlj. in iij. volum. Ange. in l. argentarius. ff. de edend. & tradunt aliqui Mod. in d. rubr. ff. de verbor. obligat. Sed quia huiusmodi † statuta, & consuetudines sunt facti, ideo trans- 5
eo ad aliam solutionem. Secundò respondeo, quod
contractus iste est contractus innominatus ex pac
D te d. Ansaldi do vt facias, quia actum est vt d. Ansaldus daret pecuniam, & Lomellini facerent, id est, liberarent Barnabam, quod cùm plenè non fecerint, merito competit condictio ob causam pecuniæ, si esset soluta chirographi, si adhuc solutum non est. l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præscrip. verb. l. si non transactionis. C. do iur. & fact. ignorant. vbi Ias. satisque est vel minima in re Lomellinos promissa neglexisse, iustè enim potest domi. Ansaldus detractare ne promissa adimpleat. argum.
E l. penult. in fin. C. de his quib. vt indign. vbi Alexand. notat. Nec ex tali pacto correspectiuo datur actio cuiquam, nisi perfectè adimpleuerit: etiam si essemus in curia mercatorum. Nam & † ius 6
canonicum propter æquitatem fomentat pactum nudum. cap. j. de pac. & tamen non fomentat pactum correspectiuum, vt dicit Bald. in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignorant. & idem Bald. in l. sua apud acta, & ibi Riminald. in j. not. C. de transac. Socin. in reper. rubric. de verborum obligat. meritò ergo in casu nostro licita erit pœnitentia, iuxt. l. si pecuniam. ff. de cond. caus. dat. & † consuetu- 7
do, vel statutum tribuens actionem pacto nudo in foro mercatorum, non trahetur ad contractus correspectiuos, quia ante perfectum implementum sunt debiliores pactis, secundùm Bald. in l. petens. C. de pac. Ias. & Moder. in l. legem. C. eod. titul. & sentit Barto. in d. l. si pecuniam. Tertiò respondeo, quod etiam si in foro mercatorum daretur actio ex pacto nudo, tamen hoc in casu nostro
G non procederet propter fraudem, & cali dicatem aduersantium, vt qua ratione prætor tali casu non concedit exceptionem. l. iuri gentium. §. dolo malo. & §. seq. ff. de pact. eadem ratione, & multò magis in foro mercatorum denegetur actio. Confirmatur, quia fundamentum istius actionis est † sola 8
æquitas, quæ in eo foro attenditur. d. l. Quintus. & l. si fideiussor. §. j. ff. mand. quæ † æquitas nulla 9
subest in fauorem illius, qui fraudulenter egit. l. qui æquitate. de dolo excep. Facit quia

† lex

10 † lex generaliter alicui prouidens nunquam ad eum trahitur, qui fraudulenter agit. l. j. §. verba. l. si decipiendi. l. si mulier. j. ff. ad Velleia. l. ij. & iij. C. si minor se maio. l. in eo. §. fina. ff. de regul. iur. l. si probaueris. C. si res alien. pign. da. fr. & quod not. Angel. consil. clx. domina Catharina. Fulgos. consil. lxj. Decipientibus enim & fraudulentis iu-
11 ra non subueniunt. c. cum vniuersorum. de rer. permut. c. inter dilectos, de donat. Fraus autem probatur manifestè ex instrumento clam facto inter Barnabam, & Lomellinos, de quo si habuisset notitiam d. Ansaldus vtiq; talem promissionem non
12 fecisset, meritò † fraus ex actu clam gesto presumitur. l. iij. §. si. quod vi aut clam. Vnde inquit notabiliter Bart. in l. ij. C. de his qui ex pub. ratio. quod †
13 clam gestũ dicit illud, q̃ taliter est factum, vt ad eius, cuius interest notitiã non perueniret. sequitur Bel. in c. consuluit. de offi. deleg. Dec. cons. ccxcix. Non omitto etiam, q̃ quãuis cõtractus, de quo agitur esset nominatus, puta cõtractus cõstituti, de q̃ per Bartol. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. tamen adhûc succurrendum esset d. Ansaldo, sustinendaque eius intentio. idque duab. potissimum rationibus. Prima est, quia & ex chirographo, & ex dictis testium satis apparet, qd̃ causa mouit d. Ansaldum, vt dictam promissionem faceret, fuit propter remissionem illorum sexcentorum aureorum. Vnde † quoties ea pacta non ob-
14 seruantur, quæ causam contractui dederint, etiam in contractibus nominatis non tenetur promissor ad contractus obseruationem, sed omnia infirmãtur. l. cum te. C. de pact. inter empt. & ita consuluit Bal. consi. cccl xxv. in j. volu. incip. casus super quo consilium petitur, secundum impressionem Mediolanensem. Vbi ita limitat regulam. l. in ciuile. C. de rei vend. & ego legendo sum sequutus in l. cum proponas. C. de pact. Secunda est ratio, quia (vt supra dixi) dictus dominus Ansaldus est tutus exceptione doli, & etiam quia Lomellini non ad-impleuerunt ex parte sua l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti. Vnde licuit domino Ansaldo præoccupare & petere, vt super sua exceptione cognosceretur, & declararetur se esse liberatum. d. l. iij. §. missum. ff. ad Carbon. vbi Bartol. not. in l. ij. C. de Carbon. edict. & in l. ij. C. de edend. & per Alexã. in l. si finita. §. eleganter. de damn. infect. cum similibus. Et ex his concludo cum suprascripto domino Consulente præstantissimo iurisconsulto. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONS. LXX. SVMMÆ.

1 *Quando procurator alicuius efficitur malæ opinionis, & famæ, ei non debet credi, quia per malam famam superuenientem mandatum censetur reuocatum.*

2 *Quotiescunque fit protestatio ad tollendam, seu limitandam obligationem iam contractam, requiritur partis consensus.*

3 *Non dicitur consensisse, qui non acceptauit.*

4 *Quando tractatur de tollenda seu limitanda obligatione de futuro, tunc expressus consensus requiritur.*

5 *Epistola antequam accepta sit, videtur habere vim cuiusdam pollicitationis, nec vllam obligationem parit.*

6 *Obligatio sicut mutuo consensu contrahitur, ita mutuo dissensu dissoluitur.*

7 *Primus motus animi non obligat.*

8 *Quando actus respicere potest commodum, & incommodum absentis, non approbare est improbare.*

9 *Recipiens literas, videtur consentire ex quadam legis præ-*
sumptione.

10 *Præsumptiones, quæ oriuntur ex verisimilibus signis contrariis præsumptionibus cedunt.*

11 *Qui vult consequens, vult & necessarium.*



Væritur an d. Sebastianus teneatur ex fideiusione per eum præstita pro Odoardo versùs dominum Ruisium Ferrandum, & videretur quod non: quia debet censeri liberatus ex verbis illius epistolæ, quia scripsit propter malum rumorem de Odoardo non faceret, quod concordasset cum Sebastiano, id est, nihil crederet d. Odoardo. Et maximè quia ex variis literis d. Ruisij apparet qualiter ipse solum erat acturus contra Odoardum, & præsupponebat dictum Sebastianum sibi non teneri vigore obligationis. Confirmatur hoc, quia si Odoardus † factus erat tam malę opinionis, 1
non debuit do. Ruisius ei credere, tanquam mandatum censeatur reuocatum. per l. cùm quis. ff. de solut. Contrarium mihi videtur verius, quia si bene videantur dictæ literæ, in eis d. Ruisius dicit se credere, quod illæ accusationes sint falsæ, & licet subiiciat, quod nihilominus ne aduersetur pluribus, non faciat, &c. tamen ista verba non possunt videri prolata ad finem liberandi do. Sebastianũ, sed potius causa admonendi, cur nunc in illis mercibus malit vti opera Sebastiani, vnde si deinde mutauit sententiam, quia certius crediderit falsas esse dictas imputationes, & non esse verum quod accepisset illos 500. aureos, quos decoxisset, debet stare firma fideiusio. Moueor, quia iste contractus fuit factus in fauorem vtriusque partis, respectu d. Ruisij, & esset securus respectu do. Sebastiani, vt Odoardũ nepotem suam proueheret ad negotiationes, & ad famam mercatorum, sicque ei proficeret, & fecit hoc do. Ruisius ad instantiam, & requisitionem ipsius Sebastiani, volentis suum nepotem adiuuare, vnde apparet contractum maximè factum causa ipsius Sebastiani. l. si quis nec causam. ff. si certum petat. & ideò in literis dixit d. Ruisius se non facturum, quod concordauit se liberare Sebastianum, quia illud facere quod concordauerat, tendebat ad beneficium, & implementum voluntatis Sebastiani, vnde talis protestatio dom. Ruisij, vt prodesset Sebastiano debuit per ipsum expresse acceptari, & debuit ei rescribere, ne ampliùs quicquam ei crederet, aliàs quod ipse nolebat teneri, quod factum non est, sed potiùs contrarium. Probatur hæc conclusio per docto. Bartol. in l. non solum. §. merte. ff. de oper. noui nuntiat. vbi † quotiescunque 2
fit protestatio ad tollendam, seu limitandam obligationem, iam confractam requiritur partis consensus. l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. l. si maiores. C. de transact. † non dicitur autem 3
concessisse, donec acceptauerit. l. suus hæres. C. de rep. hæred. vbi Bald. & Alexand. Et maximè hoc est dicendum in casu nostro, in quo † tractatur 4
de tollenda, seu limitanda obligatione de futuro, nam tunc expressus consensus requiritur. l. fin. §. item si prædixerit. ff. naut. cau. stab. vbi Bart. requirit consensum, & sic expressum. l. ij. §. voluntatem. vbi Barto. & Moder. ff. solut. matrim. Et videtur hæc † epistola habere vim cuiusdam pollici- 5
tationis, quæ antequam accepta sit, nullam obligationem petit. l. Charidemus. ff. de pollici. & potest reuocari, vt ibi habetur, sicut etiã videmus in iussu facto nuntio, & est tex. in l. si pater. ff. de manumiss. vindict. Bald. in l. mandatum. C. mand. &

idem

idem Bald. in rubric. C. de const. pecu. Ioann. And. in Specul. rub. de deposito. Et pro hoc est regula
6 generalis, sicut enim † obligatio mutuo consensu contrahitur, ita mutuo dissensu dissoluitur, leg. ab emptione. ff. de pact. leg. nihil tam naturale. de regulis iur. vt ergo talis liberatio effectum haberet, debuit re integra Sebastianus eam acceptare, leg. in omnibus. ij. leg. in quibuscunque. ff. de action. & obligation. Et nullo modo consonat, quod do. Ruisius scripserit ea verba, animo liberandi fidei-iussorem, sed potiùs quia dubitaret propter illos rumores, & admonuerit eum cur non daret, non enim cogi poterat. leg. qui pecuniam, vbi omnes not. ff. si cert. pet. vnde re cognita, mutauit illum primum motum animi secundùm doctor. Bartol. in leg. admonendi. de iureju. qui † primus modus
7 alioquin non obligat. leg. quicquid calore. ff. de regulis iur. leg. licitatio. de publica. Facit etiam doctrina Bartol. in leg. quo enim. §. j. ff. rem ratam
8 habe. † vbi quando actus respicere potest, & commodum & incommodum absentis non approbare, est improbare, per tex. in leg. procurator in fin. ff. eo. tit. & firmat ibi Cast. non obstat, quod Bart. ibi dicit hoc non procedere, quando quis recepit
9 literas, quia † earum receptione videtur consentire. per l. filiusfam. ij. ff. ad Maced. Respondeo, quod iste consensus, seu acceptatio, quæ inducitur per receptionem literarum, inducitur ex quadam præsumptione legis, † quæ innititur verisimi-
10 libus signis, & huiusmodi præsumptiones contra ijs præsumptionibus cedũt, vt probatur in l. cùm de indebito. ff. de probat. in l. diuus. in fi. vbi Bald. ff. de in integ. rest. sed in casu nostro nõ sunt præsumptiones in contrariũ, quia dictus Sebastianus approbauit se esse obligatũ, q, ostẽdit ex multis literis ipsius Sebastiani, vnde apparet, quod adhuc approbabat dictã conuentionẽ. l. Caius. ff. de manumis. per docto. in l. ampliùs. §. idem quæsijt. de lib. leg. Iaſ. in l. contra. §. j. v. nor. de pact. maximè ex responsione ad literas scriptas die vj. Decẽbris. per quã approbat quod Statius se obligauerat iusta formam obligationis ipsius Sebastiani;
11 quibus verbis expressim apparet firmã stare fideiussorẽ, quia † qui vult consequens, &c. l. ad rem mobilem. de procur. l. illud. ff. de acq. hær. Bald. & Salic. in l. pacta nouissima. in fin. C. de pact. cum concor. per Clau. l. j. de op. no. nunt. & quia Sebastianus non contradixit illis verbis, secũdùm formam obligationis, seu potiùs cõsensit nõ solũ per acceptationẽ literarum, sed etiam per expressam responsionem, & tex. in d. l. si filiusfam. nihil obstat, quia loquitur in obligatione contracta per filium nomine patris, quam pater ignorabat esse contractam, quæstio nostra est in obligatione quã scienter fecerat Sebastianus, vt adiuuaret nepotẽ, & quam ipse cupiebat habere effectum, vnde hoc casu non militat ratio dictæ legis, & ideo nihil obstat suprascriptis sed limitatur suprascripto casu, sicut, & alijs plerisque, de quib. per Paul. Cast. d. l. quo enim. per Rapha. Comen. consi. clxxvij. suppositis. Mathesyl. notab. xxij. Iaſ. repetitione. l. admonendi. ff. de iureiur. & ex ijs apparet non obstare rationes, quas suprà in cõtrarium adduxi. Nam non obstat regula l. cum quis. de solut. quia in casu nostro ignorabat d. Ruisius, quod Odoardus fecisset deteriorem conditionem, imo vt in literis dicitur non credebat, hoc verum, licet dubitaret, & deinde desijt dubitare, & habere, pro certo, quod non esset verum. Nec obstant illę literę, quibus dicebatur de Odorado, & nulla erat

A mentio, quod Sebastianus reneteretur tan quam fideiussor, quia respõdeo ideo fideiussurem esse liberatum. l. reos. C. de fideiuss. l. si. coxit. & l. quamuis. ij. C. de pig. cum similibus.

CONSIL. LXXI. SVMMÆ.

1 *Contractus talis esse censetur, qualẽ nomen habet, & demonstrant partes per eius appellationem, cui appellationi proculdubio standum est.*

B 2 *Contractus transactionis non potest reuocari per allegationem enormis læsionis.*

3 *Læsionis spectant modus.*

4 *In materia metus, in quã attenditur ad verisimilitudinem & coniecturas, & quando verisimilitudo est, habet imaginem doli.*

5 *Quando in aliquo casu non est verisimilis metus, non præsumitur, protestationes non sufficiunt.*

6 *Metus præsumptionem elidentia.*

C ONTRACTUS † de quo agitur, nõ est donatio, sed transactio, & ita ea partes appellant, cui appellationi stando est secundùm Bar. in l. ij. in prin. si cert. pet. per tex. in Lucius in l. die. §. j. depos. & quia fuberat timor litis futuræ iuxta l. ij. C. de transactio. propter præsumptum fideicommissum, & testamentum matris, vnde nõ est dubitandum, quin talis contractus sit verè & propriè transactio. Ex quo infertur, quod † con- 2
C tractus transactionis non potest reuocari per allegationem enormis læsionis, vt est text. in leg. Lucius. §. fin. ff. ad senatusc. Trobell. l. si superstite. C. de dolo. in l. interpositas, verbo qualitas causæ principalis. C. de transact. & ita communiter teneri attestatur Alexand. consi. xlij. in j. Aretin. in l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. obliga. & dixi in l. quamuis. C. de transact. & ita indubitanter tenendum est in casu nostro propter iuramẽtum, quod interuenit. c. cum contingat. extra, de iureiuran. qui contradicentes non loquuntur; quando duo
E interueniunt, videlicet quod sit trãsactio, & quod sit iurata. Quod si teneamus aliam opinionem, quod possit transactio rescindi prætextu enormis læsionis secundùm Bartol. in l. ij. C. de rescind. vend. tamen læsio † illa erit consideranda, non ha- 3
bito respectu ad id, quod verè debeatur, sed quod dubio litis euenti verisimiliter potuisset percipi secundùm Bartol. in d. l. si quis cum aliter. In casu nostro diminuitur pretium. Primò, ex qualitate temporum, quia tunc anno 1518. in ipso feruore
F bellorum notorium est, quod prædia rustica minimi valoris erant. Secundò, quia ipsi aduersarij possidebant, vnde deterior erat conditio petẽtis. Tertiò, quia prætendebantur iura fideicommissi & testamenti, & præterea multæ aliæ qualitates, & magnã est præsumptio, quod maritus istius dominæ non transegisset, nisi ita fuisset, ex vtilitate sua, præsertim vir prudens, eques, & medicus. Non obstat quod propter enormem læsionem præsumitur mulier metu reuerentiali cõtraxisse, secundùm Paul. de Castren. consil. clxxiiij. contra. in j. Dec. consi. lxxxvj. cum similibus, quod certius in casu nostro procedere debet, propter protestationes metus, factas ab ipsa vxore. Ad hoc respondetur, quod doctores loquentes de isto metu
G reuerentiali, loquuntur quando contractus fit cũ ipso, cui reuerentia debetur & vtilitas eius contractus ad eum pertinet, & ita loquitur Paul. Caſtr. Dec. & alij. & ita procedit tex. & ibi Bartol. in l.

BIU Cujas

ij.§.quæ onerandæ.ff.quar.rer.act.non der.& in l. pen.ff.de furt.& glo.in leg.filiusfam.§. inuitus.ff. de procur.& quæ not.docto.in c.cauſ.matrimo. extra,de oth.delega. non quando cõtrahitur cum alio tertio,& vtilitas eſſet tertij, vt in caſu noſtro. Et illæ proteſtationes non ſunt veriſimiles,quod maritus velit vim inferre propriæ vxori ad vtilitatem tertij,& † cum in materia metus maximè attendamus ad veriſimilitudinem, & coniecturas, & quod veriſimile non eſt,habet imaginem doli, quod ſciiicet factæ ſint tales proteſtationes cauſa decipiẽdi iſtos debitores, cùm aliàs debuiſſent illis ſcientibus fieri.leg.non intereſt.verbo ſciente.C.de ijs qui metus cauſa,&c. veniens.de tranſaction. Ioan. de Imo. in leg. cum vir. de vſucap. Ioan. Fab. §. j. inſti. quibus ali.non lic.Alexand. conſi.xvj.ponderatis. in ij.& ſic reſpõdetur ſuprà ſcripto argumento multis modis. Primò,quod † non præſumitur metus,nec eſt veriſimilis in caſu noſtro,vnde proteſtationes non ſufficiunt. leg. metum.C.de ijs,quæ metus cauſ. Imò requiritur euidentior probatio, quia contra veriſimilitudinem.leg.fin.in princip.quod metus cauſ. Secundò,quod † præſumptio illa purgatur per iuramentum,quod interuenit in contractu, cum proteſtationes ipſæ non fuerint iuratæ,ſecundum gl. cap. lic.de iureiuran.lib.vj. Tertiò, quia metus eſt reſpectu mariti noſtra quæſtio eſt reſpectu tertij, qui ignorabat. vnde ei nihil nocet ſecundum notata.per Bartol.& alios in leg.qui in alie.§.fin. ff. de acquiren.hæred.& ſuprà dixi. Quartò,quia deinde poſt aliquot annos, mulier per procuratorem exegit, vnde videtur purgatus metus. gloſſ. cap. ad id quod extra , de ſponſ.& quod habetur in l.ad ſolut.C.de re iudi. & quando actus ſequẽs non eſt factus incontinenti tradit Alexand.conſi. xcviij. in fin.lib. iij. Quintò,quia minæ mariti, quod eam eijceret, non ſunt veriſimiles , cùm id de iure facere non poſſet d.leg.fin. in princip.nec credere debuit maritum executurum, vt habetur in l.interp.C.de tranſaction. Sextò, quia nulla eſt læſio,vt ſuprà dixi,nec permittitur reſciſsio tranſactionis.Et ideo melius faceret iſta domina,ſi nec ſe,nec alios inanibus expenſis vexauerit. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. LXXII. SVMMÆ.

1 *Venditio rei alienæ valet.*
2 *Electionis cautionis forma.*
3 *Aetatis probandæ modus.*
4 *Poſt lapſum quadriennium reſtitutionis petendæ quis amplius audiri non debet.*
5 *Minor ſi vult petere reſtitutionem in integrum oportet quod probet læſionem tempore contractus aduerſus eum quem vult reſtitui.*
6 *Sicut minor non auditur nec fiſcus qui ex minoris perſona ſuccedit audiri debet.*
7 *Cum minor non adiuerit hæreditatem aui & deinde fuerit confiſcatus nulla in fiſcum fit tranſmiſsio.*
8 *Quis non debet obijcere de ijs quæ nihil ad ſe pertinent.*

NON videtur dubitandum, quin venditio facta per matrem & conſanguineos Iſepki valeat:quia † valet venditio rei alienæ.leg.rem alienam. ff. de contrahen. emptione. & ſufficit quod vendens tradat ſe & obliget de euict.l.ex empt.in prin.verſi.ſi nõ fuit. ff. de act. empt. prout factum eſt in caſu noſtro, in quo venditores † promiſerunt, quod emptorem dictis bonis facient potiorem, & anteriorem, qua cunque alia perſona,quod defendunt,& manutenebunt ab omni contradicente,&c.l. emptorem. in ſi.verſi.an verò per omnes.ff.de act.emp. d. l.ex empto.§.ſi.& cum Ioſephus ad quem prima cauſa ſucceſsionis pertinebat conſenſerit iam, propter talem conſenſum aduerſus eum, & omnes habentes cauſam ab eo,quæſita eſt exceptio.l.ſicut.§.vẽditionis.ff.quib.mod.pign.vel hyporth.ſolu.quod tradit Bal.Ang.cæteri in l. j.C. comm.de leg. Nec obſtat quod Ioſephus tunc eſſet minor, quia cùm in inſtrumento facto cum auctoritate iudicis, dicatur quod ex aſpectu erat maior annis xvij. & ita etiam ipſe ſit proteſtatus cũ iuramento,& conſenſu conſanguineorũ & decreto iudicis ſatis † probatur,tunc fuiſſe talis ætatis. l. minor xxv. annis ex aſpectu.ff.de minori.vbi doct.& Bart.l.de ætate.eod.tit. & cum ſumptum eſt de eo ſupplicium poſt annos xv. à tempore ratificationis apparet,q erat annorum xxxiij.vnde † lapſum eſt quadriennium reſtitutionis petendæ , nec amplius audiri poteſt.l.fi.C.de temp.in int.reſti. & licet in cauſa criminali ſint producti teſtes,quod etiam tũc eſſet minor , tamẽ eorũ fidem iudices non approbauerunt,ſed tanquã cõtra eũ maiorem proteſſerunt, vnde de iſtis teſtibus reprobatis opponi in hoc iudicio non poteſt. gl. in auth. item ſi poſſeſſor. C. qui potio.in pig.hab.vbi doc. & Fel. in c.cũ venerabilis.extra,de excep. per Bald.in auth.nouo.C. de pœna iud.qui malè iud. Secũdo reſpõdeo quod cũ iſte in inſtrumẽto ratificationis iurauerit, non poteſt ampliùs contrauenire,etiam ex capite minoritatis,ſecũdum tex.in authen.ſacramenta pubertum.C.ſi aduerſ. vendit. vbi Iaſ.reſpondit, quod ſtatuta ciuitatum contra diſpoſitionem illius textus non valeant,& ita etiam communiter tenetur in c.cum contingat.extra,de iureiuran.per tex.in c.licet.eod.tit.lib.vj.Tertiò eſt aduertendũ, quod ſi minor † vult petere reſtitutionem in integrum, oportet quod probet læſionẽ tẽpore contractus, aduerſus quem vult reſtitui. l.nam poſtea.§.ſi minor.vbi Alex.poſt alios.ff.de iureiur. quæ in caſu noſtro nulla interuẽit propter graue æs alienum hæreditatis,cui diſſoluẽdo bona ipſa non ſufficiebant. Et ideo ſicut † minor ipſe non audiretur,ita nec fiſcus qui ex perſona minoris ſuccedit, leg.fiſcus.ff.de iur.fiſ.& cum † minor non adiuerit hæreditatem aui , & deinde fuerit confiſcatus nulla in fiſcum fit tranſmiſsio,per regulam. leg. ſi mandauero.§.is cuius.ff.mand.l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff.de vulg.& conſuluit Paul.Caſtr.conſi.lvj. viſo puncto.in j.in nouiſsimis, vbi limitat,niſi repudiatio eſſet facta in fraudem fiſci, quod nõ poteſt dici in caſu noſtro,facit quod reſpondit Dec. conſil.xlij. nume.xix.Non obſtant aliæ oppoſitiones quę fiunt per fiſcum,quia eis reſponſum eſt recte per dominos aduocatos, & certè iſtæ oppoſitiones non concernunt fiſcum,ſed alios creditores.Vnde non † debet fiſcus de eis obijcere, quia nihil ad eum.leg.loci corpus.§.pe.ff.ſi ſer. vendic. ibi,quò ad te liberas ædes habeo. Et ita mihi videtur.ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. LXXIII. SVMMÆ.

1 *Fideiuſſio ad tempus facta tali tempore finitur,nec vlterius fideiuſſor poteſt conueniri.*
2 *Contractus inter mercatores geſti,ſecundum id, quod verſimiliter actum eſt, intelligi debent,*

BIU Cujas

3 *Subscriptio Chirographi debet intelligi ne contradicat præcedenti chirographo, quia semper fit interpretatio ad euitandam correctionem.*

4 *Subscriptio habet relationem ad ea, quæ dicuntur in chirographo.*

5 *Semper fit interpretatio ne actus reddatur grauior, & ne quis facile fraudari possit.*

6 *Fideiussio facta pro aliquo, antequam sit debitor, est promissio conditionalis.*

7 *Obligatio purificata est proprie obligatio.*

8 *Obligatio conditionalis est improprie obligatio, & secundum latam significationem.*

9 *Creditor conditionalis proprie non est creditor.*

10 *In chirographis quæ habent diem, si periculum sit, ne dies videatur anticipata, probanda est ipsa dies.*

11 *Vna præsumptio aliam tollit.*

SYNGRAPHAE verba sunt, Et *ad maiorem cautelam dictorum Nicolai & Benedicti Bernardus Spinula promittit pro omni & toto eo, quod ex omnibus prædictis, vel aliis habere debebunt à dicto Laurentio, quo uis modo reuolutis iuri de principali, &c.* Verba verò subscriptionis. *Io Bernardo, mi contento, e obligo di quanto sopra & che duri tale mio obligo per vno anno proximo di auenire.* Videretur prima fronte verba obligationis esse clara, vt lapso anno, dictus Bernardus desinat esse obligatus, tanquam dies adiecta sit ad finiendam obligationem, saltem ope exceptionis iuxta textum in leg. obligationum fere. §. plane. ff. de act. & oblig. in leg. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. ff. de verbor. obligation. & per reg. quæ habet quod † fideiussio ad tempus facta tali tempore finitur, nec vlterius fideiussor potest conueniri. leg. si cum Hermes. C. de loc. per doct. in leg. lecta. ff. si cert. pet. Dec. consil. cxciij. cum simil. Sed his non obstantibus, subtiliter cogitando videtur dicendum contrarium; quod dictus Bernardus teneatur ad debita, durante anno, contracta annum computando à die contracti debiti per ipsum Laurentium. Sciendum enim est hunc † contractum inter mercatores gestum secundum id, quod verisimiliter actum est. intelligi debere iuxta not. per Bar. in l. Quintus. ff. mand. Ang. in l. argentarius. ff. de eden. Alex. consil. xlj. in ij. & subscriptio † debet intelligi, ne contradicat præcedenti chirographo: fit enim semper interpretatio ad euitandam correctionem. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. Bar. l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Alex. consil. cxlj. in ij. cxxxv. in j. cum similibus. & † subscriptio habet relationem ad ea, quæ dicuntur in chirographo iuxta ea, quæ habentur in l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. Cum ergo in chirographo promissum sit pro omni, & toto eo, quod habere debebunt à Laurentio, & Bernardus subscripserit se contentari, & quod talis obligatio durat per annum proximum intelligemus annum à tepore quo illi habere debebunt, id est, à tempore, quo Laurentius contraxit debitum interuertendo res societatis. Confirmatur hæc sententia, quia † semper fit interpretatione actus redeatur eutuosorius, & ne quis facilè fraudari possit. c. si ciuitas. de sent. excom. in vj. l. quoties. de verb. oblig. alioquin si ille in penultima, vel vltima die anni conturbasset rationes, nō posset esse succursum creditoris, & fideiussio ista in effectu redderetur inutilis, quod non est dicendum. Pro hac sententia etiam facit proprietas verborum. † fideiussio enim antequam ille sit debitor est quædā promissio conditionalis, perinde ac si dixisset soluā si Laurētius debebit. l. fideiuss. obliga. in fi. ff. de fideiuss. c. ex rescripto. de iureiu. quādo verò Laurētius cōtraxit in fraude creditoris purificata est cōditio obligationis fideiussoriæ, vnde cum verba dicant, quod volebat tale obligationem durare per annum, intelligimus non de obligatione conditionali, sed de purificata, cum † obligatio purificata proprie sit obligatio, † conditionalis verò non nisi improprie, & per latam significationem, vt text. in leg. j. secundo respōdeo. ff. de dona. in l. debitor. ff. de verb. signific. & quod not. doct. communiter in l. j. ff. si cer. per. vbi † creditor conditionalis proprie non est creditor. leg. conditionalis. l. seq. ff. de verb. signifi. Et sic apparet non obstare, quæ supra in contrarium adduxi. Cum etiam si annus respiciat finem obligationis tamen computatio anni sit facienda à die contracti debiti per ipsum Laurentium. Circa secūdum punctum licet in † chyrographis, quæ habent diem, si periculum sit ne dies videatur anticipata, probanda sit ipsa dies secundum leg. ij. ff. de fid. instr. & quod not. Paul. de Castr. consil. cxxxiij. in causa Ser Ludouici. vol. j. secundum nouissimam impressionem, tamen cum tractemus de literis cambij, videtur sufficere, quod sint verificatæ secundum formam statutorum, quæ habent mercatores, vt pro eis præsumatur, & executio concedi debeat. iuxta leg. satis aperte. C. de fall. & quę per illum text. not. doct. in variis locis, maximè Andr. Sic. consil. viij. & consil. x. & consil. xviij. in j. Felin. cap. de cætero. de reiudi. cap. licet causam. extra. de probat. & maxima coniectura veritatis est, si cū libro rationum creditoris literarum cambij concordaret, dies vel aliæ præsumptiones adessent, quæ tollerent suspicionem anticipationis, vt in simili per Dec. consil. clxxv. ver. vij. Et quia † vna præsumptio aliam tollit. l. cum de indebito. ff. de probat. l. diuus, vbi Bald. ff. de in integr. rest. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXIIII. SVMMÆ.

1 *Obuentionem bonorum pacto non dari.*

2 *Liberam voluntatem testatoris nec tolli, nec restringi debere.*

3 *Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali l. indulgentia, & ex quadam dispensatione concessum est.*

4 *Quoties verba contractus non obligationem præsentem respiciant, sed futuram, post mortem bonorum obuentionem actus est nullus.*

5 *Pacto hæreditas dari non potest.*

6 *Iusiurandum non supplet iuris publici formam.*

7 *Pacto non potest quis successionem, neque particularis rei deferre.*

8 *Transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant non valet, quia obuentio bonorum hoc casu incertitur.*

9 *Obligationem morte purificandam valere.*

10 *Contractum consensu reuocari.*

11 *Verba apposita, importantia restrictionem facultatis testamenti, non valent.*

12 *Modum impositum vitiari nec vitiare.*

IVSTRATO instrumento conuentionis factæ inter Antonium, & fratres Delphinos, & altero instrumento, posteriore restrictiuo primi instrumenti, interrogatus quid iuris sit existimaui paucis conclusionibus rē esse decide-

dam. Prima est cõclusio, quod illa conuentio, *Quod casu quo aliquis ipsorum intelligatur hæredes superstites, &c.* est nulla. l. pactũ q. dotali. l. licet. C. de pact. l. hereditas. in fi. de pact. conuent. cuius rei duplex est ratio. Vnde † ne libera voluntas testatoris tollatur, vel restringatur. d. l. pactum. alia est, quia † quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali. leg. indulgentia, & ex quædam dispositione concessum est, secundum glo. in leg. illa institutio. de hæred. instit. quia in id tempus, dispositio procedit, quo res amplius sua non est. leg. in tempus, de hæredi. instit. sed tamen lex hoc indulsit, dummodò certa forma fieret, id est, via solennis testamenti. leg. iij. vbi glo. aliter enim deferri, non potest, successio, quapropter, † quotiens verba contractus non obligationem præsentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obuentionem, prout in casu nostro actus est nullus, vt declarat Bartol. in consi. cxij. referr, & sequitur Dec. in d. l. pactum. C. de col. Cur. iunior in consi. xv. post tract. feu. Ang. consi. lxvj, Alexand. consil. lxxxiij. in ij. volum. † pacto enim hæreditas dari non potest. Vnde sequitur vt etiam si iusiurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia † iusiurandum non supplet iuris publici formam. leg. ius publicum. ff. de pact. per Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenent communiter doctor. in leg. stipulatio hoc modo. de verb. obligation. vbi Alexand. Rursus sequitur, vt id pactum non solum tunc non valeat, cùm de vniuersa successione agitur, sed nec etiam cùm de particulari, † pacto enim non potest quis successionẽ, neque particularis rei deferre. leg. final. ff. de suis & legitimis, quapropter responsum est, quod † tranlactio inter fratres, vt in paterna domo soli masculi succedant, non valeat, quia obuentio bonorum hoc casu induceretur, secundùm Bartol. d. consi. ccxij. & in leg. fina. C. de pact. & Alexand. consi. xxviij. in iij. volu. Secunda conclusio, quod illa verba. *In casum antedictum, vnus ipsorum, & quilibet sibi mutuò facit puram donationem de bonis suis, cum clausula constituti ex nunc &c.* faciunt † vt dictus contractus sustineatur in vim donationis, quia non inducunt bonorum obuentionem, sed præsentem obligationem, purificandam in casum mortis, quod fieri potest. leg. j. C. vt act. ab hæred. Oldr. cõsi. cxxxix. & ita consuluit in terminis nostris Alexand. cõsi. lxxxiij. in ij. volu. & sum sequutus in leg. pactum quod dotali, C. de pact. Tertia conclusio reuocatio suprascriptæ donationis † facta per instrumentum posterius, anno 1522. valet & tener, quia licitũ fuit partibus recedere à primo contractu, reintegra, propter mutuum consensum ipsorum. leg. ab emptione. ff. de pact. l. perfecta. vbi not. C. de don. quæ sub modo ab eo quod dictum primum instrumetum prorsus resoluitur. l. j. §. j. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. cum clausula constituti eius accessoria, secundùm Bald. in leg. ex testamento. vbi Iaf. C. de fideicom. & in l. j. §. si vir vxori. ff. de acqu. posse. Quarta conclusio, illa verba, *Dummodò non faciat aliud testamentum*, videntur nulliter † apposita, tanquam restrictiua facultatis testandi, & ideo non valent. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. vnde huiusmodi verba, † tanquam inducentia modum impossibilem vitiantur, non autem vitiant præcedentem dispositionem. leg. cum donationis. C. de transact. vbi dixi reprobata opinione Aretini ibi. qui tenebat dispositionem vitiari, cõtra mentem glo. ibi, & doctores, & aduersus doctrinam Bartol. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. versic. omissis multis in fine. Vnde concluditur, quod potuit dictus Antonius facere aliud testamentum arbitrio suo, & sibi non obstat donatio, quia reuocata, neque promissio conseruandi primi testamenti, quia censetur impossibilis de iure. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXV. SVMMÆ.

1 *Conditio est actio in personam.*
2 *In exorbitantibus non fit extensio.*
3 *Reuocatio donationis antequam alicui quæratur, ius valet.*
4 *Clausula, in quantum expediat tibi &c.*
5 *Imò est dictio aduersatiua.*
6 *Dictio etiam auget.*
7 *Et qui semel dominus est, non potest eadem res iterum dari.*
8 *Titulus purus est plenior conditionali.*
9 *Inducta in fauorem, non debent operari contrarium.*
10 *In dubio contra aertantes de lucro, pro habentibus causam onerosam pronuntiandum est.*

IAE LII & Gozadini visis cõsilijs, facilè transiui in eorũ sententiã, quia viderur mihi vera conclusio, quod isti emptores, qui emerunt ab Orpheo non possint de iure molestari à sororibus dicti Orphei, vigore donationis de qua agitur. Primò, quia donatio illa quatenus respicit sorores, quibus nulla facta est traditio, nullam actionem in rem parit, sed duntaxat † conditionem, id est, actionem in personam. leg. quoties. verbo condictitiæ. C. de donat. quæ sub modo, vbi ponitur decisio, quæ est exorbitans à regulis iuris, vt actio requiratur absenti, vnde non est extendenda ad actionem realem, quia † in exorbitantibus non fit extensio. l. si vero. ff. de viro. ff. solu. matr. per Bartol. in leg. si constante. eo. tit. Cum ergo sola actio personalis competat istis sororibus, non potest intentari aduersus istos emptores. l. fi. §. ff. de contrah. empt. leg. j. §. si hæres percepto. ff. ad Trebell. & ita tenuit Egidius Bellameræ. consil. xxxix. Guido Papæ in decisionibus Delphi. quæst. ccccxij. Stephanus Bertrandus. consi. cxxxv. & cõsi. ccxxxvj. & cclxxxv. in j. volum. & licet Speculat. titul. de emphyteos. § nunc aliqua. versi. lxx. &c. videatur dicere quod fauore exercentis liberalitatem dominium ipso iure transeat de primo donatario, in secundum tamen loquitur, quando interuenerat traditio: quia in casu suo, insolidum res tradita erat emphyteotis. Sed in casu nostro nulla traditio interuenit respectu istarum sororum, imo bona prius fuerunt vendita, quam conditio donationis ipsis factæ eueniret. Secundo, quia dicta donatio facta sororibus, ante euentum conditionis, videtur fuisse reuocata, quoad bona de quibus agitur, per alienationem ab Orpheo factam, cum consensu ipsius principis qui donauerat. † Valet autem talis reuocatio, ex quo adhuc ius quæsitum sororibus non erat. leg. iij. ff. de sen. explorrãd. per Bar. in l. qui Rom. §. Flanius. ff. de ver. oblig. maxime cũ fauore primi donatarij, pactio illa facta fuerit, vt meritò potuerit eius facto reuocari. l. Aristo. versicu. sed superiore. de don. gl. in d. l. iij. Tertiò quia donatio illa † habet clausulam, *in quantum*

quantū expediat tibi, &c. quę facit, vt nō impeditus cēseatur Orpheus, quin alienare posset, quia alias sibi non expediret, & talis clausula eiusdem est significationis cuius illa, *domo quod supererit*, quando impedit, quominus grauatus possit alienare, vale antque alienationes in perpetuum. argu. auth. cōtra cum rogatus. verbic. vel alijs huiusmodi. C. ad Trebell. & satis videtur, quod illa authentica loquens in fideicommisso habeat etiam locum in donatione principis, quæ non minus fauorabiliter accipitur. l. legatum est. ff. de leg. ij. l. si Titius. ff. ad Treb. Quartò & vltimò, quia ex lectura instrumenti apparet, prius esse factam donationem simplicem, & puram absque aliquo onere, deinde subijcitur, *Imo etiam tibi Orpheo, &c.* quæ verba inducunt nouam donationem augmentatiuam prioris, & diuersam à priore propter naturam dictionis, † *imo*, quæ est aduersatiua. l. Stychus. de manu. resta. & dictionis, † *etiam*, quę auget. l. etiam solu. matr. vnde cū in huius persona concurret, vterq; titulus donationis, primus simplex, alius conditionalis, attendimus ad primum, tanquam sequēs minus efficax, cum † ei, qui semel dominus est, nō possit eadem res iterum dari. l. scire debemus. §. fi. de verb. oblig. l. iij. §. ex pluribus. in fin. de acqu. possess. & quia primus † titulus est plenior, quia purus, quā sequens, qui est conditionalis, l. si id quod ff. de rescin. ven. l. si te solum. §. j. de hære. instit. & quia iste vendendo videtur elegisse priorem partem, secūdum quam valet venditio, vt per Bart. in l. gerit. ff. de acq. hære. Nec impetrādo priuilegiū, in quo est probatio primi tituli, & noua inductio secundi, videtur Orpheus alectioni renuntiasse. Cum appareat † totum illud emanasse in suum fauorem, vnde non debet verti in contrarium. leg. quod fauore. C. de legi. & hæc mihi videntur sufficere pro istis emptoribus † habentibus causam onerosam, cum aduersarij certent de lucro, vnde contra illos in dubio est pronuntiandum. leg. fin. C. de codici.

CONSIL. CXCVI. SYMMÆ.

Non debet esse in facultate cedentis, facere deteriorem cōditionem cessionarij.

Solutio ante denuntiationem facta cedenti valet.

Pactum de non petendo factum debitori per vnum ex correis credendi, ex causa onerosa non nocet alteri.

Ex diuersis non infertur.

In contractibus persona non subintelligitur.

In contractibus semper fit interpretatio in fauorē promissoris contra stipulatorem, quia debuit legem apertius dicere.

Non est verisimile quod partes inter se litigantes sibi aliquid donent.

Pactum de non petendo, factum ab vno ex correis credendi, non habet aliquid inferre, nec præiudicium facere respectu obligationis alterius correi.

Vnius exclusio est alterius inclusio.

Qui promittit quod Titius non petat, intelligitur promittere quod successor vniuersalis Titij non petet.

Qui se excludit à iure ex persona alterius sibi competente, non censetur exclusus ex iure quod ex propria persona habet.

Promittens respectu iuris alterius, non debet obligari respectu iuris propij.

Implendum prius quam petendum.

L. vendicantem. de euict. quomodo procedat.

CONTRA do. Bartol. dubium facit, quia cum ipse promiserit curare, & facere in effectu, quod Io. Ambrosius non peteret, non debet nunc ipse petere tanquam cessionarius. argumen. l. vendicantem. ff. de euictio. Sed tamen hoc non obstante, videtur pro eo esse pronuntiandum, & consequenter non posse prohiberi, quin ipse ex sua persona petat: & pro hac opin. possunt considerari aliquæ rationes. Prima est, quia per talem promissionem non debet in plus obligari d. Bartol. quam fuisset obligatus Ioan. Ambrosius, si ipse talem fecisset promissionem. Sed si ipse fecisset, non noceret quo minus cessionarius posset petere, quia cum cessio sit facta d. Bartol. ante talem promissionē, † non debet in facultate cedentis, facere deteriorē conditionem cessionarij. l. si partem. §. fin. ff. quē. fer. amit. & licet † solutio ante denuntiationem facta cedendi valeat, iuxta l. iij. C. de nouatio. sed tamen pactum de non petendo quoad cessionariū, ex causa onerosa, prout in casu nostro non debet nocere: sicut videmus in simili, quod † pactum de non petendo factum debitori per vnum ex correis credendi, ex causa onerosa non nocet alteri. l. si vnus. in prin. ff. de pact. per Bar. in rep. auth. hoc ita in pen. char. C. de duob. reis. & hoc maximè procederet, si Ioan. Ambrosius in cessione transtulisset omnem spem, & exercitium actionis, quo casu nullæ apud cedentem remaneant reliquiæ, tale pactū nihil penitus noceret cedenti, vt decidit Tancred. de Corneto in cōpendiosa sua vltim. parte. quæstione xj. quem refert & sequitur Bart. Veronens. in cautell. sua 242. Nec excusaretur debitor prætextu ignorantiæ quando causa onerosa dedisset causam cessioni, prout fuit opin. Mar. Syllimani, & ita sentit Ias. in l. fin. ff. de transact. dū intelligit illam legē procedere solū in pacto gratuito. Secunda ratio est, ipse promisit, nihil respectu Ioann. Ambrosij: ergo talis promissio non debet operari respectu sui: quia ista inter se sunt diuersa, & † ex diuersis non infertur. l. Papi. exulī. ff. de minor. Secunda ratio, quia † in cōtractibus persona nō subintelligitur. l. si ita stipulatus. §. Crysogonus, in fi. ff. de verb. obliga. vnde in casu nostro cum actum sit ne Ioan. Ambrosius peteret, nō debet fieri interpretatio, quod nec ipse d. Bar. petat: quia non debet subaudiri, neq; persona ipsius promittentis. auth. si quādo. in penul. resp. C. de cōst. pec. Tertia ratio, † in contractibus semper fit interpretatio in fauorem promissoris contra stipulatorem, qui debuit legem apertius dicere. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obligat. l. si extraneus. ff. de cond. ob caus. vnde in casu nostro debet fieri interpretatio in fauorē d. Bart. qui promisit quod Ioann. Ambrosius non peteret. Et istud tanto magis debet procedere in casu nostro, in quo presupponitur quod partes inuicem litigarent: † vnde nō est verisimile, quod voluerint sibi aliquid donare. l. iij. C. de rep. hære. Quarta ratio, quia videmus in simili, quod † pactum de non petendo, factum ab vno ex correis credendi, non habet aliquid inferre, nec præiudicium facere respectu obligationis alterius correi. l. si vnus ex argentarijs. in princip. ff. de pact. per Bart. in rep. auth. hoc ita in penult. charta. C. de duob. reis. ergo in simili pactū cessionarij & cedens non petet non habet inferre, quia ipse cessionarius possit petere. imo infert oppositum, quia † vnius exclusio est alterius inclusio. l. cū prætor. ff. de iudi. & non ne. extra, de præsumpt.

10 Quinta ratio, licet † qui promittit, quod Titius nō A torum de iure communi tali casu daretur actio,
petet, intelligatur etiam promittere quod succes- nisi existente statuto, quod in ea curia procederetur secundùm æquitatem iuris rigore omisso, vt
sor vniuersalis Titij non petet, non tamen intelligitur se obligare respectu successoris particularis tenet Salic. & Alex. in leg. placuit. C. de iudic. &
vt est gloss. in leg. si cum fundum. ff. de verb. signi. Alexand. consi. xij. in iij. vol. ita declarantes doquam sequitur Fran. Crem. sing. clvij. vnus socius. ctrinam Bartol. in l. Quintus. ff. mand. Secundò,
ergo non intelligitur in casu nostro do. Bartol. se quia † contractus emptionis, & venditionis, est
obligasse respectu sui iuris, cùm sit successor par- correspectiuus seu reciprocus, & venditor obliga-
ticularis, vt quod in duabus personis recipitur, in tur, emptor verò non: quia talis contractus non
11 vna etiam receptum censetur. l. singularia. ff. si debet claudicare. leg. si id quod. §. fin. ff. de resc.
certum petat. Sexta † ratio, qui se excludit à iure B ven. vbi dicit text. † bonæfidei non conuenire 3
ex persona alterius sibi competente, non censetur vt eo pacto stetur, quod alteri captiosum sit, idem
exclusus ex iure, quod ex propria persona habet. dicit text. in leg. j. ff. eo. tit. ibi nam quod Aristo di-
l. defuncto. C. si in fraud. patroni libert. leg. fin. C. xit posse ita paciscí, vt vnus maneat obligatus, nō
de euictio. ergo etiam promittens respectu iuris est verum, &c. & ideo in casu nostro cum venditoalterius, † non debet obligari respectu iuris pro- res remanerent obligati, emptor verè posset re-
12 prij. & per istas rationes potest suaderi do. Bart. cedere à contractu, videtur dicendum pactum
fouere iustiorem causam. & respectu lib. cccxlvij. non valere. Tertiò, quia Nicolaus emptor non
cum interesse, non videtur difficultas, cùm promi- habebat aliquod mandatum circa hoc à Bonui-
serit Hieronymus illi restituere dictam obligatio- sijs, vnde non potest dici, quod emerit tanquam
13 nem, nec fecerit: vnde aut debet † adimplere, aut C procurator, sed potiùs tanquam nuntius, quia illa
non potest se fundare super promissione do. Bar- verba, *Nomine & parte Bonuisiorum*, videntur esse am-
tol. per leg. cùm proponas. ij. C. de pact. & text. in bigua, & conuenire etiam nuntio, vt per Bartol.
14 cap. si verò. extra, de iureiurand. Nec obstat † leg. in leg. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nunt. & per Sal.
vendicantem. ff. de euict. tum quia non facit ad in leg. ij. in princ. C. qui accusare non poss. Corn.
terminos quæstionis: ex quo Bartol. non tenetur consi. clxix. in j. sed † obligatio contracta cum 4
de aliqua euictione, sed solùm ex promissione nuntio antequam acceptata sit per principalem,
sua, quod tertius non peteret: tùm etiam, quia d. poterit reuocari. leg. si pater. ff. de manumiss. vin.
l. vendicantem. non habet locum, quando quis ex declarat Bald. in extrauag. de pace Constan. in
persona alterius solùm teneretur de euictione, nā verbo mittit. & in leg. mandatum. C. mandati.
agenti ex persona propria, non obstat ista excep- D cum concor. per Felin. in v. ex parte decani versi.
tio. d. leg. fin. C. de euict. & d. leg. defuncto cum fallit sexto extra, de rescrip. Quartò facit, quia
similibus. hæc venditio non videtur fuisse perfecta, quamuis enim talis contractus posit etiam inter absentes perfici, tamen non dicitur perfectus, nisi postquam ad notitiam peruenerit, ex quo aliàs non adesset † consensus, qui est de substantia hu- 5
ius contractus. leg. si stipuler. §. fin. ff. de verbor.
obligatio. † ergò ante licuit venditoribus pœni- 6
tere, ex quo adhuc nullum ius erat quæsitum. leg.
E iij. ff. de ser. expor. & quod nota, Bartol. in leg. qui
Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. & Castren.
consi. cxev. visis his, quæ narrantur in ij. volum. in
nouissimis. Quintò, quia ex tali contractu appa-
ret manifesta læsio ipsorum venditorum, qui asse-
runtur læsi vltra dimidiam iusti interesse ipsorum,
cum triticum in ciuitate Titiensi, quo loco desti-
nata erat solutio, longè pluris venderetur, vnde vi-
detur competere beneficium. leg. ij. C. de rescin.
vend. Sexto videretur, quod in omnem casum nō
F deberet valere venditio, nisi pro parte eorum, qui
subscripserunt, qui quamuis dixerint, se nomine
aliorum etiam subscribere, tamen clarum est, † 7
quod non potuerunt ius aliorum trāsferre, quod
ipsi non habebant. l. traditio. ff. de acq. rer. domin.
& quia † ad vendendū, seu alienandum, requiritur 8
mandatum, vel saltem ratificatio. leg. Iulianus. §.
si procurator. & §. si quis colludente. ff. de action.
empt. Sed his tamen non obstantibus, dico iusti-
rem esse causam Bonuisiorum, quorum intentio
G ex ipso chirographo fundata est, à quo non est re-
cedendum: quia † bonæfidei conuenit, vt id quod 9
actum est obseruetur, & quod ea, quæ ex labijs
processerint, non sint irrita, vt dixit propheta, &
refertur in cap. j. extra, de pact. in glo. Non ob-
stant allegata in contrarium, & primò, quod ista
conuentio videatur concepta per pactum nu-
dum, quia respondetur, quod imo est conuentio
vestita à iure gentium, quæ transit in venditio-
nem, vt in chirographo expressè dicitur, & ideo

non

CONSIL. LXXVII. SVMMA.

1 *Ex pacto nudo clarum est nullam oriri actionem.*
2 *Contractus emptionis, & venditionis est correspectiuus, seu reciprocus, & non valet in eo pactio per quam venditor obligatur, emptor verò non: quia talis contractus, non debet claudicare.*
3 *Bonæfidei non conuenit vt eo pacto stetur, quod alteri captiosum sit.*
4 *Obligatio contracta cum nuntio, antequam acceptata sit per principalem, potest reuocari.*
5 *Consensus vtriusq; partis est de substantia contractus venditionis.*
6 *Antequam ius alicui quæratur licet venditoribus pœnitere.*
7 *Quis non potest ius alterius transferre, quod ipsi non habebant.*
8 *Ad vendendum, seu alienandum requiritur mandatum, vel saltem ratificatio.*
9 *Bonæfidei conuenit vt id, quod actum est obseruetur, quod ea quæ ex labijs processerint, non sint irrita.*
10 *Pactum quo venditor tantum, non autem emptor obligetur, valet.*
11 *Paria sunt dicere nomine Titij, vel tanquam procurator Titij.*
12 *Venditionem nuntio factam non dici.*

PRIMA fronte dicendum videretur conuentionem, de qua in chirographo mihi exhibito, nullius esse momenti, pluribus rationibus. Primò, quia videtur concepta esse per 1
pactum nudum, ex quo non interuenit aliqua stipulatio, & † ex pacto nudo clarum est nullam oriri actionem. l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. & ideo neque in curia merca-

BIU Cujas

non est habitum in quocunq; foro ex ea oriri actio neminem. l. fulgentium. in princip. ff. de pact. Non obstat secundo, quod pactum videatur iniquum, ex quo soli venditores interim obligabantur, quia respondeo, quod sibi imputent venditores, qui ita consenserunt; nec lex reputat hoc iniquum, quia à principio † potest hoc agi, vt altera tantum pars obligetur, prout in casu nostro fuit actum. Et quod valeat tale pactum, est gloss. in d. l. j. ff. de rescin. vend. glos. Fulg. Sali. in l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. emp. Cyn. in l. j. C. si seruus extero. imo fortius dixit Bart. in l. si conuenerit. ff. de pact. post gl. ibi, quod etiam post contractum perfectum, si expresse agatur, vt contractus ex vna tantùm parte resoluatur, quod valet pactum. Ad text. in d. l. j. & d. l. si id. §. fi. respondet quod ibi expressè hoc non agebatur, loquuntur enim illa iura, nō in contractu inesse deducendo, qui est casus noster, sed in eo qui est iam deductus tollendo, & ideo apparet dicta iura nihil obesse. Non obstat tertiò, quòd videatur contractum cum nuntio, quia istud non est verum, illa enim verba. *Nomine & parte Bonuisiorum*, important, quod tanquam procurator contraxerit, † quia paria sunt dicere, nomine Titij, vel tanquam procurator Titij. l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. iij. per Bart. & Docto. in d. l. j. §. nuntiatio, quod indicant etiam verba contractus, quæ dicunt. *Factam esse venditionem*. ergo tanquam procuratori, vel negotiorū gestori, alias si fuisset † nuntius, dictio illa, *Facta*, non verificaretur, cum tali casu non diceretur, facta venditio, nisi postquam approbata fuisset à Bonuisijs. & ideo non est verum, quod potuerit reuocari, tanquam per nuntium facta, iuxta d. l. si pater. quauis quicquid sit in casu dictæ l. quæ habet varios intellectus, in venditione communior sit cōclusio, quod valeat facta per nuntium, nec possit reuocari, vt dicit glos. Iac. Butr. Bart. Bald. Raph. Fulg. in l. j. in fin. ff. de contrab. emp.

CONSIL. LXXVIII. SVMMÆ.

1 *Societatem vectigalium à magistris ordinarijs non posse contrahi.*

2 *Morum interpellatione tantum committi.*

3 *Denuntiatio incitatoria ad hoc vt valeat, multa requiruntur.*

4 *Dictum testis indefinite prolatum, non æquipollet vniuersali, imò talis testis propter incertitudinem non probat.*

NON videtur posse Bripium ad aliquid condemnari, vigore prætensi chirographi Bubulco facti. quia cum d. Francis. esset ex magistris † ordinarijs, non potuit contrahere dictam societatem vectigalium, & talis contractus est nullus l. j. C. de contrac. iud. l. non licet. ff. de contrah. empt. & est expressi cautum decreto incip. audientes dato Papiæ. xxj. Martij. 1394. vbi præcisè dicitur, quod vltra pœnam centum florenorum, contractus non teneatur ipso iure. Et responsiones aduersantium datæ alius decretis, non faciunt ad propositum istius, quia istud est registratum ad archiuium ciuitatis, & loquitur prohibitiuè, & expresse infirmat contractum, quo casu potest etiam ipsa pars, & consequenter eius, hæres de nullitate dicere, & propriam turpitudinem allegare, idque maximè aduersus eum, qui etiam ipse commisit in decretum, ex quo fuit interposita persona. c. ex tenore. de conc. præb. l. quemad. de agr. & cens. lib. xj. l. à duo Pio. de iur. uypr. & forte considerans d. Franc. quod dictus contractus erat nullus, quoniam se impediuit de dictis gabellis, nec cepererat quod nunquam attigerit obolum, aut aliquid fecerit vigore eius contractus, adeò quod non solum dictus contractus nullum de iure effectum habuit, sed nec de facto, quantum sit ipsius respectu. Præterea est aduertendum, etiam si dicamus contractum valere adhuc Bubulcum reijciendum esse. Nam eius fundamentum est. Quod d. *Franciscus promiserit eum relevare pro parte sua, &c.* quo † casu d. Franc. non est in mora, nisi postquam interpellatus fuit, vt releuaret l. fideiiussor obligari. §. fin. de fideiuss. Abb. consilio xlix. in ij. Felin. c. si autem. de rescript. per Moder. l. ita stipulatus magna. de verb. oblig. non constat autem quod fuerit interpellatus. Nec me mouet quod videatur ei denunciatum, vt constat ex dicto trium testium. Ioan. Dominici, Isabelli, & Alexan. quia omissis suspitionibus, & contrarietatibus contra eos adductis, dico eos non sufficere ad probationem, idque tribus rationibus. Prima, quia interpellatio hæc † est quædam denuntiatio incitatoria, quæ vt habeat effectum, debet fieri ostensis instrumentis, & præceptis executionum, quibus ostenderetur, & fieret fides, qualiter camera ipsum Bubulcum molestabat ex causa debiti, quod ad Bripium pertineret. clem. causam. de elect. Bartol. in §. morte. in materia protestationis incitatoriæ. & in l. quod te. versi. venio ad vltim. si cert. petat. non enim tenebatur Bripius eum releuare, nisi ostensa molestatione, & ideò non sufficit, quod ipsi iuissent ad eum per modum consultationis, vt in simili per Cyn. in l. in minorem. 7. quæst. C. in quibus caus. in int. rest. Secunda, quia testes dicunt simpliciter, *Quod socij propter debita, quæ habebant erga cameram, ibant ad d. Franc.* quæ verba indefinita sunt, & possunt verificari in duobus debitis, & in alijs, quam quæ nunc petantur à Bubulco. Et ideò solet dici, quod † dictum testis indefinitè prolatum, non æquipollet vniuersali, imò talis testis propter incertitudinem, non probat, secundum Inno. & Cano. in c. auditis. de præscrip. ubi latè Felin. Alexan. consilio vij. in fin. & cx. in j. Dec. ccxxj. cum similibus. oportet autem vt Bripius teneatur probare eum certioratum esse de ijs cambijs, de quibus loquitur relatio. Imò respectu summæ maioris, quæ est illa, quæ debita fuit d. Bartol. Madijs, non fuit accepta ad cambium, sed Bubulcus accepit pro pretio bonorum ei venditorum, quæ venditio potuit esse facta alia ex causa, quàm ob necessitatem dictæ societatis, vnde non probat hoc esse; &c. l. non hoc. C. vnde legit. Tertia ratio, quia testes dicunt, quod socij adibant D. Francisci ad consultandum tum eo pro debito, quod socij ipsi habebant erga cameram, & sic non loquuntur de debito, quod pertinet ad d. Franc. sed de proprio ipsorum, quia respectu debiti, portionis d. Francisci, non fuisset consilium, sed interpellatio. & etiam si fuisset debitum ipsius domini Francisci, solui sset absque Cambijs, vtpote qui haberet pecunias otiosas. Et sic concludo ipsum Bripium absolutum esse.

CONSIL. LXXIX. SVMMÆ.

1 *Tempus contractui attendendum.*

2 *Clausula præcedens magis regit subsequentia, quàm è contra.*

Rectores communitatis donare non possunt.
Præsumptiones non operantur, nisi quatenus verba de necessitate inferunt.
Monetam nouam antiqua deteriorem.
Incertam sententiam ferri posse executione liquidandam.

ICET valde subtilia, & colorata sint argumenta clarissimi domini Iudicis, aduersus Lampugnarios mota, tamen videtur eis respondendum, vt infra. Ad primum argumentum, quo clariss. Iudex nititur ostendere, quòd sufficiat soluere valorem 900. florenorum temporis præsentis. Respondetur primò, quod debet tamen solui secundum † bonitatem pecuniarum, quæ erant tempore contractus, vt dicitur in secundo motiuo, & est communis opinio in d.l. cùm quid. in d.l. Paulus. & consi. Soc. iun. cxlv. num. xciiij. & Rubei cxlviij. cum simil. Secundò respondetur, quod imò non sufficit soluere florenos 900. quia illa verba, *Quæ faciunt florenos, &c.* stant simpliciter demonstratiue, vt dictum est in prioribus allegationibus. Et ratio adducta in contrarium non videtur concludens, dum dicitur quòd alias illa verba, *Quæ faciunt flor. 900. &c.* erunt superflua, & nihil operarentur, &c. Nam respondeo, vt in l. non solent. ff. de reg. iur. Et quia si teneamus quod ista verba operantur æstimationem, sequitur quòd prima clausula esset superflua: *De soluendo Ducatos. cccIxxxix. auri, & in auro, &c.* ad quid ista, si satis fuisset dicere florenos, &c. cum ergo aut prima, aut secunda clausula videatur superflua, potiùs debemus id vltimum tribuere secundæ: tum quia saluatur locutio per viam demonstrationis: tum quia minor superfluitas est, cùm etiam verba illa, *auri & in auro* superfluerent, tum etiam quia † clausula præcedens magis regit subsequentia, quam econtrà. l. quisquis. vbi glos. & Bartol. ff. de lega. iij. cum concordant. per Ia. o. l. j. C. de lib. præteri. Tertiò respondetur, quòd per conuentionem partium declaratum est quod actum sit, & quod debeat fieri solutio in dictis Ducatis cccIxxxix. vt apparet ex conuentione anni 1499. & alijs scripturis quinterneti. Nec est verum † quòd ista esset donatio, quæ non potuit fieri per Rectores communitatis, secundùm not. per Bart. l. ambitiosa. Alexan. xxij. in j. vol. in xliij. in iiij. nam respondeo, quòd hoc non procedit in re dubia, vt est quæstio nostra, quia non potest dici donatio, sed potius transactio, & concordia, quæ permittitur etiam rectoribus ecclesiarum, in præiudicium ecclesiæ. c. contingit. extra, de transactio. & habetur per doct. in † præses. C. de transact. per illum textum. Nec obstant duæ confessiones in quibus d. Camillus promittit de rato pro fratribus. Etenim respondeo, quòd non præiudicant, nisi quoad illum actu, seu quoad illum annum, non autem imminuunt ius verus, seu titulum præcedentem, quia † præsumptiones non operantur, nisi quatenus verba de necessitate inferunt, secundùm Bartol. in l. Titium, aut Mæuium. §. in altero. versic. ad quod dicit. ff. de admin. tut. & in simili contra Hug. tenuit Spe. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versic. iij. Præterea ista confessio solum transfert onus probandi contrarium in confitentem, qui allegat errorem, secundùm Bartol. & Bald. in l. cum talia. C. de iur. & fact. ign. per illum text. error autem probatur per præcitatis in allegationibus. Ad secundum argumentum, fatetur d. Iudex communem opin. esse, quòd attendi debeat moneta antiqua, seu soluti in noua, habita consideratione antiquæ, secundum communem opin. in d. l. cùm quid. d. l. Paulus. sed quòd non est probatum in casu nostro, quod moneta præsens sit deterior antiqua, &c. Respondeo primò, quòd probatur † ex dispositione iuris communis, secundùm quam aurum habet proportionem ad argentum, quæ est ex duodecim ad vnum l. j. C. de arg. pretio. lib. 10. & in l. ij. C. de vet. numis. pot. eod. lib. vnde crescente auro, necessariò crescit moneta argentea, vnde & stet in veteri diminutione oportet eam inficiare, & istud est certissimum, vbiq; etiam tempore veterum, vnde carmen Plauti:

Nam nunc nouæ quæ prodeunt comediæ.
Multo sunt nequiores, quàm nummi nomi.

Secundò respondeo, quòd cum constet in genere monetas auctas esse, potest, & debet iudex ex officio inuestigare particularia augmenta, vel diminutiones, per ea quæ not. Bar. in l. si quod ex Pamphila. ff. de lega. ij. in fin. & in l. j. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & facilè ex libris monasteriorum hoc intelliget, quamuis arbitror nec quidem de hoc eum dubitare. Tertiò respondeo, quòd si dubitat de hoc poterit † condemnare istos reos, vt soluant secundùm veteris monetæ æstimationem, & in executione sententiæ, deinde liquidabitur valor istius veteris monetæ, iuxta nota. in l. ij. C. de sent. quæ sine cert. quanti. l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. x. cum similibus.

CONSILII LXXX. SVMMÆ.

Actus purus à conditionali in substantia differt.
Ex diuersitate actionum, arguitur diuersitas actuum.
Donatio vera, & perfecta reuocatur ipso iure per natiuitatem filij.
Si ius tam quæsitum quod potentius est, aufertur donatario propter natiuitatem filij, multò magis ius quærendum seu spes euenturæ conditionis.
Ea quæ purè concepta, non habent effectum si sub conditione concipiantur, non tamen reduntur efficacia.
L. si vnquam. C. de reuocan. don. declara.
Filius ius reuocandi, seu reuocationem factam declarandi, transmittit in hæredes.
Sicut ius declarandi nullam donationem competit hæredibus in præiudicium donatarij puri eadem ratione in præiudicium donatarij conditionalis.
Donatarius cõditionalis adimpleta cõditione vero æquiparatur.
L. si vnquam. C. de reuocan. donat. quomodo procedit.

HAEREDVM istius magnificæ Comitissæ in causa vltra ea, quæ subtiliter allegata sunt per præstantissimum aduocatum, considerani alia quoq; ratione defendi istos hæredes posse. Pono itaq; tres conclusiones, quas arbitror de iure veras esse. Prima est conclusio, quod si quis dicat, *Dono Bernhardo talem rem, & ipso absq; liberis decedente, dono eius agnato proximiori*, dicit fecisse duas donationes, vnã Bernhardo purè, alia agnato sub conditione, † actus enim purus à conditionali in substantia differt. l. j. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. vnde cum hi actus in substantia varient, apparet duos esse actus, probatur hæc conclusio etiã per l. quoties. C. de don. quæ sub modo. vbi alia conceditur actio primo donatario: alia secundo, nempe conditio vtilis, vnde † ex diuersitate actionum

rum arguitur diuersitas actum. l. hæredes. §. de pluribus. ff. fam. ercis. Bal. l. edita. q. 15. C. de eden. 10. And. de m. reg. pluralis. in Mercur. Ad idem facit gloss. quam communiter ibi sequuntur doctor. in l. precibus. in fin. gloss. mag. C. de impub. vbi compendiola dicitur continere tot substitutiones, quot casus complectitur, vnde arguitur ex diuersitate casuum, vel conditionum, colligi diuersitatem actuum. Ex hac conclusione corollarie infertur, cum sint duæ donationes nihil impedire, quin vna possit valere, alia non. l. ij. vbi docto. ff. de leg. ij. Alexan. Ias. & cæteri. in l. scire debemus. de verbor. obligat. Secunda conclusio est, quod 3 sicut † donatio vera, & perfecta reuocatur ipso iure per natiuitatem filij. l. si vnquam. C. de reuoc. don. eodem modo reuocari quoq; conditionalis 4 debet. Probatur primo, quia † si ius iam acquisitum, quod potentius est, aufertur donatario, multò magis ius quærendum, seu spes euenturæ conditionis. c. fin. in fin. de conc. præb. in 6. facit regu- 5 la generalis, quòd † ea quę pure concepta non habent effectum, si sub conditione concipiantur, non tamen redduntur efficacia. l. Seius. ad l. Falc. l. penult. de condi. instit. l. vsusfructus. de stip. ser. 6 Suadet hoc & ratio. † d. l. si vnquam. quæ pariter militat in vtroq; casu. donator enim si sciuisset nascituros sibi liberos, nullo modo donasset, nec pure, nec quidem sub conditione. nam & videmus in simili, quòd lex infirmat non solum onus præsens, sed & conditionale, seu specie venturæ conditionis fauore filij. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Tertia conclusio est, quòd filius ius 7 istud † reuocandi, seu reuocationem factam declarandi, transmittit in hæredes, vt tenet Alber. de Ros. & Angel. in dict. l. si vnquam. quos ibi sequentur Moder. quæst. xlij. Probatur hæc conclusio illa ratione, quia vt gloss. Bartol. & alij communiter tenent, reuocatio in casu d. l. si vnquam. fit ipso iure. & consequenter tale ius remanet in hæreditate, nec de ius declarandi se non esse contentum, & legitimæ supplementum petendi, secundum Alexan. consilio lv. viso tit. lib. ij. & Ias. l. emancipata. C. qui admitti. quod & in iure caduci tatem declarandi communiter receptum & doct. c. potuit. de loc. & licet aliqui tenuerint contrarium, quòd imo tale ius non transeat ad hæredes, per regulam. l. fin. C. de reuo. don. tamen illi loquuntur quando donator ipse post natiuitatem filij, permisit donatarium pacifice possidere, quo casu arguitur tacitus consensus donationem adhuc ratificantis, prout eleganter distinguunt Mod. in dicta l. si vnquam. dicta quæstione. 41. quæ res in casu nostro considerari non potest, cum iste agnatus 8 proximior nunquam possederit, & † sicut ius declarandi nullam donationem competit hæredibus, in præiudicium donatarij puri, eadem ratione, vel etiam fortiore in præiudicium donatarij conditionalis. §. ex conditionali. instit. de verb. 9 obligat. maximè, quia cum hodie † adimplera sit conditio, æquiparatur donatario puro. l. fin. §. fin. vbi Ias. ff. de vulg. & pup. Confirmatur suprascripta conclusio per illud, quod notabiliter determinat Socin. in l. cum auus. versiculo octauo quæritur. ff. de cond. & demon. vbi concludit † dispositionem dictam. l. si vnquam. esse fauorabilem, & ideo interpretatione adiuuandam: vnde infert hunc secundum donatarium, non solum excludi a filio donantis, sed etiam a filijs primi donatarij. His conclusionibus sic præmissis, sequitur decisio præsentis casus. quia supposito, quod donatio facta Bernhardo reuocari non posset, tanquam ob causam mutuæ liberationis facta, vel tanquam per transactionem confirmata: tamen secus est in donatione huic agnato proximiori, conditionaliter in casum mortis Bernhardi facta, quæ meram omnimodò liberalitatem continet. Et hæc in præsentia sufficiant.

CONSILII LXXXI. SVMMÆ.

1 *Tradere possessionem, & pati quem possidere, æquiparantur, quia huiusmodi patientia habet vim traditionis.*

2 *Venditio celebratur solo cõsensu, vel tacito, vel expresso.*

3 *Traditio tanquam consecutiuum venditionis arguit emptionem, & sic præcessisse titulum.*

4 *In venditione agitur vt transferatur dominium.*

5 *Translatio dominij pugnat cum pignore.*

6 *L. cum debitor. ff. in quibus causis pignus ad hypoth. tac. contr. declar.*

C

ALLEGATIONIBVS vtrinq; factis in causa istorum de Saccis vtis, puto pro eis pronuntiandum esse, & quod ipsi fructus de quibus agitur lucrifecerint, nec sint aliquo modo in sorrem imputandi. Moueor, quia conuentum fuit, *vt si termino præfixo depositarius non restitueret pecunias, obligatus esset vendere, seu dare, tradere, & assignare proprietates, & c. obligando omnia bona, & c.* Cum ergo Car- D neselia seu Saccus, post dictum terminum accepe- rit possessionem dictorum bonorum, videtur absoluta fuisse venditio, nec curandum: depositarius ipse tradiderit, † an passus sit eos possidere, cum 3 huiusmodi patientia habeat vim traditionis. l. quoties. secunda. ff. de seru. §. interdum. instit. de rer. diuis. cum enim teneretur vendere, & tradere, & tradiderit, sequitur quòd etiam vendiderit: cum † solo consensu expresso, vel tacito, venditio cele- 2 bretur. Inst. de empt. & vend. in prin. l. cum quid. si cert. pet. unde † traditio tanquam consequutiua 3 venditionis, arguit emptionem, & sic tituli præcessisse. l. illud de acqui. hære. l. ad rem mobilem. de proc. & pro hac opin. est text. quem ibi not. Francis. de Aret. in l. j. ff. de pign. act. vbi ille qui promisit dare rem pignoti, eo ipso videtur pignorare. quia hoc dependet à sola voluntate contrahentium. Et ideo refert, quòd si promitto tibi istam rem pro tanto pretio, hoc ipso videtur celebrata venditio, & in fortioribus terminis tenuit consulendo Soc. consilio clxx. in ij. vbi reducit F multas rationes, quæ omnes optimè conueniunt casui nostro: & idem dicit se obtinuisse Soci. in l. si ante nuptias. ff. sol. mat. & idem tenet etiam Francischinus Curt. consilio lxxxij. vbi respondet qui buldam rationibus contrarijs. Idem quoq; tenet Carolus Rui. in l. iiij. §. Cato. in vlt. not. in ij. lect. ff. de ver. obl. vbi dicit, quòd ita cõsuluit Mediolan. Nec obstat, quod aliqui dicunt, quòd huiusmodi patientia non arguit consensum ad vendendum, G sed potius ad pignus. Respondeo, istud non est verum, imo potius arguit consensum vendendi, ex quo de eo actum erat. l. quædam mulier. §. de rei vend. l. ij. C. de acqu. poss. l. si à te. l. fin. vend. vbi Bald. imò impossibile est, quòd arguatur consensus pignoris, quia clausula illa, per quam disponens obligat pignori omnia bona sua, non intelligitur de istis quæ actum erat, vt venderentur, non vt pignori essent. l. penult. §. fin. verb. ab alio. ff. de pignor. & quod per illum text. notat Ludouic.

4 douic. Roman. in singulari 605. † in venditione enim agitur, vt res alteri feratur dominium. l. cum manu fata. §. fin. de contrahen. emptione. † translatio autem dominij pugnat cum pignore. l. neque pignus. de reg. iur. maxime cum traditio possessionis, seu patientia, non sit de natura hypothecæ, quæ in rebus immobilibus contrahitur. l. si rem alienam. §. proprie. ff. de pigno. act. Nec obstat, quòd Alexand. videatur consuluisse contrarium in consilio lxxij, in ij. quod est repertu consilio cxix. in v. Respondeo, illud consilium est communiter reprobatum per Moder. consilij supra relati scilicet Soc. Ruinum, Curt. Aret. Præterea loquitur in casu diuerso à nostro, ibi tempore promissionis de vendendo infra decem annos fuerat facta traditio. ideo non potest videri facta in executione venditionis: sed in casu nostro fuit acquisita possessio, tempore quo etiam venditio fieri debuit, ergo videtur actum, vt venditio præcederet, & tali casu, prout est noster, satis sentit Alexan. censeri factam venditionem. ver. Sed hic Petrus. & versic. *& per hoc responsum*, &c. dum fundat se quod tempus decem annorum nondum venerat. Non omitto etiam, quòd alia ratione non tenentur Sacci compensare dictos fructus in sortem, sed solum super interesse, quia si fuissent sibi in termino anni restitutæ pecuniæ depositæ, potuissent emere alia prædia, vel aliter ex eis lucrari, quod interesse est debitum de iure, secundum doctores in l. ij. in fin. de eo quod cert. loco. Dec. c. venerabilis. de except. Et probatur hæc conclusio in † l. cum debitor. ff. in quibus caus. pign. vel hyp. fac. contrah. & ibi Salic. in fin. dicit quod ille text. loquens de legitimis vsuris, hodie quoque procedit respectu interesse, & quod tale interesse veniat in actione hypothecaria, & ideo fit compensandum, firmat pract. Pap. in libello actionis hypothecariæ, super verbo relaxandum. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXXXII. SVMMÆ.

1 *Emphyteusis siue æquiparetur emptioni, siue locationi, semper requirit traditionem, vt ius in re constituatur.*

2 *Habens mandatum ad vendendum, intelligitur etiam habere ad tradendum.*

3 *Nemo tradit quod non habet.*

4 *Traditio facta per constitutum, est ficta & ciuilis traditio.*

5 *Verba legis debent intelligi in casu naturali & vero, non autem ciuili, vel ficto.*

6 *Procurator generalis etiam cum libera per constitutum non transfert possessionem, & quare.*

7 *Ex solo contractu, quando emphyteuta facit alium emphyteutam non oritur caducitas, tamen secuta traditione, oritur.*

8 *Mandato vendendi, potestatem tradendi non contineri.*

BREVITER respondeo motiuis fo tilibus, datis contra Cinusculum. Ad primum dum dicitur, quod ex solo contractu emphyteutico oritur ius in re, secundum Spec. tit. de emphyt. versic. centesimo sexagesimo quinto, &c. vide tunc non habet locum dispositio. l. quoties. C. de rei vendic. Respondetur, quod ista opin. modo est vera, & contra regulas communes, de quibus in l. traditionibus. C. de pact. Et quia siue † emphyteusis æquiparetur emptioni, siue locationi, iuxta §. adeò. Instit. locati. semper requiritur traditio, vt ius in re constituatur. d. l. quoties. nec Specul. aliud firmat. imò cum vltimo loco referat opin. illorum qui dicunt non constitui ius in re, videtur eam approbare. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad senatusc. Trebell. nec l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. quicquam facit, quia ibi opinio illorum non erat vltimo loco recitata, & ibi sumus in casu claro: quia iurisconsultus eam opi. expressè reprobat. Et quod non transferatur ius in re, firmat etiam expressè Ioan. Andr. in addit. Spe. in dicto loco, vbi concludit competere condictionem ex lege, & sic actum personalem, non autem realem. Et similia quæ adducuntur de possessione naturali fructuarij, feudatarij, & similium sunt satis impertinentia. Ad secundum quod fortius vrget, dum dicitur, quod † habens mandatum ad vendendum, intelligitur etiam habere ad tradendum. l. si quis prohibuerit. ff. de Publicia. vbi Bald. & Angel. Respondetur duobus modis. Primò, quod ille text. loquitur, quàdo possessio ipsa, seu detentio erat penes procuratorem, quod probatur ex verbo, *tradidit* †: nemo enim tradit, quod non habet. l. traditio. de acq. rer. dom. nec potest intelligi de traditione, facta † per constitutum, quia illa est ficta, & ciuilis traditio. l. quod meo. ff. de acq. possess. verba autem † legis debent intelligi in casu naturali, & vero: non ciuili, vel ficto, gloss. ca. susceptum. de resc. in vj. quando ergo possessio rei est penes procuratorem, tunc procedit text. in d. l. si quis prohibuerit. & est ratio, quia tunc cessat argumentum Bartol. in d. l. j. in fi. de acq. pos. dum dicit, quod ideo † procurator generalis, etiam cum libera per constitutum non transfert possessionē: quia ipse non possidet, si ergo possessio penes eū esset, & actualiter traderet, tunc secus. Secūdò respondetur, quod dato, quod tex. regulariter procederet, tamen fallit, quando ex tali traditione dominus faceret actum illicitū, vel aliter incideret in pœnam. nam tunc nūquam censetur tacitè istud esse mandatum. l. fin. procurat. ubi latè Mod. ff. de condict. indeb. sed in casu nostro, si censeretur mandatum de traditione, & ea facta fuisset, dominus incidisset in pœnam, quia cecidisset à iure emphyteutico, propter contemptum domini, quia quamuis † ex solo contractu, quando emphyteuta facit alium emphyteutā nō oriatur caducitas: tamen secuta traditione oritur, vt per Iaſ. in l. ij. in pen. charta. in xix. quæſt. C. de iur. emph. non debet ergo fieri interpretatio, vt mandatum tradatur ad traditionem. Nec obstat, quòd non videatur hoc posse dici, cum sit hic ordinatio Collegij, quòd vnus emphyteuta possit facere alium emphyteutam. nam respondeo, quod talis consuetudò non trahitur ad terram Modoetiæ, quæ est exepta, & separata à iurisdictione prætoris Mediolani, vt dicit Bart. in rep. l. j. qu. xxxvj. in fin. C. quæ sit longa cons. & licet cessantibus statutis Modoetiæ, recurramus ad statuta Mediolani, ita disponentibus statutis Modoetiæ: tamen tale statutum debet strictè & propriè intelligi, & sic de statutis, nō autem, de ordinationibus collegij. & ideo debemus quantum ad hoc seruare ius commune, per quod non permittitur, emphyteutæ alium emphyteutam facere. Iaſ. in d. l. ij. in antepen. char. versi. secundo quæro. Ad alias clausulas respondetur, quod potuissent habere locum, vbi dns deinde tradidisset, penes quē erat possessio, non aūt procurator, & in oēm † casum per clausulas quantūcunq; generales, nō intelligit actum, & posset traditio fieri. d. l. si procurator. & supra dixi.

CONSIL.

CONSILI. LXXXIII. SVMMÆ.

1 *Nepotes filiorum appellatione nisi in casu continetur.*
2 *In dubio faciendum est potius interpretatio vt pater post mortem suam filio dari stipulans censeatur, tanquam filio, non tanquam hæredi stipulatus.*
3 *Grauato patre, vt post mortem restituat filijs, non comprehendi nepotes.*
4 *Ratihabitionem ex causis non valere.*
5 *Non est accipienda interpretatio, seu præsumptio, quod quis se incontinenti corrigat.*
6 *Contractus donationis propter liberalitatem fauorabiliter accipiendus est.*
7 *Contractus donationis est stricti iuris.*
8 *In contractibus stricti iuris, non fit extensio de persona ad personam.*
9 *Quando dispositio confertur in tempus futurum, appellatio filiorum continet nepotes. fall.*



CONTRACTVS uerba sunt, *Domina Nanna dedit, & concessit dicto Americo ipso viuente, & post eius mortem filijs masculis legitimis, & naturalibus, tam natis quam nascituris dicti Americi, omnia iura, actiones, &c. dicto Americo præsenti, & recipienti pro se, Et dictis filijs, &c.* Quæritur an huiusmodi translatio progrediatur vlterius ad nepotes, vel pronepotes dicti Americi? Et quia diffusè scriptum est in hac materia per præstanti. legum doctores, ero ego tanto breuior. Et concluſiuè loquendo, dico in hoc contractu appellatione *filiorum* non venire nepotes, per regul. l. veteribus. vbi Bal. hoc not. ff. de pact. & est doctrina Bartol. in l. liberorum. ff. de verb. signif. quam sæpissimè consulendo sequutus est Alexan. vt in consilio cciij. in ii. xj. in iij. & consilio j. & consilio xvij. & cxxv. in v. cum similibus, in quo articulo, ego in l j. in fin. de verb. signific. soleo † distinguere, vt si pater filijs tanquam hæredibus stipulatus sit, non procedat suprascripta conclusio, si verò stipulatus sit tanquam filijs, tunc vera sit communis sententia, prout in casu nostro, in quo apparet dominam Nannam dedisse dicta iura dictis filijs, non tanquam hæredibus, sed tanquam masculis, & legitimis, contemplatione maritalis coniunctionis, prout in simili dicit Dec. consilio cxxxv. cxxxix. Fulg. cxxxij. Bartol. l. liberti. versic. quid ergo. C. de oper. lib. Et quia † in dubio, potius facienda est talis interpretatio, vt pater post morte suâ filio dari stipulans, censetur tanquâ filio, nó tanquâ hæredi stipulatus. l. quodcunq;. §. si quis ita stipulatus. ff. de verb. ob. Alexan. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. Et quia concessio facta Americo, dicit. *ipso viuente, & post eius mortem filijs*, quæ verba indicant, non esse tale ius libere translatum in Americum, sed vt viuens tantùm haberet, nec posset alienare, iuxta text. in l. pater. in fundum. ff. de leg. 3. in l. Titia testamento. §. fin. ff. de leg. ij. sicut etiam videmus † grauato patre, vt post mortem restituat filijs, non comprehendi nepotes, secundum magis communem sententiam, de qua per Soc. consilio ciiij. in iij. Corn. consilio cxcix. in ij. sicut nec tali casu appellatione neptis venit pronepos, & est text. in l. Lucius. §. filiam. ff. de leg. ij. maximè quando fideicommissum à communi ascendente factum non est, prout tenuit Franc. Accursius, quem sequitur Cyn. Bald. Imo. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. & tenuit Areti. consilio cxlvj. & per hæc concludo dictum contractum non tranſire vltra primum gradum, & sic mortuis filijs reuerti ad hæredes dominæ Nannæ, secundum l. quoties. C. de don. quæ sub. mod. Nec obstat, quod domina Nanna ratificata, & omni meliori modo, &c. testamentum Raynaldi ratificauit, in quo dictum prædium etiam neptibus, & cæteris descendentibus relinquebatur. Respondeo, quod non apparet, quòd ipsa † quicquam sciret de fideicommisso vltra filios, & ideo non potest censeri illud ratificasse. l. de ijs. ff. de transact. & cum limitatè dederit filijs, non potest intelligi, quòd fideicommissum generaliter approbaret, alijs sequeretur, quod † incontinenti se correxisset, quæ præsumptio non est accipienda. l. non ad ea. ff. de condit. & demonstr. & quod notat Iaso. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. j. Decius consi. cclxxxiij. Alexan. ccxxxv. in j. Præterea ista ratificatio cum sit facta ab ea, quæ non erat hæres Raynaldi, nec quicquam tenebatur ex eius testamento, non videtur esse alicuius effectus, secus si fuisset hæres, vel alias ex testamento teneretur, de quo in leg. non dubium. C. de testa. quamuis etiam tali casu non sufficeret simplex approbatio, vt ibi in gloss. & per Corn. in fi. Nec obstat, quòd † contractus illi sit donationis, & ideo propter liberalitatem fauorabiliter accipiendus. d. l. quoties. C. de don. quæ sub mod. & c. cum dilecti. extra. de dona. respondeo, quòd tamen † contractus donationis remanet stricti iuris. §. actionem. in sti. de acti. & ideo nó extenditur de filijs ad nepotes, maximè in casu nostro, in quo stipulatum est filijs, tanquam filijs, non autem tanquam hæredibus, vnde tali casu † non fit extensio de persona ad personam, prout dicit Areti. in l. Gallus. §. quid si is. de lib. & posthu. Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. Rayn. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Nec obstat, quòd donatio sit facta filijs nascituris, quo casu † quando dispositio confertur in tempus futurum appellatio *filiorum* cõtinet nepotes, secundùm l. Lucius. ij. vbi Imol. ff. de hæred. inst. Respondeo, hoc non procedit, quando grauamen filij imponeretur, qui satis est si respectu filiorum censeatur oneratus, non etiam respectu neporum, vt sentit Bald. in d. §. instituens. Rom. cõsi. ccccxxxvij. in fi. Dec. consi. xcv. Alex. consi. j. volu. j. præterea non procedit in contractibus per ea, quæ suprà dixi, & reg. in l. veteribus. & doctores ponentes suprascriptã conclusionem, loquuntur in testamentis, in quibus fit latior interpretatio.

CONSIL. LXXXIIII. SVMMÆ.

1 *Prohibitio alienationis facta per contractum, non impedit translationem dominij.*
2 *Qui promittit non alienare, promittit quod facti.*
3 *In factis condemnatio fit ad interesse.*
4 *Dominia non transeunt, nisi traditione.*
5 *Regulæ iuris cuiuscunque artis reperiuntur, & quibuscunq; verbis utantur.*
6 *Consi. Ias. ccxj. in ij. vol. examinatur.*



CONVENIT *inter fratres de Affinariis de bona inter ipsos diuisa, possent quoquo titulo alienari & si contra fieret, alienatio esset ipso iure nulla, & bona alienata ipso iure, & facta redirent ad alios fratres, &c. vnus ipsorum contrauenit & reliquit vxori, &c. numquid valeat? Et Ias. consilio ccxj. in ij. consuluit non valere, & dominium ipso iure rediisse in fratres, mouetur quia per uerba illa *ipso iure*. videtur verbis directis pactũ resciſſorium esse conceptum, & ideo dominium transiisse in ipsos fratres, qui non contrauenerũt, secundùm*

secundum Bald. in l. ea lege, versi. ego dico. C. de cond. ob causam. & ibi Salic. in ij. oppo. Paul. Alexan. in l. qui absenti. §. j. de acquir. possess. Sed his non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem, quia certissima est iuris regula, quod † prohibitio alienationis facta per contractum, non impedit translationem dominij: quia qui promittit † non alienare, promittit quid facti, at † in factis condemnatio fit ad interesse. d. l. ea lege. & l. sic ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. gloss. l. pen. ff. de pact. & quamuis partes precise egerint, quod dominium retrò transferatur; tamen nihil agunt, quia † dominia non transeunt nisi traditione, secundùm regulam iuris gentium, l. traditionibus. C. de pact. cui † regulæ non possunt partes renunciare quibuscunque verbis vtantur. l. non statim. ff. de pecuniis. gloss. l. in traditionibus. ff. de pact. vnde quamuis dictum sit, *vt ipso iure redeat dominium*, tamen non redit: sed transit in eum, cui vigore alienationis facta est traditio. Nec obstat suprascriptorum fundamentum Ias. quia in primis dico, quod cum honore suo, communis doctorum conclusio est contra eum, quod scilicet quibuscunque verbis vsi sint contrahentes, non retrò † transferatur dominium, quia speciale in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, vnde sequitur in suprascripto casu aliud esse, secundum Bartol. Ang. Imo. in l. j. ff. de donat. vbi Cumanus attestatur de communi gloss. Bartol. cæteri in d. l. traditionibus. vbi Dec. attestatur etiam de communi. & Alexan. consilio x. in j. versic. vnde dicunt. vbi dicit quod ab hac opinione in iudicando non esset recedendum, & istam opin. sequutus est ipsemet Ias. in l. ab emptione. ff. de pact. Secundò dico, quod verba Bald. & aliorum, quos Iason allegat, loquuntur in alio casu, quàm ipse crediderit; quia loquuntur in pactis, habentibus vim resolutiuam contractus, & traditionis, putà si dictum esset, *Et casu, quo contingat alienari, præsens diuisio & traditio subsequuta habeatur pro non facta, & sic ipso iure nulla*, aliud enim est, quod pactum rescindat primum contractum, prout in exemplo legis commissoriæ, & adiectionis in diem, quo rescinditur ipsa venditio, & habetur pro non facta, & ita loquuntur prædicti doctores: aliud est cùm pactum non rescindit primum contractum, prout in casu nostro, in quo contractus diuisionis, & traditio ex eo facta stat firma: sed rescindit aliud contractum alienationis in extraneum exinde factæ: istud enim fieri non potest, nec impedit translationem dominij, & istud sentiunt manifestè doctor. omnes in d. l. qui absenti. §. j. & ipsemet Ias. in l. filius familias. §. diui. quæst. iiij. de leg. j. vbi vltimo isto casu concludunt, non impediri translationem dominij, nisi adsit clausula precarij, & constituti, qua quis priusquam alienet, constituat se possidere. Et verum est quod Ias. ad hoc non aduerterit, sed fecit illud consilium in extremo senectutis suæ, quo tempore retusum erat illi acumen ingenij sui. Tertiò est aduertendum, quod doct. omnes allegati per Ias. loquuntur in clausula resolutiua, per quam actum est vt dominium ad eum reuertatur, qui prius erat dominus, & in tali casu propriè procedit etiam exemplum legis commissoriæ, & adiectionis in diem: sed casus noster est diuersus, quia loquimur in pacto apposito in contractu diuisionis, ante quàm diuisionem, nemo ipsorum erat dominus: sed solum iuris intellectu, quilibet habebat dominium pro parte sua, secundum l. Mæuius. §. duorum. ff. de leg. ij. vnde tale dominium, ex suprascripto pacto, non diceretur redire, prout dicunt doctores: sed nouum esse in persona illorum, cùm nunquam illud habuerint: meritò ergo tali casu, non est recedendum à regula. d. l. traditionibus. Quartò & vltimò considerandum est, quia Ias. in dicto consilio loquitur, quando isti fratres erant hæredes ipsius legantis, quo casu mirum est, quomodo possint ipsi contrauenire facto ipsius defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vend. cùm etiam si legasset rem ipsorum fratrum, valuisset legatum. l. si hæredis seruus. de leg. j. §. non solùm. institut. de legatis. & secundo hæreditatem, videatur renuntiare illi pacto, quod in eorum fauorem inductum est. d. l. cum à matre. l. iij. in fin. quibus ex causis in poss. eatur. Et ideo concludo deberi bona legata ipsi mulieri, Salvo semper saniore iudicio.

CONSILII LXXXV. SVMMÆ.

1 *Confessio dotis ante contractum matrimonium, censetur facta sub spe futuræ numerationis, & ideò intra tempora legitima, id est, intra annum continuum à morte mariti, potest opponi exceptio dotis cautæ non numeratæ.*

2 *Confessio dotis, quando est facta constante matrimonio, non censetur facta sub spe futuræ numerationis, sed potius ex causa donationis, & in fraudem legis prohibentis donationem inter virum, & vxorem.*

3 *Confessio habet vim traditionis.*

4 *Restitutio in integrum non competit hæredi minoris, respectu eorum, quæ in vim vltimæ voluntatis valent.*

5 *Ex inspectione instrumenti dignoscitur, num confessio sit facta sub spe futuræ numerationis.*

PRONVNTIANDVM videtur pro Sella noua, tribus rationibus. Prima est, quia licet † confessio dotis ante contractum matrimonij, censeatur facta sub spe futuræ numerationis: & ideò intra tempora legitima, id est, intra annum continuum à morte mariti, possit opponi exceptio dotis cautæ non numeratæ, secundum l. fin. & auth. ibi posita. C. de dote caut. non nume. de quo ibi per doct: tamen quando † confessio est facta constante matrimonio, prout in casu nostro, non censetur facta sub spe futuræ numerationis, sed potiùs ex causa donationis, & in fraudem legis prohibentis donationem inter virum, & vxorem, secundum Bald. in l. j. C. de donatio. ante nupt. cum quo communiter transeunt doct. vt per Alexand. consilio cxlij. in v. & Bald. nouel. in tractatu dotis. in x. parte. versic. constante autem, &c. & ideo præmoriente donato confirmatur morte eius: quia † confessio habet vim traditionis. gloss. l. quod de suo. C. de dot. caut. non numer. vnde confirmatur donatio in vim legati. l. donationibus. C. ad l. Falcid. & ideo frustrà hic quæritur de minoritate, cum restitutio † in integrum non competat hæredi minoris, respectu eorum, quæ in vim vltimæ voluntatis valent. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. leg. doc. in l. j. §. fuit quæstum. ff. ad senatusconsul. Trebell. Bald. in l. j. in prin. ff. de tutel. & rat. distr. Alexan. in l. si curatorem habens. C. de in integr. restit. minor. Secunda ratio est, quia Mediolani cõsuetudo est, quod sunt omnes dotes confessatæ tantùm: & ideò omnia iura de dote vera loquentia, habent locum in confessata, nec admitterur talis exceptio dotis non numeratæ,

numeratæ, vt seruat collegium nostrum, & in libro collegij sunt duæ ordinationes, de hoc & talis consuetudo ligat etiam minores ipso iure, licet possint petere restitutionem in integrum, ex capite minoritatis secundùm Bart. in repetitione.l.j. C. quæ sit longa consu.in versicu.trigesimo secundo quæro, scilicet.Sed sic est quod minor si vult restitui aduersus suam confessionem, debet probare eam non fuisse veram,& ideo læsum,quia ex sola confessione non præsumitur læsus,ex quo potuit esse vera, vt post alios concludit Alexand. in l. iij. §. si minor.ff.de iureiur.in casu autem nostro non est probata aliqua læsio: vnde aut ista hæres vult admitti ex capite minoritatis,& non potest,quia non probauit incumbentia, aut vult admitti tanquam maior, propter exceptionem non numeratæ dotis,& consuetudo collegij eam reiicit, quæ etiam est conformis statuto nostro. folio xvij.incip.si quis confessus. quod vt aliquid operetur, verius commune intelligi solet, vt fiat iuramento creditoris ad exclusionem exceptionis non numeratæ pecuniæ. Tertia ratio est, quia non potest dici confessionem factam sub spe futuræ numerationis, ex quo in † instrumento contrarium dicitur, & adest iuramentum, vnde non debet ista hæres audiri, nisi prius satisfecerit, secundùm Bart. in l. fin. C. de non nume. pecu. cum quo transeunt communiter doctores, per Areti. consil.lxxiiij. diligenter. nec habilitatio eam adiuuat,secundum Cor.in rep.auth. sacramenta puberum.in xv.quæst.C.si aduer.vend.sed prius debet solui,vt ibi per eum.Et hæc omnia,saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVI. SVMMÆ.

1 *Donatio facta familiæ de iure communi, videtur rescindenda vsque ad legitimam tanquam inofficiosa.*
2 *Donatio inofficiosa re & consilio reuocatur in totum.*
3 *Multa conceduntur in casu dubio, quæ non concederentur in casu certo.*
4 *Facilius præsumitur quod quis voluerit præiudicare filiabus in fauorem propriorum filiorum, quàm in fauorē extranei, quamuis fratris.*

QVm propter multas euictiones sequitas, istæ filiæ do.Marinoni non habeāt legitimam in bonis patris, quæritur quomodo eis consului possit. Et iure communi remedium est expeditum,quia † donatio facta familiæ,videtur rescindenda vsque ad legitimam,tanquam inofficiosa, secundùm tex.in l. j.& l. si mater. C.de inoffi.text.donat.vbi docto.& si diceremus eam fuisse † inofficiosam, re & consilio,reuocaretur in totum. l. si libertus minorem. ad finem.ff.de iure patr. Nec obstat dispensatione Ducis,ad iij.ca.supplicationis, quia si bene videatur nihil dispensat circa casum præsentem: si quidem in ea petitur dispensari, si contingat ex aduersa fortuna eum amittere præsentes facultates, & eo redigi, vt alia bona non habeat; & subiicit in tali casu se prouidisse de alimentis in personas masculorum,& dotibus in personas fœminarum, qui non est casus noster, quia Marinonus non ex aduersa fortuna perdidit,sed quia erant aliena, & non in bonis suis, scilicet, deducto ære alieno, imo fuerant euicta,tanquam non sua, & si supplicasset quod tunc non haberet, vtique Dux non dispensasset, quia † multa conceduntur in casu dubio, quæ non concederentur in casu certo.

leg. fin. Cod. de transactio. vbi multa similia adduxi; maximè cum casus incertus probabiliter non esset euenturus,quia non credidit Dux fore, vt iste opprimeretur ab aduersa fortuna, prout non fuit oppressus, sed bona euicta per iustitiam, & ipse persuasit duci se tunc habere,cum non haberet sua,sed aliena, & apparet ex sententiis euictionum. Item quod non sit actum de hoc casu, ex eo apparet, quod dicit se prouidisse de dotibus & tamen talis prouisio est facta, quando ipse Marinonus suscepisset filios masculos, noli quando bona deuoluerentur ad extraneum, seu fratrem: & † facilius præsumitur quod voluerit præiudicare filiabus, in fauorem propriorum filiorum, quàm in fauorem extranei, quamuis fratris: leg. cum autus.ff. de condit.& demon. & ista videntur mihi vrgere, vt omittam multa generalia, quæ possent adduci in hoc casu, & quæ animum iudicis in hanc partem traherent, sed suprascripta sufficiunt, & reddunt rem claram in fauorem istarum filiarum. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXVII. SVMMÆ.

1 *Pactum facti in singularem successorem, nisi ex causa non transit.*
2 *Pactum facti in successorem particularem, puta emptorem, non transit.*
3 *Non potest alteri pacisci.*
4 *Quando promissio est in rem, tunc res transit cum onere suo ad quæcunque.*
5 *Pactum facti singularia successori in casu non prodest, nec nocet.*
6 *Pactum personale valet vivente eo, qui cedit.*
7 *Si dominus vendat directum dominium, adiecta clausula, se omnia iura sibi competentia cedere, non tamen censebitur cessisse emptori facultatem declaran. caducitatis contra emphyteutam, qui cessauerat per triennium, quia talis declaratio est iuris personalis.*
8 *Cessio non operatur mortuo principali stipulatore.*
9 *Vt pactum sit reale, non sufficit quod verba in rem sint concepta, sed oportet quod inducant seruitutem.*

RAtum istud, *Quod locator possit rem suam vendere absque alia denunciatione statuti.* sine dubio transit in † successorem vniuersalem, secundum reg. leg. veteris. C. de contr. & commu. stipul. leg. si pactum. ff. de prob. Dec. celxij. In † successorem verò particularem, puta emptorem, non transit, secundum reg. leg. stipulatio ista habere licere. §. sicut autē. versicul. cæterùm alij. ff. de verbor. obligat. vbi gloss. allegat text. in l. sed & si quis stipuletur. §. si operas. versicu. quamuis. ff. de vsufr. Bartol. l. Mela. in fin. ff. de alimen. leg. quod procedit, etiam si pactum subiectum sit concessioni reali, tamen non imitatur eius naturam,sed seruat propriam. leg. cum in fundo. ff. de ser. rustic. præd. Rursus procedit etiam si in pacto facta sit mentio singularis successoris. dict. versicul. cæterùm alij. quia † non potest quis alteri pacisci. leg. eum qui. §. fin. de constitut. pec. leg. solutum. §. per liberam. ff. de pign. act. per Ange. in leg. fluminum. §. adiicitur. de dam. infe. & minus potest obligare successorem particularem alterius, sicut est iste Cornianus. Fallit hæc conclusio, quando † promissio est in rem, puta, quia inducit seruitutem, q. est ius reale, tunc enim res transit ad quemcunq;

BIU Cujas

cum onere ſuo, diuiſi fluminum. §. adiicitur. Bartol. lib. j. §. opus. ff. de ali. iud. mut. in fin. per Io. And. in Spec. de iud. §. generalia. verſic. quod ſi mutum. quod ſi ius ſeruitutis conſtitutum nó ſit, tunc ſtabimus regulæ: vt † pactum ſingulari ſucceſſori nó proſit, nec noceat. l. Lucius, ff. de ſeru. ruſt. præd. & ita intelligitur gloſſ. quæ hoc tenet in d. §. adiiciò cuſt. & ſic ſecundum illam gloſſ. actio hoc modo ſtet, nec exceptio habebit locum, contra iſtum Cornianum, ſed contra hæredes vniuerſales emphyteutæ ad intereſſe. Fallit ſecundò in promiſſione, quamuis perſonali, quando ceſſum eſſet tale ius à ſtipulatore, poteſt enim illud cedere, & valebit ceſsio, viuente cedente tantum, ſecundum Bartol. & doctores in l. ſi ſub vna. §. ff. de verbor. oblig. ſicut de † pacto perſonali dicimus, quod valet viuente cedente. l. & hæredi. in princ. l. ſi tibi. x. §. pactum. ff. de pa. videtur tamen quod non ſufficiat hoc caſu generalis clauſula, quæ ponitur in inſtrumentis, ſed requiratur mentio talis ſortis in indiuiduæ, per id, quod notat egregiè Bal. in conſi. cclxxx. verſ. item tertio. in v. volum. vbi † ſi dominus vendat directum dominium: adiecta clauſula, ſe omnia iura ſibi competentia cedere, nó tamen cenſebitur ceſsiſſe emptori, facultatem declarandæ caducitatis contra emphyteutam, qui ceſſauerat per triennium, quia talis declaratio eſt iuris perſonalis, vt ibi per eum. Et ex iis concludo, dictam pactionem non nocere Ceruiano, agenti beneficio ſtatuti, qui eſt ſingularis ſucceſſor, nec prodeſſe Georgio Ferrario, qui & ipſe per multas manus eſt ſingularis ſucceſſor locatoris, cùm hic nulla ſeruitus ſit impoſita, nec ceſsio contra iſtum tertium ſucceſſorem, ſingulari fieri poſsit qui ex dicto contractu non potuit obligari, maximè cùm † ceſsio non operetur mortuo principali ſtipulatorum vt dixi, & † pactum ſit reale, vt non ſufficiat quod verba in rem ſint concepta. leg. fin. ibi, quo iure. ff. de contrah. empt. ſed oportet, quod inducant ſeruitutem, vt declarat Bar. d. §. opus. & l. fin. ff. de ope. noui nu. & per Ioan. Andr. in Spec. loco ſupra allegato.»

CONSIL. LXXXVIII. SVMMA.

1 *Promiſſionem intereſſe de ſorte, non de lite ex cauſis intelligi.*

2 *In contractibus fit latior interpretatio ſecundum mentem contrahentium, vt verba generaliter accipiantur.*

3 *Interpretatio quod verbum in inſtrumentis ſint ſuperflua, nõ eſt capienda.*

4 *Qui vult vnum conſequens, intelligitur etiam velle antecedens.*

5 *Ex obligatione oritur actio ſeu petitio.*

6 *Ex petitione conceditur executio.*



Lias concluſimus, quod domini Caſtri agantenniores ſint cæteris creditoribus in poſſeſſione empta ex pecuniis ipſorum, cùm ſpecialem hypothecam in ea reſeruauerint; iuxta l. licet. Cod. qui pot. in pigno. habe. idque non ſolum reſpectu ſortis, ſed etiam reſpectu intereſſe, tanquam bona illa ſint expreſsè obligata, etiam pro intereſſe. Nunc reſtringitur in † dubium hæc obligatio reſpectu intereſſe, quia promiſſio intereſſe, videtur facta tantum de intereſſe reſpectu litis, quod eſt diuiſum ab intereſſe ſortis principalis ſolutæ. Sed verba ſunt apposita cl. verbis

ipſorum ſuperati, tollitur quo Barbaconitunt Cauenagis ſtipulantibus, *Sortem ipſam cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ proinde fierent, & paterentur per creditores, pro prædicto denario percidis, exigendis, conſequendis, & habendis, vel ab alio mutuo recuperandis, dicto termino ſoluendi præterito.* & infra, *Obligant omnia bona pignori, ſub eadem conceptione verborum,* & in fine, *Conſtituunt ſe tenere & poſſidere omnia bona ſua, & pro eis obligando bona ſuperius redimenda per ſpeciale pignus, &c.* Vnde infero, quod clauſula hypothecæ ſpecialis refertur ad omne illud, ad quod ſuberat obligatio bonorum: bona autem obligata tenent etiam pro intereſſe litis, reſpondeo, illud intereſſe litis eſt vnum & idem, cùm intereſſe ſortis non ſolutæ, de quo nos diſputamus, quod probatur primò ex verbis inſtrumenti, quibus promittunt ſortem cum omnibus expenſis, & intereſſe, dicto termino ſoluendi præterito: ergo apparet, quod loquuntur de intereſſe ex mora, propter terminum præteritum. l. j. in prin. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empto. Secundò quia dictio illa, *Cum omnibus damnis.* ſtat acceſſoriè ad ſortem ipſam, vnde eodem modo debetur intereſſe, ſicut & ſors. l. j. & ſeq. ff. de pecul. leg. Tertiò quia apparet, quod actum eſt, vt cauſa intereſſe æquipararetur cauſæ ſortis, & nulla eſſet inter eas poſt moram differentia, per reg. l. Lucius. §. Paulus. de admi. tut. leg. cuicunque. §. pe. ff. de inſtitor. Iaſ. l. ſi procur. C. de procur. Quartò, quia † in contractibus ſit latior interpretatio, ſecundùm mentem contrahentium, vt verba generaliter accipiantur. leg. in lege locationis. ff. loc. verisimile autem eſt maximè de hoc intereſſe ſortis non ſolutæ actum. Quintò, quia reſpectu intereſſe litis, ſatis comprehendebatur, per illa verba, *Damnis, & expenſis.* & ſuperflua fuiſſet mentio intereſſe. quæ † interpretatio non eſt accipienda. l. ſi. quando. de leg. j. Sextò, quia in verbis illis nulla eſt reſtrictio reſpectu litis, vt de tali intereſſe tantum intelligatur. Sed generaliter dicitur, *Pro dictis denariis habendis vel ab alio mutuo recuperandis.* quod verbum, *Habendis*, eſt generale, nec poteſt commodo reſtringi ad litem. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. habere. ff. de verbor. oblig. ſicut nec illa alia verba, *Mutuo recuperandis.* Septimò, & quia in fine inſtrumenti dicitur, *Obligationem illam eſſe reſpectu totius, eius de quo & pro quo agi contigerit.* quæ verba pertinent intereſſe manifeſtè comprehendunt, ad quod agitur vigore ſtipulationis, & hypothecæ in dicto inſtrumento comprehenſæ. l. creditor. §. ſiti. qui pot. in pig. Octauò, quia etiam ſi intelligeretur clauſula illa de lite, tamen adhuc idem eſſet: quia † qui vult vnum conſequens, intelligitur etiam velle antecedens l. illud. ff. de acquir. hær. l. ad rem. ff. de procurat. Cùm enim † ex obligatione oriatur actio ſeu petitio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. † ex petitione verò concedatur exequutio, vt declarat Bartol. in leg. cùm lex. ff. de fideiuſſ. pactum loquens de intereſſe, habendo & conſequendo, & ſic reſpectu executionis intelligitur de eo, quatenus eſt in obligatione. Et ita tollitur motiuum clariſſimi d. iudicis, nec dubito quin notarij, qui pro formula apponunt ſupraſcriptam clauſulam in inſtrumentis, ſi interrogentur quomodo eam intelligunt, ſint reſponſuri ſe maximè intelligere de intereſſe ſortis principalis, non ſolutæ. facit quod notat Alber. & Fulgo. in lege, ſi mulier. §. ſi mulier. ff. ad Vell. Et ita mihi videtur, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CON-

BIU Cujas

CONSIL. LXXXIX. SVMMÆ.

1 *Lucrum cum perueniat ex opere manufacto, diuisio debet fieri non in stirpes sed in capita.*

2 *In societate omnium bonorum non attenditur, quod vnus habeat plus capitalis, quàm alius ex quo talis sors sit communis, & sequitur naturam ipsius lucri.*

3 *In societate omnium bonorum, non habentur in consideratione instrumenta vel redditi communicatis, secus in societate particulari, in qua capitale est saluum ponenti.*

4 *Societas renouata, censetur secundam naturam prioris.*

5 *Non præsumitur mutatio voluntatis.*

6 *Arbitramenta quibus de necessitate ex forma statuti parendum erat, non inducunt præsumptum consensum.*

7 *Arbitramenta sunt stricti iuris, sicut & sententia, & ideò ab eis non debet oriens præsumptio trahi ad sequentem contractum.*

8 *Quando contracta est societas sub certis pactis, de quibus constat ex vero partium consensu, tunc renouatio præsumitur facta sub eisdem conditionibus.*

DVbium non est, in præsenti causa societatis, quòd cum † lucrum omne perueniat, non ex capitali, sed ex opere manu facto, quod diuisio debet fieri non in stirpes, sed capita. l. si non fuerint. in princ. ff. pro socio. secundum Bald. in leg. prima, in xj. quæst. Cod. pro socio. cum concord. per Alexand. consilio xcix. in secundo. consil. lxxvij. in v. & istud præsertim procedit in societate omnium bonorum, vt est ista de qua agitur, vt per Angelum consil. cxij. Vanutius ij. dubi. Paul. consil. clxxxv. ex die ex quo circa fin. nam in † tali societate attendimus, quod vnius habeat plus capitalis, quàm alius, ex quo talis sors statim sit communis, & sequitur naturam ipsius lucri. leg. j. in fin. & leg. ij. ff. pro socio. & Bald. & Salyc. in leg. j. in ij. quæstione. Cod. pro socio. Et consequenter in † hac societate non habemus in consideratione, instrumenta vel reditus communicatos: secus in societate particulari, in qua capitale est saluum ponenti. leg. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. & tunc deberet haberi respectu eius, cuius sunt instrumenta, tantum in eius vtilitatem deducatur, quantum potuissent alteri locari, vt per Alexan. dicto consil. lxxvij. in v. & respectu pluris reditus seu sortis, iudex arbitretur quantum plus sit illi tribuendum, & ita intelligo Petrum de Vlpal. in tractatu societatis, in iij. quæst. iiij. partis prin. sed vt dixi in societate vniuersali, ista cessant, quia generaliter debet fieri diuisio in capit. & quod ista esset societas vniuersalis, apparet ex libris rationum, & ex no. per Decium consilio xxj. Sed in præsenti casu sola est vrgens difficultas, quia per arbitramenta alias lata, per quam d. Dominicus separatus fuit à dicta societate, videtur quod fuerit facta diuisio in stirpes, vnde succedit regula, quod † societas renouata censetur, secundum naturam prioris argumen. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. l. legem. Cod. eod. Bald. in leg. si patruus. C. comm. vtriusque iud. in l. mandatum. in iij. oppos. Cod. mandati. & consil. ccccxlviij. in iiij. Abb. consilio lxxxvij. in ij. Alexand. consilio cxxij. in iij. Socin. consil. lxxxvij. & consilio clx. cum multis si. Sed ad istud obiectum considerandum est, quod ratio huius decisionis est illa, quia † non præsumitur mutatio voluntatis. l. cum qui voluntatem. ff. de probat. cum maiores. de bapti. & quod habetur per Andr. Si cui consil. xij. in ij. volum. vnde dato, quod constet de consensu primæ societatis, præsumitur facta renouatio, secundùm eadem pacta, & conditiones? sed in casu nostro non constat de tali consensu, quia † arbitramenta, ex quo illis de necessitate ex forma statuti nostri erat parendum, non inducunt præsumptũ consensum. leg. iiij. l. non videtur. §. qui iussu. & ibi per Moder. ff. de reg. iur. & quod notat Barto. in l. furti. §. iussu. in fin. ff. de his qui notan. & Alexand. in l. si quis maior. Cod. de transact. & facit quod in simili notat Bart. & Bal. Paul. de Cast. in d. l. item quæritur. §. h. vbi dicunt, quod præsumptio illa procedit in rebus, qui ex voluntate fiunt, nõ qui ex necessitate, vt quia quis alias non potuisset cogi. arg. l. pen. versi. quare si quis finita. ff. de eo qui pro tu. Cùm ergo illa arbitramenta inducant voluntatem coactam, non debet ex eis capi præsumptio, ad istam renouationem societatis, per supradicta, & quia † arbitramenta sunt stricti iuris, sicut & sententia. l. j. C. si à non compet. iud. vnde non debet ab eis oriens præsumptio trahi ad sequentem contractum: præsertim cùm hæc renouatio non fit omninò inter easdem personas, ex quo Dominicus cum filiis suis remansit diuisus, & licet sit præsumptio iuris & de iure pro re iudicata, & habetur. in c. nouit. extra, de iud. & per Fel. in c. quoniam contra. de probat. tamen non debet trahi eadem qualitas ad iudicanda, sed debemus relinqui in terminis iuris communis. Et ex his tollatur prædictum argumentum, quia † quando contracta est societas sub certis pactis, de quibus constat ex vero partium consensu, tunc renouatio præsumitur facta sub eisdem conditionibus, & secus si de eis constat, nisi per arbitramenta, quia consensus ille præsumptus, eatenus tractus & necessarius, non infert in futurum. Et ideo in proposito casu partes d. iudicis, erunt ex rationibus istorum sociorum videre quæ lucra facta sint, & quomodo, & deinde ea dividere in capita, secundùm supradictam distinctionem. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XC. SVMMÆ.

1 *Emptor cui tradita est possessio, præferri debet.*

2 *Procurator per clausulam constitutus, non potest transferre possessionem cùm ipse eam non habeat, sed dominus.*

3 *Cum requiratur specialis hypotheca, requiritur etiam speciale mandatum, nec est satis generale.*

DIfficultas in proposita quæstione nulla videtur, quin Ioannes Petrus de Cimiculo debeat obtinere: qui licet venditio meliorationum, & inuestitura libellaria, vigore cuiusdam mandati sit facta, prius in illum de Varisio tamen † debet præferri emptor cui tradita est possessio. l. quoties. C. de rei vendic. Nec obstat, quod videatur prius facta translatio possessionis in primum per clausulam constituti. l. quod nec. ff. de acq. poss. quia non potuit † procurator per talem clausulam ipse transferre possessionem, cùm ipse eam non haberet, sed dominus, vt est doctr. Bar. communiter approbata. l. j. in prin. ff. de aeq. po. dum vult, quod

tutor, vel procurator, non potest per constitutum, qui est actus fictus, licet transferatur possessio vera, transferre aliquam possessionem, nisi habeat speciale mandatum illam transferendi: & loquitur Bar. etiam in habente mandatum generale cum libera, vt est tutor, secundum gloss. in l. mandato. ff. de procurato. sed in casu nostro iste procurator non habebat speciale mandatum circa translationem possessionis: vnde non est difficultas. Nec etiam obstat promissio non faciendi aliũ contractum, cum hypotheca speciali bonorum, perhorata in l. si creditor. §. si. ff. de distr. pign. & Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & Imol. l. qui absenti. §. fi. de donat. doct. in l. filiosa. §. si vir in quinquennium. ff. solu. mat. quia eodem modo respondetur, quod iste procurator non habebat mandatum hoc faciendi, †, & cùm requiratur specialis hypotheca, requiritur etiam speciale mandatum, nec est satis generale, vt dicit Alex. in d. §. si vir in quinquennium. nec reperitur quod in mandato procuratorio soleat apponi similis clausula, de obligatione speciali. Et ideo concludo istum, secundum emphyteutam, qui est in possessione debere obtinere.

CONSIL. XCI. SVMMÆ.

1. *Iura sanguinis pactis induci non possunt.*
2. *Societas vniuersalis omnium bonorum, fraternitas appellatur.*
3. *Sola societate omnium bonorum communionem induci.*
4. *Pactum bonorum obuentionis, non valere, nisi inter milites.*
5. *Vtile per inutile non vitiatur.*
6. *In fraternitate seu societate vniuersali, non comprehendi bona peculij, quasi Castr. id est, quæ clericus de bonis ecclesiæ acquisiuit.*
7. *Societas morte socij finitur.*
8. *Moram facere minoris, sine interpellatione committit.*
9. *Habilitationem à iuramento in casibus nihil operari.*



Ebet pacti, de quo in præsentia agitur, sunt, *Quòd faciant vicißim fidelem fraternitatem ita, & taliter, quòd bona præsentia, & futura, & acquirenda, quomodolibet per ipsos sint communia, & quod in casu diuisionis diuidantur pro dimidia, & si vnus ipsorum decederet sine filiis, alter succedere possit, &c.* dubitatur de iuribus huius pacti. Et breuiter respondendo, quia articulus est satis clarus, apparet dictum pactum tria capita habere. Primum est, quod sint fratres, istud si intelligatur, propriè est impossibile: quia † iura sanguinis pactis induci non possunt. l. si frater aliàs. l. nec apud vbi doctor. C. de hæred. instituen. not. in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. intelligẽdum est ergo de fraternitate, id est, societate vniuersali omnium bonorum, † quæ societas vulgò fraternitas appellatur. l. verum in prin. c. ff. pro socio. vt per Imol. Alex. & Iaſ. in l. quidam. cùm filium. ff. de verb. obl. Imo l. ille, aut ille. ff. de hæred. instit. vbi concludunt valere eandem obuentionem etiam inter priuatos, & est tex. in l. ij. cum l. seq. ff. pro socio. vbi absque † alia traditione tali casu transfertur ipso iure dominium, inducitur communio, quod & regulare est in ritualis vniuersalibus, qui personæ accedunt. leg. si adoptauero. ff. de precar. authent. ingressi. Cod. de sacrosanct. ecclesiis. habetur in l. traditionibus. C. de pact. Secundum caput est, quo inducitur communio tam respectu præsentium bonorum, quam respectu futurorum, & vt dixi, tali pacto exprimitur, quod tacitè inerat: quia eo ipso, quod societatem vniuersali contraxerunt, inducitur dicta communio. d. l. j. & seq. & ideò non est dubitandum, quin valeat talis conuentio. Tertium est caput pertinens ad successionem quod vnus possit succedere alteri, & istud † pactum, inducens obuentionem bonorum post mortem, non videtur valere, nisi inter milites, vt ex text. in l. licet. vbi dixi. C. de pact. per Dec. consil. ccccxvj. & alibi sæpè, quando tamen interuenit iuramentum, prout in casu nostro, aliqui tenuerunt quod valeat, vt per Ial. in l. stipulatio hoc modo. in fin. ff. de verb. obligat. de quo dixi in l. pactum quod dotali. C. de pact. per Dec. consil. ccccccl v. cum similib. Sed de hoc casu in præsentia nihil dubitatur: quia iste qui prædecessit reliquit filium. Et dato, quod pactum non valeret respectu istius vltimi capitis, stat tamen firmum respectu cæterorum capitum, & societatis vniuersalis, vt bona veniant communiter diuidenda, † quia vtile non vitiatur per inutile, in hac materia, per ea quæ habentur in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. per Bar. consil. lxxij. Angel. consil. lxvj. Alex. consil. lxxxiij. in ij. volu. Satis tamen putarem in ista † fraternitate, seu societate non comprehendi bona peculij, quasi Castrensis, id est quæ clericus de bonis ecclesiæ acquisiuisset, ca. j. c. inquirendum cum seq. extra, de pecul. cleri. Item puto, quod cùm † societas prædicta sit finita morte socij iuxta tex. in §. soluitur. Insti. pro so. quod bona tunc empta, seu acquisita veniant in diuisionem, etiam cum fructibus abinde perceptis. Maximè cum decesserit relicto hærede minore, in cuius † fauorem etiam absque interpellatione constituitur debitor in mora. l. Titia Sæia. §. j. ff. de leg. ij. l. in minorum. C. in quib. cau. in int. rest. Nec quicquam facit, quod † iste presbyter impetrauerit & habilitationem à iuramento: quia non ideò tollitur effectus iuramenti, vel obligario, aliàs legitimè inducta, vt per Paul. Castrens. in l. si quis pro reo. ff. de fideiuss. & per Can. in c. j. extra, de iureiur. Et ita arbitror iuris esse, saluo semper, &c.

CONSIL. XCII. SVMMÆ.

1. *In contractu locationis plures tanquam duo rei debendi, possunt principaliter obligari.*
2. *Isti respectu locatoris tenebuntur insolidum, quia ipse eorum fidem insolidum est sequutus.*
3. *Inter duos reos debendi, qui exercet coloniam, & administrat, censetur principalis, alius verò fideiussor.*
4. *Negotium videtur spectare ad eum, qui principaliter est nominatus.*
5. *Societas tunc contracta dicitur, quando expressè constat, quòd vtilitatem conductionis verterunt in communes vsus.*



Go concurro in sententiam domini consulentis, quod solus D. Gabriel sit conductor, alij verò non sunt socij, sed fideiussores, licet obligauerint se principaliter, & insolidum pro maiore cautione locatoris. Et enim dubium non est in contractu † locationis posse plures tanquã duos reos debendi principaliter obligari. leg. item quæritur. §. duo rei. ff. locat. & isti, respectu locatoris † tenebuntur insolidum

quia

quia ipse eorum fidem insolidum est sequutus. l. cum apparebit. ff. locati. l. eandem. ff. de duob. reis. respectu vero ipsorum inter se, ille qui administrauit coloniam, & † ad quem negotium in veritate spectat, censebitur principaliter, alij vero fideiussoris, & dicit Bald. in Authent. hoc amplius. C. de fideicomm. quod † ad eum videtur negotiũ veritate spectare, qui primo est nominatus, alij vero non censentur principales, sed fideiussores, refert, & sequitur Alex. consi. lxvj. viso themate. in iij. Fallit tamen hoc quando contracta esset inter eos societas. l. si reus. ff. de duob. reis. & dicitur † contracta societas, quando expresse constat, secundum Bart. ibi. vel etiam tacite, quando constat quod vtilitatem conductionis verterunt in communes vsus, secundum glossam in l. vir vxori. §. fina. in glossa magna. ad finem. ff. ad Velleianũ. quod non est factum in casu nostro. Nec obstat, q, à principio numerata fuerit per istos certa quantitas, & etiam deinde per secundum fuerit aliquid solutum. Nam respondeo, cum respectu locatoris essent obligati insolidum, ista solutio nihil infert respectu ipsarum inter se, vnde non repetent à principali per actionem pro socio, sed actione mandati, vel negotiorum gestorum, vt declarat Bart. in d. l. si reus allegat l. si diuisa. C. de locat. vbi soluens agit actione cessa à locatore, non autem pro socio, & quia res est satis clara, & diffuse scriptum est per d. consulentem, vlterius non insisto. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCIII. SVMMA.

1. *Damnum contingens in fructibus iam recollectis, est periculo conductoris, nec ei facienda est remissio mercedis.*
2. *Acquisita in bello inter regem Gallorum, & imperatorem capientium fiunt.*
3. *Quando fundus est manu captus ab hostibus, nec spes recuperationis proxima subest, perinde habetur ac si res omnino esset perdita primo domino, & esset capientis, vnde ipsi primo domino Canon emphyteoticus non debetur.*
4. *Quando conductor est passus damnum facto locatoris, locator tenetur ad remissionem.*
5. *Locator tenetur facere, quod conductor frui possit.*
6. *Conductor per separationem fructuum à solo acquirit sibi eorum dominium.*
7. *L. si pascenda. C. de pact. declar.*

A Diuersus d. Ioannem Baptistam conductorem redituum Montis magni à Camera Marchionali, obstat regula generalis, quod † damnum contingẽs in fructibus iã recollectis est periculo conductoris, nec ei facienda est remissio mercedis: secundum Bartol. in l. si merces. §. vis maior. locati. Bald. in l. licet. C. eod. titu. Sed tamen in casu nostro contrarium est dicendum, secundum ea, quæ in facto præsupponuntur. Cum enim exercitus Gallorum tanquam hostis Marchionis, dictũ oppidum cepisset, coegit conductorem ad deuehendos fructus in Arcem, qui deinde ab ipsis Gallis consumpti sunt, vnde limitatur suprascripta conclusio, vt non procedat, quando dominus ipse dictos fructus consumpsisset, non enim potest dominus habere, & fructus, & mercedem locationis, & videtur dominus ipse habuisse, quando habuerunt illi, qui successerunt in dominio. Cum enim illud esset † bellum inter eos temporum, & Regem Gallorum, acquisita hinc inde efficiuntur capientium. l. j. princ. ff. de acqu. poss. vnde cum Galli tunc haberent manu capta dicta prædia, effecti erant domini, & res eis datæ per vim bellicam debent parere liberationem soluenti, prout in simili dicitur in l. transfugam, de acquir. rer. domini. per Bart. in extrauagan. qui sint rebell. verbo, rebellando, circa medium, & istud senserit Rapha. Com. & Alexand. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acq. po. vbi † quando fundus esset manu captus ab hostibus, nec spes recuperationis proxima subesset, perinde habetur ac si res omnino esset perdita primo domino, & esset capientis: vnde ipsi primo domino canon emphyteoticus non deberetur, & ita etiam tenet ibi dominus Claudius. Idem tenuit Angel. in l. j. C. de iure emphyt. quem ibi refert Ias. versic. vltimo loco. Cum ergo Galli tunc essent domini, dicti fructus tanquam à dominis consumpti, debent ipsi conductori in mercedem conductionis imputari. Cõfirmatur hæc conclusio, quia videtur hoc damnum dictus † conductor passus esse facto ipsius locatoris, cuius hostes tale damnum dederunt, vnde tenetur locator ad remissionem, cui suo facto contigerit, quod doctores intelligunt, etiam si factum ipsius locatoris esset iustum, & Galli iniustè belligerassent, secundum Bartol. & Paul. Castrens. in l. si merces. §. si culpæ. ff. locat. Bar. in l. eorem ferro. §. qui maximus. de publica. & in disputatione incipien. publicanus quidam. Petr. de Anchara. consilio cccxiv. viso instrumento, & quod consuluit Abb. in consilio cxxviij. in quæstio. quæ ad præsens. & Corn. consil. xxj. in iiij. vbi dicit, quod tale factum habetur pro culpa, etiam quod culpa careat, & ita diffusè firmat Ripa in tractatu de peste. versic. secunda restrictio. Soci. lxx. in iij. cum similibus, & est communis opinio à qua in iudicio non esset recedendum. Nec obstat distinctio Alexand. in l. penult. ff. solut. matrimon. & in consilio clxviij. in secundo. in fi. quem refert, & sequitur Parisius consilio xcv. in fin. in quarto. quia illa distinctio potest habere locum in casu dict. l. penult. videlicet in marito, qui tenetur de dolo, & culpa. Sed in conductore semper factum locatoris etiam iustum, præstat ei exceptionem, cum † teneatur locator facere, quod conductor frui possit. l. si quis fundum. §. Imperator. ff. loca. & per Ripam loco suprà allegat. cum concord. Præterea prædicti doctores loquuntur, quando constat de iniustitia eorum, qui damnum dederunt, iuxta l. si per imprudentiam in princ. ff. de cuid. & exceptione. ff. de fideiussor. vbi Bartol. text. cum gloss. in l. si te bonis. C. de iure delib. In casu vero nostro non constabat, propter naturam belli, in quo vterque prætendit se fouere bonam causam, iuxta notat. per Abbat. in ca. sicut. vltimo. extra. de iureiurand. nec Galli, qui tunc possidebant voluissent audire talem exceptionem. Denique prædicti doctores loquuntur, quando talis violentia potuisset per denuntiationem euitari, quia locator maiorem diligentiam ad custodiendum adhibuisset, & admonitus fuisset, quæ omnia cessant in casu nostro, vbi erat legitimum bellum inter vtramque partem. Non obstat etiam, quod licet † conductor per separationem fructuum à solo acquirat sibi eorum dominium, seu

BIU Cujas

dum l. si seruus communis. §. j. ff. de furt. & ideò si
A de eo pereant ad periculum ipsius pertinere,
quæres perit periculo domini. l. damnum. C. de
loc. l. pignus. C. de pignor. actio. tamen hoc est
verum, quando ipsi fructus libere in dominio
conductoris transiissent, secus si affecti aliqua
obligatione, vt est text. l. Tirius. ff. de præscript.
verb. vbi Alberic. Fulgosi. Paulus Castren. &
Iason. in l. si pascenda. vbi dixi. C. de pact. vnde
7 quando dominus pactus esset quod conductor
B teneretur facere fœnum comedi ad casinam, vidi
pronuntiari per illum textum, quod fœnum
quamuis collectum non esset periculo conduc-
toris, sed locatoris, ita in casu nostro, iste colli-
git quidem fructus patientibus Gallis, sed non
libere, quia imposuerunt ei necessitatem, vt de-
ferret in arcem sub custodia ipsorum Gallorum,
merito tali casu cessat suprascripta regula. Et
mihi videtur dicendum saluo semper saniore
iudicio.

CONSILII XCIIII. SVMMÆ.

1 *Diuisionem fratrum ex causa permutationem censeri.*
2 *Æstimum fieri debet secundum quantitatem bonorum vniuscuiusque.*
3 *Pensiones annuæ bonorum appellatione comprehenduntur, & pro immobilibus computantur.*
4 *Promissionis pensionis sine onere, &c. sensus.*
5 *Ius petendi oritur ex obligatione actiua.*
6 *Solutio est effectus passiuæ obligationis.*



Viso puncto, de quo dubitatur breuiter respondendum duxi, tum quia casus nulla habet difficultatem, tum quia subtiliter & diffusè fuit per alios allegatum. Et pro resolutione
1 præmittendum est, quod in † hac inter fratres diuisione, in qua alteri certa maiora bona peruenerunt, alteri in adæquationem, pensio annua cccc. leutorum, & staiorum xxv. viui, videtur esse contractus permutationis, quia simul videntur permutasse, dominus Io. Iaco. accipiendo bona, dominus Aeneas accipiendo pensionem. l. hæredes. §. penult. ff. famil. erciscund. l. si fratres. C. commun. vtri. iudic. gloss. in l. si familiæ. C. famil. erciscund. Quæ pensio annua nō præsupponit ius aliquod dominij in bonis super quibus præstatur, nec impedit quo minùs dominus Ioan. Iacobus censeatur habere omne dominium, tam vtile, quàm directum, in dictis bonis, sed dominus Aeneas solū habeat hypothecam, seu eius pignoris, pro consequutione dictæ annuæ pensiones ad quam dominus Io. Iacobus, & hæredes sui, personali actione sunt obligati, vt declarat Bart. in l. fundus quem. ff. de annu. leg. Franc. Crem. sing. xlv. Et cùm æstimum fiat Vercellis, secundùm
2 quantitatem bonorum † vniuscuiusque, prout etiā de iure fieri debet, vt per doct. in auth. Itē nulla. &
G Ias. in l. placet. C. de sacrof. eccl. meritò in portione domini Io. Iacobi debet deduci istud æs alienū, q, debet domino Aeneæ, quia tāto minùs censetur habere in bonis. l. subsignatum. §. bona ff. de verb. signi. & augere portionem do. Aeneæ creditoris,
3 quia † annuæ pensiones bonorum appellatione eōprehenduntur, & pro immobilibus cōputatur l. iubemus. C. de sacrof. eccles. §. nos ergo. versi. ciuilia. in auth. de nō alien. Alex. in l. mouentiū. ff. de verb. sign. & ita etiam asseritur in facto fuis-
A se obseruatum, quantum sit respectu communis
æstimi. Sed difficultatem facit † in præsenti casu,
quia dom. Io. Iacob. promisit tradere soluere, &
numerare illam pensionem adiecta hac clausula,
videlicet, *Omni onere exceptione, & casu, quamtumcunque in solutis, cessantibus, & reiectis, &c.* quibus
verbis videtur prima fronte obligasse se, ad taleas
respectu dictæ pensionis, & voluisse tanquam
emphyteotam obligari, qui ad taleas, seu col-
lectas tenetur, sicut & conductor ad longum rem
B pus, vt per Alexan. consi. j. in iiij. & quod not.
Bart. in l. in codicilis. §. institu. de leg. ij. Sed certè
hæc opinio caret omni colore iuris, & ratione na-
turali, quia si videamus verba pacti, excludunt
omne onus, & exceptionem respectu solutionis,
& ipsam solutionem qualificant, ne retardetur ali
qua ex dictis causis, & ideo si dominus Io. Iaco-
bus velle retinere solutionem, quia fuisset impo-
situm aliquod onus dictis bonis, puta decima
fructuum, vel tributum quod bonis ipsis imponi-
C tur, oppositio haberet aliquem colorem, sed cum
ipse velit soluere integram pensionem, non ha-
bet vlteriùs curare de oneribus impositis dom.
Aeneæ, quæ onera imponuntur personæ ipsius,
licet respectu bonorum, prout sunt collectæ & ta-
leæ, vt declarat Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de
mun. & hono. ad illam igitur clausulam respon-
deo pluribus modis. Primò, quod inspiciendo
sunt verba, an respiciant actum solutionis, an
D onus quod post actum imponeretur, vt in simili
dicit Bart. in l. in diem. ff. de acceptil. sed in ca-
su nostro actum solutionis, quia nolunt debere
eam fieri reiecto omni onere, & dominus Io. Iac.
eam paratus est facere, & solutioni suæ nullum
est onus, vnde ad collectam pro eo non tenetur,
quæ imponitur bonis ipsius domini Aeneæ, &
sic quia fit omni anno dominus talis pecuniæ,
quæ pecunia non est in eius bonis, nisi postquam
iam est solura. l. traditionibus. C. de pact. Secun-
do illa verba, omni onere, intelliguntur de onere
E solutionem concernente, vt quia allegaret aliquā
partem fructuum sibi iure decimæ, vel tributi su-
blatam. verum istud onus collectarum, vel tale-
rum, non est impositum solutioni, sed potius per-
sonæ dominus Aeneæ, quia est munus personale,
licet inductum habita contemplatione omnium
F facultatum ipsius, sed pactum non loquitur de
onere d. Aeneę, quod d. Io. Iacob. eam releuet. Ter-
tio, id onus collectæ ad d. Aeneam pertinet, quia
in eius bonis est annua pensio, & sic ius petendi
illam pecuniam. & do. Io. Iac. promittit soluere
reiecto omni onere, quod concernat solutionem,
quam ipse facturus est, non autem quod concernat
ius petendi, quod in d. Aenea residet, & non est du
bium magnam differentiam esse inter ipsam solu-
tionem, & ius petēdi, † ius enim petendi oritur ex
5 obligatione actiua, solutio † est effectus obligatio-
6 nis passiuæ. Quartò, cum dominus Aeneas ipse ha
bet dictam pensionem, non tenetur eius frater eū
G releuare à suis oneribus, & quāuis tale pactum per
quod quis promittere aliam releuare valeret, l. epi
stola. §. pactum. de pact. tamen intelligitur, si clarè
ita actum est, alias in dubio fit interpretatio, secun
dùm ius commune, quia presumitur actū, vt vnus-
quisque sua onera, non alterius subeat. & qui vult
oppositum dicere fortioribus, & magis claris pro-
bationibus aggrauatur, vt dicit gl. in l. fin. in prin.
ff. quod met. caus. at in casu nostro non potest dici
clarè actum, quod d. Io. Iacob. teneatur, imò po-
tius clare actum est oppositum, vt ostendi.

CON-

BIU Cujas

CONSIL. XCV. SVMMÆ.

1 *In materia donationis, quæ late debet intelligi, appellatione filiorum veniunt fœminæ.*
2 *In contractibus masculinum, non concipit fœmininum regulariter.*
3 *In materia transmissibili appellatio filiorum comprehendit tam masculos quàm fœminas, etiam in contractibus, & quare.*
4 *Dictio filijs communis.*
5 *In quacunque materia etiam stricta, & odiosa, verba largè intelliguntur, dummodo proprietas hoc patiatur.*
6 *In contractibus verba interpretantur contra illum, qui ea profert.*
7 *Semper standum est communibus doctrinis, nisi limitationes clarè probentur.*
8 *Contractus donationis est stricti iuris.*
9 *In contractibus stricti iuris non habet locum extensio.*
10 *Verba sine filijs de legitimo matrimonio, &c. propriè accipi.*
11 *Communis vsus loquendi attenditur.*

DIfficultatem non modicam præsens casus habet, & videretur quod filia Io. Petri succederet, in bonis donatis, quia rescisio donationis solum habet locum, *Casu quo Io. Petrus decederet sine filijs*, vt apparet ex pacto conuento inter partes, vnde eũ decesserit relicta filia, satis dicitur non euenisse contradictionem illam, & id tribus rationibus. Prima, quia cùm scimus † in materia donationis, quæ latè debet intelligi. c. cũ dilecti. de do. appellatione *filiorum* veniunt fœminæ, vt cõcludit Dec. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. vbi ita limitat regulam, q. † in contractibus masculinum, nõ concipit fœmininum, de qua per Guliel. in l. veteribus. ff. de pact. & pro hac opi. allegat Ang. cons. ccxlij. super primo. in fin. Card. cons. lxiiij. & not. per se in cõs. xxxlj. Secunda, quia donatio fuit facta Io. Petro. *Pro se, & eius filijs, & hæredibus, & quibus dederit*, vnde apparet, quod res de qua agebatur erat transmissibilis ad hæredes, sed nos habemus, quod in simili † materia appellatio filiorum, comprehendit tam masculos, quàm fœminas, etiam in contractibus: quia censetur eorum mentio facta non habito respectu ad sexũ, sed ad spẽ successionis. l. eum qui ita. §. j. vbi Iac. de Aret. ff. de verb. oblig. Dyn. & Alb. de Ros. in l. j. ff. de verb. sign. Tertia, quia dato, *quod in contractibus masculinum non concipiat fœmininum*, istud debet intelligi, in voce masculina tantum, non cõmuni, prout in casu nostro, in quo dicitur, *si decesserit sine filijs*, istud enim ablatiuum † filijs est commune, quia secundum grammaticos filia in ablatiuo facit non solum filiabus, sed etiam filijs, vt dicit Priscianus lib. vij. vbi allegat Plautũ, & Næuium, quorum auctoritati standũ videtur, iuxta not. in l. j. ff. si cert. pe. eũ ergo sit dictio communis comprehendet etiá pro se loquendo fœmina. l. inter ituprũ. §. si non cauillando. ext. ff. de verb. sign. & † in quacunque materia etiam stricta, & odiosa verba largè intelliguntur, dummodò proprietas hoc patiatur. l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. Sed tamen istis non obstantibus. puto in casu nostro contrarium, & ce seo standum esse communi doctrinæ doct. quæ habet, quod in contractibus masculinum non concipiat fœmininum, quia † verba interpretantur contra illum, qui ea profert. d. l. veteribus. cum infinitis concordantibus per Dec. in d. l. fœminæ. & † semper standum est communibus doctrinis, nisi limitationes clarè probetur, vt habetur in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. Non obstant igitur ea, quæ in cõtrarium adducuntur, & ad primũ respondeo, quod licet in contractus donationis sit fauorabilis, & late intelligatur, istud procedit quatenus proprietas verborũ infert, vnde etiá hodie talis contractus † est stricti iuris. §. actionum. instit. de act. & ideo non fit interpretatio extra proprietatem, & sic extensiue, quia † in istis contractibus non habet locum extensio, istud autem quod masculinum concipiat fœmininũ est per extensione. l. in adoptiuis. vers. quæ in filio. C. de adopt. l. pe. in fi. C. de præpos. sacri cub. lib. xij. Nec auctoritates allegatæ per Dec. loquuntur in casu nostro, si videantur, vnde non est faciendum fundamentũ super eis, vel & secundo respondeo vt infrà dicam. Non obst. secundum, quia cùm donatio fiat Io. Petro, *Pro se & filijs, &c.* satis faterer illa verba cõprehendere etiam fœminas ex se, nisi subesset pactum, per quod limitatur & restringitur prædicta dispositio, videlicet; *Quod si contingeret dictum Io. Petrum decedere et sine filijs de legitimo matrimonio, quod eo casu donatio rescindatur.* certè ista verba † cũ sint posita in conditione voluntaria, debent propriè & strictè intelligi. l. Gallus. §. & quid si tantũ. vbi Bar. ff. de libe. & posth. & ideo solum filios masculos cõprehendent, nec in hac ratione põt dici esse facta mentionem filiorum tanquam hæredũ, prout in casu Dyn. & Alber. quod apparet, quia requiritur etiam quod sint nati ex legitimo matrimonio, quę qualitas non consideratur, quando habetur respectus ad hæredes, nam & extranei, & illegitimi tunc admittuntur, & sic tollitur etiam alio modo primum argumentũ, nã hic non disputamus de interpretatione istius verbi, positi in donatione, quia tunc satis posset dici fieri satam interpretationem, sed disputamus de interpretatione verbi positi cõditionaliter in reseruatione, quo casu fit stricta interpretatio, per supradicta. Non obstat vltimum, quia illud ablatiuum *filijs*, est masculini generis tantum † ex communi vsu, non autem fœminini, vt est casus in l. Herennius. ff. de verb. sign. nec sermo veterum, Plauti videlicet, & Næuij, debet in hoc esse in consideratione. arg. l. ij. versic. post hoc quoque Tubero. ff. de orig. iur. & possent hic multa de communi vsu dici, quæ prudens omitto.

CONSIL. XCVI. SVMMÆ.

1 *Solutio non fit nisi per secto contractu, vnde res desinit esse integra.*
2 *Venditio est contractus, qui solo consensu etiam tacito contrahitur.*
3 *Appellatione contractus plerunque intelligitur de instrumento.*
4 *Si fit conuentum de pretio & arrhæ sint datæ, tales arrhæ sunt argumentum contractus venditionis.*
5 *Ad hoc quod chirographum probet est necessarium, quod saltem per duos testes sit verificatum.*
6 *Secundus emptor, cui prius fit tradita possessio rei venditæ, præfertur primo emptori.*
7 *Per solam alienationem inconsulto domino, vasallus non cadit.*
8 *Recognitio nihil trãsfert, nec quoad dominium, nec quoad possessionem.*
9 *Aliud est promissio de vendendo, aliud venditio.*
10 *Contractus proprie loquendo distat ab instrumento.*
11 *Verba sunt accipienda proprie.*
12 *Datio arrharum potest fieri etiam pro pacto de vendendo, ex quo arrhæ intercedunt cuilibet contractui.*

13 *Arrhæ accedunt sponsalibus, & tamen non important matrimonium, sed solam promissionem de contrahendo.*

14 *De natura arrharum est vt valeant in vim arrhæ, & quòd sequuto contractu vertantur in partem solutionis.*

IN proposito bene agendo, videretur prima fronte dicendum dictam dominam debere obtinere ista ratione, nam videtur quod per scedulã exhibitam plenè probetur contractus venditionis, ex quo ipse Fracticus accepit certam pecuniam pro arrha, & pretio, seu solutione, certè † solutio non fit nisi perfecto contractu, vnde res desinit esse integra. l. fi. vbi Bal. C. quando liceat ab empt. Bartol. in l. ab emptione. ff. de pact. Nec huic rationi repugnant illa verba, *Quibus Franciscus promittit facere contractum venditionis.* quia † venditio est contractus, qui solo consensu etiam tacito contrahitur. l. si stipuler. §. final. ff. de verborum obligationibus. vnde stat simul quod tacitè iam contracta esset venditio, & quod illa verba intelligantur non de ipso contractu, & sic de consensu, sed de instrumento contractus, quia † etiam appellatione *contractus* plerunque intelligitur de instrumento, vt per Bald. & Floria. in l. ferum filij. §. eum qui chirographũ ff. de leg. primo. & istud est præsertim in vulgari sermone, attento vsu loquendi, & faciunt not. per Mod. in rubric. extra, de fide instru. Quod autem tacitè videantur ante contraxisse probatur per text. instit. de empt. & vend. in princ. vbi dicit text. quod † si sit conuentum de pretio, & arrhæ sint datæ, tales arrhæ sunt argumenta contractæ venditionis, & sic est ibi text. quod in tali casu præsumitur perfectus contractus, & ibi, hoc firmat Ang. de Aret. dum dicit, datio arrharum operatur probationem perfectionis contractus, & istud etiam importat aliud verbum, dicitur illam pecuniam datam pro arrha & pagamento, quo casu censetur dimidia pars data pro arrha, & dimidia pro solutione, vt dicit Salic. in l. contractus. in fin. C. de fide instru. certè solutio respicit perfectionem contractus, vt not. Insti. in d. princ. & §. pretium. Sed tamen hic non obstantibus, sentio pronuntiandum esse pro domino Panitia, qui habet dicta bona titulo partim emptionis, partim permutationis, & qui possider, vt apparet ex clausula constituti. l. quod meo. ff. de acq. poss. & pro ista opin. primò est aduertendum, quia illud chirographum, de pacto venditionis factæ dictæ dominæ non est bene probatum, nec verificatum in iudicio, vnde de eo non potest fieri fundamentum, c. inter dilectos. in fin. de fid. inst. cum similibus, nã † ad hoc quod dictum chirographum probaret, fuisset necessarium, quod saltem per duos testes fuisset verificatum, nec statur dicto ipsius domini Francisci illud recognoscentis, ex quo alias posset colludere, & constituere ipsam dominã anteriorem, vt est text. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. & per Paul. Castr. consil. 134. in 1. vol. secundum nouissimam impressionem. Secundò est aduertendum, quia etiam dato, quod illud pactum importaret venditionem, tamẽ adhuc do. Panicia debet obtinere, nam † secundus emptor cui prius sit tradita possessio rei venditæ, præfertur primo emptori, vt est text. in l. quoties. C. de rei vend. quæ lex habet locum, etiam in feudalibus, vt declarant ibi Mod. & licet aliqui dubitauerint in isto casu, quando ipse dominus feudi inuestituram fecit duobus, tamen in vasallo vendente non est aliqua controuersia, & facit, quòd dominus deinde ex post facto recognoscat, nec † per solam alienationem inconsulto domino vasallus cadit, vt est generalis consuetudo in Francia, vt dicit Io. Fab. instit. de empt. in princ. & quotidie ita obseruatur etiam in emphyteosi, vt ibi per eum. Nec obstat quod dicta domina prius habuerit recognitionem à domino feudi, quia talis † recognitio nihil transfert, nec quo ad dominium, nec quo ad possessionem, nisi quatenus fuerat actum vt transferetur per venditorem, sed venditor nunquã tradidit illi possessionem, vt asseritur in facto. Nec etiã ipsa potuit apprehendere possessionem propria auctoritate. l. extat. ff. quod met. caus. per Bald. in c. per illum text. quod sit inuestitura in vsib. feud. & per doct. in d. l. quoties. Tertiò est aduertendũ, quia videtur verior opinio, quod illud chirographum nõ inducat, nisi pactũ personale, & simplicem promissionem de vendendo, prout expressè cantant verba, *Promitto facere cõtractum venditionis, &c.* & aliud † est promissio de vendendo, aliud venditio, vt per gl. & doc. in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc. & talis cui fit pactum, habet simplicem actionem ad interesse contra promittentẽ, non autem post agere contra alium emptorẽ. d. l. quoties. l. stipulationes non diuiduntur. versic. Celsus. ff. de verb. obli. Nec obstant allegata in contrarium, & primò dum dixi illa verba, *Contractum venditionis, &c.* posse intelligi de instrumento, quia respõdeo, quòd imò propriè loquendo † contractus distat ab instrumento, vt declarat Bar. in l. siquis legatum. ff. ad leg. Corn. de Fal. & in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bart. in l. fi. C. de falsi. caus. adiect. leg. & doctores in d. §. eum qui chirographum. per Alex. consil. 122. in 2. vol. & isto modo † verba sunt accipienda propriè. l. non aliter. ff. de leg. 3. Nec obstat, quod † datio arrharum arguit perfectionem venditionis, quia imo possunt dari arrhæ etiam pro pacto de vendendo, ex quo arrhæ intercedunt cuilibet contractui, vt declarat Bald. in d. l. fina. C. quando lic. ab empt. disc. & in proposito facit quia † arrhæ accedunt sponsalibus. l. 3. C. de sponsa. & tamen non important matrimonium, sed solã promissionem de contrahẽdo, & in proposito nostro ad istum casum ita arguit Soc. in l. si ante nuptias. ff. sol. matr. Nec obstat, quòd arrhæ sint etiã datæ pro solutione, quia cum contractus non esset perfectus, vt suprà ostendi, illa solutio habet in se tacitam conditionem, vt videlicet arrhæ valeant in vim solutionis, si contractus sequeretur, & istud est propriè † de natura arrharum, vt à principio valeant in vim arrhæ & sequuto contractu vertantur in partem solutionis, vt probatur in l. fin. in verb. reliquæ pecuniæ. ff. de leg. commiss. Et ita mihi videtur, &c.

CONSIL. XCVII. SVMMÆ.

1 *Transactionis factæ ratificatio in testamento, facta non videtur posse dici, neque legatum neque testamentum, & quare.*

2 *Transactio licet sit facta in testamento, seruat tamen nomen & naturam contractus, non autem testamenti.*

3 *Annullato testamento, non censetur annullatus contractus in testamento factus.*

4 *Limitata causa limitatum parit effectum.*

5 *Vbi post dispositionem generalem subiiciuntur aliqua verba, limitate prolata, dispositio regulatur secundum terminos limitationis.*

6 *Clausula non obstan. declarat etiam per modum restrictionis clausulas præcedentes, licet talis clausula non augeat.*

Duæ

DVæ sunt rationes quæ vrgent in fauore donatariorum, & tollunt obiecta contraria. Prima ratio est quia reseruatio ducatorum trium millium in donatione facta est, quod de eis do. Achilles possit testari, & legare, alias censeantur comprehensa in donatione, sed in casu nostro non videtur, quod d. Achilles sic testatus de illa pecunia, vel legauerit, nam † transactionis factæ ratificatio in testamento facta, non videtur posse dici neque legatum, neque testamentum patet, quia non competit diffinitio legati, vel testamenti huic ratificationi, quia hic tractatur de actu cuius efficacia in vita testatoris oritur. Et dato, quod talis † transactio esset facta in testato, tamen adhuc seruat nomen, & naturam contractus, non autem testamenti l. fi. de reb. eorum. & vbi Bald. dixit, quod † annullato testamento, non tollitur annullatus contractus in testamento factus, concludo ergo illa verba, *Quod possit testari, & legare*, non verificari in hoc contractu ratificatio. l. verba contraxerunt. ff. de verb. signif. Et ex hac ratione tollitur obiectum de doctrina Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demon. quia loquitur Bart. quando testator ordinat se referendo ad scripturam. quo casu relatum est in referente. l. asse. ff. de hæred. instit. sed nos loquimur, quando testator ratificat contractū in testamēto, quæ ratificatio nō alterat naturam ratificati, imò confirmat, vt per Bart. in l. more. ff. de iur. om. iud. vnde sicut principio contractus, ita etiam remanet contractus, in quo vti dixi non verificatur reseruatio, de qua in instrumento donationis, & quòd verba non verificentur etiam sentit Bartol. in l. si quando. ff. de leg. 1. si bene consideretur. Secunda ratio est, quia in dicto testamento non confirmatur absolutè dicta transactio, sed simpliciter dicitur, *Quod omnia vult ratas, valida, firma habere, non obstante, aliqua exceptione litis pendentiæ*, ex quibus verbis non videtur argui mens testatoris, volentis generaliter approbare: sed tantummodò tollere exceptionem litis pendentiæ: quia † limitata causa limitatum parit effectum. l. age. C. de transact. & quia † vbi post dispositionem generalem subiiciuntur aliqua verba limitatè prolata, dispositio regulatur, secundum terminos limitationis. l. si habitatio. §. 1. vbi Bal. ff. de vsu & habitat. sequitur Angel. de Aret. in §. fin. instit. de vsu & habit. facit quod not. Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Vbi vult, † quod clausula non obstante, declaratur etiam per modum restrictionis, clausulas præcedentes, licet talis clausula non augeat, secundùm eum per tex. in clem. ei qui. de præben. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XCVIII. SVMMÆ.

1 *Absenti non potest quæri ipso iure per notarium.*
2 *Ex stipulatione Notarij, non acquiritur absenti ante ratificationem.*
3 *Secuta ratificatione perinde, habetur ac si à principio ius quæsitum esset.*
3 *Deus non acceptat iuramentum pro absente, nisi quatenus ipse absens, deinde acceptet.*
3 *Patres possunt remittere iuramentum.*
4 *Iuramentum habet tacitam conditionem si pars acceptauerit.*
7 *Potest quis ratum habere, quod nomine suo gestum est.*
8 *Si Pater stipuletur feudum pro se, & post mortē suam pro filiis suis, non potest mutatione voluntatis facere deteriorem conditionem filiorum.*

A DIfficultas præsentis controuersiæ in eo vertitur, an per primam inuestituram quæsitum fuerit cius Dominico, si enim quæsitum fuit, non potuit deinde per secundam auferri? Et videretur quod non, cùm enim Dominicus esset † absens, non potuit ei quæ 1
ri ipso iure per notarium. l. iiij. ff. rē pupil. sal. imò secundùm veteres opus est cessione, & etiamsi consuetudo hodie non requirat cessionem, secundùm communem opinionem, non tamen est B credēdum † ex stipulatione notarij acquiri absenti ante ratificationem, & licet aliqui doctores 2
dicant acquiri ipso iure, vt Bald. in l. prima in fin. de iis, qui sunt sui vel alien. loquuntur eo respectu, quod non sit necessaria cessio, non autem quod ante ratificationem acquiratur. l. in omnibus rebus. ff. de acq. rer. dom. verb. volentibus. l. communis seruus. in fin. ff. de acquir. poss. l. 5
ego. de negot. gest. Bart. l. frater. de condit. indeb. † sequuta verò ratificatione, perinde habe- 3
tur ac si à principio ius quæsitum esset, & ita intelligendus est Baldus in l. per diuersas quæst. xiv. C. mād. Dec. cons. ccxxxix. dein. Corn. l. in prima. Socin. lxxxx. in iij. ante verò ratificationem magis communis opinio est, non acquiri ipso iure absenti per notarium, vt aliàs ostendi in rep. ca. cum contingat. de iureiur. in decimo casu, verific. secundo ex prædictis num. cx. circa fin. quas allegationis meas reperio impressas in consilio Ioan. Anto. Rubei, cons. cxv. Et hinc est, quod si Dominicus esset mortuus ante ratificationem, tale ius, non transmitteretur in hęredes, secūdùm Paulum Cast. cons. clxxxxv. visis. in iij. Dec. l. contractus. de regul. iur. & cons. ccxxvj. magister Ioannes. quod videtur procedere etiamsi iuramētum accesserit, vt sentit Areti. cons. lxxiiij. quia † Deus nō ac- 4
ceptat tale iuramentum pro absente, nisi quatenus ipse absens deinde acceptat. l. certū. §. si quis absen- 5
te. ff. de confes. alioquin non † possent partes re- 5
mittere iuramentum tanquam Deo præstitum, quod tamen est falsum. c. ij. de sponsalibus. habet E
ergo † iuramentum illud tacitam conditionem, si 6
pars acceptauerit. l. fi. C. de non nu. pecu. Sed difficultatem in casu nostro facit, quia Dominicus viuit, & ratum habet illam acquisitionem sibi per notarium factam, vnde verior videtur opinio, quod non valeat, secunda inuestitura in præiudicium primæ, ex quo potest iste ratam habere primam. erg. l. cum maritus. §. fin. de pact. dot. vt voluit Bal. in l. cùm à socero. C. de iur. dot. & omnes Mod. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. oblig. F
† potest enim quis ratam habere, quod nomine 7
suo gestum est. l. si cum venditor. §. fin. de euict. & l. iij. §. j. ff. iud. sol. vbi Albe. de Ros. in casu fortiori loquitur, trahiturque retrò talis ratificatio, ac si ante reuocationem sit facta. l. si ego. de neg. gest. vbi Ang. & per Dec. consil. lviij. Et probatur hæc conclusio in l. quoties. C. de don. quæ sub modo. in glo. fin. vbi lex ait, quod si secundus donatarius priùs decessisset, quàm dies venisset, ius illud in hæredem transmitteret, vnde apparet ab ipso vsque principio quæsitum illi ius fuisse, quod deinde adimi non possit. Primus enim donatarius nomine secundi acceptauerat. l. si sine. §. si procurator. ff. rē rat. ha. vnde multò fortiùs si notarius tā quam publica persona acceptauerit. & doct. Bar. in d. §. Flaui⁹. intelligitur quādō nemo acceptauerat nomine ecclesiæ, vt ibi declaraui. facit in simili, q. † si pater stipuletur feudum, pro se, & post mor- 8
tem suam pro filiis suis, non potest mutatione

BIU Cujas

voluntatis facere deteriorem conditionem filiorum. C. de succ. feud. Bar. sint iurisiurandi. §. si liberi. versi. secundum dubium. de ope. lib. quibus statim ex stipulatione patris ius quæsitum fuit vt est magis communis opinio, secundùm Alexand. consilio ciiij. & seq. in iiij. Iason. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. in iij. notab. de leg. j. & dixi in d. §. Flauius.

CONS. XCIX. SVMMÆ.

1 *Donationem, hoc adiecto vt alij det duabus ex causis, posse reuocari.*
2 *Dare tertio est facere.*
3 *In contractu innominato do vt facias, est licita pœnitentia.*
4 *Quando alicuius non interest, eius consensus non requiritur.*
5 *Interesse extrinsecum, & remotum, non est in consideratione.*

CAsus iste clarissimus est in fauorem Homodeorum, & ideò frustratorum est, nodum in scirpo quærere. Non obstat primum fundamentum, quia siue † teneamus, quod ratio, cur possit reuocari ista donatio sit, quia ius non est quæsitum ipsis lapicidis, vt aliqui dicunt in l. qui Romæ. §. Flauius. siue quia habita relatione contractus ad pactum resultet contractus innominatus, nam si do tibi cum hoc, quod deinde des tertio, est contractus innominatus, do vt faciat, quia † dare tertio est facere. l. liber homo. §. fin. ff. de verbor. obligat. & † in tali cõtractu licita est pœnitentia. l. naturalis. §. quod si do. ff. de præsc. verb. vtraque istarum rationum infert, quod pœnitens possit disponere ad suum libitum, & reuocare illud mandatum de dando tertio, vt dicit text. in d. l. naturalis. §. pen. & istud est, q voluit Alexand. in d. §. Flauius. Ad secundum & tertium dicitur, quod † non interest donatarij: & ideo eius consensus non requiritur, iuxta dispositionem l. iij. ff. de seru. expor. Nec obstat quod facilius & viliori pretio deputari reperient lapicidas, &c. quia tale interesse non est considerabile, quia contra intentionem contrahentium, qui volebat illud deberi in vim meræ liberalitatis, non autem vt diminuerent de mercede. Itẽ tale † interesse est extrinsecum, & remotum, vnde non est in cõsideratione. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Ad quartum cum Bar. in d. §. Flauius, loquatur præcisè in ecclesia, & exemplum Bart. sit ibi communiter approbatum, non videtur probabile dubium: quia ad text. in d. l. si ego. §. j. respondent omnes, quòd loquitur respectu hæredis, & in hoc est specialitas in dote, respectu autem principalis magis communis opinio est, quòd licita sit pœnitentia, saltem concurrentibus duobus. Et quod ius adhuc non sit quæsitum tertio. & quod ex relatione pacto resultet contractus innominatus. & Iaſ. in potestate. ff. de sponsa. non loquitur in his casibus. & hanc partem tanquam veriorem, & magis communem, tenet Iason. in dicto §. Flauius. in iij. limita. & in l. iij. §. j. ff. de cond. ob caus. cum concord.

CONSIL. C. SVMMÆ.

1 *Promissio concepta in tempus matrimonij, non valet.*
2 *Promissio dotis facta per maritum, concepta cum extraneo stipulanti alteri, est nulla.*
3 *L. Caius. ff. solut. matrim. inter.*
4 *L. j. accedit. C. de rei vxor. act. declar.*
5 *Iramentum confirmat donationem inter virum, & vxorem.*
6 *Iramenta duo in casu necessaria.*

EX quo verba promissionis † concepta sunt in casum matrimonij, videtur esse donatio inter virum & vxorem, per reg. l. in tempus. ff. de hæred. inst. quæ est reprobata. l. j. de don. inter vir. Item fuit † promissio dotis facta per maritum, cõcepta cũ extraneo stipulãti alteri: ergo nulla. §. alteri. instit. de inutil. stipu. Nec obstat fauore dotis acquiri mulieri. † l. Caius. ff. solut. matrim. quia istud procedit propter fauorẽ liberalitatis. l. quoties. C. de donat. quæ sub modo, & istud non habet locum in viro promittente: quia habet causam onerosam. Bald. no. in xxij. priuil. Item istud procederet, quando verba obligatoria essent concepta in personam extranei, executiua in persona mulieris, quod non est in casu nostro: quia etiam verba obligatoria, respiciunt absentem, vnde cessat l. Caius. secundum Bald. no. in priuileg. xxiij. Nec obstat, quod ipse dicit oriri actionem ex stipulatione facta, per l. vnicam. §. accedit. C. de rei vxo. act. quia † illa lex procedit, quando verò numerata est pecunia ab aliquo extraneo: quia videtur donare, & sic circumscripto iuramento, non valet ista promissio. Non obstat iuramentum: quia licet cõmunis opinio sit, † quod conualidet donationem inter virum, & vxorem, item quod valeat stipulatio facta alteri, non videtur istud vltimum procedere in casu nostro: quia stipulatio facta alteri, confirmatur iuramento, quia ex ea oritur ex se obligatio naturalis, quæ vestitur cohærentia iuramenti, vt dicit Iaſ. in §. alteri. in l. stipulatio ista habere: in iiij. limitatione. Sed in casu nostro non est orta obligatio naturalis vxori, ex quo verba tam obligatiua, quàm executiua sunt collata in personam tertij, vt tenet Angel. & Iaſ. in d. l. stipulatio. §. si stipu. in glos. magna ad fin. Præterea ista obligatio est nulla: tum quia est donatio inter virum & vxorem. tum quia facta absenti, & † iuramentum satis est, quod conualidet vnum, aliàs requirebantur duo iuramenta, vt dicit Dec. in l. fin. C. de pact. vbi in minore renuntiante secundum formam. c. quãuis de pact. lib. vj. dicit requiri duo iuramenta, primum propter auth. sacramenta puberum, aliud propter d. c. quamuis idem videtur in casu nostro.

CONSIL. CI. SVMMÆ.

1 *Verba ea conditione fieri in contractibus modum inferre.*
2 *Pacta & clausulæ positæ in contractibus, intelliguntur in dubio esse modales, non autem conditionales.*
3 *Constitutum salua venditione durare.*
4 *Clausula constituti, non perdit suum suum, nisi quando venditio deficit in substantia principali, puta quia pretium non numeratum, nec de eo sit habita fides.*

DVbitandum non videtur, quin cõtractus de quo agitur sit purus, non autem conditionalis, & consequenter etiam constitutum purum, per ea quæ subtiliter sunt allegata. & quia † in contractibus etiam si dictum sit, ea conditione fieri, tamen intelligitur, non de conditione, sed mo-

BIU Cujas

modo l. quoniam. vbi Bal. C. de rerum permut. l. ea conditione. C. rescind. vendi. & quia † pacta & clausulæ positæ in contractibus, intelliguntur in dubio esse modales non autem conditionales, & ideo contractus habetur pro absoluto, & agitur ad interesse, non autem ad rescisionem. l. cum res. C. de don. per Bart. in l. cum mora. C. de transact. & hoc maximè est dicendum in casu nostro, in quo substantia contractus venditionis pure & simpliciter interuenit, pacta verò † quæ allegantur conditionem habere concernunt pœnam, vel quid accidens, & separatum à substantia contractus: vnde nullo modo est dicendum, substantiam ipsam effici conditionale. l. hæc venditio. §. fin. ff. de contrah. empt. l. si emptione. in prin. eod. tit. declarat Bald. & Salic. l. fin. iiij. opp. C. de contrah. empt. Et minùs est dicendum, constitutum ad ea accessoria esse tacitè, cum manifestè respiciat substantiam contractus, quæ pura est. l. prædiis. in prin. de leg. iij. & quod notat Baldus in rub. C. de contrah. empt. quæst. xvj. vbi † clausula constituti non perdit vim suam, nisi quando venditio deficit in substantia principali, puta, quia pretium nō numeratum, nec de eo fit habita fides. Et ita mihi videtur: saluo semper sanioris iudicio.

CONSILII CII. SVMMÆ.

1 *Venditor, qui accepto pretio rem venditam postea non tradit conuenitur actione ex vendito ad rem tradendā, vel interesse soluendum.*

2 *Per venditionem nullum dominium transfertur secuta traditione.*

3 *Pro instrumento præsumitur.*

4 *Qui non obseruat quod promisit, dicitur esse in mala fide.*

5 *Qui sunt in mala fide, hodie nullo tempore præscribunt.*

6 *Mala fides venditorum non solùm impedit præscriptionē in persona eorum, sed etiā quorumcunque successorē suorum.*

7 *Mora duplex regularis, & irregularis.*

Missus ad partes allegationibus, solùm decisiuè loquendo breuiter attingam ea, vnde clara resolutio iuris haberi possit. Circa primum sciendum est, quod † venditor qui accepto pretio rem venditam, postea non tradit, conuenitur actione ex vendito ad rem tradendam, vel interesse soluendum lege, prima in princ. ff. de act. empt. quæ actio est in personam. §. rei persequendæ. instit. de act. in rem enim agi, non potest: quia † per venditionem nullum dominium transfertur, nisi sequuta traditione. lege, traditionibus. C. de pact. & quod habetur in lege, quoties. C. de rei vendic. deest enim illud, quod substantiale est in rei venditione, videlicet dominium ex parte agentis lege, in rem. ff. de rei vendic. Et quo sequitur clara conclusio iuris, quod venditores tenentur actione personali erga istos emptores de quibus agitur, & eorum intentio fundata est ex le sura † ipsius instrumenti pro quo præsumitur. lege, cum precibus. C. de probat. Nec obstat allegata præscriptio, quia respondetur, quod cum isti venditores vendiderunt non tradendo rem venditam, iuxta conuenta, † dicuntur esse in mala fide, quia non obseruant quod promiserunt lege, dolus est. ff. mand. & † ideo nullo tempore hodie præscribunt. c. possessor. de reg. iur. in vj. ca. fin. extra, de præscript. quæ iura habent locum, non solùm quando agitur de præscriptione rerum immobilium, sed etiam quando agitur de præscriptione iuris personalis, & sic præscriptionis actionis in personam, secundum Imo. Abb. Felin. & alios in d. c. fin. & licet Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. fuerit in contraria opinione tamen communis & canonizata omnium scribentium sententia, est in contrarium, vt latis ostendit Felin. in d. c. fin. & Alexan. consi. xxxiiij. in iij. volum. & lxiij. in iiij. volum. cxxj. eodem lib. & Soc. consil. xl. cum multis similibus, quæ fructuosa esset in præsentia referre. † Et mala fides ipsorum venditorum non solùm impedit præscriptionem in persona eorum sed etiam quoruncunque successorum suorum l. hæres. ff. de diuers. & temp. præscript. l. neque fructuarius. ibi Pau. Cast. C. de vsufruct. per Ias. post alios in l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acquir. poss. imò vocet etiam singularem successorem, vt ibi habetur, & per eundem Ias. in l. si sic legatum. §. si mihi. de leg. j. Et hoc maximè seruandum est in casu nostro, in quo vltra malam fidem dictorum venditorum. concurrit etiam † duplex mora, regularis facta per interpellationem extra iudicium. l. ex. l. quod te. ff. si certum petat. cum ibi not. & l. mora. ff. de vsur. irregularis verò quæ contrahitur ipso iure fauore minorum l. in minorum. C. ex quib. caus. integr. restitut. ex quo præsupponitur istos emptores fuisse minores. Item etiam alia irregularis, quæ oritur in hoc contractu quando emptor ex parte sua re ipsa adimpleuit. l. curabit. C. de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod. tit.

CONSIL. CIII. SVMMÆ.

1 *Societas est contractus.*

2 *Contractus sunt facti, & non præsumuntur, nisi probentur.*

3 *Societas non præsumitur, nisi quatenus signa, & coniecturæ necessario inferunt.*

4 *Donata legata hæreditatem in societate facile non venire.*

5 *In fratribus propter coniunctionem sanguinis, præsumi societatem omnium bonorum.*

Vm † societas sit contractus, & † contractus sint facti. l. cōsi. de tut. fut. facta ipsa non præsumuntur, nisi quatenus probantur. l. in bello. §. facti. ff. de cap. sequitur quod nō præsumatur † societas, nisi quatenus signa, & coiecturæ necessario inferunt, vt dicit Bar. in l. Titia. §. altero. ff. de admin. tut. Et ideo in casu nostro, cum non constet vnquam istos fratres communicasse aut donata, † aut legata non possumus dicere, quod talium inducta sit societas: sed solùm lucri, & quæstus, quæ apparet fuisse communicata. Et ideo rex. in l. iij. §. j. ff. pro socio. dicit, nunquam huiusmodi censeri in societatem deducta, nisi appareat id specialiter actum fuisse. Et idem tenet Iurisconsultus in l. nec adie. ff. pro socio. vnde etiam gl. in d. l. iij. tenet per l. fratres. §. socium vniuersa. ff. pro soc. quod donatio, vel legatum, aut hæreditas nunquam censeatur venire in societatem, nisi expressim actum sit. sequitur Bald. in auth. ex testa. ij. quæ. C. de collat. Abb. consi. lxv. attingam in j. Alexand. consi. xlviij. in xxxvij. in iiij. Dec. consi. xxj. in iij. q. Et licet alibi dixerim † in fratribus propter coniunctionem, sanguinis præsumi societatem omnium bonorum, ita declarando Bartol. in §. altero. vt in prima regula

præ

præsumpt.verſi.xxv.tamen esto, quod hoc sit verum, vt veniat donatio, vel legatum non sufficit societatem omnium bonorum esse præsumptam, sed oportet esse expressam, secundum supra dictos doctores, cum concor.in d.vers.xxv. & elegãter simul, & copiosè est deductum per dominum Martinum Pergulam doct. clarissimum, in cõsilio suo. Cuius sententiæ acquiesco, de subscriptione requisitus.

CONSIL. CIIII. SVMMÆ.

1 *Mora non habet locum, nisi aduersus eum, qui sit in dolo saltem præsumpto.*

2 *Licet debitor teneatur ferre pecuniam ad domum creditoris, tamen hoc non procedit, si aliter se habeat consuetudo.*

3 *Ex pluribus actibus geminalis, & vicibus replicatis, infertur consuetudo.*

4 *In stipulationibus prætoriis admittitur purgatio moræ intra breue tempus, quamuis adsit dies & pœna.*

5 *Quando subest iusta causa purgationis, semper debet admitti purgatio moræ.*

6 *Iusta causa, qualiscunque excusat à pœna.*

7 *Transactionem iuratam ob læsionem, vltra dimidiam non rescindi.*

IN præsenti casu paucis agendo, videtur mihi hanc mulierem intentasse litem satis rigorosam, & abhorrentem ab omni æquitate, quæ tamen non potest sustineri, & ideo absoluendus est dominus Nicolaus à peritis. Primò ex eo capite, quia non videtur d.Nicolaus fuisse in mora cuius moræ diffinitio est difficilis, & tota ab æstimatione iudicis procedit. l. mora. ff. de vsur. & † non habet locum, nisi aduersum eum, qui sit in dolo, saltem præsumpto.l.fin.§.idem iuris erit.vbi doct. ad leg. Rod. de lac.& præsupponit reum saltem esse in lata culpa. l. si mora. vbi Alexan.ff.solu.mat. quod profectò non fuit in casu. Cum enim solitus esset Nicolaus soluere pecunias per manum campsoris, quas depositas ad hũc effectum habebat, & mulier soleret ire accipiendum, & liberandum debitorem in dictis libris, & ipsa non fuerit, non potest aliquid imputari ipsi Nicolao, qui habebat ibi pecunias paratas, vt probatur per doct.Bartol. in l.item illa. ff. de constit. pec.vbi† licet teneatur debitor ferre pecuniam domum ad creditores: tamen inquit Barto. hoc non procedere si aliter se haberet consuetudo, & ibidẽ infrà subiicit, quod totus hic tractatus ex bono & æquo pendet.l.quod si Ephesi. in prin.de eo quod cert.loc. non est autem dubium, † ex tot vicibus inductam esse cosuetudinem, iuxta not.in l. mela. §.j.ff.de alimen.& cib.leg.vnde est probabilis excusatio ipsius debitoris, credentis quod deberet creditor accedere ad campsorem iuxta solitum, cũ probabiliter alter alteri non consideret, & isto modo vtrique esset consultum creditori, qui acciperet pecunias debitori propter liberationem, quarum rerum probatio fit ex libro campsoris. & facit text.in l.si soluturus. ff. de soluti. Secundò quia etiam si Nicolaus incurrisset in moram propter diem, & pœnam, & etiam iuramentum, tamen ex quo intra sex dies obtulit pecuniam, videtur admittenda purgatio moræ, propter æquitatem sicut videmus † in stipulationibus prætoriis, in quibus admittitur purgatio intra breue tempus, quamuis adsit dies, & pœna, per textum singulariter.

A in fin.extra, de locat. & ita firmat Lanc. Gall. in l. iiij.§.Cato. in vltima oppositione Bar. ff. de verb. oblig. ponderando textũ adhoc in c. suam. extra, de pœn. & facit quia vt suprà dixi, ipse Nicolaus erat in probabili credulitate, quod creditor iret ad campsorem, vnde succedit communis conclusio, quod † quando iusta causa purgationis, semper debet admitti purgatio moræ, secundum Ang. in d.l. si post tres. & Imo. in dd.si insulam. Dec. consilio cxxxviij. quia † iusta causa, qualiscunque excusat à pœna.l.ij.ff. si quis cau. & à periurio.l.fin ff. qui satisd.cog. & facit quod tenet Bald. in l. obseruare.§. proficisci. ff. de off. procon. vbi notabiliter concludit, quod tex in l.si quis maior. C. de transact. non habet locum, nisi aduersus debitorem, qui sit in dolo, & periurium dolo malo commiserit quod dictum Bald. sequitur ibi Ias. & Alexan. in d.l. fin. in fin. qui satisd. cog. & consi.lxxxxij. vbi concludunt præfati doctores, quod lata culpa hoc casu non sufficeret, nec æquiparatur dolo, & hęc opinio cõmuniter approbata, & ego in d.l.si quis maior. sum sequutus, & cõprobaui aliis rationib. Clarum est autem quod quæliber causa, etiam aliàs minus sufficiens, excusat à dolo.l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus.l.j. in fin. cum gl. ff. de abigeis. Nec obstat iuramentum, quia non ideo impeditur purgatio moræ, vt aliàs dixi in d.l.si quis maior, verb. mox. commoda. vbi sequutus sum opinionem Petri de Besutio aduersus Iasonem, & ex ibi per me dictis deciditur manifestè hic casus in fauorem Nicolai.

B Vltimò quatenus dicta mulier † agit ad rescisionẽ transactionis, tanquam læsa sit supra dimidiam iusti præti, puto eam non esse audiendam, secundũ magis communem opinionem, de qua attestatur Aret. in l.si quis cum aliter. ff. de verb. ob. & Alexã. consi.xlij. in j. & ego diffusè sum sequutus. in lege, quamuis. C. de transa. vbi disputaui hunc articulũ, & contradicentes non loquuntur in casu nostro, quando interuenit iuramentum, secundùm d.l. si quis maior, & ideo concludo, ex omni capite hanc C mulierem esse repellendam. Saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSIL. CV. SVMMÆ.

1 *Remissionem mercedis conductori domus variis in casibus fieri.*

2 *Tunc fit remissio mercedis, quando conductor non potest vti domo, vel ex culpa locatoris, vel ex casu fortuito.*

3 *Aduenientibus militibus in vrbem, munus eos hospitandi est patrimoniale.*

4 *Arg. ab exceptione firmante regulam valet.*

5 *Arg. per locum à speciali valet.*

6 *Absurdum est, quod quis duplici onere grauetur.*

7 *Si conductor propter milites aliam domum, quam conductam gratis inhabitauit, locator non tenetur ad aliquam remissionem.*

QVæritur an facienda sit † remissio mercedis inquilino, cuius domus fuit à militibus hospitantibus in ea occupata. Et arbitror nullam fieri remissionem, nam † tunc fit remissio, quando conductor non potest vti domo, vel ex culpa locatoris, vel ex casu fortuito, & ita loquuntur omnia iura allegata, contra dom. Prudentiam, sed casus noster non est talis, vt ostendam. Nam clarum est, quod aduenientibus † militibus in

in vrbem, munus eos hospitandi è patrimoniale. A
l.iij.C.de munpatr.lib.x.quia fit cum impensa, &
subitur in spatio; vt declarat Ias.in l.placet.C.de
sacrof.eccles.qui cumque ergo habitat domum, si-
ue suam, siue alienam, tenetur ad tale munus, ex di-
spositione legis, vnde etiam conductor tenetur, &
hoc probatur etiam in l.ij.C.de metal.lib.xij.in
ver. ergasteria. vbi text. excipit ab isto onere spe-
cialiter dominos, vel conductores ergasteriorum,
ergo in alijs, quàm ergasteriis, istud munus impo-
nitur etiam conductoribus, † arguendo ab excep- B
4 tione firmante regulã, secundùm l. nam q liqui-
5 de. §.ij.ff.de pe.leg.Item arguendo † per locũ à spe-
cialj. l. q testamẽto. §. mulier. ff. de test. l.j. in fi. ff. ad
municip. & probatur etiam in l. & qui originem
§. eos in illis. in verbo, quos id munus contingit,
iuncta l.fin. in fin. ff. de mun. & hoc cum ergo con-
ductor subeat istud onus ex dispositione legis, ad-
huc cum arctantis, non video cur illi debeat fieri
remissio mercedis, sicut neque fit remissio, quan-
do ex facto suo impeditur, cur non inhabitet. l.si
in lege §. si domus. l. dominus horreorũ, §.fi. ff. loc. C
& facit quia alias dominus subiret tale munus, &
6 respectu sui, & etiam conductoris, & sic † grauaret-
tur duplici onere, quod est absurdum. glo. & Doc.
in l. clues. C. de incol. lib. x. text. in l. libertus. §. præ-
scriptio. ff. ad munic. & facit quod notatur in l. ne-
minem. C. de sacrosanct. eccles. de villico perden-
te boues, quos adduxit angariarus in exercitu.
Non obstat, quod propter guerram fit remissio. l.
item quæritur. §. si exere. ff. loc. quia hoc damnum D
non emanauit propter hostes, sed potius propter
milites amicos, quos tenetur quisquis hospitari,
vt supra dixi. & maximè in loco vicino ipsi arci,
quem conducendo debet sibi imputare conduc-
tor, sicut sibi imputat qui limitropha conducit, si
incutientur ab hostibus, vt dicit d. Ioann. Igneus.
rep. l. contractus. ff. de regu. iur. facit l. si quis do-
mum. §. fin. ff. loc. Non obstat, q fuberat iustus ti-
mor recedendi propter hostium incursiones. ar-
gum. l. habitatores. §. fi. ff. loc. Respondeo, istud 2
non est probatum, nec est verum in facto. nec vn-
quam Galli excurrerunt in alias domos. Præter-
ea non est probatum, quod conductor propter
7 migrationem aliquid damni sit passus. nam † si
aliam domum gratis inhabitauit, locator non
tenetur ad aliquam remissionem, secundùm Ra-
pha. Fulgos. in dict. l. habitatores. §. fina. Nec ob-
stat, quod milites ducerent concubinas in illam
domum: quia respondetur, sibi imputet con-
ductor, ex quo etiam ipse tenetur ad munus ho- F
spitis. Item non est probatum esse concubinas.
Non obstat relatio iuramenti: quia domina Pru-
dentia non tenebatur iurare certitudinaliter,
ex quo probabiliter ignorabat an essent concu-
binæ, vel vxores, quia in facto alieno probabilis
est ignorantia.

CONS. CVI. SVMMÆ.

1 *Contractus sunt facti.*
2 *Facta sunt indiuidua.*
3 *In contractibus diuiduis, potest pro parte habere locum resolutio.*
4 *Contractus emptionis est diuiduus, & quare.*
5 *Obligatio rem dari est diuidua.*
6 *Obligatio rem tradi in contractu emptionis est diuidua obligatione, licet non solutione.*

Cons. Andr. Alc.

STante statuto, quod vicinus in- A
fra annum possit retrò emere rem
venditam à vicino: accidit, quod qui-
dam vendidit domum, & fundum,
qui non erat in vicina domus, extra-
neo. Vicinus beneficio statui, vult, retrò emere
domum. Emptor non vult, nisi retroemat etiam
fundum. Quæritur, quid iuris. Pro emptore facit,
quia † contractus sunt facti. l. consilio. de cur. fur. & 1
† facta sunt indiuidua. l. stipulatione nõ diuidun- 2
tur. ff. de verborum obligat. item facit. l. si etiam.
ff. de sol. & l. quod si vno. ff. de in diem adi. & De-
cisio Phil. Dec. in l.j. C. quæ admitti. & decisio Bar-
to. in l. cui vsusfructus. ff. de vsufr. leg. quem ibi se-
quitur Lanc. Dec. & Alexand. in d. l. si aliam. Con-
trarium est verius, quia regula est, quod † in cõtra- 3
ctibus diuiduis: potest pro parte habere locum re-
solutio. d. l. cui vsusfructus. in princip. vbi hoc fir-
mat Bart. Sed † contractus emptionis in nostro 4
casu est diuiduus: quia, cùm venditor sit verè do-
minus, oritur obligatio rem dari, vt not. in l. certi
condictio. ff. si certum † pet. obligatio autem, rem 5
dari, est diuidua, vt glo. not. in l. iiij. §. Cat. ff. de ver-
borum obligat. ergo, &c. & posito, quod sit † obli- 6
gatio, rem tradi, tamen in contractu emptionis est
diuidua obligatione, licet non solutione, vt decla-
rat Rui. in d. §. Cato. & est text. in l. eandem. ff. de
duob. reis. Non obst. de solutione, quia istud fuit
introductum fauore emptoris, vt dicit d. l. iiij. §.
fin. ibi, hæc vtilitatis causa ex parte stipulatorum
recepta sunt, &c. ergo non debet operari in odio. D
l. quod fauore. C. de leg. Item facit, quia d. l. si quis
aliam, non habet locum in contractu emptionis,
vt dicit ibi glos. ff. in verb. remanet. Et per hoc est
responsum primis duob. fundamentis. Non obst.
d. l. quod si vno. quia ille tex. videtur probare con-
trarium, quia ita demum nõ potest resolui pro par-
te, si expressè negatum sit, quod non est in casu no-
stro, imò totum contrarium, ex quo præsumitur
scisse d. statutum Socin. in l. Gallus. §. j. de libe-
& posthum. facit l. quæro. locat. Nec obstat, de-
cisio Phil. Deci. quia debet intelligi secundùm su-
pra dicta, in cõtractibus indiuiduis omninò. Non
obstat decisio Barto. quia loquuntur in parte, in
quibus sit interpretatio, &c. l. veteribus. ff. de pac.
Sed hic potuit scire. item quia mitius, &c. l. Cel-
sus. de arb. Item quia militat ratio statuti, &c. q
eluderetur, &c.

CONS. CVII. SVMMÆ.

1 *Qualitas secundum quam contractum est, semper debet attendi.*
2 *Qui se obligat suo, & tutorio nomine, potest conueniri, vt de suo soluat.*
3 *Sentiens vtilitatem, & commodum, debet etiam incommodum sustinere.*
4 *Ex his quæ postea secuta sunt, declaratur quid actum sit in præcedenti contractu.*
5 *Solutio subsequuta declarat quo nomine retrò actum sit.*
6 *Pluralitas non præsumitur.*
7 *Solutio præsumitur fieri solum respectu eius debiti, quod constat præcessisse.*
8 *Stipulatio de restituendis &c. præsumitur facta propter mutuum præcedens.*
9 *Malæ fidei processori, & prædoni resarciendum est, q̃ vtiliter in rem impenderit.*
10 *Successor in beneficio soluit debita contracta per antecessorem, dummodò in vtilitatem ecclesiæ versa sint, dato quod ex eo titulo non venat.*

DVbium facit in propositione dicens quia in promissione per D. Episcopum facta dicitur, *Quatenus ipse suo nomine proprio, vti ex promissionibus regij status Mediolani promittit, &c.* ex quibus verbis apparet, quod contraxit propter officium, quo extincto non potest conuenire per casum l. fin. ff. de instit. & † qualitas secundùm quã contractum est, semper debet attendi. l. si proponas. §. j. vbi Angel. ff. de inoffic. testamen. l. si patet. §. qui duos. ff. de adopt. & ibi Bald. Sed tamen contrarium dicendum est in casu nostro, quia ex lectura instrumenti apparet, quod imò inter partes actum fuit, quod ipse Episcopus teneretur, quod probatur multipliciter. Primò ex illis verbis, suo nomine proprio, quibus ostenditur, quod non nomine regio, sed suo se obligat, prout in simili consuluit Aretin. consil. xxviij. diligenter in princ. in alio dub. vbi concludit, & habet pro indubitato, quod † ille, qui se obligat suo, & tutorio nomine, potest conueniri, vt de suo soluat. Secundò, quia dicitur, *Quod contrahit ad partem, & vtilitatem aliorum collegarum.* quæ verba inferunt in eo contractu actum fuisse de vtilitate ipsorum, quòd non fuisset si contraxissent nomine regio: quia vtilitas non ad eos, sed ad Regem pertinuisset. cùm ergo ageretur de eorum † vtilitate, meritò debent sustinere etiam incommodum, & soluere de suo, l. secundùm naturam. ff. de regul. iur. & in terminis per Bartol. in l. procur. qui pro euictione. in ver. cui. quandoque procuratori aliquid quæritur. ff. de procur. Tertiò, probatur ex chyrographo ipsius episcopi, quo mandat thesaurario, vt soluat Christophoro super pensione sibi debita, & declarat intentionem suam, quod volebat soluere de suo, ex † his enim quæ post secuta sunt, declaratur, qd actum sit in præcedenti contractu. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & † solutio subsequuta declarat, quo nomine retrò actum sit. l. litibus. C. de agr. & cens. lib. xj. per D. Flo. in l. non est necesse. ff. de proba. & cum non constet Episcopum aliud debuisse Christophoro, nisi ex ista causa, præsumitur de solutione actum, respectu eiusdem debiti, cum quia † pluralitas non præsumitur. l. omnium. C. de testa. c. in præsentia. vbi Moder. extra, de probat. tũ qa † solutio præsumitur fieri solũ respectu eius debiti, quod constat præcessisse, vt per Barto. in l. triticum. ff. de verborum obligat. vbi † stipulatio de restituendis x. præsumitur facta propter mutuum præcedens. facit l. iij. §. vnde quæri. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. & ibi Modern. ff. de acquirend. hæred. l. quædam mulier. vbi not. ff. de rei vendi. Et sic apparet non obstare d. l. fin. ff. de instit. in contrarium allegaram, quia in casu nostro, constat actum fuisse, vt proprio nomine tenerentur, & quamuis in casu nostro expressum sit nomen officij: tamen cum iure officij isti prouisores pecunias regias acciperent, & istis architectis deinde satisfacerent, debent ipsi de suo teneri. l. solutum. §. ne liberam. ff. de pignor. act. per Barto. in d. l. procurator. qui pro euictione. per illum text. & in l. seruum Titij. ff. mand. Et istud tantò magis procederet, si non probatur D. Episcopum habuisse dictum officiũ, ex cuius natura posset deuenire ad talem contractum, vt per Barto. Bald. Angel. in l. j. C. credit. euict. pignor. per Isa. in l. ciuitas. ff. si certum petat.

Præterea non est dubitandum, quin in omnem casum fiscus debeat satisfacere huic creditori, cum enim fecerit propugnacula vrbi, & sic vtiliter pro Principe opus fecerit, illi satisfaciendum est etiã per verum dominum succedentem tyranno. probatur id tribus rationibus, prima est, quia etiam † malæfidei possessori, & præponi refarciẽdum est, quod vtiliter in rem impenderit. l. plane. ff. de peti. hæred. Secunda est, quia etiam † successor in beneficio soluit debita contracta ante cessorum, dummodo in vtilitatem ecclesiæ versa sint, dato quod ex eodem titulo non veniat. cap. j. vbi omnes. extra. de solu. Tertia, quia † contractus gesti tempore tyrannidis valens, sicut illi, qui cum vero principe geruntur, vt per Bald. & docto. in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles. & l. fin. C. de interd. mar. & cum iste contractus in vtilitatem veri domini peruenerit, debet verus dominus ipse teneri per regu. l. soluendo. ff. de neg. gest.

CONS. CVIII. SVMMA.

1 *Quando emphyteuta alienat meliorationes in alium, & ille succedit in locũ auctoris sui, vt soluat canonem domino pro rata bonorum sibi venditorum, dominus tenetur eum recognoscere, & in possessionem introducere, & vice versa nouus emptor tenetur se ei obligare ad canonem, ac etiam soluere quinquagesimum seu laudemium.*

2 *Licentiæ alienandi inuestituræ concessa vis.*

PRæsens cõsultatio procedit de plano, secundum casus legum, † quando emphyteuta alienat meliorationes in alium, & ille succedit in locum auctoris sui, vt soluat canonẽ domino, pro rata bonorum sibi vẽditorum. nam dominus tenetur eum recognoscere, & in possessionẽ introducere: & vice versa nouus emptor tenetur se ei obligare ad canonem vn de alio quin nulla actione personali tenetur, & etiam tali casu soluere quinquagesimam seu Laudemium, & ita loquitur l. fi. verſic. & ne auaritiæ. C. de iure emphyteu. adeò quod si alienatio sit facta etiam titulo lucratiuo, vel etiam vigore clausulæ, *Et quibus dederit, &c.* cum semper soluendum sit laudemium pro subscriptione, seu recognitione domini. Sed quæstio nostra videtur diuersa, quia isti emptores non indigent subscriptione, vel recognitione domini, cùm potuerit in eos fieri alienatio ex pacto comprehenso in prima inuestitura, nec etiam ipsi tenentur ad aliquem canonẽ, sed omne onus librarum duarum ceræ remanet d. Euangelistæ emphyteutæ, vnde cum non teneantur ad aliquem canonem, nec etiam ad recognitionem, non videtur quod sit locus petitioni dicti laudemij, & nullus est doctor ex allegatis in consilio, qui hoc dicat, imò feudistæ omnes. in c. j. de feud. non habente propr. natur. sentiunt expressè quod facta alienatione, vigore talis licentiæ, quæ in prima inuestitura interuenit, bona censeantur libera, & allodiolia in personam emptorum, & quod in nihilo teneantur dicti emptores versus dominum. & istud est, quod facit difficultatem in casu nostro, de quo per Bald. §. illud. in cap. j. de prohib. alien. per Frideric. Ego tamen inclino in eam partem, quod laudemium debeatur: quia dicta licentia † non videtur in casu nostro intelligenda, vt alienatione in quemcunque haben-

habentem eam ab emphyteuta facta, bona affi-
ciantur libera, adeoque quod nulla recognitio sit
necessaria, quia text. d. cap. j. de feud. non habente
prop. loquitur in re qua liberè potuit tale pa-
ctum fieri, sed in quæstione nostra, cum bona ipsa
sunt origine emphyteutica ab ecclesia, non est cre-
dendum, quod camera fiscalis ea concessisset, vt
possent omnino ceu libera in emptores trans-
ferre, necetiam hoc facere potuisset: vnde in-
telligendæ sunt illæ clausulæ. *Et aliis quibuscunque habituris causam ab eo*, licet, *ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid dicto de jure suo, & eius heredibus, & successoribus in vniuerso, vel singulari perpetuò placuerit faciendum.* sunt inquam intelligendæ dictæ clausu-
læ, secundùm naturam contractus. l. si vino. ff. de
loc. l. si stipulatus. ff. de vsufr. vt tamen semper sal-
uum sit onus bonis annexum, & qualitas emphy-
teutica, secundùm quam solui debet laudemiũ.
Et istud maximè videtur dicendum stante clau-
sula illa inuestituræ, saluo, & reseruato iure ipsius
domini, ex hac inuestitura veniente: quod ius
tali casu videtur esse laudemij, prout in simili di-
xi Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæstio
vlt. ff. de verborum obligat. vt dixi in vlt. quæstion.
Barto. quando dictum est, quod res alienari pos-
sit cum iuribus suis. l. fina. in fin. de contrahend.
empti. vel bonis transeuntibus cum onere suo.
l. ij. ff. de statulib. per Bal. & consil. cxcj. in ij. limit.
videtur enim talis protestatio habere talem effe-
ctum. glossl. si debitor. §. j. quib. mod. pignor. dissol.
l. si fundum. per fideicommissum. ff. de legat. j. de
quo per Socin. consil. xliij. lib. iiij. Et ita mihi vide-
tur, & quia requisitus de sola subscriptione, non
putaui diffusius insistendum. Et ita mihi videtur,
saluo semper saniore iudicio.

CONS. CIX. SVMMÆ.

1 *Promissio de aliquo, intelligitur respectu totius, non autem respectu partis.*
2 *Dictiones omnia, & singula, vis.*
3 *Res se referens consideratur secundum illud, ad quod fit relatio.*
4 *Mens contrahentium talis esse creditur, qualem eam verba indicant.*
5 *Mens non expressa verbis, nihil solet operari.*
6 *Propositum in mente retentum nullius est effectus.*



Casus de quo in præsentiarum agitur,
videtur mihi nullam penitùs habe-
re difficultatem, idque tam ex ver-
bis, quàm ex mente contrahentium.
Nàm ex tenore instrumenti clarissi-
mè apparet, quod dominus Angelus promittit,
De attendendo, & obseruando instrumentum venditionis, in d. Albertum factæ; & omnia, & singula contenta in eo, & de soluendo pretium salis, &c. quæ verba non possunt in-
telligi de tertia parte, sed de toto, quia ita expres-
se sonant, & 1 promissio de aliquo, intelligitur re-
spectu totius, non autem respectu partis. l. si distũ.
§. in stipulatione. ff. de euict. per Bar. in l. legatis. ff.
2 de leg. ij. præsertim stante 2 illa dictione, omnia, & sin-
gula, per q̃ censet exclusa particularis restrictio. l.
pedicul. §. Labeo. ff. de aur. & argen. leg. l. Julian.
in princip. ff. de legat. iij. Et stante relatione, quæ
fit ad instrumentum d. Alberti, quod de toto lo-
3 quitur, non autem de parte; & 3 res se referens
consideratur, secundum illud, ad quod fit rela-
tio. l. asse toto. ff. de hæredi. instituend. & Imo. in l. Iu-
lianus quoque. ff. eo. per Bal. consil. cxcij. in v. Ac

4 calor etiam præsumpta mens contrahentium,
quæ talis esse creditur, qualem eam verba indi-
cant. l. Labeo, ff. de sup. leg. vnde ab eis non est
recedendum. l. non aliter. ff. de legat. iij. & 5 mens
nostra, nisi verbis nihil solet operari. l. quidam
cum filium. vbi Bald. & Imol. ff. de hæredib. in-
stituend. & 6 propositum in mente retentum
nullius effectus est. l. si repetendi. C. de condict.
ob causam. multò minus debet aliquis effectus
resultare ex allegata mente, qui verba expressè
repugnant, prout in casu nostro. Sed vltra ver-
ba expressum inferentia mentem contrahen-
tium, adducitur etiam ratio. nam illa promissio
est facta respectu gabellariorum generalium, vt
apparet ex instrumento, in quo eorum homine
notarius recipit illam promissionem, ipsius au-
tem gabellariis generalibus, seu firmariis pro-
stunda erat fideiussio de toto, non autem de par-
te, ergo vt intelligamus, secundùm qualitatem
eius, ad quam promissio confertur, intelligemus
eam de toto. l. plenam. §. æquitij. ff. de vsu. & habit. Nec obstante allegata in contrarium, quia
vna responsione omnia tolluntur. cum enim con-
stent coniecturis omnia, quæ pro do. Angel. ad-
ducuntur, debent cedere apertissimis verbis con-
tractus quia in claris, &c. glos. in l. continuus
in princip. ff. de verborum obligat. quæmuis et
iam particulariter posset responderi. Non ob-
stat primò, quod promissio domini Angeli, ex
subiecta materia debeat intelligi solum respectu
D tertiæ partis. argum. l. si vno. in princip. ff. loca.
quia respondeo, verba etiam clara, vt dixi, ne-
hic subiecta materia aliquid inferre, cum stet si-
mul, quod sit socius pro tertia parte, & tamen
obligetur versus gabellarios pro toto, sicut quis-
libet extraneus fideiussor, & verisimile est, quod
potiùs socium, vt fideiuberet, ex quo ad eum
portio aliqua contractus pertinebat, quàm ex-
traneum, qui & ipse fideiussisset pro toto. Non
obstat secundo, quod in promissio narretur eum
esse socium pro tertia, quia pro hoc non infer-
tur quin versus firmarios promiserit in totum,
& si voluisset promittere, nisi respectu tertiæ, vti-
que sciuisset exprimere, sicut expressit in prin-
cip. pro quota parte erat socius. argum. l. vnicæ.
§. sin autem ad defficientis. C. de cad. tol. Non ob-
stat tertiò, quod aliàs sequeretur absurdum, vide-
licet, quod socij essent disparis conditionis: quia
respectu firmariorum istud non est absurdum,
cum ipsi non sint socij, & ipsis omninò fideiu-
bendum erat pro toto, respectu verò ipsorum so-
ciorum inter se non est disparitas, quia fideius-
sor, vel promissor per actionem mandati, vel ne-
gotiorum gestorum consequenter, quod vltrà
portionem sibi spectantem pro altero expen-
dit. l. hæredes. §. igitur. & §. in illa. ff. famil. ercis-
cund. l. si mandauero. ff. mandat. & si sit socius
consequenter actione pro socio. l. omne. ff. pro
socio. cum similibus. & isto modo tollitur etiam
quartum argum. & casus est indubitabilis.

CONS. CX. SVMMÆ.

1 *Obligatus facere quid in vno anno, vltima die anni potest illud facere.*
2 *Pacto quod alter non implet, alterum non teneri.*
3 *Qui non est in mora, condemnari non potest.*
4 *Propter difficultatem superuenientem ex casu extingui obligatio.*

5 *Promissio de emendo non est emptio, sed contractus innominatus.*

6 *Quælibet pactio est contractus.*

MOuet in proposita quęstione d. Bert. ius apertum, quia secunda forma conuentionis postremo loco factæ. debuit pro primis octo mesibus tenere nouem millia sestariorum salis: & soluere illud certo pretio, & si plus vellet vltra illam summam, debebat sibi dari pro minori pretio. vnde cum habuerit in illis mensibus sestarios 12295. quam duos, quò ad nouem millia, fiet æstimatio pretij ad computum 6. librarum. quò verò ad reliquos sestarios 3295. fiet æstimatio ad computum solidorum xxx. vltra verum pretium, secundum prædictam conuentionem, quæ est clarissima. Non obstat, quod ista sestaria 3295. debeat computare ratione obligationis sequentis annis pro rata, ex quo anno sequente debebat leuare xv. mille sestaria. Quia respondeo, 2 quòd in conuentione † solùm erat obligatus leuare dictum numerum quolibet anno, vnde satisfactum fuisset conuentioni, si vel vltima die cuiuslibet anni dictum sal totum leuasset. l. qui hoc anno. ff. de verborum obligatione. vnde cum ante finem anni, quo tenebatur adimplere, propter mutationem statuæ extincta fuerit conuen- 2 tio, quia camera Ducis † illi non dedit, nec dare potuisset sal, meritò nec ipse tenebatur leuare illud, & vicissim dare cameræ pretium. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti. Nec etiam aliquo modo possunt dicta sextaria imputari sequenti anno, cum ex forma conuentionis licuerit huic mancipi, accipere in præcedenti anno, quicquid salis vellet vltra obligationem. & id minori pretio, quod cum ipse fecerit, frustrà dubitatur de computando illud in obligationem sequentis anni, quia verba conuentionis expressè contradicunt. Non obstat. l. qui insulam. §. penult. ff. locati. & not. in l. diuortio. in princip. ff. solut. matrimo. quia loquuntur quando ex parte sua locator pro rata adimpleuit. nam tunc etiam pro rata ei satisfaciendum est, sed noster casus est diuersus, quia in casu nostro respectu dicti anni camera non dedit aliquod sal, nec Bert. tenebatur illud emere; intra centum tempus ante, sed antequam sit in mora, & sic ante lapsum temporis non 3 erat, non potest sibi aliquid imputari, quia † qui non est in mora, condemnari non potest. l. mora. ff. de vsur. imò si interpellasset ipse camerā, vt sibi venderet, frustrà interpellasset, tum quia illustrissim. Dom. Maximilianus iam dediderat se 4 hostibus, vnde † propter difficultatem superuenientem ex casu, extinguitur obligatio. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iactu. tum quia Galli, qui in eius locum successerunt, voluerunt stare dicto contractui, prout etiam non tenebantur, argum. ex quo non successerunt ex eius persona iuxta not. in capit. primo. de solut. Præterea aduertendum est, quod in casu nostro non est aliquis contractus locutionis, de quo contractu procedunt iura in contractu allegata. sed est quædam promissio de emendo, quia manceps promittit emere tot sestarios in anno tali pretio, & camera promittit illi vendere, & cla- 5 rum est, quod † talis promissio de emendo, non est emptio gloss. in l. bonæ fidei. vbi Iaso. ff. de eo quod cert. loco. sequitur ergo vt sit contractus 6 innominatus, quia † quælibet pactio est contractus. gl. in l. j. ff. de act. & obl. & consequenter cum hæc conuentio haberet in se factum affirmatiuum, scilicet emere, cum antequam ipse esset in mora in totum perierit ius vendendi ex parte cameræ, censetur etiā iste in totum liberatus. d. §. idem iuris. cum similibus. non autem quærendum est aliquid de rata, & ista ratio cessat in contractu locationis, quia in eo ex patientia domini resultat commoditas perceptionis fructuum ipsi conductori, qui cum eis acquirat, vt habetur l. damnum. C. loca. meritò debet etiam pro rata soluere, nec distinguo prædium vrbanum à rustico. nam etiam in rustico non soli menses messium, & vindemiarum pariunt fructus, sed totus annus confert, licet in illis mensibus solùm colligantur, sed & sic quædam ratione cuiuslibet diei quæ sit in anno, conductor habet aliquam vtilitatem, quod non est in casu nostro: quia patientia præstatur solùm ratione salis accepti, de quo accepto, non est dubium debere solui pretium iuxta formam conuentionis, ratione verò salis nondum accepti, prout est in quæstione nostra; quia gabellarius nullum sal accepit de dicto anno 1515. illa patientia nullam penitùs vtilitatem illi adfert, nec inuitus tenebatur illi accipere, nisi in fine anni, per text. in d. l. qui hoc anno. Et licet in conuentione actum esset, vt ratione salis accepti haberet Bert. Pininum ad soluendum de mense in mensem, non tamen dicitur quod teneatur de mense in mensem accipere, sed quod postquam acceperit, & sic secundum formam iuris, quod tunc habeat terminum, illa enim verba referuntur ad ius. l. damni infecti quidam. §. cùm parietem. ff. de damn. infect. de iure autem sufficit si accipiat in fine anni. dict. l. qui hoc anno.

CONS. CXI. SVMMÆ.

1 *Constituta, licet fiant maximè inter mercatores, tamen non fiunt, nisi de pecunia iam debita, siue purè, siue in diem, siue sub conditione.*

2 *Fideiussores, vel in rem suam Procuratores, varie conijci.*

3 *Verbum liberè promisit, quamuis in scriptura priuata sit, intelligitur tamen per stipulationem.*

4 *Pactum iuratum hodie parit actionem.*

5 *Quis dicitur fecisse nomine alterius, etiam si fideiusserit pro eo, & dicitur procurator, qui est procurator in rē suam, vt quia tenetur de suo soluere.*

CLara & aperta visa est mihi suprascripta consultatio & facilè in eam sententiam transirem, dubium tamen facit in primis secundùm ius commune, quia ista promissio Dom. Nicolai non potest esse aut fideiussio, aut sponsio, aut expromissio, cùm non interuenerit stipulatio, quæ videtur necessaria ad valorem istorum contractuum. l. blanditus. C. de fid. instrum. l. vbi autem. §. qui verò. ff. de verborum obligat. non videtur etiam teneri actione constituræ pecuniæ, quia licet † constituta maximè, fiant inter mercatores, vt dixit Bald. in rubric. C. de constitu. pecu. tamen non fiunt, nisi de pecunia iam debita, siue purè, vt in l. prima. §. primo. de const. siue in diem. l. item illa. §. primo. eod. titu. siue sub conditione. l. penult. versicu. & licet. C. eodem. l. id quod sub

& licet

conditione. ff. eod. at in casu nostro tempore constituti illa pecunia non debebatur aliquo modo, & licet deinde forte cœperit deberi, tamen ad eã non potest agi ex constituto, quia oportet deberi tempore contractus constituti. d. l. item illa. §. primo. Ex verbis quoque conuentionis oritur aliqua difficultas, quia domi. Nicolaus dicit, *Se promittere ad instantiam, & nomine domini Hieronymi*, quæ verba significant, quod promittit tanquam procurator, secundùm gloss. in l. prima. §. nuntiatio. vbo doctor. ff. de oper. noui nuntiatione. in l. fideicommissa. §. interdum. de legat. tertio. l. si ab vna. C. de negot. gesti. Et hoc suadent illa verba, *A bon cunto delli cunti fra loro*. quasi dicat, facit hanc promissionem, tanquam procurator eorum, secundum rationes inter ipsos, vt non teneatur soluere, nisi quatenus ipse procurator sit debitor ipsorum, suadetur hæc interpretatio etiam ex eo, quod secutum est, iuxta l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit. ff. ad Macedo. fecit enim aliqua, solutiones pro quibus ipse erat debitor ipsius dicti Hieronymi, deinde alias non fecit, quia forte non erat amplius debitor. Nec obstat, quod ipse domin. Nicolaus obligauit propria bona, quia potest intelligi illa obligatio, secundùm naturam actus, quod esset verus procurator, non quod vellet soluere de suo, prout in simili habetur per Bartol. in l. procurator qui pro eutichione. ff. de procurato. Sed tamen istis non obstantibus, placet suprascripta conclusio, quod dominus Nicolaus † sit simpliciter obligatus, quia verba scripturæ simpliciter, & præcisè scripta sunt, quòd ipse teneatur ad solutionem dictæ summæ scutorum 3150. & satis potest dici procurator, sed in rem suam, quia ipse fideiussor pro obligatione futura, quod fieri potest. §. fideiussor & precedere. instit. de fideiusso. l. quoniam. §. fin. ff. de vsufruct. earum rerum, & † verbum illud, *Liberè promisit*. quamuis in scriptura priuata: tamen intelligitur per stipulationem. §. si scriptum. institutio. de inutilibus stipula. l. Titia. §. idem respondit. secundo vbi doctor. ff. de verborum obligationibus, maximè cùm loquatur de præterito, quo casu probatur confessio stipulationis interpositę. l. ea quæ. ff. de don. inter vir. & quæ per illum text. dixit Bartol. in l. prima. in principi. ff. de verborum obligationibus. facit etiam text. in tutor. §. fin. ff. de vsur. Et hoc maximè dicendum in casu nostro, in quo deinde interuenit iuramentum, & constat, quòd † pactum iuratum hodie parit actionem, de quo in capitulo primo. extra, de pact. per docto. & præterea etiam adest clausula, *Omni meliore modo*. de qua per Bartol. & doct. in l. prima. §. si quis ita. ff. de verborum obligat. & sic sublata est prima ratio. Non obstat, secundum argumen. quia illa verba, *Ad instantiam & nomine Hieronymi*. sunt ambigua vt dicit Bartol. in dicto. §. si nuntiatio. & † dicitur fecisse nomine Hieronymi, etiam si fideiusserit pro eo, & dicitur procurator, qui est procurator in rem suam, vt qua teneatur de suo soluere. l. fin. §. Titius. ff. de condictio. indebi. & verba sunt clara. *Quod obligauit bona sua pro solutione dictæ pecuniæ*. non autem pro ministratione, quod esset procurator, & illa clausula, *A bono cunto, &c.* habet sensum clarum, quod ipse Domin. Nicolaus teneatur ad dictam summam promissam, & quod ratio bona sit inter ipsum Nicolaum, & Hieronymum. dicto capitulo primo, iste creditor noluit se impedire, nec voluit de ea sibi aliquid opponi. Et quia ad alias oppositiones, quæ fieri possent accusare, & subtiliter responsum est per præstantissimum iurisconsultum do. Marianum. non inutiliter vlterius, sed simplici subscriptione ero contentus. Salvo semper saniore iudicio.

CONS. CXII. SVMMÆ.

1. *Absenti fideiussionem non quæri, & eam ante acceptationem iure reuocari.*
2. *Ecclesiæ aut piæ causæ absenti non potest acquiri, nisi aliquis eius nomine acceptet.*
3. *Notarius vel iudex si esset stipulatus absenti, non tamen ei quæritur ante acceptationem.*
4. *Princeps quamuis sit persona publica, tamen eius beneficium ignoranti non acquiritur, vnde necessaria est acceptatio.*
5. *Presbyter tanquam publica persona potest stipulari episcopo, sed tamen illi non acquiritur ante acceptationem.*
6. *Cum ante acceptationem ius non fuerit quæsitum creditori, licuit iudici & notario recedere à tali promissione, & facere eam cancellari.*

PRobo sententiam suprascripti domini aduocati, quòd iste creditor non possit agere contra † fideiussorem, ex quo fideiusio non fuit stipulata nomine ipsius, secundùm doctrinam Bartol. & cæterorum in l. postquam liti. C. de pactis. quam etiam sequitur Alexander consilio cxxxj. libro quarto. Aretin. capitulo, in causis. de testibus. & consilio lvj. Belin. capit. si caut. de fide iustrumen. versicu. sed not. vnde videmus, quòd nec ecclesiæ, † aut piæ causæ absenti potest acquiri, nisi aliquis eius nomine acceperit, secundùm gloss. Bald. Paul. de Castr. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. Fortius teneo veram quoque esse illam conclusionem, quod etiamsi † notarius, vel iudex esset stipulatus absenti, quòd tamen ei quæreretur ante acceptationem, per regul. l. in omnibus rebus. ff. de actio. & obliga. l. ea quæ. C. de inuitter. in verbo, volentib. de acquirend. rerum dom. l. si ego. de nego. gesti. l. communis. in fin. de acquirend. possess. & quod tenet Bartol. in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebit. versicu. nunc intrò. sicut videmus, quod † quamuis princeps sit publica persona, tamen eius beneficium ignoranti nõ acquiritur, vnde necessaria est acceptatio, vt habetur in l. Labeo. ff. de iureiurand. per Aretin. l. si absenti. de acquirend. possessio. Curt. consilio quarto. in fin. Idem in beneficio collaro ab episcopo. capitu. si tibi absenti. vbi Alichar. in secundo. nota. de præb. in vj. Idem videmus in † presbytero, qui tanquam persona publica, potest stipulari episcopo, sed tamen illi non acquiritur ante acceptationem, vt not. Hostien. in capit. dudum. de conuersa. coniuga. Oldra. consi. xxx. factum tale est, quę dã. & ita est vera, & communis opinio, quam vltra allegatos doctores per suprascriptum Dom. aduocatum, tenuit Andr. de Py. Gul. de cun. Alber. de Ros. in l. non enim. de adopt. Ioann. Andre. in addit. Specu. ritu. de cessione act. §. consequenter. in addi. incipi. Petr. de Ceru. in fin. Bald. consilio 200. verba: in secundo libro. & in l. nec ob. §. satisdatio. quæsti. vj. de adoptio. Angel. consil. lxxiij. incip. quòd dicta. cum ergo ante † acceptationem ius quæsitum non fuerit huic creditori, licuit iudici, & notario recedere à tali promissione.

ne, & facere eam cancellari. per text. in l. absenti. vbi Bartol. de don. l. si pater filio de manu. vin. & quæ habentur in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligat. & hæc omnia de subtilitate requisitus. Saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXIII. SVMMÆ.

1 *Locatio facta in perpetuum cum pacto reuocandi de nouennio, in nouennio videtur vna locatio.*
2 *Locationes tot, quot nouennia ex causis censeri.*
3 *In re clara non est recurrendum ad allegationes doctorum.*
4 *Dictio dicta facit relationem in genere.*
5 *Locatio facta in perpetuum cum pacto renouandi de nouennio in nouennium dicitur vna locatio, quoad formã verborum, quia vno actu est celebrata, sed quoad dispositionem iuris tot sunt locationes, quot nouennia.*
6 *Interpretatio illa est accipienda, per quam euitatur contrarietas in verbis instrumenti.*

SAtis puto in casu, de quo agitur tot esse locationes, quot nouennia, per rationes, & auctoritates alias adductas. Nec obstat, quod † sicut quando locatio facta est in perpetuum cum pacto renouandi de nouennio in nouennium, videtur vna locatio, secundùm Butrig. Anchara. Imol. in capitulo primo deprecati. etiam in casu nostro in quo facta est in tertiam generationem, cùm pacta renouandi, &c. Respondeo, quòd manifesta est ratio differentiæ inter istos casus, quia quando dictum est in perpetuum, vnus est contractus, secundùm Bald. in dicta l. voluntas. C. de fideicommiss. & Alexand. in consilio clxiiij. in secunda. & habet terminum certum, id est, infinitum, & perpetuum, sed quando dicitur in tertiam generationem, habet tempus incertum, quia nescitur ad quod tempus perseueratura sit tertia generatio, vnde restringitur † contractus ad nouennium, vt singulis nouennijs incipiat. Secundò respondeo, quòd aduertendum est, quomodo concepta sint verba contractus, vt si vnum terminum comprehendunt, licet deinde diuisum per renouationes possit aliquo modo defendi opinio doctor. in dicto capitulo primo, sed casu nostro non ita est, quia locatio concepta est, *Ad terminum nouem annorum, & dictis annis reuolutis, alios, &c.* & inter hos modos loquendi est manifesta differentia, vt etiam dicit Alexand. in dicto consilio. clxiiij. vbi respondet ad consil. Angel. clxxxiiij. in prima responsione, & ratio differentiæ de se patet, & manifesta est. Tertiò respondeo, quòd † in re clara frustra recurrimus ad allegationes doctorum, quia ex verbis instrumenti satis decidi-tur præsens controuersia, maximè ibi, *in festo beati Petri inchoatorum, & dictis nouem annis reuolutis finiendorum, renouandorum successiuè, &c.* Nec obstat quod subijcitur, *Dicta locatione durante de nouem annis, &c.* quia dictio illa, † *Dicta*, facit relationem in genere, vt in exemplo, ntulist quæ damnauit, saluauit, &c. gloss. l. damnum. C. de iniur. l. tertia. C. de negot. gest. per Bartol. in l. reconiuncti. versiculo, tertiò dubitatur. † Præterea dicitur vna locatio, quo ad formam verborum, quia vno actu est celebrata, sed quoad dispositionem iuris tot sunt locationes nouennia, prout in simili dicit Abbas in capitul. cum olim. in extra. de priuileg. & quod ner-

tat Barrol. in l. tertia. §. penult. ff. de acqui. & † ista interpretatio est accipienda, ne alias manifesta contrarietas sit in verbis instrumenti.

CONS. CXIIII. SVMMÆ.

1 *Ex sola inuestitura emphyteutica, non transfertur ius in re.*
2 *Vbi lex vnum decidit præsupponit concurrere cætera habilia.*
3 *Tunc competit ius in re, siue conductor nunc non possideat, siue etiam aduersus locatorem, quando traditio esset facta, & non aliter.*
4 *In contractu emphyteutico, præfertur habens possessionem illi, cui prius facta fuit inuestitura.*
5 *Habens mandatum ad inuestiendum potest tradere &c.*
6 *Procurator generalis non potest ius iniquum impetrare, quia dominus incideret in pœnam retorquutionis, quæ tamen non sit ipso iure, sed ita demum si aduersarius hoc postulauerit.*
7 *Regulariter in pœnis, etiam ipso iure impositis, requiritur sententia declaratoria.*

QVantum ad articulum primum, dico veriorem conclusionem esse, quòd ex † sola inuestitura emphyteutica non transfertur ius in re. Non obstat tex. in l. prima. §. fina. ff. si agno. vectig. quia ille text. solum factus fuit ad decidendum, quòd cõductor ad longum tempus habet tale ius, cùm tamen cæteri cõductores hoc non habeant, & presupponit factam traditionem, quia vbi lex vnum † decidit præsupponit concurrere cætera habilia. capi. primo de ætate, & qualit. l. qui testamento. versic. si alius. ff. de testamen. † nunc ergo competit ius in re, siue conductor nunc non possideat, siue etiam aduersus locatorem, quando traditio esset facta, & non aliter, per regulam. l. in traditionibus. C. de pactis. nec Specul. in titul. de emphyteut. versicu. clxvij. apertè firmant aliam opinionem, & etiam si firmaret, contra eum sunt grauiores auctoritates, & vltra Bald. Cepo. & Iaso. alias allegatos, contra eum tenuit Innocen. in capitulo ex ore. extra. de his quæ fiunt à maio. parte. capitulo. & † in tali contractu emphyteutico, quod præferatur habens possessionem, illi cui prius fuit facta inuestitura, secundùm. l. quotiens. C. de rei vendicat. firmat consulendo Alexand. consilio cxxxviij. in fin. & consil. xcv. in sexto volum. vnde non puto amplius esse in hoc dubitandum. Circa secundum articulum dico, quòd † licet habens mandatum ad inuestiendum possit tradere. l. si quis prohibuerit. ff. de publica. tamen istud fallit, quando ex traditione dominus incideret in pœnam. l. si procuratoris. ff. de condit. indebi. Nec obstat duo, quod in casu nostro emphyteuta non incidit, nisi volente domino. Item non incidit ipso iure, sed requiritur declaratoria, quia respondeo, quod etiam in istis duobus casibus habet locum regula dicta. l. si procurator. Istud probatur in l. tertia. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. † vbi procurator generalis non potest ius iniquum impetrare, quia dominus incideret in pœnam retorquutionis, quæ tamen retorquutio non sit ipso jure, sed ita demum si aduersarius hoc postulauerit, vt est text. in l. prima. in princip. eodem titulo, & ipso jure quandoque

doque aduersario eius postulante, & propterea dicit Bartol. in dicto. §. si procurator. quod licet quædam sint ex licentia: si tamen possibile est inferri pœnam generale mandatum procuratori nó sufficit, & sic ponderat Bartol. sufficere, quo aliquo modo sit possibile, vt patet in casu nostro si dominus voluisset. Nec obstat, quod requiratur sententia declaratoria, quia regulariter in pœnis, etiam ipso iure impositis, requiritur tamen sententia declaratoria, vt dicit Bald. in l. si quis maior. vbi Iaſ. C. de transact. & tamen doctores in d. l. si procurator in tali casu pœnali, dicunt non sufficere generale mandatum. Et ex his arbitror vtrique difficultatem esse clarissimè resolutam.

CONSIL. CXV. SVMMÆ.

1 *Filium enormiter læsum tribus casibus iuramento excludi.*

2 *Vbi apparet quod renuntians vult donare, non est dubium, quin valeat donatio, & confirmatur iuramento.*

3 *Propter coniunctionem lex non præsumit fraudem interuenire, quia vinculum sanguinis infirmat talem coniecturam.*

4 *Dispositio infirmans contractum ex dolo vero, vel præsumpto, vel re ipsa debet restringi, nisi cum patre sit gestus, quia arctissima hæc coniunctio suspitionem omnem abolet.*

5 *Ex præsentia consanguineorum & iudicis, præsumitur nõ potuisse subesse timorem reuerentialem.*

6 *Per reiterationem renuntiationis ex interuallo, cessat omnis præsumptio fraudis, vel erroris.*

Accedo & ipse in sententiam suprà-
2 scripti domini consulentis per iura, & rationes per eum allegatas, & quia, licet magna sit altercatio inter doctores, quomodo ista filia possit admitti aduersus iuramentum, quando enormiter est læsa, quia dolus re ipsa videtur interuenisse, de quo in l. superstite. C. de dolo. & dixi post alios in capit. cùm contingat. de iureiurand. tamen illa altercatio † cessat in tribus casibus, in quibus communis opinio est omninò hanc filiam esse excludendam. Primus est quando in renuntiatione apposita esset clausula, quod quatenus opus sit donationis titulo inter viuos donat. vbi enim † apparet, quod renuntians vult donare, non est dubium, quin valeat donatio, & confirmatur iuramento. l. si quis donationis. ff. de contrahen. empt. & ita renuit Abbas in dicto capitu. cùm contingat. Secundus est, quando filia contrahit cum patre, & in eius manibus renũciat, † propter enim coniunctionem lex non præsumit fraudem aliquam, quia vinculum sanguinis infirmat talem coniecturam, & vt in simili per Albericum de Rosa. Iacob. de Puteo. in l. patrem. ff. quæ in fraud. creditor. & Cyn. & Salice. in l. j. C. ad legem Iul. repet. etenim † dispositio infirmans contractum ex dolo vero, vel præsumpto, vel reipsa, debet restringi, nisi cum patre sit gestus, quia arctissima hæc coniunctio suspitionem omnem abolet. l. Aurelius. §. Titius testamento. de lib. leg. & per Baldum. l. pactum. quæstione xij. C. de collat. Imol. l. post contractum. ff. de donat. facit. l. non solùm. §. primo. de ritu nupt. l. generaliter. C. de secund. nupt. & hoc in casu nostro est certum, in quo † ex præsentia aliorum consanguineorum & iudicis, non potuit subesse timor aliquis reuerentialis. l. transactionem. C. de transact. Tertius est cum renuntiatio fuit geminata, † per reiterationem enim ex interuallo cessat omnis præsumptio fraudis, vel erroris, secundum Decium consilio clxxxj. & hoc propter virtutem geminationis, de qua per glossam, secunda quæstione tertia si quis iratus. & in capit. ex literis. verb. admonita. extrà, de diuort. per Bartolum in l. cum scimus. C. de agric. & censi. libro vndecimo, quod intelligendum, quando renuntiatio est iterata ex interuallo post aliquod tempus, prout in casu nostro fuit. l. prima. §. quæ onerandæ. versicul. sed si post interuallum. ff. quarum rerum actio. Et facit quod notat Paulus Castren. consilio cccv. notandum est in secunda volumin. in nouissimis. In cæteris, quia articuli sunt clari, non existimaui operæpretium quicquam addere, sed simpliciter tranleo cum domino consulente, præsertim cum de solâ subscriptione sim requisitus.

CONSIL. CXVI. SVMMÆ.

1 *Damnum spectat ad eum, qui est dominus.*

2 *In fructibus perceptis non fit remissio, quia dominium est conductoris ante perceptionem sic, quia sunt pars rei.*

3 *Ager dicitur quælibet pars fundi.*

4 *Conductorem ex causa discedere posse.*

5 *Quotiescumque præter consuetudinem rei locatæ aliquid accidit ex quo damnum conductor patiatur, non tenetur stare conductor locationi, etiam cessante casu fortuito.*

6 *Demolitio cum respiciat perpetuum fundi vtilitatem, non est dubium, quin spectet ad dominum.*

Quæritur an damnum propter vallã castrorum sit sufficiens, vt dominus faciat remissionem conductori. Et satis arbitror, quod hæc ratio est, quia † damnum spectat ad eum, qui est dominus. l. damnum. C. locati. vbi † in fructibus perceptis non fit remissio, quia dominium est conductoris: ante perceptionem, sic quia sunt pars rei, &c. Secundò text. in l. ex conducto. §. sed si ager. ff. locat. † ager enim dicitur quælibet pars fundi. l. quod in rerum. §. si post. ff. de lega. primo. gloss. in l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. & ita ibi intelligit gloss. in dicta l. ex cõducto. dum se remittit ad principium legis, in qua dicitur totius agri, aut partis, &c. Tertiò idem videmus in prædio vrbano. l. habitatores. in principi. eodem titulo, nec est ratio diuersitatis à prædio rustico. Quartò doct. Bar. in l. si vno. §. item cũ quidam. in tertio & quarto casu. ff. eodem & Bal. in dict. l. ex conducto. §. si vis. vbi loquitur † quando conductor impeditur fodere. Secunda quæstio an propter tales aggeres, conductor possit deferre coloniam. quòd sic. Calde. in consilio quinto, titulo de locato. vbi concludit, quòd † quotiescũque præter consuetudinem rei locatæ aliquid accidit, ex quo casu damnum conductor patitur, non tenetur stare conductor locationi etiam cessante casu fortuito, allegat casum in lege, forme. ff. de cens. & hanc conclusionem etiam probat Ioannes Franciscus de Ripa in tra-

ta de pace. & saluo statuto nostro, & etiam inhabilitate coloni, casus non haber difficultatem.
6 Tertiò quæstio ad quem spectet † demolitio, & cum respiciat perpetuam fundi vtilitatem, non est dubium, quin spectet ad dominum, vt per Bar. in l. impensæ. ff. de impens. dotal.

CONSIL. CXVII. SVMMÆ.

1 Delegationis vis.
2 Respectu delegantis, statim facta delegatione, censetur illi solutum.
3 Per delegationem videtur debitor creditori soluisse, & creditor rursus delegato credidisse.
4 Soluentem priori creditori liberari.
5 Expendens in melioratione rei, præfertur cuilibet creditori etiam aliàs anteriori.
6 Remissionem conductori, ob belli damnum deberi.
7 Qui non tenetur soluere principali, nec habenti causam ab eo tenetur.

MOlendinarij in causa, puto partes dom. iudicis esse, vt pro eo pronũtier. Et primò quia iste Busserus debitor magistri Franciscini, fuit delegatus † Tiano per publicum documentum, vnde respectu summæ delegatæ non est amplius debitor magistri Francisci, quia est facta nouatio. l. secunda. C. de nouat. & † respectu delegantis, statim facti delegatione, cẽsetur illi solutum l. quamuis. §. interdũ. ad Velleia. l. item. §. si duo. de nouat. † videtur enim debitor creditori soluisse, & creditor rursus delegato credidisse, l. tutor. §. si Velleja. declarat Fulgos. in l. inter causas. §. abesse. ff. manda. Et ideo denuntiatio illa facta per Bombellum, non debet magis operari, quàm si facta solutione denuntiasset. Et istud tantò magis procedit, quia Tianus erat creditor anterior tempore, ipsi Bombello, vnde † soluens creditori anteriori liberatur, vt per Bartol. in l. solutam. §. solutum. ff. de pignor. actio. Secundò principaliter, quoad expensas factas in meliorametis, scilicet in incastris similibus, licuit Busserο ea facere ex forma inuestiturę, & in omnem causam † expendens in melioratione rei, præfertur cuilibet creditori etiam aliàs anteriori. l. interdum. ff. qui poti. in pigno. habeantur. Tertiò, quoad restaura, cum non † potuerit molere propter Bellum, debetur sibi remissio, vt per Roma. consilio clxxviij. pro decisione. per doctrinam Barto. dict. l. cum plures. in princip. ff. locati. vnde non est Busserus debitor, & cõsequenter cessat denuntiatio, † quia sicut non teneretur soluere principali, ita nec habenti causam ab eodem. l. si superatus. vbi Bartol. ff. de pigno. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXVIII. SVMMÆ.

1 Cessionem crediti, aliis creditoribus præiudicare.
2 Vnicuique sua vigilantia prodesse debet.

FIrmata conclusio, per clarissimum consultorem dominum Ludouicũ, quod licuerit † Ceruarolæ cedere domino Iulio ius crediti sui versus Cameram, etiam in præiudicium Brusantini, mihi placet. Quæ conclusio firmatur per regulam generalem, positam in l. qui autem. §. sciendum. in l. pupillus. ff. quę in fraud. credito. quia † vnicuique sua vigilantia prodesse debet, quæ ratio sicut procedit in personalibus actionibus propter paritatem personalium, ita & prodesse debet hypothecis, quando hypothecæ sunt par, id est, contractæ eodem tempore, prout in casu nostro, quòd si vna esset prior altera, tunc posset aliud dici, sed in casu nostro subest omnimoda æqualitas, quia vtraque eodem tempore facta. Et hoc maximè est dicendum, in hoc casu, in quo licet personalis obligatio propter beneficiũ epistolæ Hadriani, inter istos fideiussores esset diuisa, obligatio tamen pignoris indiuisa remanet, & quilibet insolidum habuit nomen illud sibi hypothecatum. l. in executione. §. penulti. ff. de verborum obligation. l. his consequenter. §. Celsus. l. hæredes. §. idem obseruatur. ff. famil. erciscund. vnde sequitur, quòd dominus Iulius, obiiciendo fisco compensationem respectu eius nominis, nihil obiicit de alieno, sed de suo tantum, quia insolidum sibi erat obligatum, vnde eius cõditio tanquam possessorio est potior. l. si debitor. ff. de pignoribus, & sic eadem prorsus ratio militat hoc casu, quæ & in personali, & contraria omnia loquitur respectu, hypothecę anteriori tempore, non autem paris. Sicut ergo potuit Ceruarola compensare dictum creditum, secundum doctrinam Imo. in l. j. in fin. de solut. Alex. consilio lxxxv. in tertio. Socin. xvij. in tertio. Dec. cccviij. cum similibus. ita & dominus Iulius potest, non obstante hypotheca Brusantini, prout diffusè per alias quoque rationes est allegatum per dominũ aduocatum in cuius sententiã transeo. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXIX. SVMMÆ.

1 Venditor affirmans fundum esse seminatum, qui tamen pro parte erat seminatus, teneatur ad interesse emptori ob falsam affirmationem.
2 Qui fundum seminatum dicit, de toto dixisse intelligitur.
3 Qui tenetur præstare fundum seminatum, debet intelligi rectè atque ordine secundum consuetudinem regionis seminatum.
4 Qui parce seminat, parcè metit.

FVndum esse seminatum, qui tamen pro parte tantum erat seminatus, † venditor affirmans teneretur ad interesse emptori, ob falsam affirmationem, secundùm l. prima. §. & generaliter. de actio. empti. l. ea quę. §. fina. de contrahenda emptio. quia † qui fundum seminatum dicit, de toto dixisse intelligitur. l. Titia. secundò. §. primo. & §. Seia libertis. & de legat. secundo. l. si qui cum totum. ff. de exceptio. rei iudicat. & † qui tenetur præstare fundum seminatum, debet intelligi rectè atque ordine, secundùm consuetudinem regionis seminatum. l. si merces. §. conductor. ff. locati. l. item si. §. seminatos. ff. de vsufructu, vt saltem pastinatus sit ager, seu duas arraturas habeat, quia hoc pertinet ad necessitatem, secundum Columellam, prout dixi in lege, impensæ. in glossa secunda. de verborum significatione. facit lex diuortio. §. finali. ff. soluto matrimonio. lege

tertia. & de impensa. in rebus dotal. attenditur autem in hoc maximè ad consuetudinem regionis, secundum Bartol. in l. pecunia. ad finem. ff. de alimentis legat. Et interesse est euidens, quia † qui parcè seminat, parcè metit. capitulo, cum eo eodem. extra, de pœniten. & ita transeo cum suprascripto domino consulente, nostri Gymnasij rectore dignissimo.

CONS. CXX. SVMMÆ.

Clausula sicut videtur, limitat.

1 *Quoties quid adijcitur rei, de qua constat, aut constare debet, semper accipitur limitatiuè.*

2 *In prima affirmatione præsumitur error, qui non debet nocere ipsi venditori, sed sibi imputet emptor, si diligenter non inspexit.*



Erba chirographi sunt, *Dabo tot millia ria lignorum fortium, & partim, idest, tertia mixtorum, sicut videtur in nemore incisorum de anno 1545. &c.* cùm in nemore non sint ea ligna fortia, quæritur an venditor teneatur? Respondeo † clausula illa, prout videtur in nemore, limitat, & restringit suprascripta omnia, secundùm propriam naturam eius dictionis, *Come se vede, &c.* vt inquit Alexand. consilio tertio, in secundo volumine. quia debuit emptor esse instructus quid in nemore contineretur, cùm probari possit, quòd ipse accesserat ad videndum dictum nemus, vt simili per Bartol. in l. editu. C. de eden. vbi † quoties adiicitur, rei de qua constat, aut constare debet, semper accipitur limitatiuè, maximè cum in casu nostro non possit intelligi causaliter, pro quia, & cum limitatio cõtrarietur superiori dicto, statur potiùs limitationi, seu rei ad quam fit relatio, & per multa concludit Deci. consilio lxiij. versicul. sed prædictis. & cap. secundo. de rescript. Ludou. Roma. consilio cccv. in fin. doc. in authentic. si quis in aliquo. C. de edend. concludunt præsumi † errorem in prima affirmatione, qui non debet nocere ipsi venditori, sed sibi imputet emptor, si diligenter non inspexit.

CONS. CXXI. SVMMÆ.

1 *Donationem, aut venditionem fructuum percipiendorum valere, & ad hæredes transire.*

2 *Hæres dicitur esse vice defuncti.*

3 *Qui pro se promittit, pro hærede, promisisse censetur.*

4 *Qui precario rogat, vt sibi in fundo morari liceat, etiam pro suis omnibus rogasse censebitur.*



Licet conclusio, quia sicut valet vẽditio ad certum tempus, vel incertum fructuum percipiendorum ex tali fundo. l. nec empti. vbi nota. ff. de contrahend. emptio. & videtur commoditas percipiendi vendita, vt declarat Bartol. in l. eotem. §. qui maximos. ff. de publica. ita etiam valet donatio, secundùm Bartol. ibi, dum allega. text. in l. Aquilius. ff. de dona. vnde sicut † venditio transmitteretur in hæredes emptoris, ita etiam donatio debet habere effectum in personam hæredum donatarij, quia istud est regulare in omnibus contractibus, vt ad hæredem transeant. l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. l. si pactum. ff. de probat. l. eum qui ita. & primo. ff. de verborum obligatione, maximè in donatione. l. finem. C. de reuoca. 4ona. verb. successores. Nec obstat, quod donatio sit facta de fructibus percipiendis, nomine & vice dicti Mamolij donatarij, vnde eo mortuo, non videatur verificari illa verba, nam respondeo, quòd imo verificantur, cum enim ex regula transeant ad hęredes, illa verba non habent impedire dispositionem legis, maximè cùm † hæres dicatur esse vice defuncti. l. hæredem. ff. de regul. iur. l. si is qui pro emptore. verbo, vice personæ fungi. ff. de vsucapien. quod procedit etiam si personalis dictio sit adiecta: vnde † qui pro se promittit, etiam pro hærede promisisse censetur. l. stipulatio ista habere licere. in princip. versicul. sed si se. ff. de verborum obligatione, & † qui precario rogat, vt sibi in fundo morari liceat, etiam pro suis omnibus rogasse censebitur. l. pen. ff. de precar. Et ita mihi videtur de sola subscriptione rogato. Saluo tamen saniore iudicio.

CONSIL. CXXII. SVMMÆ.

1 *Ratificatio regulariter non requirit partis præsentiam, quia quæ pendent ex mera alicuius voluntate, præsentiam non requirunt.*

2 *Si vẽditio est in libris 4600. & ratificatio in libris 4500. contractus non dicitur perfectus.*

3 *Pœnitere licet venditione non perfecta.*



Ratificatio licet aliàs † non requirat partis præsentiam, quia quæ pendent ex mera alicuius voluntate, præsentiam non requirant, vt declarat Bartol. in l. Pomponius. primo. de nego. gest. & Alexand. cõsilio clxxxvij. in secundo, & in ratificatione hoc sit certissimum, secundum tradita per Feli. in capitu. si cautio. de fide instrumento. Angel. in d. §. si verò expressim. cum tamen appareat in epistola ad communem amicum missa, non fuisse concordatum de pretio, quia † vẽditio erat in libris 4600. & ratificatio in libris 4500. consequens est, vt cõtractus non fuerit perfectus. l. si voluntate. C. de rescinden. vendi. ibi, ad certum consentiant pretium, &c. vnde licuit † magnifico Domi. Ioachimo, pœnitere, secundum not. in l. quarta. ff. de manu mi. vendi. per Cyn. & doctor. in l. mandatum. C. manda. docto. in capitu. ex parte decani. de rescript. secundùm ea, quæ supra p præstantissimos dominos consultores sunt scripta, in quorum sententiam accedo, de sola subscriptione requisitus.

CONSIL. CXXIII. SVMMÆ.

1 *Aditio hæreditatis ex venditione rerum patris censetur.*



Vidam vxorem duxit, à qua Antonium vnicum filium habuit Mortua vxore, aliam duxit, à qua quatuor habuit filios. Moritur pater, Antonius primæ vxoris filius nonnulla bona paterna suo, & fratrum suorum nomine vendit, pro eis de raro habendo promittens: nullo verbo facto, quòd ista bona sibi pro materna dote spectent.

spectent. Quæritur quid iuris, videlicet si Antonius ad debita paterna, post primam dotem facta, soluenda cogi possit, vel ne, attento quòd de paterna hæreditate se intromisit, & pro qua tenebitur parte. Respondeo, Antonius †vendendo rem patris videtur adiuisse hæreditatem; secundum nota. in l. gerit. de acquirend. hæredita. & ideò se obligauit oneribus hæreditariis pro virili sua parte, id est, quinta, quòd si alij nolint esse hæredes, ei applicabitur eorum pars per ius accrescendi, nisi allegetur, quod adierit sub spe, quod alij abstinere non debeant, quo casu creditores pro virili tantùm cõuenire eum poterunt. l. cum hæredes. ff. de acquir. hæred.

CONSIL. CXXIIII. SVMMÆ.

1 *Donatio inofficiosa per quam minuitur legitima filiarum, est reuocanda.*
2 *Hæredes scriptos ad legitimam, eiusq; euictionem teneri.*
3 *Transactione excludi.*

DIfficile est in præsenti casu quid certi respondere, cum instrumenta, super quibus oritur difficultas, non sint exhibita. Tamen circa donationem factam monialibus Sancti Viti, licet clarum sit in iure, quod †donatio inofficiosa per quam legitima filiarum minuatur, sit reuocanda, secundum l. prima. C. de inofficio. donat. tamen in casu nostro esset aduertendum, quod cum Com. Hugotius sit hæres †scriptus ipse ad dictam legitimam principaliter tenetur. §. cæterum. in authentic. vt cùm de appellat. & si res euicta sit à legatariis, vel donatariis, ipse hæres debet euictionem præstare. l. si domus. §. primo. de legat. primo. Corne. consilio cxc. in iiij. & cxlvii). & habetur in l. in quartam. in fine. per Modern. ff. ad leg. Falcid. cùm autem illustris † dom. Magdalena transegerit cum hæredes, & promiserit nihil petere, quod possit esse in damnum ipsius Comitis videtur esse exclusa.

CONSIL. CXXV. SVMMÆ.

1 *Emphyteutæ tenentur ad onera separationum, si quid minimum, soluant in recognitionem dominij & nu. 2.*
3 *Emphyteuta soluens competentem Canonem, non dicitur percipere fructus, sed dominus.*
4 *Emphyteutæ, qui domum reparare tenentur, interim possunt cogi præstare idem pro solo, quod pro tota domo soluebant.*

LIcet aliàs † emphyteutæ teneantur ad huiusmodi onera separationum, cum ipsi percipiant fructus, & vilitatem rei. fing. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufru. & per gloss. in l. prima. versicul. fructus. C. de annu. & trib. libro x. cum similibus. per Alexand. consilio quarto. volum. quarto, tamen istud est verum in † emphyteotis, qui soluent quid minimum in recognitionem dominij, non autem in iis, qui soluunt competentem canonem pro compensatione fructuum, quia tunc † dominus ipse dicitur fructus percipere. non autem emphyteota, l. si is qui. §. primo. de pignor. Tradit Lucas de Penna. in dict. l. prima. & Moderni apostillator ad dictum consilium Alexand. iiij. quod est in casu nostro, quia computata summa data à principio contractus, & annua pensione, quæ fit comitibus, solutio est æquipolens fructibus, non autem pro solaxecognitione, quamuis etiam nos simus extra illum casum, quia hoc onus respicit substantiam ipsius emphyteosim datæ, id est, ipsam aquam, quam tenentur Comites manutenere, & ideo ad eos pertinet secundum suprascripta. Possunt tamen emphyteotæ isti cogi ad reparandam domum pro maiore ipsorum dominorum securitate, & interim † pro solo idem præstare, quod pro toto domo soluebant. secundum Ange. §. lex itaque. in authentic. de non aliena. sequitur Iaso. l. prima. col. ix. C. de iur. emphyteoti.

FINIS LIBRI OCTAVI.

BIU Cujas

ANDREAE ALCIATI
IVRISCONSVLT. MEDIOLANEN.
CONSILIORVM
Liber IX.

QVI AD VLTIMAS VOLVNTATES INSCRIBVNTVR.

CONSIL. I. SVMMÆ.

Testatoris verba varie censeri.

VIDETVR prima fronte dubia esse suprascripta consultatio: cùm enim æquiparetur à iure siue sacerdos præsentatus sit, siue alius, qui intra annum eum gradum adsumat. cap. ij. de instit. in vj. cap. licet canon. de elect. eod. lib. vi-
1 dentur verba testatoris ad ius referri debere. l. Gallus. §. j. de lib. & posthum. & verificari in æquipollenti, sed hac non obstante non est recedendum à sententia do. consultoris, secundùm quam respondit Andr. Sicul. in alleg. consi. xxxiij. in secundo dubio, libro secundo. & Roch. Cart. tract. de iure patronatus, verb. honorificum. quæstio. iiij. & Ioann. Franc. de Ripa, in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. vbi respondet rationibus contrariis, & ita etiam ego in dict. l. ex facto. pertransiui, & arbitror iuris esse. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. II. SVMMÆ.

1 *In successionibus primæ causæ est descendentium, maximè suorum hæredum.*
2 *Sui hæredes adeò à lege sunt vocati, vt etiam contra voluntatem patris admittantur, & præteriti rumpant testamentum.*
3 *Filius in hæreditate paterna, dicitur esse creditor, tanquam sibi iure naturali sit debita.*
4 *Exhæredatio à patre facta generaliter, seu inter cæteros, non valet.*
5 *Statutum generale, non censetur excludere filium, sed opus est nominatim de eis fieri mentionem.*
6 *Valet argum. de dispositione testatoris ad dispositionem legis.*
7 *Pactum generale non censetur excludere filiũ à legitima.*
8 *Valet argumentum de pacto ad statutum.*
9 *Quod extranei excludant filias, & descendentes in hæreditate paterna absurdum est.*
10 *Statuta semper sunt intelligenda, ne aliquid absurdum, & inciuile inducant.*
11 *Iure communi masculus, & fœmina pariter admittebantur.*
12 *Lex intelligi debet cæteris habilibus.*
13 *Publicatio est de substantia legis, quantum sit ad effectum obligandi subditum.*
14 *Lex non recepta, seu vtentium vsu non approbata, nullius est effectus, nec obligat subditos.*
15 *Quicquid dicat lex communis, seruandum est statutum.*
16 *Verba non possunt, sunt abnegatiua omnis potentiæ.*
17 *Plus negat negatiua, quàm ponat affirmatiua.*
18 *Exceptio declarans regulam præcedentem, in quibus terminis loquatur.*
19 *Dotare filiam, est officium paternum, & illud ex bonis & hæreditate patris.*
20 *Statutum subrogans dotem filiæ loco hæreditatis, censetur auferre etiam legitimam, debitam iure naturæ.*
21 *Fœmina quæ statuto est exhæredata, & ab intestato non succedit, non habet ius dicendi nullam, nec agendi contra tabulas.*
22 *Fœmina quæ à statuto est exhæredata, non poterit agere ad supplementum legitimæ, si dos sit minor legitima.*
23 *Etiam in dispositione testatoris, sufficit exhæredatio verbis generalibus facta, quando subest nisi vna filia.* A
24 *Etiam verbis generalibus statuti, verius est filiam ab hæreditate patris excludi.*
25 *Statuta plerunque rapiunt interpretationem secundùm ius commune, hoc tamen non procedit in statutis, factis ad correctionem iuris communis.*
26 *Si statutum dicit, quod maritus decedente vxore absque communibus liberis lucretur dotem, non fiet restrictio secundùm ius commune, sed generaliter intelligetur, etiam in præiudicium liberorum prioris matrimonij.* B
27 *Lex decidens vnum casum, censetur præsupponere habilitatem respectu cæterorum.*
28 *Constitutio facta à Papa, & sic à supremo principe post duos menses ligat vnumquemque subditum.*
29 *Constitutio priuilegiatiua, videtur quod etiam ante duos menses operetur effectus suos.*
30 *Publicatio in lege duabus de causis requiritur, prima vt declaretur mens legislatoris, quo voluerit talem constitutionem obseruari: secunda ne ciues ipsi possint prætendere ignorantiam, & illo prætextu excusari.*
31 *Eo ipso, quod indultum in Archiuio ciuitatis registratum reperitur, præsumuntur omnia solenniter facta.* C
32 *Legi prohibitiuæ renuntiari non potest.*
33 *Aduersus obseruantiam legis prohibitiuæ, præscribi non potest minori tempore, quàm 40. annorum.*
34 *Quando consuetudo est contra Canonem, qui nondum fuit receptus in obseruantia, requiritur ad eam inducendam, & validandam tempus 10. annorum.*
35 *Fœminas fideicommisso excludi.*
36 *Qui in remotiore gradu reperiuntur, censetur minus dilecti.*
37 *In fideicommissis, tractatur de successione grauantis.* D

VErba breuius apostolici concessi communitati, Bretenorij hæc sunt, Volentes insuper prouidere, ne familiæ, aut domus, in quibus masculi sunt superstites ex mulierum successione depauperentur, præsentium tenore decernimus, & statuimus, quod fœminæ in bonis ascendentiũ, descendentiũ & transuersalium, qualitercunq; equisitis asuccedere non possunt: dummodò congruè dotentur ex dictis bonis, in quibus ab intestato succederent, &c. Quæritur, mortuo Georgio de Grassis ab intestato relicta vnica Lucretia, & relicto Ioanne Andreas fratre suo, & successiuè Iacobo filio fratris, ad quem hæreditas dicti Georgij pertineat,

E

near, & videretur prima fronte pertinere ad
1 dictam Lucretiam eius filiam, quia † successio-
nibus prima causa est descendentium, maximè
horum hæredum. §. j. in authen. de hæred. ab in-
testa. veni. qui adeo à lege sunt vocati, vt etiã con-
2 tra voluntatem patris admittantur, & præteriti
rumpant testamentum. l. si filius, qui in potestate.
ff. de liberis & posth. idque etiam iure naturali, &
diuino secundum quod Paulus & Apostolus ad
Roma. 8. capi. dixit Filius, ergo hæres. de quo per
glos. super verb. teneantur. in l. necessariis. ff. de
3 acquir. hæred. Vnde & † filius in hæreditate pater
na dicitur esse creditor, tanquam sibi iure naturali
sit debita. l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. si quis lega-
tum. §. fi. ff. de falsa. Nec obstant generalia verba su-
prascripti breui apostolici, quia non debent trahi
4 ad exclusionem filiorum, sicut enim † exhæreda-
tio à patre facta generaliter, seu inter cæteros non
5 valet. l. j. & ij. ff. de lib. & posthum. ita etiam † sta-
tutum generale nõ censetur excludere filium, sed
opus est nominatim de eis fieri mentionem, secũ-
dum Bald. in l. illam. C. de collat. & Iaf. in d. l. j. in
princ. de libe. & posthum. Dec. consilio cccxlvj. in
6 fin. † valet enim argumentum de dispositione te-
statoris ad dispositionem legis. §. disponat. in Au-
thentic. de nupt. Vnde sicut testator nõ potest ex-
cludere filium, nisi nominatim, & certo iudicio
excludat. l. sub conditione. ver. certo enim iudi-
cio. ff. de bon. poss. contra tabul. ita etiam de statu
to dicendum est: quæ sententia, maximè procedit
respectu portionis legitimæ iure naturæ debitæ.
7 sicut enim † pactum generale non censetur exclu-
dere filium à legitima. l. si quando. §. generaliter.
C. de inoffic. test. ita etiam statutum secundum Sa-
ly. in auth. nouissimã. quæst. vlt. C. de inoffic. te-
stam. Iaf. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & firmaue
runt Bald. Guliel. de Cun. Ang. & consuluit Ol-
dra. & collegium Florentinum, vt refert Carolus
Ruin. in repet. §. quid si tantum. in l. Gallus. de li-
8 be. & posthum. † valet enim argumentum de pa-
cto ad statutum secundum gloss. in rubr. C. de de-
cre. decur. lib. x. doctor. in l. non impossibile. ff. de
pact. Et debet hæc interpretatio in casu nostro ad-
9 sumi, ne aliàs inducatur maxima iniquitas, † quod
extranei excludant filias, & descendentes in hæ-
reditate paterna, quod maximè absurdum vide-
10 tur. argum. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l.
maximum. C. de lib. præ. & † statuta semper sunt
intelligenda ne aliquid absurdum & inciuile in-
ducant, secundum docto. in l. fi. §. in computatio-
ne. C. de iure de lib. & habetur in l. omnes populi.
ff. de iusti. & iure. debebit ergo restringi statutum,
vt procedat, data paritate gradus inter fœminam,
11 & masculum, vt sicut † iure communi pariter ad-
mittebantur. dicta l. maximum vitium. hodie fœ-
mina excludatur, & sic statutum in pari causa, &
gradu prætulerit masculum: non autem, quando
12 masculus esset posterior in gradu, vt illa verba sta-
tuti, in quibus masculi sunt superstites, &c. intel-
ligantur masculi ad successorem vocati, & quibus
aliàs fœminæ partem suam auferrent, non autem
qui omnino à fœminis essent tanquam posterio-
res in gradu excluſi. & singula singulis aptentur
secundum gloss. in §. quisquis. in verb. perscru
tamur. in authentic. quibus mod. nat. effi. legit. vt
velit statutum masculos descendentes fœminis
descendentibus præferri, & trãsuersales transuer-
13 salibus, non autem transuersales descendentibus,
& sic lex † intelligatur cæteris habilibus, secundũ
cap. j. de ætat. & quali. lib. vj. l. qui testamento.

A versic. si aliud. ff. de test. & quod notat Abb. in ca.
tua. j. de decimis. Confirmatur hæc sententia ex
eo quoq; capite, q nõ videtur obseruandũ esse di-
ctum statutum, ex quo non constat fuisse publica-
tum. & tamen † publicatio est de substantia legis, 13
quantum sit ad effectum obligandi subditum. §. fi.
in authentic. de non elig. secund. nub. vbi Ang. &
docti. in authentic. vt factæ nouæ constit. & habe-
tur in cap. cognoscentes. de constit. & gloss. in l.
data. li. vj. Rursus non constat fuisse vtentium vsu 14
B approbatum. clarum est autem, quod lex non re-
cepta, seu vtentium vsu non approbata nullus est
effectus, nec obligat subditos, distin. iiij. cap. in
istis. §. leges. cap. denique. §. Hæc etsi. vbi text. &
ibi Arc. & xiiij. distinct. & cap. ij. & xcvj. distin. c.
proposuisti. in fin. & in cap. j. de treug. & pace. v-
bi doct. in §. vniuersitati. in proœm. Clemen. vbi
doct. per Barth. Veron. consil. xiij. cum similibus.
Sed tamen, iis non obstantibus, puto veriorem es-
se opinionem, vt filia hæc Georgij excludatur p-
C pter verba constitutionis pontificis, quę clara sunt, 15
& ideo † (quicquid dicat lex communis) seruan-
dum est statutum, vt dicit Bal. in l. ita nobis. C. ad
l. Iul. de adul. & in primis cõsiderãda est ratio sta-
tuti, q est in eo expressa, & ex proprietate non aũt
per extensionem inducit. l. scire leges. vbi notat. ff.
de legib. gloss. & doct. cap. j. de tempo. ordin. ver-
bo, Italiæ. lib. vj. doct. in l. quamuis. C. de fidei-
com. Franci. Curt. senio. consil. viij. incip. Tici-
nensis. Iaf. l. prætor. de oper. nou. nunt. in princi.
D dum eo dicitur, *Ne familiæ masculorum ex fœminarum successione depauperentur.* quæ ratio est generalis ad
exclusionem etiam filiarum, cùm Iacobus sit ma-
sculus, & de familia, & qui, si habeat maiores fa-
cultates, poterit etiam melius, honestiusque age-
re, & verificabitur ratio statuti: prout probatur in
l. j. §. pen. ff. de ventre in poss. mitt. Bald. in l. quo-
ties. C. de fideicom. cum concord. per Cur. d. con-
silio viij. & docto. in consiliis variis, item conside-
randa sunt verba dispositiua statuti, quod fœminę
E succedere non possint in bonis ascendentium, 16
transuersalium, &c. quæ † verba, non possint, sunt
abnegatiua omnis potentiæ secundùm gloss. in j.
de regu. iur. in vj. & excludunt omnem casum suc
cessionis qualiscunque, sit cum † plùs neget negа- 17
tiua, quàm ponat affirmatiua secundùm gloss. in
l. hoc genus. ff. de condi. & demon. & maximè ex
cludunt casum nostrum propter dictionem illam,
ascendentium, verba enim statuti excludunt mu-
lierem à successione ascendentium, sitque mentio
F ascendentium ratione mulieris, prohibitæ à suc-
cessione, non autem respectu masculi succedẽtis,
qui admittitur etiamsi is, de cuius hæreditate agi-
tur, non sit sibi ascendens, sed statutum solùm re-
quirit, quod sit masculus, & de familia. Item con-
sideranda est exceptio posita in statuto, dummo- 18
dò congruè dotentur, quæ † exceptio declarat re-
gulam præcedentem, in quibus terminis loquatur
secundum l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de penul.
leg. & per Bar. in l. j. §. sed excipiuntur. ff. de feriis. 19
G cũ enim † officium paternũ sit dotare filiã, & istud
ex bonis, & hereditate patris. l. fi. C. de dot. promiss.
& statutũ dotẽ subroget loco hereditatis. apparet,
q maximè pcedit in hereditate parentũ. arg. not.
per Bal. & Pau. de Cast. & Cor. l. j. de legi. hær. & ex
ista exceptione tollitur omnis iniquitas statuti, q
voluit filiam nõ omninò excludi, sed etiã contem-
tam dote, & valet tale † statutum, & inuitur ma- 20
gna ratione, vnde censetur etiam auferre legiti-
mam impeditam iure naturæ, & eius loco subrogare
dotem,

BIU Cujas

dotem, vt per Ban. & alios, in l. Titio centum. §. Titio genero. versi. secundò est videndum. ff. de condi. & demon. per Abb. & Canon. in cap. Rainutius. de testamen. censetur enim fœmina à statuto exhæredata esse, & pro legitima dos ei assignata, argu. l. qui volebat. ff. de hæred. inst. & per Cin. in leg. scimus. C. de inoffi. testamen. Vnde tali casu
21 † fœmina, quæ à statuto exhæredata est, & ab intestato non succedit, non habet ius dicendi nullum, nec agendi contra tabulas, secundum doct. in leg. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posth. vbi
22 Alex. tenet quod non ponetur, neque agere † ad supplementum legitimæ, si dos sit minor legitima, vt ibi per eum, cuius sententia est communiter approbata. Et tenendo hanc opinionem superest, vt respondeamus ijs, quæ in contrarium adducuntur. Non obstat ergo, quod statutum istud generale, non debet trahi ad exclusionem filiarum, quæ nominatim sunt exhæredandæ, &c. respon-
23 deo † etiam in dispositione testatoris, sufficit exhæredatio verbis generalibus, facta quando subest, nisi vna filia, secundum l. ij. ff. de lib. & posth. prout est casus noster. Præterea aliud est in dispositione testatoris, aliud in verbis legislatoris, nec enim legislator formæ testamentariæ adstringitur, sicut testator, voluntasque legis, aut statuti etiam ex generali sermone colligitur, nec minus obligat, quam si nominatim, & in specie lex scripta esset. l. nominis. §. fi. ff. de verbo. sign. & ideò
24 † etiam verbis generalib. statuti verius est filiam ab hæreditate patris excludi, vt voluit Bal. in l. si defunctus. versic. quæro. C. de suis, & legit. & sequutus sum. in l. j. versi. vnde, qui necessario. ff. de libe. & posth. reprobando Iasonem ibi, contrà quem est communis opin. doctorum: vt ipsemet fatetur, in l. si quando. in fi. C. de innoffi. testa. in illo articulo, an per generalia verba statuti excludat filius à legitima? & ibi Ias. adductis concordantibus, ostendit magis communem conclusionem esse. quod sic constituendo differentiam inter dispositionem hominis, & dispositionem legis in tali ca-
25 su. Et facit, quia licet † plerunque statuta recipiant interpretationem secundum ius commune, vt habetur in l. secunda. ibi, iuxta legem. iuncto versic. sequen. C. de noxalibus. tamen hoc non procedit in statutis factis ad correctionem iuris communis secundum Bald. in d. leg. prima. §. sed excipiuntur. de ferijs. quotiescunque generalitas verborum repugnaret secundum Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. præte. Iason. l. omnes po-
26 puli. in fin. ff. de iustitia & iure. vnde † statutum dicit, quòd maritus, decedente vxore absque communibus liberis lucretur dotem, non fiet restrictio secundum ius commune, de quo in l. hac edictali. C. de secun. nupt. sed generaliter intelligitur etiam in præiudicium liberorum prioris matrimonij secundum Dec. consi. ducentesimo octuagesimo tertio. in secundo. Idem, si diceret, quod omni casu lucretur dotem, &c. secundum Ludou. Roman. Dec. & Modern. in authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. & declaraui in lib. primo de verbor. significa. versic. quod diximus statuta. Et ideò non potest in casu nostro sumi illa interpretatio, quod mulier non excludit, nisi ab eo, qui sit in
27 pari gradu, quia verba statuti repugnant, & licet † lex decidens vnum casum, censeatur præsupponere habilitatem respectu cæterorum. d. l. qui testamento. vt supra dixi, tamen lex in casu nostro vltra procedit declarando, quæ sint habiles, & existimat habilem ad exclusionem fœminæ esse quemlibet agnatum masculum. nec distinguit gradum, aut stipitem, an iste agnatus sit descendens, vel transuersalis, vt suprà ostendi. Nec ideo statutum erit iniquum, aut absurdum, cum prouidet agnationi, nec tamen excludat fœminam omninò, sed velit eam dotari, quod sufficit, & plerunque testatores ipsi ita ordinant in testamentis suis, vt dicit Paul. de Cast. consil. decimoquinto. in nouissi. versic. facit. & de se patet. Non obstat, quòd dicta constitutio non videatur fuisse publicata, & ideò non habeat vim legis. §. final. in authen. de non eligen. &c. respondeo, cùm ista † constitu- 28
tio facta sit à Papa, & sic à supremo principe post duos menses, ligat vnumquemque subditum, secundum text. in authen. vt factæ nouæ constitu. in princip. & per gloss. in capitul. secundo. in verb. hactenus. de reb. eccles. non alien. libro sexto per Abbat. capitul. primo. de postu. præla. Bartolus. d. l. omnes populi. quæstion. quinta. principali cum similibus. imò cùm sit † constitutio priuilegiatiua, 29
videtur, quòd etiam ante duos menses operetur effectus suos. l. penult. C. de decur. lib. decimo. & per Bartol. d. l. omnes populi. quæstion. quinto. per Canon. in capitul. cognoscentes. de constitut. Et satis dicitur esse publicata eo ipso, quòd à pontifice missa est ad ciues illos, & ipsi eam in archiuijs suis descripserunt secundum consuetudinem suam. † publicatio enim in lege duabus de causis 30
requiritur. Prima, vt declaretur mens legislatoris, quod voluerit talem constitutionem obseruari, secundum Bald. dict. capitul. cognoscentes. & de hac mente satis constat eo ipso quod pontifex eam misit ad ipsos ciues, iubens obseruari. Secunda, ne ciues ipsi possint prætendere ignorantiam, & illo prætextu excusari, iuxta no. in c. fin. xviij. distin. & de hoc satis est: si registretur in actis ciuitatis, prout ista registra fuit etiam de mandato consilij, vt ibi dicitur, sicut cætera registra, & acta publica, quorum ignorantiam nemo prætendit. & ideo attendenda in hoc maxime est consuetudo, & stilus ciuitatis. argu. & fin. in authen. de appell. & per Alex. in consi. xxxix. vilis. ad fin. lib. iij. Præterea cùm agentes nomine ciuitatis supplicauerint pontifici, vt concederet, ipse concesserit, & illi acceptauerint, & in registris suis adscripserunt, satis videtur esse publica maxime cùm fecerunt eandem constitutionem sibi confirmari per Pontificem Clementem, ad preces ipsius communitatis, videtur enim in vim priuilegij concessio facta esse, & quod statim operatur, nec alia publicatio per sonum tubæ requiratur, sicut in simili dicimus de legato, vt per Bart. in d. l. omnes populi, q. v. principali. & † eo ipso, quòd in Archi- 31
uio ciuitatis registratum, reperitur illud indultum, præsumuntur omnia solenniter facta, vt in simili per Bartol. in authen. ac si contractus. C. de fid. instrumentor. doctor. in capitul. ad audientiam. de præscript. & habetur in authen. ad hæc. C. de fide instrum. Non omitto etiam, quòd † cùm 32
lex sit prohibitiua, non potuit ei renunciari, secundum gloss. in rubric. C. ne fideiuss. dot. & per doct. in l. non dubium. C. de legibus. Vnde nec † 33
aduersus eius obseruantiam præscribi minori tempore, quàm quadraginta annorum, vt per Abb. Imo. & alios. in cap. primo. de treu. & pac. & habetur in d. §. leges cap. in istis. iij. distin. Non obstat, cum vltimò dicitur, quòd non videtur hæc lex vsu utentium fuisse approbata, & consequenter nec vnquam recepta. Respondeo, contrarium videtur verius vt ex processu, & attestationibus ap-

paret, & cùm dicta constitutio habeat plura capita, & respectu ceterorum sit recepta, & obseruata, non subest ratio, eur non: & idem dicamus respectu istius, secundum regulam legis, non est reprehendus. ff. de transactionibus. Præterea fundata est intentio agnatorum contra fœminas ex verbis ipsius statuti secundum Bartolum. §. & antea. in prœmio Digestor. per Alexand. consi. cxxxvj. in ij. vide qui dicit non fuisse receptum, probare debet. & non sufficeret semel non fuisse in vsu, sed oporteret de pluribus vicibus, vt dicit Abbas, Felin. & cæteri in d. c. j. de treug. & pace. vbi concludunt, quod † quando consuetudo est contra canonem, qui nondum fuit receptus in obseruantia, requiri ad eam inducendam, & validandam tempus x. annorum, secundum Cald. d. Anton. Card. Floren. ibi, & hoc si princeps ignoret talem consuetudinem, prout in casu nostro præsumitur. c. j. de const. lib. vj. de quo etiam per Iaſ. in l. rem non nouam in fi. C. de iud. & Barth. Veron. d. cons. xiij. cum similib. Et certè cùm ipsemet notam consilij petierunt à x. annis citra confirmationem constitutionis, nec appareat vnquam iudicatum contra eam constitutionem, non videtur probabilis dubitatio, quin obseruari debeat, vt etiam per alios consultores est latius deductum. Et sic concludo in causa ab intestato clarissimum ius esse in fauorem masculorum contra fœminas ex prædicta constitutione Papæ, videamus nunquid in causa testamenti, seu fideicommissi. Verba fideicomissi hæc sunt. *Et si aliqui dictorum filiorum tam nati, quàm nascituri decederent in pupillari ætate, vel quandocunque ab intestato substituit superuiuentes, &c.* Filiabus † verò fœminis certum quid iure institutionis reliquit, prout in testamento habetur: decessit vnus ex suprascriptis filijs heredibus institutis, scilicet Georgius, relicta vnica filia fœmina, quæritur, an alij cohæredes admittantur exclusa filia iure fideicommissi? & licet prima fronte videatur defecisse fideicommissum propter clausulã subintellectam à iure, nisi decesserit cum filijs, vel filiabus, secundum l. cùm auus. ff. de cond. & demon. & l. cùm acutissimi. C. de fideicom. vbi gl. cum multis cõcordantibus: tamen in casu nostro puto contrariam sententiam veriorem esse, idq; propter multas coniecturas, quę concurrunt in casu nostro, ex quibus colligitur mens Rasij testatoris fuisse, vt soli masculi admittantur exclusis fœminis; & sic quod fœminæ non faciant, deficere conditionem fideicommissi. Prima coniectura, quia testator proprias filias excluſit nec vocauit in casum fideicommissi, sed duntaxat superuiuentes masculos. Vnde sicut eas excluſit, & particulari legato voluit esse contentas, ita etiam videtur voluisse excludere neptes, quæ sibi minùs dilectæ censentur, † quia in remotiore gradu, secundum l. si vxor matre. in fin. C. de bon. quæ lib. & secundum hanc coniecturam consuluit Paul. Castr. consil. cclvij. & refert ipse Paul. & sequitur Raph. Fulg. in l. j. C. de condi. insert. & licet in hoc casu simpliciter posito sint plures contradicentes, tamen iuncta sequenti præsumptione res est certior. Secunda ergo est coniectura, quæ auget præcedentem, quando substituti sunt descendentes ipsius testatoris, prout in casu nostro, in quo substituti sunt filij, qui verisimiliter magis erant dilecti testatori, quàm ista neptis, tunc enim certior est coniectura per existentiam eius non euanescere fideicommissum, vt distinguit idem Paulus Castr. in consil. septuagesimo nono. casus iste frequenter contingit. Fulgos. consil. decimo octauo. & sequitur Socin. consil. decimoquarto. lib. tertio. & in d. l. cùm auus. In quarto. And. Barb. consil. quingentesimo secundo. inter consilia Alexand. in quarto volum. Dec. consil. decimo quinto. & consil. ducentesimo septuagesimo. & consil. trecentesimo septuagesimo. & nouissimè Francisc. Curtius iunior in consil. centesimo trigesimo nono. & Ioan. de Monteferrato in repeti. l. filius famil. §. diuꝰ. versic. sexto. quæritur. de legat. primo. & certè ista opinio videtur esse receptissima inter Modern. sed quia adhuc sunt aliqui contradicentes, casus noster redditur clarior ex alia sequente coniectura. Tertia ergo sit coniectura, quando extat statutum, per quod fideicõmissarij ab intestato excluderent dictam filiam, tunc enim videtur testator dispositionem suam restrinxisse secundum legem municipalem, & ideò per existentiam filiæ non deficeret conditio fideicommissi, & in hoc casu propriè loquitur Paul. de Cast. in consil. lxxix. & ita consuluit Soc. consil. lv. in iij. & xiiij. & lxxiij. in iiij. Curt. senior consil. xlv. And. Sic. d. l. cum acutissimi. Corneus consil. cxxiiij. lib. ij. Dec. sæpissimè vt in consil. xcv. & consil. cclxx. & dxv. & dxlvj. & dcxxvij. & licet sit magna dubitatio ad quam successionem ex forma statuti attendamus, sufficiat ne filiam excludi ab hæreditate aui existentibus masculis, ex quo † in fideicommissis tractamus de successione grauantis. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & sentit Socin. d. consil. ccxlix. versic. & confirmatur. an verò oporteat excludi à statuto etiam ab hæreditate patris, quia testator ponendo filios in conditione videtur reseruasse ius succedendi ab intestato in bonis ipsius grauati, secundum glo. in d. l. Lucius ij. ff. de hæred. instit. vt per Soc. dict. consil. lv. in iij. & consil. lxxiij. in iiij. & Corn. consil. cxxiiij. in ij. tamen non sumus extra hanc dubitationem, quia statutum excludit fœminam etiam à successione patris stantibus agnatis, vt suprà conclusum est: & ideo teneo indubitanter etiam in causa testati meliorem causam esse istorum agnatorum, prout subtiliter, & copiosè consultum quoque est per clarissimum aduocatum do. Seuerum Benitendum præstantissimum iurisconsultum. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONS. III. SVMMÆ.

1. *Matri legitimam deberi in bonis filij.*
2. *Quando corpora hæreditaria pretiosa relicta sunt legatariis adeò quod vis falcidia hæredi supereſt, cogitur mater legitimam suam petere ab ipsis legatarijs, quia onus legitima tali casu res ipsas hæreditarias sequitur.*
3. *Hæres non potest onerari in falcidia.*
4. *Priuilegium coniuncti non communicatur extraneo in ijs, quæ diuisionem recipiunt.*
5. *Mulier binuba succedit filio respectu suorum in vsufructu, respectu natorum ex alio matrimonio, casu quo illi admittantur in proprietate.*
6. *Si testator filium & extraneum hæredem scripserit, fideicommissumq; vtrique addiderit respectu filij, tantum subaudietur conditio si sine liberis decesserit, non autem respectu extranei.*
7. *Quædam causa communionis conceduntur, quæ aliis non permittuntur.*
8. *Testamentum non potest pro parte valere, & pro parte non valere.*
9. *In ore duorum, vel trium stet omne verbum.*
10. *Priuilegio, quod quis alicuius causa habet, contra eum vti non potest.*

11 Extraneum

BIU Cujas

Extraneum variè beneficijs excludi.

Si filius familias testatur ad pias causas, valebit testamentum respectu piæ causæ, respectu verò aliorum non valebit.

Beneficium personale reo concessum, etiam fideiussori prodest, ne habeat regressum, ex beneficium remaneat inutile.

Fideiussoris & legatarii diuersa iura.

Beneficium cohærens personæ, quale est facultas eligendi, potest in legatarium à testatore tranferri, censebitur tamen à testatore prius in hæredem trãslatum, & ex persona hæredis in legatarium.

Regulare est vt quilibet successor singularis possit iure actoris sui, & personali se defendere.

In computatione hæreditatis prius declarandum esse legitimam.

A

B

C

D

E

F

G

I Le conclusio placet mihi, quod ita mater † possit admitti ad legitimam in bonis filij, qui decessit instituto fratre, & onerato legatis, adeò vt possit esse locus falcidiæ. doct. enim l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. concludunt in statuto quod existentibus masculis, fœmina non succedat, quod si sit preterita, & instituti sint extranei nihilominus possit admitti, & loquuntur ipsi in statuto simpliciter excludente, nos autem sumus in casu clariore, quia statutum habet clausulam taxatiuam respectu masculorum tantùm. vnde satis apparet mens statuti negantis hoc priuilegium communicari extraneis. Et licet ipsi loquantur quando sunt instituti extranei, in casu verò nostro sit institutus frater: tamen idem videtur dicendum ex quo vix supereſt falcidia ipsi hæredi, in qua ipse molestari non potest, corpora verò hæreditaria pretiosa sunt relicta legatarijs. vnde necessario cogitur hæc mulier legitimam ipsam petere à legatarijs, quia † onus legitimæ tali casu res ipsas hæreditarias sequitur. l. si libertus sub conditione. §. libert. de bon. liber. & per Bart. in l. in quartam. ad fin. ad leg. falcid. & quod tradit Paul. Cast. ibi, & consil. cclvj. incip. super j. Bald. l. omnim. C. de inoffi. testa. Com. consil. centesimo quadragesimo octauo. lib. quarto. Nec hoc casu potest dici ipsum hæredem in effectu teneri, cùm legatarij habeant recursum contra illum de euictione. l. si domus. §. j. de leg. j. quia in casu nostro hoc dici non potest, cùm tantùm † supersit ei falcidia, in qua onerari non potuit. l. quod de bonis. §. cum fideicõmissum. ff. ad l. falc. Nec obstat quod videatur hoc priuilegium concessum masculis à statuto esse communicandum extraneis, & sic legatarijs. l. si post mortem. §. fin. de bon. poss. contra tab. gl. in l. iij. C. de inoffi. testa. quæ est communicari approbata, quicquid dixerit Fulg. & Ias. ibi, & pro hac parte allegant multa iura, & decisiones in consiliis contrarijs, quibus est respondendum, & ex distinctione quam Aret. & alij moder. ponunt in l. ventre. vj. regula. ff. de acq. hær. vbi hac quæstione, quando priuilegium † coniuncti communicetur extraneo. ponunt duos casus. Primus est in ijs, quę diuisionem recipiunt, & tunc extraneus non admittitur ad priuilegium, sed solus cõiunctus habet l. fi. C. com. vtr. iud. vers. omninò d. Qua ratione Bart. censuit vxorem relictam dominam. vsufructuarium à filio hæredo alimenta, dum vixit, ex Bulgari consuetudine consequi, ab extraneo autem hærede verum vsumfructum secundum Bartol. in leg. Titia prima. §. fin. ff. de leg. secundo. arg. legi ita scriptum in prin. ff. de manum. test. vnde

1 † mulier binuba succedat filio respectu suorum in vsufructu, respectu natorum ex alio matrimonio, casu quo illi admittantur in proprietate. leg. fœm. §. illud. C. de secun. nup. vbi Ripa facit tex. in auth. sed si quis. C. eod. titu. vbi Bal. & per Moder. in repe. l. generaliter. C. eod. titu. sic, & † si testator filium, & extraneum hæredem scripserit, fideicommissumque vtrique addiderit respectu filij tantum subaudietur conditio, si sine liberis decesserit, non autem respectu extranei. l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti. & substi. vbi Dec. & Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Treb. Limitatur tamen primus hic casus, quando vterque repræsentaret vnius personam. l. j. §. si fit filius. ff. de coniuga. cum emanci. de quo per Ias. in l. si emanc. C. de coll. Item quando vterque habere communionem in re, seu † societatem, quædam enim causa communionis conceduntur, quæ alias non permittuntur. l. si communionem. ff. quemad. ser. adm. Fel. c. j. de præscrip. Secundus est casus, qui magis ad quæstionem nostram pertinet in inseparabilibus, puta in causa † testamenti, quod non potest pro parte valere. leg. ius nostrum. ff. de reg. iur. & tunc beneficium principaliter non confertur fauore coniuncti, admitteretur etiam extraneus. vnde cum lex præsumit filium institutum, quia hoc non facit fauore fratrum, sed vt testamentum conseruetur, odiosumque quærelæ remedium submoueatur, prodest id etiam extraneo, & ita procedit gl. quam (vt dixi) sequitur ibi communiter doc. in d. l. iij. C. de inoffi. test. sic, & testamentum, quo pia causa cum duobus testibus instituta sit, sustinetur etiam extranei cohæredis respectu, secundum Sal. in auth. Cassa. q. ix. C. de sacr. sanc. eccle. cum quo transeunt doct. & ratio est, quia id non principaliter in fauorem piæ causæ inductum est, sed ex regula generali, † in ore duorum vel trium, & c. cum esses. de testa. Quod si beneficium principaliter in fauorem coniuncti inductum est, idem est, & extraneus admittatur, dum tamen coniuncto priuilegiati nullum fiat damnum. d. l. si post mortem. §. fin. ff. de bon. poss. contra tab. leg. filio præterito. ff. de iniust. rup. Hinc etiam sequitur vt in casu quo. §. dixi, fœminam existentibus masculis à statuto excluſam admitti aduersus extraneos institutos, prosit id etiam fratribus, vt simul cum ea ab intestato secundum ius commune admittatur, non vt eius partem diminuant, quia † priuilegio quod eius causa habent, contra eam vti nõ possint. l. amicissimos. in fi. ff. de excu. tuto. per Bar. in d. leg. fi. post mortem. Quod † si damnum fieret, vt quia pars alias soli coniuncto applicanda, communicaretur, secus esset, tunc extraneus non admitteretur. leg. fin. C. fam. ercis. leg. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. vnde dicunt doct. ex lege Theodosij transmissionem hæreditatis ascendentium in descendentes solos fieri, excluso extraneo cohærede. l. prima. vbi Fulg. & Corn. C. de iis, qui ante apert. tab. idem putandum extraneum non admitti, quando verba legis tale beneficium taxatiuè respectu coniuncti solum concederent, vt in casu nostro mox dicemus, non enim tunc personæ cohæret, sed & quoties beneficium personæ, & causæ cohæret nunquam ad extraneum trahitur. vnde † si filius familias ad pias causas testatur valebit quidem respectu piæ causæ testamentum. c. licet. §. fin. de sepul. in vj. respectu verò aliorum non valebit. Bal. Pau. Sali. Alexan. in leg. fenium. C. qui testa. fac. nec ratio accreſcit piæ causæ, sed

BIU Cujas

his qui ab intestato succederent leg. mulieri. de cond. & demonst. l. d. §. ex imperfecto. Et ex suprascriptione distinctum apparet, quod gloss. in d. leg. iij. C. de inoffi. testa. nihil obstat nostræ conclusioni, quia ibi beneficium non erat principaliter inductum in fauorem coniuncti, quod secus est in casu nostro. item non obstat tex. in d. leg. si postumortem. §. fi. & d. l. filio præterito. quia in casu nostro verba statuti tollunt difficultatem, quo expresse dicitur excludi fœminas, quoad masculos tantum, ne possint masculi inquietari, vnde ex verbis legis apparet id actum, ne tale beneficium communicetur extraneis. argu. leg. nisi. ff. de pact. & sic etiam cessat doctrina Bartol. in leg. j. §. si pater in potestate. versi. ex hoc concludo. ff. de contiung. cum eman. lib. Est verum, quod ista distinctio proprie non loquitur in terminis nostris, quia procedit inter heredem coniunctum, & extraneum hæredem, sed quæstio nostra est inter hæredem, & legatarium verum, quia legatarius in hoc casu, quoad legitimam attinet, potest conueniri, sicut alius si esset hæres. vt §. dixi. meritò videtur valere argumentum à simili in hoc casu, vt argumentatur Bart. in leg. si stipulatus fuerim illud, aut illud. de verb. ob. versic. item. ideò transit ad hæredem. Non obst. rursus, quia si dicamus quod legatarij conueniri possint, tenebitur hæres. de cuict. leg. si domus. §. j. de leg. primo. per doctan d. leg. in iiij. & consequenter propter regressum in effectu hæres iste masculus molestaretur, quod est contra mentem statuti, & regulam. leg. final. in fin. C. de vsur. rei iudic. vbi † beneficium personale reo concessum etiam fideiussori prodest ne habeat regressum, beneficium remaneat inutile. facit. leg. quod dictum. ff. de pact. sed ad istud argumentu respondendum est, quod exemplum de reo, & fideiussore est satis dissimile † quæstioni nostræ, quæ in hærede, & legatario procedit: in reo verò, & fideiussore aliter solet distingui, aut enim reo concessa est exceptio peremptoria, & prodest etiam fideiussori, nisi aliud expresse actum sit. leg. hæredi. §. fi. ff. de pact. aut est dilatoria cohæredis personæ: non prodest fideiussori, vt in quæstione de cruce signatis, dicit Bartol. in leg. cum filius sa. §. j. de ver. obli. Cin. in l. quoties. C. de precib. impe. offeren. idem si mo deretur duntaxat executionem. leg. & si fideiussor. ff. de re iud. leg. exceptiones. ij. ff. de except. nisi compareat ipse reus pro suo interesse, & alleget tale beneficium. leg. idemque. §. generaliter. ff. mand. & habetur in leg. verum. ff. pro soc. per Bald. in leg. tam, mandatori. C. de non nu. pec. sed ista (vt dixi) procedunt in fideiussore, qui non dicitur causam habere à reo, nostra quæstio est in legatario, qui causam habet principalem quidem à testatore, sed tamen etiam ab hærede. le. Pomponius. §. sed & legatario. ff. de acqui. possess. leg. huiusmodi. §. ædes. secundum intellectum Pet. & Cin. le. legatum est. in fi. de lega. primo. & sentit Bartol. in d. leg. si stipulatus fuerim illud. vbi concludit quod † beneficium cohærens personæ, quale est facultas eligendi, quamuis possit etiam in legatarium à testatore transferri. leg. si sic. §. fin. vbi Iacb. & Albe. ff. de leg. primo. tamen censebitur à testatore prius in hæredem translatum, & ex persona hæredis in legatarium. vnde apparet huiusmodi iura cohærentia personæ ex hærede in legatarium transire, & ideo videtur quod legtarius possit se tueri exceptione, quæ competisset hæredi auctori suo, quia regulare est, † vt quilibet singularis successor possit iure auctoris sui, & personali se defendere. leg. si tibi. §. pactum. ff. de pact. l. etiam si in rem. ff. de iur. iur. vbi doct. per Bar. in leg. si tertius. si quis prius. ff. de aq. plu. arce. Can. c. quia G. de iudi. sed ad ista omnia respondetur vno verbo, quod omnis difficultas tollitur ex verbis statuti, quæ hoc beneficium soli hæredi masculo concedunt, & ideò videtur quoslibet extraneos excludere, ne possint eo vti, vt suprà dictum est. Et si in casu nostro posset dari regressus legatarijs contra istum hæredem, procederent iudicio meo suprascriptæ oppositiones. Sed cùm hæres non habeat, nisi quantum satis est legi falcidiæ, ideo damnum nullum sentiat, verificantur verba statuti prohibetis masculos inquietari, &c. dict. leg. quod dictum. ff. de pact. Nec obstat, quod imò isto modo fieret damnum huic hæredi masculo, quia † in cõputatione hæreditatis prius deducenda est legitima. leg. si patronus. de dona. leg. Titia, vbi not. ad leg. falcid. quæ facit, vt tanto minor censeatur hæreditas, & consequenter etiam eius quarta, quæ ad hæredem ex leg. Falcid. pertinet. Respondeo quod propter verba statuti respectu hæredis fiet computatio ac si quarta ex lege Falcidia de tota hæreditate non deducta legitima deberetur, respectu verò legatariorum secus, non tamen quod relaxabitur hæredi, onerabit portationem legatariorum, sed perinde interpretabimur, ac si hæres respectu partis suæ soluisset, & legatarij ad supplementum teneantur condictione ex lege secundum authen. presbyteros. C. de episco. & cler. vbi Bal. dicit talem contradictionem esse in rem scriptam, quia datur etiam contra successores non vniuersales. Barto. verò & Pau. Cast. d. leg. in quartam. in fi. simpliciter dicunt esse actionem in rem. Et ita ego sentio, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. IIII. SVMMÆ.

1 *Soror excluſa per teſtamentum paternum, remanet perpetuò excluſa.*
2 *Durante cauſa teſtati, non defertur ſucceſſio ab inteſtato.*
3 *Statutum intelligendum eſt ſecundum cauſam proximam, non autem remotam.*
4 *Poſtpoſitio eſt excluſio ad tempus.*
5 *Excluſio eſt perpetua.*
6 *Dictio vt ſupra quid ſignificet.*
7 *Statuta debent intelligi, ne contineant abſurdum.*

IN cauſa hæreditatis do. I. Baptiſt. dico eam integrè pertinuiſſe ad Catharinam eius filiam, excluſa Anna ſorore, & de iure communi res eſt clariſſima, quia cum † ſoror ſit excluſa per teſtamentum paternum, remanet & perpetuò excluſa, per regulam. leg. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. & not. in cap. primo. §. primo. epiſco. vel abb. feu. & per Bal. in auth. ſed & ſi quis. C. de ſecun. nup. & Alexan. in conſi. xxix. lib. j. ſed difficultatem facit ſtatutum noſtrum incipiens, & contingat, & c. per quod fœmina ſemel excluſa iterum admittetur. Verum tamen puto ſtatutum non procedere, niſi quando filia eſt excluſa per ipſum ſtatutum ab inteſtato, non autem in caſu noſtro, in quo iſta ſoror fuit excluſa per teſtamentum paternũ. Pro iſta opinione primo ponde-

mo pondero rubricam statuti. *De muliere exclusa per masculum, &c.* quæ verba propriè procedunt ab intestato: quia, condito testamento, mulier non dicitur excluſa per masculum, sed per testamentum, quia tunc, aut vult succedere ab intestato, & non
2 potest, quia † durante causa testati, non defertur successio ab intestato. l. prima. ff. si quis omiss. cau. testam. aut venire vult ex testamento, & ex eo non potest, quia non vocata, sequitur ergo, quòd sit excluſa per testamentum immediate, vnde causa proxima exclusionis est testamentum, licet remo-
3 ta sit masculus, † debemus autem intelligere statutum respectu causæ proximæ. l. qui liberis. §. j. ff. de vulg. & quod not. Bald. in cap. primo. §. illud. de prohi. feud. ali. per Fed. Secundò, pondero statutum, dum dicit, si contingat masculum præfatum fœminæ, &c. quæ verba propriè verificantur ab intestato, nam condito testamento, masculus non dicitur prælatus fœminæ, & consequenter fœmina postposita, sed penitus excluſa, & magna est differentia an quis dicatur postpositus, an
4 excluſus, quia † postpositio est exclusio ad tem-
5 pus, † exclusio est perpetua, vt probatur in l. prima. §. sed si sine. ff. ad Tertul. & declarat Rapha. Com. in l. filiusfam. §. cum quis rogatus erit. in fin. ff. de lega. primo. Tertiò, pondero statutum in
6 dictione, † vt suprà, quæ dictio intelligitur, secundum qualitates superiùs dictas, vt per Are. consilio lxvij. & in variis locis. sed supra statutum non excludit fœminam, condito testamento, imo potest pater illi quicquid vult relinquere etiam plus quàm masculo, sed statutum præferendo masculum censetur habuisse respectum duorum remediorum, videlicet, in querela & in petitione supplementi legitimæ, solum enim hæc remedia possunt excogitari, quæ competunt tali casu, quæ remedia existente masculo, aufert ei: ergo eatenus hæ fœminæ hic censentur admissæ quatenus suprà erant excluſæ, non ergo poterunt petere totam hæreditatem, sed tantummodò supplementum legitimæ, quia lex limitat suum beneficium, non autem alienum, glo. in verb. licet. anterioris sint in l. assiduis. C. qui pot. in pign. & in ea. ex literis. in glo. super verbo. fauor. extra, de pign. & quod istud sit verum apparet euidenter, ponè, quòd pater relinquat filio legitimam tantum: filio verò totum dodrantem, certè potest hoc facere condito testamento, Non est ergo verum, quod statutum eam excludat, condito testamento, & sic sequitur quod à statuto solum excludatur respectu querelæ & conditionis, ex l. omnimodò. C. de inoffici. testam. Reliquum sit in mera facultate testatoris. Quartò, pondero istam dictionem ab intestato ex qua probatur, quòd si masculus facit testamentum est in eius libertate excludere sororem, & vocare filiam suam in totum: quòd si ipsi filio licitum est, multò magis patri fuit concedendum, in propria enim substantia maior libertas concedenda fuit patri, qui liberè potest de bonis suis disponere, quàm filio, ad quem hæreditas peruenisset affecta ipe, & onere illo filiæ, rursus admittendę ex forma sta-
7 tuti. Quintò † statuta debent intelligi ne contineant absurdum. l. nam absurdum. ff. de bonis lib. & habetur in ca. erit autem lex. iiij. dist. sed absurdum esset, quòd pater instituendo extraneum posset hæreditatem suam excepta legitima illi relinquere, sine onere restituendi filiæ, & instituendo proprium filium hoc non posset. Sextò, pondero verbum, sine fratribus, ex quo sequetur aliud inconueniens, si statutum intelligeretur, condito testamento; pone pater habens duos filios masculos, eorum alterum instituereret in legitima tantùm, alterum in reliquo, si iste secundus decederet filia relicta, frater in nullo succederet, quia verba statuti eum non vocant. & tamen in in eodem casu, si quis haberet masculum, & fœminam, fœmina rursus vocaretur, quod est absurdum: quia sic melioris esset conditionis fœmina, quàm masculus, quod est contra mentem statuentium. Nec dicatur, quòd pater non posset facere talem institutionem inter masculos per statutum ascendens, &c. quia in multis casibus limitatur tale statutum, præsertim, quando filij ratificant institutionem à patre factam, quæ ratificatio non deberet trahi ad talem casum. Nec obstat, quòd pater testando videtur retuliſſe. dispositionem suam secundum causam intestati, & sic tacitè vocasse filiam in casum masculi sine prole masculą decedentis. l. hæredes. §. cùm ita. vbi Barto. ff. ad Trebel. Quia respondeo, quòd ex testamento patris constat contrarium, qui si voluisset imitari successiones ab intestato, frustrà fuisset testatus, & hoc maximè per fideicommissum in eius testamęta insertum, in quo dixit quod si Ioan. Baptista decederet sine filijs, quod Anna succederet, vnde licet filia Ioan. Baptistæ, non dicatur per fideicommissum substituta, ex quo posita in conditione, iuxta l. Lucius. ff. de hæred. instit. tamen dicitur tacitè ab intestato vocata, vt ibi dicunt omnes: apparet ergò mens testatoris volentis tacitè Annam istam de Bosijs excludi à filia Ioannis Baptistæ, & istud non habet difficultatem. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

A B C D E F G

CONSIL. V. SVMMÆ.

1 *In successione de iure communi sublata est differentia agnationis, & congnationis.*
2 *Dictio ad hoc stat restrictiuè, seu modaliter.*
3 *Arg. de re ad personas, valet in iure.*
4 *Difficilius fit extensio de persona ad personam, quàm de re ad rem.*
5 *Longinquiores in gradu censentur minus dilecti.*
6 *Ratio fauores agnatorum, siue tacita, siue expressa, à statuto restringitur in personis in statuto nominatis.*
7 *Casus magis dubius rationabiliter exprimi debet.*
8 *In correctorijs & statutis licita est extensio ex identitate rationis, quando ratio est expressa.*
9 *Dictio proximiores in statuto quid.*
10 *In statutis semper vitanda est absurditas.*

REquisitus de subscriptione, vt paucis sententiam meam explicarem, non potui id denegare auditori, & discipulo meo, maximè pro veritate id petenti. Et videtur mihi Dominicum amitinum præferendum esse Ioan. Ant. filio consanguinei Bonacquisti testatoris: quia proximior est in gradu, cum Dominicus sit in quarto. Ioan. Anto. in quinto gradu. Verba autem testatoris, vocantis ad fideicommissum proximiores gradatim, & de † iure communi res nullam habent difficultatem, cum sublata sit differentia agnationis. auth. post fratres. ij. C. de legi. hæred. Non obst. statutū Tridentinum, qa testator vocando proximiores gradatim, intelligitur derogasse statuto, quod præferret remotiores agnatos proximioribus cognatis, quia quicquid dicat statutum, non est recedendum a verbis testatoris, qua-

proximiores vocauit, non autem remotiores, quã-
is ex forma statuti præferantur proximioribus,
& licet in dispositione legis sit aliqua dubitatio,
tamen in dispositione hominis, seu in verbis fidei-
commissi hoc est certum, prout tenent Bald. Ra-
pha. Florin. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de
legat. & fideicommiss. secundò & sæpè consuluit
Alexand. & alij relati per Dec. consil. primo, quæ
sententia, est magis communis, vt attestatur Curt.
Inn. in ij. C. de success. edict. & ego arbitror id ve-
rissimum in casu nostro, in quo agitur de succes-
sione transuersali, in qua filius non succedit ex
persona patris, vnde cessant hoc casu rationes con
tradicentium, de quibus per Socin. conf. xxxvij. in
ij. volum. & Corn. xxiiij. cum sim. Et maximè in
nostro, hoc dicendum est, quia statutum respectu
descendentium sororis non vocat agnatos, tanquã
proximiores, sed potiùs etiam si remotiores, vnde
verba statuti nullo modo congruunt cum verbis
testatoris, meritò non possunt mutuam declara-
tionem accipere, secundum Bald. l. prima. §. exci-
piantur. in fin. ff. de ser. & no. Bart. l. Caius. penul.
quæst. ff. solut. matr. & in l. si dotem. C. de iur. dot.
Alexand. l. si prior. ff. solut. matrim. & dixi lib. j. de
verb. signific. versicu. secunda sectio. vbi declara-
ui doctrinam Bartol. in l. hæres mei. §. cùm ita ad
Trebel. & istud solùm sufficit pro victoria Domi-
nicæ. Præterea dictum statutum nullo modo obstat,
quia loquitur de eo, qui moriẽs relinquit fratrem,
& sororem, & præfert descendentes ex fratre, &c.
quod non contingit in casu nostro. Et licet subij-
ciat, ad hoc, vt parentela ex parte masculina va-
leat, meliùs cum honore stare, &c. tamen ista ra-
tio est limitata, & restricta ad personas suprà ex-
pressas, quia dictio illa, † ad hoc, vt, &c. stat restri-
ctiuè, seu modaliter secundum supradicta, vt est
tex. vbi Bart. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de
condit. & demonst. quod etiam ex verbis statuti
apparet, quibus non omnino excluditur descen-
dens sororis, quamuis non sit de parentela, sed so-
lùm pro parte. Sicut ergo illa ratio non ampliat
statutum, vltra partem dimidiam præcisè in eo
determinatam, ita nec ampliare debet vltra † per
sonas. l. miles. ita in prin. de testament. mili. Maxi-
me cùm † difficilius fiat extensio de persona ad
personam, quàm de re ad rem. l. Titius. in prin. de
liber. & posthum. l. si ita quis. §. penult. de testa-
ment. cur. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fin.
ff. de verb. obligat. & notat Aretin. in l. Gallus. §. &
quid si tantùm. & §. quid si is. ff. de liber. & posthu.
& facit l. fin. §. Seio. ff. de leg. ij. & quod nota. Bald.
in l. fin. C. de hæred. instit. opp. xvj. Felin. cap. su-
per literis. de rescr. quæ conclusio procedit etiam
in statutis, vnde lata lege, vt Titius censeatur esse
ex patricijs, non fiet extensio ad eius filios, secun-
dum Alber. post veteres, in dict. §. Chrysogonus.
nec fiet extensio ad personas. capitul. penultim. &
cap. fin. de offic. delegat. Et certè durum, & ira-
tionabile videtur, quòd statutum istud loquens
de descendentibus fratris extendatur ad descen-
dentes consanguinei, qui non est in adeò propin-
quo gradu defuncti, & à † quo minus censetur di-
lectus: & sic in quo non est tanta ratio, vt etiam di-
xerunt doctores in l. prima. C. de successor. edict. Ias.
consil. vigesimo quarto, & cov. quia ratio † fauoris
agnatorum, siue tacita, siue expressa, à statuto re-
stringitur in personis in statuto nominatis, secu-
dum Decium ibi allegat. Bald. in l. sed & milites.
ff. de excusat. &. & concludit statutum non exten-
di per talem rationem, vt etiam tenuit Bartol. l. li-
berorum. de verbor. signific. cum multis concor-
dant. vt ibi per eum, & Alexand. consil. lxxx. in j.
xcvij. in secundo. Aretin. xxvij. Socin. iij. Quæ in-
terpretatio in casu nostro est certior, quia nisi re-
stringeremus dictam rationem ad personas ex-
pressas, sequeretur, quòd statutum absurdè dispo-
suisset, nominando in specie descendentes fratris
omittendo casum dubitabiliorem in descenden-
tibus consanguinei, cùm † tamen rationabiliter
debuerit exprimi casus magis dubius. l. quod La-
beo. de Carbon. edicto. Meritò ergo non fiet talis
extensio, ne incidamus in tale absurdum. Non ob-
stat igitur argumentum illud vulgare, quod † in cor
rectoriis, & statutis licita sit extensio ex identitate
rationis, quãdo ratio est expressa, &c. respondeo,
ex suprascriptis apparet satis responsum esse. Pri-
mò, quia posito, quod hoc verum sit, verba fideico
missi non vocant remotiores, de quibus in statu-
to, sed proximiores, & ideò frustrà allegatur statu-
tum, & dictio, proximiores † refertur ad terminos
iuris. Alexand. consil. clxj. in vij. Secundò, quod
hoc non procedit, quando statutum limitatè lo-
queretur respectu rei, sicut non extenderetur ad a-
liam rem, ita, nec ad aliam personam, quàm com-
prehensam in statuto. Tertiò, quod non procedit, quando casus expressus haberet minus dubiũ,
si fieret extensio, ne videantur statuentes absurdè
concepisse verba, † cùm semper vitanda sit absur-
ditas. l. cum patrem. vbi Bald. C. de condi. insert.
per Bald. in l. conuenticula. C. de episcop. & cler.
Alexand. l. sed si hac. §. libertas. ff. de ius vocan. &
not. in l. si absurdum. ff. de bo. libe. & ex iis transeo
in sententiam suprascriptorum dominorum aduo
catorum, concludendo malè iudicatum, & benè
appellatum fuisse. Et hæc omnia saluo semper sa-
niore iudicio.

CONSIL. VI. SVMMÆ.

1 *Auth. defuncto. C. ad Tertyll. sensus verior.*
2 *Pater Matre, agnatisq; potior.*
3 *Propter quod vnum quodq; tale, & illud magis.*
4 *In statutis quod sensus absurdus, non est recipiendus.*
5 *Bona quæ fuerunt auunculi non possunt dici materna.*
6 *Ius communis potest distingui per aliud ius commune.*
7 *Statutum non potest distingui, quia factum ad correctionem iuris communis, vnde secundum illud distingui non potest.*

PErplexus prima fronte casus præsens uidetur. Et pro matre facit, quia pater excludit agnatos, ipsa ve ro excludit patrem cum bona, de quibus agitur, peruenerint ex linea ipsius, id est, ab auunculo filiæ de-functæ, de cuius hæreditate tractatur per l. quod scitis. §. primo. C. de bon. quæ libe. & quæ habentur in l. de emancipatio. §. exceptis. C. de lega. hæred. & ita tenet Bartol. in l. post dotem. quæstio. vltima. ff. soluto matrimo. vbi Ias. allegat concord. & attestatur de communi opinione, & adducit e-tiam rationem, quia authen. defuncto. † C. ad Ter-tyl. debet distingui, & intelligi, secundum leges veteres, vt non procedat in bonis, quæ prouene-rint ex linea materna, secundum gloss. in l. scien-dum. in princip. ff. qui satisd. cog. vbi idem Ias. mul ta aggregat. Pro agnatis facit, quia secundum su-prascriptam opinionem mater excludit patrem. Ipsi autem in forma statuti præferuntur matri, se-

BIU Cujas

cundùm Paul. de Castr. in l. illam. C. de collat. in secundo. concord. quam ibi Dec. sequitur, & idem tenuit Petrus. de Ancharan. consilio trecentesimo trigesimo sexto, si ab agnato. Corn. consilio centesimo octuagesimo, in hac consult. & centesimo octuagesimo octauo, in secundo. & respondent ad text. in lege secunda. §. filio agnatus. ad Tertyl. qui videtur facere in contrarium, vt per eos. Sed ego habeo pro certo, & indubitato, quòd imò hoc casu pater admittatur, propter verba statuti, & etiam eius rationem. si quidem dicit statutum, quòd decedente filio mater non succedat existentibus masculis de domo, vel casali defuncti vsque ad quartum gradum. Sed sic est, quod ista verba verificantur in patre, ergo mater erit excluſa, similiter & agnati, quia pater est proximior in gradu. probatur hæc conclusio per text. in l. filius. ff. de suis, & legitim. gloss. l. fin. verb. sui. de grad. vbi apparet quod est in primo gradu agnationis filio suo, & dicit esse de casali, seu domo defuncti filij, vt per Bartol. & alios. in leg. fin. C. de verborum significat. & probatur hæc sententia etiam ex verbis Rubricæ, ibi, *Extantibus aliquibus de casali patris.* ergo multo magis, extante patre, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis leg. maritus. vbi Iason. C. de procur. & habetur in l. Gallus. §. nunc de legat. ff. de liberis & posthumis. l. si viua. C. de bon. matr. nam non potest negari, quin pater ipse sit de casali suo, ergo verificantur etiam verba rubricæ, per ea, quæ notant doctor. in rubri. ff. si certum petatur. Confirmatur hoc etiam per rationem scriptam in statuto, pro conseruatione agnationis, & nomine casalis, & c. de qua per Bartol. in leg. liberorum. ff. de verborum signific. Curt. senior consilio octuagesimo in princip. Iason sexagesimo tertio, in tertio. cum similibus. Et cum pater sit proximior (vt dixi) apparet, quòd agnati illi non obstant. & certè tra-
4 heretur statutum ad sensum absurdum, si dicerimus, quod in successione filij, agnati remotiores excluderent patrem: qui intellectus non est accipiendus in statutis. capitul. erit autem lex. quarta distinct. Bald. l. ex facto. ff. de vulg. cum similibus. Nec etiam illi obstat mater. Primò, quia verior videtur illa opinio, quòd dict. authen. defuncto. non distinguatur, sed generaliter sit intelligenda, secundum quam consuluit Cornæus consilio nonagesimo quarto, in primo. cum sequent. & consil. quadragesimo septimo. literæ I. eodem volumine. & consilio septimo in tertio volumine. & ducentesimo octuagesimo sexto, in primo. & in dict. l. quod scitis. C. de bon. quæ lib. vbi ostenditur quod dict. l. non probat intentionem Bartol. tamen quia cum Bartol. ibi transit Ludouicus Roman. Bald. Nouel. Iason, Claud. durum est contra stimulum calcitrare. Sed bene dico, quod Bartol. debet intelligi in casu suo, in dote data à patre, vt pater illi succedat, non si data sit à fratre patris, quo casu non esset profectitia, sed aduentitia, nisi tanquam procurator patris dedisset, secundùm Paul. de Castr. consilio nonagesimo sexto. si dicta. in secundo. & text. in dict. leg. de emancipatis. versicul. exceptis, solum loquitur in maternis bonis,
5 quæ verò fuerunt auunculi, non possunt dici materna, vt inquit Bologn. consilio sexagesimo nono. Mathe. in tract. de succell. ab intest. in tertio ampl. principi. versicul. secundò. dubitari. Castr. tamen sentit contrarium in authent. post fratres. C. de legat. hæredit. & Alexand. centesimo sexagesimo octauo. & istud sentit Bald. Nouell. in

tract. dot. & rectè fuit allegatum per clarissimum aduocatum dominum Sigismundum Angelotum, vt vidi alias consultum, secundùm hanc opin. per dict. Andræam de Poma seu Rasignan. Sed quicquid sit, nos sumus in casu clariore, vt mox dicam. Secundò, respondeo quod vtcumque tollam omnem difficultatem, quæ (vt dixi) vocant ipsum patrem excluſa matre, præterquam ab vsufr. & hoc casu cessat ratio Ludouici Romani, Iasonis, & aliorum, quia licet authen. defuncto. & † in ius commune possit distingui per aliud ius commune per gloss. in dict. l. sciendum. tamen † statutum non potest distingui, apparet enim manifestè factum esse ad correctionem iuris communis. vbi de secundum illud distingui non potest Bald. in nouis. C. de adulter. l. primo. §. primo. ff. de feriis. per Iaso. in l. omnes populi. in fin. de iust. & iur. & licet Paul. de Castr. aliter sentire videatur in authen. itaque. C. de succeſſ. tamen non loquitur, quando ratio erat expressa in statuto, prout in casu nostro. Tertiò respondeo, quod dicit Bartol. potest procedere, quando mater non habet filium, à quo excludatur, præterquam patrem, sed in casu nostro adsunt agnati, qui eam excludunt, quorum deinde pater ipse vincit, per text. in l. æquissimum. ff. ad Tertyl. secundum declarationem, quam alias dedi in hac materia, in libro sexto Paradoxor. cap. j. & per Paul. de Castr. & Decium in dict. l. illam. & per Ancharan. & consilio sexxxvj. cum concord. infrà allegatis pro agnatis. Secundò tamen responsio est secundum, vt quam iudicio meo tollit omnem difficultatem. Et hæc omnia salua semper saniore iudicio.

CONSIL. VII. SVMMÆ:

1 *Donatio dicitur quæ à patre habuit legatum dotis in testamento.*
2 *Sublata radice, intelliguntur sublati vndi.*
3 *Filia & si in re modica dotata sit, sufficit vt concludatur à successione, cùm superstet ei actio vt congruè dotetur.*

STatuti verba sunt, *Filia dotata aliquatenus, cum fratre non potest venire ad successionem cum fratribus, vel descendentibus fratrum masculis, &c.* Si domina Sauieta viueret non admitteretur ad successionem fratris: quia dicitur † dotata, quod parte habuit legatum dotis in testamento, secundum Bartol. in l. Titio centum. §. centum genero. de condit. & demonst. ergo non posset admitti cum descendentibus fratrum masculis, & sic cum do. Ioan. Ang. & fratribus, & si excluderetur Sauieta, si viueret eadem modo, & multò magis eius descendentes, quia † sublata radice, sublati intelliguntur etiam viua matre. C. de bonis mater. Nec obstat, quod illud statutum intelligitur per aliquos quod non veniat ad successionem dotantium, secundùm doctor. l. j. C. de legat. hæred. Alexand. consil. cli. cum similibus. quia etiam istud habet in se magnam difficultatem per ea, quæ notat Bald. consilio xxxix. in filij. & Franc. Curtium. consil. lxv. per totum. Fulgos. consil. xxxv. inter consilia Cur. Sen. cum similibus. Et posset, quod ita sit, tamen in casu nostro censentur etiam iste Thomas dotasse, ad quem tanquam vtrinque coniunctum magis principaliter pertinebat, secundùm Ancharan. consilio clxvij. Maximè cùm vtra dotem à patre relictam, etiam Dō. Thomas dotauerit, & ipsa confessa, se fuit ab eo honorificè dotatam, & si vel in re † mo-

dicat ab eo dotata sit, sufficit vt excludatur à succes- A
sione, secundum Bald. in cap. si proponente. extra,
de rescrip. cũ superſit ei actio, vt congruè dotetur,
& satis dicitur dotata, à patre per legatum in te-
stamento, à fratre per actualem donationem bo-
norum, secundum communem vsum loquendi,
quòd satis est in hac materia, secundum Bar. in d.
§. Titio. Ripam in rub. sol. mat. Et ita de
iure censeo.

CONS. VIII. SVMMA.

B

1 Præcedentia declarant subsequentia.
2 Vna pars coniunctæ aliam declarat.
3 Dicta in vno capitulo declarant ea, quæ in alio dicuntur.
4 Qualitas adiecta primo, quoties potest cadere vniformiter in secundo, semper censetur repetita.
5 Conditio si decesserit sine filiis masculis, vel nepotibus, intelligitur scilicet, masculis.
6 Exclusa radice etiam rami excluduntur.
7 Semper in dubio iudicandum est pro eo, qui est scriptus in testamento propter expressam mentem testatoris.
8 Fideicommissum est onus.
9 In dubio pronuntiandum est bona non subesse fideicommisso, & interpretatio fit vt bona sint libera.
10 Fideicommissi si ademptio est fauorabilis, quia datio est odiosa.
11 In legatis & fideicommissis quod minimum est sequimur.
12 In fideicommissis onus filijs iniunctum ad nepotes non pertinet.
13 Pactum obuentionis hæreditatis certo casu deferendo non D valet.
14 Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, ex quadam dispensatione concessum est, & quare.
15 Quoties verba contractus non obligationem præsentem respiciunt, sed futuram post mortem bonorum obuentionem, actus est nullus.
16 Iusiurandum non supplet iuris publici defectum.
17 Pacto non potest quis successionem, quamuis particularis rei deferre.
18 Transactio inter fratres vt in paterna domo soli masculi succedant, non valet, & quare. E
19 Prohibitio alienãdi vltra quartũ gradum, nõ porrigitur.
20 Infinitas facilius in pactis reprobatur, quam in testamẽtis.
21 Impossibilitas iuris æquiparatur impossibilitati facti.
22 Dictio masculis numeri singularis non potest censeri repetita ad dictionem descendentes numeri pluralis, quia ratio recti sermonis hoc non patitur.
23 Nunquam fit relatio repugnante ratione recti sermonis.
24 In contractibus qualitas etiam in eadem oratione non F censetur repetita.
25 Dies conditioni adiecta, quæ in facta tertij constat repetita, non censetur etiam in eadem clausula.
26 Verba latius accipiunt in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus.
27 Repetitio non potest fieri repugnante ratione recti sermonis.
28 In vltimis voluntatibus non fit repetitio ad aliam personam, quamuis vna verborum conceptione coniunctam.
29 De casu ad casum permittitur extensio, non autem de per G sona ad personam.
30 L. si necessarias. §. in annua. ff. de pig. act. declar.
31 Qualitas institutionis nõ censetur repetita in substitutione.
32 Repetitionis natura.
33 Exorbitantia strictè intelliguntur.
34 Repetitio à primo non fit ad secundum, quoties diuersa ratio est inter vtrunque casum.
35 Verbum contineri quid.
36 Dictio masculis, nisi ex causis repetita non est.
37 Primogenitura vis.
38 Filij non sunt de agnatione matris.
39 Feudum quod habuit initium à fœminis, transit etiam per lineam fœmininam.
40 Regulariter in contractibus masculinum non comprehendit fœmininum.
41 In contractibus facienda est interpretatio contra eum, qui ex eis innititur.
42 Non potest pater stipulari feuda, vel emphyteosim nepotibus ex fœminis, quia non sunt in potestate sua, sed patris.
43 Filius primogeniti patrum excludit.
44 Natura successionis feudi est vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui est proximior ipsi decedenti, non ad eum, qui est proximior primo inuestito.
45 Secundogenitus & eius liberi semel à fratre exclusi, censentur etiam ab eius descendentibus perpetuò excluſi.
46 In contractibus quilibet primogenitus videtur stipulatus prius suis primogenitis & descendentibus.



Erba pacti, de quo agitur, sunt, *Filius masculus primus, & descendentes ex eo, de maiori in maiorem succedant in bonis, &c.* Quæritur nunquid Baro de Laguna institutus à domino Philippo, eius auunculo sit admittẽdus, an Vicecomes do. Ebul, qui descendit à Petro secundogenito? Et pro dicto Vicecomite facit, quia Baro descendit à primogenito, mediante Ioanna matre sua, quæ videtur excludi ex verbis, pacti quibus dicitur quod filius masculus primus, & descẽdentes, &c. intelligendum enim videtur descendentes, scilicet, masculi, vt qualitas illa censeatur repetita. leg. Seiæ. §. Caio. de fund. inst. l. Titius. C. de ope. lib. & quia † præcedentia declarant subsequentia. 1 l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. & quia † vna pars 2 coniunctæ aliam declarat, sicut etiam dicimus de disiuncta. leg. j. ff. de reb. dub. & dicta in † vno capi- 3 tulo declarant ea, quæ in alio dicuntur. l. vtrum. in princ. ff. de pet. hæred. leg. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad leg. Aquil. & pro hoc videtur doctrina Bartoli in d. leg. Seiæ. §. Caio. vbi concludit, quod † qualitas adiecta primo, quoties potest ca- 4 dere vniformiter in secundo, semper censetur repetita. arg. d. §. Caio. & l. in repetendis. sequit Aretin. consi. j. versic. hoc promisso. Feli. cap. ij. versic. fallit quinto de rescript. & ita etiam tenuit Card. consi. lxj. & consuluit Raph. Comen. consi. cxvij. vbi † conditio, si decesserit sine filis masculis, vel 5 nepotibus intelligitur, scilicet, masculis: ergo idem in casu nostro, & in terminis nostris, hoc etiam tenuit Guid. Pap. quæstio. ccccl xxxv. incip. si in aliqua. quẽ refert & sequitur Dec. consi. cclxx. & ccccl xxx. & pro hac parte, etiam faciunt, quæ not. Bartol. in l. fina. ff. ad Trebell. in l. Lucius. ff. de vulg. Abb. consi. xxxvj. in primo. Raphae. Comen. consi. cxvij. Andr. Sicul. consi. lij. inter consilia Alex. Franc. Curt. Sen. consi. xlv. & consi clvj. Dec. ccccxxv. Curti. iunior, consi. ix. Corn. cj. in quarto cum simil. cùm ergo vigore pacti admittantur dunt axat descendentes masculi, consequens est vt Baro, qui per Ioannam matrem descendit, excludatur, vt sicut mater ipsa non admitteretur, ita nec ipse: † qa excluſa radice, etiã rami excludantur. 6 l. si viua matre. versic. nam licet. C. de bon. mat. per Paul. de Castr. & Ias. in leg. maritus. C. de procura. Alexand. Ias. & cæteros, in l. Gallus. §. nunc. de lege. ff. de liber. & posthum. & facit text. in cap. vnico. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poss. in vsib. feud. Grem. sing. xx. Alexand. consilio lvj. libro.

Et hæc sententia adiuuatur ex ratione ipsius pacti. nec enim verisimile est alia causa fuisse sic conuentum, quam vt conseruarentur facultates in perfectam masculorum, & agnatione ipsa: quæ ratio cessat, admisso Barone, qui est cognatus, & de alia familia, vt in simili consuluit Socin. consil. xl. inter consilia Curtij, Dec. consil. cccxcv. Iaf. cxlj. libro secundo. Confirmatur prædicta opinio ex verbis illis de maiori in maiorem, quæ secundum propriam significationem referuntur ad maiorem natu, seu seniorem: licet enim paciscentes filio primogenito prouiderint, tamen hanc distinctionem non faciunt in eius descendentibus, sed simpliciter vocant maiores natu, quo casu ambulatorium erit castrum semper in seniorem, & patruus secundogenitus, ætate maior excluderet filium primogeniti iuniorem, secundū Alexand. in consil. suo iij. in iiij. volu. & sensit ante eum Pet. de Anchar. consil. xcilj. refert, & sequitur Dec. consilio cccxliij. in fi. Meritò ergo in casu nostro, non videtur Baro posse ex eo adiuuari, quod per lineam primogenitam descenderit. Sed his tamen & similibus, quæ adduci possent, non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem, & in suprascriptis bonis admittendum esse prædictum Baronem de Laguna hæredem institutum à Philippo. † Semper enim in dub. iudicandum est pro eo, qui est scriptus in testamento propter expressam mentem testatoris, & non facile est credendum, subesse onus aliquod fideicommissi, quia † fideicommissum est vbi sil. cohæredi. §. cum filius. de vulg. † in dub. autem pronuntiamus non subesse. & sit interpretatio. vt bona sint libera. arg. l. vnum ex familia. §. si re. de leg. ij. l. Lucius. §. res hæredes. ff. ad Trebel. vbi Iacob. Din. Alberic. & alibi dicitur fideicommissi ademptionem fauorabilem † esse. quia datio est odiosa. l. fuerit, vbi Paul. Castr. & Socin. in v. non debebus dub. Hinc est, quod in legatis, & fideicommissis quod minimum est, sequimur. l. nummis. de leg. iij. l. apud Iulianum. §. scio ex facto. de legg. Ludo. Rom. in l. plures. de dam. infec. Dec. l. in testamentis. de reg. iur. Vnde † fideicommissis onus filiis iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundum Dec. consilio ccxviij. cū concord. sicut nec in prohibitione alienationis. gl. in verbo voluisse nos igitur. in auth. de test. fideicom. quamuis aliàs appellatione filiorum veniant nepotes. l. iusta interpretatione. ff. de verb. sig. est in fideicom. quæ inducuntur per viam testamentorum vel codicillorum multò magis; idem dicendum est in his, quæ per modum pacti, seu contractus inducuntur, in casu nostro. Fundata ergo est intentio Baronis ex testamento d. Philippi, à quo non est facile recedendum: & nisi apparerent rationes, & de eas rationes, prout non apparet, vt infrà videbimus, sed potius contrarium non posset dici Baronem excludi debere. Non obst. igitur in primis dicta conuentio in contractu matrimonij facta. Primò, quia dici posset huiusmodi conuentionem non valuisse: quia † pactum obuentionis hæreditatis, certo casu deferenda non valet. l. pactū quod dotali. l. licet per locum à Specciali. Cuio. pact. l. hæreditas. in fi. C. de pac. conuent. cuius ratio illa est ratio, quia † quod quis post mortem de patrimonio suo disponat speciali legis indulgentia, & ex quadam dispensatione concessum, est secundum glo. in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. & Canonistas extra. de testa. quia in id tempus dispositio procedit, quo res amplius sua non est. l. in tempus. ff. de hær. instit. l. quod ponit. C. de don. ante nupt. Sed tamen ex hoc indubitat. dummodò certa forma fieret, id est, via solennis testandi. l. iij. vbi glo. ff. de testa. aliter enim deferri nō potest successio, quia propter quoties verba contractus non obligationem præsentem respiciunt sed futuram post mortem bonorum obuentionem, qui in casu nostro actus est nullus, vt declarat Bar. in cōsi. ccxj. incip. promitto tibi, & tu mihi, refert, & sequitur Dec. in l. pactū. C. de collat. Cur. inn. in consil. xv. post tractatum feudalem Ang. cōsi. lxvj. Alex. consi. 68. in ij. vol. vide & quia, vt etiāsi iusiurandum accesserit, non tamen pactum confirmetur, quia † iusiurandum nō supplet iuris publici defectum. l. ius publicum. ff. de pac. per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ita tenent communiter doc. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. Rursus sequitur, vt id pactum non solum tunc non valeat, cum de vniuersa successione agitur, sed nec etiam cum de particulari; † pactō enim non potest quis successionem, quamuis particularis rei, deferre. l. si. ff. de suis, & leg. l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. Vnde † transactio inter fratres, vt in paterna domo, soli masculi succedant non valet: quia obuentio bonorum, quamuis particularium hoc casu inducere-tur, secundum Bar. in d. consi. ccxij. & in l. si. C. de pact. & Alexand. consi. xxviij. in iij. vol. Secundò, ex alio capite videtur dicta quæstio non nocere Baroni: quia non debet efficacia huius pacti transire in perpetuum, sed potius non valere, per l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. de com. diuid. prout eam declarat glo. in l. si quis in conscribendo. in fi. glos. magn. C. de pact. vbi dixi, in versi. tertius casus. Videmus enim l. prohibitionem alienandi vltra quartum gradum non porrigi. §. j. in auth. de restitut. fideicommiss. & loquitur ille tex. quando prohibitioni erat adiecta ratio adeò generalis, vt etiam fideicommissum simplex induceret: de quo in l. Rom. §. cohæredes. per Aretin. & Socin. ff. de verbo. oblig. Sicut ergo in testamentis istud onus, vltra quartum gradum reiicitur, multò fortius dicendum in suprascripto pacto: quia † infinitas facilius in pactis reprobatur, quā in testamētis: vt per Alex. in l. si non sorte. §. si centū. ff. de cōd. & dem. Nec aduersus suprascripta obstat statutum patriæ Aragonēsis, quo cauetur, quod iudices semper iudicet, ad charta, & secundū quod in ea continetur: quia videtur, quod tale statutum debeat intelligi, vt tamen non inducatur, ea quæ fiunt impossibilia de iure. l. quidam cum filium. ff. de verbo. obligat. gloss. super verb. non vitiari. l. j. de cond. institu. & habetur in l. generaliter. de verbo. oblig. quia † impossibilitas iuris æquiparantur impossibilitati facti, gloss. l. talis scriptura. in fin. vbi doctor. ff. de legat. j. l. si stipuler. de verbor. oblig. vbi Iason. Nec est verisimile ius tanta cum prouidentia à maioribus in dictum generalibus illis statuti verbis sublatum fuisse. l. si quando. in princip. C. de mossicior. testam. & quod no. Imo. & Senen. in leg. Centurio. vbi etiam Iaf. ff. de vulga. & pupillar. & Perus. in cap. si pater. de testam. in vj. vbi concludunt tali statuto, non videri datam esse potestatem testatori, vt directo post pupillarē ætatem substituat. Vnde videtur tale statutum tanō modo intelligendum, prout dicunt doctores, quando cautum est; vt statuta intelligantur ad literam, prout sonant, de quo per Bar. in l. omnes populi. in vltim. parte. de rustic. & iur. & dixi libro secundo, de verb. sig. Terriò etiā data validitate suprascripti pacti, tamen videtur adhuc concludendum pro ipso Baro-

so Barone, qui illa verba, *Filius masculus primus, & descendentes, etiam si habeant repetitionem*, & intelligantur descendentes masculi, tamen verificatur hoc in Barone, qui est descendens, & masculus l. j. C. de cond. in fer. leg. iubemus. §. pen. C. de Trebell. cap. j. de eo qui sibi, & suis hæred. in vsibus feud. tradit Bald. Fulg. Paul. de Castr. Corn. in d. l. j. C. de condit. insert. Raph. Fulg. cons. xcj. Guid. Pap. quæstio. ccccccxij. incip. prolatiori. & Soc. d. §. nunc de lege. versic. limita. in fin. & est verior opinio, vt infrà dicam. & per Corn. consilio ccxlvj. in secundo libro. Quarto, quia verba pacti non possunt adaptari Vicecomiti, dum dicunt *Quod de maiori in maiorem succedant*. cum Vicecomes non sit de eadem linea, sed de alia, scilicet, de linea secundogeniti, de qua pactum non loquitur, sed habet eam pro exclusa: & quidem perpetuò: vt infrà dicam respondendo ad contraria. Quintò, quia verior est opinio, quod in dicto pacto nulla fiat repetitio, sed descendentes simpliciter accipiatur, pro
22 ut simpliciter scriptum est: † dictio enim illa, masculus, numeri singularis non potest censeri repetita ad dictionem, descendentes, numeri pluralis, quia ratio recti sermonis, hoc non patitur. l. Plautius. ff. de au. & argen. leg. Vnde apparet ex vi verborum non posse fieri hanc repetitionem. leg. cùm pater. §. cùm imperfecta, de legat. secundò, prout etiam in simili dicit Oldr. ad consilio. clij. factum
23 tale est dominus Clemes † nunquam enim fit relatio repugnante ratione recti sermonis. leg. & qui data. §. j. ff. ex quibus caus. maior. Ias. in leg. talis. versi. iiij. ff. de legat. primo. Ex præsumpta verò mente contrahentium minus fieri potest: quia non subest probabilis coniectura voluntatis, vt quia aliàs sequens dispositio esset mutilis, vt declarat Bartol. in dicto. §. Caio, quòd non est in casu nostro, de quo per Alexan. consilio. lxvj. iij. volum. & consilio. xvij. in quinto. Socin. consilio. xx. in tertio volumine. Decius cxc. Corneus clvj. in quarto. Vnde dicunt communiter doctor. quod in illa substitutione. *Instituo filios meos masculos, & si decesserint sine filiis, &c.* non censetur repetitum masculis secundum Ioan. de Anan. consi. xx. Anchar. consil. cxx. Aleand. consilio. xxxviij. in sexto, volu. & consilio. xvij. in septimo. Ias. in l. qui filiabus. ff. de legatis primo. Ludou. Bologni. inter consilia Alexan. consilio. xlix. in quarto mouetur ratione, quia si testator in verbis conditionis fensisset de masculis, vtique hoc sciuisset exprimere. leg. vnica. §. sin autem ad deficientes. C. de caduc. toll. quę ratio etiam in casu nostro procedit, & idem etiam sentit Corneus consilio ccxxx. litera leg. in tertia. Ias. cxlij. in secundo. Curt. iunior, consilio. clxiij. Et istà procedunt in testamentis, vnde multò fortius, hoc dicendum est in pactionibus, seu contractibus, prout in casu nostro: in contractibus enim
24 regula est generalis, quod † qualitas etiam in eadem ratione, non censetur repetita, secundum Bar. & doc. in leg. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. per illum text. de verb. obl. qui tex. loquitur, vt non cesseatur facta repetitio respectu alienę personæ: prout in casu nostro: & facit tex. in l. hoc iure.
25 ff. de verb. obl. vbi † dies conditioni adiecta, quæ in facto tertij consistat repetita, non censetur ét in eade clausula. ad idem facit text. in leg. si necessarias. §. si annua. de pigno. act. & quod consuluit Alex. in casu fortiori, consilio cciij. in ij. Vide-
26 mus enim † verba latius accipi in vltimis voluntatibus, qui in contractibus, vt per multa ostendit Ias. in leg. veteribus. ff. de pact. & facit quod notat Bald. in lege cum acutissimi. ff. C. de fideicommiss. vbi dicit, quod d. l. non procedit in contractibus. Et hoc maximè est dicendum in casu nostro, in quo tractamus de dispositione odiosa, & exorbitante à regulis iuris secundum Bal. in leg. omnes pop. de iustit. & iur. Vnde in ea facienda est stricta interpretatio per gl. in d. l. tales. in fin. de leg. j. Bar. in l. prætor. §. eritque. ff. vi bon. rap. quod procedit etiam si prima & secunda persona ponantur in eadem oratione, secundum Socin. consilio. lxxxvj. in iiij. Dec. consi. dcxix. Confirmatur suprascripta, quia (vt dixi) talis qualitas non potest censeri repetita ex vi verborum, propter rationem recti sermonis: quia nomen singularis numeri, non concordat cū plurali. d. l. Plautius. & d. l. & qui. ex mente verò præsumpta non potest fieri hæc interpretatio, quia hoc non esset ad chartam, & secundum quod in ea continetur, prout dict. statutum suprascriptum, secundum Bar. in l. j. ff. de his, quæ in testa. dele. Anton. de Butrig. Felin. & cæteros in ca. translat. de const. Non obstant nunc allegata in contrarium, quibus adducunt multi casus, in quibus locus est tali repetitioni, quia producunt, & loquuntur in diuersis terminis, secundum distinctionem Barto. in dict. §. Chrysogonus. nec habent locum in casu nostro. Primò, quia † repetitio non 27
potest geri repugnante ratione recti sermonis, vt suprà dixi, dict. l. & qui data. §. j. & per Barto. in l. cùm in testamento. in fin. ff. de aur. & argen. leg. quod non est in casu Barto. in dict. l. Seiæ. §. Caio. & Rapha. Com. in d. consi. cxvij. vbi illa verba, si decesserit sine filiis masculis, vel nepotibus, intelliguntur masculis, quia cōcordant in casu, & in numero, & regunt ambo à verbo, decesserit. Secundò, quia contraria non procedunt in contractibus, vt est quæstio nostra: sed in vltimis voluntatibus tantùm, pactum enim illud licet inducat successionem, tamen quoad modum contrahendi est contractus, & regulatur secundum contractus, non autem secundum vltimas voluntates, vt per gloss. in l. ij. in princip. de dote præleg. & habetur in l. licet. C. de pact. in l. ij. de legat. j. Tertiò, quia etiam † in vltimis voluntatibus verior videtur opinio, 28
quod non fiat repetitio ad aliam personam, quamuis vna verborum conceptione coniunctam, per tex. in l. fin. §. Seio. de legat. ij. & in l. Iulius Paulus. de condit. & demonst. & vtrobique Barto. simpliciter hoc tenet. Nec obstat, quod idem Barto. in dict. l. Seiæ. §. Caio. aliter teneat respondendo ad §. Seio. quod conditio ibi non caderet vniformiter, ex quo in Seio est protestatiua in vxorem casualis, quia hoc improbat Raph. Com. in d. §. Seio vbi inquit, quod imò etiam in Seio est casualis, cū potuisset mori antequam adiret. & ita etiam sentit Dyn. Iacob. Rayner. Oldrad. & Paul. de Castr. ibi gloss. l. mulieri, & Titio de cond. & demonst. Alberic. de Rosa. in l. in repetendis. ff. de legat. tertio. Ias. l. Titiæ. nihil. ff. de legat. j. Quartò, quia contraria loquuntur de repetitione qualitatis cohærente rei, vel repetione conditionis. §. Seio. Bar. d. §. Caio, nostra autem quæstio est in qualitate cohærente personæ, quæ quidem difficilis cessebitur repetita, vt suprà diximus in substitutiōe facta filiis, quæ non intelligitur de masculis, secundum Ias. d. l. qui filiabus, cum concord. & facit, quia licet alias † de casu ad casum permittatur extensio, non tamen 29
de persona ad personam. l. Gallus. §. & quid si tantum. & §. quid si is, vbi Aretin. de lib. & posthum. l. si ita quis. §. penu. ff. de testamen. tu. facit quod notat Bald. in l. fi. C. de hæred. insti. in xvj. opposit. &

Fel. in

BIU Cujas

Fel. in c. super literis. de rescrip. & habetur in d. §. Chrysogonus. Quintò, quia contraria procedunt in clausula, quæ non solum vna verborum conceptione concepta sit, sed etiam quæ vnam dispositionem solùm contineat, quod si aliam dispositionem qualitas respiciat, secùs est: nõ enim inducitur repetitio per rex. in l. si necessarius. §. si annua. ff. de pig. actio. † vbi stipulatio decem tibi dari, qua die petieris, & eorum vsurus non intelligitur, vt respectu vsurarum, quæ est alia dispositio censeatur repetitum, quia die petieris, sed ex die stipulationis vsuræ currunt. l. si ita quis. ff. de verb. obl. & probatur hæc conclusio etiam in l. qui fundum. ff. de contr. emp. de quo per Bart. d. §. Chrysogonus, & in simili casu consuluit Alex. cõs. xiij. in ij. Arc. consi. xcv. in fin. Ias. l. iij. §. filius. de liber. & posthu. versic. iij. In casu autem nostro suprascripta clausula duas dispositiones continet. Primam, vt filius masculus primogenitus succedat. Secundam, vt eius descẽdentes, qui videtur ei substituti, seu in casum eius deficientis vocati. Vnde sicut non concurrunt in tempore, ita nec in supradicta qualitate. l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pupil. & facit regula gnalis. q † qualitas institutionis non censetur repetito in substitutione. l. si sub conditione. ff. de hered. instit. l. quæ conditio. ibi ad eum duntaxat gradum. ff. de cond. & demonst. & ibi per Bart. Sextò respondetur quod allegata in contrarium procedunt in materia fauorabili, vel quæ recipiat interpretationem: nos autem loquimur in pacto exorbitanti à reg. iur. communis, in quo non videtur admittenda hęc repetitio. leg. vxori. §. vxorem. de legat. iiij. & per Socin. consi. lxvj. in iiij. & Deci. d. consi. cccix. & in simili concludit Raph. Com. in consil. lxij. vbi in pœnalibus non admittit talem repetitionem, per l. si præses. ff. de pœnis. & in simili etiam, per Card. Zab. consi. lxij. in ij. dub. vbi talis repetitio fit solum ad restringendam † dispositionem odiosam, non autem ad ampliandum. & ita sentit Oldr. consi. clij. supra allegato. & Ioan. de Anan. consi. lix. in addit. & faciunt iura vulgaria, quæ adducuntur ad ostendendum, quod † exorbitantia stricte intelliguntur. in l. si verò §. de viro. & per Bart. in l. si constante. ff. sol. mat. Septimò, etiam potest dici, quod † repetitio à primo non fiat ad secundum, quoties diuersa ratio est inter vtrumque casum, vt notat Bar. in l. talis scriptura de leg. j. Bald. in leg. actionibus. ff. de ijs, qui not. infa. & in casu nostro concludit Soci. in allegato consi. lxxxvj. in iiij. Corn. consi. clvj. in iiij. Dec. d. consi. cccix. in fin. cum similibus. in casu autem nostro, subest diuersa ratio, quia primum caput est in fauorem ipsius primogeniti, si verò fieret repetitio qualitatis, in secundo capite potuisset verti in odium, si decessisset filius relictis solis fœminis. argu. l. quod fauore. C. de ll. & quia si paciscentes, ita intellexissent, potuissent verba pacti breuius concipere dicendo, quod descendentes masculi de maiore in maiorem succedant, omissa particulari mentione filij. argument. d. l. Herennius. de verb. sign. Sed quia voluerunt distinguere cæteros descendentes in qualitate masculinitatis à filio, ideò specialem mentionem eius fecerunt. Octauo est aduertendũ, q̃ omnia cõtraria procedũt nõ ex vi sermonis. sed interpretatione extẽsiua, vt s. dixi. Vnde sequitur eã nõ procedere in casu nostro stante statuto, q̃ iudex pronũciet ad chartã, & prout in ea cõtinetur, † verborũ em̃ continem ad propria significationẽ referẽ secũdũ Bar. in l. cui cõu. §. affinitates. ff. de postu. in l. hęc verba. ff. de adult. Vnde stante tali statuto, cẽsetur, phibita quælibet extẽsio, vel interpretatio vltra verba inducta, secundũ Bal. in l. ij. C. de patr. qui fil. distra. & tunc masculinum non cõciperet fœmininum, secundum Ias. in l. qui filiorum. de leg. j. Nec argumentum à contrario sensu acciperetur, vt per Ias. in l. j. de offic. eius cui. & in simplicibus non comprehenderetur casus mistus, secundum Ang. in l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthum. & generaliter stante tali statuto, nunquam recedimus, à propria significatione vocis, vt per Bald. in l. precibus. C. de impub. And. Sicu. in repl. cum acutissimi. C. de fideicomm. & consi. xxxix. in ij. Bologn. consil. lviij. Corn. consi. ccxxiiij. in iij. volu. cum similib. Non obstant tot auctoritates doctorum, supra in contrarium allegatæ: quia omnes tolluntur suprascriptis rationibus loquuntur enim omnes in casibus † diuersis à nostro, in quibus particulariter distinguendo, sic videtur dicendum aliquando enim & primò in dispositione sunt aliqua verba sui natura repetitiua, & tunc dictio masculis propter vim relationis, censetur repetita, ita procedit quod not. Bar. in l. fin. ff. ad Treb. in l. Lucius. ff. de vulg. Abb. consil. xxxvj. in j. & dixi. in d. l. Herennius. & ita procedit etiam, quod consuluit Corn. d. consi. cj. in iiij. vbi aderat verbum, dictis filijs, quod est repetitiuum. Aliquando & † secundo non est dictio repetitiua. sed duntaxat vnitas clausulæ, & concordantia in numero, & casu vocis repetitę, & idem dicendum est per doctr. Bar. in d. l. Seiæ. §. Caio. & ita loquitur Raph. Comen. d. consil. cxvij. & Dec. d. consi. ccccl xxx. aliquando & tertio sunt aliquæ coniecturæ mentis testatoris, vt quia excluſit proprias fœminas, & quia constat eũ attendisse ad conseruationem agnationis, & idem videtur dicendum, secundum tamen qualitatem præsumptionum: & ita procedit, quod not. Guid. Papæ d. q. ccccl xxxv. Dec. cclxx. & cccc xxv. Cur. iunior consil. ix. Andr. Sicu. d. consi. xxxij. Aliquando & vltimò tractamus non de vltimis voluntatibus, sed contractibus, & relatio non concordat in numero, & casu, & tunc nullus est doctor, q̃ ego viderim, qui sentiat fieri talem repetitionem, & iste est casus noster. Nec dicat aliquis rationem pacti hanc fuisse, vt facultates conseruentur in agnatione masculina. ar. l. j. §. de ventr. inspi. & not. Cyn. post Iac. de Arcti. in l. j. C. de adult. cum concord. per Dec. d. consi. 309. quia respondeo in casu nostro hoc esse manifestè falsum, quia materno potest videri habuisse respectũ ad agnationem: cũ filij non sunt de agnatione sua. l. familiæ. §. fœminarũ. ff. de ver. sign. & quia pactum simpliciter est factũ in fauorem primogeniti, & ideo nihil ad agnationem attendimus, sed ad primogenitura, quæ alias etiam multos fauores habet, de quibus in c. quamplurimum. 7. q. j. Abb. consi. 2. consi. 85. in j. And. Sicu. cõs. 11. in 2. Ale. 161. in 2. Mart. de Laud. in tract. primogenituræ. cum similib. in qua primogenitura possunt potiores esse etiam fœminæ. tum secundũ ius comune. iuxta l. maximũ vitium. C. de lib. præte. cum etiam secundum statuta regni, &c. Nam & cum bona, de quib. agitur fuerint dotalia, & prouenerint à matre, non est verisimile, id eum egisse, vt sexum suum excluderet, prout solemus dicere in feudo materno, seu fœmineo, quod quia habuit initium à fœminis, transit etiam per lineam fœmineam, iuxta text. in cap. primo. de natu. suc. feud. Roman. consilio cccl xvij. circa primum consultationis. versicul. quoad quintum. itaque videmus in emphyteusi recepta à muliere pro se & filiis,

40 filijs, licet enim † regulariter in contractibus ma- A
sculinum non concipiat fœmininum, erit secus ta
men hoc casu, secundum Pet. de Anch. consilio
ccxlj. pro maiori intelligentia, quem communi-
ter sequuntur dest. vt per Ias. l. sed si hac. §. liberos.
de in ius voc. Dec. in l. fœmineę. de reg. iur. Non
obstat, quod si teneamus dictionem, masculus,
censeri repetitam, quod nepos iste ex filia exclu-
datur, sicut mater sua fuisset excluſa per regulam
d. l. si viua matre. & tex. in d. ca. j. §. hoc autem no-
tandum. cum infinitis concordantiis. Quia re- B
spondeo, quod imò etiam hoc posito adhuc poti-
or est causa Baronis, quia in eo verificantur verba
pacti, est enim descendens, & masculus. d. leg. j.
C. de condi. infert. vbi Bal. Pau. Cor. cum similibus
supra allegatis: nec obstant auctoritates in con-
trarium allegatæ, quia respondeo pluribus mo-
dis. Primò, quod loquuntur in dispositione quæ
recipit interpretationem restrictiuam ex mente
disponentis, quod non est in casu nostro stante
statuto, quod ius reddatur secundum chartam, C
verborum enim proprietas pro Barone est, vt su-
prà, circa dictum statutum, satis dictum est. Secun-
dò respondeo, quod loquuntur in dispositione,
quæ innititur ratione conseruandæ agnationis, &
ita expresse declarat Guid. Papæ d. q. dcxij. &
cxxxiij. & alij doctores suprà allega. & per Soc.
in l. cum anus. ff. de condi. & demonst. versi. quar-
tus casus. in fi. Cur. iunior, consi. j. Ias. consi. vij.
vol. iij. Sed nos suprà ostendimus, quod ratio su-
prascripti pacti non fuit in conseruanda agnatio- D
ne, sed solum in fauorem primogenituræ primi
masculi, quales antequam deinde essent descen-
dentes, siue masculi, siue fœminæ. Tertiò respon-
deo, quod suprascripta procedunt in vltimis vo-
luntatibus, quæ pendent à sola voluntate dispo-
nentis. Vnde secus est in contractibus, qui ex vo-
luntate duorum plurium ve regulantur, & maxi-
me ipsius fœminæ, quæ non videtur voluisse
suum sexum excludere, vt suprà dixi. Vnde † in
41 contractibus faciendâ est interpretatio contra E
eum, qui ex eis innititur. l. veteribus. ff. de pa-
ctis. vt suprà dixi. & facit quod no. Bar. in l. libero-
rũ. iiij. quæstio. de verbo. signi. ff. Nec obstat, quòd
doctores loquantur in feudis, & emphyteusi, quia
respondet Paul. de Ca. in d. l. j. quod istud sit pro-
pter eorum naturam. non enim regulariter trans-
eunt in fœminas. de quo etiam per Philip. Franc.
in rep. cap. si pater. in glo. verb. liberis. extra, de
testa. lib. vj. item † non potest pater stipulari feu-
42 da, vel emphyteusim nepotibus ex fœmininis, F
quia nõ sunt in potestate sua, sed patris. Vnde non
valeret stipulatio. l. q. dicitur. ff. de verbo. obliga. q.
secus est in casu nostro. Stante enim suprascripto
statuto, nõ est dubitandũ, qn maternus auus, vel a-
uia stipulari nepotibus possint & ita intelligendũ
est, q. notat Rub. Alexãdrinus in cõsi. xxij. & consi.
cxxviij. qui aliàs male loqueretur. Quartò respõ-
deo distinguendo, q. aut Baro vocatur ex persona
matris suæ, & excluſa matre, etiã ipse censetur ex-
cluſus. d. l. si viua. & ita procedunt auctoritates cõ- G
trariæ, aut vult venire ex persona ppria, & tũc po-
test, & ita distinguit Bal. in authen. cessante. C. de
leg. hær. quẽ refert, & sequitur Soc. in d. §. nũc. de l.
& in simili etiã ita distinguit Bar. in d. l. liberorum,
vel. quæro, quid si filia dotata, &c. quem sequitur
Alexan. consil. lxxv. in volu. j. Dec. con. lxxj. Modo
in proposito nostro, dico, quod verba pacti vocant
Baronem non ex persona matris suæ, neque tan-
quã eius successore, sed ex persona propria tanquã
successore ipsorũ coniugũ paciscentiũ: meritò ergo
poterit admitti. Vltimò nõ obstãt illa verba de
maiorẽ in maiorem, quia possunt habere dupli-
cem intellectum. Primus est, si referantur ad ver-
bum, succedant, & tũc possent militare contrariæ
rationes. Secundus est intellectus, si referantur ad
dictionem, descendentes ex eo, de maiori in ma-
iorem, & tunc denotant simplicem ordinem pri-
mogenituræ, & iste intellectus in casu nostro est
verior, vt quod dictum erat de filio primogenito,
idem etiam sit in descendentibus, quod semper
primogenitura attendatur, non autem maioritas
ætatis, & iste intellectus est accipiendus. Primò,
quia (vt dixi) conuenit cum persona primi filij, qui
& ipse vocatur cum qualitate primogenituræ. Se-
cundò, quia concordat cum iure communi, secun-
dum quod non attendimus ad maioritatem æta-
tis, vnde † filius primogeniti patruum excludit, vt 43
est receptior opinio, de qua per Præpos. Alexan-
drinum in c. j. de feud. March. Iason. l. is potest. de
acquirend. hæred. Soci. consi. clij. Tertiò, quia cõ- C
cordat cum † natura successionis feudi, quæ est vt 44
aliquo mortuo, attendamus ad eum, qui est proxi-
mior ipsi decedenti, non ad eum, qui est proxi-
mior primo inuestito, vt est text. in cap. primo. in
fin. de natu. succeſſ. feud. per quod nota. Andr. de
Iser. in cap. primo. de eo qui sibi, & hæred. suis. &
per Præpos. in d. c. j. de feu. March. versic. decimo-
quinto. Soc. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Quar-
tò, quia concordat cum alia regula, quod † secun-
dogenitus, & eius liberi semel à fratre excluſi, cen- D 45
seantur etiam ab eius descendentibus perpetuò
excluſi. cap. primo. §. quinetiam. secundum vnum
intellectum Episcopum vel Abbatem Bald. capit.
primo. de matr. ad morga. contra Bartol. l. fin. ad
Tertyl. Quintò, quia alias successio esset nimis am
bulatoria de vna linea in aliam, si simpliciter atten
deremus eum, qui reperiretur maior natu, quod
non est verisimile. argument. l. penult. in fin. C. de
curat. furi. Sextò, quia sicut † in contractibus qui-
libet primogenitus videtur stipulatus prius suis 46
primogenitis, & descendentibus. capit. primo. de
duobus fratr. vbi docto. ita etiam videtur hoc pa-
ctum intelligendum. Septimò, quia prius facien-
da est admissio secundum lineam primogenitam,
quàm deueniri possit ad lineam secundogeniti:
quia verba pacti hoc expressim sonant, vt dixi. Oc-
tauò, quia in simili casu hoc tenuit Abb. consil. 85.
in j. li. & in octauo casu. ita sentit Pau. de Cast. cons.
164. in præsenti causa, quæ vocatur maioriæ. in ij.
vol. in nouiss. And. Sicul. consil. 11. lib. ij. So. d. cons.
252. versicul. 3. iuncta responsione, quæ est in versic.
ad tertiam, & satis sentit idem consil. 87. in 3. quan-
do nõ adesset dictio alterutrius, maiorem, &c. pro-
ut in casu nostro non est. Nec obstat consil. Alexã.
4. lib. 4. Ancha. 82. Dec. 443. in fi. quia in casu ipsorũ
verba erant aliter concepta, quã in casu nostro, in
qua verba sunt satis clara in fauorem primogeniti,
non in fauorem antiquioris natu simpliciter. Et
hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. IX. SVMMA.

1 *De iure communi in successione paterna, soror æqualiter cum fratre admittitur.*
2 *Conuentio inducens obuentionem bonorum, non valet.*
3 *Cum obligatio ex persona ipsorum paciscentium initium non sumat, actus est nullus.*
4 *Deuolutio bonorum non fit nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato.*
5 *Casus non comprehensus pro omisso habetur*

6 Linea

6 *Linea in arbore consanguinitatis est, quæ ab vno ad aliũ per quosdam gradus protenditur.*
7 *Prohibitio alienatio facta filijs respectu aliorum, non habet locum inter ipsos.*
8 *Dispositа collectiuè ex parte aliquorum versus alios, nõ habent locum inter ipsos met.*
9 *In compromisso facto inter plures ex vna, & Titium ex altera, non potest arbiter inter istos plures adinuicem quicquam arbitrari.*
10 *Constitutum post mortem, non est alicuius effectus.*
11 *Possessio finitur morte.*
12 *Clausulæ omni meliori modo uis.*
13 *Iuramentum, & clausula omni meliori modo, eiusdem potentiæ.*
14 *Inter liberos sufficit quæcunque voluntas, etiam non solennis.*
15 *Verbum substituo, etiam inter liberos non intelligitur de substitutione fideicommissaria, sed solùm de vulgari.*
16 *Expressio rationis regulariter sufficit soli exceptioni, nõ autem ea potest agi.*
17 *Contractus strictius accipiuntur, quàm vltimæ voluntates, & casus omissus pro omisso habetur.*
18 *Interpretatio fit contra eum, qui dicit casum euenisse.*

DVABVS rationibus præsens casus videtur esse clarus, & in fauorem filiæ aduersus fratrem decidendus, habet enim hæc mulier fundatam intentionem ex regula iuris communis, † per quam in successione paterna, æqualiter cum fratre debet admitti. l. maximum vitiũ. C. de libe. præter. Et licet contra eam inducatur, quoddam instrumentum conuentionum factum à proauo suo cum fratre ipsius proaui, tamen tale instrumentum nõ videtur ei nocere duobus principalibus fundamentis. Primum est, *quia conuentio illa concepta est per modum obuentionis bonorum, vt filiæ habeant tertiam partem bonorum, aliæ verò duæ partes perueniant ad alios masculos*, &c. Constat autem, quòd † cõuentio inducens obuentionem bonorum non valet. l. licet per locum à speciali. C. de pact. l. hæreditas. C. de pact. conuen. cum similibus. & firmat Bart. consilio ccxij. incip. promitto. & ratio est, secundum eum, quia per pactum obuentionis ipsi paciscentes non obligantur, quia verba respiciũt, duntaxat peruentionem bonorum, ipsi autem nõ obligãt se ad quicquam dandum, vel faciendum. vnde † obligatio ex persona ipsorum, initium non sumat, actus est nullus. l. quæcunq; gerimus. ff. de act. & oblig. nec bona ex tali pacto possunt deuolui, cum † deuolutio non fiat, nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato. l. iij. ff. de test. l. fin. ff. de suis, & legit. l. si quando. §. j. C. de inoffic. test. & cum opinione Bartol. transeunt doct. vt per Alexan. consilio xxviij. ponderatis verbis. in iij. & Dec. in l. pactum dotali. C. de collat. Cur. iun. consilio. xv. & lxxxj. cum concord. per eum, & in d. l. licet. & ego idem tenui in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Et procedit hæc conclusio, siue de successione dotali agatur, siue de re certa, semper enim militat suprascripta ratio, & merito Bartol. in d. consil. loquitur etiam in pacto partis, & ita etiam loquitur Alexan. d. consilio xxviij. & sum sequutus in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Et licet allegentur aliqui doctores, qui videntur tenuisse contrarium, tamen non loquuntur in casu nostro, quando pactum est nullum suprascripta ratione, tanquam inducens obuentionem. Sed quando est nullum alia ratione, tanquam restrictum facultatis testandi, in re enim certa cessat hæc secunda ratio, sed nos sumus in casu primæ rationis quæ æqualiter militat, siue in tota, siue in quota, siue in certa parte. Et ista est receptissima omnium opinio licet aliqui moderni, puta, Iaſ. Parisius, & Goza. istos terminos non videantur intellexisse, sed rationes omnes simul confundant. Iaſol. stipulatio, hoc modo. de verb. ob. Paris consilio xxv. in ij. Lu. Gozad. consilio lxxvij. Secundum fundamentum est, quia verba conuentionis, non comprehendunt hunc casum. Vnde † prætermisso est habendus. l. si cum dotem. in prin. sol. mat. l. si extraneus. de condi. caus. da. Loquuntur enim, quando filij, seu filij filiarum decederent sine masculis, quòd filiæ habeant tertiam, &c. & sic filiæ habent tertiam bonorum eius, qui decessit sine masculis, sed in casu nostro iste decessit, relictis masculo, & fœmina, ergo verba non verificantur, nec conditio loquens in decedente sine masculis, etiam intelligitur in eo, qui relinquit masculos. l. non est sine. ff. de verb. signific. Cald. consilio xlij. titu. de testa. & hæc sola ratio sufficit ad victoriam, & diluit maximam partem motiuorum. Item loquuntur verba, quando duæ tertiæ perueniant ad alios proximiores ex linea paterna, præsupponendo istos alios esse diuersos à filijs decedentis, quia istum decedentem præsupponit sine masculis decessisse, ergo dictio *alios*, non videtur hoc casu verificari. argu. c. mandatum. & quod ibi Bal. extra, de rescript. Alexan. consilio cciiij. in ij. Sicut nec dictio, *linea paterna*, pater enim & soror sunt quidem proximiores ex parte patris, sed non ex linea, quia cum ipsi sint primi, non dicuntur proximiores ex linea, † est enim linea in arbore consanguinitatis, quæ ab vno ad alium per quosdam gradus protenditur. l. iurisconsultus. ff. de gradibus. §. sunt & ex lateribus. Sicut ergo in numero lineari non est vnitas, vt ait Boethius lib. Arithmeticæ. c. v. & est gloss. super verbo solum teneat. in l. si quis ante. §. fi. ff. de aqu. poss. vbi Dyn: & Alber, ita vbi primus tantum est gradus, non potest dici linea. item loquuntur verba reciprocè, vt conuenisse videatur Thomas, & respectu filiorum Gasparis, & Gaspar, respectu filiarum Thomæ, & acquisitio fiat de vno stipite ad alium, non autem, quòd Thomas inter suos descendentes ad aliquid se obligauerit, vt in simili per Dec. consilio cclij. vbi instituto fratre, & liberis considerantur liberi solum respectu fratris, non autem inter se, sicut videmus in † prohibitione alienationis, quæ si sit facta filijs, respectu aliorum non habet locum inter ipsos. l. voluntas. C. de fideic. Bald. consilio cccxcviij. in fin. in j. vol. & facit regula generalis, quòd † dispositа collectiuè ex parte aliquorum, versus alios non habent locum inter ipsosmet. l. qui duos. l. seq. ff. de proc. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. docto. c. fin. de præb. lib. vj. & quòd habetur in l. accipientis. ff. de aucto. tut. sicut videmus, quòd † in compromisso facto inter plures ex vna, & Titium ex altera, non potest arbiter inter istos plures adinuicem quicquam arbitrari, secundùm Bald. consilio cccix. in j. Ant. But. consilio lxxvij. visis actis. quòd infert ad casum nostrum, Soc. in l. Gallus. §. j. in fi. ff. de lib. & posth. meritò ergo quantũ sit ad ipsos filios Thomæ, non videtur subesse aliqua conuentio. Confirmatur hæc sententia secundùm terminos iuris: quia videntur isti esse stipulati quilibet filijs, & descendentibus suis, nõ autem extrantis. l. si tibi. §. si pactus, cum gloss. ff. de pact. l. quodcunque, §. j. ff. de verb. ob. & habetur per Bar. & doct.

in l. quod dicitur, ff. de ver. ob. ex stipulatione Gasparis, iste frater non potest admitti, quia non est descendes, ex stipulatione Thomæ minus potest, quia Thomas conuenit, vt bona Gasparis applicarentur sibi, vel soboli suæ, non autem, vt sua applicarentur dict. soboli, quia hoc nihil ad Gasparem pertinebat per supradicta. Et ex ijs satis apparet argumenta, quæ in motiuis deducta sunt non obstare, quibus subtiliter, & accuratè est responsum, per d. Principiallum Callorium aduocatum præstantissimum, & vltra eum in primis non obstat, quòd non videatur facienda vis, quomodo verba sint concepta, si conuentio sit reciproca, & respiciat duntaxat partem bonorum, per ea, quæ notat Bar. consi. lxxij. &c. respondeo Bart. ibi sentit oppositum, dum in ij. iij. & iiij. fundamento probat valere talem conuentionem: quia facta à principibus habentibus facultatem legis condendę. Vnde sentit secùs esse in priuatis. Et illa ratio, quòd valeat pactum, ne certæ res deueniant ad certum genus personarũ. l. si ita quis. §. ea. l. ff. de ver. ob. non habet locum in casu nostro, quia pactũ non est cõceptum, vt inducat obligationem incipientem in persona ipsorum contrahentium, sed obuentionẽ bonorum inducit, quod fieri non potest. d. l. quæcunq; gerimus. & tale pactum valet, quando cætera sunt habilia. arg. l. qui testamento. ff. de test. id est, conceptum verbis aptis (vt dixi) maximè cum Bar. fateatur non impediri successionem: nisi adsit constitutum ritè conceptum, quod non est in casu
10 nostro, quia † constitutũ post mortem non est alicuius effectus. l. quãuis. vbi Ang. & Clau. ff. de acq.
11 poss. Dec. consi. ccxlvij. cum enim † morte finiatur possessio. l. cùm hæredes. ff. de acq. poss. nõ potest operari constitutum in talem casum. l. quod meo. ff. de acq. hęred. vbi Alex. & Aret. Nec etiã opinio Ias. d. l. stipulatio hoc modo. & Parisius consi. xxvj. in j. est vera dum distinguunt an pactum sit de vniuersali hæreditate, an de parte, vt si sit de parte valeat, quia (vt ẽ. dixi) hæc distinctio potest esse vera, quando impedimentũ oriretur, ex illa ratione, ne quis auferat sibi facultatem testandi, & ita ipsi loquuntur, & saluari possunt, aliàs si militet ratio obuentionis actus indistinctè est nullus, quia militat semper eadem ratio, & quòd prohibitio habeat locum etiam in parte, satis firmat Bar. d. consi. ccxij. Alex. d. consi. xxviij. Curtius d. consi. xv. & dixi, in d. l. pactum quod dotali. C. de pactis. & facit tex. in l. ex eo. C. de inutil. stip. vbi simpliciter improbat stipulatio futuræ successionis, nec distinguit vni-
12 uersitas à parte. Nec rursus obstat † clausula *omni meliori modo*, per quã etiam actus sustineri per quãcunq; viam possit. & sic tanquam obligatio sit præsens, sed executio conferatur post mortem, vt in simili per Curt. iunior. consi. lxxxj. & Socin. consi. cxliij. respondeo, ibi erat verbum *donamus*, quòd ad præsens tempus refertur. vnde clausula satis ad illum casum poterat accõmodari, sed in nostro est simplex obuentio, quæ non potest præsentem obligationem inducere, & sicut nõ confirmatur contractus talis iuramento, secũdum omnes in dicta.
13 l. pactum quòd dotali. vbi dixi, ita nec per † clausulam suprascriptam, *omni meliori modo*, quæ est eiusdẽ potentiæ, secundùm Bartol. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obl. cum lex requirat certos modos, quibus obtingit successio, nõ sufficit virtus talis clausulę, nisi illi modi sint obseruati, secundum Alex. d. consil. xxviij. vt in simili, per Specu. de instru. edit. §. compendiosè. Soci. consilio cxij. & clxxij. Pe. de Anch. consi. cccl vij. præsupponitur per Feli. c. cum

A super. in fi. extra, de offi. deleg. Nec dicetur. quòd verba contractus obligationem præsentem inducant, quia cum simpliciter dicant, quod tali casu duæ tertię peruenient ad masculos, nec ipsi se obligent eas duas partes illi dare, nec vlla sit præsens promissio, non possumus dicere quoad hoc, nõ vllam obligationem præsentem, vt satis apparet ex allegato consi. Bart. ccxij. & Alex. consil. xxviij. & Cur. consi. xcv. cum similibus. Et clausula, *quæ quidem omnia, & singula solennibus stipulationibus promiserunt*
B *dictæ partes, nomine dictarum filiarum, omnium quorum interest habere rata & firma*, &c. non ampliat præcedentem dispositionẽ, vt quòd erat in obuentione censeatur à principio in promissione per regulã cle. j. in fi. extra, de prębend. Bal. l. eam quam. C. de fidei com. Alex. l. quæ dotis. sol. ma. Ias. l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl. Nec istum fratrẽ adiuuat, quòd cum isti contrahentes testamentum contrarium pactioni non condiderint, videatur pactum reassumpsisse vires fauore filiorum, ex quo inter li
C beros sufficit, quæcunq; voluntas etiam nõ solennis per ea, quæ no. Alex. in d. l. pactum, quòd † dotali. & per tex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Nam respõdeo, quòd tex. in d. §. ex imperfecto, debet intelligi in patre testante respectu filiorum tenentium primum gradum, in quib. causa intestati fouet causam testaméti, vt est gl. in l. fi. in verb. pares per illũ tex. C. fam. ercis. declarat Cur. iun. d. §. ex imperfecto. vbi dicit, quòd hoc est de mente omnium doctorum, non autem in ijs de
D scendentibus, qui nõ erant nati, vel concepti viuo testatore. l. Titius. ff. de suis, & lega. quia tales pro extraneis sunt. Et maximè in fideicommissis, quę onus importãt, vnde † verbum, *substituto*, etiam in- 15
ter liberos non intelligitur de substitutione fideicõmissaria, sed solùm de vulgari, vt est gl. in l. Gallus. §. j. in iiij. intellectu. ff. de lib. & posth. quòd ibi sequuntur omnes, quamuis aliàs in tali testamento semper subaudiatur clausula codicillaris, secundùm gl. in l. cohæredi. §. cum filiæ. in gl. fin. vbi Ias.
E ff. de vulg. & pu. vnde nec in hoc casu filia, quæ ab intestato in dimidia cum fratre succedit. d. l. maximum. potest videre grauata retinere tertiam tantum, & reliquum fratri permittere, propter fideicommissum pro aui factum in dicto contractu. Secundò principaliter nõ obstant rationes, quæ inducuntur aduersus secundũ argumentum, quibus dicitur, quòd imò verba cõuentionis comprehendant hunc casum. Et in primis ex ratione generali, qua dicitur deuentum ad illam conuentionem
F vt bona conseruentur in familiam, &c. respondeo talis ratio, quãuis generalis intelligitur, euenientę tamẽ conditione, quòd descẽdens decedat sine masculis, quæ conditio nõ euenit, & in testamentis ita concludit Alex. consi. cxxxix. vol. vj. relictis enim masculis, expirat fideicõmissum. l. si mater. §. j. ff. de vulg. & quod no. Alexan. consi. ccij. in vij. Cor. consi. lviij. in quo restringitur enim ratio generalis, secundũ terminos specialiter appositos. l. sed & milites. ff. de excus. tut. vbi Bal. refert, &
G sequitur Dec. consi. cclxj. & nõ est locus tali rationi, nisi in casu contrauentionis, quia subauditur clausula, & contra factũ fuerit. l. pater. §. filia. vbi Bar. ff. de leg. iij. & non dicitur contra factũ, quando successio defert ab intestato, quia est lex, quæ ipsum defert, vt est text. in l. cum pater. §. filius matre. ff. de leg. ij. & in auth. de test. fideicommiss. ne vltra, secundum gradum, circa finem. prout in casu nostro, in quo filia succedit æqualiter patri intestato, ex dispositione legis. Et quia † expressio 16

BIU Cujas

rationis regulariter sufficit soli exceptioni, non autem ex ea potest agi, l. emptor. in fi. ff. de rei vendi. l. fin. §. j. ff. de doli excep. Rei verò vendicatione certum est, quod nunquam sufficit. Bart. l. qui nolebat. ff. de hær. instit. l. si socer. §. j. ff. solu. mat. & si istud est in vltimis voluntatibus, multò magis in contractibus, de quo agitur: quia † contractus strictius accipiuntur, & casus omissus habetur pro omisso. l. quicquid, de verbo. obli. & † interpretatio fit contra eum, qui dicit casum euenisse. l. veteribus. ff. de pact. & multa circa hoc dixi. lib. 3. de ver. ignific. in prin. Nec obstat quòd filij masculi sint positi in conditione, & propter illam dictionem *masculi* censeantur vocati, secundum Dec. & Cur. in l. j. C. de pact. & Dec. consilio cccxiij. cum similibus. Respondeo, quòd ista fallentia non est vera, & innititur falso fundamento, quia mentio *filiorum masculorum* non est facta in fauorem ipsorum, sed in fauorem grauati, qui si masculos reliquat, eximitur ab onere fideicommissi, vt declarat Aret. in consilio j. & Paul. Cast. consilio clij. in prin. incip. præsens casus, allegat. Bartol. in l. illis libertis, ff. de cond. & demon. & ideò non curatur quid deinde sit de istis masculis. l. filiusfam. §. cum quia. ff. de lega. j. & ista limitatio est contra communem opinionem doctorum, qui sequentes gloss. in l. Lucius. ij. ff. de hæred. instituend. quòd filij in conditione positi non censeantur vocati. loquuntur etiam si adiecta sit dictio, *masculis*, vt Oldra. consilio xxj. Ioan. And. in Spec. de testa. §. in primis. Alexan. consilio xxiiij. in ij. Soci. consilio lxij. & ciiij. & cxvj. in iij. & Guido Papa, primus auctor istius phantasiæ fatetur, quòd Senatus Regius Delphinensis pronuntiauit contra hanc limitationem Guido Pap. quæstion. 599. & ego in l. j. C. de pact. eam improbaui, & vidi sæpissime in facto, nec vnquam vidi pro ea obtineri, & licet Ripa in l. Centurio. dicat se scholarem eam saluasse, certo casu, tamen est saluatio scholastica, & præsupponit illum errorem, quod illa conditio sit fauore filiorum, quod est falsum, vt supradixi. d. §. cum quis. & per Aret. d. consilio j. Et in casu Deci. consilio 516. & 635. multa alia concurrebant, quæ non sunt in casu nostro, vt egregiè istis, & alijs argumentum responsum est per celeberrimum aduocatum. d. Principiallum Calorium, ideò vlterius non insilto, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII X. SVMMÆ.

1 *Fratre ab intestato decedente, sorores ei succedunt excluso Patruo, qui in gradu est remotior.*
2 *Hodie inter fœmmam, & masculum sublata est differentia sexus, & perinde succedunt fœminæ, sicut masculi.*
3 *Mater de iure non potest filio suo stipulari.*
4 *Donatio non est contractus, qui verbis perficiatur, sed consensu, & re ipsa.*
5 *Donatio absenti facta, valet dummodo res ad absentem peruenerit.*
6 *Nullitas stipulationis non impedit contractum donationis, quin ex se valeat.*
7 *Ex proprietate vocabuli hæredes, non magis masculinum, quam fœmininum complectitur.*
8 *In contractibus quicquid omissum est pro omisso habetur.*
9 *Donatio est stricti iuris.*
10 *In conditionibus attenditur solummodo euentus.*
11 *In dubio iudicandum est pro habentibus intentionem suam fundatam, in regula iuris communis.*
12 *In dubio pronuntiandum est aduersus eum, qui se fundat in verbis contractus.*
13 *In aduersus actorem iudicandum est.*
14 *Sufficit alteram partem disiunctiuæ seu alternatiuæ conditionis euenisse.*
15 *Dictio hæres proprie intelligitur de eo, qui hæres est testamento vel ab intestato.*
16 *In conditionibus potissimum locum testatoris, mens obtinere debet.*
17 *Non est credibile testatorem voluisse meliorem fieri suarum neptium conditionem, quæ remotiores sunt in gradu, quàm propriarum filiarum.*
18 *Ex natura feudi Baroniæ, quando fit mentio hæredis, intelligitur de masculo, non autem de fœmina.*
19 *Dictio hæredes comprehendit fœminas præterquam in feudis habentibus iurisdictionem.*
20 *Per masculos conseruatus domus, & arma.*
21 *Contractus donationis benignam, & fauorabilem ex mente donantis interpretationem recipit.*
22 *Iudex debet inuestigare, & sequi mentem contrahentiu, sicut venator leporem.*

ALmichion donauit filio Ioanni primogenito emancipato baroniã adiecto hoc pacto, *Casu, quo dictus Ioannes decederet sine hæredibus ex corpore suo descendentibus, aut hæredes, d. Ioannis sine hæredibus ex proprio corpore descendentibus decederent, quod eo casu res donatæ reuerterentur ad Gabrielem alterum filium, aut hæredibus suis legitimis, &c.* Decessit Ioannes relicto Francisco masculo hærede, & quibusdam filiabus, quibus dotem assignauit mortuus, deinde est Franciscus nullis relictis liberis queritur in dicta baronia, quis præferendus sit an Gabriel, an aliæ fœminæ Ioannis. Et videretur prima fronte ius ad filias fœminas pertinere variis rationibus. In primis: quia clarum est, † quod ab intestato decedenti Francisco sorores ei succedunt excluso patruo, qui in gradu remotior est. authen. post fratres. C. de legi. hæred. Nec refert quod sint fœminæ, quia † hodie sublata est ista differentiæ sexus, & perinde succedunt fœminæ, sicut masculi. l. maximum. C. de lib. præt. & hoc procedit etiam in feudis, quæ in Francia reducta sunt ad instar patrimonialium, secundum Francorum consuetudines: de quibus attestatur Ioan. Fab. Instit. de leg. patr. tut. in hn. & in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & sic fundata videtur istarum fœminarum intentio, & ex iure communi, & ex consuetudine. Nec obstant verba donationis, quia potest multipliciter ad ea responderi, & primò considerandum est, quòd donatio illa fuit stipulata per matrem ipsius Ioannis emancipati: & constat † de iure quòd mater non potest filio suo stipulari. l. pactum. C. de pact. con. l. debitor. in fin. ad Trebell. Bartol. l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. sed tamen huic responsioni non multum inniteretur: quia † donatio non est contractus, qui verbis perficiatur, sed consensu, & re ipsa. Vnde valet † donatio etiam absenti facta, dummodo res ad absentem peruenerit. l. absenti. ff. de dona. Vnde cum constet Ioannem titulum eius donationis possediſſe, † nullitas stipulationis non impedit contractum donationis, quin ex se valeat. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pe. Aliter ergo & secundo responderi potest, quod ius Gabrielem spectat sub duplici conditione alternatiua, quarum nulla videtur euenisse, & ideò frustra peteret. Prima conditio est si Ioannes decederet sine hæredibus ex suo corpore, decessit cum filijs, & ſe

euanuit conditio, & consequenter ius Gabrielis, quantum sit ex hac prima. l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. Secunda est, si hæredis dicit Ioannis ipsi decederant sine hæredibus, & hæc etiam videtur euanuisse, quia licet Franciscus sine prole decesserit, tamen adsunt sorores ipsius Francisci, quæ etiam ipsæ sunt hæredes dicit Ioannis. Difficultas ergo præsentis consultationis ad hoc redigitur, an illa dictio, *hæredes*, posita in hac secunda alternativa clausula, de fœminis intelligi 7 tur, & dicendum quòd sic. Primò, † ex proprietate vocabuli, *hæredes* quod non magis masculinum, quàm fœmininum complectitur. l. Herennius. ff. de verb. signific. Secundò ex mente donantis, qui sicut Ioannem Gabrieli prætulit, ita etiam videtur vniuersam Ioannis posteritatem ei præferri. argu. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. Tertiò quia etiam si mens donantis esset magis fauere Gabrieli tanquam masculo, quàm fœminis, tamen ea non attenditur, cum non sit expressa in conditione, quicquid enim sit in vltimis volun- 8 tatibus, illud constat † in contractibus quicquid omissum est haberi pro omisso. l. si cum dotem. in princip. ff. sol. ma. maximè † in donatione qui est contractus stricti iuris. l. quicquid. de verb. ob. sola igitur conditionis verba attendi debent, & aduertendum, an conditionem euenerit, dato, quòd persona, quæ facit deficere conditionem sit minus dicta, vt est casus in authen. licet. C. de nat. lib. vbi naturales, qui non vocantur ad successionem, nec excludunt agnatos, nisi sub conditione si uxor non extiterit, ipsa existente reijciuntur, quamuis vxor sit minus dilecta, quàm agnati. cùm tamen aliàs si uxor non extitisset, agnati excluderentur à naturali, & ratio est, quia 10 † in conditionibus solum attendimus euenerit, vel ne, non autem quis sit magis dilectus, vt declarat etiam Bart. in l. j. §. qui habebat. in ij. quæst. ff. de bon. poss. contra tab. & optimè probatur in d. l. filiusfam. §. cùm quis. de lega. j. Et pro hac conclusione quartò, & vltimò etiam facit, quòd in conditione adiecta filio, *si decesserit sine filijs*, &c. filiæ fœminæ excludunt substitutum agnatum non obstante fauore agnationis, quem testator considerauerit. Item non obstante quod testator proprias filias à successione excluisset vt dicit Pau. de Cast. in d. §. cùm quis. in lectura Bononiensi, vbi corrigit quoddam consilium suum, & ita tenet Alexan. consilio xxxviij. in vj. Cor. consilio ccxxx. Lud. Bolog. inter consilia Alexan. consilio xlix. in iij. lib. Franc. Curt. consilio lxilj. antiquissima, & consilio xlvj. statuto. Andr. Sicul. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & licet in hac quæstione sint aliqui contradicentes, tamen ista videtur magis communis opinio, nisi testator conditionis verba formauerit, *si decesserit sine filijs masculis*, &c. & posito quod iste casus esset dubius, videretur aduersus Gabrielem in dubio pronuntiandum. Primò, quia mulieres habent fundatam intentionem ex regula iuris communis. d. l. maxi- 21 mum † in dubio autem pro talibus iudicandum est. gloss. in l. omnis definitio. de regul. iur. doct. l. eod. tit. Secundò, quia fundamentum Gabrielis 22 † est super verbis contractus. ergo in dubio aduersus eum pronuntiandum est l. veteribus. ff. de pact. vbi Guid. de Suz. Ias. & alij facit gloss. c. in præsentia. de prob. Tertiò, quia Gabriel est actor. 23 vnde † in dubio aduersus actorem iudicandum est. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. not. l. qui accusare. C. de eden. His tamen non obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriorem, & Baroniam de iure ad ipsum Gabrielem pertinere. Et principaliter sciendum est, quod hæc donatio videtur facta Gabrieli sub duabus conditionibus alternatiuis, scilicet, *si Ioannes sine hæredibus decederet, aut hæredes Ioannis ipsi sine hæredibus decederent*, vnde † sufficit alteram partem disiunctiuæ seu alternatiuæ conditionis euenisse. l. hæc verba ille aut ille. ff. de verb. signific. quæ cùm euenerit ista, quæritur ius Gabrieli. id est, conditio ex lege, vt habetur in l. quoties. C. de dona. quæ sub mod. & per Alexan. consilio lxxxiij. iij. vol. quod speciali fauore exercentis liberalitatem introductum est, vt potuerit absenti secundo donatario acquiren. In casu verò nostro clarius id procederet, quia potuit Almericus filio suo Gabrieli, quamuis emancipato acquirere saltem vtilem actionem. l. si genero. C. de iur. dot. l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Bartol. l. quod dicitur. versic. quæro, an pater. ff. de verb. obl. & ibi alij docto. transeunt cum Bartol. solum igitur superest videndum, an aliqua conditio alternativa euenerit, & concludo, quòd vltima euenit, ex quo mortuus est Franciscus sine filijs masculis. Nec obstat, quòd haberet sorores, quia illa verba, *aut hæredes decederent*, &c. non possunt intelligi de fœminis istis. Idque quatuor rationibus. Prima est, quia licet appellatione *hæredis* in casu isto intelligitur simpliciter de filijs, tamen requiritur etiam alia qualitas, scilicet, quòd non solum sint filij, sed etiam sint hæredes, ita concludunt Bartol. Pau. de Cast. & Alexan. l. ex facto. §. fin. reprobata ibi gloss. ff. ad Trebell. Imo. Alexan. & Mod. l. quod dicitur. de verbo. oblig. Bal. l. j. C. de condi. instit. & d. l. filiusfam. §. cum quis & ratio est, quia cùm dictio, † *hæres*, propriè intelligatur de eo, qui 15 hæres est ex testamento, vel ab intestato. l. hæredis appellatio. de verb. signific. dato quòd hic improprietur, vt de descendentibus ex corpore intelligatur, tamen debet fieri minor impropriatio quàm possibile sit, vt scilicet concurrat qualitas quòd hæredes sint: facit text. in §. emphyteusin. in authen. de non alie. per quem text. in etiam tenet Pau. de Cast. in l. si mihi, & Titio. de verb. obli. Dec. l. vnica. C. quando non pet. par. & consilio cxxij. & est magis communis opin. à qua iudicando non esset descendendum, & maximè in materia feudali per text. in cap. j. an agn. vel filij. vsibus. feud. & quod not. Ias. in d. l. quod dicitur. versicul. dic melius. sed istæ sorores, non fuerunt hæredes Ioannis in dicta Baronia, imò solus Franciscus successit. Meritò igitur in illis verbis conferendis non possunt, & suadetur hæc interpretatio, quia non verisimile, quod testator respectu Baroniæ in conditione per eum appositæ, considerauerit de his, qui nullum ius in ea haberent, seu in ea non successissent. argu. l. ab eo. C. de leg. & gloss. in l. j. vbi Bald. C. de leg. hæred. Secunda ratio est, quia in vltima hac parte alternatiuæ, aut quod sui hæredes decederent sine hæredibus ex suo corpore, impossibile est quod de sororibus Francisci intelligatur, cùm enim Franciscus ipse solus fuerit hæres in dicta Baronia, perinde est, ac si donator dixisset, *si Franciscus decederet sine hæredibus ex suo corpore procreatis*: clarum autem est, quod sorores non sunt hæredes ex corpore Francisci descendentes, ergo conditio euenit, descendunt enim à Ioanne, non à Francisco, at illa alternativa non potest de Ioanne intelligi, quia de eo in prima parte actum erat non in hac sequente. Tertia

tertio

BIU Cujas

ratio ex mente donantis in ipso cótractu expressa deducit: quia expresse attestatus est se facere hanc donatione, vt familia sua domus Fotenay, & eorũ arma honorabilius sustineatur, quæ ratio ad fauorẽ familiæ respicit. l. j. §. pen. de ven. inspic. §. cæterum. Instit. de leg. agna. succe. & in simili casu consuluit Soc. consilio cclviij. & quæ ratio in fœminis locum non habet, quia ipse in alienam domum transeunt, nec arma, aut familiam Fontenay sustinent, & declarat Pau. de Cast. in l. maritus. in fin. C. de procur. Soc. consilio xl. in consilijs Francisci de Curte. cum simil. meritò igitur ex ratione per testatorem adducta declarabitur eius mens, fietque restrictio significationis istius dictionis *hæredis*, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. l. pater filium. §. fundum. ubi Bartol. de lega. iij., maximè quia † in his conditionibus potissimum locum eius mens obtinere debet. l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. sicut videmus, quod propter talem rationem fideicommissum filijs iniunctum, vel etiam prohibitio alienationis generaliter etiam vltra extenditur, vt per Soc. l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. oblig. & d. consilio xl. Quæ mens ex eo quoque maximè suaderur, quia donator proprias filijs solum dotauit, non autem in casum euenientis conditionis Gabrieli prætulit: vnde si noluit Gabrielem à propriis filiabus excludi, multominus verisimile est † voluisse à Ioannis filiabus excludi, † nec enim credibile est voluisse meliorem fieri neptum suarum conditionem, quæ remotiores sunt in gradu, quam propriarum filiarum. arg. si viua. C. de bon. ma. & dicit Ful. & Pau. de Cast. in l. j. C. de cond. inser. Soc. in d. consilio xc. cum simi. Quarta ratio ex natura rei de qua agitur, † id est feu Baroni, in qua conditio mentionem faciens *hæredis*, de masculo intelligitur, non autem de fœmina. cap. j. versic. & si clientulus. de alie. feud. & cap. j. versic. cumque, de eo, qui sibi vel hæred. suis, in vsibus feud. & text. in c. fin. de feud. fuer. contr. inter dom. & nor. Bartol. in l. Gallus. §. etiam si parente ff. de lib. & posth. & licet Ioan. Fab. dixerit feuda in Galliam redacta esse instar patrimonialium in d. authen. ingressi. tamen intelligitur de feudis minimis, non autem de feudis habentibus iurisdictionem, vel dignitatem annexam, prout ipsemet declarat. in d. §. cæterum. institut. de leg. agn. succ. qualis est baronia, seu quælibet infeudatio meri & mixti imperij, vt per Bald. in c. innotuit. extra. de elect. & hanc partem tenendo non obstant rationes suprà in contrarium allegatæ, quibus suadebatur, quod appellatione hæredis intelligeretur in hoc casu, etiam de istis fœminis, quia sunt sublatæ per supra dicta quatuor rationes. & vlterius particulariter respondeo, ad primum dico quod † dictio, *hæredes*, comprehendat fœminas: respondeo, est verum, præterquam in feudis habentibus iurisdictionem. d. cap. j. de alie. feu. cum simili. Item est verum, nisi mens contrahentium sit in oppositum, non enim mulieres sustinent agnationem, nec arma, vt suprà dixi. Item responderur dato, quod intelligatur de fœminis, conditio tamen non loquitur simpliciter de hæredibus, sed descendentibus ex corpore hæredis, & sic Franciſci, sorores verò fratre non descendunt, sed à communi patre. l. fin. ff. de grad. Item non sufficit, quòd sint filiæ, sed etiam requiritur, quod successerint tanquam hæredes, quod non est in istis, quæ simpliciter fuerunt dotatæ, &c. Ad secundum quòd sicut donator prætulit Ioannem Gabrieli, ita quoque eius vniuersam successionem præferre voluisse censendus est, respondeo hoc est verum, respectu successionis, quæ eisdem qualitates haberet, quas ipse Ioannes vt in simili per Bartol. in l. liberorum. item prædicta vera. ff. de verb. significe. & sic in successore masculo, qui esset hæres qui arma conseruauit qui succederet ex voluntate defuncti in feudo, quæ qualitates non concurrunt in mulieribus, vnde si Ioannes reliquisset alios masculos quam Franciscum, satis putarem ab eis masculis Gabrielem excluſum fore propter præsumptam voluntatem donantis, & id donato, quod vniuersales hæredes Ioannes non fuissent: licet enim verba non nisi de filijs simul, & hæredibus loquerentur, tamen præsumpta mens testatoris agnationi masculorum fauentis hanc interpretationem reciperet, secum in nostro casu solum superſint fœminæ, nulla est ratio cur à proprietate significationis uerbi *hæredes* recedamus. l. non aliter. de leg. iij. & ideò non solum de filio seu descendente intelligamus, sed de tali, qui hæres sit. Ad tertium, quod hæc voluntas non attendatur, cum non sit expressa in conditione, respondeo, quod imo est expressa in principio ipsius donationis, quod satis est. gloss. l. Pomponius. §. rati. de neg. gest. doct. l. lecta. ff. si cert. petа. item nulla alia ratio cur tantum faueret huic masculo potest assignari, nisi contemplatione agnationis, & quia † per masculos conseruatur domus, & arma. vnde talis ratio debet haberi pro expressa gloss. l. quamuis. C. de fideicom. vbi Iaſ. post alios. Nec est constituenda differentia inter donationem, & vltimas voluntates, quoad interpretationem huius conditionis, quia etiam † contractus donationis benignam, & fauorabilem ex mente donantis interpretationem recipit. c. cùm dilecti. de don. Ang. consilio ccxlij. super primo. in fin. Card. consilio lxiiij. quod dicta Dec. consilio xxxij. Nec obst. quod sola conditionis verba attendi debent. d. authen. licet. quia respondeo etiam hoc admisso verba conditionis esse in fauorem Gabrielis: quia istæ fœminæ non fuerunt hæredes Ioannis in dicta Baronia, sed Franciſcus nec ipsæ descendunt à Francisco, sed à Ioanne. item per alias rationes suprà à me adductas. Ad vltimum dum dicitur, quod si Almericus substituisset Ioanni Gabrielem sub conditione, si Ioannes decessisset sine filijs, & contigisset eum habere tantum filias fœminas, quòd nihilominus hæ fœminæ excluſissent Gabrielem, quia ille conditio, *sine filijs*, licet propriè de masculino genere intelligitur, tamen etiam ad fœminas extenditur: ergo idem dicendum in casu nostro, respondeo, quòd illa decisio Pau. Cast. d. §. cum quis. est dubia, quia contrarium consuluerunt plerique illustres docto. ut refert Fulg. & Pau. Cast. in d. l. j. C. de condi. insert. & Soc. l. cum auus. ff. de cond. & dem. & d. consilio xl. inter consilia Curt. Barba. consilio lij. in consilijs Alexan. in iiij. vol. Dec. consilio lj. & cclxx. cum infinitis simil. & in practica solet distingui an agnatus substitutus sit transuersalis testatori, & isto casu præferantur fœminæ, argumen. dicta lege cum auus, & vera sit prior opinio. an verò substitutus sit ex descendentibus testatoris, vel donantis, vt est casus noster & ipse præferatur excluſis fœminis. & ita distinguit Pau. Ca. consilio ccccx. casus iste frequenter contingit. in ij. vol. in nouissimis, & est de mente Alexan. consil. xxxviij. in vol. vj. Non obst. tan-

dem, quòd in dubio iudicandum sit contra Gabrielem, quia dico nos esse casu claro, & manifesto in fauorem ipsius, & cum iudex deprehendat talem fuisse contrahentium mentem non debet in dubio ab ea discedere: quia † iudex debet vestigare, & sequi talem mentem sicut venator leporem, vt dicit Bald. in l. fi. C. de impub. Iaf. l. ij. C. de lib. præt. per illum text. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILIVM XI. SVMMA.

1 *Onus impositum filio, qui erat proximior in gradu multò magis censetur impositum nepotibus remotioribus.*
2 *Relictum successiuè fidei non committi.*
3 *Prohibitio alienationis facta filio, non obligat nepotem.*
4 *Sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deseruiantur, dicit inefficax.*
5 *Cessantibus verbis nunquam dicendum est subesse fideicommissum.*
6 *Fideicommissum est onus.*
7 *In dubio semper fit interpretatio, ne hæres sit grauatus.*
8 *Ademptio fideicommissi censetur fauorabilis, quia datio est odiosa.*
9 *In fideicommissi appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum censeatur, etiam nepotibus impositum.*
10 *Alienatione vetita successionem intestati non contineri.*
11 *Fideicommissum defecta conditione perire.*
12 *In contractu donationis, qui est stricti iuris, quicquid omissum est, pro omisso habetur.*
13 *Facilius sola voluntas testatoris inducit fideicommissum in testamento, quam inducatur in contractibus, & quare.*
14 *Prohibita alienatione per testamentum, non excluditur causa dotis propter verisimilem testatoris mentem.*

DONATIONIS verbis visis propter matrimonium inter Don. Petrum Lopes de Mendosa, & d. Ioannam, dubitatur an inductum sit aliquod grauamen, vel fideicommissum in Castris donatis, in fauorem Don. Francisci eorum nepotis, an verò, dicta bona tanquam libera potuerint relinqui d. Eluiræ nepti. Et pro Don. Francisco videtur facere, quia verba pacti sunt, *quod Don. Petrus non posset ordinare, nec disponere in vita, nec in morte de dictis locis: nisi inter filios suos masculos, & descendentes ex illo masculos legitimos, de vno in alium seruando ordinem genituræ.* Quibus verbis apparet, quòd prohibitio alienationis facta est fauore masculorum descendentium, & quidem secundùm ordinem genituræ, vnde non debet d. Eluira admitti, quæ est fœmina, & tertio genita. Et quamuis onus videatur impositum ipsi Don. Petro, tamen apparet hoc factum fauore descendentium masculorum, vnde onus impositum Don. Petro, cui tunc donabatur, & qui erat proximior multò magis debet censeri impositum nepotibus remotioribus. ar. l. Publius. ff. de cond. & dem. in fi. Alexan. consilio xxxviij. in vj. Iaf. cxlij. in ij. cum simili. Confirmatur eadem sententia per illa verba, *quòd non posset disponere in vita, nec in morte, sed bona de vno in alium secundum ordinem genituræ*, &c. vnde apparet talem clausulam concepta fauore primogenitorum masculorum, non attenta persona Petri, qui nec viuens, nec moriens potuit de eis disponere. Et hoc etiam suadet capitulum donationis filiarum. vnde arguit enixa voluntas partium, quod existentibus masculis, bona non transirent in fœminas, Vnde consequens est, vt Don. Ennicus filius non potuerit disponere de dictis bonis in personam Don. Ioannis secundo geniti, & in præiudicium ipsius Don. Francisci primogeniti. Sed † rationibus istis non obstantibus puto contrariam magis esse veriorem, & d. Eluiram habere potiora iura in dictis castris, tanquam nullum subsit grauamen, seu fideicommissum, nec eius conditio euenerit, habet enim donatio quatuor capita fideicommissi. Primum, *quando donatarius decederet, relictis masculis, vt seruetur ordo primogenitur æ*, quòd solum caput facit ad propositum quæstionis nostræ. Secundum est caput, *quando relinqueret etiam fœminas vsque ad quam summam debeant dotari.* Tertium est caput, *quando relinqueret filias fœminas tantum.* Quartum est, *quando decederet absque filijs, vel filiabus, seu descendentis fœminis, &c.* Quæstio autem nostra duntaxat vertitur circa primum caput, quia decessit dictus Don. Petrus relictis multis liberis. Et difficultas in eo stat, an grauamen ipsi Petro impositum censeatur etiam eius filio Ennico impositum, sicut & nepoti Ioanni, vt non potuerit instituere sororem, excluso fratre. Et mihi clarum in iure videtur, quod tale grauamen Petro nominatim impositum vlteriùs non extendatur, sicut videmus regulariter, quòd † prohibitio alienationis facta filio, non obligat nepotem, gloss. in §. nunc igitur. in auth. de restit. fideicom. & ne infra quartum gradum. per Bartol. & omnes in l. filius sa. §. diui. ff. de leg. j. Et quia d. Eluira tanquam coniuncta ex vtroque latere in successione Ioannis fratris ab intestato præferebatur Franc. auth. itaq; C. communia de success. vnde non dicitur Ioannes alienasse, sed lex, quæ omninò ab intestato ipsam vocabat, vt dicit text. in d. auth. de restit. fideic. in fin, secundum translationem nouam ibi, sed ipsa quodammodò lege horum causa existente. & ista est communis opinio, à qua in iudicando nō est recedendum, quia pro ea est casus. in l. cùm pater. §. cum inter. ff. de leg. ij. vbi Dyn. Rayner. Bar. Pau. de Cast. Idem etiam tenuit Alex. Iaf. Ruy. & alij Mod. in d. §. diui. Bal. consi. xxxviij. in ij. Rom. consi. cccclvij. Alex. consi. lvj. in j. consi. xxiij. in ij. Iaf. in l. si ita quis stipulatus. §. ea lege. ff. de verb. obl. Nec obstant coniecturæ voluntatis, quia imò nulla est cōiectura, quòd donator voluerit alium grauare, quàm Petrum, & tales coniecturæ sunt insufficientes, vt per eas deuoluatur ius fideic. Quia † sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deseruiant, dicitur esse inefficax. l. quidam cùm filium. vbi Bal. & Imo. ff. de hæred. instit. & per Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dum respondet ad l. nō aliter. ff. de leg. iij. gl. in l. cum virum. vbi Sali. in fi. C. de fideic. Sed verba in casu nostro nō onerant fideicommisso ipsos Ennicum, & Ioannem: ergo non possumus dicere subesse fideicōmissum, prout in simili dicit Alex. consi. cxxxix. lib. vj. & ideo Bal. in d. l. cum virum. dixit ad inducendū fideicommissum, nō sufficere solam cōiecturam mentis testatoris, quem refert, & sequitur Iaf. in l. potest. ff. de vulg. subst. quia † cessantibus verbis, nunquā dicimus subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. verb. an vnciam hæreditatis. ff. ad Treb. vbi Dyn. Iac. Alber. Et † cum fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. filiæ. de vul. in dubio pronuntiamus non subesse, quia semper † in dubio fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. & † ademptio fideicōmissi cēsetur fauorabilis, quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. de Cast. & Soc. in v. no. ff. de reb. dub. Hinc est, † in fideicō-

missis

missis appellatione *filiorum*, nō veniunt nepotes, A
nec onus filijs iniuncta censeatur etiam nepotibus
impositum secundum Bald. consi. cccliv. in iij.
Alex. lvj. nu. 6. Soc. ciij. in prin. in ij. Dec. ccxviij.
cum similibus. quod & in prohibitione alienatio-
nis est ab omnibus traditum, post glo. in d. §. nunc
igitur. & Bar. in d. §. diui. cum concor. Cōfirmatur
hæc opinio per tex. in d. §. cum inter. vbi testator
dixerat, Petō ne *fundus de nomine familiæ meæ exeat*. quæ
verba non possent esse magis clara in fauorem fa-
miliæ, & sunt longè clariora, quàm in casu nostro, B
& tamen ibi admittitur filius liberte ab intestato,
qui non erat de familia, quia verba illa restringun-
tur in casum, quo grauatus contrafaceret, non au-
tem quo lex deferret successionem, vt in casu no-
stro. Et fortissima etiam coniectura erat † in casu
Iustiniani in d. auth. de testi. fideicom. in quo testa
tor prohibita alienatione suburbani subiecerat,
quod volebat illud per omnia, & perpetuò perma
nere in familia sua nec vnquam egredi de nomine
suo. & tamen Imperator ibi iudicauit vtranq; Ma
riam tam matrem, quam sponsam ab intestato ad-
mitti, quia illa ratio restringitur ad casum aliena-
tionis ab ipso grauato factæ, non quæ facto legis
euenit. Et etiam in casu Alex. d. cōsi. cxxxix. erat
longè efficacior coniectura voluntatis, & tamē d.
Alex. rectè respondit nō subesse fideicommissum,
quia testator ibi instituit agnatos masculos remo
tiores, exclusis fœminis, proximioribus, & grauā-
uerat instituros, si decederet, sine masculis, quod
bona remanerent in propinquiores de sua paren- D
tela semper de gradu in gradum, donec adessent
masculi, consuluit Alexā: quod si prima conditio,
11 *si decederent sine masculis, &c.* † non sit verificata eta-
men fuisse fideicommissum, prout nec in casu nostro
est verificata. & coniecturas, quæ in casu suo erant
aliquanto verisimiliores, quàm in nostro non suf-
ficere, vt agnati de familia possint admitti. & alle
gat d. Alex. multa iura & fundamenta, quæ etiā in
casu nostro militant. Et hoc maxime dicendum in
12 contractu donationis, † quod est iudicium stricti E
iuris. §. actio. instit. de act. in quo quicquid omis-
sum est habetur pro omisso, iuxta leg. quicquid a-
13 stringendæ. ff. de ver. ob. & quia † facilius sola vo-
luntas testatoris inducit in testamento fideicom-
missum, quam inducatur in contractibus, quia cū
contractus ex ambarum partium voluntate pen-
deant, nō præsumitur quod altera grauamini suo
consentiat nisi quatenus verba de necessitate in-
ferunt, vt aliàs dixi lib. iij. de verb. sig. versi. tertia
causa. & verisimile est, quod do. Petrus non con-
sensisset ad grauamē filiorum, & nepotum suorū. F
vnde videmus, quod † prohibita alienatione per
14 testamentum non excluditur causa dotis, propter
verisimilem testatoris mentem. auth. res quæ. C.
ad l. falc. l. mulier. §. penul. ff. ad Trebel. & tamen
secus est in prohibitione per contractum. l. nulla.
C. de iur. dot. Et ita mihi videtur. saluo tamē sem-
per saniore iudicio.

CONSIL. XII. SVMMA.

G

1 *Verbum alienare cōprehendit etiam institutionē heredis.*
2 *Nulla est verbi generalitas, quæ non restringatur ad ter-*
minos iuris, quia semper ratio legis eam restringit.
3 *Alienatio si facta sit titulo particulari, non potest actio ex*
fideicommisso contra particularem intentari successorē.
4 *Clausula, & quibus dederit, operatur quod licet alienare*
quocunque titulo.
5 *Alienationi fideicommissum non inesse.*

Cons. And. Alc.

ISIS iis, quæ nouissimè adducta sunt
per magnificum d. Reuisorem, persuade-
dum esse arbitror in aliis scriptis, quia
per ea non videntur eneruari rationes,
quæ pro d. Ludouico vrgent. Nō obstat ergo, quod
Bartol. in dict. quæst. viij. d. §. duo fratres, loquitur
simpliciter per verbum *alienare*, quod compræhē-
dit etiam hæredis institutionē. l. si quis prioris. §.
centū. C. de secundis nupt. Respondeo, nulla est
tanta † verbi generalitas, quæ non restringatur ad 2
terminos iuris, quia semper ratio legis ea restrin-
git, aliàs diceretur Iudaice intelligere, quia Iudæi
adhærēt cortici verborū, cōtra quos inuehitur Io.
And. in add. Specu. tit. de Iudæis, & habetur in d.
iij. C. de lib. prete. in fin. In proposito igitur, licet
illa clausula det licentiā alienādi, & sic etiam hæ-
redē vniuersalē instituendi, tamē non per hoc cē-
setur renuntiatū fideicōmisso, vt ipsemet Bar. di-
cit. & ideò, si alienatio nō sit sequuta, agitur adhuc
ad rē ipsam, si verò sit sequuta, agitur ad pretiū, &
ita tenent oēs. Qua cōclusione sic stante, sequitur,
vt si alienatio sit facta in hæredē vniuersalē, possit
cōueniri ad rē ipsam, perinde ac potuisset auctor
suus: cuius psonā repræsentat per rationes alias al
legatas, quas rogo d. Reuisorē, vt diligēter dignet
considerare. quia ex eis tollūtur q̄ nouissimo hoc
motiuo adducta sunt. Nec text. in d. §. certū. quic-
quā obstat: quia ibi maritus nō grauabatur reser-
uare lucra filijs, nec ad prētium aliquod tenebā-
tur. In casu verò nostro durat adhuc fideicommis-
sum: licet per alienationē res eximatur de dicto o-
nere, in quod succedit, deinde pretiū: quia grauā-
tus rē amplius non habet, quod si haberet res ipsa
durat in obligatione, vt aliàs dixi. Nec obstat, q.
apud d. Iudice nō sit doctor, quia dicta verba sic in
telligat, quia nec quisquam est, qui contradicat: &
ideò tanquā casus omissus à docto, debet secundū
rationes iuris decidi, & semper ante oculos iudi-
cis præcipua esse debet voluntas testatoris, vt ea ob
seruetur. Nec obstat, q. si Alex. cōs. clxxxix. vol. ij.
loquitur, quādo hæres habentis licentiā alienandi
trāstulit rem in aliū, idem sit in nostro casu, in quo
trāslatio est facta in d. Monicā, nec videtur subesse
ratio diuersitatis. Respōdeo, subest ratio euidens,
an facta sit alienatio titulo vniuersali, vt est quæ-
stio nostra, an particulari. & loquitur Alex. quia si
facta titulo vniuersali, actio ex fideicōmisso datur
cōtra hæredē, qui cū rē habeat, tenetur eā dare, si-
cut si rē nō haberet teneretur ad pretiū, vt oēs con
cludūt. q. † si facta sit tit. particulari nō potest actio 6
ex fideicōmisso cōtra particularē successorē intē-
tari. l. j. §. si hæres. vers. nec enim. vbi Soc. & Iaſ. ad
S. C. Treb. l. fi. §. fi. de cōtrah. emptio. qui ipse tam
habet. & ideo solū superesset actio ad pretiū cōtra
hæredē, secundū Doct. d. l. si fundū per fideicōmis-
sum. Nō obstat, secundū motiuū, dū arguitur à suf
ficienti partiū enumeratione, aut nō est facta aliēna
tio, aut est facta in non prohibitū, aut facta in pro-
hibitum. primis duob. casib. frustra quæritur. Ius
vltimo casu, quādo facta in prohibitū, iura est dn.
Monicæ propter clausulā, seu licentiā alienādi. &
respōdeo, vt supra dixi. hæc clausula nō operatur,
si facta sit alienatio, titulo vniuersali, per institutiō
nē heredis, & res sit apud ipsam: quia sicut posset
cōueniri ad pretiū, ita multo magis ad rem. Non
obstat, quod clausula, † *Et quibus dederit.* operetur 4
quod licet alienare quocunque titulo. l. j. de testā.
nō hab. prop. nar. Curt. cōs. lxvj. & Curt. iun. cōs.
iiij. &c. Respōdeo, doctrina Bar. in d. §. duo frater.
q. viij. de qua disputamus, propriè loquitur quādo

adest talis clausula, & tamẽ vult saluã esse actionẽ ad pretiũ, quia per talẽ clausulã nõ censetur simpliciter renuntiatũ esse fideicõmisso, sed ita demũ si res dari nõ potest: quia alienata, vt ad pretiũ agatur, est ergo mutata per talẽ clausulã natura rei, si sequatur alienatio particularis, adeò quod grauatus fideicõmisso, sed ita demũ si res dari nõ potest: quia alienata, vt ad pretiũ agatur, est ergo mutata per talem clausulã natura rei, si sequatur alienatio particularis, adeò quod grauatus fideicõmisso rẽ dare nõ possit, quia iam in suo dñio nõ sit, secùs, si sit, vt in casu nostro. Nõ obstat quod d. Ludouicus etiã ipse dederit talẽ licentiã per † instrumentum diuisionis, de año 1501. respõdeo, nihil refert, quod ipse dederit, vel alius, cui ipse successerit: quia sem per clausula nõ operatur nisi, vt suprà dixi, facta alienatione particulari, quãdo grauatus fideicõmisso rẽ prestare nõ potest: quia eã nõ habet, id est alienauit. Non obstat, dũ rursus dicitur, aut d. Monica haber licentiã, & nõ potest molestari, aut illicitè, & est tuta propter clausulã, respõdeo vt suprà quia reuoluimur eodẽ ad pretiũ. Primò per doct. Bar. l. j. §. quod habebat. de bo. pos. cõrratab. Dec. cõs. clxxxi. &c. respõdeo Bar. ibi loquitur in renũtiatione expressa. At in nostro casu nõ est renuntiatũ fideicõmisso per dictã clausulã vt dicũt Ale. Aret. Ias. d. q. viij. meritò remaner ius saluũ ad pretiũ. Secũdò, quia ex verbis videtur etiã data licẽtia donãdi. c. j. de feud. nõ hab. respõdeo stat simul, q. liceat grauato donare alteri, & tamẽ donãs teneatur ad pretiũ fideicõmissi ex quo per talẽ donatio nẽ factũ est, quominùs rẽ dare possit. & certè in casu Bar. clausula generaliter cõcepta est, vt liceat alienare, & sic etiã donare, & tamẽ volũt pretiũ deberi. Nec Bar. in d. l. si fundum per fideicom. aliter sentit, nisi casu, quo expresè cõsensissem donationi, quã tu fecisses, quod nõ est in casu nostro. Tertiò, quia non apparet ex processu pretium fuisse petitum. respondeo non fuit opus petere pretium ab hærede, sed potiùs rem: cùm res ipsa sit penes hæredem, qui successit in locũ grauati: & habet facultatem tradendi, vt suprà dixi.

CONSIL. XIII. SVMMÆ.

1 *Auus paternus excluſis patruis infanti ſuccedit.*
2 *Mater defuncti auum paternum excludit.*
3 *Infans, quia viuus natus eſt, cenſetur ſuus hæres ipſo iure patri ſuo fuiſſe.*
4 *Infans quamuis hæreditatem paternam non adierit, tamen beneficio ſuitatis ad quemcunque tranſmittit.*
5 *Qui vult dicere, quem fuiſſe abortiuum, & natum ſexto menſe probare debet per peritos, & atteſtatio matris ſolius non ſufficeret.* (*ab vſufructu.*)
6 *Si probetur infantem abortiuũ fuiſſe, mater excludẽda erit*
7 *Mater quæ non petijt dari curatorem ventri, non incidit in aliquam pœnam, niſi integro anno fuerit negligens.*
8 *Auus proprie agnatus non eſt.*

DECIDI casus presens quinq; cõclusionibus potest. Prima cõclusio est, quod in hereditate † istius infantis, potior est causa aui paterni, quã patruorum: quia ipse promixior est in gradu: & quia rex. in auth. de functo. C. ad Senatusc. Tertyl. cõparentibus vocat fratres ipsius defuncti, nõ aũt patruos, merito ergo de eis nõ videtur tractandũ. Secunda cõclusio, cùm in presenti casu exter † mater ipsius defuncti, ea excludit auũ paternũ manumissorẽ. l. ij. §. obijcitur. verſic. ſed neq;. ff. ad Tertyl. & probatur in d. auth. defuncto. in verbo, ſi pari gradu, vbi gl. vnde consequens est vt per statutum nostrũ incipiens, nulla mulier, debeat mater habere integrũ vsumfructum omnium bonorum istius infantis. Tertia conclusio, iste † infans, quia viuus natus est, censetur suus hæres ipso iure patri suo fuisse, & de eius successione, nõ autem paterna pertractandũ est. l. pen. C. de posth. hæred. instit. & † quãuis nõ adierit hæreditatẽ paternã, nihil refert: quia beneficio suitatis transmittit eã ad quẽcunq;. l. apud hostes. C. de suis, & leg. l. iij. C. de iure delib. per Barr. & Doct. in l. ventre. ff. de acq. hæred. in l. si infanti. C. de iure delib. quicquid ibi Ias. comminiscatur de collegio Mediolanẽsi, quod est falsum, & collegiũ illud sequitur communem sententiam in indicãdo. Quarta conclusio, † qui vult dicere eum fuisse abortiuum, & nato sexto mẽse probare debet per peritos in similib. & atteſtatio solius matris non sufficeret. arg. l. etiã. ff. de proba. l. pe. §. mulier. eo. tit. & quod not. Doct. in c. officij, extra, de pœni, & quod haberur in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & quod haberur in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posth. Quinta conclusio, si † probetur infantem hunc abortiuũ esse, mater excludẽda erit à dicto vsufructu, secundũ magis communem opinio. de qua per Alex. & Ias. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. Soc. in l. est auus. in fi. de cond. & demon. licet hæc opinio multũ aduersetur rex. in d. l. iij. C. de posth. hæred. inst. vt ibi inquit Corn. tamẽ quia est communiter approbata difficulter aliud posset obtineri, de quo etiã dixi in l. qui mortui. ff. de verb. sig. tali ergo casu mater saltẽ lucrare tur omnia iocalia, & eius causa parata ex forma statuti incipientis: Si maritus, quia diceretur decessisse sine descendente masculo, vt in simili per Barr. in l. Arethusa. in fi. ff. de stat. ho. Nec quicquã facit, quod † mater nõ petierit dari curatorẽ ventri: quia propter hoc nõ incidit in aliquã pœnam, nisi integro anno fuerit negligens. l. sciant. C. de legi. hæred. maximè cum habuerit iustam causam impediméti, & etiã excusata sit alijs rationib. de quib. in l. iij. vbi gl. C. ad Tertyl. Videat ergo dicta mater quod sibi sit vtilius, & an probari possit partum fuisse abortiuũ, & ex ijs respõsum est omnib. quæsitis. Non omitto etiã, quod fortè etiã proprietas spectabit ad matrẽ: quia statutum subrogat vsumfructum extantibus agnatis, quod debet intelligi de agnatis, qui possint succedere, & admittatur ad successionem. l. ij. §. sed si sint sui. vbi Barr. ad Senatusc. Tertyl. respectu † ergo aui proprie non verificatur statutum, quia ipse non est agnatus propriè loquendo. l. scripto. ff. vnde cognati. dixi lib. iij. cap. xxv. parergon. respectu patruorũ non verificatur, quia illi non possunt succedere propter patrem, vt suprà dixi: tamen quia hæc opinio est rigorosa, eam pro nunc non affirmo, sed ampliùs deliberandum censeo.

CONSIL. XIIII. SVMMÆ.

1 *Mater in ſucceſſione ſpurij vxori præfertur.*
2 *Natus ex coniugato, & ſoluta dicitur ſpurius.*
3 *Filio ſpurio mater ſuccedit.*
4 *Filijs ex damnato coitu natis, ſucceſſio in bonis Patrum prohibetur.*
5 *De iure communi non reperitur impoſita pœna mulieri ſolutæ cocunti cum coniugato ignoranter.*
6 *Per legitimationem à patre factam omnis macula ſpuritatis à ſpurio abolita eſt, & de iure communi, perinde ac ſi legitimus natus eſſet ſuccenditur ei.*
7 *Statuti quo legitimati ſuccedunt ſenſus.*

AGAM

ACAM in casu mihi proposito paucissimis, quia arbitror rem esse satis claram, existimo enim Titij istius hæreditatem † ad matrem superstitem pertinere, non ad vxorem, cùm mater prior sit in gradu, iuxta authent. de funct. C. ad Tertyl. & quæ habentur in l. j. C. vnde vir & vxor. moueor autem principaliter duob. fundamentis. Primum est, quia hic Titius † natus proponitur ex coniugato, & puella multiea soluta, quo casu dicitur spurius. clarum autem est † filio spurio matrē succedere l. si spurius. l. hac parte. vers. itaq;. ff. vnde cogn. §. fin. instit. ad Senatusc. Tertyl. Nec obstat, quod istud videatur aliquatenus temperatum per legem nouellam Iustiniani, in §. fin. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. vbi prohibetur † filijs ex damnato coitu natis, successio in bonis parentū: ergo vicenersa eis ipsis parentib. in bonis talium filiorum, secūdùm gl. instit. ad Senatusco. Orfi. §. nouissimè in verbo. admitti. & glo. in l. si qua illustris. C. eo. tit. qa respōdet etiā si verū hoc sit tamē intelligendū de coitu damnato à lege: quia talis coitus sit accusabilis, quod nō est in casu nostro, per tex. in l. j. C. ad l. Iul. de adul. † quia neque de iure cōmuni, neq; ex forma statutorū reperitur imposita aliqua pœna tali mulieri, ergò frustra accusaretur. l. & si quis. §. diuus. ff. de relig. licet forte in patre aliud esset, & ppter vilitatē personę istius ancillatis. l. si ea l. q adulterij. C. ad l. Iul. de adul. & quia potest iustā ignorantiā allegare, q cōcubitor suus esset cōiugatus. xxxiiij. q. ij. c. in lectū. c. j. de eo qui dux. in matr. quā poll. gl. l. marti. §. pe. ff. de adult. & concurrentib. istis, nō est dubitandū quin talis coitus nō sit accusabilis, & cōsequenter concludendū matrē ad successionē admitti, quā sententiā cōsulendo diffusè sequutus est Soc. cōs. cxlviij. & Dec. cōs. cccvj. & Cor. in l. si qua illustris. C. ad Orfic. Ias. in additionib. Portij. instit. de Orfi. d. §. nouissimè. cū multis cōcordantib. per eos allegatis. vnde apparet hāc etiā esse magis cōem opi. Et licet aliqui dissenserint, tamē non loquūtur in mulierē vili, & quę possit ignorantiā prętēdere vt sup. dixi, sed solū in ea cū qua cōmissum esset stuprū accusabile. & ita loquitur Din. in l. j. de cōcub. Ful. cōs. xxxvj. & rectè distinguit Dec. d. cōs. cccvj. Secundū fundamentū est, quia in facto asseritur † filiū, hunc à patre legitimatū fuisse, quo casu aboleta est omnis macula spuritatis, & de iure cōmuni ei succeditur, perinde ac si legitimè natus fuisset. l. cōmunium. C. de natural. liber. per argumentū à speciali, & habetur per doct. in rub. ff. de liber. & posthu. Alex. cōs. ij. in prin. Dec. cōs. cccvij. in fi. cū fini. Nec obstat statutū, in nouis sol. cxxxvij. quo cauetur, *Legitimationē nō operari, nisi respectu successionis in bonis eorū, qui expresè cōsenserint, &c.* quia respōdetur quod mater † ipsa potest etiam nunc consentire, prout cōsuluit Ang. cōs. cccl. pro deris. & Alex. cōs. cxxxix. in prin. mouetur rationib. de quib. per eos. Præterea aduertendū est, quia dictū statutū, solum loquitur de successione ipsorū legitimatorū actiue: vnde non videtur extendendum, quando passiuè tractatur, quō ei sit succedendū. hoc enim est relictū dispositioni iuris cōmunis. Et quāuis q quū sit successiones esse reciprocas, vt quō ru succedis mihi, eo modo & ego succedam tibi. d. l. cōium. l. pen. l. si ab eo. C. de legit. hæred. tamen hæc æquitas non est sufficiens ad deferendam hæreditatem, nisi hoc verbis legis sit expressum, vt per multa similia ostendit Corn. in auth. post fratres. ij. C. de legit. hæred. & per eū in d. l. si qua illustris. casū

aūt prædicti statuti verba hoc non inferūt, vnde intelligitur solum in sensu actiuo, quatenus ipse illegitimus vellet succedere alteri, non è conuerso, quādo ipsi succedendū esset, maximè cū ex forma alterius statuti verba debeant ad literam intelligi, de quo in l. oēs populi. per Bar. q. vlt. de iust. & iu. & ita vidi seruari dicti statuti, cùm essem aduocatus. Et quia hæc sufficiunt, vlteriùs non insisto.

CONSIL. XV. SVMMÆ.

1 *Legitimati ex eodem patre agnati succedunt.*
2 *Agnatio non à matre, sed à patre procedit, & iure agnationis defertur hereditas.*
3 *Patris & filiorum hæredum tacitus consensus.*
4 *Hæredes representant personam defuncti.*
5 *Æquiparatio cum procedit ex regula iuris veteris, habet locum & in statutis, & in correctorijs.*
6 *Consensum mutuum simul legitimatorum censeri.*
7 *Pupillorum consensum propter eorum vtilitatem valere.*

LICET presens casus prima fronte videatur dubius, tamē si rectè, & penitùs inspiciatur, est satis clarus, & visis scripturis, videtur & cōclusiuè agendo, cōcludo ius omniū bonorū, de quib. agitur, spectare ad Vrsinā. Moueor, quia legitimata est, & † legitimatis succedūr agnatis, vt est magis cōmunis opin. per Io. And. Spec. in tit. de succ. ab intest. §. j. versic. sed ex facto. Ang. cōs. xvij. Comes. & cōs. lxxxvj. pro decis. Ant. de But. c. per venerabilē. vbi etiā Prępositus extra, qui fil. sint leg. Pau. Castr. cōs. cxxiij. sup primo videtur dicendum. & consi. clxxxij. super eo q primo loco quęritur. Alex. cons. ij. in prin. & cōs. cxxxix. in prin. Soc. cōs. lxiij. in iij. cōs. xlvij. in iiij. Ias. l. si is qui pro empt. in iij. q. princ. vers. vlij. ff. de vsucap. Dec. cōs. cccvij. ad fi. vnde de iure ista filia debet succedere fratrib. suis, & habet fundata intentionē suā. Non obstat, quod sit nata ex diuersis matrib. quia istud nihil facit, & sufficit, quod sit nata ex eodē patre: quia à patre ꝓcedit ipsa agnatio. §. j. instit. de leg. agn. tut. iure cuius agnationis defertur ipsa hæreditas, vt ibi not. & in l. j. C. vnde legit. Nō obstat, q legitimata sit tantūmodò quoad mille aureos in successione paterna: quia sic nō agitur de successione paterna, sed fratrū, quorū respectu est plenè legitimata, vt per Soc. cons. ccxlvj. elegater. Curt. cōs. lxxij. vers. secūdò respōdemus. & Dec. cōs. cclviij. Et licet in casu suo sit aliqua dubietas, tamē in nostro, in quo agitur de successione fratrū, nō aūt patris, nullū videtur dubiū, & faciūt notata in l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. Non obstat, q ex forma statuti nostri, videat ista excludi, ex quo nō pręstitit cōsensum legitimationi fratrū, nec fratres ipsius: quia ad hoc, in quo vertitur difficultas prętentis cōsultationis, respōdeo, q cū pater ordinauerit in testamēto, eos oēs legitimari & sic cōsenserit expresè, & ex certa scientia, eorū legitimationi, & in eius cōsensus executionē ipsi fecerint se legitimari, & sint hæredes patris, certè eius consensus † censetur esse consensus etiā ipsorū: quia † cùm sint hæredes repræsentant eius personam, & consensus patris est consensus filij hęredis, per reg. l. hęredē. ff. de reg. iur. & cū † æquiparatio procedat ex regula iuris veteris, habet locū & in statutis, & in correctorijs, secundùm Alex. in hij. ff. de leg. j. præsertim secuta ratificatione per legitimationem. l. quo enim. §. si procurator. j. ff. rem rat. hab. per Alex. in l. si eius. in gl. in verb. negotiorum. ff. si cert. pēta. Et hoc etiā clarius procedit: quia in eodē actu omnes fuerūt legitimati, vnde censetur alter alteri consensisse, vt per Bar. in l. cum pater. §. libertis. in fi. ff. de leg. ij. Alex. in

qui.

qui.§.neque filius.ff.de acqu.hæred.in leg.si con- A
stante.ff.vxor.in princip.fol.matr.Soc. conf. ce.
consicolxvj.Dec.conf.cxxj.Fel. c. cum Bertol. de
re jud.& habentur vsque à principio pro fratrib.
veris,& legitimis.leg.si filium.ff.de gradibus.& fa
cit text.in l.iij.ff.de ritu nupt. Nec obstat,quod
2 essent † pupilli:quia cum actus tenderet in eorum
vtilitatem,& esset illis valdè fauorabilis,valet ra
lis consensus,vt est casus in leg.seruum, vbi doct.
ff.pup.sal.fore.& quod not. Cor.cons. cxxiij. in
prin.& cons. clxxxv. in i. Soc. cons. lxxx. in iiij. B
vol.cum similibus præsertim cum factus fuerit in
executionem voluntatis paternæ.arg.l.j. & gloss.
in verb.caueriut.ff.de rebus eorũ.per Bald. in leg.
ij.quæst.xviij.ff.de rerum diuis.Corn.& Doct. in l.
cum antiquiorib.C.de iur.delib.imò etiam de no
uo potest ista superstes ratificare,vt per Ang. cõs.
ccl.pro decisio.Alexand.consil.cxxxix. in primo
volum.& ideo concludo,& de iure,& de æquitate
sororem admitti,exclusis agnatis,& cognatis.

CONSIL. XVI. SVMMÆ.

1 *Masculo repudiante, quem statutum præfert fœminam admitti.*
2 *Nepotem mortuo Auo conceptum ei non succedere.*
3 *Substitutum adquissum directò hæredem esse.*
4 *Præteritio matris, vel auiæ olim habebatur pro exhæredatione.*
5 *De iure canonico filij legitimantur simpliciter per subsequens matrimonium.*
6 *Legitimatus per subsequens matrimonium propter ius canonicum in terris ecclesiæ habebitur pro legitimo, in terris verò imperij, quoad fuisse succedendi habebitur pro spurio.*
7 *Fideicommissarius petit fideicommissam de manu hæredis.*

BREVITER pro more meo agendo, dico contendendum esse præceptum continuandi Francisco Lombardo, seu eius vxori, in vtraque hæreditate, tam soceri, quàm soceus. Et quo ad hæreditatem do. Pauli eius soceri, non est aliqua difficultas: quia Damianus filius institutus repudiauit,vt apparet publico documento:vnde vo
1 catur eius soror, ex quo † statutum nostrum præfert simpliciter masculum fœminæ, vnde masculo repudiante, admittitur fœmina,vt dicit in terminis nostris Raph.Comen.in l.filius fa.§.cũ quis in fi.ff.de leg.j. & repudiatio filij excludit nepotẽ istum infantẽ,vt concludit Alex.post alios in l.pa
2 ctũ quod dotali.C.de collat.præsertim cũ iste nepos viuente auo, nõ fuerit conceptus,sed eo iam mortuo per plures annos.l.Titius.ff.de suis,& legit. Quo verò ad hereditatem do.Alegræ, dico idẽ esse, nam in testameto, ipsa instituit filium, *Et si decesserit sine filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, instituit filium.* vnde cùm Damianus prædecesserit matri, sequitur testm esse in causam caduci, & hæreditate deuolui substitutę.l.vnica.§. sin aut aliquid sub conditione.C. de cad.tollen.& sic
3 cũ substituta † sit iure directo hæres, quia lex facit eam hæredẽ, debet illi cõperere remedium cõtinuandi ex decreto, ex quo verba decreti hoc cantat, & facit quod not.Alex.in cõs.[xxxv].ij.vol.Nõ obstat si diceretur, quod imo ista filia non vocetur saltẽ in legitima nepotis, ex quo existat nepos legitimatus per subsequẽs matrimonium:sed respõ
4 deo duob.modis. Primò, quod † olim præteritio matris, vel auiæ habebatur pro exhæredatione.§. fi.inst.de exhær.lib.& ideò solum cõperebat querela.hodie verò lex concedit ius dicendi nullam. §.aliud quoq;.in auth.vt cum de appellano. quæ remedia non impediunt possessorium: sed postquam hęres est continuatus, tunc intenditur iure peritorij, & si tunc iste nepos, vel eius hæres peteret, illi respõdebimus. Secundò respondeo, hũc nepos est adhuc spurius, nec obstat matrimoniũ matris:quia licet † de iure canonico.filij legitimẽ- 5
tur per sequens matrimonium simpliciter.c.tãta. extra, qui fil.sint legi. de iure tamẽ ciuili,nõ legitimãtur,nisi subsequutis instrumẽtis doralib.§. fin. inst.de nup.& ideò licet propter ius canonicũ talis filius dicatur legitimus:tamẽ in terris imperij, quo ad finẽ succedẽdi nõ habebitur pro legitimo, sed pro spurio,vt cõcludit Ang.cons.xxix. & Prępo.in d.c.tãta.in pe.char.vers.descendo ad tertiũ. & fuit opi.Cin.in l.qui contra.C.de inc.est.nupt.& ibi idẽ tenet Bal.Ray.& Sal.Iac.de Are.in l.& frõtra.C.de nupt.& ibi eriã Bal. & Abb.in simili.in latior.extra,qui fil.sint legi.& in c.tua.de prd.cog. & ista opinio est verior,& cõmunior. Prætereà in omnẽ casum ista amita quæ fuit superstes infanti,est ei hæres ab intestato; tanquã proximior:& iste extraneus,qui est † fideicõmissarius, debet pe- 6
tere fideicõmissum de manu hæredis.l. nõ dubiũ. C.de lęga.l.j.ff.quorũ leg.nec ei cõperit beneficii decreti de cõtinuanda possessione,vt ell.olim allegatur,& vulgò obseruatur, quod autẽ ille esset fideicõmissarius, non autẽ substitutus pupillariter,probat per l.credendũ.§.hęc aũt itaec,vbi Alb.de Ros.in specie notat.ff.qui pet.tut.sed circa hoc non insisto,quia non vidi testes,dũ deponunt de verbis præcisis institutionis. an directa essent, an obliqua,an communia.

CONSIL. XVII. SVMMÆ.

1 *Substitutio defecta conditione euanescit.*
2 *Conditio voluntaria,de casu ad alium non potest perrigi.*
3 *Substitutus in casu quo posthuma nasceretur, non nata posthuma non admittitur.*
4 *Qui est inhabilis ad succedendum ex eius persona substitutus habilitari non potest.*
5 *Verbum substituere,quamuis possit esse commune, tamen in dubio semper fit interpretatio, quod spectet directã substitutionem.*
6 *Substitutio vulgaris habet locum, quotiescunque instituitus hæres esse non potest,siue non possit.*
7 *Si hæres viuo testatore moriatur,& consequenter institutio sit caduca,hæreditas ad substitutum pertinet.*
8 *Conditio si posthumus nascatur,& decesserit,habet locũ, etiam si non fuerit natus.*
9 *Pupillaris expressa continet etiam vulgarem ex qua substitutus admittitur.*
10 *Si testator filium nasciturum hæredem instituit, & si hæres erit,& pupillari ætate decesserit substituit Caium de to casu,quod filius non nascatur,adhuc tamen Caius admittendus erit.*
11 *Substitutio facta si filius nõ esset in rerũ natura, trahitur ad illũ casum quo viueret,& in pupillari ætate decederet.*
12 *Perempto gradu etiam conditio illi adiecta perimitur.*
13 *Conditio voluntaria debet specificè adimpleri.*
14 *Quod quis natus decedat,& nunquam natus sit hoc, casus lex pro similibus habet.*
15 *Donatio facta ab vxore pubere marito, de rebus immobilibus sine interuentu iudicis non valet, & dicitur dilapidatio,& inducit læsionem.*
16 *Dictum generale quod valeant donationes in contractu matrimonij factæ, debet intelligi de personis habilibus secundum terminos iuris communis.*

17 Donari

17 *Donari marito in casibus posse.*
18 *Querelæ locus.*
19 *Pacto quæsita non tolli.*
20 *Feuda domino conceduntur potius iure sanguinis, quàm successionis, & ideo statim quæritur ius ipsis defendentibus, etiamsi non sint hæredes.*
21 *Descendentes de hæredibus decipiendi.*
22 *Hæredes factum defuncti approbare tenentur.*



TRIA principaliter dubia resoluenda sunt ex propositæ facti speciei circa hæreditatem Comitis de Verage. Primum est, an eius hereditas ad proximum agnatum pertineat, an verò ad magnificum d. Franciscũ in eius testamento substitutum. Et prima fronte videretur dicendum ipsum do. Franciscũ excludendum esse: quia testamentum ipsum per do. Margaretæ mortem videtur effectum fuisse caducum, & † substitutus admitti non potest: quia conditiones, sub quibus vocatus est, non euenerunt: cum testator eum substituerit casu, quo filij sibi nascerentur, & decederent, & do. Margareta illis, eo casu substituta etiã ipsa decederet. Sed cùm filij non sint nati, & ipsa Margareta viuente testatore decesserit, apparet manifestus conditionum defectus, vt meritò excludẽdus sit: videtur enim hæc conditio † esse voluntatia: & ideo de vno casu ad alium non potest porrigi, vt per Bart. Gallus. §. & quid si tm. de lib. & posth. & quod in simili casu not. Ang. cõs. cxcij. incip. visis. vbi concludit, quod † substitutus in casu, quo posthuma nascerentur, non nata posthuma non admittitur, & facit quod in similibus terminis consuluit Old. cõs. cxlj. incip. thema tale est. mouetur quia cũ Margareta decesserit, viuo testatore, ipsa † fuit inhabilis ad succedendum. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. toll. ergo ex eius persona substitutus habilitari non potest. l. si in venditione. de rescind. vend. Item, quia non est plus cõcedendum secundo substituto, quàm priori, vnde primo excluso, quia cum casum non sit vocatus excluditur, & sequens. l. Publius. §. Titia. de condit. & demõ. Ad idem facit, quod in notabili casu dicit se cõsuluisse Soci. in leg. j. ff. de vulg. & pup. testator, aliquo instituto, compendiose substituit quandocunq; hæres decederet sine liberis, decessit hæres relictis liberis viuente testatore, respondit testamentum caducum, & locũ esse successioni ab intestato, nec substitutum admitti: quia cõditio illa nõ verificabatur: & ideò vulgari substitutioni locꝰ nõ erat. Rursus confirmatur hæc opinio per id, quod consuluit Alex. cõs. clxxxix. viso processu. in secundo vol. in quæstione testatoris, qui ventrem instituerat, & si masculus esset, & decessisset in pupillari ætate substituit Philippum, si nascentur fœminæ eas instituit particulariter euenit casus, quod venter nihil peperit concludit ipse substitutum excludi, tanquam is casus fuerit omissus. l. cõmodissime. ff. de lib. & post. & in simili casu idẽ cõsuluit Dec. cõs. lxxxix. per quasdã rationes, quæ & hic possent adduci, idẽ etiã in casu fortiori respondit Pet. de Anch. cons. cclvj. incip. ex serie testamẽti. Fulg. cõs. xlix. ex facto. Soc. cõs. xxx. in iij. cũ similib. Vltimò facit, quia substituẽs vocauit dictã Margaretã in omnib. casib. prædictis, & quolibet eorum, quæ verba innuunt, quod extra illos casus nullo pacto debeat admitti. & cõsequenter nec d. Franciscus ei substitutus, per eiusmodi enim verba dispositio ita restringitur, vt ad casum omissum ex testatoris heri nõ possit, secundũ Per. de Anch. d. cõs. clviij. Dec. cõs. cccxxxij. & cõs. cccxxxiij. & alibi sæpe. Sed his nõ obstãtibus puto cõtrariã opinionẽ de iure esse veriorẽ, & cõsequenter d. Franciscũ admitti: cuius sententiæ ratio ex verbis ipsius testatoris assumitur: qui cũ Margaretã vocasset in casu, quo ipse testator decederet sine liberis, subijcit q, in omnibus casibus prædictis substituit d. Margaretæ, d. Franciscũ, quæ verba directã substitutionẽ importãt, quia quãuis † verbũ *substituere* possit esse comune. l. generaliter. §. cùm aũt, iuncta gl. in verbo substituit. C. de inst. & substit. l. iã hoc iure. vbi doc. ff. de vulga. & pup. tamen in dubio semper fit interpretatio, quod potiùs spectet directã substitutionẽ. c. si pater. de test. in vj. Ale. in rub. C. de impub. & aliis substit. Dec. l. in testõ. de testa. milit. & ideò hoc casu dicendũ est † substitutionẽ esse vulgarem, quæ habet locum quotiescunq; institutus hæres esse nõ potest, siue nolit, siue nõ possit. l. cũ proponas. C. de hæred. insti. Vnde † si hęres, viuo testatore, moriatur, & cõsequenter institutio sit caduca hæreditas ad substitutum pertinet. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tol. & tali casu testamentũ vires accipit à secũdo gradu. l. iij. §. fi. in fi. vbi Bar. ff. de lib. & posth. & ideò † conditio, si posthumus nascatur, & decesserit, habet locũ, etiã si nõ fuerit natus. l. fi. C. de instit. & substit. & ideò † pupillaris expressa continet etiã vulgarem, ex qua substitutus admittitur etiã nõ nato posthumo. l. qui ventri. vbi gl. in verb. substitutus. & Bart. ff. de ven. in spic. no. Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. Cor. cõs. clxxvj. viso lib. ij. Fulg. cõs. xlix. cũ similib. Facit q, tradit Ray. de Forl. in tra. substit. vbi loquitur de vulgari, & tandẽ cõcludit, quod † si testator filiũ nascituruũ hæredẽ instituit: & si hæres erit, & in pupillari ętate decesserit substituit Caiũ, dato casu, quod filius nõ nascatur, adhuc tamẽ Caius admittẽdus erit, per d. l. fi. C. de inst. & substit. refert, & sequitur Soc. d. l. j. ff. de vulg. vbi etiã refert Ro. in casu fortiori cõsuluisse. cõs. lvj. in casu ppõsito videtur, q, † substitutio facta. si filius nõ esset in rerũ natura trahitur ad illũ casum, quo viueret, & in pupillari ætate decederet: vt tenet etiã idẽ Soc. cõs. lij. vt vẽram. Ad idẽ facit, quod cõsuluit Dec. cõs. cxxxvij. vbi per totũ concludit, q, substitutus casu, quo filij oẽs, vt §. nati, & instituti decederẽt, & deficerent, admittitur etiã casu, quo nemo nasceretur, vt ibi latiùs per eũ. Istud enim introducitur ex præsumpta mente defuncti, qui idem in vno casu voluisse præsumitur, quod alio arg. l. fi. C. de posth. hæred. inst. Et procedũt prędictę decisiones in casib. fortiorib. quia in eis cõditionis verba penitus reclamabãt, sed in casu nostro nullo modo verba aduersantur, est enim substitutus d. Fran. casu, quo testator decederet sine liberis, qui casus euenit, & licet Margareta etiam ipsa, viuo testatore, decesserit, tñ eius mors nõ solũ, non obst. substituto, sed ei potiùs locũ facit: cũ (vt dixi) caduca institutione facta sit locus substitutioni. d. §. pro secũdo. d. l. iij. §. fi. de lib. & posth. Et hãc partẽ tenẽdo, nõ obst. allegata in contrarium. Non obstat igitur, quod nõ videantur verificatæ conditiones, sub quibus substitutus est vocatus, quia respondetur multipliciter: & in primis, quod nullæ conditiones impeditiuę hoc casu adsunt: quia si cõsideremus verbã testameti d. Margareta vocabatur ex duplici capite. Primo in casum nascentium filiorum, & deinde decedentium: sed de hoc capite nunc non disputamus, Secundo vocabat generaliter casu, quo testator decederet absq; filijs, & in hoc cap. vnica

est

est conditio, quæ euenit, vt meritò d. Fráciscus debeat admitti ipsi d. Margaretæ substitutus, cui verba conditionis, nihil penitùs repugnant. Secundò respondetur, quod cùm conditiones adiectæ sint Margaretæ, & ea institutio per mortem ipsius effecta fuerit caduca, expirant etiam conditiones illi adiectæ, & substitutus simpliciter admittitur, 12 quia † perempto gradu etiam conditio illi adiecta peremitur. l. cohæredi. in prin. ff. de vulg. & pup. & doctrina Bart. l. quandiu. ij. ff. de acq. hæred. per quam doctrinam consuluit Paul. de Castr. cons. cclij. incip. præsens dubium videtur formari in nouissimis, quod si testator filio suo pupillariter substituat Titium, & si Titius sine liberis decesserit Titio ipsi Sempronium, mortuo Titio cum liberis, viuente pupillo Sempronium admitti: quia cùm caduca fuerit Titij substitutio, non attenditur defectus conditionis, & sic quod filios reliquerit, & illa decisio Bar. in d. l. quàdiu est. communiter ibi approbata, vt dicit ibi Aret. & Alex. cons. j. uol. j. Cur. cós. lij. sup testamẽtis. & Ias. in l. j. de vulg. Hinc apparet, qd decisio illa Old. in allegato cós. cxlj. nõ est vera, & Aret. in d. l. quàdiu eã reprobat. & dicit esse quandam phantasiam, vt ibi respõdet eius rationibus & certè illa decisio confunditur per terminos legales, & per doctrinam Bart. in d. l. quàdiu. Tertiò respõdetur quod etiam si cõditiones illæ nõ reijcerentur, adhuc admittendus esset ipse substitutus ex præsumpta mente defuncti per supradicta: & quia licet † cõditio voluntaria debeat specificè adimpleri. l. Mæuius. l. qui hæred. ff. de cõd. & dem. tamen potest etiã in casu 14 simili adimpleri. l. iam hoc iure. de vulg. & lex † iustos casus pro similibus habetur, quod quis natus decedat, vel nũquam nascatur, vnde pupillaris cõtinet tacitam vulgarem, & vice versa, vt ſ. dixi. d. l. fi. d. l. qui vẽtri. cum ſi. Non ob. cõsilium Ang. xciij. qa ipsemet fatetur, q, mes defuncti erat in fauorẽ substituti, & ideò in fi. dicit, quod nõ audet cõtra eũ cõsulere, quia vermis conscientiæ absterret, & in illo casu, quod nõ natis filijs, sit locus substituto firmãt Ruyn. & Lancel. Galliaul. in d. l. Gallus. §. & quid si tãtum. Præterea ibi loquitur Ang. in substitutione fideicõmissaria, & in casu multum separato à nostro, in quo (vt dixi) est vulgaris substitutio, quæ indubitãter habet locum casu, quo testamẽtum sit caducum, dixi. Nõ obst. decisio Soc. in d. l. j. quia respõdetur eodem modo quo ſ. præterea nõ videtur esse vera, & cõtra cõmunem sentẽtiam Bar. & doc. in d. l. quàdiu. & Paul. de Castr. d. cós. cxlij. Nõ obstãt decis. Alex. cons. clxxxix. quia eam reprobat Ruin. d. §. & quid si tantũ. & si esset vera, adhuc non obstaret: quia ibi dispositum erat in casu mixto, quę dispositio ad casum simplicem trahẽda, secũdum eũ nõ erat. l. si ita scriptũ, de lib. & posth. quæ ratio nihil facit ad casum nostrũ. Et eodẽ modo etiã respõderi potest ad decisionẽ Ancha. d. cós. cccl vj. quã reprobat Lancel. Galliaul. in d. l. j. de vulg. nõ obstãt illa verba *in omnibus, & singulis prædictis casibus* quia respõdeo, quod adiuuãt substitutũ, ex quo ante erat specialiter cõprænhensus ille casus, quo testator decederet sine liberis. Præterea nõ videtur verũ, q, si testator dicat tunc *vel eo casu*, &c. nõ sit licita extẽsio, quia confunditur hæc opinio. per tex. in l. j. de vulg. vbi in conceptione vulgaris substitutionis erant illa verba, & tamen cõtinet tacitã pupillarẽ: cõfunditur etiã per tex. in d. l. Gallus. in prin. vbi erat illa dictio, & tamẽ per discursum illius legit vbiq; extẽditur, & ideo Lancel. ibi not. reprobat, & bene hãc opi, & ita etiam fuit de mẽte Bar. in d. l. j. in oppo. Circa secũdum dubium videretur donationem ab illustri Ioanna marito suo factã nõ valere, quia quãuis ipsa tẽpore donationis esset pubes, id est, esset maior duodecim annis. inst. quib. mod. tut. fin. in prin. tamẽ adhuc cõtrahere non potuit, & si habebat curatorẽ, cõtractus est nullus l. si curatorẽ habẽs. C. de in int. rest. min. & maximè, † quia in donatione comprehenduntur etiam immobilia, quo casu subest prohibitio legis vetantis huiusmodi alienationẽ absq; decreto iudicis. l. j. ff. de bon. eorum. quod videretur in hoc casu dicendum, in quo mulier donat: quæ donatio est dilapidatio, & inducit læsionem. l. cum de indebito. ff. de prob. Nec statutũ castri vxoris adiuuaret ipsum Comitem, tamẽ quia ipse non erat subditus dicto statuto, vt dicit Paul. cast. l. omnes populi. ff. de iust. & iur, imò etiã ipsa vxor, cùm esset transitura ad maritum, videtur potiùs contraxisse, secundùm statuta terræ, in qua habitat maritus, quã propriæ terræ. l. exigere dotẽ. ff. de iud. Bar. & doct. l. j. C. de sum. Trin. & fid. cath. tùm quia † dictum generale, quod valeãt donationes in contractu matrimonij facta, debet intelligi de personis habilibus, secundùm terminos iuris cõmunis. l. promittẽdo. ff. de iur. dot. & Bart. Ias. & alij. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nunt. & in l. j. per illum tex. C. de sacrosanct. eccles. Sed tamẽ † possent considerari aliqui casus, quibus valeret huiusmodi donatio, veluti esset iurata: quia iuramentum confirmat talem contractum auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem, & in corpore vnde sumitur. c. cùm contingat, de iureiur. & in donat. inter vir. & vxo. ita tenuit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuſ. & est communis conclusio, vt per Ias. & Dec. in l. pacta quæ contra. C. de pact. valeret etiam si facta esset cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis, iuxta d. l. j. de donis eorũ nec hoc casu posset cõcedi restitutio in integrum: quia nõ diceretur lęia mutuam donationẽ, & dubium euentum. l. de fideicom. C. de transl. non videtur. C. de in integ. rest. Posset etiam valere propter ratificationẽ factam: cùm esset in maiore ætate. l. j. & ij. C. si maior fact. nec obst. quod tũc propter matrimonium durans videtur subesse prohibitio legis: quia respondetur, quod ex quo hæc non videtur noua donatio, arg. l. si donatæ. §. si spõsus. ff. de do. inter vi. & vxo. & ex quo ipsa prẽmortua est ipsi marito cõfirmatur donatio. l. cũ hic status. ff. eo. tit. Solùm igitur † cõpetijsset eius matri querela inofficiosę dona. iuxta authẽ. vnde si parens. C. de inof. rest. & l. j. & per totum tit. C. de inof. do. & quæ habentur in l. Titia. ij. §. Imperator. de leg. ij. Non autem potest dicere de nullitate testamenti, tanquam in eo præterita, quia cum titu. institutionis sit sibi relictus vsusfructus, non potest dici præterita, vt dicunt communiter doctores de filio instituto in vsufructu in auth. nouissima. C. de inof. rest. & posset petere supplemẽtum legitimæ, iuxta l. omnimodò. C. de inof. test. quæ legitima augeretur si d. donatio nõ valeret, de cuius valore (quia non vidi instrumentum) non scribo vlterius. Circa tertium dubium, quia non vidi documenta, de quibus dubitatur, non possum assertiuè scribere, tamen quantum potui ex narratione facti ad me transmissam colligere, difficultatem facit in præsenti casu. Prima cessio, & remissio de comitatu facta per auum paternum Comitis fratri suo, & liberis, & descendentibus ab eo, ex quib. verbis videtur † quæsitum esse ius ipsis descendentibus, quia in hac materia feudali, & Comitatus

mitatus attenditur ius primò quæsitũ descendentib. ex inuestitura, quod deinde amplius tolli pacto ascendentium non potest c. j. in prin. de suc. feu. Bar. l. eum qui. ff. de interd. & releg. & quod habetur in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. Alex. consi. cvj. in iiij. Dec. consi. ccxxxix. quod procedit etiam si ascendẽtes paciscerẽtur domino ipso feudi consensum præstare, adhuc non præiudicarent iuri semel quæsito descendẽtib. secũdũ Paul. Cast. & Aret. in l. apud Iulianũ. aliàs est lex, idẽ Iulianus. §. si quis alicui. ff. de leg. j. Cur. cõs. xxv. in ij. dub. cũ concord. per Mod. in d. l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. Sed tamẽ aduertẽdũ est, quia hæc conclusio procederet, in cõtractu inito inter dominũ feudi, & vasallũ, qui sit institutus pro se, & descendentib. videtur stipulatus illis tanquam filiis, non autẽ tanquã hæredib. quia feuda à domino cõceduntur potius iure sanguinis, quã successionis, & ideò statim quęritur ius ipsis descendentib. etiã si non sint hæredes. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. vbi Bart. ff. de ope. lib. d. c. j. de suc. feu. per Bar. in l. itẽ videndum. §. fi. de pet. hære. Bal. cõsi. xxxiiij. Imperator cõcesserit in j. vol. sed nostra est quæstio in cõtractu diuisionis inter ipsos fratres, in quo alter assignatis sibi aliis bonis, cessit & remisit comitatũ alteri, & descendentib. suis, tali. n. casu propter naturã cõtractus diuisionis, qui est transitorius ad hæredes, videtur dicendũ stipulationẽ descendentib. † esse factã tanquã de hæredib. prout in dub. censendũ est per gl. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. vbi doc. & ideo ex tali cõtractu nõ quæreretur ius ipsis, nisi quatenus essent hæredes, vt dicit Bar. in d. §. si liberi. cuius opi. est cõmuniter approbata, vt per Dec. in rub. C. quãdo nõ pet. part. & q. not. Bal. cõs. ccclxxxxj. factũ. in iij. Et istud indubitãter procederet quãdo inuestitura ipsa Comitatus facta à supremo principe esset concepta pro ipso Comite & filiis, & hæredib. per not. in d. §. si liberi. Vnde in hoc casu, aut descendẽtes, qui cõtraueniunt transactioni non sunt hæredes, & excludentur, quia ad hoc vt succedat, requiritur, quod copulatiuè sint & hæredes, & descendentes. secundum Bar. d. §. si liberi. aut sunt hæredes, & obstabit illis exceptio posterioris transactionis, factæ cum defuncto, cuius sunt hæredes † & cuius factũ approbare tenẽtur l. cũ à matre. C. de rei ven. Nec obst. quod trãsactio videatur nulla tanquam facta de re non dubia, & iam finita per pręscriptionem. l. elegãter. §. si quis post. ff. de cond. indeb. quia respondeo, q. cum præscriptionis exceptio in multis casibus nõ impediat litis ingressũ quos notat Bar. in l. fi. ff. pro suo. apparet quod super ea potuit transigi, & renũtiari, vt etiam per Fel. in rub. de præscri. & Mod. l. nemo potest. de leg. j. quod indubitanter procedit si iuramentum interuenerit, vt per Ias. d. §. si quis post. & Io. de Imo. in d. c. cùm contingat. in viij. membro. de iureiur. Prætereà cũ Comes aduersus quẽ inducitur hæc præscriptio reperiatur in possessione per tot annos, potest adhuc opponere de domino suo contra istos agentes, vt per Aret. in l. cum seruum C. de ser. fug. Fel. d. rub. extra, de præscr. vt circa hoc ẽt latiùs deducetur, si opus fuerit.

CONSIL. XVIII. SVMMÆ.

1 *Quoniam verò in auth. de exhiben. reis sensus & extẽsio.*
2 *Nihil & parum æquiparantur.*
3 *An dos sit magna, an parua, stetur arbitrio iudicis.*
4 *Dos quæ sufficit ad victum & vestitum congruum, non dicitur dos parua.*

Consil. Andr. Alc.

1 *Congruum varie spectari.*
6 *Dotis congruitatem necessitate, & tempore censeri.*
7 *Alimenta debent præstari secundum qualitatem dotis.*
8 *Alimenta quæ debentur vxori, videntur deberi secundum dignitatem personæ, non autem restringi ad necessitatem victus.*
9 *Retentio facilius conceditur, quam petitio.*
10 *Congruitas dotis consideratur, non secundum tempus matrimonium, sed secundum tempus mortis, quia tunc incipit deberi.*
11 *In legitima quæ debetur filio, tempus mortis inspicitur.*
12 *Dispositio hominis facit cessare dispositionem legis.*
13 *Consuetudo est optima legum interpres.*
14 *Propriè restituere dicimur, quod iam accepimus.*
15 *Verbum reddere, & restituere æquiparantur.*
16 *Exceptio licet non ampliet regulam statuti, tamẽ declarat in quibus casibus loquatur.*
17 *Ex generalitate verborũ statuti censentur dispositiones iuris positiui esse sublatæ, & tali casu statutum non recipit interpretationem à iure communi.*
18 *Ex diuersis non infertur.*
19 *Quartum expilanti non deberi.*
20 *Pro eruenda veritatem rerum exportarum concubinæ defuncti sunt subijciendæ tormentis, vxor verò non, sed suo sacramento tenetur indicare bona, nisi subessent indicia sufficientia, quod ipsa abstulisset, &c.*



Species facti huiusmodi D. Nicola duxit vxorẽ Magdalenam, recepta dote ab eius patre, quæ tunc erat competens tam secundũ facultates soceri, quàm secundum qualitatem ipsius Nicolæ, qui deinde mercimoniis, & industria sua acquisiuit maximas diuitias, moriens condito testamento, reliquit vxori vltra dotem, & quædam iocalia 50. aureos singulis annis, quibus vixerit, si transiret ad secunda vota, & si non transiret, reliquit ei amplius legatum, &c. prout in testamento continetur, quæritur an dicta vxor possit habere quartam bonorum mariti iuxta dispositionem auth. prætereà. C. vnde vir & vxor. Et difficultatem in præsenti quæstione, in primis facio, quia licet tex. id d. auth. & in corpore vnde † sumitur. §. quoniam verò ad Clementiam, in auth. de exhib. & introduc. reis, loquantur de muliere indotata, tamen videtur idem esse in ea, quæ dotata sit. sed paruam habeat dotem, quia † nihil, & parum æquiparantur. l. quamuis. ff. de cond. & dem. Aliàs sequeretur, quod dotata in vno numo excluderetur à beneficio dictæ auth. Cum tamen per modicum legatum non excludatur d. §. quoniam verò secundùm Bal. in d. auth. prætereà. in fin. vbi subiicit quod † an sit parua dos, an magna, statur arbitrio iudicantis. auth. quod locum. C. de collat. vbi not. & putat, quod si sufficit † ad victum & vestitum congruum, quod non dicatur dos parua: aliàs sic & ita concludit ibi Bald. cum quo transeunt communiter doctores, & aduersus quem in contingentia facti dicit. Corn. consi. ccxlix. in iij. se non audere contrarium consulere, quamuis multæ rationes sint contra Baldum, & præsertim verba legum, quæ hoc beneficium non concedunt, nisi in mulieribus indotatis. Sed aduertendum est, quod Bal. & doctor. non videntur explicatè, nec clarè loqui, quomodo † intelligant hanc congruã dotem, quia dubium est, an intelligatur congrua secundùm dignitatem, & diuitias mariti, an congrua secundùm necessitatem victus. Item non explicant, an intelligatur congrua, secundùm tempus mortis mariti, an verò congrua habitò respectu ad tempus contracti matrimonij, ideo de vtroque casu est videndum. Circa

6 primum videtur, quod debeat intelligi, quod † sit congrua secundum necessitatem victus cum parsimonia, non habito respectu ad diuitias mariti, & sic, quòd dictum Baldi debeat intelligi de dote minima, & notabilis paruitatis: & ita mihi videntur intelligere Modern. in d. auth. præterea. vbi Corn. in fi. & Pepus, & Riminaldus, & Cur. Iun. & Coro. in d. cons. ccxlix. suprà alleg. in iij. Soc. cõs. xxx. cons. cxxj. in iij. vol. Et pro ista opin. est tex. in d. §. quoniam verò qui loquitur, quãdo mulier est in nouissima. i. extrema inopia: & videtur ille tex. factus, vt necessitati victus succurrat, non dignitati personæ: facit quia videtur hæc quarta miserationis causa indulgeri: & ideò secundũ necessitatem victus duntaxat debentur, vt not. Bal. & Ang. post Iac. de Arena in l. si maritus. ff. sol. mat. de quo infrà dicam. Ad idem facit ratio Doctorum: si enim dos deberet esse condecens secundũ dignitatem mariti, semper haberet locum d. auth. præterea. quia verò contingit secũdùm Riminaldum ibi. & Soc. d. cons. xxx. & Pepum. versi. ij. quod detur tantum dotis, cuius redditus sufficiunt alimentis habito respectu ad dignitatem, quod putet, quia dos mille ducatorum dicitur concedens vnicuique, & si dignitate comitiali præfulgeat secundùm Fulg. cons. xxij. & Dec. cons. xxvj. & tamen ex reditu talis sortis non posset Comitissa secundùm dignitatem viuere pro se, & seruitorib. Confirmatur hæc
7 opin. per regulam generalem, quæ habet, quod † alimenta debent præstari secundùm qualitatẽ dotis. l. si cum dotem. §. si autem in fœuissimo. in fi. ff. sol. matr. & quod not. Abb. in c. salubriter. in j. not. per illum tex. extra. de vsur. vbi ei, quæ maiorem dedit, concludit præstanda esse pinguiora alimenta, quàm ei, quæ minorem, & licet Bal. Nouellus in tract. dotis. vj. par. q. xvij. dicat tũc esse dotẽ, cõ decẽtẽ quãdo sufficit ad alimẽta per tex. in l. cũ vnus. in fi. ff. de alim. leg. tamen ille tex. probat cõtrarium, quod non ex alimentis dos regulatur, sed alimenta à dote, & ita illum tex. intelligit Ludo. Rom. ling. dxxxij. quamuis etiam Bal. Nouellus posit intelligi de alimentis, secundũ necessitatẽ victus tantũ. Nec obstat tex. in d. §. qm verò. volens qd si legatũ sit mulieri relictũ minus quarta parte ei supplearur: & sic sentit omninò quartã deberi, quæ potest largè sufficere ad alimenta, & ad luxũ: quia respondeo illum tex. loqui in casu, quo mulier sit prorsus absque dote, & ita propriè loquitur tex. & licet Docto. extendant ad dotem non congruã, tamẽ nõ loquũtur respectu huius casus, quãdo legatũ est à marito, Imo. Bal. in d. auth. preterea in fi. illũ tex. intelligit i legato modico nõ sufficiẽtẽ victũ necessarium. Nec obstat, quod † alimenta, quæ debentur vxori, videantur deberi secundùm dignitatem personæ. non autem restringi ad necessitatẽ victus, secundũ Lud. Ro. Imo. & Alex. in d. l. si maritus. quia respondeo, q, contraria opi. videtur verior, quæ fuit Iac. de Aret. & sequitur ibi Bal. & Ang. & eadẽ etiã approbat Io. Lupus in rub. de do. inter vir. nu. lij. & in c. per vestras. nu. lij. eo. tit. quauis etiã possint prædictæ opi. fœdere distinctionis cõcordari: quia aut loquimur in marito habẽte dote, & potest retinere alimenta secundũ dignitatẽ: & ita loquitur Ro. Imo. Alex. aut loquimur in ipsa muliere petente quartã, & satis est ad ei
9 exclusionẽ, q, habeat pro necessitatẽ victus: quia † retentio facilius cõceditur, quã petitio. l. ij. secundũ Bal. C. de fideiuss. not. Capra. cons. xxix. Dec. cons. cclvij. cũ similib. Non obstat etiã ratio Dec. in d. auth. per quã dicit se Set is cõsuluisse contra alios Doct. quia hæc quarta datur causa alimentorũ, &c. Nã respõdetur, q, iura per eũ allegata, loquũtur in præstatione annua iuxta. l. cũ is. §. si in annos. ff. de transs. vel in legitima filiorũ, quæ etiã iure naturæ debetur. auth. nouissima. C. de inof. test. In casu autem nostro hæc quarta debetur mero iure positiuo, & non nisi in nouissima inopia cõstituto. d. §. qm verò ad clementiã. Circa secũdũ dubiũ, an cõgruitas dotis cõsideretur, secũdum tẽpus matrimonii, an secũdũ tẽpus mortis, & videretur prima fronte attendi tẽpus mortis: quia talis quarta debetur tanquã patrio hæreditatis. vnde attendendũ videtur tẽpus mortis: quia tũc incipit deberi. per regulã. l. si Titius. vbi Bar. de testa. mili. per Bar. in l. ex facto. ff. de vulga. & firmat ad aliud propositũ Dec. in d. auth. præterea. Et quia videmus idẽ esse in † filio, cui legitima debetur, & tẽpus mortis inspicitur. l. cum quæritur. C. de inoff. test. & idem
11 etiam videmus in filia dotata: vt enim cognoscatur an dos cõgrua fuerit inspiciuntur diuitiæ paternæ secundũ tẽpus mortis, vt latè per Dec. cons. 276. ergo idẽ dicẽdũ in nostro casu maximè cũ secũdũ Dec. ista quarta efficacius vxori debeatur: quã alimenta filiis: cùm contra patrem sblũ detur officium iudicis, q, nullã præsupponit obligationem secundũ Barto. in l. si quis à liberis. in prin. de lib. agno. ista autem quarta debetur iure actionis, secũdùm Dec. in d. auth. præterea. Sed tamen prædictis non obstantib. puto contrariam opin. esse veriorem, q, sufficiat dotem fuisse cõgruam secundùm tempus contracti matrimonij, vt tradit Soci. in suprà alleg. cons. xxx. & Pepus in d. auth. præterea. nu. xxxv. quorum opin. non habet aliquem in indiuiduo contradicentem: & ideo in practica non esset tutum ab ea recedere, & probatur hæc sententia per tex. in d. §. quoniam verò. versi. attamen, quod non sit, &c. vbi constituta dote per vxorem, debet constitui donatio propter nuptias per maritum eiusdem quantitatis, cuius est dos, vt probatur in auth. de æqualit. dot. in prin. vbi Bar. illa autem donatio regulatur secũdũ dotẽ datã, & sic ad tempus matrimonij refertur, nõ ad tempus mortis. Confirmatur etiam ex ratione, quia quando dos est data congruens secundùm tempus matrimonii, non potest dici vxorem ex solo affectu ductam esse, sed etiam contemplatione dotis. vnde lex, quæ prouidet de quarta, quando ducta est ex solo affectu, non potest extendi ad hunc casum in quo partes per dotem congruam sibi consuluerunt, & † dispositio hominis facit cessare, dispo
12 sitionem legis. l. ex morte. §. fi. C. de pact. conuent. l. cum ex filio. §. j. de vulga. Ad idẽ etiam facit quia istud onus legitimæ dandæ vxori, quod imponitur bonis mariti à lege etiam contra eius voluntatem, imponitur in fauorem vxoris indotatæ. d. §. quoniam verò. non potest autem dici indotata, quæ habuit dotem cõgruam tempore dationis dotis, quod tẽpus attenditur: quia participium illud cohærentes mulieribus indotatis, de quo in d. §. quoniã verò propriè ad tẽpus, quo dotata esse incipit, videtur referendũ secundũ doctrinã Bar. in d. l. ex facto. & pro ista opinione videtur etiã esse cõmunis practica in ciuitate Veronæ, à qua maximè in iudicando est discedendũ: quia † cõsuetudo est optima legũ interpres. l. si de interpretatione. ff. de legib. Cum. n. mulieres soleant à parentibus suis dotari, censentur cõpetenter & cõgruè dotare, vt per Paul. Castr. cons. cviij. vij. dub. Dec. cons. xxvj. Meritò nũquã reperitur, q, in dicta ciuitate, stante testamento, aliqua quarta fuerit petita. Hoc etiã satis

suadent verba statuti, quo dicitur, *Mortuo marito, mulier integram dotem percipiat. & nihil vltra dotem hæredes mariti restituere teneantur*: quib. verbis videtur esse sublata dicta quarta, & dispositioni dictæ authen. præterea. Nec obstat, quod verbum restituere, nõ videatur tali casui conuenire: quia proprie, † restituere dicimur quod iam accepimus. l. j. §. eleganter. vbi not. ff. depos. Ang. cons. clviij. nam respondeo quod imò † verbum restituendi est generale, & recipit etiam dandi significationem, vt est tex. in l. verbum reddendi. ff. de verbo. sig. in l. Lucius. §. j. in l. hæres meus. in prin. ff. de leg. iij. per Bar. cons. cxxiij. incip. Titius, & Seius, verti. super ij. vol. j. qui licet loquatur in verbo reddendi, tamen idem est etiam in verbo, restituendi, quia æquiparantur, vt per Salic. in l. si constante. C. de donat. ante nup. & Iaso. in rub. ff. solu. mat. & q̃ ista fuerit mens statuentium, apparet ex exceptione posita in statuto saluo quod per prædicta, &c. quæ loquitur de eo, quod alter coniugum alteri reliquit & sic de eo, quod nunquam accepit, sed de suo originaliter dat: clarum est autem quod licet exceptio non ampliat regulam statuti, tamẽ declarat, in quib. casib. loquatur, vt per Pau. Cast. post alios in l. in iis. ff. de legib. Nos verò tractamus declarando verbũ, restituere, vt generaliter accipiatur, & habeat etiã dadi significatione, vt sup. dixi. Et pro hac opi. facit, quia dispositio d. auth. præterea. est extraordinaria, & iuris positiui, & etiã nõ fundata in bona ratione naturali cũ sufficeret, si tali mulieri inopi alimenta præstarentur ab q; eo, quod vocetur ad quartam hereditatis, & onereretur maritus contra voluntatẽ suam tantũ. substantiæ suæ rei relinquere. vnde succedit conclusio. quod † ex generalitate verborũ statuti cẽsentur facilius huiusmodi dispositiones iuris positiui esse sublatæ, & tali casu statutum non recipit interpretationem à iure cõmuni secundũ Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & quod not. Ias. in l. oẽs populi. in fi. ff. de iust. & iur. & declarau. in lib. j. de verb. sig. vers. his amplius. & lib. ij. vers. quid in correlatiuis. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium, quia ex suprascriptis satis apparet resolutio eorum. Non obstat in primis, quod ista quarta deferatur iure hæreditario. ergo cõsiderari debeat tempus mortis. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hæredib. instit. nam respondeo hoc est verum, vbi cõstat quartam deberi, sed ad cognoscendum, an debeatur, & sic an mulier sit indotata attendimus ad tempus matrimonij propter qualitatem expressam in d. §. quoniam verò. ibi quosdam cohærentes mulieribus indotatis, &c. ergo attendimus tẽpus cohæreutiæ. l. in delictis. §. si extraneus. de noxalib. act. & ita etiã tollitur ratio Dec. in d. auth. præterea. imò reflectitur in cõtrariũ pro hac parte, vt attẽdamus tẽpus matrimonij quauis, vt sup. dixi. Dec. loquatur in alio casu separato à nostro, vn de ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de min. Non obstat, q̃ legitima filiis debeatur secũdùm tẽpus mortis, & etiã dos dicatur cõgrua secũdum tale tẽpus, quia respondeo aliud esse in quarta, quãdo tractat de cognoscẽdo an debeatur: quia lex perpendit illã qualitatẽ q̃ maritus cohælerit mulieri indotatæ. d. § qm verò. & sic quæstio nostra est ad cognoscẽdũ si debeatur: cõtraria verò procedũt, quando constat deberi, q̃ tẽpus debeat attẽdi. Non obstat, q̃ Dec. senrit fortius deberi istam quartã vxori, quam alimenta filiis respondeo, hoc esse falsum, quia hæc quarta debetur duntaxat iure positiuo, vt sup. dixi: alimenta verò debentur filiis non solũ iure ciuili, sed etiã iure naturæ. vnde nõ valeret statutũ, ea tollẽs secundũ Abb. in c. Raynutius. extra, de test. per tex. in c. cũ haberet, de eo qui duxit in matr. & tamẽ valet statutũ. per q̃ corrigitur d. auth. quia iuris positiui. vt dixi, & in plerisque ciuitatib. Italiæ specialiter est derogatũ. d. auth. Et ratio Decij, quod alimenta petantur officio iudicis tantum. non est quia minus debeantur alimenta liberis, sed quia iure nostro nulla actio filio competit contra patrẽ. l. lis nulla. ff. iud. & ideò necessario recurrendũ fuit ad remedium extraordinarium, de quo in l. cũ filius fa. vbi dixi. ff. si cert. pet. Circa vltimũ dubium, nunquid ista mulier, quæ asseritur expilasse hæreditatem mariti priuetur beneficio dictæ auth. & Soc. in d. cons. cxxj. in fi. tenet, q̃ sic per rationes, de quib. per eum. Notãdum tamen est, quod inquit Bal. in l. j. C. de nat. lib. per illum tex. quod † pro eruenda veritate rerũ exportatarum concubinę defuncti sunt subijcienda tormentis: vxor verò non est torquenda, sed suo sacramento tenetur iudicare bona per tex. in l. ij. C. quando, & quib. quarta pars lib. x. quod intelligo, nisi subessent indicia sufficientia, quod ipse abstulisset per ea, quæ not. Ro. cons. cxvij. incip. ex præmissa statuti, cũ concordantib. per Pau. Picum in repet. l. Titia. §. Titia. q. lv. ff. de leg. ij. Et hæc quantum ad præsentem casum attinet, arbitror sufficere. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XIX. SVMMÆ.

1. *Hæres non conficiens inuentarium, perdit Trebellianicam.*
2. *Per Codicillos, clarum est non solum particularia, sed etiã vniuersalia fideicommissa induci.*
3. *In dubiis opinionib. iudicando, non est recedendum ab opinione Glo.*

MIhi suprascripta conclusio domini consulentis placet, quia magis videtur applaudere menti legũ, & in istis altercationib. doctorum semper illa pars est accipienda, quæ verbis & rationi legis est magis cõsentanea; & vltra ea, q̃ subtiliter in consilio sunt adducta, aut quæ per doctor. Modernos in locis vulgarib. reportata sunt probabo haut partem esse veriorem lege, ratione, & auctoritate. In primis igitur, quod † hæres non conficiens inuentarium perdat Trebellianicam. probatur per tex. in fi. in auth. de hæred. & Falc. cũ enim Imperator supra alloquutus esset de legatis, & fideicommissis particularib. in quib. alias deducitur Falc. nisi hæres nõ cõficiat inuentariũ, subijcit in allegato. §. fi. vers. qa verò duplex est. omnia obtinere in omni vltima voluntate, & sic et in codicillis. clarũ est autẽ per codicillos non solũ particularia, sed etiam vniuersalia fideicõmissa induci. §. fi. instit. de fideicom. hær. ergo ibi est tex. quod etiã in tali casu debet locus esse pœnæ suprascriptæ, vt non conficiens inuentarium, non solum Falcidiã sed & Trebellianicam amittat. Secundò moueor ratione, quia quicquid dicat Alex. in l. Marcel. ad Trebel. illud quod dicitur in d. auth. in §. sancimus. quod hæres perdit Falcidiam propter suspicionem, quæ insurgit contra hæredem non conficientem inuentarium, habet locum etiam in fideicommisso vniuersali: quia licet hæres omnino esset de eo detracturus quartam Trebellianicam, tamen si aeciderent plures res hæreditariæ, tanto

magis accipiet de alijs nomine quartæ, & sic fraudabit fideicommissarium, vnde cum sit eadem ratio, & quidem scripta in lege, non videtur posse dici, q̃ statutum in vno, nõ habeat locũ in alio, quod pot̃ sublata significatione vocabuli cõpræhendi, per notata in auth. quas actiones. C. de sac. eccle. Tertiò dico hac opinio. confirmari auctoritate plurium doctorũ, quos refert & sequitur Dec. in cõsil. ccxxxvj. vers. v. quæritur. & Ias. in d. l. Marcel. ex quib. auctoritatib. apparet, quod hæc opin. non est minus cõis, quàm contraria, & vltra eũ ita sentit gl. in d. auth. §. si verò expressim. in verbo, substitutis. ea generaliter intelligẽdo quoad omnia suprascripta, & † in dubijs opinionibus iudicando non est recedendũ ab opin. gl. quia Accursius est maximæ auctoritatis inter omnes scribentes, vt vbique dicit Bal. maximè cõs. cclj. in j. & cccl j. eo. li. & clxix. in v. & ccxxxvj. in iij. maximè cum Bar. fuerit contrarius, & credendũ sit magis ei in consilijs, quàm in lect. & pro ista parte ipse cõsuluit cons. ccxxxiij. incip. Lena Matterelli. & ita etiam nouissimè tenuit Socin. in d. l. Marcellus. vbi dicit, quod ita consuleret, & iudicaret.

CONSIL. XX. SVMMÆ.

1. *Adultus non habens curatorem maiori æquiparatur.*
2. *Adultus non habens curatorem, potest solus adire hæreditatem.*
3. *Adire cum, qui in se creditum retinet.*
4. *Minor ius adeundi transfert.*
5. *Clausula generalis (qualibet alia causa) vis.*
6. *Clausula, & quod plus de bonis suis petere non possit, nõ excludit petitionem dotis, nec inducunt compensationem.*
7. *Dictio super quid denotet.*
8. *Dictio bonorum, quandoque pro hæreditate capitur.*
9. *Legataria conditionalis ante conditionis euentum, nihil transmittit.*
10. *Statutum loquens de fœmina dotata, intelligitur etiam de ea, cui assignata sit dos in testamento.*

QVæritur prima quæstio, an Aurelius potuerit adire hæreditatem Virginiæ sororis? & videtur quod non, quia pater ei in testamento dederat curatores. respondeo contrarium, cum enim ij curatores essent mortui, & ipse excessisset ætatem pupillarem, potuit obligari adeundo, quia talis † adultus non habens cũratorem æquiparatur maiori. l. si curatorem habẽs. C. de integ. rest. min. & † potest solus adire hæreditatem, secundùm gl. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. vbi Ias. nu. xlj. dicit ita cõmuniter teneri. Secunda quæstio an † retinendo in se creditum Virginiæ videatur adiuisse, & extat quæstio disputata per Bar. cons. x. q. sic, vt tenet idem Bart. in l. gerit. de acq. her. per tex. in l. iij. §. sicut autẽ. ff. de pecul. lega. quæ sententia est magis cõis, licet aliqui contradicant, de quib. per Cor. Dec. Mod. in l. nõ hoc. C. vnde leg. Ias. cons. iij. in j. & hoc verum, secundũ Bar. ibi, qñ hæres allegat quod auctor suus adierit. fortius videtur, q̃ quamuis non adierit, tamẽ quia erat † minor transmiserit ius adeundi in hæredem per beneficiũ restitutionis in integrum, secundùm magis communem opi. de qua per Alex. cons. xx. in ij. in vij. volu. vnde etiam nunc possunt isti hæredes scripti ex persona minoris adire, & confundẽdæ actiones, quia debitor succedit creditori. l. stychum. §. aditio. ff. de sol. Tertia quæstio an hæreditas Virginiæ sit delata soli Aurelio an etiã sororib. & quid sit ex forma statuti Laudonis, & est dissense scriptum per alios, vnde omitto, tantum illud dico, q̃ etiam si esset delata sororib. pro earum parte, tamen non possent eam petere, propter clausulam testamenti ipsius Aurelij, *Quòd habeant quatuor millibras, in & super bonis tam patris, quàm patrui, quam eius testatoris, sibi dandas pro omni eo, quod petere possent, poterant, & potuissent, in & super bonis testatoris, tam occasione dotis materniæ, quàm iure institutionis, quam qualibet alia causa, & occasione, quæ quouis modo dici potest, &c.* illa enim clausula, † *Qualibet alia causa, &c.* tam generalis cõpræhendit etiam causam huius successionis iã delatæ, vt in simili per Cyn. in l. si ex maiore. C. de exceptio. ex quo de præsenti erat debita, & partes verisimiliter habebant notitiam. l. cum Aquiliana. l. non est ferendus. ff. de transl. l. fili. in fi. C. de dot. promis. per Moder. in §. duo fratres. in sexta quæstio. Bart. vbi Raph. allegat tex. in l. stipulatio ista habere. §. quæsitum. de verb. oblig. sentit Bald. consil. cccl xxxj. q. subtilis. in iij. Alexand. xxxj. põderatis. in iii. & dixi in l. fi ex certa. C. de transl. Nec obstat doct. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. fi liberi. ff. de op. lib. vbi illa verba, † *Et quod plus de bonis petere non possit*, non excludunt petitionem dotis, nec inducunt compensationem. facit text. in l. cùm pater. §. fidei tuæ. in l. fin. de leg. ij. respondeo in casu nostro verba sunt magis præghantia, scilicet, *Qualibet alia causa, & occasione quæ dici possit*, quæ manifesta indicant mentem testatoris volentis compensare, vt dicit Capra consilio lxij. in j. dub. Alex. cxxxij. in ij. imò ad hoc sufficit coniectura secundum Bald. in l. quoniam nouella. in fin. C. de inof. test. Secundo respondeo, quòd illud dictum non procedit, quando scriptum esset quod super bonis non peteretur, † dictio enim *super*, refertur ad hypothecam accedentem actioni personali, secundum Bart. in l. fundus quem. ff. de ann. lega. & ideo propriè intelligitur, vt nõ possit peti quantitas aliqua super illis bonis, vt declarat Bald. in d. l. quoniam nouella. sequitur Castr. d. consil. xxvj. Tertiò respondeo quòd dicta conclusio non procedit, quãdo ex coniectura, vel aliter, apparuit, q̃ testator vsus esset † dictione, *bonorum*, pro hæreditate, prout quandoque capitur. l. nam quod. in fin. l. consi. ff. ad Treb. l. bonorum. vlt. ff. de verb. sign. in casu autem nostro ex generalitate verborum, & identitate rationis satis manifesta est mens testatoris, & ideo non procederet suprascripta decis. Bar. prout est de mente Bal. in l. liberti libertæque. C. de op. lib. Guid. Papæ. q. xciij. & quæs. ccccxlvij. Cast. cons. cxciij. super isto puncto. in ij. Dec. cons. ccccxlv. cum simil. Quarta quæstio, quæ sit hæreditas Virginiæ. & puto nihil esse in hæreditate: quia tam pater, quàm frater illis legauit pro dote, quod legatum est conditionale: vnde † ipsa mortua ante euentum conditionis, nihil transmittit. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tol. secundùm doct. Bart. in l. Titio centum. §. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. & censetur statutum Laudense volens, vt filia fit contenta dote diminuisse legitimam, etiam respectu temporis quod potest, & ista magis communis opin. de qua And. Sic. consilio iiij. in j. Alb. Bru. in tract. statuti excludentis fœminas. char. ij. & † statutum loquens de fœmina dotata, intelligitur etiam de ea cui assignata sit dos in testamento, in qua pater exercuit, quod in se est actum dotandi, secundùm Bartol. d. §. Titio genero, secundum Castr. & Ruf. quem sequuntur Doct. communiter in rubr. ff. solu. mat. vbi Ias. Ruin. & alij

Mod.

Mod. & Capra. consi. vj. & cons. dcccxlix. Ancha. ccxxxij. Bal. Cast. Corn. l. non sine. C. de bon. quæ lib. & licet Soc. cons. xcij. in j. aliter videatur sentire, tamen in casu suo verba statuti, aliter erant cõcepta, super quib. verbis ipse fundat intentionem suam, aliàs illa consultatio esset contra communes doctrinas Doctorum, qui simpliciter sequuntur Bar. in d. §. Titio genero. & ita intelligenda est etiam consultatio Alex. xiij. in iij. lv. in ij. & ita etiam distinguit Card. Paris. consil. xxv. nu. lviij. in ij. Et ita mihi videt, saluo semper saniore iudicio. B

CONSIL. XXI. SVMMÆ.

1 *Re, & verbis coniuncto accrescere.*
2 *Portionis appellatione, an contineatur totum.*



Ordinatione Senatus quatenus reseruatur ius do. Corrado pro portione, sibi spectante in bonis fideicommissi, putarem clarius fuisse dicendũ, super bonis fideicommissi omissa disputatione pro portione, quia cum Corradus sit coniunctus re, & verbis fratrib. suis, ipsis precedentib. per ius accrescendi totum fideicom. ad eum deuoluitur, sicque essemus extra illam difficultatem, an † appellatione portionis, totum contineatur, de quo in l. si seruus. §. si ita. de leg. j. per Bar. & Doct. Item quatenus in ea imponitur perpetuum silentium D. Corrado, non videtur secundum terminos iuris id esse, quia instrumento transactionis Franciscus obligauit omnia bona sua, pro promissione aureorum vj. annuorum, iure cuius hypothecæ Do. Corradus est anterior tẽpore, vt apparet ex lectura instrumentorum. Quo verò ad creditum ipsius D. Corradi aduersus Frãc. portione sua pretij domorum venditarum, remisso me amplis. curię, quia non vidi an in instrumẽtis adsit hypotheca.

CONSIL. XXII. SVMMÆ.

1 *Pater ob transitum ad secunda vota, non amittit proprietatem in successione bonorum filij.*
2 *Iura facientia mentionem amissionis proprietatis, &c. loquuntur in matre tantùm.*
3 *In pœnalibus, & correctoriis simul, etiam ex identitate rationis non fit extensio.*
4 *Hæreditas filij efficaciùs debetur patri, quàm matri.*
5 *De iure veteri quicquid acquirebat filius, patri quærebat.*
6 *Circa amissionem in patre, non fit distinctio secundarum nuptiarum.*
7 *Mater indigna existimatur successione filij plurib. ex causis, nempe si ad secunda vota transierit, si tutores non petierit, si rationes non reddiderit, si pro vsufructu sibi delato non cauerit, &c.*
8 *Lex magis abhorret transitum ad secunda vota in fœmina, quàm in viro.*
9 *Ne fœmina transeat ad secunda vota, lex ei indulget multa priuilegia.*



Semper placuit mihi in puncto iuris ista opi. pro qua eleganter consultũ nuper fuit, quod † pater per transitũ ad secunda vota non amittat ꝓprietatem in successione bonorum filij, quia pro ea est casus apertus in alleg. §. cum igitur in auth. de non elig. soc. nub. † iura enim facientia mentionem istius amissionis, loquuntur in matre tantum, vt in l. fœminæ. §. j. C. de secun. nupt. nulla verò est lex, quæ de patre, hoc dicat, ergo nec nos dicere debemus. d. §. cũ igitur. Facit, quia talis dispositio est pœnalis, quia priuat matrem vsufructu & correctoria d. §. cum igitur. vnde † in pœnalib. & correctoriis simul etiam ex identitate rationis; nõ fit extensio. gl. Clem. ij. de æta. & qual. gl. ca. fi. vbi Doct. de rescrip. nisi cum ratio esset expressa in l. quod non est in casu nostro. Fortius dico, quod nõ est par ratio inter istos casus, cum † efficacius debeatur hæreditas filij patri, quàm matri, si quidem iure veteri, pater omnia vendicabat iure pecullij, quia quicquid quærebat filius acquirebat patri. l. placet. de acq. hær. lex autem quæ filio concessit, vt aliquid, proprium habere posset, vt illatũ ex tali dispositione patri damnum temperaret; dedit vsumfructum in vita, & post mortem plenã successionem. §. j. instit. per quas pers. nob. acq. vnde † in patre non fit distinctio secundarum nupt. l. fi. C. de bon. mat. secus est in matre, cuius iure veteri existente patre nihil debebatur. l. ij. C. ad Tertyl. vnde ex sola humanitate, deinde admissa est. l. mater. C. ad Tertyl. & ideo quibusdam ex causis ea humanitate indigna existimatur, vt † si ad secunda vota trãsierit. d. l. fœminæ, vt si tutores nõ petierit. l. matris. l. omnem. C. ad Tertyl. §. fin. inst. ad Tertyl. vt si rationes non reddiderit, & pro vsufructu sibi delato nõ caueret, quod secus in patre est. l. fi. §. fin autem æs alienum. vbi gl. super verb. reuerẽtia. C. de bo. quæ lib. alia quoq; ratio differentię potest addi qa † lex transitum ad secunda vota magis abhorret in fœmina, quàm in viro, & ideo dicit talem fœminã funestari. d. l. fœminę. & † ne transeat ad secũda vota lex ei indulget multa priuilegia. l. j. C. quando imp. inter pup. & vid. c. ex tenore. de fo. cõpe. quæ tamen in viro locum non habẽt. Et ista ratio maximè habet locum Mediolani, in quo sta tutum cõstituit manifestam differentiã, vt mulier quæ trãsierit ad secunda vota, amittat vsumfructum in quo successit, cùm secùs sit in marito. & ideò in hac ciuitate tenenda esset hæc opin. Nec etiam vera est ratio Bar. dũ dicit q, secundũ tempora. d. l. fœminæ. pater nõ succedebat filiis in ꝓprietate, ex quo filij nihil ꝓprium habere poterant, illud enim est falsũ, q, enim filius esset emancipatus. l. pe. C. de bo. ma. q, si consequutus esset aliquid ex bonis maternis? clarũ enim est ex constitutione Cõstantini Imperatoris, eo patri nõ quæri. l. j. C. de bo. mat. nec dubium est, quin Cõstantinus longo tempore precesserit Theodosiũ, & Valentinianũ, authores. d. l. fœminæ. q, ꝓbatur ex dicto titu. de bo. mat. iuncto. §. pen. in prima const. C. verb. compositioẽ ipsa. nec ego dubito, quin hęc sint verissima in iure, licet numerus doctorum in aliam partem transierit, qui tamen non loquuntur, stante statuto nostro, prout eleganter fuit etiam per alios deductum.

CONSIL. XXIII. SVMMÆ.

1 *Partus abortiuus pro nõ nato, nec admittitur ad successionẽ.*
2 *Dicit abortiuus, quãdo est natus tẽpore, quo secũdũ naturã viuere nõ potest, puta ante septimũ mensem, vel in octauo.*
3 *Excisus de ventre matris mortuæ, proprie loquendo non dicitur natus.*
4 *Ex coniecturis arguitur abortus.*
5 *Lex illum testem pro suspecto habet, & reijcit, quoties verisimile est eum habere affectionem, vt actus efficiatur.*
6 *Proxenetæ aduocati, sollicitatores cãrũ nõ sũt idonei testes.*
7 *In casu consilij dicuntur suspecti Chirurgus, curator, Physicus, quia de eorum honore agitur, & quare.*
8 *Testes ad eternã memoriã sine cã examinatos esse suspectos;*

HAc in quæstione partus excisi, multa possent dici, per Mod. variis in locis cumulata: sed perstringendo rem præsuppono, quod † partus abortiuus habetur pro non nato, nec admittit ad successionẽ. l. vxoris abortu. vbi Bal. C. de posth. hæred. instit. † dicitur abortiuus, quando est natus tempore, quo secundùm naturam viuere non pot, puta ante septimum mensem, vel in octauo, iuxta sententiam Hippocratis. l. septimo mense. ff. de stat. ho. vnde tali casu licet videatur viuus esse natus infans: tñ, quia secundùm naturam viuere nõ pot, habet ac si nat⁹ nõ esset, vt tenet Pan. Castren. & Iacobinus de S. Georgio, in l. pen. C. de posth. hær. instit. vbi ér id sentit Alex. Raph. Com. & Ias. in l. q dicit. ff. de lib. & posth. & ego sum sequutus in l. q mortui. ff. de verb. sig. Dec. in l. posth. ij. not. C. de cõtratab. Raph. Fulg. cõsi. 69. Soc. 176. in ij. & l. cũ auus. de cõdi. & demõ. Soc. iun. cõs. 35. in ij. Parisius cõs. 66. in ij. Durantes caut. x. tit. 3. vnde videt cõis opinio quo pauci dissentiũt, & iõ in iudicando ab ea nõ esset recedendũ. Nec obst. generalis text. d. l. pe. ibi, *Tantũmodo hoc requirẽdo, &c.* per quẽ text. Cor. ibi tenet contrariam opin. quia ille tex. est factus ad tollendam dubitationem vererũ, qui dubitabãt quãdo infans non ediderat vocem: vnde præsupponit habilitatem in cæteris, iuxta regulam. l. qui testam. ff. de testa. c. j. extra, de ætate, & qual. lib. vj. cum similib. nec est credibile tali generalitate esse derogatum dispositioni. l. vxoris abortu. C. eod. titu. & in casu nostro specialiter. d. lpe. non obstat, quia requirit infantem viuum p. effectu natum, hic non est natus, sed † excisus de matre mortua, quo casu propriè loquendo, non dicitur natus. l. anniculus. j. in fin. ff. de verb. sign. nec probatum est fuisse perfectè viuum, vt mox dicetur. Nec obstat tex. in d. l. quod dicitur. ff. de lib. & & posthum. ibi, *Cum spiritu tamen.* per quem tex. Fel. in c. sicut tua. in fi. extra, de homicid. licet transeat cum suprascripta opin. Pauli Cast. cũ videtur dubitare, & argumentari in contrarium: quia rñdeo, q intelligitur præsuppositus cæteris habilibus, vt suprà dixi, videlicet q nõ sit abortiuus, sed editus *septimo*, vel nono mense. Qua conclusione stante firma, sequitur potiore esse causam Vulpiorum, quàm matris, cùm testes Vulpiorum dicant, q erat in sexto mense: testes matris, q erat in octauo: vnde quomodocunque sit, apparet quod fœtus erat abortiuus. Et istud etiam suaderetur † ex multis concurrentibus cõcurrentib. in hoc casu, videlicet, q dicta vxor nulla signa pariendi demonstrauit, q ea mortua est, non ex eo quod infans niteretur exire, sed ex intrinsecis doloribus continuatis p multos dies, quod fuit cæsus ex vtero, non autem ipse tentauit exitum, q deinde statim periit, quæ omnia satis arguunt fœtum immaturum, vt per Soc. & Paris. in locis suprà allegatis. Alia quoque ratione est potior causa Vulpiorum, quia videtur magis credendum testibus ipsorum, qui dicunt fœtum nõ esse natum viuum quam testib. cõtrariis matris. Et præmitto, q † lex illum testem habet suspectũ, & reiicit, quoties verisimile est eum habere affectiõem, vt actus efficiatur, vnde † proxenetę non consentur idonei testes. §. pe. in auth. de testib. gl. c. Rom. de testib. In vj nec aduocati, nec solicitatores causarum, & similes, vt per Barto. in l. deferre. ff. de iurisd. Anton. & Abb. in cap. cum à nobis. extra, de testib. vnde † in casu nostro Physicus, Chirurgus, & curator sunt suspecti, quia de honore ipsorum agitur, curator quod baptizauerit mortuum, Chirurgus quod exercuerit carnificinã in mortua, vt reperiret infantem viuum, Physicus qui dederit tale consilium frustratorium: vnde videntur reiiciendi, per regulam. l. omnib. C. de testib. l. nullus. ff. eod. titu. & magis credendum contrariis testib. Addo etiam, quod sunt † suspecti ex forma examinis, cùm enim nulla causa esset cur examinarentur ad æternam rei memoriam. secundùm text. in c. quoniam frequenter. extra, vt lit. non contest. ramen fuerunt examinati, vt per indirectum possent fieri testificata, & sic facta est fraus legi. authen. ar qui semel. C. de proba. vnde talib. testib. debet adhiberi minor fides, per ea quę habetur in l. in lege Aquilia. §. si delectum. ff. ad l. Aquil. Aret. in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Soc. consi. xiiij. versi. j. in iiij. vol. cons. xl. in iij.

CONS. XXIIII. SVMMÆ.

1 *Veritas verborum adminiculis non indiget.*
2 *Authen. hoc amplius restringi, & explicari.*
3 *Sententia nulla ob non citatam partem, non transit in iudicatum.*
4 *Dote dari vetita.*
5 *Filiationis præsumendæ modus, & vis.*
6 *Vocatus in casum mortis non censetur vocatus in casum alienationis, & vnus casus non trahitur ad alium.*
7 *Filius spurius non videtur positus in conditione, quia nõ potest succedere.*
8 *Vbi verba sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis.*
9 *Spurius Nepos de iure communi, potest succedere auo.*
10 *In dubio in sermone generali non veniunt illicita.*
11 *Conditio turpis reijcienda.*
12 *Testator inducens heredem ad suscipiendos filios spurios, videtur ipsum ad peccandum inducere.*
13 *Conditio, quam approbat lex non potest dici turpis.*
14 *Verba debent intelligi secundùm conditionem personæ proferentis.*
15 *Legitimandi causæ.*
16 *In fauorabilibus lata est facienda interpretatio.*

MOtiuis, quæ diffusè, & copiosè scripta sunt visis quia in consilio à me reddito, plurima ex eis dissoluta fuere, ero breuior: quia † veritas verborum adminiculis non indiget. Igit in primis ad finem consilij dixeram, q. d. Gallassius aduersans non erat audiendus: quia sua non intererat, vt quia vnio facta per Clementem erat subreptitia, ex quo non interuenerat consensus Thomæ patroni. Respondetur, q Thomas non erat patronus ex quo erat priuatus iure patronat⁹: quia requisitus à discipulis non cõstruxerat eccle siam intra annum authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. sed replico ego, q † authen. hoc amplius. nõ habet locum quando dati sunt executores in testamento, vt ibi dicit Bar. quod factum fuit in casu nostro. Item vt habeat locum oportet monitionem, & factum fuisse à iudice, & vbi res est deducta in iudicium, & contentiosa: prout in casu nostro, qa allegabat Thomas reuocationem legati per alienationem, non currit annus, nisi à die sententię declarantis legatum deberi, vt ibi per gl. in verb. intra annum quam sequuntur communiter Doct. vt declarat ibi Com. Sed in casu nostro nulla facta est declaratio, saltem parte citata, nec vllus iussus interuenit. meritò stat firmum fundamentum, qd solum sufficit ad victoriam. Nec dicitur transiuisse sententiam illam in rem iudicatam: quia † fuit nulla, ex quo parte non citata, lata fuit vt etiam

dicitur

dicitur in ipsa transactione, deinde apparet motiuum nihil prorsus obstare. Circa merita ad primũ motiuum, quod per donationem loci, in quo debuit construi ecclesia non censeatur renocatum legatum, dico nihil obstare, sed dicendum esse, vt in consilio Mariani Socini, ad quod me remitto. Ad secundum quod per prohibitionem alienationis erat interdicta alienatio: & ideo dicit euenisse casum fideicommissi, nec est nuda prohibitio, tanq; concernat certum genus personarum, secundùm not. in §. diui. in l. filius fam. de leg. j. Respondeo, etiam † si hoc verum esset, tamen nihil obstaret: quia hæc bona data in dotem posuerant dari vsq; ad summam 400. aureorum, ad quam ẽt ipsi discipuli erant grauati: reliqua verò summa non excedit legitimam, aut Trebellianicam ipsius Thomæ, vnde in ea est imputanda. d. l. filius fam. §. diui. vbi Ias. v. not. Aret. consi. xix. ex facto præsupponitur. vers. sed remanet dubium. & cum testator appellet † hunc Thomã filiũ suum legitimũ, & naturalem, est positus in quasi possessione istius iuris, & talis præsumitur, vnde ei debita fuit legitima, vt aliàs fuit dictum non repero. Præterea non videt verum, quod discipuli admittantur in casum alienationis, ex quo verba eos duntaxat vocant † in casum mortis, & vnus casus non trahitur ad aliũ. l. si cum dotem in princ. solut. matrim. l. commodissimè. de lib. & posthum. & certum genus personarum, quarum respectu sustinetur prohibitio secundum not. in d. §. diui. sunt ipsi descendentes masculi Thomæ, non autem discipuli, qui in alio tantùm casu vocati sunt. Ad tertium motiuum, dũ dicitur † filius spurius non videtur esse positus in conditione: quia intelligitur de successibili. d. l. filius famil. §. cùm quis. de leg. j. respondeo, q; imò talis est successibilis auo, licet non patri. glo. l. fina. C. de nat. lib. concordan. allegatis in consilio. Item † vbi verba sunt clara non admittitur quæstio voluntatis. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. cùm ergo testator posuerit in conditione filios ex legitimo matrimonio, vel quomodocunq; venientes verba sunt clara: quia filij aut legitimi sunt, aut extra puritatem matrimonij nati, si dicatur, *ipsius legitimos, aut quoquo modo, &c.* necessariò de spuriis, & illegitimis intelligitur. Non obstat, q; cum episcopus faceret testamentum de iure speciali, debent esse tales, qui succedant de iure communi, &c. respondeo ista subtilitas est satis leuis, quia † spurius nepos potest succedere auo de iure communi. d. l. fi. & ideo non est verum concurrere duo specialia. Præterea episcopus non testatur iure speciali, sed iure communi, quamuis impedimẽtum sit sibi sublatum p ius speciale, seu beneficiũ & indulgentiam Papæ. Præterea cum Cæsar esset legitimatus, non est aliqd speciale, q; legitimatus succedat. Preterea nõ est verũ q; spurius sit vocatus, sed est positus solũ in cõditione, secundũ glo. in l. Lucius. ij. ff. de hær. inst. nec est speciale, q; possit poni in conditione, sicut & quelibet alia res, & q; libet merũ factũ l. qui hæredi. l. Mæuius. de cond. & demõ. Nec obstat q; illa verba quoquomodo venientib. &c. ponũt intelligi de licitè susceptis, qa † in dubio in sermone generali non veniunt illicita. l. iij. §. si procurator meus à cõtrario sensu, quod quse iur. rñdeo argumentũ procederet, nisi prius dixisset, *Ex legitimo matrimonio, aut quoquo modo, &c.* impossibile enim est extra legitimũ matrimoniũ licitè suscipi filiũ, verba ergo sunt clara, & certa, q; intelligebat de illicitis, ideo vbi verba sunt clara non admittitur quæstio voluntatis d. l. ille, aut ille. Nec me mouet, si dicatur, q; hoc modo intelligendo † conditio esset turpis, & ideo reiicienda. l. obtinuit. ff. de cond. & dem. quia videretur † testator incitare hæredem ad suspiciendos filios spurios, & sic ad peccandum: prout sentit Abb. in c. in præsentia. de probat. Pau. de Castr. l. hæred. §. j. ad Trebell. rñdeo loquuntur illi in hærede ecclesiastico, puta monacho vel clerico, in q; lex magis abhorret tales filios, nõ in laico, q; tale coitũ exercere põt citra pœnã aliq, quia huiusmodi concubitus laici, qui sit cum soluta, seu non coniugata, non est punibilis à lege, neque dicitur coitus damnatus. vnde datur successio inter istos, vt dicit Sal. in l. j. ij. oppo. C. ad l. Iuliam. de adult. Alexã. cons. 139. circa fi. Elegãter fuit consultũ li. j. & Soc. cõsi. 148. memini. cum concord. per Dec. consi. 311. Et quãuis hoc possit nõ à laico fieri citra peccatũ, tñ hoc non cõsideratur aliàs nec naturales excluderent fideicommissariũ, cum ẽt illi ex peccato progenerentur, & tamen lex admittit conditionem in laico loquentem de naturalibus. d. l. ex facto. §. j. ff. ad Treb. ergo & idem est in ista. Præterea dato, q; talis conditio esset turpis, & sic reiiceretur, secundum d. l. obtinuit. tamẽ intelligitur isto spurio remanente incapace successionis, quod si legitimatus fuerit (quia aboletur illa macula) debet adhuc admitti ad exclusionem fideicõmissarij, secundũ ea quæ tradita sunt per Soc. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthu. si enim admittuntur legitimati ad exclusionem fideicommissarij in casu illo, multò magis casu nostro, in quo mes, & verba testatoris sunt expressa contra dictos fideicommissarios. Præterea falsum est, q; in laico hæc conditio sit turpis, cum. n. (vt ẽ. dixi) possit nepos spurius institui ab auo, secundum glo. in d. l. fi. cum cõcor. allegatis in consilio non potest dici † conditio turpis, quam lex approbat: tali. n. fideicommisso non succeditur patri, sed auo testatori. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulga. & pupil. Nec obstat, quòd † verba debent intelligi, secundũ conditionẽ personæ proferentis, & q; iste esset Episcopus, &c. Respondeo, istud nihil est: quia verba sunt clara etiam de illegitimis, & apparet, q; testator hoc non curauit maximè cum in testõ suo reliquerit etiam aliis spuriis, &c. & huic oppositioni responsum est in consil. & dicendum, vt ibi. Nec est verum, q; Cæsar natus sit ex coniugata, imò ex soluta, & per sex testes probatum est. Ad quartum principale motiuum, quod tendit ad impugnandas legitimationes, dico ẽt non obstare, & circa primam legitimationẽ dum dicitur, q; non constat legitimantem esse ex descendentibus Comitis Guidonis. & † in eo concurrere qualitatem literaturæ, respondeo hoc fuisse probatum sufficienter ex processu. Et istud in facto consistit. Nec obst. q; in iure adducitur concessionem Imperatoris factam fuisse Comiti Guidoni, & hæredibus, quæ vox intelligitur de hærede primo secundum Bald. l. Gallus. §. etiam. de lib. & posthum. cum simus in actu ad hæredes nõ transitorio. respondeo, imò intelligitur de hæredibus in infinitum. l. hæredis. ff. de verb. sign. l. si quis filium. §. fi. vbi Ias. de acqui. hæred. & Imperator ipse fecit, vt iste actus sit ad hæredes transitorius: vt verba priuilegij expressim indicant, & tale priuilegium est fauorabile, vt dicunt omnes in l. ij. in prin. ff. de verb. obl. ideo † in eo fit lata interpretatio. l. fi. ff. de cõst. prin. Nec est verũ, q; existentib. pluribus hæredib. vnus solus nõ possit legitimare, secundũ not. in l. 4. §. Cato. in 6. q. Bar. de verb. obl. respondeo enim, q; cum eodem tempore istud ius

posset esse plurium insolidum, omnes possent exercere, quia per exercitium minus non fit præiudicium alteri, vt in priuilegio immunitatis concludit Bartol. in d. l. Gallus. §. j. de liberi. & posthum. & in hoc priuilegio legitimandi tradidit Angel. & Ias. in d. §. quidam rectã. & Franc. Curt. consil. lxxiij. super memorata. Nec quicquam facit q, potestas legitimandi, secundum ordinariam potestatem non sit existentibus legitimis, & quod consensus Ludouicæ non potuit tribuere iurisdictionem, & c. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iudic. respondeo, iurisdictio tributa est ab Imperatore, consensus verò Ludouicæ operatur, vt ea existente potuerit fieri legitimatio, & sic tollit impedimentum proprij præiudicij, quod obstabat exercitio facultatis ipsius comitis. non autem tribuit iurisdictionem, vt dictum est in consilio. Nec obstat aliis duabus legitimationibus posterioribus, quod factæ sint absque causa tanquam causa probabilium morum non sit sufficiens, &c. secundũ Anchar. consil. cccxxviij. Dec. lij. respondeo, quod est sufficiens si iungatur cum voluntate patris. & satis est, q, visa sit Comiti, vel Principi sufficiens, seu legitima causa, etiam si non esset, secundũ Bal. in l. si testamentum. C. de testam. Dec. cõsil. cccviij. Nec est verum, q, debuerit vocari ecclesia tanquã substituta: quia cum per existentiam talis filij defecit conditio, non est opus alia citatione, vt demõstratum est in consilio, & est communis opinio doctorum, & ideo nihil refert, q, ecclesia sit substituta, quia non priuilegium Cæsaris excludit eam, sed existentia conditionis, vt dictum est in consilio, in quo etiam responsum est, ad ea quæ vltimo loco adducuntur, & ideo non repeto. Sed qualiacunque scripta mea subiicio correctioni dominorum consiliariorum, qui ad æquitatem causæ istius reæ conuentæ attendere debent: ne priuetur dote sua. Et etiam curare vt illud, quod non capit Christus, non rapiat fiscus, id est, vnico Clementis contra expressam testatoris facta voluntatem, sed potius remaneant in sanguine testatoris, qui si credidisset fore, vt voluntas sua hoc modo à Clemente illuderetur, potius bona sua in quemlibet aliũ vsum conuertisset, & dissipasset.

CONS. XXV. SVMMÆ.

1 *Prima causa successionis est descendentium.*
2 *Auiæ Nepotem, & Nepotemq; succedere.*
3 *Bona aduentitia non conferuntur.*
4 *Bona data per Auiam, vere dicuntur aduentitia.*
5 *Conferri auiæ bona, quando ei succedit.*
6 *Simplex donatio non confertur, nisi resultet inæqualitas.*

HOc modo casus proponitur. *Quædam Ioanna Mesana, habuit duas filias, videlicet Ioannam & Bertranam, Ioanna vna ex filiabus habuit Ludouicum, dicta verò Bertrana habuit Martham. Item dicta Ioanna auia materna dedit dictæ Marthæ, nepti suæ prædictæ donatione, quæ fit, & fieri dicitur inter viuos, & propter nuptias certa bona, de quibus se deuestiuit. Item plus dicta Ioanna auia dedit, dicto Ludouico nepoti suo certa bona. Quæ quidem bona dicta auia, quandiu vixit illa possedit. Item post modum dicta Ioanna Mesana auia mortua est, nullo per eam condito testamento.* Quæritur, vtrum dictus Ludouicus nepos, & Martha neptis, dictæ Ioannæ Mesanæ succedere debeant æquis partibus, & portionibus. Item vlterius quæritur, vtrum dicta Martha teneatur conferre, & ponere in cumulo, bona quæ fuerunt sibi A supra in contractu matrimonij donata? Circa primũ quæsitũ rndeo, casum esse clarum istam Martham vnà cum Ludouico succedere auiæ defunctæ, æquis portionibus: quia † prima causa successionis, est descendentium, & quod isti nepotes succedant auiæ ratio est, per text. in §. primo. instit. ad Orfic. & l. si defunctus. C. de † suis & legat. cum similibus. & succedunt æqualiter masculus & fœmina. l. maximum vitium. C. de lib. præt. Circa secundum quæsitum, videbatur prima facie, non esse locum collationi inter istos descendentes: quia ista bona, quæ venirent conferenda sunt † aduentitia: vnde non conferuntur. l. filia. C. de coll. Bald. in l. quoniam nouell. C. de inoffic. testamen. & præsertim cùm sint † data per auiam: quia tunc verè dicuntur aduentitia, secundum gl. & doctor. in l. qui aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæred. Barto. & Angel. in l. quæsitum. ff. de legat. j. præterea respectu Ludouici, videtur fuisse sibi facta ab auia simplex donatio, vnde non confertur, secundùm not. in authent. ex testamento. C. de collat. Breuiter in contrarium est veritas, quòd imò † ista bona donata per auiam tam Marthæ, quàm Ludouico, sunt conferenda, vt est text. in l. vt liberis. C. de collat. nec obst. lex fin. quia nõ procedit in bonis donatis à matre, vel à linea materna, vbi de eorum successione tractatur, ratio est, quia respectu eorum talia bona dicuntur profectitia, vt per Cyn. Salic. Alexand. in d. l. vt liberis. & ita limitatur d. l. fin. vt ibi per Ias. post alios. Non obstat, quod † simplex donatio non conferatur: quia istud est verum, nisi resultaret inæqualitas, vt dicit gloss. in d. authent. ex testamento. & est rex. in terminis quæstionis nostræ, in l. illud. §. ad hoc. C. de collat. & sic concludo esse conferenda d. bona donata inter ipsos vtrinquè, & debere succedere, ita vt per omnia sint æquales.

B

C

D

CONS. XXVI. SVMMÆ.

1 *Edicti vnde vir & vxor. centum dies esse, sed ignoranti non currere.*
2 *Præsumi pro possessore.*
3 *Centum dies edicti sunt vtiles, & non currunt, nisi à die scientiæ quod sit sibi delata bonorum possessio.*
4 *Aditionem ex possessione præsumi.*

E I quod contra vxorem à fisco adducitur, eam non vocari ad successionem mariti, nisi iure prætorio: & ideo intra centum dies debere admitti post verò non: sed ius fisco deuolui. §. cum igitur. inst. de bon. pos. l. j. ff. de suc. edict. Respondeo primò, quod cum ipsa † possideat, seu habens causam ab ea, & fiscus sit actor, præsumitur pro ipsa, quod intra centum dies adierit, secundũ Ias. in rub. C. qui admit. per doctrinam Barto. in l. j. §. non autem. ff. de bon. poss. secundum tab. Secundò respondeo quod incontinenti probabitur, quòd ipsa semper † à morte mariti perseueraverit in possessione dictorum bonorum, vnde præsumitur aditio, secundum Bar. in l. gerit. ff. de acquirend. hæred. Tertiò respondeo, quod † dicti centum dies sunt vtiles, & non currunt nisi à die scitæ, q, sit sibi delata bonorum possessio. l. ij. ff. quor. in bon. poss. per Bald. in l. licet. C. de jur. delib. & potuit vxor dubitare an esset mortuus, ex quo erat absens, & an haberet proximiores agnatos, &c. quo casu non currerent sibi dicti dies, & † præsumitur ignorantia mortis absentis, præsertim in mulie-

BIU Cujas

mulere. Et ideo etiam potest nunc petere, & filium excludere, secundùm Alex. Iaf. & cæteros in l. ij. C. qui admit. vbi Dec. in vltimis verbis.

CONSIL. XXVII. SVMMÆ.

1 Per clausulam codicillarem, censetur reseruata hæredibus scriptis tota hæreditas præter legitimam, quæ applicatur posthumo, qui rupit testamentum.
2 Hæres possidentes posthumum repellere.
3 Hæres contra fideicommissarium repetens possessionem hæreditariam, agit interdicto, quorum legatorum.
4 In interdicto quorum legatorum opponi potest exceptio dolo facis, quia petis quod restituturus est, quando incontinenti potest probari.
5 Lex est semper certa.
6 Quando legatarius, vel fideicommissarius est in possessione sine vitio, non tenetur restituere possessionem hæredi.
7 Fideicommissarius dicitur esse in possessione sine vitio, quando eum accepit antequam hæres hæreditatem adiret.
8 Fideicommissum debet capi de manu hæredis, fall.

EST de iure clarũ, q capitula illorũ de Arlunis sunt admittenda: nam cum cõmunis opinio sit, quod † per clausulã codicillarẽ censeatur reseruata hæredib. scriptis tota hæreditas præter legitimam, quæ applicatur posthumo, qui rupit testamentum, vt per Alex. & Com. in d. auth. ex causa. & cons. cxcv. in j. si hæredes reperiuntur in possessione, possunt repellere † posthumum agentem, per regulam, frustra petis quod restituturus es, vt consuluit Cor. in cons. 2,4, versi. nam actiones. in iiij. vol. Et pro hac opinione adducit efficacissima ratio, nã hæres contra fideicommissarium repetens possessionem hæreditariam, agit interdicto quorum legatorũ. l. j. ff. quor. leg. † in quo interdicto potest opponi exceptio, dolo facis, quia petis quod restituturus est, quando incontinenti potest probari, vt dicit Bar. in d. l. j. in prin. ff. quo lega. & in l. naturaliter. §. nihil commune. in j. lect. ff. de acq. poss. & doc. in l. fin. C. de dedi. Adr. tol. & est indubitata conclusio. In casu aũt nostro, illi de Arluno incontinenti docent de iure suo, quia res dependet ab articulo iuris, qui non requirit aliquam probationem, ex quo † lex est semper certa, vt per Socin. egregiè declarauit in rubric. ff. de reb. dub. pro hac opin. etiam facit, quod no. doct. in l. dubium. C. de leg. vbi concludunt, quod † quando legatarius, vel fideicommissarius, est in possessione, sine vitio, non tenetur restituere in possessionem hæredi. & dicit ibi Paul. Castr. Alexand. & alij omnes, quod † dicitur in possessione sine vitio, quando eam fideicommissus accepit, antequam hæres hæreditatem aditeret quod est in casu nostro, in quo illi de Arluno intrauerunt illam possessionem, & antequam hæres nasceretur. Non obstat ergo vulgata illa regula, quod † fideicommissum debet capi de manu hæredis, quia non procedit in suprascriptis casibus vt tradunt doc. in suprascriptis locis. Et ex his concluditur, quòd si verum est, quod clausula codicillaris operetur suprascriptum effectum quo ad possessionem, vt suprà ostendi esse verissimum, quòd omnes illæ probationes, quæ deducuntur in corroborationem clausulæ codicillaris, dicuntur non solùm concernere petitorium, sed etiam possessorium, & ideirco admittendæ.

CONSIL. XXVIII. SVMMÆ.

1 L. Si infanti. C. de in. delib. explic. & restringi.
2 Hæreditatem infanti delatam solus potest perfectè adire.
3 Hæreditas delata furioso, & non adita eo mortuo, non acquiritur patri, tanquam quæsita.
4 Pater hodie potest hæreditatem filiofam. furioso delatã, eius nomine adire.
5 Tutor pro infante potest hæreditatem adire, qui habet vim, & potestatem in caput infantis.
6 Pater habet filium furiosum in potestate, & est ipsius legitimus administrator.
7 Solus Pater adit pro filio, qui adire defectu ætatis non potest.
8 Additiones sunt perpetuæ, & non temporales.
9 Alienationem tutori vetitam, à patre non trahi.
10 Bartoli locus restitutus.
11 Furioso acquiritur hæreditas patrina, quæ ipsum ignoranti quæritur.
12 Acquisitiones quæ ex lege ignorantibus fiunt, possunt furiosis acquiri, & per eos in hæredes transmitti.
13 Hæreditas in qua hæres negligens, & contumax fuit, acquiritur & transmittitur substituto.
14 Quarta quæ arrogato debetur ex constitutione diui Pij, non debetur tanquam hæreditatis pars, sed tanquam quoddam lucrum legale.
15 Bona damnatorum, legis beneficio in proximiores deferuntur.
16 Dos materna ad filium pertinet non iure successionis sed lucri legalis delati, vel ususfructus, vel à statuto.

EX infanti. C. de iur. delib. quantum † ad nostrum propositum habet duo dicta. Primum est, quòd † hæreditatem infanti delatam potest solus pater perfectè adire. Secundum est, quòd si non adijt, viuente infante, & deinde infans moriatur, transmittitur hæreditas in patrem, potestque eam habere, quam prius infanti quæsitum; nunc nostra quæstio est, nunquid ita sit ibi de furioso? & respectu secundi dicti omnes tenent, quòd non, quia † hæreditas delata furioso, & non adita, eo mortuo non quæritur patri tanquam quæsita: quia lex, si infanti. ponit casum illum specialem in infante, qui non est producens ad furiosum: cùm hoc casu de sola vtilitate patris quæreretur: non autem de vtilitate infantis, seu furiosi: & licet Iaf. in d. l. si infanti allegat Ang. in hoc tenere contrarium, tamen in lectura mea non dicit hoc: & (quicquid sit) parum refert, ex quo omnes tenent patrem non acquirere, suprà d. casu: & de eo nulla est in præsenti controuersia. Videamus ergo respectu primi dicti, an † pater hodie possit hæreditatem filiofa. furioso delatam, eius nomine adire: in quo puncto verteretur præsens quæstio, concludendum est quod sic. Primò per communem Doctorum, quia sicut † tutor hoc potest pro infante, quia habet vim, & potestatem capitis infantis, ita etiam † pater pro filio furioso, quem habet in potestate, & cuius est legitimus administrator, & licet alijs alias rationes, cur tutor confugere hoc possit, assignent, tamen ista est magis communis ratio, quam tenuit Cyn. & Bar. in d. l. infanti, & sequitur Bald. Sol. Raph. Fulg. Pau. Cast. in l. infantia. C. qui admitti ad bon. poss. & dicit Iaf. ibi,

ibi, q. illâ ratione sequuntur omnes, excepto Angelo, qui leuiter mordet. Meritò ergo valebit argumentum à paritate suprascriptæ rationis, & in iudicando ad alias rationes non attendimus, quæ nõ sunt communiter approbatæ. Secundò pro hac parte inducitur tex. in l. fi. §. vbi autem puerilis. C. de bonis, quæ lib. vbi † solus pater adit pro filio, qui adire defectu ætatis non potest, vnde idem dicendum si defectu intelligentiæ, æquiparantur enim isti casus, vt apparet in verbis præcedentibus. d. §. in vers. quare enim. vbi Bald. not. fieri æquiparationem ad eum, qui non possit alienare, & sic ad prodigum, vel furiosum. & certè non potest adduci bona ratio differentiæ inter hos defectus. Tertiò facit, quia l. fin. C. de cur. fur. dans curatori facultatem adeundi pro furioso temporaliter, & non perpetuò ponit casum exorbitantẽ: quia † additiones sunt perpetuæ, & non temporales, l. sicut. C. de repud. hær. & ideo cùm loquatur in curatore non est trahenda ad patrem, de quo patre lex illa in principio simpliciter erat loquuta, & sufficere ei patrẽ ad eorũ res gubernãdas, & facienda necessaria dixerat. Meritò ergo dispositio illa ad patrem non extẽdenda, sicut videmus, q. † oratio diui Seueri prohibens tutoribus, & curatoribus alienationẽ immobilium absque decreto, non extenditur ad patrem alienãtem, prout fuit dictum d. Azonis quod referunt, & commendant Mod. in l. præses. C. de transact. cum quo cõmuniter Doct. trãseunt, & ego ab argumentis contradicentium defendi in d. l. præses. Quartò, dico pro ista parte esse communem opinionem, & in primis hoc tenuit Bart. in d. l. si infanti. & licet lectura eius lectura sit corruptam, tamen multi habent integram hoc modo. *Secundum hanc † rationem pater posset adire pro filio furioso: quia habet ius potestatis in persona filij, & est legitimus administrator, quod forte esset verum, quantum ad aditionem, quæ fit ad quærendum ipsi filio, quantum verò ad aditionem, quæ fit ad quærendum ipsi patri hoc non diceret, quia hoc solum reperitur in infante, &c.* & cum Bar. ibi tenet Raph. Fulg. & Alex. cuius maxima est auctoritas. Idem etiam tenuit Bald. in l. infantis. C. qui admitti in fi. & etiam videtur sentire. in d. l. fi. in prin. vers. vel dic, q. opinio Petri. C. de bon. quæ lib. vbi allegat in arg. l. neque infantes. in glo. ff. de fideicommiss. lib. Nec obstat, quod aliqui videantur sentire contrarium. & in primis Bal. ibi in ix. oppo. respondẽ Bal. ibi simpliciter dicit, quod non repetitur lege cautum, quod furiosus obligetur per patrem adi-
tione hæreditatis, non tamen negat, quin pater adire possit: licet lex præseruet indemnem furiosum. Nec rursus obstat, q. Iac. But. Sal. Corn. ibi, videantur & ipsi sentire contrarium, quia loquuntur in casu glo. ibi quando pater non adiuit pro furioso, sed eo mortuo vult eam sibi quæri: quo casu (vt suprà dixi) omnes tenent non esse hoc patri permittendum: sed hic non est casus noster. Non obst. quod Ias. etiam ipse ibi teneat cõtrarium, quia intelligendus est vt suprà, & ipsemet Ias. fatetur se tenere cum Bar. & Alex. & Fulg. qui tamen (vt dixi) distinguũt secũdùm suprascripta. Non obst. quod Riminal. in d. l. infantis. & ipse teneat contrarium; respondeo eum recedere à ratione Bartol. quæ est communiter approbata, & sequi rationem Angeli cõmuniter reprobatam, & ideo in talibus auctõritatibus quæ contradicunt, communibus doctrinis, in iudicando, non est faciendum fundamentum, & ex ijs concludo me accedere in sententiam præstantissimorum aduocatorum, qui consuluerunt in fauorem Roberti antiquissimi patrissotis bonorum de quibus agitur. Vlterius nõ omitto furioso † acquiri hæreditatem paternam, quia ipso iure ignoranti quæritur, vt dicitur in d. l. fi. in prin. vnde sequitur vt † acquisitiones, quæ ex lege ignorantibus fiunt, possunt furiosis acquiri, & per eos in hæredes transmitti, & ita ẽmnã dicitur d. l. fin. qua ratione † hæreditas, in qua hæres negligens, & contumax fuit, acquiritur & transmittitur substitutio. auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. vbi Bart. & Bal. q. xxij. est enim illud quoddam lucrum, quod à lege in pœnam hæredis in deuoti defertur, secundùm Alex. Ias. cæreos. in l. cum antiquioribus. C. de iur. del. Idemque receptum est de † arrogata, quę arrogato deberur ex constitutione diui Pij, non enim debetur tanquam hæreditatis pars, sed tanquam quoddam lucrum legale. Bald. l. arrogator. ff. de adop. vbi Ias. idem quoque videmus in facultate † damnatorum, quæ legis beneficio proximioribus defertur, auth. bona damnatorum. C. de bon. proscr. ideoque statuti acquiritur sibi lucrum, dato quod agnitum non sit, & in hæredes transmittitur. arg. l. edicto. §. ad hæredes. & §. seq. de iure fisc. & consuluit Bar. consil. clvij. incip. super ijs, vnde infero ad casum nostrum, q. † dos materna ad filium pertinet, non iure successionis, sed lucri legalis delati, vel à consuetudine Mart. de qua in l. dos à patre. C. sol. matr. vel à statuto, secũdùm Bar. & doct. in l. post dotem. ff. sol. mat. vnde videretur furioso acquiri ipso iure, & consequenter esse trãsmissum, in eius hæredem D. Robertum: verùm, quia non vidi verba statuti Florentini de lucro dotis loquentia, nec sum de hoc requisitus, nihil affirmo. Sed me remitto iudicio præstantissimorum do. aduocatorum præfati Rober. qui diligentissimè, & quantum ego iudico pro veritate in superiore difficultate, & etiam in alijs articulis scripserunt. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XXIX. SVMMÆ.

1 *Hæredem ob inuentarium non factum è fideicommisso nõ excludi.*
2 *Non conficiens inuentarium, tenetur insolidum legatarijs, & creditoribus.*
3 *Lex correctoria iuris veteris, non debet extendi.*
4 *Hæres per omissionem inuentarij, nõ privãdus Trebellianica.*
5 *Trebellianica deducitur contra voluntatem defuncti.*
6 *Lex præsumit hæredem non conficientem inuentarium, res hæreditarias furtiuè abstulisse.*
7 *In fideicommisso particulari competit rei vindicatio.*
8 *In legitima computantur alienata.*



Occupationes meę nõ sinunt me longis verborum ambagibus vti, vbi veritas breuiter haberi potest: itaque viso casu proposito, sic puto in iure esse concludendum. Circà primum dubium, an † Ludouicus hæres agens ad fideicommissum excludatur ex eo: quia non fecit inuentarium. Puto, quòd non: moueor tribus rationibus. Prima, quia l. fin. §. si verò postquam. C. de iure delib. & text. in §. si verò non fecerit. in auth. de hæred. & Falc. solùm constituit, vt † non conficiens inuentarium teneatur insolidum legatarijs, & creditoribus, non autem quod perdat iura hæreditaria, vel fideicommissi, & ideo lex illa † correctoria iuris, non debet extendi ad hunc casum. arg. l. sancimus. C. de testa. Secunda, quia in casu fortiori hoc tenent doct. in l. ita tamen. §. si ex

Trebel-

Trebelliano. ff. ad Senatusconſ. Treb. vbi Raph. Pau. Caſt. & Ale. tenẽt, quòd licitum eſt hæredi aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem vti retentione pro eo q̃ ſi debetur, quamuis inuentarium nõ fecerit, vnde ſi omiſsio inuentarij, non impedit, quominus hæres ſibi retineat de fideicommiſſo, ita nec debet impedire aduerſus hæredem fideicommiſſarij, quominus compellatur ad reſtituendum. Tertia ratio, quia verior, & communior eſt concluſio, quòd † hæres per omiſsionem inuentarij non perdit Trebellianicam, vt dicit Bart. in auth. ſed cũ teſtatore. C. ad legem Falc. Et licet aliqui contradicant, tamen in iſtis dubijs non eſt recedendum à vertibus legum, quales fuerunt Ioan. Andr. Bart. & Alexan. de quibus per Alex. conſil. xxj. lib. vi. Vnde ſi non perdit † Trebellianicam, quæ defertur contra voluntatem defuncti. c. Raynutius. in nou. de teſtam. multo minùs debet perdere fideicõmiſſum, quod ex eius voluntate conſequitur. Nec obſtat, quòd † lex præſumat hæredem res hæreditarias furto abſtuliſſe, quando non fecit inuentarium, vt habetur in d. l. ſi. quia illa præſumptio procedit concurrente voluntate defuncti ſecundum quam debet legatarijs, & creditoribus plenè ſatisfieri, ſicut in terminis illius tex. non autem contra voluntatem defuncti, vt tollatur fideicommiſſum, quòd eſſet in caſu noſtro. Et licet filius in legitima ſuccedat creditor, & creditoribus ſolidum ſoluendum ſit, non facto inuentario: tamen hoc in caſu noſtro non obſtat, quia non negatur, quin legitimam integram iſti fideicommiſſo grauati, retinere poſſit, ſed à legitima ſupra fideicommiſſum reſtituendum eſt, rationibus prædictis. Circa ſecundum dubium, quo tractatur de modo agendi, clarum eſt † in fideicommiſſo particulari competere rei vendicationem. l. j. C. communi. de leg. competit etiam perſonalis contra hæredem grauati, vt ibi habetur non autem contra ſucceſorem particularem, puta, eum qui emerit. l. j. §. ſi hæredes. ff. ad Treb. Agit ergo Ludouicus aduerſus iſtos hæredes legatarij grauati, & poſſeſſores vineæ vtrum velit, vel in rem, vel in perſonam, vt reſtituant fideicommiſſum. Et ſi opponent de legitima, & dicant facultates do. Margaritæ teſtatricis fuiſſe magnas, vt amplient legitimam, ad eos pertinebit onus probandi, per regulam glo. in l. cum de lege. ff. de prob. & quod tenet Bart. in conſil. xvij. incip. forma. & † in primis in legitima computabuntur alienata, & ſic tantum, quantum aſcendet legitima ſecundum Ang. & mod. in l. in quartam. ff. ad l. Fal. Are. conſil. xviij. cum concord. per mod. in l. filius familiãs. §. diui in notabilibus. ff. de legij. & ſic expedita ſunt dubia mihi propoſita. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XXX. SVMMA.

1 *Res mobiles, & mercimonia, poſſunt ſubijci fideicommiſſo, ſine reſpectu vniuerſitatis & pecuniæ, quæ remanet ſubrogatur loco pecuniæ, & res loco rei.*

2 *Quatenus ſubeſt dubitatio, quòd hæreditas poſsit auferri poſſeſſori, & alteri deferri, debet cogi poſſeſſor ad faciendũ rerũ deſcriptionẽ, vt poſsit ſciri, quid ſit reſtituendũ.*

3 *Fideicommiſſarius conditionalis etiam ante euentum conditionis cogit hæredem ad inuentarium faciendum, & ad præſtandam cautionem.*

4 *Inuentarium eſt caput omnium rationum.*

5 *Si teſtator feciſſet inuentarium, non liberatur hæres illud exhibendo ſed debet ipſe de nouo facere ad petitionem fideicommiſſarij.*

6 *Etiam ſi aliàs prohibita eſſet ſequeſtratio bonorum, tamen ſemper debet fieri inuentarium, & deſcriptio.*

7 *Cum prætenditur ius fideicommiſſi debet iudex cogere hæredem ſcriptum, non ſolum ad inuentarium faciendum, ſed etiam ad ſatisdandum.*

8 *Teſtem vnum in ſummarijs ſufficere.*

9 *Iudæos affines ad compromiſſarios reiici.*

MOrtuum eſſe proponitur Hebræum relicto fratre, & relicta vxore, & matre ſuperſtitibus. Item proponitur, q̃ fecerit teſtamentum, & inſtituerit hæredem vxorẽ, cum clauſula codicillari in teſtamento, prout conſueuit fieri à notarijs. Quæritur, quia iſte frater prætendit ius in dictis bonis, quòd debeat agere circa modũ procedendi. & ius fratris oritur ex duplici capite. Primo ex lege veteri, qua tenetur frater accipere vxorem fratris prædefuncti, vna cum eius ſubſtantia, vt habetur Deuteronomij cap. xxv. & Ruth. c. iij. Secundo ex iure fideicommiſſi, quia prætendit, quòd bona iſtius defuncti Hebræi, eſſent ſubiecta fideicommiſſo, quæ, licèt † conſiſtant in rebus mobilib. & mercimonijs: tamen poſſunt ſubijci fideicommiſſo, reſpectu vniuerſitatis, & pecunia quæ remanet, ſubrogatur loco pecuniæ, & res loco rei, vt in ſimili habetur in l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. verſ. paulatim. ff. de leg. iij. Raph. Fulg. conſ. xlj. in vj. dub. Iaſ. conſ. ccxxxj. in j. dub. Dec. Neap. cxciij. in nouiſsimis. & quia iſta concernunt merita cauſæ, pro nunc de iis non eſt diſputandum, ſed ſolũ circa modũ procedendi. Dico igitur q̃ iſte hæres debet cogi ad faciendũ inuentarium, & præſtãdã fideiuſsionẽ, ne res ipſas diſsipet, ne aliàs non ſit conſultum huic fratri, caſu quo oſtenderit de iure ſuo. conſtat enim q̃ † quoties ſubeſt dubitatio, quòd hæreditas poſsit offerri poſſeſſori, & alteri deferri, debet cogere poſſeſſorem ad deſcriptionẽ rerũ faciendã, vt poſsit ſciri quid ſit reſtituendum. l. j. §. eligitur. ff. de vent. in poſ. mitten. & quod dicitur ibi in dub. ventris prægnantis, procedit etiam in dub. euentus cuiuſlibet conditionis. l. cũ tale. §. j. de cond. & dem. vbi Bal. & Imol. Et ideo † fideicommiſſarius conditionalis, etiam ante euentum conditionis, cogit hæredem ad inuentarium faciẽdum, & ad præſtandam cautionẽ. l. cũ archimedorã. in fi. C. vt in poſſ. lega. Fortius dicitur in l. etiam. ff. vt leg. nom. cau. q̃ etiam ſi legatum, vel fideicommiſſum ſit præſens, tamen eſt ſatisdandũ, propter moras & dilationes, quæ plerunque in iudicijs interueniunt. Proceditque hæc cõcluſio generaliter reſpectu cuiuslibet ſubſtituti, qui poteſt cogere hæredẽ ad hãc cautionẽ. l. inter omnes. ff. qui ſat. cog. & ideò etiam cogere ad † inuentarium faciendũ, quod eſt caput omniũ. l. j. §. officio. ff. de tut. & ratio. diſt. & ita conſuluit Alex. conſ. lxviij. in iij. vol. & ita etiã tenet Practica Papien. in forma libelli. in verb. cum debita ſolennitate. & Lancel. Galliaul. in repl. Centurio. nu. clxxvj. ff. de vulg. & pup. & idem etiam latè concludit d. Guid. Pap. deciſ. ſua. cclj. incip. vtrum hæredes. Fortius dixit Soc. cõſ. xvj. in iij. vol. q̃ etiam † ſi teſtator ipſe feciſſet inuentarium, non tamen liberatur hæres illud exhibendo, ſed debet ipſe de nouo facere ad petitionem fideicommiſſarij, ſecundum Bald. in l. fin. §. j. C. de iure delib. niſi tractetur de rebus particularibus, in dicto inuentario cõprehenſis, de quo dicendum eſt, vt per eum. Idem etiam conſulendo firmauit Iaſ. conſ. clviij. in iij. vol. in vltim. dubio. vbi dicitur, quòd † etiam ſi aliàs prohibita eſſet ſequeſtratio bonorum: tamen ſemper debet fieri

fieri inuentarium, & descriptio. d. l. j. §. penul. de A
vent. in possess. mit. l. fin. in princ. vbi Bartol. de requiren. reis. Bartol l. Imperatores. §. fi. ff. de appel. Imol. Paul. & alij. in l. hæres cum debuerat. ff. ad Trebel. cum multis concord. per eum. Sed in casu
7 nostro res est clarior, quia † cùm prætendatur ius fideicommissi, debebat iudex cogere hæredem scriptum, non solùm ad inuentarium faciendum. sed etiam ad satisdãdum, iuxta tit. ff. vt legat. nom. caue. Nec in hoc iudicio quæritur plenariè de fideicõmisso: sed sufficit summaria cognitio, quod B
fideicommissum subsit, vt dicitur in l. j. C. vt in
8 poss. lega. nom. vnde sufficere † etiam dictum vnius testis tantùm, quia in istis summarijs videmus hoc satis esse, ex quo non definiunt causam, sed in meritis possent retractari, & aduersus non cauentem mittitur in possessionem, & sic tractatur de iudicio, non solùm summario, sed etiam possessorio. Et quod sufficiat vnus testis, vel fama cum aliquibus coniecturis. Sentit Bartol. in l. j. C. quorum bon. in l. ij. §. fin. C. vbi in rem actio. Ma- C
thes. in not. suo 3. incip. nota, quòd in iudicijs. Dec. consil. lvj. in fin. cum simil. Concludo ergo partes d. iudicis esse, vt summariè sibi constito de fideicommisso, cogat hanc mulierem hæredem scriptã ad inuentarium conficiendum, & ad satisdandũ, secundùm d. l. j. & si subtraxerit aliquas res hæreditarias, & subsint indicia, poterit etiam acrioribus remedijs eam cogere ad manifestandum omnia, etiam iudicio criminali, secundùm Paul. Picum. in simili, in rep. l. Titia cum nuberet. §. Titia D
testa. ff. de leg. ij. q. suprascripta, vbi allegat Rõma. consil. cxvij. hoc tenentem indistincte contra eos, qui tenentur facere inuentarium, & facit quod not. Bartol. in l. domini horreorum. ff. loca. & quia
9 † ex lege Mosaica, dicitur quod inter affines faciendum est compromissum, videtur quod debeat iudex saluam relinquere Iudæis legem suam, iuxta textum in l. Iudæi Romano. C. de Iudæis, & eos remittere ad suos compromissarios, quorum sententiam tenebitur iudex exequi. secundum dict. E
l. Iudæi. & ita mihi videtur iuris esse.

CONSIL. XXXI. SVMMÆ.

1 *Vulgaris substitutio adita hæreditate expirat.*
2 *Verbum substituo est commune.*
3 *Pater si vult, potest facere differentiam inter filios, dummodò non diminuat legitimam.*
4 *Verbum, posit relinquere, affirmatiuè positum in vltimis voluntatibus, stat positiuè vt extra illum casum præsup- F
ponat subesse prohibitionem.*
5 *Fideicommissa ex nuda voluntate testatoris effectum habent.*
6 *Restituenda non grauari.*
7 *In fideicommissum simpliciter à patre factum, non veniũt bona, quæ iure fideicommissi, tanquam æs alienũ prius sunt deducenda.*
8 *Deducibilia in restituendo.*
9 *De fideicommisso deducitur legitima filiorum iure, naturæ ipsis debita, ea absque vllo prorsus onere debetur.* G
10 *Cum testator habet tres masculos, & quatuor fœminas, legitima debet esse semis bonorum.*
11 *Fœminæ faciunt partem in vtilitatem suam tantùm, & in damnum masculorum secundùm vnam opin.*
12 *Fœmina faciunt partem ad vtilitatem masculorum, quorum fauore lex municipalis eas excludit, secundùm veriorem opinionem.*
13 *Fideicommissum extinctum intelligitur, quando nulla persona supereſt, cui applicari possit, seu quæ in illum ex-
sum vocata sit à testatore.*
14 *Ex ratione adiecta dictum ipsum quandoque declaratur.*
15 *Propter rationem adiectam, verba præcedentia impropriè accipiuntur.*
16 *Si quis bonorum possessioni renunciet, non tamen iure ciuili excludi, quod si adiecta ratione, quia hereditas damnosa sit, id faciat, secus est.*
17 *Verbum volo ad fideicommissa pertinet.*
18 *Ratio per modum dispositionis adiecta, non restringitur ab ipso dicto.*
19 *Prohibitio alienationis simpliciter facta, non inducit fideicommissum, nisi in casu contrauentionis.*
20 *Adiectio causæ confirmat, & corroborat prohibitionem alienationis in casu, de quo loquitur, non autem debet ampliare dispositionem ad alium casum, qui sub dicto non comprehendebatur.*
21 *In vltimis voluntatibus verba enunciatiua ad grauatum directa, disponunt.*
22 *Alienandi præcepta variè censeri.*
23 *Subsequentia à præcedẽtibus magis determinantur, quàm econtrario priora à sequentibus.*
24 *Quæ propter generalitatem suam sunt ambigua à precedentibus declarantur.*
25 *Clausulis executiuis, præcedentem dispositionem non ampliari.*
26 *Limitatè dicta intra suos limites coerceri.*
27 *Rationem generaliter à iurisconsulto relatam, sæpissimè secundum terminos dicti restringi.*
28 *In statutis ratio generalis conseruandæ agnationis restringitur ad personas nominatas.*
29 *Clausula generalis faciliùs cessante ratione restringitur, quàm specialis propter eandem augeatur, hoc enim non nisi per extensionem fieri potest, quæ difficilius in testamentis fit.*
30 *Quotiescunque ratio est amplior dicto, prodest quidem possidenti ex quadam æquitate iure exceptionis: non sufficit autem ad dandam actionem ijs, qui non possident.*
31 *Infinitas est prohibita, & coarctata potestas testantis, ne vltra pronepotem grauamen extendatur, in præiudicium venientium ab intestato.*
32 *Alienationis vetiti pœna.*
33 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
34 *Legati extincti causæ.*
35 *Si tempore euenientis conditionis legatarius, vel fideicommissarius, non est in rerum natura, legatum seu fideicommissum efficitur caducum.*
36 *Filiorum appellatione nepotes, & pronepotes comprehendi.*
37 *In fideicommissis & legatis, quæ hæredi scripto soluenda iniunguntur, filiorũ appellatione non veniunt Nepotes.*
8 *Tutor filijs datus, non censetur datus nepoti, & quare.*
39 *Fideicommissum est onus.*
40 *Relictum exteris nullum.*
41 *Si forensi rerum immobilium nõ sua culpa incapaci quid immobile relictum sit, videtur quod saltem æstimatio illi debeatur.*
42 *Secuta etiã rei traditione, si deinde supereneriẽt habilitas, adhuc alienatio sortitur effectum cum sit sublatum impedimentum quòd obstabat validitati dictæ alienationis.*
43 *Statuti Mantuani in alienigenas alienari vetantis capita.*
44 *Æstimationem pro re in alienabili deberi, limitatur pluribus modis.*
45 *Quod à principio non valuit, non potest deinde ex post facto conualescere.*
46 *Acquisitio ciuilitatis, non trahitur in præiudicium tertij.*
47 *Dictio licentia intelligitur vt interueniat in ipso actu, vel ante actum.*

48 Exceptio

BIU Cujas

48 Exceptio declarat regulam.
49 Non est credendum, quod quis ex actu nullo incidat in pœnam.
50 Pœna locum non habet, nisi vbi est culpa.
51 Lex imponens pœnam alienanti, intelligitur ita demum si alienatio perfecta fuerit, id est secuta translatio dominij, & etiam possessionis.
52 Lex pœnam imponens impetranti, rescriptum intelligitur, si eo vsus sit.
53 Ex generali obligatione, seu hypotheca non adeò plenum ius transfertur, sicut ex speciali.
54 Cessante coniunctione, cessat ius accrescendi.
55 Substitutus coniuncto præfertur.
56 Excluso ab alienigena non fiscum, sed hospitale admitti.
57 Papa potest mutare, & relaxare onera imposita piæ causæ.
58 Cardinali pœnitentiario, qui attestatur se aliquid facere ex mandato pontificis, viuæ vocis oraculo sibi facto creditur. (publico.
59 Cardinalibus de aliquo attestantibus, creditur, sicut nũtio
60 Valet rescriptum, etiamsi non omnia in facto fuerint expressa.
61 Licet Papa ignorauerit defectus in specie, tamen satis est, quod in genere videatur cogitasse, propter generalitatem verborum rescripti.
62 Verba veris existentibus præmissis, in rescripto posita, quid importent.
63 Non est capienda interpretatio, quod rescriptum sibi ipsi sit contrarium.
64 Per clausulam non obstãte vitio surreptionis, videtur esse derogatũ dispositioni. l. vniuersa. C. de diuers. rescript.
65 Legatum factum mulieri diuiti valet.

MAGNIFICI equitis Moderni de Vbertis, in præsenti causa, in qua agitur de hæreditate, prosequar particulariter vnumquodq; dubium mihi propositũ, vt videri possit, an subsit aliquod fideicommissum. Primò attingã, quid iuris sit in bonis, & hæreditate, quę olim fuit d. Caroli. Et cùm in testamẽto suo dictus d. Carolus instituerit hæredẽ d. Io. Frãciscum Antiquũ, deinde vulgariter substituerit eiusdẽ Frãcisci filios, videtur quod per additionẽ hereditatis dicta † vulgaris substitutio expirauerit. l. post aditã C. impuber. Sed tamẽ propter verba testamenti in casu nostro aliud dicendũ est, vt dicti filij non solũ vocati sint directò in casum vulgaris substitutionis, sed etiã per fideicõmissum casu, quod eorũ pater esset hæres, vt illa verba, *instituens & substituẽs, &c.* intelligãtur etiã per fideicõmissum ex quo † verbũ, *Substituo*, est cõmune. l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de insti. & substit. & potest etiã referri ad fideicõmissum secundũ Bar. in l. cẽturio. ff. de vulg. & pup. & per Mod. maximè. Curt. Iunior. in rub. C. de impub. quod aũt voluerit in dictũ fideicõmissum facere, probatur ex capitulo testamenti: quo prohibet alienationẽ ijs verbis, quod prędictus Io. Franciscus, hæres posset de dictis bonis relinquere Ludouico eius filio, qui multis filijs grauatus est aliquid, plusquam alijs, dũmodò nimiũ nõ diminuatur hæreditas: nisi enim voluisset subesse fideicõmissum: dictũ capitulũ fuisset imptinẽs, & superfluum, cũ etiam absq; dicta licẽtia potuisset pater illi relinquere non solũ aliquid plus, sed etiã multũ, imo totum, salua tamen legitima iure naturæ debita. I. hac edictali. versi. sin autem non æquis. vbi Bal. C. de secundis nuptijs, quia potest † pater (si velit) facere differentiam inter filios. §. optimè verò. ver. si verò inæqualia. in auth. de nup. dummodò nõ diminuat legitimã. auth. vnde si parens. C. de inoffi. testam. & † verbum illud, *possit relinquere*, affirmatiuè positũ in vltimis voluntatibus, stat dispositiuè vt extra illum casum pręsupponat sub esse prohibitionem. l. peto. in prin. ff. de leg. ij. & quod notat Alex. Iaf. & cæteri. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & quod habetur in l. iij. §. si quis sic acceperit. ff. de statu lib. & per Bar. & doctor. in l. j. ff. de iniusto rupto. Et cùm † fideicommissa ex nuda voluntate testatoris effectum habeant. l. in conditionibus. ff. de cond. & demonst. l. cum virum. C. de fideicommis. satis ex dictis verbis declaratur mens testatoris, *volentis dictos filios, mortuo patre, ad fideicommissum admitti.* Quo sic præsuppositò, sequitur necessaria † conclusio, quod cùm dictus dõ. Ioann. Franciscus esset grauatus ex testamẽto d. Caroli: prout ad restituendum dicta bona filijs suis, non potuit ea grauare aliquo nouo onere: quod si fecisset, non valeret: quia filij non ab ipso habent dicta bona, sed à d. Carolo, vt est textus in l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. ff. de leg. ij. vbi omnes notant. l. pater filium vbi Paulus & Alexand. ff. ad legem falcidiam. & quod in fortiori casu notat Socin. in l. Marcellus. §. res quæ ab hærede. in fi. ff. ad Treb. Et ideo † in fideicommissum simpliciter à patre factum, non veniunt dicta bona, quæ iure fideicommissi, tanquam æs alienum prius sunt deducenda. l. in imponenda. C. ad leg. Fal. l. debitor. ff. ad Treb. quia in simplici fideicommisso † videtur testator egisse, dũtaxat de bonis suis. Quod si dotes & Trebellianica dotalibus fideicommissis deducuntur. l. à filia. l. mulier. §. cum proponeret. ff. ad Treb. l. iubemus. C. eod. multò magis æs alienum prius deduci debet. arg. l. Papinianus. §. iiij. ff. de inoffi. test. Secunda dubitatio est respectu bonorum, & hæreditatis ipsius d. Io. Francisci senioris, qui fideicommissa in testamento suo fecit, de quibus agitur. Et in primis regula est, quod † de fideicommisso deducitur legitima filiorum iure naturæ ipsis debita, ea enim absque vllo prorsus onere debetur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. test. adeò vt iuris interpretatione omne grauamen ab ea sublatum, & pro non scripto sit secundum Bald. in l. si quando. §. fi. versi. quæro, pater. C. de inoffi. test. etiam si filius ipse nihil dixerit: transmittit enim quandocunq; ius hoc dicendi in hæredes, secundum Per. de Anch. cõsi. clj. Dec. consi. lxxxj. cum si. Sed videndum est, † quota pars debeat esse hæc legitima. Et cum testator haberet tres masculos, & quatuor fœminas legitima deber esse semis bonorum: auth. nouissima. C. de inofficioso testam. Verum in hoc articulo sunt tres principales opiniones. Prima est aliquorum qui dixerunt, quod † fœminæ faciunt partem in vilitatem suam tantùm, & in damnum masculorum, per regulam. l. fino libertus. §. ex duobus. ff. de iur. pat. l. j. §. aduersus. l. si quid in fraudem pat. & secundum hanc opinionem consuluit Fran. Cur. senior, consi. suo v. vbi dicit hanc esse communem opi. & allegat multos doctores, qui non dicunt illud sed potius contrarium, adeò quod hæc opinio non est communis, neque vera: aliàs quod in fauorem masculorum inuentum esset, vt fœminæ à statuto excluderentur, in odium verterentur, contra regulam. l. quod fauore. C. de legibus. & l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Alia fuit opinio, quod dictæ fœminæ nullã partem facerent, sed quos dos, tanquam æs alienum, prius deduci debeat, & in reliquo legitima masculorũ sit triens, non autem semis, secundum glo. in l. Papinianus. §. vnde si quis in glo. super ver. debere-

tur. Ang. ff. de inoff. test. & hanc partem consuluit Soci. cons. lxxix. in iij. & cõsi. lxxxij. in iiij. vbi attestatur hanc suam opinionem esse communiter receptam, quod tamen est falsum, saltem in casu nostro, quando statutum iubet eas dotari. Tertia opinio, quæ est verior, & communior, fuit Bart. 12 quod dictæ † fœminæ faciant partem ad vtilitatẽ masculorum, quorum fauore lex municipalis eas excludit. l. ij. §. si duo fratres. ff. de collat. bon. l. si defunctus. vbi Bal. Pau. Cor. C. de suis & legit. & gebiturq; masculorum legitima, vt pro triente semissem habere possint, vt per Bald. in l. vnica. C. quando non peten. partes. & ita consuluit Bald. cons. cccviii. in iij. vbi dicit quod Bar. ita tenebat. idem consuluit etiam Paul. Castr. cons. cclxxxvj. in j. incip. quoniã fundamentum. Fulg. cons. xxvj. Fabian. de Giochis in repet. dictæ auth. nouissima. q. xx. vbi allegat multos pro ista opin. Aret. in d. l. j. C. quan. non pet. part. & in l. plane. §. si duob. ff. de leg. j. Nec enim pro mortuis lex illas habet, quæ dotem dari iubet, & non simpliciter sed fauore masculorum excludit. l. pen. in fina. C. de leg. & hoc maximè est dicendũ in casu statuti Mantuani, quod eas non excludit, sed masculos simpliciter præferri per ea, quæ ponit Raph. Com. in l. filiusfa. §. cũ quis. in fin. ff. de leg. j. Et ex ijs, cõcludo, quod dimidia pars bonorum d. Io. Francisci, iure legitimæ filijs suis debitæ, deducenda est de hoc fideicommisso. Tertia est dubitatio circa testamentum d. Io. Francisci senioris, an clausula fideicommissi in eo contenta, trahatur ad casum nostrum: & videt q, nõ: quia licet decedente aliquo ex filijs masculis, vel eorũ descendentib. vocet alios superstites, vel eorũ descẽdentes masculos vsq; in infinitũ, tñ cũ hodie nulli supersint masculi, extinctũ est fi- 13 deicõmissum † quia nõ supereſt persona, cui applicari possit, seu q̃ vocata sit in hũc casum à testatore. l. pater. §. pen. §. Iul. Agrippa. ff. de lega. iij. l. Mutianę. in fi. ff. de cõd. & dem. Pas. cons. clxiiij. in iiij. facit. l. vnica. §. sin aũt aliquid sub cõditione. C. de cad. tol. Nec obst. si diceretur, q, imò supereſt pſona, ppter illa verba, *cũ prohibitione alienationis dictorũ bonorum, de quibus & prout inferius declarabitur*, &c. respõdeo, talis clausula loquitur solum de prohibitione alienationis, non aũt refertur ad eos, qui vocati sunt in casum contrauentionis, de qua mox dicemus: facit quod habetur in l. filij. ff. quan. dies leg. ced. glo. super verb. inuentoris. in §. item lapilli. Instit. de rerum diuis. Deci. cons. cxc. cum sim. Quarta ergo dubitatio est, quia testator per ampliſsima verba vetuit hæredibus, & descendentibus suis alienationem bonorũ & subiecit, *Et hoc quia voluit & mandauit res prædictas peruenire in posteros suos masculos, &c. vel ex eis in perpetuum descendentes, &c. donec aliquis masculus reperietur, & si (pur) cõtingeret, quod nemo ex ipsis liberis masculis superſit, aut apparere, tunc ordinauit, &c.* videndum igitur, an fideicõmissum, quidem particulare, quia de bonis immobilibus tantum istud sit simplex, & absolutum, an duntaxat in casum alienationis: & videretur tali clausula induci fideicommissum simplex, tanquam verba illa, *Voluit, & mandauit, &c.* satis indicent mentem testatoris simpliciter fideicommittere volentis. leg. Pamphilo. in princ. de leg. iij. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de leg. iij. leg. codicillis. §. instituto. de leg. ij. Et quia ratio illa generalis ampliat dictum ipsum respectu temporis. l. pater filium. §. fundũ. vbi Bar. ff. de leg. iij. Ergo etiam respectu personarum facit text. in l. nomen. §. fin. ff. de leg. Et quia 14 videmus aliàs † ex ratione adiecta dictum ipsum

A declarari. gl. super verb. amitteret. Iſtis qui animo. ff. de acquir. pos. & † propter rationem adiectam præcedentia verba impropriè accipiat. si seruus legatus. §. qui quinque. vbi Bald. ff. de legat. j. 15
receptumque est, † si quis bonorum possessioni renuntiet, non tamen iure ciuili excludi, quod si 16
adiecta ratione, quia hæreditas damnosa sit, id faciat, secùs esse. Bald. l. suum. C. de repu. & abstin. hæred. & videtur ista opinio valdè consona menti testatoris, quam tenuit Socin. cons. xliij. &
B lvij. in iij. Deci. cons. xxiij. & clxxxij. quia † ver- 17
bum, *volo*, ad fideicommissa pertinet. l. ij. C. comdele. Aret. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat. quam sententiam etiam tenuit Io. Cro. in rep. l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. j. vbi dicit, quod nullus in specie considerat istum casum, & allegat etiam text. in l. regula. §. si quis ius ignorans. ff. de iur. & fa. igno. vbi † ratio per modum dispo- 18
sitionis adiecta non restringitur ab ipso d. In contrarium tamen multa faciunt † prohibitio enim 19
C alienationis simpliciter facta non inducitur fideicommissum, vt omnes fatentur. nisi in casu contrauentionis. d. l. codicillis. §. instituto. l. peto. §. fratre. de le. ij. d. l. filius fa. §. cum pater. ergo idem videtur † si causa addatur, quia eam confirmat, & 20
corroborat prohibitionem alienationis in casu, de quo loquitur, vt per Bartol. in d. l. pater filium. §. fundum. non autem debet ampliare dispositionem ad alium casum, qui sub dicto non comprehendebatur, secundum Dec. in consil. ccxvij. vbi
D consuluit pro hac parte, & dicit, quod si causa sibi commissa esset, ita iudicaret, & ita etiam consuluit Socin. consil. ccxxvij. & satis est de mente Alexand. in d. §. cohæredes. & Ruy. in d. §. diui. & habeo. cons. Iasonis pro hac parte, quod incipit dom. Antonius de Gambolottis, subscriptum à Rocho de Curte, quod est manu scriptum, & non reperitur in impressis, & iudicio meo, ista opinio optimè probatur in d. l. pater. §. fundum. vbi cùm testator prohibitione validè adiecisset, ita enim
E fiet vt fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat: lex ait fideicommissum in casum alienationis duntaxat videri, & licet aliqui respondeant id esse: quia non per modum rationis, sed enuntiationis cuiusdam futuri euentus adiecta est illa clausula, tamen non videtur hæc responsio consistere, quia ea locutionis figura satis declaratur mens testatoris: cum & † in vltimis voluntatibus 21
verba enuntiatiua, ad grauatum directa disponat. l. vnum ex familia. §. fin. de lega. ij. etiam si ad
F futurum euentum referatur. l. Pamphilo in princ. ff. de leg. iij. Sed & sciendum est † tale præceptum 22
duorum capitum esse altero excludi alienantem, altero includi familiam, secundum Bartol. in l. ij. §. videndum. ff. ad Terty. Primum caput odiosum esse, sequẽs fauorabile, igitur ratio illa generalis, quæ subijcitur, quod ad odium attinet strictè debet intelligi, vt ei locus non sit, nisi sequuta alienatione, quod verò ad familiam attinet largiùs accipietur. glo. super verbo, liberis. l. ij. C. de in ius vo-
G cand. vt quisquis de familia gradatim admittatur, sequuta tamen alienatione. Et ista fuit ratio Iasonis in prælleg. cons. Facit etiam quia dicta ratio à præcedenti dispositione debet restrictionem accipere, vt intelligatur saluis suprascriptis meis scilicet, correxisse prius dictum per generalitatem sequẽtis videatur. l. non ad ea. ff. de cond. & dem. Bartol. l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam, videmus enim † subsequentia à præcedentibus magis de- 23
terminari, quàm econtrario priora à sequentibus.

l. quis-

BIU Cujas

24 l. quisquis ff. de leg. iij. & † quæ propter generalitatem suam sunt ambigua à præcedentibus declarari. l. fin. §. fin. de tritico, vino, oleoque leg. Rursus
25 † clausulis executiuis præcedentem dispositionē
26 non ampliari. clement. j. in fi. de præb. sed † limitatè dicta intra suos limites coerceri. l. age. C. de transac. cùm aliud sit supponere, aliud disponere leg. ex facto. §. de hæredib. instituen. leg. cùm tale. §. fin. de cond. & dem. cap. si Papa. de priuil. in vj. & per Alexand. cōs. xvij. in ij. videmus etiam
27 in legibus sæpissimè † rationem generaliter à iu- B risconsulto relatam secundùm terminos dicti restringi. l. cogi. §. sed & si miles. vbi glo. ff. ad Trebel. l. ita tamen. §. à patre. vbi glo. eodem titulo.
28 Quod & in statutis proditum est, in quibus † ratio generalis conseruandæ agnationis, restringitur ad personas nominatas. vt not. Bald. in l. sed & milites ff. de excus. tut. & in l. si defunctus. C. de suis & legit. Dec. cons. cclxj. Et quod de personis dictum est, videtur etiam ad casus limitatos pro-
29 ducendum. Nam & † facilius clausula generalis C cessante ratione restringitur, quam specialis propter eandem rationē augeatur, hoc enim non nisi per extensionem fieri potest, quæ difficilius in testamentis fiet. l. quidam cùm filium. vbi Bald. & Imo. ff. de hær. inst. & ista opinio posterior est valde probabilis: pro qua tamen non ego simpliciter
or consulerem. Sed in casu nostro quatuor concurrunt, quæ faciunt rem longè clariorem. Primū est,
30 quia filiæ equitis sunt in possessione hæred. † & quotiescunq; ratio est amplior dicto, prodest quidem possidenti, ex quadam æquitate iure excep- D tionis: non sufficit autē ad actionem dandam ijs, qui non possident, & sic fideicommissarijs, prout in casu nostro ita est tex. in l. emptor. §. fi. ff. de rei vend. ibi, & ea reddita ratione, ad idē tex. in l. pen. ff. de coll. don. dixi in l. j. ff. de leg. j. vbi respondi ad ea, quæ habentur in l. si socer. §. Luc. ff. sol. matr. vbi Bar. ver. sed cōtra hoc, cauillat illos textus. Al-
terum est quia ista prohibitio alienationis, quamuis ampla ratione innitatur, non potest habere E
31 effectum vltra quartum: quia † prohibita est infinitas, & coarctata potestatis: ne vltra pro nepote gravamen extendatur in præiudicium filiarū venientium ab intestato, vt est tex. in authen. de restitut. fideic. ibi, & vt vltra quartū gradum, &c. vbi in eodem casu qualis est noster, Iustinianus censuit fideicommissum locum non habere: quamuis adesset ratio valde generalis in formula testamenti Hieri ibi, *Propter quod volo idem proastium seu domum habentem intra ianuas, quæ ducunt circa venerabile oratorium* F *sanctæ ecclesiæ permanere per omnia, & per totum in mea familia, & nunquam egredi de meo nomine*: Non obstante enim tali ratione generali iudicauit Imperator fideicommissum esse in casu alienationis tantum, & filiæ Constantini pronepotis non excludi, quin succedant patri suo, tanquam ipse non censeatur alienasse, sed lex, quæ hæreditatem patris defert filiæ. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. & fideic. tertio. Et certè in illo textu est casus pro hac opi-
nione quod clarius deprehenditur ex originali G Græco, & ex translatione noua, quæ est aliquantò aptior, & intelligibilior vetere: & ita etiam tenuit Io. Crotin. d. §. diui. versi. x. quæritur, & ego pluris facio illum tex. quam auctoritates istorum Modernorū, qui in hoc articulo nunc pro vna parte respōderunt, nunc pro alia, & hanc opinionē ego tēr legendo d. §. diui. semper sum secutus. Tertium est, quia prohibito ante dictam rationē, concepta erat nudis verbis, & absq; causa, quo ca-

A sus non valuisset. d. §. diui. vnde d. ratio subsequens quamuis generalis, tamen censetur subdita vt cōualidaret dictam prohibitionem. & ideo nō induc it fideicommissum simplex, & hoc de plano fatetur Soci. in contrarijs cons. xliij. & lvij. in ij. & in l. si cognatus. ff. de reb. dub. & in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obli. Tecus secundum eum, quando prohibitio ipsa causa nuda non fuisset, sed valuisset: quo casu loquuntur contradicentes. Concludendum igitur per suprascripta in casu nō stro subesse duntaxat fideicommissum in casum B alienationis, vt sit aliquis masculus † alienasset, 32
& nullus alius superesset, sit locus substitutioni in pœnam eius, qui fuit inobediens testatori. d. §. diui. non autem subsit fideicommissum simplex, & absolutiuum. Quartum est, quia † quod hæc 33
fuerit mens testatoris, colligitur ex alia parte testamenti, quæ aliam declarat, vt habetur in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. per Bar. in l. ij. de vulg. Bald. & Imo. in d. l. quidam cùm filium. de hæred. instit. post prohibitionē enim alienationis, in casu quo nemo masculus adfit, facit quædam legata particularia filiabus suis. & similiter cuilibet filiarum Benedicti Ludouici, & Caroli decedentium sine masculis, vt supra. Si enim voluisset ex suprascripta generali ratione induci fideicommissum simplex ratione omnium descendentiū, debuisset legatum istud fieri dato etiam, quod Ludouicus, & fratres decessissent cum masculis: dum tamē illi masculi deinde suscepissent, nisi fœminas, vnde latis declaratur mente testatoris non fuisse fideicommisso simplici nō progredi in infinitum sed duntaxat ex fideicommisso in casum alienationis, alias essent deterioris conditionis filiæ masculorum, quam filiæ fœminarum, quod est contra expressam mentem testatoris. Quinta dubitatio est, posito, quamuis non concesso, quod casus fideicommissi venisset, quo legata debeant solui. Et in primis quærebatur nunquid Antonius, qui ex Blanca matrem est nepos Ludouici debeat cō sequi legatum. & videtur clarum quod non, duplici ratione. Prima, quia † testator legauit *pro qua* 34
libet filiarum Benedicti Ludouici, & Caroli descendentium sine masculis, &c. sed Ludouicus decessit relicto Antonio & fratribus, & sic, relictis masculis, ergo conditio deficit. l. j. C. de condit. insert. l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. Secunda, quia in hoc legato nulla est mentiō filiorum Blancæ, sed simpliciter mentio est filiæ, id est, Blancæ, quæ cum † tempo- 35
re euenientis conditionis non esset in rerum natura legatum, seu fideicommissum effectum est caducum. l. vnica. §. cum igitur. in fine. vbi glo. §. in autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. nec transmittitur in filios. d. l. vnica. §. in nouissimo. gl. l. vnica. verb. de relictis. C. de ijs, qui ante apertas tabu. An verō dictus Antonius debeat consequi aliquid per ius accrescendi, dicam infrà quæstiō vltima. Sexta dubitatio, quid de legato Franciscæ, & Margaretæ, quæ cum filijs sunt mortuæ, superstitibus duntaxat nepotibus, vel pronepotibus? & videtur idem dicendum, quod legatum nō debeatur tanquam caducum: cum tempore euenientis conditionis essent mortuæ. d. §. in autem aliquid sub conditione. Sed dubitationem faciunt verba testamenti, *quibus testator dicit se morientium filijs, & hæredibus*: videtur enim † *filiorum* appellatione 36
etiam nepotes, & pronepotes cōprehendi. l. naturorum. l. filij. l. iusta. l. liberorum. ff. de verb. signif. maximè cum dispositio hæc in futurum euentum sit concepta: quo casu videtur expeditū, quod tales

cõprehendantur secũdum l. Lucius ij. ff. de hered. institu. prout eam intelligunt Io. de Imo. Alex. Socin. Ias. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. Alex. consi. xxxvij. in vj. volu. Sed tamẽ ijs non obstantibus, cõtraria opinio videtur verior & cõmunior, † in fideicommissis enim & legatis, quæ
37 hæredi scripto soluenda iniunguntur filiorum appellatione, non veniunt nepotes: quia quãuis respectu filiorum agatur de eorum vtilitate, & sic videatur hoc eis fauorabile, tamẽ respectu hæredis grauati est onus: & ideo potest hæres dicere, non sum grauatus in hoc casu: probatur hęc cõclusio, per l. quod si nepotes. resp. penul. ff. de testa. tut. &
38 in §. fi. instit. qui testam. tut. da. pos. vbi † tutor filijs datus, nõ censetur datus nepoti: quia licet hoc sit fauorabile nepoti, tamen est onus respectu ipsius tutoris. & hoc satis sentit Bar. in d. l. liberorum. & tali casu, quod nõ veniunt appellatione filiorũ nepotes, consuluit Bald. consi. ccclvij. in iiij. volum. Lud. Rom. consi. ccccxxxviij. incip. in casu cõsultationis præsentis. in vltimo dubio. Socin. consi. ciiij. in prin. in iiij. volum. vbi attestatur de cõmuni. & secundũ hanc opinionem etiã latè consuluit Alex. consi. j. in j. lib. & consi. lvj. in v. & satis tenet etiam Corn. consil. cxcix. in ij. lib. vbi dicit multos doctores Italiæ cõsuluisse: & secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum. Idem etiam tenuit Dec. cõsi. xcv. vbi dicit quod hæc opinio in isto casu nõ habet cõtradicentẽ, & licet aliqui cõtradicant, ve luti ipsemet Alex. consi. xxvj. in iij. consi. ix. in j. d. cõsil. xxxvij. in vj. tamẽ loquitur in alijs terminis, videlicet in substitutione directa, quæ nemini o-
39 neroſa est, nõ in † fideicommisso, quod est onus. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff de vulg. Itẽ loquitur, quãdo extranei essent onerati erga istos nepotes, non quando ipsimet filij testatoris: quia non tam facilè capitur interpretatio contra ipsos. Nec obstat quod conditio respiciat futurum euẽtum. d. l. Lucius. quia respondeo, quod hoc procederet in substitutione directa, prout loquitur tex. in d. l. Lucius. ij. non autem in fideicommisso. & in casu Decij. d. consi. xcv. verba respiciebant futurum euentum. & tamẽ consuluit nõ admitti nepotes, & ita etiam sentit Alex. in d. cõsi. j. & expressiùs Ludou. Rom. dicto consi. ccccxxxviij. in fin. & Bald. in d. §. instituens. per illũ textum. loquitur enim, quãdo instituebatur filius nasciturus in euentum cõditionis, & tamen non compræhenditur nepos. Nec Alexand. in dicto consi. xxxvij. in vj. lib. loquitur, quando grauarentur filij testatoris ad tale fideicommissum, prout est quæstio nostra: & ideo concludo dictos nepotes ex filiabus, nõ posse admitti ad legatum: cùm adhoc, vt admittatur, oportet esse filios, & etiam hæredes matris secundùm doctr. Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. de qua per doct. in l. ex facto. §. fin. ad Trebell. Septima dubitatio est circa dimidium hære-
40 ditatis in d. casum † *relictæ Hubertis de progenie sua in ciuitate Venetiarum, vel alibi commorantibus, &c.* Et clarum est non valere tale relictum, stante statuto Mantuano, prohibente alienationes in personam non subditas siue alienatio fiat, per contractum, siue in vltima voluntate: & non est dubium valere d. statutum. l. j. C. non licere habit. metro. l. dudum. C. de contrah. empt. per Bar. in d. l. filiusfam. §. diui. cum concord. per And. Sic. in tub. extra, de rebus eccl. non alien. & per Socin. qui loquitur de isto statuto Mantuæ in consi. ccxcij. Sed difficultatem in casu nostro facit: quia cum isti forenses sint in-
41 capaces immobiliũ, non culpa sua † videtur quod saltem æstimatio illis debeatur per text. in l. filiusfam. §. si quid alicui. ff. de leg. j. vbi Bartol. & cæteri, & est communis opinio, vt per Franc. Cur. Iun. consi. cv. & per Ias. in l. apud Iulianum, aliàs incip. idem Iulianus. §. constat. vbi omnes no. ff. eo. tit. Item difficultatem facit, quia videtur, quod isti forenses possint acquirere ius ciuitatis per priuilegium, vel aliter, & tunc debebunt admitti, non obstante statuto: sufficit, quod ante traditionem possessionis desinant esse forenses secũdum Paul. de Castr. cõsi. cccxlij. in antiq. incip. videtur, quod dicta venditio allegat text. in argum. in l. qui soluendo non erat duos Apollonios. ff. de hered. instit. & not. per Io. And. in c. quanquam. de vsur. in vj. in quæst. testamenti conditi ab vsurario, an reconualescat superueniente cautione. Fortius tenuit Io. Crot. de Monte Ferrato in rep. d. §. diui. quod etiam † sequuta traditione rei, si deinde su-
42 peruenerit habilitas, adhuc alienatio sortiatur effectum: cum sit sublatum impedimentum, quod obstabat validitati dictæ alienationis. arg. l. pignoris ff. qui, & à quibus ma. & eorum, quæ not. Bart. in l. cum vir. ff. de vsucap. & facit notabile dictũ, Abb. in c. cùm eum ex officijs. in fi. de præscript. de quo ibi per Fely. Et ista interpretatio maximè suadetur ex verbis statuti. in xj. parte, versi. item quod aliqua. vbi dicit, quod aliqua æstimatio, legatum, vel relictum non possint fieri, nisi fierent de licentia generali, seu nisi talis persona faceret se ciuem ciuitatis Mantuæ, &c. quibus verbis apparet expresse decidi casum præsentem. Sed tamen, istis non obstantibus, cõtrarium videtur verius. Et in primis præmitto, quod adhoc vt isti Huberti forẽses censeantur vocati, oportet, quod probent se esse de progenie testatoris in aliquo gradu distincto, qui non sit vltra decimum gradum de iure ciuili, qui est quintus de iure canonico, vt latè consuluit Dec. cõsi. cccxxj. cuius rationes nõ describo: quia possunt apud eum videri. Præterea dico, quod verba statuti nõ patiuntur talẽ interpretationẽ, vt æstimatio deberi possit: quia statutũ habet tria † capita. In primo loquitur *prohibitiue in per-*
43 *sonam, quod nullus possit relinquere in vltima voluntate aliquam rem immobilem, &c.* In secundo loquitur in rem & afficit res ipsas vitio in alienabili, vt sint res ipso iure in alienabiles: quo casu nec pretium quidem debetur: imo nec obligatio quidẽ naturalis videtur posse oriri: quia statutũ repugnat ipsi alienationi. l. apud Iulianum. aliàs incip. idem Iulianus. §. fi. de leg. j. facit quod habetur in l. cum lex. vbi Bar. ff. de fideiuss. firmat Aret. in l. multũ. ff. de verbo. oblig. & ita sentit Bart. in l. quamuis. ff. de aur. & arg. leg. & in isto casu saluatur opinio Bart. in d. §. constat. Non obstant ergo allegata in contrarium, & in primis, quod cõmunis opinio sit prohibita alienatione in forensem deberi saltẽ æstimationẽ. Respondeo, cõmunis † opinio debet li-
44 mitari, quãdo statutũ resisteret in personã ipsi alienanti. l. vnica. C. ne christ. mancip. l. si per orthodoxę. l. seq. & auth. seq. C. de hęret. d. l. cũ lex. vbi Bar. Itẽ debet limitari, quãdo ex statuto res esset affecta vitio in alienabili. d. l. apud Iulianum. aliàs incip. idem Iulianus. §. fi. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. oblig. Bal. l. j. C. de sacros. eccles. Item limitatur, quãdo statutũ prohiberet alienationẽ fauore vtilitatis publicæ, prout videtur in casu nostro. tunc enim non solùm res nõ deberet, sed nec æstimatio per text. in l. vnica. in vers. & quacunq; æstimatione. C. de contracti. iud. per quem tex. ita tenet Lud. Rom. cõsi. cccccix. Ita limitatur, quãdo

ex

ex cõiecturis appareret, quod mẽs testatoris non esset ei relinquere æstimationẽ, sed res ipsas prout in casu nostro, in quo relinquit dũtaxat masculis pro cõseruatione familiæ, & nominis sui in ciuitate Mantuæ, aliàs, recepta pecunia potuissent reuerti Venetias, & mẽs testatoris eluderetur. Nõ obstat, quod isti forenses possint effici ciues: l. assumptio. ff. ad municip. nam respondeo, cum statutum eos reijciat ipso iure, & ius interim transferat in subditos, satis est, quod tempore, quo defertur hæreditas, isti sint incapaces. l. j. §. si filius. ff. de leg. iij. & † quod à principio nõ valuit, nõ potest deinde ex post facto cõualescere. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & † acquisitio ciuilitatis nõ trahitur in præiudicium tertij. l. impuberem. ff. de admin. tut. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publ. & quod tradit Raph. Com. consi. lxxxiiij. circa medium per Bald. cõsi. cccl vij. in j. volu. Nec Paul. de Castr. in alleg. cõsi. cccxlij. loquitur quãdo statutum resistebat alienanti, & afficiebat rem vitio inalienabili, prout est casus noster. Nec obstãt verba statuti in tertia parte: quia nõ loquũtur in re immobili relicta forẽsi, sed in pecunia, propter quam forensis vult accipere bona insolutum: & sic petitur res æstimata insolutum dari: & sic ille est casus diuersus à nostro. Alius est casus loquens in legato bonorum, quando factum esset de licentia generali, quæ † dictio, *licentia*, intelligitur vt interueniat in ipso actu, vel ante actum. cap. si Abbatem. de elec. lib. vj. Ioan. ap. alleg. lxxxvj. Bald. l. obseruare. §. post hæc. in fin. de offi. proconsul. Butr. in cap. cum cõsuetudinis. extra, de cõsuet. aliàs si interueniat ex post facto, nõ potest nocere ijs, quibus ius iam est acquisitum, vt suprà dixi. d. l. impuberem. d. §. si quis à nemine. Octaua dubitatio est, quia cum testator reliquerit istis forẽsibus, videtur esse applicatũ fisco ipso iure, propter verba statuti ibi, *Res relicta ipso facto publicata intelligatur, & deueniat in commune Mantuæ, &c. Nisi fuerit generaliter obligata, &c.* quibus verbis probatur, quod ex eo solum, quod relicta sit, debeat applicari fisco, maximè ponderãdo exceptionem, nisi generaliter obligata, &c. quæ exceptio † declarat regulam iuxta l. nam quod liquidè. §. fi. de pen. leg. cap. audaudiẽtiam. extra, de cler. nõ resid. cum similibus. Sed tamẽ in casu nostro cõtrarium est verius, quod nõ sit locus cõfiscationi, moueor tribus rationibus. Prima est, quia cum isti nõ sint in gradu successibi. vt suprà dixi, post Decium d. cõsi. cccxxj. tale relictum cẽsetur cadere cum & remanet hæredibus iuxta l. vnicam. §. si autem aliquid sub cõditione. C. de cad. toll. & statutum loquitur de eo, qui relinquit personæ non suppositæ, quæ tamẽ sit in rerum naturã, quia supponit habilitatem, quo ad cætera omnia. cti. de æta. & qual. lib. vj. l. qui testamẽto. ff. de testa. sed in casu nostro non probatur in rerum natura esse aliquos Huberros forẽses, qui aliàs essent successibiles, & tanquam tales vocati à testatore: ergo, &c. aliàs † ex casu nullo quis incideret in pœnã, quod nõ est credendum. l. cõtinuus. §. cum quis. vbi dixi. ff. de verb. oblig. l. vbi pactum. in fi. C. de pact. per Bald. in l. ij. C. de episc. audient. Secunda ratio est, quia † pœna nõ locum, nisi vbi est culpa. l. rescriptum. ff. de ijs, quibus vt indig. & ideo statutum infert illam pœnam propter culpam testatoris, relinquẽtis forenses, quod si testator nõ sit in culpa, secùs est. In casu autem nostro apparet, quod testator reliquit istis Hubertis cũ qualitate, quod sint masculi: in quo cõsideravit fauorem agnationis, vt familia honestiùs cõseruaretur, secũdùm Rayn. & Bald. in l. Caius. ff. sol. matrim. & habetur per Mod. in l. Gallus. §. etiã si parente. ff. de lib. & posth. Dec. & l. j. vlt. not. C. de pact. Et sic apparet, q. tacitè ex mẽte testatoris cẽsentur vocati in casu licito, quãdo, si ante quàm dies fideicommissi cederet, haberet licentiam, vt essent ciues creati, & aliàs possent succedere, vt ex natura actus ex præsumpta voluntate testatoris subaudiatur cõditio casu, quo licitè possint, & non incurrant in pœnã legis, prout in simili videmus in l. j. ff. si ag. vectig. vbi subauditur cõditio si dominus voluerit. glo. in l. peculium est. §. penul. ff. de pec. & per Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccl. Tertia ratio est, quia ista pœna apposita à statuto nõ habet locũ, nisi sequuta traditione, seu acquisitione. † quia lex imponẽs pœnam alienanti, intelligitur ita demum, si alienatio perfecta fuerit, id est, sequuta translatio dominij, & etiam possessionis, secundùm Specu. in tit. de locato. versic. xcj. per Salic. l. fin. C. de iure emphyt. vbi etiam Ias. versic. xix. quæro. per glo. super verb. teneris depositi. in l. j. §. si rem depositam. vbi Bart. ff. depos. facit † quia lex pœnam imponens impetranti, rescriptum intelligitur, si eo vtus sit. & quod no. Alex. cõsi. clxxiij. in ij. & quod ista fuerit mens statuti, probatur ex exceptione, nisi fuerit generaliter obligata, &c. † ex generali enim obligatione, seu hypotheca non adeò plenum ius transfertur, sicut ex speciali. l. si creditor. §. fina. de distr. pignor. melius probatur. l. j. cum glos. verb. pignori. vbi Bald. C. de Ser. necess. hæred. instit. Ias. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. de verbo. obligat. & in l. iij. C. de lega. Nona est dubitatio, postquam suprà conclusum est, quod hæc dimidia bonorum redictorum Hubertis forensibus ad eos non pertinet, nec ad fiscum, vt videamus, ad quos spectare debeat? Et primò videndũ est, an applicetur hospitali? & dico quod nõ: quia hospitale non coniungitur istis Hubertis, nec re, nec verbis: ex quo facta est separatio bonorum. l. huiusmodi. §. penult. ff. de lega. j. & vocantur per diuersas clausulas. l. triplici. ff. de verbor. signific. & habetur in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. quod procedit non solùm in fideicommissis particularibus cerrorum bonorum, prout est in casu nostro bonorum immobilium tantùm. l. si quis seruum. §. fina. vbi Bartol. ff. de leg. ij. sed etiam in vniuersalibus † cessante enim coniunctione, cessat ius accrescendi, vt per Curt. Iun. consilio lxxxiij. & in l. j. in fin. C. quando non pet. part. Et Istud non habet difficultatem, in casu nostro propter substitutiones factas: & clarum est † substitutum præferri coniuncto. l. ij. §. si duo. ff. de contrab. d. l. vnica. §. in primo. & §. seq. C. de cad. toll. Secundò videndum est, an applicetur ad filias testatoris, vel earũ præmortuarum filios? & verba testamẽti sunt clara, quod in casum, quo non reperiuntur, vel decederent nullis relictis masculis. quod bona perueniunt in eos, & videtur, quod hæc conditio extendatur ad casum, quo extent, sed succedere nõ possunt per ea, quæ habentur in l. fi. C. de instit. & substitut. in l. Gallus. §. & quod si tantum. ff. de lib. & posth. Sed tamen quicquid sit, cum nulli extent filij filiorum, sed nepotes tantùm, & appellatione filiorum in fideicommissis non veniant nepotes (vt suprà dixi) consequens est, vt Balthasar seu eius filius Camillus, vt cæteri consanguinei ipsius Balthasaris excludentur: nec eis vlla portio accrescet. Tertiò videndum est, quid de Antonio filio Blancæ? & videretur, quod ei deberet accrescere: quia cùm ipse est substitutus in dicto casum

per illa verba, *Et similiter ad filias filiorum præfati domini testatoris, & earum præmortuarum filios masculos, &c.* dubium tamē est, quia supra testator vocat ſtos, nisi in casu, quo filij sine filijs masculis decedant, quæ conditio non euenit. & videtur esse in hoc capite subrepetenda, vel subaudienda, vt vna pars testamenti alij declaret per ea, quæ habentur in l. qui filiabus. ff. de leg. j. Abb. consi. xxxvj. in j. Rapha. Com. consi. cxvij. & latè per Dec. consi. cccxxv. & cōsi. cccxxv. sed quia de hoc non sum requisitus, nō scribo vlterius, nec expedit etiam scribere: quia omninò substitutus † est locus hospitalis. qui licet non admitteretur ex coniunctione, vt suprà dixi, tamen admitteretur ex substitutione posito quod illa cōditio, si non reperirentur, vel decederent, extendatur ad casum, si propter statutum nō caperēt, qui punctus est satis dubius, maximè per text. in l. Titio vsusfructus. ff. de cond. & demonst. per quem text. alias reprobaui decisionem Decij consi. ccxxvij. de quo dixi in iij. lib. de verb. signific. versi. tertium huius tractatus axioma. Sed quicquid sit, cessat omnis hæc altercatio tenōdo, quod fideicommissum fuerit duntaxat in casum alienationis, vt suprà dixi. Decima est dubitatio circa aliam dimidiam, quę relicta est hospitali, sed quia tale fideicommissum mutatum, sublatumq; est per indultum pontificium, videtur cessare omnis difficultas. Nec est dubium, quòd † Papa potest mutare, & relaxare talia onera. l. legatum municipio. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. & clem. ij. extra, de relig. dom. & hoc est certum in legatis factis ad pias causas: quia talia videtur esse manualia ipsi Pontifici, vt in simili no. glo. in c. à nobis. extra, de decim. & ibi doct. maximè in iure ad rem, & conditionali, c. si. de concess. præb. lib. vj. & quando hoc facit cum aliqua causa, vt per Abb. in c. duo simul. de offic. ord. & in d. c. à nobis. de decim. & videmus quotidie hoc fieri per † Cardinalem pœnitentiarium, qui attestatur se hoc facere ex mādato Pontificis viuæ vocis oraculo sibi facto, & creditur tali affirmationi per ea, quæ habentur in c. quod super ijs, de fide instr. & ita seruat consuetudo. & ijs casibus non cēsentur Cardinales esse testes † simpliciter sed publicæ, & authenticæ personæ, maximè in pœnitentiario: vnde eis creditur, sicut nuntio publico. ca. cum parati. iuncta ibi glo. in verb. suus nuntius. de appell. l. diuus. ff. de custo. & exhib. reor. & sic respondetur ad text. in c. cum à nobis. extra, de testib. secundùm Card. Alex. in c. nobilissimus. xcviij. dist. in fin. Et licet aduersus indultum adducantur quædam argumēta vt videatur esse subreptitium, tamē adeò leuia sunt, vt ex verbis indulti satis tollantur, † valet enim rescriptum, etiam si non omnia in facto fuerint expressa. l. j. C. si contra ius, vel vtil. pup. vbi Iaſ. & † licet Papa ignorauerit defectus, in specie tamē satis est, quod in genere videatur cogitasse, propter generalitatē verborum rescripti, secūdùm Paul. de Castr. cōsi. ccxix. aliàs xxx. in j. Dec. col. v. in iij. & multa similia aggregat Fel. in c. postulasti. extra, de rescrip. & in casu nostro apparet de mixta mente concedentis, ex clausula tollente vitium subreptionis, propter quam clausulam apparet, quod illa verba, *veris existentibus præmissis*, nō stant conditionaliter, sed dispositiuè: quia vero existunt & participium *præsens* ita proprie accipitur. l. qui fidem. ff. de transact. l. properandum. §. illo verb. manifestante. C. de iud. l. ij. §. mater hæredi verb. omittente, & §. fi. vbi Bart. ff. ad Tertyl. aliàs † rescriptum sibi ipsi esset contrarium, quæ interpretatio non est accipienda. l. nam ideo. ff. de cōd. & dem. & † per talem clausulam, non obstante vitio subreptionis, videtur esse derogatum dispositioni. l. vniuersa. C. de diuers. rescript. & c. ij. extra, de rescrip. quę volunt quod in rescripto subaudiatur clausula, *Si preces veritati nitantur*. & sic sunt rescripta redacta ad instar contractuū, vel aliorū actuū priuatorum, in quibus dicta clausula, *Si narrata sunt vera*, nō subauditur secūdùm gl. in l. pen. in verb. præcipimus. vbi Bald. & Paul. de Castr. C. de trāsact. intelligitur tamē semper reseruata dolus. traditor. §. Lucius. ff. mand. l. & si legibus. C. si cōtra ius vel vtil. publ. Nec videtur esse surreptio, quāuis deinde testator, mutato proposito, aliatione dotes soluerit, quia satis est, quod tunc verū esset, quod nō potuisset cōmodè absq; vēditione bonorū soluere, prout habetur in simili in l. cętera. §. sed si separatur. ff. de leg. j. vbi Bart. versi. per hoc determinat. & doct. & in l. j. §. vnde quęrit Offilius. ff. de exercit. vbi Bal. & Alber. Vltima dubitatio est, ponamus quod hereditas d. Io. Franc. testatoris sit xij. vnciarū supra vidimus, quod fideicōmisso deducēda sunt bona Caroli, quæ sunt (pone) iiij. vnciæ. Itē deducenda est legitima iure naturæ debita secundum suprascripta quæ sunt aliæ iiij. vnciæ, id est dimidia bonorū testatis. Item deducenda est, dimidia relicta hospitali, quæ habet duas vncias, quę est libera propter indultū vt suprà dixi, & sic remanēt decē vnciæ libræ à fideicōmisso supersunt dūtaxat duæ aliæ vnciæ, in quib. vocati sunt illi de Hubertis Foreſes, super quibus duabus vncijs vertitur difficultas omnis, & supra concluſi, nec in eis quidem esse locū fideicōmisso. Sed pone, quod iudicibus aliud videretur, & in hoc casu sentiretur pro Antonio, an saltē adhuc aliquid debeatur istis filiabus equitis Moderni? & verba sunt clara, quòd si, dū dicitur in testamento, & existentibus fœminis ex dictis descendentibus masculis præmorientibus, quę nuptę nō essent, & dotatæ tunc dorentur, vt dotari debeant de bonis prędictis secundùm eorū, & earū conditionem, & facultatē, intelligo aūt eorum masculorū, & earū fœminarū, vnde cū qualitas equitis defuncti esset valde honorifica, & etiā qualitas d. Isabellæ proculdubio deberet ante partē accipi dos secūdùm ordinationē testatoris, & quamuis d. Isabella posset dotari super alijs x. vncijs, quæ remanent liberæ à fideicommisso, vt dixi tamē cum testator legauerit ei dotem superistis duabus vncijs, valet legatum: sicut aliàs † valet legatū dotis, factū mulieri diuiti. l. fi. C. de dot. pro l. huiusmodi. §. legatū de leg. j. l. à Titio vbi Moder. ff. de verb. oblig.

CONSIL. XXXII. SVMMA.

1 *Cæcus vtroq; lumine, non potest testari, nec fideicommittere, nisi seruata forma & dispositione l. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss.*

2 *In testamento facto inter liberos, non sunt necessariæ solennitates, &c.*

3 *Vt locus fiat ex imperfecto, & admittantur filij ex imperfecta voluntate, oportet quod huiusmodi filij sint tales, qui teneant primum locum in successione.*

4 *Status est continuatio dominij in hæreditate, non autem in fideicommisso.*

5 *Fideicommissa filijs imposita, lex strictè interpretatur, vnde filiorum appellatione non veniunt nepotes.*

6 *In testamento cæci speciale est, vt codicilli non valeant, nisi coram septem testibus.*

7 *Ex inutili voluntate sustinentur quidem [illegible] & sub-*

BIU Cujas

& substitutiones directæ, legata verò & fideicommissa non sustinentur.

8 *Proximiorum appellationem ad grauatum referri.*

9 *Restitutio à grauato facienda est, & fideicommissum de eius manu accipiendum.*

10 *Semper sit interpretatio, vt hæres minus censeatur grauatus.*

11 *Minus est grauaminis restituere suis, quàm remotiorib.*

12 *In successione ascendentium neptis, succedit in locum filij, licet veniat ex persona propria.*

13 *In fideicommissis conditionalibus, nõ attendimus ad tempus mortis testatoris, sed ad tempus euenientis conditionis.*

14 *In fideicommisso non imputatur, nisi quod testator voluit imputari.*

15 *Quando verba sunt clara, frustrà admittitur quæstio voluntatis.*

16 *Dictio Cæsata, quid denotet.*

BREVITER, testamento viso d. Strenzelai de Malchiauellis cæci, prosequendo ordinem dubiorũ mihi propositorũ, ea attingã, quæ videantur pro diluciditatione præsentis controuersię sufficere quia aliàs si qs vellet disputare circa articulos incidentes, res procederet in infinitũ, propter magnas altercationes doctorũ. In primis igitur, cũ iste testator esset † cæcus vtroq; lumine, clarũ est quod nõ potuit testari nec fideicõmittere, nisi seruata forma, & dispositione. l. hac cõsultissima. quæ fuit lex Iustini Imperatoris. C. qui testa. fac. pos. quæ forma & solennitas in casu nostro seruata nõ fuit, nec adhibitę subscriptiones testiũ, nec cætera necessaria, de quib. in illa cõstitutione. Nec obstat, q, testm † istud factũ sit inter liberos, quo casu videt qđ non fuerint necessariæ dictæ solẽnitates. per l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testà. quia hæc opinio est valde dubia, & multi tenẽt contrariũ, q, imo d. §. ex imperfecto. nõ habeat locũ in testamẽto cæci, tanquam dispositio illius l. Iustini, sit spẽcialis, & ideo prævalere debeat. aliàs illa lex nimis restringeret vt sentit Mart. de Fano quadã sua disputatione, & tenet Raph. Fulg. & Lud. Rom. in d. l. hac cõsultissima. & Fulg. cõsi. xlj. casus talis proponitur. & consi. xcj. sup eo. Idẽ etiã tenet Raph. Com. cõsi. cxij. si testator. idẽ etiã cõsulendo firmauit Pau. de Cast. consi. cccLxij. super j. dub. præsupposita cæcitate. in ij. vol. Idẽ etiã cõsulendo sentit Cor. consi. lxxxvj. quãuis videatur. lib. iij. & eandẽ sententiã sequutus est d. Io. Maria Riminaldus, in d. l. hac cõsultissima. vbi respõdet rationib. cõtrarijs, eandẽ sententiã etiã quantũ sit in casu nostro tenuit Ias. ibi, quoties non interuenissent subscriptiones testiũ, prout nõ interuenerunt in casu nostro. Et ista opinio etiã mihi placet, quia aliàs nimis restringeretur, vel violaretur potius, suprascripta Iustini cõstitutio, si intelligeretur solũ, qñ cæcus instituit extraneos, nõ aũt filios: maximè cũ ratio illius legis æqualiter, & multo fortius procedat in filijs, quorũ aliquis in fraudẽ fratrũ posset facilimè patrẽ decipere, & certè in hac altercatione doctorum, ista opinio videtur tenẽda, p quã minùs recedimus à verbis legis: & quia Bald. Ang. Saly. Alex. contradicentes huic sententiæ, fundãtur ea ratione: quia nõ est verisimile fieri fraudẽ inter filios, cũ causa testati foueat causam itestati, quę ratio etiã cessat in casu nostro pp inæqualitatẽ, & grauamẽ illarũ Fracisco absenti, vt dicit Ro. consi. clxxix. & cccLxxxv. Soc. cõsi. v. in fin. in iij. Dec. cõsi. cv. & cõsi. cccxlix. Et istud solũ sufficeret ad dictorũ rũ res in casu nõ

Cons. And. Alc.

stro est etiã clarior, adeò vt quicquid sit respectu suprascriptæ conclusionis, tñ omninò isthæ fœminæ sint excludendæ p alias rõnes. Et in primis respectu d. Ludouicę neptis, dico causa excludi duplici ex capite. Primũ est, quia † vt locus dispositioni dicti §. ex imperfecto. & admittatur filij ex impesta voluntate, oportet q, huiusmodi filij sint tales, qui teneant primũ locũ in successione, vt est text. in l. fi. & ibi gl. ij. C. famil. ercisc. & firmat Francischinus Curtius in d. §. ex imperfecto. quæst. xiij. cuius sẽtẽtia habet pro se casum legis in d. l. fin. si rectè inspiciatur: ista aũt nunquam tenuit primũ locũ quia cum neptis esset præcedebatur à patre suo. Secundũ est, quia d. §. ex imperfecto procedit in filijs, qui testatori ab intestato succedere possint, & quos prætor ad successionẽ vocat, d. l. fi. & quod no. Bar. in l. ij. in prin. de vulg. & pup. versic. vj. dixi quod requiritur, vbi Aren. hoc notat, cum quo transeũt alij Mod. & Cur. in d. §. ex imperfecto. versic. v. dubitatio. sed ista neptis non est talis quæ succedere potuisset ipsi auo, ex quo nec nata, nec cõcepta fuit ipso viuẽte, vt in facto præsupponitur ergo, &c. l. Titius. l. itẽ prætor. ff. de suis & legit. Quantũ verò sit respectu dñæ Orantę, dico adhuc eam admitti nõ posse ad dictũ fideicõmissum, duabus alijs rationibus. Prima est, quia cum ipsa esset nupta, à statuto Mutinensi, stantibus masculis, exclusa erat, & ab intestato nõ admittebatur. Suprà autem diximus dispositionẽ d. §. ex imperfecto. solum habere locũ inter liberos, qui aliàs ab intestato succedere potuissent: quia in his propriè militat ratio legis, q, causa testamẽti fouet causam intestati, de qua p Bar. & doct. ibi. Nec obstat, q, dicit Raph. Fulg. & Alex. in d. §. ex imperfecto. vbi videntur sentire contrariũ, quia posito, q, ab intestato, & etiã contra testm, filia repulsa à bonis paternis habeatur tanquã extranea, & desinat esse sua, vt p Bart. in l. j. §. sciendũ. ad Tertul. tñ qñ instituit in testamento, dicitur adhuc esse sua, & cognata p tex. quẽ allegat Fulg. in l. nõ putauit. §. in adoptionem. ff. de cõtra tab. Respõdeo enim q, hęc opinio est vera, secundũ rationẽ suã, id est, in his quæ relicta sunt filię titulo institutionis: sed nostra quęstio est de his, quę relinquuntur titulo fideicõmissi, in his enim nõ censetur sua hæres, sed extranea: quia † suitas est continuatio dominij in hæreditate, nõ aũt in fideicommisso, vt declarat Bal. in l. si arrogator. in ij. oppos. ff. de adop. & per Soc. cõsi. lxxxvij. in iiij. & quod not. Ang. Imo. Soc. in l. filius, qui patri. ff. de vulg. & pupil. vbi dixi in vij. limitatione. Secunda est ratio, quia videtur quod dispositio d. §. ex imperfecto. non sit trahenda ad sustinendum fideicommissum, quod est grauamen ipsis filijs, † fideicõmissa enim filijs imposita lex strictè interpretatur. Vnde tunc appellatione *filiorum*, non veniunt nepotes, secundũ Bald. consi. cclvij. in iiij. Rom. ccccxxxviij. in vlt. dub. Alex. cõs. j. in j. & lvj. in v. Soc. ciiij. in iij. Dec. cõs. xcv. cũ simil. & q, istud sit verũ, pbatur primo, quia doctores p tex. in d. §. ex imperfecto. cõmuniter cõcludunt, q, in testamẽto inter liberos, censetur semper adesse clausula, *Omni meliori modo, &c.* vt est gl. in l. cohæredi. §. cum filiæ. in fin. vbi Ias. ff. de vulg. & pup. & tamen talis clausula, quæ aliàs operatur fideicõmissum, tacitè intellecta, in filijs hoc non operatur, vt est tex. in l. Gallus. §. j. in iiij. intellectu. ff. de lib. & posth. & habetur in l. si frater. C. de fideicom. confirmatur & secundo, quia † in testamento cæci speciale est, vt codicillus nõ valeat, nisi corã septem testibus, & sic fideicõmissum fieri nõ potest, nisi corã tali nu-

mero d. l. hæc consultissima, cùm aliàs sufficerent quinq; ergo dispositio generalis d. §. ex imperfecto. ad hunc casum trahenda nō est, in quo specialiter auctus est numerus testium, l. sciendū. in pri. vbi doct. ff. qui sat. cog. l. decurionibus. C. de silen. lib. xij. maximè cum d. §. ex imperfecto. exorbitet à regulis iuris communis, & vt apparet ex rubrica sub qua situatus est, loquatur & procedat in testamentis, & institutionibus directis, non autē in codicillis, vel fideicōmissis. arg. l. Imperatores. ff. de in diē adiect. Meritò ergo exclusis istis fœminis, quæ peteres non possunt fideicommissum, consequens est vt bona remaneant libera d. Margaretę, & testamentum do. Petri Io. Pauli, habeat effectum prout iacet. Suadetur & tertio hæc sententia, per text. in
7 l. militis. §. veteranus. ff. de testa. mil. vbi † ex inutili voluntate sustinentur quidem institutiones, & substitutiones directę: legata verò & fideicōmissa non sustinentur. Nec obstat, quod Bar. ibi censeat
8 dictum. §. Veteranus. non procedere hodie inter liberos. d. §. ex imperfecto. & sic hodie esse correctū, quia hoc est impossibilē: cū enim ille §. ex imperfecto. sit Theodosij Imperatoris, non autē ex quinquaginta constitutionibus Iustiniani, non potest esse correctius legis Digestorum, vt est text. in l. j. §. sed hoc studiosum. C. de vet. iur. enuc. in l. j. C. de emend. Cod. Iustiniani. quamuis nec Bar. in d. §. veteranus. expresse dicat sustineri fideicommissum. nec etiam Bal. in consi. xcix. Nicolaus cæci. lib. ij. vnde nec nos dicemus meritò ergo, &c. Circa secundum dubium. *cum testator, finita linea masculina, vocet proximiores*, quæritur, an intelligamus † de proximioribus ipsius grauari, an verò hæredis, & sic an proneptis ipsa admittatur, an amita? & communis cōclusio in hoc videtur, quòd attendamus potius ad proximitatem ipsius grauati. arg. tex. in c. j. de nat. succ. feudi. vbi Iser. l. cùm ita. §. in fideicōmisso. de leg. ij. & sic quod neptis sit præferenda, quicquid enim sit in aliis substitutionibus, in hac fideicommissaria doctores tenent, quòd attendatur ad proximitatem grauati: tum quia † restitutio
9 ab eo facienda est, & fideicommissum de eius manu accipiendum. l. non dubiū. C. de lēga. tum quia
10 sit † semper interpretatio, vt hæres minus censeatur grauatus. l. vnum ex familia. de leg. ij. † minus
11 est autem grauaminis restituere suis, quàm remotioribus: tum quia fideicommissarius licet habeat à testatore, tamen subrogatus est in locū hæredis. l. j. ad Treb. cū hæres directas, fideicōmissarius vtiles actiones habeat, & hanc opinionē per multas rationes tenuit Soc. in l. si cognatis. de reb. dub. versi. sexta & vltima conclusio. vbi refert multos, qui idem consuluerunt, & idem Soc. consuluit cxlix. cū sot. seq. lib. ij. & consi. lxxxvj. lib. iij. & consi. lj. in iij. idem etiam tenuit Cornæus consil. xcvij. in j. & consi. xxij. in ij. & consi. cxlvj. eod. lib. & consi. cxxx. in iij. vol. Stephanus Bertrandus consi. ccc. in iij. Curt. iun. consi. xxiij. & est opinio receptissima apud modernos, quæ quicquid sit in aliis casibus, in nostro, iudicio meo, nullā patitur difficultatem, propter mentem testatoris, qui qua ratione filiū sorori prætulit, eādē etiā neptē in parte delata ipsi p gl. in l. Lucius. ij. de hær. instit. & quia propter filiū magis cēsetur eā amasse. l. liberorū. ff. de
12 verb. sign. & quia † in successione ascendentiū neptis succedit in locum filij, licet veniat ex persona propria, & per Bartol. in l. ij. C. de lib. præte. in l. ij. §. si cui. ff. de collato. in l. qui superstitis. & l. is potest. & vbiq; Aret. de acqu. hær. & per Doct. in Auth. post fratres. ij. C. de legi. hær. Nec obstat, quòd ista neptis, seu proneptis, fortè non esset nata, nec concepta tempore mortis testatoris, iuxta l. Titius. & d. l. item prætor. ff. de suis & legit. quia respondeo, quòd in fideicōmissis † conditionalibus, nō attendimus ad tempus mortis testatoris, 13
sed ad tempus euenientis conditionis per l. cū pater. §. hæreditatē. ff. de leg. ij. & l. ex facto. §. si quis rogatus. ij. ff. ad Treb. vnde videtur in casu nostro, q; satis sit eam natā, & conceptā esse tempore euenientis conditionis, id est, finitæ lineæ masculinę, prout tenuit Io. And. in addi. Spec. de testamentis, ver. item Lambertinus. refert, & sequitur Alex. in consi. xxij. in iij. vol. & consi. xij. in iiij. & per Soc. consi. x. in iij. vol. Circa tertium dubium quo quęritur, an prælegata veniāt in fideicōmisso? videretur prima fronte dicendū, q; sic, ex quo primo prælegauit, deinde fideicōmisit, per regulam l. Marcellus. §. quidā. ff. ad Treb. & per Doct. in l. cum virū. C. de fideic. Secūdò, quia testator fecit ista prælegata cōtēplatione illius partis, quā habuerat Franciscus absens, & sicut ista pars venit in fideic. vt expressè ordinauit testator, ita & istā. per regulam l. alteri. ff. de adi. leg. l. quid ergo. ff. de lega. j. Sed tamen in casu nostro puto contrariū esse verius, propter verba † testamenti, in fideicōmisso enim non 14
imputatur, nisi qd testator voluit imputari, quia in hac materia maximè attendimus ad eius voluntatem, vt dicunt Doct. in alleg. locis. d. l. cum virū. in casu aūt nostro videtur esse euidens voluntas testatoris, q; hæc prælegata nō imputentur, quæ voluntas ex ipsius verbis deprehenditur: quia factis prælegatis, subijcit; *In omnibus autem alijs suis bonis instituit, &c. prohibet, &c. fideicommittit, &c.* & sic apparet quòd fideicōmissum est factū in alijs bonis, nō aūt in ijs, quæ iam prælegata erat, vnde tali casu appareret voluisse eum non cōprehendi prælegata, vt in simili dicit Bar. in allegata. l. Marcellus. §. quidā. q. pe. & per Ang. consi. cccxciiij. incip. testator relinquit, & consi. seq. de quo etiā per Cor. l. ambiguitates. C. de testa. Nec obst. suprascriptæ rationes, q; possent procedere, qn verba testatoris essent apta ad comprehendendū dicta legata, quod non est in casu nostro, maximè qa satis apparet qd testator prædilexit filios præsentes, ipsi Franc. absenti, & ideo non est absurdū q; plus eum grauauerit in parte ab ipso testatore inter viuos obtenta, quàm istos filios in præallegato. Et qcqd sit, † qn verba 15
sunt clara, frustrà admittitur quæstio voluntatis. l. ille aut ille. §. fi. de leg. iij. & per Soc. in d. §. quidā. in prin. in j. limit. quāuis etiā dici possit, q; nec Franciscus sit grauatus in illa parte sibi à testatore data, ad negotiandū, sed solū in bonis exinde acqsitis, i. in lucro inde facto: quia verba testameti hoc sonāt, si bene videātur. Præterea & cōtra Ferrarienses facit primo, qa testator, finita linea masculina filiorū, vocat proximiores in gradu donec superessent, & illis nō existētib. illos de Casata de Machinellis, in stirpes, & nō in capita, vndecūq; esse reperiātur, in casu aūt nostro supsunt pximiores filiorū. videlicet pneptis, & soror, ergo illi excludūtur seu proximitatē testatoris attēdamus, seu grauati, vt supra cōclusimus. Nec respectu proximiorū, testator se restringit ad masculos ergo nec nos ita intelligemus, aliàs si voluisset, sciuisset testator repetere dictā dictionē, *masculos*, prout cōcludit. Et suadet rō, vt voluerit qualescūq; iūctos cōsanguinitate, preferre istis omninò extraneis, nisi q; sunt ex Casata, &c. Secūdò qa cū uocetur in stirpes, oēs de Casata, & in proximis ciuitatib. sint multi, minima pars ad istos pertineret. Et fortè ex tanto nu-

mero

mero electio esset grauari, &c. Tertiò, quia dictio, 16 *Casata*, debet intelligi, vt aliqua tamen † legitima consanguinitate, aut agnatione iungantur, nec sufficit, quod appellentur de parentela, aliàs etiã spurij hoc nomine comprehenderentur, quod tamen falsum est, secundùm Bar. Bal. & Doct. in l. fi. C. de verb. sign.

CONSILII XXXIII. SVMMÆ.

1 *Dictio quantumcunq; quid denotet.*
2 *In legato faciendo est lata interpretatio.*
3 *Ex subrogato arguimus, quid sit in principali.*
4 *Ratione legatum stringi, & declarari.*
5 *Appellatione pertinentiarum, non comprehenduntur possessiones.*
6 *Participium spectantibus, restringit dispositionem præcedentem.*
7 *Vendito castro transit iurisdictio cohærens territorio.*
8 *Si dominus Castri vendit, seu leget Castrum cum suis pertinentijs, possessiones non comprehenduntur appellatione pertinentiarum, & quare.*
9 *Vendens fundum cum omnibus suis iuribus, intelligitur venditum solum, quod est de natura rei venditæ.*
10 *Si quis vendit, vel legat possessiones, quas habet in tali territorio cũ omnibus iuribus quæ ibi habet, non intelligitur de domib. in quib. percipitur pædagiũ, et quare.*
11 *Ius erectionis furcarum est signum meri imperij.*
12 *In concessione Principis latior est facienda interpretatio, quàm in legatis.*
13 *Si Princeps concedat Castrum cum pertinentijs suis & iuribus ad ipsum Castrum spectantibus, nõ veniunt molendina priuatarum personarum accessoriè ad Castrũ.*
14 *Si quis vendit medietatem fundorum Petræ, cum omnib. iuribus quæ in eis habet, non censetur vendita iurisdictio, quia clausula generalis ad ea tantùm trahitur, quæ sunt de natura rerum venditarum.*
15 *Generalitatem ex natura rei restringi.*
16 *Dictio quantumcunq; non mutat significationem verborum, quin intelligatur de minori summa.*
17 *In ambiguo in legatis fit interpretatio de minori summa.*
18 *Plerũq; videmus illud, quod est vno loco expressum, censeri etiam in alio expressum, non autem omissum.*
19 *Præsumptio pro æqualitate est fauorabilior, & superat alias præsumptiones.*
20 *In feudo nouo, pater potest vni ex filijs feudũ prælegare.*
21 *In feudo antiquo accepto pro se, & liberis, pater non potest prælegare feudum vni ex filijs.*
22 *Ius quæsitum filijs, non debet posse per patrem auferri.*
23 *Filius post approbatum patris testamentum, & post additionem hæreditatis, nõ potest impugnare factũ patris.*
24 *In filio suo hærede præsumitur ignorantia testamenti.*
25 *De consensu Principis, potest pater præiudicare filio in feudis.*
26 *Filius feudum à Principe per paternæ mortis causa capionem capit.*
27 *Imperator non potest in ciuitate Mantuæ vti clausula supremæ potestatis, vel auferre ius tertij, & quare.*
28 *Princeps suo, vel antecessoris contractu restringit.*

LEGATI verba sunt, *Reliquit terram Luzariæ, cum Rocha, & Castro dictæ terræ, & cum omnibus, & singulis ad dictam spectantibus ad defensionem eiusdem, & cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, Datijs, Trauersijs, Salerio, & omnibus & singulis alijs introitibus, ad ipsam terram, & Castrum spectantibus, & pertinẽtibus, & cũ mero, & mixto imperio, &c.* Quę riturin primis, quia dictus testator in territorio d. Castri, possidebat multa prædia priuata, iadiu per maiores suos empta, nunquid huiusmodi prædia, & possessiones cõprehendãtur in d. prælegato? Et prima fronte videretur dicendũ quod sic, propter illam generalitatem verborum, *Omnibus & singulis alijs introitibus*, quæ cùm sint generalia, videntur omnia cõprehendere. l. Iulianus. in prin. ff. de leg. iij. l. ij. C. de bo. vacan. lib. x. Alex. consi. xlvij. in ij. vol. Dec. 517. in fin. Item quia testator ita videtur declarasse mentem suã in c. xvj. testamenti. dum disposuit, *Quod licet Luzaria esset maioris reditus, & c. quod illud plus quantumcunq; sit, vult quod sit ipsius domini primogeniti.* quæ dictio, † *Quantumcunq;* comprehendit etiam maximã summam, iuxta l. Balista. cũ ibi not. ff. ad Trebel. Rursus hæc voluntas probat in c. 7. in quo testator voluit, possessiones, & terras priuatas nõ includi in dispositione Castrorum, id expressè dixit, quod cũ non fecerit in casu nostro, satis declaratur mens ipsius, q. volebat includi eas possessiones. l. j. §. fin. aũt ad deficientis. C. de cad. toll. & qđ in simili no. Io. de Ana. consi. xxij. Et videtur accipienda hęc interpretatio in hoc † legato, in quo facienda est lata interpretatio, ut in terminis nostris dicit Ale. cõsi. ccxxiij. in ij. per regulã l. in testamẽtis. ff. de reg. iu. Sed tamen puto contrariã opinionem in casu præsenti proculdubio veriorem esse, & quod possessiones in agro Luzariæ existẽtes, debeãt esse cõmunes inter istos fratres, siue mentẽ testatoris inspiciamus, siue verba, secundũ dispositionẽ iuris intellectã. Et in primis mẽs testatoris ex variis capitibus testamenti colligit, quòd vellet eos esse æquales, salua primogenitura Castri Luzariæ, tum ex capitulo institutionis, quo eos fratres æqualiter vocat. l. vt liberis. C. de col. tũ ex oneribus legatorũ in quibus æqualiter grauãtur. l. quoties. ff. ad Treb. tum ex dispositione bonorum Illustr. d. Aluisij, in qua etiam eos æqualiter vocat tum ex capitulo reditus beneficiorũ, in quo nõ grauat secũdo genitũ, nisi habuerit ex beneficijs reditum triũ milliũ aureorũ: quia parem reditum intendebat ei relinquere tunc ex patrimonio. vnde † ex subrogato arguimus qd sit in principali. l. j. de reb. dub. l. cohęredi. §. ex his verbis vbi not. de vulg. Rursus magis specialiter hoc probat ex ratione adiecta p testatorem dum dicit, *Se legare primogenito soli terram Luzariæ, &c.* ne partialitatis liuor & dissensio, *in eis insurgant*, quæ ratio nihil infert respectu possessionum, sed solũ respectu iurisdictionis, & regalium. vnde ex dicta † ratione declarat, & restringitur legatũ. l. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. ij. Idẽq; probatur ex fine legati, dum dicit, *Prout ipse testator asseruit sibi cõcessum fuisse à Cæsarea maiestate in priuilegijs, etc. ad quæ habeatur relatio, & c.* in priuilegio verò constituitur *ius primogenituræ in Castro Luzariæ, cum suis iurisdictionibus & pertinentijs*: quę verba non cõprehendũt possessiones, † quia nõ veniunt appellatione *pertinẽtiarum* secundũ Inn. c. ex literis. de iu. pat. & in c. cũ ad sedẽ. vbi cęteri no. extra, de rest. spol. & quia priuilegiũ loquitur de bonis feudalibus, istę verò possessiones non sunt feudales, sed allodiales. Et subijcitur, *ita tamen, quod reditus diuidantur æquis portionibus, vel sicuti melius videbitur.* Vnde cùm nõ appareat quomodo melius respectu possessionũ, sequitur quod in eis voluerit eos esse æquales. Sed & ex verbis ipsius prælegati, satis videtur hoc expressum à testatore, quibus solùm loquitur, de reditibus ad ipsam terram ad Castrũ spectantib. quę verba stant restrictiuè, vt legatum non intelligatur de reditibus concernentib. personã testatoris, vt sunt possessiones, sed solũ quæ spectant ad ipsum Castrũ, illud † enim participiũ. *spectantibus*, id est, quæ spectant, restringit dispositionẽ præcedentẽ. l. ea tamen

tamen adiectio. ff. de leg. iij. l. hæres. §. vxori. ff. eo. A
ti. Bal. in rub. C. de cõtrah. emp. q. xxij. Iaſ. in l. j. C.
de ſum. trĩ. & fid. cath. & facit quod not. Bart. poſt
7 Dyn. in l. inter eos. ff. de acqu. rer. do. vbi † vendito
Caſtro dicit tranſire iuriſdictionem cohærentem
territorio. l. j. §. cum vrbem vbi omnes no. ff. de off.
præfec. vrb. non aũt ſi cohæreat perſonæ vendẽ-
tis, & ita tenent cõmuniter doc. vt late per Card.
Pariſiũ cõſi. xx. lib. j. Imo. Alex. Mod. in l. iij. in prin.
ff. de acq. poſſ. Bal. conſi. ccxlvj. in iij. Cũ ergo mẽs
teſtatoris in caſu noſtro ſit ſatis clara, non videtur B
quærendus nodus in ſcirpo vnde inquit Aret. in
conſi. cxlix. in j. dub. quòd licet re legata, veniant
omnia neceſſaria ipſius, ſecundũ l. prædijs. §. qui
balneas. & §. ſeq. ff. de leg. iij. tamẽ hoc fallit, quan
do coniectura mentis teſtatoris eſt in cõtrarium,
per l. teſtatrix. §. fi. ff. ſi ſeruit. vend. quo caſu vendi
to caſtro, nõ cõpræhenditur territoriũ, vt diſputat
Old. conſi. cxxj, ergo idẽ in caſu noſtro. Et pro hac
opinione eſt deciſio ſatis clara Imo. & Alex. in all.
l. iij. in prin. ff. de acq. poſſ. quã ibi ſequuntur Mod. C
& Iaſ. d. l. fi. ff. de conſt. Curt. Iun. conſi. clviij. vbi te
8 nent, quòd ſi dominus † Caſtri vendidit, ſeu lega-
uit Caſtrum, cum pertinentijs, & ibi erant aliquæ
poſſeſſiones, ſeu aliqua prædia in territorio illius
caſtri, quod dictæ poſſeſſiones non cõpræhen-
duntur appellatione pertinentiarum Caſtri, quia
illa uerba intelliguntur de reb. quæ ſunt propriè
pertinẽtiæ Caſtri, nõ de poſſeſſionibus, quas quis
habet tanquam priuatus, non tanquam dñs iuriſ-
dictionis, per id quod not. Inno. d. c. ex literis. vbi D
9 loquitur de † vendente fundum, cũ omnibus ſuis
iuribus: quia intelligitur venditũ ſolum quod eſt
de natura rei venditę. arg. l. ſi interceden. §. j. in vlt.
reſpon. ff. de actio. empt. & ſic videtur ibi eſſe deci
ſio clara in caſu noſtro. Maximè præſuppoſito,
quod dictæ poſſeſſiones non ſint eodem tempo-
re, & vno pretio emptæ, cum iuriſdictione, ſecun-
dum Alex. conſi. ccxxij. in ij. Confirmatur hæc ſen
tẽtia per ea quæ notat Bal. in l. à procuratore. C.
10 mand. vbi vult, quod † ſi quis vendit, vel legat poſ E
ſeſſiones, quas habet in tali territorio, cum omni-
bus iuribus, quæ ibi habet, non tamen intelligitur
de omnibus, in quibus percipitur pædagiũ, quia
hæ videntur eſſe diuerſæ naturę à poſſeſſionib. cũ
ius pædagij, & ſimilia iura pertineant ad incorpo
11 ralia, ſic & † ius erectionis furcarũ, quod eſt ſignũ
meri imperij ſecundùm eum, allegat not. per In-
no. in d. c. ex literis. ſequitur Alex. & Mod. d. l. iij.
in prin. Ad idem facit, quod not. Bal. in c. j. de cap.
qui cur. vend. in vſib. feu. vbi loquitur in cõceſſio- F
12 nẽ † principis, quæ etiam latiùs accipitur quàm
legata. l. fin. ff. de conſt. prin. vbi doct. d. l. ij. C. de
13 de bon. vac. lib. x. & † ſi princeps concedat Caſtrũ
cum pertinentijs ſuis, & iuribus ad ipſum Caſtrũ
ſpectantibus nõ tamen veniunt molendina priua
tarum perſonarum acceſſoriè ad Caſtrum: ſecus ſi
eſſent publica ipſius caſtri. glo. inter publica. ff. de
verb. ſig. ſi verò eſſent res, quæ non ſoleant eſſe com
munitatis, ſicut poſſeſſiones priuatæ, tunc eſſet ſe
cus, vt dicit Cor. conſi. cccxxj. in iiij. quia tales res
non cohærent caſtro, ſecundùm doctrin. Bar. in d.
l. inter eos. & ſuprà dixi. & ita intelligendum vide G
tur quòd no. Are. conſi. xv. in j. dub. Pro eadem ſen
tẽtia etiã facit, qd̃ nõ. Lud. Ro. in conſ. ccccxliij.
14 vbi † ſi quis vendit medietatem fundorũ petrę, cũ
omnib. iurib. quæ in eis habet, nõ tamen cenſetur
vendita iuriſdictio, quia clauſula generalis ad ea
ſolùm trahitur, quæ ſunt de natura rerum vendi-
tarum, alleg. Inno. d. c. cum ad ſedem. & quia
non debet videri venditio de rebus diuerſis facta,
i. de allodialibus mixtis cum feudalib. ſecundum
Imol. d. l. iij. in princ. Bald. d. l. à procuratore. Nec
hoc tenendo obſtãt allegata in contrariũ, & in pri
mis generalitas illa, cum omnib. & ſingulis introi
tibus, quia reſpondeo primò, quod talis generali-
tas eſt reſtricta per clauſulam ſubſequentem, ſpec-
tantibus ad caſtrum, & ſic non ad perſonam teſta
toris, ſecundùm ſupradicta. Secundò reſpondeo,
quòd talis generalitas non tantum operatur vt in
telligatur de rebus diffor mibus, quia plus valet ar
gumentum quod † ſumitur ex natura rei, per quã 15
reſtringitur generalitas, ſecundum Inno. in d. c. li-
teris. & deciſiones ſuprаſcriptorũ docto. loquun-
tur quando aderat talis clauſula generalis, & ta-
men non cõpræhenduntur poſſeſſiones, vt ſupra dixi. Tertio reſpõdeo, quòd in caſu noſtro cõ-
iectura mentis teſtatoris inducit hanc reſtrictionẽ
vt ſ. declaraui, & ratio ſeu cauſa ab eo ſcripta, nẽ
partialitatis liuor & diſſenſio Cyn. d. l. cum pater.
§. dulciſſimis. Non obſtat, quòd videatur ſe decla-
raſſe per illa verba, *Quod illud plus quantumcunq; eſt le-
gat primogenito*. Reſpondeo, quòd etiam ſi poſſeſſio
nes Luzariæ non cõpræhendantur in prælega-
to, tamen adhuc iſte habet plus, nempe reditum
ducatorũ lxxj. ſingulis annis, vt apparet ex inuen-
tario bonorum, vnde ſatis verificantur verba lega
ti, reſpectu dictæ ſummæ, & eſt veriſimile, quod
potiùs de ea ſumma intelligatur, quæ eſt media-
cris, quàm de exceſſiua inæqualitate, quę reſulta-
ret, ſi in legato cõprehenderentur poſſeſſiones,
& † dictio, *quantumcunq;* non mutat ſignificationẽ 16
verborum, quin intelligatur de minori ſumma. l.
qui concubinam. §. j. ff. de leg. iij. & communis re-
gulæ quæ habet, quòd † in ambiguo in legatis fit 17
interpretatio de minori ſumma. l. nummis. ff. de
lega. iij. l. apud Iulianum. §. ſcio. ff. de leg. j. & quæ
habentur in l. ſemper. de reg. iur. Non obſt. quòd
in alio capitulo teſtator expreſsè excluſerit poſſeſ
ſiones à iuriſdictione caſtrorum, quod non fecit
in caſu noſtro, &c. Reſpondeo, quòd etiam in præ-
allegato Luzarię ſunt ſatis expreſsè, vi verborum,
vt ſ. dixi. Secundò reſpondeo quòd in legato Sul-
ferini, & Caſtionis fuit facta expreſſa ſeparatio poſ
ſeſſionum, quia reſpectu eius legati commodo
æqualitas inducebatur inter ipſos filios, ſed in le-
gato Luzariæ non ideo commoda fuiſſet æquali-
tas inducta, cùm adhuc ſuperabundarent primo-
genito aurei 71. vt eſt ſupradictum, vt ex calculo
ipſo apparet ſecundùm reditum deſcriptum in in
uentario. Tertiò reſpondeo, quòd iſtud arg. hic ex
preſſit. ergo nõ videtur ibi voluiſſe. d. §. ſin autem
ad deficientis, non eſt omninò concludens; quia 18
† plerunque videmus illud quod eſt vno loco ex-
preſſum, cenſeri etiam in alio expreſſum, non au-
tem omiſſum. l. filiabus. ff. de leg. j. vbi Iaſ. alleg.
multas deciſiones pro hoc, & facit quod no. Abb.
conſil. xxxvij. in j. Alexan. conſil. xlix. in iiij. Dec.
conſi. ccccxxv. & ccccxcv. cum ſi. Nec etiã obſt. q
interpretatio lata ſit faciendo in legatis ſecundũ
Alex. d. conſi. ccxxiij. in ij. quia hoc nõ procedit in
interpretatione verborũ, vt maior ſumma cõpræ-
hendatur. d. l. numis. vt per Lud. Ro. in l. plures. ff.
de dam. infec. & Dec. in d. l. ſemper in obſcuris. &
d. l. in teſtamentis. Itẽ nõ procedit in caſu noſtro,
in quo nimia inequalitas induceretur inter filios, 19
† præſumptio enim pro æqualitate eſt fauorabi-
lior. d. l. vt liberis. C. de col. not. in l. j. C. vnde lib.
& ſuperat alias præſumptiones, quia vna præſum
ptio aliam tollit. l. duus. vbi Bal. de in integ. reſt. l.

cum

BIU Cujas

cum de indebito. ff. de probat. Circa aliũ punctũ, an cõstitutio primogenituræ in Castro Luzariæ valeat? ciendũ est quod cõmunis opinio doct. vi-
20 detur esse, quòd † in feudo nouo possit pater hoc facere, & vni ex filijs feudum prælegare. arg. l. ij. ff. de assig. lib. c. j. de duob. fratrib. à capit. inuest. in vsib. feud. Alex. consil. lj. & sequen. in 4. † in feudo
21 verò antiquo, accepto pro se, & liberis, prout videtur casus noster, communior opinio est, quòd pater non possit hoc facere. c. j. de succ. feu. ibi nulla ordinatione defuncti, &c. & licet articulus sit disputabilis, vt per Pau. Cast. consil. cxviij. in causa quam Magnific. lib. j. & per Alex. consil. xij. in iiij. Soc. xxv. in j. tamen vt dixi, ista videtur esse cõmu-
22 nior opinio, quia † ius quæsitum filijs, non debet posse per patrem auferri. l. j. §. videamus. C. de rei vxor. actio. l. id quod nostrum. de reg. iur. & sic regula videtur esse in fauorem Illustris. domini Rodulphi. verum hæc cõclusio habet duas limitationes, quæ videntur obstare d. Rodulpho. Prima est, vt nõ procedat conclusio, quando filius ipse in cuius damnum pater disposuisset, testamentum patris approbasset. vt quia simpliciter adiuisset non facto inuentario, per regulam l. cum à matre. C. de rei vend. sentit Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Ang. consi. lxxxiij. non enim po-
23 test tunc † filius factum patris impugnare, secundum And. de Iser. in d. c. j. §. hoc quoq;. de suc. feu. Lud. Rom. consi. xxxv. vnde in casu nostro videndum est, an d. Rodulphus approbauerit hoc factũ
24 patris. † in filio enim suo hærede præsumitur ignorantia testamenti, vt habetur in l. eius qui. in fin. ff. si cert. pet. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in j. quæst. de verbo. oblig. nisi probetur scientia, istud autem est facti, vt si d. Rodulphus ignorãbat non potest videri approbasse, secundum l. mater decedens. ff. de inoffi. test. Circa hoc non possum decidere aliquid, quia vt dixi hæc consistunt in facto. Alia est limitatio, si antequam filius factum patris approbauerit, pater sententiam reuocauerit.
E l. 3. ff. de seru. expor. not. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. obl. sed ista limitatio sic simpliciter intellecta, non est vera, subest enim semper ratio iuris filio acquisiti, quod ei auferri non potest, secundum Alex. consil. cvij. vol. iiij. Dec. ccxxxix. in iij. dub. vnde aliqui hanc saluant, quando non solum pater, sed etiam concedens, puta princeps consensisset, seu reuocasset primam concessionem, quatenus concernit fauorem filij, prout factum est in
25 casu nostro, † de consensu enim principis, potest
F pater præiudicare filio, in ijs feudis, secundũ And. de Iser. in c. j. de alien. feu. pater. & Præp. in c. j. in princ. de proh. feud. alien. per Fed. cùm enim ca-
26 piat † filius feudum à principe. per paternæ mortis causa caponem, secundum Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obli. videtur permitti principi huiusmodi reuocationem. Sed tamen illa ratio Bart. in d. l. si mihi. non est tota, vt ibi dixi, & in casu nostro non fuit supplicatum Cæsari, quòd filij iam nati essent, & consequenter ius illis quæsitum
G forte non concessisset Imperator, secundum l. fin. C. de diuers. rescrip. l. pen. C. de precibus Imperat. offerē. ij. de rescript. Dec. consilio cxcviij. versi. postremo. & consil. cclxxxix. nu. iiij. & non potest intelligi priuilegium, quoad præiudicium concedentis tantùm, vt pro pluribus vnum tantùm vassallum habeat. c. omnes. si de feud. fue. controu. Paul. de Cast. d. consi. clxxvij. & cùm ciuitas Mantuæ cum suo territorio, non sit simpliciter subiecta Imperio, sed fœderata p fœdus pacis Constan-
A tiæ, de quo in extrauag. de pac. Constan. † non vi- 27
detur quòd Imperator posit in ea vti clausula suprem̃ę potestatis, vel auferre ius tertij, leg. non dubito. ff. de cap. Bart. in extrauag. qui sint rebell. in verbo, rebellando: quia † ligatur proprio contra- 28
ctu, vel antecessoris sui. cap. j. extra, de prob. vbi doct. & fortè non magno negotio declararet Cæsar. per suas literas, mentis suæ non fuisse auferre ius tertij, de quibus tamē omnib. diligentiùs erit considerandum, si cardo quæstionis in hoc vertat.

B

CONSILII XXXIIII. SVMMÆ.

1 *Excluſa radice, excluduntur omnes deſcendentes.*
2 *Liberorum appellatione nepotem compræhendi.*
3 *Filij in conditione poſiti regulariter non cenſentur extẽſtamento vocati.*
4 *Quandoq; verba conditionalia diſpoſitionem inducant.*
5 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
6 *Cauſa quandoq; propter diuerſitatem opinionum, & efficaciam rationũ eſt valde dubia, vbicunq; accedit ali*
C *qua coniectura mentis teſtatoris, ab ea recedendum eſt.*
7 *In feudis facta eſt mentio maſculorum, quia habiliores ſunt ad regendum ſubditos, quam fœminæ, quibus dominari non conuenit.*
8 *Nepos ex filia regulariter excludit ſubſtitutum, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*
9 *Maſculos ex fœmina in cauſis præferri.*
10 *Extenſionem ex cauſis fieri.*

D NVLLVM in propoſito caſu videtur prima facie ſubeſſe fideicommiſſum. Primò, quia ſi loquimur de teſtamento d. Hugonis, ex eius lectura apparet, omnes ſubſtitutiones factas in fauorem deſcendentium maſculorum. Sed dominus Brixiaci deſcendit à fœmina, vnde ſicut ipſa nõ admitteretur, quia verba repugnant, ita nec ipſe, quia † excluſa radice, ex 1
cludũtur omnes deſcendentes. l. ſi viua matre. C. de bon. mater. Bal. Salic. Corn. in l. j. C. de cond. in ſer. Matheſil. nota. ccxxx. cum ſimilibus. Secundò, quia ſi loquimur ex teſtamento d. Ioſredi, verba ſubſtitutionis ſunt concepta, *Caſu quo Imbertus deceſſerit ſine hærede, vel hæredibus maſculis.* qui caſus nõ euenit, quia reliquit Antonium, ergo fideicommiſſum eſt extinctum, quicquid deinde de dicto Antonio factum ſit. l. filius fam. §. cùm quis. ff. de lega. j. Oldr. conſil. xxj. thema tale eſt Pau. de Caſt. l. ex facto. §. pen. ad ſenatuſcon. Treb. Alex. conſi. xxxj. lib. iij. Dec. cõſil. ccxxj. cũ ſimilib. Tertiò, quia etiã ſi ſubeſſet fideicõmiſſum, tñ iſta caſtra fuerunt alienata per Imbertũ, vigore cuiuſdã tranſactionis, cuius imberti ſi præſens dñs de Brixiaco eſt hæres, tanquã patrui magni mediantibus anteceſſoribus ſuis, nõ poſſet contrauenire tranſactioni. l. cũ à matre. de rei vend. Sed tamen his nõ obſtantibus, breuiter puto in propoſito caſu contrariũ eſſe verius. Et primo ex teſtamento Hugonis, ſubeſt fideicommiſſum per illa verba. *Et exinde vnum ex liberis ſucceſſoribus maſculũ habiliorem, à dicto Aymaro ſubſtituto domino, & hærede procedentem.* Quæ verba cõprehendunt dominũ de Brixiaco, qui eſt dicti Aymari atnepos, & † appellatione liberorum compræhenditur. l. iu- 2
riſconſultus. ff. de gradibus. & dicitur ab eo deſcendere, quamuis mediante Alyſia proauia fœmina. c. nouit. vbi Ant. de Butr. & Dec. in vj. notab. extra, de iudic. Paul. de Caſt. in l. j. C. de cond. indeb. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe Io. de Imo. conſil. lxij. Soc. conſil. xxv. in j. Corn. conſil. ccxxiij. lib. iiij. vbi inducit tex. in c. j. de ſchiſmat. li. vj. cũ cõ-

cord.

cord. vnde cum verba præcisè eum vocent, ab eis recedendū non est. l. non aliter. ff. de leg. iij. Secundò ex testamento Iofredi vocatur per illa verba, *Si omnes verò filij dictæ dominæ Alysiæ decederent sine hærede, vel hæredibus masculis legitimis, &c.* per hæc enim verba intelligitur vocatus Aymarus filius Ioannis, & nepos Alysiæ, quamuis enim regulariter † filij in conditione positi, non censeantur ex testamento vocati, iuxta gloss. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. quæ est communiter approbata, vt habetur in locis vulgaribus: tamen illa gloss. habet aliquas limitationes, quæ in casu nostro videntur militare. Et principalis limitatio est, quando testator posuit in conditione filios masculos: nam tunc masculi censentur substituti, si enim dicitur simpliciter de filijs, ab intestato pariter admitterentur masculi cum fœminis. l. maximum vitium. C. de libe. præter. vnde cùm testator velit per solos masculos excludi substitutum, sequitur quod ex testamento eos vocauerit, aliàs sequeretur, quod filiæ simul cum masculis in dictis castris vocarentur, quod est contra expressam voluntatem testatoris, & ita tenuit d. Guid. Papæ quæst. clxxxiiij. vbi dicit glo. in d. l. Lucius. ita limitari, per ea quæ not. Bart. in l. liberorum. versi. pone exemplum. ff. de verb. signi. vbi inquit, quòd per statutum, quòd filia stantibus masculis non succedat. per illa verba, *Stantibus masculis* vocati sunt masculi, quamuis sint conditionalia. allegat etiam gloss. in c. Raynaldus, in verbo, masculis. de testa. & quia † quandoque, verba conditionalia dispositionem inducūt. l. fideicommissa. §. cùm esset. vbi Bart. ff. de leg. iij. & ista opinio videtur per modern. communiter approbata, secundum quam consuluit Dec. consi. cclxx. in vlt. dub. & consil. cccxviij. & in l. j. in vlt. notab. C. de pactis. Fran. de cur. in l. emancip. C. qui adm. vbi dicit se vidisse consilia præstantissimorum virorū pro hac parte, & certè supra dicta ratio in terminis iuris communis, prout est casus noster, est concludens, prout dicit Soc. consi. cxvj. lib. iij. Sed stante statuto, quod masculi excluderent fœminas, aliud esset, & ita posset saluari opinio contradicentū, de quibus per do. Guid. Pap. decisio. 599. & per Soc. d. consi. cxvj. Et ista opinio maximè tenenda est in casu nostro, in quo concurrunt aliæ coniecturæ. Prima, quod testator fœminis videtur prætulisse masculos, ad finem quod bona conseruentur in familia: vnde vocauit dictos masculos dummodo ferent nomen, & arma familiæ suæ: vnde tali casu etiam limitatur. glos. in d. l. Lucius. secundum Cur. consi. lxxvj. Lud. pro quo facit, quod scribit Soc. in l. cum auus. ff. de condit. & dem. apparet enim quod mens testatoris fuit vt masculi succederent, vt dicit Cor. consil. cxlvj. in hac. lib. ij. Secunda est, quia in alijs partibus testamenti apparet, quod testator semper prætulit masculos fœminis, & hoc in omnibus substitutionibus, ergo debemus dicere subesse fideicōmissum, absq; quo fœminæ non excluderentur: quia † vna pars testamenti aliam declarat. l. qui filiabus. ff. de leg. j. & concludit Gui. Pap. in d. quæst. cccclxxxv. si in aliqua. facit quod not. Abb. consi. xxxvij. videtur primo in j. vol. Raph. Com. consi. cxvij. And. Sicu. inter consilia Alex. consi. lij. in iiij. vol. Dec. cōsil. xv. cum similib. quod si fœminæ excluduntur, multò magis quilibet extraneus. Tertia ratio, qa testator digressus est ad plures gradus substitutionum, quo casu limitatur gl. in d. l. Lucius. secundū Pen. de Anc. consi. lxxiij. contra Philippum & Alexan. consi. lxiij. in v. vol. & licet quo ad hanc ratio-

nem sint multi contradicentes, tamen nō lequuntur, quando testator ad tot gradus descendit, prout in casu nostro, in quo sunt vltra duodecim gradus, in quibus semper uocat masculos. Et certè nō potest negari quin ex tanta reiteratione masculorum, apparet manifesta mens ipsius fideicommissum inducere volentis, quę mens sufficit, secundū gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Et ex his concludo subesse fideicōmissum, nec in hoc debet iudex dubitare: quia vt dicit Cor. d. consil. cxlvj. cum gl. in d. l. Lucius. † propter diuersitatem opinionum, & efficaciam rationum hinc inde sit valde dubia, vbicunq; accedit aliqua cōiectura mentis testatoris ab ea recedendum est, & credendum subesse fideicommissum. Nec obstat primum fundamentū, quia non potest negari, quin verba clarè sonent in fauorem fideicōmissarij, est enim de descendentibus, & est virilis sexus, & decisiones doctorum in contrarium allegatæ, de quibus etiam per Iaſ. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & posth. procedūt ex mēte testatoris contra vim verborū, quæ mens propter appositionem dictionis, *Masculorum*. censetur etiam in fauorem agnationis, qui fauor cessat in descendēte à fœmina, vt declarat Io. And. in addit. ad Spe. in rub. de testa. referendo quæstionem Ryc. de Mal. vt per eum, sed ista mens, & ratio cessat in casu nostro in materia iurisdictionum, quia videtur † in feudis facta mentio masculorū: quia habiliores sunt ad regendum subditos, quā fœminæ, quibus dominari nō conuenit, vt dicit Soc. in d. l. Gallus. §. nūc de lege. vbi dicit quod ita tenuerunt magni doctores, & probatur concludenter ista opinio in cap. j. de eo qui sibi, & suis hæredibus in vsibus feudorum in duobus locis. Primò in quantum dicit, quod si concessum sit feudum descendentibus, & his non existentibus fœminis, si moriatur pater absq; masculis succedunt fœminę, & filius masculus fœminæ excludit omnes fœminas, nam nisi in illis verbis, *Descendentibus masculis*, compræhēderetur masculus natus ex fœmina, cert è debuisset æqualiter succedere cū alijs fœminis, non autem eas excludere. Secundò probatur in quantum ille textus in ratione sui dicit, non enim patet locus fœminæ in successione, donec masculus supereſſet, &c. & sic patet, quod masculus ex fœmina compræhenditur in illis verbis. *Descendentibus masculis*. Nec obst. responsio Aret. in d. §. nūc de legē. intelligentis illum tex. quando fœmina erat, cui à principio concessum erat feudum: quæ non videtur voluisse excludere genus suum: nam ista responsio est contra illum tex. ibi, *Qui sibi, &c.* & in rubr. de eo qui sibi, &c. quæ verba sunt masculini generis, & non possunt de sola fœmina intelligi. Confirmatur hæc opinio per id quod not. Bald. & Pau. Cast. & Com. per illū tex. in d. l. j. C. de cond. inser. vbi † nepos ex filia regulariter excludit substitutū, nisi subiecta materia aliud suadeat. & per Cor. consi. ccxlvj. in ij. facit etiam, quod not. Bald. in Auth. cessante, C. de leg. hær. vbi generaliter firmat hanc opinionem, quando iste descendens venit ex propria persona, prout in casu nostro: secus si veniret ex persona matris, de quo per Barr. in l. j. §. si sit nepos. ff. de collat. dot. Secundò principaliter respondetur, quòd decisiones contrariæ procedunt, quādo supersunt agnati masculi, descendentes à masculis, nō enim descendens masculus à fœmina admittitur, quāuis verba eum videantur vocare. Sed fit restrictio propter dictam rationem, vt conseruetur agnatio. Sed vbi † nulli descendentes ex masculis adsunt, prout in casu nostro, indubitanter

tanter non est recedendum à verbis, nec ratio dic. l. si viua matre. obstat. quia mater nõ censeretur vo ca. ad fideicõmissum, pp qualitatẽ sexus repugnãsem, quę ratio cessat in filio masculo, prout in simili dicit Bar. in l. liberorũ. ver. quæro, pone retẽto. aliter etiã ad dictã rationẽ respõdet Cor. locis præallegatis, vnde dicendum vt per eũ, non obstat secundum fundamentũ, quia etiã si esset uerũ, tñ nobis sufficit vocari ex primo testamẽto, sed posset † etiã dici, quod deberet fieri extẽsio ad hũc casum, quo filius Imberti decederet: tũ per rationẽ conser B uandæ familiæ, quã apparet fuisse in eius considerationẽ, propter grauamen deferendi nominis, & armorũ: tum quia substitutũ fuit vltimo masculo, quo casu inducitur reciproca substitutio fideicõmissaria. l. Titia. §. Seio libertis. de leg. ij. l. vel singulis. vbi omnes notant. ff. de vulg. & pup. tũ quia ex mẽte testatoris fit extensio de vno casu ad aliũ. l. Gallus. §. & quid si tantũ, de lib. & posth. vt dixi, melius est inniti fideicõmisso ex testamẽto Hugonis, quod est clarius. Non ob. tertia ratio: quia con C sistit in facto, qd modernus dñs sit hæres Imberti, mediantibus auctorib. suis, & si isti vsi fuissent beneficio inuẽtarij, cessaret argumentũ: quia conseruatur ex eo ius fideicommissi, vt per gl. & Doct. in d. l. ij. §. in computatione. C. de iur. deliber. Et hæc omnia, saluo tamen semper saniore iudicio.

CONSILII XXXV. SVMMÆ.

1 *Prohibitum filijs, nepotibus licere propter naturam dictionis filijs.*
2 *Alienatione per testatorem prohibita, si filij matrem instituerint, non dicuntur alienasse, quia de tali alienatione testator non videtur intellexisse.*
3 *Prohibitio facta filijs, non comprehendit Nepotes.*
4 *Appellatione hæredum regulariter comprehenduntur etiam extranei.*
5 *Quando dictioni hæredibus iuncta est dictio masculis, de filijs simpliciter intelligendum est.*
6 *Hæredes tenentur habere ratam voluntatem defuncti.* E
7 *Quando concessum est feudum alicui, & eius hæredibus masculis, intelliguntur filij, dum tamen sint hæredes.*
8 *Ratio per modum dispositionis adiecta, ab ipso dicto nõ restringitur.*
9 *Dictum per rationem appositam, ampliare debet.*
10 *Ratio nihil aliud est quam mens, & anima legis.*
11 *Propter rationem adiectam præcedentia verba improprie accipi.*
12 *Filij institutorum positi in conditione, regulariter non censentur esse in dispositione.* F
13 *Grauamen fideicommissi nunquam censetur inductũ, nisi quatenus verba testamenti inferunt.*
14 *Bona in dubio præsumuntur libera, & fideicommissum est onus.*
15 *Semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus.*
16 *Fideicõmissi adẽptio fauorabilis est, quia datio est odiosa.*
17 *In legatis & fideicommissis semper quod minimum est sequimur.*
18 *In fideicommissis onus filijs iniunctum, vlterius ad nepotes non extenditur, quia in his, quæ filio ipsi onerosa* G *sunt, filij appellatione non venit Nepos.*
19 *Fideicommissum vniuersale, etiam ante agnationem non solet transmitti.*
20 *Cum fauore nepotum prohibitio facta sit filijs, non est verisimile eos quoq; prohibitos fuisse.*
21 *Vox familiæ gradatim in pluribus personis verificatur.*
22 *Ratio generalis ampliat dictum, quomodo intelligatur.*
23 *In dubio pro reo pronuntiandum est.*
24 *In dubio pro possessore pronuntiandum.*
A 25 *Nunquam præsumtiandum pro fideicomissis, nisi expresse appareat, cum fideicommissum sit onus.*
26 *Semper præsumimus bona esse libera, & nulli vinculo fideicommissi, vel alij subiecta.*

EST diffusè consultũ per clarissimos Doctores in hac materia, idcirco ero tantõ breuior. Viso testamẽto Gandulphi senioris, ex eius lectura apparet de triplici specie fideicommissi. Primum est, quo quinque filijs institutis, substitutis decedẽte sine liberis masculis, superstites pupillariter, & compendiosè, & de hoc fideicõmisso in præsentia non est disputandum: quia Io. Baptista decessit relictis duob. filijs, videlicet Gandulpho iuniore, & Constãtio, & sic conditio fideicõmissi, qua grauatus erat Io. Baptista euanuit. l. filius familiãs. §. cum quis. ff. de leg. j. l. j. C. de cond. inser. cum si. Secundum est fideicõmissum, *quia Gandulphus senior prohibuit alienationem bonorũ dictis filijs suis, & hæredibus, nisi post ætatem annorum* xxx. &c. de hoc etiam in præsentia nõ est quæstio: quia dicti filij non alienauerunt, sed nepotes, & † prohibitio censetur nominatim facta filijs propter naturã dictionis, *Dictis filijs, &c.* l. qui liberis. §. j. de vulg. vbi doc. Old. cons. xxj. Bal. cclxiij. in v. & quia isti nepotes instituendo matrem per † viam testamenti nõ dicuntur alienasse, neq; de tali alienatione videtur testator intellexisse, l. cum pater. §. cũ inter. ff. de leg. ij. vbi Bar. & cæteri Alex. cons. lvj. in j. consil. xxiij. in ij. Rom. cccclvij. & habetur in l. filius famil. §. diui. de lega. j. & quia † prohibitio facta filijs non comprehendit nepotes, secundum gl. in §. nos igitur. in auth. de rest. fideicom. & habetur in d. §. diui. q. pen. & per Sal. l. uoluntas. C. de fideic. Ang. consi. 7. Paul. Cast. consi. xxxviij. dubium facit. Alex. xlvj. & cõsi. lvj. in v. Soc. xiij. & xliij. in iij. cũ simi. Tertio est fideicommissum, quod videtur factũ in fauorẽ nepotis ipsius testatoris, ex clausula illa subiectã prohibitioni alienationis, *Ad hoc vt dicta bona hæreditaria remaneant, & conseruentur ipsis hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis, &c.* & de hoc fideicommisso in præsentia est tractandum, vt videamus, an Gandulphus Iunior, & Constantinus potuerint succedere suo Gandulpho vigore talis fideicommissi, & ideo nõ teneantur ad obseruationẽ voluntatis seu testameti Ioan. Baptistæ, patris sui, qui non potuit eos grauare in bonis, quæ ex testamẽto aui percipiebant, iuxtã l. pater filium. ff. ad legem Falc. l. vnum ex familia. §. sed & si fundũ. ff. de leg. ij. Et sciendum est per illa verba. *Quod bona remanent hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis, &c.* censeri vocatos istos filios Ioan. Baptistæ, quia licet alias appellatione hæredum comprehendantur etiam extranei, vt habetur in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. tamen fallit, quando adiecta est † dictio, *Masculis.* quia tũc simpliciter de filijs debet intelligi. c. j. de eo, qui sibi, & hær. in vsib. feu. & disputauit Ray. de Forl. quem refert, & sequitur Bal. l. Caius. ff. solut. mat. Alexan. consil. cv. in j. Talis enim dictio, *Masculis.* arguit affectionem prolis masculinæ, quæ versus extraneos non est, sed probabilis est disputatio an oporteat tales esse hæredes Ioan. Baptistę. si enim oporteat tales esse † hæredes, tenerentur habere ratam eius voluntatem. l. cum à matre. C. de rei vendi. & videretur prima fronte dicendum, istos non admitti, nisi etiam sint hæredes patris, sicut dicimus † quando concessum est feudum, vel emphyteusis Titio, & eius hæredibus masculis, intelliguntur enim filij, dum tamen sint hæredes. c. j.

BIU Cujas

an agna. c. j. de eo qui sibi. vbi Ilsern. & Iac. de Bel. & tenuit Bal. consi. cccxxvj. & cccxxviij. in ij. Car. d. c. j. an agn. Alber. Brunus consi. xxiij. Dec. consi. lxxviij. Sed tamen contrarium est dicendum in casu nostro, quia mentio, *Hæredis masculi* facta est à testatore contemplatione ipsorum, & par est amor auitus & affectio in illos, siue sint hæredes patri, siue non. Meritò nihil refert, quòd repudient hæreditatem paternã, vt consuluit Dec. consi. ccxxxix. Quod maximè dicendũ est in casu nostro, in quo Gandulphus auus prohibuit alienationem filijs, *vt bona remaneant nepotibus*, apparet enim voluisse cõsulere ipsis nepotibus, qui si non admitterentur, nisi tanquam hæredes, ratam habere alienationẽ cogerentur, aduersus voluntatem testatoris, vt rectè cõsuluit Dec. consi. xxxviij. Nec obstat rex in d. c. j. an agna. cum auctoritatibus contrarijs: quia procedunt quãdo est facta cõcessio ob merita patris: tunc enim non admitterentur filij, nisi sint hæredes: secùs in casu nostro, vbi contemplatio ipsorum nepotum, facta est concessio fideicõmissi: meritò non curamus, quòd sint hæredes: patris per supradicta. Quod autem isti filij Io. Baptistæ vocentur ad fideicommissum, probatur ex eo: quia licet prohibitio alienationis sit specialis respectu filiorum: tamen habet sub se clausulam generalem, vt *bona remaneãt ipsis hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis*, quæ clausula generalis inducit fideicommissum simplex, etiam non sequuto casu alienationis, secundùm Aret. Soc. Ias. Mod. in l. qui Romæ, §. cohæredes. ff. de verbo. obliga. quia † ratio per modũ dispositionis adiecta, ab ipso dicto non restringitur, vt in simili per Bart. in l. qui habebat. ff. de hæred. instit. l. regula. §. cum quis. de iu. & fact. ignoran. Debet enim † dictum ipsum per rationem appositam ampliari. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. Nam & in dispositione legis videmus, si ratio generalior lege sit ad istam † rationẽ attendi, quæ nihil aliud est, quàm mens, & anima legis. l. omnis. §. fin. de verborum signif. ergo idem & in dispositione testatoris est dicendum, sicut & alia obseruauimus ex ratione dictum ipsum declarari. glos. l. si is quia animo. de acquir. poss. & † propter rationem adiectam, præcedentia verba improprie accipi. l. si seruus legatus. §. qui quinq;. vbi Bald. ff. de lega. j. facit quod not. idem Bald. in l. suum. C. de repud. hæred. & quod not. Bart. in l. pater. §. fundum. ff. de leg. iij. & ab hac opinione in iudicando non esset recedendum propter auctoritatem doct. qui ita transeunt in d. §. cohæredes. per Ias. Rui. Crot. & alios Mod. in d. §. diui. Soc. consi. xliij. & lvij. in iij. Dec. xxiij. & clxxxiij. & alibi sæpè. Confirmatur suprascripta opinio alia ratione, quamuis enim † filij insistentium positi sint in conditione, & ideo regulariter non censeantur esse in dispositione, secundum glossam communiter approbatam. in l. Lucius. de hæred. instituen. quæ procedere videtur, etiã si facta sit mentio masculorũ, secundùm Alex. consi. xxiiij. attentis his. lib. iij. & Socin. consi. lxij. viso cap. lib. iij. & consil. cxvj. eodem lib. Tamen supradicta conclusio limitatur, quotiescunq; tales filij vel expressè, vel tacitè apparet fuisse vocati, per textum in d. l. Lucius. & quæ habentur per Bas. in l. ij. §. videndum. ad senatusc. Tertyl. Alexan. consi. clxxxv. lib. ij. & per Corn. consi. cxlvj. lib. ij. quod videtur in casu nostro per illa verba. *Et eorum hæredibus masculis*. quæ sunt dispositiua, non autem conditionalia, & licet prohibitio alienationis habeat certum terminum vsq; ad xxx. annos: tamen ratio subiecta inducens fideicommissum simplex, non restringitur ad dictum terminum, sed quodlibet istorum habet locum in casu suo secundùm Pau. Cast. consi. cclxiij. in ij. dubio ij. vol. in nouiss. quem refert & sequitur Dec. consi. cccclxxxvj. Confirmatur etiam, quia cum in casu nostro adsit prohibitio alienationis, per quam apparet, quod ipsi filij non sunt positi in conditione fauore ipsorum parentum, vt in casu quod habeant filios non censeantur grauati. l. illis libertis. de cõdi. & demon. declarat Paul. Cast. in consil. cliij. præsens dubitatio videtur formari in nouissimis in j. volu. sequitur quòd sint positis in conditione fauore ipsorum suo proprio, & consequenter vocati, per text. in l. pero. in prin. verific. idem dicemus. ff. de leg. ij. licet sola prohibitio alienationis fortè non sufficeret ad inducendam hanc coniecturam per ea quæ ponit Socin. consil. cxvj. in iiij. Corn. cxviij. ij. Curt. Senio. xlv. tamen in casu nostro tollitur omnis difficultas per illa verba, *Et eorum hæredibus masculis*. quæ sunt dispositiua, vt dixit. Et ex his concludo dictos filios Ioan. Baptistæ vocatos fuisse ad fideicommissum bonorum aui sui. Alia & secunda est quæstio, nunquid d. filij. id est, nepotes, & ipsi grauati sint fideicommisso, in casu quo decesserint absq; filijs masculis? Et scienduin est, quod † istud grauamen fideicommissi, nunquam censetur inductum, nisi quatenus verba testamenti inferuntur. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. verb. vnciam hæreditatis. vbi Iac. Dyn. Alb. quia † bona in dubio præsumuntur libera, & fideicommissum est onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. & † semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. item. de leg. ij. & alibi dicitur, † fideicommissi ademptionem fauorabilem esse: quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. Castr. & Soc. in v. not. ff. de reb. dub. & alibi ponitur regula, quòd † in legatis, & fideicommissis semper quod minimum est sequimur. l. nummis. de leg. iij. l. apud Iulianum. §. scio. de leg. j. Ludo. Roma. in l. si plures. ff. de dam. infect. Et istud maximè debet habere locum, quando fideicommissum imponeretur alicui descendenti, prout in casu nostro, non enim hoc verisimile est, nisi quatenus verba expressè inferant, vt dixi: in casu autem nostro testator substituit compendiosè, duntaxat filijs suis hæredibus institutis, prohibuitq; eis alienationem, de nepotibus verò respectu dicti grauaminis, nullum verbum fecit, & ideò dicemus eos non esse aliquo fideicommisso grauatos, & potuisse instituere matrem suam. Clarum enim est, quod prohibitio alienationis filijs facta, ad nepotes non extenditur, secundùm glos. in d. §. nos igitur. in authen. de rest. fideicom. quam sequũtur doct. in d. l. filjusta. §. diui. & † in fideicommissis, onus filijs iniunctum vlteriùs ad nepotes non extenditur, quia in his, quæ filio ipsi onerosa sunt *filij* appellatione non venit nepos. l. j. §. quæritur. de vent. inspic. l. patri, ad leg. Iul. de adulter. l. lex Iulia. de ritu nupt. consuluit Franc. Curt. Senior consil. xlv. sæpè reuoluta. Dec. ccxviij. consil. xcv. Et quia suprascripta videntur de plano procedere, solum obstat vna difficultas, circa quam est insistendum. Verba enim subiecta prohibitioni, alienationis sunt, *vt bona remaneant, & conseruentur ipsis hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis*. quæ ratio propter sui generalitatem videtur inducere fideicommissum simplex respectu hæredum & nepotum masculorum, vt suprà conclusum fuit, & habetur per Aret. Alexan. Soc. in d. l. qui Romæ. §. cohæredes. cum similibus. meritò

BIU Cujas

zitò ergo decedentibus filijs Ioann. Baptistæ, videtur ius fideicommissi deuolutum Augustino patruo superstiti, & transmissum in Hieronymũ, 19 & eius hæredes, cum † fideicommissum vniuersale, etiam ante agnitionem, soleat transmitti, vt per Bart. & doc. in l. cum filio. ff. de leg. j. & ista est ratio quæ difficultatem facit in casu nostro. Sed tamen puto casu non obstare diligenter consideranti, & respondeo pluribus modis. Primò, quia non possunt in casu nostro censeri isti nepotes prohibiti alienare, & consequenter non possunt censeri compræhensi in fideicommisso pasiuè, cum 20 ipsi in casum alienationis sint vocati, † cùm enim fauore nepotum prohibitio filijs facta sit, non est verisimile eos quoque prohibitos fuisse, vt dicunt Modern. in d. §. diui. argum. d. §. nos igitur. & per Soc. consilio ciiij. & consilio lxix. in iij. cum ergo isti nepotes non compræhendantur in verbis grauaminis expressi, minùs debent censeri grauati ex generalitate verbi, *Hæredibus masculis*, quod est appositum ad eos vocandos & honorandos. vnde non debet operari contrarium. l. quod fauore. C. de legibus. l. legatum inutiliter. ff. de adimen. legat. Secundo respondeo, quòd doct. in d. §. cohæredes. loquũtur in ratione generali, qua relictum sit familiæ, quo casu prior quisque tenetur restituere sequenti, iuxta l. pet. §. fratre. ff. de lega. ij. 21 & † verificatur vox familiæ gradatim in pluribus personis, iuxta l. fin. C. de ver. si. sed in casu nostro aliud est, quia testator simpliciter dixit, *Hæredibus masculis*, & sic de filiis tantũ, & si simpliciter dixisset. *De hæredibus*: non adiecto, *masculis*, nullum fuisset fideicommissum. l. pater. pen. ff. de lega. iij. Sed quia adiecit, *Masculis*. censetur fideicommissum in eorum fauorem factum. d. l. pater. in prin. & vocantur ipsi filij, non autem grauantur, nec vlterius extenditur fideicommissum. & cum nullum verbum sit, per quod appareat grauari istos hæredes, nec nos hoc dicere debemus. Nec huic solutioni obstat quod consuluit Pet. de Anch. in consilio clij. plura sunt dubia, quia in casu suo verba grauaminis erant magis exuberantia, & expressim grauati erant hæredes successores, & posteri, quod non fuit in casu nostro. Tertiò respondeo, quòd dicta docto. in d. §. cohæredes. loquuntur & procedunt in prohibitione alienationis simpliciter facta, cui deinde adiecta sit ratio generalis: sed quæstio nostra loquitur in prohibitione non simpliciter, sed ad tempus facta, id est usque ad xxx. annos, in quasi ratio generaliter intelligeret, corrigeret dictum tempus ætatis, & ideò non potest fieri talis interpretatio, & potius non censentur grauati isti filij hæredum aliquo fideicommisso, vt consuluit Ias. in consilio clxxiij. in ij. vol. quæ opinio in casu nostro videtur verisima: aut enim volumus dicere istos nepotes grauatos, vsque ad triginta annos, & hoc esset præter verba testamenti, quæ separatim de filijs, & nepotibus loquuntur, & dictum grauamen imponunt solis filijs: aut volumus dicere, quòd propter dictam rationem generalem nepotes sint grauati vltra dictum tempus, & istud non est verisimile, quod plus grauati sint nepotes sub illo in volucro verborum, quàm filij, quibus distinctè grauamen est adiectum, 22 quod ergo dicitur, † ratio generalis ampliat dictum, est (verùm quando vniformiter, & dictum, & ratio possunt intelligi: secùs est quotiescunque resultaret difformis interpretatio, prout in casu nostro, arg. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de leg. ij. per Bart. in l. Seiæ. §. Caio.) ff. de fundo instr.

A leg. cum similibus. Quartò potest respõderi, quòd dicta doct. in d. §. cohæredes, nõ procedunt, quando alienatio facta esset per viam vltimæ voluntatis, instituendo aliquem, prout in casu nostro factum est, per text. in l. cum pater. §. cũm inter. ff. de leg. ij. vbi Bart. & doct. supra dixi quòd procedit etiam si mater instituta alias ex forma statuti ab intestato non vocaretur, secundùm Raph. Com. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verb. obli. Sal. in l. ea lege. C. de cond. ob causam. Ang. consi-
B lio lvij. Domino Andrea. Alexand. consilio clv. in ij. vol. incip. visis & accurate. circa quod tamen dictum non insisto, quia habet aliquas difficultates, & sufficiunt aliæ responsiones. Quinto respondetur, quod dicta doct. in §. cohæredes. procedunt, quando ratio est generalior prohibitione, & est dispositiuè adscripta puta, *Quia volo quòd bona remaneant in familia, &c.* secùs si non dispositiuè, sed causaliter tantum scripta sit: puta, in casu nostro, *Ad hoc vt dicta bona remaneant, &c.* & ita in casu per omnia
C conformi ad nostrum, consuluit Alexand. consilio cxxxix. circa primum. in vj. volum. vbi concludit istos nepotes actiuè quidem vocatos esse ad fideicommissum, pasiuè verò non censeri grauatos, quamuis conditio esset. *Si instituti decesserint sine hærede masculino*, & subiecta ratio, quòd dicta bona nunquam recederent de eius parentela, & in ijs terminis etiam consuluit Soc. consilio ccxxvij. Dec. consilio ccxviij. vbi dicit, quòd ipse ita iudicaret, si causa esset sibi commissa. Nõ omittõ, etiã;
D quòd illa sententia Socini & Modernorum in d. §. cohæredes. vt videatur ex generalitate rationis induci grauamen ipsi uocato, non innititur magna ratione, & nullus doctorum veterum est, qui ita tenuerit, & confunditur talis opinio per textum in authen. de restit. fideic. vbi erit ratio generalis. *Quod bona permanerent perpetuò in familia, & nunquam exirent*, & ideò in iudicando, facilè iudex deberet à tali sententia recedere, quòd maximè in casu nostro est dicendum, propter multas regulas concurrentes in fauorem istius rei conuenti. Prima, quia
E † in dubio pro reo pronũtiandum est. l. qui accusare. C. de edend. l. Arrianus. de act. & oblig. Secunda, quia † pro possessore. §. commodum. instit. de interdic. Tertia, quia † nunquam pronuntiamus pro fideicommissis, nisi expresse appareat, cum fideicommissum sit onus, vt suprà dixi. Quarta, quia † semper præsumimus bona esse libera, & nulli vinculo fideicommissi, vel alij subiecta. l. altius. C. de seruitut. habetur per Ias. post alios in l.
F si prius. ff. de oper. nou. nunti. & ita arbitrare ego faciendum. Et hæc omnia saluo semper faniore iudicio.

CONSILII XXXVI. SVMMÆ.

1 *Bona in dubio præsumuntur libera, & fideicommissum est onus.*

2 *Semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus.*

3 *Fideicommissi ademptio fauorabilis est, & datio odiosa.*

4 *In legatis & fideicommissis semper quod minimum est sequimur.*

5 *In fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non extenditur.*

6 *Vbi prohibitio alienationis facta à testatore, est limitata respectu personarũ, in quas potest alienari, & vltra eas est prohibitio generalis, quod censetur vetita etiam hæredis extranei institutio.*

7 *Clausula separata, non est trahenda ad clausulam superiorem.*

BIU Cujas

8 Qualitas masculina posita in institutione non censetur repetita in substitutione.
9 Interpretatio quod quid sit superfluum non est capienda.
10 Appellationem descendentium omnes gradatim in infinitum comprehenduntur.
11 Alienationis prohibitione fideicõmißũ ex causis induci.
12 Clausula etiam si incipiat à prohibitione alienationis, si tamen subijciatur per modum rationis, inducitur fideicommissum absolutum, & simplex, & dictum ampliatur per rationem generalem.
13 In claris non est opus coniecturis.
14 Fideicommisso simplici descendentibus relicto, omnes vocantur gradatim.
15 Prohibita alienatione ex vi verborum, intelligitur prohibita etiam illa, quæ fit per hæredis institutionem.
16 Clausula in fine posita, debet omnia præcedentia referri.
17 Qualitas superexistentiæ, debet verificari secundùm tempus successionis.
18 A vi verborum non est recedendum.
19 Semper fit interpretatio vt minus oneris filio impositum à patre censeatur, & vt liber à fideicõmisso sit, nisi quatenus verba necessariò aliud inferant.
20 Alternatiuæ natura & vis.
21 Dictio super existentium, debet intelligi demonstratiuè.
23 Dictio enim, est relatiua demonstratiuè, non restrictiuè.
24 Qualitas adiecta verbo, intelligitur secũdùm tempus verbi, vel participij.
25 In fideicommißis præsumptiones, & coniecturæ voluntatis dummodo sint probabiles, sufficiunt.

FACIE prima videretur d. Alphonsum fouere meliorẽ causam in bonis per Io. Anselmum sibi testamento relictis, habet enim fundatam intentionem ex lectura testamenti, in quo est hæres institutus, secundùm l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. & aduersarij qui instituntur iure fideicommissi, habent contra se præsumptionem: quia † bona in dubio præsumuntur libera, & fideicommissum est onus. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulga. quod non censetur adiectum, nisi quatenus verba de necessitate inferant. l. Lucius. §. tres hæredes. verbo, vnciam hæreditatis, vbi Iacob. Dyn. Alber. ff. ad Trebell. vnde † semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. j. & alibi dicitur † fideicommissi ademptionem fauorabilem esse: quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. Castr. & Soc. in v. notab. ff. de reb. dub. & alibi ponitur regula, quod † in legatis & fideicommissis semper quod minimũ est sequimur. l. nummis. de leg. iij. Lapud Iulianum. §. Scio. de leg. j. Lud. Rom. in l. si plures. de dam. infect. & istud maximè debet habere locum, quando fideicommissum imponeretur filio, prout in casu nostro. non enim verisimile est, voluisse patrem onerare filium suũ, nisi quatenus verba expressè hoc inferant. † vnde in fideicõmissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non extenditur, secundùm Dec. consi. ccxviij. cum concordãt, sicut nec in prohibitione alienationis. gl. §. nos igitur in auth. de restit. fideicõ. quamuis aliàs filiorum appellatione veniant nepotes. l. iusta. ff. de verb. signific. cum similibus. Et quamuis in casu nostro videatur subesse duplex fideicommissum; tamen vtrunq; habet in se non modicam difficultatem, videndum itaq; de singulis particulariter. Primũ est particulare fideicõmissum quod fecit testator de bonis immobilibus, *Quod semper permaneant in descendentes suos, & quod nullo modo possint alienari, & si contingat aliquem alienari quomodolibet, & qualitercunq; perueniant in superexistentes, in stirpes non in capita, &c.* Et videretur ijs verbis, non excludi d. Alphonsum, quin solus potuerit institui. illa enim verba, *Quod bona semper permaneant in descendentes.* verificantur etiam in domino Alphonso, qui est descendens: nec censetur prohibitum do. Anselmo, quin possit eligere, quem velit, dummodò sit de descendentibus: quia talia verba verificantur etiam in vno, vt est textus in l. pater filium. ff. ad leg. Falci, in l. filius familiãs. §. cùm pater. ff. de leg. j. in l. vnũ ex familia. §. quod si talia, in l. cum pãter. §. cùm inter. de leg. ij. in l. pater. §. duobus. de leg. iij. per Pau. Cast. consi. xxxij. proprietarius. in j. lib. Rursùs, subsequens prohibitio, de nõ alienando nõ videtur esse intelligenda de alienatione, quæ fieret per hæredis institutionem, prout in casu nostro: quia talis alienatio est quodãmodo necessaria, nec ex ea arguitur dolus, aut indeuotio erga prohibentem. l. ex hoc edicto. ff. de alien. iudi. mut. cau. l. j. ff. de fundo dot. & ita consuluit Angel. consi. lvij. Domina Andrea, & refert & sequitur Alex. consi. clv. visis, & accurate. in ij. volu. idẽ sentit Rapha. Com. in l. ita quis promiserit. §. ea lege. de verb. oblig. Salic. l. ea lege. C. de cond. ob cau. quę sententia in casu nostro videtur certior per doctrinam Bart. in l. peto. §. fratre. in vlti. membro. ff. de leg. ij. vbi concludit, quod † vbi prohibitio alienationis facta à testatore, est limitata respectu personarum, in quas potest alienari, & vltra eas prohibitio generalis, quòd censetur vetita etiam hæredis extranei institutio: secùs ergo si extraneus non sit, vt in casu nostro. Nec obstat, qd testator in casum alienationis vocet superexistentes in stirpes, non in capita: quia intelligitur in casum alienationis vetitæ, non autem eius, quæ per institutionem hæredis fit, quæ est permissa, vt supra dixi, nec videtur, quod hæc clausula adiecta in casum alienationis, debeat trahi ad fideicommissum simplex descendentium, de quo supra dixerat: quia † clausula hæc est separata, quæ nõ est trahenda ad aliam superiorẽ. l. fin. §. Seio. ff. de leg. ij. l. Iulius Pau. vbi Bart. de cond. & dem. Cast. l. fi necessarias. §. fi annua. ff. de pign. act. l. qui fundũ. ff. de contrahend. empt. & facit, quia † qualitas masculina posita in institutione non censetur repetita in substitutione, secundùm Ioan. de Ana. consi. xxij. Anch. consi. cxx. Alex. consi. xxxviij. in vj. vol. consi. xvij. in vj. Ias. l. qui filiabus. de leg. j. Lud. Bol. inter consi. d. Alex. cõsi. xlix. in iiij. quia si testator hoc sensisset vtiq; sciuisset exprimere. l. vnica. §. sin autem ad deficientes. C. de cãd. tol. quæ ratio procedit etiã in casu nostro, & idem sentit etiã Corn. consi. ccxxx. litera H. & I, in iij. Ias. consi. cxlij. in ij. Curt. Iun. consi. clxiij. Facit in simili quod no. Pau. de Ca. consi. cclxiij. in ij. dub. in ij. vol. in nouisi. quem refert & sequitur Deci. consi. cccl xxxvj. vbi clausula concedens facultatem alienandi post certum tempus, operatur duntaxat respectu prohibitionis expressæ. cui subiecta est, non autem trahitur ad fideicommissum simplex, in quo est tacita prohibitio. Et ista interpretatio maximè videtur accipienda in casu nostro: quia aliàs si in fideicommisso simplici censerentur vocati descendentes in stirpes, istud in casum alienationis esset superfluum, & nullius effectus, quæ † interpretatio nõ est accipienda. l. si quando. ff. de leg. j. per Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. ix. dicendum est ergo, quod in primo simplici sufficeret, dũmodo relinquatur in familia, & vnus eligatur, prout factũ est in casu nostro, in alio verò in casum alternationis vocentur omnes in stirpes, & sic vtrunq; erit magis

BIU Cujas

gni effectus. Et ista sunt quæ dubitationem faciũt in casu præsenti. Sed ijs tamen non obstantibus, puto veriorem esse contrariam opinionem, & nõ licuisse d. Anselmo eligere solum d. Alphonsum, sed æquáliter ad fideicommissum admitti etiam suos consanguineos. Primò, quia verba videntur clara, dum in eis dicitur. *Quod disposuit vt dicta bona*
20 *semper permaneant in descendentes*, appellatio † enim *descendentium* omnes gradatim in infinitum comprehendit l. fin. C. de suis & legi. l. cognoscere. §. fin. de ver. signific. §. j. in auth. de hær. ab intest. veni. & quod Iac. de Bel. in auth. de rest. fideicom. in fi. Alexan. consi. lvj. consideratis. lib. j. & consi. xvlij. attentis. in fin. lib. v. per doc. in c. nouit. extra, de iudic. & cum velit permanere in descendentes, apparet omnes vocari ad fideicommissum, & ideo non sufficere, quod vnus tantum sit electus vt infrà dicam. Secundò, quia verba fideicõmissi † non
21 incipiunt à prohibitione alienationis, sed à dispositione, *vt remaneant semper, &c.* quod casu inducitur fideicommissum simplex, nec potest dici mentionem familiæ esse factam, ne præceptum testatoris videretur nudum, prout dixit Raph. Com. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. quem ibi refert, & sequitur Soc. vers. ij. habemus. & facit text. in l. is qui complures. ff. de leg. iij. vbi Bart. & per Soc. consi. xliij. in ij. vol. Tertiò, quia testator subiecit, *Nullo modo possit alienari, & rursus, quomodolibet, & qualitercunque, &c.* quæ verba generalia sunt, & ad alienationem etiam testamentariam trahuntur gl. in l. quidam testamento. §. j. de fideicom. lib. Aret. l. Pantonius. §. j. de acqu. hær. Card. consil. cxxxv. Soc. consi. cclj. ita etiam nouissimè tenet Io. Crotus, & alij Mod. in l. filius fam. §. drui. q. 7. de leg. j. Quar-
12 tò, quia etiam si † clausula incœpisset à prohibitione alienationis, si tamen subijciatur per modum rationis: *Quia volo quod bona mea perpetuò remaneant in familia*, &c. communis opinio est induci fideicommissum absolutum, & simplex, & dictum ampliari per rationem generalem, secund. Aret. Soc. Mod. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de ver. obl. Iaf. Ruin. Crot. Mod. in d. §. diui. q. pen. Soc. consi. xliij. & consi. lvij. in iij. Dec. consil. xxiij. & consil. clxxxij. & alibi sæpe. & licet idẽ Soc. cõsi. ccxxvij. & consi. ccxviij. variauerint, tamen nõ loquuntur in casu quo dispositio generalis præcedat, prout in casu nostro, quo non potest dici, rationem esse odictã solum causa conualidandi præcepti, quod alias esset nudum: vnde apparet casum nostrum esse longè clariorem. Et hoc tenendo non obstant allegata in cõtrarium, & in primis, quod in dubio fideicommissum nõ censetur inductum, &c. quia procedit in dubio: sed nos sumus in casu claro:
13 quia verba expressè inducunt: vnde † in claris nõ opus recurrere ad coniecturas. l. continuus. §. cum quis. in glos. de verb. obl. Non obstat quòd institutus sit dõ. Alphonsus qui est vnus ex descendentibus, &c. quia hoc sufficeret vbi adesset simplex prohibitio alienationis, cum clausula, vt in familia relinquatur. & ità procedit text. in d. l. pater filium. ff. ad leg. Falc. & in l. filius fam. §. cum patet. de leg. j. & in l. si vnum ex familia. §. quòd si talia;
14 secus est in † fideicommisso simplici descendentibus relicto, quia tunc omnes vocantur gradatim l. cum ita. §. in fideicom. de leg. ij. l. fin. C. de ver. sign. declarat Pãd. Cãst. in d. §. cum pater. in fin. Itẽ secus est quando testator non incœpit à prohibitione, sed à dispositione, vocando familiam per descendentes, prout fecit in casu nostro, secundũ Raph. Com. in d. l. cùm ita. §. in fideicõ. maximè

A quando dictum est vt perpetuò remaneat, vt ibi per eum. Item secus est quando testator vltra est progressus, prout in casu nostro, vocando descendentes in stirpes, quæ clausula refertur etiã ad alienationem, quę fieret per viam testamenti hęredes instituendo, vt §. dixi, & mox dicam. Non obstat, quòd talis prohibitio non intelligatur de alienatione, quæ fieret per hæredis institutionem. Respondeo, quod istud est falsum, quia † prohibita
15 alienatione ex vi verborum, intelligitur prohibita etiam illa, quæ fit per hæredis institutionem. l. si prior. §. cæt. C. de secund. nup. gl. l. quemad. verbo, vendi. C. de agric. & censib. & habetur in l. si ita
B quis. §. ea lege. ff. de verb. obli. vnde tali casu tenebitur hæres scriptus restituere fideicommissum, etiam non deducta Trebellianica: quia prohibendo alienationem, videtur etiam prohibuisse deductionem Trebellianicæ, auth. sed in ea. vbi Bal. C. ad leg. Falc. & pro hoc est doctrina Bart. in d. l. pẽto. §. fratrẽ. si recte intelligatur, dum dicit prohibe
C ri institutionem, quæ fit de extraneo intelligitur autem do. Alphonsus vltra stirpem, & virilem suã portionem, in reliquo esse extraneus, d. l. si vnum ex familia. §. sed si vno. ver. verum is. ff. de leg. ij. & licet Ang. & d. Alex. in prędallegatis consilijs aliter responderint: tamen eorum opinio non est vera, & contra communem sententiam doct. in d. §. diuj. secundũ Io. Crot. ibi, & dicit ibi Iaf. in ij. lectura, num. cxxxix. quod ipse consuleret & iudicaret cõtra dictam opinionẽ Ang. & Alex. & ita etiam sen
D tit Are. quando adest geminatio verborum, in d. l. Pantonius. §. j. Card. consi. cxxxv. Soc. d. consi. cclj. Nec obstat, quod dicta clausula, *in stirpes, & non in capita, &c.* videatur restringenda ad casum alienationis tantũ, quia respõdeo, hoc esse falsum: cũ enim
16 † in fine sit posita, debet ad omnia præcedentia referri. l. j. C. de lib. præt. ubi Bart. Alex. Iaf. cæteri. l. iij. §. filius aũt. vbi not. de lib. & posth. c. ij. requiris. de app. & per Fel. in c. causam quę. de rescr. & hoc maximè procedit in casu nostro, in quo vtraq; clausula præcedens est coniuncta. l. si. vbi Bar. §. de reb. du. per doc. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & quod not. gl. in clement. j. §. ij. de suppl. negl. præla. vbi Card. & allegata in contrariũ loquũtur, nõ in clausula in fine posita, sed de æqualitate aliqua, vtrum censeat repetita, de qua non est præsens quæstio. Præterea etiã si non referretur, nisi ad prohibitionẽ alienationis, tamẽ adhuc idem esset, quia vt suprà dixi, talis institutio vltra portionẽ in stirpes, cẽsetur alienatio, & cõpræhenditur in prohibitione facta à testatore. Non obstat vltimò, q, hoc mõdo intelligendo prohibitio alienationis esset superflua, q, non videtur dicendũ. d. l. si quando. Respondeo, q, imò nulla est superfluitas, ex primo enim fideicõmisso, *Quod bona remaneant, &c.* valuisset
E alienatio viuente grauato facta: quia tacitã dunta xat prohibitionẽ cõtinet, nec posset reuocari, nisi post eius mortem, secundũ gl. in d. §. q, si talia. verbo, eius. quæ in se vera est, & per Bart. in d. §. diui. in vij. opp. ex secundo verò, statim post alienationem cõpetit reuocatio. l. patet. §. libertis. ff. de leg. ij. Itẽ ex primo fideicõmisso, potuisset deduci Trebelliánica, ex secundo nõ propter prohibitionẽ alienationis. dicta auth. sed in ea. C. ad legem Falc. Itẽ ex primo, bona non perueniunt ad alios, nisi perfecta venditione. ex secundo verò, etiam ante perfectam, quia ità expressit testator. l. Srychus ser-
F uus. ff. de manum. test. per Bart. in d. §. diui. in secunda oppositione. Præterea non dicitur superfluè loq testator, quia illud q, tacitè sẽserat, dein-

de expresse describit, ad clariorem mentis suæ testationem. c.j. cũ gl. verbo, & filio. vbi Gemin. de sum. Trinit. & fide cath. in vj. l. testa. C. de testa. & qui quod generaliter dixerat, deinde magis specialiter repetit. l. quæsitum. §. pen. de fund. instr. lega. l. legata. in prin. ff. de supell. leg. & talibus casibus nõ mutat substantiam veritatis, non necessaria verborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. & pro hoc facit tex. in aut. de rest. fideic. §. codicillum verò. vbi testator vsus fuerat magna generalitate verborum: & tamẽ lex potius habet pro superfluis, quàm quod inducat fideicommissum simplex, & perpetuum: meritò tale argumentum superfluitatis non videtur concludens. Et hæc sufficiant, quòd ad primum fideicommissum. Circa secundũ fideicommissum est videndum, testator institutis sex filijs, subiecit. *Et si vnus, vel plures decesserint sine liberis masculis, tunc superexistentes, vel eorum filij superexistentium masculi succedẽt, in eius, vel eorum locum in stirpes, & non in capita.* Vltimus eorũ Anselmus mortuus est sine filijs, quæritur an sit locus fideicommisso? Et videretur non esse locum: quia testator vocat superexistentium filios, isti autem non sunt filij superexistentium: quia eorum patres ante hunc vltimum decesserunt: ergo non 17 sunt verificata verba fideicommissi: † quia qualitas illa superexistentię, debet verificari secundùm tempus successionis. l. Titius. ff. de testa. mili. l. iij. ff. de aur. & argen. leg. l. ex facto. §. pen. ff. ad senatusconsl. Treb. & quod no. Fel. in c. examin. de iud. Soc. consil. xix. in iii. consil. xlij. in iiij. Dec. xxxvij. Bened. Cap. consi. lviij. Confirmatur per id quòd not. Bart. in l. Centu. in j. q. iij. partis. de vulga. vbi cũ testator inquit, *Filio meo impuberi succedat Titius*, nõ verificatur substitutio, nisi per viam pupillaris, nõ autem fideicõmissariæ, vt verbum, *Succedat* restringatur, à dictione, *impuberi*, Et cum Bar. ibi transeũt cæteri. † Et non potest negare, quin vis verborum 18 hoc inducat, à qua non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. maximè cũ. vt s. diximus † semper 19 fiat interpretatio, vt minus oneris filio impositum à patre censeatur, & vt liber à fideicommisso sit, nisi quatenus verba necessaria aliud inferant, quòd non est in casu nostro. Et pro hac sententia etiam facit: quia videtur testator ad fideicommissum vocasse in primis filios superstites, & si illi nollent, vel non possent succedere, tũc vocasse nepotes ex dictis superstitibus & sicut videtur fecisse vulgarẽ substitutionem in fideicommisso, quod facere potuit. l. vt hęredibus. ff. de leg. ij. & quia eos vocauit per alternatiuã, *Super existentes, vel eorum filij, &c.* quę 20 † alternatiua intelligitur quidem ordine successiuo, sed in ius vulgaris substitutionis. l. eum pater. §. pe. ff. de le. ij. prout eum textum declarat Bart. & doct. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthu. ad idẽ tex. in l. hæredes mei. §. fi. ff. ad Treb. vbi Alex. & Mod. Soc. consl. cxiij. in j. Sed tamen ijs non obstantibus sentio contrarium, quòd imò euenerit casus fideicommissi, etiam ex hoc capite. Et quia difficultas 21 omnis consistit circa interpretationem illius † dictionis, *Superexistentium*, dico, quod debet intelligi demõstratiuè, id est eorum, quos suprà appellauit superexistentes, licet nunc tempore successionis sint mortui, put in simili est tex. in l. mela. de adi. lega. in l. quidam testã. in prin. ff. de leg. j. in l. cum pater. §. mensæ. ff. de leg. ij. Et quòd ista interpretatio sit accipienda, apparet in primis ex mẽte testatoris, qui substituit superexistentes masculos: propter quã qualitatem masculinitatis, ostenditur habuisse eum respectũ ad conseruationem familiæ. Bal. l. Caius. ff. sol. mat. Io. And. in Spec. sub. de testa. ver. sub hoc titulo. Alex. consi. cv. in j. Dec. cõsi. ccxxvij. & consi. ccxxxix. cũ similibus, quæ ratio cessaret, si nõ admitterentur nepotes, nisi superstitibus patrib. Secũdò quia testator in fine subiecit, *Saluis semper præmissis*. per quã clausulam reseruauit generale fideicommissum in bonis immobilibus, de quo supra disputatum fuit, & talis clausula arguit mentẽ ipsius nolentis, similiter prouidere etiam, in hoc casu, cũ protestetur se nolle recedere à prædicto fideicõmisso. gl. l. item Labeo. ff. fam. ercis. gl. in Clem. j. §. ij. de sup. negl. prælat. vbi Card. Alex. l. iudex postea. de re iud. Tertiò, quia si simpliciter dixisset, *vel eorum filij, &c.* nulla subesset difficultas, quin isti admitterentur, ergo eodem modo si dixit, *Superexistentium*, expressit enim q; tacitè inerat. l. iij. ff. de leg. j. l. in cõditionib. §. j. de cond. & demon. † dictio *enim*, eorum est relatiua & facit 22 relationẽ ad dictionem superexistentium, præcedentem: sed facit relationem demonstratiuè, non autem restrictiuè. Quartò hoc suadetur, quia nulla subest ratio, cur testator magis vocauerit nepotes, super existentibus filijs, quàm non superexistentibus filijs, cum vtroq; casu pari affectione ei iungantur: meritò talis dictio nõ debet stare restrictiuè, imò debet fieri extensio, etiã si patres non superexistent, cũ verisimilis mens multò magis sit, ut tali casu succedãt. l. fi. C. de posth. hær. inst. l. fi. C. de inst. & substit. l. si mater. §. j. de vulg. per Alex. in l. j. versi. ij. modo limita. de vulg. & pupi. Et ista pars magis etiã iustificabitur ex responsionibus, quæ cõpetunt ad argumenta contraria. Non obstat igitur in primis, q; verificari debeat illa qualitas, *Superexistẽtium, &c.* respondeo, verificatur demonstratiuè, nõ aũt restrictiuè. d. l. mela. & mox dicam. Item verificatur secundũ mentem testatoris, vt intelligamus superexistentium, quos sic supra appellauerat, vt † vna clausula aliam declaret. l. si seruus plurium. 23 in fi. de leg. j. Item vt intelligamus, superexistentium quondam. l. si ancillæ. ff. de cond. & dem. l. insula. in fi. de acq. rer. domi. l. pe. ff. si cert. pet. in gl. verb. defuncti. vbi Alex. Ias. & cęteri. Non obstat q; not. Bar. in d. l. Centurio. in j. q. iij. partis. quia licet per illa uerba, *Succedat filio meo impuberi*, inducat pupillaris tantum substitutio, ex quo dictio, *impuberi*, ad verbum exequutiuũ referatur: tamen illud Bar. limitatur duobus modis, qui ad casum quoq; nostrum pertinẽt. Primus est, nisi aliud appareat, seu ex aliquibus verbis deprehendi possit, vt quia substituerit nõ simpliciter, sed si decedat sine liberis: inde enim arguitur, non de sola pupillari agi, sed etiam fideicommissaria. d. Raynutius. de test. vol si dixerit, *Quandoq; decesserit, &c.* vt per Lancel. Galli aul. ibi, alia est generalis, quod licet † qualitas ad- 24 iecta verbo intelligatur secundũ tẽpus verbi, vel participij. d. l. Titius. in l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. tñ non procedit, qñ illa qualitas, ex coniectura mentis censeretẽ demonstratiuè tantũ adiecta. d. l. mela. d. l. quidã testamẽto & qđ not. Alex. in l. stipulatio hoc mõ. vers. nõ obst. qđ qualitas. ff. de ver. obl. facit etiã qđ no. Præpos. in c. laror. extra, q filij sint leg. Dec. consl. clv. facit text. in l. meritis. §. liberos. ff. de pœn. in l. si quis posth. vers. sed & si hæres. & quod ibi Bar. & Ias. in l. fin. ff. de li. & posthu. Non obst. quod hoc modo verba nõ essent clara pro fideicommisso, & debet fieri interpretatio, ne filius censeat grauatus, &c. respõdeo esse satis clara, & sufficere † in fideicõmissis præsumptio- 25 nes, & coniecturas voluntatis, dũmodo sint probabiles, secundũ Ias. in l. põt. ff. de vulg. & facit d. l.

hæredes

hæredes mei.§. cùm ita.l. cùm virum.C.de fideicommiſ.l. ſi vnũ ex familia.ff.de leg.ij.Non obſt. vltim. quod d.verba intelligantur de ſubſtitutione vulgari in fideicómiſſo facta,&c. quia etiam ſi ita ſit,tamẽ locus eſt vulgaris, ex quo ſuperexiſtẽtes illi mortui erant,& ſic nõ poſſunt eſſe fideicõmiſſarij. Item ſatis apparet de mente teſtatoris, quod voluit facere fideicõmiſſariam, ex quo poſt mortem præcedentium vocauit, ſecundùm Corneũm conſ.ccxxvj.in iiij.Soc.conſi.xij.in iij.in vltimo dub. Dec. conſil. ccliij. & quod not. idem Decius conſi. xcv. in primo dubio ex quibus omnibus videtur mihi verior iſta opinio, quod etiam ex hoc ſecundo capite ſubſit fideicommiſſum. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XXXVII. SVMMÆ.

1 *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem, ex qua poteſt ſubſtitutus admitti.*
2 *Subſtitutio ſemper tranſit ad ſubſtitutum, cum onere conditionis annexæ.*
3 *Vna clauſula æqualem interpretationem recipere debet.*
4 *Defectu conditionis, ſubſtitutus excluditur.*
5 *Quando conditio primo hæredi adiecta eſt, ea ſemper omninò adimplenda, obſeruandaq; eſt.*
6 *Teſtamentum à ſecundo gradu, quando incipiat.*
7 *Quando tractamus de extenſione ea ſemper fit, vel quia verba teſtatoris, vel quia mens ſuadeat.*
8 *Pater Nepotes legitimos ex filio ſpurio inſtituere poteſt, dummodo citra fraudem hoc faciat.*
9 *Legitimatio quãuis nulla, declarat tamẽ mentẽ teſtatoris.*
10 *Inſtitutionem inutilem ex cauſa confirmari.*
11 *Dictio tunc, ex eo caſu limit.*
12 *Clauſulæ, ſi ſine liberis deceſſerit, ſenſus.* (ditionis.
13 *Vt ſubſtitutus admittatur, oportet vt probet euentum con-*
14 *Repudiante inſtituto, admittitur ſubſtitutus.*



TESTAMENTI ſunt verba, *Inſtituo filium meum legitimatum, & caſu quo decederet ſine filijs legitimis maſculis, tunc & eo caſu ſubſtituo mihi hæredem Petrũ Franciſcum, &c.* Quæritur, ſi inſtitutio ſit nulla, habeat tamen legitimatus filios, an ſit locus ſubſtitutioni, ita quod poſsit dici caſum ſubſtitutionis euenisſe. Et in primis ſciendum eſt cũ iſta ſit † ſubſtitutio cõpendioſa, non eſt dubiũ quin cõtineat vulgarẽ, ex qua poſsit ſubſtitutus admitti ſecũdùm do. Bar. in l. Cẽturio. verſi. quæro vtrũ ſubſtitutio. ff. de vulg. cũ quo ibi trãſeunt doc. & Alex. cõſi. xvij. in iij. clxv. in v. Sed non explicant prefati doc. quid iuris quãdo ſubſtitutioni cõpendioſę adiecta eſt aliqua cõditio, prout in caſu noſtro, *ſine filijs, &c.* an talis cõditio debeat attẽdi etiã in vulgari, & breuiter agẽdo concludo quod ſic. In primis quia expreſsè hoc tenet Bal. in conſi. ccliij. Titius inſtituit. volu. j. quia † ſemper ſubſtitutio trãſit ad ſubſtitutũ cũ onere cõditionis annexę, ſecũdùm eũ, & per tex. in l. Thais. §. Splẽdophorus. de fid. lib. Idẽ etiã tenuit d. Io. Bap. de S. Seuerino, in rep. l. precib. C. de impub. verſ. xiiij. vbi declarat doc. Bar. in d. l. Cẽturio. quod cõpendioſa cõtinet vulgarẽ in caſu hẽreditatis nõ aditę, quia ſecundùm eum, hoc eſt intelligendũ, purificata tamẽ cõditione adiecta in ipſa ſubſtitutione. Eandẽ ſententiã etiã cõſulendo ſequutus eſt Cor. cõſ. clxxx. in iiij. vol. quia ſicut cõditio, *ſi deceſſerit ſine filijs*, in cõpendioſa ineſt reſpectu fideicõmiſſa riq, ita etiam dẽt reſpectu vulgaris ineſſe, vt † vna clauſula æqualẽ interpretationem recipiat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Et ſecũdùm hãc opin. etiã cõſuluit Soc. cõſi. clxxvij. in fi. in iij. vol. & cõſ. cxl. in j. & cõſi. ccxviij. in ij. & ita etiam legendo vbiq; tenuit præfatus doc. vt in l. j. ff. de vulg. in l. cum auus. verſi. limita tamen opinionem. ff. de cõd. & dem. mouetur varijs rationibus quas infrà oſtẽdemus eſſe veras. Et videtur iſta opinio quodammodo canonizata eſſe per omnes Mod. quia ea ſequitur d. Rui. in d. l. j. de vulg. verſ. diximus enim. eam etiam ſequitur Fran. de Rip. in d. l. Cent. nu. 151. vbi dicit quod nõ eſt dare rationẽ differẽtię, cur conditio, *ſi ſine liberis*, niſi ratione fideicommiſſariæ, & non ratione vulgaris, allegat etiam Steph. Berir. qui ita conſuluerit. cõſ. cccixv. ponitur in facto. lib. j. eam etiam ſequitur Io. Crot. de Mõteferrato in rep. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. de lib. & poſthu. in illo art. quãdo caſus omiſſus, &c. Et ita etiam videtur ſentire Alex. conſ. j. & facit quod not. Old. conſ. cxlj. Io. And. in Spec. de teſt. §. j. Rom. in l. quandiu. ff. de acq. hær. Nec doct. in contrarium allegari, videntur loqui in caſu quæſtionis noſtræ, & maximè Bal. conſ. clxx. quidã Nicol. in v. quia ipſe loquitur, tamen conditio ſubſtitutionis euenerat, quia filius inſtitutus mortuus erat ſine filijs, ſeu vt ipſe loquitur, in pupillari ætate, quæſtio verò noſtra, eſt quando filius decedit, relictis filijs, & ſic conditio ſub qua vocatus eſt ſubſtitutus defecit, tunc enim nõ eſt dubitandum, quin † defectu cõditionis excludatur ſubſtitutus. l. qui habebat. ff. de vulg. Et in tali caſu etiã loquit Ang. in cõſi. cciliij. in vlt. dub. vbi vult admitti ſubſtitutum, vigore vulgaris cõprehenſę in cõpendioſa, quia cõditio euenerat, non autẽ loquitur. Ang. quãdo ille ſpurius filios habuiſſet, & ſic ſubſtitutus cõditione defectus eſſet, prout in caſu noſtro. Nec etiam Pau. de Caſt. in conſi. clj. præſens dubium. in princ. huic ſententiæ aduerſatur. ſi rectè videatur, quia ipſe loquitur in tribus gradibus ſubſtitutioni, quando medius eſt peremptus nunquid vltimus ſuccedat primo, noſtra autem quæſtio eſt quãdo primus eſt peremptus, & ibi Paul. Caſt. habet pro claro, & expedito, quod † quando conditio primò hæredi adiecta eſt, ea ſemper omninò adimplenda, obſeruandaq; eſt. l. ſi mater. §. j. de vulg. l. cum pater. §. ab inſtituto. de leg. ij. & ego in illa materia ſpe ſoleo diſtinguere, vt attendamus ad mentem teſtatoris, quæ hanc in materia totum facit, vt ſi filij in conditione poſiti maiore affectione iungantur teſtatori, quam ſubſtitutus nunquam poſsit ſubſtitutus admitti, illis ſtantibus, prout in caſu noſtro, in quo ſubſtitutus non habet nec verba, nec mentem teſtatoris pro ſe, vt mox oſtendam. Non obſtant etiam rationes, quæ pro ſubſtituto videntur adduci. In primis quod † teſtamentũ debeat vires ſumere à ſecundò gradu, ex quo inſtitutio eſt pro non ſcripta, ſicut quando inſtitutus eſt deportatus. l. j. & ij. C. de hær. inſt. per Bartol. in l. j. iiij. quæſt. de vulg. reſpõdeo hoc verũ eſſe, vbi poſsit à ſecũdo gradu incipere, quia conditio ſecundi gradus euenerit, non autem vbi defecerit, vt in caſu noſtro, in quo iſte ſubſtitutus excluditur per exiſtentiam filiorum, vt dixi. Nec obſt. quod in caſu noſtro facienda ſit extenſio de vno caſu ad alium, de morte naturali ad ciuilem, prout plerunque fieri ſolet. leg. Deo nobis. §. j. C. de epiſ. & cler. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. & ibi per doctor. Nam reſpondeo, quod in caſu noſtro non eſt extenſio, ſed correctio, vt admittatur ſubſtitutus, exiſtentibus filijs inſtituti, quẽ teſtator præcisè eo in caſu excluſit. Et certè † quãdo tractamus de extẽſione, ea ſemper

fit, vel quia verba testatoris, vel quia mens suadeat. d. §. & quod si tm. l. in cõditionib. l. cũ auus. de cond. & de. Sed in casu nostro vtrunq; stat in contrariũ. In primis mens testatoris, qui nepotes suos præmulit substituto. l. Luc. ij. ff. de hær. inst. & qui
8 potuit hoc facere, cum posit † pater nepotes legitimos ex filio spurio instituere, dummodo citra fraudẽ hoc faciat, vt per Bar. & doc. in l. Gallus. §. quid si is. in fi. ff. de lib. & post. & bona fides satis ostenditur ex ipsa legitimatione, & facit tex. in l. Luc. §. j. & quod ibi not. ff. de leg. j. & quãuis videãtur filij dũtaxat positi in conditione, tamen propter illam dictionem, *masculis legitimis*, videntur etiã in dispositione, secundũ Gui. Pap. decis. clxxxiiij. Dec. in l. j. C. de pact. vbi dicit se sæpissimè ita cõsuluisse, vt apparet consi. cccxiij. Idem tenet etiam Curt. Iun. in l. emancipatã. C. qui admit, & licet hæc opinio habeat aliquos contradicentes, tamẽ in casu nostro arbitror esse verisimam, ex quo ap-
9 paret de mente testatoris, quia † legitimatio quãuis nulla, declarat tamen mentem testatoris. l. fin. ff. de reb. eorum. l. in adoptionibus. ff. de adop. maximè cum in testamento adest clausula, *Omni meliore modo*, vt per Paul. Cast. consi. lxxxiij. presupponitur, quod iste pater versi. iij. & hoc. & consi. cccc. xxix. Præterea imò fortius dico, quod etiam ipse filius posset facere se iterum legitimari solẽniter,
10 ex quo habet voluntatem patris sui, & tunc † institutio, quæ aliàs non valeret secundum not. in leg. eam quam. C. de fideicom. cõfirmaretur, & excluderentur venientes ab intestato. arg. auth. item cum quis. C. de nat. lib. vt dicunt Mod. in l. ij. ff. de vulg. & Lancel. Galliaul. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum arg. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthu. in quam sententiam etiam videtur inclinare. Dec. consi. clxxvj. Vnde satis apparet, quod mens testatoris est contra hunc substitutum. De verbis verò minor est ambiguitas, cum verba expressè vocent substitutum, eo tantum casu, quo iste decesserit sine filijs. Vnde apparet eum excludi, casu quo adsint filij cum prætor. de iud. l. Titio vsusfructus. ff. de cond. & dem. maximè ponderando dictionẽ,
11 *Tunc & eo, casu*, quæ est limitativa, & prohibet † extentionem extra illum casum, secundùm Anch. cõsi. cclxvij. Soc. cclviij. Dec. cõsi. lxxxix. ccxxviij. cccxv. cccxxxij. & alibi sæpè, maximè propter vim geminationis de qua in l. balliſta. ff. ad Trebel. frustra ergo in casu nostro fieret extensio aduersus verba & mentem testatoris, vt meritò de ea tractãdum non sit. Non obstat d. Bartol. in d. l. Centurio. vbi concludit quod in compendiosa, verba illa, *Si decesserit*, comprehendunt vulgarem si hæres esse non poterit. nam respondeo, quod in casu Bartol. non tractatur de extensione, sed de significatione verborũ, quæ hoc importat, secundùm eum, quia,
12 † quando testator dicit, *Si filius decesserit*, intelligitur decedat in vita testatoris, siue non, siue ante testamentum, siue post, præsuppositio, tamen semper quod siue decedat sine liberis, vbi verò habeat liberos, tunc conditio expressim repugnat, & excludit substitutum, nec est locus extensioni aduersus expressa verba conditionis. Nec obstat, quod tempore testamenti, vel mortis iste institutus non haberet filios, & sic tunc conditio non obstat substituto, & videtur tale tempus debere attendi. l. si alienum. §. in extraneis. de hæred. instit. quia respondeo, quod verba testatoris propriè non de tẽpore aditionis loquuntur, sed de tempore mortis, quia hoc sonat illud verbum, *Si decesserit* vnde supernascentibus deinde filijs, censetur conditio defecta, & retrotrahitur, tanquam à principio inesset, etiam in vulgari, de quo per gloss. in leg. si ex pluribus. ff. si pars hæred. petat per Bartol. & doct. in leg. planè. §. si coniunctum. ff. de legat. j. facit quod habetur in l. si quis hæres ita. vbi Angel. & Paul. ff. de acq. hæred. Non obstat subtilis illa differentia, an institutio sit caduca, an pro non scripta, quia quantũ sit ad casum nostrum, nulla prorsus est differentia, cum conditio non sit adiecta in institutioni, sed substitutioni, vocatur enim substitutus, decedente instituto sine filijs. Vnde † vt 13
substitutus admittatur, oportet vt probet euentum conditionis. leg. ex facto. §. si quis autem, vbi doct. ff. ad Trebel. si ergo extant filij, deficit substitutus conditione, qualiscunque fuerit institutio, siue caduca, siue pro non scripta. Nec est verum, quod in institutione, pro nõ scriptã satis sit, quod substitutus fundet se ex sola nullitate, quia imò debet probare etiam euentum conditionis, sub qua est vocatus, vt dixi in d. §. si quis autem. Non obstat, q. aduersus Soc. inducitur, quod conditio, *Si sine liberis decesserit*, non sit omninò voluntaria respectu substitutionis vulgaris, quia manifestum est dictam conditionem, respectu vulgaris esse prorsus voluntariam, vt inquit Ruinus in d. leg. j. loco suprà allegato, nec constituenda est differentia inter hanc conditionem & illam, *Si non habuerit libros*, quia ex futura morte declarabitur euentus conditionis, & retrotrahetur, vt suprà dixi. Nec obstat, quod si † institutus repudiasset, ad 14
mitterentur substitutus. leg. ij. §. sed si sine suis. leg. ad Tertullian. ergo etiam si est impotens ad succedendum. Nam respondeo, quòd imò si repudiasset, habens filios non admitteretur, substitutus, quia defectus conditione, per supradicta, sed vel admitterentur venientes ab intestato, vel vt ego arbitror esse verius, admitterentur filij tanquam tacitè vocati à testatore, ad fideicommissum, vel ex quodam iure tranmisionis, de quo in dicta leg. Lucius. ij. de hæred. institu. & per Baldum. & Cornẽum in leg. prima. C. de ijs qui ante ap. tabu. Bald. in leg. si pater. iiij. quæst. C. de institut. & substitut.

CONSIL. XXXVIII. SVMMÆ.

1 *Vsufructuarius ad ipsam cautionem præstandam tenetur, quam etiam testator ipse remittere non potest, quare.*
2 *Mulier vsufructuaria tenetur cauere de restituenda æstimatione earum rerum, quæ vsu consumuntur, vel deferuntur, habito respectu ad valorem temporis traditionis.*
3 *Vsufructuarius si non præstet cautionem, non facit fructus suos, sed tenetur ad eorum restitutionem ipsi hæredi.*
4 *Si maritus existentibus filijs legitimis, reliquat vxorem suam dominam, massarium, vsufructuarium hæreditatis suæ, non tamen potest consequi aliud quàm alimenta, & præeminentiam, quam habebit viuente marito.*
5 *Particularis institutio habet vim prælegati.*
6 *Legatarij quibus sub conditione, vel dies restituendi sit legatum, possunt interim cautionem petere.*
7 *Descriptio vt sciatur, quæ res sint in hæreditate ad finem, ne dissipentur, potest peti ab eo, cuius interest.*
8 *Pater vsufructuarius non tenetur ad vllam satisdationem propter ius patriæ potestatis, & reuerentiam, quæ illi debetur, & secus est in matre.*
9 *Qui petit cautionem de vtendo fruendo, vel consuetudinarium, non dicitur vsufructuarium impedire, vel molestare ex quo talis petitio venit ex natura actus.*

10 Dictio

10 Dictio plena, refertur ad ius proprietatis.
11 Ille dicitur pleno iure possidere, qui possidet vt dominus.
12 Si quis in libello petierit possessionem pleno iure, ad se trãs ferri videtur intentasse non solùm possessorium, sed etiam petitorium.
13 Dictio omnimodam, est dictio præcisa, & omnia comprehendit.
14 Vsufructuarius legis interpretatione dicitur naturaliter possidere.
15 Dictio possessio, etiam proprietatem significat.
16 Si quis legat possessionem bonorum suorum alicui, intelligitur legasse proprietatẽ, nõ solùm bonorũ immobiliũ, sed etiam mobiliũ, quando cõmunis vsus loquendi non repugnaret, quò ad mobilia.
17 Clausula omni meliori modo in testamento quid operetur.
18 Dictio administrationem quid.
19 Iudices ordinarij dicuntur administratores.
20 Voluntas testatoris potissimùm est attendenda.
21 Hæres contrafaciens voluntati testatoris, etiam minus legitimè non est tutus in foro conscientiæ, quò ad Deum.
22 L. 1. C. de vsufr. declar.
23 Vsufructuario via contractus cautionem à testatore committi.
24 Valet conuentio, cuius euentus conferatur etiam post mortem.
25 In testamento potest contrahi.
26 Consuetudinem facti probandam esse.
27 Consuetudo est stricti iuris, vnde probatio eius de certo loco nihil infert de alio.
28 Cautio proueniens ex edicto, vel legatorum nom. cau. potest per testatorem remitti.
29 Præstare cautionem, & non conficere inuentarium, sunt correlatiua, & recipiendum & alterum in præiudicium alterius.
30 Inquirere facultates, est inquietare vsufructuariam, quia eius interest bona non manifestari.
31 Si testator mandat debita sua solui de bonis suis, videtur remisisse onus conficiendi inuenta.
32 Factum Patris in casu filijs damno esse.
33 Pater non nisi volens est administrator legitimus.
34 Vbi auxilium ordinarium & extraordinarium competit contra diuersos, quorum alter gerit officium necessarium, vt est tutor tunc electio est minoris, quod eorum intentare velit.
35 Via, quam intestatus ea tibi pateat.

A rerum, quæ vsu consumuntur, vel deteruntur habito respectu ad valorem temporis traditionis. § constituitur, vbi gl. in verb. vestimenta insti. de vsufr. notat in l. si. vsufructus mihi. §. si vestis. eodem tit. per Ant. de Bur. & Pet. de Anc. in c. fin. extra, de pign. & si † vsufructuarius non præstet cautionem 3
non facit fructus suos, sed tenetur ad eorum restitutionem ipsi hæredi. l. vsufructu. vbi Bar. & doct. C. de vsuf. Secundò, quia si teneremus hanc mulierem non esse vsufructuariam, videretur dicendum,
B quòd deberet tantummodò consequi alimenta in hæreditate mariti, iuxta consuetudinem Bulgari, de qua in auth. hoc locum. C. si secun. nupt. mul. vbi † si maritus, existentibus filijs legitimis, relin- 4
quat vxorem suam D. massariam, vsufructuariam hæreditatis suæ, non tamen potest aliud consequi quàm alimenta, & præeminentiam, quam habebat viuente marito, & ideo tali casu nõ teneretur satisdare, & quamuis testator liberauisset eam à cautione, non tamen illud argueret, ei verè relictũ
C vsumfructũ, sed potius quendam vsumfructum restrictum ad alimenta tantũ, vt per multas rationes probat Franc. de Aret. in consi. xl. incip. præsuppo nitur in facto. Tertiò, quia cum isti hæredes vocati, sint in casu mortis ipsius mulieris, & instituti sint particulariter, talis † particularis institutio ha- 5
bet vim prælegati. l. quid ergo. secunda. ff. de leg. j. l. ex facto. ff. de hære. inst. vnde tanquã † legatarij, 6
quibus sub conditione, vel in diem restituendũ fit legatum, possunt interim cautionem petere. leg. hæc stipulatio. ff. vt leg. nom. caue. Guid. Papæ. quæst. cccl. & ideo potest etiam compelli ad
D conficiendum inuentarium, vt ibi concludit præfatus doctor, & Vitalis in tract. claũsularum, in tit. nil. noua. confect. penden. & satis sentit hoc dominus Alex. consi. lviij. in iij. vol. Et quamuis hęc cautio possit per testatorẽ remitti. l. pen. C. vt in poss. leg. & per doct. in d. l. nemo potest in v. q. Bart. tamen istud procederet si expressè appareret de mẽte testatoris, qui quamuis prohibeat cautionem,
E non tamen prohibet inuentarij confectionem, & ista videntur diuersa. l. fin. ff. de bon. auct. iud. poss. & quod per illum text. not. Guido. de Suz. & Alber. de Ros. ibi, dum dicunt, quod si mulier post mortem mariti dicat, se vigore iurium dotaliũ velle remanere in possessione bonorum mariti, poterit cogi à priuignis ad quos causa successionis pertinet, conficere inuentarium, ad idem regula generalis, quòd † descriptio, vt sciatur quæ 7
F res sint in hæreditate, ad finem ne dissipentur, potest semper peti ab eo cuius interest, & ideo quamuis prohibita sit sequestratio, non tamen prohibetur huiusmodi descriptio. leg. j. §. pen. ff. de vent. in poss. mitt. Bartol. in leg. post contractum. in pen. quæst. ff. de don. int. in l. fideiussor. ff. qui satisd. cog. Nec hic dicatur, quod cessat omnis suspicio, propter qualitatem mulieris, quia respondeo, quod speciale est † in patre vsufructua- 8
rio, vt non teneatur ad vllam satisdationem, propter ius patriæ potestatis, & reuerentiam quæ
G illi debetur, secùs est in matre. leg. fi. §. fin aute ꝛs alienũ. vbi glo. in verb. reuerẽtia. C. de bo. quę lib. Et si concludamus teneri dictam mulierem ad cauendũ, vel conficiendum inuentarium de iure, poterunt hęredes eam compellere, non obstantibus verbis legati, quæ talem casum non videntur comprehendere, quia † qui petit cautionem de vtẽdo 9
fruendo, vel confici inuentarium, non dicitur vsufructuariam impedire, vel molestare, ex quo talis petitio venit extrahura actus. arg. l. quarto. §. inter



ACTI præsens species, magnas prima fronte complecti difficultates videtur, quia aduersus clarissimam hãc viduam induci quàmplurima in iure nostro possunt, quibus ad inuentarium cõficiendum videretur
1 obligari. Primum, quia vsufructuarius ad cautionem præstandam tenetur, quã etiam testator ipse remittere non potest. l. j. C. de vsufruct. l. scire. C. vt in poss. leg. nomi. cuius rei duplex est ratio, tum quia huiusmodi cautionis remissio fructuarium inducerer ad delinquendum, tum quia inuenta est in fauorem hæredis, & ideò à testatore remitti non potest. arg. l. quod de bonis. §. j. ad leg. falc. & ita communiter receptum est in dictis iuribus. & per Bart. in l. nemo potest. in ij. opp. ff. de leg. j. & in l. damni. §. Sabini. de damn. inf. quod fortius procedit, quando in vsufructu ad sunt etiam bona mobilia, quo casu cautio est de substantia ipsius vsusfructus & ideo nullo modo potest remitti. l. ij. l. hoc senatus. ff. de vsufruc. earum rer. & tenetur
2 † mulier cauere restituendã æstimatione earum

locatorem.ff.loc.& l.venditores.de verb. obliga. per quæ iura hoc in terminis tenet Bald. in d. l. j. C.de vſufr. Paul.Caſt. in l. Lucius. §. tres hæredes.ff.ad Treb.. fortius dicit Alex. in d. l. quod de bonis.§.j.ff.ad leg.Falc. quod etiam ſi hæres mortuo teſtatore promiſiſſet d.vſufructuariæ,non moleſtare eam aliquo modo in vſufructu , ſub pœna poſtea petendi dictam cautionem,non incideret in pœnam,quia intelligeretur de moleſtia quę malo animo & malo modo inferretur, non quæ per viam iuris allegari nor.per gl.in l.ſi ſeruum.§.prætor.in gl.in verbo.quod malo.ff.de acq.hær.ſequitur Picus in rep.l.Titia.§.Titia. quæſt. liiij. ff. de leg.ij. Sed his tamẽ non obſtantibus,contrarium, ſecundum ea quæ proponuntur , videtur de iure eſſe concludendum, & difficultas omnis cõſiſtit, circa verba teſtamenti , an mulier iſta ſit vſufructuaria,quibus verbis diligenter perpenſis , videtur mihi concludendum,non eſſe vſufructuariam, ſed proprietariam potius , idq; pluribus rationibus. Primò,quia teſtato rei relinquit, *Plenam & omnimodam poſſeßionem*, quæ † dictio, *Plenam*,refertur etiam ad ius proprietatis,quia ille dicitur † pleno iure poſsidere,qui poſsidet vt dominus.l. j. C. de reuoc.don.facit.l.raptores.§.ſin aũt. & q. ibi not. Bald.C.de Epiſc. & Cler.& ideò † ſi quis in libello petierit poſſeſsionẽ.*Pleno iure.* ad ſe transferri, videtur intẽtaſſe nõ ſolũ poſſeſſoriũ, ſed etiã petitorium.c. querelam.vbi Inn.not.extra,de elect.c.cũ & plantare.§. nihilominus. de priuil.cum multis ſi.quæ accumulat Iaſ.in l. ſi ita ſtipulatus fuero , ſi Titius.§.Titius.ff.de verbor.oblig.maximè accedente geminatione illius † dictionis , *omnimodam*, quæ eſt dictio præciſa,& omnia comprehendit.l. *omnimodo*.C.de inoffi.teſtam.glo. in l.ſi cum exceptione.§.quatenus. ff. de eo quod met. cau. & eſt glo.not.in clem. j. in verbo,omnimodam. quam Abb.& alij ſequuntur de foro compe.& maximè, quia ſi diceremus eam eſſe vſufructuariam , non haberet plenam poſſeſsionem, quia poſſeſsio ciuilis eſſet apud hæredes.l. certè. §. is qui rogauit. ff.de prec. imò & vera naturalis videtur eſſe apud hæredes.l.acquiritur.§.fi.ff.de acqui. rerum dom. licet † interpretatione legis,vſusfructuarius dicatur naturaliter poſsidere. l. naturaliter.in princ. ff.de acqui.poſſ.confirmatur ex † dictione *poſſeßionem*,quæ etiam proprietatem ſignificat.l.filij. §. fi. ff.ad municip.l.interdum. ff. de verb. ſignifi. cum ſimilibus. & ideo dicunt doc. quod † ſi quis legat Titio poſſeſsionem bonorum ſuorum , quod intelligitur legaſſe proprietatem,non ſolùm bonorum immobilium,ſed etiam mobilium, quando communis vſus loquendi non repugnaret , quo ad mobilia,ſecundùm Petrum, Cyn.& Bald. in l. fin.C.de compenſ. Bart.in l. vxorem. §.legauerat in fin.de leg.iij.Alexand. Iaſ. & alios in leg. j. in princip.in glo.j.de acquir. poſ. per Guilielmum de Cun.in l.licet.C.eo.tit.quod maximè eſt dicendum in iſto caſu , in quo apparet proprietatem ipſam alteri non eſſe relictam , quia teſtator expreſsè relinquit res iſtas hæredibus , non niſi poſt mortem ipſius mulieris , & ſic videntur hæredes habere prælegatum harum rerum , in diem mortis mulieris,& non antè,vnde interim mulier ipſa dicitur proprietaria, & clauſula † *omni meliori modo*, &c. quæ eſt in teſtamento,facit, vt teſtamentum ſuſtineatur tanquam hæredes purè ſint inſtituti, demptis prælegatis rerum particularium , quæ deinde præſtabuntur mortua vxore , vt per multas rationes in ſimili conſuluit Alexand. conſi. cxij.in iij. quas hic referre eſſet ſuperuacaneum, cùm apud eum legi poſsint , ſequitur ergo vt reſpectu horum prælegatorum , mulier ſit interim proprietaria.& ceſſat illa dubitatio doctorum, de qua in leg. filius à patre. ff. de lib. & poſth. & per Iaſ.in l.extraneum.C.de hæredib. inſtit. qui dubitant de vxore vſufructuaria , quando nemo eſt inſtitutus hæres,niſi poſt eius mortem,noſtra autem quæſtio eſt in muliere proprietaria , facit deciſio Bald. in leg. id quod pauperibus in xiiij. quæſt. C.de epiſco. & cleri. vbi poſt Martinum Sillimanum in fortiori caſu loquitur de vxore inſtituta in vſufructu , & poſt eius mortem ſit alius inſtitutus , quia in vita non habet cõhæredem, ipſa hæres vniuerſalis efficitur , refert & ſequitur Dec.in conſilio cclxxviij. vbi limitat non procedere,quando inſtitutio illorum,non eſſet expreſsè collata poſt mortem vxoris , quæ limitatio in caſu noſtro non procedit, in quo teſtator expreſsè vocat iſtos hæredes ſolummodo poſt mortem ipſius vxoris , vnde manifeſtè apparet ipſam eſſe proprietariam. Quod ſuadetur etiam ex alijs verbis teſtamenti,quibus, *Permittitur illi regimen*, quod ius in re ſignificat.leg. j. ibi regimentis rei publicæ,&c.ff.de offi.præfe.prẽto.& etiam ex † dictione,*Adminiſtrationem*, quæ verificatur, etiam in his, qui proprio iure adminiſtrant, vnde † iudices ordinarij dicuntur adminiſtratores.auth. ad hæc.C. de iudic. cum adminiſtrent iure proprio. leg. j. §. fin.de offi.eius cui,facit,quod habetur in cle. j. de reſcrip. Confirmatur etiam per illa verba, *vtilitatibus,fructibus,prouentibus*, quæ includunt quodcunque emolumentem, etiam titulo proprio proueniens , vt in ſimili dicit Paul. de Caſtren. conſi. lxviij.incip.quod dicti reditus. in j. volum. Raphae.Comen.conſ.clxij.viſa copia. Et iſta opinio eſt maximè tenenda,quia † conformis eſt voluntati teſtatoris, quæ potiſsimùm debet attendi. l. pater Seuerinam. ff. de condit.& demonſtrat. & † hæres contra faciens voluntati teſtatoris, etiam minùs legitimè non eſt tutus in foro conſcientię, quo ad Deum, vt dicit Angel. in leg. quidam. §. illo procul.per illum text. C. de neceſ.ſer. Corn. conſi.cxix.in ij. vol. His ſic præſuppoſitis, apparet manifeſta ſolutio ad omnia , quæ in contrarium adducuntur. Et in primis non obſt. textus in d.leg.j. C.de vſufru. quia reſpondeo duobus modis.Altero,quod loquitur in vſufructuario,iſta autem mulier eſt proprietaria,vt ſup.eſt concluſum. Altero,dico quod etiam ſi eſſet † fructuaria, cum teſtator in hoc caſu remiſerit illi cautionem per viam contractus, valet remiſsio , quia prohibitio dictæ legis non habet locum in remiſsione facta per viam contractus,cum ipſo teſtatore, cum teſtator poſsit de bonis ſuis diſponere ad ſui libitum,& ita tenet Guil. de Cun. Raphael Com. & Salyc.in d.leg. j. & illa opinio non habet contradicentem. Quod autem remiſsio ſit facta, per viam contractus apparet ex eo, quia vterque ſimul eſt teſtatus . & illam clauſulam remiſsionis mulier in teſtamento ipſo expreſsè acceptauit, marito ipſo volente,& conſentiente, vnde oritur obligatio ex pacto conuento inter ipſos. l. j.ff.de pact.& † valet conuentio , cuius euentus conferatur etiam poſt mortem.l.j.C.vt act.ab hæred.& cõtra hæred.not.in l.centeſimis.ff.de verb.obli, nec minus dicitur aliqua cõuentio eſſe cõtractus,quia facta ſit in teſtõ,cũ etiã † in teſtamẽto poſsimus cõtrahere.l.ſi.C.de fideic.declarat Bar.in l.nemo poteſt in prima oppoſitione. ff.de leg. & fideicom. j.&

l. & in cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. & per Bal. in c. ex literis de consue. doctores in l. hæredes palã. §. fi. per illũ tex. ff. de testa. Secũdò non obst. quod ista mulier videatur esse alimentaria tantũ; quia respõdeo, quod † d. consuetudo
26 Bulgari est facti, non iuris, & ideo debet probari, vt habetur in c. fi. extra, de consue. Imo cõsuetudo est stricti iuris, vnde probatio eius de certo lo-
27 co nihil infert de alio. l. ij. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; prima. vbi Bar. not. & non est verisimile talem cõsuetudinem esse in Germania, sed quod plus est, etiamsi esset nihil faceret, quia verba testamenti non possunt aliquo modo pati hãc interpretationẽ, vt hęc mulier sit alimentaria tm, quia hoc modo nõ haberet, neq; omnimodã possessionem, neq; proprietatem, vtilitatem, fructus, &c. vnde nullo pacto potest assumi hæc interpretatio, & ratio à verbis non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. & fideic. iij. Tertiò non obst. quod etiam si sit proprietaria videtur quod possit compelli ad satisdationem iuxta titulum. ff. vt leg. nomi. cauea. &c. quia respondeo quod talis † cautio,
28 prouenions ex illo edicto, potest per testatorẽ remitti, vt est casus in d. l. pen. C. vt in possessio. legat. & per doctores in d. l. nemo potest. Quo autẽ sit remissa, probatur ex verbis testamenti, quibus iubentur isti aduersantes, *impedimentum aliquod, seu contradictionem nõ præstare, neq; petere rationem, calculum, cautionẽ, securitatẽ, &c.* Quæ verba satis compræhendunt confectionem inuentarij, quia † reciproca
29 sunt, aut correlatiua præstare cautionem, & confícere inuentarium, cùm alterum sit præambulum alterius. l. j. §. recte. ff. vsufru. quemad. cauea, vt dicit Alex. in d. consi. lviij. in iij. vol. & And. Sic. cõs. lxiiij. in ij. vol. vbi consuluit in casu longè fortiori, in fauorem mulieris. Facit quia, *Prohibita molestia, & inquietatione.* satis dicitur prohiberi hæc rescriptio,
30 qm † inquirere facultates, est ipsam inquietare. l. ij. C. de alim. pupil. præstan. l. ij. versi. sed vbi quarta. C. quan. & quib. quar. pars. quia eius interest bona non manifestari. facit. l. mercatores. in primo respõso. C. de commer. imo istud sapit, quandam iniuriam. l. si iniuriæ. ff. de iniur. & quod not. Abb. consi. iiij. in fi. versi. item potest in ijs, talis enim descriptio sapit naturam executionis, & primi decreti. d. l. fi. ff. de bon. aucto. iudic. possiden. l. pollicitationibus. in fi. vbi glo. ff. de pollicit. & ideò non potest citra iniuriam fieri, facit lex finalis. C. de bon. vacant. lib. x. confirmatur hæc conclusio per illud quod notabiliter voluit Bald. in l. j. C. de fils, quæ pœnæ nomi. in lectura antiqua.
31 vbi dicit quod † si testator mandat debita sua solui de suis bonis, quod videtur remissse onus conficiendi inuentarij, sequitur And. Siculus d. consi. lxix. Et ex ijs consequens est vt totus sit pœnæ appositæ per testatorem ipsis, contrafacientibus, eius voluntati, quia petierunt inuentarium contra prohibitionem testatoris, & dictam mulierẽ molestauerunt, vnde commissa est pœna, quia potuit testator eos tali onere aggrauare. l. j. C. de ijs, quæ pœnæ nomi. nec obstant decisiones in contrarium allegatæ in d. l. quod de bonis. §. ff. ad leg. Falcid. & in d. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. quia loquũtur in casu, quo remissio inuentarij nõ valeret, nõ aũt procedunt in casu nostro, in quo suprà conclusum est, valuisse remissionem à testatore factam, vnde contrauenies incidit in pœnam. Nec obstat si diceretur, quæ quantum sit respectu filiorum Leonardi pupillorum, quod non videtur posse & locum esse pœnæ, ex quo ipsi nõ contrauenerunt, sed pater, quia † respondeo, quod tali casu videtur ex facto ipsius patris eos in pœnam incidere, ex quo hæc pœna amissionis hæreditatis, non potest æquè cadere in patre, sicut in pupillo, cùm soli pupillo delata sit hæreditas, vt est casus in l. Polla. C. de his quibus vt indi. declarat Bartol. in l. si dolo. ff. si quis omis. cau. testam. ab intestato. Sicut videmus etiam in ecclesia, quæ ex facto prælati tali casu incideret in pœnam, & tu habemus nullam. C. de sacrosanct. eccl. vbi Cynus, Bal. Salic. & alij. Et idem videmus in domino, qui etiam ipse tali casu ex facto procuratoris sui plecteretur. l. prima. §. si procurator, vbi Moderni. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. licet ipsi pupillo succurreretur vt præstetur indemnis in bonis ipsius tutoris, ex cuius facto in pœnam incidit. Nec obstat si diceretur, quod imò competere debeat etiam prouisio ipsi pupillo, ne incidat in pœnam argumento glos. in d. l. Polla. quæ vult tali casu duo remedia alternatiuè pupillis competere. Alterum, quia possunt existere ne incidant in pœnam. alterum, quia si soluunt pœnam, possunt agere contra tutorem, vt seruentur indemnes. Quia respondeo, quod illud potest procedere vt primum remedium detur in fauorem tutoris, qui ex necessitate gerit officium, secus in fauorem †
33 patris, qui non nisi volens est legitimus administrator. leg. fin. §. fin autem patre recusante. C. de bon. quæ libe. & ita sentit Salycetus ibi, qui assignat hanc rationem illi glossæ. quia † vbi auxilium ordinarium & extraordinarium competit cõ-
34 tra diuersos, quorùm alter gerit officium necessarium, vt est tutor, tunc electio est minoris, quod eorum intentare velit. l. etiam. leg. fin. C. si tuto. vel cura. interuen. secùs si officium est voluntarium, quia primò intentandum est ordinarium. l. cum mandato. ff. de min. Et ideò in casu nostro non posset pupillus restitui in integrum aduersus pœnam nisi casu, quo pater ipse administrator non esset soluendo. Et licet hæc opinio videatur prima fronte rigorosa, tamen in puncto iuris videtur verior, & cessaret rigor, quando ex consuetudine regionis, & qualitate personarum, talis petitio conficiendi inuentarij reputaretur contumeliosa honestæ & graui mulieri, tanquam tacitè eam incusaret de perfidia. Et ideo dicit text. in d. leg. si iniuriæ. ff. de iniur. quod huiusmodi descriptio, & inuentarium quandoque inducit iniuriam, & ita eum textum norant doctores. Illud etiam est annotandum, quòd dictus Leonardus huiusmodi petitionem facere non potuit pro filijs suis, nisi casu quo filij sui adhuc non excessissent septimum annum, quia illa ætate exacta solus non agit. d. leg. fi. §. vbi autem. iuncta glos. in §. j. in verbo. sin autem in secunda. C. de bonis quæ libet. Et suprà dicta omnia procedunt iuxta ea, quæ mihi in facto sunt propellata, considerata petitione inuentarij conficiendi huic mulieri facta, nam si isti non inuentarij confectionem, sed legitimam suam petijssent, tunc fuisset alius articulus discutiendus, sed postquam inuentarium petierunt, non potest aliud de iure responderi, vt † via, quam intestati, ea tibi pateat. leg. si mulier. §. fin. ff. quod me. cau. Quo verò ad
53 vltimum quæsitum, cùm vnus ex istis executoribus testamentarijs, interpellatus à muliere, noluerit ei assistere, & testatoris voluntatem exequi, non est dubium ius ad alios coexecutores deuolui, vt est casus in c. fi. §. fi. extra, de testam. lib. vj.

S V M-

CONSIL. XXXIX. SVMMÆ.

1 Verba, & casu quo deficerent masculi, generaliter intelligũtur, etiam si non sint nati.
2 Substitutus coniuncto præfertur.
3 Vbi testator fecit plures gradus substitutionum, vltimus succedit in locum præceden. caduci.
4 Caduci gradus etiam conditione reijci.
5 In fideicommissi regulare est vt pluralitas in singularitates resoluatur.
6 Semper substitutus coniunctum excludit.
7 Legatum habens diem solutionis, purum esse.
8 Vulgaris substitutio agnatione legati expirat.
9 Substitutio facta pluribus per relatiuum, quibus non expirat aditione vnius, sed separatim accipitur, & substitutus excludit coniunctum.
10 Frustra ponitur in dubitatione, quod est in legis certitudine.
11 In portionibus agnitis, non est locus iuri accrescendi.
12 Relatiuum ad proximiora referri debet.
13 Hæreditas magis debetur descendenti, quàm transuersali.
14 Substitutio facta post mortem omnium, non verificatur vno moriente.
15 Substitutio fideicommissaria, semper dicitur respicere plures effectus, non autem vnum.
16 Hæres tanquam prædictus præfertur ei, qui non est vocatus in eum casum à testatore.
17 Substitutio quæ non sortitur effectum, non impedit ius accrescendi.
18 Sublato gradu, quia pro non scripto sit substitutus, admittitur & præfertur coniuncto.
19 Copulam duobus modis accipi.
20 In substitutione fideicommissaria, vel etiam in vulgari cõcepta per relatiuum accipitur interpretatio, vt copula stet singulariter, non autem in sensu composito.
21 Dictio tam, & quam, sui natura ad singularitatem referuntur.

CONSVLTATIONIBVS visis præstantissimorum doctorũ in fauorẽ D. Camili, & alijs aduersantibus, p. Vallorio, & rogatus ipse quoq; opinionem meam pro veritate & iustitia adducam, non putaui detrectandũ, & quia diffusè vtrinq; allegatũ est, existimaui posse me breuius agere, & punctum ipsum paucioribus attingere. verba testamenti sunt, *Quibus testator post legatũ factum illis de Laude nepotibus, suis ex sorore, fecit aliud legatum Gadaldo, & Gabrieli Vallotijs suis nepotibus ex alia sorore, cum hac substitutione, quibus eius nepotibus tam de Vallotio, quàm Laude, substituit in dictis legatis filios ipsorum masculos legitimos, &c. quos inuicẽ substituit in dictis legatis, & filios ipsorum filiorum legitimos in infinitum, & casu quo deficerent masculi legitimi, ex legitimo matrimonio procreati, &c. tam ex dictis de Vallotio, quàm de Laude, quod dicta legata reuertantur in infrascriptos eius hæredes, &c. & hoc pro omni eo quod dicti de Vallotio petere possent in bonis & hæreditate testatoris, &c.* Modo euenit casus, q, mortuus est Gabriel sine filijs, quæritur ad quem pertineat pars sua legati? Et mihi videtur, secũdum regulas communes, non quærendo nodum in scirpo, quod sit locus substitutioni hæredum, & sic d. Camillus sit potior, excluso Gadaldo, & cæteris legatarijs. Illa enim † verba, *Et casu quo deficerent masculi*, generaliter intelligũtur, etiam si non sint nati vt quia Gabriel nullos susceperit argumento l. iij. §. definere. ff. de vsufruct. quemad. caue. & consuluit Dec. consi. ccxxvij. apparet ergo substitutum esse d. Camillum etiam in hunc casum. Et cum filij Gabrielis sint substituti ipsi Gabrieli, & † vltimo loco Camillus, si filij Gabrielis non nascantur, & sic substitutio in eorum persona sit pro non scripta, legatum deuoluitur non ad coniunctum, sed ad substitutum. l. j. §. in primo verbo, vel substitutus. C. de cad. tol. facit conclusio generalis doctorum, quod † vbi testator fecit plures gradus substitutionum, vltimus succedit in locum præcedentis caduci. l. quandiu vltima, versi. is autem qui tertio. ff. de acq. hæred. vbi Bart. in fi. hoc tenet & sequitur ibi Aret. & etiam sequuntur Mod. in l. j. ff. de vulg. & pup. quod intelligunt doctores, etiam si conditio adiecta præcedenti repugnaret, quia ea non attenditur cum † caduco gradu, etiam conditio tanquam caduca reijciatur. d. l. j. §. ne autem. C. de cad. tol. l. legatũ sub. ff. de adim. leg. Simpliciterq; vltimus admittitur, vt consuluit Paul. Cas. cons. clij. incip. prẽsens dubium videtur. & in j. sequitur Alex. cons. cxxxix. li. vj. Ias. consi. clviij. Corn. ccxcviij. in iij. Dec. ccccxxvij. Cur. Iun. lxxxviij. cum simil. Apparet ergo secundũ communes regulas admitti D. Camillum, tanquam substitutum & potiorem coniuncto. Nec ei obstat, quod verba substitutionis videntur concepta coniunctim, *Casu quo deficerent masculi, tam ex Vallotijs, quàm ex Laude, &c.* & sic nõ videatur substitutus vocari, nisi omnibus deficientibus, non aũt vno tm, vt habetur in l. quãuis. C. de impub. Nã respondeo, q, imò in prædicto casu locus est substitutioni, etiam vno tantũ decedente, quia † in fideicommissis id regulare est, vt pluralitas in singularitates resoluatur. l. Lucius. §. Caio. ff. Ad senatusc. Trebel. l. fi. §. pen. ff. de leg. & fideicõ. ij. & ratio est, quia in fideicommissis videtur testator pluriũ separatim fidem elegisse, id est, vnũquenq; separatim pro rata portionis suæ grauasse, vnde tunc substitutio, quãuis pluribus coniunctim facta, pro separata accipitur, & substitutus cõiuncto præfertur, secundum Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad senatusc. Trebel. fideicõmissa enim onus inducũt, at onus vnius, nihil ad alterum pertinet, meritò censetur substitutio fideicommissaria separatim inducta, quo casu † semper substitutus coniunctum excludit. l. æquissimum. §. si duo. ff. de bon. poss. secun. tab. l. j. §. pro secundo. C. de cad. tol. l. pen. ff. de iniusto rupt. Et propriè nos sumus in fideicõmissis, quia *cum † testator legauerit mille aureos*, &c. licèt adiecerit diẽ solutioni, tamẽ legatũ est pũrũ. l. ex ijs verbis. C. quãdo dies legati ced. vnde cẽsetur acquisitum legatario ipso iure. l. à Titio. ff. de fur. nisi quatenus ipse, vel hęres suus, in quẽ trãsmisit repudiasset. l. si fundũ sub conditione. §. si Titio. vbi Petrus & Albẽ. de leg. & fideic. j. cùm ergo sit † acquisitũ dominiũ legati, apparet ampliùs non esse locum vulgari substitutioni quæ agnitione legati expirat. l. post aditam. C. de impub. l. vt hæredibus. ff. de leg. & fideic. ij. sed solùm de fideicommissaria tractari. Fortius dico etiam si legatum non sit agnitum, & de vulgari substitutione tractaretur, adhucidem esse vt substitutio in nostro casu in singularitates suas resoluatur, & excludatur coniunctus. Cum enim verba substitutionis dicant, *Quibus eius nepotibus tam Vallotijs, quàm de Laude, substituit filios suos, &c.* succedit doctrina Bald. post Iacobum de Aren. in l. pen. C. de impub. quod † substitutio facta pluribus per relatiuum quibus, &c. non expirat aditione, sed separatim accipitur, & substitutus excludit coniunctum, per text. in leg. Lucius Titius testam. §. Lucius. cum ibi notatis. ff. de leg. & fideicomm. ij. sequuntur Mod. Pap. in d. §. cum ita. Quod dictum in casu nostro est certum & indubitatum, propter mentẽ testatoris. qui vo-

luit

luit filios succedere patribus suis, non autem admitti in eorum successione cum patruelibus, aut exrraneis, per regulam l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. consuluit Alex. consil. lxvj. in ij. Decius cons. lxxxvj. vnde cum clausula substitutionis in filijs istorum nepotum, separatim accipiatur, eodem modo, & ista sequens D. Camilli est accipienda, quæ in locũ prioris succedit. l. j. C. de impub. d. l. cohæredi. §. j. cum similib. Et hæc videtur mihi sufficere pro ostendendo manifesto iure D. Camilli, cum ex eis satis tollantur omnes rationes in contrarium, ab aduersantibus deductæ, quibus, tamen particulariter quoque respondendo, oñdam, eas esse minus sufficientes. Et in primis prosequar rationes primi consultoris, qui argumentatur à partibus sufficienter enumeratis, aut inquit volumus, quod Gabriel agnouerit legatũ, aut non, aut decesit antequam cederet dies legati, aut post, & semper portio spectat ad coniunctũ, vel per ius accrescendi, vel tanquam ad hæredem
10 proximiorem, &c. Respondeo † frustra poni in dubitatione, quod est in legis certitudine. l. ornamẽtorum. vbi doct. ff. de auro & arg. leg. constat autem per casum legis, quod legatum est purum, & quod statim mortuo testatore, dies cesit. l. ex his verbis. C. quando dies lega. ced. Rursus dico, quod etiam si legatum non agnouerit, tamen ipso iure censetur agnitum, nisi quatenus. d. Gadaldus illud repudiet. d. l. à Titio. d. l. si fundum. & ideo ista membra videntur esse satis extra propositum quæstionis, multò magis etiam illatio est abusiua, dum dicitur, pars Gabrielis pertinet ad Gadaldum, aut iure accrescendi, aut tanquam ad proximiorem hæredem. respondeo siquidem, quod iu-
11 re accrescendi pertinere non potest: quia † in portionibus agnitis, non est locus iuri accrescendi. l. aquam. in fi. ff. quemad. serui. l. j. §. interdum. de vsufru. accres. doct. l. si legatarius. ff. de lega. j. & etiam sit non agnita, adhuc ius accrescendi locum non habet, quia substitutus præfertur coniuncto, vt d. l. j. §. in primo. d. l. æquissimum. d. §. si duo. vt suprà dixi. sed nec quicquam facit, quod pertineat tanquam ad proximiorem hæredem, quia quæstio nostra est quod reuertatur ad dominum Camillum iure substitutionis fideicommissariæ, & sic an dictus Gadaldus hæres proximior teneatur restituere, & euenerit casus fideicommissi, & dico quod sic per suprascripta, Imò absque alia restitutione in hoc casu videtur ius transire in hæredem substitutum. per l. final. C. de legat. vt quod ibi dicitur de die incerta, habet locum etiam in cõ ditione, de quo tamen dicendum, vt ibi per doctores. Secundò subijcit prædictus doctor, quòd dici potest prædictos fratres Gadaldum, & Gabrielem fuisse inuicem substitutos, quod puto falsissimum esse, illa enim verba, *Quos inuicem substituit*, scripta sunt de filiis ipsorum, non de parentibus, vt
12 expressè patet inspicienti referendo † relatiuum ad proximiora, prout solet fieri. l. si idem cum eodem. §. final. ff. de iurisd. omn. iudic. Iaſ. l. legatum. de lẽga. & fideicom. j. Nec subest hic coniectura alicuius mentis testatoris cùm potuerit filium in portione parentis vocare, non autem transuersalem, voluntas enim, & mens in successione ascendentis, nihil argnit respectu trãsuersalis. d. l. j. in princ.
13 verſic. cumque lex. C. de caduc. tollend. cum † hæreditas magis debeatur descendenti, quàm transuersali. l. cum ratio de bonis damnat. l. si quis filium. C. de inof. test. Minusque facit alia coniectura domini consultoris, ex eo quod testator legauit, pro omni & toto eo, quod prædicti de Gadaldis petere possent, &c. talis enim coniectura potiùs suadet oppositum, quia aliàs vbi coniunctus excluderet substitutum, si addita proponatur talis clausula, substitutus præfertur, secundum Bald. in dic. l. pen. sequitur Bartol. Socyn. in l. j. de vulg. in vltima parte princip. quia talis clausula indicat mentem testatoris, ne coniunctus aliquid vltra habere possit, etiam per ius accrescendi. Sed & quod in consilio subijcitur, induci inter eos substitutionem reciprocam, ex grauamine post mortem eis iniuncto, iuxta l. Titia. §. Seia liberis. de legat. & fideic. ij. & quod habetur per Bartolum in. l. Codicillis. de vsufr. leg. respondeo hoc falsum esse, & contra communes opiniones in d. l. Lucius. §. Caio. Alexand. l. si pater impuberes. de vulg. consil. xcj. in j. Corn. consil. cxcvjij. in iiij. & nemo scribentium est, qui hoc teneat in casu nostro, qui ij, qui contradicunt communi opinioni, loquuntur in alijs casibus, videlicet, quando substitutio non est facta post mortem singulorum, prout fuit in casu nostro. & in d. §. Seia libertis. erat facta substitutio nouissimo, quia erat grauatus saltem indefinitè restituere, hic verò nulla est. & text. in l. codicillis. loquitur in legato habitationis, in quo speciale est, vt à nouissimo facta intelligatur, secundum Bartol. ibi quia in eo locum habet ius accrescendi etiam post acquisitionem, vt ibi per eum, & Alexand. d. consilio xcj. in j. alias cj. in iiij. vel propter dictionem repetitiuam hoc amplius, secundum magis communem intellectum. ad illum text. quem ibi tenuit glo. Old. Rainut. Dinus, Alber. de Rol. & eundem etiam tenuit Angelus, Imola, Alexander in d. l. hæredes mei. §. cum ita. & Corn. in d. l. penult. C. de impube. Tertiò subijcit prædictus doctor, quod dominus Camillus in casum qui euenit, non dicitur substitutus, quia conditio substitutionis non euenit, & ista inquit, nisi fallor, est responsio multum de plano. Sunt enim hæredes substituti casu, quo deficerent masculi ex legitimo matrimonio, quæ conditio debet intelligi post mortem eorum, quia donec aliquis eorum viuit, non potest dici defecisse masculos ex eis procreatos, etiam quod nullos tunc habeat, quoniam possunt procreare, maximè extent masculi ex Gadaldo, ergo conditio non est impleta. Sed etiam ista ratio reuoluitur eodem, & præsupponit quod pluralitas non resoluatur in suas singularitates in fideicommissis, quod falsum est, & contra iura expressa. in d. §. Caio. in d. l. final. §. pen. & Bartol. & omnes. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. & respectu Gabrielis euenit conditio, quia ipse mortuus est, nullos filios habuit. Et etiam si dicamus hic succedi ex vulgari facta in hoc legato, tamen adhuc idem est, vt supra concluſi post Bald. & Iacobum de Aren. d. l. penult. Quartò subiicit, quod in casu nostro non videtur esse locus illi regulæ, quæ habet quod pluralitas resoluitur in suas singularitates. de qua in l. falsa. §. final. ff. de cond. & demon. & quæ non habet locum, nisi quando coniectura voluntatis testatoris hoc inducit, secundum Fel. in cap. omnes. j. dist. & Cur. Iun. in d. l. penult. in ij. præmisso, vel identitas rationis, secundum Iaſ. in l. Gallus. §. quid si is. de liber. & posth. quod non est in casu nostro, in quo testator non se retulit particulariter ad certos homines, sed in genere ad masculos, & casu quo deficerent filij masculi, &c. & perinde est ac si dixisset deficiente linea, clarum autem est mortem vnius non deficere lineam, &c. Sed certe hæc

consideratio non multum videtur ad rem facere, quia non est dubium, quod † substitutio facta post mortem omnium, non verificatur vno monente. l. potest. l. sequenti. ff. de vulg. & si testator dixisset, casu quo deficerent omnes masculi, &c. propter dictionem, omnes pluralitas non resolueretur in singularitates. Sed nostra quæstio est, quando non est adiecta dictio omnes, sed testator, simpliciter dixit masculos, quo casu fit resolutio, sicut in d. l. penul. §. filium. de leg. ij. vbi testator solum dixerat, *A vobis peto vt viuentes, &c.* possunt illa verba intelligi à vobis singulis, vel à vobis simul omnibus, & intelliguntur potiùs de singulis, sicut & in d. l. Lucius. §. Caio. Sic & in casu nostro illa verba. *Si deficerent filij masculi*, possunt intelligi singuli, vel simul omnes, intelligetur de singulis, vt infrà etiam dicam respondendo motiuis secundi consultoris. Et istud etiam voluit Alex. in allegato consilio xcj. in j. quod aliàs est consilio cj. in iiij. volum. versic. probatur hoc etiam aperte. ad quod tamen dominus consultor respondet. quod Alexand. ibi solum disputat, verum sit inductum tacitam fideicommissum, reciprocum inter illos, de quo fateturin casu nostro non esse opus disputare. Item dicit, quod in casu Alexand. persona superstes non succedebat ab intestato ei, qui decesserat, quod secùs est in casu nostro, quia Gadaldus tanquam frater est proximus hæres Gabrielis. Sed certè ista sæpe ratio casuum non euacuat difficultatem, prouenientem ex auctoritate Alexand. qui duo dicit, vnum quod illa pluralitas resoluitur in singularitates, adeò quod vel vno decedente locus est substitutioni fideicommissariæ. d. §. Caio. d. §. filium. d. §. cùm ita. & hoc facit pro Do. Camillo, & pro quæstione nostra. Aliud est, quod substitutio non dicitur facta vltimo morienti, nec reciproca quando est facta inter illos, qui ab intestato succederent, quia videtur testator eos non ex testamento vocasse, sed ius legitimarum hæreditatum mutuò reseruasse, & ad hoc tendunt responsiones domini consultoris, verum non faciunt ad propositum quæstionis nostræ, quia de hoc secundo dicto, nunc non ambigimus. Quintò & vltimo subijcit prædictus dominus consultor, quod imo in casu nostro non potest dici quod pluralitas resoluatur in singularitates, quia hoc demum procedit, quando pluralitas non respicit vnum communem effectum, prout facit in casu nostro, & declarat Bartol. in d. l. falsa. §. final. quæ ratio est manifestè contra Bart. alios doc. in d. §. cum ita. volentes quod † substitutio fideicommissaria semper dicatur respicere plures effectus non autem vnum. & ideò in ea semper fiat hæc resolutio. d. §. Caio. d. §. filium, videtur enim testator vnumquemque hæredum separatim pro rata portionis suæ grauasse, ideoque diuersos effectus respicit fideicommissum, quia cum onus sit, singuli grauati videntur separatim fuisse in consideratione, cùm onus vnius, nihil ad alium pertineat. Subiicit etiam quod talis resolutio non fit, quando ex ea resultaret absurdum, aut aliquid contrarium menti testatoris, secundùm Bald. in d. l. penul. Respondeo, velim scire quod absurdum in casu nostro resultat, imò omnia regulis iuris conueniunt. Primò, quod substitutus præferatur coniuncto. d. §. in primo. d. l. æquissimum. §. si duo. Secundò, quod † hæres tanquam prædilectus præferatur ei, qui non est vocatus in eum casum à testatore. l. vnum ex familia. de leg. & fideicom. ij. l. Publius. in fin. de condit. & demon. Tertiò quod Do. Camillus, veniens ex causa testati, præferatur Gadaldo, qui causam intestati in bonis Gabrielis prætendit. l. quandiu. ij. de acqu. hæred. Quartò quod substitutio, qua liberi successuri fuissent Gabrieli, si eos habuisset, non extendatur ad transuersalem, cui adeò non est dubita successio, d. l. cùm ratio, cum similibus. Et fortè cogitabit dominus consultor, neque suprascriptam suam rationem esse veram, transit ad aliam, quod resolutio in singularitates non debet fieri, quando supereset persona, quæ ex verisimile mente testatoris excluderet substitutum. d. l. penul. vbi Bartol. & per omnes in d. §. cùm ita. vt quia supereset aliquis ex grauatis, qui decedenti proximior ab intestato esset, secundùm Corn. consilio xciij. licet posset. versicul. potest autem in iij. volum. vel quia esset coniunctus decedenti, adeò vt iure accrescendi posset admitti, secundùm Bartolum in d. l. Codicillis. in j. oppositione. de vsufruc. leg. sicut in casu nostro Gadaldus, qui est frater, & præterea re, & verbis coniunctus. &c. Sed etiam hæc ratio nihilomelior est superioribus & certè in consulendo non conuenit allegare decisiones communiter reprobatas, licet enim Imol. & aliqui alij in d. §. cùm ita, voluerint, quod personæ etiam extraneæ dicantur ex præsumpta mente defuncti excludere substitutum, quando inuicem dicti extranei sibi succederent, tamen Bartol. ibi tenet oppositum, vt istud non procedat, nisi in liberis tantum testatoris, secundum. d. l. penul. & cum Bartol. est communis opin. vt per Alexand. & Sen. ibi & per Alexand. consilio xxxviij. viso themate lib. j. Soc. consilio xciiij. lib. iiij. Vnde cum Gadaldus non sit ex liberis testatoris, apparet suprascriptam rationem nihil ei prodesse. Nec enim doc. Bartol. in d. l. codicillis, quicquam facit, quia decet intelligi in casu suo, videlicet in legato habitationis, in quo est locus iuri accrescendi, etiam post ius acquisitum, quod secùs est in proprietate, prout est casus noster, quamuis etiam in legato habitationis non transeat illud dictum Bartol. absque scrupulo, quia Ang. Imol. Alexand. & Senenses eum reprehendunt per generalitatem. d. §. Caio. tenentes alium intellectum ad d. l. codicillis, de quo suprà dixi, quòd illud virtute repetitionis, hoc amplius, *Super est nunc vt veniam ad rationes secundi consultoris*, quæ magna ex parte ex supradictis dissoluuntur. & ideo eas ratum attingem, quæ probabilem adhuc dubitationem habent. Sextò igitur obstat ratio talis, inquit ille, licet substitutus præferatur regulariter coniuncto, tamen hoc non procedit quando substitutio efficitur caduca, seu pro non scripta, prout in casu nostro, fuerunt enim substituti filii Gabrielis, qui nunquam fuerunt in rerum natura, quia nunquam nati, talis enim † substitutio, quæ non sortitur effectum, non impedit ius accrescendi. l. ij. §. si duo. de bonor. poss. secundum tab. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. Sed mirum est de ista ratione, quæ contra expressum casum legis adducitur, videlicet contra text. in d. l. j. §. in primo. C. de cad. tollen. vbi manifestè dicitur, quod † sublato gradu, quia pro non scripto sit substitutus admittitur & præfertur coniuncto. & ibi omnes norant, solum ibi dicitur, quod conditio adiecta tali gradui non censetur reperita à substituto, prout etiam dicit Corneus consilio ccxcviij. in iij. & lib. & Decius consilio cccxxvij. & sic admittitur esse substitutus, etiam si conditio gradui caduco adiecta repugnaret. vnde apparet ibi esse casum pro

domino

domino Camillo, vt admittatur, etiam si conditio adiecta filijs legatariorum repugnaret, quod tamen in casu nostro non est, quia nulla conditio repugnat. Septimo adducitur quod illa verba, *Casu quo deficerent masculi, tam ex dictis de Vallotio, quàm de Laude*, stant collectiuè, & ideò non est locus substitutioni, nisi omnes deficiant, allegatur Albericus in dictionario, in verbo, tam, & quam, sed certe minor de hac allegatione, quia Albericus ibi non dicit, quod talia verba stent collectiuè, sed forte voluit dominus consultor dicere, quod stant copulatiuè, propter vim enim comparationis, videntur accipi pro coniunctiua. Sed posito, quod istud sit verum, tamen nihil obstat conclu-
19 sioni meæ. † copula enim accipitur duobus modis. Primo sensu composito, vt cum dicimus duo & tres faciunt quinque, vel Cæsar, & Bibulus fuerunt consules, intelligitur enim simul. Secundo, sensu singulari, vt cum dicimus Gregorius, & Bonifacius Pontifices tulerunt multas constitutiones, intelligitur non simul, sed separatim, & quilibet suo tempore, modo dicunt do-
20 ctores in d. §. cum ita, & in d. l. penult. quod † in substitutione fideicommissaria, vel etiam in vulgari, concepta per relatiuum de qua supra dixi, accipitur interpretatio, vt copula stet singulariter, non autem sensu composito, & sic resoluatur potius in suas singularitates, si hoc est in co-
21 pula, multò magis in † dictionibus, tam, & quam, quæ sui natura magis ad singularitatem referuntur, vt probatur primo in l. final. C. de dot. prom. & nuda pollicitatione. quando pater dotat tam de bonis paternis, quàm maternis, certè talia verba non accipiuntur sensu composito, vt prout dimidia quælibet pars intelligatur, sed sensu singulari, ideoque ambiguitas ex tali sermone oritur. Secundo per id, quod dicit Ias. in consilio lxv. in j. de eo qui accipit feudum pro se, & filiis, tam masculis, quàm fœminis, non intelligitur accepisse simul, sed separatim. Tertiò, per id quod consuluit Dec. in d. consilio lxxxvj. vbi testator vocabat superstites tã ex filiis Seii, quàm Caij ad successionem, & consuluit non simul, sed singulariter admittendos, vt coniuncti præferantur disiunctis, vnde apparet idem esse dicendum in casu nostro. & nos etiam casu clariore, in quo debeat pluralitas resolui in singularitates, & ad l. codicillis. quam deinde adducit: responsum est supra, nec est opus repetere. Octauò adducitur, quòd ibi substitutio vulgaris est facta in toto fundo, & post mortem plurium, censetur facta vltimo morienti, & per consequens tantat reciprocum fideicommissum inter honoratos, secundum Bartol. in l. quidam testamento. ff. de de vulg. & pup. Respondeo communis opinio est contra Bartolum per text. d. §. cum ita. & practica obseruat contrariam opin. secundum Alex. consilio xcij. super eodem lib. iij. Præterea Bartol. & eum sequentes loquuntur, quando testator expressè substituit in toto, non autem quando simpliciter, & indefinitè locutus est, prout in casu nostro, secundum Socinum consil. lxix. in iij. indefinita enim locutio restringitur ad portionem cuiuslibet. l. Lucius. vbi glos. & l. v. §. final. de leg. j. l. Titia. vbi Alexand. ad l. Falc. Præterea etiam loquitur Bartol. respectu ipsorum coniunctorum, qui præferantur substitutis, quod absurdum est, & contra mentem expressam testatoris in casu nostro, aliàs si Gabriel decessis-

A set cum filiis Gadaldi in portione Gabrielis eos excluisset, nempe coniunctus substitutos, secundùm Bartol. in d. l. quidam testamento. quod esset valde abusiuum. Nonò colliguntur aliquæ coniecturæ per quas videtur testator substitutos istos hæredes non vocasse, nihil deficientibus omnibus. Prima, quod substitutio vulgaris facta
B post mortem omnium, censetur facta vltimo morienti. respondeo hoc esse falsum, contra communes doctrinas, vt supradixi. Secunda, quòd facta in omnibus legatis, post mortem omnium, &c. Respondeo, vt sup. responsum est, hic nihil collectiuè factum in omnibus bonis, prout requiritur exprimi, & per Socin. d. consilio lxix. Tertia prohibitio alienationis facta in infinitum, respondeo, istud nihil est, nec impedit quin pluralitas resoluatur in singularitatem, secundum Alexand. consilio xiij. in iij. Socinus d. consilio
C lxix. in iij, vbi concludunt tali coniectura non censeri reciprocam inter grauatos factam. Nec euenit casus prohibitionis per mortem Gabrielis, quia talis prohibitio non trahitur ad alienationem, quæ fit moriendo. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. ij. secundùm communem. Quarta, quia prohibuit istis de Vallotio, ne plus peterent. Respondeo, ista coniectura potius suadet oppositum, vt ius accrescendi censeatur prohibitum Gadaldo, & admittentur hæredes substituti, secundùm Bald. in d. l. penult. & dixi supra. vltima, quia legatarij fuerunt coniuncti re & verbis. Respondeo, istud nihil est, cùm ius accre-
D scendi post portionem acquisitam locum non habeat, vt supra dixi, & si locum haberet, tamen substitutus inferretur, quia ius substitutionis est potentius. d. l. j. §. in primo. cum simil. Et hæc sufficiunt, quia vltra suprascripta satis responsum est, etiam per alias, alijs rationibus istorum consultorum, qui mihi videntur hoc egisse, vt tenebras oculis iudicis offunderent, & rem claram in fauorem substituti, suis ambagibus offuscarent, quæ tamen omnia velim dicta esse sub correctione cuiuslibet rectiùs sentientis.
E

CONSIL. XL. SVMMÆ.

1 *Inter re & verbis coniunctos, vel saltem verbis, locum est iuri accrescendi, vel non decrescendi.*
2 *Ius accrescendi infirmius est, quàm substitutio.*
3 *Ius accrescendi tacitam duntaxat substitutionem inducit.*
F
4 *Substitutio expressa iuri accrescendi præferenda, etiam tacita.*
5 *Legatum cum fuerit in causam caduci, accrescit coniunctum onere suo.*
6 *Lex ipso iure facit vt legatum, vel fideicommissum post diei incertæ vel conditionis euentum, ad hæredem reuertatur, perinde ac si datum non esset.*
7 *In quantitatibus nulla est coniunctio, quia lex à principio censetur summam ipsam æqualiter diuisisse.*
8 *Quando facta est substitutio post mortem plurium, inter quos potest habere locum ius accrescendi, tunc substitutio censetur facta vltimo morienti, non autem primo.*
9 *Hereditas pro parte adiri non potest.*
10 *Testator videtur fidem cuiuslibet granati in portione sua singulariter sequi.*
11 *Dictio pleno iure importat absque aliqua diminutione.*

HIs superioribus diebus consului in fauorem domini Camilli, vt portio legati, pertinens ad dominum Gabrielem iure substitutionis ad eum censeatur deuoluta, & ex consilio meo apparet eu habere fundatam intentionem secundum communes iuris nostri regulas, vt ex ibi dictis apparet, ad quæ me remitto, nec est opus repetere. In præsentia autem d. Iudex videtur dubitare, quasdamque rationes adducit, quæ prima facie contra ipsum Dominum Camillum faciunt, & ideo sunt particulariter resoluendæ. In primis ergo obstat, quòd d. Gabriel & Gadaldus sunt † re, & verbis coniuncti, vel saltem verbis coniuncti tantum, quo casu inter eos locus est iuri accrescendi, vel non decrescendi. §. si eadem instit. de leg. l. re coniuncti de le. tertio. Vnde debet esse in facultate d. Gadaldi venire ad legatum, vel iure proprio, vel iure transmissionis, & sic hæreditario, ex persona Gabrielis. l. si mihi & tibi. in princip. vbi gloss. Alexand. & cæteri. ff. de legat. primo. Sed pro responsione, primò aduertendum est, quia motiuum formatur contra regulas communes, quæ habent, quòd † ius accrescendi infimus est, quàm substitutio. l. secunda. §. si duo. de bonor. possess. secundum tabul. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de ed. d. rol. idque propter verba conditionis vocatur enim substitutus, si primus non habeat, si ergo non habeat ipse debet admitti, & coniuncto præferri, qui tacitè in eum casum vocatur quòd substitutioni non sit locus, vt expressa pronuncianti restatoris, tacitæ præferatur. l. cum ex filio. §. filio de vul. † ius enim accrescendi tacitam duntaxat substitutionem inducit. l. si Titio. §. Iulianus. de legat. secundo. meritò † substitutio expressa ei præferenda est. l. quidam. vbi Bald. C. de iu. delib. Imò etiam tacita substitutio præfertur iuri accrescendi. l. finali. verbo, parte. C. de hæred. instit. vbi Bald. quæstio. penultima. Idque etiam si coniunctus esset filius. l. si posthumus. §. quod vulgo. de lib. & posth. & ibi Iason & licet infrà in discursu motiui d. Iudex aliquas responsiones ad hoc videatur accommodare, tamen ostendemus, quòd non sunt sufficientes, sed contra communem sententiam scribentium. Secundò respondeo, quòd etiam si verum sit motiuum, adhuc nihil obstat. Dom. Camillo, quia posito, quòd ad Gadaldum peruenisset iure coniunctionis, prout dicitur, immotiuò tamen peruenit cum onere suo, & sic cum causa fideicommissi annexa, per quam restituendum esset ipsi Dom. Camillo, quia cùm † legatum in causam caduci fuerit propter mortem Gabrielis, accrescat coniuncto cum onere suo. d. l. vnica. §. pro secundo, l. illustribus. §. Lucius. ff. de legat. primo. procedit quòque hoc non solùm in iure accrescendi, sed etiam in iure non decrescendi, quicquid tenuerint Pet. & Cyn. quos reprehendit Bartolus d. l. re coniuncti. verficul. si verò quæritur de iure non decrescendi, &c. & cum Bartol. ibi tranſeunt communiter doctores. & in l. si separatim. de cond. & demo. Tertiò respondeo, quòd quicquid sit in onere, seu fideicommisso pertinente ad alios, de quo loquuntur allegata in contrarium in casu nostro, cum fideicommissum reuertatur ad ipsum Camillum, hæredem scriptum, aliter est dicendum. cum enim lex † ipso iure faciat, vt legatum, vel fideicommissum post diei incertæ, vel conditionis euentum, ad hæredem reuertatur, perinde ac si datum non esset, vt est text. in l. final. C. de legat. apparet, ei non obstare, nec ius accrescendi, nec ius transmissionis, cum potentior sit actus legis incontinenti, absque alio coniuncti, vel successoris facto, rem in eum qui grauatus fuit transferentis. d. l. final. & per Bald. in d. l. quidam. versi. tertio præmitto ad euidentiam, &c. Quartò respondeo, suprascripto casu inter Gabrielem & Gadaldum nullam esse coniunctionem, nec realem, nec verbalem, quia legatum fuit certæ quantitatis pecuniæ scilicet mille aureorum † in quantitatibus autem nulla est coniunctio, quia lex à principio censetur summam ipsam æqualiter diuisisse. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus re. Vnde nulla subest coniunctio per text. in l. cui fundus. ff. de cond. & dem. & per text in l. final. §. Seio. ff. de legat. & fideicommiss. secundo. vbi per text. expressè dicit, dimidiam coniuncto duntaxat deberi, & sic non esse locum iuri accrescendi. Et licet in difficultate magna fuerit inter veteres altercatio. de qua per Iason. in d. l. re coniuncti. versic. tertius articulus principalis. alias numer. octuagesimo octauo cum pluribus sequentibus, tamen ea difficultas potest procedere in legato certæ speciei, in legato verò summæ seu quantitatis, verior esset opinio Petri & Vltramont. prout ibi tenet Lanzelo. Politus, & sum ibi legendo secutus, & antea etiam idem tenueram in l. triplici. ff. de verbor. signific. super verbo, videantur in fin. Vnde à tali distinctione ego non recederem, quia vt dixi, probatur per casum. d. l. final §. Seio. cui aliter non potest commode responderi, sine manifesta destructione literæ, & per casum d. l. cui fundus. & quia in istis altercationibus doctorum in iudicando præualere debet sententia distinguens, vt habetur in §. quibus. in prima constitutione. C. & in l. stipulatus. §. itaque. ff. de verbor. obligat. in l. rogasti. in princip. ff. si cer. pet. & in capit. super literis. de rescrip. l. adeò. §. cum quis. de acq. rer. dom. gloss. in capit. quærenti. de off. delegat. in capit. scientis. de censibus. Secundum principale argumentum est, quòd † quando facta est substitutio post mortem plurium, inter quos potest habere locum ius accrescendi, tunc substitutio censetur facta vltimo morienti, non autem primo, vt tenet Bartol. in l. codicillis. per illum text. ff. de vsufruct. legat. & in l. hæredes mei. §. cum ita ad Treb. & ista est ratio cur substitutio vulgaris facta post mortem plurium, non resoluatur in singularitates, vt ibi dicitur, & in l. penul. C. de impub. & in l. quamuis. vbi Paul. de Castr. C. eodem titul. cum concord. sed certè & hoc argumentum, non videtur multum facere ad casum quæstionis nostræ. Primò, quia nostra quæstio est in substitutione fideicommissaria, per quam grauatus est Gabriel restituere filijs suis masculis, & successiuè descendentibus, & eis deficientibus. Dom. Camillo in fideicommissis autem certissimum est pluralitatem resolui in suas singularitates. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. l. final. §. penult. ff. de legat. secundo, & ideo non potest in casu nostro dici substitutionem factam esse post mortem plurium, sed potius post mortem singulorum. Secundò, quia notare per Bartol. in l. codicillis. non possunt commode applicari ad casum nostrum. Bartol. enim ibi tenet quòd fideicom-

commissum relictum post mortem omnium, censetur ab vltimo relictum, per illum text. quod dictum ipsemet Bartolus restringit procedere in relicto vsufructus tantum, non autem in relicto proprietatis. Hincque apparet casum illum non esse conformem nostro. Primò, quia nos sumus in proprietate, non in vsufructu. Secundò, quia testator ibi reliquerat expresse post mortem omnium, at in casu nostro resoluitur pluralitas, & relictum est post mortem singulorum. Tertiò, quia Bartolus ibi censetur videri relictum ab vltimo decedente ad eum finem, vt reciproca substitutio inter eos facta videatur, de qua in casu nostro nulla penitus potest esse dubitatio, alias illi de Vallotio etiam ipsi admitterentur, quod est contra manifestam mentem testatoris. Quartò, quia in casu dictæ l. codicillis. fideicommissum erat relictum ab ipso hærede, non autem à legatarijs prout in casu nostro, & manifestè Bartolus ibi tenet in prima solutione, quòd si fideicommissum relictum fuisset à legatarijs, non censeretur iniunctum vltimo decedenti, sed quilibet censeretur grauatus in parte sua. Tertiò dico, circa intellectum d. l. codicillis. esse aduertendum, quicquid dicat Bartolus ibi, illa sua opinio non est vera, nec communiter approbata, quia ibi censetur ab vltimo decedente fideicommissum relictum, propter reciprocam inter eos inductam, ex repetitione dictionis hoc amplius. l. si sic. de legat. secundo. prout tenet ibi gloss. Old. Dyn. Rayn. Albe. & hunc intellectum etiam tenent Ang. Imol. Alexand. & Mod. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. adeò quòd iste intellectus est magis communis, quàm intellectus Bartoli ibi. Ex eo enim quòd simpliciter relictum sit post mortem omnium, non est verum censeri factam reciprocam. & vltimum grauatum, vt est magis communis opinio in l. pater filiam. §. final. ad l. Falcidiam. vbi Angelus, Imol. Alexand. & per Socinum consilio centesimoquarto. cum similibus. per doctores in l. vel singulis. ff. de vul. minùs etiam est probabile, quòd ille text. intelligatur de legato habitationis, vel vsufructus. imò loquitur de legato proprietatis, alioquin non potuisset seruitus habitationis transmitti. l. si habitatio. ff. de vsu & habitat. vt nouissimò fideicommissum videri possit, imò eius morte consolidaretur statim proprietati. §. final. instit. de vsufruct. Vnde verius est, non seruitutem, sed proprietatem in casu. d. l. codicillis. fuisse libertis relictam, & legatum habitationis de proprietate intelligendum. l. cum antiquitas. vbi doctores. C. de vsufruc. & sic tenendus est intellectus gloss. in d. l. codicillis. quem ibi omnes veteres sequuti sunt, & est magis communis, vt dixi. Tertium principale argumentum est, quòd licet substitutio vincat ius accrescendi. d. l. secunda. §. si duo. de bonorum possess. secund. tabul. tamen quando facta est post mortem plurium, secùs est vno decedente, secundum Bartolum in l. prima. in secund. quæstion. quinta. quæstion. principalis. de vulg. quem sequuntur doctores in l. quamuis. C. de impub. & vbique. Sed respondeo, si Dominus Camillus ex sola vulgari substitutione vellet admitti, haberet aliquem colorem suprascripta ratio, sed cùm expresse à testatore vocatus sit per fideicommissum, & veniat ex substitutione fideicommissaria, apparet quòd ratio ista est impertinens, quia huc Gadaldus habeat partem Gabrielis per ius accrescendi, vt præsupponit motiuum, siue habeat iure transmissionis, & sic tanquam hæres ab intestato Gadaldi semper transijt legatum cum causa sua id est cum onere fideicommissi, vt teneatur Gadaldus ad restituendum. d. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tollend. d. l. ciuitatibus. §. Lucius. de legat. primo. Imo. ex quo restitutio est faciendà hæredi, quo semel emanauit, videtur ipso iure legatum ad eum reuerti. d. l. final. C. de leg. & suprà dixi. nihil ergo expedit hic dubitare an Gadaldus iure accrescendi habeat, cum etiam si haberet, tamen habet cum onere sub vt teneatur restituere Domino Camillo tanquam fideicommissario. Secundo respondeo, quòd Bartolus & doct. in d. l. prima. & in d. l. quamuis. volentes, quòd substitutio facta post mortem plurium excludatur à iure accrescendi loquuntur in substitutione vulgari, facta in hæreditate per dictionem coniunctam, non autem loquuntur in substitutione facta in legato, quamuis vulgari, quæ fieri potest. l. vt hæredibus. de legat. secundo. prout est quæstio nostra. Et ratio differentiæ, quæ ponitur per Bartolum & omnes in d. §. cum ita. quia in substitutione vulgari facta in hæreditate, pluralitas non resoluitur in suas singularitates, quia respicit vnum totum scilicet † totam hæreditatem, quæ pro parte adiri non potest, & ad se reliquum trahit. l. primo. & secundo. ff. de acq. hæred. in vulgari verò, quæ fiat in legatis, vel fideicommissis aliud est, & pluralitas resoluitur in singularitates, quia quilibet videtur pro parte sua grauatus, & † testator videtur fidem cuiuslibet grauati in portione sua singulariter sequi. d. l. Lucius. §. Caio. ad Treb. d. l. final. §. filium. ff. de legat. secundo. & sic ista vulgaris, quæ comprehenditur in compendiosa, eiusdem naturæ censebitur, cuius fideicommissaria. & sicut fideicommissaria in singularitates suas resoluitur, ita etiam vulgaris prout in simili casu etiam sentit Decius. in consilio quadringentesimo decimosexto. vbi conditio, quæ non impedit fideicommissariam non impedit etiam vulgare, vt locus sit substitutio, & compendiosa pariformiter accipiatur. Quartum principale fundamentum est, quia legatum non fuit agnitum per Gabrielem. Vnde ad Gadaldum debet pertinere, siue iure transmissionis, siue iure accrescendi. Respondeo, quòd ad Gadaldum tranit cum onere fideicommissi, vt suprà dixi. d. §. pro secundo. d. §. Lucius. Præterea admitteretur Dominus Camillus etiam ipso iure, tanquam finito legato per defectum conditionis. d. l. fin. C. de legat. Præterea admitteretur etiam ex vulgari facta in legato, quæ resoluitur in suas singularitates, vt suprà dixi. licet non ita sit in vulgari facta de hæreditate. d. l. quamuis per suprascripta. Quintum principale est argumentum, quòd ex quadam æquitate deducitur considerata voluntate defuncti. nam si Dom. Gabriel repudiasset legatum, remansisset penes

Dominum Gadaldum iure non decrescendi: ergo idem dicendum post mortem Domini Gabrielis defecerit, &c.

Respondeo, quòd imò repudiante Gabriele, deuolutum fuisset ad Dominum Camillum tanquam substitutum, vt suprà dixi, nec constituenda est differentia, quomodo pars vo cauerit, an morte, an renunciatione, an defectu conditionis d.l. vnica. §. in hac, itaq; verbo, quoquomodo euacuari, & cum Dominus Camillus sit substitutus in legato vulgariter, & per fideicommissum, habet electionem remediorum, vt interent quod velit, iuxta regulam. l. recusare. §. si Titius. Digest. ad Trebellianam. l. si Titio. de vsufructu. leg. l. illud. Digest. de acquir. hæred. & intentando viam fideicommissi, nulla est dubitatio, quin pluralitas resoluatur in suas singularitates, vt suprà dixi, & tenent omnes, intentando vero viam vulgaris substitutionis idem est, vt suprà dixi, ex quo facta est in legato per suprascripta.

Vltimò me non mouet subtilis illa considerario, quòd Domini Gadaldus voluerit acceptare legatum ex persona propria per ius nó decrescendi, ex quo dixit ad se spectare, *Pleno iure*, quod importat absque aliqua diminutione. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legatis tertio. l. Sempronius. de vsufruct. leg. d. §. in eadem. Instit. de leg.

Respondeo enim siue iure trãsmissionis habeat siue accrescendi, siue nó decrescẽdi semper verũ esse, *Pleno iure*, habere, quia vsumfr. & proprietatem habet. l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. vbi Moderni multa aggregant. Digest. de verborum obligatione. & propterea in hoc non est constituenda aliqua difficultas. Et quomodocunque habeat, semper res transit cum onere suo, id est, fideicommissi, etiam si agatur de iure non decrescendi, quando procedit ex coniunctione reali, & verbali simul, prout in casu nostro. & declarat Bartolus in d.l. re coniuncti. versiculo, si verò quæritur de iure non decrescendi. & ideò certum, indubitatumque est ipsi Domino Camillo saluum esse ius fideicommissi, quocunque titulo dicat Gadaldus se rem illam habere, prout latiùs à me in consilio dictum est. Et hæc omnia, saluo semper sanioris iudicio.

CONSIL. XLI. SVMMÆ.

1 *Legatum in causam caduci propter mortem vnius, accrescit coniuncto cum onere suo.*
2 *Factum legis ius retro transferentis in hæredem, est penitus iure accrescendi, vel transmissionis.*
3 *Verbum reuertatur est commune.*
4 *Substitutio vulgaris non resoluitur in singularitates, quando substitutio est facta in hæreditate, non autem quando est facta in re certa, seu legato particulari.*
5 *Vulgaris quæ comprehenditur in compendiosa, eiusdem naturæ censetur, cuius & fideicommissaria.*
6 *Dictio pleno iure, quid importet.*
7 *Rector clarè & apertè intentionem suam exprimere debet.*
8 *Interrogatio præcedens necessaria est stipulationi.*
9 *Verbo substituo quid.*
10 *Non solent, quæ superabundant, vitiare scripturas.*
11 *Non videntur defecisse, quæ non sunt nata.*
12 *Substitutio facta posthumo deficiente, intelligitur etiam non nato.*
13 *Quoties desinit substantia, qualitates ipsa desciant.*
14 *Non quilibet coniunctus, sed tantùm qui sit de liberis excludit substitutum.*
15 *Dictionum tam & quam vis.*



Vperiore anno consului in fauorem Domini Camilli Gadaldi, & deinde etiam respondi, mortuis Domini Iudicis, nunc autem eum causa deuoluta sit ad alium præstantissimum doctorem, qui & ipse nouam motiua in hac causa dedit, non putaui decretandum, quin & ad ea responderem, maximè cum ex aliis dictis omnes difficultates nuper propositæ possint resolui. Et quia diligenter considerando, omnis allegatio magnifici Domini Iudicis quamuis prolixa, & copiosa resoluitur ad decem principalia argumenta, quæ sigillatim attingemus, & responsionem accommodabimus.

Primum argumentum, est quòd Gabriel non agnouit legatum, vnde Gadaldus eius frater potuit illud repudiare, quo casu per ius accrescendi sibi applicabitur, secundum notata per Bartolum & doctores in l. si mihi. ff. de legatis. j. Nec Dominus Camillus in testamento substitutus eum excluder, quia cum tali casu veniat per vulgarem substitutionem, non censebitur in hunc casum vocatus, cum in vulgari substitutione pluralitas non resoluatur in suas singularitates, vt est communis opinio post Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. Digestis ad senatusconsul. Trebellian. in l. quamuis. C. de impuber. & aliis substitut. Sed ad hoc primum argumentum respondetur variis modis.

Primo non esse verum, quod Gadaldus frater illud repudiauerit, vt dicemus infra in contrarij fundamento.

Secundo, quia etiam si verum esset, tamen adhuc argumentum non obstat, quamuis enim legatum peruenerit ad Gadaldum, tamen peruenit cum onere suo, id est, cum causa fideicommissi annexa per quam esset restituendum ipsi Domino Camillo, quia † legatum in causa educi propter mortem Gabrielis, accrescit coniuncto cum onere suo, vt aliàs dixi, & probatur in l. vnica. §. pro secundo. C. de caducis tollendis. in l. ciuitatibus. §. Lucius. Digestis de legatis & fideicommiss. primo. per Bartolum & doct. in l. si separatim. ff. de conditione & demonstratione. Fortius dixi, quod cum legatum esset in diem incertum, reuertitur ipso iure ad hæredem, perinde ac si datum non esset, vt est textus in l. final. C. de legibus. & tale † factum legis ius retro transferentis in hæredem est potentius iure accrescendi, vel transmissionis, secundum Baldum in l. quidam. C. de iure deliberandi & adeundi vel acquirendi hæreditatem.

Tertiò respondeo, quòd non est verum, quòd Dominus Camillus admittatur ex sola vulgari, imò potest admitti ex fideicommisso, propter vim verbi, reuertatur, quod est commune, vnde

BIU Cujas

de electio est ipsius, interserere §. si Titius. ff. ad senatusconsul. Trebellian. l. si Titio. Digest. de vsufructu legato. & intentando viam fideicommissi, proculdubio pluralitas resoluitur in suas singularitates, vt tenent omnes per l. Lucius. §. Caio. Digest. ad senatusc. Trebel. l. final. §. penul. ff. de leg. & fideic. secundo.

Quartò respondeo, quod etiam si dominus Camillus velit venire per vulgarem, tamen adhuc est admittendus, quia † doctores, volentes quòd substitutio vulgaris non resoluatur in singularitates, loquuntur quando substitutio facta est in hæreditate, non autem quando facta est in re certa, seu legato particulari in quo etiam potest fieri vulgaris. l. vt in hæredibus. Digestis de legat. & fideicommiss. secundo. prout est quæstio nostra, & aliàs dixi, quia ratio differentiæ, quæ ponitur per Bartol. & omnes in d. §. cùm ita. non habet locum in casu nostro. dicunt enim quod substitutio vulgari facta in hæreditate nō resoluitur in singularitates, quia respicit vnum totum scilicet totam hæreditatem, quę pro parte adiri non potest & ad se reliquum trahit, de prima & secunda. de acqu. hæred. quod secus est in vulgari, quæ facta sit in legatis, vel fideicommissis, quia tunc resoluitur, cum quilibet videatur pro parte sua grauatus, & testator fidem cuiuslibet grauati censeatur pro parte sua singulariter, sequutus d. l. Lucius. §. Caio. d. l. fin. §. filium. & sic ista † vulgaris quæ comprehenditur in compendiosa eiusdem naturæ censebitur, cuius & fideicommiss. prout in simili casu etiam sentit Decius consilio quadringentesimo decimosexto vbi, conditio, quæ non impedit fideicommissariam, non impedit etiam vulgarem, vt locus sit substituto, & compendiosa pariformiter accipiatur. Secundum est argumentum, quia in casu nostro censetur facta substitutio ab vltimo decedente, ex quo facta est illis inter quos locus est iuri accrescendi. l. codicillis. vbi Bartol. Digestis de vsufruct. leg. Corne. consilio ducentesimo nonagesimo octauo. in quarto volumine.

Sed ad istud argumentum aliàs respondi tribus modis.

Primo modo, quòd in casu nostro substitutio non potest dici facta post mortem plurium, sed potiùs post mortem singulorum, propter naturam fideicommissi, in quo fit resolutio secundùm suas singularitates, vt dixi in d. l. Lucius. §. Caio.

Secundò, quia Bartol. in d. l. codicillis. restringit dictum suum procedere duntaxat in legato vsufructus, non autem in legato proprietatis.

Tertiò, quia Bartol. ibi censet videri relictum ab vltimo decedente, ad eum finē, vt reciproca substitutio inter eos facta videatur, de qua in casu nostro nulla potest esse probabilis dubitatio, vt mox dicam, aliàs illi de Vallotio admitterentur simul cum Gadaldo, quod esset contra manifestam mentem testatoris.

Quartò, quia Bart. ibi in prima solutione intelligit dictum suum in substitutione, facta hæredi, non autem legatariis, imò expresè sentit, q̄ fideicommissum relictum fuisset à legatariis. non censeretur iniunctum vltimò decedenti, sed quilibet censeretur grauatus in parte sua.

Quintò dico, q̄ quicquid dicat Bar. in d. l. codicillis, communis opinio est contra ipsum, quod fideicommissum censeatur ab vltimo decedente relictum, propter reciprocam inductā ex repetitione dictionis hoc amplius. l. si sic. de leg. iij. prout tenet ibi glo. Old. Dynus, Rayner. Alber. & ita etiam tenent Angelus, Imol. Alex. Mod. in d. §. cum ita. & aliàs dixi, non repero.

Tertiū est argumentum, q̄ sumitur ex processu, seu ex præcepto impetrato per Gadaldū, in quo fundatur eius petitio, tāquā dictū legatū sibi spectet, pleno iure, quæ verba intelliguntur absque diminutione, & sic videatur Gadaldus repudiasse ex persona Gabrielis, & ipse succesisse per ius accrescendi. Sed certe ista ratio, est multum debilis, & peccat in multis.

Primò, quia etiam si verū sit quòd iure accrescendi obtinuerit partem Gabrielis, tamen dicta pars transijt cum onere suo, id est, onere fideicōmissi D. Camillo debiti. d. §. pro secundo. & si Lucius.

Secundò, quia q̄ censeatur repudiasse ex vi † dicti *Pleno iure*, videtur esse falsum, cum eodem modo etiam ex successione Gabrielis haberi *Pleno iure*, licet vtroque casu semper saluum esset ius fideicommissi D. Camillo, vt supra dixi.

Tertiò, quia d. verba *Pleno iure*, non impediunt fideicōmissum, sicut nec deductionem quartæ quæ senatusconsulto Trebelliano fit. auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. vbi Pau. de Castr. & per Ludouicum Romanum consil. lxxv. & consil. lxxix. & per Felynum in c. audiris de constit.

Quartò, quia ex eo, quod implicitè intelligitur, nō debet declarari † petitio actoris, qui clarè intentionem suam exprimere debet. l. j. ff. de edendis. sicut videmus etiam in testibus, qui deponendo, quod quis sit stipulatus, non intelliguntur deposuisse, quod præcesserit † interrogatio, quamuis aliàs sit necessaria stipulationi. l. j. vbi Bart. & doct. C. de vsur. per Bald. & Aret. in l. sciendum. de ver. obl. Bald. in l. quæcunque. ff. de public.

Quintò, quia verba ipsius præcepti non admittunt hāc interpretationem, dum dicunt, *iure substitutionis, & hæreditatis Gabrielis, admitti Gadaldum*, & intelligere hæreditatis ex persona Gabrielis repudiantis, &c. est interpretari nigrum pro albo, quia adimus hæreditatem agnitam, non autem repudiatam.

Sextò, quia non potuit Gadaldus ex substitutione adire, quia inter ipsos fratres legatarios, nulla est reciproca substitutio, vt mox dicam, nec etiam ab intestato potuisset solus Gabriel admitti, cùm extaret pater. authen. de iunct. C. ad Tertull.

Quartum argumentum est, quia substitutio facta de istis fratribus est compendiosa, propter verbum † *Substituo*, & vim clausulæ codicillaris, de qua per Bal. in l. verbis. ff. de vulg. & pup.

Præterea est etiā reciproca inter ipsos, quia, illa verba. *Et filios ipsorum*, debent intelligi, sibi substituit. & quia duæ videntur reciprocæ filijs legatariorum, vnde ne vna sit superflua, debet intelligi quod sit facta ipsis legatarijs. Maximè cum filiorum fieri non potuisset, cùm non fuerunt honorati, secundùm Alex. consilio octuagesimo quarto, ducentesimo decimonono in secundo. Anchar. consilio centesimo tricesimo sexto. Sed istud argumentum videtur parum

BIU Cujas

concludens, & contra expressa verba testamenti, in quo manifestè apparet nullam reciprocam factam fuisse Gabrieli, & Gadaldo, sed solùm filijs ipsorum, & aliam filiis filiorum, vnde frustrà dicitur vnam esse superfluam, cum vna de filiis, alia de filiis filiorum loquatur, minùs etiam rectè dicitur, filios filiorum non potuisse fraudari, tanquam non honoratos, iuxta l. ab eo. C. de fideicommiss. Nam respondeo istud esse manifestè falsum, cùm expresse filij filiorum sint substituti parentibus suis, vnde expresse sunt honorati, & sic potuerunt reciprocè grauari.

Præterea, & secundò ista non est consequentia Parisina, nè ex duabus reciprocis, quæ sunt filiis, vna sit superflua, interpretabimur quod vna sit facta parentibus. cum enim verba nullo modo reciprocè grauent parentes potius, vna deberet remanere superflua, quia † non solent, quæ superabundant vitiare scripturas. l. testamentum non ideo. C. de testam. nec ideo comminiscimur nouas clausulas in testamẽtis, vt testator dixerit, quod in scriptura non legitur. l. non aliter. Digest. de legat. & fideicommiss. tertio. l. quidam cum filium. vbi Badus & Iohannes de Imol. ff. de hæred. instit.

Quintum argumentum est, quia Do. Camill. non vocatur verbis substitutionis, nisi casu quo deficerent masculi legitimi, & cæteri. vnde non videtur euenisse casum substitutionis, quia † videntur defeciſſe, qui non sunt nati. l. Titio vsusfruct. de condit. & demonst. vnde casus omissus debet haberi pro omisso, secundùm Oldrad. consilio centesimo quadragesimo secundo. Decium trecentesimo decimo quarto. cum concord. maximè cum faueatur causæ intestati, secundùm Petrum de Anchar. consilio trecentesimo quinquagesimo septimo. Sed ad istud argumentum satis responsum est, in consilio meo, & in consilio Decij ducentesimo vigesimo septimo. quia dicimus deficere conditionem, quæ nunquam extitit. l. prima. §. & cum triplici. C. de cad. tollend. l. prima. C. de indi. vidui. tollend. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. Digestis de iniusto rupto. & pro hoc est text. satis clarus. in l. tertia. §. desinere. Digest. de vsufruct. quemad. caueat. & est textus in capitulo primo de eo qui sibi, vel hæred. suis. in vsibus feud. facit text. in capitulo quamuis tibi. de præben. in sexto. in capitulo final. de verborum significatione. sicut videbimus, quod † substitutio facta posthumo decedenti, intelligitur etiam non nato. l. qui ventri. digest. de ventre inspi. l. ab exhæredati. §. final. digest. de legatis & fideicommiss. primo. per Bartol. in l. j. ff. de vulg.

Nec quicquam facit subtilis illa differentia an dictum sit simpliciter de filiis, an subditum de filiis natis ex legitimo matrimonio, quia † quoties deficit substantia, etiam qualitates ipsæ deficiunt. l. penult. Digest. si certum petat. & in casu Decij in dict. consilio ducentesimo vigesimo septimo. erat facta mentio de filiis ex legitimo matrimonio.

Nec obstat text. in dict. l. Titio vsusfructus. quia loquitur in conditione necessaria, quæ potuit attento tempore testamenti adimpleri, in forma specifica, vt ibi declarant Ioannes de Imola, & Raphael Comen. quod secus est in casu nostro, cùm secundùm mentem testatoris conditio non tempore testamenti, sed post eius mortem, etiam longo tempore, & in infinitum esset adimplenda. Item ille text. habet alios intellectus, de quibus ibi per glossam & doctores, secundum quos nihil faceret contra conclusionem nostram.

Sextum argumentum est, quia duo sunt corpora, seu duæ familiæ, de Laude, & Vallosio, vnde substitutio videtur facta stirpe deficiente, & in vno falsa, censetur in totum falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Sed ad hoc argumentum respondent omnes. in l. prima. Digest. de vulgar. & pupill. in illa quæstione, an substitutus excludat coniunctim, quod istud procederet, nisi quando pluralitas resoluitur in suas singularitates, prout in casu nostro suprà dixi, dicto §. Caio, dicto §. Lucius. quia tunc casus conditionis verificatur in vnoquoque decedente, nec expectatur mors omnium, cùm in vno verificata sit conditio.

Nec quicquam obstat, quod censeantur vocatæ duæ familiæ, quia hoc bene facit, quod eueniente casu substitutionis, coniuncti ex eadem familia præferantur, disiunctis, qui sunt ex alia, vt dicitur in l. cohæredi. §. qui discretas. Digestis de vulgar. & pupill. sed in casu nostro non euenit casus substitutionis respectu eiusdem familiæ, quia mortuo Gabriele non est ei substitutus frater, quia nulla est reciproca substitutio inter illos, vt suprà dixi. sed est locus substitutioni factæ de hæredibus, vt Do. Camillus admittatur.

Septimum argumentum est motiuum, cum venientes ab intestato sint etiam coniuncti testatori, debent excludere substitutum. secundùm Curtium. in l. penultim. C. de impuberib. maximè cum hæredes scripti non sint de lib. sed simpliciter de agnatione & appareat istos nepotes ex sorore testatoris, fuisse valde dilectos à testatore, secundùm Ripam in l. re coniuncti. num. cxxvj. de legatis secundo. Sed certè etiam istud argumentum est satis fragile, quia communis opinio, est in contrarium, quod † non quilibet coniunctus, sed tantum qui sit de liberis excludit substitutum, vt dicit Ripa in loco allegato d. num. cxxvj. & §. cum ita. num. cxxxij. & ita tenuit ibi Bartol. Alexan. & cæteri.

Nec quicquam refert quod isti sint nepotes testatoris, ab eo dilecti. quia magis dilectus fuit Dominus Camillus, qui hæres vniuersalis institutus fuit. l. Publius. in fin. Digest. de cond. & dem. nec coniunctio sanguinis facit præsumptionem sufficientem contra hæredem, quamuis extraneum, eo ipso quod est scriptus hæres, appareat de voluntate testatoris eum præferentis. vt etiam sentit Baldus. in consilio quadringentesimo tricesimo quinto. factum tale est, quidam nominatus. lib. iij.

Octauum argumentum est, quod † dictiones illæ, iam & quam, stant collectiuè, & rationes per me adductæ in consilio præcedunt propter subiectam materiam. l. final. C. de dot. promiss. Iason consilio sexagesimo sexto. in primo volum. Sed ad hoc respondetur quod positio quod

to quod stent collectiue, vt in motiuo dicitur, tamen resoluitur in suas singularitates, propter subiectam materiam, quia cum tractetur de fideicommisso, eius natura est, vt singulis descendentibus censeatur casus euenisse. d. §. Caio. d. §. Lucius. Præterea dato quod stent collectiue, tamen vt dixi, coniunctio illa potest intelligi duobus modis, & sensu singulari, & sensu composito, in casu autem nostro, intelligitur potius sensu singulari, vt dixi in consilio & consuluit Decius. in casu fortiori, & longe magis dubitabili, in allegato consilio octuagesimosexto, & Alexand. consilio sexagesimosexto in secundo, de quo alias dixi, nunc non repeto. Nonum argumentum est, quod quando non est substitutum in tota hæreditate vltimo decedenti, licet communis opinio sit, quod non censeatur inducta reciproca, tamen debet censeri reseruatum ius successionis ab intestato inter ipsos, secundum Iason. in l. penultima. C. de impuberis. sed ad hoc respondeo tribus modis. Primò, quod opinio Iasonis non est vera, nec communiter approbata, vt per Alexand. in l. pater filium. ad l. Falcidiam. & Ripa in d. §. cum ita. in notab. & dixi in consilio. Secundò, quia etiam si opinio Iasonis esset vera, tamen in casu nostro, non potest procedere, cum ab intestato admittatur non solum Gadaldus in successione Gabrielis, sed etiam eius pater authentic. defuncto. C. ad Tertul. & impossibile est dicere, quod testator reseruauerit talem successionem respectu patris, qui non est nominatus in testamento. Tertiò respondetur, quod Iason loquitur quando substitutio est facta vltimo decedenti, vt tunc videatur reseruatum tale ius, prout etiam est textus vbi idem Iason in l. potest eum. l. vel singulis. ff. de vulgar. sed in casu nostro substitutio non est facta vltimo decedenti, sed singulis decedentibus, qui pluralitas resoluitur in singularitates, vt dixi. Decimum & vltimum argumentum est, quia cum testator prohibuerit alienationem in infinitum ipsis nepotibus, & liberis eorum, videtur induxisse fideicommissum inter ipsos, secundum gloss. Imol. & alios in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. secundo. Alexand. in l. filiusfamilias. §. diui. in fin. de legat. primo. maximè cum prohibitio sit facta fauore masculorum tantum, vnde Gadaldus debet admitti, cum etiam extraneus admitteretur ab intestato, &c. sed certè & istud argumentum non multum vrget, quia gloss. & doct. in d. §. instituto. loquuntur de fideicommisso, quod inducitur in casum alienationis, non autem in casum mortis, vt est casus noster. stat ergo simul, quod in casum alienationis sit vocatus Gadaldus, & tamen in casum mortis absque filiis masculis, sit vocatus Dom. Camillus. Præterea gloss. in d. §. instituto. ita simpliciter intellecta non est vera, sed communiter reprobata, quia quamuis testator prohibeat alienationem pluribus cohæredibus, tamen non videtur inducere fideicommissum: vt est gloss. in d. §. diui. quam ibi sequuntur doctores, nisi addiderit aliqua verba inducentia reciprocum grauamen. d. §. instituto. l. pater. §. quintilecim. ff. de legat. secundo. l. cum pater libertis. de legat. tertio. quod non est factum in casu nostro. & per hæc satis sublata sunt argumenta in contrarium deducta. Saluo semper fauore iudicio.

CONSIL. XLII. SVMMÆ.

1 *Spurio relicto conditionem, si sine liberis, in casu eu- nescere.*

2 *Dictio quoquomodo venientibus comprehendit spu- rium, & natum ex illicito vel criminoso concubi- tu.*

3 *Dictio quoquomodo est generalis, & vim geminationis ha bet.*

4 *Testator potuit relinquere nepoti spurio, quia in eo ces- sat odium vitij paterni.*

5 *Dictio quoquomodo tanquam generalis videtur restringi ad habiles.*

6 *Spurij dicuntur, quia extra puritatem matrimonij proue- niunt.*

7 *Vna pars alternatiuæ aliam declarat.*

8 *Cum dictio vniuersalis adiecta sit verbo futuri temporis, & non de legali, sed hominis dispositione agatur, non fit restrictio ad habiles.*

9 *Spurij sunt infames saltem infamia facti.*

10 *Legitimatio abolet omnem maculam à spurio, adeò vt non amplius dicatur infamis aliqua infamia.*

11 *Legitimatis possunt conferri omnes dignitates, ergo non sunt turpes personæ.*

12 *Vna pars testamenti aliam declarat.*

13 *Filius legitimatus, succedit patri, sicut vere legitimus præ terquam in emphyteosi ecclesiastica.*

14 *Attestatio & tractatio patris erga filium, constituit eum, in quasi possessione istius iuris, vt præsumatur vere filius.*

15 *Legitimatio facta de infante, videtur non valere propter defectum consensus, tamen communis opinio est in con trarium.*

16 *Frustrà citantur, qui non habent ius contradicen- di.*

17 *Bulla vnionis sine consensu patroni nulla est.*

TEstamenti hæc sunt verba, *Cui Thomæ hæredi meo prohibeo omnem alienationem immobilium, &c. & non solu sibi, sed etiam filijs suis masculis, ex legitimo matrimonio descendentibus vel quoquomodo venientibus, in per- petuum, & si casus acciderit, quod ip- se moriatur sine filijs vt supra, vel filij de ipso descendentes sine filijs in perpetuum, substituo ei Thomæ, & ex ipso de- scendentibus vt supra, in perpetuum præfatos discipulos Christi, &c.* Quæritur de interpretatione horum verborum, & nunquid euenerit conditio fideicommissi? Diligenter re perpensa, pro more meo, paucis agam, cum hic casus, verborum, aut allegationum copia indigere non videatur. Existimo enim casum fideicommissi non euenisse, & ideo istos discipulos, seu Dom. Galeatium eis subrogatum, à petitione sua reijciendum esse. Moueor, quia conditio fideicommissi concepta est in casum, quo Thomas sine filiis decideret, vnde cum reliquerit Cæsarem, † qualemcunque spurium, conditio euanescit. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. primo. Nec obstat, quod d. Cæsar sit † spurius, seu intelligimus, quia verba conditionis etiam cum admittunt propter illa verba, *vel quoquo modo venientibus*, quæ comprehendunt etiam spurium, & natum ex illicito, vel criminoso concubitu. capitulo ad nostram. cum gloss. prima. extra. de probation. nam † verba illa, *Quoquo modo*, generalia sunt.

BIU Cujas

l.si extraneus.de condi. ob causam.& vim geminationis habent, & ideo etiam alias inhabiles comprænduntur. secundum glo.ij.quæst.j.ca. Deus omnipotens.& probatur in l.j. ff. de test. mil. vbi per talia verba, censetur sublata omnis dispositio iuris ciuilis, & solum ius naturale attenditur, vt declarat Bartol. in l.si vero. eod. tit. perinde ergo est, ac si dixisset, sine filiis legitimis; vel illegitimis, quo casu per existentiam talium excluditur fideicommissarius.l. hæred.§.final.ff.ad Treb. potuitque ipse † testator relinquere nepoti spurio, quia in eo cessat odium vitij paterni, vt est glo.in l.final.C.de natura.libe.per Bartol.& doc.in l.Gallus. §. quid si is, de lib. & posth. & ibi Alexand.in vltimis verbis, cum quo transeunt alij Mod.& per Fed. de Sen. consilio lij. Bened. Capram consilio liiij. in fin. & per Butrig. in disput. sua. quam posuit in d.l. fin. in qua firmat thema quæstionis in nepote spurio, qui natus sit ex filio spurio,& concludit posse ei relinqui, non subsistente legitima sobole ipsius testatoris, & sequitur ibi Alb. de Ros. & est de mente omnium in d.§. quid si is. Cum ergo potuerit testator hunc spurium disponere honorare, sequitur vt etiam in conditione potuerit ponere. Nec obstant quinque rationes, quæ in contrarium adduci possent. Prima, quòd † dictio, *Quoquomodo*, tanquam generalis videatur restringenda ad habiles, & sic non ad spurios. l.vt gradatim. de mun. & hon.l.j.C.de sacros.eccl. gloss.lxv. distin.c.placet cum similibus. Respondeo siquidem, quòd cum supradixerit, de filijs ex legitimo matrimonio descendentibus, illa verba, *vel quoquomodo prouenientibus*. non possunt intelligi, nisi de † spurijs, qui propriè sic dicuntur quia extra puritatem matrimonij proueniunt. Et sic† vna pars alternatiuæ aliam declarat.l.j.de reb. dub. meritò ergo non potest fieri restrictio, quia verba videntur specialiter hoc significare. Præterea † cum dictio vniuersalis adiecta sit verbo futuri temporis, & non de legali, sed hominis dispositione agatur, non fit restrictio ad habiles, gloss. l.cum pœna.ff. de arbit. Bald. l. final. C. sine cens. vel reliq. Ias. l. j. §. nuntiatio. de oper. nou.nunt. maximè in dictione, *Quoquomodo*, quæ est geminata, vt ibi per Ias. Secunda, quòd non videatur testator propter illa verba, *Quoquomodo venientibus*, intellexisse de spurijs, ne videatur dedisse occasionem delinquendi Thomæ filio suo, prout in simili dicit Bart. in d.l. hæredibus.§.ad Treb.cum quo transit Alexand.post alios. in l.si quis posthumos. ff.de lib.& posth.& per Bald.consilio ccccvj.in iij. Sed respondeo,quòd verba clara sunt,& ideo cum concurrat voluntas, & potestas sumus extra omnem dubietatem. & Bartol. in d.§.j. considerat talem rationem, quando institutus est presbyter, in quo tale delictum censetur atrocius, alias si intelligeretur etiam in laicis, sequeretur, quòd non posset testator expressim substituere nepotes spurios, quod est falsum, & omnes contrarium tenent,in d.l.final.C.de nat. lib. & in l. ex facto. §. si si quis rogatus.ad Treb. quicquid dixerit. Bald.in d.cons.ccccvj.contra quem est communis opinio. Tertia ratio,quòd cum hic extaret, legitima sobolesex Thoma scilicet. d. Ludouica, non videtur posse spurium nepotem admitti, & consequenter nec in conditione poni. d. l. final. sed respondeo.d.l.final.loquitur quando est legitima sobolesex ipso auo testatore, non autem ex illegitimo filio, seu hærede grauato. Præterea illa lex est facta in fauorem legitimorum, quando possunt succedere, sed in casu nostro d. Ludouica non poterat succedere, quia fœmina, & testator solos masculos vocabat, vnde cum ipsa non possit admitti, non obstat Cæsari fratri, per doctrinam Bartol. in l.j.§. qui habebatur. quæst. v. ff. de bo. pos. contr. tab. Præterea consensus ipsius.d. Ludouicæ ipsi præiudicat, adeò vt perinde iudicemus ac si non extaret, secundum Alexand.cons. lxx.num.ix.in vj volum. Quarta ratio, quia ex dignitate testatoris, qui erat episcopus, subest probabilis coniectura, quod noluerit de † spurijs intelligere, qui sunt infames, saltem infamia facti, &c.d.l.ex facto.d.§.si quis rogatus.& ibi per Imol. Alexand. cæteros, & per Socin.d.l.Gallus.§.eius vers. secundus casus. Respondeo in claris non est locus coniecturis: verba autem illa, *vel quoquomodo venientibus*, clara sunt. Item ex qualitate Thomæ qui fuit institutus, satis declaratur mens testatoris, non abhorrentis huiusmodi filios, argum. c. j. de nat.succes.feud.in vsib.feud.& quo notat Anchar. consilio cccxlj. Rom.consil. ccclxvij. cum similibus. Præterea cessat hæc difficultas, stante † legitimatione, quæ abolet omnem hanc maculam, adeò vt non amplius talis dicatur infamis infamia aliqua secundùm Bald. consilio cxlvj.in j.& cons. ccclxxxviij.in v.per text. in l. Imperialis.§. j. versi. nam omni macula. C. de nup. quod etiam tenet Lancel. Galiaul. in l. Gallus. §.& quid si tantùm. de lib. & posth. quia talibus possunt conferri omnes dignitates,ca.per venerabilem.extra, qui filij sint legit.ergo † non sunt turpes personæ, nec notati aliqua macula.l.ij.C.de dig.lib.xij. & Azo, qui allegatur in contrarium, loquitur in spurio, qui adhuc non fuerit legitimatus,secùs ergo in legitimato; maximè si restitutus sit ad dignitates & honores. secundùm Alexand. consilio ij. versic. præterea. in j. volum. Quinta ratio, quia testator in legato facto Thomæ, de iure patronatus vocat eius filios legitimos,& eis deficientibus agnatos, quibus verbis arguitur mens ipsius, quod noller illegitimos admitti, vt sic † vna pars testamenti aliam declaret.l.si seruus plurium.§.final.ff.de leg. j. Sed respondet tribus modis, Primò, quod per verba illius legati, non excluditur Cæsar legitimatus, quia vere & propriè dicitur legitimus, vt per Ias.in l.si is qui pro emptore.num.ccxxvij.de vsucap.& per Alexand.d.cons.ij. Soc. d.§. si eius.cum similibus, maximè propter subiecta illa verba, *Et quoscunque ex ipso descendentes, &c.* quæ talem legitimatum admittunt ad tale ius patronatus, & sic non potest dici euenisse conditio fideicommissi. Secundo respondeo, quod aliud est in iure patro. aliud in bonis hæreditarijs. Ratio differentiæ colligitur ex communi doctrina doct. qui tenet, quod † filius legitimatus succedit patri, sicut verò legitimus, præterquam in emphyteusi ecclesiastica, quia ecclesia magis abhorret istos, vt per Bald.Ias. Dec.in l.generaliter.in fin.C.de instit. & subst. Alexand.d.§.si quis rogatus. Dec.consilio cclxxxij. meritò ergo potuit eos summouere eadem ratione à iure patronatus ecclesiæ, & nisi esset in casu nostro dictio illa, *Et quoscunque, &c.* satis putaret Cæsarem excluſum esse à tali iure. Tertio respondeo, quod capitulum illud legati, est prorsus separatū à substitutione fideicommissaria.& ideo non possumus de vno ad aliud argumentari, ex quo in vno verba sunt clara,scilicet, *Quoquomodo venientibus*. & non in alio, prout in simili dicit Per. de Anch.consilio cxx.& etiam Ioan.And.consilio xxij.& Alex. consil.cccviij. in vj. volum. Nec obstat quod Ias.in

l.qui

l. qui filiabus. in primo not. de leg. j. allegat aliqua in contrarium, quia procedunt, quando in sequenti capitulo esset aliqua dictio repetitiua præcedentium qualitatum, vt declaraui in l. Herennius. ff. de verb. sign. Præterea aduertendum est, quod cum Thomas esset filius legitimus, & naturalis ipsius testatoris, vt ipse attestatur, quæ † 14 testatio, & tractatio constituit eum in quasi possessione istius iuris, adeo vt præsumatur vere filius, secundum Ant. & Mod. cap. transmissæ extra, qui fil. sint legi. Iacob. Butr. in l. quidam. ff. de probat. Alexand. consil. lj. in j. Dec. liiij. Fel. ca. per tuas. verl. secunda conclusio. de probat. Consequens est, vt ei deberetur legitima iure naturæ debita, quę est tertia pars omnium bonorum, & ideo si quicquam alienatum est per ipsum, seu ipsius hæredes, imputabitur in legitimam, nec in eo locus erit fideicommisso. l. filius iam. §. diui. de leg. j. vbi Iaf. in v. not. Aret. consilio xix. cum similibus & sic etiam si in futurum eueniat casus fideicommissi, semper d. Ludouica erit tuta. Et hæc quidem sufficere possunt pro victoria istius conuenti, tamen ad abundantiorem cautelam dico, rem carere omni dubitatione propter legitimationem Cæsaris, factam viuente patre, per quam indubitanter debet admitti, ad exclusionem fideicommissi. Nec quicquam facit, quod Cæsar esset infans, & ideo non potuerit præstare consensum legitimationi, vnde videretur, quod † 15 legitimatio non valet. §. illud tamen. in auth: quibus mo. nat. effic. leg. & quod habetur in l. final. ff. de ijs qui sunt sui, vel al. iu. per Franc. Cur. Seniorem consilio lxv. seriosa. Quia respondeo, quod imò sufficit consensus patris, cum ipse non possit, secundum Bartol. l. iubemus. C. de emancip. lib. & videtur sufficere qualiscunque ipsius infantis præsumptus consensus, cum tractetur de vtilitate sua, & sicut potest stipulari, rem pupilli saluam fore, qua agitur de vtilitate sua, secundum. l. seruus. ff. rem pup. sal. for. vt dicit glo. Bartol. Pau. de Cast. & Aret. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. Bald. l. donatarum. C. de acq. poss. ita etiam & multò fortius potuit consentire legitimationi. Et quod potuerit talis infans legitimari, videtur magis communis conclusio, secundum quam consuluit Bal. consilio lxvij. in j. & consilio cccxcix. & consilio cccxiij. in ij. & cxxxiij. in iij. Fulg. consi. xvj. Paul. de Cast. ccxxix. And. Sic. xxxiij. in ij. Alex. consil. xj. in vij. Corn. consilio clxxvij. in j. Socin. d. l. Gallus. §. forsitan. & consilio iij. in ij. Decius consilio lv. & consilio cccxvj. & consilio cclxvij. quibus locis multa adducit facientia ad casum nostrum. & ostendit hanc esse communem opinionem. & idem etiam nouissimè consuluit Ial. consil. cxxv. & clvj. in iij. lib. & Franciscinus Curt. consilio xxxij. in prima parte. quorum fundamenta militant in casu nostro, & ideo non duxi vlterius insistendum. Et maximè cum pater dederit ei licentiam, vt posset facere se quandocunque legitimari, & post eius mortem dictus Cæsar fuerit iterum legitimatus à comite, habente expressam auctoritatem legitimandi infantes, quo casu cessat omnis difficultas, & dictus consensus patris, seu licentia, operatur perinde ac si tunc fuisset legitimatus, & facit, vt ea legitimatio retrò trahatur arg. authen. Item cum quis. C. de nat. lib. & per Bartol. & alios in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Paul. de Castr. consilio cccxxix. præsupposito. quod iste pater. in il. volum. Socin. consilio xlj. iij. cum similibus. Nec me mouet, si diceretur, A quod talis legitimatio non deberet valere in præiudicium fideicommissariorum, qui non fuerunt citati. Quia respondeo, quod cum per existentiam filii legitimati, deficiat conditio, sub qua isti vocati sunt, non est opus alia citatione, quia † si frustra citaretur, qui non habet ius contradi- 16
cendi. l. qui potest inuitis. reg. iur. & ita tenet Bald. l. final. C. quibus res iud. non noc. & est magis communis opinio, vt per Alexand. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & in consilio ij. & per Lancel. in d. §. & quid si tantum. Soc. d. §. si eius. vbi non requirit aliam citationem, & iij consi. lxiij. iij Dec. d. consi. lv. d. consi. cccxvj. Non omitto etiam quod videtur d. Galassius omnino excludendus ab hoc iudicio, tanquam sua non interest, secundum reg. l. non ignorat. C. qui acc. non poss. Quia testator reliquit discipulis Christi ab ipso institutis, secundum formam testamenti, ex quibus non est d. Galassius. Nec obstat † bulla Clementis, quę 17
vnijit dictam scholam, &c. & ei cœcessit, &c. Quia cum emanauerit absque consensu Thomæ, qui habebat ius patronatus ex forma testamenti, est ipso iure nulla, tanquam subreptitia. c. super eo. de offic. deleg. gl. & doct. c. ij. de præb. lib. vj. & est reg. Cancellariæ, num. xl. Et quamuis in ea dicatur, ex parte quoque Thomę fuisse supplicatum, &c. non tamen per hoc arguitur consensus Thomæ, nisi aliter apparet, secundum not. c. nonnulli. de rese. alias esset in facultate cuiuslibet supplicando parte alterius, & tanquam consentienti præiudicare. D Et videtur ista exceptio tanquam notarij defectus admittenda aduersus istum actorem, quamuis possessorem bonorum dictæ scholæ, per ea, quæ not. Bald. in l. ij. in v. dubio. C. de sec. & aq. & Ial. in l. si vrbana. de condict. inde. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLIII. SVMMÆ.

1 *Fœmina excludenda est à castris, oppidis & iurisdictionibus, cum huiusmodi castra & iurisdictiones regulariter non transeant in fœminas.* E

2 *In substitutionibus fideicommissarijs, appellationem hæredis restringimus ad filios, & descendentes.*

3 *Fideicommissa fiunt propter affectionem testatoris, per testatorem autem non potest videri habita affectio ad extraneos, & incertos, meritò significationem hæredis restringimus ad descendentes.*

4 *Amisso substituto res hæreditaria dicitur mista cum patrimonio substituti.*

F 5 *Hæredem sanguinis ex causa intelligi.*

6 *Testator prædilexit institutum substituto.*

7 *Qui in conditione sunt positi, non censentur positi in dispositione.*

8 *In substitutionibus appellatio hæredis, non intelligitur de extraneis, sed de descendentibus.*

9 *Si persona descendens à testatore habet substitutum, cum clausula & eius hæredes, semper intelligimus de filijs, ne alijs descendentibus per extraneos præiudicetur.*

G 10 *Si extaret consuetudo quod hæredes simpliciter filios appellaremus, tunc communis vsus prævaleret.*

11 *Valet argumentum de sermone vulgari ad sermonem Latinum, sicut de Græco ad Latinum.*

12 *Verba si decederet sine filijs, intelliguntur de masculis, licet regulariter talia verba simpliciter accipiantur ita masculis, quam fœminis, quia illud procedit, quoties coniectura mentis testatoris aliud suaderet, tunc enim de masculis tantum intelligitur, & masculinum non comprehendit fœmininum.*

2 Excep-

BIU Cujas

13 *Extenſioni aduerſus mentem teſtatoris non eſt locus.*
14 *Præcedentia declarant ſubſequentia.*
15 *Semper fit interpretatio, nequis ſibi ipſi ſit contrarius.*
16 *In materia in qua verba ad literam debent intelligi, ſemper fit interpretatio, ne ſubſit aliqua contrarietas.*
17 *Dictio ſucceſſores propriè loquendo, intelligitur de hæredes particulari.*
18 *In contractibus quando pater ſtipulatur credendum eſt non vt filijs, ſed vt hæredibus ſtipulatus.*
19 *Filij ſi admittuntur tanquam hæredes, neceſſariò habebunt rata geſta per patrem.*
20 *Qulibet res præſumitur libera à ſeruitute, & allodialis, niſi contrarium probetur.*
21 *Quælibet res præſumitur libera à ſeruitute.*

QVamuis diligenter & ſubtiliter ſcriptum in hac cauſa per præſtantiſ. cõſultores, mihi fratres honorandos fuerit adeò, vt ferè nihil reliquerint, quod adijcere eorũ ſcriptis poſsim: tamen res omnis clariùs explicetur, & ne ſola approbatione videar fuiſſe contentus, decreui aliquid ſcribere, & poſt optimum meſſorum terga, ſpicas colligere. Videretur ergo prima facie, Magnific. dominam Syluiam, filiam magnifici Petri Franciſci Picolhominei, nullum ius prætendere poſſe, in bonis quæ fuere domini Andreæ aui ſui paterni; quia verba fideicom. dicunt. *Quod ſi Petrus Franciſcus & Alex. decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, &c.* ſed iſta conditio non euenit: quia deceſsit Petrus Franciſcus relicta Syluia. l. j. C. de cõnd. inſer. l. Herennius de verb. ſignifi. ergo potuit Petrus Franciſcus diſponere, & teſtari arbitrio ſuo, prout fecit. Nec eſt veriſimile quoſt teſtator intellexerit de filijs maſculis tantùm, quia vtique hoc expreſsiſſet, ſi de eis tantum intellexiſſet. l. j. §. finautem ad deficientis. C. de cad. toll. & conſuluit Anch. conſi. cxx. Alex. xlix. in iiij. & xxxviij. & vj. & xvij. in vij. Iaſ. l. qui filiabus. de leg. j. cum concord. Confirmatur, quia verba fideicommiſsi dicunt, *Quod poſt mortem Reuerendiſsimi domini Ioannis bona deueniant, prout inferius declaratum & annotatum eſt.* ſed inferius nihil dicitur de dom. Syluia: ſimpliciter vocantur Petrus Franciſcus & Alex. & eorum hæredes, & ſucceſſores, & licet relatio non poſſit fieri ad dictos Petrum Franciſcum & Alex. qui in primo caſu præſupponuntur mortui, tamen debet fieri prout pót. ſ. reſpectu hęredũ, ſucceſſorũ, ſecundùm not. in l. j. §. lex Falc. ad leg. Falc. in c. idé nitatibus. §. pen. de elect. in vj. & no. in cap. fin. de ſtatu. monach. perinde ergó eſt ac ſi ſimpliciter vocaſſet ad fideicommiſſum, hæredes & ſucceſſores filiorum, quæ verba comprehendunt extraneum hæredem. l. in annalibus. C. de legat. & per Dec. conſil. xxix. maximè propter adiectionem illius dictionis, *Et ſucceſſores.* l. quædam. §. nihil. ff. de eden. vbi Alexan. & Iaſ. & per Soc. conſil. clxvj. in cauſa quæ vertitur. non autem comprehendunt dom. Syluiam, quæ non fuit hæres vniuerſalis patris, ſed duntaxat particulariter inſtituta in dote. vnde ea non videtur comprehendi appellatione hæredis; maximè exiſtentibus alijs vniuerſalibus, ſecundùm l. quoties. C. de hær. l. inſtit. l. ex facto. ff. eod. titul. & quod not. Imol. Alex. & cæteri in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. Et etiam ſi admitteretur, † ſaltem eſſet excludenda à caſtris, & oppidis, & iuriſdictionibus, de quibus agitur, cum huiuſmodi feuda & iuriſdictiones regulariter non tranſeant in fœminas. cap. j. §. & quia videmus. qui feud. dar. poſſ. cum ſimilibus. Sed tamen his non obſtantibus, arbitror concluſionem dominorum conſultorum veram eſſe & dominam Syluiam admitti iure fideicommiſsi auiti, cùm enim d. Andræas poſt mortem Reuerendiſsimi domini Ioannis, vocauerit hæredes & ſucceſſores. d. Petri Franciſci, ſolaque extet domina Syluia, dico ius omne ad eam pertinere. Moueor illa ratione: quia in hac ſubſtitutione, quia vocati ſunt hæredes, videtur teſtator, non de hærede extraneo, ſed de hærede ſanguinis intellexiſſe, & ſic de filijs, ſeu deſcendentibus. Qui † in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs appellationem hæredis, reſtringimus ad filios, & deſcendentes. ex facto. §. final. ff. ad Treb. cum enim † fideicommiſſa fiant propter affectionem teſtatoris. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. non poteſt videri habita affectio ad extraneos, & incertos: meritò ſignificationem hæredis reſtringimus ad deſcendentes. l. ſciendum. ibi, quia incertus eſt. ff. de verbor. ſignific. & ita tenuit Specu. in titul. de teſt. §. in primis. in final. quæ ibi ſequitur Bald. in additio. & idem Bald. in capit. ſi pater. de teſtam. in vj. & ca. j. de nat. ſuc. feud. & conſil. clj. verba teſtamenti. in j. & conſil. cclxvj. in ij. volum. Guid. Pap. quæſt. cccclix. & quæſt. ccccxcj. vbi dicit, quod ita fuit iudicatum in parlamento Delphinatus. & ſatis ſentit Iaſ. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſt. vbi reſpondet ad l. in Annalib. C. de lega. quòd non loquitur in ſubſtitutione, prout eſt caſus noſter, ſed in legato annuo, quod habet taciturn conditionem, cum pro primo anno ſit purum, pro ſequentibus conditionale, ſecundum l. ſi ſtychum. in final. ff. de verbo. obligat. ideò ad hæredem non tranſferretur, niſi eſſet expreſſum, expreſsio ergo hæredis, ibi fit ad finem tranſmiſſionis, cui aliàs locus non eſſet. l. j. §. finautem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. at in caſu noſtro non fit ad eum finem, cum † admiſſo ſubſtituto, res hæreditaria eſſet miſta cum patrimonio ſubſtituti. l. ſed & ſi plures. § filio. de vulg. & ideo tranſmitteretur ad quemcunque, eſſetque tali caſu hæredis mentio ſuperflua. l. eum qui. §. j. ff. de verbor. obligat, meritò accipitur interpretatio, quod de † hærede ſanguinis teſtator intellexerit, ſicut in alijs caſibus plerunque fit, vt d. l. ex facto. §. j. & capit. final. ſi de feu. fu. contr. inter dom. c. ſi clientulus, de ali. feud. l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acquir. hęredit. & in d. l. Gallus. §. etiam. Confirmatur iſta ſententia per rationem Bar. in d. l. Gallus. §. etiã. quæ prius fuit Ryc. Malumb. ſicut enim † teſtator prædilexit inſtitutum ſubſtituto. l. Publius. §. final. de cond. & dem. ita etiam hæredes extraneis inſtituti, cenſentur prædilexiſſe hæredibus extraneis ſubſtituti, meritò ergo non cenſebitur de iſtis extraneis intellexiſſe, ne talis abſurditas ſequatur: & hanc rationem Bart. ſequuntur ibi communiter doct. & Alexan. conſilio cv. in ij. volum. & conſilio lxxiij. in iij. & conſil. cxxv. in v. volum. Soc. conſil. xij. in princ. in iij. Dec. conſil. ccxciiij. cum ſimilibus. Et licet Bartol. loquatur, quando teſtator filios inſtituti poſuit in conditione, tamen hoc nihil refert, ex quo † qui in conditione poſiti ſunt, non ideo cenſentur in diſpoſitione, ſecundum gloſ. communiter approbatam in l. Lucius. ij. ff. de hæred. inſtit. vera igitur videtur concluſio, quòd † in ſubſtitutionibus appellatio hæredis, non intelligitur de extraneis, ſed de deſcendentibus, quicquid dixerit Alexan. in d. §. etiam, vt merito Paul. de Caſtr. ibi dixerit, quòd nunquam voluit conſulere pro extraneis aduerſus deſcendẽtes, in prædicto caſu. Quicquid tamẽ

ſit,

sit, in illa quæstione thema nostrum est clarum: quia videtur indubitanter procedere suprascripta opinio Specu. in quatuor casibus. Primus est, quando extarent descendentes ab ipso testatore, vt est domina Syluia, nunquam appellatione hæredis interpretabimur de extraneo in eorum præiudicium, vt sentit Bart. in d. §. etiam, versi. maxime. & ibi Paul. Castr. & per Alex. consi. xxxvj. in iij. & consi. xxxxix. in vj. & iste casus habet maximam æquitatem. arg. l. cum auus. ff. de cond. & dem. vnde sequitur vt † si persona descendens à testatore habeat substitutum cum clausula, *Et eius hæredes*. semper intelligamus de filijs, ne alijs descendentibus per extraneos præiudicetur, facit quod not. Bald. consi. cclxvij. lib. v. Ang. in d. §. etiam. Dec. cclxxxviij. prope fi. quod si nemo sit descendens aliud esset, secundum Corn. consi. xxij. in iij. cclxxij. in iiij. Secundus est, quando extaret consuetudo, quod hæredes simpliciter filios appellaremus: quia tunc † communis vsus præualeret. l. l. abeo. de stip. leg. & tali casu proculdubio procederet opinio Speculatoris, prout consuluit Bart. in consi. lij. Salimbene Ioannelli, &c. & certè talis consuetudo videtur esse vbique per Italiam, vnde ibi Bart. præsupponit non esse necessariam aliam probationē, & facit quod consuluit Bal. consi. xxxij. & consil. cxxv. lib. iiij. Soc. consi. ccxxxxix. in ij. lvij. in iij. And. Sic. lxxxix. lib. iij. & cum hæc consuetudo sit in sermone vulgari, idem etiam credendum est in sermone Latino: quia † valet argumentum de vno ad alium, sicut de Græco ad Latinum. arg. l. quis venerium. ff. de verb. sign. & declaraui lib. ij. de verb. sig. Tertius est, quando testator filium seu filiam instituti aliquo legato honorasset, & ostendisset eorum beneuolentiam, tunc non est verisimile, q̃ voluerit extraneos hæredes substituti, eis præferre, prout dicit se consuluisse Raph. Fulg. in l. generaliter. C. de inst. & substit. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. quem refert & sequitur Alex. Iaf. Mod. in d. §. etiam. & Soc. consi. xij. cum similibus. & facit quod consuluit Ang. in consi. cccv. charissime frater. quæ referunt & sequuntur Iaf. Aret. Soc. Mod. in d. §. etiam. qui casus etiam quæstioni nostræ conuenit, in qua proponitur, q̃ testator consuluit istis fœminis eas dotando in casum existentiū masculorum. Quartus est casus, quem ponit Bar. in d. §. etiam. q̃ testator decederet instituto sine filijs, substituit Titium, & eius hæredes, non enim videtur præferre hæredes extraneos Titij, filijs instituti, q̃s in conditione posuit, vt suprà dixi, & est cōis opinio, quam ampliat Paul. Castr. ibi., etiam si filios in conditione non posuisset, sed de testamento ascendentis tractetur, in quo lex subaudit talem cōditionem, ne videatur testator alienos suis prætulisse. d. l. cum auus. d. l. cum acutissimi. sequitur ibi Claudius & alij Mod. vnde in casu nostrō, illa verba, *Bona deueniant ad Petrum Fran. & suos hæredes*. debēt intelligi de filijs, & sic d. Syluia, ne extranei illi præferantur. Quod si in casu suprascripto, filij pōnit in conditione, vel à lege subaudiri, secundum d. l. cum auus. excludunt, extraneos hæredes, quāuis non sint vocati ex testamento, secundum gl. communiter approbatam in d. l. Lucius. quanto magis debēt extranei isti excludi, ab his, qui expressè vocati sunt, vt in casu nostro, in quo testator expressè vocat hæredes Petri Franciſci & sic filias, secundum suprascripta facit q̃ not. Bal. consi. clxxxix. in j. Soc. consi. lvij. in iij. lib. Dec. consi. xxxviij. Nec obstant ea, quæ in contrarium allegātur. Et in primis; q̃ fideicommissum nullum subsit, cum cōditio dicat, *Si Petrus Fran. decesserit sine filijs, &c.* & ipse reliquerit Syluiā. Respondeo enim duobus modis. Et primo, q̃ admisso hoc intellectu, non tñ excluderetur Syluia à fideicommisso, q̃ inducitur ex verbis positis in capite institutionis, in quo post mortem filiorum suorum vocat eorum hæredes, & sic ipsam Syluiam, quā si voluit ab intestato præferri ipsi Reuerendis. Ioanni, secūdum gl. in d. l. Lucius. multo magis extraneis hæredibus d. Petri Fran. Secūdo, respondeo magis secundum mētem testatoris, q̃ illa † verba, *Si decederent sine filijs*. intelligantur. s. masculis, licet enim regulariter talia verba simpliciter accipiantur tam masculis, quàm fœminis. d. l. Herennius. d. l. j. cū hoc non procedit, quoties cōiectura mentis testatoris aliud suaderet, tunc enim de masculis tantùm intelligitur, & masculinum non concipit fœmininum. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. l. j. §. quare. de vet. & in poss. mit. cum enim id fieri, nisi per extensionem non possit, secundū Bal. c. ad audientiā. de rescr. Capr. consil. lxij. Corn. cclxxj. in iiij. tali † extensioni aduersus mētem testatoris locus non erit, colligitur autem ea mens varijs ex coniecturis, quas omnes referre non expedit, & de quibus per Bar. l. Lucius. de vulg. l. final. ff. ad Treb. Abb. consi. xxxvj. in j. Raph. Corn. consi. cxvij. Alex. consi. xxxxix. in iij. Soc. consil. xxxxv. Dec. consi. xv. & cclxxx. Curt. Iun. consil. lxi. & alibi varijs in locis. Sed in casu nostro sunt duæ efficaces. Prima, q̃ testator supra loquutus erat solū de filijs masculis Petri Fran. & Alex. & deinde subiecit substitutionem, *Prædicti decederent sine filijs, &c.* vnde cum supra dixerit, de masculis, videtur etiā hoc in capite de eis intelligendum, quia præcedētia † declarant subsequentia. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. maximè cum mens testatoris satis appareat, quod voluerit bona conseruari in familia masculorum, quatenus ex descendētibus suis essent aliqui masculi: vnde talis coniectura censetur valde efficax, secundùm quam consuluit etiā Soc. consi. xxxx. inter consilia Franciſci Curtij, vbi respondet omnibus quæ adduci possunt in contrarium. Sed nos sumus in casu clariore propter sequētem coniecturam. Secunda ergo sit cōiectura quæ ex vi verborum testatoris descendit. & q̃ sola sufficit ad determinationem præsentis casus, cū enim supra concluserimus illis verbis substitutionis, q̃bus post dictio. Petri Fran. vocat testator eius hæredes, intelligi de hæredibus sanguinis, seu descendentibus necessario, in substitutione facta d. Petro Franc. *Si absq; filijs decesserit*. intelligitur masculis, etiam si superſint fœminæ, cùm enim vocet Reuerendiss. Ioannem in casum, quō decedat d. Petrus Frā. absq; filijs, & post eum vocet hæredes, id est filios d. Petri Franc. & sic præsupponat adhuc superesse filios, ne subsit contrarietas, intelligemus substitutum fuisse casu quod do. Petrus Franciſc. decedat absque masculis, & post Reuerendiss. Ioan. vocatas fuisse hæredes sanguinis, id est fœminas, alioquin manifesta, contrarietas esset in verbis testatoris, † sit autem semper interpretatione quis ibi ipsi sit contrarius. l. non ad ea. de consult. & demonst. cap. cum expediat. de elect. in vj. l. fin. C. de eden. per Alexan. consi. cxxxxj. in ij. xxviij. in iij. cum similibus. Quamdiu ergo testator non expresserit de masculis, tamen habetur pro expresso, ne videatur sibi contrarius, præualetq; mens ipsius quæ ex tali coniectura efficaciter colligitur: vnde etiam † in materia, in qua verba ad literam deberet intelligi, semper fit interpretatio, ne subsit aliqua contrarietas, secundum Petrum de Anch. con.

viso puncto addit Ludou. Rom. consi. ciiij. pater reuerende, & c. istud procedere, etiam si aliqua verba impropriarentur. Non obstat secunda difficultas, quod verba illa. *Hæredes & successores*, debeãt intelligi de extraneis; & vniuersalibus; & c. quia supra responsum est, dictionem hæredes, intelligi de hærede sanguinis, quod verò attinet ad dictionem successores, dico debet intelligi de hærede sanguinis, siue succedat vniuersaliter, siue particulariter, prout in casu nostro, d. Syluia, quæ fuit particulariter instituta in quinque millibus Flore-
17 nis, ista enim † dictio, successores, intelligitur etiam propriè loquendo de hærede particulari. l. Fluminum. §. adiicitur. ff. de dam. infec. per quem text. ita consuluit Alexan. consi. cxcij. in ij. volum. refert. & sequitur Decius consil. clxxj. & consilio cclxxxv. & idem tenuit Guid. Papiens. quæstio. ccclviij. per text. in l. prima. §. in locum. ff. quorum leg. & leg. fina. ff. de excepti. rei iud. Et quod filia in terminis nostris, quamuis particulariter instituta admittatur aduersus extraneos hæredes vniuersaliter instituros, est decisio in terminis Specul. in dicto titu. de testam. §. in primis. ad fin. quam ibi approbauerunt veteres, & Bald. in l. liberti. versi. sed quid si quidam. C. de op. lib. And. Sicul. consilio lxxxix. lib. iij. & sequitur Guid. Pap. in d. q. ccclviij. & ibi refert, quod in casu ardua ita iudicatum fuit, idem repetit etiam in q. dxcj. & certe tanta est auctoritas istorum vt in iudicando tutum non esset ab eis recedere, maximè cùm innitatur hæc sententia voluntati testatoris & fa-
D ueat eius descendentibus aduersus extraneos. arg. d. l. cum auus. & quod dicitur in leg. si pars. ff. de inoff. testam. & quod not. And. Sic. consi. vj. incip. scriptum est. vol. j. de quo per Dec. cap. j. extra, de constit. Et quia in fortiore casu idem tenuit Bart. in l. vt iurisiurãdi. ff. de op. lib. & in consi. lv. d. Amatus. & consi. lx. quæstio ista habet duo dubia. & Bald. l. j. quæst. xlviiij. ff. de rer. diui. vbi si pater accipit emphyteusin pro se, & suis filiis, & hæredi-
E bus, satis est si filii particulariter sint instituti, quæ sententia licet in contractibus habeat aliquos cõtradicentes, tamẽ in vltimis voluntatibus certa &
18 indubitata est, & infrà ostẽdã. † In cõtractibus em quãdo pater stipulatur. credendũ est non vt filiis, sed vt hæredibus stipulatus l. Seia. vers. igitur. ff. de don. causa mort. cap. j. an agn. in feud. gl. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. quia istud est fauorabilius ipsi patri, tum vt habeat hæredem. §. valde. instit. quib. ex caus. man. non lic. tum vt libere possit de
19 re à se acquisita disponere, cum enim † filii non ad- F mittantur, nisi tanquam hæredes, necessariò rata habebunt gesta per patrem, l. cum à matre. C. de rei vendic. Dec. consilio ccxvj. quod ego arbitror procedere etiam in emphyteusi ecclesiastica: quia lex manifestè requirit hanc qualitatem, quod sint hæredes. §. emphyteusin. in authen. de non alien. vbi Iacob. de Bel. Bal. l. ij. C. de suis & leg. Raph. Com. & Aret. in l. dicitur. ff. de verb. obl. & licet in hoc aliqui dissentiant propter naturã rei tñ regula in se est vera, q̃ in contractibus pater in dubio vi-G detur stipulari filiis tanquam hæredibus, vt dixi, & firmat And. Sicul. dicto consi. lxxxix. lib. iij. Sed in vltimis voluntatibus, quando testator facit mẽtionem hæredum filii sui, & intelligit de herede sanguinis, nihil est opus, quod sit hæres bonorum patris: quia testator habuit respectum, quod sit descendens suus, non autem quod successerit patri, & ideo conditio illa, *si sine hærede decesserit* non requirit necessariò, q̃ filius sit hæres, secundũ Paul.

A Cast. in d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. sequitur Iaso. in l. Gallus. §. j. de lib. & posth. & in l. si non fuerit. §. libertus. ff. de condit. ind. nisi tamen dictum esset, *Sine filio, & hærede, & c.* tunc enim dictio, hæredis, sit superflua, aliud esset, secundũ Bart. & doct. d. l. ex facto. §. fin. in quo tamen puncto, non leuis est inter doctores altercatio, vt per Aret. & Moder. in d. l. Gallus. §. j. In proposito autem nostro nulla est superfluitas, quia dictio hæres, intelligetur de hęredibus sanguinis, dicto successores, intelligetur etiam de particularibus, & sic non obstant iura & decisiones quę adducũtur à Moder. in dicta l. quędam. §. nihil. qa procedunt in contractibus, in quibus videtur contrahens prouidere vniuersali hæredi suo, non autem in testamentis, in quibus attenditur ad mentem testatoris, qui non considerauit, quod filius suus decederet absque hærede, sed solùm, q̃ nepos esset descendens suus, vt in simili etiã dicit Dec. in allegato cõs. xxxviij. & huius modi differentia inter contractus & vltimas volũtates, videtur magis communiter approbata. Nec obstat vltima difficultas, quod d. Syluia tanquam mulier, excludenda sit à castris & iurisdictionib. & c. secundum cap. j. §. & quia vidimus. qui feud. dar. posl. Respondeo, quod imò mulier potest admitti ad huiusmodi bona tãquã allodialia. Probatur id ex regula, quod † quælibet res præsumitur 20
allodialis, & libera, nisi contrarium euidenter probetur. c. fi. de iud. cap. nimis. de iureiur. vbi doct. sicut & † quęlibet res, præsumitur libera à ser- 21
uitute. l. altius. C. de seruit. & ecclesia libera à iure patronatus, saluo iure episc. c. venerabilis. de except. vbi Innoc. & Bal. vnde si aliquis sit Comes, vel Marchio, sub domino regis, in dubio existimabitur Comitatum iure proprio habere, non autẽ iure feu. l. nõ dubito. versi. hæc enim. ff. de capti. & si qua seruitia regi præstitit, præsumetur præstitisse simpliciter, tanquam principi suo, non tanquam dominõ feudi, quod Host. Ioan. And. Ant. de Butr. in d. c. fin. & d. c. nimis docuerunt. & per Alex. cõsi. xv. lib. v. Iaso. l. si prius. de oper. no. nun. Dec. cõsilio cclxix. cum similibus. potuerunt enim ista castra esse acquisita tit. donationis, vel aliter, absque aliqua obligatione feudali, secũdum Bal. consi. cccj. in iij. Ang. consi. cclij. Card. Zab. consi. lxiiij. cum similib. per Dec. consi. xc. cxc. cxcviij. quocasu indistinctè transeunt in fœminas. c. significauit. de rescr. vbi doct. l. maximum. C. de lib. præt. Et certè si ad hæc castra possunt admitti extranei ex testamento d. Pet. Fran. multo magis d. Syl. quę est descendens, cum facilius transeant in fœminas descendentes, quàm in extraneos. d. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum similibus. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLIIII. SVMMÆ.

1 *In testamentis licet mens testatoris plurimum contineatur, hoc tamen intelligitur, dum sit expressa per verba.*

2 *Mens ipsa non potest rectè percipi, nisi ex verbis, aliàs facile deciperemur in coniectura mentis, ideò à verbis nõ est recedendum.*

3 *Ad inducendum fideicommissum, non sufficit coniecturata mens testatoris.*

4 *A significatione verborum non aliter recedendum est, quã cum manifestum est testatorem aliud sensisse.*

5 *Cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.*

6 *Fideicommissum est onus.*

7 *Semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus.*

8 *In fideicõmissis onus filijs iniunctũ, ad nepotes nõ pertinet.*

Inprohi-

BIU Cujas

9 In prohibitione alienationis facta filijs, appellatione filiorum non continentur nepotes.
10 In institutionibus casus impotentiæ trahitur ad casum voluntatis.
11 In fideicommissis grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationem.
12 In institutionibus casus simplex trahitur ad mixtum.
13 In institutionibus semper fit lata interpretatio, secùs in fideicommissi.
14 Facilius extenditur conditio ad casum omissum in persona instituti, quàm in personam substituti, quacunque substitutione.
15 In legatis ex fideicommissis semper quod minimum est sequimur.
16 Fideicommissi ademptio est fauorabilis, quia datio censetur odiosa.
17 In fideicommissis particularibus, appellatione filiorum nō veniunt nepotes.
18 In fideicommissis particularibus conditio si morte patris sui iuris effectus fuerit, non traditur ad emancipationē.
19 In institutionibus casus impotentiæ, comprehendit casum repudiationis, secùs in legatis, vel fideicommissis particularibus.
20 Dictio omnes non potest verificari in vno.
21 Dictio vterq; verificatur etiam in altero.
22 Vulgaris substitutio pluribus facta, non resoluitur in suas singularitates.
23 Verbum deficere non potest referri ad eos, qui nunquam fuerunt.
24 In substitutione non dicitur deficere, seu quod idem est desinere, quod nunquam incepit.
25 Verbum deficere, licet quandocūq; possit latiùs accipi, tamē semper præsupponit quod saltem de facto cœperit.
26 Conditio est incertitudo, & nihil præsupponit extare.
27 Dictio tunc in casu, inducit iteratam limitationem, & facit vt à casu expresso non recedamus.
28 Verba nec ante, nec aliter sunt propriè derogatiua ad quēlibet alium casum, & habent vim conditionis resolutiuæ respectu omnium aliorum casuū.
29 Dictio modalis non inducit quandam formam, à qua non licet recedere.
30 Dictionis ita quæ natura est vt secundum suprascripta intelligatur, nec vnquam ampliat præcedentia, sed potius restringit. (riter.
31 Conditio trahitur ad alium casum non trahitum regulā-
32 Conclusio inextendibilis.
33 Optima est coniectura perquam testator censetur accōmodasse voluntatem suam secundum leges ciuitatis.
34 Coniectura mentis testatoris plerunq; falli possumus.
35 Ecclesia de occultis non iudicat.
36 Infirmus rationabiliter, & ad communitatem dans, non est habenda ratione mentis testatoris.
37 A regulis communibus non est recedendum.
38 Substitutio si filius nascatur, & deinde decedat, extenditur ad casum, quo non nascatur.
39 Substitutio pupillaris vsum facta, facit vt substituto admittatur etiam nemine nato.
40 Pupillaris expressa tacitam vulgarem continet, non tamen mente testatoris, quæ non sat certa est, quam ex legis authoritate, propter authoritatem Diui Marci.
41 In fideicommissis possumus vulgariter substituere.
42 Tacita vulgaris non est in fideicommissis.
43 Verba communia de re particulari resoluuntur in mere obliqua, seu precaria.
44 Compendiosa facta per verba obliqua, non continet aliquam vulgarem.
45 Semper attendimus ad personam agentis, & ex ea meliùs iudicamus.
46 Pupillaris substitutio licet contineat vulgarem, & è contra, tamen non procedit, quando testator dictione tanta

tiua vsus fit.
47 Dictio tunc, & eo casu, habet vim restrictiuam.
48 Ius accrescendi est quædam substitutio.
49 Conditio adiecta substitutioni compendiosæ, attenditur nō solum respectu fideicommissariæ, sed etiam respectu vulgaris, quæ illi tacitè inest.
50 Cùm plures sint gradus substitutionum, quamuis medij sint caduci, tamen vltimo est locus.
51 In legato, vel substitutione pro non scripta, nō transit onus fideicommissi. (tionem.
52 Vna & eadem clausula habere debet æqualem determina-
53 In casu, in quo quis vocatus est per verba communia, in re certa, compendiosa non continet vulgarem.
54 In dubio pro possessore pronuntiandum.
55 Actor nisi clarè probet intentionem suam, est reijciendus.
56 Semper interpretatio accipitur pro eo, qui conuenitur.
57 Semper illa pars est amplectenda, per quam pronuntiatur pro libertate bonorum, vt non subsint alicui fideicommisso, quia fideicommissum est onus, & eius datio est odiosa.
58 In re dubia satius est quod hæreditas deuoluatur secundum causam testati cui lex magis fauet, tanquam legitimæ & iustæ.
59 Omnis nouitas suspecta est.
60 Præsumendum est pro sententia iudicis.
61 Præsumptio est contra eum, qui succubuit quod mala causam haberet, & quod iustè succubuerit.
62 Sententia lata in vno iudicio facit quale quale præiudicium in alijs, adeò vt quandoq; sufficiat semiplenæ probationi.
63 Exceptio litis finitæ, repellit agentem à limine iudicij.
64 Sufficit sententiam latam esse contra principalem, vt nocet eius substituto. (tus.
65 A regula non est recedendum, nisi expressè probetur casus.
66 Collusisse dicitur, qui non curauit sua iura exhibere.
67 Sententiæ latæ in possessorio non pariunt præiudicium in causa, pertinente ad petitorium.
68 De iure communi nullum remedium possessorium competit pro legato aut fideicommisso, maximè rei certæ.
69 Rei vindicatio propriè est remedium petitorium.
70 Facienda est interpretatio vt sententia censeatur lata ex causa, quæ minus noceat.
71 In re dubia interpretatio sit in mitiorem partem.
72 Ex actis sententia recipit interpretationem.
73 Contra eum, qui potest appellare, non fit executio.

EXplicitus est casus presens tam copiosè, & subtiliter per præstantissimos doctores qui ante me consuluerunt, vt ferè nihil mihi relictum sit q adijcere possim, quodq; non sit dictum prius: & ideo simplici subscriptione contentus esse potuissem, nisi aliter partib. visum esset, addam tñ aliqua, quæ animum dominorum iudicum meliùs confirmare possint, vt securiùs, confidentiusq; aliorum, qui hac in causa olim iudicauerunt exemplum imitentur. Viso ergo, & diligenter considerato testamento Ioan. de Bardis, in eam accessi sententiam, vt existimem casum fideicōmissi non euenisse, & filias Angeli tam quam patris sui ab intestato hæredes à petitis per d. Albertum absoluendas esse, pro cuius sententiæ fundamento in primis præmittendum est, quod † licet in testamentis mens testatoris plurimum † dominetur, tamen hoc intelligitur, dum tamen sit expressa p verba l. quidā cum filium. ff. de hæred. instit. vbi Bald. & Imol. Et quia † mens ipsa nō potest recte percipi, nisi ex verbis: aliàs facilè deciperemur in coniectura mentis: ideo non est à verbis recedendum, secundùm Bald. l. precibus. C. de iur. pub. & alijs subscript. versi. dixi ergo de duabus. Alibi idem Bal. in l. cum virum. C. de fideic. dicit † ad

BIU Cujas

indupendum fideicommissum non sufficere con-
jecturam mentem testatoris: quod refert & se-
quitur Ias. in l. potest. ff. de vulg. & pup. nisi con-
jectura sit necessaria, & valde probabilis ex verbis
4 testatoris. Et ideò lex aut non aliter † significatione
verborum recedendum est, quàm cùm manifestũ
est testatorem aliud sensisse. l. non aliter. in prin.
5 ff. de leg. iij. vnde † cessantibus verbis fideicom-
missi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.
l. Lucius. §. tres heredes in verb. an vnciam hæredi-
tatis ex qua, &c. ff. ad Treb. vbi Dyn. Iac. Alber. &
6 cũ † fideicommissum sit vnus. l. cohæredi. §. cum
filiæ. de vulg. & pup. in dubio pronuntiamus non
7 subesse: quia † semper fit interpretatio, ne hæres
sit grauatus. l. cum ex familia. §. si rem. de leg. ij.
8 hinc est quod † in fideicommissis onus filijs in-
junctũ ad nepotes non pertinet, secundũ Bal. cõs.
357. in iiij. Rom. cons. 438. incip. in casu consultatio
nis præsentis. vlt. dubio. Socin. 104. in princ. in iij.
Alex. consilio 56. in v. Dec. 218. Franc. Curt. 45. sæpe
9 reuoluta. cum conc. qua ratione & † in prohibitio-
ne alienationis facta filijs appellatione filiorum
non continentur nepotes secũdum gl. super verb.
voluisse in §. nos igitur. in auth. de restit. fideicom.
per Bar. & doct. in leg. filiusfam. §. diui. ff. de lega.
j. Signor. Homod. consi. 249. Dec. 391. Oldr. 269.
Soc. xiiij. in j. & xvij. in iiij. cum concord. Hinc
10 etiã est, quod licet † in institutionibus casus, *si hæres esse non potuerit* extendatur ad casum, si hæres
esse noluerit. l. fin. C. de inst. & subst. per Bart. &
11 doct. in l. j. de vulg. tamen † in fideicommissis non
ita est: quia grauatus restituere post mortem, non
intelligitur grauatus post repudiationem. l. si cui
12 ita. l. sed & ante. ff. ad Treb. & licet † in institutioni
bus casus simplices trahantur admixtum. l. si ita
scriptum. ff. de lib. & posth. tamẽ secus est in fidei-
commissis secundũ Bart. in l. cũ auus. ff. de cond.
13 & dem. Alex. consi. lxxxvij. in ij. vol. sic † semper in
institutionibus fit lata interpretatio: cum tamen
non ita sit in fideicommissis, secundũ Corn. cõsi.
14 120. in iiij. vnde & Bart. in l. Gallus. in princ. ff. de
lib. & posth. † facilius extendi conditionem ad ca-
sum omissum in persona instituti credidit, quàm
in personam substituti quacunq; substitutione, & fa-
cit, quod not. Anch. consi. 267. Angel. lj. & xciij.
Signor. 201. Rom. 131. & 138. Ioan. de Ana. lxvj. Ful.
xlix. Alex. 188. in ij. Socin. 259. & Dec. lxxxix. lxxvj.
in iij. quibus locis prętati doctores concludunt, in
fideicommissis casum omissum pro omisso esse. Et
ista maximè procedũt in legatis, vel fideicommis-
sis particularibus, quæ etiã strictiùs solent accipi,
15 & ideò in eis regula est constituta, † quòd semper
quod minimũ est, sequimur. l. numis. de lega. iij. l.
apud Iulianum. alias incipit idem Iulianus. §. scio
ex facto. ff. de leg. j. Lud. Rom. in l. plures. ff. de dã.
inf. Dec. l. in testamẽtis. ff. de re. iur. & alibi dicitur,
16 quod talis † fideicommissi ademptio est fauorabi-
lis: quia datio censetur odiosa. l. si fuerit. vbi Paul.
Castr. & Soc. v. not. ff. de reb. dub. Hinc est, quod
17 in istis † particularibus appellatione filiorum non
veniunt nepotes. l. si ita quis. §. pen. ff. de test. tut.
18 & in eis † conditio, si morte patris sui iuris effe-
ctus fuerit, non trahitur ad emancipationẽ l. fidei-
commissa. §. si cui ita. ff. de lega. iij. cum secus sit in
fideicommissis vniuersalibus, vel hæreditatibus.
l. mulier. in prin. ad Treb. l. ij. C. de instit. & sub-
stitut. secundum Rayn. nec alia solutio commoda
potest dari illis iuribus, qua ratione dicebat idem
19 Rayn. quod licet † in institutionibus casus impotẽ
tiæ, cõprehendat casum repudiationis, d. l. fina. C.

A de inst. & subst. tamẽ secus est in legatis, vel fidei-
commissis particularibus per l. pater Seuerinam.
in prin. ff. de con. & dem. quod dictum in quadam
disputatione secutus est Baldus, vt refert ibi Pau.
Castr. & licet aliqui teneant contrarium intelle-
ctum, quo ad illum textum, tamen non potest
negari, quin in legatis & fideicommissis particu-
laribus fiat strictior interpretatio, vt suprà dixi, &
per gloss. in l. si te solum. §. primo. ff. de hæred. inst.
& de tali fideicommisso propriè procedit quæstio
B nostra. His sic præmissis, venio nunc ad articu-
lum principalem, in quo videtur mihi conclu-
dendum, quod casus fideicommissi non euene-
rit, cum enim testator, instituto Angelo, substi-
tuerit filios nascituros, & filijs, nepotes, & deinde
descendentes: subiicit deinde fideicommissum
in certis rebus particularibus, & prohibitis alie-
nari per hęc verba, *Si instituti, & substituti omnes dificerẽt & decederent, ita, quod nullus ex eis exiret, extaret, vel extare posset, tunc & eo casu & non primo, nec ante, vel aliter, &c.*
C dico ergo, quòd cum Angelus nullum masculum reliquerit, non dicitur euenisse, conditionem fideicommissi. Et præsuppono, quod etiam si vnus filius esset natus, tamen † illa dictio, omnes, 20
non posset verificari in vno tantum: & ideo expi-
raret fideicommissum, secundum Oldra. consilio
142. & 177. quem sequitur Ioan. And. in Spec. de
test. §. j. Rom. in l. quandiu. de acquir. hæred. Ang.
consilio xciij. Alber. leg. precibus. C. de imp. An-
cha. consilio cccl vij. Alex. consilio primo. Soc.
D consilio lxxvij. in iij. in fin. Corn. clxxx. in iiij. in
ij. dub. in fin. Mod. in leg. prima. de vulg. & pup. &
in leg. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. vbi Ruin.
dicit se pluries obtinuisse, secundum illud dictum Old. non potest negari, quin illud dictum
cõmuniter sit approbatum, vnde ab eo in iudi-
cando non esset recedendum: & quamuis sint ali-
qui contradicentes, tamen in casu nostro non
potest contradici: cum nemo prorsus sit natus, &
cum alia multa concurrant, per quæ casus nostet
E redditur longè clarior, & pro Oldr. facit text. in d.
§. cum ita. secundum comunẽ intellectum Bart. &
aliorum tenẽtium, quod † dictio, vterque, verifica- 21
tur etiã in altero: quia Claudia substituta erat ex
descẽdentibus testatoris, adeò, quod si fuisset ex-
tranea, non erat locus substitutioni, quamuis
mens testatoris aliquo modo in eius fauore alle-
garetur: nam idem debet esse in casu nostro, vt dic-
tio, omnes, non verificetur in vno, vel in nullo, in
fauorem istorũ agentium de Aluernio, qui sunt ex-
F tranei testatori. Confirmatur hoc etiam alia ratio-
ne, nam adhoc vt substitutio. *Si plures nascantur.* ad
casum trahatur, quo nemo sit natus, nõ potest esse,
nisi virtute vulgaris substitutionis, quæ inest in cõ
pẽdiosa, de qua per Bart. in l. Centurio. Sed sic est
quod † vulgaris substitutio pluribus facta, non re- 22
soluitur in suas singularitates, secundum Bart. &
omnes in d. §. cum ita. & in l. pen. C. de imp. pub.
& alijs subst. Secũdo cõsidero, q, verba, sub quibus
vocantur isti de Aluernio, nõ possunt verificari in
G casu nostro: cùm enim postquam testator vocasset
filios, & nepotes Angeli subijcit, & si instituti, &
substituti omnes deficerent, certè † verbum defi- 23
cere, non potest referri ad eos, qui nunquam fue-
rint, vt est casus in l. Titio vsusfructus. ff. de cond.
& dem. † vbi in substitutione non dicitur deficere, 24
seu quod idem est desinere, quod nunquam incepit: ideoque expirat fideicommissum etiam si per
hoc perimeretur datio liberatis, quę alias est fauo-
rabilis: & certè ibi videt casus quęstionis nostrę, &

alias

alias iam sunt 15. ann. per illum tex. reprobaui con- A
sil. Decij ccxxvij. qui pro istis d. Aluernio respon-
derat, vt habetur in lib. iij. de verb. sign. in primo
25 axiomate. Et licet quandoque † verbum *deficere*,
possit latiùs accipi, tamen semper præsupponit,
q saltem de facto cęperit, vt ibi per Imol. & Paul.
de Cast. & verba in casu nostro sunt clara, quod te-
stator loquutus *sit quando iam cepissent*, id est, iam nati
essent, ex quo in precedentibus semper sic loquu-
tus est, & etiam in fine, in substitutione qua vocat
hospitale, &c. ibi descendentes d. Alberici, deficerent B
in totum, postquam sic admissi, & vocati erunt.
vnde colligitur manifesta mens ipsius nolentis
esse locum substitutioni, nisi postquam sic admis-
si fuerint. Et certè durum esset, quod propter ver-
ba, & ambages doctorum, quisquam auderet dice
re aduersus expressum casum. d. l. Titio vsusfru-
ctus. cum qua decisione etiam cõcludit Paul. Cast.
consil. cccxciiij. in j. in nouissimis. Nec quicquam
facit ratio Decij in d. consi. ccxxvij. quòd dicamus
deficere conditionem, quæ non extitit. l. vnica. §. C
& cum triplici. C. de cad. tol. l. j. C. de ind. vid. toll.
l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de
26 iniust. rupt. cum simil. quia † condicio est incerti-
tudo. l. j. C. de pac. quæ incertitudo cessat: & nihil
præsupponit extare: quod secus est in casu nostro,
propter verba testatoris, & ita etiam respondetur
ad c. j. de eo, qui sibi, vel suis hæredibus. & in vnj.
de inueſt. quam Titius in vsibus feud. in casu enim
illius textus nulla difficultas vertebatur circa hoc
quod à principio nullus masculus natus esset. Ter D
tiò est aduertendum, quod in casu nostro adsunt
etiã alia verba per quæ declaratur expressè, quod
testator verbum, *deficere*, intellexit de ijs, qui iam
cœpissent, & in rerum natura post cedentem sub-
stitutionis diem fuissent. Primò ex præcedenti-
bus, dum substituit filios, deinde nepotes: & sic
successiuè de gradu in gradum, &c. Secundò ex
subsequentibus, dum in substitutione hospitalis
dicit. *Postquam sic admissi, &c.* l. si seruus plurium. §.
fin. de leg. j. Tertiò ex adiuncto verbo, & *decederent*, E
quod non nisi impropriè resolueretur in alterna-
riuam l. si Titio fundus. de vsufr. leg. propriè verò
stat declaratiuè, & continuatiuè. l. j. ff. de ijs, qui
not. infam. Cald. consi. ij. de verb. sign. Bart. extra-
uag. ad reprimendum. verb. videbitur. in fin. imò
requirit concursum vtriusque copulati, secũdùm
l. ij. hæredes plures. ff. de cond. inst. de quo per Bar
tol. & Iason. in l. j. ff. de instit. & iur. Can. in c. inter
cæteras. de rescr. & in terminis fideicommissi per
Anch. cõs. cclxvij. & Io. de Ana. d. consi. lxxvij. Nec F
dicit, quòd hoc modo esset superfluitas: quia hoc
est falsum cum possint dicti hæredes deficere alia-
ter, quàm si decesserint, puta per exilium, per mo-
27 nachismum, & similes casus. Quartò per † dictio-
nem *tunc, & eo casu*, quæ est limitata, & inducit ite-
ratam limitationem: vnde facit vt à casu expresso
non recedamus, vt per Anch. d. consi. cclxvij. Soc.
d. consi. cclviij. Dec. consi. 89. 228. 313. 332. & alibi sę-
pè maximè propter vim geminationis, de qua in l.
28 Balista. ff. ad Trebell. Quintò per illa † verba, *Nec an* G
te, nec aliter. quæ sunt propriè derogatiua ad quemli
bet alium casum. gl. j. magna. super verb. si quidem
l. si quidem. vbi Bald. C. de except. & habent vim
conditionis resolutiuæ respectu cuiuslibet alteri-
us casus, secundùm Bal. in auth. ingressi. C. de sac.
san. eccles. Ias. in rubr. ff. fol. mat. in ij. lect. imò per
29 talem † dictionem, *non aliter*, inducitur quędam for
ma à qua non licet recedere, c. dilecto. extra, de
præben. Fel. c. cum dilect. de resc. Nec obstant illa
verba, *ita quòd nullus extet, extaret, vel extare posset.* quia
referuntur ad supradicta, quod nullus ex ijs, qui
semel extiterunt, amplius extet, &c. † natura enim 30
dictionis, *ita quod est*, vt secundùm suprascripta in-
telligatur. §. & quoniã scimus. versi. & ita. in auth.
de testib. & nunquam ampliat præcedentia, sed re
stringit potiùs. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Tre.
& per Odofr. & Bald. in tit. de pace Const. §. in cau
sis appellationum. ibi ita tamen, &c. Quartò dico,
nec quidem ex mente testatoris fieri posse hãc ex-
tensionem, vt substitutio hęc concepta in casu de-
ficientium filiorum, &c. extendatur ad casum, quo
nemo vnquam extiterit, est enim † conditio volũ 31
taria, quæ ad alium casum regulariter non trahit
l. Mæuius. l. qui hæred. de cond. & dem. l. commo.
dissimè. de lib. & posth. per Bar. d. l. Gallus. §. & qd.
& si tantum. quæ sententia sic potest manifestè o-
stendi: testator enim in testamento protestatus est
quod d. Ange. hæredem instituturus tanquam fili-
um diligebat, deinde eo instituto, substituit filios
eius masculos, quibus verbis excluſisse censetur
fœminas. vnde stat simul, quòd filias fœminas ex-
cluserit contemplatione masculorum, existenti-
um in rerum natura, & tamen noluerit eas exclu-
dere contemplatione istorum de Aluernio, qui
sunt extranei, vel saltem in remotissimo gradu ip-
si testatori: existentibus enim descendentibus
Angeli potuit probabiliter credere, quòd ipsi o-
timè prouiderent fœminis, seu sororibus, seu ne-
ptibus: ideo noluit eas aliter admitti, vnde non
sequitur idem voluisse non existentibus dictis ma
sculis. Nec obstat, quod hoc modo debuisset eas
vocare ante filios Alberici, & tamen ab eis quo-
que excluduntur: quia respondeo, quod testator
† postquam eas semel excluſisset, existentibus ea- 32
rum fratribus, vel consanguineis, non cogitauit
vlteriùs: sicut in simili dicimus in condicione, si
decesserit sine filijs: quæ non excludit neptem te-
statoris, quamuis testator proprias filias exclu-
serit: quia hoc censetur fecisse contemplatione ma-
sculi tunc existentis, nec vlterius censetur volu-
isse prouidere, secundùm magis communem o-
pinionem de qua per Alexand. consil. xxxviij. iij.
vj. Ludou. Bolog. inter consilia Alexand. xxxxix.
in iiij. Iason. cxxxxij. in ij. Curt. Senio. xxxxv. &
lxv. Curt. Iun. clxiij. in j. Corne. ccij. ccxxx. in iij.
cum similibus. meritò ergo in casu nostro licet fœ
minæ Angeli excludantur à fratribus & consan-
guineis suis, non est verisimile, quòd idem etiam
voluerit testator, vt excludantur ab extraneis: &
facit quia etiam ab intestato istæ fœminæ præfe-
rentur istis de Aluernio in successione Ioannis,
tanquam patrui magni iam ex iure communi,
quàm secundùm formam statutorum ciuitatis.
† Optimã autem est coniectura, per quam testa- 33
tor censetur accommodãsse voluntatem suam,
secundùm leges ciuitatis, secundùm Barrol. dic-
ta l. hæredes mei. §. cùm ita. & quæ habentur in l.
quidam cùm filium. de verb. obliga. Confirma-
tur, quia cum dixerit se amare Angelum tanquam
filium, non dicemus voluisse eum onerare vl-
tra, quàm verba expressè inferant, vt si oneratus
sit fideicommisso ratione filiorum, & descenden-
tium sibi superstitum, intelligatur etiam idem ra-
tione eorum, qui non fuerunt superstites, adeò
vt non possit proprijs filiabus ab intestato relin-
quere. Cum ergo de mente testatoris non appare-
at, non erit operæpretium eam somniare: sed
stabimus verbis. l. non aliter. ff. de leg. & fidei-
commiss. iij. & quia † coniectura mentis testatoris 34

ris plerunque falli possimus, secundùm Bald. in A
d. l. precibus. & quia hæc speciali quadam gratia
concessit, vt de facultatibus nostris post mortem
disponere possimus, secundùm glossin verb. pen-
dere in princip. in l. illa institutio. ff. de hæred. in-
stitu. per Abb. & Canonistin rubrica extra, de testa-
ment. per Iason in rubric. C. qui testamenti facere,
quæ gratia satis est, quod operetur in casu expres-
so: de tacitis verò non se impediat dict. l. quidam
cum filium. vbi Bald. & Imol. de hæred. institu.
35 & in hoc imitemur † ecclesiam, quæ de occultis B
non iudicat. capit. primo, vt benefic. eccles. ci-
uil. de tempor. ordin. Nam & videmus religio-
sissimum Imperatorem Iustinianum in authenti.
de restitut. fideicommiss. constituisse, ne fideicom
missa in casum alienationis vltra quartum gra-
dum extendantur: quamuis allegaretur in con-
36 trarium mens testatoris, duxit ille infinitatem
refrenandam, & eius mentis rationem non ha-
bendam: quod maximè in casu nostro dicen-
dum est propter incertitudinem; & obscuritа- C
tem, & ne isti extranei præferantur coniunctio-
nibus: & quia (vt dixi) conditio hæc est volun-
taria, quæ ad alium casum non debet trahi secun-
37 dum † regulas communes, à quibus facilè non
est recedendum, vt est gloss. in l. omnis diffini-
tio. de regul. iur. maximè cum limitatio in casu
nostro non sit bene probata, vt dixi. Et quia fa-
ctus est circa successionem pertinere, & deuol-
ui secundum causam intestati, quàm ex incer-
ta coniectura ad alienos transferri. Vnde infer- D
tur nihil obstare, quod quandoque voluntaria
ad casum omissum extenditur, si appareat quod
testator potius ad effectum, quàm ad modum at-
tenderit. dict. l. hæredes. §. cum ita. l. liberto. §.
fin. ff. de ann. leg. & per Alexand. in consilio xiij.
in secundo. & lxxxxviij. in quarto. Paul. Castr. con
filio cccxxxvij. videtur quod filij. in secunda par-
te. Nam respondeo hoc non apparet sufficien-
ter per suprascripta. Item hic est prohibita ex-
tensio per ipsum testatorem per illa verba, Eo ca- B
su & non aliter. Et dictum consilium Alexan-
dri lxxxxviij. est reprobatum à Iasone in d. §. &
quid si tantum. Qua ratione etiam tollitur illa
allegatio, quod sicut quartus, vel quintus gradus
descendentium Angeli defecisset, locus esset i-
psis de Aluernio, ita etiam videtur, si primus gra-
dus defecerit, tanquam non subsit ratio diuersi-
tatis. Nam respondeo, quod imo subest, vt su-
prà dixi: & etiam si non subesset, satis est, quod
testator ita fuisset: quia conditio est voluntа-
ria, & prohibuit extensionem secundùm supra-
dicta. Et hanc partem tenendo, non obstant
multa quæ in contrarium adduci possent, & qui-
bus est responsum per dominos consultores, so-
lum attingam duo, quæ magis videntur aduer-
sari. Et in primis videtur esse communis con-
38 clusio, quod † substitutio, *Si filius nascatur, & deinde decedat.* extendatur ad casum, quo non
nascatur. argum. l. fin. C. de institut. & substitut.
39 & ideo † pupillaris substitutio ventri facta fa- G
cit, vt substitutus admittatur, etiam nemine na-
to. l. penultima. vbi gloss. ff. de ventr. inspic. l. an-
tepenultima, in fin. ff. de legatis & fideicommiss.
§. & est communis conclusio in lib. primo. de vul-
ga. quod quidem Modern. & maximè Decius di-
cto consilio ccxxvij. extendunt etiam ad fidei-
commissariam substitutionem prout in casu no-
stro, tanquam nulla ratio differentiæ inter dire-
ctam, & fideicommissariam substitutionem ad-
duci possit, sed ego ad hoc argumentum respon-
deo multis modis. Et primò, quod inter dire-
ctam, & fideicommissariam substitutionem ra-
tio differentiæ est euidens † pupillaris enim ex- 40
pressa tacitam vulgarem continet, non tam ex
mente testatoris, quæ non sat certa est, quàm
ex legis auctoritate propter auctoritatem consti-
tutionis diui Marci, de qua in l. iam hoc iure. ff.
de vulgar. & pupill. secundùm Bartol. in dict. leg.
prima. in princip. cum quo ibi transeunt Docto-
res & Iason l. si filius hæres, de liber. & posthum.
at in fideicommissaria cessat ista vulgaris, secun-
dùm Bartol. in l. Centurio. de vulgar. versiculo,
quæro, vtrum substitutio compendiosa facta per
verbum commune: & quæstion. sequen. quia li-
cet etiam in † fideicommissis possimus vulgari- 42
ter substituere l. vt hæredibus. ff. de leg. & fidei-
commiss. ij. leg. j. §. pro secundo. C. de cad. toll.
tamen lex nunquam eam subaudit: quia non tan-
tum fauet fideicommissis, sicut directis institu-
tionibus, vt suprà dixi, quod ergo substitutio fa-
cta ventri habeat locum, etiam nemine nato, pro-
cedit propter vim tacitæ vulgaris, vt dicunt o-
mnes in dicta lege prima, quæ † tacita vulgaris in 41
fideicommissis non est. Et per hoc tolluntur
rationes Decij in d. consilio ccxxvij. contra quem
est auctoritas Oldr. in d. consilio cxxxxij. cuius
opinio est communiter approbata, & probatur
efficacibus rationibus, vt suprà dixi. Secundò
respondeo, quod etiam si aliàs in fideicommiss-
sis contineretur vulgaris substitutio virtute com-
pendiosæ, per quam conditio, *si nascentur. & hæ-
redes erunt.* intelligatur, etiam si non nascentur:
tamen hoc intelligendum esset, quando substi-
tutio esset facta de re vniuersali, sicut est institu-
tio, sed in casu nostro aliud est: quia Angelus, &
eius descendentes sunt instituti in vniuersa hæ-
reditate: isti autem de Aluernio in re particula-
ri: ergo non est credendum fuisse aliquam vul-
garem, per quam admittantur etiam illis non
natis. Et hoc maximè verum est in domino Al-
berto Moderno, qui nunc agit, qui est vocatus
solum per illa verba: & sic semper spectent talia
bona habenti titulum dominationis, & infrà in-
dictis casibus durare in dictos descendentes Al-
berti, quæ verba non sunt directa, nec ciuilia,
sed communia secundùm Bartol. in dict. leg. Cen-
turio. in vltima parte, & † verba communia de 43
re particulari resoluuntur in meræ obliqua, seu
precaria, secundùm eundem Bartolum loco suprà
allegato. per l. cogi. §. & generaliter. ff. ad sena-
tusconsultum Trebellian. & in l. his verbis. cum
gloss. ff. de hæredibus instituend. clarum autem
est, quod † compendiosa facta per verba obliqua 44
non continet aliquam vulgarem, secundùm Bar-
tol. in d. l. Centurio. Nec dicatur, quòd dominus
Iacobus, qui tunc, cùm euenit casus fideicom-
missi vocabatur à testatore, ipse sit vocatus ver-
bis ciuilibus & directis substituit sibi, & in tali-
bus bonis hæredem instituit, &c. de quo per Cor-
næum consilio quadragesimo septimo, in primo
volumine. quia respondeo, quod ex persona do-
min. Iacobi non potest d. Albertus quicquam al-
legare: cùm obstet exceptio rei iudicatæ, idque
indubitanter verum est: licet, si veniat ex perso-
na sua, aliqua sit difficultas, de qua infrà dicemus,
& concludemus idem esse. † Semper enim at- 45
tendimus ad personam agentis, & ex ea metimur
ius. leg. j. §. j. ff. si pars hæred. petat. Tertiò re-
spondeo, quod (quicquid sit in aliis casibus fi-
dei-

deicommissorum) in nostro res est clara, quia testator subiiciendo, & non alter, &c. videtur prohibuisse omnem extensionem, vt suprà dixi, & stante tali clausula nullus est doctor, qui censeat fieri extensionem ad casum, quo non sunt nati filij, imò omnes vno ore tenent contrarium scilicet, quod licet † pupillaris substitutio contineat vulgarem. & econtrà. d. leg. iam hoc iure. leg. quamuis. C. de impub. & alijs substit. tamen hoc non procedit, quando testator dictione taxatiua vsus sit. d. leg. iam hoc iure. in verbo, tantummodo. leg. precibus. vbi Salic. & dicitur dictione taxatiua vsus, etiam quando dixit: tunc & eo casu: habent enim hæc verba vim restrictiuam, prout ibi ipsi contrarius. Dec. de plano fatetur in d. leg. quamuis. & consilio cccxv. & Soc. dicto consilio cclviij. & suprà diximus, & ego vltimum puto propter geminationem: quia dictioni, tunc, adiectum sit, & eo casu, prout in terminis nostris fuit factum. & pro hoc facit quia † ius accrescendi est quædam substitutio. leg. si Titio. §. Iul. ff. de lega. ij. & per tales dictiones taxatiuas, censetur esse sublatum. leg. Lucius. §. quæ habeat. ff. ad Trebel. & per Mod. in leg. re coniuncti. ff. de leg. iij. Quartò respondeo, quod contrarium posset procedere in compendiosa simpliciter facta: secus in casu nostro, in quo facta est, si omnes deficerent, & decederent: quando enim simpliciter facta est, videtur conditio esse necessaria, & trahitur ad casum similem, non natiuitatis, sed cùm casus sunt expressi, prout hic videtur talis expressio esse voluntaria: & ideo ad alium casum non extenditur, secundum doctrinam Barto. in d. leg. Gallus. §. & quid si tantum. & facit quod no. Angl. in leg. prima. §. fin. & in leg. si pater filium. ff. de vulg. & pup. substit. vbi concludit substitutionem in singulari aliqua specie vulgaris casus factam ad aliam non trahi, per glo. in leg. si mater. §. j. eod. tit. & tex. in l. commodissimè. de liber. & posth. & ideo in casu nostro illa conditio si defecerint, & decederent, non traheretur ad casum, si nati nō sint: & licet illud dictum Ang. aliqui improbent, tamen ego in d. l. j. eum defendi rationibus contrarijs: & ostendi esse communiter approbatum, & esse de mente Bart. in d. l. si mater. §. j. & ita etiam sequutus est Alex. in d. l. Gallus. §. fin. & cons. j. & Aretinus in l. quandiu. ij. de acquir. hæred. & facit quia † conditio adiecta substitutioni compendiosæ attenditur non solum respectu fideicommissariæ, sed etiā respectu vulgaris, quę illi tacitè inest: quod putat esse valde notandū Io. Baptista de sancto Seuer. in rep. l. precib. versi. xiiij. conclusio. C. de imp. & idem sentit Soc. in l. cū auus. versic. limitatū. opinionem. ff. de cond. & demon. & ideo in casu nostro attendentur conditiones, si defecerint, & decesserint, etiā respectu vulgaris, cui est locus casu, quo non nascerentur. Rursus principaliter obstat, quia bona remanserunt penes hæredes Ang. cum onere substitutionis, quamuis caducæ. l. vnica. §. & cū triplici. C. de cad. toll. & §. pro secundo. & † cū plures sint gradus substitutionum, quauis medij sint caduci, tamen vltimo est locus, secundum doctrinam Bart. in l. quandiu. vlt. in fin. ff. de acq. hær. quæ est communiter approbata per Bal. cons. lxxxj. Cast. clij. Aret. 156. Soci. lij. Dec. 208. Cur. lj. Iason. 14. & 201. post doct. in l. quandiu. & in l. j. de vulg. vbi idem Ias. Sed respondeo, q. illa doctrina Bar. quamuis cōmuniter approbata habet quatuor limitationes, quæ omnes procedūt in casu nostro. Prima est limitatio, vt prędat, quando medius gradus est nullus, quia caducus, vel in casum caduci: si verò sit nullus, quia pro non scripto sit, tunc est secus: quia † in legato, vel substitutione pro non scripta, non transit onus fideicommissi, per text. in d. l. vnica. §. in primo. ibi nullo grauamine (nisi præ) in hoc pro non scripto superueniente, & c. iste autem est casus noster: quia substituti sunt filij, & descendentes Angeli, qui non erant in rerum natura, nec vnquam fuerunt: meritò onus hoc fideicommissi, censetur pro non scriptum, secundum Pau. Castr. d. consi. cccxciiij. videndum est vtrum fides sit adhibenda. in fin. vol. j. in nouissimis. & ita tenet etiam Corn. consilio ccxcviij. lib. iij. & Dec. consilio ccccxxvij. Nec obstat, quod hoc casu saltem propter clausulam codicillarem, grauamen debeat censeri translatum, quia hoc procederet, si verba conditionis verificarentur, secundum Bald. consi. clxx. in v. ad fin. Dec. d. l. precibus. & consi. ccxcj. quod non est in casu nostro. vt mox dicam. Secunda limitatio est, vt procedat dicta conclusio, quoties conditio secundo gradui adiecta non repugnaret, sed euenisset: secus, si repugnaret vltimo substituto. vt est text. in l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. & consuluit Bald. consilio cclxiij. Titius instituit sororem. lib. j. vbi inquit, quod tali casu, licet perempto gradu, non tamen perimitur conditio, sed seruat vires suas ad exclusionem vltimi substituti. & ita etiam consuluit Alex. cons. suo primo. vbi cum testator dixisset, *Instituo primum, & substituo secundum, & si secundus hæres fuerit, & legem testamenti seruauerit, post eius obsque liberis mortem, substituo Caium.* Effecto caduco secundo gradu, respondit Ale. Caiū non admitti, repugnat enim cōditio, cū non fuerit hęres, neq; legē testaméti seruauerit. Idē etiā consulendo sequutus est Cor. consi. 180. in 3. vol. vbi concludit, q. sicut respectu fideicommissariæ substitutionis omnino oportet euenisse conditionem, ita & in suprascripto casu respectu vulgaris, quæ compendiosa ineſt, ex qua, peremto medio gradu admittitur sequens, vt † vna & eadem clausula habeat æqualem determinationem. leg. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. substit. Idem & nouissimè consuluit Steph. Bertrandi consilio cccxv. lib. primo. In casu autem nostro conditio non euenit, sed repugnat substitutio: quia illa verba, *Si suprascripti omnes defuerint & decederint, &c.* non sunt verificata, vt suprà dixi, meritò suprascripta difficultas non obstat. Et licet (vt inquit Bald. in suprascripto consilio cclxiij.) filij qui tenuerint, quod etiam repugnante conditione, nihil hominis vltimo loco substitutus admittatur, tamen in casu nostro, res est certa, quod non propter limitationē adiectam à testatore. *Tunc & eo casu & non ante, nec aliter, &c.* quæ verba videtur mihi tollere omnē difficultatem. Tertia limitatio est, vt procedat doctrina Bart. cū de eadē magistrali in primis substitutionibus, q̄ in vltima tantummodo, sublata media, locus est vltimo: secus si de re diuersa tractaretur, per dictam l. qui habebat. de vulg. & pup. vbi Raph. Cō. nā in illo text. filia substituta pupillo p̄decesserat, & sic medius gradus erat peremptus, & tñ dicit, q. vxor, & soror vltimo loco substitutæ nō admittūtur, ratio est, qa cū filia esset exheredata, nō potest dici vulgarē subesse, secūdū Alex. in l. ij. versic. aliā etiā ponit Raph. ff. de vulg. & pupil. substit. vnde nec de eadē hæreditate agebatur, sed de diuersis: cùm enim exhæredata esset, alia erat ipsius, alia fratris sui hæreditas. ac quæstio Bart. p̄cedit cū de eadē hæreditate, eodēmque

tractatus. Et ideo cum secundus hæres ad fideicommissum vniuersale vocatur, tertius verò ad fideicommissum particulare, prout in casu nostro, casu quo filij secundo gradu vocati deficerent, videtur, nó natis filijs, euanescere fideicommissum, argumento dictæ l. Titio vsusfructus. quoniam de diuersis rebus agitur, & ita iam sunt aliquot anni tenui legendo in l. cohæredi. in princ. ff. de vulga. & pupil. substit. Nam & cum secundus gradus in suitate substitutus est, tertius verò in hæreditate, receptum est, perempto secundo gradu, etiam sequentem extingui per text. in l. si mater. §. j. cum gloss. ff. de vulga. & pup. Quarta limitatio est, vt procedat suprascripta conclusio, quando vltimo loco substitutus potest venire ex vulgari, quæ in compendiosa est, & ita propriè loquitur Bartol. Sed in casu nostro dominus Albertus actor nó potest prætendere aliquam vulgarem substitutionē, vt suprà dixi: quia † vocatus est per verba communia in re certa: quo casu compendiosa non continet vulgarem, secundum Bartol. in d. l. Centurio. versicul. quæro vlterius. quid si substitutio compendiosa fuit in re certa per verbum commune. vnde ei obstat defectus condicionis prouenientis eo, quod medij num fuerunt hæredes. & ita etiam consuluit Bartol. in quodam consilio, incipiente, quidam nomine Maisius. quod non est in impressis. Et licet dominus Iacobus, qui tempore mortis Angeli erat maior natu, &c. sit vocatus per verbum directum ciuile, vt suprà dixi, tamen dominus Albertus actor est vocatus per verbum cōmune: nec potest se fundare ex iure domini Iacobi aduersus quem stat res iudicata, licet causa sua esset aliquanto magis probabilior, quā domini Alberti, nunc agentis. Et debent domini iudices inclinare in istam partem, etiamsi esset dubia. Primò quia istæ mulieres conuentæ possident: & † in dubio pro possessore pronuntiandum est. §. commodum. instit. de interdictis, & † actor, nisi clarè probet intentionem suam, est reijciendus. l. qui accusare. C. de edend. & † semper interpretatio accipitur, pro eo, qui conuenitur. l. fauorabiliores. de reg. iur. l. Arrianus. ff. de actionibus & oblig. Secundò, quia † semper illa pars est amplectenda, per quam pronuntiatur pro libertate bonorum, vt non subsint alicui fideicommisso, quia fideicommissum est onus, & eius datio odiosa. d. l. si fuerit. & suprà dixi: & † satius est in re dubia, quod hæreditas deuoluatur: secundum causam testati, cui lex magis fauet, tanquam legitimæ, & iustæ. l. iij. §. primo. ff. pro socio. cum causa testamenti procedat solum ex quadam dispensatione, vt suprà dixi. Tertiò, quia aduersus dominum Iacobum agentem per duas sententias conformes fuit iudicatum, & debent iudices in dubio sequi exemplum aliorum: quia † omnis nouitas suspecta est. cap. cum consuetudinis. vbi Doctor. extra, de consuetud. & cap. quis nesciat. xj. distinction. & l. in rebus. ff. de constitut. princip. & † præsumendum est pro sententia iudicis. l. ij. C. de offic. ciui. iu. dic. & pro eius probitate atque diligentia. capit. abbate. de verborum signific. & in authent. vt defunct. seu funer. eor. non imut. à credito. in princip. maximè cum ad tale munus eligantur literati, & honesti viri. capit. in nostra. de procurat. cap. nisi essent. de præbend. & † præsumptio est contra eum qui succubuit, quod malam causam haberet, & quod iustè succubuerit. l. Herennius. §. fin. ff. de euict. & duplæ stipul. vbi gloss. Et † sententia lata in vno iudicio, saltem facit quale præiudicium in alijs, adeo vt quandoque sufficiat semiplenæ probationi, secundum gloss. Angel. Modern. in l. secunda. C. de eden. Fortius videtur mihi, quod domin. Alberto obstet exceptio rei iudicatæ, contra dominum Iacobum per duas sententias conformes. Et ideo in præsenti casu obstat agenti † exceptio litis finitæ, quæ eum à limine iudicij repellit, secundum text. in cap. primo. de lit. contestat. libro sexto. l. fratris. C. de transact. per Bartol. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. docto. in l. transacta. vbi dixi. ff. de verbo. signi. Cum enim mortuo d. Angelo, cesserit dies fideicommissi, si quod fuberat, & d. Iacobus tunc maior natu vocaretur, incepit contra istos hæredes iudicium executiuum, compatens est statuto Florentino, secundum quod petitur tenuta, & deinde existente contradicente, disputatur etiam de meritis causæ, & in tali iudicio succubuit dominus Iacobus per binas sententias, quæ transierunt in rem iudicatam. Quibus sic in facto præsuppositis, dicto dictas sententias contra dominum Iacobum latas, obstare etiam domin. Alberto nunc agenti, & substituto præfati Iacobi, quia regula est, quod † sufficit sententiam latam esse contra principalem, vt noceat eius substituto, vt est casus in l. ex contractu. ff. de re iud. & in l. si seruus plurimum. §. j. ff. de legat. & fideicomm. primo. in l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoffi. testa. in l. si patroni. §. fina. secundum primum intellectum. ff. ad Trebell. in l. si superatus. ff. de pignor. & firmant doct. communiter in l. filiusfam. §. diui. ff. de legatis primo, vbi Iaf. in j. lectu. multa similia aggregat. & Fel. in ca. pe. extra, de re iudic. & cum ista sit † regula, non est ab ea recedendum, nisi expressè probetur fallentia, secundum gl. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. & suprascriptæ conclusionis illa est ratio, quod existimauit legislator, aliquando imponendum esse finem litibus. l. singulis. ff. de exec. rei iud. l. j. de vsu cap. l. prima de iureiurand. & non cogi possessorem perpetuò ad litigandum de re possessa: vnde satis habuit, quod lis sit agitata cum eo, ad quem principaliter pertinet: cùm alij possint adsistere liti si velint. l. si suspecta. ff. de inoffic. testament. l. non solum. §. quæritur. ff. de procu. l. si prolusorio. ff. de app. vel appellatur à die scientiæ. l. j. C. de tem. appel. cap. concertatione. de appell. libro sexto, quod non est factum in casu nostro, & solum lex excipit tres casus, quando scilicet argueretur collusio. Item quando principalis per contumaciam succubuisset. Item si per iniuriam iudicis, vt est text. in d. l. si seruus plurium. §. j. & † dicitur collusisse, etiam qui non curauit iura sua exhibere, secundum Deci. consil. cccvj. & Felin. c. lator. de re iud. nos autem non sumus in aliquo istorum casuum. Et licet contentur aduersarij adducere alias fallentias, tamen hæ non obstant, vt apparet in consilijs prestantiss. aduocatorum, & particulariter infrà ostendum. Et primò non obstat, quod dictæ sententiæ videantur latæ super tenuta, & possessorio tantum: quia in eis simpliciter dicitur præceptis non esse parendum, non autem quis prior, & potiora iura habeat: vnde tales † sententiæ tanquam latæ in possessorio non pariunt præiudicium in causa præsenti ordinaria, & pertinente ad petitorium iudicium. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poss. l. à diuo. §. si super. de re iudic. Nam respondeo, quod imò illa non fuit causa possessorij, vt quæ ad nullam speciem interdicti pertineret, non recuperandæ, non adipiscendæ, non retinendæ possessionis, vt dicit Bar. in l. j. in prin. ff.

ne

68 ne vis fiat ei. post Dyn. Oldrad. & veteres, nam nec † de iure communi vllum remedium possessorium competit pro legato, aut fideicommisso maximè rei certæ l. j. in verb. quis in rem missionis. C. communi. de legat. l. non est dubiū. C. de leg. per Guid. Pap. in deci. De ph. quæstion. cccclxxxiij. & per doct. in l. si. C. de rei. diu. Adria. toll. vbi Ias. Sed fuit causa petitorij verum executiua, quia instrumētum illud habetur pro sententia, secundum Bene. de Peru. in tract. guarentigiæ. quæst. xviij. ij. par. nam cum iure communi talia instrumenta nō habeant executionem paratam, vt est tex. in l. minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minorib. statutā propter vim guarentigiæ, seu præceptum iudicis chartularij, tribuerunt executionem, secūdum Bar. l. j. ff. de eden. l. non fatetur. ff. de confess. Ang. l. ait prætor. §. j. de iud. & declarat Ias. in l. j. §. si qs ita in fin. ff. de verb. obligat. vbi etiam alij doctor. & Iason in l. error. C. de iuris & facti ignoran. & istud remedium quamuis executiuum, & summarium, est tamen petitorium: quia licet concedatur primò, tenuta tamen non ideo minus iudicium est petitorium, † sicut & rei vendicatio proprie est remedium petitorium. l. qui petitorio. ff. de rei vendica. & tamen executio fit in sola tenuta. l. qui restituere. l. officium. ff. de rei vendi. cum ergo in hac petitione tenutæ disputatum sit de viribus fideicommissi: quia d. Iacobus in replicationibus, allegauit dicta bona subiecta esse restitutioni ex fideicommisso, facto per d. Ioannem, & se habere priora, & potiora iura, &c. satis apparet super petitorio ipso fuisse disputatum: & cum tale iudicium sit summarium, nō respectu probationum, sed respectu modi procedendi, tantum sequitur quod sententia in eo lata non possit amplius in dubium reuocari. sufficit enim quod respectu probationum, & meritorum causæ sit plenarium, secundū Bart. in l. penult. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iuris. Abb. consil. 1. in j. Dec. consil. xcvj. viso puncto. de quo latius per Alexan. in l. sæpè. versiculo, item circa sextum. de re iudic. meritò ergo verba illa sententiæ, præceptis non esse parendum intelliguntur: quia impetrans ius fideicommissi non habet, aliàs si haberet ius in fideicommisso, fuisset parendū. Secundò non obstat, quòd tales fuerunt sententiæ absolutoriæ, quæ non in plus præiudicant, quàm ex verbis inferatur secundum doct. Bar. in l. Iul. de rond. deb. Ful. consil. cxxxxix. præsuppositis in secundo dubio. Verba autem simpliciter dicunt præceptis non esse parendum, q. potest esse, quia non probauit incumbentia, vt habetur in d. l. Iulianus. vel quia cum esset forensis, qui non satisfecit secundum formam statuti, vt de nō potuit eius beneficio vti secundum Paul. Castr. in l. omnes populi. in fine. ff. de iust. & iure. vel quia 29 subesset aliquod aliud impedimentum. Et ita † facienda est interpretatio, vt sententia censeatur lata ex causa, quæ minus noceat d. j. ff. si quis caus. vbi Cast. l. hæc enim in princ. ff. de suspect. tut. per Dec. consil. cccxxxxv. Sed certè hæ rationes sunt satis friuolæ, & conuincuntur ex actis illius causæ, in quibus apparet probata fuisse incumbentia, & nullum aliud impedimentum actori fuisse, quàm defectum iuris, quia non euenerat conditio fideicommissi, nec est verum, quod d. Iacob. esset forensis, nec hoc præsumitur, secundum Bar. in l. is potest. versic. aliquando ille, qui dicit. ff. de acquir. her. Guid. Pap. in tract. præsump. versi. reperitur aliqd. 73 & † interpretatio in mitiorem partem fit in re dubia, hic sumus in re clara, q. succubuit tanquam nō subesset fideicomm. & † acta ipsa hoc indicant, 72 quibus interpretationem recipit sententia. l. si quis ad exhibendum. vbi not. ff. de exc. rei iu. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. l. pen. cum gl. C. de sen. quæ sine cer. quan. Alex. l. ij. in prin. quod quisque iu. & talis sententia absolutoria etiam, quia non probatum seu quomodocunq; lata sit dicitur diffinitiua, & sicut præiudicat d. Iacobo, vt amplius non audiatur. l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. gl. auth. qui semel. verbo locum habeat. C. quomo. & quando iud. gl. & doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. ita etiā præiudicat eius substitutis, vt est cas9 in d. l. ex contractu, qui cauillari non potest, vt rectè tenet Alex. in d. §. diui. & licet Dec. consil. cccc-xxxxv. multa dicat ad circumueniendum illū textum, tamen fatetur tandem verum esse, quod præiudicet sententia substituto, prout est casus noster, licet non ita sit in vasallo, per dictū Andr. de Isern. de quo per eum. Et facit etiam distinct. Fel. in c. edoceri. de rescri. & ideo non insisto circa dictas limitationes. Dec. in d. consilio quæ non sunt veræ, & per me aliàs sunt reprobatæ. Tertiò non obstat, quod videatur necessaria fuisse citatio, vt præiudicaretur substituto, argu. l. circa. ff. de inoff. testam. & quod sub dubio fortè remit Bartol. d. §. diui. & consuluit Bal. consi. cccxxxiij. præmittendum. in ij. volū. quod videtur verum in casu nostro, ex quo tunc ius ipsius Alberti in iudicium non deducebatur doct. c. si vasallus. si de feu. fue. controuer. inter do. Ale. consi. lxxxiiij. lib. iij. vel saltem fuit necessarium publicum proclama, secundum l. si eo tempore. C. de remiss. pig. & quod not. Alex. in l. de vnoquoq;. de re iud. Soc. l. cum filius. de verb. obl. cons. cclxxxij. & seq. Crotus d. §. diui. Nam & huic rationi respondetur, q. imo tales sententiæ etiam absenti, & ignoranti fideicommissario nocuerunt vt est casus in d. l. ex contractu. & d. l. j. §. denuntiari. de vent. insp. cū simi. supra alleg. & opinio Bart. in d. §. diui. communiter est reprobata, vt ibi per Bartol. in j. lectu. Fel. in d. cap. penul. & ipsemet. & Bart. contrarium tenuit in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. per Alex. consi. cxxij. in j. lxxxvj. & clvj. in ij. nec text. in l. circa. qui quam obstat, quia ibi sententia lata contra vnum hæredem non nocet alteri, quia vterq; est principalis: sed in casu nostro satis est citari primum substitutum, quia censetur principalis respectu sequentium: & ita respondetur ad rationem Bald. in d. consil. cccxxxiiij. & ita etiam tenet Alex. in d. l. sæpe. vers. & ex prædictis. Nec etiam glo. in d. l. j. obstat, & nō. per Alex. in d. consi. lxxxiiij. lib. iij. non obstant, quia loquuntur in alijs casibus, quā in substituto, qui repræsentat personam sequentis, vt fatetur Dec. in d. consil. cccxxxxv. Minus etiam obstat, q. videretur necessaria proclamatio generalis, iuxta l. si eo tempore. ista esset nimis magna limitatio, ad d. l. ex contractu. d. l. si seruus. §. j. d. l. si superatus. cū sim. & d. l. si eo tempore. procedit in casu suo speciali tantum, secūdum Ang. consi. cclxxxviij. viso pac. & facit q. no. Bar. in l. fi. C. de ed. di. Adr. tol. vbi illi credito res erant cēs pares gradu, & ideo saltem generaliter sunt vocandi, at in casu nostro primus substitutus est potior sequēti; & ideo satis fuit specialiter litem cum eo tractari, & Alex. in d. l. de vno quoq. in fin. vbi tenet requiri generalem citationem debet intelligi, secundum d. l. si eo tempore, per eum allegatam: quia in substituto, ubi ipse tenuit contrarium, quod vt ei noceat, sententia satis sit citari primum, & ita etiam tenet Alex. d. l. sæpe. in vij. requisitio. & hæc videtur verissima opinio, quę ha-

bet

bet, casus legum apertissimos quicquid dixerit Cinus in d. §. diuis. & eam tandem tener Ias. in l. decem. de verb. oblig. per text. in d. l. ex contractu, cui non potest bene respondere. & Soc. d. l. cum filius. & d. consil. cclxxxij. non loquitur in substituto, qui repræsentat præcedentem, sed in alijs personis, & ita etiam loquitur Bart. in d. l. si eo tempore cum alijs alleg. per Alex. in d. l. de vnoquoque. Quarto non obstat, quòd saltem debet admitti fideicommissarius ad appellandum, secundùm l. j. C. de temp. ap. & not. d. c. concertationem. de appel. in vs. prout retinetur de plano Alex. in d. l. filius fam. §. diui. & sequuntur ibi Mod. & videtur, quòd tempus ei non currat, nisi à die intimationis sibi factæ de dictis sententijs, secundùm gl. d. c. concertationem. & Alex. d. §. diui. & Mod. ibi, fortiùs sentit Alex. in d. l. sæpè. pen. notab. num. xxj. quod sententia non nocet tertio, quamuis non appellet, nisi superuenerit pendente iudicio: tunc enim tantùm tenetur appellare: in casu autem nostro superuenit scientia duntaxat post iudicium, &c. Sed respondeo quòd ista opinio, vt fideicommissarius admittatur ad appellandum, nō est vera, subest enim illa ratio ne cogatur hæres sæpius de eadem re litigare, & ideò satis est obtinuisse cōtra primum substitutum. d. l. singulis. & confunditur hæc sententia per text. in d. l. ex contractu. vbi † apparet fieri executionem contra substitutum, quòd nō fieret, si posset appellare. l. j. C. de exe. rei iud. & etiam confunditur per d. l. si seruus plurium. §. j. vbi excipiūtur duntaxat tres casus, & ita etiam loquitur tex. in l. à sententia. §. j. de app. & d. l. si superatus. & text. in l. j. C. de temp. app. non loquitur, quando sententia lata est contra primum, vt est casus noster, in quo præiudicatur secundo venienti prorsus ex eodem iure, & repræsentanti primum. & Alex. in d. l. sæpè. pen. non loquitur in terminis illius legis, in qua præiudicatur potius si passus sit secundùm agere, vnde cum præiudicium oriatur ex scientia, oportet, q̄ ea adfuerit tempore litis: sed in casu nostro non secundus, sed primus agit: & præiudicium non oritur secundo ex scientia, imò etiam ignoranti præiudicatur secundùm doct. d. l. in diem. d. §. diui. & Ale. d. l. sæpè. nu. lxxxij. in vij. requisito. vbi ad hoc ponderat text. d. l. si superatus. versi. atqui. q̄ ergo dicit Alex. in d. §. diui. q̄ licitum est fideicommissario appellare, referendum est ad terminos iuris, & scilicet, ad casus positos in d. l. si seruus plurium. puta si arguatur collusio, & ita etiam loquūtur iura per eum allegata in l. si prolusorio. in l. à sententia. §. si hæres. ff. de appel. vnde cum nos simus extra illos casus, sequitur, vt agenti obstet exceptio rei iudicatæ. Sed hæc sufficiant postquam ab alijs quoque clarissimis doctoribus diffuse consultum est, & ad omnia responsum, vnde satis mihi fuerit post optimorum messorum terga pauculas hasce spicas collegisse. Saluo tamē semp saniore iudicio.

A
B
C
D
E
F

CONSIL. XLV. SVMMÆ.

1 *Ius cogendi rurales ad emendum sal certo pretio, non cohæret bonis nobilium, sed indicitur ipsis ruralibus consideratā eorum personā, & facultatibus.*
2 *Vsus coniunctus inseparabilis.*
3 *Salis ius fidei non committi, nec alienari.*
4 *Dictio, in, ad ea refertur, quæ intrinsecus respectu bonorū inhærent, non autem potest referri ad facultatem cogēdi personas, quæ nullo modo cohæret rei.*
5 *Ius salis, & taxarū est de regalibus, & reseruatis Principi.*
6 *Regalia & taxa in generali alienatione quibuscunq; verbis concepta non comprehenduntur.*
7 *Verbo castro, transit iurisdictio territorio cohærens.*
8 *Si dominis castri legauit castrum cum pertinentijs non cōprehendentur possessiones, quas ibi habet, tanquā priuatus, non tanquam dominus castri.*
9 *Si quis legat possessiones, quas habet in tali territorio cum omnibus iuribus, quæ ibi habet, non intelligitur de dominibus in quibus præcipitur pædagium.*
10 *Ius pædagij est vectigal, pertinens ad incorporalia.*
11 *Concessio principis latius accipitur, quàm legatum.*
12 *Dictio sita iacentia, &c. indicant non comprehendi, nisi iura realia, non autem cohærentia personæ, & quæ non circunscribuntur loco.*
13 *Succedens in locum fisci, non habet aliam actionem, quàm fiscus.*
14 *Semper faciēda est interpretatio, vt testator minus grauet hæredem aduersus legatarium.*
15 *Naturæ cōcordat vt testator videatur plus fauisse proprijs filijs, quàm filijs fratrum.*
16 *Vt ne sint superfluitas, verba intelligi debent ut melius.*
17 *Possessio est iuris.*
18 *Seruitutes reales sunt iuris.*
19 *A proprietate verborum non est recedendum.*
20 *Taxæ & exactiones salis non dicuntur aliquo in loco sitæ, sed consistunt in mero iure personali.*
21 *Clausula quantumuis generalis, restringitur secundum suū principale.*
22 *Continens pro contento accipi.*
23 *Quod continens capiatur pro contento, non est ex proprietate sermonis, sed per improprietatem & figurā.*
24 *In legatis fit interpretatio secundum proprietatem.*
25 *Qui actionem habet, rem ipsam habere videtur.*



Iis verbis testamenti illustrissimi q. d. Theodori Triuultij cōtingit ex ijs dubitari, an ius salis, & taxæ equorū emptū ab ipso, à Ducali camera pti-neat ad legatarios, respectu oppidi Cotonæi, an remaneat hęredis. Et diligenter re cōsiderata, videretur mihi, q̄ remaneat hæredi. In primis cōsiderata natura rei, † ius. n. cogendi rurales ad emendū certū sal certo pretio nō cohęret bonis nobiliū, sed indicitur ipsis ruralib⁹, cōsiderata eorū psona, & facultatib. secundū decreta huius stat⁹ & etiā secūdùm ius cōmune. de q̄ in l. si qs sine. C. de vect. & similiter dicendū de taxis eq̄rum, quæ alibi cabalicatæ vocantur, secundū cons. Oldr. de q̄ per Alb. de Ros. in rub. ff. de munerib. circa medium. sunt. n. subrogatæ hospitijs militū, & alimētis eq̄rum, & redactus talis reditus ad pecunias, vt ibi p eum. Et videtur talia munera psonalia mixta: q̄ etiā secundū facultates ruraliū imponuntur. l. ij. §. mixta. ff. de mun. & tale ius, q̄ habet princeps cogendi ipsos rurales ad soluendū p̄ sale & equis, non est ius cohærens territorio, sed psonę subditorū, vnde non videtur comphendi verbis legatis, q̄ loquuntur de iure in reb. ipsis Cotonæi, nō de psonis quæ minime se plurimū differunt. l. q̄ habebat. §. j. de leg. iij. l. Caius. ff. de ann. leg. l. apud Iul. aliàs incipit, idē Iulianus. §. si qd alicui. vbi doc. ff. de leg. j. Alex. cons. xviij. in v. Suadetur hoc etiā forma acquisitionis: quia, vno contractu, testator emit non solū sal, & eq̄s impositos Cotonæo oppido, sed etiā multis alijs terris, & habuit hanc emptionē p vna, nec voluit separare emptione salis, & taxarū Cotonæi ab alijs terris. vnde nō est capienda interpretatio p̄ tali separatione. l. cū eius de. ff. de æd. edic. l. nō dubium. ff. de in diē addic. sed potius ceedendū, sicut emit vno contractu, ita etiā vellet coniūctim ad eundē dominū ptinere, mēpe ad hæredē: qa argumētū istud, q̄ ab origine emptionis fuit in iure nostro est bonum, vt est text. in l. prædia. §. fin. de leg. iij. Alex. cons. pen. in j. Sicut legatarij nullo

nullo colore admitterentur respectu aliarum terrarum, ita nec admittatur respectu terræ Cotonei. A
2 Confirmatur † hoc etiam ex modo vtendi ipsius testatoris, qui non exegit separatim istos reditus, nec locauit separatim, sed omnes simul, nec in vita coiunxit equos, & sal, cum locatione bonorum Cotonæi: vnde satis manifesta mens ipsius colligitur per ea, quæ habentur in d.l. prædijs. §. j. & §. seq. Per. de Anc. consil. clxxxxj. super pluribus. & quod habetur in l. quod conclaue. ff. de damn. inf. exegit enim semper tanquam regalia, & vt camera faciebat. Illud etiam me † mouet, quod in legato Cotonæi testator constituit fideicommissum, B
3 ita, vt altero decedente sine liberis, alter succedat, quod fideicommissum nō potest commode intelligi respectu istius salis, & taxæ, cum fiscus habeat ius luendi, nec in pecunia oblata verificantur verba fideicommissi, vt dicit Paul. de Castr. consilio cccclxviij. in fi. in j. dec. Neap. in nouis. nu. cxciiij. & per Bart. in l. j. ff. de distr. pig. & facit l. prædijs. in princ. de leg. iij. sicut ergo respectu oneris non comprehenditur hoc ius; ita nec debet comprehendi, respectu honoris, vt cēseatur ipsis relictum. C
arg. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. magis ergo consonum est, vt tali legato solum comprehendatur ius perpetuum; nō autem quod iure luitionis temporale effici possit. l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. iij. l. si chorus. in fi. eod. tit. Dec. cccclxxij.
Et hoc etiam indicant verba testamenti, quæ loquuntur de iuribus in dictis bonis, quæ † dictio, D
4 in, ad ea refertur, quæ intrinsecus respectu bonorum inhærent, non autem potest referri ad facultatem cogendi personas; quæ nullo modo cohæret. ff. d. l. qui habebat. §. j. ff. de leg. iij. d. l. vxorem. §. item quæsitum est. ff. eod. titu. & d. l. prædijs.
5 non omitto etiam, quòd istud † ius salis, & taxarū, est de regalibus, & reseruatis principi cap. j. quæ sint reg. in vsi. feud. verb. & salinarum. & ideo per
6 decreta hui⁹ statuti in generali † alienatione, quibuscunque verbis concepta, non comprehenderentur, vt meritò idem dicendum sit in hoc empto re, qui est constitutus procurator in rem suam à fisco, vt in hoc videatur imitari ius auctoris sui arg. l. Pomponius. §. cum quis. vbi Ias. ff. de acq. poss. & quòd not. Raph. Com. consi. clxij. Paul. Cast. consi. lxiij. quod dicti reditus in j. vol. Item quòd tale ius salis & equorum non comprehendatur in legato, probatur per doct. Bart. post Di. in l. inter eos. ff. de
7 acqui. rer. do. vbi † vendito castrō, dicit transire iurisdictionem, cohærentem territorio. l. j. §. cum vrbem. vbi omnes no. ff. de off. præf. vr. non autem si cohærent personæ vendentis, & ita tenent cōmuniter doct. Imo. Alex. Mod. in l. iij. in prin. ff. de ac.
8 poss. Car. Paris. con. xx. in j. vnde sequitur secundū eos in d. l. iij. q † si dominus castri legauit castrum cum pertinentijs, non comprehendentur possessiones, quas ibi habet, tanq priuatus non tanq dns. castri, sequitur Ias. l. fi. ff. de const. prin. Cur. iu. con. clviij. & facit quòd no. Bald. in l. à procuratore. C. mand. vbi si quis † legat possessiones, quas habet
9 in tali territorio cum omnibus iuribus, quæ ibi habet, non tamē intelligitur de domibus, in quibus percipitur pædagium. quia hæ videntur esse diuer
10 sæ naturæ à possessionibus, cum † ius pædagij sit vectigal, pertinens ad incorporalia, sequitur Alex. & Ias. in d. l. iij. & idem sentit Bal. cons. ccxxxxv. in iij. & Bald. in c. j. de ca. qui cur. vend. in vsi. feu. vbi
11 loquitur in † concessione principis, q etiam latius accipitur, q legatum. & idem sentit Lud. Rom. cō. 444. secundum quas decisiones intelligendū est, q not. Are. cons. xv. j. dub. Cor. cons. cccxxj. in iiij. Ale. cxxxx. in v. Soc. xxxxvij. in j. Rui. lxxxiiij. in j.
Et suprà scripta sententia iudicio meo reddit clarissima ex verbis legati, dum dicitur, *Et quæcunq; alia bona, qualiacunq; sint iuris ipsius testatoris sita, iacentia, &c. quæ reperiantur in dictis locis, &c.* illa enim † dictio *sita, iacentia*, &c. indicant non cōprehendi, nisi iura realia, non aūt cohærentiæ personæ, & quę non circūscribuntur loco. l. Caius. ff. de leg. ij. l. si fideicōmissum. §. tractatum. ff. de iud. l. fin. C. de præscr. long. temp. Bal. consi. cij. in secūdo dubio. in j. vol. Ang. clxxix. Ias. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. in fi. de ver. obl. & cons. lxxxix. in ij. & Cur. Iun. cōs. cix. cum similib. Et istud fundamentum iudicio meo sufficiat ad victoriam causæ, quia illa verba sita, & iacentia restringunt generalitatem præcedentem, vt per doct. præall. & probatur in d. l. qui habebat. in prin. vbi erant verba non minus ampla, & generalia, q in casu nostro & tamen nō veniunt in legato bona, ad quæ testator iure crediti habebat actionē personalem, & ius pignoris, multò minus in casu nostro, in quo ad sal, & taxam testator non habuit aliquam actionem realem nec personalem sed sōlum officium iudicis, q compellatur rustici ad munera subeūda. l. pupillus. §. munus. ff. de verb. sig. & cum successerit † in locum fisci, non habet aliam
13 actionem, quàm fiscus, id est, officium iudicis. l. inuitus. §. plerunq;. ff. de reg. iur. l. dolia. §. j. de contrāh. emp. Et ista opinio in ambiguis est tenenda,
14 tum quia concordat regulę, quę habet, q † semper facieda est interpretatio, vt testator minus grauet hæredem aduersus legatarium. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. l. nummis. de leg. iij. Lud. Ro. l. plures. ff. de dam. infect. tum quia † concordat etiā
15 naturæ, vt testator videatur plus fauisse proprię filiæ, quàm filijs fratrum, secundum l. scripto. ff. vnde lib. l. maximum. C. de lib. præter. tum etiam, qa concordet consuetudini: quia vt intelligo hactenus filia exegit hos reditus æqualiter tam de terra Cotonæi, quàm de reliquis terris, prout empti fuerāt à patre, vnde facilè nihil est mutandum. §. commodum. inst. de interdi. Nec obstant, quę in cōtrarium adducuntur. Et in primis dum in legato dicitur *legari iura locorum Cotonei, &c.* quæ † verba ne sint
16 superflua, debent intelligi de iure exigendi istud, sal & taxas. per l. si quando. ff. de legat. j. vnde comprehendentur etiam ista, quamuis sint de regalibus, secundum Ias. cons. xxxxv. in primo. Respondeo satis, & super ex suprascriptis constat, q salis exactio, & taxarum non sunt iura locorū Cotonei, sed exactio, quę fit contra personas, vnde verba nō verificantur, nec est verum, q nisi ita intelligantur q sint superflua, imò possunt intelligi propriè, & multum operabuntur, cùm possint intelligi de iure reali, & sic dominio, q est ius. l. si quis vi. §. differentia. vbi Bar. de acquir. possess. & de † possessione
17 quæ quidē, & ipsa est iuris, secundum eius diffinitionem positum p Bart. in l. j. in prin. ff. de acquir. poss. per l. possessio quoque. ff. eo. tit. & de seruitu
18 tibus † realibus, quæ etiam ipsæ sunt iuris, vt habetur inst. de reb. corpo. in fin. & de ser. rust. præd. & dicuntur iura prædiorum, secundum Bart. l. j. in fi. de iurisd. omn. iud. seu quòd idem est iura locorum. l. locus. ff. de verb. sig. & de bonitate, & amplitudine prædiorū, iuxta text. in l. quid aliud. ff. de verb. sig. de quo per Alex. cons. xv. in ij. & exemptiones, seu iura immunitatum, de quib. in l. j. & toto tit. ff. de iure immun. & hypothecę in bonis debitorum secundum d. l. qui habebat. in prin. de leg. iij. potest etiā intelligi de iurib. melioramentorū, & prę-

roga-

rogationibus seu sortis rusticorum, vt in alio capitulo se declarat, nulla ergo est ratio cur intelligemus de iure exigendi ista munera, quæ debentur officio iudicis tantùm d.l. pupillus, §. munus. & quæ non sunt iura loci, sed personarum, quæ passiue tali muneri subijciuntur, vnde non videtur † à
19 proprietate verborum recedendum. Rursus non obstat, dum dicitur, quod illa clausula *sita & iacētia*, vt contra reperiuntur in dictis locis, refertur tantum ad clausulam immediatè præcedentem, *Quæcunque alia bona qualiacunque sint, &c.* Respondeo est, quod istud sit verum, apparet, quod ex vi istorum verborum non compræhenditur sal, vel taxæ: ergo remanerit hæredi, cùm non sint extracta de hæreditate, & alteri legata, & sicut dictio, *Sita & iacentia*, ad istud ius non refertur, ita nec dictio, *Quæcunque alia bona qualiacunque, &c.* Sequitur ergo, quod istæ taxæ, & sal non comprænduntur verbis legati, non per illa verba, *iura locorum Cotonæi*, vt suprà dixi, non per ista, *Quæcunque alia bona qualiacūque, &c.* minusque per alia in alio legato, *cum dependentibus, emergentibus & annexis*: quia etiam ista habent eandem restrictionem, *vbicunque sint, & sita esse reperiantur.*
20 Istæ enim † taxæ, & exactio salis nusquam est sita, sed consistit in mero iure personali, & ideo talis clausula † quantumuis generalis, restringitur
21 secundum suum principale. d.l. prædijs. in princ. vbi Bar. de leg. ii). Minusque obstat quòd istud ius exigendi sal, & taxas, posit dici ius loci Cotonei, dupliciter respectu. Primò, quia est impositum habitantibus dicti loci, vnde videtur † accipiendum
22 continens pro contento. gl. l. solent. ff. de off. procon. & leg. Secundo, quia cum sit quoddam creditum erga illos homines, videtur istud nomen esse dijudicandum secundum locum, vbi exigitur, secundum Lap. alleg. xcj. ad fin. quem refert & sequitur Ale. consil. xvj. in fin. in j. quia talis solet esse natura annui reditus, secundum Aret. consil. x. Sed
23 ad istam non est difficilis responsio: † nam quod continens capiatur pro contento, non est ex proprietate sermonis, sed per improprietatem & figuram
24 vt dicit gl. in d.l. solent † in legatis autem fit interpretatio secūdum proprietatē. l. non aliter l. ille aut ille, §. cum in verbis. ff. de leg. iij. & nomina iudicā tibus secundum locum, vbi exigenda sunt, quando omnino aut mobilibus, aut immobilibus applicari debent, secus si ex se ipsis iudicantur: quia tunc conficiunt tertiam speciem secundum Dyn. & doct. in l. potest. ff. de auctor. tut. Iaso. post alios in l. à diuo. §. in vendit. ff. de re iud. & ista interpretatio. quod iura sint species separata, est secūdum proprietatem sermonis, aliæ verò secundum im-
25 proprietatem per regulam, † qui actionem habet, rem ipsam habere videtur. l. qui actionem. ff. de regu. iur. & dixi d.l. mouentium. Nec rursus obstat, quod testator vsus sit verbis valde pregnātibus, & quod nulla ratio concludens assignari possit, cur magis alia iura, quam ista legare voluerit, vt in simili per Raph. d. consil. clxij. respondeo, quod licet verba videantur generalia, tamen habent coniunctam restrictionem vbicunque sita sint, quæ non possunt applicari huic exactioni, vt supra est dictu & ratio cur noluerit hæc legare est in promptu, cùm etim vno contractu testator emerit sal, & taxas non solum Cotonæi, sed etiam aliarum terrarum, & clarum sit respectu aliarum terrarum, ius illud ad hæredem pertinere, noluit istud ius, quod ad Coronienses attinet, separari, vt sicut eodem contractu fuerat à se acquisitum, & à semper exactum, ita etiam per hæredem exigatur, non autem per legatarios inutiliter, quæ ratio cessat in casu Raph. Com. Quamuis etiam ille casus sit valdè dissimilis: quia nec loquimur in legato, facto in testamento, in quo non comprænditur, nisi quod vi verborum expressum apparet: quia supereſt hæres ad quem res pertinet, &c. Vltimò non obstat clausula, *Cum dependentibus, emergentibus, & connexis ipsis bonis vbicunq; sint, & sita esse reperiantur, &c.* Respondeo primò, quod cùm hanc clausulam posuerit in alio legato, apparet aliter sensisse in eo, de quo agitur, alioquin sciuisset etiam ibi apponere. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. per quem text. limitatur reg. l. qui filiabus. ff. de lega. j. secundùm Io. de Ana. consi. xxxij. Anch. cxx. Alex. consi. xxxviij. in vj. xvij. in vij. maximè quando talis clausula est in oratione separata. Cur. Sen. consil. lxiij. Rubeus consi. lxxj. cum concord. per Huber. in repet. l. fin. C. de edict. di. Adri. toll. Secundò respondeo quòd dicta clausula restringitur per sequentia vbicunque sint, & sita esset reperiantur, de qua suprà dixi. Tertiò respondeo, quòd istud ius salis, & taxæ non est dependens, nec emergens, nec connexum bonis, prout in simili declaratur in consil. Signorelli, & Castel. impresso ad finem tract. maleficiorum Ang. quòd quotidie in collegio nostro Mediol. seruatur in practic. & ideo vlterius me nō extendo salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. XLVI. SVMMÆ.

1 *Substitutione irrita intestato succedi.*
2 *Licet in testamentis mens testatoris plurimum dominetur, tamen hoc intelligitur, dummodò sit expressa per verba.*
3 *Mens ipsa non potest rectè percipi, nisi ex verbis, alias faciłę deciperemur in coniectura mentis, ideò à verbis non est recedendum.*
4 *Ad inducendum fideicommissum, non sufficit coniectura mens testatoris.*
5 *A significatione verborum, non aliter recedendum est, quā cum manifesta est mens testatoris, vnde cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.*
6 *Fideicommissum est onus.*
7 *Semper fit interpretatione, ne hæres sit grauatus.*
8 *Fideicommissi ademptio fauorabilis est, quia datio est odiosa.*
9 *In legatis, & fideicommissis quod minimum est sequimur.*
10 *In fideicommissis onus filijs iniunctum ad Nepotes non pertinent.*
11 *Conditio voluntaria per æquipollens adimpleri non potest.*
12 *Libertas relicta finito vsufructu, non debetur si vsusfructus non cœpit.*
13 *Sicut linea apud Geometras est longitudo absque latitudine, cuius extrema sunt duo puncta, ita per metaphorā dicimus lineam in arbore consanguinitatis, quæ ab vno alium per quosdam gradus protenditur.*
14 *Lineam margaritarum dicimus, quæ constat ex pluribus margaritis.*
15 *Lineam literarum dicimus, quæ constat ex pluribus elementis.*
16 *Vbi vnus tantum adfuit, non potest dici fuisse linea, cum desit extremitas.*
17 *Linea quandoq; accipitur contentiue vt principium quoq; lineæ comprehendatur.*
18 *Improprietas est appellare totum residuum.*
19 *Quandoq; residui appellatio ad totum trahitur.*

20 *Error Notarij obesse non debet.*
21 *Non potest testator post primi hæredis mortem alium vocare directo sed per fideicommissum tantùm.*
22 *Testator si vsus fuisset verbis ciuilibus, & directis, voluisset, & cõmissarios esse hæredes, nõ potuisset hoc facere.*
23 *Casus finitæ lineæ, non potest trahi ad eum, qui nunquam cœpit.*
24 *Conditio finita linea, non trahitur ad casum, quando non incepit.*
25 *Illud quod pro non scripto est, non transit ad substitutum.*

A

B

TESTAMENTO d. Iob Fauentini viso, *in quo hærede instituto Dionysio ei substituit filios ipsius masculos, & descendentes in infinitum, cum prohibitione tamen, alienationis, & onere alendi, & dotãdi fœminas, prout in eo latiùs cõtinetur. Finita verò linea masculina Dionysij, eodem modo fœminas, quæ supereſſent, voluit ali, & dotari sumptibus hæreditatis, prouiditq; & viduis, vt in eo habetur, subijcitq;. Residuum verò fructuũ quod superet in infinitum ex reditibus dictæ hæreditatis, finita linea masculina, voluit distribui per commissarios, &c.* Dubitatur, mortuo Dionysio, ante pubertatem, an sit locus successioni ab intestato, an verò casus substitutionis in fauorem commissariorum, seu piæ causæ euenerit?

1 Quo † in articulo, re diligenter cõsiderata, dico euanuisse substitutionem, & locum esse successioni ab intestato, vt parentes, & fratres Dionysij admittãtur, secũdùm auth. defuncto. C. ad senatusc.

2 Tertul. Præmitto, quod † licet in testamentis mẽs testatoris plurimũ dominetur, tamẽ hoc intelligitur dũmodò sit expressa per verba. l. quidam cũ filium. ff. de hæred. inst. vbi Bald. & Imo. & quia † mẽs ipsa nõ potest rectè percipi, nisi ex verbis, aliàs facilè deciperemur in cõiectura mentis: ideò nõ est à verbis recedendum, secundùm Bald. l. precib. C. de impub. & alijs substitut. vers. dixi ergo.

3

4 alibi Bald. in l. cùm virũ. C. de fideicom. dicit † ad inducendum fideicommissum, non sufficere cõiecturatam mentem testatoris: quod Iaſ. in l. potest. de vulg. ff. intelligit. nisi cõiectura sit necessaria, & valde probabilis ex verbis testatoris, & ideo lex

5 ait nõ aliter à † significatione verborum recedendum, quàm cùm manifesta est mẽs testatoris: vnde, cessantibus verbis fideicõmisi, nunquam dicimus subesse fidecommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. in verb. an vuciam hæreditatis. ff. ad Treb. vbi. Iac. Di. Alb. & cum † fideicommissum sit onus:

6 l. cohæredi. §. cũ filiæ. de vulg. in dubio pronũtiamus nõ subesse: quia † semper fit interpretatio, ne

7 hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. de

8 leg. ij. vnde & alibi dicitur † fideicommisi ademptionem fauorabilem esse: quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. de Cast. & Soci. v. notab. de reb.

9 dub. & alibi traditur regula, quod † in legatis, & fideicõmisis semper quod minimũ est, sequimur. l. nummis. de leg. iij. l. apud Iul. §. scio. de leg. j. Lu. Ro. l. plures. de dam. inf. Dec. l. in testa. de reg. iur. & istud maximè debet habere locum, quando fideicõmissum imponeretur filio: nõ enim verisimile est, voluisse patrem filium onerare, nisi quate-

10 nus verba expresse hoc inferant, vnde † in fideicommisis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundùm Dec. consil. ccxviij. cũ cõcord: sicut nec in prohibitione alienationis. gl. §. nos igitur. in auth. de restit. fideicom. quamuis alias filiorum appellatione veniant nepotes. l. iusta. ff. de verb. signific. His premissis dico nullo modo euenisse casum, quo executores quicquã petere pos-

C

D

E

F

G

sint, ideoq; † cõditionem voluntariam per æqui- 11
pollens adimpleri nõ posse. l. commodissimè. de lib. & posth. l. si cum dote. sol. matr. Bart. l. Gallus. §. & quid si tantũ. de lib. & posth. vocantur enim, finita linea masculina ipsius Dionysij, vt residuũ fructuum distribuant. Dico ergo in primis, quod mortuo Dionysio ante pubertatem, nõ dicitur finita linea, & fideicõmissum datũ finita aliqua re nõ debetur, si res nõ capit per casum. l. Titio vsufru. & ibi Pau. Cast. ff. de cond. & demõst. vbi † li- 12
bertas relicta finito vsufructu, nõ debetur, si vsusfructus non cepit, quamuis enim tractetur de fauore libertatis, & mens testatoris suaderet deberi: quia tum verbà illa, *si pertinere desijsset hunc casum non contineant.* respondit iurisconsultus euanuisse fideicommissum, & declarat ibi Iac. Di. Ray. Alb. Raph. Imol. cum enim Dionysius sine filijs, & impubes sit mortuus, non dicitur vnquam in eo fuisse linea masculina: quia sicut † linea apud Geome 13
tras est longitudo absque latitudine, cuius extrema sunt duo pũcta, ita per metaphoram dicimus, lineam in arbore consanguinitatis, quæ ab vno ad alium per quosdam gradus protenditur. l. iurisc. §. sunt & ex lateribus. ff. de gra. vnde sunt dictæ lineæ ascendentium, descendentium, transuersaliũ & per Io. And. & alios in lectura arboris, quo exemplo dicimus etiam † lineam margaritarum, 14
quę constat ex pluribus margaritis. l. lineam. ff. ad leg. Falc. l. fi. in fin. de auro & arg. leg. † lineam seu 15
versum literarum, quæ constat pluribus elementis. §. & aurea. in proœm. Digest. sicut ergo in numero lineari non est vnitas, vt inquit Boœtius li. arithmethicæ cap. v. & est gl. in l. si quis ante. §. fin. ff. de acqui. poss. & ibi per Dyn. ita † vbi vnus tan- 16
tùm adfuit, non potest dici fuisse linea, cum desit extremitas. Et aliud est Dionysius, aliud linea masculina Dionysij, sicut aliud est, stipes, aliud rami stipitis, aliud genitor, aliud generatum. argumen. cap. fina. extra, de institu. meritò ergo substitutio iuris facta non trahitur ad aliud. Et licet † quan- 17
doque linea accipiatur contentiuè, id est, vt principium quoque lineæ cõprehendatur. argum. l. familiæ. de verb. sig. & quod not. Iac. in d. l. si quis ante. & per mod. in l. Gallus. §. nunc de lege. de lib. & posth. tamen hoc est verum vbi iam linea in esse deducta sit, tunc & ipse primus comprehenditur, sed si nulla sit linea: quia nullæ aliæ personę fuerint præter primum, tunc nullo modo primus appellatione lineæ continetur: sicut nec punctus, nec vna margarita, nec vna litera, in suprascriptis exemplis: nisi tamen in casu, quo constaret testatorem ita per errorem appellasse, mensq; esset certa, secundùm l. non ideo minus. C. de hær. inst. vbi Cy. Bal. Cor. & cæteri. de quo errore in casu nostro non constat. Imo nec alia verba testatoris conueniunt fideic. si enim testator vocasset cõmissarios in hunc casum nõ debuisset dicere, se vocare ad residuum fructuum, sed ad totam hæreditatem. maxima enim est improprietas, vt appellatione fructuum, qui singulis annis percipiuntur, intelligamus totam hæreditatem, quæ non in re annua, sed vt quodam iure consistit. l. nihil aliud. de verb. sig. l. fun. Treb. de vsufr. leg. Rursus etiam nõ modica est † improprietas, vt residuum appellauerit 8
id quod est totum. l. item quod. §. sed si. l. qui non. ff. de hær. inst. Paul. de Cast. l. cum stip. ff. de verb. obl. & licet † quandoque residui appellatio ad to- 18
tum trahatur. l. ij. C. de hær. inst. illud non est ex proprietate sermonis, à qua in dubio non est recedendum, sed ex necessitate, ne quis videatur, 19

stator ipse non erat forensis. vnde potuit alli-
gari statuto: secùs, fortè si non fuisset ciuis subie-
ctus statuto, vel clericus, vt loquitur Fran. de Ripa
consi. ij. tit. de constitutionibus. Non obstat, quod
ibi Vberti possint effici ciues, & subire onera, & C
tali casu debeant admitti ad successionem, prout
dicit præfatus de Ripa dicto consilio in iiij. du-
bio, quia loquitur ipse, quantum sit respectu præiu
dicij, quod fieret cōmuni, cui in pœnam dicta bo-
na applicanda essent: ipso iure enim recuperat, si
efficiat ciuis, l. siue patronus. ff. de iure patro. Cin.
Ang. Alex. Aret. l. Gallus. §. & quod si tantum. ff. de
libe. & posth. sed quæstio nostra est respectu substi
tutorum, qui in eum casum sunt vocati: illis enim
præiudicare non potest: cū euenerit conditio, sub D
qua ipsi sunt vocati. l. j. §. si filij. de lege. iij. vnde ta-
lis ciuilitas non debet trahi in præiudicium tertij
l. impuberem. ff. de admin. tut. l. ij. §. meritò. ff. ne
qd in loco pub. Bal. consi. cccl vij. in j. Raph. Com.
consi. lxxxiiij. circa medium. & sentit Petr. de Anch.
consi. clxix. Decius. 661. cum simil. ib. Nec obstat, q,
isti, forenses possunt effici ciues, l. assumptio. ff. ad
municip. vnde cū spes † sit, q, tales possint esse po- 11
tiores substitutis, interim substituti non debent
admitti, sed expectero an efficiantur capaces. l. ij.
§. vtiq;. ff. de suis & leg. l. antiqui. ff. si pars hæred. E
pet. & in statuto Mantuæ hoc tradit Bar. Soc. con-
si. xix. lib. iij. Sed certè loquitur ibi Soc. in eo, qui
habebat ius de præsenti per satisdationem, & qui
habebat spem probabilem, vt qui est in vtero, vel
captus ab hostibus propter spē postliminij, idēq;
dicendum in eo, qui sub conditione est vocatus:
potest enim pendente conditione interim fieri ci-
uis. l. cætera. vbi Ias. in vij. not. ff. de leg. j. sed si tem
pore, quo ius fideicōmissi defertur, non sit habilis
ad succedendum, ius deuoluitur sequenti, in gra- F
du seu substituto. vnde amplius nō potest admit-
ti, ne talis ciuilitas in præiudiciū tertij tēdat, vt su
prà dixi, & quia de hoc latius scripsi in allegato cō
si. nō insisto hic amplius. Tertia est dubitatio, quæ
personæ ad hoc fideicōmissum cum ipsa d. Simo-
na sint admittendæ? & videtur, quòd sola d. Simo-
na debeat admitti cum filio Blancæ sororis suæ,
tanquā fideicōmissum pro portione filiarū testa-
toris sit caducum: quia testator vocat præfatas fi-
lias, vel earum præmortuarū filios. non extant au- G
tem filij, sed duntaxat nepotes, † in fideicommis- 12
sis aut appellatione *filiorum* non veniunt nepotes
secundùm Bal. consi. cccl vij. in iiij. Lud. Rom. con
si. cccxxxviij. vlt. dub. Soc. ciiij. in ij. Alex. consi. j.
in j. & consi. lvj. in v. Coru. cxcix. in ij. vbi dicit mul
tos doctores Italiæ consuluisse, & secundùm hanc
opinionem iudicatū fuisse, & Dec. consi. xcv. vbi
dicit quod hæc opinio isto casu non habet contra
dicentem: cùm enim fideicommissum sit onerosa
spectu grauati. succedit doct. Bar. in l. liberorū, de
verb. sign. quod etiā † in fauorabilibus, quæ tamē 13
habent annexū onus, sicut cui cela appellatione fi-
liorum ad nepotes non extenditur. l. quod si nepo
tes. in fi. de testam. tut. & quia de hoc diffusius fori
psi in allegato cōsilio, adibi dicta remitto. vbi etiā
respondeo rationibus, & auctoritatibus contradi
centium. Quartā, & vltima est dubitatio an d. Si-
mona excludatur ab hac successione, quia nupta
est extra iurisdictionem Mantuæ: & per longissi-
mum tempus habet domicilium Ferrariæ, nec vn-
quam subijt aliqua munera in ciuitate Mantuæ.
sed tamen ista non sufficiunt ad eam excluden-
dam: quia † de iure communi mulier nupta seruat 14
forum originis, præter quàm quòd ea, per qua
distraheretur à seruitijs mariti, quò ad cætera ve-
rò adhuc seruat forum patriæ. l. fin. §. ijdem rescri-
pserunt. vbi Bartol. ff. ad municip. tradunt omnes
in l. pen. ff. de iur. omn. iud. & idem est dicendum
in vidua, quæ licet seruet domicilium mariti, si in
eo perseuerat. l. filij. §. vidua. ff. ad municip. tamen
retinet † forum originis: quia illud est in amissibi- 15
le. l. j. l. assumptio. ad municip. vnde consequens
est, vt non excludatur à statuto quod forensis, vel
non suppositus non possit acquirere, mulier e-
nim alibi nupta, non ideo dicitur forensis, aut
non supposita in loco originis, cum seruet illud
forum, vt dixi & notat Paul. de Castr. consilio
xcvj. posset quis dicere. in fin. Alexand. consilio
lvj. consideratis verbis. in primo volumine. consi-
lio xx. viso processu. in secundo. consilio c. ex in-
spectione. lib. iij. Corn. consilio clxxvij. lib. iiij. la-
tè per Socin. consilio ccxxvj. præsens consultatio.
Deci. dict. l. penult. maximè cum tractetur de fidei
commisso, facto ab ascendente, nec statuta Man-
tuæ, quantum ad hunc casum videntur aliquid
inducere aduersus ius commune. Circa legatum
ducatorum mille factum filiabus Ludouici, vide-
retur prima fronte dominam Simonam non ad-
mittendam, quia verba legati sunt, *filiabus Ludouici*
decedentis sine masculis, ipse autem habuit masculos, & sic
defecit conditio. l. filius fam. §. cum quis ff. de leg.
j. & certè tota difficultas stat in hac ratione, quo-
modo intelligantur illa verba *decedentium sine mascu-*
lis, si intelligamus immediatè erit excluſa d. Simo-
na. d. §. cum quis. si intelligamus mediatè, erit ad-
mittenda. Et pro hac secunda intelligentia facit,
quia testator non simpliciter dicit *decedentium sine*
masculis, sed addit dictionem, † *vt suprà*, quæ dictio 16
se refert ad supradicta, secundùm Bartol. l. j. §. hoc
edicto. ff. de postul. in fin. Decius consil. cccl xxvij.
versic. nec obstat. Suprà autem dixerat, *quòd si nemo*
ex descendentibus masculis extaret, &c. & sic apparet
quod intellexit testator, si decederet Ludouicus
sine masculis tam immediatè, quàm mediatè:
quia Antonius & eius filij decederent ipsi sine ma
sculis, qui casus euenit. Et quòd ista fuerit mens
ipsius ostenditur, quia aliàs fecisset meliorem
conditionem filiorum ex filiabus suis præmor-
tuis, quibus non suppositi istam conditionem,
quàm filiarum ex filijs masculis, quod videtur es-
se contra eius mentem, & contra † naturam di- 17
ctionis similiter, per quam apparet istud legatum
reduci instar præcedentis authen. similiter. C. ad
Falc. cap. capitulum. vbi Fel. de reser. nec est no-
uum, vt † verba quandoque mediatè accipiantur, 18
vt intentioni proferentis deseruiant, vt in l. ij. ff.
de orig. iur. §. j. vbi Superbus Demarathi filius,
scilicet mediatus, fuit enim nepos. sic † præce- 19
sor dicitur, etiam qui mediatè præcedit. e. eccle-
sia.

sia versi. parte extra, de causa pos. & proprio. & do minus qui est dominus dñi, & sic mediante alio. c. j. §. illud de prohi. feud. alie. per Feder. & quæ habentur per Mod. in l. Modestinus. ff. de verb. sign.
20 & licet † verba regulariter per prius accipiantur, non aũt per posterius. l. qui liberis. §. j. ff. de vulg. tamen hoc non procedit, quando alia est mens testatoris, vt ibi habetur. sit hoc maximè in casu nostro dicendum, in quo conditio simpliciter est scripta sine masculis, nec dicit sine filijs, vnde potest verificari etiam in nepotibus, & pronepotibus, ex quo nõ restringitur ad certum gradum. l. liberorũ.
21 de verb. sign. & licet illa † dictio, *decedentium*, sit participium præsentis temporis, tamen potest etiam
22 habere tractum: quia quamuis. Qualitas † adiecta verbo, regulariter intelligitẽ secundũ tempus verbi, tñ hoc procedit, qñ alijs verbis mens proferentis declaratur quod intellexit etiam in futurũ. c. Rayhutius, extra, de rest. declarat Ripa in l. Centurio. nu. cxliiij. ff. de vulg. & facit quod not. Alex. l. stipulatio hoc modo. versi. nec obstat, quod qualitas. ff. de verb. obl. & hæc procedunt etiam si in litera testamenti scriptum sit *decedentium in exemplo*, tamen mihi proposito scriptum est descendentiũ, quo casu cessaret omnis difficultas, & referretur ad substantiuum præcedens filiarum. & ideo concludo d. Simonę deberi istud legatũ mille ducatorũ. Et ita mihi videt: saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LI. SVMMÆ.

1. *Si substitutio sit facta vltimo morienti, & sit facta in omnibus bonis, quod testator videatur non simpliciter conseruasse ius legitimarum hæreditatum inter eos, sed fecisse fideicommissum, vt præcedens teneatur restituere sequenti.*
2. *Dictio quicunq; est vniuersalis distributiua, & attribuit actum insolidum.*
3. *Dictio quicunq; distributiua, intelligitur secundum verbum cui est applicata.*
4. *Plures non possunt esse hæredes insolidum.*
5. *Conditione deficiente, fideicommissum consequenter nullum subest.*
6. *Lex præfert voluntatem verbis.*
7. *Substitutio in vsufructu post mortem plurium, censetur facta vltimo decedenti, & quare.*
8. *Si substitutio sit facta duobus per nomen collectiuum, nõ vocabitur substitutus, nisi post mortẽ vltimi, quãdo isti instituti aliàs essent ab intestato sibi inuicem successuri.*
9. *Vitiato expresso, vitiatur tacitum.*
10. *Ius fideicommissi conditionalis, non transmittitur.*

ORDINE propositæ dubitationis, videndum est an subsit in præsenti casu fideicommissum aliquod ex verbis testatoris, *qui sibi Ioan. Gasparem, & quoscunq; alios filios sibi de legitimo matrimonio nascituros instituit, & si dictus Io. Gaspar & quicunq; alij filij decederent sine masculis ex legitimo matrimonio tunc ipsis filio seu filijs in omnibus bonis substituit filias fœminas?* Et videt, quod subsit fideicommissum inter ipsos, & vltimo decedente debeant admitti fœminæ. Quia communis cõclusio
1 est, quòd † si substitutio sit facta, vltimo morietis, & sit facta in omnibus bonis, quod testator videatur non simpliciter conseruasse ius legitimatum hæreditatum inter eos, sed fecisse fideicommissum, vt præcedens teneatur restituere sequenti. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. ij. Ang. Imo. Are. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pu. & est communis cõclusio, vt per Ias. in l. potest. & l. seq. ff. eo. tit. & istud videtur esse in casu nostro. Nec obstat quod verba substitutionis, non sint concepta in casu vltimi morientis: quia ex quo sunt concepta post omnium mortem, idem est ac si expressè esset grauatus vltimo loco moriens. l. codicillis. vbi Bart. ff. de vsufr. leg. Alex. in d. l. si pater impuberes. Nec etiam obstat quod testator non dixerit de omnibus filijs, sed vsus sit dictione † quicunq;, 2
quæ dictio est vniuersalis distributiua, & attribuit actum in solidum. l. edicto. in prin. & l. ait diuus. ff.
B de iur. fisci. per Bar. & Imo. in l. hoc articulo. ff. de hær. instit. & propterea videretur filias admittendas ad fideicommissum vno quoq; moriente, non autem expectari mortẽ vltimi decedentis, & consequenter in omnem casum fratres ipsos reijci à fideicommisso: quia respondeo quod ista distributiua, respicit verbum *decedendi*, non autem modum succedendi ipsarum filiarum, & † propterea intel- 3
ligitur secundùm verbum, cui est applicata. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. Pau. de Cast. in l.
C in substitutione. ff. de vulg. & pup. Signor. de Homo. consi. xxxvij. Abb. consi. cvij. in j. Præterea apparet expressè de mẽte testatoris capientis istam dictionem pro collectiua, ex quo in institutione instituit Io. Gasparem, & quoscunq; alios: non enim potest ibi stare distributiuè, & attribuere actũ vnicuiq; insolidum, prout est sua natũra, ex quo † 4
non possunt plures esse hæredes insolidum, vt declarat Bar. in d. l. hoc articulo. arg. illius. l. in fi. meritò in verbis substitutionis debet capi eodẽ mo-
D do, vt stet collectiuè. arg. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. l. cum pater. §. cum imperfecta de leg. ij. cum not. per Ias. in l. qui filiabus. in prin. de leg. j. Nec etiam obstat, quod verba substitutionis sint concepta per copulam, videlicet dictus Ioan. Gaspar, & quicunq; alij filij, ideo tanquam requiratur concursus vtriusq; copulati ad hoc, quod conditio verificatur. l. si hæredi plures. ff. de condit. inst. per Bart. & doct. in l. j. ff. de iust. & iur. & iste concursus non possit interuenire ex quo Ioan. Ga-
E spar mortuus est relicto filio, ergo † conditio defe- 5
cit, & consequenter fideicommissum nullum subest. l. pen. C. de impub. Nam respondeo, quod ex quo concurrentibus istis duobus, quod sit substitutio facta post mortem omnium, & quod sit facta in omnibus bonis lex præsumit voluntatem defuncti, quod hæredes censeantur inter se inuicem substituti, per iura suprà allegata, non curatur deinde de improprietate illius copulæ ex quo † lex 6
præfert voluntatem verbis, vt in istis terminis dicit expressè text. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff.
F ad Trebel. & istud etiam communiter volunt docto. ibi, & not. per Bald. in consilio xcix. super primo quæsito. in iiij. vol. vbi loquitur in substitutione, facta, *si filius & omnes fratres decesserint sine liberis*, &c. an vno moriente cum liberis expiret fideicommissum, & concludit licet ex vi sermonis substitutio euanescat, non tamen ex intentione testatoris, quæ est attendenda, secundùm eum, & licet Bald. ibi concludat, quod aliquo decedente sine
G filijs, in portionem illius admitteretur substitutus prout etiam est communis opin. in l. quidam testamento Proculum. ff. de vulg. & pupil. vt ibi per Alex. tamen in casu nostro nõ puto, quod vltimo ita decedente, admitterentur filię, ex quo ista non præsumitur fuisse mens testatoris, qui voluit præferre masculos fœminis, & accommodare voluntatę suã, secundũ statuta, vt dicit Bar. in d. §. cũ ita, vbi per hoc limitat illũ. §. arg. d. l. pe. C. de impub. & firmat p̃ multa Cornæus in cõsi. cclxxxiij. videt

prima

prima facie in j. volum. Et ista sunt quæ reddunt istam partem valde dubiam, & faciunt casum difficilem. Sed his non obstantibus puto contrariam partem esse veriorem, quod imò non sit aliquod fideicommissum, & tota difficultas dependet, an conclusio doctorum volentium, quòd si sit substitutum vltimo decedenti, in omnibus bonis censeat facta substitutio inter ipsos plures grauatos, habeat locum, quando non est facta substitutio vltimo, sed simpliciter post mortem omniũ, in quo puncto Alex. in d.l.si pater. arguendò concludere videtur, quòd sic per d.l. codicillis. & idem dicit Bart. Soc. in d.§. cum ita. versi. aliquando & tertio. vbi concludit esse secundũ Bart. intentionem d.l. codicillis. quòd quando fit substitutio post mortẽ plurium honoratorũ in tota hæreditate, videntur inuicem tacitè substituti, & excludunt substitutũ expressum: quia tunc videtur testator substituisse expressim vltimo morienti, & id propter præsumptam mentem testatoris, sicut in casu d. l. codicillis † substitutio in vsufructu post mortem pluriũ censetur facta vltimo decedenti, ex quo interest grauatorũ, ita esse factam propter ius accrescendi: ergo idem si ex coniunctionis sanguine præsumamus de volũtate defuncti, secundũ Bar. ibi confirmatur etiã secundũ eum per notata in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. vbi † si substitutio fit facta duob. per nomen collectiuũ, non vocabitur substitutus, nisi post mortẽ vltimi, quando isti instituti aliàs essent ab intestato sibi inuicẽ successuri. Sed ista dicta non placent, nec sunt vera, nec communiter tenentur quicquid dicat Soc. & propterea cõcludo, quod imo substitutio facta post mortem plurium nõ est similis illi substitutioni, quæ fit vltimo morienti ad hoc, vt inducat tacitum fideicommissum inter ipsos grauatos. istud probatur manifestè ex ratione d. §. Seia libertis, quam ibi assignat Ioan. de Imol. post Dyn. & alios, & expressè sentit text. nam quando fit substitutio in tota hæreditate ei, qui vltimo decesserit, certè verba inferunt, quod qui vltimo decesserit, teneatur totam hæreditatem restituere. Si tenetur, ergo mẽs testatoris fuit, vt totam haberet, & consequenter vt portiones cæterorũ ad eum deuoluerentur, meritò ergo ex mente defuncti, quam etiam verba satis indicant, inducitur fideicom. inter grauatos, sed quando testator simpliciter substituit post mortem omniũ, nec verba, nec mens inferunt aliquod fideicommissum inter eos. Præterea casu considerato per eum ostendo alia ratione, quod sua opinio nõ potest procedere. nã quando grauati excludunt substitutũ ex præsumpta mente, prout est in casu nostro, in quo masculi cẽsentur prælati fœminis, prout etiam essent prælati ab intestato ex forma statuti, vt per Bar. in d.§. cum ita. substitutio ipsa expressa euanescit ex præsumpta mente, vt dictum est, ergo etiam tacita inter eos debet euanescere: † quia vitiato expresso, vitiatur tacitum. l. si sponsus. 6. ff. de donat. int. vir. & vx. nam istud tacitũ fideicommissum inter grauatos nõ inducitur, nisi vt vltimus posset, deinde eueniente casu, restituere integram hæreditatem expressè substituto. d. §. Seia libertis. & ibi doct. sed quando grauati excludunt ipsum substitutũ, cessat ratio: ergo non est dicendum subesse aliquod fideicõmissum. Nec Bar. in d.l. codicillis. dicit contrarium: quia licet consideret, an superstit persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludat substitutum, nõ tamen vult talem personã admitti virtute taciti fideicommissi, posset enim admitti iure legitimo ab intestato. l. vel singulis. ff. de vulg. & pup. l. pater filiã. §. fin. ff. ad l. Falcid. Alex. consi. cj. in iiij. vel iure accrescendi, prout ibi loquitur Bar. Nec etiam notata in d.l. qui duos. faciunt ad propositum, quia ibi substitutio expressa non extinguebatur, prout in casu nostro, in quo extincta expressa substitutione disputatur, quod de fideicommisso inter ipsos grauatos. Imo iste tex. videtur concludere cõtra ipsorum opin. ex quo ibi substitutio facta post mortẽ amborum, nõ censetur facta ei, qui vltimus decesserit, nisi quãdo hæreditas omninò erat deuoluenda ab intestato vltimo, nedum propter coniũctionem, sed etiam quia erant impuberes, & non poterant testari, & sic si potuissent testari aliud erat, prout in casu nostro. Nec Alex. in d.l. si pater impuberis. firmat hanc opin. sed simpliciter arguit, & contra Alex. expressè decidit Ias. in d.l. vel singulis. & ipsemet Alex. d. consi. cj. ponderatis, versic. non obstat quintum in iiij. vol. vbi allegat plura. Cum igitur nõ sit facta substitutio vltimo morienti, non est dicendum, quod sit aliquod fideicommissum inter eos l. fin. §. filium. de leg. ij. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. & ita est de mente Bart. & omnium in d.§. cum ita. & in d.l. pater filiam. §. fin. & consuluit idem Soc. diffusè in consi. lxix. in iij. vol. & aliàs sæpe. Et propterea concludo quod quilibet ex ipsis fratribus poterit disponere de bonis suis ad libitum, non habito respectu ad fideicommissum: quia nullum subest inter eos. Est uerum, quod si contingeret, quod aliquis istorum fratrũ vltimo loco moreretur, nullis relictis filijs masculis, & non superstitibus fratribus, neq; fratrum filijs, eius portio deuolueretur ad sorores substitutas dicto §. cum ita. & quia isto casu cessat præsumpta mentis testatoris, orientis ex causa intestati propter statutum, de quo per Bart. ibi, ex quo tali casu non existerent, qui sorores etiam ab intestato possent excludere. & hoc procederet, si superuiuerent ipsæ sorores: quia † aliàs ius fideicommissi conditionalis non transmittitur. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. & istud est clarissimum, quò ad moniales professas, quæ ex forma statuti nostri Mediolanẽnsis habentur pro mortuis hora præambula: quam facerent professionem, quod statutum semper fuit obseruatum: licet eius validitas de iure sit dubia. Et istis stantibus, sequentia dubia non habent difficultatem: quia nedũ legitima, & Trebellianica, sed cætera bona sunt liberi arbitrij ipsorum, & potuit d. Paulus testari ad libitum suum, & idem poterit d. Ioan. Gasp. nec est quærendum, an mater illi ab intestato succedat: quia cùm transierit ad secunda vota ex forma statuti, est penitus exclusa etiam à legitima, & propterea non est vlteriùs insistendũ.

CONSILII LII. SVMMÆ.

1 *De iure canonico fit legitimatio per subsequens matrimonium, & sufficit tempore natiuitatis potuisse inter contrahentes esse matrimonium, nec aliud requiritur.*

2 *De iure ciuili affectio maritalis sola sufficit matrimonio.*

3 *Lex præsumit affectionem maritalem, faciliter in cõmercio mulieris liberam.*

4 *Qualitas importata per dictionem legitimæ, debet referri ad tempus verbi natis.*

5 *Legitimati per subsequens matrimonium, dicuntur legitimè nati propter præsumptionem legis, quæ est veritas.*

6 *Si inuestitura dicat cõcedo pro te, & filijs legitimè descẽdentibus, non veniunt legitimati.*

7 Fictio

7 *Fictio aduersatur veritati, præsumptio verò imitatur veritatem, imò est liquidissima probatio.*

8 *Verba testatorum referuntur ad ius.*

9 *Legitimatio per subsequens matrimonium, operatur in præiudicium tertij.*

10 *Per filium legitimatum per subsequens matrimonium, revocatur donatio per l. si vnquam. C. de reuocan. donat. secus per filium legitimatum ex rescripto.*

1 HAEC præmitto, quòd de iure canonico † fit legitimatio per subsequens matrimonium, & sufficit tempore natiuitatis potuisse inter contrahentes esse matrimoniũ: nec aliud requiritur. c. tanta. qui filij sint leg. per Dec. consi. clv. in j. dubio, & ratio est fauor matrimonij, vt dicitur ibi, de iure vero ciuili aliud est, quia requiritur, quòd fuerit cõcubina dimi retenta in schemate patrum differente ab vxore, & tunc legitimãtur: ratio est, quia lex retrò præ-
2 sumit † affectionẽ maritalem, quæ sola sufficit ma-
3 trimonio. l. nuptias. ff. de reg. iur. & † hanc affectionem faciliter lex præsumit in commercio liberæ mulieris. l. in liberæ. ff. de rit. nupt. & cum eam duxerit, ex subsequentibus lex præsumit præcedentem intentionem l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. & quod ista sit ratio legis ciuilis, probatur in l. cum quis. in versi. neq; enim verisimile. C. de natũr. lib. quam rationem etiam ponderat ibi Bald. & Alber. de Ros. His sic præmissis, quęritur, an isti filij legitimati per subsequens matrimonium, secundùm formam iuris ciuilis, faciant deficere conditionem fideicommissariorum, qui vocati sunt, Titio decedente sine hæredibus, ex legitimo matrimonio procreatis? & Ioa. de Imo. in c. innotuit. extra, de elect. post Ant. de Butr. ibi quem ita declarat, concludit deficere conditionem: & ità etiã sentit Paul. Castr. in l. fin. C. de his qui veni. æta. & consuluit nouissimè Dec. consi. clv. in vlt. dubio, & ista opin. videtur mihi de communi mente scribentium, vt infrà ostendam, & nemò sentiret oppositum, nisi Alex. consi. v. vij. li. consuluisset contrarium, ex cuius fundamentorũ responsione, apparebit veritas pręsentis quęstionis. Et primo mo-
4 uetur Alex. quia † qualitas importata per dictionẽ *legitimæ*, deber referri ad tempus verbi, *natis*. §. in delictis. l. si extraneus. ff. de noxal. sed tempore natiuitatis iste non erat legitimus: sed ad hoc fundamentum respondet And. de Iser. & Mart. de Laude in c. vni. §. naturales. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. quod vsq; à principio natiuitatis istorum videtur inesse tacita conditio, vt sint legitimi si mater desponsetur, quæ conditio retrò trahitur. l. qui balneum. in prin. ff. qui pot. in pign. hab. et ideo facit quo usq; à principio dicantur legitimè nati. & ista retro tractio conditionis habet locum etiam in vltima voluntate. d. l. qui balneum. §. sed & si hæres. & l. Neratius. ff. de ma. test. Secundò
5 ego respondeo, † quòd cùm lex præsumat vsque à principio fuisse matrimonium, isti dicuntur legitimè nati propter præsumptionem legis, quæ est veritas. l. fin. ff. de probat. & c. j. in verb. verum indicium. iuncto c. laudabilem. extra, de frig. & malef. Tertiò respõdeo, q. illa qualitas refert ad tempus mortis ipsius granati: quia de conditione cuiusq; nõ quæritur, prius, quàm ad eũ hæreditas nõ pertineat, non oportet. ff. de leg. ij. l. interuenit. ff. de leg. præst. & ita in dispositione statuaria, & strictè intelligenda, respondet ipsemet Alexan. in dispur. sua incip. Sigismundus. in iiij. dubio. vers. nõ obstat, quòd qualitas, &c. Secunda responsio tamen est tutor. Secundò mouetur Alexan. per decisionem Bald. in d. §. naturales. vbi † si inuestitura dicat, concedo *pro te, & filijs legitimè descendentibus*, 6
non veniunt tales legitimati, & idem tenet ibi Alua. Sed ad hoc respondeo, quòd contrarium est verius, secundum Andr. de Iser. & Mart. de Laud. & d. Præp. ibi & contrarium tenet Abb. in d. c. tanta. & d. Præpositus post alios in cap. lator. extra, qui filij sint legit. ubi attestatur communem opin. esse contra Bald. & Alexan. qui dicit Andream de Iser. hoc non tenere, fallitur, quia apertissimè hoc dicitur in versi. additio. & si Alex. cum ibi vidisset, fortè mutasset sententiam. & ista sola ratio sufficit ad victoriam: quia apparet hanc esse communem opin. nec potest assignari ratio differentiæ quæ sit bona inter contractum feudi, & conditionem testatoris. Tertiò, mouetur auctoritate Bald. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthum. & in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. dicentis aliud esse legitimatum, aliud legitimè natum, &c. sed hoc nihil est: quia Bald. ibi non loquitur in legitimatis per subsequens matrimonium, quo lex, nõ dico fingit, sed præsumit à principio fuisse legitimos. Quartò, adducit decisionem Ioan. And. in c. sine culpa. in ij. quæst. prin. de regu. iuri, in mercurialib. vbi, filio nato ex concubina, si parer aliam ducat vxorem, & gignat filiũ, deinde, uxore mortua, ducat concubinam, filius eius non acquirit ius primogenituræ, &c. quæ decisio est communiter approbata. sed respondeo, quod Ioan. And. mouetur ibi alijs rationibus, quàm istis quæ faciunt ad nostrum propositũ. Et in omnem casum illa præsumptio, qua nos fundamus hanc opinionem, videlicet, quòd lex principio præsumat matrimonium, cessat in hoc casu, in quo medio tempore iste dixit aliam vxorem, nec potuit præsumi eum habuisse primam: alioquin hæc secunda non potuisset duci. Et loquitur præfatus doctor secundum ius canonicum: quo iure legitimati dicuntur legitimi per fictionem, d. c. tanta. non per præsumptionẽ legis. & præcisè in dicta regula fit ista cõsideratio, quòd de lege ciuili præsumat à principio fuisse maritalis affectio; quæ in casu suo locum habere non poterat. Quintò, adducit decisionem Butrij, in c. per venerabilem. qui hoc in terminis tenet: quia testator videtur se retulisse ad legitimitatem veram, non ad fictam. l. fi. C. de his, qui veni. ætati. sed respondeo contrarium tenet ipsemet d. Ant. in d. c. innotuit. secundum declarationem Imo. ibi, & ratio sua posset procedere in casu, in quo matrimonium non induceretur, nisi per fictionem, sed nos sumus in casu, in quo lex præsumit nõ autem fingit matrimonium. d. l. cum quis. versi. neq; enim. & magna est differentia inter hos casus, quia fictio aduersatur veritati, præsumptio † verò imitatur veritatem. imò est liquidissima 7
probatio gl. in l. si tutor. C. qui per tut. Vltimò conatur respondere ad text. in c. innotuit de elect. iuncta gl. vbi lex loquens de legitimè natis, habet locum in legitimatis per subsequens matrimoniũ. Et primò respondet, q. illud procedit in dispositione legis, secus in dispositione hominis: arg. gl. in l. assiduis. C. qui pot. sed ista responsio est fragilis: quia regula est in contrarium, quod † verba te- 8
statorũ referuntur ad ius. l. Gallus. §. j. vbi Bal. ff. de lib. & posth. per Paul. Castr. in l. fi. C. de verb. sign. & ratio gloss. in d. l. assiduis. parum facit in proposito. Secundò respondeo, q. in dict. c. innotuit. non agebatur de præiudicio tertij. sed ista est nimis magna restrictio ad illum textũ, vt non procederet,

BIU Cujas

deret, si de præiudicio tertij ageretur. maximè, qa- A
9 ista † legitimatio subsequens matrimonium, operatur etiam in præiudicium tertij, vt dicit Bald. in
10 l.j. C. de inoffi. donat. † vbi reuocatur donatio per l.si vnquam. C. de reuo. don. per filium legitimatũ, per subsequens matrimonium: licet secus sit per legitimatum ex rescripto. & idem tenet in d.c. innotuit. & tale dictum est communiter approbatũ, sequitur Ias. in rub. ff. de li. & posthum. Io. de Monte Ferr. in repet. §. & quod si tantum. in q. Barto. de legitimatione. si ergo talis legitimatio tollit ius B
quæsitum: quia reuocat donationem, quanto magis debet auferre ius quærendum. quamuis etiam ista responsio Alex. non placeat alia ratione. nam dispositio d.c. innotuit. est fundata super legis interpretatione, non autem quod alicui non oriatur præiudicium. Et ex his concludo veriorem esse sententiã contra Alex. & etiam magis communẽ.

CONSIL. LIII. SVMMÆ.

1 *Monasterium fideicommissario excluso admittitur.*
2 *§. Sed & hoc præsenti, in auth. de sanct. episc. sensus & restitutio.*
3 *Conditio, si Titius presbyter factus fuerit eum aggrauo, tãquam impeditiua sacerdotij reijcitur.*
4 *De iure communi monasterium habetur loco filij, & succedit.*
5 *Testator præsumitur accommodare suam voluntatem secũdum dispositionem legis.*
6 *Statuta per consuetudinem approbata, licet dubium sit an* D
de iure valeant, obseruari debent.
7 *Ecclesia sit cultrix iustitiæ.*
8 *Iura disponentia ex præsumptionibus nõ obseruatur in foro conscientiæ.*
9 *Si in testamento sint institutis fratres minores, licet lex annullet testamentum, & deferat hæreditatem proximo agnato, tamen non potest eam retinere in foro conscientiæ.*
10 *Si maritus contra formam statuti leget vxori, tenebuntur* E
Monachi instituti adimplere eius voluntatem in foro conscientiæ.
11 *Lex licet arctet hæredem non conficientem inuentarium, etiam vltra uires hæreditarias, tamen in conscientia non possunt creditores illud exigere, sed debeant restituere.*
11 *Hæres qui ob defectum solennitatum voluntatem testatoris inualidam non seruat, peccat, & potest cogi per denuntiationem Euangelicam.*
13 *Si quis sit electus ad aliquod beneficium non seruata debita* F
forma, licet lex eam lectionem reprobet, & annullet, tamen ex quo habet voluntatem eligentium, est tutus in foro conscientiæ.
14 *Licet lex non approbet stipulationem alteri factam, tamẽ in foro conscientiæ talis stipulatio habebit executionem.*
15 *Licet ex pupillari substitutione expressa mater omninò excludatur, tamen in conscientia aliud est propter æquitatem.*
16 *Quando lex aliquid disponit ex aliqua causa, cui ratio naturalis non assistit, non seruatur in foro conscientiæ.* G
17 *Non est verisimile, quod quis à vita contemplatiua retrahatur amor diuitiarum.*
18 *Filij in legitima grauari non possunt.*

GRauem casus præsentis quæstionis in se continet dubitationem, quantum sit ex interpretatione prudentum, qui de hoc articulo disseruerũt, sed quantum sit ex coniectura mentis testatoris, quæ potissimùm in fideicommissis debet attendi, res videtur esse clarissima, & ideò requisitus, vt testatoris menti deseruiendo consulerem, non putaui id à me esse detrectandum. Et difficultatem in præsenti controuersia facit, quia testator. Io. Iacobo, & Franco, filijs suis hæredibus institutis, in hæc verba fideicommisit, *Quod si decederent sine filijs, vel filiabus legitimis. Io. Iacobus, Thomas Axinus, & Stephanus succederet*, acciditq; vt Francus sine filijs decederet, & deinde Io. Iacobus religionem S. Dominici profiteretur, vnde per ingressum religionis, videtur fideicommissarij excluſi: quia hoc casu talis conditio tanquam aduersans vitæ contemplatiuæ reijcitur, & habetur pro non scripta, & † monasterium fideicõmissario excluso, admittitur, vt est text. in §. sed & hoc præsenti. in auth. de sanct. episc. Vnde assumpta est authen. nisi rogati. C. ad senatusc. Trebel. & hoc ibi tradunt doct. & in c. in præsentia, extra, de probat. & sunt plena cõsilia Modernorum de hac tractantia. Sed tamẽ hoc
C non obstante, videretur fideicommissarios admittendos, pro quibus adest expressa mens, & clarissima verba testatoris. Nec haberet obstare text. in d. §. sed & hoc præsenti, quia nec verba, nec ratio dicti §. videntur in casu nostro procedere, nam verba text. † loquuntur in conditione si filios non ha- 2
buerit, vel nuptias non contraxerit, & simili. ratio autem tex. est primo in solatium monasterij, vt ibi dicitur. Item fauore castæ conuersationis, vt probatur in vers. hoc autem. & seq. sed in casu nostro
D condò est concepta non simpliciter, si liberos non habuerit, sed si decesserit sine liberis, inter quos casus est magna differentia: quia in conditione *si filios non habuerit*, testator principaliter inuitat institutum contra castitatẽ, vt procuret habere filios, merito conditio reijcitur. sed quando dicit, *si decesserit sine liberis*, non videtur hoc apposuisse causa inuitãdi contra castitatem simpliciter, sed potiùs causa principaliter prouidẽdi de hæreditate sua in eum casum, quo quis, ita decedat. vnde in prima condi
E tione hæres magis retrahitur à castitate, quàm in seq. nam in prima statim, q̃ quis habet filios conditio deficit, meritò procurabit hæres spreta castitate habere, ex quo facile hoc poterit. sed in casu nostro est secus: quia dato, quod habeat filios, non tamen deficit conditio, sed oportet. quod eo tempore, quo decesserit habeat. l. ex facto. §. si quis autẽ. ff. ad Treb. vnde cum frustra frangeret castitatem, nisi filius natus ei superstes esset, non tam de facili retraheretur à dicta conuersatione. & ideo nõ est pa
F ratio inter istas conditiones. & sic in casu nostro non habet locum. d. §. sed & hoc præsenti. siue verba spectemus, siue rationem. & pro ista opinione adduco, quod not. Alex. in cons. xcviij. vila parte. in iiij. lib. vbi in vers. Item, quia si pater, & in vers. non obstat. quod secundo concludit, quod est magna differentia inter has conditiones, † *si Titius pres-* 3
byter factus fuerit eum aggrauo, & si Titius presbyter factus fuerit, & decesserit: nam prima tãquam principaliter impeditiua sacerdotij reijcitur. d. §. sed hoc præsenti, sequens verò non reijcitur, quia non censet principaliter adiecta propter se. & sic impendiendum sacerdotium, sed propter effectum, scilicet p̃pter carentiam liberorum. quamuis per indirectũ retraheretur à religione, vt ibi latiùs per eum, pro quo etiam facit: quia dato, q̃ per talem conditionem, qua quis grauatur, si decesserint sine liberis, posset euenire q̃ quis retraheretur à religione, tñ ex q̃ intentio testatoris directè non tendit ad hoc, non debet haberi in consideratione. arg. l. si vehe-

das. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iactu. quem rex. ad hoc allegat Ang. in diſput. ſua incip. nobilis quidam genere. & quod genere. & quod not. Bald. in conſi. xj. factum ſuper quo quæritur. inter conſil. Petr. de Anch. & per Alex. conſi. iij. viſo. verſ. non obſtat ſeptimum argumentum in j. lib. & facit l. non omne. ff. de ſtatu li. l. ij. §. ſi non propter. ff. ſi quis cautio. & iſtud primum fundamentum eſt in iure verum, & conſonat rationi, æquitati, ſed quia illi obſtat ſententia recentiorum doctorum, qui non videntur conſtituere differentiam inter iſtas conditiones ab eorum auctoritate in practica non eſſet temerè recedendum: & ideo ex hoc ſolo fundamento ego nō auderē conſulere, ſed in caſu noſtro ſunt etiam aliæ rationes, quæ me non parum mouent. Nam conſiderandum eſt, quòd ratio, cur, excluſo ſubſtituto, monaſterium ſuccedat, eſt, quia in fauorem monaſterij conditio illa reijcitur: quoniam exiſtimat lex, quod teſtator non appoſuerit eam conditionem contemplatione impediendi monaſterij, vnde ſi conſtet de mente teſtatoris, ea attendetur: nec conditio cenſebitur reiecta, vt dixit Pau. de Caſtr. in d. authen. niſi rogati. cum quo tranſit Corn. ibi, & alij moderni, & Alexan. conſi. cxxj. in ij. & conſi. xxxv. in iij. & diffuſius per Decium conſil. cclix. per totum. vnde † de iure communi, quo iure monaſterium habetur loco filij, & ſuccedit iuxta l. Deo nobis. C. de epiſ. aud. & text. in c. in præſentia. extra, de probat. bene eſſet attendendum, quod habetur in d. §. ſed & hoc præſenti. Sed cum per ſtatuta terrarum prouiſum ſit, ne monaſterium ſuccedat, & profeſsi reijciantur à ſucceſsione agnatorum, certè debet tanto magis monaſterium excludi à ſubſtituto, pro quo adſunt, & mens, & verba teſtatoris, † præſumitur enim teſtator accommodare ſuam volūtatem, ſecundùm diſpoſitionem legis, vt eo modo à teſtamento cenſeatur eos excludere, quo ex forma ſtatutorum ab inteſtato reijceretur, vt per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Bald. & Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. & q, conſuluit Dyn, quem refert Felin. in c. ius generale. diſtinct. j. Alex. & Mod. in l. Gallus. §. j. in fin. ff. de lib. & poſth. & conſ. cxxvij. in j. volu. Corn. conſi. cxx. in ij. & † talia ſtatuta, ex quo per conſuetudinem approbata ſunt, debent obſeruari, licet ſit dubium, an de iure valeant, vt p Laur. Calca. conſ. iij. & conſ. vij. Soc. conſ. cxxxxv. verſi. confirmatur. & q, not. Ang. conſ. cclxxxviij. Abb. conſi. xxvij. in ij. vol. cum ſimilibus. Et iſta opin. in præſenti caſu eſt maximè ſeruanda, attendo, quod cauſa vertitur coram reuerendo Abbate arbitro, & qui ante omnia debet ſequi forum conſcientiæ, omiſſo rigore iuris ciuilis. Nam arbitror diſpoſitionem d. §. ſed & hoc præſenti, non procedere in foro conſcientiæ: cùm enim ſit introducta per legem aduerſus voluntatem defuncti, certè nō debet attendi: quia nō debet monaſterium eis bonis vti contra eius voluntatem, cum eccleſia † ſit cultrix iuſtitiæ c. j. verſi. ſed diuerſum. de alie. feud. & licet lex præſumat, q, ſi teſtator cogitauiſſet de monaſterio, non appoſuiſſet illam conditionem, tamen talis præſumptio in foro conſcientiæ, non attenditur ex quo regula eſt, q, † iura diſponentia ex præſumptionibus, in eo foro non obſeruantur vt per Io. And. in c. is, qui fidem. de ſpon. & facit q, not. Bald. in authen. ad hæc. C. de vſur. vbi dicit, quod loquatur ſtatutum, vel lex per quæcunque verba ſiue diſponendo, ſiue fingendo, nunquam poteſt veram iuſtitiam abolere, in qua fundatur euangelica denuntiatio. Et pro hac opin. adduco aliqua ſimilia. Primò, q, not. Bar. in tract. nion. in j. lib. c. iij. vbi † ſi in teſtamēto ſint inſtituti fratres minores, licet lex annullet teſtamentum, & deferat hæreditatem proximo agnato, tamen non poteſt eam retinere in foro conſcientię. Secundò adduco, q, not. Bald. in conſil. ccccxix. in v. volu. Vbi † ſi meritus contra formam ſtatuti leget vxori, teneburtur monachi inſtituti adimplere eius voluntatem in foro conſcientiæ, dato, quod lex eam reprobet, & allegat ad hoc etiam id, quod habetur in legenda ſancti Sylueſtri. Tertiò adduco, quod not. Alex. & doct. in rubr. ff. de acq. poſſ. vbi concludunt, quod licet † lex arctet hæredem, non conſcientem inuentarium etiam vltra vires hæreditari as, tamen in conſcientia non poſſunt creditores illud exigere, ſed debent reſtituere. Quartò adduco, q, not. Angan l. quidam. §. illo. C. de neceſſ. ſer. per illum text. vbi dicit quod peccat † hæres, qui non ſeruat voluntatem teſtatoris, licet inualidam propter defectum ſolennitatum, & poteſt cogi p denuntiationem Euangelicam, & idem etiam tenet in §. ſi verò expreſsim. in authen. de hæred. & falcid. & in terminis quod conſuluit Corn. in conſil. cxix. in ij. volu. vbi dicit iſtud procedere, etiam ſi loca pia eſſent inſtituta. Quintò adduco, quòd in ſimili not. Innoc. in c. innotuit. extra, de eo, qui fur. ord. ſuſcep. vbi † aliquis ſit electus ad aliquod beneficium, nō ſeruata debita forma, licet lex eam electionem reprobet, & annullet, tamē ex quo habet voluntatem eligentium, eſt tutus in foro conſcientiæ. ſequitur Anch. in reg. beneficium. de regul. iur. in vj. Sextò adduco, quod not. Bar. Ang. & Mod. in l. ſi pœnæ. ff. de cond. indeb. vbi licet creditor in pœnam à lege appoſitam perdat ius ſuum tamen debitor adhuc tenetur in foro conſcientiæ. Septimò facit, quòd not. Fel. poſt alios, in proœm. Gregor. verſi. ſecundum remedium. vbi † licet lex non approbet ſtipulationem alteri factam. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obl. tamen in foro conſcientiæ, talis ſtipulatio habebit executionem: & idem in pacto nudo dicit Bald. in c. j. extra, de pactis, & facit quod not. Archid. in c. ſi pater. de teſt. in vj. quem referūt Corn. & Phil. Dec. in l. precibus. C. de impub. vbi † licet ex pupillari ſubſtitutione expreſſa, mater omninò excludatur, tamen in conſcientia aliud eſt propter æquitatem. arg. c. fin. cxvij. q. iiij. & iſtud dictum ſequitur. & Thomas Ferrarius in cautela quadam. Ex quibus deciſionibus fundatur regula, quod † quando lex aliquid diſponit ex aliqua cauſa, cui ratio naturalis non aſſiſtit, non ſeruatur in foro conſcientię, vt etiam aliàs latiùs tenui poſt Mod. in c. nouit. extra, de iud. vbi reſpondi ad omnia, quæ in contrarium adduci poſſunt. cùm ergo ratio naturalis non aſſiſtit illi diſpoſitioni. d. §. ſed & hoc præſenti. ſeu præſumptionis inde introductæ, certè non erit ſeruanda coram iudice procedenti, ſecundum conſcientiam. nam ſiue dicamus, quòd lex præſumit, q, teſtator non cogitauerit, quod filius ingrederetur monaſterium, poteſt quilibet in conſcientia conſiderare an veriſimile ſit, q, teſtator vellet monaſterium præferri ſubſtitutis, nemo certè ſani intellectus eſt, qui non reſpondeat, quod nolebat, quicquid dicat lex, quæ eſt contra manifeſtam voluntatem defuncti, ſiue verò dicamus quod hoc ſit introductum non ex aliquā præſumptione, ſed ſimpliciter: quia talis conditio retrahit à vita contemplatiua, iſta ratio non eſt bona, nec ſufficiens, non ſolum iure poli, ſed nec iure ciuili: quia † non eſt veriſimile, q, quis à tali bono retrahatur amore iuſtitia-

uiciatur g. l. professio. C. de mun. pat. lib. x. & hoc tenet Io. de Imol. in l. Lucius. ff. de hær. instit. Ant. de But. Ares. & Fel. in c. in præsentia extra, de probat. & ibi idem sequitur Dec. vbi adducit, quòd si ista tacio esset vera, sequeretur, q illa conditio reij ceretur etiam substituta alia pia causa, q tamen est falsum, vt dicitur in d. §. sed & hoc præsenti. & idē etiam tenet Corn. in d. auth. nisi rogati. & Socin. in l. ij. de his, quæ pœn. nom. versic. iiij. considera. vnde cùm appareat, quòd nulla ratio naturalis, & procedens ex vera iustitia, foueat illam nouam decisionem Iustiniani, concludendum est non esse obseruandam in foro conscientiæ. Et ideo, istis omnibus concurrentibus, non dubito partes reuerendi d. Arbitri esse in pronuntiando pro istis substituris, videlicet hæreditatem dicti quondam d. Ioannis pertinere ad substitutos de Petra deducta
18 tamen † legitima filiorum, in qua non potuerunt grauari, & Trebellianica, quæ non reperitur prohibita in testamento. Item deductis dotibus tam Angelæ, quàm eius matris, & Antię materną, si quę dotes adsunt in dicta hæreditate.

CONSIL. LIIII. SVMMÆ.

1. *Filius bona aduentitia alienare potest, dum tamen illud faciat citra præiudicium patris.*
2. *Quando filius grauatus est per testatorem ad dandum certum quid patri suo, constetur testator declarasse, quod noluit quod pater habeat vsumfructum aduentitiorum, nec sit legitimus administrator in dictis bonis.*
3. *Solutionis forma & tempus, in casu cons.*
4. *Solutio legati alimentorum, debetur in principio anni, quia est pro sustentatione.*
5. *Legatum quod ex fructibus solui debet, soluitur fructuum tempore.*
6. *Vna pars alternatiuæ aliam declarat.*
7. *Onus annatæ imponitur feudatarijs vel donatarijs habentibus ius à principe.*
8. *A verbis instrumenti non est facilè recedendum.*

TEstamenti sic se verba habent, *Volo quod d. Iacobus ex reditibus dicti comitatus, quandiu D. Cæsar eius pater vixerit, quotannis soluere teneatur pro illius sustentatione summam mille ducatorum aureorum, aut dimidiam reditus dicti comitatus ad electionē ipsius hæredis mei, &c.* Deinde in transactione dictum est. *Fructus dividantur pro dimidia, donec Comes Iacobus det mille aureos secundum suprascriptum testamentum.* Nunc quæritur de pluribus. Primo, an † Comes Iacobus possit locare dicta bona absque consensu patris sui? respondeo q, fit, dum tamen citra præiudicium patris hoc faciat, cū enim testator reliquerit Com. Iacobo ipsum
2 comitatum, & eum grauauerit † ad dandum patri certum quid, satis constetur declarasse, quòd nolebat patrem habere vsumfructum aduentitiorum, nec esse legitimum administratorem in dictis bonis. auth. item hereditas. versi. & forsan. C. de bon. quæ lib. Vnde potest ipse Com. Iacobus cum sit maior natu administrare arbitrio suo, & legatum reditus dimidiæ partis, non videretur impedire talem administrationem: cum teneatur pater accipere de manu ipsius filij, quia tale legatum in hoc distat, à legato vsusfructus, vt declarat Bartol. in l. fundi Trebatianus. ff. de vsufruct. leg. Quod autem dixi citra præiudicium patris, ideo dixi, quia tale legatum reditus nihil distat, à legato fructuum, vt dicit Bartol. in d. l. fundi. & ideò pater tanquam legatarius habet hypothecam in dictis fructibus iu-

A xta l. j. & ij. C. comm. de leg. & sic Com. Iacobus locator habet hypothecam in dictis fructibus, vt sibi merces conductionis soluatur. l. prædijs. ff. quib. mod. pig. tac. contrah. ita d. Cæsar debet habere, qui prior est ipso Iacobo, propter legatum sibi factum. vnde non potest d. Iacobus aliquid pacisci in præiudicium d. Cæsaris, quò minus d. Cæsar statim maturis, & collectis fructibus cōsequatur partem suam, & ideo licet ius locandi pertineat ad Com. Iacobum, stat tamen saluum ius d. Cæsaris
B in dimidia fructuum, in qua impediri absque suo consensu non potest, cum ita cautum sit in transactione vt fructus diuidantur pro dimidia, & dabitur officium iudicis D. Cæsari, qui non sinat eum impediri, sicut datur commodatario, & conductori, & emptori fructuum, qui non habent ius nisi in fructibus secundum gloss. in l. Aquilius. vbi Bartol. videdum. gloss. l. non tantum. ff. de petit. hæred. & quod habetur in l. de vsu. ff. de var. & extraord. cognit. Bartol. in l. eotem. §. qui maximos. q. vj. ff. de
C publica. Bald. l. eadem. C. loca. Orian. rep. rubr. extra de cau. poss. ver. Quinta concl. multò magis in casu nostro id ius competere debent propter hypothecam ex legato, & titulum habitum à testatore. Et ideo infertur quod non potuit Comes Iacobus facere terminos conductori longiores ad soluendum, nec per tale pactum potuit impedire ius D. Cæsaris, qui statim collectis fructibus habeat suam dimidiam, vel à conductore exigat, vt in tractatione dicitur. Sed † nunquid potest Comes Ia-
D cobus variare, & vno anno dare mille aureos, alio anno dare dimidiam? respondeo sic per text. in l. ff. sterilis. §. fin. ff. de act. empt. Sed nunquid solutio hæc à principio anni fieri debeat, videretur quod sic, quia legatum est pro sustentatione. & sic videretur † legatum alimentorum. l. à vobis. l. in singu- 4
los. l. filiæ. ff. de ann. lega. & quod notat Iaso. l. diuortio. ff. solut. matr. contrarium puto verius, quia cum † legatum sit ex fructibus, expectandum est, 5
vt fructus nascantur. l. j. ff. de cond. & dem. & forte istud procederet etiam si Comes Iacob. eligeret alteram partem alternatiuè, videlicet aureos mille, vt expectetur quod ex fructibus sint percepti, vt † 6
vna pars alternatiuè aliam declarat. l. j. de reb. dub. Aliud principale dubium est, si Comes Iacobus elegerit quod pater gaudeat fructibus, nunquid teneatur pater ad contributionem onerum? & in primis quid de expensis factis in confirmationes priuilegiorum, respondeo patrem non teneri, quia ista impensa fit principaliter pro vtilitate Comitis
F pro conseruatione tituli sui, vt in simili notat Alber. de Ros. in l. iij. ff. fa. ercis. & quia ista impensa concernit perpetuam vtilitatem Comitis. Ideo ad eum pertinet d. l. diuortio. §. impendia. vbi Alex. ff. sol. matr. Rursus quæritur, quid de impensis perticati & mensualium? & videretur quod hæc impensa tanquam modica, & imposita fructibus debeat ad dom. Cæsarem pertinere l. hactenus. ff. de vsufr. Bartol. l. damn. infecti. §. ei cuius. in fin. ff. de damn infect. & l. eotem. §. qui maximos. de publ. In
G contrarium facit quia dom. Cæsar non est propriè vsufructuarius, sed potius creditor fructuum, vt p Bartol. in d. l. fundi. & ideo videretur quod tale onus spectaret soli Comiti Iacobo debitori, de quo in l. neque stipendium. ff. de Imp. in reb. dot. à. Dec. consilio cclxxxvj. & hæc vltima opin. est verior. Cum isti fructus succedant loco alimentorum vt mox dicam. Iterum quæritur quod de reparationi bus ædificiorum, & melioramentis factis super illis bonis? & cum tales reparationes concernant

BIU Cujas

perpetuam vtilitatem rei, debent fieri impẽsa Comitis Iacobi, nõ autem domini Cæsaris. d.l.diuortio. §. impendia. & quod habetur per Bart. in l. impensę. & in l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dot. fact. Item quæritur quid respectu annatæ, an dom. Cæsar teneatur pro parte sua. Et puto quod non, 7 cùm † onus annatæ imponatur feudatarijs, vel donatarijs, habentibus ius à principe, sicut est Comes Iacobus propter instituturam feudalem, non autem pertineat ad dominum Cæsarem, qui est successor particularis respectu dimidiæ fructuum. B vnde verba decreti in eo non militant, maximè cũ tale onus æquiualeret vtilitati percipiendæ per illum annum: quo casu habens ius in fructibus, nunquam teneretur secundum Bartol. l. ijs verbis. §. idem testator. ff. de legat. iij. Ludouic. Rom. consi. ccxxx. & singu. clvij. & quia istud esset contra manifestam mentem testatoris, qui legauit pro sustentatione vt suprà dictum est. Tertium principale dubium est circa legata filiarum d. Cæsaris, an possint diminui, vel differri propter suprascriptas C exceptiones? Et cum suprà concluserimus eas exceptiones non obstante dom. Cæsari, consequens est, vt multò minus obstent ipsis filiabus, maxime, cum talia legata nominatim facta sint à Comite Iacobo, seu ipse nominatim grauatus, vnde nullo modo pertinere possunt ad onus legatarij particularis. l. quoties. l. seq. ff. ad Trebell. l. quoties. vbi Bald. C. famil. ercisc. Quo verò ad vltimum, an subuentiones agricolarum pertineant d. Cæsari, rectè responsum est, si instrumenta obligationum D loquantur de patre, quòd creditum sit dom. Cæsaris non est dubium ad eum pertinere, quia † à verbis instrumenti, non est facilè recedendum. l. cum precibus. C. de probat. alioquin ad eum pertinebunt à quo prouenerunt. l. Seiæ. §. prædia. ff. de fund. instr. leg. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONS. LV. SVMMÆ.

1 *Clausula requirens consensum tertij in matrimonij à lege reprobatur, & pro non adiecta habetur. & hoc, quia matrimonia debent esse libera.*

2 *Quælibet conditio restrictiua, libertatis matrimonialis reijcitur.*

3 *Statuta laycorum, de iuramento loquentia, non valent tanquam de re ecclesiastica, fall.*

4 *Layci possunt statuere pœnam contrahenti nuptias violentas, & quare.*

5 *Nubentem sine consensu commissariorum, hæreditate non priuari.*

6 *Clausula copulatiuè concepta, requirit concursum vtriusque copulati.*

7 *Nuptiæ tertij consensum in casibus exigunt.*

8 *Metum in nuptijs variè argui, & cessare.*

9 *Lachrimæ mulieris in contrahendo matrimonio arguunt dissensum, & pœnitentiam.*

10 *Plus creditur vultui, qui non potest mutari, quam linguæ, quæ potest facilius mentiri.*

11 *Ea quæ præcipitanter geruntur, in malam partem solent accipi.*

12 *Sicut præsentia commissariorum sufficiebat metum, qui violentiam tolleret, ita absentia, violentiam, & metum debet arguere.*

13 *In causa ciuili, non sunt necessariæ probationes, adeò aperte, sicut in criminali.*

14 *Ad probandum violentiam, & metum in matrimonio, sufficit semiplena probatio, & vnus testis tantum.*

15 *In probando metu, quia pendet ab arcano mentis, magis credendum est duobus testibus de eo deponentibus, quàm centum attestantibus de libera voluntate.*

16 *Cùm mulier ipsa affirmet se sponte nupsisse, non est præsumenda violentia, nisi aperte probetur, et claris præsumptionibus.* 7

17 *A claris præsumptionibus non est recedendum, per præsumptiones minùs claras, & incertas.*

18 *Magis præsumendum est pro innocentia ex absolutione, quàm pro delicto ex accusatione.*

19 *Semper præsumendum est in meliorem partem.*

20 *Metus non præsumitur, nisi probetur.*

21 *Debet potiùs credi testibus deponentibus secundùm præsumptionem legis, quàm illis, qui deponunt contra præsumptionem.*

22 *Nemo præsumitur iactare suum.*



Estamenti ista sunt verba, *Prohibens & expressè vetans testator, quòd dicta Barbara non posit cogi ad nubendum alicui personæ contra voluntatem ipsius Barbaræ, & suprascriptorum eius commissariorum: & casu, quo cogeretur alicui per vim, aut contra eiusdem Barbaræ voluntatem, & dictorum eius commissariorum consensum maritari, tunc eam Barbaram priuauit hæreditate, & in eius locũ substituit Sebastianum, &c.* Quæritur primò, nunquid testator potuerit disponere quod consensus commissariorum requireretur in matrimonio sub pœna priuationis? & difficultatem facit: quia licet talis † clausula reprobetur à lege, & pro non adiecta 1 habeatur, iuxta l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condit. & demonst. & per Bar. in l. j. ff. de his quę pœn. no. tamen hoc est introductum ea ratione: quia matrimonia debent esse libera. l. Titia. de verb. obl. & † quælibet conditio restrictiua talis libertatis reijcitur. l. quoties. ff. de cond. & dem. quæ ratio videtur cessare in casu nostro: cùm testator disposuerit, quod ipsa Barbara contra voluntatem suam non cogeretur, & consensus commissariorum stat pro libertate matrimonij, videlicet ne A Barbara cogatur. Ergo valere debet, sicut videmus in simili, quod † statuta laycorum de iuramento 3 loquentia, non valent tanquam de re ecclesiastica & tamen secùs est si pro eius firmatione facta sint: quia tunc cum iure communi concordant gl. clem. Romani. verbo, tolli. de elect. per Corn. in repe. auth. sacramenta puberum. versi. iiij. fallit. C. si aduersus. vend. Et facit quod habetur per Ioan. And. & per Canonistas in c. statutum. de hæret. in vj. Io. de Imo. in c. cum contingat de iureiur. Vbi possunt † layci statuere pœnam contrahenti nuptias E 4 violentas: quia istud est potius adiuuare libertatem matrimoniorum, & potius legem communem ampliare, quam corrigere. l. si ita stipulatio. ff. de verb. obl. vbi Mod. facit quod not. Alexan. consil. cvj. in ij. Fel. in c. cum P. de fid. instr. Dec. consil. xj. cons. cxcix. cum simi. Putarim itaque distinguendum, vt si probetur violentia interueniſſe in dicto matrimonio, valeat dicta conditio per testatorem adiecta per suprascripta: si verò nulla violentia in- G teruenerit, tunc non attendamus ad dictum consensum commissariorum. Et ex hoc † infertur ad 5 secundum quæsitum, nunquid Barbara priuetur hæreditate, quia non interuenerit consensus commissariorum? Respondeo quod non: duabus rationibus. Prima quia conditio priuationis est copulatiuè concepta, *si coacta nupserit, & sine consensu commissariorum*, vnde si coacta non nupsit, non dicitur eueniſſe conditio priuationis, quia † clausula co- 6 pulatiuè concepta, requirit concursum vtriusque

copula-

BIU Cujas

copulati, l. si hæredis plures. ff. de cond. insti. p Bar. & doct. in l. j. ff. de iust. & iu. in l. si is qui ducenta. §. cũ ita. ff. de reb. du. in l. si quis ita stipulatus. de ver. obl. Secunda, quia consensus commissariorum videtur à lege pro nõ scripto haberi. d. l. cum tale. §. rescriptum. quia matrimonia debent esse libera, vt supra dixi, & per Aret. consi. lxvij. maximè cum testator de voluntate, & consensu commissariorũ sit locutus. non autem de simplici consilio; prout inquit Ioan. de Ana. in consilio xv. circa testamentum. Felin. in cap. ex parte de constitu. Ias. in l. turpia. §. primo. ff. de legat. j. Nec † hic sumus in aliquo ex casibus exceptis in quibus lex admittat huiusmodi cõditionem, & consensum aliorum in matrimonio, ex quibus vnũ ponit Rapha. Com. consi. cxxiiij. Ias. in l. ij. C. de iur. emphy. versic. vltra Baldum, alium ponit Bald. consi. iiij. in v. & Fulg. consi. lxj. vbi vterque loquitur in statuto, aliũ ponit Bald. l. j. C. de nupt. per text. in l. Theopopus. ff. de don. preleg. alius ponitur in l. non dubium. ff. de leg. iij. secundũ vnum intellectũ, sed vt dixi casus noster non reperitur exceptus: & ideo stabit sub regula vt notat in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Circa tertium, quomodo probetur, quod matrimoniũ factũ fuerit de ipsius Barbaræ consensu. Et prima hõte videntur obstare aliquot coniecturę, per quas videtur probari metus atq; violentia, nec enim credẽdum simpliciter est ipsi, ne alias videatur fideicommissum, & priuatio hereditatis in eius voluntate reposita fuisse. l. fideicommissum. ff. de cond. & demon. per Bart. in l. si ita quis. §. fin. de lega. j. obstat autem. In primis quod tempore † contracti matrimonij ipsa Barbara lachrymaret, quę lachrymę † arguũt dissensum, & pœnitentiam. l. fi. §. sed quia quidam. C. de iur. deli. & † plus creditur vultui, quì nõ potest mutari, qui linguæ, quę potest facilius mentiri. l. iij. §. j. ff. de test. l. Paulus respõdit. vbi Bal. ff. rem rat. hab. Deinde quia eodẽ die, quo mortuus est testator ista nupsit, quod verisimile est non fuisse sponte facturam, vt in feriali, seu funebri domo celebraret nuptias. argum. l. genero. l. parentes. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. j. ff. de in ius voc. maximè tam cito non expectato lapsu diei à tempore mortis: † ea enim, quæ tam præcipitanter gerantur, in malam partem solent accipi, vt in historia Liuij de Masinissa, quando vxorem Syphacis duxit lib. xxx. facit gl. v. q. c. qui ambulat. & q. habetur in c. ex literis. de diuort. Ancha. consi. ciiij. ex facto. Ad hæc augetur difficultas ex eo, q. nõ interuenit consensus commissariorũ, nec vllum verbũ cum eis factum fuit, prout saltẽ ratio honestatis exposcebat. l. in cõiunctione. vbi not. C. de nup. vnde † sicut eorum præsentia suspicionem metus, aut violẽtiæ tolleret l. transactionem. C. de transact. ita absentia violentiam & metũ debet arguere. l. fi. §. fin. de leg. iij. Confirmatur etiam hæc præsumptio ex rumore vulg. & voce populi, asserentis matrimonium istud fuisse violentum: inde enim oritur nõ modica suspicio, vt per Raph. Comen. cõsi. lxv. vnde etiã fuit iste maritus de crimine raptus inquisitus, vt constat ex processu in causa criminali: & licet deinde absolutus fuerit: hoc non præiudicat † in causa ciuili qua non sunt necessariæ adeò apertæ probationes. l. fin. C. de probat. per Bartol. in l. ij. §. j. vi bon. rap. & quod habetur in c. veniẽs. ij. de restit. Plus dicit Barthol. Veron. in cautela cxciij. inopi tempore meo. q. ad probandum violentia & metũ in matrimonio sufficit semiplena probatio, & vnus testis tantum allegat Inn. in c. super hoc. de renunt. vbi dicit

quod † in probando metu, quia pendet ab arcano mentis, magis credendum esset duobus testibus, & de eo deponentibus, quam centum attestantibus de libera voluntate, de quo per Bal. in consil. schismatis. & in l. obseruare. §. proficisci, in xiij. q. de offic. proconsu. per And. Sic. in consil. vltim. in ij. volum. Dec. consil. c. Sed his non obstantibus, puto contrariam sententiam esse veriorem: quia † cũ ipsa Barbara affirmet, & semper affirmauerit se sponte nupsisse, non est præsumenda violentia, nisi aperte probetur, & claris præsumptionibus. l. non est. ff. quod met. causa. maximè cum per testes sit plenè probatum de vero consensu ipsius, vnde † à claris probationibus, non est recedendum per præsumptiones minùs claras, & incertas, vt per Bar. in l. admonendi. ff. de iur. Nec obstat prima correctura lacrymarum: quia verisimilius est eam fleuisse ppter mortem auunculi, qui ea die perierat, quàm propter violentiam, de quo per glo. in simil. in l. pater. §. pen. de cond. & dem. Nec obstat, q. tam cito nupsisset, quia potuit hoc facere, videns periculum in mora ne forte cogeretur alteri nubere, nec ex hoc imputari aliquid ei potest, quæ non tenebatur expectare annum vel differre nuptias propter auunculum. d. l. parentes. & l. liberorum. de his qui no. Nec etiam habuit curare de consensu commissariorum, qui erant sibi extranei, non autem per sanguinem coniuncti, de quibus loquitur d. l. in coniunctione. per ea, quæ suprà diximus & quæ traduntur in d. l. cum tale. §. rescriptum. Minus q; obstat, quod fuerit accusatus maritus: quia cum etiam fuerit absolutus † magis præsumẽdum est pro innocentia ex absolutione, quam pro delicto ex accusatione. l. Herennius. de euic. l. ij. C. de offi. ciui. iud. & quia † semper præsumimus in meliorem partem. l. merito. p socio. c. extorr. de reg. iur. Vltimò non obstat dictum Inn. in c. super hoc de renunt. vbi plus creditur duobus testibus, deponentibus de metu. &c. respondeo quod imo regula est contrarium, cùm enim † metus non præsumatur, nisi pbetur. c. causam matrimonij. vbi Inn. de offic. deleg. † debet potiùs credi testibus deponentib. secundùm præsumptionem legis, quam illis, qui deponunt contra præsumptionem c. quia verisimile. extrà, de præsum. maximè concurrente maiore numero iuxta text. in c. in nostra. extra, de testib. dictum verò Inn. saluatur in duobus casib. Primus in specie, in qua ipse loquitur, quando p. sumptio legis est pro metu, veluti in eo, qui renuntiauit, & abiurauit beneficium. d. c. super hoc, vbi Abb. † nemo enim psumitur iactare suũ, & ita declarat Ang. in l. fi. ff. quod met. causa. Secundus est, qñ cõstaret manifestè de minis, & violentia: repellerentur enim testes, qui dicerent, quod nihilominus mulier haberet animum spontaneum, prout declarat Imo. in d. c. super hoc. & est de mente cæterorum. ibi, si bene ponderetur eorum ratione: sed iste non est casus noster, meritò standum est regulę vt non præsumatur metus, aut violentia. Nec obstat dictum Cepollæ in allegat. caut. cxxxxiiij. quia debet intelligi in casu suprascriptarum declarationum: & sic secundum dictum Inn. quod ipse allegat aliàs malè loqueretur, & contra regulam generalem, & Euangelicam positam. in c. licet vni uersis. extra, de testib. & l. vbi numerus. ff. de testi. & contrà mentem omnium scribentium, maximè Ang. in d. l. fin. Alexand. in consil. clvj. in v. & cons. xcix. in iij. volum. & Cotm. in consil. xxxxj. in ij. cum similibus.

CONSIL. LVI. SVMMÆ.

1 *Compendiosæ substitutionis vis.*
2 *Substitutionem defecta conditione euanescere.*
3 *Extensiones fiunt ex præsumpta voluntate testatoris.*
4 *Lex facto. §. ex facto ad Trebell. sensus.*
5 *Testator dicens, si Titius decesserit sine liberis, intelligit de morte naturali tantum, quæ facit vt amplius non possit habere liberos.*

SCripsi superioribus diebus in fauorem filiorum domini Alexandri aduersus substitutū, & in consilio meo determinaui substitutum istum esse repellendum, tanquam defectum cōditione, nec in isto casu à testatore vocatum. Nunc autem refricatur in dubium dicta conclusio etiam quibusdam rationibus (vt ego arbitror) non admodum efficacibus, quòd infrà ostendam. Præsupporo † igitur quòd substitutio compendiosa, *si hæres decesserit sine liberis*, licet contineat etiam vulgarē, tamen intelligitur continere sub conditione præmissa, quia dicta conditio, sicut afficit fideicommissariam, ita etiam vulgarem: cum vtraque pariformiter in compendiosa contineatur, & dixi istā esse opinionem communem scribentium, & canonizatam ab omnibus Modernis, quam tenuit Bal. Baptista de sancto Seuerino, Corn. Soc. Ruin. Steph. Bertr. Franc. de Ripa. aliàs per me allegati, & eam etiam sequitur Ioannes de Monteferrato in repe. l. Gallus. §. & quid si tantum. in illo articulo, quando casus omissus, &c. & idem etiam sentit Alexand. in consil. j. vbi cum testator dixisset, *Instituo primum & ei substituo secundum, & si secundus hæres fuerit, & legem testamenti seruauerit post eius absque liberis mortem substituo Caium.* Respondit Alexan. quod † si secundus gradus sit caducus, non tamen admittitur Caius, nisi conditio euenerit, id est, quod secundus fuerit hæres, & legem testamenti seruauerit. & idem etiam sentit Curt. Iun. consil. xxxiij. quando conditio fuit expressa, vt in casu nostro: licet quando fuisset tacita, & subaudita, disputet in contrarium. Nec obstat, quod conditio mortis debeat extendi ad casum caducitatis: quia (vt alias dixi) † extensiones fiunt ex presumpta voluntate testatoris, & ita loquuntur omnia iura, de hac materia loquentia, iste autem substitutus & mentem, & verba testatoris expressa contra se habet. Et etiam si fieret extensio, tamen fieret cum qualitate adiūcta sine liberis, &c. Alexan. autem habet liberos & sic substitutus deficit conditione. Non obstat, quod dicti filij non debent obstare substituto, ex quo positi sunt in conditione tantum, vnde non possunt succedere auo, neque mediante persona Alexandri, qui est incapax, neq; ex persona ppria: quia nati, & concepti post mortem aui, respodeo, ista subtilitas continet fallaciam, vt inquit Franc. de Ripa in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. quia non sunt ipsi filij, qui excludant substitutum, sed defectus conditionis, qui eum excludit, & ideò frustra quærimus, quemadmodum dicti filij succedant auo, vt est casus in d. §. ex facto. vbi † existentia filiorum excludit substituum, licet ipsi non succedat, sed fiscus ad idem est text. in l. filius fam. §. cum quis. de leg. j. Nec obstat, quod ibi Bar. dicit. quod filij insuccessibiles, à lege non obstant substituto, respondeo loquitur Bartol. de filijs, qui nequeunt succedere patri suo hæredi instituto, at in casu nostro absurdum est dicere, quod filij Alexandri qui sunt ex legitimo matrimonio nati nō possint succedere patri suo, licet pater sit spurius, doctrina ergo Bar. non videtur facere in proposito, quantum verò ad auum, cum prolem legitimam non habeat, aliàs dixi potuisse cum nepotibus legitimis ex filio spurio relinquere. de quo in l. hæreditas. C. de ijs, quib. vt ind. sed ista quæstio non est presenti speculationis. Non obstat etiam tex. in d. l. ex facto. §. ex facto. quia potiùs ibi probatur intentio istorum filiorū, maximè ex ratione textus ibi quasi ab alio, nati enim post deportationem, non excludunt substitutum, quia pater suus ciuiliter censetur alius, ergo secùs si censeretur idem prout in casu nostro. vnde hodie cum matrimonium non soluatur non procederet ille text. vt concludit ibi Clau. de Seisello. & Ripa aduersus Alexand. Non obstat, quod filij sint concepti post mortem testatoris, & attendatur tempus mortis, & additionis hæreditatis, &c. Respondeo, posset hoc procedere in institutione pura, sed in conditionali attenditur tempus euentus conditionis. d. §. ex facto. facit. l. cum pater. §. hæreditatem. j. in fin. de leg. ij. & concludit Io. Andr. in add. Spe. titu. de test. in rub. versic. item Lambertinus, sequitur Alexan. consil. xxvj. in fin. in iij. vol. Dec. cons. cclij. in fi. & ratio est in casu nostro: quia † testator dicendo, *si Alexan. decesserit sine liberis*, satis declarat se non intelligere, de qualibet morte, sed de naturali tantum, quæ facit, vt amplius non possit habere liberos. d. §. ex facto. vers. quasi ab alio. per arg. à contrario sensu, aliàs ratio Iurisconsulti ibi non esse bona, quod esset fatuum dicere, quantum ergo sit respectu istius substituti expectabitur tempus euenientis conditionis: id est, mortis Alexand. sine liberis, cum in eum duntaxat casum sit vocatus. Nō obstat, quòd glo. in l. si ex pluribus. ff. si pars hær. pet. procedat in vocatis sub conditione, & institutis non in istis filijs, qui sunt tantùm positi in conditione: quia respondeo, quod hoc nihil facit, quin substitutus sit defectus conditione, & ideo non possit admitti. An verò isti filij sint etiam vocati, disputabitur in alia causa aduersus aliam personam, id est, fratrē testatoris venientem ab intestato. Si ipse litigare voluerit, vel aduersus fiscum si prætendat dictam hæreditatem ad se pertinere, tanquam in fraudem suam sit facta institutio. l. Lucius. §. j. ff. de leg. j. l. j. C. de nat. lib. quæ habet locum in omni persona, in dignitate posita, secundùm doct. ibi, interim autē de isto iure tertij substitutus isto non potest opponere, maximè de iure fisci. l. his consequenter. §. j. vbi gl. ff. fam. ercisc. & quoad ad eum perinde est, ac si filius esset verus hæres, satis autem sit in præsentia ostendisse hunc substitutum tanquam conditione defectum nullum ius habere, sed satagere aduersus verba, & voluntatem defuncti, & aduersus communem sententiam doct. & aduersus sanū & naturalem sensum prudentium hominum.

CONSIL. LVII. SVMMÆ.

1 *Certa forma tradita est à iure, secundum quam permissum est indulgentia legis de re sua disponere, in casum quo amplius non sit sua, qua forma non seruata, non est obseruanda dispositio.*
2 *Huiusmodi forma est iuris publici, & ideo facto priuatorum non potest alterari.*
3 *Testamentum factum inter filios, non requirit solennitatē à iure ciuili introductas, & quare.*
4 *Quod pater optimum consilium susceperit pro suis filijs, est præsumptio iuris, & de iure.*
5 *Duo testes probant testamentum inter liberos.*

6 *Inter testamento inter filios non requiritur, quod testes sint rogati.*

7 *Ad probandam veritatem apochæ, non sufficit quod duo testes dicant se vidisse eam à parte scribi, & quare.*

8 *Testes qui deponunt per sensum corporis probant.*

9 *Pluralitas regulariter non præsumitur.*

10 *Maritus remmittendo exceptionem non numeratæ dotis, seu eam non opponendo, videtur donare vxori.*

11 *Si quis sit prohibitus à testatore alienare certa bona & creditor ea in iudicio petat, & obtineat, non est locus prohibitioni.*

12 *Confusio ex inspectione processus detegi potest.*

13 *Acta aliis vbique probant.*

14 *Pacta sunt statutis legari, & eorum sortiri.*

15 *Pro examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam, sufficit quod facta sit generalis citatio eorum, quorum interest per præconem, nec requiritur specialis, maximè absentium.*



TEstamentum seu vltima voluntas viri Claudij. Don. domini Aluari de Luna Senioris habet quasdam difficultates. quæ mihi propositæ sunt resoluendæ pro iustitia, & voluntate. In primis difficultatem facit: quia memoriale, de quo agitur, non est solemniter factum, nec transit in nomen testamenti aut codicillorum, vnde non videtur esse obseruandū: quia certa forma tradita est à iure, secundum quam permissum est ex indulgentia legis de re sua disponere in casum, quo amplius non sit sua, id est, post mortem secundum gloss. in l. illa institutio. ff. de hæred inst. & quod not. Bal. in rub. C. qui testa. fac. poss. quę forma est iuris publici. l. iij. ff. de testa. vnde non potest facto priuatorum alterari. l. pactum quod dotali. C. de pact. per Bart. consi. ccxij. Sed tamen in casu nostro contrarium est verius. Cum enim testator in testamento solemni dixerit se facturū tale memoriale & iusserit ei adhiberi fidē censetur esse pars testamenti & valet, dummodo verificatū fuerit talem schedulam esse testatoris per literarum comparationem, vel aliis legitimis indiciis, secundum Bart. in l. si ita. ff. de cond. demon. Cum quo transeunt ibi doct. & per Alex. consi. lxxvj. in iij. clxxvj. in v. cum similib. Altera est difficultas, quæ concernit valorem dictæ schedulæ, pro cuius resolutione sciendū est, quod cum ista schedula disponat circa diuisionem bonorum paternorum inter filios, nō requirūtur in ea solemnitates iuris, sed quamuis voluntas non sit solemnis, tamē haberur pro solemni secundum l. hac consultissima, §. ex imperfecto. C. de testa. quia eam reuerentiam debent filij patri suo, vt qualemcunque eius voluntatem obseruare debeant, vt in auth. de testa. imperfec. circa principium. Cum sit præsumptio iuris, & de iure quod pater optimum consilium susceperit pro filiis suis. l. pen. in fin. ff. de curat. furios. & hoc pertineat etiam ad vtilitatem ipsorum filiorum: ne inter se litigent de ăpicibus iuris, sed acquiescūt iudicio paterno: & istud procedit, etiā si pater filios inæqualiter instituisset, vt probatur in d. auth. de testa. imperf. verb. ad hæc vncias. & in l. filij. & l. fin. C. fa. ercisc. & est cōmunis opinio doctorum in d. §. ex imperfecto. vbi Pau. Cast. Rim. & Corn. idem tenet Alex. consi. cxlvj. in ij. Iaſ. l. hac consultissima. C. qui testa. face. pos. concord. per Dec. in l. vt liberis. iij. not. C. de colla. nec in hoc est dubitandū quicquid aliquid Mod. dixerint nodum scripo quærentes aduersus communem opinionem. Tertiò dubitatur circa probationem dictæ schedulæ pro qua examinati sunt nouem testes affirmantes, esse scriptam manu testatoris, ex quibus secundus & octauus, Girardus scilicet, & Petrus Georgius attestantur se vidisse eum scribentem dictam schedulam. Item duo vltimi attestantur inuentam fuisse in scripturis secretis ipsius domini Don. Aluari, de quibus post eius mortem factum fuit inuentarium, vt liquidē constat. Et in primis† sciendum est, quod cum ista sit vltima voluntas patris inter liberos censetur in ea omnis solemnitas remissa esse, & sufficit eius probatio, secundum regulas iurisgentium: adeo quod duo testes sufficiunt. l. vbi numerus. ff. de testa. cā. in omni. extra, eod. titul. & ita tenēt omnes. in d. §. ex imperfecto. & Bart. in l. militis cōdicillis. §. veteranus. ff. de testa. milit. Bald. consi. cxcv. licet regulariter. in v. Angel. cclxxv. thema. nec† requirit quod tales testes sint rogati, secundum gl. in l. fin. verb. excepto. C. de codicil. quam ibi sequūtur doct. In casu verò nostro cum testator in testamento hanc scripturam approbauerit, & se eam scripturam fir pro testatus: satis est argumentis, & indicijs probari hanc illam esse quam scripserit testator, secundū Bar. in d. l. si ita scripsero. vbi allegatur textus in l. quem hæredi. ff. de reb. dub. ibi si quibusdam argumētis apparebit, &c. & quod tradit Bal. in extratorias. q. v. C. de test. Alex. cons. clxxvj. viso processu. in v. Et quamuis dicta scriptura nullos habeat testes, tamē propter relationē, quā habet ad testamentū sufficiūt testes testamenti. l. asse toto. vbi Bal. & Raph. ff. de hæred. instit. imo fortius, quādo pater inter liberos testatur; nihil est opꝰ, quod ista scriptura inserat testes, vt dicunt omnes in authet. q, siue. C. de testa. Iacob. de Bel. d. auth. de test. imperfect. in prin. vbi dicit in tali testamēto non esse necessarios testes: quia voluntas parentis est certa, & filijs nota, qui patris manū agnoscunt, sequitur And. Sic. consi. lviij. in iij. Pau. de Cast. consi. cxiij. viso dicto testamēto. in prin. Nec obstat in casu nostro, q, † ad probandā veritatē apochę nō sufficit, q, duo testes dicant se vidisse eā à parte scribi, secundum Bar. in l. admonēdi. ff. de iurera. & in l. si contractus. C. de fid. instr. cum concor. Solis enim testibus non videtur danda plena fides: quia cum non deponāt de veritate negotij, sed de sola scriptura, facilè possunt errare & decipi propter similitudinem literarum, quia quis potest literas alterius cōtrafacere, secundū gl. in §. si quis igitur. in auth. de instr. caut. & fid. Anto. de Butr. & Abb. in cap. ij. de fid. instrū. Et hoc procedit etiā in testamēto inter liberos, secundū Andr. Sicul. consi. lxxxviij. sapienter. lib. iiij. Sed ad istud obiectum respondeo pluribus modis. Et primò quod prædicta conclusio Bartoli non videtur vera: cūm enim† isti testes deponant per sensum corporeum, quia viderant scribi, &c. debet sufficere talis probatio. §. si verò tale. in d. authent. de instr. caut. & fid. vbi talibus testibus creditur aduersus comparationem literarum: ergo à fortiori crederetur non existente cōparatione contraria, & ita tenuit Imol. in d. cap. ij. & in l. nudā ratio. de don. vbi subiicit, quod hæc opinio est de mente Iacobi de Arena; & Cin. in l. comparationes. in vlt. quæst. C. de fide instrum. & ita tenet etiam Rom. Ale. & Mod. in d. l. admonendi. & est de mente Hostiensis, & Io. And. in d. cap. ij. Secundo respondeo, quod etiam si doctrina Bart. sit vera, tamen non procedit, vt ipsemet fatetur, quando sunt alia adminicula, puta comparatio literarum iuxta text. in d. §. si quis igitur. & in §.

sed & si quis eod. ut prætur in casu nostro: in quo sunt plurimi testes, attestantes de manu ipsius, quam habent cognitam. Item coniectura, quod reperta sit in capsa ipsius, de quibus per Alex. consi. clxviij. in v. cxiij. in vij. volum. Tertio respondeo, quòd doctrina Bart. potest esse vera in apocha debitoris, non autem in testamento paterno: in quo lex solum requirit voluntatem patris nec requirit aliquos testes, vnde sufficit, si dicant se vidisse eum scribere, secundum Franc. de Aret. consi. lxiiij. diligenter, & maturè. ij. dub. Quartò respondeo, quòd
B posset ista difficultas fieri, quando testes simpliciter dicerent, quòd vidissent scribere. sed in casu nostro amplius dicunt, & vlteriùs progrediuntur, dando contra signa dictæ scripturæ, & affirmando, q̃ testator dixerat quòd erat sua voluntas, quo casu satis tollitur suspicio falsitatis, vt in simili distinguit Corn. consi. lviij. in hac consultatione. lib. iij. Soc. consil. cclxxiiij. in causa d. Elissæ. ij. lib. Quinto dico, quod supradicta opinio Bar. non procedit
C in casu nostro in quo tractamus de schedula ap̃p̃bata à testatore, in qua etiam si nemo testis vidisset, sola comparatio literarum sufficeret, quæ licet alias non faceret, nisi semiplenam probationem, tamen cum ista schedula sit approbata in testamẽto, sufficit hæc semiplena: quia tali casu sufficiunt indicia, & argumenta d. l. quem hæredi. ff. de reb. dub. & per Bart. in d. l. si ita scripsero. & tradit Nat ta. in rep. auth. quod fine. C. de testa. quæst. x. vbi subijcit, quòd cum non appareat de alia schedula,
D quam scripserit testator iuris præsumptione cẽsebimus, quod ista sit illa, quæ ꝓducitur ex quo † regulariter pluralitas non præsumitur. l. fi. & ibi Bal. in fin. C. de reb. cred. l. omnium. C. de test. Bar. in l. is potest. versi. v. de acq. hær. & ista vltima responsio caret omni scrupulo: & ideo eam sequor. Quarta quæstio est, quam fidem faciat dicta schedula, dum in ea dicitur, quod dos vxoris est solum de ducatis 2200. licet ipse certis respectibus passus sit maiorem summam iudicatum, in quodam litigio
E simulato cum vxore, &c. & sciẽdum est, q̃ cum donatio inter virum & vxorem sit prohibita, in istis prohibitis lex habet suspectam confessionem, nisi probetur rei veritas, l. qui testm̃. ff. de probat. l. si fortè vbi Bar. ff. de cast. pec. & licet propter auctoritatem iudicij præsumatur ꝓ iudice, & doli suspicio cesset. cap. nisi essent. vbi Abb. de præbend. l. ij. C. de off. ciuil. iud. l. Herenn. §. fin. vbi gloss. ff. de euict. & quod not. Lud. Rom. consi. lxviij. in j. dub. tñ cum in casu nostro maritus fateatur de collusione dicta res iudicata, potest retractari si de collusio
F ne per processum appareat, vt quia ex eo constet non vsum fuisse eum legitimis defensionibus, iuxta l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j. & quæ habentur in l. si proluforio. in prin. ff. de appell. † maritus enim remittendo exceptionem non numeratę dotis, seu eam non opponendo videtur donare vxori. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. quæ donatio non valet, nec potuit confirmari morte: cum ipsa prædecesserit marito. l. cum hic status. ff. de don. inter vi. & vxo. & facit in simili † q̃ si quis sit ꝓhibitus à
G testatore alienare certa bona, & creditor ea in iudicio petat & obtineat, non est locus prohibitioni, secundum cautelam quam tradit Bart. in l. pero. §. prædium. ff. de leg. ij. dicunt tñ doct. in l. filius fam. §. diui. ff. de leg. j. in j. quæst. vbi Ripa. nu. lix. quod si detegatur collusio, talis sententia nihil proderit toto tit. de collus. detegẽ. † quę (vt dixi) ex inspectione processus detegi potest. d. l. si seruus plurium. Et ideo concludo idem esse dicẽdum in hoc casu,
A vt stemus dicto testatoris nisi ex processu appareat nullam fuisse collusionem. Quinta, & vltima dubitatio † circa ꝓcessum factum Mediolani an fidẽ faciat vbiq;, & sic etiã in Hispania, vbi sunt bona? & breuiter agendo videtur dicendum q̃ sic. Cum n. testator Mediolani illã schedulam scripserit, q̃ in vim testamẽti valet, vt suprà dixi, & deinde etiam Mediolani decesserit, videtur q̃ forum Mediolani sit attendendum: quia sicut in eius testamenti confectione, atq; ꝓbatione statuta Mediolani obseruarentur, secundum Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide Cath. per tex. in l. ij. ff. quemad. test. aper. §. pen. ibi secũdum locorum ꝓlixitates:
† paria autem sunt statutis ligari, & forum sortiri, vt not. Inn. in rubr. de consuet. & ibi Ant. de Butr. Arch. viij. dist. c. quo iure. cum concor. per Alex. cõsi. ccix. ponderatis. lib. ij. Dec. consil. cclxxxiij. & cũ causa testamenti coram eo ventilari possit, sequitur vt ipse sit iudex competens, secundum Rim. in l. publicati. C. de test. vbi ꝓ hoc allegat tex. in l. cum hi. §. transactione. ff. de transa. vbi Bar. loquitur de
† istis testibus qui examinãtur ad ꝑpetuam rei memoriã, & sufficit q̃ facta sit generalis citatio eorũ, q̃rum interest ꝓ præconẽ, nec requiritur specialis maximè absentium, secũdum Car. consi. lxxiiij. in iij. dub. alleg. Bal. in l. fi. ad fi. C. de eden. & ita etiã tenet Abb. & Fel. in ca. cum P. tabellio. in iij. quęst. extra, de fide instr. vbi dicit ita esse de mente dominorũ de Rota in additione decis. x. inci. fuit dubitatum. sicut enim si dicta volũtas redacta esset per notarium, non requireretur specialis citatio, ita nec in hoc casu putauerim, tamen quod parte opponente, in iudicio in Hispania omnino esset exhibendum originale, & sic fœdere distinctionis concordandas opiniones, de quibus in d. c. cum P. tabellio. & quæ habentur in c. fi instrumenta. eod. titu. & in l. chirographis. ff. de admin. tut. §. illud. in auth. vt frat. fil. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONS. LVIII. SVMMÆ.

1. *Coitus cum vidua est punibilis.*
2. *Edictum de testamenti, & legatis est prohibitorium, quia licet vnicuique legare, nisi qui expressè reperitur prohibitus.*
3. *Dictio damnatis quid significet.*
4. *Coitus cum ancilla, non est damnabilis, nec accusabilis.*
5. *Auth. maximè. §. si quis autem defunctus, declar.*
6. *Filius illegitimus excluditur non culpa sui, sed propter vitium paternum.*
7. *Perseuerantia aggrauat delictum.*
8. *Naturales filij eo modo succedunt parentibus, quo parẽtes filijs.*
9. *Naturalis dicitur, qui natus sit ex soluto, & soluta, licet nũ sit domi retenta.*
10. *Communis vsus loquendi attendendus.*
11. *In dubio ea interpretatio est accipienda, quæ communi vsui conuenit.*
12. *Dictum doctoris intelligendum est secundum legem, quam allegat.*
13. *Si quis appellat filium, qui non sit, non ideo facit eum filium.*
14. *Præsumitur quis filius eius, in cuius domo natus est.*

QVæritur, an natꝰ ex soluto, & famula soluta, possit ex testamento patris succedere in legato. Et videretur, q̃ non quia talis dicitur spurius: cũ non sit natꝰ ex muliere, in qua tria cõcurrant,

rant, schema concubinæ, quod in domo retenta, quod cum ea posit esse matrimonium. secundum Specu. in titu. de succes. ab intest. Abb. cap. per venerabilem. qui filij sint leg. Old. consi. 196. Alb. de Ros. in rubr. de nat. lib. cum infinitis concordantijs. Sed tamen contrarium videtur verius, prout tenuit Iac. de Bel. quem refert, & sequitur Bald. in add. Spec. loco supra allegato, vbi dicit quod sufficit vnum, videlicet, quod sit solutus cum soluta, dummodo non † vidua: cum qua coitus est punibilis, sequitur Dec. consi. 155. Castr. consi. 467. ij. Crayeta 168. Et vltra eorum auctoritatem, moueor etiam tali ratione, † edictum de testamentis, & legatis prohibitorium est, quia licet vnicuique legare, nisi qui expresse reperiatur prohibitus. l. verbis legis. ff. de verb. sign. Sed talis filius non reperitur prohibitus: quia lex in §. fin. in aut. quib. mo. nat. eff. sui. excludit duntaxat eos, qui ex complexibus nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerint, intelligiturque † damnatis, id est, punibilibus per legem, secundum Salic. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & per Ang. in d. §. fi. in fin. versic. ego dico, vbi loquitur non in concubina, sed in amasia, iste autē nō est talis: ergo, &c. at † coitus cū tali ministra non est accusabilis: nec punibilis, vt dicit Ang. Corn. ceteri in l. si qua illustris. C. ad Orfit. & est text. vbi doct. in l. j. l. si ea, quæ. l. quæ adulterij. C. de adul. & hāc opinionem sub dubio fortè sequutus est Io. de Imo. in l. ex facto. §. j. versic. & plus videtur sentire Odofr. ff. ad Trebel. vbi ijdem verbis eum refert, & sequitur Alex. allegat vterque in argum. gloss. in l. quia semper de in ius voc. Rursus moueor, quia si diligenter videantur verba text. in allegato † auth. maxime. in §. si quis autem defunctus. iuncto §. precedenti. deprehendet istam esse meram veritatē; quia text. facit duo membra. Pri. num. de successione ex testamento, & in eo simpliciter admittit naturalem, seu, vt in Græco originali, loquitur, nothum, ad successionem secundum formam ibi traditam. Deinde in secundo membro, in quo loquitur de successione ab intestato, requirit non naturalem simpliciter, sed qui natus sit ex muliere in schemate concubinæ, & custodita in domo, & ratio est, quia talis est indubitatus filius, qui aliàs nō debuit admitti, sed in superiori membro, quando ex testamento vocatur, tunc satis est ei paternum testimonium, & quod ab ipso sit agnitus, & ita etiam loquitur text. in auth. licet. C. de nat. lib. & probatur etiam in d. §. si quis autem defunctus. in fin. ibi, si mortuus fuerit intestatus, quasi dicat, ex testamento admitti posse citra illud schema concubinę, &c. Suadet, hoc & ratio naturalis: esset enim absurdum, quod cum † filius illegitimus excludatur. non culpa sui, sed propter vitium paternum, vt dicitur in l. legem. l. fina. C. de nat. lib. ille, quo maius vitiū fuit, admittatur, & ille in quo minus excludatur, qui enim mulierem continuam domi in forma concubinæ tenet, plus delinquit, quàm qui cum vili ministra ex occasione concumbit: † perseueranua enim aggrauat delictum. cano. si qui sunt presbyteri. lxxxj. distinctio. Ad idem facit, quod videmus ex libera, vel ancilla nasci patribus filios naturales. l. fina. ff. de iure delib. l. naturalis. de præscript. verbo. l. denique. de pigno. & qui sunt capaces ex testamento talis successionis. leg. Lucius. ff. de vulg. & pupil. leg. ex facto. §. primo. ad Trebell. & euidens violatio illorum iurium esset, si diceremus tales fuisse natos ex concubinis in forma quadam matrimonij: non enim est verisimile, maxime cum ancilla, quæ est serua, & libertatem adhuc non assecuta, vnde satis potest intelligi, sufficere, quod sint soluti, nec aliud requiri. Accedat & ille color, quod videmus successiones esse reciprocas, vt taliter tu succedas mihi, qualiter ego succedo tibi. l. si ab eo. l. leg. xij. tab. C. de legit. hæred. l. communium. C. de nat. lib. quæ regula maxime procedit in naturalibus, vt eo modo succedant parentibus, quo parentes illis. §. si quis igitur. in authen. quibus mod. nat. eff. sui. vbi Iacobus de Bel. & Bartol. & gloss. in §. fin. institut. ad Tertyll. Sed pater potest ex testamento talis filij capere. arg. l. ij. §. itaque. & l. si spurius. ff. vnde cogn. declarat Moder. in reper. d. l. si qua illustris. ergo, &c. & vice mutua sibi ex testamento patris, licet ab intestato aliud sit propter incertitudinem, mater verò, capit, quia certa, vt est communis opinio. de quā per Socin. consi. 148. Dec. consi. 106. vbi loquuntur etiam in casu forrori. Adduco etiā, quod communiter tenent canonistæ. qui hāc scrupulosam distinctionem non admiserunt, sed simpliciter naturalem diffiniuerunt † esse qui natus ex soluto, & soluta, licet non sit domini retenta, & ideo talem per sequēs matrimonium legitimari posse tradiderunt. Butr. & Abb. c. tuam. de ord. cogn. Ang. consi. xix. & Io. And. Ant. de But. & cæteri. c. innotuit. de elect. cum concord. per Dec. consi. clv. vnde talis interpretatio debet fieri etiā in casu nostro, maxime in terris ecclesiæ, secundū Dec. d. consi. Multum etiam facit, qa videm⁹. quod † communis loquendi vsus talem natum ex soluto, & soluta appellat simpliciter naturalē. d. c. innotuit. & per Io. And. in Spec. tit. qui fil. sint leg. in rubr. Bald. consi. 206. ij. Abb. & Butr. d. c. per venerabilem. cum conc. per Ias. consi. lj. ij. † ea autem interpretatio est in dubio accipienda, quæ communi vsui conuenit. l. Labeo. vbi Bart. ff. de sup. l. doct. rub. ff. de op. no. nunt. & dicit hoc. Bald. in titu. de pac. Constant. §. Opizoni. in fi. quod omnis intellectus extraneus est, qui non consonat animis vulgi. & certè multum scandalizarentur laici de ista opinione, quia isto modo legata, quę ipsi quotidie faciunt naturalibus, deficerent contra voluntatem ipsorum, & quod plus est, non misissimus quisq; reperiretur verè naturalis, quę omnia absurda sunt, & publicè expedit ab aula per iudicantes reijci. Nec obstat decisio Specul. supra allegata, cum concord. quia in casu suo optimè procedit, videlicet, in materia successionis ab intestato, sub qua rub. posuit illud dictum, & ita etiam loquuntur ceteri, Oldr. excepto. & omnes allegat tex. in d. §. si quis autem defunctus. nō est ante dubiū, quin † dictu doctoris sit intelligendū secunda lege, quā allegat, vt inquit Bar. in l. nō solū. §. liberationis verba. de lib. leg. Nec obstat etiam, quod multi requirunt illas qualitates saltē de iure ciuili, vt filij legitimentur per subsequēs matrimoniū, vt per Bart. in l. pen. ff. de concub. Bald. cōs. 406. in j. cū cōcord. per Dec. consi. clv. Responde hoc potest procedere respectu legitimationis, quæ non à confessione solius mariti pendet, sed à re ipsa: nec em † si quis appellat filium, qui non sit, ideo facit eū filiū. l. non nudis. l. non epistolis. C. de probat. l. neq; pfessio. C. de test. Sed nos loquimur in eo, q legauit Titio filio naturali. facultas em legandi ab eius voluntate tota pēdet. d. l. verbis legis. & ideo ei credēdū est, prętera illa opinio et iure ciuili, non videt vera, secundū Ias. cōs. 134. vbi latè disputat. Nō omitto, etiā particulariter ad casum nostrū, q [illegible] pbat. ff. de [illegible] parti aduersę. qa ex q patet ap[illegible]pellant

pellauit eum filium ſuum naturalem, præſumitur pro aſſeueratione patris, & creditur talis naturalis eſſe, qui idem & capax ſit per rationem, quam ſuprà adduxi in primo argu. & ita conſuluit Bald. conſil. ccccxxxxviij. in iij. quæſito. j. lib. & ſatis videntur in caſu noſtro interueniſſe illa requiſita, ex quo tam longo tempore fuit retenta in domo, & 14 quando peperit, id ipſum in domo fecit, & † præſumitur quis filius eius, in cuius domo natus eſt. l. filium eum diffinimus. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alt. iur. & doctores non requirunt, quod à principio ſit conceptus in domo, ſed quod natus, vt habetur in d. l. filium. & l. ſi vicinis. C. de nup. & per Anch. conſi. ccxxv. Bald. Imol. & alios. l. Gallus. in fine principij. ff. de lib. & poſth. cum ſimilibus.

CONSIL. LIX. SVMMÆ.

1 *Conditio ſine filijs, intelligitur vel filiabus, & maſculinum concipit fœmininum.*
2 *Teſtator non cenſetur extraneos proprijs deſcendentibus præferre.*
3 *Appellatione nepotis, venit etiam pronepos.*
4 *Conditio ſi moriatur ſine filijs, euaneſcit natiuitate filiorum.*
5 *Per maſculos conſeruatur familia.*
6 *Fideicommiſſum generale in vltimo ſubſtare.*
7 *Sublato medio, vltimus gradus ſuccedit in eius locum.*
8 *In compendioſa ineſt vulgaris ſubſtitutio.*
9 *Vulgaris ſubſtitutio in vnum caſum, etiam ad alium producitur.*
10 *Conſilium Oldradi 141. declar. & reprobat.*
11 *In fideicommiſſo nepos admittitur cum patruo.*
12 *In fideicommiſſis ſucceditur ipſi teſtatori.*
13 *Auth. ceſſante. C. de leg. hæred. declar.*
14 *In ſucceſſione aui, proaui, vel patrui filius fratris in locum parentis ſui ſuccedit.*
15 *Attenditur ad tempus, quo dies fidicommiſſi cedit.*

TEſtamentum nobilis, & egregij viri quondam Don Petri Macæ, habet quidem multa ſubſtitutionum capita, verùm in præſentia dubitari contingit circa tria capita tantum. Primum eſt, quia ſubſtituto filio maſculo, Don Martini nepote ſuo ſubijcit, quòd ita ſequatur per ordinem de vno in aliũ ex nepotibus ſuis filijs dicti Martini morientibus ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio vſq; ad vltimum ex illis morientem, & ſi omnes dicti nepotes teſtatoris maſculi, quandocunq; decedant ſine filijs legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio, quod bona ſua perueniant in neptem ſuam filiam d. Blancæ. Alterum caput eſt, quod ſi omnes dicti filij nepotes, & deſcendentes mei, quandocunq; moriantur ſine filijs de legitimo matrimonio, q dicta bona perueniant ad alios filios, & deſcendentes de legitimo matrimonio, &c. Tertium eſt, q ipſis non exiſtentibus, vel morientibus quandocunque bona perueniant ad nobilem Gulielmum Maſconem, vel ad filios, & deſcedentes illius, &c. Propõnitur in facto Martinum filium deceſsiſſe, relicto Petro: & Petrum, relicto alio Petro, pronepote teſtatoris, cuius ſoror domina Briandа nunc viuit. Quæritur, an ſit locus ſubſtitutioni vt Ludouicus Gulielmus nepos poſsit admitti, quæ quæſtio recipit tres difficultates. Prima eſt, an d. Briandа viuens excludat hunc ſubſtitutum? Et videtur prima fronte dicendum, q ſic: quia (vt apparet ex primo capite) teſtator ſubſtituit filijs Martini, ſi decederent abſq; filijs, quæ conditio defecit: quia Petrus filius Martini, reliquit filium alium Petrũ. vnde excluditur ſubſtitutus. l. filius fam. §. cũ quis. ff. de leg. j. Et quia Gulielmus ſubſtitutus non vocatur, niſi in caſum, quo non extarent deſcendentes, aut morerentur ſine filijs. vnde, cum d. Briandа ſit deſcendens teſtatoris, & extet etiam ex hoc capite deficit conditio. l. j. C. de cond. inſer. vbi doct. & † conditio illa *ſine filijs*, &c. intelligitur vel filiabus, & maſculinum cõcipit fœmininum. l. Herenn. l. inter ſtuprum. §. fina. ff. de verbo. ſignif. veri ſimilique, & conſentanea menti teſtatoris videtur hæc ſententia, ne alioquin † cenſeatur extraneos proprijs deſcendentibus prætuliſſe. l. ſi is qui ducenta. §. fin. ff. de reb. dub. quod ne fiat, ſolent verba etiam impropriè accipi, vt ibi habetur. l. pen. C. impub. vbi Corn. in fin. l. Lucius. ij. vbi Bald. ff. de hær. inſt. & quæ habentur in l. cum auus. de cond. & demon. Maximè cum ex lectura teſtamenti apparear, quòd teſtator non excluſit omninò fœminas, vt apparet ex ſubſtitutione Claretinæ. Item q; ex ſubſtitutione alterius Briandæ neptis, vnde idem dicendum de iſta, quæ æquè eſt deſcendens, & proneptis. Sed tamen contraria opinio videtur verior, tum propter verba teſtatoris, tum etiam propter mentem, ſubſtitutio enim facta eſt, *Si omnes dicti nepotes mei maſculi morientur, &c.* Quibus verbis compræhenditur etiam alius Petrus ſecundus pronepos, qui deceſsit ſine filijs ex legitimo matrimonio, & reliquit duntaxat Io. Spurium, vnde verificata eſt conditio, & † appellatione *nepotis*: venit etiam pronepos. l. cui eorum. §. item Pomponius. ff. de poſthu. l. nurus. ff. de verb. ſignif. quod in fideicommiſſo à communi aſcendente facto certiſsimum eſt, vt videatur non ſolùm nepotibus, ſed etiam pronepotibus prouidiſſe, quod Franc. Accurſ. reſpondit & ſequuntur cæteri Cin. Bald. Imol. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſthu. & in ſimili per Alexand. conſ. xxvj. in iij. Soc. xiiij. in j. quod videtur certius in caſu noſtro propter illa verba teſtamenti. *Vſque ad vltimum ex illis morientem.* quæ ſatis arguunt teſtatorem conſideraſſe multos gradus deſcendentium. Et quia eadem ratio militat in pronepote, qui & ipſe eadem arma, & inſignia teſtatoris defert, vt qua ratione ipſum pronepotem vocauit, eadem ei quoque ſubſtituiſſe videatur cum ijſdem verbis ſubſtitutio ſit concepta ſufficiuntque hac in re coniecturę mentis teſtatoris. l. liberorum, circa med. ff. de ver. ſign. Bal. conſil. cccl vij. volum. ij. Alex. conſi. ix. in j. Iaſ. lij. in iij. quales multas colligit Cur. Iun. conſil. iij. & ſeq. & dixi in l. Herennius. ff. de verb. ſig. Cum quo Petrus vltimus deceſſerit abſque filijs legitimis, verificata ſunt verba fideicommiſſi reſpectu Briandæ neptis, & conſequenter etiam reſpectu Maſconum, vt infrà dicam. Nec puto inſiſtendum circa legitimationem Ioannis, tum quia verba teſtamenti eum excludunt, cùm non ſit natus ex legitimo matrimonio, vt in caſu ſortiori per plura conſuluit Alex. conſil. v. in vij. volum. tum quia etiam ipſe deceſsit abſque filijs: quo caſu ſubſtitutio, ſicut intelligitur decedente Petro pronepote, ita etiam intelligitur de abnepote vt habetur in d. §. inſtituens. Nec obſtat, † quod conditio, *ſi moriatur ſine filijs*, euaneſcit natiuitate filiorum. d. §. cum quis. reſpondeo, arg. procederet reſpectu Petri neporis, qui reliquit filios, ſed quæſtio noſtra eſt, reſpectu Petri pronepotis, qui nullos reliquit excepto Ioãne ſpurio, propter quẽ non deficit

cit conditio.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb. A
Non obst.quod non vocentur Mascones,nisi, casu quo non extarent alii filii,& descendentes:in casu autem nostro extat Brianda proneptis.respondeo ista clausula concepta per masculinū,non videtur comprehendere fœmininum propter mentem testatoris, qui semper vocauit masculos, & q iussit, vt ferant arma, & nomen suum, quod non potest
5 conuenire fœminis,sed solùm masculis,per quos conseruatur familia,& facit text.in l.hoc iure.§.fi. vbi Raph.Com.ff.de don. l. facta. §. si vero nomi- B
nis.ff.ad Treb.per Soc.consi.259. cum si.Et quamuis uocauerit Catharinam filiam , & Briandam neptem, tamen vocauit cum conditione, quod facerent vt filii sui masculi ,ferent nomen,& arma testatoris de conditione, cum nullum verbum sit in testamento respectu Briandæ proneptis, satis apparet mens testatoris, quod hinc pronepti non intendebat prouidere.l.alii.ff.de adi.lega.& quia totum hoc pendet à presumpta voluntate testatoris,in qua coniectanda falluntur etiam prudentes C
tutius est post quam hæc au⁹ est septuagenaria expectare eius mortem: & ideo transeo ad sequens dubium.Secunda difficultas est,quid iuris sit censendum, mortua dicta d. Brianda, an saltem tunc
6 sit locus † fideicommisso in fauorem Masconum? Et videretur prima fronte non esse locum fideicōmisso: quia Mascones sunt vocati post Briandam neptem cui testator substituit ipsius Briandæ filios quib.non existentibus,substituit alios descendentes suos,si extent,& vltimo loco ipsos Mascones,vnde cum substitutiones præcedentes,secundum dictum ordinem non euenerint, non videntur Mascones admittendi, qui non sunt substituti ipsi secūdo Petro pronepti testatoris , sed aliis descendentibus secundum Old.consi.141. quod cōf. refert Io.And.Spec.tit.de test.§.j.Soc. cōsi. lxxvij. in iij. vol. Sed tamen contrarium est verius, vt sit locus substitutioni, qa regula est generalis, quod
7 †sublato medio, vltimus grad⁹ succedit in eius locum.l.si Titio.l.cohær.in prin.ff.de vulg.& pup.l. B
quādiu.vltima.vers.is autem qui tertio.ff. de. acq. hæt. & ibi Bar.in fi. decidit similem q. in fauorem substituti , cum quo ibi transeunt doct. & in l. j. ff. de vulg. vbi Alexa. Ias.Soc.cæteri facit ratio , quia hoc fideico.conceptū est per verba substitutionis
8 compendiosæ, in qua † compendiosā inest vulgaris substitutio,secundum Bar.in l. Centurio. ff. de vul.quæ vulgaris non solùm in hæreditatibus,sed etiam in legatis,& fideicom.fieri potest.l. vt heredib.ff.de lega.ij.l.j.§. fin autem aliquid.C. de cad. F
9 tol.† vulgaris autem substitutio in vnū casum etiā ad aliū producitur.l.fi.C.de inst.& substi.per Bart. in d.l. ff. de vulg.maximè quādo ille casus sub generalitate verborum potest comprehendi,quo casu substitutio dicitur expressa,& ideo concludunt docto.maximè Ripa clxj. nu.lxxvij. q, vulgaris in compendiosā dicitur expresse contineri. Fortius intelligunt doct. supra scriptam cunclusionem vt vltimo substitutus succedat primò,quoties medius gradus defecit,vt id sit verum etiam si conditio G
medio adiecta repugnaret , quia Bart.in d.l.quandiu.in fi.generaliter loquitur , ideoq; est generaliter intelligendus,& ita eum declarat Pau.de Cast. consi.clij.presens dubium videtur.in j.vol.cū quo transit Alex.consi. cxxxix. in vj. Ias. consi. cxlviij. Corn.consi.297.in iij. Dec. consi. 318. & 427. Cur. Iunior consi.83.quam sententiam tanquam communem, & veram.Confirmo per text.in d.l.vnica. §.ne autem.C.de cad.toll.& in l.legatum sub con-
ditione.ff.de adim. leg. quibus iuribus probatur, quod quotiescunque legatum , vel fideicommissum factum est sub conditione,quæ cohæreat personæ , puta si decesserit sine liberis si sit caducum ex priore gradu , trasfertur in sequentem gradum absq; illa conditione: quia caducato gradu etiam conditio ei adiecta efficitur caduca : & ideo concludo,quod non , attentis mediis substitutionib. Mascones substituti debent succedere Petro pronepoti exclusa Brianda sorore. Nec obstat allegatum† consi. Oldr. 141. quia respondeo , quod eius 10
opinio est communiter reprobata post Bart.in d.l. quandiu.cū concor. supra per me alleg. & ad eius rationes,quæ sunt valde fragiles respondet Are.in d.l.quandiu vbi irridet dictam opin. & vidi sepius pronuntiari aduersus dictum consilium , de quo etiam per Ripam in d. l. j. de vulga.nu.xcij.Tertia est difficultas inter ipsos Mascones quis debeat admmitti, an Ludouicus patruus,an verò Balthasar ex fratre primogenito eius nepos. & glo. in l. cùm ita. §. in fideicommisso.ff. de leg.& fideicom. ij. videtur sentire , † quod in fideicommisso nepos 11
admittatur cum patruo. auth. cessante. C. de leg. hære.sequuntur Imo.& Castr.ibi & Alex. consilio lxxx.in j.xxvj. in iij. cū simil.Contrarium verò tenuit ibi Bald.& Raph. Com. vt patruus tanquam proximior admittatur, argu. l. iij. §. si duo. ff. de legit.tutorib.leg.si libertus patr. §. de bon. lib. Et pro hac sententia extant varia consilia Modernorum. Sed nos sumus extra hanc difficultatem
D duplici ratione. Prima, quia † in fideicommissis 12
succeditur ipsi testatori.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff. de vulg.iste autem testator nō est ascendens ipsorum substitutorum:vnde tunc cessat dispositio dicta † authen. cess. quæ habet locum quoties de fi- 13
deicommisso aui,proaui, vel patrui tractatur:quia † in horum successione filius fratris in locum pa- 14
rentis sui succedit.§.cum filii.Insti. de hæred. quæ ab intest.auth.post fratres.C.ed leg.hær.& ita declarat Ias.& Cur.in l.ij. C.de succes. de.Cor.in l. fi. C.de ver.sig.Dec.consi.j. & ccxvij. quod si de successione alterius tractatur,prout in casu nostro cessat ratio gl.& patruus filiū fratris excludit, & ista videtur communior opi. licet aliqui Mod. in hoc variauerint.Secunda,quia ex verbis testameti vbique apparet,quod mēs testatoris erat, quod bona sua ad vnum tamen peruenirent, qui nomen,& arma testatoris ferret,vnde non potest iste primogeniti filius facere controuersiam huic patruo suo natu maiore.Non tamen est negandū, quod si tempore mortis illius Petri pronepotis vixisset pater Balthasaris , quod ius fideicommissi ad eum pertinuisset, † attenditur enim ad tempus,quo dies 15
fideicommissi cedit.l.fi.ff.quādo dies leg. cred. d. l.vnica. §. sin autem sub conditione , q, fideicommissum,seu particulare , seu vniuersale transmisisset in filium heredem secundū magis communem opin. de qua Bar. in l. cum filiofamilias. in fi. ff. de lega. j. Quod si post mortem Briandæ proneptis dicamus solum cedere prout in prima q. vidimus; tunc ius Ludouico indubitanter spectaret , vt supra dixi. Et ita mihi videtur, saluo semper sanioris iudicio.

CONSIL. LX. SVMMÆ.

1 *Quando testis reiicitur,quia aliquid sibi opponatur,potest eius dictum per alios confirmari, & ex dicto seu attestatione testis idonei,tollitur inhabilitas alterius.*

2 *Suspicio,quæ contra testes militat,tollitur per adiunctum.*

3 Quod

3 *Quòd testes videant testatorem, introductum est pro solen nitate substantiali.*
4 *Valet consuetudo per quam diminuitur numerus testium in testamentis.*
5 *Testamentum deficiens in solennitate, est ipso iure nullum.*
6 *Quod ipso iure nullum est, non potest per adiunctum coadiuuari.*
7 *Lex requirit quod omnes testes testamentarij, videant testatorem.*
8 *In testamentis necessarium est, quod testes sint rogati.*
9 *L. fi. C. de edi. di. Adr. toll. declar.*
10 *Quod verisimile non est, habet aliquam speciem falsitatis.*
11 *Testium visum in quouis actu exigi.*
12 *Voces ægrotorum de facili finguntur.*
13 *Lugduni iurisdictio penes Regem.*
14 *Dispensatio non debet fieri, nisi cum causa.*
15 *Iuramentum defertur in supplementum probationis alicui, quando non potuit verisimiliter plures testes idoneos habere.*

REspondi superioribus diebus testamentum, in quo adest clausula codicillaris, non valere, si testes non viderunt testatorem dato, quod eius vocem cognitam haberent, etiam in tempore pestis, videtur responsum meum in præsentiarum in dubium refricari propter duo, quæ in contrarium adducuntur, & de quibus est nunc discutiendum. Prima difficultas est, quia asseritur fuisse certas personas, quę seruiebant testatori peste cõtacto, quæ attestabuntur ab eo dictum testamentum fuisse factum, & illum testatorem fuisse eum, de quo attestatur tabellio. non autem personam suppositam, vnde videretur, quòd testamentum deberet sustineri, dato, quòd testes instrumentarij
1 eum non viderint, ex quo iure cautum est, quòd † quando testis reijcitur, quia aliquid sibi opponatur, potest eius dictum per alios confirmari, & ex dicto, seu attestatione testis idonei tollitur inhabilitas alterius, vt probatur in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. vbi Bald. Alexand. Iaſ. ff. de eden. nã
2 † suspicio quæ contra testes militat, tollitur propter adiunctum, vt dicit Sal. in auth. si verò contigerit. per illum text. C. de iud. & istud procedit etiam in testamentis, vt dicit Io. And. in c. insuper. in gloss. j. extra, de testib. sequitur Io. de Imol. in l. qui test. in prin. ff. de test. Sed tamen, hac ratione non obstante, contrarium videtur verius. Nam clarum, est, quod istud, † quod testes videant testatorem fuit introductum pro solennitate substantiali, vt probatur in d. l. si non speciali. C. de test. quia lex timebat fieri aliquam fraudem, & fieri testamẽta per personas suppositicias, & talis solennitas est ita necessaria, quod non posset, neque per statuta tolli: vnde dicit Ang. & Paul. Cast. in aliquibus
4 lect. in l. iij. ff. de test. quod licet † valeat consuetudo, per quam diminuitur numerus testium in testamentis. arg. c. cùm esses. & c. relatum. extra, de test. non tamen potest per consuetudinem induci quòd testes non videant testatorẽ, quia aliàs præstaretur occasio falsitatis conficiendæ, & hoc dictum refert, & sequitur Iaſo. in l. cunctos populos. in iij. q. prin. Bartol. C. de sum. Trin. & fide Catho.
5 cum igitur istud † testamentum deficiat in solennitate, est ipso iure nullum. l. vniuers. vbi no. C. de prec. imp. offe. l. nemo potest, vbi omnes. ff. de leg.
6 j. & consequenter etiam testes, vnde † quod ipso iure nullum est, non potest per adiunctum coadiuuari, vt in testibus testamentarijs propriè dicũt Raph. Fulg. Corn. & Mod. in l. j. C. de test. sequitur Iaſ. in d. §. cogentur. Secundo respondetur, q, cum
7 † lex requirat, quod omnes testes testamentarij videant testatorem. d. l. si non speciali. inde apparet, quòd non confidit de visu vnius, aut alterius, vnde, vt probaretur, quod ille erat, de quo testamentum loquitur, requiritur quod saltem sint tot testes, qui eum viderint, quot requiruntur in testamento: ista enim est quædam solennitas intrinseca ad veritatem actus testandi: & ideo requirit saltem testes, sicut illa solennitas, quod testator nominet hæredem nomine proprio, de qua in l. iubemus. C. de test. quæ etiam ipsa requirit vij. testes, vt dicit Nic. Math. & Bald. & Cor. in l. ij. C. de bon. poſſ. secundùm tabul. quia habet aliqualiter admixtam quæstionem voluntatis, ex quo fuit introducta, vt apertius constet de eius voluntate, ita in casu nostro est dicẽdum de ista, quæ habet annexam manifestam quęstionem voluntatis, ex quo negãt venientes ab intestato quod ille Ioannes, de cuius bonis agitur ita voluerit, prout in testamento est scriptum, quod testamentum nõ valet: quia testes eum non viderunt, & sic potuit esse factum per personam supposititiciam, & sic apparet hic agi de quęstione voluntatis: vnde sine dubio nõ probaretur de veritate personæ, nisi per vij. testes, qui cùm in casu nostro vltra testamentarios, non interuenerint, sequitur testamentum non posse sustineri. Tertiò respondetur, quod dato etiam, quòd septẽ testes assererent illum, qui testatus est fuisse dictũ Ioannem: quia eum vidissent, adhuc testamentum non sustineretur. quia lex requirit quod ipsi testes rogati, vt adsint testamento testatorem videant. d. l. si non speciali. vnde si non viderunt, testamentum corruit, quo ad eos ex defectu solennitatis, quo verò ad alios corruit: quia non constat quod ipsi fuerint qui de eo rogati sunt, † prout necessa-
8 rium est in testamentis. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de test. & sic in omnem casum ista probatio non sustineret testamentum. Quartò respondetur, quod cùm simus in iudicio possessorio, de quo in l. fin. C. de edic. di. Adr. toll. ista probatio non debet admitti, quia † d. l. fin. concedit reme-
9 dium possessorium habenti instrumentum testamenti certum, & non suspectum, sed istud habet vitium euidens. vnde non potest hæredi in eo instituto competere dictum remedium, & si velit probare voluntatem testatoris, & eius certam præsentiam per testes, non debet in hoc iudicio admitti; quia d. l. fin. concedit suum beneficium occasione instrumenti testamenti, certi & indubitati, non autem dicti testium, qui sint suspecti & aliqua verisimilia dicant, &c. Certè enim magna suspicio est contra istos testes examinatos: cum non sit verisimile, quod si affuissent testes eum testatorem videntes, & agnoscentes, quod non fuissent adhibiti ipsi testamento, non autem alij extranei, qui eum videre non poterant, vnde † quod verisimile non
10 est, habet aliquam speciem falsitatis, vt dicit Bald. in l. j. C. de fur. per doct. in c. quia verisimile. de præsum. & ideo tali casu non deberet competere remedium possessorium. de quo in d. l. fin. Eodem modo respondetur etiam dum dicitur, quod testamentum debet saltem sustineri per clausulam codicillarem; in vim codicillorum, vel donationis. Nam istud non potest opponi in iudicio possessorio: quia etiam si testamentum sustineretur in vim codicillorum vel contractus, non tamẽ posset obtineri possessio de codicillis, probatur in d. l. fin. vbi

vbi gl. in verbo, ex parte. communiter approbata quæ vult beneficium. d. l. non competere fideicõmissario vniuersali. de donatione. est certissimum; quia ex illo contractu non oritur aliquod remediũ possessoriũ, sed tantùm ius personale, de quo per Bar. in simili in l. fi. ff. quor. bono. quamuis (vt aliàs dixi) non sit † verum quod dictum testamentum 11 possit sustineri, neque in vim cõtractus: ex quo testes non videntes contrahentes non probant, quãdo asseritur contrahentem fuisse infirmum, quia 12 voces ægrotorum de facili fingũntur, secundum Ioannem de Imo. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia. & Iud. Rom in d. l. si non speciali. Itẽ ad hoc ut valeret in vim contractus oporteret, q. dicta donatio esset facta præsenti, & acceptanti, vel notario pro absente stipulanti, glo. in l. illud. C. de sacrosanct. eccl. Astg. & alii in l. cum is. ff. de do. causa mort. in d. fornum. C. quis res fac. pos. Are. in l. ij. ff. de leg. & fideicom. Soc. consil. cxij. quæ acceptatio, vel stipulatio non intercuenit in casu nostro; vt apparet ex lectura testamenti. Secunde difficultas adducitur, quia iurisdictio Lugduni tã in spiritualibus, quàm tẽporalibus videtur spectare ad Archiepiscopum, vnde testamentum illud tanquam factum in terris ecclesiæ deberet valere, ex quo in huiusmodi certis non requiritur tanta solennitas ad capiendum esses, de testa. & quod not. Spec. in tit. de instr. edi. §. compendiose, cum multis concor. de quibus per Dec. consilio cclxxxiiij. viso puncto. Sed ad hanc difficultatem etiam posset responderi pluribus modis. Et primo dico, quod etiam in foro nostro ista solennitas est necessaria, per d. l. si non speciali. quæ non reperitur correcta de iure cano. vnde ei standum est etiam in foro ecclesiastico. c. j. de ope. no. nun. per Ioan. de Imo. in rep. c. cum contingat. extra. de iureiur. & habetur in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccl. & quãuis eo iure esset diminutus numerus testium, non tamen est diminuta ista solennitas, quòd testator cerã videatur, quæ difficilius tollitur secundũ Ange. & Paul. Cast. in d. l. iij. & Ias. in d. l. cunctos populos. sup nullog. & quod no. Soc. in l. j. §. si quis ita fide verborũ oblig. And. Sic. in consilio vltimo. in j. aliàs per me adductos. Secundò respondeo, quod imo Lugdunum non dicitur de terris ecclesiæ, sed est iurisdictionis secularis quò ad leges ciuiles: cùm enim Rex habeat fundatam intentionem in toto regno, verum ut dicere † quod etiam Lugdunum 13 illis legibus subest, quibus cæterum regnum. arg. c. ad decimas. de testi. spol. in vj. Bal. in l. nulli. C. de epis. & cler. & in c. cum olim. de præsumpt. vnde quamuis fuerit in feudarum Archiepiscopo, seruat tam leges priores, non autem regitur lege canonica, vt est doctn. Bartoldi in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act. quæ est communiter approbata, vt per Ang. consil. cclxvj. Ro. sing. 1. Alex. consil. cl. incipiendo. volu. consilio cxij. in iiij. consilio cxl. in. v. Andr. Sic. consil. iij. in j. Fol. in cap. transl. Iaro. de const. quod autem fuerit à rege infeudatum in Archiepiscopum etiam probatur ex superioritate, & iure appellationum, appellatur enim de vasallo ad dominum feudi, vt per Imo. in c. cæterũ, de iud. & habetur in c. j. §. fi. in quib. can. feu. amittit. vbi feuoper Guid. Pap. in de ci. Delph. q. dxvij. & q. dlj. in fi. dph. Tertiò respondeo, q. etiam si propter pestem, vel alia ex causis canonicum, vel ciuile, remisisset istam solennitatem ne testes viderent testationem, tamen deberet intelligi remissio hæc habere locum, quando non erant nisi testes qui non videbant eum, sed in testamento assistere

Conf. And. Alc.

sent aliqui, qui viderent certè illi potius debuissent assumi, nec tali casu remissio locum habere debet: † dispensatio enim non debet fieri, nisi cum 14
causa. arg. c. ij. de maled. & quod not. in c. at si clerici. §. j. de iud. Fel. in cap. j. de const. & ea cessante, debet cessare ista remissio. l. adigere. §. quamuis ff. de iure patro. vnde si remittitur ista solennitas, quia tali tempore testes nolint approximare testatori, certè si sint, qui velint, debent ipsi potius adhiberi, sicut in simili dicimus de his, qui admittuntur in subsidium: quia alii non reperiuntur, in his enim casibus, vbi alii solenniter reperiri possunt, non sunt aliqui in subsidium admittendi, vt per glos. & Alb. in l. in testimonium. ff. de testibus. cap. final. de testibus cog. Anto. de But. in cap. tertio loco. de prob. cum concor. per Ias. in d. l. cunctos. in j. lect. sicut etiam videmus in eum, † cui 15
defertur iuramentum in supplementum probationis, & tamen non debet illi deferri, quando plures testes verisimiliter habere potuit idoneos, vt dicit Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiur. quem ibi sequuntur cæteri. & Bald. in l. de quibus. ff. de legibus.

CONSIL. LXI. SVMMÆ.

1 *Reuocatio testamenti facta in instrumento legitimationis, non valet, licet dicat quod vult, & intendit quod testamentum iam factum sit, ac si nunquam factum esset.*

2 *Testamentum cum iure publico inductum sit, non potest nisi per contrariam solennem voluntatem infirmari.*

3 *Quando reuocatio primi testamenti non est potens parare viam adeundæ hereditatis de iure ciuili, non tollitur primum testamentum.*

4 *Natus ex muliere coniugata, præsumitur natus ex eius marito.*

5 *Spurius per subsecutam legitimationem non agnascitur patri, quia cum nequierit tempore conceptionis esse ex trimonium, inter eos lex legitimationi resistit.*

6 *Agnatione posthumi, siue sit posthumus naturalis, siue ciuilis rumpitur.*

7 *Lex dit legitimatos nihil à vere legitimis differre.*

8 *Lex non potest prouidere in radice matrimonii, potest tamen fingere esse prouisum.*

9 *Fictio idem operatur, quod veritas.*

10 *In iudicando non est recedendum à communi.*



Viso testamento Do. Bartholomæi Aliprandi, & legitimatione per eum facta de Francisca filia spuria. &c. Tria sunt quæ principale faciunt difficultatem in præsenti casu. Primum est, quia videtur quòd † reuocatio testamenti fa- 1
cta in dicto instrumento legitimationis non valeat: quia quamuis dicat, quòd vult, & intendit, quod dictum testamentum sit nullum, cum omnibus & singulis, ac si nunquam factum esset, tamen istud non sufficit, vt est text. in §. ex eo autem. instit. quibus mo. test. infir. quia cum † testa- 2
mentum iure publico inductum sit, non potest nisi per contrariam solennem voluntatem infirmari, vt ibi habetur, vel quia secundum Bartol. in l. si iure. ff. de leg. iij. † cum hæc reuocatio non sit potens parare viam adeundæ hæreditatis de iure ciuili, non tollitur primum. l. cum in secundo. ff. de inoff. test. & fortior in casu fortiori Bald. in l. sanctimus. C. de testa. Secundum est, quia ista Francisca non videtur potuisse legitimari ab ipso. d.

4 Bartholomæo, cum † enim sit nata ex Agnete con- A in l.ij.in prin.ff.de verb.oblig.vbi dixi, & sic appa-
iugata, lex præsumit, quod sit nata ex eius mari- ret, quod opin. Soc. non est vera, nec communiter
to. l. milites. §. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adult. approbata. Non obstat igitur primum fundamen-
Fulg. cap. per tuas. extra, de probat. Mod. in l.j. tum, quia vt dixi sola legitimatio sufficeret reuo-
§.ad quæstio.ff.de quæst.& quod habetur in c.Mi- cationi testamenti, etiamsi pater nihil vltra esset
chael, de fi. presby. & hoc procedit, etiam si ma- protestatus. Præterea ex quo in casu nostro appa-
ter affirmaret esse natum ex adultero, per gloss. & ret, quòd hanc reuocationem fecit vt filia ipsa ad-
doct. in l. si quis posthumus. §. final. de lib. & post- mitteretur, & sic in fauorem ipsius venientis ab in-
hum. Bartol. in l. j. §. si quis. ff. de Carb. edi. vnde testato valet talis reuocatio, secundum Bar. in d.l.
nisi probetur continuata absentia mariti, adeò si iure. quem magis communiter sequuntur docto- B
quod interim nō fuisset vnquā reuersus, præsume- in l. sancimus. C. de test. Non obst. secundum, quia
retur eius filia, & legitimatio non valeret argum. cum maritus fuerit absens, cessat præsumptio. d. §.
l.legem. C. de na. lib. quia legitimamus filios nō- defuncto. secundum Abb. & Fel. in d. c. per tuas.
stros non alienos. Tertium est, quia etiam potuit, Item cessat propter confessionem matris, concur-
quod ista esset filia d. Bartholomæi, cum tamen rentibus aliquibus adminiculis, vt per Bened. Cap.
5 sit † spuria, videtur quod per subsequutam legi- consil.ij. & Pau. Cast. consil. cxxv. super primo vi-
timationem, non tamen ipsi agnascatur, & testa- detur. Per. de Anch. cōsil. cxxv. videtur prima fa-
mentum sit firmum, prout tenuit Soc. in rub. ff. de cie dicendum, & facit rex. in l. filium cum defini-
libe. & posth. quia cum nequiuerit tempore con- mus. de iis, qui sunt sui vel alie. iu. ver. non tamen.
ceptionis esse matrimonium inter eos lex legiti- ferendum, vbi considerat quod maritus sit assiduè
mationi restitit. §. reliqui. in auth. quibus mod. C
nat. effic. sui. §. sit igitur. in auth. quibus mod. nat. moratus cum vxore, & sic innuit, quod si raro eam
effic. legit. & talis legitimatio non prouider in adibat, præsumatur potius filius concubinarij, qui
radice matrimonij, ideoque non habet vim legi- frequentius cum ea conuersabatur. Non obst. vlti-
timationis, sed simplicis dispensationis, secundū mum, quia opinio illa Soc. est communiter repro-
gloss. in l. filius à patre. §. final. de liber. posthu. & bata, & nullus eam sequitur, vt supra dixi, & † in
quod habetur in cap. per venerabilem. extra, qui iudicando non est recedendum à communi iuri-
fil. sint leg. Sed his non obstantibus, puto con- bus vulgaribus. Et ita mihi videtur: saluo semper
trariam opinionem esse veriorem, secūdum quod saniore iudicio.
ista Francisca rectè sit legitimata, & testamentum
6 præcedens sit ruptum. moueor, quia sicut † agna- D
tione posthumi rumpitur testamentum siue sit
posthumus naturalis, siue ciuilis, id est, per ad-
optionem, l. iij. ff. de iniusto rupto. l. filius à patre.
§. j. de lib. & posthu. ita etiam per legitimationem
filii post testamentū factum: tales enim loco post-
humorum sunt, & omnia eis iura competunt, quę
iustis filijs concedūtur. Vnde & prætor ei contra
tabul. bon. poss. decernit & iure ciuili nullum di-
cere testamentum possunt, si præteriti fuerint, vt
est communis conclusio, de qua per Alexand. & E
7 Ias. in rubri. ff. de lib. & posth. † lex enim ait eos ni
hil à verè legitimis differre. d. §. sit igitur. d. §. reli-
qui. Item habere eos iura suorum hæredum. §. j.
Insti. de hær. quæ ab intest. And. Sicu. consi. lviij.
in ij. xlix. in iiij. in fin. Nec refert, an filius fuerit
naturalis, an spurius: abolita enim macula, rema
net suus hæres, sentiuntque hoc omnes ferè in d.
rub. de liber. & posthu. & licet Soc. vt supra dixi
in d. rub. dissentiat, tamen solus est in hac opinio
ne, & non mouetur bona ratione, quia † quam- F
8 uis in radice matrimonii lex prouidere nequeat,
potest tamen fingere esse prouisum. l. j. C. ad leg.
Viscel. † Idemque operatur talis fictio, quod veri-
9 tas. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. in princ. capit.
ad audientiam. de cler. non resid. succeduntque
isti tanquam filij, & quidem cum beneficio suita-
tis, non autem tanquam agnati, vt Soc. malè cre-
didit. d. §. j. Insti. de her. quæ ab intes. Nec etiam lex
tali legitimationi restitit, vt ipse credidit, nisi cum
absque principis auctoritate hat, damnauitque Iu- G
stinianus Constantini legem, quæ istis imperialis
beneficentiæ mansuetudinem auferebat. §. final.
in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. censeturque prin
ceps tali prohibitioni legitimando derogasse, cer-
taque eius scientia sufficit. l. item Vlpianus. §. j. de
excus. tutor. Pau. de Cast. consil. cij. incip. viden
10 dum. versic. iij. in nouissimis, vol. ij. nec verum est
talem legitimationem esse odiosam, imò commu
nis opinio est, quod sit fauorabilis, secundum Bar.

CONSIL. LXII. SVMMA.

1 *Vsufructus statim mortuo testatore debetur.*
2 *Aequiparatio varie probatur.*
3 *Dictio & eo amplius, est repetitiua præcedentium.*
4 *Præsumitur paritas affectionis, erga pares in gradu.*
5 *Argumentum à verisimili valet.*
6 *Vna pars legati declarat aliam.*
7 *Dispositio cum aliqua qualitate concepta, regulariter non habet locum, si ea qualitas non adsit.*
8 *Quando verba legis non possunt verificari ex toto, saltem dispositio habet locum quatenùs possunt verificari.*
9 *In vltimis voluntatibus propter mentem testantis relictum, sub conditione, etiam non eueniente conditione, quandoque debetur.*
10 *Verba hæc vidualiter viuendo, quomodo interpretari debeant.*
11 *Verba cum vidua erit, quid significent.*
12 *Imperitia Notarij, non debet nocere partibus.*
13 *Executor in testamento potest declarare voluntatem defuncti.*
14 *Boues censentur instrumenta ad seminandum.*
15 *Appellatione bonorum, veniunt se mouentia.*

His verbis legati facti. d Blanche, eis-
que diligenter consideratis, existi-
maui † vlumfructū possessionis, de
qua agitur, statim à morte testato-
ris ei deberi, nec viduitatem esse ex-
pectandam: apparet enim variis coniecturis ta-
lem fuisse testatoris voluntatem. Primò, quia te-
stator tale legatum redegit ad similitudinem le-
gati facti. d. Constantiæ, in quo verba sunt adeò
clara, vt nullam difficultatem recipiunt gloss. in
l. continuus. §. cum quis. de verborum obligatio-
nibus. Probatur autem † æquiparatio ex dictio-
ne similiter. in principio legati posita auth. simi-
liter. C. ad l. Falc. cap. capitulum. vbi Fel. extra
de reser. l. non solùm. §. qui primipilum. vbi Bald.
ff. de exc. tut. deinde ex illis verbis, *His modis & con-
ditionibus*: quæ generalia sunt & ad omnimodam si-
militu-

BIU Cujas

militudinem referuntur. Rursus ex dictione *Item* ꝯ *amplius*. quæ est repetitiua præcedentium. l. si tibi pure. vbi Bar. ff. de leg. iij. Itemque inferius in verbo. *Et pariter relinquit, &c.* l. j. vbi no. C. com. de succ. venerabilem. §. quod autem. de lect. quibus clausulis satis manifestè deprehenditur mens testatoris, volentis etiam d. Blancam statim, & purè admitti. sicut d. Constantia statim vocabatur. Cõfirmatur quæ hæc interpretatio ex paritate affectionis, quæ † præsumitur erga istas mulieres pari gradu sibi conjunctas. arg. l. vt liberis. cum ibi not. C. de col. auth. post Fratres. ij. C. de legit. hæred. l. Publius. de cond. & demonst. Suadetur etiam ex verisimilitudine rei, quia non est † verisimile, quod testator voluerit inducere in animum neptis suæ, vt expectaret mortem mariti priusquam aliquid posset ex dictis bonis habere. arg. l. interstipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligat. l. ij. §. interdum. ff. de vulg. Maxime cum talis euentus sit turpis, & non verisimiliter a testatore consideratus. arg. l. ij. cum ibi not. C. de indic. vid. toll. Et apparet de ipsa mente testatoris, volentis eam omnino habere, etiam si possessio esset feudalis: cum tamen aliàs nihil haberet, si prædecederet vnq. Pro quo etiam facit quia in sequenti clausula prouidet de domo expressè in casum viduitatis, & mortis d. Francisci, quando ipsa non posset habitare commodè, &c. vnde sicut expressit hoc tali casu, si ita sensisset in primo etiam expressè loquutus esset in casum mortis d. Francisci, ex † secũda igitur parte legati declaratur pars præcedens. l. si seruus plurium. §. fin. ff. leg. j. quia sicut dixit in iij. cap. ita etiam expressisset in primo. l. vnica. §. finaliter ad deficientis. C. de cad. toll. Et certè suprascripta sententia nullam haberet dubitationem, nisi in legato dicti vsusfructus adesset clausula. *ipsa viuente castè, vidualiter, & honestè.* quæ verba videntur propter qualitatem viduitatis legatum ipsum restringere post mortem mariti. Difficultas ergo omnis in præsenti casu est, quomodo respondeamus ad dictam clausulam. Et sciendum est, licet regulariter † dispositio cum aliqua qualitate concepta, si ea non adsit locum non habeat. l. Falcinius. §. j. ex quib. caus. in poss. l. in delictis. §. j. de noxal. tamẽ hoc est intelligendũ cùm talis qualitas verisimiliter substantiã rei respicit: secùs si. extrinsecus aliqua alia ratione adiecta proponatur, vt declarat Bald. in l. Titia. ff. sol. mat. quia ratione conditio in lege apposita, licet aliàs substantialis videatur: tamen quandoque modici momenti est, nec formam, aut ordinem necessitatis inducit. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de reiud. declarat. Ias. in l. ij. §. priùs. ff. de vulg. & pup. vt si qualitas loco exẽpli apponatur. l. j. §. quod vulgo. ff. quod vi aut clã. vel causa frequentioris vsus. gloss. auth. cassa. C. de sac. san. eccl. vel quia appareat generaliter aliquid prius esse constitutum. l. regula. §. licet. de iur. ign. vel quia tractetur de æquiparatione: tunc enim fit illa æquiparatio, quatenus verba proferuntur in obseruata illa qualitate. l. j. §. lex Falcidia. vbi Imol. Alexan. & cæteri declarant. ff. ad leg. Falcid. Vnde solet dici, quòd † quando verba legis non possunt verificari ex toto saltem dispositio habet locum, quatenus possunt verificari, secundum gl. in c. j. verb. primitiæ. ext. de decim. & gloss. in clem. j. verb. fructus. de vsur. Rom. consil. cccxxxiiij. Felin. c. nonnulli. in princ. de rescr. Decius. quæst. extrauag. Et hoc procedit etiam in † vltimis voluntatibus, in quibus propter mentem testantis relictum sub conditione, etiam non eueniente conditione, quandoque debetur, vt est gloss. in l. j. C. de inst. & substit. per text. in l. talem. in princ. ff. de hæred. instit. non ergo semper ad qualitatem attendendum est, sed potissimùm ad testatoris mẽtem. l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. l. iij. C. de lib. præter. idque siue de conditione agatur, siue modo adimplendo, prout in casu nostro, quia illa verba ipsa viuente castè, vidualiter, &c. videntur potiùs ad modum pertinere quàm conditionem in casu nostro, secundum doctr. Bart. in l. quibusdiebus. §. fin. ff. de cond. & de. per Bal. in auth. qui relictum. C. de ind. vid. toll. His sic præmissis. Primo ad suprascriptam difficultatem respondeo, quod illa † verba, *Vidualiter viuendo.* intelliguntur more viduarum: quia ista aduerbia desoendentia à denominatiuis hanc habent significationem, vt viuere regaliter, id est, more regum, agit meretricaliter, id est, more meretricum, episcopaliter, more episcoporum, & similia. arg. gl. in l. merces. ff. de verb. sig. in l. quod Nerua. ff. de po. & quod not. Lucas de Penna. in l. fi. C. de manc. & col. lib. xj. vt de aliud est dicere, † cum vidua erit: quia istud refertur ad substantiam ipsam, & ex vi verborum oporter, vt sit vidua. l. fin. C. de ind. vid. toll. aliud vt vidualiter viuat: quia istud non ad personæ substantiam, sed ad qualitatem refertur, vt quamuis non sit vidua, viuat tamen vidualiter, id est continenter, quod proprium est viduarum, secundum Bal. in l. decreto. C. ex quibus cau. inf. irrog. sicut potest laicus viuere sacerdotaliter, id est, more sacerdotum, quamuis non sit sacerdos, meritò ergo illa verba etiam ex proprietate sermonis, non inferunt quod expectetur, vt sit vidua. Secundò respondeo, quod sicut ex proprietate verborum nõ est expectanda viduitas, vt ibi dixi: ita nec ex mente testatoris, siquidem hæc conditio, *Donec vitam vidualem seruauerit.* verificatur etiam in ea, quæ non seruat hanc vitam, dum tamen secundum intentionem testatoris viuat, vt si monasteriũ ingrediatur, secundum Bald. in l. Deo nobis. ver. iuxta prædicta. C. de epis. & cle. nec enim potest tunc dici vidua, quæ Christum sponsum habet secundum eũ, sed istud est propter mentẽ testatoris, quæ mẽs videtur etiam in casu nostro fuisse per suprædicta. Et possunt verificari illa verba, vidualiter, quãdo contingat viduam esse, cũ enim legatũ vsusfructus habeat tractũ tẽporis l. cum in annos. ff. de ann. leg. Cur. Sen. cons. xiiij. & seq. debent illa verba singula singulis temporibus aptari. argumen. l. quoties. versic. nec mutat. C. famil. ercis. cui. per Dec. cons. dxlvj. in fin. vt viuat castè cum nupta erit, & vidualiter, id est, cum vidua erit, viuat honestè, prout etiam dicitur in l. mulier. §. cum proponeretur. vbi Alexand. & cæteri. ff. ad Treb. Tertiò respondetur, quod hoc aduerbium vidualiter, est adiectum per imperitiã notarij, qui assumpsit ex formulario verba, quibus mariti legant vxoribus vsumfructum, & non aduertit, q̃ iste non erat maritus, sed patruus, post cuius patrui mortem legataria non remansisset vidua, sicut remaneret post mortem viri, & huiusmodi † imperitia notarij, non debet nocere partibus. l. errore. C. de test. l. Imperator. vbi Bald. ff. de stat. ho. per Barto. in l. j. q. vj. ff. de iure cod. Ripa. in Cent. nu. lxxx. ff. de vulg. imò talis dictio debet haberi prout non adiecta. l. quæ extrinsecus. ff. de verb. ob. & quod not. Paul. de Cast. cõs. cxiij. substitutio prædicta. aliàs cons. cxliij. in ij. & talis imperitia arguitur non solùm ex eo, quod notarius lingua vulgari confecit documentum tanquam nesciret latinè, sed etiam ex aliis erro-

ribus, qui per discursum testamenti leguntur. Vltimò cum magnificus Aluarotus executor testamenti, deputatus à testatore, fecerit hanc possessionem relaxari huic legatariæ, & in effectu declarauerit, non esse expectandam hanc vitam vidualem, debent domini iudices eius exemplum imitari, qui cum sit † exequutor, potuit sic declarare voluntatem defuncti. c. cum tibi. extra, de testam. l. Theopompus. ff. de dote præleg. & per Bald. consil. cclix. incip. super primo. in iiij. volum. Circa aliud quæsitum de bobus, existentibus in dicta possessione censeatur eorum quoque vsusfructus legatus? & decisio est Bald. in l. ij. C. de verb. signific. vbi Flor. idē dicit, vbi concludit, quod sic, quia † censentur instrumenta ad seminandum. tex. in l. sed & si quid. §. proprietatis. ff. de vsufr. & ita tenet etiam Raph. Fulg. in l. item si fundi. §. seminarios. per illum text. ff. eod. tit. & hoc maximè est dicendum in casu nostro præsuppositio, quòd istud legatum redigatur ad similitudinem legati d. Constantiæ, secundum supradicta. in eius enim legato, verba sunt largiora, scilicet, quod reliquit vsumfructum possessionis terrarum domuū, & bonorum, &c. † appellatione enim bonorum veniunt maximè mouentia mouentium. vbi doct. de verb. sig. & ita mihi videtur de iure esse dicendum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXIII. SVMMÆ.

1 *Verba domina, patrona, & vsufructuaria, concepta de re particulari non solùm important præeminentiam, & alimenta, sed etiam vsufructum formalem.*
2 *Aduersarij confessioni standum est.*
3 *Dictio domina, refertur ad simplicem præeminentiam, non ad proprietatem.*
4 *Eligens semel non debet amplius variare.*
5 *Qui consequitur legatum iure stipulationis, potest transmittere in suos hæredes.*
6 *In eiusdem persona non potest concurrere proprietas, & vsufructus.*
7 *Conditio est quædam qualitas.*
8 *Rei non existentis, nullæ sunt qualitates.*
9 *Cedere non possumus quod nondum habuimus.*
10 *Iuramentum purgat omne vitium, vt actus sustineatur.*
11 *Vxor relicta domina, & vsufructuaria in rebus particularibus, habet electionem proprietatis, vel vsufructus.*
12 *L. si Titio fundus de vsuf. leg. declar.*
13 *Melioramenta hæredi præstanda.*
14 *Executio rei iudicatæ propter exceptionem, quæ liquida non est, retardari non debet.*



Estatoris inspecta mente, & secundū veros iuris terminos præsens casus satis clarus, & perspicuus est in fauorem nobilis Bernardi, agentis ad fideicommissum sibi delatum ex testamento patris. Et in primis † illa verba *Reliquit Pometam vxorem donam dominam, & patronam, ac vsufructuariam massariæ, &c.* cùm concepta sint de re particulari, non important solam præeminentiam, & alimenta secundùm consuetudinem Bulgari, sed etiam vsumfructum formalem, remanente proprietate apud Paulum hæredem, vt concludit Bart. post Odfr. in l. Titia testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de leg. ij. versic. sed si reliquo eam. & idem Bart. in l. j. seu in auth. hoc locum. ver. ad secundum. & vers. si autem maritus. C. si sec. nupt. mul. & ibi Albe. de Ros. Aret. cos. xl. Picus in rep. d. §. Titia. ver. iiij. limitat. & ita communiter teneri attestatur. Car. Parl. consil. xcvij. nu. xv. in ij. & ita etiam intellexerūt ipsæ partes, quæ semper habuerunt dominam Pometam, pro vsufructuaria dictorum bonorū, vt apparet ex renuntiatione per ipsam Pometam Neapoli facta, & ex productione libelli per Paulū, facta sub domino potestate Genuæ anno. 1536. vbi simpliciter eam appellat vsufructuariā, cui confessioni videtur † standū, iuxta l. cū precum. eū ibi not. C. de lib. caus. Et puto istā conclusionē esse certissimam. Nec obstat, quod videatur data electio Pometæ, an illis bonis, velit esse vsufructuaria, an proprietaria? Et copulā resoluatur in disiunctā. l. si Titio fundus ff. de vsufr. leg. Respondeo hoc posset procedere, quando constaret etiā proprietatem relictā, sed illa verba dominam, & patronā, hoc nō significant, sed simplicem præeminentiam, dicit Bart. in d. §. Titia cū nuberet, cum quo transeunt ibi doct. Secundò respondeo, quod Iac. de Bel. Butrig. Alb. & Dyn. in l. j. qui tenuerunt locū esse electioni, per d. l. si Titio. non loquuntur in casu nostro, id est, in legato rei particularis, sed quando vxor cōstituta est domina, & massaria in vniuersis bonis institutis hæredibus extraneis, qui non est casus noster, in quo sunt instituti filij, & mulier in re particulari constituta domina, & vsufructuaria. Tertiò dico, quod illa opin. Dyn. Iac. & Alb. est communiter reprobata: quia institutis extraneis, mulier habet duraxat vsumfructum: non autem habet electionem proprietatis, quia † dictio illa, domina, refertur ad simplicem præeminentiam, non ad propritatē, prout tenuit Bart. post Odo. in d. §. Titia cùm nuberet. & facit etiam opi. Nic. de Mattarelis, quem refert, & sequitur Bald. in l. fin. C. de ind. vid. tol. & Sal. in d. auth. hoc locum. Ang. de Aret. in trac. de test. verb. item reliquit. d. Benedictū in princ. Ioan. Durantis. in titul. de legat. cau. xlix. in fin. Et certè in iudicando non est recedendum ab ista opin. Bartol. quæ communiter est approbata, quem consulendo sequitur in casu fortiori. Dec. cclxxviij. nu. iiij. Et licet Soc. in quadam subscriptione, num. ccx. in ij. aliter dixerit, tamen infra respondebo. Quartò respondeo, quod etiam si dicta opin. esset vera, tamen nihil obstaret in casu nostro cùm appareat, quod d. Pometa elegerit, quod sit vsufructuaria, vt apparet ex instrumento facto Neapoli, & ex libello d. Pauli, de quibus suprā, & talis † electio trahit secum executionem, vnde amplius non admittitur variatio. l. apud Aufidium. ff. de opt. leg. Nec obst. q. d. Paulus videatur † hoc legatum consequutus iure stipulationis ab ipsa d. Pometa. vnde illud potuit transmittere in hæredes suos. antequam veniat conditio, id est, mors Pometæ. l. cū pater. §. ab instituto. vbi Bald. & Ca. de leg. ij. quia respondeo, q, cum suprà concluſimus, q, d. Pometæ solus vsusfructus esset relictus, & consequenter d. Paulus esset proprietarius, illa stipulatio d. Pauli non potuit acquirere dictum vsumfructum sibi, vel successoribus, sed statim vsufructus est extinctus, cum non possit † in eiusdem persona concurrere proprietas, & vsusfructus. l. vti frui. ff. si vsusfru. pet. vt sunt notissimi termini iuris, & ideo extincto vsufructu, frustrà expectaretur conditio rei extinctæ adiecta: cùm † conditio sit quædā qualitas secundùm Bar. in l. j. in prin. de cond. & dem. † rei autem non existentis nullæ sunt qualitates. l. pen. ff. si cer. pet. vbi doc. facit text. in l. si quis. ita hæres scriptus fuerit. ff. de acq. hær. vnde infertur, quomodocunque dicamus, seu d. Pometa, nunquam agnouerit legatum, sed repudiauerit, seu agno-

agnouerit, sed renunciauerit, seu cesserit, ipsi d. Paulo, quòd semper, & omni casu extinctus sit vsusfructus, & consolidatus proprietati de cessione est tex. clarus. in §. finitur. ver. non finitur. ff. de vsufr. multò magis in repudiatione, per quam legatum à principio extinguitur, & habetur perinde ac si à principio nũquam esset factum. l. legatarius. §. j. de l. j. Fateor tamen, quod in casu nostro potius est renunciatio, vt videatur d. Pometa accepta sse, ex quo dicit se cedere, quæ cessio arguit acquisitionem iam factam † cum cedere non possimus, quod nondum habuimus. l. fuit quæstionis. de acquirend. hæred. l. si auia. vbi notatur. ff. de iure delib. per Socinum cõs. xxxiiij. in iiij. Cornæus ccxj. in ij. Nec dicatur talem renunciationem non valuisse obstante statuto Genuæ: quia † iuramentum purgat hoc vitium, vt sustineatur actus. c. cum cõtingat. vbi Abbas, & cæteri. extra de iureiur. Fortius mihi videtur, quod fideicommissum istud primogenito masculo factum post mortem Pometæ, vel si transiuerit ad secunda nota, habeat locum stante facta renunciatione, vt dispositio testatoris, loquens de morte, vel secundis nuptijs habeat locũ etiam in renunciatione. iuxta. l. mulier. ff. ad Trebell. l. si mater. C. de inst. & subst. l. fi. C. de don. quę sub mo. ideò mors d. Pometæ nõ videtur expectãda, nisi quando tale relictũ fuisset factum in odiũ filij, vt declarat Pet. & Raph. Co. in l. fideicommissa. §. cui ita. de leg. iij. & quæ no. Soc. consil. xxx. in iij. illa enim conditio donec vixerit, non attenditur, sed statim locus est fideicommisso, vt est quæstio disputata per Rich. Mal. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de sec. nup. in rub. cum concord. per Alex. d. l. mulier. in princ. & hoc propter mentem testatoris, quæ satis manifesta est in casu isto, qui exceptâ vxore, voluit semper bona ipsa permanere in primogenito masculo, & illam conditionem donec vixerit Pometa, apposuit fauore ipsius, non autem fauore vxoris ipsius Pauli. Vltimò, quia suprascriptæ conclusioni plurimum obstat, quod in sua subscriptione dixit Soc. in alleg. conf. ccx. vbi tenent q, † vxor relicta domina vsufructuaria in rebus particularibus, habet electionem proprietatis, vel vsusfructus. arg. l. si Titio fundus. ff. de vsufruct. leg. & in primis mouetur, quod ista fuit communis opinio antiquorum, &c. respondeo non loquebantur in relicto rei particularis, sed quando constituta erat domina, & vsufructuaria omnium bonorum. Et quamuis esset communis antiquorum, tamen post Bart. desijt esse communis. Secundò mouetur auctoritate Bald. Imol. & Raph. in d. §. Titia cum nuberet. vbi dicunt quod dicta † l. si Titio fundus procedit in legato alicuius rei certę, quando ei proprietas, & vsusfructus coniunctim est relictus. Respondeo loquuntur, quando constat proprietatem relictam. Sed in casu nostro non constat: quia dictio domina refertur ad solã præeminentiam, vt dicit Bart. in d. §. Titia. Tertiò mouetur, quia istud videtur esse de mente Bart. in d. §. Titia dum alleg. d. l. si Titio fundum. Respondeo imò Bart. totum oppositum dicit post Odofr. vbi formaliter tenet, quod debet habere vsumfructũ, non autẽ proprietatẽ. Quartò adducit, quòd cessat ratio Bart: quod non sit verisimile, quod testator dominium omnium rerum abdicare ab hærede noluerit. Respondeo. Bart. ad casum nostrum aliam rationem adducit scilicet, quòd dictio dominam, non ad proprietatem refertur, sed ad quandam præeminentiam, quæ ratio militat in casu nostro. §. affinitatis. inst. de nup. & ideo concludendũ est contra Soc. nec recedẽdum ab opin. Bart. cum quã cæteri magis communiter transeũt, vt suprà dixi. Et ista mihi videntur sufficere in præsenti casu, licet multa in contrarium adducta fuerint per dom. aduocatos aduersantes, qui mihi videntur nodũ in scirpo quæsiuisse, sed eorum obiecta facilè ex suprascriptis tolluntur. Circa meliorationes, † quæ asseruntur, factæ ab ipso d. Pau. non est dubitandum, quin fideic. earum æstimationem præstare hæredi teneatur, iuxta l. domos. ff. de leg. j. Sed est sciendum regulam iuris esse, vt exequutio † rei indicatæ propter talem exceptionem, quę liquida non est, retardari non debeat. l. iiij. §. j. & §. seq. ff. de re iudi. & ideo si in casu nostro non sit liquidum, quæ meliorationes sint factæ, & an voluptariæ sint, an verò vtiles, & necessariæ erit restituendum fideicommissum do. Bernardo, deponenti certam summam, puta quinque aureos, & fide iubenti pro residuo, quãdo erit declaratum, per tex. in l. statu liber rationem. ff. de statu lib. & quæ per illũ text. accumulat Ias. in l. quod te. ff. si cert. pet. per And. Sic. conf. xxxvj. in ij. & ita consuluit Paul. Cast. consil. cccxxvij. viso instrumento. & sum sequutus in d. l. quod te. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXIIII. SVMMÆ.

1 *Obligatio incipiens post mortem, regulariter valet.*
2 *Quod quis post mortem de patrimonio suo disponat, concessum est speciali quadam indulgentia.*
3 *Qui beneficio legis vti vult, eius formam seruare debet.*
4 *Non valet pactum, cum quis pacisci vt filius, vel agnatus sibi succedat.*
5 *Hæreditates transferuntur authoritate iuris publici, non autem per conuentiones contrahentium.*
6 *Fideicommissum non potest per viam conuentionis inter uiuos fieri.*
7 *De vltimarum voluntatum substantia est, vt sint ambulatoriæ & reuocabiles.*
8 *Iuramentum non potest supplere iuris publici formam.*
9 *Alienatio, quæ fit per testamentum, dicitur fieri in vita.*
10 *Libera debet esse facultas testãdi, quia hoc ad bonos mores pertinet.*
11 *Clausula omni meliori modo, non plus operatur, quàm iuramentum.*

Reuiter visa instructione, quæritur, an d. Laurẽtius, qui in diuisione nepotum suorum assignauit etiã propria bona, volens vt iure perpetui fideicõmissi inter viuos facti vsque in infinitum conseruentur descendentibus masculis, &c. videretur prima fronte valere talem diuisionem, & fideicõmissum, sicut † regulariter valeret obligatio incipiens post mortem iuxta l. j. ff. vt act. ab hæred. & consuluit Oldr. cõs. cxxxix. & quod notat. Ang. cõs. v. & Ale. cons. lviij. in §. in simili per Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & hoc maximè videretur dicendum stante iuramento, prędicta omnia & singula rata habere: quòd iuramentum videtur confirmare talem conuentionẽ: vt per Io. And. in c. qui semel. de regu. iur. in vj. Alex. d. l. stipulatio hoc modo concepta. Sed tamen puto contrariã opinionẽ esse veriorẽ, & licere do. Laurentio testari arbitrio suo, & disponere in quencunque etiam extraneum, non obstante dicta conuentione, quæ ipso iure est nulla. Cum enim eius verba non inducant promissionẽ, aut obligationẽ ex persona sua, sed

duntaxat obuentionē bonorū, nō valet talis actus secundùm Bar. cons. ccxij. incip. promitto tibi, & ei mihi. Alex. consi. xxviij. in iij. Dec. in l. pactū. C. de collat. & est ratio, quia † quod quis post mortē de patrimonio suo disponat, concessum est speciali quadam indulgentia, secundùm gl. in l. illa institutio. ff. de hæred. insti. Ias. in rubr. C. qui testa. fac. pos. vnde non potest hoc fieri, nisi secundū modū à lege statutū, videlicet per testamenta, & codicillos: vnde repræsentari defuncti ipsius persona possit, † qui igitur beneficio legis vti velit, eius formā quoque seruare debet, non autem per pacta & cōuentiones hæreditatem transferre. Et ideò lex ait † non valere pactū cū quis paciscitur vt filia, vel agnatus tibi succedat. l. hæreditas. C. de pact. conuent. & quia † hæreditates transferuntur auctoritate iuris publici, non autem per conuentiones contrahentiū. l. fi. ff. de suis & legit. nec vlla est differētia inter hæreditates directas, vel fideicommissarias, nam † neque fideic. potest per viam conuentionis, & inter viuos fieri. Bar. in d. cōs. ccxij. loquitur in fideic. & Ange. consil. lxvj. Fulg. consi. lxxiij. Alex. consil. lxxxiij. in ij. vol. vnde cōstat fideicommissum non posse induci inter viuos: & si inducatur est nullū, & reuocabile ad nutū testatoris: cum † de vltimarū voluntatum substantia sit, vt sint ambulatoriæ, & reuocabiles. d. l. stipulatio hoc modo. l. j. C. de sacrosan. eccle. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. Nec confirmatur talis conuentio per iusiurandū: cum enim præsupponamus in hac diuisione bonorū obuentionem simpliciter inductā, iuramentū † non potest supplere iuris publici formam. l. ius publicū. ff. de pact. per Bar. in l. si quis pro eo. de fideiuss. versic. j. dixi. Dec. consil. clxxxiiij. & tradunt communiter Modern. in l. pactum quod dotali. vbi dixi. C. de pact. Et maximè hoc est dicendū in casu nostro, in quo do. Laurentius apposuit protestationem, quod non intendebat in aliquo sibi viuenti præiudicare, tam in vsufructu, quam in dominio: quib. verbis videtur sibi reseruasse facultatem testāndi arbitrio suo: cùm enim reseruet dominiū illud, est ius liberè disponēdi de re sua, secundū Bar. in l. si quis vi. §. differentia. de acqui. poss. & † alienatio quæ fit per testamētum dicitur fieri in vita, secundū Soc. consil. cxxiij. in iij. Bald. in authen. contra rogatus. C. ad Trebel. & quæ habentur per Alexand. in l. à filia. in fi. ff. ad senatusc. Trebel. Nec obstant supra in contrarium allegata, quia procedunt, quando obligatio per viam promissionis incipit in persona ipsius se obligantis post mortem. d. l. j. C. vt act. ab heredib. & ita loquitur Old. d. cons. cxxxix. & distinguit Alexand. consil. lxxxiij. in ij. Secus quando verba respiciunt simplicem obuentionem bonorum, vt supra dixi, prout in casu nostro, in quo dicitur cupiens, vt eius bona transeant in nepotes, & eorum descendentes, &c. & rursus volens bona ipsorum nepotum conseruari, &c. vt nunquā transeant, &c. rursus quibus verbis apparet simplicem bonorum obuentionem induci, non autē ipsum d. Laurentium, se in aliquo obligare. Nec obstat quod interuenerit iuramentum, quia (vt suprà dixi) non idem confirmatur talis conuentio, secundùm communem opi. quam sum sequutus in d. l. pactum quod dotali. & doctores consentiunt non confirmari iuramento tale pactum, per rationem d. l. hæreditas, solum dubitant, an contraueniens dicatur periurus, adeò quod necessaria sit illi absolutio, & Alexander in d. l. stipulatio hoc modo contra, tenet necessariam esse absolutionē, & ideo putarem consulrè facturum dominum Laurentiū, si ab ipiscopo talem absolutionem impetraret: quā uis etiam ea non impetrata, dictum pactum non valeat, & posset ipse arbitrio suo testari: cum † libera debeat esse testandi facultas, quia hoc ad bonos mores pertinet, d. l. stipulatio hoc modo. & nō solum non debeat tolli ea libertas, sed etiam non possit minui, aut restringi. l. si fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. Nec obstat, quod in dicto instrumento adsit clausula vulgaris † omni meliori modo, &c. quia talis clausula non plus operatur, quàm iuramentum. l. cùm pater. §. filius matrem. de legat iij. vnde sicut non confirmatus tale pactum iuramento, (vt suprà dixi) ita nec per talē clausulam, quæ non supplet, qñ modus intentatus est ineptus, secundum Fel. in c. cū super in fi. extra de officio deleg. quod est verisimum in ijs, quæ à facultate partium non pendent: sed à publici iuris auctoritate. d. l. fin. de suis & legitim. l. si quando. §. j. C. de inoffi. testam.

CONSIL. LXVI. SVMMA.

1 *Hæreditates, & fideicommissa per media testamentorum, & codicillorum à iure publico inuenta, non autem per pacta deferri possunt.*

2 *Nemo per procuratorem potest testari, vel codicillari, vel successionem dare.*

3 *Voluntas captatoria est contra bonos mores.*

4 *In his quæ cocernunt particularem scientiam ipsius principalis non sufficit scientia procuratoris, sed specialiter intimandus est actus principali.*

BReuiter agendo sentio pactum, de quo in dicto procuratorio nullius esse momenti: cum enim verba dicāt, q̄ morientibus filij Mariæ proximiores de tali domo habeāt, & recipiāt, successionem & hæreditatem, &c. apparet per tale pactum induci obuentionem hereditatis, quo casu pactum est nullum, quia † hæreditates, & fideicomissa per media testamentorum, & codicillorum à iure publico inuenta, non autem per pacta deferri possunt. l. hæreditas. C. de pac. con. Et ideo vbi ex eis pactis defertur obuentio bonorum, vel partis successionis, nihil valēt, vt consuluit Bart. consilio ccxij. & in l. fi. C. de pac. Alex. l. stipulatio hoc modo cōcepta. de verb. oblig. cōsilio xxviij. in iij. Dec. consilio clxxxiiij. doctores cap. j. §. si filij. si de feud. fuerit contro. Et licet aliqua dubitatio sit inter doctores, quando partes ipsæ promittunt se post mortem restituros, &c. tamen quando verba pacti sonant in obuentionem bonorum (prout in casu nostro) nulla est difficultas. Et ideo etiam si ipsa Maria ita expressim conueniisset, nihilominus nullum ius ad istos agnatos ex tali pacto pertinere potuisset, maximè cum ipsa huiusmodi agnatis acquirere, aut stipulari non potuerit. l. pactum dotale. C. de pact. conuen. Baldus l. cum à socero. C. de iure dot. & quod habetur per doctores in l. quod dicitur. de verb. obl. Fortius igitur tale pactum valere non debet, quod ab ipso procuratore factum est, idque tribus rationibus. Prima est, quia tale pactum successionem inducit, vnde non valuisset, neque mandatum speciale huius rei: cum † nemo per procuratorem possit testari, vel codicillari, vel successionem dare. l. per procuratorem. alias incip. Paulus respondit. ff. de acqui. hære. imò talis † voluntas esset captatoria, & contra bonos mores. l. captatorias. C. de

de testa.milit.l.captatorias.ff.de hæred.instit.Secunda quia non apparet, quod ista mulier vnquam habuerit notitiam talis pacti, & consequenter defertur talis successio absque eo, quod apparet eam ita sensisse. Nos autem in iure habemus, quod † in his quæ concernunt particularem scientiam ipsius principalis, non sufficit scientia procuratoris, sed specialiter intimandus est actus principali glo. in clementina causam in verb.appellatū. de elect. facit text.in litem veniunt.§.petitam.ij. vbi Bald. & doctores.ff.de petit.hæred. Tertia ratio est, quia quod iste pacisceretur in fauorem agnatorum, est penitus alienum à mandato, quia potius debuit reseruari ius ipsi mulieri, & relinquere illi liberam disponendi de dictis bonis facultatem, vt per doctores.in l. cum procurator. in princip. de oper. no. nuntiat. cum ista restrictio non censeatur mandata procuratori, vel communicata socio. l. si fratres.§.idem respondit societatem. ff. pro socio. & ideo ex defectu mandati etiam deficit efficacia dicti pacti. Vltimò esset durū credere, quod mens matris fuerit inijcere laqueum fideicōmissi filio suo per huiusmodi ambages pactionum: & ideo suadente æquitate naturali, dicendum est licere ipsi filio disponere de dictis bonis ad suī beneplacitū per supradicta. Quæ omnia (si opus fuerit) latiùs à me deducentur: in præsentia satis fuit, huic nobili morem gerere, summariè quid tali casu sentirem perquirenti. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVI. SVMMÆ.

Per secundum testamentum prius ipso iure sublatum censetur.

1 *Non valet pactum, non solum tollens facultatem testandi, sed etiam aliquo modo restringens.*
2 *Quem non honoro, grauare non possum.*
3 *Instituto renunciatio opponi non potest.*
4 *Ignorantiam ex causis non probabilem.*
5 *Qui scit testamentum, præsumitur etiam scire fideicommissum in eo appositum.*
6 *Verba præteritis controuersiis, non debent extendi ad futuras.*
7 *Renunciationem fideicommissi non præsumi.*
8 *Renuntiatio matris de fideicommisso conditionali intelligitur, si sibi delatum fuerit.*
9 *Verba & bona quantum supererit restituantur, quid importent.*
10 *Quando omnia bona supersunt, vt quia hæres non alienauit omnia debent restitui, deducta quarta Trebellianica per hæredem.*
11 *Testator potest prohibere detractionem Trebellianicæ, secundum magis communem opinionem.*
12 *Quando testator dicit, quod integra hæreditas debet restitui, vel quod restituatur sine diminutione, non potest deduci Trebellianica.*
13 *Alienatio facta per hæredem in dubio, præsumitur facta in fraudem fideicommissi.*
14 *Correctiones odiosæ sunt euitandæ.*
15 *Paria sunt non esse, vel probatum non fuisse.*
16 *Iudex acta sequi debet.*
17 *Fideicommissarius habet spem probabilem, quæ æquiparatur iuri quæsito.*
18 *Dictio perfectus, exponitur pro probo & iusto.*
19 *In rebus quodammodo vniuersalibus precium succedit loco rei.*
20 *Fructus nunquam fuerunt hæreditatis.*
21 *Verbum peruenit, quid.*
22 *Dictio bonis mixtis, quid.*

Cons. Andr. Alc.

IN casu ad nos de Basilea Germaniæ transmisso, tā elegāter & diffusè allegatum fuit, per clarissimum iurisconsultum dominum Claudiū Cantiunculā, vt merito sola subscriptione eius contenti debuerim esse contentus. Nihil enim in proposita specie summus ille vir omisit, quod ad veritatis explanationem pertineret: sed quia in hoc præsertim precibus adactus sum, vt sententiæ meæ rationes quoque publicarem, morem partibus gerendum duxi, paucisque insistam, eos imitatus, qui post optimorum vindemiatorum diligentem operam, racemationes colligunt. est igitur hoc in casu de pluribus dubitationibus perspiciendum. Prima dubitatio est, vtrius fideicommissi ratio habenda sit, an eius quod Constantiæ factum est, an verò quod deinde Basileæ, & solum Basiliense spectandum crediderim: cum enim posterius sit, videtur illud debere obseruari, cum per secundum testamentum † prius ipso iure sublatum censentur.§.j.instituta, quibus modis testa. infir. Et hoc procedit, etiam si in priore testamento esset clausula codicillaris: deficit enim nihilominus in totum, vt declarat Bartol.in l.j.in xv. quæstione.ff.de iure codicill. Item procedit etiam si testator non reseruasset sibi facultatem illud tollendi, nisi certo in casu, talis enim reseruatio non valet: quia cum respiciat non simpliciter voluntatem, sed nocentiam testandi, huiusmodi clausula penitus est nulla: vt concludit Bart. post Iacob.de Aren.in l.si quis in principio testamenti.ff. de legat.iij. tolleretur enim libera facultas testandi, quæ libertas non solum est in tota hæreditate, sed etiam in parte. Vnde ista ratione dicunt doctores, † nō valere pactū, non solùm tollens facultatem testandi, sed etiam aliquo modo restringens. l.cum duobus. aliàs est l.si fratres.§. idem respondit.ff. pro socio l. pactum quod dotali, C. de pact. per Bart.in l.qui superstitis.ff.de acquir. hære. Præterea cum in testamento Constantiensi, non constet aliquid fuisse domino Marquardo relictum, fideicommissum illi iniunctum non tenet: quia † quem non honoro, grauare non possum.l.ab eo. C. de fideicommiss. per Bartol. in l. cum filio. ff. de legat. & fideicom.j. Secunda dubitatio est, dato q̄ testamentum Basileæ conditum debeat obseruari, an Beatrix filia testatoris, & consequenter eius hęredes esset ab hæreditate repellenda, propter renuntiationem in manibus patris factam? Et dicendum est quod non, cùm enim fuerit deinde † instituta à patre, non potest sibi amplius opponi de renuntiatione, vt concludit Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta. in versi. facio aliam quę stionem in fin.ff.de verbo. obligat. & vbi Alexander attestatur hanc esse communem opinionem, facit textus in l.si libertus non aluerit. ff. de bonis libert. & q̄ notat Bartol.in l.illud.§.finali.ff.de bono. posse. contra tab. & iste casus non habet difficultatem: vnde non est opus adstringere, an probetur rectè facta hæc renuntiatio, cum etiamsi facta esset, tamen nihil obesset filiæ ex voluntate paterna succedenti. Tertia dubitatio est, an saltem huic filiæ obstent transactiones initæ inter Ioannem cohæredem suum fideicommisso grauatum, & ipsam, in quibus videtur Beatrix, assignatis Ioāni certis bonis concessisse, vt ipse & sui hæredes possent disponere, tanquam de propriis bonis, secundùm omnimodam voluntatem, absque conditione ipsius, vel hæredum. Nec videtur, quod dicta filia possit allegare † ignorantiam dicti fideicō-

missi: cùm enim transegerit cum Ioanne, tanquã A
hærede, qui ab intestato hæres esse non potuisset,
satis videtur fateri, & sciuisse patrem suum testa-
tum decessisse, vt in simili notat Angelus in l. si
6 proponas. ff. de inof. test. & † cum sciret testamen-
tum, præsumitur etiam sciuisse fideicommissum
in eo appositum. l. non est ferendus. ff. de transact.
præsertim cum factæ fuerint diuisiones secundum
formam dicti testamenti, vt declarat Bartolus in l.
qui Romæ. §. duo fratres. in 3. quæstione. ff. de ver-
bo. obligat. & Baldus consilio clxxvij. in iij. & in B
hoc casu videntur multæ coniecturæ concurrere
de scientia istius testamenti, de quibus per Ab-
batem consil. xix. facti contingentia. in j. libro. &
Alexander consilio 212. in 2. sed tamen concluden-
dum arbitror, dictas transactiones nihil nocere,
nec censeri remissum ius fideicommissi vniuersa-
lis, tum quia in eis verba sunt clara, quòd transa-
ctio fit ratione controuersiarũ, quæ vsque ad diem
transactionis ortæ fuissent: sed ad illam diem nul-
la cõtrouersia de fideicommisso interuenerat: er- C
go non potest dici illi renuntiatum. l. qui cum tu-
toribus. ff. de transact. l. cum pater. §. hæredita-
7 tem. ff. de legat. & fideicommiss. ij. cum quia † ver-
ba præteritis controuersijs, non debent extendi
ad futuras. l. si stipulatus fuerim. §. cũ stipulamur.
ff. de verb. obli. & ista ratio est certissima, quam in
terminis approbauit Angelus consil. cclxxxvj pro
clariori decisio. Cornæus consilio cccxl. in j. Dec.
consilio lxxxvj Præterea cum in casu nostro so-
lum Ioannes fuerit grauatus fideicommisso, non D
8 censetur † illi renuntiatum. facilius enim præsu-
mitur renuntiatio, quando fideicommissum est re-
ciprocum, ex quo vtrique consulitur, quan-
do alteri tantùm iniunctum est. argumen. gloss. in
l. semper in stipulationibus. ff. de verbo. significat.
quam adhoc ponderat & sequitur Bartolus in di-
cto §. duo fratres. in ij. quæstione. in fine. & hanc
opinionem etiam tenet Ang. in d. consil. clxxxiij.
& ex ista ratione tollentur multa, quæ possent in-
contrarium adduci, quæ procedunt in fideic. reci- E
proco, non autem alteri tantum iniuncto. Nun-
quid verò si præsupponeremus cẽseri fideicommis
so renunciatum, præiudicaretur eius filijs, qui e-
tiam ipsi ad fideicommissum vocati sunt? & regu-
la est quod non. l. de re. ff. de transact. per Alexand.
9 in consil. clxxj. viso processu. & facit ratio, quia † re
nuntiatio matris de fideicommisso conditionali,
intelligitur si sibi delatum fuerit, vt per Alexand.
l. pactum. C. de collat. & per Aret. post alios. in l.
superstitis. ff. de acquir. hæred cum concord. quod
tamen non procederet, quando mater promisisset F
dictam renuntiationem se, hæredesque suos ratam
habituros, nam tunc filij, adeundo hæreditatem
matris tenerentur eam ratificare. l. cùm à matre. C.
de rei vend. de quo dicendum, vt per Fulg. consi-
lio lxvij. paterfamilias. Quarta & vltima est dubi-
tatio, cùm fideicommissum in testamento Basileæ
10 facta sit, vt bona † Ioanni relicta nihilo excepto,
quantum tunc de illis supererit, simpliciter & sine
vlla conditione restituantur, quænam vires & ef- G
fectus sint horum verborum? & in hac quæstione
quatuor articuli perstringendi sunt. Primus est,
quid veniat in restitutionem. Et de iure Digesto-
rum, illud solùm quod superesset, & reperiretur
tempore mortis, erat restituendum, vnde potuis-
set hæres grauatus omnia alienare, dummodò in
fraudem fideicommissi hoc non faceret. l. Titius.
ff. ad senatusc. Trebell. sed hodie tenetur saltem
quadrantem reseruare, præterquam in quatuor ca-
sibus, vt in authen. contrà cum rogatus. C. ad se-
natusc. Trebel. Sed circa hunc articulum pro cla-
riore resolutione considerandi sunt duo casus. Pri-
mus est, quando omnia bona † supersunt. vt quia
hæres non alienauit ea. & communis opinio est,
quod omnia debent restitui. verba enim fideicom
missi hoc important, & ita tenet gloss. in auth. de
restit. §. & hoc igitur, cum qua transeunt cæteri in
d. auth. contra rogatus. quicquid ibi aliter tenue-
rit gloss. & ita etiam tenet Raph. Com. Paul. Impol.
& Alexand. in d. l. Titius. poterit tamen hæres de-
ducere quartam Trebellianicam, vt tenent com-
muniter doct. in præallegatis locis, sed tamen ca-
su nostro, non puto licere hæredi detrahere dic-
tam quartam. ex quo testator voluit restitui quic-
quid superesset nihilo deducto; † per quæ verba
censetur prohibuisse detractionem, prout facere
potuit, secundum magis communem opin. in
auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid. vt in l. Mar-
cellus. ff. ad Trebel. per D. Ant. Corsetum in tracta
tu de excellentia regia, quæst. lxxiij. vbi diffusis-
simè disputat, & probat veritatem istius opinio-
nis. vnde sicut † quando testator dicit, quòd inte-
gra hæreditas debet restitui, vel quod restituatur
sine diminutione; non potest deduci Trebellia-
nica: ita & in casu nostro, quod autem non pos-
sit, est gloss. in l. decem. ff. de fideicommiss. lib. Bar.
in l. Centurio. ff. de vulgar. & pup. Alexand. con-
sil. v. in iij. cum multis concord. per Mod. in d. l. Cẽ
turio. licet Socin. consilio xiiij. aliter sentiat. Sed
quicquid ipse dicat, in iudicando non est rece-
dendum à prædicta opin. quæ est magis commu-
nis. sed quia non sum certus, an clausula ista sit
apposita in vltimo testamento, aliter & secundo
respondeo, quod in casu nostro non est quæren-
dum de Trebellianica, quia fideicommissum cen-
setur particulare, non autem vniuersale, ex quo
testator ordinauit, ante omnia fieri debere solu-
tionem æris alieni, & deinde mandat restitui,
quod ex bonis supererit eueniente conditione fi-
deicommissi, vt est casus in l. cog. in princ. versic.
& generaliter. vbi Bartol. & doct. ff. ad Trebe. &
idem sentit Bart. in d. l. si Titius. Secundus casus
est, quando hæres alienauit, ita tamen quod ad-
huc quarta supereſt, quæ potest restitui, & tunc
sunt opiniones, quia † si alienatio fuit in fraudem 14
fideicommissi facta, prout in dubio præsumitur,
vt probatur in d. l. Titius, & ibi Paul. Castr. vide-
tur, quod alienatio non obstet fideicommissario,
& quod d. l. Titius. hoc casu remaneat incorrecta
secundum Paul. Castr. in d. l. Titius. pro quo facit
ratio, quia dict. authent. contra cum rogatus. est
facta in fauorem fideicommissarij, vt dicunt com-
muniter doctores, ergo non debet retorquerri in
odium corrigendo ius antiquum. l. quod fauore.
C. de legi. alia est opin. quòd imò liceat hæredi ad
sui beneplacitum alienare, dummodo supersit
quarta, per text. in d. auth. contra. & ibi gloss. &
clarius probatur in corpore, vnde sumit. in auth.
de rest. in versic. non enim concedimus. & ita te-
net gloss. in l. Imper. §. final. & ibi Bartol. in fin.
ff. de leg. secundo gloss. Bartol. & Ang. Imol. in l.
penult. iuncto text. in verb. consumere. quod ac-
cipitur in malam partem. ff. ad Trebell. Alexand.
in d. l. Titius, & sic apparet, quod ista secunda opi-
nio est verior & cõmunior, nec obstat ratio Raph.
quia nõ est verũ, dicta aut. fit facta simpliciter in
fauorẽ fideicõmissarij. imo emanauit ad tollendas
cõtrouersias, quæ emanare potuissẽt inter hæredes
& fideicommissarios, secundum Iac. de Belui-

ibi

ibi, bene fatentur Imol. & Alexand. quod quando probaretur de euidenti dolo, q̃ procederet alia opin. arg. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. sed dũmodò non alienetur. quarta per simplicitem alienationem, hodie dolus non præsumitur. d. auth. contra. licet de iure antiquo esset fetus. d. l. Titius. Ad idem etiam nos vrget ratio, nam si liceret hæredi, diceremus quicquid de quadrante supereset ad libitum alienare posse fieri fraus fideicommissi, per quam fideicommissarius solam quartam consequeretur, quod esset non solùm contra mentem testatoris, sed etiam contra arbitrium boni viri, q̃ huic relicto inest, vt dicitur in d. l. Titius, & licet Iustinianus, quo ad quartam rem in necessitate posuerit, non in arbitrio, respectu tamen eius, quod quartam excedit, non reperitur expresse illud arbitrium sustulisse, vnde adhuc obseruandum est. l. præcipimus. C. de app. l. sancimus. C. de testa. alias non videtur, quòd illa Iustiniani constitutio bona ratione niteretur. Et in casu dubio esset ita pronũciandum, ne dicamus ius antiquum penitùs esse correctum, quæ interpretatio capienda non est, tum quia † correctiones odiosæ sunt, & euitandæ dict. l. præcipimus. cap. cum dilectus. extra, de consuetud. gloss. in cap. cupientes. §. quod si per viginti de elect. in vj. tum etiam, quia in dicta constitutione Iustiniani, non dicitur, quòd velit aliquid corrigere, sed solum tollere ænigma, & sic obscuritatem, quam Papinianus reliquerat, dum simpliciter non posse hæredem interuertendi fideicommissi causa alienare dixit, per quæ verba sic generalia videbatur esse concessa licentia hæredi, etiam totum fideicommissum alienare, dum studiosè hoc non fieret, reducebatur ad nihilem fideicommissum. quod ergo Iustinianus declarationis causa introduxit, non est ad correctionem extendendum, contra ipsius legislatoris mentem. qui si voluisset corrigere, hoc vtique expressisset, argumento. l. vnicæ. §. finautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. præsertim cum consuetus sit Iustinianus multa verborum pompa vti, & omnibus exprimere, qualiter ius antiquum correcturus est. Et hoc tenendo nõ obstaret text. in dict. authen. de restit. in vers. non enim concedimus. dum datur licentia hæredi vltra quadrantem, vti sicut voluerit, & quemadmodum perfectis dominis competit. Nam potest plurifariam responderi. Primò, quod illa verba tam generalia restringuntur, vt censeatur exclusus dolus, vt est casus in l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. & facit l. si quando. in principio. C. de inofficioso testamento. Sed quando vltra quartam alienatur, lex præsumit dolum. dict. l. Titius. Et istud videtur clarius procederq̃, quando multa consumpsisset, & maximè ex causa voluptatis, vt sentit Ioannes de Imola. in l. penultima. ff. ad senatusc. Trebell. etsi de ista consumptione non constet in processu, non est habenda eius ratio: quia † paria sunt non esse, vel probatam non fuisse, secundum Bald. in capit. j. extra, de constit. & probatur in l. fin. ff. de probat. quia † iudex acta sequi debet. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsi. & debebunt hæredes in omne illud condemnari, quod probatum non fuerit, fuisse alienatum. Secundò pro ista solutione facit, quia illa verba debent restringi secundum terminos iuris, vt est text. vbi doctores in cap. primo. extra, de offic. ord. & dicit Bald. in l. docalem. C. de testa. mili. quod per huiusmodi verba generalia non censetur data potestas, vt aliquid fiat in præiudicium iuris alterius quæsiti, prout est *in casu nostro*: quia † fideicommissarius habet spem probabilem, quæ æquiparatur iuri quæsito. vt habetur per Bartol. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. & quod talis generalitas verborum restringenda sit secundum terminos iuris, multa cumulat Andreas Siculus in dict. cap. j. de offic. ordin. & in cap. j. de rest. spol. per Idon. in l. 5. C. de sacrosanct. eccl. cum similibus. Secundò potest responderi, quod si bene aduertatur in casu istius legis contentio erat, quia fideicommissum non permittebat hæredem vti rebus, tanquam eas detereret, id est, per vsum consumeret, vt patet ex natione facti ibi, non rebus, &c. & c. & c. &

la est difficultas, quin fructus, qui sint restituendi. d. §. nonnunquam. & iste est casus noster. Secundus casus est, cùm testator rogat, vt restituatur, quod ex hæreditate supererit, & nunc fructus non veniunt, vt nunquam enim fructus fuerunt hæreditatis, vt dicit textus in l. fideicommissariam, in princ. ff. ad senatusc. Trebel. & in l. deducta. §. fin. eodem titulo. Tertius casus est, quando iussit restitui quicquid ex hæreditate bonis ve supereſſet, & etiam non videtur fructus restituendos. per l. hæredes mei, in principio. ff. ad senatusc. Trebell. inspicitur enim verbum, hæreditatis, generale, & præcedit. Quartus casus est, cùm rogatus quis restituere, *Quod ex bonis ad eum peruenerit*. tunc enim nō tenetur fructus restituere. l. quòd his verbis. ff. de lega. & fideicom. iij. declarando, vt in l. Balliſta. ff. ad senatusc. Trebel. & ratio est propter verbum, peruenerit, qui enim ita rogatus est, cùm non habeat beneficium diminuendi etiam bona fide, saltem potest extantes fructus retinere, vt dicit Fulgosius in d. §. nonnunquam. sed forte melior ratio est propter dictionem, meis, vt infrà dicam. Quintus casus est, cum testator mandat restitui hoc modo, *Quicquid ex bonis meis supererit*, tunc casus est dubius, videtur enim fructus non debere restitui, propter illam † dictionem, meis. fructus enim nunquam fuerunt in bonis testatoris. l. iij. §. hæc verba. ff. de negot. gest. & ista ratione, vtuntur Ioannes de Imola. & Alex. in d. l. Titius. sed glos. ibi, & doctores in d. l. Balliſta. præsupponunt oppositum. videlicet, quòd adhuc fructus sint restituendi, sed quia in casu nostro non fuit addita illa dictio possessiua, non est opus nunc aliter decidere. Et sic in hoc puncto reddeo, fructus extantes esse restituendos. Et hæc omnia, salua semper saniore iudicio.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

CONSILII LXVII. SVMMA.

1 *Bona expressè prohibita alienari, non transeunt in fiscum etiam durante vita condemnati.*
2 *Doct. Bart. in l. si quis in tantum. C. vnde vi, declar.*
3 *Quis consequitur ex aliena persona, quod ex sua consequi non posset.*
4 *Priuilegium personæ non transit ad alios.*
5 *Iura liberorum non transeunt in fiscum.*
6 *Fiscus non potest dicere ea persona filij testamentum esse nullum.*
7 *Licet filius possit dicere testamentum nullum, ex iſtud ius transmittat ad descendentes, tamen non transmittit ad extraneos.*
8 *Ea quæ non transeunt ad extraneos, nō transeunt in fiscum.*
9 *In dubio contra fiscum iudicandum.*

NVllam casus presens videtur habere difficultatem, præsupponitur namque in facto, d. Franciscum Deganum decedentem, in eius testamento instituisse hæredes suos, eius filios, Ambrosium, Caesarem, & Hieronymum, eosque inuicem fideicommisso expressè grauasse: insuper suorum alienationem ea prohibuisse, etiam quo ad legitimam, vsque ad ætatem annorum triginta, vltra verò dictam ætatem prohibitionē iussisse cessare, excepta legitima: addidisseque insuper rationem, vt bona conseruentur in familia sua, & respectu prohibitionis legitimæ, vltra rationem familiæ, addidit: quia interim dum essent infra triginta annorum, reputabat filios suos minus idoneos ad regendum bona sua, & familiam in ipso instrumento testamenti contineri. Hoc stante Ambrosius eius filius maior natu, adhuc non excedens ætatem annorum duorum, & viginti, bannitus fuit à dominio Mediolani, non tamen ex causa læsæ maiestatis, eiusque bona cameræ applicata, posteaquam iuxta morem ad proclama, statimque ipsis proclamatibus inter cæteros contradixerunt præfati Caesar, & Hieronymus minores, fratres dicti Ambrosij, virtute præfati testamenti, prætendentes omnia bona, quæ spectabant dicto Ambrosio etiam respectu legitimæ ad ipsos deuolura fuisse, ipso iure, & facto. Et quoniam de reliquis bonis, præterquam de legitima nulla subest difficultas, nec etiam Regius fiscus super hoc instit, Ideo super hoc non erit insistendum. quia satis notum est, quòd † bona expressè prohibita alienari, non transeunt in fiscum, etiam durante vita condemnati. l. Imperator. ff. de fideicomm. libert. & latè Alexand. consilio cciij. in j. volum. Minùs etiam dubium recipit conclusio ista iuris, quòd bona expressè prohibita alienari, vsque ad certam ætatem, puta annorum triginta: eò quia testator reputet filium institutum minus idoneum, &c. & in casu nostro talis prohibitio hoc modo concepta comprehendit etiam legitimam, quia hoc casu non confines grauamen, sed fauorem, quia testator prouidet imbecillitati illius ætatis. talis ergo prouisio non est de legitima reijcienda. Istam conclusionem tradit Paul. Castr. consilio ccxxxiiij. & scribentes omnes maximè Iason. in l. filius familiàs. ff. diui. in secunda lect. ff. de leg. primo & pulcherrimè Pau. de Monte Pico, in rep. l. in quartam. ff. ad l. Falcid. vbi ea ornat pulchris iuribus, & decisionibus, & remouet plura obiecta, quæ fieri possent, maximè quòd credendum sit patri attestanti de imbecillitate filij, etiam quòd aliter non appareat. & certè conclusio ista nullum habet contradicentem, & infiniti alij doctores eam sequuntur, imò ipse etiam Regius fiscus eam non negat. Punctus est tantum super vnico obiecto, quod Regius fiscus proponit in causa ista, iuxta doctr. Bartol. in l. j. quis in tantam. versic. quæro, an dominus. C. vnde vi. de qua etiam per Alexand. consilio xxiij. versicul. iiij. volum. j. vbi videtur probari, quòd si alienatio probetur fauore tantum prohibiti, quòd li. qua alienatio fiet delinquendo, quòd illa non censeatur prohibita tanquam propter delictum cessat talis fauor, propter quē inducta fuerat prohibitio. Cùm ergo ex præcedenti conclusione resultet, quòd respectu legitimæ, prohibitio teneat fauore ipsius prohibiti, inferri videtur prohibitionem, de quā in casu nostro non comprehendere ipsam legitimam, cessante fauore prohibiti, propter eius delictum, quantum autem sit respectu fauoris familiæ, tunc dicit Regius fiscus, talis prohibitio eo casu continet grauamen, quod esset de legitima reiiciendum. l. quoniam in priorib. C. de inoff. & no. gl. in auth. nouissima. C. eo. tit. cum vulg. & hic in effectu tacet tota difficultas. Sed prædictis non obstantibus, determinandum esse de jure existimo, in casu nostro, totum contrarium, videlicet, præfata bona dicti Ambrosij in totum, etiam respectu legitimæ applicata fuisse fratribus suis, non autem Regio fisco per supradicta. Nec obstat doctrina illa Bartol. in † l. si quis in tantam. supra allegata, quia multipliciter responderi potest, & quidem citra omnem difficultatem. Primo namque respondetur, quòd dicta doctr. Bartoli potiùs facit contra fiscum, quàm pro fisco. quia Bart. ibi & Alexan. in consil.

sil. xxiij. qui eum refert, expresse volunt, q, quando prohibitio alienationis continet aliud, quàm merum fauorem prohibiti. f. facta nedum fauore alienantis tantũ, sed etiã fauore alterius; tunc etiã delinquendo quis non alienat, & durat prohibitio, prout ibi Bart. subiicit exemplũ de muliere, delinquente constante matrimonio, cuius dos non publicarut, nisi in quibusdam casibus specialibus: ea ratione, quia nedũ prohibetur alienatio dotis, fauoré ipsius mulieris, sed etiã fauoré viri: licet tamẽ fauor mulieris, sit principalis causa inducẽdæ prohibitionis, vt per textũ in l. vbich. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxoriæ actione in ex stipulatu actionẽ transfusa, & de natura dotibus præstita. in consequentiã autẽ subest fauor viri, & tamẽ fauore viri tantũ, cessante principali fauore mulieris etiam sustinetur ipsa prohibitio dotis: nec per delictũ vxoris aliqualiter transit in fiscũ, vt ibi per Bart. Idem ergo dicendum sit in casu nostro, in quo prohibetur legitima alienari, nedum fauore prohibiti, sed etiam fauore familiæ, per expressa verba, ex quo apparet, q, doctrina illa Bart. iuncto exemplo, de muliere, quæ delinquit: fundat intentionem nostrã, quia etiam, q, prohibitio legitimæ principaliter inducta fuisset, fauore prohibiti: tamen illo cessante, sustinetur fauore familiæ, quod non est mirum: q, † quis consequatur ex aliena persona, quod ex sua consequi non posset. l. Arist. ff. quæ res pign. obliga. non pos. & l. si post mortẽ. §. fin. ff. de bono. possess. contra tab. cum his quæ latè ponunt Mod. in l. si emancipati. C. de collationibus & ista est vera mens Bart. & Alex. in d. consil. xxiij. quam etiam sequitur, & declarat Aretinus cons. xiiij. versic. sicut enim vasallus. ita cessat illud fundamentum fisci: qui dicit, q, respectu familiæ, talis prohibitio continet grauamen: ergo debet reiici, tamen inferius etiam ad hoc fundamentum clarius respondebo. Secundo, principaliter ad obiectum fisci respondetur: quia Bart. in d. l. si quis in tantam. loquitur in prohibitione alienationis, quæ fit per legem: quia illa non impedit alienationem, quæ fit delinquendo: quia lex nullius alterius commodũ respicit, nisi prohibiti, vt videmus in minore, & similibus: sed aliud est in prohibitione, quæ fit per testatorem: quia testator plerunque considerat nedum fauorem prohibiti: sed etiam alterius, vt patet in casu isto: quia testator mouetur ad prohibendum alienationem legitimæ, hac ratione, vt suprà: vt bona remaneant in familia: prout supra dixerat. Et quòd differant prohibitio legis: & prohibitio testatoris: patet clarissimè, nam prohibitio legis non impedit alienationem quæ fit per delictum: vt per Bartolum ibi: & tamen prohibitio testatoris impedit, vt per Alexand. in allegato consilio xxiij. in j. volum. Secundò, quia testator etiam considerauit fauorem alterius, nec obstat, si dicatur, q, respectu fauoris aliorum, reiicitur de legitima. Et quia vltra supra dicta respondetur, quòd istud est verum, si filius vult. quia hoc est introductum in eius fauorem, & est † priuilegium personale, & non transit ad alios: vt declarat Paulus Castren. in l. quoniam. in princip. versic. sed tertio quæritur. C. de inoffic. testam. Sed vbi filius hoc non petat, alius non potest petere: vt per Bartolum & Baldum in l. scimus. in fin. C. de inoffic. testam. post glossam, ibi, in verbo, ipso iure. Ex hoc sequitur, quòd istud est ius liberorum, & † iura liberorum non transeunt in fiscum. l. eorum. ff. ad l. Iuliam Maiestatis. l. iura liberorum. ff. de iure patronatus. & declarat Paulus Castren. in l. j. versic. sed contra hoc opp. gloss. C. de bonis libert. & iure patron. ergo non potest fiscus dicere, quod istud grauamen debeat deduci de legitima: quia est priuilegium personale, quod non transit ad fiscum. Confirmatur ista conclusio ex eo, quod dixit Bald. in l. si qua pæna. ff. de iis qui sunt sui. vbi dicit, quod † fiscus non potest dicere ex persona filii testamentum esse nullum, & ad hoc etiam bene facit, quòd valuit Iason. in l. cum mota, versic. sed audi nouum dubium. vbi voluit, quòd † licet filius possit dicere testamentum nullum, & istud ius transmittat ad descendentem: tamen non transmittit ad extraneos: sed sic est, & ista est communis, & vera conclusio, quòd † ea quæ non transeunt ad extraneos non transeunt in fiscum. Bartol. & alij in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. inf. ergo ius istud quod dicit, grauamen non potuisse apponi in legitima, non potest allegari per fiscum, ex quo filius ipse hoc non allegauit. Ex suprà dictis itaque, omissis quàm pluribus aliis fundamentis, quæ in hac materia cumulari possent, breuiter & dilucide agendo, concludimus quòd nulla pars dictorum bonorum, nec etiam respectu legitimæ præfati Ambrosij degani, potuere in fiscum transire: sed ad fratres dicti Ambrosij, de iure pertinent, non obstante motiuo fisci, ex eo quòd prohibitio contineat fauorem alterius, quàm prohibiti. Item sit prohibitio testatoris, & non legis, ita quòd illa sunt iura liberorum, quę non transeunt in fiscum. Vltimo etiam illud vulgatum non omitto, quòd † in dubio contra fiscum sit iudicandum, quod procedit, posito quòd dubium sit nedum in facto, sed etiam in iure, propter varias opiniones doctorum, vt per Mathesilanum in not. suo lxxj. & per Apostil. ad Barrol. ad vulgatam l. non puto. ff. de iure fisci. Et hæc pro nunc sufficiant, ex quibus ita iuris esse sentio, vt suprà concluſum est, & ita iudicarem. Et hæc omnia saluo, semper saniore iudicio.

CONSIL. LXVIII. SVMMA.

1 *Quando testator facit institutionem, censetur velle testari.*
2 *In actibus hominum vt perficiantur, requiruntur duo, voluntas & potestas.*
3 *Quod quis sibimet rogatus sit restituere, de iure est impossibile.*
4 *Differentia esse debet inter rogatum, & rogantem, sicut inter creditorem & debitorem.*
5 *Semper fit interpretatio in fauorem filij, ne videatur grauatus.*
6 *Si testator coram septem testibus nominauit heredem, dicendo quod sint testes huic suo codicillo, tamen valet in vim testamenti.*
7 *Magis attendimus ad substantiam actus, quàm ad nomen.*
8 *Præsumptio ex substantia rei, præualet appellationi.*
9 *Vltimæ voluntates sunt ambulatoriæ.*
10 *Per posterius testamentum prius tollitur.*
11 *Heredem vt sibi restituat non grauari.*
12 *Testamentum potest fieri tribus, vel duobus verbis.*
13 *Causa intestati est fauorabilior.*
14 *In his quæ pendent à nostra voluntate, non est alia causa perquirenda, quàm voluntas.*
15 *Testamento confirmando quæ necessaria.*
16 *Per codicillos non confirmatur testamenta, sed econtrà sic.*
17 *Qui vult Deum instituere, & filium priuare, alium pro consilio quærat quàm Augustinum.*

18 *Sapientes & pij parentes non soleut excludere proprias neptes, vt fauent transuersalibus.*

19 *Ex diuersis nihil infertur.*

20 *Dictio capitulum est generalis, & tam propriè dicitur de testamento, sicut de codicillis, & qualibet alia re.*

21 *Fortior est coniectura, quæ ex facto accipitur, quàm quæ ex non facto.*

22 *Testamentum inter liberos tacitè censetur continere clausulam codicillarem.*

23 *In claris frustra recurrimus ad coniecturas.*

24 *Vna præsumptio efficax, tollit plures, quando sunt leuiores.* B

25 *Fideicommissum est onus.*

26 *In dubio pronuntiandum, non subesse fideicommissum.*

27 *Semper sit interpretatio, ne heres censeatur grauatus.*

28 *In fideicommisso omni filius iniunctum, ad nepotes non pertinet.*

29 *In prohibitione alienationis, facta filiis, appellatione filiorum, non comprehenduntur nepotes.*

30 *Fideicommissi ademptio est fauorabilis, cùm datio sit odiosa.* C

31 *Interpretatio sit etiam aduersus vim verborum, ne filiæ censeantur exclusæ ab hæreditate paterna.*

32 *Ex re particulari, nihil est inferendum ad summam hæreditatis.*

33 *Ex ipso quod quis fecit institutionem hæredis, declarauit quod voluit testari.*

34 *Nemo potest cum duobus testamentis decedere, nisi sit miles.*

35 *Non admittitur excusatio, seu allegatio, quod quis ignorauit leges.* D

Nonnulli d. Ottaradi de Lampugnano vltima dispositione, existimauit eam in vim testamenti valere, & consequenter cessari reuocatum prius testamentũ, cum fideicommissis in eo contentis, iuxta §. poster. instit. quib. mod. testa. infir. & l. si quis priore. ff. ad Treb. adeò vt clausula codicillaris in primo E testamento contenta nihil operetur, secundũ Bar. in l. j. q. xv. ff. de iure codicill. Et mouetor primo
3 per tex. in l. non codicillũ. C. de testam. vbi † qñ testator facit institutionem, censetur velle testari, & talis præsumptio est efficacior cæteris, vt ibi not. Fulgos. & Alex. Secundò fatir ratio, nã in actibus hominũ vt perficiãtur, requiruntur duo, voluntas, & potestas. l. j. ff. de procur. in casu nostro voluntas apparet ex institutione, potestas verò etiã subest: quia interuenit legitimus numerus testium, iuxta F
no. in l. nemo pót. in f. opp. Bar. ff. de leg. j. Tertio suadent hoc, per verba institutionis, quibus instituitur filius idem proximior ab intestato, & etiam scriptus hæres, in primo testamento, vnde nõ possumus dicere, q hæ vltimæ tabulæ habeãt vim co
3 dicillorũ, quia sequeretur, † q ipsemet sibi rogatus esset restituere, quod de iure est impossibile. l. legatum, §. fi. de le. j. c. fi. extra, de inst. cum † debeat esse differẽtia inter rogantẽ & rogatũ, sicut inter creditorem & debitorẽ. l. j. ff. de auct. tut. Abb. in rub. extra, de re iud. Iaso. l. j. C. de ser. fugit. Quartò, quia vt primũ testamentum, & fideicommissa in eo contenta habeant effectum, oportuit quod per istas vltimas tabulas nominatim & expressè fuissent cõfirmata, vt est text. in d. l. si quis priore. in verb. expressum est, & ibi no. Raph. Com. quod minimè factum est in casu nostro. Quintò, quia, nisi ita diceremus remaneret filius oneratus fideicommisso
5 erga collaterales, † sit autem semper interpreta- G tio in fauorem filij, ne videretur grauatus. arg. l. vnum ex familia. §. sirem. ff. de leg. ij. & l. quod si nepotes. de testa. tut. & quod not. Bal. cõs. cclvij. in iiij. Sextò per illud quod disputauit Dyn. & refert Ioan. And. in Spec. de instrum. edit. §. compendiosè. super verb. codicillum. vbi concludit, † si te- 6
stator coram septem testibus nominauit hæredẽ, dicendo, quod sint testes huic suo codicillo: tamẽ valet in vim testamenti, sequitur Paul. Castr. in l. Scæuola. in lectur. Bonon. ff. ad Trebell. Aret. & Mod. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Alex. Iaf. Rimin. al. in d. l. non codicillum. & licet aliqui dubitauerint de dicta decisione, tamen est magis communiter approbata, vt dicit Claud. de Seisello in d. l. nemo potest. quando instituti sunt iidem, qui aliàs censerentur rogati, prout in casu nostro, & distinguit Alexand. in d. l. non codicillum. vnde in iudicio nullo modo esset ab hac opinione recedendũ. Nec obstat, q testator in legatis appellauerit codicillũ sæpius dicẽdo & repetẽdo, *Itẽ legat codicillando, &c.* quia respondeo, quod illa appellatio † non im- 7
pedit substantiam actus, ad quam magis attendimus quàm ad nomen. l. insulam. ff. de præscr. verb. & est tex. in l. testamentum non ideo. C. de testam. & quod not. Ang. in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicill. Bald. in l. Imperator. j. de stat. hom. sicut videmus communiter, quòd si non adsit institutio, licet adsint septem testes, & testator appellauerit testamentũ, tamẽ nõ valet, nisi vt codicillus: † quia 8
præsumptio ex substantia rei, præualet appellationi, secundùm Paul. Castr. in l. proximè. ff. de his quę in testa. cum quo transeunt doct. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Iason. in d. l. non codicillum. cum concord. Et istud fortius probatur ex suprascripta decisione Dyni, & Io. And. communiter, vt dixi approbata, qui loquuntur quando testator præcisè dixit, se velle quod sua dispositio valeat in vim codicillorum, quod non fuit factum in casu nostro, in quo illa qualitas, *Legat codicillando, &c.* non fuit apposita, nisi legato, non autem toti vltimæ voluntati, maximè institutioni. Et licet, aduersus dictam decisionem Dyni, tria adducantur ad inducendam differentiam de casu illo, ad casum nostrum: tamen in effectu dicta decisio, seu communis opinio non potest euitari. Primum est, quòd in casu nostro tractetur de reuocatione alterius testamenti, & fideicommissi in eo contenti, suprascripta verò decisio deberet intelligi, quando non præcessisset aliud testamentum, nam adhoc respondeo, quod ista intelligentia est manifestè contra verba thematis, quæstionis formatæ per eos, qui præcisè loquuntur, quando præcesserat aliud testamentum solenne, prout in casu nostro, & ratio ipsorum militat pariter vtroque casu. Cum enim ex institutione & legitimo numero testium probetur, quòd istud sit vltimum testamentum. d. l. non codicillum. satis apparet nihil referre, quod aliud præcesserit, cùm 9
† vltimæ voluntates sint ambulatoriæ. l. j. C. de sacrosan. eccl. & † per posterius tollatur prius. d. 10
§. posteriora. Secundum, quia in casu Dyni, & Ioan. And. in secundo testamento erat clausula, *Quod valeret tanc codicillorum, vel iure testamenti, & omni iure quo melius poterat quod non fuit in casu nostro.* Respondeo, satis est, quod in casu nostro fuerit institutio, & numerus testium, quæ ex dispositione legis ostendunt mentem testatoris esse, vt dispositio valeat in vim testamenti, illa verò adiectio, *tanc codicillorum, vel omni iure, quo melius poterat*, magis arguit mentem esse pro codicillis, quàm pro testamen-

ſtamento, & tamen in caſu ipſorũ nihilominus eſt A
teſtamentum: ergo multò magis in caſu noſtro, in
quo non ſunt talia verba, facit doctr. Bartol. in l. j.
quæſt. xvij. ff. de iure codicill. Alex. conſi. clxj. in ij.
volum. Tertium eſt, quia in caſu Dyni & Io. And.
teſtator in ſecunda diſpoſitione idem ordinauerat, quod in prima: vnde ſecunda remaneret eluſoria, niſi valeret in vim teſtamenti, quòd non eſt in
caſu noſtro propter legatum factum Ambroſinæ.
Sed certè & iſtud nihil eſt, quia contentio non eſt
de legato Ambroſinæ, ſed de inſtitutione, quæ B
nullius effectus eſſet, niſi reuocaret primum teſtamentum, nec poteſt dici, quod vertatur in vim fideicommiſſi, quia cùm eſſet dominus Ferandus
11 inſtitutus in primo, ſequeretur quod ipſemet † eſſet grauatus reſtituere ſibi ipſi, quod eſt abſurdum
& impoſsibile. d. l. Legatum. §. j. & certè iſta tertia conſideratio eſt manifeſtè contra diſtinctionem
Alexan. in d. l. non codicillum. quę vt dixi eſt communiter approbata, ſecundum Claud. de Seiſſello,
in d. l. nemo poteſt. Et ex hoc vltimo infertur non C
obſtare, quod no. Bald. & Salic. in l. filij. C. fam. erciſc. & Sali. in d. l. non codicillum. quia ad eorum
dicta reſpondet Alex. in d. l. non codicillum, quod
poſſent procedere, quando inſtitutus in ſecundo
non eſſet aliàs ſucceſſurus: quia non veniret ab inteſtato, vel nó eſſet inſtitutus in primo, tunc enim
inſtitutio poteſt verti in cauſam fideicommiſsi, &
habebit effectum: ſecùs eſt, quando eſſet inſtitutus in primo, prout in caſu noſtro, tunc enim non
poteſt habere effectũ iure fideicommiſsi, cùm nó D
poſsit conſeri grauatus vt reſtituat ſibijpſi, prout
declarat ibi Alexan. aduerſus quem argumentari
nihil aliud eſt, quàm nodum in ſcirpo quærere.
Non obſtat ſecundum principale fundamentum,
per quod colliguntur multæ coniecturæ, quod dominus Oldradus hac vltima diſpoſitione, voluerit potius codicillari, quàm teſtari, in primis, quia
inſtitutio hæc vltimo loco facta, eſt admodum ari
12 da & ieiuna, &c. Reſpondeo, iſtud nihil eſt cum † E
teſtamentum poſsit fieri tribus, vel etiam duobus
verbis. l. j. §. ff. de her. inſt. & teſtator habens filios,
quantò paucioribus verbis teſtatur, eſt ſapientior:
13 quia ſe accommodat † cauſæ inteſtati, quæ eſt fauorabilior. l. hac conſultiſsima. §. j. C. de teſt. & pleriq; prudẽtiſsimi patresfam. quãdo habent filios,
non curant facere teſtamentũ, vt ſalua ſit lex inteſtatis, tanquã Imperator Iuſtinianus lege ſua pro
ipſis ſit teſtatus. Deinde qa nulla ſubſit cauſa cur
d. Oldradus voluerit facere nouũ teſtamentum,
14 niſi cauſa Ambroſinæ, &c. Reſpondeo † in ijs quæ F
pendent à noſtra voluntate, non eſt alia cauſa perquirenda, quã voluntas. l. quia poterat. ff. ad Treb.
& legatum Ambroſinæ nullam quæſtionem facit
in caſu noſtro: ſed ipſa inſtitutio, quæ aliàs eſſet
fruſtratoria, ut dixi. Item, quòd in priore codicillo
expreſsè confirmauerat primũ teſtamentũ, in hoc
autem vltimo confirmat codicillũ, quo de primo
ad vltimũ, videtur inferri confirmatũ eſſe primum
teſtamentũ. iuxta l. ſi qs priore. ff. ad Treb. Reſpon
15 deo, vt dicta lex habeat loçũ, oportet † primũ teſta G
mentũ verbis fideicõmiſsi expreſsim confirmatũ
eſſe, vt ſuprà dixi qd nõ fuit in caſu noſtro, in quo
eſt ſimplex tantũ relatio. nec approbatio codicilli
poteſt trahi ad maiora expreſsis, vt videat approbatũ teſtm. vt eſt doct. Bar. in l. j. q. pen. ff. de iur. cõ
dicill. per tex. in clem. ij. extra, de procur. maximè
16 cum † per codicillos cõfirmentur teſtamenta: ſed
potiùs eçontrario. l. quod per manus. de iure codicill. Rurſus, quia propter nobilitatem ſuam non
eſt credendum, quod voluerit hanc vltimã diſpoſitionem valere in vim teſtamenti, in qua nihil relinquit ad pias cauſas, nihil vxori, nõ prouidet de
erogatarijs, nec facit aliquas ſubſtitutiones, prout
ſolet facere nobiles, &c. Rñdeo, iſtud eſt valde friuolũ, cum enim haberet filiũ, non debuit vltra eũ
grauare, neq; reſpectu piarum cauſarũ, ſed imitari
exemplũ Auguſtini. xvij. q. iij. can. fin. † qui vult 17
Deũ inſtituere, & filiũ priuare, alium, pro conſilio
quærat, quàm Auguſtinum. l. ſi quis ad declinandam. cũ gl. C. de epiſc. & cler. † minusq; debuit eũ 18
grauare fideicõmiſſo, & excludere pprias neptes,
vt faueat tranſuerſalibus, quod non ſolent facere
ſapientes, & pij parẽtes. l. cum auus. ff. de cond. &
demon. ſed illi, qui quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, vt dixit tex. in l. maximũ. C. de lib. præt. Rurſus, quia vſq; de anno 1507. fuit celebrata conuentio inter ipſum d. Old. & fratres, inducens fideicommiſſum in quibuſdam rebus particularib, &
eodẽ anno confirmata in primo teſtamento, vnde
arguitur enixa mẽs teſtatoris pro fideicommiſſo,
&c. Reſpõdeo, † ex diuerſis nihil infertur l. Papi- 19
nianus exuli. ff. de minor. & quantũ ſit ad illã conuentionẽ nihil in præſentia diſputo, an valeat, vel
ne, ſed ſolũ tractamus de teſtõ, quod quidẽ dico eſſe ſublatũ per hoc poſterius, iuxta regulas iuris. cũ
ſimus in arbitrarijs ipſi teſtatori. Rurſus, quia teſtator primũ codicillũ appellauit capitulũ, & ita etiã
vltimam diſpoſitionem appellauit codicillũ, ſeu
capitulum, ergo ex ſimilitudine appellationis, võ
luit vtrunq; pari iurẽ cenſeri, & conſequenter nõ
in vim teſtamenti. Reſpondeo, q ad appellationẽ
codicilli attinet, ſupra eſt ſatis dictũ, qd verò ſpectat † ad dictionẽ *capituli*, ea eſt generalis & tam 20
priè dicit de teſtamẽto, ſicut de codicillis, & qualibet alia re. §. fin. in auth. de nõ alien. l. j. in prin. de
teſta. milit. §. quę illud in auth. de appellat. & intra
quæ temp. cum ſimilib, & ideo talis præſumptio
nihil infert. Rurſus, quia cũ preceſſerit alius codicillus, conſequens eſt, vt per vltimũ hoc teſtamentũ nõ cenſeatur ſublatus, id eſt, ante tabulas. ff. de
iur. codi. ſi nõ eſt ſublatus: ergo nec teſtamẽto prius, quod eſt approbatũ in ipſo codicillo, prout in
ſimili arguit Rom. cõſi. clxxix. Reſpõdeo, tũc tempore dicti primi codicilli, nondũ erat reuocatũ primũ teſtamentũ, quod deinde reuocatũ eſt p iſtud
vltimũ, & liberũ fuit teſtatori mutare voluntatẽ,
nec hic eſt aliqua contrarietas, & licet in hoc vltimo teſtamẽto velit cõputari Ambroſinæ legatũ ei
factũ in codicillis, tñ alia verba nihil inferũt, quod
cenſeat approbatur prius teſtamentũ. Rurſus obijcitur, quod in tali teſtamẽto nõ ſit ſcripta clauſula
codicillaris, quæ tñ ſolet apponi in teſtamentis,
præſertim per eundẽ notariũ, p ea, quæ tradit Specu. in d. §. cõpendioſè verſi. porro, ſi dubio. Reſpõdeo, & iſta cõiectura eſt ſatis fragilis, quia ex omiſſione notarij non eſt argumentũ, ad infirmationẽ
inſtitutionis factæ, cũ † fortior ſit coniectura, quæ 21
ex facto accipitur, quã quæ ex non facto. l. ſi mora.
vbi notatur ſol. matr. per Mod. in l. j. C. qui admitti, & maximè quia cũ iſtud eſſet † teſtamentũ in- 22
ter liberos, cenſetur tacitè cõtinere talem clauſulam. l. cohæredi. §. cũ filię. in gl. verb. nõ valuit. vbi
Iaſ. ff. de vulg. Rurſus quia in hoc vltimo teſtamento, non eſt clauſula reuocãs ſuperius teſtamentũ,
&c. quã tñ ſolebat notarius apponere in teſtamentis etiã qñ nõ expediebat. Rñdeo, noluit notarius
apponere dictã clauſulã, quia fuiſſet ſuperflua, cũ
omninò de iure tacitè ineſſet, cũ p poſterius tollatur prius, d. §. poſteriore. niſi quãdo in primo eſſet

clausula derogatoria, de qua in l. si quis in prin. te-
stam. ff. de leg. 3. quã sciebat ipse nullã esse, cũ fuis-
set etiã de primo testõ rogatus. Tandem, quia ista
mẽtio filijs in institutione, videt esse facta, qa iã an
te in primo testõ institutus erat, & sic videt expres
sum qd̃ tacitè inerat, & videtur quædã enũtiatio
futuri euentus, secundũ no. p Bar. in l. pater filiũ §.
fundũ, de le. iij. sed certè in casu nostro verba sunt
dispositiua, nõ aũt enuntiatiua, & doct. Bar. in d. §.
fundũ. p bat totũ oppositũ. Et ex ijs apparet supra
scriptas cõiecturas esse satis fragiles, nec sufficien-
tes vt recedamus ab expressa dispositione dicti vl-
timi testamẽti, cũ † in claris frustra recurramus ad
cõiecturas. l. continuus. §. cũ quis. in gl. ff. de verb.
obl. maximè cũ † una prẽsumptio efficax, tollat e-
tiã plures, sed leuiores. l. cũ de indebito. ff. de pro-
bat. l. diuus. vbi Bal. ff. de in integr. rest. p istis autẽ
filiab. sunt prẽsumptiones efficaciores, cũ veniant
aduersus fideicõmissum, quòd † fideicõmissum est
onus. l. cohæredi. §. cũ filiæ. de vulg. & pup. & † in
dubio pronuntiamus fideicõmissum nõ subesse. l.
Lucius. §. tres hæredes. verb. an vnciã hæreditatis.
ff. ad Trebel. vbi Dyn. Iac. Alber. facit, q̃ no. Bal. in
l. cũ virũ. C. de fideic. quẽ refert & sequitur Ias. in l.
poterit. ff. de vulg. † fit enim semper interpretatio
ne hęres censeatur grauatus. d. l. unũ. §. si rẽ. de leg.
ij. maximè qñ filius est hæres scriptus, quẽ non est
verisimile grauari à testatore, fauore extraneorũ:
vnde † in fideicõmisis onus filijs iniunctũ ad ne-
pores nõ pertinet, secundũ Bal. cõsi. ccclvij. in iiij.
Rom. cõs. ccccxxxviij. vlt. dubio. Soc. ciiij. in prin.
in iij. Alex. consi. lvj. in v. Dec. ccxviij. Franc. Curt.
xlv. sẽpè reuoluta. cũ concord. Qua ratione, & † in
prohibitione alienationis facta filijs, appellatio-
ne filiorũ, nõ continẽtur nepotes, secundũ gl. in §.
nos igitur. in auth. de restit. fideic. per Bar. & doct.
in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. & quod Signorol.
Homod. cõsi. ccxlix. Dec. ccclxj. Oldr. cclxix. Soc.
xiiij. in j. & xvij. in iiij. cum concord. & id maximè
dicendũ in fideicõmisis cum lex dicat. † quod fi-
deicõmissi ademptio est fauorabilis, cum datio sit
odiosa. l. si fuerit. vbi Pau. Cast. & Socin. in v. no. ff.
de reb. dub. & † fit interpretatio etiã aduersus vim
verborum, ne filiæ censeantur excluſæ ab hæredi-
tate paterna. l. si is qui ducenta. §. fin. de reb. dub. l.
Paulo Callimacho. §. j. de leg. iij. Alex. consil. ix. in
iij. volum. cum simil. Adijcitur & illud, q̃ in hære-
ditate est fortalitium, quod ex forma decretorum
non potest exire familiã, & maior pars bonorum
circundat ipsum fortalitium, &c. Respondeo, lis
non est nunc de fortalitio, & postea videbitur, an
sit tale quod in fœminas nõ transeat, interim † ex
re particulari nihil est inferendum ad summã hæ-
reditatis. vt in simili per Ias. in l. qui Romæ. §. fin.
nu. xlv. versic. item intellige. de verb. oblig. post
Alex. ibi. Nec etiam illud mouet, quod in casu no-
stro videatur constare, quod testator voluerit face
cere codicillos, & ideo directa institutio in eis fa-
cta, non valet, nec mutat prius testamentũ, secun-
dum Alex. in l. hac cõsultissima. §. si quis aũt. C. de
test. post alios quos ibi refert, & probatur in l. insti
tutio talis. ff. de cond. instit. Respondeo, q̃d Alex.
& doctores ibi loquũtur, quando constat quod vo
luerit facere codicillum, quia codicilli nõ habent
numerũ sufficientẽ testamentõ, nec solennitates
requisitas in testamento, & ita etiam loquitur. d. l.
institutio. sed nostra quæstio nõ est talis, qa nõ cõ-
stat, quòd testator vltimo loco voluerit facere co-
dicillos tantũ: imò ex quo apposuit institutionẽ,
& adsunt omnes solennitates sufficientes testamẽ
to, præsumitur potius voluisse testari, cũ alias illa
institutio esset impossibilis: quia non potuit verti
in causam codicillorum, vt supra dixi. Et hæc prę-
sumptio est fortior ea, quæ oritur ex appellatione
codicillorũ, vt supra dixi post Dyn. Ioan. And. &
alios, & maximè secundũ distinct. Alex. in d. l. non
codicillum. & ideo ista vltima dispositio tanqm̃
testamentũ reuocat præcedens. d. §. posteriore. Et
quãuis dicatur q̃ non constat eum mutare voluis-
se, iam antea etiã per viginti annos disposita, vnde
nec præsumẽda est talis mutatio. l. sancimus. C. de
testa. tũ † eo ipso, q̃ fecit institutionẽ hæredis, de-
clarauit q̃ voluit testari. d. l. nõ codicillum. & con-
sequenter q̃ voluit primũ testamentũ reuocari, cũ
† nemo possit cum duobus testamentis decedere,
nisi sit miles. l. militis codicillis. de testa. mil. adeò
vt nec pater inter liberos possit hoc facere, vt est
communis opin. in d. §. si quis autem. vnde satis
est, quod legis dispositione censeatur primum te-
stamentum reuocatũ, cum quilibet censeatur vo-
luntatem suam regulare secundum leges. l. quidã
cum filium. ff. de verb. obl. † nec admittatur allega
tio, seu excusatio quod ignorauerit leges. l. leges
sacratissimæ. C. de legib. Et ita mihi videtur: saluo
semper saniore iudicio.

CONSILII LXIX. SVMMÆ.

1 *Quando conditio euenerit post mortem substitutorum, fideicommissum videtur caducum.*

2 *Quãdo testator simpliciter instituit filios, vel substitutio ne directa substituit, quia de solo fauore filiorũ tractatur, fit lata interpretatio & compræhendit Nepotes.*

3 *In substitutione fideicommissaria, quando de substitutione pupillia tractatur, substitutio facta filio non trahitur ad Nepotem, & quare.*

4 *In ijs quæ filio ipsi onerosa sunt, nõ cõprehẽditur Nepos.*

5 *Prohibitio alienationis facta filijs, non producitur ad nepotes.*

6 *Contrariorum eadem debet esse disciplina.*

7 *Grauatus restituere, si decesserit sine filijs, si decesserit relicto Nepote, excludet fideicommissarium.*

8 *Tutor datus filijs, non censetur datus Nepoti, & quare.*

9 *Coniecturæ, ex quibus compræhendũtur Nepotes appellatione filiorum, non esse vocatos.*

10 *Nepotes varijs casibus ex substitutione admitti.*

11 *Quoties iudex dubitat an subsit legatum, vel fideicõmissum, debet pronuntiare non subesse, quia hoc est fauorabilius.*

12 *In dubio fit interpretatio, pro hærede contra fideicommissarium.*

13 *Fideicommissarius agit, de onere inducendo, hæres verò de liberatione.*

14 *Actio datur ei, qui non adimpleuit ex causa.*

15 *Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium com prehenduntur etiam legitimati.*

16 *Quælibet res præsumitur allodialis, & libera, nisi probetur feudalis.* (feudali.

17 *Comitatus præsumitur haberi iure proprio, non autem*

18 *Transigi cum possessore feudi domino inconsulto posse.*

19 *Retentionem melioramentorum causa competere.*

20 *Expensæ factæ in resarcienda arce, dicuntur necessariæ.*

21 *Bonæfidei possessor facit fructus suos.*

22 *Non potest constitui in mora, qui interpellatus non fuit.*

23 *Acquirere volens fructus, satis est quod dolo careat.*

24 *Quælibet causa, quamuis iniusta excusat à dolo.*

25 *Hæredes de euictione tenentur.*

26 *Non præstatur euictio, quando res secundùm suã naturã euincitur.*

27 *Glo. fin. in l. si familiæ. C. famil. hærciſc. declar.*

FIDEICOMMISSI verba. *Casu quo Comes Achilles decederet sine filijs masculis, de legitimo matrimonio natis, substituto filios natos & nascituros Comitis Guidonis patris mei, &c.* † euenit conditio post mortem ipsorũ substitutorum, quo casu fideicõmissum videtur caducũ. l. vnica. §. finaũt sub conditione. C. de cad. toll. verũ quia isti filij substituti decesserunt relictis filijs, videndum est an ipsi admittãtur, tanquã appellatio filiorũ in verbis suprascripti testamenti cõprehendat nepotes, & in hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus. Primus est, quando testator † simpliciter instituit filios, vel substitutione directa substituit. Et Bar. hoc casu censuit, quia de solo fauore filiorum tractatur, fieri latã interpretationẽ, & comprehendi nepotes. in l. liberorũ. ff. de verb. sign. & probatur hæc conclusio. in l. Lucius. secunda. de hær. instit. l. filij. l. iusta. l. natorũ. de verb. sign. & hãc opinionẽ dicit esse cõmunem Alex. consi. 9. in 1. volu. alij tñ, vt Bal. Imol. & alij in l. Gallus. §. instituens de lib. & posth. contradicũt, quorũ opinionẽ dicit magis cõmunem Socin. consi. ciiij. in iii. Alij distinguunt, an tales sint nepotes ascendẽtis, qui testatus sit an nõ. vt Fran. Accurs. & Cyn. in d. §. instituens. & per Alex. consi. xxvj. iiij. alij verò, an testator conferat dispositionẽ suã in tempus, quo incertũ sit. an extent filij, seu nepotes an non, vt per Imol. d. §. instituens. & Alex. consi. xxxvij. vol. vj. quod non prosequor. quia non est casus noster. Secundus est casus † in substitutione fideicõmissariam, quãdo de substitutione passiua tractamus, nũquid substitutio, facta filio, trahatur ad nepotẽ? & in hoc omnes tenent quod nõ: quia fideicommissum est onus. l. quoniã in priorib. l. scimus. §. cum aũt. C. de inoff. testa. & † in ijs, quæ filio ipsi onerosa sunt, nõ compræhenditur nepos. l. j. §. quæritur. ff. de vent. inspi. l. patri. ff. ad leg. Iuliam de adult. l. lex Iulia de rit. nupt. & in hoc casu, secundũ hanc partem consuluit Franc. Curt. consi. 45. sæpe reuoluta. & Dec. cõsil. ccxviij. cũ cõtor. vnde etiã uidemus, quod † prohibitio alienationis facta filijs, non producitur ad nepotes, secundùm gl. in §. nos igitur. in auth. de restit. fid. per Bar. & cæteros. in l. filius fam. §. diuũ de leg. j. Sign. consi. ccxcix. & ad hunc casum parũ per etiã, quando nomen filiorũ in conditione est positũ. Sicut enim ad inclusionẽ fideicõmissi, appellatione *filiorum* nõ veniunt nepotes ita, vt † contrariorũ sit eadem disciplina, secundũ l. fi. §. fin. de leg. iij. ad exclusionẽ fideicõmissi venient: vnde † grauatus restituere, *si decesserit sine filijs, si decesserit relicto nepote*, excludet fideicõmissarium, & hoc casu loquitur Dec. consi. cccxcj. & Soc. consil. xiiij. in j. xvij. in iiij. & Oldr. consi. cclxix. Tertius est casus in substitutione fideicõmissaria, cum de successione actiua agitur, id est, nunquid vocatis ad fideicõmissum filijs, censeantur vocati nepotes, & iste est casus noster, in quo dicendũ est, quod non: quãuis enim respectu filiorũ agatur de vtilitate eorum, & sic videatur hoc eis fauorabile, tamẽ respectu hæredis grauati est onus, & ideo potest hæres dicere, non sum grauatus in hoc casu. Et probatur hæc conclusio per l. q. si nepotis. in fin. de testam. tut. & §. fin. instit. qui dar. tut. cessat. poss. vbi † tutor filijs datus, nõ cõputatur datus nepoti: quia licet hoc sit fauorabile nepoti: tamẽ est onus respectu ipsius tutoris, & hoc facit sententia Bart. in d. l. liberorum. Et tali casu, quod nõ veniant appellatione *filiorum* nepotes consuluerunt Bal. consi. ecclviij. in iiij. Rom. consi. cccxxxviij. in vlt. dubio. Soc. consi. ciiij. in prin. in ij. vbi testatur de cõmuni, & secundum hanc opin. etiã late consuluit Alex. consi. j. in j. vol. & consi. lvj. in v. & satis tenet etiã Corn. consi. cxcix. in ij. lib. vbi dicit, multos doctores Italiæ consuluisse, & secundũ hanc opinio. fuisse iudicatũ. idem etiã tenuit Dec. consi. xcv. vbi dicit, q hæc conclusio in isto casu non habet contradicentes. Quæ sententia † certissima est, quando ex verbis substitutionis constaret, testatorẽ de filijs dum taxat sensisse, prout in casu, in quo cõsuluit Corn. consil. clxxxij. in ij. Raph. Com. consi. cxviij. Soci. lxij. in iij. Idem quando testamenti tempore extitissent dũtaxat filij, censentur enim illi vocati, nõ aũt nepotes, qui deinde nascerẽtur, quod ex facto respondet Soc. consil. clij. & plures doctores subscripserunt. Idem quando substitutio esset facta verificata in filijs, tunc enim vltra eos non extenderetur ad nepotes, secundũ Socin. cõsi. ciiij. in iij. & Curt. consil. xlv. de quo tamen dicendum, vt per Alex. d. §. instituens. verſic. vnde Bart. Idem si aliquibus cõiecturis posset depræhendi, nepotes nõ esse vocatos, puta, quia aliàs magis dilectus excluderetur à minus dilecto, secundum Bald. d. consil. cccliij. & in reper. l. in suis. de libe. & posthu. & in d. §. instituens. Idem quando substitutio esset facta à transuersali, non autem à communi ascendente, tunc enim quoque est, non contineri *filiorum* appellatione nepotes, prout cõsuluit Franc. Accurs. quem refert & sequitur Cyn. in d. §. instituens. & sequitur Alex. consi. xxvj. lib. iij. Socin. consi. xvij. in j. Et tenendo hanc partem, nõ obstant auctoritates doctorum contradicentium, quia respondeo debere eos intelligi secundum suprascriptã distinctionem. Et magis specialiter respondendo consilijs contrarijs, dicendum est, per illa non contradici suprascriptis, sed limitari, prædictam conclusionem. Et primo consil. Alex. xxvj. in iij. vt non procedat in † substitutione compendiosa, quando ex ea succeditur directo testatori, tunc enim non tractatur de onere aliquo, seu fideicommisso, & ita etiam loquitur in consilio ix. in j. supra allegato, & supra dixi in j. casu. Secundò limitatur, ab eo in d. consilio vt non procedat, quando substitutio esset facta à communi ascendente, vt supra dixi, & tradit Socin. dicto consilio xiiij. in j. quod ego intelligo, quando onus aliquod non imponeretur filio, qui in gradu est proximior. d. l. quod si nepotes. Tertiò limitatur per eundem Alex. in consi. v. in iij. vol. quando nõ tractaretur de exonerãdo hærede ab onere fideicõmissi, sed hæres in omnẽ casum est grauatus: vt quia supersint etiam filij, tunc nepotes ex alijs filijs prẽmortuis, cũ cõsanguineis suis admittantur, in quo tamen puncto alij aliter distinguũt, vt Aret. consi. cxlvj. Gozad. cõsi. xxxvj. Sed de eius veritate non disputo, postquam non est casus noster. Quartò limitatur per eundem Alexan. in consi. lxxvij. in vj. volum. quando testator vocauit filios non de præsenti, sed in futurũ euentum, tunc enim quia nõ potuit esse certus, an tempore euentus conditionis adfuturi essent filij, an nepotes, intelligetur dispositio etiam de nepotibus. l. Lucius. ij. de hære. instit. prout eam intelligit Ioan. de Imol. Alex. Socin. Iaſ. in d. §. instituẽs. quæ limitatio potest defendi, quando non ex fideicommissaria, sed ex directa succederetur: quia l. Lucius. loquitur de filijs à testatore directo vocatis, saltem tacitè ab intestato, vt ibi dicit gl. & ita etiam loquuntur doctores, secundum legem quã allegant. nostra autem quæstio est in substitutione fideicommissaria ad inducendum grauamen, quo casu nunquam filiorum appellatione veniunt

nepotes, & in casu Decij verba respiciebant futurum euentũ: & tamen consuluit nõ admittri nepotes: d.cons.xcv. & ita etiam sentit ipsemet Alex.d. cons.j.& expressius Ludou. Rom. d.consil. ccccxxxviij.in fin.& sentit Bald.d.§.instituens, per illum textum: loquitur enim quando instituebatur filius nasciturus in euentum conditionis, & tamẽ non compræhenditur nepos.& certe in illo sexto volum.consil.Alex.multa sunt apocrypha, vt meritò ipse noluerit eum edere in publicum, sed ab hæredibus suis fuit nuperrimè datum impressioni, quamuis etiam consilium illud nihil in casu nostro faciat, quia ibi non inducebatur onus, & grauamen descendenti suo, prout in casu nostro, sed transuersali, quod facilius fit.& sic diuersa ratio reformat factum. Quinto limitatur per Ias. consi.lij: in iij.vol. quando ex coniecturis apparet de mente testatoris, nepotes ad exclusionem fœminarum admittere volentis, prout in casu suo, in quo colligit quinq; coniecturas, quas attingere non expedit: quia non faciunt ad casum nostræ quæstionis. Sextò limitatur per Soc.d.§.instituens.in fi.Corn. consil.xlvij. in iiij. Illud quoq; non omitto † quoties animus iudicis dubitat, an subsit legatum, vel fideicommissum, debere eum pronuntiare nõ subesse, quia hoc fauorabilius est. l. si fuerit.in versic. sed & si duob. de rebus dub. vbi Socin: v: not.& quia † in dubio fit interpretatio pro hærede contra fideicommissarium.l. nummis.de leg.iij. l.vnũ ex familia.§.si rem. de leg.ij. cum † fidecommissarius agat de onere inducendo, hæres de liberatione.l.Arrianus.de act.& obl. Et ex ijs apparet, tutam esse Illustris. Comitissam Ludouicam in dimidia parte omnium allodialium, de quibus disponere potuit Comes Petrus eius patruus, & Comes Achilles eius pater, pro legitima sua: circa verò aliam dimidiam, quæ compræhenditur in fideicõmisso, inserto in testamento Comitis Ioan.Franci sci, videtur esse adhuc tuta, respectu trium partiũ ex quatuor, quæ quidem pertinebant ad Com.Ludouicũ cũ cuius filijs transegit, seu ad Com. Petrũ patrem Com. Franciscí Mariæ, qui nouissimè per transactionem ipsi Comitissæ iura sua renuntiauit. Nec obstat, quod videatur, non posse ex eis aduari: † quia non adimpleuit ex parte sua. Nam respondeo, quod paratus est adimplere: & cum transactio sit facta per stipulationem, & sic per contractum nominatum, datur ex ea actio, quamuis nõdum adimpleuerit.l. cùm proponas.ver. si tibi stipulatione. C. de pac. l.in ciuile. C.de rei ven. Nec obstat, quòd obijcit aduersus legitimationes istorum filiorum Com. Petri: quia posset habere locũ in feudalibus, de quibus infrà dicam, respectu verò allodialium nulla subest difficultas, maximè cũ in fideicommisso Comitis Ioan.Fran.vocentur, *Filij legitimi & naturales Comitis Guidonis.* quæ verba proprie verificantur in Com.Petro: qui deinde potuit transmittere in filios legitimatos, tanquam fideicommissum sit extinctum, nec vltra progrediatur: vt supra concluſi. Et etiam si progrederetur, extenderetur q; ad nepotes: tamẽ isti admitterentur: ex quo non dixit testator de filijs ex legitimo matrimonio, vt in motiuo dicitur: sed simpliciter. † *De filijs legitimis & naturalibus*, quæ verba compræhendunt etiam legitimatos. secundũ magis communem opinionem: de qua per Alex.cons.j. & in l.ex facto.§. si quis rogatus. ad Trebell. quòd procedit etiam in testatore nobili, quando Comes Palatinus aboleuit omnem maculam & infamiam, tunc enim nõ dicuntur ampliùs turpes personæ: secundùm Bal.cons. cxl. j.& Lancell. Gallus.l.in l. Gallus.§.& quid si tantum. de lib. & posth. Nõ obstat rursus, quòd Franc. Maria prius renuntiauerit Comiti Paulo. Quia respondeo, illam renuntiationẽ iurium prius factam non valuisse ex defectu insinuationis: vt latè est consultum in consilijs Franc. de Curt. cons. lxviij. vbi respondetur cons. Alex. & cæteris in motiuo allegatis: & ex causis in processu adductis, & quæ verificabunt. Et in omnem casum præferenda est Comitissa: propter eius ignorantiam cessionario: quamuis tempore priori. per l.fin.ff. de transact. Circa feudalia in primis sciendum est, † quamlibet rem præsumi allodialem, & liberã: nisi quatenus necessario probetur esse feudalem: vnde etiam † Comitatus in dubio præsumitur iure proprio haberi, non autem feudali; vt dicit Hostien. & Ioan. And. c.fi. de iud. & c.nimis. de iureiur. vbi Ant. de Butr. & per Alex. consil. xv. in v.vol. Ias. l.si prius. de operis noui nuntiat. cum similibus. Quatenus ergo probentur aliqua bona esse feudalia: dico in illis duplici ex capite dictam Comitissam defendi posse. Primum est ex transactione inita cum filijs Comitis Ludouici, ad quos dimidia pars pertinebat: quia Franciscus Maria cũ fratre tanquam legitimatus nullam partem facit, nec admittitur, vt eleganter in motiuo deductum est. Nec est dubitandum, quin potuerint illi † transigere: cum ipsa, quę possidebat feudum etiam inconsulto domino, per tex. in cap. j. de contr. inter. vasal. & al. & cap. j. §. rursus. vbi doct. quibus mod. feud. amitt. Nec quicquam obstant decreta ducalia, prohibentia feudum transire in fœminas: quia loquuntur, quando ius esset deuolutum fisco: seu in præiudiciũ fisci, non autem durante iure eius, qui transegit, prout est casus noster. Secundum est ex capite † melioramentorum: pro quibus ipsa habet retentionem: donec ei soluãtur, iux. l. domos. ff. de leg. j. quæ quidem melioramenta fuerunt æstimata ad summam librarum cxviij. millium, & cùm sint † facta in resarcienda arce, videntur esse impensę necessarię, secundũ gl. l.j. verb. proiectas. ff. de imp. in reb. dotal. fact. & quod not. Bart. in l. quòd dicitur. eo. tit. Ang. in l. diuortio. §. impẽdia. ff. solu. mat. fuit enim hæc impensa necessaria ad defensionẽ illius oppidi Guastallæ, quod pluries in istis bellis fuisset amissum, nisi arx obstitisset. Nec me mouet si diceretur compẽsandos esse fructus per eam perceptos cum hac impensa. Quia respondeo nullum esse compensationi locum cum ipsa bona fide † eos perceperit, & ideo fecerit fructus suos. l.sed & si lege. §. scire. de petit. hæredit. Hæc autem bona fides sic colligitur. Primo respectu fideicommissi: quia Comes Achilles † nunquã fuit interpellatus, vt in facto mihi prę supponitur, & consequenter non fuit in mora. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebell. in fideicõmisi. ff. de vsur. l. iubemus. C. ad Treb. cum similib. Secundo respectu feudalium: quia probabiliter credidit non esse feudalia: quia vt dixi, quælibet res præsumitur allodialis, & quia legitimatio Franciſci Mariæ facta per Cardinalem Cibon. quæ expressè loquitur de feudalibus si valet, reddit eam securam, si non valet, saltem præstat iustam causam credulitatis, quæ sufficit acquisitioni fructuum, quib. † acquisrendis satis est, quod dolo careat, d.l.sed & si lege. §. scire. vbi Bar. Non est autem dubiũ, quod † quælibet causa, quamuis iniusta, excusat à dolo. l. igitur. §. potest. ff. de lib. caus. Fortius dico, quod etiã si probaretur, eam habuisse notitiam inuestiturę feudalis; non tamen ideo argueretur eius dolus, quia

quia verba instituræ vocant Comitem Guidonem, & eius ascendentes, ex linea masculina, licet autem ipsa sit fœmina, dicitur tamen descendere ex linea masculina, ex quo descendit per personã Comitis Achillis, vt in quæstione facti consuluit Alex. prout ipse dicit in l. Gallus. §. nunc de legefi. de lib. & posth. de cuius consilij veritate nunc non disputo, quia satis est, quod constituit eam in bona fide vt per Abb. in c. calum. extra, de pœnitfi. Non omitto etiam, quod dictis † Comitibus agentibus de feudum obstat exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. ex quo de euictione tanquam hæredes Comitis Guidonis tenentur l. si familiæ. C. fam. ercis. Non obstat gl. ibi in fi. quæ sentiendum declarationem Bar. vult † non præstari euictionẽ, quando res secundum suã naturã euincitur, vt late per Alex. consi. ij. in v. quia respondeo limitari illã gl. quando non constat similiter, quod mutuũ periculum sit susceptum, tunc enim tenentur cohæredes saltem ad restitutionem pretij, secundũ Guid. de Suzaria ibique notata, & sequitur Alex. in l. qui Romę. §. duo fratres. ver. multũ tamen mihi placet. ff. de verb. obl. nõ videtur aũt susceptum, quando vnus habuit omnia allodialia, alius omnia feudalia, esset enim maxima inæqualitas, nisi diceremus, saltem debere pretium restitui. vt ibi per eos. Secundò respõdeo, limitari seu declarari illã † gl. vt procedat in casu suo tantũ, quando Princeps euincit feudum. Sed qñ agnatus ipse hæres diuisoris, vellet euincere, secus est, quia aduersus eũ obstat exceptio: quã exceptionẽ facilius lex cõcedit, quam actionẽ, vt in hac materia est text. in l. cũ pater. §. euictis. de leg. ij. veniret enim aduersus promissionẽ factã in diuisione, qua assignata sunt bona libera ab omni onere, & pmissũ, q̃ possent ad sui volũtatẽ de ijs disponere, qua clausula stante, videt nõ esse admittẽdos istos, nisi oblato pretio. & Alex. in allegato cons. xxj. nõ loquitur stante tali clausula.

A communis opinionis doctorum, à qua in iudicando non solet recedi. Et in primis pro fundamento totius causæ præsupponendum est, quod † legata facta in testamento, quod rumpitur prætermissione posthumi ignoranter facta, corruit nec debentur. argum. l. si vnquã. C. de reuoc. don. & l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. & ita quidam & communior conclusio, in illa auth. ex causa. C. de libe. præter. vbi Iaſ. post Alios. Non obstant, quæ in prædicti casu contrarium deducuntur. Primo nõ obstat, quod dicta conclusio videatur limitanda, vt non procedat in legatis ad pias causas, secundum Ioan. de Anan. consil. xxvij. Anchar. consil. cxl. iij. Paul. Castr. in l. sicut certi. C. de testam. mil. per Iaſ. in dicta auth. ex causa in prima limitatione. Nã respondeo distinguendum esse, aut legata sunt ex causa necessitatis, puta pro restituendis male ablatis, vel exoneratione conscientiæ, & procedit limitatiõ. vt declarat Bal. in filio prætermisso. ff. de iniusto rupt. & ibi Angel. Imo. & alij relati per Iaſ. in loco supradicto: aut sunt voluntariæ, & tunc licet sint ad pias causas, non sustinentur, vt dicit Bart. in l. j. versic. ij. quæro. C. de sacrosc. eccles. per tex. in can. fin. xvij. quæst. iiij. vbi qui vult filium priuare, & ecclesiæ relinquere, alium quærat quam Augustinum, nam † non est præsumendum, quod quis velit postponere sobolem suam etiam piæ causæ. l. quis ad declinandã. C. de epiſc. & cler. & ita etiam tenet Ludou. Bologn. in addit. sua. post cons. allegatum Ioan. de Anan. Præterea Petr. de Anchar. in allegato consilio non loquitur, in prætermissione ignoranter facta, prout est casus noster, & Paul. Castren. loquitur, quando modica legata facta sunt ad pias causas, de quibus infrà dicetur. Secundo nõ obstat, quod cum addit † clausula codicillaris per verba de futuro, videatur testamentum sustineri in vim fideicommissi, & consequenter etiam legata, ex quo videtur hæc esse magis communis opinio, vt per Alex. in d. auth. & in varijs consilijs ibi adductis per Iaſ. & per Cor. consi. cxxxiij. in ij. consi. cxcv. in j. Et licet quo ad fideicommissum vniuersale hæc opinio habeat contradictores, quo ad legata, saltem videtur esse verior & tenenda, secundum Alex. consi. xxxj. vol. i. Sed hic respondeo, quod imo communis opinio est cum Paul. quod † clausula codicillaris non operetur posth. prætermisso ignoranter, vt late deducit Soc. in consil. xcij. in iij. post Aretin. in consil. suo vltimo, & in l. Titius. ff. de liber. & posth. Et ista opinio est canonizata Mediolani, & vidi secundũ eam pronuntiari per d. Antonium Bernerium, & in contingentia facti etiam ego pronuntiaui. Nec obstat, quod ista possent procedere in institutione: sed quo ad legata aliud videtur dicendum secundum Alex. quia respondeo, quod in hoc non est differentia, ex quo doctores se fundant in † præsumpta mente testatoris, qui maluisset suis relinquere, quam extraneis. d. l. si vnqua. & d. l. cum auus quæ ratio æqualiter militat, quia † non est verisimile, quod neq; per viam legati voluisset grauare filios suos. l. pen. ff. de iure codic. in fin. ibi, quoniam ille non fuerit ablaturus, &c. Confirmat ratione, quia si per illam clausulam excluditur hæres scriptus, nato posthumo, multo magis debet excludi legatarius, qui non est ita dilectus. argum. l. Publius. in fin. ff. de cond. & demonstr. Et ad hoc vrget etiam alia ratio, nam circumscripta clausula codicillari, communis opinio est in prædicto casu legata deficere, vt dicit Iaſ. post alios, in d. auth. sicut etiam deficit institutio. Ecce ergo quod puriſicant: vnde

CONSILII LXX. SVMMÆ.

1. *Legata facta in testamento, quod rumpitur prætermissione posthumi facta ignoranter corruunt nec debentur.*
2. *Non est præsumendum quod quis velit postponere sobolem suam, etiam piæ causæ.*
3. *Clausula codicillaris per verba de futuro, videtur sustinere testamentum in vim fideicommissi, & consequenter etiam legata.*
4. *Clausula codicillaris, non operatur posthumo prætermisso ignoranter.*
5. *Præsumitur testator velle potius suis relinquere, quam extraneis.*
6. *Non est verisimile, quod testator voluerit per viam legati grauare filios suos.*
7. *Verba generaliter loquentia de omni volũtate, & relicto testatori siue vniuersali, siue particulari, æqualiter debent operari, & æqualiter reijci.*
8. *Cogitata in genere quædam non præsumi.*
9. *Iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo.*
10. *Iuramentum non trahitur ad ea, quibus verisimiliter nõ est cogitatum.*
11. *Clausula codicillaris; nihil operatur vbi deficit voluntas testatoris.*
12. *Aretin. consi. xcij. declar.*

MOTIVIS in præsenti causa visis subtilibus breuiter agendum duxi: quia articuli tacti, si per rationes & fundamenta deducantur, integrum volumen efficerent. Solum ergo insistam circa declarationem

BIU Cujas

de vtroque idem iuris esse debet, vt habetur in l. non possunt. ff. de legib. Confirmatur, quia † verba illius clausulæ codicillaris, generaliter loquuntur de omni uoluntate & relicto testatori, siue vniuersali, siue particulari: ergo æqualiter debent operari, & æqualiter reijci. argum. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Nec etiam ratio Alexandri fundata super eo, quod testator potuit talem casum in genere cogitare. arg. l. qui iure. ff. de testam. milit. magis infert ad legata, quàm ad institutionem, quamuis † talis non sit vera, etiam quo ad vtrunque, nam dato, quod illa clausula, *Si non valeret*. posset in genere comprehendere, etiam casum ruptu ræ testamenti per agnationem posthumi: tamen non sequitur quod in genere sit cogitatum de tali casu. Sicut in simili dicimus de iuramento quòd † habet vim clausulæ, *omni meliori modo*. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. ij. quæ clausula æquiparatur codicillari. l. ex ea. §. fi. ff. de test. & tamen † iuramentum non trahitur ad ea de quibus verisimiliter non est cogitatum, dato quod generaliter veri posset videri fuisse in genere cogitatum, vt est casus in cap. pen. & ibi gloss. & Abb. in j. oppos. extra, de iureiuran. & facit cõclusio generalis, quod dicta † clausula nihil operetur, vbi deficit voluntas testatoris, secundum Bald. consi. cccxix. lib. v. Quidam Nicolaus per Dec. consil. ccv. in fin. & sic apparet istam opinionem non solùm esse contra omnem æquitatem, sed etiam carere ratione, vt meritò, me existente aduocato pro legatarijs, nunquã potuerim obtinere neq; coram d. Petro nouato, neq; coram d. Bern. Gribello: quia in veritate, si bene videantur dicta doctorum, ipsi non admittunt hanc differentiam. vt per Paul. Castr. in d. l. sicut certi Bald. Angel. Imol. in d. l. filio præterito. cum concor. de quibus per Iaſ. in d. auth. Tertiò nõ obstat, quod ex quo legata non excedunt dimidium hæreditatis debeant sustineri secundũ distinctionem Areti. in † consi. xcij. viso legato. cũ quo transit Soc. in d. consi. xciij. Nam respondeo primo, q, imo excedunt ex quo valor bonorum eius erat, ni si decem millium librarum. Item respondeo quod illa opinio est contra mentem Ang. in l. vxorem. ff. de man. testa. & Paul. Cast. d. l. sicut. & doctor. in d. l. filio. qui simpliciter loquuntur de paruis legatis, & quæ verisimiliter erat testator omninò facturus. Et contra Aret. facit ratio sua fundata in l. si vnquam. C. de reuoc. don. qui text. loquitur de ali qua parte, & sic etiam modica, vt est gloss. in clem. j. de for. compet. quàm ad hoc. allegat. Bald. in l. j. C. de reuoc. don. per Bart. in l. Titia. §. Imper. ff. de leg. ij. Item contra Aret. facit tex. in l. gener. §. cùm autem. in fin. C. de instit. & subst. ubi ratio, quòd pater non sit prælaturus extraneos liberis suis, habet locum etiam in legatis particularibus. Confirmatur per rationem generalem. d. l. pen. ff. de iur. cod. ibi quoniam ille nõ fuerit illi filio ablaturus, &c. & sic euidenter apparet hanc distinct. Aret. nõ esse in iure veram. Tertiò respõdeo, quod Aretin. loquitur, quando vnicus posthumus natus est: secus si plures, prout in casu nostro, nam tunc etiam ipse Aret. fatetur distinctionem suam locum non habere, sed esse arbitrarium iudici ex qualitate liberorum, & patrimonij. allegat Bart. in l. si filiæ. ff. de leg. iij. & ex his tolluntur omnia in contrarium adducta. Cæterũm generaliter tolluntur omnia contraria vnica ratione, nam etiã dato, quod contraria in se essent vera, tamen in casu nostro aliter dicendum est: quia testator per clausulam separatam ordinauit, quod circa legata nihil fieret, *Sine interuentu spectabilis d. Ambrosij Petri*. Per quæ verba, in effectu videntur commissa esse arbitratu ipsius: vnde cum ipse sit mortuus, dato quod adhuc subrogandus sit bonus vir, qui arbitretur, secundum nota in l. j. ff. de leg. ij. certè iste arbiter debebit in hoc imitari exemplum san. Augustini, qui non solum fuit bonus vir, sed optimus, & seruare illud, quod transumptiuè dicitur in præallegato c. fin. xvij. quæst. iiij. qui vult, excluso filio, ecclesiam instituere, alium quæreat quàm Augustinum, de quo etiam per gloss. in d. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle.

CONSIL. LXXI. SVMMÆ.

1 *In testamentis non facile capitur interpretatio pro fideicommisso.*

2 *Ad inducendum fideicommissum, simplices coniecturæ non sufficiunt, nisi necessariæ, & valde probabiles, & ex verbis testatoris descendant.*

3 *Cessantibus verbis fideicommißi nunquam dicimus subesse fideicommissum.*

4 *Fideicommissum est onus.*

5 *Semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus.*

6 *In fideicommißis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet.*

7 *In prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum, non continentur nepotes.*

8 *In institutionibus casus si hæres esse non poterit, extenditur ad casum si hæres esse noluerit.*

9 *In fideicommißis grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationem.*

10 *In institutionibus casus simplices trahuntur ad mixtum.*

11 *Semper in institutionibus fit larga interpretatio, in fideicommißis non.*

12 *Faciliùs extenditur conditio ad casum omissum in persona instituti, quàm in persona substituti, quacunq; substitutione.*

13 *Non est verisimile, quod pater velit filios grauare fideicommisso, sed duntaxat reseruare ius successionis ab intestato.*

14 *Substitutio ad certum tempus limitata vltra illud tempus non producitur.*

15 *In dubio, contra fideicommissum est respondendum.*

16 *Conditio per solutam orationem concepta, faciliùs vertitur in disiunctam, quàm copulatiuam.*

17 *Dictio tunc, & in eum casum, propter vim geminationis nõ permittit fieri extensionem vltra casum expressum.*

18 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*

19 *Excludens filias proprias à sua hæreditate, nullo modo videtur excludere neptem.*

20 *In fideicommißis ipsi testatori succeditur, non autem grauato.*

21 *Temerè & per coniecturas, non debent filiæ excludi ab hæreditate patris.*

22 *Dictio filijs, est dictio communis.*

23 *A vi verborum non est recedendum.*

24 *Masculinum concipit fœmininum.*

25 *Testator si simpliciter substitueret filio, tacitè subintelligitur conditio si decesserit sine filijs.*

26 *Fideicommissum sub cõditione si sine filijs decesserit, euenescit si reliquit & solas fœminas.*

27 *Filij in conditione positi, non censentur aliquo honorati à testatore.*

28 *In materia stricta, non arguimus de persona ad personã, & excluso filiæ non infert ad neptem.*

29 *Testator ponendo filios in conditione, censetur reseruasse illis ius succedendi ab intestato ipsi grauato, non autem testatori.*

LECTO

 ECTO cõsilio clarissimi doctor. d. Vincẽtij portici olim acutissimi auditoris mei, rogatus de subscriptione facilè in eius sententiam transiui, quæ adeo clara, dilucidaq; est, vt nõ multum nobis reliqueris, quod ad eam sustinẽdam, fulciendamq; pertineat. Et in primis illud est præmittendũ, quod † in testamẽtis non facilè capitur interpretatio pro fideicommisso: vnde Bal. in l. cùm virum. C. de fideicomm. dicit, quod † ad inducẽdum fideicommissum simplices coniecturæ non sufficiunt, nisi sint necessariæ, & valdè probabiles, & ex verbis testatoris descendant: refert & sequitur Iason in l. potest. ff. de vulgari & pupill. substi. Et ideo lex ait, non aliter à significatione verborum recedẽdum esse, quàm cum manifesta est mens testatoris: vnde † cessantibus verbi fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum. leg. Lucius. §. tres hæredes. in verbo, an vnciã hæreditatis. ff. ad senatusc. Trebell. vbi Din. Iacob. & Alberic. Et cùm † fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupill. sub. in dubio pronuntiamus non subesse; quia † semper fit interpretatio, ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. de lega. & fideicomm. secundo. Hinc est, quod † in fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet, secundùm Bald. consilio cccl vij. in quarto. Romanus consi. ccccxxxviij. vltimo dubio. Soc. ciiij. in principio, in tertio. Alex. consi. lvj. in quinto. Decius. ccxviij. Francisc. Cur. xlv. sæpè reuoluta cũ concordant. Qua ratione, & † in prohibitione alienationis facta filijs, appellatione *filiorum*, nõ continentur nepotes, secundùm glossam in §. nos igitur. in authen. de restitu. fideicomm. per Bal. & doctor. in l. filius familia. §. Diui. ff. de lega. & fideic. primo. & q. Signorol. Homod. cõsi. ccxlviiij. Dec. cccxcj. Oldrad. cclxix. Soc. xiiij. in primo. & xvij. in quarto. cũ concordãt. Hinc q; etiam est, quod licet † in institutionibus casus, *si hæres esse non poterit*, extendatur ad casum, *si hæres esse noluerit*. l. fin. C. de inst. & substi. per Bart. & doctor. in l. prima de vulgari. tamen † in fideicommissis non ita est: quia grauatus restituere post mortem non intelligitur grauatus post repudiationem. leg. si cui ita. l. sed & si ante. ff. ad senatusc. Treb. Et licet † in institutionibus, casus simplices trahantur ad mixtum. leg. si ita scriptum. ff. de liberis & posthu. tamen secùs est in fideicommissis, secundum Bar. in l. cũ auus. ff. de cõdit. & demõ. Alex. con. clxxxvij. in secundo volumine. Sed † semper in institutionibus fit lata interpretatio: cùm tamen non ita fit in fideicommissis, secundùm Corn. consil. cccxx. in quarto. vnde & Bar. in l. Gallus. in principio. ff. de liberis & posth. † faciliùs extendit cõditionem ad casum omissum in persona instituti credidit, quam in persona substituti quacunque substitutione. Et facit quod not. Anch. consi. cclxvij. Ang. lib. & xciij. Signorol. ccj. Rom. cxxxj. & cxxxviij. Ioann. de Anania lxvj. Fulg. xlix. Alex. clxxxviij. in secundo. Socin. cclix. & lxvj. in tertio. & Dec. lxxxix. quibus locis præfati doctores cõcludunt, in fideicommissis, casum omissum p omisso esse. Et hoc maximè est dicendum, quando filijs tale grauamen induceretur: quia † non est verisimile, quod pater velit eos fideicommisso grauare; sed duntaxat reseruare ius successionis ab intestato, secundùm glossam in l. Luc. ij. ff. hæredit. instit. facit, quod habetur in l. si fuerit. vbi Castr. & Soci. in quinto not. ff. de reb. dub. Ijs igitur sic præsuppositis, dico in casu nostro, nullum subesse fideicommissum: quia verba testamenti sunt, *Et casu quo suprascripti filij morerentur in ætate pupillari, & sine filijs, tunc & dictum casum, ad inuicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, &c.* cùm enim istæ decesserit post xl. ætatis annum, & reliquerit filiam legitimam, apparet conditionem fideicommissi esse defectam, vt meritò ei locus non sit, & id verissimum videtur, respectu vtriusque conditionis. Et circa primum, dum conjunctim dicitur, *Si in pupillari ætate decesserit, & sine liberis*, non potest dici fideicommissum vltra tempus pupillaris ætatis extendi: quia † substitutio ad certum tempus limitata vltra illud tempus non producitur. l. si ita. ff. de vulga. & pupill. l. si pater filium. eodem titulo. Nec me mouet quod Paul. Castrens. consi. cxiij. substitutio prædicta, aliàs consilio xliij. in secundo. Capr. consi. lxvj. Decius. l. generaliter. in princ. C. de inst. Iaf. l. Centurio. num. iij. vbi eriã Gallus. num. 69. Rip. num. 64. Rub. cõsi. cxxix. sentiant oppositum: quia secundùm eos, cùm verba condirionis copulatiuè concepta sint, verba illa: *sine filijs*. superflua viderentur. Ideo potiùs debet fieri interpretatio, quod fideicommissum extendatur vltra tempus pubertatis. Respondeo enim quod imò satius est † in dubio contra fideicommissum respõdere. d. l. si fuerint. vbi Soc. in v. notab. vt verbis illis, *sine liberis*. interpretemur expressum, quod tacitè inerat. nec ideo dicantur superflua. l. in cõditionib. §. j. ff. de cond. & demõstrat. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. & ita in casu fortiori consuluit Raph. Com. cõs. cxxv. vbi loquitur in l. conditione per solutã orationẽ cõceptã, quæ faciliùs vertitur in disiunctã, quã copulatiuam. l. in eo. §. vbi. cũ gl. ff. de reg. iuris. & contra Cast. ego soleo tenere in l. Centurio, in verbo, sine liberis. in fine. ff. de vulg. & pup. substit. Et hoc maximè est dicendum in casu nostro, in quo concurrunt tria, quæ non erant in casu Paul. Castr. In primis hic adest † dictio, *Tunc, & in eum casum* quę propter vim geminationis non permittit fieri extensionem vltra casum expressum, de quo per Dec. in l. quamuis. C. de impub. consi. cccxv. cccxxxiij. & alibi sæpè. Itẽ Paul. in d. cõsi. se fundat in imperitia notarij, quę colligebatur multis modis ex verbis testameti, tanquã notarius cõiunctam pro disiuncta scripsisset, quod non potest dici in casu nostro, in quo ter apposita est dicta conditio, semper copulatiuè: vnde ex tali iteratione magis apparet mens diliberata testatoris, volentis cõiunctim loqui, non autẽ disiunctim, vt in casu Cast. Placeret ei Paul. ibi cõsulebat in fauorem piæ causæ, pro qua semper capitur præsumptio vtilior, quia † summa est ratio, quæ pro religione facit l. sunt personę. ff. de relig. & sumpti. fune. & quod not. idem Castr. consi. cccl vij. in antiquis. Vltimò respõdetur, quod in casu consilij Pauli Castr. euenerat secunda conditio: quia grauatus decesserat sine filijs. quod nõ est in casu nostro, vt mox dicam & sentit de plano Castren. ibi, quod si defeciſſet, conditio omninò extingueretur fideicommissum. Circa secundam partem conditionis dum dicitur: *Et si sine liberis, &c.* Clarum est eam defeciſſe, etiam relicta semina. c. Raynald. extra, de test. l. j. C. de cõd. inf. & inter stuprũ. §. fin. vbi dixi. ff. de verb. sign. Sed difficultatem in casu nostro facit, quia † testator proprias filias tantùm dotauit, & à sua hereditate excluſit: ergo multò magis videtur excluſisse neptem. arg. l. si viua matre. C. de bon. mat. & quod consuluit Paul. Cast. dicto consil. cccl vij. quod cõ-

filium licet habeat multos contradicentes, tamē videtur approbari à modernis certis casibus, puta quando substituti essent ex descendentibus testatoris, prout in casu nostro, vt concludit Socin. in l. cum auus. versic. quartus casus. ff. de cond. & demonst. & nouissimè consuluit ita concordando opiniones Franc. Curt. Iunior consi. cxxxix. tanquam censeatur testator respexisse ad fauorem agnationis suæ, quæ per fœminas nō conseruatur. Item videtur procedere stante statuto, quod filij masculi excludat neptes fœminas, secūdùm Soc. cōsi. vj. cōs. xiiij. li. iij. cōsi. lxxiij. in iiij. & d. l. cum auus. Corn. consi. cxxxiij. lib. ij. Dec. sæpissimè vt cōsi. cclxx. ccccclxx. cccccxv. ccccclxvj. cccccccxxvij. cum similib. tanquam videatur testator se accommodasse successioni, quæ sibi in testato fieret. Clarum est autē † in fideicommissis ipsi testatori succedi, nō autem grauato. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. Sed istis nō obstātibus, ego semper tenui cōtrarium, potest videri in l. inter stuprū. §. fi. in l. Herēnius. ff. de verb. sign. quia † temerè & per cōiecturas nō debet filia excludi ab hęreditate patris, vt in simili dicit Bal. in l. si defunctus. C. de suis & legi. l. illam. C. de collat. Ias. l. j. de lib. & posth. verba enim cōditionis, *Si decesserit sine filijs.* cōprædendūr tam masculum, quàm fœminam: quia † dictio illa, *Filijs*, est nomen commune, vt dicit text. in d. l. inter ituprum. §. fin. & facit l. seruis. ff. de leg. iij. cùm sit casus tam dictionis, *filij*, quàm *filiæ*, vt ibi declaraui, non est ergo à vi verborum recedendū. l. nō aliter. de lega. iij. & dato etiam, quod compræhenderentur fœminæ, ex regula quæ habet, quod † masculinum concipit fœmininū secundùm leg. j. l. quisquis. l. cognoscere. §. liberorum. de verbor. sign. l. si quis filiabus. de testament. tut. l. si ita scriptum. in princ. de leg. ij. l. Lucius. §. quæsitum. de legat. iiij. adhuc idem esset, quia talis regula procedit secundum communem vsum loquendi, vt per Bal. in c. ad audientiam. de rescr. & etiam secūdum mētem legislatoris iusta interpretatione inductam, l. iusta. ff. de ver. sign. & per Pe. de Anchar. consi. cxij. cum si. Quæ sententia maximè procedit in casu nostro, vt conditio à testatore adiecta secundum ius commune intelligatur. Clarum enim est, quod si † testator simpliciter substituisset huic filio: tamen tacitè subintelligetur conditio, *si decessisset sine filijs.* l. cum auus. ff. de cond. & dem. † euanescereteque tale fideicommissum etiam si solas fœminas pater reliquisset, l. cùm acutissimi. C. de fideicom. ergo quod in tacita cōditione, & à lege intellecta dicimus, idem & in hac expressa accipiemus. l. iij. ff. de legat. j. nec dicemur nos verba testatoris extendere: sed lex ipsa est, quæ ita intelligit. & quod hæc fuerit mens testatoris, satis probatur ex verbis testamenti, in quibus nulla est mentio, nec coniectura, quod testator habuerit respectum ad nudum nomen familiæ. Sed potius contrariū, vt fuit latè deductum per do. Vincētium porticum consultorem. sed pro maiore claritate huius articuli, adhuc ostendo, quod hæc noua fantasia Pau. Fulg. & Socin. similiumque modernorum, est omninò negligenda iudicibus, vt quæ innitatur fundamentis, & rationibus falsis. Nam in casu tā frequenti mirum est, quòd veteres doctor. Dyn. Cyn. Iacob. Rayn. Bartol. Bald. Ange. cæteriq; fuerint tam cæci, vt non viderint talem rationem: sed semper indistinctè illā conditionē. *Si sine filijs decesserit*, interpretati sint sine masculis, sine fœminis. d. l. j. de cond. insert. Sed verisimile est eos vidisse, sed neglexisse, quia continebat manifestum erro-

A re, vt meritò sint etiam multis responsis aliorū cōfutata, vt per Alex. d. consi. xxxviij. in vj. vol. Lud. Bolog. inter consil. Alex. num. 49. in iiij. Ias. consi. cxlij. Frā. Curt. Sen. consi. xlv. consi. lxv. Curt. Iun. consi. clxiij. in ij. Corn. ccij. ccxxx. in iij. cum similibus. Non obstat ergo suprascriptā ratio, quod hoc modo esset melior conditio neptis, quàm filiæ non habenti vitia. C. de bon. matern. Respondeo id falsum esse: imo conditio neptis fit melior, sed conditio ipsius filij masculi, cui facta est substitutio, qui cum aliàs fuisset in omnem casum grauatus onere fideicommissi, fuit à testatore, tali onere liberatus, si cum filijs decederet: vnde dummodò decedat cum filijs, euanescit conditio, licet ipsos non instituat hæredes. leg. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. j. vnde † ipsi filij in conditione positi non censentur in aliquo honorati à testatore, nec facta melior eorum conditio, secundùm gloss. communiter approbatam in leg. Lucius. secūdo. ff. de hæred. instit. quodmodo ergo est melior cōditio neptis, cui nihil relictū est, quàm filię? quod si succedit patri suo, hoc est, ex beneficio patris, qui noluit testari, & ei auferre, non ex aui testatoris dispositione: meritò ergo talis conditio non dicitur ad neptis ipsius fauorem pertinere, sed potiùs ad releuamen filij masculi, prout ib similiter dicit Bartol. in l. illic libertis. de cond. & dem. & declarat ipsemet Paul. Castren. consi. clij. præsens dubium videtur formari in primo, secundùm nouissimam impressionem. Aret. consi. j. Ioan. de Imol. l. hęredes. §. cùm ita. ff. ad senatusc. Trebel. nō est ergo absurdum, quod testator filiam fœminam particulariter dotauerit, & filiorum masculorum conditionem fecerit meliorem eos minus grauādo, & eis facultatem relinquendo disponendi in suas filias, arbitrio suo. Fortiùs dico, suprascriptū fundamentum istorum adhuc alia ratione nihil valere: non enim est absurdum, quod testator proprias filias tantum dotauerit, instituris vniuersaliter masculis, hoc enim censetur fecisse contemplatione istorum masculorum, at si idem fecisset, in nepte ex filio, hoc quamuis pertineret ad vtilitatem aliorum masculorum: tamen esset ad damnum illius masculi patris dictæ neptis, potuit autem testator præferre vtilitatem omnium masculorum: quando nulli prorsus ex ipsis fieret damnum: secùs verò si fieret damnum vni ex eis, qui solas fœminas sustuliisset, vt in simili per Io. And. in reg. in iudicijs in fi. de reg. in. in mercur. facit gl. in l. j. vers. in multis. C. communi. de leg. doc. c. fin. de præbend. in vj. Et licet nō vocauerit filias suas ad substitutionem, quib. aliter prouiderat, nō tamen sequitur quin vocare voluerit neptes, quib. non prouiderat, maximè cū non crediderit in casum mortis hæredum suorum, tam facilè exituras filias suas, sicut verisimile fuit exituras neptes. Cum etiam verisimile sit eas à testatore prædilectas singulas in singulis partib. parentum suorum. d. l. cum auus. de cond. & dem. Addo etiā, q. tale argumentum de filia ad neptē est contra regulas iuris, quæ habēt quod † in materia stricta non arguimus de persona ad personam; & exclusio filiæ nō infert ad neptem, secundū glo. in d. §. nos igitur. in auth. de nō alienā. & per Dec. consi. cclxxxvij. cū si. Non obstat illa ratio, quod testator censeatur habuisse respectum ad successionem ab intestato, secundùm formam statutorum ciuitatis suę, secūdum Bart. in l. hæredes mei. §. cū ita ff. ad Trebel. & per Ale. in d. cōsil. xxxviij. in vij. Respōdeo, hoc esse falsum in casu nostro, quia cū filij sint in conditione

ditione tantum positi, nõ autem vocati, nõ possumus dicere testatorem cõsideraſſe hanc succeſsionem, cùm etiam si nõ succedant deficiat conditio. d.l. filius fam. §. cùm quis. & per Soc. cõſi. clxxxij. in ij. & in d.l. cũ auus. q. vij. prin. Et etiã si dicamus attendi ſucceſsionem, attendemus nõ eam, quæ teſtatoris eſt, ſed eã quæ eſt grauati, ſecũdùm Soc. cõſil. xxij. in iij. & lv. in iij. lxxxvj. in iij. Cor. cõſil. 29 cxxiiij. in ſecũdo. quia teſtator ponendo filios in cõditione cẽſetur reſeruaſſe illis ius ſuccedẽdi ab inteſtato ipſi grauato, ſecundũ gl. in d.l. Lucius. ſecunda vbi doctores, nõ autẽ teſtatori, qui iam habuit hæredes ſuos, & eius hæreditas eſt effecta patrimonium filiorum. Et licet aliàs ſit nõ modica difficultas in fideicommiſsis proximiori factis, an attendamus proximitatẽ teſtatoris, an grauati; & pleriq; tenuerint, quod attendamus ad grauatum, nõ autem ad teſtatorẽ, arg. tex. in l. j. de natu. ſuc. ſeu. vbi And. de Iſern. Corn. cõſi. xcvij. in primo. & cõſ. xxij. in ſecundo, per Soc. in l. ſi cognatis, in ſi. de reb. dub. Alij verò tenuerint, quod attendamus ad teſtatorem, vt per Cacialup. in repet. l. generaliter. §. cùm autem. q. xxv. C. de inſt. & ſubſt. Soc. cõſi. ccxlix. & xv. & cõſi. vj. in ſi. in ili. vol. & facit quod not. Alex. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebell. ſequitur Iaſ. cõſi. ccxv. lib. ij. tamen in caſu noſtro res eſt extra difficultatem, quod attendamus ad ipſum grauatum, quia gloſſ. & doct. omnes dicũt, iſtis filijs poſitis ſi cõditione reſeruatũ eſſe ius ſuccedendi ab inteſtato patri ſuo; non autem teſtatori. Vnde cum in Lucana ciuitate etiam ex forma ſtatutorum, vt intellexi, in ſucceſsione aſcendentis fœminæ deſcẽdentes præferantur trãſuerſalibus, apparet iſtos agnatos omninò excludendos eſſe. Et cùm mihi eſſet delata ſimilis quæſtio iudicanda, & dubitarem circa præſumptam teſtatoris voluntatem, re communicata cum ſpectatiſſimis viris, vno ore omnes exiſtimarunt, non videri teſtatorem quicquam ad excluſionem neptis ſuæ diſpoſuiſſe, prout alia dixi in d.l. inter ſtuprũ. §. ſi. ff. de verb. ſign. vnde adhuc ſum in eadem ſententia, nec vnquam volui conſulere pro parte cõtraria, prout fecerũt ſupraſcripti docto. Pau. Caſtr. Barb. Soc. Dec. qui Cothurni more, nunc vni parti, nunc alteri adhęſerunt. habetq; hæc mea ſentẽtia plures authoritates Modernorum diligenter adductas, & ponderatas per præſtantiſsimum dominum Conſultorem. do. Vicentium Porticum Iuriſcõſult. celeberrimum, ad cuius copioſas ſimul, & ſubtiles allegationes me remitto.

CONSIL. LXXII. SVMMÆ.

1 *Dictio in perpetuum optimè declarat induci fideicommiſſum, & inter gradus valde diſtantes.*
2 *Agnati vſq; ad decimum gradum, præferuntur cognatis.*
3 *Natura copulæ, requirit concurſum vtriuſq; copulati.*
4 *Vocatis proximioribus, cenſentur vocati, qui alias ſecundùm ius ciuile ad ſucceßionem vocarentur.*
5 *Actore nõ probante ea, quæ ſibi incumbunt, reus eſt abſolvendus.*
6 *Nominationem in petitorio vi tarere.*
7 *Ad obtinendum res corporales, non eſt ſatis probare de poſſeßione, ſed requiritur probatio tituli.*
8 *Illecebræ dimenta ſubtrahuntur, dicitur in quaſi poſſeßione filiationis turbari.*
9 *Dictio vt ſupra, refert qualitatem præcedentem.*
10 *Teſtator limitatè loquens, debet etiam limitatè intelligi.*
11 *Infirmato gradu ſubſtitutionis, infirmantur etiam omnes eius qualitates, & conditiones.*
12 *Dictiones in perpetuum, & in infinitum, & ſimiles, reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam.*
13 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
14 *Nunquam cenſetur ſublata exceptio, vel limitatio ex eodem ſcriptura proueniens.*
15 *Semper debent fieri interpretatio per quam euitetur contrarietas, ne cenſeatur teſtator ſibi contradixiſſe, ſed potius limitaſſe.*
16 *In dubio pronuntiandum eſt pro poſſeſſore, & pro reo, quia fauorabiliores ſumus ad liberandum.*
17 *Semper fauemus matri defuncti, ne à luctuoſa eius hæreditate excludatur.*
18 *In dubio pronuntiandum eſt contra fideicommiſſum pro libertate bonorum, cùm fideicommiſſum ſit onus.*
19 *In dubio fit interpretatio, ne hæres ſit grauatus.*
20 *Fideicommiſſi, vel legati ademptio eſt fauorabilis, quia datio eſt odioſa.*
21 *In fideicommiſsis onus filijs iniunctum, ad Nepotes non pertinet.*
22 *In prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum, non cõtinentur Nepotes.*
23 *In inſtitutionibus caſus ſi hæres eſſe non poterit, extenditur ad caſum ſi hæres eſſe noluerit.*
24 *Grauatus reſtituere poſt mortem, non intelligitur grauatus poſt repudiationem.*
25 *Caſus ſimplices in inſtitutionibus, trahuntur ad mixtum.*
26 *Semper in inſtitutionibus fit lata interpretatio, in fideicommiſsis verò non.*
27 *Facilius extenditur conditio ad caſum omiſſum in perſona inſtituti, quàm in perſona ſubſtituti quacunque ſubſtitutione.*
28 *In fideicommiſsis caſus omiſſus, pro omiſſo habetur.*

VIDERETVR in præſenti caſu ſubeſſe fideicommiſſum, propter verba valde generalia ipſius teſtatoris, idq; ex duplici capite. Primo dum inſtitutis & ſubſtitutis filijs ſubijcit. *Et ſimili modo diſpoſuit inter omnes deſcendentes in infinitum videlicet, quod eius hæreditas ſemper remaneat inter maſculos, &c. & finita linea maſculina perueniat in propinquiores maſculos de domo illorum de mangano. vt ſupra.* quæ verba videntur ſatis apertè concludere fideicommiſſum vniuerſale in dictis bonis. Alterum eſt caput, quo particulariter prohibet alienationẽ poſſeſsionis de Mõtarcho, filijs & deſcendentibus vſque in infinitum, *Taliter quòd finita linea maſculina poſſeßio perueniat in alios de progenie illorum de Mangano, modo, & forma, quibus ſupra, & vno contrafaciente, perueniat in proximiorem in gradu, & ſic ſucceßiuè in quoſcunque alios propinquiores de parentela illorum, de Mangano, modo, & forma, quibus ſupra.* Ex his enim verbis ſatis clarè apparet de mente teſtatoris fideicommiſſum inducere volentis, maximè ponderando rationem. *Quia firma intentio eſt, quòd dicta poſſeßio in perpetuum permaneat, &c.* Quæ ſola ratio videretur ſufficiens inducendo, & extendendo fideicommiſſo. arg. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. & quod nõ. Bartol. in l. pater. §. fundum. ff. de leg. ij. & per Soc. conſil. xliij. & cõſ. lvij. in iij. vol. Dec. conſ. xxiij. & conſi. cclxxxij. Aret. l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verb. obl. & facit tex. in l. emptor. §. ſi. ibi, reddita ratione. ff. de rei vẽd. Itẽ ponderãdo dictionẽ, *In perpetuum.* quę optimè declarat induci fideicõmiſſum: & inter gradũ valdè diſtãtes, quales ſunt, qui inducuntur ex longa diſtantia à primo ſtipite. de quo in l. fin. verſ. fin. ff. de gradibus. Confirmatur quoq; hęc ſententia eo eo, quòd teſtator excluſit fœminas deſcendẽtes, vocãdo dictos agnatos: cùm verũ fœminæ eſſent ſibi propinquiores

BIU Cujas

pinquiores in gradu. l. si viua matre, & quod ibi Paul. Castr. C. de bo. mat. de quo ibi per Corn. & per eundem Paul. Castr. consi. lxxix. casus iste frequẽter, & cclviij. viso testamẽto Michaelis. Cor. cõs. cxxiiij. lib. ij. cum similib. per Dec. cõs. cclxx. cccccxv. ccccxlvj. cccccxxvij. Sed his nõ obstãtibus, contrariũ mihi videtur verius, scilicet, quod isti agentes, nõ possint obtinere iure fideicõmissi in hac causa, & moueor tribus rationibus. Prima est, quia testator in prima clausula fideicõ. vniuersalis, in qua vocat illos de domo, & progenie de Mangano, qui reperientur proximiores ipsis eius filijs, & hæredibus, subijcit, *Et qui aliàs venirent ad successionem ab intestato.* oportet ergo, vt isti agentes obtineant, quod probẽt istam qualitatem, quod sint tales, qui aliàs venirent ad successionẽ ab intestato, id est, quod sint in sexto gradu ipsi decedenti, cùm secundùm formam statutorum Papiæ, existẽte matre, vel cognatis, excludantur agnati vlteriores, & sic emẽdata sit dispositio iuris cõmunis, secundũ quã † agnati vsq; ad decimũ gradum præferuntur cognatis. §. fin. inst. de succes. cogn. Cùm ergo cõiunctim testator requirat vt sint tales, qui aliàs ab intestato vocarentur, nõ possumus dicere istos actores admitti posse, qui sunt etiam vltra decimũ gradum. Nec dubitandum est, quin illa verba *Et qui aliàs venirent ad successionẽ, &c.* stent coniunctim propter † naturam copulæ, quæ requirit concursum vtriusq; copulati. l. si heredi plures. ff. de cõd. inst. quod maximè in substitutionib. & fideicommissis procedit, secũdùm Anch. cõsi. cclxvij. iste magister. Rõ. cõsi. cxxxj. prima dubitatio. Ioã. de Anan. cõs. lxvj. visis his cum similib. Et facit, q, in simili not. glo. in cl. in plerisq; de elec. vbi Imol. Alex. consi. lvj. in ij. & cons. lxxx. eo. vol. Romæ. cons. clxvj. Fel. in c. ij. de rescr. verbo, copula. Secũda est ratio, quia quamuis testator vocet illos de domo & progenie Manganorum simpliciter: tamen talia verba non debent intelligi, etiam si ipse hoc nõ expressisset, nisi de his, qui aliàs ab intestato possent admitti: vt quia esset intra decimũ gradum, prout cõsuluit Dec. cõs. cccxxj. quia † vocatis proximioribus, censentur vocati, qui aliàs secũdùm ius ciuile ad successionem vocarentur. l. j. C. vnde vir & vxor. l. j. C. de imp. lucr. descript. & lib. x. & idẽ etiã consulendo firmauit Bal. cõs. cccxxxiiij. in q. lib. iij. & Pet. de Anc. in consi. xciiij. in quæstione quæ vertitur, versic. circa primũ. & hoc maximè est dicendum in casu nostro, in quo verba testatoris sunt clara, vt suprà dixi, & quod in simili casu per Dec. cõsi. lxxix. in primo dubio. & consi. clxxxvj. Tertia est ratio ex defectu probationis, quia † actore nõ probante ea, quæ sibi incumbunt, reus est absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. In casu aũt nostro, nõ est sufficienter probatũ, q, isti actores sint de agnatione ipsius testatoris, vel in gradu aliquo cũ eo; quia licet exhibeatur instrumentum, quo Vbertinus auus testatoris nominatur, tanquã frater Gualterij, & Bartolini, quos isti actores affirmãt fuisse suos auos: tamẽ hæc probatio oriens ex hac † nominatione non sufficit: quia tali nominatio inducit duntaxat quandam quasi possessionem fraternitatis, quæ non sufficit ad obtinendum in decisorijs petitorij iudicij, secũdùm Bal. in c. per tuas. extra, de prob. & consi. clxxx. mortuo filio. in iij. volu. Mouetur ratione, quia nos videmus idẽ in similibus in rebus corporalibus, ad quorũ obtentionẽ nõ est satis probare de possessione, sed requiritur probatio tit. l. circa. ff. de probat. & ita etiã tenet Pet. Cin. Bal. Alb. Salic. in l. non ignorat. C. quia accusare non poss. Por. & Cyn. in l. j. C. vbi cau. sta. Cyn. & Bald. in l. non nudis. per illum textũ. C. de probat. & ibi etiam tenet Bar. in lect. noua. Refert & sequitur Ias. in l. neque professio. C. de testam. & puto hanc esse magis communem opinionem. licet Dec. cons. liiij. & Felin. in dicto cap. per tuas. contrarium teneãt, quorum sententia posset procedere in casibus, in quibus sufficit probatio, quasi possessionis, puta si tractaretur de aliméntis, † quibus subtractis dicitur quis in quasi possessione filiationis turbari. l. si neget. ff. de libert. agnosc. & per Alexand. consil. clj. in primo volu. vel quia concurrant aliquæ aliæ præsumptiones pro filiatione, secundum leg. Lucius. de condit. & demonstr. & not. per Bartol. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & sensit Bald. in d. consilio clxxx. & talis dixi in tract. præsumptio. in tertia reg. versi. xxxviij. In casu autem nostro, in quo tractatur de iudicio petitorio fideicõmissi, illa nominatio nõ sufficeret, maximè cum in eo instrumento non ponatur, neque nomen patris ipsorum, sed se simpliciter, & enuntiatiuè appellent fratres. Et hanc partem tenendo, apparet manifesta solutio ad ea, quæ in cõtrarium adducũtur: quia licet verba fideicõmissi, tam vniuersalis, quàm particularis, vocent propinquiores, tamen semper in testamento dicitur vocari, † vt *suprà.* quæ clausula qualitatem præcedentem. *Quòd sint tales, qui aliàs vocari possint ab intestato.* quia hæc est natura huius dictionis, *vt suprà* §. sane. in proœm. Decret. l. seruum filij, §. qui pocula. ff. de legatis primo. l. item quæritur. §. Iulianus. ff. locati. per Bartolũ in l. j. §. hoc edicto. de postu. per Decium consil. clxxxij. in fin. & sequ. verfic. secundus casus. Ias. cõsi. xv. in primo. Cùm ergo testator † limitatè sit loquutus, debet etiam limitatè intelligi. l. age. C. de transact. l. in agris. de acquir. rer. dom. & sic respectu eorum duntaxat, qui sunt in decimo gradu de iure ciuili, secundum §. final. instit. de succes. cogn. vel potius in sexto gradu tantum, seu tertio, de iure canonico, secundum statutum Pap. num. 96. Non obstat, quod do. Gabriel in testamento sup. agnouerit presbyteros Augustinum, & Antonium, & Gasparem tanquam proximiores in gradu, & agnatione, &c. Quia ista nominatio non sufficit, vt dixi. dicta leg. non nudis. Item non operatur, nisi respectu ipsorum, qui tamen non successerunt, quia substitutio illa effecta est caduca. leg. j. §. fin autem aliquid. C. de caduc. tollẽd. & † infirmato gradu substitutionis, infirmantur etiam omnes eius qualitates & cõditiones. l. cohæredi. in princ. ff. de vulg. & pupill. per quem tex. ita concludit Pau. Cast. in consi. clij. præsens dubitatio videtur formari in primo volumine in nouissimis. Rursus non operatur, nisi respectu portionis suæ, quatenus Benedictus ei fuisset hæres. leg. cùm à matre. C. de rei vend. Idem non potest dici, quod sit facta in executionem testamenti d. Vberti, de quo nunc non agitur: quia cũ d. Vbertus voluerit proximiores, solus Gaspar fuisset admittendus, non autẽ filij fratris ipsius Gasparis: quia ipse est proximior in gradu. l. iij. C. de legit. hæred. Item illa attestatio est incerta, quia nunc appellat eos proximiores affines, nunc in agnatione, cum tamen hoc simul pugnare non facile. §. affines. ff. de gradibus. Et in omnem casum, etiam secundum computationem aduersariorum, saltem Gaspar erat in decimo gradu agnationis: cũ tamen aduersarij, qui nũc agũt, sint vltra illũ gradũ; vnde admitti nõ possunt. d. §. fi. instit. de suc-

de succes.cogn.per supra dicta. Nec etiam obstat dictio, *in perpetuum & in infinitum*, & similes. Quia non ideò inferunt, quod testator voluerit admitti illos, qui sunt vltra gradum successionis ab intestato, cum ille dictiones semper sint adiectæ descẽdentibus suis masculis, ad quos voluit in infinitũ bona pertinere: respectu verò istorum transuersalium, testator semper requirit illam qualitatem, quod sint alias ab intestato successuri. Et in casu posito, & deciso per Iustinianum in authent. de restit. fideicomm. versic. sed & neque, erant verba non minus prægnantia, & tamen ibi decidit, 12 non excludi matrem. Facit etiam, quia † dictiones illæ, *in perpetuum, & in infinitum*, & similes, restringũtur secundùm subiectam materiam. l. cognitionem. ff. ad Syllan. cap. j. de feud. dat. in vic. leg. comm. inst. de perper. & temp. act. in princ. & d. authent. de rest. fideicomm. vnde etiam in casu nostro debet limitari per aliam clausulam testatoris requirentem, vt sint tales, qui succedere possint 13 ab intestato: quia † vna pars testamenti aliam declarat. l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. & fideicom. 14 primo. Et † nunquam censetur sublata exceptio, vel limitatio ex eadem scriptura proueniens. l. j. §. & parui. vum gloss. ff. quod vi aut clam. vbi Bart. & in l. ita nobis. C. ad legẽ Iuliam. de adulter. Fel. cap. dilecti. extra, de exception. Dec. consi. xliij. 15 & consi. cxcv. & † semper debet fieri interpretatio, per quam euitetur contrarietas, ne censeatur testator sibi cõtradixisse, sed potiùs limitasse. l. nõ ad ea. de condit. & demonstrat. l. quoties. §. tantũdem. de hæredib. instituend. Raph. Com. consil. xxxiij. pater vxori. Alex. cõsi. cxlj. viso testamẽto. in ij. volumine. Et debet iudex inclinare in hanc partem per tres regulas iuris simul concurrentes. 16 Prima, quia † in dubio pronuntiandum est pro possessore. §. commodum. instit. de interdict. & pro reo, quia fauorabiliores sumus ad liberandũ. l. Arrianus. ff. de action. & obli. ca. fin. de re iudic. 17 in vi. Secunda, quia † semper faueamus mortuo defuncti, ne à luctuosa eius hæreditate excludatur. 18 l. fin. C. de institut. & substitut. Tertia, quia † in dubio pronuntiandum est contra fideicommissum pro libertate bonorum, cum fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & 19 pupill. & † in dubio fit interpretatio, ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 20 & fideic. secundo. vnde alibi dicitur, quod † fideicõmissi, vel legati ademptio est fauorabilis: quia datio censetur odiosa. l. si fuerit. vbi Paul. Castr. & Soc. in quinto notab. ff. de reb. dub. Hinc est, quod 21 † in fideicõmissis, onus filijs iniunctum ad nepotes non pertinet, secundùm Bald. consi. ccclvij. in quarto. Rom. cõsi. ccccxxxviij. vltimo dubio. Soc. ciiij. in principio in tertio. Alex. consi. lvj. in quinto. Dec. ccxviij. Francisc. Curt. xlv. sępe reuoluta. 22 cum concordant. Qua ratione & † in prohibitione alienationis, facta filijs, appellatione filiorum non continentur nepotes, secundùm gl. in §. nunc igitur. in aut. de restit. fideicomm. per Bar. & doct. in l. filius famil. §. diui. de legat. & fideic. j. & quod Signorol. Homod. consi. ccxlix. Dec. cccxcj. Oldrad. cclxix. Soc. xiiij. in j. & xvij. in quarto, cum 23 concord. Hincq; etiam est, quod licet † in institutionibus casus, *si hæres esse non poterit*, extendatur ad casum, *si hæres esse noluerit*. l. fin. C. de institut. & substitut. per Bart. & doctor. in l. j. de vulg. & pupill. 24 tamen in fideicommissis non ita est: quia † grauatus restituere post mortem, non intelligitur grauatus post repudiationẽ. l. si qui ita. l. sed & si ante, ff. ad Trebel. & licet † in institutionibus, casus simplices trahantur ad mixtum. l. si ita scriptum. de lib. & posthum. tamen secus est in fideicommissis, secundum Bartolum in l. cùm auus. de condi. & demon. Alexan. consi. clxxxvij. in ij. volum. sic † semper in institutionibus fit lata interpretatio, cum tamen non ita sit in fideicommissis, secundùm Cornæum cõsi. cccxx. in iiij. vnde & Bartol. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum. † facilius extendi conditionem. ad casum omissum in persona instituti creditit, quam in persona substituti quacũque substitutione, & facit quod not. Anchar. cõsi. ccvij. Ang. lj. & xciij. Signorol. cej. Rom. cxxxj. & cxxxviij. Ioan. de Anan. lxvj. Fulgos. xcix. Alexan. clxxxviij. in j. Soc. cclix. Dec. lxxxix. quibus locis prædicti doctores concludunt, † in fideicommissis casum omissum pro omisso esse: meritò ergo & idem dicendũ est in casu nostro. Et hæc omnia: 28 salua semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXIII. SVMMÆ.

1 *Fideicommissi formulæ variæ.*
2 *Verbum placuerit, refertur ad arbitrium boni viri.*
3 *Fideicommisso cui arbitrium boni viri inest, nulla dicitur inesse conditio, aut mora.*
4 *Verbum placuerit ex communi vsu loquendi, quando refertur ad Principem, intelligitur de libera voluntate.*
5 *Positiones ad id, quod iuris est, nõ solent fieri, aut produci.*
6 *Ad probandũ communem vsum loquendi, quæ requirãtur.*
7 *Consensum patris nubenti non necessarium.*
8 *Origo sanguinis non inducit imparitatem, quando æqualitas potest considerari alijs virtutibus.*
9 *Contrahens matrimonium cum impari, non dat causam iustam patri denegandi dotem.*
10 *Comes Palatinus habens authoritatẽ ab Imperatore, nõ debet potestatẽ suam extendere ad filios ecclesiasticorũ.*
11 *Filij sacerdotum possunt legitimari Cæsareo rescripto.*
12 *Citationem etiam in spurij legitimatione non requiri.*
13 *Legitimatio comitis imperialis, non debet operari in territorio alieno.*
14 *Potestatis legitimandi probatio.*
15 *Quasi possessio, transfert onus probandi in contrarium.*
16 *Virtus probationis dependet à fide publica potius, quàm à titulo.*
17 *Iussus patris in testamento, filium legitimandi vis.*
18 *Fiscus succedit in eo, quod incapacibus est relictum.*
19 *Filiæ illegitimæ, præsertim naturali, potest constitui dos, & talis filia dicitur eius capax esse.*
20 *Naturalis dicitur, qui natus est ex soluto, & soluta.*

VERBA testamenti sunt. *Legat excellentissimo Duci omnia immobilia, & possessiones, &c. rogans dominationem suam, vt ea bona mobilia, immobilia, iura, & vt suprà, dispẽsare velit in totum, vel in parte, in beneficium infrascriptæ d. Iuliæ eius hæredis, & hoc si dominationi suæ placuerit, & non aliter, &c.* Quæritur an Dux potuerit ea bona donare fratribus Lãdrianus donatione remuneratoria? Et in re iudicio meo satis clara procedã breuibus, omittendo allegationes ad partes. Teneo † enim subesse fideicommissum, & bona pertinere ad præfatam do. Iuliam. Cùm enim grauatus sit Dux, *Dispensare dicta bona in beneficium seu vtilitatem d. Iuliæ.* talibus verbis non est dubium induci fideicommissum, sicut si dixisset, *Seruanda esse filiæ.* l. filiam. ff. de auro & argen. leg. vbi Bartol. vel si dixisset, vt curam eorum ageret, vt ad filiam possent peruenire. l. fideicõmissa. §. hæc verba. vbi Bartol. ff. de legat. iij. vel si scripsisset, *Ea custodias in vtilita-*

vtilitatem filiæ. seu pro filia.l.si ita.ff.eod.tit. per Ioannem Firmianum in verbo,fideicommissario.ij. in princ.cum similibus. Nec videtur testator dedisse
2 liberam facultatem Duci, per clausulam illam † *Si placuerit.* quia tale verbum refertur ad arbitrium boni viri.l.Thais.§.sorore.l.Lucius.j. ff. de fideic. libert. per Iaſ. post alios in l.si sic. num. vj. de leg. & fideic. j. vnde tali † fideicommisso,cui arbitriu
3 boni viri inest, nulla dicitur inesse cõditio,aut mora,iuxta legẽ primam.ff.de leg.& fideic.ij.& text. in d.l.Lucius. Et hæc interpretatio colligitur etiã ex dictione seu clausula subiecta,*Non aliter.*Si enim
4 intellexisset tali verbo *placuerit,* † de voluntate libera,frustra adiecisset, *Non aliter.*secundum leg. si quando.ff.de leg.& fideic.j. Suadetur hoc etiam ex qualitate personæ. cùm enim d. Iulia adhuc non esset legitimata, existimauit testator, tutiùs ei relinqui posse per interpositam personam principis, secundùm l.non intelligitur.ff.de iur. fis. & quæ habentur in l.Lucius. §. j. ff. de leg.j. Cum ergò arbitrium esset Duci relictum circa totum, aut partem,non potuit Dux alteri donare: sed totum debuit filiæ restituere, nisi quatenus bonus vir arbitraretur totum non esse dandum ex aliqua causa:puta,si ingressa fuisset religionem, quo casu testator ei minùs dotis reliquerat. Non obstat si dicatur,quod in processu probatum est, quod illa verba *Si placuerit,*ex communi vsu loquendi,quando referuntur ad principes, intelliguntur de libera voluntate. Respondeo, interpretatio verbi illius à iure dependet, & sicut † positiones ad id
5 quod iuris est,non solent fieri,aut produci leg.ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. Alexand. consi.xxxvij.in secundo.Curt.tracta. positionum. breuiloq.xiij.ita nec talis probatio debet attendi. Præterea ex attestationibus apparet, quod testes deponunt de re,quam non intelligunt:quia quæstio nostra est,, quando testator rem suam relinquit principi cum onere fideicommisi,*si placuerit:* ipsi deponunt de vsu loquendi, quando aliquid à principe petitur, quod est ipsius principis, non autem petentis,vt est quæstio nostra; & ideo magna est inter hos casus differentia, secundùm Bartol.in extrauaga.ad reprimendum. verbo, *videbatur.*circa medium.versi.secundo casu.Præterea etiã
6 dicitur,quod † ad probandum communem vsum loquendi & intelligendi, multa requiruntur, de quibus per Bartol.in l.Labeo. ff. de supellect. legat.quæ in casu nostro nõ interuenerunt: & ideo nullum fundamentum potest fieri super illis testibus. Nõ obstat,quod aliquis testis dicit,quod ista domina scripserat Duci,quod volebat intrare religionem, &c. Respõdeo iste est color aulicus ad obtegendam fideicommissi detrectationem, & etiam si hoc verum esset,non tamen statim fuit credendum puellæ,quæ potuit mutare voluntatem, & nubere, prout nupsit:nec super hoc potest fieri fundamentum,cum neque legitimè cõstet de istis literis,nec per confessionem partis,nec per cõparationem literarum, nec alio legitimo modo, de quo per doct.in l.admonendi.ff.de iureiur.Et etiã si cõstaret,nõ ideo statim esset renuntiatum fideicõmisso, vt posset Dux dicta bona alteri donare. Imò talis causa non esset sufficiens,per textum in §.sed & hoc præsenti,in authẽt. de sanctiss.episco. & quæ notant Canon.in cap.in præsentia. extra, de probatio. per Bar.in l.ij.ff.de ijs quę pœn.nom. Non obstat quod Dux tulerit iniquo animo, quia nupsit secundùm voluntatem reuerendissimi Episcopi Laudensis.&c.quem Dux odio prosequebatur.Respondeo ex attestationibus, cõstat contrarium,& etiam si oppositio esset vera, tamen nihil esset imputandum dominæ Iuliæ, si pariuisset ipsi Episcopo,quem pater in testamento dederat sibi tutorem,& administratorẽ, vt cùm eius consi. omnia gereret.l.iiij.ff.de reg.iur. Et, vt dixi,ista †
7 nõ est sufficiẽs causa: cùm nec quidem paternum consensum teneatur requirere filia, multò minùs ipsius Ducis.can.sufficiat. xxvij.q.ij.ca.cùm causa de raptor.incendia.gloss.l.Pau. ff.de sta. hom. Nõ obstat,quod dicta do.Iulia nupsit ipsi do.Hieronymo,qui nobilitate generis videtur impar esse Sforciadis, &ideo iusta fuit causa Duci restitutionem prædictorum bonorum detrectandi. Respondeo primo,quod ista imparitas non est vera, cum etiam d.Hieronymus sit filius equitis,& comitis Palatini,qui habet dignitatem ab Imperatore,secundùm doctrinam Bartol.in l.j. C. de digni. lib. x. Et ista † origo sanguinis nõ inducit imparitatem,
8 quando æqualitas potest considerari alijs virtutibus,vt per Paridem de Put.in tract.duel.& sum.in d.tract. sequutus. cap. xxx. Secundò respondeo quod etiam si ita esset, non tamen hæc est iusta causa detrectandi restitutionem fideicommissi,sicut † nec esset iusta causa patri dotem de-
9 negandi, maximè cùm iste non possit dici omninò indignus, & probatur in §. causar. in auth. ve cum de app.cogn.& tradit Iaſ.in auth. sed si post. C.de inoff.test.Io.de Imol. accedens. de procur. Alex.l.j.sol.marr. Tertiò respondeo,quod in omnem casum iusta est excusatio Iuliæ,quę omninò parere debuit reuerendissimo Episcopo, sibi dato gubernatori per patrem suum. Et certè iudicio meo suprascriptæ obiectiones sunt satis friuolæ, & quæ nullo modo possint animum iudicis mouere,vel inclinare,vt fideicõmissum nõ debeatur. Non obst.quod fideicõmissum nõ videtur de bonis ipsis, sed quod Dux teneatur dispensare in beneficium,&c.Respõdeo cùm ex fideicommisso oriatur hypotheca super ipsis bonis, iuxta leg. j. C.cõmun.de leg.apparet,quod ista bona sunt grauata,vt dispensentur in beneficium ipsius d.Iulię, quod cum Dux non fecerit, iure talis hypothecæ, quæ est actio in rem, res ipsæ auocantur.l. pignoris persecutio.ff.de pig.& propter voluntatem testatoris,loco pretij & dispensationis,in beneficiũ seu vtilitatem ipsius succedunt bona ipsa.arg. l. plane.ij.§.j.ff.de leg.j.& l.vxor marito. ff. de dõn. inter vir. Non obstat si aduersus legitimationem addatur,quod d. Alexand. erat persona ecclesiastica,& quod † Comes Palatinus habens auctori-
10 tatem ab Imperatore, non debet potestatem suam extendere ad filios ecclesiasticorum. Respondeo hoc esse falsum, quia imo † tales possunt
11 etiam Cæsareo rescripto legitimari, quamuis sint filij sacerdotum, secundum glosi.in §. fin. in auth. quib. mod. nat. effic. sui.& tradit Card. Alex. in ca. per venerabilem.extra, qui fil.sint legit. Imò ex generali auctoritate, quilibet Comes Palatinus hoc facere potest, secundùm Paul. Castr. consi. cij. in ij. Card.d.c.per venerabilem. Socin. consil. lxv. in iij. Curt. Iun. consi. cxxxvj. quamuis in casu nostro res sit clarior, quia d. Alexander non erat in sacris ordinibus,sed habebat dũtaxat quatuor minores vt attestatur d. Episcopus Laudensis,& alij testes in processu. Non obstat aduersus dictam legitimationem, quod non potuit Comes Palatinus dispẽsare in radice matrimonij cum persona ecclesiastica,& ideo ista non est legitimatio,sed dispensatio, quæ requirit citationẽ partis, secũdum Soc. in rub.

rub. ff. de lib. & posth. Respondeo quòd imo non erat in sacris, vt suprà dixi. Præterna illa opinio Soc. non est vera, & ipsemet Socinus tenet contrarium in l. Gallus. §. si eius. & Ruinus in dicta rubr. vbi sum sequutus, per text. in l. qui in prouincia. §. j. ff. de ritu nuptiarum. & ita est de mente Bartol. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. qui † formaq; stionem etiam in spurio, cum cuius mater non potuit esse matrimonium, & tamen concludit, non esse necessariam citationem, & sequuntur ibi docto. Non obstat quòd bona sint in territorio ecclesiæ, & sic Parmensi, vnde † legitimatio Com. Imperialis non debet operari in territorio alieno, secundùm Hostien. Burr. Abb. d. cap. per venerabilem. Dec. consil. lv. Ias. lxx. in iij. Ruin. lxvj. in iij. Respondeo suprascripta conclusio non procedit in terris, quæ origine sunt de imperio, licet deinde transierint in ecclesiam: quia censentur transijsse secundum leges veteres, iuxta not. per Barto. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. Item non procedit in terris, quæ sunt de corpore Rom. imperij. licet re ipsa non subsint: quia, quoad reseruata Imperatori, remanent ipsius, maximè stante consuetudine, vt firmat Parisius consil. j. in ij. volum. num. xv. Ludou. Gozad. consil. xxxxviij. versic. venio ad quintum. Item non procedit, quando persona, quæ legitimatur, ipsa esse subdita Rom. imperio: extenderetur enim legitimatio etiam ad bona, sita in terris ecclesiæ, secundùm Card. Alexand. in simili in d. c. per venerabilem in iij. q. & firmat Corn. consi. j. in iij. litera O. & consi. iij. in iiij. Dec. consil. cl. Item non procedit, quando non tractatur de præiudicio alicuius, & pater consentit secundùm Dec. d. consi. xv. versi. tertio non obstat Card. Paris. consi. x. in ij. num. cxviij. Soc. consi. xlvij. in v. vbi allegat multas concord. Non obstat rursus, & quidem fortius, quod non videtur probata facultas Comitis Palatini, videlicet, quod sit descendens legitimus Andreæ filij Iacomini, qui nominatus est in priuilegio Caroli iiij. Impe. quæ probatio videtur fuisse necessaria, secundum ea, quæ habentur in l. si prius. ff. de ope. no. nunt. per Ale. consi. cxxxviij. in j. And. Sic. consil. xxvij. in j. Ruin. d. consi. lxvj. Card. Paris. consi. iij. & consi. xij. in ij. Respondeo quod in casu † nostro probata est quasi possessio Comitis. exercendi, tale priuilegium, quod sufficij secundum Bald. in l. non ignorat. C. qui acc. no poss. cum enim tale priuilegium contra inuitum non exerceatur, sed sit de ijs, quæ ad voluntariam iurisdictionem pertinent: sufficit quasi possessio publicè exercendi. c. Barbatius. ff. de off. præt. & licet Alex. consi. cxxxviij. non sequatur hanc decisionem Bald. tamen in casu nostro est omninò tenenda, quia concurrunt multæ coniecturæ, vltra quasi possessionem, videlicet identitas nominis, de qua est text. in l. vxor. ff. de man. test. quem not. Bald. in c. tuam. extra, de ordi. cogn. & quia non refricatur in dubium ipsum priuilegium, imo de eo constet, sed solum dubitatio est circa descendentiam, quæ videtur tolli per quasi possessionem, secundù regulam generalem, quæ habet quod † quasi possessio transfert onus probandi in contrarium. l. liberis. in fin. ff. de liber. cau. l. vis eius. C. de prob. l. circa. ff. eod. tit. c. si iudex. de sen. excommu. in vj. & licet Alexand. d. consi. multa alleget, quæ probant, hoc non procedere in ijs, quæ sine principis priuilegio acquiri non possunt: tamen nostra quæstio non est circa priuilegium, quia de eo constat, sed circa descendentium: & ideo putarem sufficere suprascriptam probationem. Quamuis etiam a-

A B C D E F G

sias illa conclusio Alexa. sit periculosa, quia, vt ibi dicit modernus Apostillator, communis observantia est in contrarium: † virtus enim probationis dependet à fide publica, potius quam à titulo: vnde satis est, quod publicè in iudicio, & extra ei fides adhibeatur, ne prætextu fidei publicè contrahentes decipiantur, secundum Bal. consi. cxviij. in iij. Fulg. consil. cij. & in d. l. Barbatius, vbi etiam Alb. attestatur de communi obseruantia, & Lanfr. de Orian. reper. c. quoniam contra. de prob. verb. instrumentorum productiones. & Dec. c. j. de fid. instr. Io. Ign. in l. iij. §. si quis tabulas. nu. xxx. ad Syllan. Et quicquid sit in suprascripta quæst. casus noster redditur clarus tribus alijs rationibus. Prima est, quia † testator in testamento iussit hanc legitimè & rite legitimari, vnde si hæc prima non valeret ex defectu potestatis Comitis, iterum esset legitimanda propter iussum testatoris, per tex. in auth. item cum quis. C. de nat. lib. & quod notat Pau. Cast. consi. xxix. præsupposito, q. ille pater. in ij. Lanc. Galliaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. post Ias. & alios. quo casu perinde est, ac si ei relictum esset, cū capere poterit, & valet institutio, secundùm Rap. & Mod. in d. §. & quid si tantum. & per Bal. consil. cxlvj. in j. xxxvj. & lxxij. in v. & interim tanquam institutus sub conditione, habebit bonorum possessionem, secundùm tab. per tex. in l. ij. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. secundum tab. cum ibi no. & quod not. Bal. in d. l. Gallus. §. instituens. in iij. not. Secunda ratio est, quia quod legitimatio non teneat, & ipsa tanquam illegitima sit incapax fideicommissi, est † ius pertinens ad fiscum, qui succedit in eo, quod incapacibus est relictum. l. j. ff. de iure fisc. l. non intelligitur. ff. eod. tit. Sed de hoc iure fisci non potest opponere grauatus, sed solus fisius, secundum gl. in l. his consequenter. in prin. ff. fam. erc. vbi doc. & per Bar. l. ij. ff. de excep. rei iud. And. Sic. rub. extra, de succ. ab intest. Alex. consil. ccix. in vj. cxxxvj. in vij. Tertia ratio est, quia ista bona sunt data in dotem, ipsi filiæ, vt appareat ex instrumento dotali, confecto Ferrariæ, potest aut † filiæ illegitimæ, præsertim naturali tantum, dos constitui, & talis filia dicitur eius esse capax, secundum Bar. l. fi. §. si à socero. ff. de ijs quę in fraud cre. Matheſil. not. cxlvj. cum conc. per mod. in l. j. ff. solu. matr. & facit rex. in l. vxorem. §. pater naturalis. vbi Bar. ff. de leg. iij. & cùm non adessēt alij legitimi, est hæc naturalis capax in totum, secundū text. in auth. licet in prin. C. de natur. libe. † videtur simpliciter naturalis, cum sit nata ex soluto & soluta, & pater non esset in sacris ordinibus constitutus, vt est supra dictum. Et licet Spec. in titu. de succ. ab intest. vt quis sit naturalis & capax, tenuit quòd sit natus ex muliere, in qua tria concurrat schema concubinæ, quòd in domo retenta, quòd cum ea possit esse matrimonium, quod dictum sequitur Abb. in d. c. per venerabilem. cum concus. Tamē hoc est verum in eo naturali, qui petit se admitti ab intestato, secūdum text. in l. si quis autem defunctus. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. sed in eo qui habet voluntatem patris expressam, id est, qui ex testamento est vocatus, sufficit, quod sit natus ex soluto & soluta, secundum Iac. de Bel. quę refert & sequitur Bal. in addit. Spec. loco prædicto. & Dec. consi. clv. satis est enim esse natum ex coitu: qui non possit accusari, secundum gl. in l. qa semper. ff. de iur. vxor. per quam gl. ita etiam sentit. Io. de Imo. in l. ex facto. §. j. ff. ad Treb. licet loquatur sub dubio forte, refert Alex. §. j. & probatur hæc opinio clarè per tex. in d. §. si quid autem de-

BIU Cujas

functus.in fi.ibi, si mortuus fuerit intestatus, quasi dicat, ex testamento admitti posse, citra illud ischma concubinę facit, quod not. Iaf. consi. ccxxxiiij. & idem sentit etiam Pau. Castr. consil. ccccclxvij. vlso dicto puncto, occurrunt dubia. in ij. & nouissimè consuluit Aym. Crauet. consi. clxvj. num. xj. & ita est tenendum quicquid dixerit Oldrad. consil. cxcvj. & aliqui moderni ad prædictum text. non aduertentes. Et hæc omnia saluo semper, &c.

CONSIL. LXXIIII. SVMMÆ.

1 *Filij in conditione positi, non sunt vocati.*
2 *Fideicommissum nũquam inducitur, nisi quoties verba, aut mens testatoris certa hoc exprimit.*
3 *Cum fideicommissum sit onus, & grauamen, non est verisimile in dubio, quod pater filium suum grauauerit.*
4 *Ex diuersis nihil infertur.*
5 *Ex legato particulari, & modici effectus, non debet sumi argumentum ad rem maiorem, qualis est institutio fidei commissaria vniuersalis.*
6 *Verborum, in quos hæreditas peruenerit, vis.*
7 *Conditionis expectandus euentus.*
8 *Fideicommissum nunquam inducitur, nisi ex certis coniecturis, & in dubio semper pronuntiamus fideicommissum, non subesse, quia est onus.*
9 *Conditio si ante obitum decesserit, non habetur post obitum.*
10 *Vbi verba clara sunt, non admittitur quæstio voluntatis.*
11 *In compendiosa clarum est plures substitutiones contineri.*
12 *Substitutiones tot, quot personæ.*
13 *Pluralitatem aliquo modo verificari sufficit.*
14 *Pluralis numerus, plerunq; pro singulari ponitur.*
15 *Substitutionis appellatione proprie intelligimus de directa.*

ALlegationibus vtriusque partis in præsenti negotio visis, requisitus quid sentiam, non potui derrectare, quin veritatis & iustitiæ testimonium, pro tenui facultate mea, feram. Et quia hic & inde subtiliter, copioseque per præstantissimos aduocatos allegatum est, acquiescam hac in parte eorum laboribus: & breuiter, & paucis decidam quid mihi verius videatur. Arbitror ergo, si dominus Ioan. Paulus decesserit, relictis filijs masculis, fideicommissum euanuisse. Quia est duntaxat conceptum, *Vbi dictus Ioan. Paulus decederet absq; descendente masculo, ex linea masculina de legitimo matrimonio*, quæ conditio, cùm non euenerit, merito fideicommissum expirat: quia isti † filij in conditione positi, non censentur vocari ex dicto testamento, secundùm gloss. communiter approbatam in l. Lucius. ij. de hæred. institut. Sciendum enim est, quod † fideicommissum nunquam inducitur, nisi quoties verba, aut mens testatoris certa hoc exprimit, vt est text. in l. quidam cum filium. de hæred. institu. cum enim fideicommissum sit onus, & grauamen, † non est verisimile in dubio, q. pater filium suum grauauerit, vt habetur in l. si Titio. §. j. ff. de leg. j. l. pe. §. cùm autem. C. de inof. test. & quando in conditione ponuntur filij, non censentur positi eorum contemplatione, aliàs nõ conditionaliter, sed dispositiuè vocati fuissent, sed potius contemplatione patris, qui purè & simpliciter fuisset grauatus, nisi conditio filiorum adiecta esset, vt dicit Bar. in l. illis. ff. de cond. & dem. Pau. Castr. consi. clij. præsens. in j. in nouis. & ideo in tali conditione non curamus, an filij sint hæredes patris, vel non, vel quod deinde de eis contingat. l. filius fam. §. cum quis. de leg. j. sed solum attendimus aduentum conditionis, quia conditio ipla pro causa est. l. iiij. §. j. de cond. inst. vbi Bald. la Ti nũ. vbi doct. de verb. oblig. Hinc est quod parum refert, an conditio simpliciter cõcepta sit, *si filij*, an etiam adiectum *Masculis*, nõ enim ideo videntur vocati masculi. vt sentit Alexan. consi. xxiiij. in iij. cxxxix. in vj. Soc. consi. cxvj. in iij. & lxij. Gui. Pap. consi. ccccxcix. quicquid dixerint aliqui Mod. ós referre non attinet. Non enim vt tales filij, censeantur vocati, satis est quælibet leuis coniectura, sed oportet eam esse cõcludentem & necessariam, alias à vi verborum non recederemus, vt eleganter respondit Soc. consi. cxvj. supra allegato. vbi confutat quasdam coniecturas, de quibus per eum. Non obstant ergo coniecturæ allegatæ in consilio contrario. Et primò dum ponderant in legato capellæ illa verba, *Suosq; hæredes & descendentes masculos ex linea masculina*, &c. Respondeo enim hanc coniecturam esse valde friuolam, cùm ster simul, quòd respectu capellæ vocauerit omnes descendentes, & non tamen respectu hæreditatis, † ex diuersis enim rebus nihil infertur. l. Papinianus exuli. de mun. & non sequitur, eos vocauit ad ius præsentãdi capellanum, quod nemini onerosum est: ergo etiam ad hæreditatem, quod grauamen esset filij sui. vnde consuluit Alexand. quod etiam si filij in alio. c. testamenti expressè vocati essent, non tamen præsumeremus in capite substitutionis, per conditionalia verba censeri vocatos. ita Ale. consi. clxxxv. in ij. & consi. xxij. consi. xxix. in iij. lib. Imò potius coniectura sumitur in contrarium, quia sicut in legato particulari fecit mentionem descendentium, ita etiam feciſſet in fideicommisso vniuersali, si voluisset illud inducere. l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. Ioan. de Anan. consil. xxij. & per Dec. consi. ccccxvj. Et quia † ex legato particulari & modici effectus, non debet sumi argumẽtum ad rem maiorem, qualis est substitutio fideicommissaria vniuersalis. l. pen. §. illo. C. de necess. ser. l. tutores. §. j. de adm. tut. per Bar. Iaf. cæteros in l. ij. ff. de iur. omn. iud. Quamuis etiam illa verba possint intelligi, vt dictum ius præsentandi pertineat ad descendentes domini Io. Pau. quibus ab intestato succedendi locus restauratus est, secundum d. l. Lucius. cum † illa verba, *in quos hæreditas dictæ dominæ peruenerit*, possint intelligi de hærede hæredis, ab intestato succedentis, qui censetur hæres testatoris. l. fin. C. de hered. institut. l. si quis filium. §. fin. de acquirend. hæred. non enim dicitur, *Ad quos hæreditas dictæ dominæ peruenerit ex præsenti testamento*, sed simpliciter, quo casu dicitur peruenire etiam ab intestato, & etiam quod nullum fideicommissum subesset. Non obstat secunda coniectura ex verbis testamenti, dum dicitur. *Sciens dicta domina, quod stantibus substitutionibus d. D. Ioan. Paulus non posset alienare, &c.* quod falsum esset, si fecisset solam substituti onem vulgarem, vel etiam fideicommissariam respectu fœminarum tantùm, &c. Respondeo hanc quoque coniecturam satis friuolam esse, quia d. Io. Paulus est grauatus fideicommisso † conditionali, *In casum quo moriatur absque liberis.* quæ conditio non euenit, & qui grauatus est fideicommisso conditionali, ante euentum conditionis non dicitur posse alienare, quia non reperiret emptorem, & ipse poneret se in periculo euictionis, vt dicit text. in l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commun. de leg. nec refert

referri quantum ad facultatem alienandi, an fideicommissum sit solum casum existentium fœminarum, an etiam casu existentium masculorum, cum ipso viuente, semper ipso iure valuisset alienatio: post mortem verò rescinderetur, eueniente conditione, & ideo testatrix remansit contenta quod liberetur, soluendo pretium in cuius fauorem euenisset conditio, seu ad quem ex forma ordinamenti iuri bona peruenire deberent, quæ verba nullam coniecturam inducunt noui fideicommissi, neque ampliant præcedentem dispositionem, iuxta reg. clem. j. de præben. Sed ad casus suprascriptos se referunt, ideo secundum illos debet restringi & declarari. Non etiam obstant coniecturæ quæ nouissimè per Christianissimum dominum iudicem adductæ sunt. Quia illud constat, quòd fideicommissum nunquam inducitur, nisi ex certis coniecturis, & in dubio † semper pronuntiamus fideicommissum nõ subesse, quia est onus, & ideo text. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. vbi Socin. vir non probat quod incertitudo vitiat dationem legati, vel fideicommissi, & tamen non vitiat ademptionem, quia fauorabilius est, q̃ fideicommissum non subsit, vnde etiam in eis non fit lata interpretatio, sed stricta. l. nummis. de leg. iij. declarat Decius l. in testamentis de reg. iur. Modo in casu nostro verba primi capituli, simpliciter concepta sunt, *Si filius ante obitum matris decesserit*, quæ conditio infra etiam est repetita ibi, *Aut ante etiam relicto, &c.* Talis iteratio arguit eniχá formam verborum, vnde nullo modo possumus intelligere idem foi, etiam si post obitum decederet, quia interpretati ante, pro post, nihil aliud est, quàm album interpretari pro nigro, & † conditio, *Si ante obitum decesserit*, non trahitur post obitum. l. commodissimè. de lib. & posthum. vnde etiam si tractaretur de fauore sustinendi testamenti, & non de onere filij, vt in casu nostro, sed de honore, adhuc talis interpretatio non admitteretur. Et ideo dicunt doct. communiter, quod in consil. Galli, Aquilij, illa verba, *Si filium me viuo decesserit, &c.* non verificantur si mortuo patre decesserit, & testamentum potiùs est nullum præteritione, & tamen ibi plurimæ coiecturæ erant pro mente testatoris, & ita tenent doct. in d. l. Gallus. in princ. & glo. in l. si mater. §. j. de vulg. & pup. Et ideo coniecturæ quæ adducuntur, possunt vnico verbo tolli, † vbi enim verba clara sunt, non admittitur quæstio voluntatis. l. ille, aut ille. §. j. de leg. iij. debent enim coniecturæ ambiguæ cedere verbis claris. Et vt omittam alias coniecturas, quæ sunt satis leues, & in quibus non est insistendum, quoniam ex seipsis corruunt, attingam duntaxat primam, à qua cæteræ dependent. Dum in testamento dicitur, *Sciens ipsa domina, quod stantibus substitutionibus actis vt supra, ipse dom. Io. Paulus non posset alienare bona immobilia, &c.* Sequitur ergò quòd primum capitulum substitutionis inducat fideicomm. non autem simpliciter intelligatur in casu vulgaris substitutionis, si ante obitum testatoris decessisset. Respondeo posse hæc verba intelligi, vt concordent cum primo capitulo, nec ideò interpretemur, *Ante obitum*, id est, post obitum, potest autem hoc contingere multis modis. Primò, si intelligamus de substitutionibus, quæ in secundo capitulo continentur, respectu fœminarum, & descendentium ab eis, cum enim in eo capitulo sit compendiosa, clarum est † in compendiosa contineri plures substitutiones, vt declarat Bar. & doc. in l. Centurio. de vulg. Item cum sint vocatæ † plures personæ, dicunt tot esse substitutiones, q̃t personæ, idq; non attento, quod eo contextu verba cõ-

cepta sint, vt per Bar. l. Lucius. de vulg. in iij. q. principali. & cum vocentur descendentes, & sic plures gradus ordine successiuo, tot sunt substitutiones, quot gradus. l. quandiu. de acqu. hæred. l. potest. ff. de vulg. Secundo intelligantur illa verba, *Stantibus substitutionibus non posset disponere, &c.* hoc esse verũ respectu regulæ & conclusionis, licet verificari nõ possit respectu remedij. verum enim est, quòd stante prima substitutione vulgari, non poterit Ioan. Pau. alienare, quia mortuus est ante testatricem, licet remedium tunc non conueniret, vt possit subrogare alia bona. Satis autem est † si pluralitas illa sermonis aliquo modo, & certo respectu possit verificari, licet non omni modo verificetur. c. indemnitatibus. §. pen. de elect. in vi. gloss. c. j. verb. primitias. de decimis & cle. j. de vsur. verb. censura. & sic intelligemus, quod stantibus substitutionibus, non poterit alienare, quia prima non admittit eum, sed eius filios casu mortis ante testatricẽ, secunda verò causa grauat de restituendo sororib. & filiabus. Tertiò, si illa verba, *Substitutionibus, &c.* intelligantur eo modo prolata, quo † pluralis numerus plerunque pro singulari ponitur, prout in l. in conditione. ff. de cond. fur. & l. j. §. vt in initio. & §. eum qui. ff. de popul. videmusque sæpissimè id fieri in iure nostro, & etiam in communi sermone, minorq; est hæc abusio, quam si interpretemur, *Ante obitum*, id est. *Etiam post obitum*. & sicut dixi album pro nigro, facit gloss. in l. si ei cui verbo. ijs casibus de euic. & in l. quòd si nolit. in fin. de ædil. edict. Quartò possunt intelligi, secũdum proprietatem sermonis, quæ est, quod † *substitutionis* appellatione propriè intelligimus de directa, vt notant omnes in rub. ff. de vulg. & pupi. Sũt autem duæ substitutiones directæ. prima vulgaris, in casum impotentiæ in primo c. comprehensa. Secunda, compendiosa in secundo capitulo, quæ ambæ hæreditate adita expirent; satis verificatur quod eis stantibus non posset alienare, quia non esset hæres. Et ideò dum subsequitur, loquendo de remedio subrogationis aliorum bonorum adijcit dictionem, *fideicommissis*, cum relatiua dictione, *vt supra*, per quam fit restrictio ad ea, quæ continentur in dicto secundo capitulo.

CONSIL. LXXV. SVMMÆ.

1 *In partibus, in quibus quis habet vsumfructum formalem, fit consolidatio cum proprietate.*

2 *In partibus in quibus quis habet vsumfructum causalem, non fit consolidatio, quia talis vsusfructus, nunquam potest separari à proprietate.*

3 *Verba fructus, reditus, & prouentus causam proprietatis non respiciunt.*

4 *In dubio debet fieri interpretatio contra fideicommissarium.*

5 *Testator specialiter priùs prouidens vxori, de quadam parte, & deinde generaliter legans illimet vsumfructum omnium bonorum, in tali legato non censetur actum de illa parte, in qua specialiter fuit instituta.*

6 *Quod quid sit superfluum, nunquam interpretandum est.*

7 *Fideicommissum adesse coniecturis conuinci.*

8 *In testamentis verba debent intelligi, etiam improprissimè vt aliquid operentur.*

9 *Verbum hæreditas est ius vniuersale, & comprehendit omnia.*

10 *Verba huiusmodi, & prædicta referuntur ad omnes qualitates præcedentes.*

11 *Verba fructus, reditus, & prouentus possunt ex proprietate sermonis verificari, tam respectu vsusfructus forma-*

lis, quàm causalis.

12 Ex voluntate disponentis accessorium trahit principale.

13 Qui vult vnum, videtur & velle aliud connexum.

14 Qui legat fundum, deinde vsumfructum, censetur appellatione fundi comprehendisse proprietatem, & vsumfructum causalem.

15 Qui instituit hæredem in parte, et deinde legat generalem vsumfructum, non videtur voluisse relinquere institutionis vsumfructum causalem hæredi.

16 Quis in re sua vsumfructum habere non potest.

17 Verbum consolidetur, significat id est coniungantur.

18 Verbum perueniat, est verbum obliquum, inducens fideicommissum.

19 Si testator specialiter aliquid legat vxori, deinde constituat eam vsumfructuariam, intelligitur diuersimodè, vide licet quod in bonis ei specialiter legatis, intelligitur de vsufructu causali, sed respectu aliorum, intelligitur de formali.

20 Si testator institutis filijs leget vsumfructum vxori cum filijs non poterunt dici isti filij esse propriè vsufructuarij respectu suæ partis, ex quo in ea sunt hæredes.

21 Fideicommissum etiam vniuersale potest fieri, nedũ expressè, sed etiam ex coniectura voluntatis.

22 Euidens etiam dicitur, quod per coniecturas deprehenditur.

PErstringendo punctum, de quo rogatus sum, vt dicam quid iuris esse mihi videatur. Principaliter tangenda sunt duo dubia. Primum est nũquid ex illis verbis, *Quodquot ea vita functa, seu aliàs si cõtingat eã secũdo maritari, fructus, reditus, & prouentus hæreditatis huiusmodi, cũ proprietatibus consolidentur, & perueniant ad hæredes prædictos, proportione, &c.* oriatur aliquod fideicommissum. Secundum dubium est, ad quem spectet onus probandi. ista bona fuisse dictæ Ioannæ assertæ donatricis. Circa primũ, videretur prima facie dicendum, d. Ioannonam vxorem testatoris, non censeri grauata aliquo fideicommisso versus cohæredes. Et id tribus rationibus. Primò, quia cum ipsa esset hæres instituta in tertia parte, & in reliquis esset vsufructuaria, nõ potest intelligi aliquod fideicommissum respectu d. tertiæ partis, quia verba testamenti volũt, quod fructus consolidentur cum proprietate, quæ verba non possunt habere locum, nisi respectu earum
1 partium, † in quibus habebat vsumfructum formalem, quia in his bene fit consolidatio. §. fin. inst. de
2 vsufr. † non autem respectu earum, in quibus habebat vsumfructum causalem, quia talis non est consolidabilis, ex quo nunquam potest separari à proprietate. l. si cum testamento. §. fi. ff. de except. rei iud. Secundo facit, quia testator non apposuit vllum verbum, per quod induci posset fideicõmissum respectu ipsius proprietaris, ex quo verba sim
3 pliciter sonant de vsufructu, † verba enim *Fructus, reditus & prouentus.* causam proprietatis non respiciunt. l. vsufructu leg. §. j. ff. de vsufr. Pau. de Eleaz. & Card. in clem. vnic. de excess. præla. ergo ista dispositio contra formam verborum, non est trahenda ad bona, in quibus habebat proprietatem. l. non
4 aliter. de leg. iij. & † in dubio debet fieri interpretatio contra fideicommissarium. l. vnum ex familia. §. fi rem. de leg. ij. l. vxorem, vbi Bart. de leg. iij. Tertio confirmatur, quia cum † testator specialiter prius instituerit vxorem in tertia parte, deinde generaliter legauerit illi vsumfructum omnium bonorum, in tali legato non censetur actum de illa tertia parte, in qua specialiter iam prouiderat l. doli clausula. ff. de verb. oblig. Item quia alias legatum
A vsusfructus respectu d. tertiæ, esset inutile. & † superfluum, quæ intelligentia non est capienda. l. si
6 quando cum ibi not. de legat. j. & contradictionaliter illa clausula, *Quodq; ea vita functa, &c.* non potest trahi ad dictam proprietatem & ista iusta quæ videntur vrgere in prædicto casu. Quibus tamen nõ obstantibus considerata mente testatoris, inclino in contrariam partem, quod imo ista mulier intelligatur grauata fideicommisso, etiam quoad portionem suam, in qua erat instituta hæres. Ermeneu-
B ueor in effectu tribus alijs rationibus. Primò, quia considero, quod testator ante legauerat ipsum vsumfructum omnium bonorum huic vxori, quandiu statum viduale seruauerit, vnde in casu mortis, vel secundarum nuptiarum, vel quod honestè se non gereret, fuisset priuata vsufructu, & vsusfructus consolidatus fuisset cum proprietate. d. §. fin. & no. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. vnde nisi dicamus, per illam clausulam † induci fi-
7 deicommissum, illa clausula esset in totum superC flua, quòd non est dicendum, nedum clausula, sed nec in vna syllaba, vt est gloss. in c. solitæ. in verbo, tanquam. de maio. & obe. & Bart. in rub. de cont. empt. in ix. q. & † in testamentis, vt verba aliquid
8 operentur, debent etiam intelligi impropriissimè, vt est text. in l. cum filio. & ibi Raph. Com. ff. de leg. iij. Secundò considero, quod testator primò mandat, *Quod ista mulier sit vsufructuaria omnium, & singulorum bonorum hæreditatis suæ* deinde subdit, *quod fructus, reditus, & prouentus huiusmodi hæreditatis consoli-*
D *dentur, &c.* & sic loquitur de fructibus totius hæreditatis, quod indicat in se verbum; *hæreditas*, quæ est ius vniuersale, & comprehendit omnia. l. nihil ff. de verb. sign. & quia est prolata indefinitè. l. si pluribus. ff. de leg. ij. & quia illud † verbum *Huiusmodi*, & illud verbum, *prædictæ*, refertur ad omnes
10 qualitates præcedentes, vt per doct. communiter in l. si cui. ij. ff. de leg. & fideicommiss. j. & in præcedenti dicebatur per verba multum generalia, de hæreditate, *Cum omnibus iuribus, vbicunq;, & qualitatcunq; sint*, & ex hoc ostenditur, quòd voluntas testatoris erat, vt prouentus totius hæreditatis prouenirent in cohæredes, & tamen si vera esset prædicta opinio non prouenirent nisi fructus diuarum partium hæreditatis, quod est expressè contra verba testamenti. Tertio considero quod vt euitentur prædictæ difficultates, videtur quod ista verba possint aliter, & meliùs intelligi duobus modis. Et primò quod ista mulier teneatur restituere omnes fructus, & prouentus, cum hæreditate, respectu dic-
vt supra dixi. Idemque de Galeratо videtur, qui in hoc contradicit, alijs dum dicit, *Relinquo Paci, quod sit domina & madonna, &c.* tu presbyter dicas alio modo, Luchinus alio, & inter hos casus est magna differentia, secundum Ias. d. l. extraneum. vers. ij. limita. Præterea alij dicunt, quòd intelligibiliter nominauit S. Satyrum, iste contrarium dicit, quod ter fuit interrogatus, vt repeteret, vnde est quasi irat⁹. Præterea non fuit præsens vsque ad finem, nec de facto pœnæ deponit, sed recessit, vnde tanquam non informatus, plenè non facit fidem secundùm B glo. in l. Lucius. ff. de ijs qui not. infa. & quod habetur in l. si is qui testamentum. ff. de test. per Corn. consi. ccxxviij. iiij. Præterea mirum est, quod nemò dat istum in contestem. Corn. consil. lv. iiij. & cùm sint ab alijs, & a presbytero nominati omnes qui interfuerunt; & non iste satis potest prudens
22 iudex perpendere falsitatem. addo, quod iste † testis non fuit rogatus, & ideò non probat testamentum, etiam ad pias causas, vt dicit Socin. post alios quos allegat consi. xcij. in fin. in iij. vol. & probatur in d. c. relatum. verbo requisitis. de quo tamen dicendum est, vt ibi. Cùm ergo aduersus hos & testes propria causa, vel potius p concubina defuncti, perhibentes testimonium, obstant supradicta. & testes pro agnatis sint, & plures numero, & minus suspecti, debet iudex adimere causam intestati, cum causa testati non fit rectè probata, vt in casu fortiori contra pium locum consuluit Ange. consi. ccxxxiij. & Corn. consi. cclxj. in j. & consil. lv. in iiij. Pro qua sententia facit ratio generalis, nam †
23 iure ciuili non valebant relicta etiam ad pias causas, nisi adhibitis vij. testibus & seruata omni solemnitate, vt est text. in l. generali. C. de sacrosan. eccl. & est communis opinio contra Bart. in l. j. C. eod. tit. deinde pontifices fauore piæ causæ voluerunt etiam duos testes sufficere, quia existimauerant solemnitatem illam negligendam, quæ duntaxat inuenta erat, nec facilè falsum committi posset. vnde si hæc suspicio cessaret, voluerunt satis esse duos testes idoneos, id est, non suspectos vt dicit Hostien. & Ioan. Andr. in d. c. relatum. vbicunque ergo subesset suspicio, tunc non esset locus dictæ dispositioni, vt etiam dicit Ant. de But. in c. cum esses. eod. tit. & Bal. consi. cclxxxv. ad finem in iij. volu. At in casu nostro manifesta est suspicio falsitatis, quæ inducitur ex attestationibus, inductis in fauorem agnatorum, quorum dicta non solùm inducunt in dicem in suspicionem secundum doctrinam Bar. in l. admonendi. de iureiu. sed etiá probant concludenter aduersus causam piam. Et certè videtur mihi res clara in fauorem ipsorum agnatorum, & si causa hæc esset mihi commissa non aliter iudicarem. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXX. SVMMÆ.

1 *Quotiescunq; substitutio facta est per nomen collectiuum, sicut est dictio liberos, vel masculos, vel similes, vno decedente, admittitur sequens proximior.*

2 *Dictio filios regulariter loquendo, non est collectiua.*

3 *Quotiescunq; testator vocauit filios fratris, vel patrui, non de præsenti, sed in futurum euentum, tunc quia non potuit esse certus, an tempore euenientis conditionis adfuturi essent filij, an nepotes, intelliget etiam dispositio de nepotibus.*

4 *Per substitutionem factam in omnibus bonis testatoris, & post mortem omnium filiorum, videtur inter ipsos filios reciprocè substitutioni locum esse.*

5 *Substitutio nouissimè decedenti facta, habet totum, ac si post mortem omnium facta sit, quia æquiparantur.*

6 *Dictio pleno iure significat in totum.*

7 *Per clausulam illam in diuisione positam ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, faciendum, &c. quicquid eisdem videbitur, videtur induci renuntiatio fideicommissi.*

8 *Hæres defuncti personam repræsentat.*

9 *Si facta esset alienatio rei fideicommisso subiectæ, licet tertius ad rem ipsam non posset conueniri, hæres tamen ipse alienantis teneretur ad pretium.*

10 *Grauatus fideicommisso, duplici actione tenetur, vna ad rem ipsam si extet, altera ad eius æstimationem, si facultatem dandi non habet.*

11 *Clausula licentiæ a petitione rei alienatæ liberans, non debet extendi ad pretium.*

Generosissimi Ludouici Richardi in testamento quæritur, an sit aliqua substitutio reciproca, cuius virtute Frā. de S. Præiecto, possit prętendere bona nobilis Petri fratris sui, qui absq; filijs decessit, ad se pertinere. Et videtur mihi dicendum, quòd sic. nam d. Ludouicus in substitutione vsus est ijs verbis, quibus instituit Ioannem filium, & eo decedente, substituit directè, & pleno iure Antonium, & suos filios nascituros post eum, & casu quo dictus Antonius, & sui masculi decederent absque liberis, substituit pleno iure Mariam, & Margaretam, &c. ex quorum verborum tenore resultant duo fundamenta, quibus manifestè apparet filios Antonij inuicem substitutos esse. Primum est, quia † quotiescunque substitutio facta
1 est per nomen collectiuum, sicut est dictio, *liberos*, vel *masculos*, vel similes, vno decedente, admittitur sequens proximior. l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. & per Soc. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthum. vers. quartus casus. Vnde apparet, quòd decedente Petro, admitti debet ad fideicommissum d. nobilis Fran. eius frater, & proximior. Nec obst. quod testator vsus sit † dictione
2 *filios*, quæ quidem non est collectiua, regulariter loquendo. l. Titius. in prin. vbi not. ff. de lib. & posthum. Quia respondeo, quòd hoc est verum in casibus, in quibus *filiorum* appellatione nepotes non continentur, prout dicit Soc. in d. §. quidam rectè. vers. ex qua consideratione, quem ibi sequuntur Mod. maximè d. Caro. Ruin. vbi plurima pro hac sententia adducit, quam puto verissimam. Quod autem in casu nostro appellatione *filiorum* veniret nepotes, probatur ex communi conclusione, quæ habet, quòd † quotiescunq; testator vocauit filios
3 fratris, vel patrui, non de præsenti, sed in futurum euentum, tunc quia non potuit esse certus, an tempore euenientis conditionis adfuturi essent filij, an nepotes, intelligetur etiam dispositio de nepotibus. l. Lucius. ij. de hær. instit. prout eam intelligit Io. de Imo. Alex. Soc. Ias. in d. l. Gallus. §. instituens. & latè consuluit Alex. consi. xxxvij. volu. ij. cuius rationes vlteriùs non prosequor, quia videri apud eum possunt, suadeturque hęc opinio ex verbis testatoris, qui infrà in conditione fideicommissi non repetijt dictionem, *filijs*, sed simpliciter dixit *masculis*, quæ dictio indubitanter est collectiua, & ex qua declaratur, quemadmodum in relligatur dictio, *filijs*, in præcedenti parte scripta. l. seruus plurium. in fin. ff. de leg. j. & in casu non dissimili consuluit Abb. consi. xxxvj. in j. vol. vers. nec obstat. & Raphael Com. consi. cxvij. in j. dub. Gui. Pap. q. ccccl. xxxv. Inci. si in aliqua. cum similibus.

Al-

4 Alterũ caput principale est, quia † substitutio ista facta est in omnibus bonis ipsius testatoris, & post mortem omniũ filiorũ Antonij, quo casu, videtur inter ipsos filios reciprocæ substitutioni locum esse, per tex. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de le. 5 ij. quę lex licet loquat, quãdo † substitutio nouissimo decedenti facta est, tamẽ habet locũ, etiã quoties post mortẽ omnium facta sit, quia ista æquiparatur. l. codicillis. ff. de vsufruct. lega. prout tenuit Alex. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. & consi. xcj. in j. Corn. cõsi. ccxcviij. in iiij. & dicit Iat. in l. potest. de vulg. & pup. & se consuluisse infinitis vicibus, & verissima hęc est cõclusio duob. concurrentibus. Primõ quod substitutio sit post mortem omnium. Secundò, quod sit facta in tota hæreditate, quod est in casu nostro, propter illa 6 verba, † *pleno iure*, quæ viderentur totum significare. l. diuortio. vbi glo. in verb. plena. ff. de neg. gest. l. Titia. de ann. leg. c. eum & plantare. §. in ecclesiã. extra. de priuileg. vnde stante tali verbo, videtur testator dedisse facultatem fideicomissario, etiam propria auctoritate possessionẽ appræhendendi, secundũ Bar. in l. Cęturio. in ij. membr. princip. ff. de vulg. & pup. quẽ allegat Bal. in auth. hęc vsus. C. de sacros. eccl. suaderetur hæc interpretatio ex præcedenti verbo, quo dicit, *se directo, & pleno iure substituere, &c.* illud enim verbum, *pleno iure*, debet, vt aliquid operetur, aliter intelligi, quàm directo. l. si quando. de leg. & fideicom. j. Consequens est ergo, vt intelligatur in totum, & respectu filiorum Antonij, qui vocantur post eum, & sic per fideicommissum, secundum gloss. in l. precibus. C. de impub. perinde est, ac si scriptum esset fideicõmissum in integra hæreditate induci. Nec dubito, quin hæc fuerit mens testatoris, quæ plurimum in reuerendissimo senatu solet attendi, maximè cum tractetur de conseruanda hac familia, quod argumentum valde fauorabile est, secundum dubium principale est, quia videretur prima fronte renuntiatum esse fideicommisso propter diuisiones inter istos fratres factas, in quibus vltima pars assignat alteri bona subiecta fideicommisso cum 7 † illa clausula, *ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, & faciendũ, quicquid eisdem videbitur, & placuerit, &c.* quibus quidem verbis videtur induci renuntiatio fideicommissi, secundum doct. Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. oblig. cum quo transeunt ibi doctor. communiter quod maximè procedere debet in casu nostro, in quo ex inspectione diuisionum, & trãsactionis apparet eos habuisse notitiam dicti fideicommissi respectu. de ijs. ff. de transac. Sed his non obstãtib. puto adhuc saluum ius esse D. Francisco. Moueor, quia dicta clausula non operatur renuntiationem, nisi respectu tertij, in quem iam esset facta alienatio. vt ibi declarat Bartol. vnde non facta alienatione remanet fratre ádhuc subiectus fideicommisso l. sicut. §. si debitori. ff. quibus modis pig. vel hyp. sol. & sicut ipse remanet obligatus, ita illam obligationem transmittit in 8 † hæredem, qui eius personam repræsentat. §. j. in auth. de iureiur. à mor. 9 Fran. Curn consi. lxiij. facit quia † si facta esset alienatio, licet tertius ad rem ipsam non posset conueniri; hæres tamen ipse alienantis teneretur ad pretium, vt sentit Bartol. & traditur in l. si fundum per fideicomm. ff. de leg. j. arg. l. fin. in fi. ff. de leg. 10 ij. Cum enim † grauatus fideicommissum duplici actione teneatur, vna ad rem ipsam, si extet, altera ad eius æstimationem, si facultatem dandi non habet. l. non dubium. §. fin. ff. de leg. iij. suprascri-

pta † clausula licentiæ à petitione rei alienatæ liberans, non debet extendi ad pretium. l. si domus. ff. de seru. vrb. præd. & pro ista opin. facit glo. in l. pero. §. præterea. in gl. fin. ff. de lega. ij. Et ita semper & legendo in d. §. duo fratres. & consulendo, sum solitus tenere. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. LXXXI. SVMMÆ.

1 *Limitatur dispositio. §. cùm ita l. hæredes mei. ff. ad Trebe.*
2 *Licet in testamentis mens testatoris plurimum dominetur, tamẽ hoc intelligitur, dummodò sit expressa per verba.*
3 *Mens ipsa non potest rectè percipi, nisi ex verbis, aliàs facilè deciperemur in coniectura mentis, ideò non est à verbis recedendum.*
4 *Ad inducendum fideicommissum, non sufficit coniectura à mens testatoris, nisi coniectura sit necessaria, & valdè probabilis ex verbis testatoris.*
5 *Non aliter à significatione verborum recedendum est, quã cum manifesta est mens testatoris, vnde cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus subesse fideicommissum.*
6 *Fideicommissum est onus, & in dubio pronuntiamus non subesse, quia semper sit interpretatione, ne hæres sit grauatus.*
7 *Fideicommissi ademptio fauorabilis est, quia datio est odiosa*
8 *In legatis, & fideicommissis semper quod minimum est, sequimur.*
9 *Non est verisimile Patrem voluisse onerare filium, nisi quatenus verba expressè hoc inferant, vnde in fideicõmissis onus filio iniunctum, ad nepotes non pertinet.*
10 *Testator qui filiam excludit, multò magis nepotes, censetur exclusisse.*
11 *Verba, volo, quòd vnus filius moriatur alteri, sunt verba directa substitutionis.*
12 *Persona nunquam extrinsecus subauditur.*
13 *Fideicommissa conditionalia, etiam ab ascendentibus vellecta, non transmittuntur, nec quidem in descendentes.*
14 *Causa testati præfertur causæ intestati.*



ESTAMENTI D. Marini de Gũdola verba sunt. *Reliqua bona mea omnia volo esse filiorum meorum Benedicti Nicolai, & Andreæ, hac conditione, quod si quis eorum moriatur sine hærede legitimo, volo quod vnus moriatur alteri. Et si contingeret omnes tres deficere absq; hærede, volo, quod bona mea perueniant ad Annam filiam meam, eiusq; hæredes masculos.* Cõtigit, vt Benedictus primus moreretur, relictis tribus filiabus, & vno masculo, qui deinde decessit postea mortuus est. Nicolaus sine liberis, & intestatus, tandem perijt Andreas sine filijs facto testamento, in quo fecit legata extraneis, &c. Quæritur an potuerit hoc facere in præiudicium filiarum Benedicti, propter suprascriptum fideicommissum. Et prima fronte videretur obstare fideicommissum, non quidem secundum verba, sed secundum mentem testatoris, qui per illa verba, *si quis ipsorum moreretur sine hærede legitimo, &c.* Censetur posuisse in conditione dictas filias Benedicti, quæ licet non censeantur in dispositione secundũ glo. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. hoc intelligitur ex persona ipsarũ, secus ex persona patris per ius transmissionis, vt hoc casu ius fideicommissi cõditionalis transmittatur secundum glo. in l. is cui. ff. de act. & oblig. & per doct. Bald. in l. vnica. C. de his qui ant. aper. tab. quod fatetur de plano. Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. quòties vltimo loco substitutus esset extraneus. & idem

BIU Cujas

tenet Soc.consi.vj.in personali.iij.vol.Nec refert, quod hic substituta sit Anna filia,quia cum excludatur ab istis sororibus,vt statim dicam , perinde est ac si esset extranea. arg. not. per Bart.l.j.§.qui habebat.ff.de bon.poss.contra tabul. Rursus pro istis sororibus facit,quia cum Anna esset nupta, & fœmina videbatur ab intestato excludi , ab ipsis masculis,quo casu communis est conclusio,quod substitutus duobus institutis,& inuicẽ substitutis nõ admittit ad portionẽ vltimi , in cuius persona solùm euenerit cõditio,† limitatur; hoc casu dispositio.d.§.cùm ita.in d.l.heredes mei secundum Bar.ibi,cum quo cõmuniter transeunt doct. Ang. Raph.Paul. Alex. Soc.Mod. cum ergo d.Anna filia non obstet ipsis sororibus, videretur eas admittendas ad fideicom.Sed tamen his non obstantib. teneo indubitanter nullum ius competere dictis sororibus, nec eas ad fideicommissum vocari , & præmitto quod † licet in testamentis mens testatoris plurimũ dñetur, tamẽ hoc intelligitur,dummodò sit expressa per verba l.quidam cũ filium.ff. de hær.inst.vbi Bal.& Imol.& quia† mens ipsa nõ potest rectè percipi,nisi ex verbis, aliàs facilè deciperemur in cõiectura mentis , ideò non est à verbis recedendũ,secundũ Bal.in l.precibus.C.de im pub.& alijs subst.versic.dixi ergo alibi.Bal.in l.cũ virum.C.de fideic.dicit ad inducendum fideicommissum non sufficere coniecturatam mentẽ testatoris,quod Ias.in l.potest.ff.de vulg.intelligit, nisi coniectura sit necessaria, & valdè probabilis ex verbis testatoris,& ideo lex ait,† non aliter,à significatione verborũ recedendũ, quã cum manifesta est mens testatoris, vnde cessantibus verbis fideicommissi,nunquã dicimus subesse fideicommissum l.Lucius.§.tres hæredes. in verbo an vnciam hæreditatis.ff.ad Treb.vbi Iac.Dyn.Alber.& cum † fideicõmissum sit onus.l.cohæredi. §. cùm filiæ. de vulg. in dubio pronuntiamus non subesse,quia semper fit interpretatio,ne hæres sit grauatus.l.vnum ex familia.§.si rem.de legatis,& fideic. secundo.vnde & alibi dicitur † fideicõmissi ademptionem fauorabilem esse,quia datio est odiosa. l. si fuerit.vbi Pau. de Cast.& Soc.v. not. de reb.dub. & alibi traditur regula,quod † in legatis & fideicommissis semper quod minimum est,sequimur. l.nummis.de legat. iij. l. apud Iulianum.aliàs idẽ Iulian. §.scio.de leg.j.Lud.Rom.l.plures.de dam. infect.Dec.l.in testamentis.de reg.iur.Et istud maximè debet habere locum , quando fideicommissum imponeretur filio, † non enim verisimile est voluisse patrem filium onerare,nisi quatenus verba expresse hoc inferatur.vnde in fideicommissis onus filio iniunctum ad nepotes non pertinet secundùm Dec.consi.ccxviij.cum concordantibus. sicut nec in prohibitione alienationis glo. §. nos igitur.in auth.de rest.fideic. quamuis alias *filiorum* appellatione veniant nepotes. l. iusta.ff.de verb. sign.His sic præmissis dico nullum ius competere dictis sororib.siue mentẽ testatoris inspiciamus siue verba.nec enim verisimile est voluisse patrem grauare filios suos masculos contemplatione istarum neptium fœminarum,quæ adhuc natæ non erant. & si respectu Annæ non est fideicommisso locus,multò minùs respectu istarum sororum, cũ † testator, qui filiam excluserit multò magis neptes censeatur excluisse. leg. si viua matre.C.de bon. mat.in fi.per Paul.de Castr.l.j.C.de cond.infer. & cons.ccccx. casus iste frequenter in ij. Fulg. consi. xxxviij. nec etiam verba adiuuant istas sorores, quia † verba illa *non volo* , *quòd vnus filiorum moriatur alteri*, quę sunt verba directa substitutionis.c.si pater.de testa.in vj. per Bart.in l. Centurio.de vulg. non possunt admittere hanc subauditionem , *moriatur alteri , & eius filiabus.* cum † persona nunquam extrinsecus subaudiatur.l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus.in fi.de verb.oblig.Nec obstant rationes in contrarium allegatæ,& in primis,quod istæ sorores iure transmissionis debeant admitti , quia respondeo, quod communis conclusio est in contrarium, quod † fideicõmissa cõditionalia etiam ab ascendẽtibus relicta nõ transmittuntur,nec quidẽ in descendẽtes vt est rex in d.l.hæredes mei.§. cũ ita.vbi glo.quã dicit cõmuniter approbatã Alex. ibi,& in cõsulendo,& iudicando sequendam. Idẽ tenet glo.l.vnica. C.de ijs, qui ante ap.tab.cũ cõcordantibus per Alex.cõsi.xcij.super eo.lib.iij. & consi.clxv.circa præsentẽ lib. v. Soc. cõsil.lxxiiij. examinatio lib.iiij.& cõsi.lxxvij.in præsenti lib.j. Dec.consil.lv.in j,& licet gloss.in l. is cui.de act.& obl.aliter sentiat tamen.eam gloss. cõmuniter reprobant doct. sicut eam reprobãt saluationẽ Soci. quam posuit in d.§. cùm ita. & in d.cõsi. vj.in iij. volu.sustinentis etiã,quãdo post morẽ omnium liberorũ substitutus esset extraneus.per l.vnicã. de ijs,qui ante ap.tab.nam nõ probatur iure illa opinio,& text.in d.l. vnica. non patitur intellectum Socini vt declarat Rui.in l.j.ff.de leg.j. & ibi sum sequutus.& ita etiam firmant alij mod.Papienses reprobantes d.opinionẽ Socin.in d.§.cum ita.num. 64. Quamuis in casu nostro illa opinio Socin.non multum faciat in proposito cum nõ extraneus sit substitutus, sed D. Anna filia testatoris, quo casu etiam ipse fatetur nullã fieri transmissionẽ. Non obstat,quod D.Anna non obstet sororib.cùm ipsa non admittatur ad fideicomissum,quia posito hoc ita esse(non enim respectu Annæ sum interrogatus) sed posito (vt dixi) hoc ita esse non sequitur dictas sorores includi,quia Bar,& doct.dicunt saluum esse ius sororum ab intestato vt admittantur secundum formam statuti, tanquam euanuerit fideicommissum,aduersus verò testamẽtum ipsius grauati non possunt admitti , quia vt dixi fideicõmissi conditio defecit,& † causa testati præfertur causæ intestati.l.quandiu.ff.de acquir. hæred. Et ex suprascriptis remanent dissoluta dubia mihi proposita,& apparet valere nec reuocari posse legatum possessionis, factum per Andream Dragonis de Gundola.in suo testamento.Et hæc omnia,saluo semper, &c.

CONSIL. LXXXII. SVMMÆ.

1. *Verba decedentium sine masculis variè accipi.*
2. *Dictio vt supra,se refert ad supradicta.*
3. *Natura dictionis similiter quæ sit.*
4. *Verba quandoq; mediatè accipiuntur , vt intentioni proferentis deseruiant.*
5. *Præcessor dicitur, qui mediatè præcedit.*
6. *Dominus dicitur, qui est dominus domini, & sic alio mediante.*
7. *Verba regulariter per prius accipiuntur , non autem per posterius.*
8. *Conditio simpliciter scripta sine masculis , non adiecta filijs, potest verificari etiam in Nepotibus, & pronepotibus,ex quo non restringitur ad certum gradum.*
9. *Dictio decedentium est participium præsentis temporis, & potest habere tractum, &c.*
10. *Quamuis qualitas adiecta verbo reguletur,secundum tẽpus verbi , tamẽ hoc non procedit, quando aliis verbis mẽs proferẽtis declaretur , quod intellexit etiã futurũ.*

CIRCA

CIRCA legatū ducatorū mille, factū filiabus Ludouici, videretur prima fronte d. Simonam non admittendam, quia verba legati sunt *filiabus Ludouici decedentis sine masculis*, ipse autem habuit masculos, & sic defecit cōditio. leg. filiusfa. §. cum quis. ff. de leg. j. Et certè tota difficultas stat in hac ratione, quomodo intelligantur illa † verba *decedentium sine masculis*, si intelligamus immediatè, erit exclusa d. Simona. d. §. cum quis. si intelligamus mediatè, erit admittenda. & pro hac secunda intelligentia facit, quia testator non simpliciter, dicit *decedentium sine masculis*, seu addit † dictionem, *vt suprà*, quæ dictio se referat ad supradicta, secundum Bart. l. j. §. hoc edicto. ff. de postu. in fi. Dec. cons. cccl xxvij. versic. nec obstat. supra autem dixerat, *quod si nemo ex descendentibus masculis extaret, &c.* & sic apparet, quod intellexit testator, si decederet Ludouicus sine masculis tā immediatè, quàm mediatè, quia Antonius, & eius filij decederent ipsi sine masculis, qui casus euenit, etiā quod ista fuerit mens ipsius ostenditur, quia aliàs fecisset meliorem conditionem filiorū ex filiabus suis præmortuis, quibus nō apposuit istam cōditionē, quā filiarū ex filijs masculis, quod videtur esse cōtra eius mentē, & contra † naturā dictionis *similiter*, per quā apparet istud legatū reduci instar præcedē tis. auth. similiter. C. ad l. Falcid. c. capitulū. vbi Felin. de rescrip. Nec est nouū, vt † verba quādoq; mediatè accipiantur, vt intentioni proferētis deseruiant, vel. ij. ff. de orig. iur. §. j. vbi superbus Demarati filius, scilicet mediatus, fuit enim nepos. sic † *præcessor*, dicitur etiā qui mediatè præcedit. c. ecclesia. versic. parte. extra, de cauſ. poſſeſ. & prop. & † *dominus* qui est dominus domini, & sic mediante alio. c. j. §. illud. de prohib. feud. alien. per Federic. & quæ habentur per Moder. in l. Modestinus. ff. de verb. sign. & licet † verba regulariter per prius accipiant, nō aūt per posterius. l. qui liberis. §. j. de vulg. tamē hoc nō procedit, quādo alia est mēs testatoris, vt ibi habetur. Et hoc maximè in casu nostro dicendū, in quo † conditio simpliciter est scripta, *sine masculis*, nec dicit, *sine filijs*. vnde potest verificari etiā in nepotibus, & pronepotibus, ex quo nō restringitur ad certū gradū. l. liberorū, de verb. sign. Et licet illa † dictio *decedentiū* sit participiū præsentis tēporis, tamen potest etiā habere tractum, quia † quāuis qualitas adiecta verbo, reguletur secundum tēpus verbi, tamen hoc nō procedit, quādo alijs verbis mens proferentis declaretur, quod intellexit etiam in futurum. c. Rainutius. extra, de testa. declarat Ripa. in l. Cēturio. de vulg. & facit quod not. Alex. in l. stipulatio hoc modo. versi. nec obstat quod qualitas. ff. de verb. oblig. & hæc procedunt etiam si in litera testamenti scriptum sit *descendentium*, in exemplo tamen mihi proposito scriptum est *decedentium* quo casu cessaret omnis difficultas, & referetur ad substantiuū præcedēs filiarum. Et ideo cōcludo. d. Simonæ deberi illud legatum mille ducatorum.

CONSIL. LXXXIII. SVMMA.

1. *Vulgaris substitutio potest fieri & in legato, & in fideicommisso.*
2. *Post agnitionem fideicommissi, expirat fideicommissum.*
3. *Alternatiua intelligitur ordine successiuo, respectu tantū vulgaris substitutionis, non vt primus cēseatur grauatus restituere sequenti, sed facta solutione primo, extinguitur ius cæterorum.*
4. *Quoties testator per copulatiuam, & verbis communibus vsus esset. puta substituo Titium, & eius filios, communis opinio est, filios vulgariter tantum vocatos esse nō autem per fideicommissum.*
5. *In dubio fit interpretatio, vt substitutio solum directa sit.*
6. *Non est verisimile, quod quis substituisset hospitale, nisi deficientibus omnibus descendentibus suis.*
7. *Non est dicendum clausulam contraria continere.*

EXPLICATIONIS verborum testamenti d. Luciæ causa, quæritur casu, quo si alter sine filijs decederet quod alter eorum superuiuens, seu eius legitimi filij succedāt in totum, &c. an importent fideicō. & breuiter agēdo videretur mihi illa verba *seu eius legitimi filij succedant, &c.* non intelligi de fideicōmisso sed de vulgari tantū † substitutione, quę potest fieri, & in legatis, & in fideicōmisis. l. vt hæredibus. ff. de le. ij. adeò, vt † si agnitū sit fideicōmissum per d. Nicolaū eorū patrē, & testatricis filiū expirauerit fideicommissum iuxt. l. post aditā. C. de impub. Moueor primo per tex. in l. cū pater. §. pe. ff. de leg. ij. prout eū declarat & intelligit Bar. & doc. in l. Gallus. §. j. de lib. & posth. & per tex. in l. hæredes. §. fin. ff. ad Treb. ibi deficiēte gradu nepotū, &c. quib. iuribus appareq; † alternatiua intelligit quidē ordinē successiuo respectu tantū vulgaris substitutionis non vt primus cēseatur grauatus restituere sequēti, sed facta solutione primo extinguatur ius cęterorū. Moueor secūdò quia Aret. & Lanc. Gallianus hoc expresse tenēt in d. l. Gallus. §. j. & cōsuluit Soc. cōs. cxiij. in j. vol. cū pater substituisset sorores vel earū filios, respōdit filios sororibus vulgariter dūtaxat substitutos esse, non aūt per fideicomm. & ista est magis cōmunis opinio, quicquid dixerit Dec. cōs. xcv. in j. dub. quāuis etiā in casu Decij essent alia verba, & alię clausulę, quā in nostro, & ideo illud cōsilium nihil obst. huic opinio. quę interpretatio maximè in casu nostro est accipienda, ne aliàs videatur onus fideicōmisi filio, quē nō est verisimile facilè à parentib. grauari, nisi verba aliud indicarent, vt quia post mortē filij vocasset eius descendentes secūdùm Cor. cons. ccxxvj. in iiij. Dec. cc. liij. Soc. xij. in iij. in vlti. dub. Moueor tertiò quia † quoties testator per copulatiuā, & verbis cōmunibus vsus esset, puta *substituo Titiū, & eius filios*, cōmunis opinio est filios vulgariter tantū vocatos, se nō aūt per fideicommissum secundùm Raph. Aret. & Alex. & alios Mod. in d. l. Gallus. §. j. quia † in dub. fit interpretatio, vt substitutio solū directa sit c. j. de test. in vj. glo. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. ergo idē in alternatiua, quæ facilius recipit hanc interpretationē. secūdùm Bartol. in d. l. Gallus. §. j. Nec obstant auctoritates quędā, allegatę per Deciū in d. cōs. xcv. quia licet dicāt alternatiua intelligi ordine successiuo, nō tñ debent ex hoc induci fideicōmissum, sed ordo ille successiuus dūtaxat intelligitur respectu vulgaris substitutionis, nisi aliter ex verbis testatoris appareat, vt s. dixi. & per Con. cons. clvj. in iij. Circa aliā clausulā testamenti prohibitiuā alienationis, non puto insistendum, quia eius cōditio non euenit, est enim concepta, *si filij mei, seu alter eorū decederet cū filijs legitimis*, vt s. *& ipsi filij omnes decęderent sine filijs legitimis*, vt s. quę verba intelliguntur sine filijs filiorū, id est, nepotibus testatricis, qui casus non euenit, & quod ita intelligantur apparet primo ex proximitate clausulæ, quia illa verba, *ipsi filij* omnes referuntur ad proximiora, id est, ad suprascripta verba cum filijs legitimis se-

cundùm regulam leg. ſi idem cum eodem. in fi. de iuriſd. omn. iud. Secundò, quia ſubſtituit hoſpitalet q̃ nõ feciſſet, niſi deficientib. oĩb. deſcẽdentib. ſuis. l. cũ au⁹. de cõdit. & dem. Tertiò quia nisi ita intelligamus clauſula illa eſſet cõfuſa, & inuicẽ cõtraria, quod non eſt dicendũ. l. nõ ad ea. de cond. & dem.

CONSIL. LXXXIIII. SVMMAE.

1 *Filius adoptiuus ſuccedit patri ab inteſtato, & pater filio.*
2 *Regula reciprocationis eſt, quod in ſucceßionibus, ſicut tu ſuccedis mihi, & ego ſuccedo tibi.*
3 *De iure veteri digeſtorum, non erat differentia, quin pater adoptiuus, perinde ſuccederet ab inteſtato, ac ſi etiã fuiſſet naturalis.*
4 *Pater adoptiuus durante adoptione in ſucceßione filij, excludebat etiam matrem naturalem.*
5 *Quando non reperitur correctum ius vetus, iuri veteris diſpoſitioni ſtandum eſt.*
6 *Nepos mortuo auo, tranſit in poteſtatem patris, quamuis adoptiui.*
7 *Adoptiuum patrem non ſuccedere.*
8 *Legitima non debetur parentibus, de iure naturali, ſecus econtrario.*
9 *Filius hodie patri ipſo iure eſt hæres, non autem econtrà.*
10 *Succeßiones legis diſpoſitione proueniunt, & limitatam habent naturam.*
11 *Adoptionis, & arrogationis diſcrimen.*
12 *Ceſſante ratione impulſiua legis, non tamen ceſſat ipſa lex.*

PROPOSITA in quęſtione, an pater adoptiuus extraneus ſuccedat filio defuncto poſt mortem patris nat. Difficultatẽ in caſu noſtro in primis facit deciſio Lud. Bolog. in addit. tract. Matheſ. de ſucceſ. ab inteſt. in ſecũdo mẽbro princip. vbi tenet q̃ ſicut† filius adoptiu⁹ ſuccedit patri ab inteſtato. l. pen. §. ſed ne articulũ. C. de adop. quia talis videtur mẽs ipſius patris, qui per teſtamentũ eũ nõ excluſit. l. conficiuntur. ff. de rur. cod. ita ecõtrariò eſt dicendũ in filio, vt ſi ſit talis qui poſsit teſtari, admittatur pater adoptiuus, ne ſucceſsio claudicet, & hoc propter † regulã reciprocationis quę eſt in ſucceſsionib. prout *tu ſuccedis mihi, ita ego tibi*. l. ſi ab eo. l. lege duodecim. C. de legit. hær. Secũdò facit, quia nos videmus, quod† de iure veteri digeſtorũ nõ erat differentia, quin pater adoptiuus perinde ſuccederet ab inteſtato, ac ſi etiã fuiſſet naturalis. l. qui in adoptionẽ. ff. de adop. l. ij. §. parui. ff. de ſuis & legi. Et ideo† pater adoptiuus durãte adoptione in ſucceſsione filij, excludebat etiã matrẽ naturalẽ. l. ij. §. obijcitur. l. patrẽ adoptiuũ. ff. ad Tert. licet ſecutus eſſet poſt emancipationẽ, ſeu finita adoptione, vt dicitur in dictis iuribus. Nec reperitur quod d. leges ſint correctę per conſtitutionẽ Iuſtiniani in d. l. pen. quæ nõ videtur loqui, quãdo iſte adoptiuus eſſet ſuper ſtes patri naturali, & † ideo videtur ſtandũ diſpoſitioni iuris veteris. l. ſancimus. C. de teſtam. verſ. quod enim. l. præcipimus. in fi. C. de appellat. Tertiò videt q̃ iſte adoptiuus poſt mortẽ patris naturalis tranſiuerit in ptãtẽ teſtantis patris adoptantis, quo caſu nõ eſt dubiũ iure patriæ ptãtis eũ debere admitti, iuxta tex. in §. mortuo. inſtit. de acquiſ. per arrogator. ff. de adop. vbi notat dicto. Cũ enim lex noua Iuſtiniani correxerit ius vetus, ne filius exiret de poteſtate patris naturalis per adoptionẽ, ſequitur q̃ eo mortuo ſeruetur ius vetus, & trãſeat in poteſtatẽ ipſius adoptãtis, ſicut aliàs videmus, quod† nepos mortuo auo, trãſit in poteſtatẽ patris quãuis adoptiui. l. ſi quis nepotẽ. ff. de adop. maximè cũ hoc caſu ceſſet ratio d. l. pen. quę fuit ne filio vtraq; hęreditate priuet, at hoc caſu iſte iã habuit ſucceſ. patris naturalis. Sed ijs nõ ſtantib. contrariũ abſq; dub. eſt cõcludendũ, put contrariũ tenẽt omnes doctores, de hac materia loquẽtes, q̃ talis pater adoptiuus hodie nõ ſuccedat filio ab inteſtato, quia lex noua hãc adoptionẽ reſtrinxit ad vnũ effectũ tantũ. ſ. vt filius poſsit ſuccedere ab inteſtato paręti adoptiuo, quo verò ad omnes alios effectus, perinde habuit ac ſi nunquã adoptatus fuiſſet, ſed per omnia naturę ſuæ aggregatus remãſiſſet, vt dicitur in d. l. pe. verſ. ſed ne articulũ, in verb. per omnia. & in verb. tantũmodo. & tex. in §. ſed hodie. inſtit. de adopt. verſi. nec quicquã ad patrẽ adoptiuũ trãſit. & text. in §. ſed omnia inſtitut. de hæred. quę ab inteſt. verſi. niſi in hoc tantũmodo caſu, & hoc tenet. Rayn. Alber. in d. §. obijcitur. & d. l. patrẽ. ff. ad Tertyl. vbi tenẽt quod ille tex. indiſtinctè hodie nõ procedit etiam durãte adoptione, quia pater adoptiuus nõ ſuccedit, & ſic nemini obſt. Alb. in auth. itaq; vbi refert diſtinctionẽ Dyni, ita tenẽtis in l. fi. C. cõmunia de ſucceſ. ver. item ſecùs in legitimo. Dyn. in trac. de ſucceſ. verſ. ſin autẽ fuerit extraneus Matth. in d. trac. loco præallegato. Nicolã. de Vbald. in ſimili tractatu. ij. parte in vltima q. Ang. de Aret. in trac. de teſta. in iij. memb. ſecũdi articuli principalis in princ. Nec reperio aliquẽ doctorẽ, qui in hoc contradicat. & ideo nõ videtur ſubeſſe probabilis dubitatio. Nõ obſtãt allegata in contrariũ, & in primis deciſio Lud. Bolog. in add. Mattheſyl. loco ꝑdicto, quia etiã ſi eſſet vera, tñ in caſu noſtro nihil obſtaret, quia præſupponitur, q̃ iſte filius ſit teſtatus, & inſtituerit fratres excluſo patre adoptiuo, quod potuit facere, ſicut & vice verſa pater adoptiuus poteſt teſtari omiſſo tali filio, nec lex ei prouidet de aliquo remedio aduerſus teſtamentum, vt dicitur in d. l. pẽ. d. §. ſed ne articulũ. verb. ſi voluerit nihil, &c. Quamuis ego nõ putẽ opinionem illã Bolog. eſſe verã, quia eſt contra mentẽ cęterorũ doctorũ ſ. allegatorum, qui generaliter loquũtur. Et quia ſua ratio nõ eſt ſufficiẽs iſta enim reciprocatio in ſucceſsionib. habet quidẽ in ſe æquitatẽ. Sed tamen nõ ſufficit, vt ideo quis cẽſeatur vocat⁹ ad ſucceſsionẽ, niſi legis verba expreſsè eũ admittãt, vt per multa ſimilia cõcludit Cor. in auth. poſt fratres. ij. C. de legit. hæred. & tradũt Mod. in rub. ff. de acq. poſ. & hoc maximè eſt verũ in caſu noſtro, quia hærediras magis dẽuoluitur in deſcendentes, quàm econuerſo, & ideo† legitima nõ debetur parentib. de iure naturali, licẽt ſecùs ſit ecõtrario ſecundùm Bal. in l. j. §. ius naturale in fi. de iuſtit. & iur. ſequuntur Mod. in l. quartã. ff. de leg. Fal. cũ concord. Nõ obſt. ſecundùm, quia imò reperitur expreſsè correctũ eſſe ius vetus, quãtum ſit ad hanc adoptionem, quæ ab extraneo ſit, quia Iuſtinianus omnes eius effectus ſuſtulit excepto illo, quod poſsit ſuccedere patri volenti, vnde cenſetur correxiſſe caſum contrariũ, quãdo pater vellet illi ſuccedere, illa enim exceptio firmat regulam, quod in cæteris omnibus caſibus iſte pater adoptiuus habeatur pro extraneo, ſecundùm doctrinam Bal. in l. j. §. ſed excipiuntur. in fi. ff. de ferijs. Nec eſt nouum, quod filius illi ſuccedat, & tamẽ non ille filio. ſicut olim filius emancipatus. bonor. poſſeſſ. contra tab. patris edicto prætoris obtinebat, & tamen non pater econtrà, ſed neceſſe habebat tanquam patronus ius ſuũ petere. l. j. ff. ſi quis à paren. fu. man. Et olim filius ſuccedebat

debat matri per Senatusconsultũ Orfitianũ, quod tamen prouideret in casu contrario, sed necessario, ad Tertyllianum deuentum fuit, vt dictis titulis in institutionibus sic, &† hodie filius patri ipso iure est hæres. §. sui autẽ. instit. de hęr. instit. & tamẽ nõ ecõtra pater filio, & patronus liberto succedit, nõ ecõtrario libertus patrono. instit. de succes. lib. itẽ instit. de bon. pos. vers. v. & vj. † successiones enim legis dispositione proueniunt, & limitatã habent naturã. gl. l. illa institutio. ff. de hær. instit. & quod notant Bal. Ful. Cast. Corn. in d. l. lege duodecim tabu. C. de legit. hære. per Mod. in d. rub. ff. de acqui. pos. Et quãuis dicatur quod d. l. pen. nõ loquitur, quando filius fuit superstes patri naturali, tamen hoc est falsum, quia loquitur & procedit etiam dicto casu, vt mox dicemus. Non obst. vltimum quia non est verum, quod iste filius post mortem patris naturalis transiuerit in potestatẽ adoptantis, quod probatur ex generalitate. d. l. pen. §. sed ne articulũ. quæ simpliciter statuit, quod si detur extraneo, nõ transeat in eius potestatẽ, & subaudire viuente patre naturali est destruere illum textũ, confirmatur hæc sententia per tex. in §. admonendi. instit. de hæredit. quæ ab intest. vers. post mortem naturalis paretis, ab adoptiuo patre emancipati, &c. vbi apparet, quod dicta lex nõua loquitur etiam casu, quo adoptiuus parens post mortem naturalis vixit, & filium retinuit, vt tamen procedat illa lex, nec transeat in potestatẽ. Confirmatur hæc sententia ex auctoritate Theophili antecessoris in Græcis instit. §. sed & illud. instit. de adop. vbi dicit quod licet spadones adoptare possint, tamen nunquam poterunt habere filios in potestate, cum semper futuri sint extranei, ex quo nõ possũt esse aui paterni, aut materni, & cũ istud esset falsum, si mortuo naturali patre ius patriæ potestatis trãsiret in adoptiuũ. Ad idẽ facit ratio, cui† adoptio sit simplici auctoritate magistratus, arrogatio verò non nisi per principem. nã cũ arrogatio fiat de homine libero, & sui iuris, nõ potest alterius dominium transire absque speciali licentia principis, vt dixit Bal. in l. j. C. de adopt. sequitur Ias. in addit. Porci. instit. co. vnde olim necessaria erat rogatio, seu lex vt id fieri posset, vt ex sententia Iurisconsultorũ dicit A. Gellius. lib. v. c. xix. cum ergo lex dicat eũ in potestate patris naturalis manere, sequitur, vt eo mortuo, efficiatur sui iuris, nec possit in potestatẽ adoptantis transire, nisi cum rescripto principis per supradicta, vnde apparet clara resolutio ad contraria. Ad tex. in d. §. mortuo. sol. quod loquitur in arrogato, qui trãsit in potestatem arrogatoris: nos loquimur in adoptato qui non transit. Ad. d. l. si quis nepote. so. nepos est in potestate aui, mediante persona patris, vnde sublato auo, reincidit in patris potestatem, sed filius adoptiuus est in potestate patris naturalis immediate, non ex persona patris adoptantis, & ideo in eius potestatem non reincidit. Ad illud quod cesset ratio d. l. pen. quæ fuit, ne filius vtraque hæreditate priuetur, &c. respondeo, quod fuit† ratio impulsiua legis, qua cessante, non tamen ipsa lex cessat. l. vnica. in prin. C. de cad. toll. vbi Cor. & alij, & quod habetur, in c. a multis. extra, de æta. & quali. per Franc. de Aret. in l. ij. ff. de vulg. & pup. cum similib. Qua conclusione stante, quod iste pater adoptator non habuerit filium in potestate, nec ille succedat ab intestato, sequitur quod nullum remedium habent contra testamentum, vt dicunt omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. per glo. ibi. ff. de lib. & Dosth. vt copiosè, & subtiliter fuit ia supra scriptis similibus allegatum per dominum aduocatum istorum de Spontonibus, præstantissimum Iurisconsultũ, in cuius sententiam transeo. Saluo semp[illegible] saniore iudicio.

CONSIL. LXXXV. SVMMÆ.

1 *Vsufructus reuertitur ad proprietatem.*
2 *Dictio deficientibus, quid importet.*
3 *Conditio si decesserit, verificatur in casu æquipollenti, si ad secunda vota transierit.*
4 *Defecisse verbi ius.*
5 *Dictio, vt suprà, se refert ad omnia præcedentia.*
6 *Copula requirit concursum vtriusque copulati.*
7 *Conditio quæ non impletur, dicitur deficere.*
8 *Copula quæ ponitur inter genus, & speciem, plerunque stat in vim expositiuæ.*
9 *Conditio in testamento adiecta, si hæres sine masculis decesserit, & fœminas reliquerit, lego consortibus, intelligitur etiam si fœminæ nullæ adsint.*
10 *Copula propter testatoris mentem resoluitur, in disiunctiuam.*
11 *Concursus copulati, nunquam requiritur, quoties aliquid absurdum sequeretur.*
12 *Absurdum est, quod testator incontinenti se corrigat.*
13 *Dictiones, quousq; & donec, sunt temporariæ.*
14 *Interpretatio quæ secundum vim verborum procedit, est accipienda, maximè fauore piæ causæ.*



TESTAMENTO Pippi viso, & subtilibus dubitationibus domini prętoris, puto consortium sancti Petri proculdubio obtinere debere, idq; ex triplici cap. Primò quia proprietas ipsi consortio à testatore relicta est, idque simpliciter absque die, vel conditione. vt verba testamenti clar. indicant. Dominę autem Gentili relictus est vsusfructus conditionaliter, si viduam vidualem, & honestam seruaretur, vnde quandocunque contraueniat conditioni, & viduam vidualem non seruet, finitur vsus fructus, & ipsa priuatur legato. Clarum autem est quod † vsusfructus reuertitur ad proprietatem. §. fina. instit. de vsufruct. Cum ergo d. Gentilis propter secundas nuptias vsumfructum habere nequeat, sequitur vt ad consortes reuertatur, qui sunt improprietarij. Secundũ caput est, quia infra testator vocat consortes, *Finito vsufructu, & omnib. ipsis deficientib. &c.* quæ† dictio *Deficientibus* posito q, ad mortẽ referatur, non tamen obstat dictis consortibus, quia legatum relictum post mortem vxoris prohibitæ transire ad secunda vota debetur, etiam ipsa viuente, si ad secunda vota transierit, quia † conditio illa, *Si decesserit*, verificatur in casu æquipollenti, si ad secunda vota transierit. l. mulier. ff. ad Treb. l. iij. C. de instit. & substit. & ita tenuit Ioan. And. in additionibus Spe. in rub. de secundis nup. & est communis opinio, vt per Socin. consil. xxx. in iij. & licet aliqui contradixerint, tamen eorum difficultas ex eo oriebatur, quod videbatur ad hæredem, non autem ad substitutum in legato vsumfructum pertinere per text. in l. vxori vsumfructũ villæ. ff. de vsufr. leg. vt per Socin. consi. v. in iij. vol. Sed in casu nostro cessat ista difficultas, quia non supereſt aliquis substitutis, meritò vsusfructus ad proprietatem redit, nec mulier potest vllo modo eũm habere propter verba testamenti, quæ in casu secundarum nuptiarum eam manifestè excludunt. Tertium caput est, quia illa verba, *Finito vsufructu, & omnibus ipsis deficientibus, satis videntur verifi-*

BIU Cujas

cata *in fauorem consortij* quia dom. Gentilis transeun-
4 do ad secunda vota, satis dicitur † *defecisse*, quia ta-
le verbum generale est, & ad hunc quoque casum
trahi potest, vt per Dec. cõsi. ccxxvij. defecit enim
in salutari suo, id est, in conditione viduitatis sibi
adiecta à testatore, ad quam testator se remisit ap-
5 ponendo † dictionem, *vt suprà*, quæ se refert ad o-
mnia præcedentia. l. j. §. deinde. vbi Bart. & §. ex
hoc edicto. ff. de postulã. per Dec. cõsi. clxxxij. lib.
j. Nec obstant argumenta, quæ in contrarium ad-
ducuntur. Et in primis quod cõsortium vocatum
sit sub duabus conditionibus, videlicet, *finito vsu-*
6 *fructu, & ipsis omnibus deficientibus, vt suprà*, & quod †
copula requirat concursum vtriusque copulati. l.
si hæredi plures. de cond. instit. Respondeo pluri-
bus modis. Primò quod consortium admittitur
non ex illa clausula, sed ex natura rei, quæ est, vt
vsusfructus per secundas nuptias dominæ Gen-
tilis deficiens reuertatur ad proprietatem. d. §. fin.
inst. de vsuf. Secundò, quia potest dici, quod con-
cursus vtriusq; copulati interuenerit intelligen-
do deficientibus in conditione suprascripta, se-
cundùm Dec. d. consil. ccxxvij. quia vt ipse dicit †
7 conditio, quæ non impletur, dicitur deficere. l. j.
C. de iudic. vidu. tol. l. vnica. §. fin autem aliquid.
C. de cad. toll. Tertiò respondeo, quod non est ab-
surdum concursum copulatorum hoc casu requi-
8 ri, in quo † copula inter genus & speciem ponitur,
quo casu plerunque copulata stat in vim exposi-
tiuæ. l. j. ff. de pac. l. vbi. C. de transc. monasteria.
in fi. de vita & honest. cler. Bart. in extrauag. ad re-
primend. in verbo videbitur. in fi. dictio enim illa,
deficientibus, stat in vim speciei: cum vsusfructus fi-
niatur alijs quoq; modis, quàm per defectum. d. §.
finitur. inst. de vsufr. Quartò respondeo, quod an
requiratur concursus propter vim copulæ articu-
lus est valdè diffusus, in quo doctores tradunt va-
rias doctrinas, vt per Feli. in c. ij. de rescript. Iaſ. in
l. j. de iust. & iur. post Bart. & alios doctores in clẽ.
in plerisq; de electio. sed tamen quicquid sit illo
articulo, ista est certissima declaratio, quòd † quo-
9 ties mens testatoris suadet, non fit iste concursus.
vnde conditio in testamento adiecta, *si hæres sine*
masculis decesserit, & fœminas reliquerit, lego consortibus:
intelligitur etiam si fœminæ nullæ adsint, secun-
dum Alex. consi. cxxx. attentis. in fi. in ij. vol. Quin
tò respondeo quod dictio *deficientibus omnibus*, fuit
adiecta à testatore, qui credidit, quod dictæ mulie
res deberent parere conditioni viduitatis, & con-
sequenter non prius amittere vsumfructum, quã
decederent: concursus ergo copulati interuenie-
bat, si seruassent conditionem appositam à testa-
10 tore: & ea † sine copula illa est adiecta: quod
cum non fecerint, resoluitur in disiunctam pro-
pter testatoris mentem. l. si is qui ducenta. §. item
si pater. de reb. dub. & in simili casu ita consuluit
Benedict. Capra consi. lx. Vltimò respondeo † cõ-
11 cursus iste copulati nunquam requiritur, quoties
aliquid absurdum sequeretur, vt per Bar. in l. Gal-
lus. §. etiam si parente. de lib. & post. Io. de Anan.
c. querelam. in fin. de simo. Alex. consi. lxxx. in j.
Dec. consi. xcv. sed in casu nostro sequeretur † ab-
12 surdum, quod testator incontinenti se correxisset
contra l. non ad ea. de cõd. & dem. qui cùm à prin-
cipio noluisset vsumfructum esse vxoris casu, quo
iterum nuberet, iam mutaret sententiã, & se ipsum
corrigeret. Nec obstat, quod quando do. Gentilis
iterum nupsit aduersus conditionem testamenti,
supererat Agnesina ad quem deuoluebatur vsu-
fructus: respondeo cum Agnesina non acceptaue-
rit dictum vsumfructum, vel etiam si acceptauit,
nunc sit mortua, non est dubium vsumfructum
reuerti ad proprietatem, & sic confirmatum esse
ius ipsius consortij. Fortius putauerint teneri hãc
mulierem ad restituendum consortio etiam fru-
ctus interim perceptos: quia testator non reliquit
ei vsumfructũ per viam legati annui, neque per †
dictionem, *quousque, vel donec, non nuberet*, quę dictio-
nes sunt temporariæ: sed reliquit conditionaliter,
ipsa seruante vitam vidualem, quę conditio semel defe-
cta, facit vt perpetuò censeatur fuisse exclusa, secũ
dùm Bald. in l. j. C. de fur. & ideo fructus percepti
sunt restituendi. l. cùm filius. §. qui Mutianam. ff.
de leg. ij. vbi Raph. Com. & facit text. in auth. cui
relictum, cum glo. in l. fin. C. de indic. vidu. toll. &
ista † interpretatio quæ secundum vim verborum
procedit est accipienda, maximè fauore piæ cau-
14 sæ iuribus vulga.

CONSIL. LXXXVI. SVMMÆ.

1 *Solutio æris alieni, non potest differri in præiudicium cre-*
ditorum, sed pertinet ad proprietarium, qui tamen po-
test vendere tot ex bonis, quæ sufficiant ad solutionem,
nec admittetur in hoc contradictio vsufructuarij, neq;
expectabitur quod vsufructus sit finitus.
2 *Legatum credito minuitur.*
3 *Acceptans legatũ, tenetur etiam acceptare onus ei annexũ.*
4 *Repudians onus annexũ legato, cẽsetur repudiare legatũ.*
5 *Qui conditionem arbitrariam legato adiectam omittit, le-*
gatum ipsum repudiasse censetur.
6 *Legatarius habens causam ab ipso testatore, tenetur ap-*
probare factum ipsius testatoris.
7 *Probationes, quæ aduersus testatorem concluderent, etiam*
aduersus successorem particularem sunt cõcludentes.
8 *Testator, si fateatur in testamẽto sibi deberi à legatario cer-*
tam summam, cuius loco testator reliquit legatũ, nõ po-
test legatarius contrauenire, sed ratum habere debet.
9 *Compensatio de genere ad genus ipso iure fit.*
10 *L. filius familias. §. apud Marcellum. de leg. 1. declar.*
11 *Aes alienum diminuit ipso iure hæreditatem.*

REuerendi domini Ioannis Antonij de Albergatis testamento viso, pro resolu tione propositorũ dubiorũ, pono infrascriptas cõclusiones. Prima est con-
clusio, q, † solutio ęris alieni nõ potest differri in, 1
prẽiudiciũ creditorũ, sed pertinet ad ꝓprietariũ,
qui tñ potest vẽdere tot ex bonis, quę sufficiãt ad-
solutionẽ: nec admittet in hoc cõtradictio vsufru-
ctuarij, neq; expectabitur, q, vsufructus sit finitus.
l. fi. §. fin aũt ęs alienũ. C. de bon. quę lib. vbi Paul.
de Cast. l. vsufructu bonorũ. vbi Alex. ff. ad l. Fal. cũ
cõcordan. per Iaſ. in l. j. ad Treb. in secũda lectura.
Barbat. cõsi. lxiij. in iij. Soc. cõsi. cxxxj. in j. Secũda
est † cõclusio, q, cũ testator iusserit ęs alienũ dissol- 2
ui per do. Philippũ legatariũ domus, q, dicitur tã-
to minus illi reliquisse, & illud ęs alienũ ipso iure
diminuit legatũ, & talis deductio indistinctè locũ
habet. l. sed si nõ serius. vbi Alex. ff. ad leg. Falc. l.
in quãtitate. in fi. l. si post. eod. tit. & facit q, habe-
tur per Bar. in l. si verò. ff. de testa. milit. Tertia est
conclusio, quod do. Philippus † si vult acceptare le- 3
gatũ, teneretur etiã acceptare onus ei annexũ: &
ideo si agnoscat legatum domus, cẽsebitur se obli
gasse ad subeundũ onus dicti ęris alieni legato in-
iunctũ. d. l. sed si non seruus. in prin. ff. ad leg. Falc.
l. cũ ab vno. ff. de leg. ij. not. gl. in l. Titia cũ testa. §.
qui inuita. in gl. fi. eod. tit. & per Can. in c. officij.
extra, de testa. sicut vice mutua † repudiando dictũ 4
onus ęris alieni cẽsereretur etiã lrgatũ repudiasse. l.
perinde in fi. ff. si cer. pet. l. Nesen. in fi. de excu. tut.

Nam

5 Nã & † qui cõditionẽ arbitrariã legato adiectã omittit, legatũ ipsũ repudiasse cẽsetur. §. qs ita hęres. instit. de hær. inst. Areti. & Ias. l. is qui hær. de acqu. hær. facit text. in l. qui dã. ff. si quis omis. causa test. & facit quòd no. Alex. in l. quod de bonis. §. quod auus. in fin. ad l. Falcid. Quatta est conclusio, quòd
6 † legatarius cum habeat causam ab ipso testatore, tenetur approbare factũ ipsius testatoris. l. ex qua
7 persona. de reg. iu. & † probationes, quæ aduersus testatorem concluderent, etiam aduersus successorem in particularem sunt concludentes, l. si superatus. de pign. c. is qui in ius. de regu. iur. in vj. Areti.
8 consi. xxxvj. Socin. consi. xj. in iij. vnde cum † testator confiteatur in testamẽto sibi deberi ab ipso legatario certam summam, cuius loco testator reliquit legatum, non potest legatarius contrauenire, sed ratum habere debet. l. id tempus. §. fi. ff. de vsu cap. Nec obstat tex. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. de lib. legā. quia ibi solutio satis de se apparet. Vnde infertur quòd cum testator dicat, & hoc de ducatis septingentis triginta ipsi testatori debitis per d. Philippum, &c. non potest ipse d. Philippus prætendere aliud creditum ducatorum ducentorũ ad diminuendum dictam summã: quia contra ueniret voluntati testatoris, tum quia hoc modo non septingenti, sed quingenti tantum deberent:
9 quia † compensatio de genere ad genus fit ipso iure. §. penult. instit. de act. tum quia apparet dictam solutionem à testatore fieri iustam causa compensandi. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matr. vbi doct. & ideo non potest legatarius quicquam de hoc ipsis hæredibus obijcere. l. si cõpensandi. vbi doct. C. de hæred. instit. Vltima conclusio cum hæredes relicti sint in testamento, executores cum facultate videndi de rebus testatoris pro solutione, potuerunt isti in negligentiam do. Philippi alienare tantum ex illa domo, quod sufficiat solutioni æris alieni, ad quam grauatus erat ipse do. Philippus, vt latè per Bart. in l. alio. ff. de adim. legat. per Canonist. in cap. fin. de testa. lib. vj. Nec suprascriptis obstat text. in l. filius fam. §. apud Marcellum.
10 ff. de lega. j. vbi legatum † pecuniæ soluitur ex fructibus fundi alteri per fideicommissum post mortem relicti: ergo idem videretur in casu nostro, vt dominus Philippus grauatus fideicommisso de restituenda domo descendentibus suis post mortẽ suam non teneatur soluere legatum creditoribus, nisi de fructib. dictę domus, sed tamen respondeo, quod ille tex. non facit ad materiã quæstionis nostræ: quia procedit in legato simplici: noster autẽ casus est in grauato ad soluendum creditoribus, & ratio differentiæ est: quia legatum simplex procedit à mera liberalitate testatoris, & legatarius sa
11 tis lucratur percipiendo ex fructibus, creditor verò non tenetur expectare, sed statim facienda est illi solutio: quia † æs alienum diminuit ipso iure hæreditatem. l. in imponenda. C. ad leg. Falcid. l. fi. §. licentia. C. de iur. delib. Legatum autem non diminuit illud fideicommissum, vt dicitur in d. §. apud Marcellum. & ideò ibi fideicommissarius non potest impediri à legatario: in casu autem nostro, indubitanter creditores præferentur fideicommissarijs. l. fin. §. sin verò creditores. C. de iure delib. quia æs alienum, vt dixi, diminuit fideicommissum, & quod tex. in d. §. apud Marcellum, non procedat in legato facto creditori: quia illi statim soluendum est, & diminuitur fideicommissum: firmat Ioan. Andr. in Specu. de instr. editi. §. dictos in additione super verbo fecerit. de Trebellianica ad finem dictę additionis, versic. vnde si lega-

A tur. Meritò igitur in casu nostro tenebitur do. Philippus statim soluere: aliàs poterit executor testamentarius vendere tantum ex illa domo, quod sufficiat exoluendo ęri alieno: poterit etiam interrogare, an uelit habere dictum legatum: quo casu censebitur acceptasse cum dicto onere, vt suprà dixi. Præterea etiam cum legatum domus factum sit cum onere soluendi ęris alieni, si d. Philippus non tantùm percepit, tenebitur fideicommissarius & sic descendentes sui, non autem hæ
B redes, ex quo istud onus testator sustulit ab hæredibus, & ideò tanto minus censebitur, in legato & fideicommisso, & vendetur domus pro satisfactione, vt est text. in l. nomen. §. vni. vbi Dyn. Oldr. Alber. Raph. ff. de leg. ij. & si non sufficeret, tunc hæredes tenerentur, secundùm Bartol. ibi. qui sic est intelligendus.

CONSIL. LXXXVII. SVMMA.

1 *Fideicommissum ad transuersalem non pertinet.*
2 *A verbis non est facilè recedendum.*
3 *Fideicommissum relictum aliquibus nominatis, & postea alijs per nomen collectiuum, videtur inter primò nominatos esse reciprocum.*
4 *Linea transuersalis est separata à linea descendentium.*
5 *Testator facilius grauabit hæredem, respectu suorum descendentium, quàm respectu transuersalium.*
6 *Aequiore animo quis patitur se grauari vt restituat filijs suis, quàm fratri, vel transuersali remotiori.*
7 *Substitutio ab institutione regulatur, non autem econtrà.*
8 *Substitutio post mortem omniũ, inducit reciprocum fideicommissum.*
9 *Testator vocans masculos, videtur habuisse rationem familiæ, vt bona in ea conseruentur, & sic induxerit fideicommissum reciprocum.*
10 *Qualitas masculina, quando est adiecta institutioni, non autem substitutioni, non trahitur ad alias personas.*

C



IDEICOMMISSI sunt † verba, Et a *successiuè substituit eis filijs nascituris ex legitimo matrimonio, filios legitimos nascituros ex dictis filijs legitimis descendentes, &c. in stirpes, & non in capita, &c.* vnus institutorum decessit absque filijs, quæritur an sit locus fideicommisso respectu cohęredis, & certè nulla verba adsunt hoc casu, per quę iste consanguineus cohæres possit prætendere fideicommissum, cum ipse non sit filius institutorum, sed institutus: nec ipse sit descendens, sed primus. vnde † à verbis non est facilè recedendum. 2
D l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. vbi Oldra. Alber. Dyn. & quia fideicommissum est, vocat descendentes respectu ascendentis morientis, non respectu transuersalis, vt prospectum vnicuique videatur respectu suorum descendentium, vt in
E similibus dicitur in cap. j. de duobus fratribus à cap. inuest. in feud. Bald. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & quod no. Alex. consi. cciij. ad fi. in ij. Corn.
F consi. ccxxix. in iij. ibi: quia quando sunt filij, &c. Dec. clxxxv. cccxciiij. Cur. Iun. xcvj. post Mod. cxxxv. vers. postremo. Parisius consi. xviij. in ij. tu. lxj. Et multũ refert an fideicõmissum loquatur de descendentib. testatoris fideicõmittentis, & tunc cõpræhenderetur iste cõsanguineus, an loquatur de descendentibus grauatorũ, & non compræhenditur, vt in simili. per Alex. consi. cciij. in ij. facit l. cũ pater. §. pen. de leg. ij. l. fi. ad Tr. Ias. cõsi. lxxxiiij. in j. Nec obstãt rationes, quæ in contrariũ adducunt.

BIU Cujas

3 Et in primis, † quod cum fideicommissum relictũ sit aliquibus nominatis, & postea alijs per nomen collectiuũ, videtur inter primo nominatos esse reciprocum fideicommissum. l. cum ita. §. in fideicõmisso. ff. de le. ij. vbi Cald. Paul. Ca. & cæteri: respõdeo loquuntur illi doctores, quando nominatus compræhendebat sub nomine collectiuo, puta familiæ, vt prius ipse vocetur, sed in casu nostro consanguineus non cõpræhenditur sub nomine collectiuo descendentiũ ab institutis, cum sit transA
4 uersalis ipsi instituto, & † linea transuersalis est seB parata à linea descendentium. l. j. in prin. ff. de gradib. Item ibi supererat familia, & sic vis nominis collectiui stat salua, hic nõ supereſt: quia nemo est descendens istius defuncti. Nõ obstat, quod cum testator voluerit fideicõmissum deferri in stirpes, & nõ in capita, videatur sensisse quod admittatur iste cohæres transuersalis, secundũ Soc. consi. ciiij. cum dispositio sit collata in futurũ eventum temporis, quo incertum sit an extiterit, sint filij iuxta not. in l. Gallus. §. instituẽs. vbi Imol. & alij. de lib. & posthum. respondeo illa uerba *in stirpes, &c.* potiùs inferunt totum oppositũ, quod fideicommissum non deferatur, nisi per cuiuscunq; descendentiam: & sic in stirpes, non aũt admittatur transuersalis, qui nõ est de stirpe instituti, de qua loquitur testator. Nõ obstat, quod substitutio cum facta sit de descendentibus, videtur habere reciprocum fideicõmissum inter ipsos: ergo idem dicendum de institutis, vt etiam respectu institutorũ sit reciproca substitutio. argu. l. j. C. de impub. allegatur pro D hoc Socin. d. l. Gallos. §. j. vers. quartus casus. Alex. consi. xiij. in iiij. Socin. cxiij. respondeo vtrunq; dictum istius rationis est satis dubiũ, & quicquid sit, in casu nostro non multũ facit: quia descendentes expresè sunt vocati, iste institutus non habet pro se nec verba, nec mentẽ testatoris. De verbis supra
5 ostendi: de mente, sic ostenditur: quia † facilius testator grauabit hæredem respectu suorum descendentiũ, quàm respectu transuersalis. arg. l. cũ auus.
6 ff. de condit. & demonstr. Et † equiore animo quis E petitur se grauari vt restituat filijs suis, quàm fratri, vel transuersali remotiori. l. j. §. veteres. in gl. ff. de acquir. poss. Quod autem dictum nõ sit verum, & sic: quòd respectu descendentium de vna stirpe institutorum ad aliam non sit reciproca substitutio, §. ostendi: quia verba loquũtur, quando descendens succedit ascendenti, non autem transuersali, & per rationem dicti ca. j. & per illam clausulam *in stirpes, non in capita*, quæ refertur ad eandẽ stirpem, vt in ea succedatur, non de vna ad aliã. Quod verò F secundũ dictum sit falsum, sic ostẽditur: quia aliàs sequeretur, quod institutio restringeretur à substitutione, quòd est contra regulam, quæ stat in con-
7 trarium, quòd imò † substitutio regulatur ab institutione, nõ econtra. d. l. j. C. de impub. l. cohæredi. §. qui discretas. de vulg. & merito Dec. consi. ccliij. in fi. tenet contrariũ. & Ruy. in d. §. quidam rectè. reprobat illam opin. Soc. in d. §. ver. quartus casus. & facit quòd notat Per. de Anch. in cons. ccxlv. incip. duo prima dubia. in vlt. dub. vbi dictio distriG butiua adiecta descendẽtibus, vel generationi nõ refertur ad primò nominatos. Nec obstat, quòd quãdo substituti sunt vocati post mortem omniũ, videatur fideicommissum reciprocũ induci, secundùm Bar. l. codicillis. de vsufr. leg. si facta sit in omnibus bonis. l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. ij. sed in casu nostro ita videtur factũ: quia institutio est in omnibus bonis, ergo & substitutio. d. l. j. C. de impub. & quia est facta post mortem amborum A institutorũ, cum alter superexistens excludat substitutos ex præsumpta voluntate testatoris, vel ab intestato. l. qui duos. ff. de vulg. & pup. l. pen. C. de imp. Respondeo istud argumentum præsupponit tria dicta, quæ non sunt vera. Primũ quod † substi-8
tutio post mortem omniũ, inducat reciprocum fideicõmissum. hoc est falsum, & cõmuniter tenẽt contrariũ. in l. pater filiũ. §. fi. ad leg. Falc. vbi Alex. & idem Alex. in d. §. cum ita. Secundũ quod facta sit in omnib. bonis, in casu nostro est falsum: quia B substitutio est facta simpliciter: & doctores requirunt mentionẽ totius rei: quia totũ restituere non posset, nisi reciperè esset uocatus, vt declarat Paul. Cast. d. §. Seia libertis. quod indicat nihil referre, quòd institutio esset facta in omnibus bonis, cũ in institutione etiam si dictum nõ sit semper intelligatur. l. ius nostrum, de reg. iur. Tertium dictum, quòd aliter superexistens excludat substitutum, caret omni colore, quod transuersalis excludat filium in hæreditate paterna contra. l. cùm auus. de C cond. & demon. Nec obstat, quod † testator voca-9
uerit masculos, & ideo videatur habuisse rationẽ familiæ, vt bona in ea conseruentur, & sic induxerit fideicommissum reciprocum, vt per Dec. consil. cclxxxvij. respondeo Dec. ibi concludit oppositum, quando dictio, *masculis*, est adiecta filijs tantum, nõ autem nepotibus, at in casu nostro ita est, quia † qualitas masculina, non est adiecta nisi insti 10
tutioni, non autem substitutioni, & ideò non trahitur ad alias personas: & ibi Decius dicit neque D ad alium gradum, secundùm Ioan. de Anan. consi. xxij. Anch. consi. cxx. Alex. cõsi. xxxviij. in vij. vol. xvij. Iaſ. l. qui filiabus. de leg. & fideicom. j. cum similibus, & dixi in l. Herenn. ff. de verb. sign. Et etiã si traheretur ad alium gradum, adeò, vt descendentes masculi solum censeantur vocati, non tamen sequitur induci fideicommissum reciprocum, respectu alterius lineæ transuersalis aduersus vim verborũ p supradicta. Nõ obstat, consi. Soc. lxxvij. inj. vbi consuluit in substitutione, quod si ambo E decedant, & ex vno remaneant filij illi succedant, intelligitur succedant ambobus, tam patri, quàm patruo. Sed certè ille casus est diuersus à nostro: verba sunt expresse contra hunc institutum: qui non est ex descendentibus institutorum, vt cantant verba substitutionis. Sed ipse institutus, & nulla est reciproca, vt suprà dixi, & rationes Socini ibi relatæ sunt impertinentes ad casum nostrũ, & ideo concludo cum supraſcripto domino consultore nullum fideicõmissum subesse in casu nostro, & matrem admittendam. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONSILII LXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Substitutus ante institutum decedens, efficit substitutionẽ caducam.*

2 *Conditiones in gradu caduco adscriptæ, non attenduntur, quia infirmato illo gradu, conditiones quoque nullius sunt momenti.*

3 *In fideicommissis locus est vulgari substitutioni.*

4 *In compendiosa substitutione inest vulgaris.*

5 *Vocatus sub conditione si ea non euenerit, non potest admitti tanquam sub contraria excluſus.*

6 *Regula, quæ habet quod conditione defecta substitutus excluditur, procedit, niſi testator alias etiam fuisset relicturus.*

7 *Fideicommissariæ & vulgaris discrimen.*

8 *Spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur.*

9 *Vitiato expresso, vitiatur etiam tacitum.*

SENTEN-

BIU Cujas

SENTENTIAE suprascripti domini consultoris subscribo, quam etiam scribedo solitus sum sequi, vt aliàs dixi lib. de verbo. sign. iij. versi. sed iterum tandem obijcitur. Nec me mouet, quod in casu nostro Bernardus primo loco substitutus decesserit relictis liberis, & sic non videatur euenisse conditio, sub qua fraternitas secundo loco vocata est, quam testator substituit, *si Bernardus sine filijs moriatur, &c.* Quia ad hoc, in quo vertitur cardo totius difficultatis re- g
1 spondeo, quod cum Bernardus † ante institutum decesserit, substitutio eius effecta est caduca. l. j. §.
2 cum igitur. in fi. C. de cad. toll. vnde † conditiones in gradu caduco adscriptæ, non attenduntur: quia infirmato illo gradu, conditiones quoque nullius momenti sunt. vt est text. in l. cohæredi. in prin. ff. de vulg. & pup. versicu. nec interierit. vbi conditio post mortem primi non attenditur, sed substituto vltimo, locus est etiam si ante mortem primi substitutus prior decesserit, ad idem text. in l. c
Gallus. §. forsitan. vbi dixi. ff. de lib. & posthu. vbi nepos institutus, secundum consilium Galli, sub cõditione si post mortem filij nascitur dato, quod viuente filio, sit natus, & sic conditione defectus, non impedit quin pronepos, perinde, ac sublato de medio ipso priore substituto, admittatur & ratio est (vt dixi) quia peremptο priore gradu: non attendimus ad conditionis defectum, sed nihilominus vltimo loco substitutus admittitur, vt etiã dicit Dec. in allegato consil. ccccxxvij. clarũ enim D
3 est † etiam in fideicõmissis, locũ esse vulgari substitutioni. l. vt hæredib. ff. de leg. ij. vbi doct. l. j. §. sin autem aliquid. C. de cad. toll. quando ergo testator dicit, *si Bernardus absq; filijs decedat, substituo fraternitatem, &c.* † in hac compendiosa inest vulgaris, quæ
4 est, si Bernardus hæres esse non posit, ex qua fraternitas succedit: euenit autem conditio vulgaris substitutionis: quia cum præmortuus sit hæredi scripto, non potuit succedere, sed substitutio sua fideicommissaria effecta est caduca, vnde eius con E
ditiones non attendimus an reliquerit liberos, vel non reliquerit, sed duntaxat ad conditionem vulgaris ex qua fraternitas admittitur loco Bernardi, & ad conditionem ipsi, primo hęredi adscriptam, secundum quam fraternitas loco Bernardi vocatur, & ita sentit Bart. in d. l. quandiu. j. de acquiren. hær. cum concord. Nec obstat regula tri-
5 tissima, quæ habet quod † vocatus sub conditione, *si ea non euenerit*, nõ potest admitti tanquam sub contraria exclusus. l. in testamento. C. de instit. & F
substit. l. qui habebat. ff. de vulg. vbi conditio. *si antequam nuberet*, quæ habet vim pupillaris deficit ipsa pubere effecta, ergo idem dicendum in casu
6 nostro. Respondeo, † regula quę habet quod conditione defecta substitutus excluditur, procedit nisi testator aliàs etiam fuisset relicturus, secundũ glos. in l. j. C. de instit. & substit. quod est in casu nostro, apposuit enim testator conditionem Bernardo, *Si sine filijs decederet*. in ipsius Bernardi fauorem, qui aliàs etiam si filios habuisset grauatus esset re- G
stituere, secundum Bart. in l. illis libertis. ff. de condit. & dem. vndè si ipse Bernardus hæres non sit, quia mortuus, non potest eius fauor in consideratione esse, nec hoc prodesse d. Blasiæ hæredi legitimæ debet, cui manifesta testatoris mens fraternitatem prætulit, satis ergo est hæreditatem cum Petri instituti oneribus ad fraternitatem esse transla tam. non cũ onerib. Bernardi, qui de medio sublatus est, vt diffuse consuluit Paul. de Cast. in consil. A
clij. præsens dubitatio videtur formari, in primo, secundum nouissimam impressionem, quem refert, & sequitur Alexand. consilio cxxxix. in vj. volum. de quo dicendum est, vt etiam per Socin. consilio lij. in j. Corn. consilio ccxcviij. in iij. Curt. consil. lij. Ias. consi. cxlviij. cum similib. Nec obstat consilium Corn. clxxx. & seq. volum. iiij. vbi tenet, & consuluit contra communem, & mouetur rationibus minus sufficientibus, & in primis: quia conditio illa *si decesserit sine filijs*, sicut inest respectu fideicommissariæ substitutionis, ita etiam debet censeri inesse respectu vulgaris, vt fiat pariformis determinatio. l. iam hoc iure. ff. de vulg. respondeo, dicta regula non procedit, quando ratio differentiæ subest in vtrunque casum secundum Aug. in §. hinc nobis. in authen. de hæred. & Falc. per glossibi in verb. præsidium. Im. in l. Caius. ff. sol. mat. Aret. l. cohæredi. §. qui discreras. de vulg. Ias. d. l. iam hoc iure. Dec. in l. in testamẽto. iij. not. C. de test. mil. sed in casu nostro subest euidens differentia, in † fideicommissaria: quia Bernardus iam 7
adiuisset hæreditatem, alias enim grauari non potuit. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. facit testator mentionem filiorũ ipsius, vt esset ipsis saluum ius ab intestato succedendi patri in illis bonis, secundũ gl. in l. Lucius. ij. de hæred. instit. In vulgari verò hoc est impossibile: cùm Bernardus non habeat, nec ad filios transmittat: quia † spes fideicommissi 8
conditionalis non transmittitur, secundũ gl. communiter approbatã. in l. j. C. de ijs, qui ante aper. tab. nec debet hoc prodesse d. Blasiæ, venienti ab intestato, cui testator fraternitatẽ prætulit. Quod si daremus casum, in quo isti filij in conditione positi proximiores hæredi essent, & sibi non alijs prodessent, tunc posset procedere Cornæi cõsultatio, & fœdere distinctionis opiniones concordari facit, quod not. Soc. in l. cũ auus. versic. limitatum opinionem. ff. de cond. & demon. & Dec. consilio ccccxvj. cùm ergo in proposito casu filius Bernardi facerent deficere conditionem non ad vtilitatẽ suam, sed d. Blasiæ apparet manifesta ratio differentiæ, cur conditio non modificet vulgarem, sed fideicommissariã tantum. Mouetur etiam per text. in d. l. qui habebat. ff. de vulg. & pup. vbi si filia substituta pupillo prædecesserunt, non admittuntur vxor, & soror, secundo loco ipsi filiæ substitutæ, quia conditio si antequã nuberet, id est, si in pupillari ætate decessisset, euanuerat, respondeo per pubertatem filiæ euanuit, non solũ pupillaris, sed etiam vulgaris, quæ illi inerat, secundũ Bart. in l. j. qpen. ff. de vulg. vbi Alex. Aret. cæteri quia † vitiato 9
expresso, vitiatur etiam tacitum, vnde non potuit vxor, & soror succedere ex vulgari, quę nulla erat, sed in casu nostro, in compendiosa adest vulgaris nõ tacita, vt per Bar. in l. Centurio. de vulg. ex qua potest vltimus substitutus admitti. Præterea ibi tractatur de diuersis hæreditatibus cum enim filia esset exhæredata, diuersa est ipsius hæreditas ab hæreditate fratris instituti, at in casu nostro tractatur de eadem hæreditate, ad quam sublato medio vltimus substitutus admittitur, secundũ regulam. d. l. cohæredi. & d. l. quandiu. versicis autem qui tertio, &c. Et ideo concludo, secundum suprà dictã fraternitatem esse admittendam.

CONSILII LXXXIX. SVMMÆ.

1 *Substitutio, in qua facta est mentio mortis, dicitur compendiosa, quæ continet fideicommissariam.*

2 *Vna pars testamenti aliam declarat.*

3 Vulgaris

3 *Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri in fideicommiſſis.*
4 *Adita hæreditate, fideicommiſſum expirat.*
5 *Inuocatis per alternatiuam, non inducitur fideicommiſſum.*
6 *Clauſula codicillaris, facit vt reciproca contineat fideicommiſſariam.*
7 *Clauſulæ codicillaris inefficacia.*
8 *A vulgari ſubſtitutione, poteſt teſtamentum vires ſumere.*
9 *In teſtamento inter liberos, ſemper cenſetur ineſſe clauſula codicillaris.*
10 *Vulgaris locus & effectus.*

QVIA ſat diffusè allegatum eſt hactenus in hac cauſa, quæ iudicio meo, ſatis clara, & aperta eſt, ſolum reſpondeo argumentis, quæ nouiſsimè per acutiſſ. iudicem ſunt adducta. In primis dum dicitur, quod prima ſubſtitutio eſt, fideicommiſſaria per illa verba ſi deceſſerint ſine filijs, &c. † cum enim ſit facta mentio mortis dicitur compendioſa quæ cõtinet fideicõmiſſariam, ſecundũ gl. in l. in teſtamento. in gl. fi. C. de teſt. mil. quã ibi cõmendant, & ſequũtur omnes doctores. & Guid. Pap. quæſt. 539. Soc. xiij. in ij. cum ſimilibus. ergo videtur, quod omnes ſubſequentes ſint, etiam ipſe fideicommiſſariæ, cum † vna pars teſtamenti aliam declaret. l. ſi ſeruus plurium. in fin. ff. de leg. j. l. j. C. de imp. Soc. conſilio ccl. Ad hoc reſpondeo, non eſſe dubitandum, quin & prima ſubſtitutio, & ſequentes ſint fideicommiſſariæ, nec in hoc vertitur difficultas, ſed diſputatio noſtra eſt in illis verbis *alter ſuperuiuens, ſeu eius legitimi filij ſuccedant*, an dicti filij ſint ipſi vocati per fideicommiſſum reſpectu patris ſui, ita quod pater videatur grauatus illis reſtituere, an verò ſint vocati duntaxat per † vulgarem ſubſtitutionem, quæ poteſt fieri etiam in fideicommiſsis. l. vt hæredib. ff. de leg. ij. l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebell. & dico, quod ſunt vocati ſolum per vulgarem, adeò quòd, † adita hæreditate per patrem expirat fideicommiſſum. iuxta l. poſt aditam. C. de impub. & quod vocati per alternatiuam, prout in caſu noſtro, quod cenſeantur vocati ordine ſucceſsiuo ſolum per vulgarem, non autem per fideicommiſſarium, eſt text. in d. l. cum pater. §. pen. ff. de lega. ij. prout eum intelligunt Raph. Alexand. Aret. & cæteri Mod. vno ore. in d. l. Gallus. §. j. & licet aliqua difficultas fuerit, quando vocarentur per coniunctam, ſeu copulam, tamen † in alternatiua res eſt clara, & expedita non induci fideicommiſſum, & tenet Socin. conſi. cxvij. in j. Ripa. d. l. hæredes mei. §. fina. nec iſta opinio habet aliquem contradicentem excepto Dec. in d. conſil. xcv. in j. dub. qui tamen loquitur in diuerſo caſu, vt aliàs dixi. Rurſus non obſtat, quòd plures facti ſint gradus ſubſtitutionum, & ideo filij viderentur per fideicommiſſum vocati, ſecundum Pet. de Anch. conſilio lxxiiij. Alexand. lxiiij. v. reſpondeo, Pet. de Ancha. loquitur in caſu diuerſo à noſtro, & in alia quæſtione quando teſtator ponit filios in conditione, quia ſecundum gloſſ. in l. Lucius. ij. de hæred. inſtit. communiter approbatam, non cenſentur vocati, tamen hoc fallit ſecundum eum, quando facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum, ſed quæſtio noſtra non ſtat in hoc, quia verba teſtatoris ſunt clara vocantis iſtos filios, verum dubitatio eſt, quomodo vocauerit an per vulgarem caſu, quo alter ſuperuiuens decederet hæreditate nondum adita, an per fideicommiſſariam, caſu quo iam adiiſſet, quod cenſeretur grauatus reſtituere filijs, & ſupra concluſi per ſolam vulgarem eſſe vocatos. Præterea eſt aduertendum, quia illa opinio Anch. non eſt vera, nec communiter approbata, & ideo Soc. conſilio lxij. in fin. in iij. dicit de ea non eſſe curandum & Mod. apoſtillator ad conſili. Alexan. lxiiij. in v. dicit quod fuit quędam phantaſia à doctoribus omnibus reprobata præſertim à Socin. conſilio xiiij. in iij. & Alexand. clxxxv. in ij. xiij. in iiij. Raph. Com. conſilio cxxj. Gerardus & Soc. in d. conſilio lxij. in fin. allegat multos alios, qui contra Ancha. conſuluerunt, & contra eum etiam tenet Ripa. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. vbi dicit quòd dicta opinio Anch. communiter reprobatur. Vltimò adducitur virtus † clauſulæ codicillaris. qua facit vt reciproca contineat fideicommiſſariam, ſecundum Bald. & Imol. l. verbis. de vulg. Socin. conſilio xiiij. in v. & conſilio vj. eod. lib. Sed ad hoc reſpondeo, quod in reciproca propter vim dictæ clauſulæ verbum *ſubſtituo*, intelligatur etiam per fideicommiſſum, ſed in caſu noſtro in quo vocantur Philippus, & Nicolaus ſeu eorum filij, eſto, quòd vocentur per fideicommiſſum iniunctum primo decedenti, nõ tamen verba inferunt etiam ſecundo impoſitum fuiſſe dictum onus, vt teneatur reſtituere ſuis filijs, & ſic verba clauſulæ non poſſunt applicari ad hunc caſum. maximè † cum clauſula ſtet conditionaliter, *Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum.* at in caſu noſtro valet iure teſtamenti: quia † inducit vulgarem ſubſtitutionem à qua poteſt teſtamentum vires ſumere. l. iij. §. fin. de lib. & poſthu. ergo non verificata conditione, dicta clauſula nullius eſt effectus. Fortius dico, quod dicta conſultatio Soc. eſt valde periculoſa, vt ipſemet fatetur, dico ego quod eſt contra textum in d. l. Gallus. §. j. ſecundum quartum caſum vbi iſta verba, *Filium inſtituo, nepotem ſubſtituo* non important fideicommiſſum, dicit ibi Alexan. poſt alios reprobata quadam opinione Baldi in l. humanitatis. C. de impu. & tamen † in tali teſtamento, quia inter liberos ſemper cenſetur ineſſe clauſula codicillaris, ſecundum gloſſ. communiter approbatam in l. cohæredi. §. cum filiæ. in fin. ff. de vulg. vbi Iaſ. allegat concordantes. Præterea contrà dictam opinionem tenuit Bald. conſilio clxx. ad fin. in v. Dec. conſilio ccxcj. & in l. precibus. C. de impub. vnde concludo non poſſe in caſu noſtro fieri fundamentum ſuper dicta clauſula. Nec me mouet, quod compendioſa continet vulgarem, & fideicommiſſariam, ſecundum quod caſus euenit, vt eius virtute bona deuoluantur, ſecundum Felin. in c. in præſentia. de prob. & dicunt omnes in l. Centurio. Reſpondeo noſtra quæſtio non eſt de compendioſa, quæ poteſt dici ſubeſſe inter iſtos hæredes, & fideicommiſſarias illis ſubſtitutos, ſed eſt de alternatiua illa. *Seu eius legitimi, &c.* quæ † inducit vulgarem in fideicommiſſo, ſecundum d. l. vt hæredibus. id eſt, quòd filij non vocentur, niſi caſu, quo Nicolaus hæres eſſe nolit, aut non poſsit, vnde ipſo hærede exiſtente, euanuit ſubſtitutio reſpectu dictorum filiorum. d. l. poſt aditam. Et hæc omnia: ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. XC. SVMMÆ.

1 *Dictio alternatiua, vel, quid operetur.*
2 *Habens minores ordines, & incedens vt Laicus ſine habitu & tonſura eccleſiaſtica, videtur habendus pro more ſecularis.*

3 Habens

3 Habens minores ordines, non prohibetur à matrimonio.
4 Relatiuum, quis, vel qui, quid denotet.
5 Ordines minores stricte loquendo, non dicuntur sacri, verè tamen sunt sacri.
6 Habentes quatuor minores ordines, dicitur propriè persona ecclesiastica.
7 Pensiones non nisi personis ecclesiasticis assignari consueuerunt.
8 Tempus conditionis euenientis, maximè est attendendum.
9 Verbum fuerit, verificatur in tempore præterito, quia est futurum exactum, & vtrunque tempus comprehendens.
10 Clericus coniugatus fruitur multis priuilegijs, tanquam ecclesiasticus, & tamen ducit vxorem.
11 Conditio repugnans fauori ecclesiæ, pro non scripta habetur.
12 Renuntiationis inefficacia.
13 Testator videtur secundùm communem opinionem verba sua protulisse.

IDEICOMMISSVM sic habet, *Et si dictus Camillus decederet sine filijs legitimis, tunc substituo dictum primogenitum, vel tertiogenitum, qui non fuerit persona ecclesiastica, &c.* & supra vocauerat eum, qui tamẽ sit secularis persona, & non aliter, &c. modo contigit, quod euenientе casu substitutionis, primogenitus erat clericus, & etiam habebat quatuor ordines sibi collatos etiam de consensu testatoris. Item habuerat quasdam pensiones, quibus fuerat gauisus per aliquot tempora, licet tunc non haberet: quia eas remiserat, habebat etiam regressum ad canonicatum ecclesiæ Mediolanensis, de quo remittendo fecerat mandatum licet adhuc procurator constitutus non remisisset. Quæritur an admittatur ad substitutionem, an verò sit excludendus, tanquam persona ecclesiastica, & nõ secularis? Et videretur prima fronte esse admittendus, excluso tertiogenito: quia testator ipsum vocat *vel tertiogenitum, &c.* quæ alternatiua, † vel facit, vt tertiogenitus sit in hoc fideicommisso substitutus, dumtaxat vulgariter iuxta l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Treb. vbi Mod. & l. cum pater. §. pen. ff. de leg. ij. per Bart. & doctor. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthu. quæ vulgaris expirat, si primogenitus ipse sit admittendus iuxta l. post aditã. C. de imp. & quod habetur in l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. Et quod sit admittendus facit, quia † quauis habeat ipsos minores ordines, tamen incessit semper vt laicus, nec iuit in habitu, & tonsura ecclesiastica vnde videtur habendus pro mero seculari. ca. licet in gl. verb. seculares. de off. ord. saluo tamẽ priuilegio fori, prout habetur in cap. Ioan. de cleric. coniug. per Abb. in c. trãsmissam. de elect. maximè si gerat actus contrarios professioni ecclesiast. xxxij. q. j. c. cũ renuntiat. Abb. ci. fin. de cler. coniug. Ian. ci. j. de apostat. Suederus hoc etiam ex mente testatoris, qui grauauit eum in casum, *quo decederet sine filijs legitimis*, vnde non videtur iste excluſus, qui potest ducere vxorem, & habere liberos legitimos, secundum not. in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebell. non enim est dubium, quod † habens minores ordines non prohibetur à matrimonio. ca. j. d. c. Iohannes, extra, de cleric. coniug. vbi Abb. & cæteri. c. cum ex eo. de elect. lib. vj. & xxxij. distin. can. seriatim. Et nisi ita diceremus videretur huiusmodi conditio, *quæ non fuerit persona ecclesiastica, &c.* sit habenda pro non scripta, tanquã submouens à vita contemplatiua per tex. in §. sed hoc præsenti. in auth. de sanctiss. episc. & quæ habentur in c. in præsentia. extra, de prob. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. Sed ijs non obstantibus, puto veriorem opinionem esse, quod iste primogenitus excludatur: quia verba testamenti sunt clara. dum dicitur in eo, *qui non fuerit persona ecclesiastica*, quòd † relatiuum importat cõditionem. l. Stychum, qui meus. ff. de leg. j. quæ conditio excluſiua euenit: quia non potest negari, quin iste sit persona ecclesiastica, cum non solum sit clericus, sed etiam habeat quatuor ordines minores, scilicet, hostiarij, lectoris, exorcistæ, & acolythi. vndè meritò appellatur persona ecclesiastica, vt est tex. in c. ij. de foro compe. lib. vj. vbi gloss. super verb. personas ecclesiasticas. quia licet † tales ordines stricte loquendo non dicantur sacri, secundum gl. xxj. distin. c. j. in fin. tamen verè sunt sacri, secundum gloss. xxxij. distin. in summa. Abb. c. clericus, extra, de vita & honest. cler. quia ecclesiastici, & tales dicuntur gradus eorum, qui in ecclesia deseruiunt. xxj. dist. can. cleros. in prin. & c. perlectis. xxv. dist. vnde non est dubitandum, quin propriè loquendo tales personæ † dicant ecclesiasticę. facit & gl. in cle. j. in gl. j. de ætat. & qual. Et hoc maximè est dicendũ in casu nostro, in quo præsupponitur quòd iste primogenitus etiã aliquibus annis possederit reditus ecclesiasticos, scilicet clericatũ, & etiam † pensionẽ, quę non nisi personæ ecclesiasticæ consuebant assignari, secundum Archid. cap. quamuis. j. de præb. lib. vj. And. Sicul. c. ad audientiam. de rescript. maximè si data sit in titulũ, vt per Fel. in c. de quarta. extra, de præscript. & quę habetur per eundem c. postulasti. de rescr. Et quamuis † tempore euenientis conditionis, quod est maximè attendendũ. hex facto. §. pen. ff. ad Trebell. gl. statutũ. verb. canonicis. in fi. de rescr. lib. vj. And. Sicul. cons. xxiij. in ij. dub. in vol. ij. tam remisisset talem pensionem, tamen verba conditionis obstat, dum dicitur quod fuerit persona ecclesiastica, † verbum enim illud, *fuerit*, verificatur etiam in tempore præterito: quia est vt Grammatici dicuntur futurum exactum id est, vtrunq; tempus comprehendens, vt habetur in l. si quis stipularus sit Stychum, aut Pamphilum. ff. de verb. oblig. in l. Stychus seruus. ff. de manum. testam. l. cum certus. ff. de vino tritico & oleo leg. Fortius etiam nunc dicitur esse beneficiarius, cùm habeat regressum ad canonicatum ecclesiæ Mediolanensis, & licet inferioribus annis constituerit procuratorem ad renuntiandum dicto regressui, tamen procurator non est executus mandatum, nec renuntiauit, vnde ius adhuc in ipso remaner; prout remanebat tempore euenientis conditionis. cap. ex parte. De cani. extra, de rescript. gloss. clem. j. verbo, mandauerit. de pœnis. & quæ habentur per Bart. in l. qui mihi. ff. de donat. & potest (si vult) reuocare mandatum. l. iiij. §. finautem. ff. de manum. vind. cap. fin. vbi not. de procur. in vj. & nihil refert, quòd etiam nunc obduraret nolle vti regressui: quia satis est, quod tempore euenientis conditionis potuerit vti, attenditur enim illud tempus tantum, vt dixit l. filiusfam. §. cùm quis. ff. de leg. & fideicom. j. & quia satis est conditionem semel euenisse. l. penult. C. de cond. insert. vbi Bald. & idem Bald. in l. j. C. de furtis. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium. Et primo quod iste nunquam incesserit in habitu, & tõsura: quia non per hoc dicitur manus esse persona ecclesiastica: nec perdit beneficium fori, nisi post admonitionem, vt dicitur in iuribus allegatis, & quamuis post-

sit

sit dici clericus secularis, per rationem gl. in d.c.licet: non tamen simpliciter potest dici persona secularis per supradicta. Nec in facto asseritur, quod iste exercuerit aliquid directo repugnans ecclesiastico ordini, puta si accessisset ad militiam, vt per Innoc. & Abb. in locis supra allegatis. Nec obstat, quod testator considerauerit, quod posset ducere vxorem, & suscipere filios propter verba conditionis. *Si decesserit, &c.* quia considerauit eum in primis
10 quod non sit ecclesiastica persona aliàs etiam † clericus coniugatus fruitur multis priuilegijs, tanquam ecclesiasticus, & tamen ducit vxorem, vt habetur extra, de cle. coniug. per totum. Nec obstat,
11 quod videretur hæc † conditio habenda pro non scripta, tanquam repugnans fauori ecclesiæ. d. §. sed & hoc præsenti. respondeo, quod text. ille in dicta authen. est exorbitans, & non est extendendus extra casum suum videlicet in ingredientis monasterium, ne remoueatur à vita contemplatiua, & ideò secundum docto. communiter non haberet locum in clericis, vel presbyteris secularibus, nisi secundum aliquos, quando quis se vouisset ecclesiæ seculari, vt habetur per glos. & omned doct. in dicta auth. nisi rogatus. C. ad senatusc. Trobel. & per canon. in cap. In præsentia. de probat. vnde apparet, quod non procedit in casu nostro. Nõ obstat vltimo si diceretur, quod nec iste tertiò genitus videtur admittendus: quia etiam ipse est clericus, licet non habeat quatuor ordines minores: & ei fuit facta per testatorem renuntiatio quorundam beneficiorum: cùm ipse testator esset in-
12 firmus, & † in extremis laboraret. Respõdeo enim quod ista renuntiatio fuit facta absenti: qui nunquam acceptauit, & fuit nulla ex regula cancellariæ; quia non superuixit tempore debito, & sic non potest dici iste beneficiatus, nec etiam habet ordines minores, sed nudum clericatum sibi vix infantiam egresso collatum, & non videtur testator de exclusione talis intellexisse, qui secundùm communem existimationem hominum habetur
13 pro mero seculari, & † videtur testator, & ipse secundum communem hanc opinionem verba sua protulisse. l. si chorus. ff. de lega. iij. l. Labeo. ff. de de supel. leg. & ibi per Bart. facit text. in l. quo loco. §. j. ff. de hæred. inst. & quod ibi per doct. & per Ias. & Purp. in l. certi condictio. §. pen. super verb. cum quotidie. ff. si cert. pet. cum similibus. Et ita mihi videt iuris esse. saluo semper saniore iudicio.

A *quandocunq; sine filijs reliquit possessionem fratribus, &c. Alterum est caput casu, quo venter non pareret masculos, & tunc instituit hæredes vniuersales certos agnatos, & vxorem dominam, & vsufructuariam instituit, & fecit pleno iure, & post eius mortem reliquit d. Andreæ eius filiæ, vel si aliàs fœminas pareret, possessionem villæ Francæ, & eas inuicem sibi substituit, si sine filijs decesserint in pupillari, vel quandocunq;, &c.* dubitatum est, mortua Gentili, an admittatur d. Andrea. Et videretur quod non: quia substitutio illa est facta casu, *quo venter non pareret masculos:* B ipsa autem peperit masculum, qui fuit superstes patri per aliquot annos, licet deinde impubes decesserit: vnde deficiente † conditione, deficit sub- 1
stitutio. l. vnica. §. finautem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. Aut ergo volumus dicere primum caput testamenti valere, & non esse præteritione ruptum, quia, instituto ventre, intelligitur non solum, qui † tunc est prægnans, sed etiam, qui erit vt videtur 2
esse magis communis conclusio. Old. consi. ccxij. C Ioan. And. Spec. rub. de test. Bald. consilio cxxij. & cxxviij. j. Ang. consilio lj. & per Alexan. Soc. Lanc. & Rui. in l. placet. ff. de lib. & posthum. Alexand. clxxix. ij. maximè ponderando in casu nostro † 3
verbum *pareret* quod comprehendit etiam futurum, ut per Bartol. in l. j. quæst. vij. ff. de iu. dot. & tunc clarum est, ex eò capite dictam possessionem non deberi, quia in eum casum nihil est relictum. l. quid ergo. ff. de leg. j. l. licet. versic. quid enim vbi Ias. eod. tit. Aut volumus dicere primum caput D non valere, tanquam ruptum præteritione, quia institutio ventris non contineat, nisi posthumum, qui tunc esset in vtero, quæ fuit sententia Pau. Cast. & Aret. in d. l. vidi. & tunc etiam si cætera sustinentur vigore clausulæ codicillaris, secundùm Bar. in l. qui filiabus. in fi. de lega. j. tamen hoc intelligitur saluis conditionibus, sub quibus sunt relicta. Bal. consi. clxx. in v. ad fin. Dec. in l. precibus. C. de imp. & consi. ccxcj. at in casu nostro non euenit conditio, *quia venter peperit*, ergo, *&c.* Sed tamen E puto locum esse fideicommisso in dicta possessione in fauorem d. Andreæ, quia illa verba, *si venter non pareret filios masculos*. comprehendentia vnũ casum vulgaris substitutionis, habent in se tacitã pupillarem, vt idem sit *si pareret masculos, sed decederẽt ante pubertatem*, prout contingit in casu nostro, & de hoc est text. clarus in l. fi. C. de inst. & sub. Sed difficultatem in casu nostro facit, quia (vt ibi dicitur) talis pupillaris tacita non habet effectum contra matrem, adeò vt excludantur agnati de Valentijs F substituti vniuersaliter in proprietate hereditatis, ergo idem dicendum respectu istarũ sororũ, quæ particulariter substitutę sunt in dicta possessione, & etiã quia † legatũ factum à substituto, non de- 4
betur si ille hæres esse nõ possit, per reg. l. si nemo. de re. iur. Secũdo obst. quia testator videtur fecisse talem substitutionem limitatè, per illa verba *tunc vt eo casu aduenient*, vnde † propter vim taxatiuę 5
locutionis in vulgari non continetur tacita pupillaris, secundũ Pet. de Anch. consil. cccl vij. ex serie G testamenti. & Dec. consi. cccxv. & ita limitatur dispositio. d. l. fin. vt ibi p Bart. in j. no. Tertiò obstat, quia testator in j. ca. quando voluit facere substitutionem nato masculo, & deinde morienti hoc expressit respectu possessionis Fauentiæ in lõco dicto, *il Cerro*, ergo apparet qd in sequenti capite nõ ita intelligebat, aliàs expressisset. l. unica. §. finautem ad deficientis. C. de cad. toll. & in simili per Ias. l. qui filiab. j. not. de leg. j. Io. de Anan. cõsi. xxij. Anch. consil. cxx. Alexan. consil. xxxviij. in ij. xvij. in vij.

CONSILII XCI. SVMMÆ.

1 *Deficiente conditione, deficit substitutio.*
2 *Instituto ventre, intelligitur non solum, qui tunc est prægnans, sed etiam qui erit.*
3 *Verbum pareret, quid comprehendat.*
4 *Legatum factum à substituto, nõ debetur si ille hæres esse non possit.*
5 *Propter vim taxatiuæ locutionis in vulgari, non continetur tacita pupillaris.*
6 *Fideicommisso, impubere mortuo, locum esse.*
7 *Quamuis aliàs excluso hærede etiã extraneo, legata corruant, hoc non procedit stante clausula codicillari.*
8 *Verba pleno iure, debent intelligi secundùm subiectam materiam.*
9 *Taxatio vno respectu posita, ad alium non trahitur.*

DVO capita sunt testamenti ser Andreę. Primum est, continens institutionem casu, quo *venter pareret, masculos hæredes instituit, & casu quo decederent in pupillari, vel*

6 in vij. cum sim. Sed ijs non obstantibus dico † locum esse fideicommisso in dicta possessione, quia (vt dixi) conditio, *illa si filios masculos non pareret*, dicitur euenisse etiam quod pepererit, sed impuberes decesserint, vt est text. in d. l. fin. sicut & conditio, si filius in rerum natura non esset verificatur casu, quo viueret & impubes decesserit, secundum Ludouicum Roman. cons. lvj. quem sequitur Soc. in l. j. de vulg. laf. consi. cciij. in ij. & ccxxx. in iij. Cur. Iun. lxxxiij. & dixi in lib. iij. de verb. sig. vers. ij. quæritur. Non obstat argumentum quod mater esset in medio: quia respondeo potest procedere quo ad exclusionem extraneorum hæredum, non autem quo ad exclusionem filiarum testatoris, secundum Bart. in l. j. vers. iiij. dixi. ff. de vulg. quem ibi sequuntur doct. arg. l. cùm acutissimi. C. de fideicomm. & † quamuis alias excluso hærede, quamuis extraneo legata corruant. d. l. si nemo. tamen hoc non procedit stante clausula codicillari, vt habetur in l. eam quam. C. de fideicom. quæ solutio caret omni difficultate, alia enim solutio quod imo mater ipsa sit vniuersaliter instituta l. non est vera. cum ex verbis appareat esse particulariter instituta in vsufructu tantum, vt in casu magis dubio per Dec. consi. cclxxviij. & licet subdat *pleno iure*, videtur dictum ad excludendum concursum in vsufructu, quem alias proprietarius habuisset. l. si alij fundum. l. Sempronio. in prin. vbi Bart. ff. de vsufr. leg. l. si tibi decem. ff. de vsufr. eorum rerum. quia † verba, *pleno iure*, debent intelligi secundum subiectam materiam, vt per Iac. in l. si ita stipul. fuero. §. Titius. ff. de verb. obli. Alex. cons. lvj. perlectis. lib. iij. Non obstat secundum argumentum, quia verba illa, *tunc & eo casu*, non sunt apposita taxatiuè, ad vulgarem substitutionem, vt ideo minus comprehendat pupillarem, & restringatur institutio particularis de vxore, vel de filiabus, in dicta possessione facta, sed solum ad indicandum casum, quo filiæ admitti debeant: nempe post mortem vxoris vel secunda vota quę mors vxoris, propriè euenit, nec hoc respectu tractatur de vlla extensione ad casum omissum. Aduertendum ergo est, quo respectu posita sit † taxatiuo, vt si vno respectu posita sit ad alium, non trahatur l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. l. ob æs. C. de præd. min. l. illud. in fin. C. de sacros. eccl. Alex. l. j. C. de bon. pos. secundum tab. Rom. l. iij. §. iurati. ff. de iureiur. & licet dicta taxatio tunc & eo casu sit superius etiam posita, respectu legati pro capella construenda, non tamen est trahenda ad hunc casum diuersum. d. §. ante omnia cum si. Prętera ergo non arbitror veram esse hanc opinionem; quod prohibeatur extensio, quando testator vsus est tali clausula, quia hoc videtur contra text. in l. Gallus. in prin. iuncto §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & ibi Lancel. Gall. in iiij. not. vbi reprobat hanc sententiam & dicit quod Anch. mouetur alia ratione quam ista, & hanc opinionem etiam ego sum sequutus in iij. lib. de verb. sign. & idem etiam tenet Lud. Gozad. consi. lxiiij. in fin. Et etiam si vera esset dicta opinio Anch. & Dec. tamen debet intelligi in casu suo, vt procedat quando per talem limitationem admitterentur magis dilecti a testatore, non autem quado excluderentur, prout in casu nostro hæc filia. Non obstat vltimum, q. testator supra expresserat, *quando filij fuissent nati, & deinde in pupillari, &c. decederent, &c.* Respondeo hæc coniectura non est adeò efficax, vt id circo videamus noluisse testatorem in vulgari comprehendi pupillarem, nisi quando aliter prouidisset separatim in singulis casibus. l. cùm ex filio. §.

A j. de vul. Maximè cùm appareat testatorem legatũ pro capella construenda sub eadem cõditione posuisse, sub qua, & istud de quo agitur. vnde expressio pupillaris in illo declarat eius voluntatem etiam respectu istius arg. l. alij. ff. de adim. leg. Prætera consilium illud Io. de Anna. xxij. & Alexand. xxxviij. cum simil. habet multos contradicentes, vt per Curtium Iun. consi. cxxxix. de quo dixi in l. Herennius. ff. de verb. sign. Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio.

B

CONSIL. XCII. SVMMÆ.

1 *Quando subest incertitudo personæ eligendæ, de incertis non valet relictum.*

2 *Si quid est speciale fauore piæ causæ, ergo ius commune est in contrarium.*

3 *Conditio potest conferri in personam, quantumuis incertam, quia non continet obligationem, sed euẽtum facti, secus in legato, vel fideicommisso, quod continet obligationem.*

4 *Instituo quos Titius voluerit, non valet hæc institutio, et est captatoria, & quare.*

5 *Si relinquatur expressæ personæ, et dubitatur qualis sit, hæres soluẽdo videtur confirmare legatum, quod alias esset inefficax.*

6 *Si dispositio ipso iure valet, licet obscuretur propter incertitudinem, tunc solutio subsequens confirmat actum.*

7 *Dispositio captatoria ipso iure est nulla.*

8 *Auth. hoc amplius. C. de fideicom. declar.*

9 *Qualitas cohærens personæ non potest transire in alios.*

10 *Voluntas etiam particularis, si sit captatoria, corruit.*

C

D

E



Rauissimi consultoris sententiæ accedo, quod illa clausula testamenti: *Cum hoc, tamen quod ipsa Diamantes possit, & debeat omnino eligere, et accipere de agnatione, &c. vel alibi prout sibi videbitur vnum puerum bene, & honestè natum, & illum nominari facere de domo, &c. & illum constituere hæredem vniuersalem, &c, quẽ sic eligendum testator ex nunc instituit, & substituit hæredem, &c.* Quatenus refertur ad dictionem, *Vel alibi.* sit inefficax, & nullius valoris. Moueor quatuor rationibus. Prima, quia † hic subest incertitudo personæ eligendæ de incertis, quo casu relictum non valet, secundum Barto. in l. quidam. ff. de reb. dub. quem sequuntur ibi doctores Raph. Iaco. Puteus, Pau. Castr. & Socin. Secunda, quia communis conclusio doctorum, quod valeat relictum ijs pauperibus, quos hæres elegerit. c. cum tibi. vbi not. extrà, de testamen. & † quod istud sit speciale fauore eleemosynæ & pietatis, ergo contrarium est ius commune. l. ius singulare. l. quòd vero. ff. de legib. & sic in casu nostro, in quo non subest talis fauor. Tertia ratio est, quæ colligitur ex regula generali, sita in §. incertis. Instit. de legat. quæ non est limitata, nisi, quando est persona incerta de certis: secùs ergo si de incertis, vt in casu nostro, prout etiá probatur in l. Paulus. j. de reb. dub. vbi speciali ratione conditio † potest conferri in personã, quamuis incertam: quia non continet obligationem, sed euentum facti, secùs ergo in legato, vel fideicommisso, quod continet obligationem, vt ibi per Bartol. & doct. Quarta ratio est, quia idem videmus in institutione cum testator dicit; † *Instituo quos Titius voluerit.* dicitur captatoria, & non valet:

F

G

H

quia nullius particulariter interest, qui possit Titium cogere ad eligendum, vt dicit Bartol. in l. illa instit. de hæred. instit. quem ibi sequuntur doctores, & Paul. Castr. in l. captat. C. de test. mil. vers. alio modo. & quod idē sit in casu nostro, etiā sic in fideicōmiss. firmauit Raph. Com. in l. j. ff. de leg. ij. vbi Pau. Castr. in fi. idem tenet. & idem Raph. in l. cū quidam. ij. eod. tit. nec habet ista opinio, q̄ ego sciā aliquē cōtradicētē. Nō obstat, si diceretur, q̄ istud possit ꝓcedere, si mulier nō elegisset, nō. n. potuisset arctari magis ab vno, q̄ ab alio. secūdū posteā quā elegit, videtur obligationē ex incertitudine nullā cōfirmasse: sicut videmus q̄ vbi persona ex aliquo futuro euentu certificanda est, q̄ valet relictū, vt est casus in d. l. quidam. de reb. dub. ibi, siue quis alius restitutionem mihi, &c. sicut etiā videmus, quando † si relinquatur expressę personę, et dubitatur, qualis sit hęres soluēdo videtur confirmare legatum, quod aliàs esset inefficax. l. iij. §. si quis duobus. ff. de adi. lega. l. si quis seruum. §. si in ser. de leg. ij. l. duo sunt. de test. tut. sed tamē ad hoc respondetur quod in casu d. l. quidē futurus euentus pendebat à facto tertij in casu nostro pendebat à fratre hęredis, & eius voluntate: & ideo dispositio est captatoria, vt suprà dixi. Nec talis dispositio potest videri confirmata per electionem factam: qa (vt rectè distinguit Bart. in d. l. quidam.) aut † dispositio ipso iure valet, licet obscuretur propter incertitudinem, & tunc solutio subsequens confirmat actum. d. l. si quis seruum. §. si inter. & d. l. duo sunt Titii. de testa. tut. aut dispositio ipso iure nulla, & tunc secùs. l. si quis pluribus. de reb. du. per Din. ca. in obscuris. de reg. iu. in vj. & iste est casus noster: quia † dispositio captatoria est ipso iure nulla. d. l. illa institutio. d. l. captatorias. Nec obst. rursus, si dicatur quod testamentum de se est validū, & substitutio facta de d. Diamante, valebat in vim fideicommissi vniuersalis, quod autem sequitur, quod eligeret, & quod electus constitueretur hæres, non habet hanc interpretationem vt ipso iure sit hæres, sed resoluitur in vim fideicommissi. l. filius familiās. §. vt quis hæredē. ff. de lega. j. & verba illa, cum hoc tamen, &c. nō inducunt conditionem, quæ interim suspendat actum, sed adiiciuntur actui iam perfecto, & ideo inducunt dutaxat modum. l. Mæuia. de manu. test. l. ij. §. fin. de don. per Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. de cond. et demon. & declarat idē Bart. consi. suo iiij. si hoc ita est, videtur dicendum duplici ratione, quod grauamen illud teneat. Prima, quia potuit d. Diamantes cogi ad implendum voluntatem testatoris, secundum ordinem positum † in auth. hoc amplius. C. de fideic. & dato, quod actio non competiisset alicui eligendo propter tātam incertitudinem, competebat tamen actio aliis personis connumeratis in d. auth. Secundò, quia si substitutio, et testamentum de se tenuit, videtur hoc sufficere, & substinebitur voluntas particularis, quamuis captatoria per tex. in l. Senatus. §. legatum. de leg. j. vbi Christ. de Castellione. Sed tamen adhuc dico supradicta non obstare. ad primū respondeo, quod d. auth. hoc amplius non procedit, cum tractatur de exequenda voluntate mutanda, sicut est volūtas captatoria, & maximè in hoc casu, in quo agitur de electione per ipsam facienda, quæ † qualitas cohæret personæ, nec potest transire in alios secundum regulam. l. j. §. ne autem. C. de cad. tōll. & quæ habentur in l. centesimis. §. j. de verb. obli. Ad secundam dico quod † voluntas etiam particularis corruit, si sit captatoria. l. nonnunquam. ff. de cond. & dem. l. captatoria. ff. de leg. j. & ideo nihil refert, quod aliàs testamentum valeat, & opin. Castellioni in d. §. legatum. est communiter reprobata, vt dicit Raph. Com. in d. l. j. de leg. ij. & Iaſ. in d. l. captatoria. in prin. C. de test. mil. Et istud etiā tenet Alex. Iaſ. Mod. in l. cum donationis. C. de transact. vbi quoties modus est captatorius, prout in casu nostro ipse modus tanquam impossibilis reiicitur & dispositio stat firma, & censetur puta secundū Bart. in authen. ingressi. C. de sacr. eccles. & dixi latiùs in d. l. cum donationis. & hæc pauca sufficiāt cum de simplici subscriptione sim requisitus, quę omnia dicta sint.

CONSIL. XCIII. SVMMÆ.

1 *Hęredibus minus graue est præstare alimenta in domo, quam extra.*
2 *Qui se fundat in aliquo, illud probare debet.*
3 *Non debet compelli honesta matrona ad cohabitandum cū muliere impudica.*
4 *Impudicæ mulieres de iure debent expelli, de vicinia pudicarum.*
5 *Testimonium de auditu non probant.*
6 *Confessio extra iudicialis confitenti præiudicat.*
7 *Testes inuicem contrarij non probant.*
8 *Multa dicuntur, quæ ad effectum non deducuntur.*
9 *Vsufructuaria recedens à domo causa curandi filij, dicitur habere iustam causam recedendi, et debere habere alimenta, perinde ac si in domo permansisset.*
10 *Interpellandum ex causa non esse.*

 Legati facti do. Constantiæ, per maritum suum visis verbis, satis inclino in eam sententiam, quod tale legatum sibi non deberetur, nisi in domo: quia licet videatur legatum respicere fauorē vxoris, tamen respicit mixtum etiā fauorem heredum: quia est † illis minus graue præstare illa alimenta in domo, quàm extra, vt dicit Bart. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & cib. legat. & expressius, in consil. ccxj. incip. quidam sibi filios hæredes. & Alex. consi. clxxviij. in vj. volumine per totum. & licet videatur sibi legata habitatio in domo testatoris, deinde subiiciatur legatum alimentorum, tamen putarem illam qualitatem domus censeri, additam etiam alimentis, ex quo totum legatum ab eodē verbo, volo, regitur, ita quod illa qualitas est in eadem oratione, vnde meritò qualificat totam per casum. l. Selæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. legat. & ibi per Bartol. voluit ergo testator legare vxori habitationem, in domo tamen sua. Item alimenta in eadem domo, vt satis inducant verba quæ clara sunt. Sed difficultas in nostro casu est, quia do. Constantia, dicit ex culpa hæredis se nō posse habitare in dicta domo, & clarum est, quod tali casu deberūt legata extra domum, vt probatur in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. iij. & in l. penultima. ff. vbi pup. educ. per Bar. in d. §. Imperator. & omnes scrib. in l. j. C. de leg. † ista igitur negatiua, quod commodè cum hærede habitare non possit, cum sit fundamentū intentionis ipsius do. Constantiæ, per eam probari debuit in l. illa. vbi in terminis. Iaſ. ff. de verb. oblig. & Petrus de Ancharano consi. cclix. super primo quæsito. Sequitur Iaſ. in dict. l. In casu nostro, videtur probata hæc negatiua, quia per duos testes est probatum, quod hęres habebat domi ancillam, qua vtebatur pro concubina. & ista causa videtur sufficiens: quia † no debet compelli honesta

BIU Cujas

honesta matrona, ad cohabitandum cum muliere impudica, vt probatur in l. non aliter. ff. de vsu & habit. vnum videmus quod † de iure impudicæ mulieres debent expelli de vicinia pudicarū. arg. §. fi. in auth. de leno. & ita concludit Bald. & ibi And. Sicul. in apost. in l. nullus. C. de sum. trin. & fi. cath. Nec obstant tria, quæ in contrarium adducuntur. Et primo quod non constat de concubina, nisi per testimonia de auditu alterius hęredum, & † testimonium de auditu non probat. l. testium. l. solam. C. de testib. Nam respondeo, quod istud nō dicitur testimonium, de auditu, sed attestatio confessionis extraiudicialis ipsius Nicolai, qua confessus est se habere illam in concubinam, & † talis confessio sibi præiudicat. I vnica. C. de confessis. l. capite v. ff. ad legem Iul. de adult. & tantò maximè cum alius cohæres Alphonsus eius frater habitet ruri, & iste cohabitaret in vrbe cum d. Constantia, cui non debuit adiungere concubinam iuxta l. illud *Morbida facta pecus inficit omne pecus.* Nō obstat secundo, quod probatum est per duos testes, quod ipsa non recesit ex illa causa, sed causa curandi quendam suum priuignum. Nam respondeo, tribus modis. Primo quod † illi testes non probant: quia inuicem sunt cōtrarii. l. qui falsis. ff. de testib. l. eos. ff. de fals. nam primus dicit affuisse illi protestationi solum d. Nicolaum. Secūdus dicit quod aderat etiam Alphonsus, & satis videtur primus non perfectè deponere, qui nihil dixit de præsentia Alphonsi, vnde non probat & præsumitur falsus, vt est gl. in l. Lucius. ff. de iis, qui notan. infamia. cum concordant. per Ias. in leg. fi. C. de bon. poss. secundum tab. & facit text. in c. j. extra, de crim. fals. Item primus testis dicit illam protestationem factam ad interrogationem d. Nicolai. Secūdus dicit oppositum quod imo à seipsa protestata est, non ad interrogationem alicuius. Item secundus testis dicit, quòd non nominauit, cuius causa in specie vellet recedere. Primus verò dicit, quod nominauit filiastrum. & satis hinc apparet istis tamquā testibus in Sūsannam fidem esse abrogandum. Secundò respondeo, quod dato, quod protulerit illa verba, non tamen sequitur, quod deinde recesserit ex illa causa, quia † multa dicuntur, quæ ad effectum nō deducuntur. l. fin. C. senatusc. Silla. & potuit tunc ea verba dicere, ne faceret excandescere dictos hæredes, in quorum ædibus erat. Tertio respondetur, quod si ipsa recesit † causa curandi filii, vel filiastri videtur iussa causa recedendi, & debet habere alimenta, perinde ac si in domo permansisset. l. si quis ita legauerit. ff. de cond. & dem. Tertiò non obstat quod vxor debuit † interpellare hæredes, ne tenerent concubinas. l. quidam hyberus. ff. de seruit. vrba. prædio. Nam respondeo, quod si hæres incideret in pœnam ex mora, tunc requireretur interpellatio, sed incidit ex delicto: quia inducendo meretrices in domum, & faciendo eas cohabitare cum pudicis, facit vt licitè vxor potuerit recedere, & tali casu interpellatio non est necessaria, nisi de vrbanitate, de qua loquitur prealleg. l. Proculus. et ita eam intelligit etiam Aret. & Fel. in cap. ij. extra, de accusat. & in c. cum te. de re iud. Ias. in l. certi cōdict. in prin. ff. si certum pet. Barb. cons. vij. in ij. Imò fortius talis interpellatio præsumitur facta, secundū Ludouicum Rō. in sing. cccxcvij. qui debet. sequitur Felr. cap. nouit ad finem. extra, de iud. & maximè in casu nostro, in quo per duos testes probatum est de confessione Nicolai asserentis, quod omnia illa faciebat, vt dicta domina ab eius domo recederet. Et ita mihi videtur: saluo semper sanioris iudicio.

CONSIL. XCIII. SVMMA.

1 *In testamentis requiritur, quod testes videant testatorem, et istud est de solennitate testamentaria.*
2 *Infirmi vox propter ægritudinem, plerunq; alteratur.*
3 *Solennitas in testamentis requisita, propter pestem censeri debet remissa.*
4 *Lex multum suspicatur falsitatem in testamentis.*
5 *Melius est quod venientes ab intestato succedant, quàm remittantur solennia, vnde de facili posset falsum committi.*
6 *Valeret consuetudo, per quam diminueretur numerus testium in testamentis, sed non valeret, quando per cōsuetudinem induceretur, quod testes non viderent testatorem, propter timorem falsitatis.*
7 *Codicilli habent similitudinem cum testamentis, non autem cum contractibus, vnde debent fieri in conspectu testiū, sicut testamenta, non autem sufficit solam vocem audiri sicut in contractibus.*
8 *Instrumentum non probat, nisi quatenus notarius est rogatus.*
9 *Defectus testium cum constet ex lectura testamenti, dicitur esse notorius.*

DVbitatur nunquid testamentum in q̄ interuenerūt notarius, & testes, q̄ testatorem peste contactum non viderunt, sed solummodo mediante cortina, vel clausula asserum audiue-
D runt, valeat. In quo puncto breuiter procedendo dicendum est, quod non, † in testamentis enim requiritur quod testes videant testatorem: & istud est de solennitate testamentaria, vt est text. in l. si non in speciali. in verb. in conspectu. C. de test. & ibi firmant omnes. & ratio est, quia aliàs possent fieri multæ fraudes, ex quo voces à quibusdam facilimè assimilantur, secundum Cin. & doct. ibi, &
E hoc præsertim † in infirmo, cuius vox propter ægritudinem plerunq; alteratur l. iubemus. C. de test. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui test. fac. poss. Nec obstat, q̄ talis † solennitas propter pestem deberet cēseri remissa. arg. l. fi. vbi Bal. & Nic. Matar. C. de testam. vbi per illum tex. volunt q̄ tali tempore valeat testamentum, quamuis deficiat solennitas, quoad numerum testium. & dicit ibi Ias. post Flor. q̄ ista opin. est æquior, idem tenet Ang. de Are. in tract. de test. in verb. nūcupatiuum. And. Sic. cons. lxxxvij. prope. est lib. iiij. vbi multa similia allegat, præsertim decisionem Ang. in l. si vacātia. de bo. vac. lib. x, & ita etiam nouissimè consuluit Dec. cons. cclxxxiiij. per totum. Nam respondeo, q̄ contraria opinio est verior: quia etiam tali
F casu militat ratio dictæ solēnitatis: † lex enim multum suspicatur falsitates in testamentis. d. l. iubemus. si autem huiusmodi falsitates fabricantur, eo maximè tempore fabricatur, cum penes infirmos pauci reperiantur, & oēs eos vitent: vnde propter
G imminens periculum cautius, fuit agendum, nec aliquid remittendum de solennitatibus, & † melius est quod venientes ab intestato, succedant, quā remittantur solennia: vnde de facili posset falsum committi: vt dicit no. Soc. cons. lxxxv. in fi. in iiij. vol. vnde merito, dicendum est dictas solēnitates etiam tempore pestis requiri, prout est cōmunior opin. scribentium in d. l. fi. quam tenet Ang. Fulg. Paul. Castr. Ale. Ioan. Baptista de sancto Seuerino, Corn. in d. l. fi. Iac. de Bel. in §. j. in auth. quib. mod.

nat.eſſ.ſui.Bar.in l.j.ff.de bon.poſ.ex teſt.mil.Frā. de Arc.in l.hæredes palam.in prin.ff. de teſt.And. Soc.conſi.lviij.in j.Rom.in repe.auth. ſimiliter.in xxxiiij.ſpecial.C.ad leg.Fal. & latè conſuluit Soc. in d.conſi.lxxxv.vbi reſpondet ad omnia allegata in contrarium: & ideo non eſt opus hic tranſcribere, & etiam Alex.in d.l.fin.reſpondet.vnde dicendum eſt, vt per eos. & ſi Dec.in præalleg.conſi.vidiſſet has omnes auctoritates, nō dubitaſſet, quin iſta eſſet magis communis opinio. Fortiùs dico, quōd etiamſi vera eſſet illa concluſio, quod tempore peſtis ceſſet ſolennitas, quò ad numerum teſtium, tamen in caſu noſtro non debet ceſſare iſta per quam requiritur, vt teſtes videant teſtatorem: magna enim eſt ratio differentiæ inter vtrunq; caſum: facilius enim debet remitti prima ſolennitas ex quo non eſt veriſimile, quod propter hoc illi, q adſunt velint dicere falſum, ſed ſi teſtes non viderent teſtatorem omnes poſſent decipi, ſi ille qui teſtaretur faceret teſtamentum Gonellæ, & ſimularet vocem defuncto: vnde videmus quòd de iure canonico eſt remiſſa ſolennitas numeri teſtium. c. cum eſſes, c. relatum. extra, de teſt. & tñ non ſunt remiſſæ cæteræ ſolennitates, vt dicit Soc. in l.j.§. ſi quis ita. ff. de verb. obl. & per And. Sic. in d. conſil. lviij. & q. not. Ang. & Pau. Caſt. in l.j. ff. de teſt. vbi concludunt, quod † valet conſuetudo, per quam diminuitur numerus teſtium in teſtamentis, ſed non valet, quando per conſuetudinem inducerētur, quod teſtes non viderent teſtatorem propter timorem falſitatis, ſequitur Iaſ. in l. cunctos populos. in iij. q. prin. Bar. C. de ſum. Trin. & fide Cath. Non etiam obſtat quod ſaltem teſtamentum iſtud debet ſuſtineri per clauſulam codicillarem: quia in codicillis non videtur requiri: quod teſtes viderent, ſicut nec donatione cauſa mortis, & cæteris contractibus, vt in terminis dicit Matheſil. in not. ſuo cxxv. not. quòd licet. & videtur ſequi Alex. & Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali. nam ad iſtud argumentū reſpondetur pluribus modis. Et primo dico, quod iſta deciſio non eſt vera, & confunditur per doctr. Bar. in l.ij.ff. de leg.j. vbi † codicilli habent ſimilitudinem cum teſtamentis, non autem cum cōtractibus: vnde debent fieri in conſpectu teſtium, ſicut teſtamenta, non autem ſufficit ſolam vocem audiri, ſicut in contractibus: probatur hoc etiam in l. iubemus. verſic. quod ſi non fuerit. C. de teſt. vbi text. ponit quaſdam ſolennitates teſtamentorū, & inter alias ponit hanc quod fiat nuncupatio voce corā teſtibus, aliàs neq; in toto, neq; in parte valeat: nam ſi poſſet ſuſtineri iure codicillorum aliquo modo, valeret quod eſt contra mētem tex. Item ratio præſumptæ falſitatis, habet locum etiā in caſu iſto, vnde non eſt in hoc inducenda differētia, licet aliud ſit in contractibus: in contractibus enim agitur de re, cui⁹ veritas poteſt patere, ex facto agentium, ſed in vltimis voluntatibus agitur de probanda voluntate, ampliùs non exiſtentis in rerum natura, qui non poteſt detegere quid ſenſerit, & ideo lex magis timet in eis falſum fabricari, & maiores ſolennitates requiſiuit ſecundum Bal. in c.ij. de mutuat. int. do. in vſi. feu. vnde cum hæc opi. non ſit vera, meritò Matheſil. noluit cauſam affirmare, ſed locutus eſt ſub dubio fortè. & Iaſ. fatis fatetur in puncto iuris non eſſe veram & reperio quod contra eam opin. conſuluit Cor. conſi. xviij. in ij. vol. & bene iudicio meo. Secundò principaliter reſpōderur, quod dato, q valeret dictum teſtis audientis per cortinam, ſi habet vocem loquentis notam, tamen iſtud non procedit, quando loquēs eſſet infirmus: tunc enim neq; in contractibus ſufficeret, quia infirmi faciliter alterāt vocem, nec poteſt certa eius cognitio in reſte præſumi. arg. d.l. iubemus. & ita tenet Ioan. de Imo. in l.ij.§. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcend. & Lud. Rom. in d.l. ſi non ſpeciali. & iſte eſt caſus noſter, ex quo præſuponitur in facto, quod eo tempore erat teſtator infirmus peſte, vt etiam credo aſſeruiſſe notarium in teſtamento. Tertiò principaliter reſpondetur, q ſi dicta deciſio eſſet vera, procederet, quando teſtes aſſererent ipſi in iudicio eſſe factos codicillos ab eo, & interrogati quomodo ſcirent, reſponderēt, q haberent eius vocem notam, ſed cùm ipſi non ſint examinati, ſed ſimpliciter deſcripti in inſtrumento, non poteſt tale inſtrumentum fidem facere, ex quo notarius non eſt rogatus de iſta aſſertione eorum, quod videlicet eius vocem notam habe rent, & † inſtrumentum non probat, niſi quatenus notarius eſt rogatus. §. nos autem. in auth. de tab. l.iij. §. item diuus. ff. de teſtu & habetur in l.j. C. de fi. inſti. & iure haſt. fiſ. lib. x. & per Bart. & Mod. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Card. in c. fin. de fin. inſtr. nec etiam ſi rogatus eſſet, quicquam faceret: quia iſtud pendet ex ingenio, & memoria teſtium. de quo nihil poteſt notarius ſcire, non autem ex facto extrinſeco, quæ ratio ceſſat, quando ſunt præſentes, & eum vident: quia tunc lex præſumit pro eis. l. coràm. ff. de verb. ſign. vbi not. tunc enim ceſſat præſumptio ſiniſtra. & † cum iſte defectus teſtium conſtat ex lectura ipſius teſtamenti, dicitur notorius eſſe, vt p Bar. & doct. in l.j. in j.q. ff. de op. not. nunt. in prin. vnde impediret etiam miſsionē in poſſeſsionem, de qua in l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. vbi doct. & ſic concludo venientes ab inteſtato tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio obſeruare debere.

1 6 7

CONSIL. XCV. SVMMÆ.

1 *Conditionum altera defecta actum corruere.*
2 *Ingrediens religionem, cenſetur deceßiſſe cum liberis.*
3 *Verba vltra prædicta reſoluuntur, id eſt, vltra res prædictas.*
4 *Dictio, vt infra quid operator.*
5 *Clauſula ſaluo, &c. eſt reſeruatiua, ſeu exceptiua.*
6 *Exceptio intelligitur ſub eadem conditione, ſub qua eſt regula.*
7 *Verbum relinquo, eſt verbum commune, & inducit fideicommiſſum.*
8 *Verbum legitimis, quid importet.*

BErnardini de imperialibus teſtamenti verbis viſis in propoſita quæſtione & allegationibus in præſenti cōtrouerſia hinc & inde factis, arbitror ipſos fratres de imperialibus fouere iuſtiorem cauſam, duabus rationibus. Prima eſt, quia d. Paulus, cui † venerabilis Fabrica ſucceſsit, nō eſt vocatus à d. Bernardino ad domum de qua agitur, niſi ſub duabus conditionibus, videlicet ſi ipſe decederet ſine filijs, & Matthæus filius ſuus etiam ipſe decederet ſine liberis: vnde niſi vtraq; conditio eueniat, nullum ius debetur ipſi d. Paulo. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt. in caſu autem noſtro non euenit vtraq;: quia Matthæus ingreſſus eſt religionem: vnde cenſetur deceſsiſſe cum † liberis. §. ſed & hoc præſenti. in auth. de ſan. epiſc. auth. niſi rogati. C. ad Treb. c. in ſpentia. extra, de prob. quæ concluſio procedit etiam, quando in conditione eſt additum, ſi deceſſerit ſine liberis, ex le-

BIU Cujas

decesserit suis liberis, ex legitimo matrimonio, vel æquipollentibus, vt per Bar. in l. si ita quis. §. j. ff. de lega. ij. & est verior & communior conclusio, vt per Fel. in d. in presentia. & licet ex forma statuti nostri ingredientes religionem præsumantur præambula hora decessisse, &c. tamen tale statutū loquitur quoad exclusionem ipsius ingredientis ab aliorum hæreditatibus, non autem quoad conditionis purificationem respectu hæreditatis, quā iam existens laicus acquisiuit. Quamuis etiam negari nō possit, quin communis opinio doctorum sit quod tale statutum, tanquam contra ecclesiasticam libertatem non valet, vt per Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. Iaſ. post alios in l. fi. C. de pact. Non obstant allegata in contrarium, & primò quod non interest ipsorum fratrum hoc allegare, imò debent incipere ipsi, & restituere bona, quæ obtinuerunt vigore prædicti fideicommissi. Nam respondeo, quod cùm habeant cessa iura à monasterio, potuerunt illa bona obtinere propter dictam cessionem, non autem obtinuerunt iure fideicommissi, quod non suberat, ex quo vtraque conditio non erat purificata. Secundò respondeo, quòd cum ex ista exceptione apparet d. Paulum, & consequenter eius hæredes nullum ius habere in domo, licitum est istis fratribus hoc allegare cum agentis intentionem excludant ipso iure, vt per Bart. in l. ij. ff. de excep. rei iud. Tertiò dicitur, quod cum isti fratres sint rei conuenti, licet eis vti defensionibus etiam contrariis ab his, maximè quas in aliis causis proposuerunt. d. is, qui l. nemo. ff. de excep. Secundò non obstat, quod illa conditio videtur potius alternatiua ex mente defuncti, ex qua sæpè videmus coniunctam verti in disiunctam. l. Gallus. §. j. vbi no. ff. de lib. & posth. l. fris, qui ducenta. §. fin. ff. de reb. dub. l. generaliter. in princ. C. de inst. & fubst. quia, etiam hoc concesso, non est verificata alternatiua: quia neuter eorum nec testator, nec Matthæus decesit sine liberis: testator non, quia reliquit Matthæum; Matthæus non, quia ingressus religionem. d. auth. nisi rogati. Tertiò non obstat quod dicta duplex conditio sit dicta fideicommisso vniuersali, nō autem videatur adiecta fideicommisso particulari dom⁹; quia vt eleganter fuit deductum illa clausula, & vltra est implicatiua, & repetitiua qualitatum præcedentium, secundùm Bartol. in l. si tibi pure. ff. de leg. iij. & in l. qui ita. ff. de dote præleg. Aretin. consilio. Nec obstant quædam adducta in contrarium: quia si bene videatur testamentum illa clausula præcisè determinat res legatas, non autem actum verbi: quia illa † verba *vltra prædicta* resoluuntur, id est vltra res prædictas, vt habetur in l. ea tamen. ff. de leg. iij. vnde cessant contraria, & vlteriùs quod etiam quo ad domum censeatur addita duplex conditio, ego confirmo alia ratione: quia testator in fideicommisso vniuersali omnium bonorum addidit clausulam salvo, vt infra per quam clausulam censetur reseruasse dictam domum, vt applicaretur Paulo, & per illam dictionem: vt infra censetur virtualiter repetisse illud fideicommissum domus; quia ista est illius † dictionis virtus, *vt infra*, vt per eam videatur assumptum illud, quod erat infra, omisso illo, quod est in medio, vt dicit Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. in fin. ff. de lib. & posthum. cum ergo illud fideicommissum domus censeatur reseruatum à generali fideicommisso, debet talis reseruatio intelligi sub ijsdem conditionibus, sub quibus generale fideicommissum conceptum est: quia talis † clausula *salvo*; &c. est reseruatiua seu exceptiua. l. item Lab. §. ff. fam. erc. in gl. & † exceptio intelligitur sub eadem conditione sub qua est regula. arg. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. leg. & in simili per Ang. consil. cclxxxix. circumscripta. Paul. Cast. clxij. circa illud, de quo primo quæritur in antiquis. Secunda principalis ratio est, quia testator dixit se relinquere dictam domum Paulo, & hæredibus suis legitimis masculis, in quo præmittendum est, quod cum testator fecerit mentionem hæredum, non potest intelligi quod veniant simul cum Paulo, & sic hoc casu non procedunt, quæ habent in l. Gall. §. j. ff. de lib. & posth. & declarat ibi Bald. & Fr. de Curte consil. lxxiij. Socin. consil. xij. in ij. lib. intelligemus ergo inductum esse fideicommissum per illud verbum, *relinquo*, quod est † verbum commune, & inducit fideicommissum, vt est gloss. in l. his verbis. in prin. ff. de hered. instit. per Barto. in l. diuus. ff. de testam. milit. in l. cog. in princip. ff. ad Trebel. Cum ergo inductum sit fideicommissum, dico istos fratres debere admitti ad successionem: quia illi sunt hæredes legitimi masculi, per ista enim verba censentur vocati agnati, qui ab intestato succedunt. l. iij. §. de illo. ff. pro soc. quia tales propriè sunt legitimi, id est, agnati. l. legitimis. ff. vnde cogna. & consuluit Alexan. in consi. lvj. in ij. quem sequitur Iaſo. in l. vnica. C. quando non pet. partes. Dec. consi. xxxij. & suadetur iste intellectus ex fauore agnationis, ad quam habuit respectum testator, & apparet ex varijs locis discurrendo testamentum, & subtiliter fuit allegatum per coaduocatū. Nec obstat, quod doct. in d. l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. dicunt per illud verbum, *hæredibus masculis*, intelligi de descendentibus; quia respondeo in casu nostro esse † verbum *legitimis*, quod defertur ad agnatos, vt suprà dixi: nam quoties testator verisimiliter aliquo modo afficitur hæredis sui agnatis, per hęc verba de his quoq; intellexisse videtur l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & ibi Alex. ad fin. concludit in prędicto casu, huiusmodi verba non debent intelligi de filio solum, sed de quocunq; successuro ab intestato, & in hac clausula istud idem sentit Io. And. in add. Spec. in rub. de testa. in fin. ibi, sed forsan hæredes Seij, &c. & ex hac ratione sic inducta tolluntur omnia obiecta per præstantiss. aduocatos aduersantes.

CONSIL. XCVI. SVMMÆ.

1 *Non videtur mens patris fuisse fideicōmisso impedire, quin filia se nubat, & dotem det.*
2 *Pater tenetur dotare filiam.*
3 *Auth. res quæ. C. communia de leg. declar.*
4 *Quando fideicommissum antea iniunctum est, deinde dos data, non potest diminui fideicommissum restituendo dotem.*
5 *Pater mariti tenetur ad cauendum nurui, pro restitutione dotis, fallent.*

DVra prima fronte videtur conclusio & contra regulas iuris, quod in præiudicium fideicommissi possit tam absolutè dos repeti, & quamuis pro ea conclusione sint aliquæ auctoritates modernorum: tamen non videtur esse aut lex aliqua, aut ratio quæ eam probet. quod vt melius ostendatur, distinguendi sunt tres vsus. Primus est in dote danda, videlicet, in muliere grauata fideicommisso à patre, & tunc procedit conclusio:

quia † non videtur mens patri fuisse tali fideicommisso impedire, quin filia sua nubat, & dotem det. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad senatusconsult. Trebellian. ibi, & patris voto, &c. imò si aliter voluisset non potuisset: quia † tenetur pater dotare filiam. l. qui liberos, de ritu nuptia. & hoc casu si filia ex fructibus, vel ex legitima sua dotali potest, non debet fideicommissum diminui, vt dicitur in dicto. §. cum proponeretur. & ibi doctores. Secundus est casus in dote restituenda, videlicet, quando filius qui dotem recepit, non est soluendo, nisi de bonis subiectis fideicommisso restituatur, & doctores simpliciter videntur tenere posse res subiectas fideicommisso restitui, per textum † in authen. res quæ. C. comm. de legat. & in corpore vnde sumitur, in authentic. de restitut. nec declarant, an istud ita generaliter verum sit, sed Angel. & Iason. tenent quod non: sed tantum modo, quando dos prius data est deinde fideicommissum à patre factum fuit: quia si videatur text. in d. authentic. de restitut. propriè loquitur, quando dos ante erat data in §. quamobrem. vbi loquitur de patre fideicommittente, qui tenetur primò nihil oneris legitimè imponere, deinde nec reliquæ bonorum parti, quatenus exactio dotis impediretur, vnde manifestè præsupponit tempore iuncti fideicommissi iam dotem filio datam fuisse. Suadetur hoc & ex allegatione mulieris, ibi in text. relata, quæ allegabat ignorantiam fideicommissi, hæc enim allegatio est vera, & generaliter concludens in prædicto casu, aliàs si iam fideicommissum fuisset iniunctum ante dationem dotis, non esset concludens: quia imputari aliquid potuisset vxori, quæ non diligenter vestigasset, an mariti bona fideicommisso subijcerentur. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. & per Raph. Comm. consilio xxvj. Et quòd dicta authen. hoc casu loquatur, quando dos postea data fuit etiam sentit glo. in dicta authen. res quæ illis verbis. & post sic fuit à patre rogatus. quasi dicat non si antea sit rogatus, quàm dos data fuerit, & ponderat Angelus alias glossas idem sentientes. Tertius † casus est, quando fideicommissum ante iniunctum est, deinde dos data, & in hoc puncto Angel. & Iason supra relati tenent non posse diminui fideicommissum. Ioan. de Anan. consilio lxj. Socin. consilio xxiij. in ij. & Ioan. Crotus in repet. §. diui. cum quibusdam alijs tenent contrarium. Ego puto vtranque opinionem concordari posse. Nam cùm iste casus sit omissus & ex verbis. d. §. cùm proponeretur, & ex verbis d. authentic. de restit. solùm ex mente legis fiet ad eum extensio. aut ergo loquimur, quatenus dos legitimam excedit, & puto fideicommissum diminui, & veram esse communem sententiam, quia adhuc militat ratio d. §. cum proponeretur. & d. authent. de restitut. aut loquimur, quando filius consumpsit legitimam, & Trebellianicam, & vxor vult totam dotem repetere super fideicommisso, & puto, quod non possit: quia cessat ratio d. §. cum proponeretur. quæ fundatur super voto paterno: mens enim fideicommittentis non fuit, vt tota portio fideicommisso imputaretur, sed deducta prius legitima. dict. §. quamobrem. Nec excusaretur mulier ob ignorantiam fideicommissi, quia sibi imputandum esset. d. l. qui cum alio. Fortius dico, quod ignorantia non est ratio dictæ legis. Sed præsumpta patris voluntas. d. †. cùm proponeretur. & d. §. quamobrem. in fin. ibi, plurima per præsumptionem. Suadetur hoc ex ratione Iaso. quæ hoc casu est concludens. † Pater enim mariti, quamuis teneatur, ad cauendum nurui pro restitutione dotis atq; d. leg. qui liberos: tamen si ipse dotem non recepit, nec curare potuit, ne filius dotem consumeret, non tenetur, vt per Bartol. & alios in l. si eum dotem. §. transgrediamur. solut. matrimon. cum ergo pater tali casu non esset obligatus, cessat dispositio dictæ authent. res quæ. & licet Corn. in d. authent. res quæ, videatur aliter sentire allegando Bald. ibi, tamen Bald. in lectura mea loquitur, quando dos data fuerat ante fideicommiss. & sic non in hoc tertio, sed in secundo casu, & ita etiam potest intelligi Paul. Castr. qui loquitur in casu quæstionis glossæ, & si aliter intellexerunt, ego eos sequi vix auderem, aperirent enim viam subuersionibus fideicommissorum.

CONSIL. XCVII. SVMMÆ.

1 *Testator potest hæredi scripto adimere hæreditatem, si aliqualiter turbaret vxorem suam, & valet ademptio, quãdo fit ex iusta causa.*

2 *Semel hæres non potest desinere esse hæres.*

3 *Qui propter moram, vel contumaciam propriam perdit rem legatam, deducit tamen falcidiam.*

4 *Trebellianicæ deductio per testatorem prohiberi potest.*

5 *Filius hæres tenetur rata habere gesta per patrem.*

6 *In vno delinquens, factus est omnium reus.*

7 *In indiuiduis contrauenies in vno, in totum contrauenit.*

8 *Hæres scriptus, si vel in modica parte contrauenerit, priuatur tota hæreditate.*

9 *Legatarius legatum capere debet, de manu hæredis.*

10 *Repudians hæreditatem alicuius, non dicitur contrauenire, ex quo institutio extraneorum habet tacitam conditionem si voluerint.*

11 *Pœnæ introductæ in odium alicuius, non sunt regulariter transmissibiles, nec ligant hæredes.*

12 *Patris delictum non debet nocere filio.*

13 *Per contrauentionem in parte, non priuatur quis tanquam indignus toto.*

14 *De repudiatione non quæritur titulus ipsi, in cuius vtilitatem fit repudiatio.*

15 *Translatio præsupponit præambulam acquisitionem.*

16 *Inuestire propriè est possessionem remittere.*

17 *Pater non potest adire hæreditatem delatam filio, sine ipso filio.*

18 *Concessio facta alicui, quando non constat quo titulo, censetur facta tit. donationis.*

19 *In contractu donationis, non habet locum euictio.*

20 *Legitima semper deducitur post æs alienum.*

TEstamento, & transactione visis, & diligenter pro tempore consideratis partium iuribus, omissa disputatione ad partes dico sic concluiuè sentiendum. Circa † primum non est dubium, quod testator potuit hæredi scripto adimere hæreditatem, si aliqualiter turbaret vxorem suam: & valet ista ademptio, seu priuatio, quãdo fit ex iusta causa, prout est ista, vt concludit Bartol. Imo. Angel. in l. paterfam. ij. ff. de hær. instit. & applicatur hæreditas istis, quos eo in casu testator sibi hæredes nuncupauit. Sed dubium est, num quid applicetur iure directo, an verò per viam fideicommissi, in quo cõmunis conclusio est, quod

valeat

valeat ius fideicommissi: quia cum primus sit semel hæres sit, non potest desinere esse hæres. l. si is qui soluendo. ff. de hæred. instit. & licet Philippus Corn. in l. vnica. C. de his quæ pœ. nom. in j. not. & Soc. in sub. ff. eod. tit. tamen etiam secundum eorum distinctionem in casu nostro hæc hæreditas non applicabitur, nisi per fideicommissum: quia quamuis testator vsus sit verbis directis, quia dixit *se in eo in casu instituere eos heredes*: quia cùm non possit facere, quòd directò sint hæredes, censetur eos vocare eo modo, quo potest, & sic iure fideicommissi, vt dicit Bar. in d. l. paterfam. & Cor. in d. l. vt quia ista est communis opin. in iudicando, non habet difficultatem. Circa secundum dubium Io. de Imo. in d. l. paterfa. formauquæstionem, & concludit sub dubio, forte quod iste hæres priuatus hæreditate in casum contrauentionis, nihilominus 3 poterit deducere Trebellianicam, quia quamuis † quis propter moram, vel contumaciam propriam perdat rem legatam, nihilominùs potest deducere Falcidiam. l. cùm pater. §. j. ff. ad leg. Falcid. l. j. §. item si ea. eod. tit. Sed in casu nostro puto contrarium: quia testator dicit, quod priuat dictum hæredem tota hæreditate, quo casu censetur prohibuisse Trebellianicam secundùm gl. in l. decem. ff. de fideicom. lib. & Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & consuluit Alex. in consi. v. in iij. no. vbi respondet argumentis tenentium contrarium: & licet Soci. consi. xiiij. aliter sentiat, tamen magis communis opi. est ista, vt latè deducunt mod. Repe. in d. l. Centurio. & probatur in l. qui totam. ad Trebel. in quo se fundant aduersantes: quia ibi apparet quod per ista verba exprimitur voluntas testatoris, vt Falcidia non detrahatur, licet illo iure testator hoc nõ posset disponere: hodie secus, quę opin. tanto fortius procedit in casu nostro, in quo iste ex suo delicto hanc pœnam patitur, & apertè constat de mente testatoris, vnde in iudicando non est ab hac opinione recedendum: & licet aliqui tenuerint, quòd Trebellianica non possit neque hodie prohiberi per testatorem: quia authent. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. loquitur in Falcidia non in Trebellianica, tamen magis communis opin. est, quod idem sit de vtraque & sic † quòd etiam Trebelliani 4 reuocatio prohiberi possit in l. Marcellus. ff. ad Trebel. vbi Alex. & alij modern. cum multis concord. per Anton. Corsetum in tracta. de excellentia regia. q. lxxiij. vbi diffusissimè disputat, & probat veritatem istius opinionis. Circa tertium dubium, difficultatem facit, quia † filius hæres tenetur 5 rata habere gesta per patrem. l. cùm à matre. C. de rei ven. quia non potest contrauenire facto auctoris sui, imò perinde habetur ac si ipse fecisset, sed si ipse contrauenisset videretur priuãdus in totum: 6 quia † in vno delinquens factus est omnium reus. c. desleat. de regul. iur. & quod not. Bal. in l. etiam. in fin. C. ad leg. Falcid. vbi si quis accommodauit fidem tacitè spurio, vel in vno nummo censetur in 7 dignus tota hæreditate confirmatur: quia † in individuis contrauenies in vno in totum contrauenit. l. iiij. §. Cato. ff. de verb. oblig. & per Baldum in simili casu in c. primo, §. si vasallus. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agnat. sed casus noster videtur respicere indiuidua, quia videtur contemni testator, qui contemptus in parte punitur in totũ. l. cum pœna. ff. de arbit. ad idem facit talis ratio, 8 nam ipse † hæres scriptus, si vel in modica parte contrauenirет, priuaretur tota hereditate, quia expressè verba testamenti hoc important: ergo idem debemus dicere in istis substitutis consentientibus. Præterea aliâ ratione inducitur difficultas, quia ex prima conuentione iste hæres fuit ipso iure priuatus, vnde incepit habere dicta bona ex contractu inito cum ipsis substitutis, & ideò licet deinde pluries contrauenerit, non incidit in pœnam testamenti, vt pote, qui amplius non habeat titulum à testatore, sed ab ipsis substitutis, & ista ratio fortiùs vrget: sed his non obstantibus, contrarium est verius. Et primò aduertendum est, quia non est verum, quod pater per allegatam licentiam dicatur contrauenisse testamento: nam simpliciter dat licentiam hæredi, quod possit aperire cameram, & extrahere quoddam argentum, quæ licentia non infert aliquid contrarium menti testatoris: licet enim illa camera seu argentum esset legatum vxori, tamen fuit † conueniens, quod vxor acciperet legatum de manu hæredis. l. non dubium. C. de leg. l. j. ff. quorum legat. vnde meritò potuit pater dare licentiam hæredi, vt appræhenderet dictum argentum, credens quod hæres vellet illud tradere vxori defuncti, prout tenebatur. Et quamuis ex verbis legati vxor potuisset appræhendere propria auctoritate, secundum gloss. communiter approbatam. l. Titia cum testamento. §. j. per illum text. ff. de legatis ij. per doctores in l. nemo potest in iij. q. Bartol. ff. de lega. j. non tamen propter hoc delinquit hæres, & consequenter, nec illi consentiens, si ipse anticipat, & illi tradit. d. l. non dubium actus ergo appræhensionis factæ ab hærede, cui consensit dictus pater, non fuit illicitus, sed actus retentionis: quia hæres deinde noluit soluere, cui actui dictus pater non consensit. Secundò aduertendum est, quia ex alia ratione non potest dici contrauenisse voluntati testatoris: nam simpliciter renuntiat hæreditati, nomine filij, casu quo sibi obuenerit ex causa dictæ contrauentionis: certè iste actus videtur licitus, quia † repudians hæreditatem alicuius, non dicitur contrauenire, ex quo institutio extraneorum, habet tacitam conditionem, si voluerint. l. iam dubitari. ff. de hæred. instituend. l. si ita. §. illi si volet. ff. de legat. j. vnde hoc facere licuit dicto patri. Tertiò, dato, quod pater contrauenisset, & filius reneretur ratum habere: tamen istud factum patris quoad pœnam, & sic quoad priuationem substitutionis, respectu aliorum capitum, non debet nocere filio, ex quo † pœnę introductæ in odium alicuius, non 11 sunt regulariter transmissibiles, nec ligant hæredes. l. quod diximus. §. fi. ff. quod metus causa. & † 12 patris delictum non debet nocere filio, arg. rub. C. ne filij pro parte. Quartò dico, quòd imò † per con 13 trauentionem in parte non priuatur quis tãquam indignus toto. l. rescriptum. l. hæres, qui tacitam. ff. de his, quibus vt indign. & dictum Bald. in dicta l. etiam est falsum, & eum reprobat Alexan. in l. ex facto. §. fin. de vulg. & pupill. Nec est verum, quod hic sumus in materia indiuidui, imò ista delicta sunt separata: & licet hæredi vnum fuerit remissum, non sequitur quòd etiam cætera sint remissa. nec testator ipse apponit hanc pœnam substitutis, sed solùm hæredi, vnde dictæ rationes parùm vrgent. Non obstat vltima ratio, quia ad eam potest responderi. Primò quod procederet, si concederemus quòd per illum actum hæres contrauenisset, quod est falsum, vt suprà dixi, imò licuit hæredi legatas res appræhendere, dummodò traderet legatarię, nec testatori concedendo vxori, vt propria auctoritate appræhenderet: censetur statuisse pœnam proprer hoc hæredi appræhendenti, imò (vt dixi) licuit appræhendere, licet deliquerit

non dando eas vxori: nam ad hoc vt hæres incidat in talem pœnam, requiritur quod malo animo & modo molesterur, secundum Baldum in l. j. de his quæ pœnæ nomine, per text. cum gloss. in l. si seruum. §. prætor. ff. de acquirend. hæreditat. qui malus animus ex sola apprehensione non interuenit, ergo illi cuiq; nō dicitur contrauentū. Secundò respondetur, quod pater per eum actum simpliciter repudiauit hæreditatem, nō autem cōtulit aliquem titulum in heredem, vnde hæres habet adhuc hereditate ex titulo accepta à testatore: vnde rursus delinquendo, rursus incidit in pœnā, factum enim istud est reiterabile. l. si sic stipulatus
14 sum, neque per te. ff. de verb. obligat. nam † ex repudiatione non quæritur titulus ipsi, in cuius vtilitatem fit repudiatio. l. fuit quæstionis. ff. de acqui. hæred. & latè per Are. in consilio xcj. viso themate, vnde filius in isto casu est admittendus, qui non contrauenit illi repudiato, sed petit se admitti ad fideicommissum, cuius cōditio ex aliis molestijs illatis per heredem vxori euenit. Nec obstat quod non videatur simplex repudiatio, ex quo dicitur quod inuestiuit & quietauit, quæ verba viden-
15 tur importare translationem iuris: ergo † si illud transferr, sequitur quod acquisuerit. l. traditio. ff. de acqui. rer. domin. quia respōdeo quod imò illa
16 verba non important translationem iuris: nam † inuestire propriè est possessionem remittere. c. j. quid sit inuestitura. in prin. in vsibus feudorum. & fortiora verba erant in casu, in quo consuluit Aretin in d. consilio xcj. Tertiò respondetur, quod si intelligemus quod per eum actum pater agnouit hæreditatem, seu fideicommissum, & deinde con-
17 cessit hæredi istud, non potuisset facere: quia † pater non potest adire hæreditatem, delatam filio sine ipso filio. l. fi. in prin. C. de bonis quæ lib. & etiā si potuisset adire, non tamen potuit eam donare,
18 deinde alteri. d. leg. fin. §. pen. & † ista concessio. cùm non constet de alio titulo, censetur facta titulo donationis, vt per Alex. post alios in l. à Titio. ff. de verb. oblig. & si dicas dato, quod pater facere non potuerit, tamen filius, quia hæres eius non potest contrauenire. l. ex persona. ff. de reg. iuris. & est casus in d. leg. cum à matre. vbi Bald. & cæteri hoc tenent. C. de rei vend. Respondeo quòd ille text. loquitur quando pater seu mater vendidit, non autem donauit. nam cum habuerit pretium, est iniquum quod hæres contraueniat: : sed in casu nostro est donatio, vnde potest filius ex propria persona contrauenire. leg. fi. C. de euict. quæ sic intellecta, habet optimam rationem: nam licet ibi hæres deinde teneatur de euictione, istud fuit: quia ita erat obligatus prædecessor, secus si non fuisset: vt in casu nostro. leg. ad res. ff. de euict. Confirmatur ista solutio: quia quando filius successit patri, & habet legitimam: si pater non tenebatur de euictione, potest filius vendicare rem alienatam: & non obstabit sibi exceptio quod sit hæres: vt tenet Iacobus de Bel. Bart. Ang. Alb. Pau. Cast. & Corn. in l. fin. §. in computatione ita intelligentes gl. ibi. C. de iure delib. Pet. de Anch. Io. de
19 Im. in c. j. extra, de rest. & iste est casus noster, quia pater censetur donasse, † in quo contractu non habet locum euictio. d. l. ad res donatas. & licet contra istam opinionem teneat Alex. & Ias. in d. §. in computatione, per d. leg. cum à matre, tamen alia est magis communis opin. et tex. in d. leg. cum à matre, potest procedere in venditione, secundum supradicta: & sic fœdere distinctionis potest concordari dicta opi. quia aut loquimur in donante:

A & Bartolus bene dixit: aut in vendente, & opin. Mod. est verior. Nec obstat, quod Bart. & doct. in d. §. in computatione, intelligant illam suam opin. vt nō obsteret exceptio, si habuit filius, nisi legitimam: secus si plus, quia respondeo quod ista opinio bene confutatur per Ias. & Alex. ibi: quia non est constituenda ista differentia: ex quo † legitima semper 20
deducitur post æs alienum: & secundùm hanc opinionem apparet optima ratio ad d. l. fi. C. de euict. & l. ij. C. si in fraudem patri, quæ loquitur in dona-
B tione: & credo, quòd sit mera veritas: quia aliter impossibile est bene respondere ad illa iura, licet doctores valde laborauerint, tamen propter auctoritatem aliorum, non auderem consulere, quando non esset, nisi ista ratio. Sed maximè fundo me in prima responsione.

CONS. XCVIII. SVMMÆ.

C
1 *Dictio legitimis proprie refertur ad agnatos.*
2 *Dictio, masculis quid operetur.*
3 *A verbis quæ clara sunt, recedere non debemus.*
4 *De verbis consuetudinum feudalium, non est faciendum fundamentum in alia materia, quàm feudali.*
5 *§. & si clientulus c. 1. de alien. feud. explic.*
6 *Trebellianica non deducitur quia filius, sed quia hæres.*
7 *Extraneus deducit Trebellianicam non tempore restitutionis fideicommissi vniuersalis conditionalis, sed tempore mortis testatoris.*

D

NObilium de imperialibus in causa, quia aliàs diffusè allegatū est, in præsentia ero aliquanto breuior. Et fundamentum eorum est ex legato domus, facto d. Paulo, & eius hæredib. malculis legitimis: quæ verba inducunt substitutionem fideicommissariam propter verbum, *hæredibus*, quod non potest verificari, Paulo viuo: vnde vulgaris substitutio induci non potest: & sola fideicommissaria inducitur, vt dicit Bald. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthu. & Franciscus Curt. consil. lxxiij. & tale fideicommissum debebitur istis agnatis ab intestato succedentibus Paulo, propter
E † dictionem, *legitimis*, quæ propriè refertur ad agnatos, vt in edicto prætoris. ff. & C. vnde legit. & per Alexand. consi. lvj. in ij. Ias. in l. j. C. quando non pet. part. & in terminis istius fideicommissi: decisio Alexand. in l. ex facto. fin. ff. ad senatusc. Treb. ad fin. aliàs allegata. Non obstat dictio, *masculis* in nostro casu, per quam videtur quod solum de filiis intelligatur per doct. in d. l. Gallus. §. etiam. & videtur casus in capit. j. §. & si client. de alien. feud.
Nam respondeo, quòd † dictio, *masculis*: cum in- 2
F ducat qualitatem, optimè conuenientem istis agnatis, non debet alterare significationem verbi, *legitimis*. Sed bene dictio, *legitimis*: debet limitare
G doctrinam doctorum in d. §. etiam: dum dicunt appellatione *hæredis masculi* intelligi filium: quia non procedit; quando additur *legitimi*: quia ista vox propriè significat agnatum, & ostendit intelligi, non solum de filio: sed etiam agnato, nec † a 3
verbis debemus recedere; quæ clara sunt. l. non aliter. ff. de leg. iij. Non obstat text. in d. §. & si clientulus, quia respondetur, quòd † de verbis con 4
suetudinum feudaliū non est faciendū fundamentū in alia materia, quàm feudali, vt dicit Bar. in l. ve

iurisiu-

BIU Cujas

iurisiurandi. §. si liberi. ff. de opin. lib. et satis innuunt hoc in terminis nostris. doct. in d. §. etiam. vbi Alex. respondens ad arg. Raph. & Im. non innititur auctoritati illius text. feudalis, sed rationi: ne testator videatur extraneos hæredes prætulisse filiabus propriis: & hæc solutio maxime procedit: quia tex. in d. §. et si clientulus. præcise † se restringit, vt sua interpretatio habeat locum in feudis, vnde sentit in alia materia non habere locum. l. age. C. de transac. Præterea licet dicat illa verba fine descendente masculo legitimo, comprehendere filios, tamē non negat etiam comprehendi agnatos, & in casu illius text. quod existentibus agnatis, feudū ad eos reuertatur, non ad dominum: tenet ibi Martinus de Laud. & alii scribentes. Non obstant coniecturæ, quia nos adduximus multas pro nobis valde coloratas: sed quæ adducuntur pro parte aduersa sunt plusquā friuolæ. Et ad primā quod in superioribus semper vocauit fratres Pauli, & eius filios, & q, vna pars testamenti aliā declaret: respondetur id nō factū in hoc fideicōmisso: quia intētio eius erat, vt si Paulus habuisset filios, illi pferrētur & si non haberet, saltem isti haberent: quia legitimi: id est agnati ad secundum quod testator substituit in fideicommisso Paul. & eius hæredes masculos: quod debent verba restringi ad descendentes, ne videatur præferre hæredes extraneos Pauli, hæredibus extraneis filius, argum. l. Publius. de cond. & demonstratio. & per Bart. in §. etiam Socin. consi. xij. in tertio respōdetur, quod non intelliguntur extranei isti agnati, qui expresse vocati sunt per dictionem, legitimis: & qui sunt legitimi non solum Paulo, sed etiam filio: vnde nō possum videre aliquem colorē istius coniecturæ. minus etiam facit illa subtilis differētia inter concessionē & institutionē: quia cū verbum legitimus, signifiet proprie agnatum: hanc significationem habebit & in concessionibus seu contractibus, & in testamentis, imò etiam in pœnalibus, & odiosis. l. cum lege. vbi Aret. ff. de test. Non obstat quòd Mattheus potuit alienare propter legitimam, quæ sibi debebatur, quamuis esset dispensatus, &c. vt per Deci. consilio cclvij. Nam respondeo, quod cum domus ista sit relicta istis agnatis per patrem, non potuit eam alienare in præiudicium istorum agnatorum, nec potuit legitimam suam accipere in ista re legata, vt dicit Bal. in rub. ff. de rerum diuis. vers. sed pone. & Dec. con. lxxxi. Quamuis etiam illud consilium Decii parum obstet: quia loquitur, quando agitur de ducendo legitimam à rebus fideicommisso conditione grauatis, quod non est in casu nostro: item verba limitantia legitimationem in casu suo erant diuersa à nostris. Sed in hoc non insto, præsertim quia puto illud consilium esse erroneum. Nā quoad † Trebellianicam in casu suo nulla erat difficultas, cum ea non deducitur, quia filius, sed quia hæres. vnde etiam † extraneus eam deducit, quoad legitimam, cum debeatur, non tempore restitutionis fideicommissi vniuersalis conditionalis, sed tempore mortis testatoris. l. j. §. sed nec impuberis. ff. de coll. bon. l. fin. vbi Bart. de lib. agn. & illi sic dispensato cōstet tempore mortis, seu à principio non deberi, vt concludit Ang. consi. cclxiij. dominus Papa. Alex. consi. xxx. iuxta ea quę lib. iiij. Dec. consi. cclxiiij. frustrà disputatur de retentione iure legitima: cum ea non habeat iure legitimæ, sed simpliciter: quia hæres; & facilimum esset respondere eius fundamentis, prout alias uidi illi responderi Papiæ, per d. Rolandum Cortium, qui obtinuit contra illud consilium. Non obstat vltimo quòd alienatio fit facta in Paulum, qui solus poterat conqueri: imò etiam isti possunt conqueri ex quo sunt & ipsi vocati ad fideicommissum, vnde factum Pauli, neque confessio aliqua istorum contrahentium, habet nocere fideicommissariis non citatis, nec præsentibus, vt per Alex. in leg. de vnoquoque in vltima fallentia. ff. de re iud. & consilio lxxxiiij. in ij. fal. in §. diui. in ij. lect. de leg. j. cum concordant. cætera suppleat acutissimus d. Relator.

CONS. XCIX. SVMMÆ.

1 *Clausula generalis sequens, non refertur ad præcedentem, quæ specialem determinationem habeat.*
2 *Species in iure, non derogat generi.*
3 *Clausula generalis, nunquam ad specialem trahitur.*
4 *Clausula in fine donationis apposita non refertur ad cap. precedens, nec illud restringit, aut limitat, maximè in testamentis, in quibus debet fieri lata interpretatio, &c.*
5 *Clausula finalis, quæ per se principaliter non sit posita, sed ad aliam dispositionem qualificandam, nunquam ad præcedentia refertur.*
6 *Quando modus, vel conditio inseritur legato vltimo loco appositio, tunc ad aliud non refertur quam ad illud vltimum.*
7 *Modus agendi maximè attendendus.*
8 *Quod simile est, idem non est.*

ALuisii Rabiæ testamenti visis verbis requisitus, vt dicam quid sentiam circa fideicōmissum domus Mediolani, & bonorum de Pioltello, perticarū cccc. an possit nepos d. Aluisii absque solutione alicuius precii ea consequi: diligenter re considerata, puto, quod sic. Et enim sciendum est in dicto testamento duo fideicommissa contineri. Primum simplex & absolutum: quod specialiter ad dictam domum & suprascriptā possessionem Pioltelli restringitur, & quod post mortem filiorum d. Aluisii defertur. Aliud est fideicōmissum generale, nō simplex & absolutum, sed in casum alienationis, quod dicti hæredes aliqua ex bonis testatoris alienare nō possint, & quod obseruanti competat repetitio, solutione dimidiæ partis pretii, & valoris ipsius rei. Dico ergo, quod hæc clausula, solutionis dimidię partis pretij, non debet referri ad bona, de quibus in primo fideicōmiss. de quibus testator facit specialem prouisionem quia † clausula sequens generalis non refertur ad precedentem, quę specialem determinationem habeat. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. vbi Alex. Ias. cæteri notāt: † species enim in iure nostro derogat generi, vnde clausula † generalis, nunquam ad specialem trahitur. l. doli clausula. de verb. obligat. l. sed & si deinde. ff. ex quib. caus. maio. Confirmatur per text. in cap. cum dilecti. extra. de donat. vbi Card. & Imol. et alii notāt, quod † clausula in fine donationis apposita, non refertur ad capitulum præcedens, nec illud restringit aut limitat, maximè in testamentis, in quibus debet fieri lata interpretatio. Facit doctrina Bart. in leg. fi. ff. de reb. dub. vbi † clausula finalis, quæ non per se principaliter sit posita, sed ad aliam dispositionem qualificandam, nunquam ad præcedentia refertur, sicut dicimus † quando modus vel cōditio inseritur leg. vltimo loco appōsito. cuę enim

enim non ad aliud referatur, quàm ad illud vltimũ l. filium. ff. quando dies leg. ced. & per Alexand. consi. xlviij. in primo. Moueor rursus ex verbis primi fideicommissi, quibus dicitur. *Et hoc quia meæ intentionis est, quod prædicta domus, & possessio perpetuò permaneant in descendentes meos de Rabijs, & mando quod dicta domus & possessio nunquam alienari possit, & alienatio non valeat, & contraueniens priuatus remaneat, &c.* si enim teneretur fideicommissarius offerre dimidium pretij iam non haberet domum; & possessionem integram, sed dimidiatam: quia cùm ab eo pretium abesset, videretur res ipsa abesse. l. Labeo. j. §. j. ff. de verb. sig. & si pretium non haberet, quod offerret per indirectum, circumscriberetur voluntas testatoris, qui tamen enixè voluit in suprascriptis bonis subesse fideicommissum. Nam & dicta clausula obligationis pretij adiecta est, quando quis ex eo capite prætendit locum esse fideicommisso, quia alienatio facta sit, quod si non ex eo capite agat, sed ex eo, quia per mortem hæredis grauati euenerit conditio fideicommissi, tunc non est quærendum de pretio, & ratio differentiæ inter istos casus est manifesta quando enim ex prohibitione alienationis, quis est vocatus, eius fundamentum est alienatio, & pretium ab hærede receptum, vnde voluit testator saltem pro dimidia pretium restitui, quando verò venit in casum mortis, tunc nõ disposuit testator aliquid de pretio, † modus ergo 7 agendi maximè est attendendus. gl. iij. q. vj. c. hoc quippe. & doc. l. ij. §. j. fol. mat. Et quod ista opinio sit vera, ex eo suadetur, quia aliàs primum fideicommissum nihil operaretur, & satis fuisset si testator secundùm duntaxat fecisse, si talis clausula pretij esset referenda ad primum. Et licet testator dicat similiter se ordinare in secunda, &c. tamen † q, 8 simile est idem non est l. quòd Nerua. ff. depos. similitudo enim statim hoc, quòd vtroq; casu prohibita est alienatio: non autem est identitas, quia in primo casu nullum pretium est restituendum, licet secùs in ij. Fortiùs videretur defendi posse istũ nepotem testatoris, etiam si ex ij. fideicom. ageret non teneri ad aliquod pretium, quia si diligenter intueamur verba testamenti, illa clausula. cum solutione medietatis, &c. est adiecta duobus casibus tantum. Primus, cum alter hæredum alienaret. Secundus cum bona perueniunt in nepotes ex linea fœminina. Quando verò vterq; alienaret, vel vnus etiam altero iam mortuo: & bona perueniunt in descendentes, ex linea masculina, testator non ordinauit vt pretium solueretur: nec tali casu facienda est repetitio dictæ clausulæ, quæ propriam & F specialem determinationem habuit, vt in simili dicit Bald. in l. j. C. de legit. hær. & refert Alexand. in d. consi. xlviij. in j. quæ sententia certior est in casu nostro, propter illa verba testamenti, *Et hæc non habentibus ipsis filios masculos*, quæ simpliciter est intelligenda, vt relatio non fiat ad talem casum, & suadet hoc mens testatoris, qui grauauit ad solutionẽ pretij, nepotes ex fœminis, quos non adeò diligebat, sicut nepotes ex masculis; item grauauit vnũ fratrem alio alienante, vt minus odij, & rixarum G inter ipsos oriretur, cùm saltem pro dimidia pretij fieret restitutio, quæ ratio cessat vtroq; contrafaciente, vel altero iam mortuo, cùm nepotes masculi vocantur. Nec obst. si dicatur, quòd primum fideicomm. fuit factum respectu nepotum ex fœminis tantum, respondeo falsum id esse, imò priùs vocati erant descendentes ex masculis. vt apparet in princ. institutionis: ibi quod alius succedat, & etiam versus finem, ex clausula illa, *Et hoc, quia meæ*

A *intentionis, &c. in descendentes meos de Rabijs, &c.*

CONSIL. C. SVMMÆ.

1. *In substitutionibus casus expressus, trahitur ad omissum.*
2. *Conditio, si intra decem menses post mortem suam, trahitur etiam ante decem menses.*
3. *Vulgaris substitutio in casum, quo posthumus nõ nascatur, trahitur ad casum, quo natus sit, & in pupillari ætate decedat.*
4. *Dictio quandocunq; est generalis, & inducit cõpendiosam habentem effectum, quandocunq; contingat grauatum decedere.*
5. *Verba limitata, limitatè debent intelligi.*
6. *Dictio tamen est aduersatiua, & correctiua superiorum.*
7. *Dispositio limitata certo tempore, extra illud tempus non porrigitur.*
8. *Quod permissum est ad certum tempus, vltra illud cẽsetur prohibitum.*
9. *Prohibitum ad diem, censetur post eam diem permissum.*
10. *In nulla dispositione, quantumuis fauorabili fit extensio vt de vna die dictum ad aliud producatur.*
11. *Tempus inducit diuersitatem in substantia.*
12. *Aliud est quid tali die fieri, aliud alio.*
13. *Nunquam dispositio de vno tempore ad aliud trahitur.*
14. *Tempus adiectum dispositioni, dicitur ad eius formam pertinere.*
15. *A forma non est licitum recedere.*
16. *Casus omissus in tempore, nunquam trahitur ad expressum.*
17. *Non est facilè recedendum à verbis testatoris.*
18. *Fideicommissa, non sunt amplianda, cum inducunt onus respectu filiorum.*
19. *Fideicommissa auferunt libertatem disponendi.*
20. *In dubio semper interpretamur, ne hæres censeatur grauatus.*

FIdeicommissum positum in testamẽto quondam d. Andreæ de Berghis habet duo capita. Primum est *morienᵗe aliquo ex filijs institutis.* Secundum est *omnibus filijs descendentibus*, sed de secundo in præsentia nihil dubitatur, tota difficultas vertitur circa primum caput, in quo testator ordinauit, quod si cõtingeret aliquem ex filijs præcedere testatori, vel aliter quandocunque decedere absq; liberis ante tamen decimum octauum annum perfectum, substituit superstites, &c. prout latiùs in dicto testamento continetur, decessit Taddæus, vnus ex liberis, agens trigesimum annum, instituto hær. extraneo, quæritur an euenerit casus fideico. & prima facie videretur quòd sic, quia † in substitutionibus casus expressus trahitur ad omissum 1 l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. maximè cum verisimile est testatorem, si de eo interrogatus esset idem fuisse dispositurum. gl. l. tale. in fi. de pact. verbo hæredem. vnde † conditio, si intra 2 decem menses post mortem suam, trahitur etiam ante decem menses, secundo l. fin. C. de posth. hær. & † vulgaris substitutio in casum, quo posthumus 3 non nascatur, trahitur ad casum quo natus sit, & in pupill. ætat. decedat. l. fin. C. de institut. & subst. & quod not. Imol. Alexan. Soc. in l. j. de vulga. reprobantes quandam decisionem Ange. in l. h pater filium. ff. eod. ti. & quod not. Soc. cons. xcij. in iij. col. simili.

BIU Cujas

similibus confirmatur hæc sententia ex verbis substitutionis, quibus apparet generaliter à testatore fideicommissum fuisse: *quandocunq; decederent absq; liberis*: quę † dictio *quandocunq; est generalis*, & inducit compendiosam habentem effectum quādocunq; contingat grauatum decedere, secūdum gl. in prec. C. de imp. & ibi, per doctores. Sed his non obstantibus quæ inducunt contrarium sententiam esse veriorem, & q. hæres institutus à Taddeo, foueat bonam causam, mouetur quia verba substitutionis sunt limitata per illam clausulam, *ante tamen decimū octauum annum*, vide & limitare † debēt intelligi. l. age. C. de sentent. l. in agris. de acq. rerum do. † dictio enim *tamen*, est aduersatiua, & correctiua superiorum. l. cum hic status. §. si diuortium. ff. de don. inter virum l. si profundo. vbi doct. C. de transf. cum ergo Taddeus decesserit post dictum tempus, sequitur euanuisse fideicōmissum: quia † dispositio limitata certo tempore, extra illud tempus non potrigitur. l. si ita quis. ff. de vulg. & † pmissum est ad certum tempus, vltra illud censetur † phibitum. l. si vnus. ff. cū reo. ff. de pactis. epistola. §. fi. ff. eod. tit. sed econtrario † phibitum ad diem cēsetur. post eam diem pmissum. l. Imp. ff. de postu. nec † in aliqua dispositione, quantūuis fauorabili, fit talis extensio. vt de vna die dictū ad aliud pducatur. dd. si ita quis. & l. commodissime. ff. de lib. & posth. † rēpus enim inducit diuersitatem in substantia. l. j. §. quia simpliciter. ff. de verb. obl. & † *aliud est quid fieri, alio aliud*, secundùm Bar. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. l. denūtiare. §. quid tū. ff. ad l. Iul. de adult. meritò ergo in casu nostro attendenda sunt verba testatoris, *qui fideicommissum aliquod non fecit, nisi filij decederent*. Consideranda est etiam ratio, quia voluit relinquere libertatem disponendi filijs, vbi fuerint essent adulti, & excessissent d. ętatem 18. annorum, quam apparet ex secūdo capite substitutionis, in q̄ substituit eis decedentib. ab intestato, & indicatenus voluit relinquere eis facultatem arbitrio suo testādi, vbi essent in plena pubertate, & colligitur mens testatoris etiam ex iis, quæ dicuntur in alio. c. testim. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. & quæ ibi habentur. & doc. l. iij. §. filius. ff. de lib. & post. dixi in l. Hæres. ff. de verb. sig. Nec obstat rationes in cōtrarium allegatæ: quia licet sint aliqui casus, in qb. licita est extensio, & casus omissus habeatur pro expresso, de quib. per doctores locis supra allegatis, nō in tempore dicunt doctores, q. † nunquam dispositio de vno tempore ad aliud trahitur, per d. l. si ita quis. ff. de vulg. vbi est casus præsentis q̄stionis: & potest esse ratio, quia † tempus adiectum dispositioni dicitur ad eius formam pertinere. auth. quæ supplicatio. in verb. forma. cū gl. C. de precib. Imp. offe. † à forma autem nō est licitum recedere. l. j. & ij. vbi doct. ff. de lib. & posth. l. j. in prin. ff. de verb. obl. & q. † casus omissus in tempore nunquā trahatur ad expressum firmat Imo. Alex. Soc. in d. l. j. de vulg. & in d. l. si ita quis. & l. si pater filiū. eo. tit. & hęc responsio est vera, & sufficiens, licet possit ad suprascripta obiecta etiam particulariter responderi. Non obstant ergo not. in d. §. & quid si tā rum. quia illo tex. loquitur & pcedit in cōditione necessaria, secus est in volūtaria, vt est casus noster & declarat ibi Bart. Non obst. gl. in d. l. tale. §. fi. quę vera est in casu suo, quando casus euenit in quo testator idem fuisset dispositurus: sed in nostro non ita est: quia testator noluit præripere facultatem filio, neq; eum grauare post 18. ann. vt supra dixi. Nō obst. l. si. C. de posthu. hær. quia ibi casus non est omissus, vt dicitur in textu, quia verba substitutionis

A propriè comprehendebant omne tempus incipiens à tempore testamenti conditi. & finiens in x. mense post mortem: vt alias dixi in l. si quis sic. ff. de verb. sig. Non obstat l. fi. C. de instit. & substit. q. procedit in substitutione directa vulgari, quæ ex oratione diui Marci trahitur ad pupill. secundùm l. iam hoc iure. ff. de vulg. nos loquimur in fideicōmisso: q. est onus adiectum filio, in quo non est par ratio, secundùm Corn. cons. cccxx. in iiij. de quo dicēdum (vt dixi lib. de verb. sig. iij.) quia latior est B materia, quam hic attingi debeat: & suprascripta quoad decisionem præsentis causæ sufficiunt. † 17
non enim facilè recedendum est à verbis testatoris. l. non aliter. ff. de leg. iij. nec † fideicomm. sunt 18
amplianda, cùm inducant onus respectu filiorum. l. cohæredi. §. cum filiæ. vbi not. ff. de vulg. l. omnimodo. C. de inoff. test. & † auferant libertatem di- 19
sponendi de re sua. l. in re mandata. C. manda. & † in dubio semper interpretamur, ne hæres cen- 20
seatur grauatus. l. vnum ex familia. §. quod si rem. C ff. de leg. ij.

CONS. CI. SVMMÆ.

1 *Proximus dicitur ille, qui solus est.*

2 *Primogenitus dicitur, quem nemo sequitur, quando in veritate primus natus est.*

3 *Præsumpta voluntas testatoris primo loco in fideicommissis spectanda est, etiam quod verba aliter ostenderent.*

D 4 *Dispositio testatoris trahitur ad casum per testatorem non cogitatum, quando verisimile est, quod si de eo cogitasset, idem statuisset.*

5 *Prius nominatus, censetur prædilectus.*

6 *Per facultates maiores, sustinetur honor domus, & cognationis.*

7 *Dummodo mens testatoris effectum sortiatur, non debemus curare de verbis.*

8 *Relatiuum qui in conditionem resolui.*

9 *Verbum esse, quid importet.*

E 10 *Qualitas annexa verbo, debet intelligi secundum tempus, quo verbum verificaretur.*

11 *Si quis recipit fundum in emphyteosin, cum hoc quod nō transeat, nisi ad primogenitum, intelligetur de illo, qui tempore mortis superuiueret, licet esset secundo, vel posteriori ordine natus, quia consideratur tempus, quo quis succedere debeat, vt primogenitus dicatur, quicunque alium ante se tunc non habet.*

12 *Verba qui, quæ, erunt importat conditionem.*

13 *Dictio tunc, temporis extremitatem denotat.*

F 14 *In substitutione vulgari vnus casus expressus ad alium porrigitur.*

15 *Vbicūque in dispositione vnum dicitur, & aliud præsupponitur, nisi etiam præsuppositum concurrat dispositio, non habet locum.*

16 *Quando super existentia liberorum certo tempore requiritur si illo tempore non sunt liberi, non habet locum dispositio.*

17 *Quod quis ferat insignia, vel conseruet domicilium fit ad finem propagandi, & conseruandi honorem familiæ testatoris.*

18 *Tutius est stare verbis, quam scrutari intentionem testatoris.*

G

FIlium Agnetis admittendum videretur prima fronte ad fideicommissum plurib. rationibus. Primo, quia testator vocauit in casu mortis Guidonis eius secūdogenitum, qui cum nunc reperiatur viuere, non videtur dubium: quin sit

quin sit amittendus: quia verba hoc inferunt: iuxta l. non aliter. ff. de lega. iij. & quia cum ipse semel fuerit secundo genitus: dato quod primogenitus perierit, non tamen desinit esse secundo genitus: prout in simili not. Old. consil. ccxxiiij. illæ sunt allegat. Cyn. in l. si vina matre. C. de bon. mat. Alexan. consi. iiij. in iij. cum similib. & in simili q,
1 habetur in l. proximus. ff. de verb. sign. vbi † *proximus* dicitur etiam ille, qui solus est, & in c. Ioseph.
2 vbi Io. And. & cæteri. ext. de verb. sig. vbi † *primogenitus* dicitur, quem nemo sequitur, quando in veritate primus natus est. Ergo eadem ratione secundogenitus debet dici ille: qui vere secundo natus est, licet nunc nemo eum antecedat: & quòd ita intellexerit testator, apparet ex eo, quia aliquando appellat secundogenitum, aliquando eum appellat secundum filium dicti Francisci, certè non potest negari: quin verè loquendo dato, quòd ipse solus sit superstes, tamen sit secundus Francisci, habito respectu ad eum, qui primo natus est, licet decesserit, argu. l. si filium. ff. de gradib. Secundò videtur admittendus, dato quod verba præcisè hoc nõ
3 inferrent, † ex præsumpta voluntate testatoris, quæ primo loco in fideicommissis spectanda est, etiam quod verba aliter ostenderent. l. hæredes
4 mei. §. cum ita. ff. ad Treb. vnde † dispositio testatoris trahitur ad casum per testatorem non cogitatum, quando verisimile est: quod si de eo cogitasset, idem statuisset. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. vbi Alex. & Mod. & gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & bonus text. in l. fin. C. de posth. hæred. D
inst. deducitur autem ista mens ex eo, quod filium Agnetis secundo loco substituit: & filium Franci-
5 sci tertio, vnde cum † prius sit nominatus censeatur etiam prædilectus. l. Publius. in fin. ff. de cond. & demon. l. cohær. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil. & propterea vtroque extante debet præferri iste prædilectus, & quod talis esset mens testatoris apparet ex causa per eum assignata: dum dicit se substituere eum, dum sit habilis ad hæreditatem, & portet cognomen, & foueat domicilium: certè E
iste effectus optimè procedet, etiam quod ipse sit solus superstes ex fratribus: ex quo poterit ista omnia facere: imò cum ex hæreditate paterna accreuerint sibi aliquæ opes, poterit honorificentiùs ea facere, quam si solum fideicommissum conse-
6 quutus esset: ex quo † per facultates maiores sustinetur honor domus: & cognationis. l. j. §. pen. ff. de vent. inspi. Bal. in l. maximum. C. de lib. præt. And.
7 Sicul. consi. iiij. in j. & propterea † dum mens testatoris effectum sortiatur: non debemus curare de F
verbis. l. si mater. C. de inst. & subst. Tertiò, confirmatur hæc opinio, quia cum verba & mens eum admittant, non videtur esse curandum: de quibusdam verbis fideicommissi, quę in contrarium pòderantur: dum testator vocauit secundogenitum filiorum, qui tunc erunt Agnetis: nam dato quòd
8 illud † relatiuum qui, resoluatur in conditionem, iuxta l. Stichum, qui meus. ff. de leg. j. potest conditio verificari isto modo, vt testator considerauerit casum, quo forte mortui essent maiores natu: vt ille admitteretur qui vnum superstitem haberet ante se: quia etiam talis potest dici secundogenitus: vt habetur in rub. ff. de vulg. & pup. & in rub. C. de secundis nup. sed tamen tali casu non eueniente: non ideo voluerit eum, qui vere secundogenitus sit excludi: quem ipse prędixerat & prius vocauerat, & tali casu interpretabitur illa conditio secundogenitum filiorum: qui tunc erunt Agnetis id est secundogenitum Agnetis si superstes erit, nec ista A
interpretatio est absona: ex quo alias † verbum esse 9
refertur ad superexistentiam, seu permanentiam, vt habetur in l. cùm proponas. C. de hæred. instit. & l. patronus. ff. de concub. Sed prædictis non obstantibus: puto contrarium esse verius; quod imò filius Francisce ipse admitti debeat: quin in hoc casu videtur ipse vocatus ad fideicommissum: non autem filius Agnetis. Probatur quia verba conditionis vocant secundogenitũ filiorũ: & sic ad hoc vt secundogenitus vocetur, debent adesse alij fi- B
lij: quod non est in casu nostro: nam † qualitas an- 10
nexa verbo, debet intelligi secũdùm tempus, quo verbum verificaretur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. l. ex facto. vbi Bart. ff. de vulg. & pup. & quod in simili dicunt doctores de primogenito Regis, qui non comprehendatur, qui natus est antequam factus esset Rex, quia illa qualitas Regis non verificatur tunc vt per hanc rationem dicit Sign. de Homod. consil. suo xxxvij. & Franc. Cre. in sing. suo l. incip. vidi pulchram. & est de mente Sal. in l. Imper. §. h. C. de nup. ergo idem in casu nostro. Confirmatur quia si non extant alij liberi iste potiùs diceretur primogenitus, quam secundogenitus, vt notabiliter decidit Bald. in l. ij. C. de iure emph. vbi † si quis recipit fundum in emphyteu- 11
sin: cum hoc quòd non transeat, nisi ad primogenitum: intelligetur de illo, qui tempore mortis superuiueret, licet esset secundo vel posteriori ordine natus, quia consideratur tempus quo quis succedere debeat: vt primogenitus dicatur quicunq; alium ante se tunc non habet, sequitur Alex. in l. ex facto. §. si quis autem. in j. not. ff. ad Trebe. & sic verba fideicommissi non verificantur in tali. Adidem moueor. quia verba vocant secundogenitum qui tunc erit, certè ista verba important vt vocetur is, qui tunc erit secundogenitus: & sic testator non habuit respectum ad ipsam originem: quia illud non potuisset poni in conditione, ex quo conditio est incerta. l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. iste autem secundogenitus. quoad originem, non potest esse incertus: quia quicunq; sit qui nascatur, vel moriatur, semper qui secundo natus est, erit secundogenitus: cum ergo posuerit in conditione istum secundogenitum necessariò apparet eũ non considerasse ipsam originem immutabilẽ, sed considerasse dubium euentum eis temporis, quo admittendus erat ad successionem vt secundogenitus diceretur, qui ante se alium, priorem fratrem habebat, dato quod esset cuiuscunq; ordinis: ista autem conditio hoc modo non potest verificari: in isto ergo est reijciendus tanquam conditio deficiat. l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. Confirmat etiam, nam illa † verba *qui tunc erunt*: important con- 12
ditionem iuxta l. Stichum qui meus. ff. de leg. j. & præsertim quando est apposita † dictio, *tunc*, quæ 13
importat, vt extremitas temporis consideretur. l. iiij. §. fin. ff. de cond. & dem. l. vxori vsumfr. ville. ff. de vsufru. leg. & sic opus est, quod tempore successionis sit secundogenitus, & conditionaliter habeat ante se alium: vnde videtur in effectu vocatus sub gemina conditione, videlicet, si ipse exiterit, & alium ante se habuerit, quapropter vtraq; conditio debet concurrere, d. l. si hæredi plures. & est tex. in clem. j. de concess. præb. loquens de tali dictione: & istud in simili decidit Anch. in con. ccc- xc. quia Helisabeth, vbi verba conditionis, si ipse non viuerent, tunc ad earum liberos non verificantur, si altera decesserit: imò requiritur vt vtraq; non viuat. Et q, notat idem Anch. in consi. cccl vj. ex se- 14
rie testamenti, versi. hoc probat. vbi licet † in sub-
stitutio-

ſtitutione vulgari, ſi vnus caſus exprimatur, ad aliũ porrigatur. l. cũ proponas. C. de hær. inſt. hoc locũ non hẽt, quãdo iſta dictio: tũc, in caſu expreſſo apponitur, quia tũc reſtringit ad eũ caſum p̃cisè, q̃ eſt expreſſus: & idẽ in ſimili caſu ſubſtõnis decidit. Ró. cõſi. cxxxj. prima dubitatio. in verſ. ij. & conſi. 138. noua ſuperuenit. & Dec. cõſi. lxiij. & conſi. 89. ergo idẽ dicẽdũ eſt in caſu noſtro, vt dato q̃ aliàs ſecundogenitus eſſet admittẽdus, tñ ex quo teſtator eũ vocauit, qui tũc eſſet ſecũdogenitus liberorum, & ſic p̃ſuppoſuit ſupereſſe differẽtię aliq̃s liberos, nõ debeat iſte admitti, niſi tũc ſupſint. Et hæc opinio
15 ſuaderetur ẽt p̃ duas cões cõcluſiones. Prima eſt, q̃ † vbicũq; in diſpoſitione vnũ dicẽ, aliud p̃ſupponitur, niſi ẽt p̃ſuppoſitũ cõcurrat, diſpoſitio nõ hẽt locũ: vt eſt glo. not. in l. mãc. in verbo ad vocandũ. C. de ſer. fug. quã ibi cõmẽdat Butr. Raph. Fulg. Caſt. Aret. cõſi. clviij. copioſè. Soc. conſi. lv. in ij. & in l. j. §. ſi quis cccc. ff. ad Treb. Fel. in c. acced. de præſ. & in c. nõnulli. de reſc. ſed in caſu noſtro teſtator expreſsè p̃ſupponit, q̃ alii liberi Agnetis extarẽt: ergo
16 eis nõ extãtibus, diſpoſitio nõ habebit locũ. Secũda eſt, qa † qñ ſuperexiſtẽtia liberorũ certo tpe requirit, ſi illo tpe nõ ſunt liberi, nõ hẽt locũ diſpoſitio. l. ex facto. §. peti. ff. ad Treb. l. in ſubſtit. ff. de vulg. & pup. Bar. in l. liberorũ. ff. de verb. ſig. Imol. & Soc. in l. ſolemus. ff. de cond. & dem. ſed in caſu noſtro ſuperexiſtẽtia liberorũ requiritur tpe, quo iſte filius Agnetis admitteretur, quod indicãt verba teſtã. admittẽtia ſecundogenitum ex his, qui extabũt: ergo ſi non extant, deficit conditio. nec obſtãt allegata in contrariũ: quia põt vnico verbo rñderi: nã dato quod ſit ſecundogenitus, nõ tñ eſt ſecũdogenitus eorum, qui ſint tẽpore eueniẽtis cõditionis, prout requirũt verba fideicõmiſſi: & dato q̃ iſte filius Agnetis ſit prędilectus filio Franciſcæ. tamen eſt prędilectus cum ea qualitate, quod ſit ſecundogenitus eorum, qui tunc ſit: quę qualitas cum non adſit: viriatur diſpoſitio. leg. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. catur. Ioa. And. in c. j. de homicid. in vj. in nouella. cum concord. per And. Sicul. cõſi. xxix. in iij. Non obſtat quod effectus verificetur in iſto, ex quo poterit ipſe ferre inſignia teſtatoris, & fouere domicilium: quia reſpondeo, q̃ dato, q̃ effectus poſsit in eo verificari, non tamẽ verificat ſecundũ intentionẽ teſtatoris, qui cõſiderauit, quod primogenitus foueret familiam patris, & ſecundus genitus tenet ſuã, non alit quod vtraque hæreditatem idem haberet: iſtud
17 enim † quod ferat inſignia, vel conſeruet domicilium: fit ad finẽ propagandi, & conſeruandi honorem familiæ teſtatoris. l. hoc iure. §. fi. vbi Com. ff. de don. l. facta. §. ſi verò nominis. ff. ad Treb. p̃ Soc. conſi. cclix. & cogitauit teſtor: q̃ melius conſeruabitur per eum, dũ ſibi ſuccedat, quàm per eum, q̃ ſucceſſerit patri ſuo, cuius honorem veriſimiliter magis procurabit. Prætereà potuit teſtator cogitare quod ſatis deberet eſſe primogenito, de bonis paternis: ideo ipſe ſecundogenito ſua reliquerit: quę ratio ceſſaret, quãdo idẽ eſſet, qui & patri & ipſi teſtatori ſuccederet. potuit etiam mouẽri
18 aliis cauſis, quas difficile eſt ſcrutari: & † propterea ſtandum eſt verbis. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. l. Labeo. ff. de ſupell. leg. quæ verba filium Agnetis prędicto caſu non admittunt. Non obſtat tertia ratio, quia dato, quod illa verba exponãntur, tunc erũt. i. permanebunt, tamẽ adhuc iſte repellitur, ex quo nulli prẽter ipſum ſecundogenitum, ſunt ſuperſtites, & verba referuntur ad filios, non autem ad ipſum.

Conſ. Andr. Alc.

CONS. CII. SVMMÆ.

1 *Cùm teſtator dixit, peto ne fundus de familia exeat, vel de nomine familiæ fideicommiſſum, non eſt ſimplex, ſed in caſum alienationis tantum.*

2 *Cùm teſtator dixit, fideicommitto ne alienes, ſed in familia relinquas, hoc caſu fideicommiſſum in caſum alienationis duntaxat inducitur.*

3 *Cùm teſtator dixit, ueto fundum extra familiam alienari, inducitur ſimplex fideicommiſſum.*

4 *Cùm teſtator ſcripſit ſe prohibere alienationem, quia vult bona in familia conſeruari, fideicommiſſum abſolutum ſubeſſe cenſuit Aret.*

5 *A verbis non eſt recedendum.*

6 *Fideicommiſſum familiæ relictum, gradatim relictum intelligitur, ſecundum quod ab inteſtato ipſi fideicommiſſi tenti ſuccederetur.*

7 *In fideicommiſſis ſucceditur ipſo primo teſtatori, nõ hæredi gratiato.*

8 *Filij teſtatoris non præſumuntur habuiſſe notitiam teſtamenti.*

9 *Renuntiatio facta non inſpectis verbis teſtamenti, non valet.*

10 *Iuris interpretatione perſona hæredis, & teſtatoris, eadẽ cenſetur.*

Difficultatem, quę ſubtiliter & copioſè adductæ ſunt in clariſsimi domini Arbitri motiuis pro reſolutione, in primis aduertendum eſt ad verba teſtamenti: quibus duplicem alienationis prohibitionem teſtator facit, primo filiis ipſis per verba perſonam eorum concernentia. Sẽcũdo aliam nõ in pſonam, ſed in rem concipit, dũ ſubijcit: *Et ſimiliter veto, & prohibeo ipſa bona mea immobilia aliqualiter vendi, vel alienari.* deinde vtrique prohibitioni ſubijcit generalem clauſulam in vim, non ſolum rationis, ſed plenæ diſpoſitionis. Et *maximè, quia totaliter volo, & intendo, & diſpono, quod ipſa bona mea immobilia remaneant in deſcendentes meos, & in familia mea.* Ex quibus verbis non eſt dubitandum ſimplex, & purum fideicommiſſum induci inter ipſos deſcendentes, ſeu de familia teſtatoris, nec ſtantibus dictis verbis hæc concluſio iudicio meo habet aliquem contradicentem. Quod vt manifeſtiùs oſtẽdatur ex verbis doctorum, diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus, † cum teſtator dixit, *Peto ne fundus* 1
de familia exeat, vel de nomine familiæ: & tunc fideicommiſſum non eſt ſimplex, ſed in caſum alienationis tantum. l. vnum ex familia. §. quod ſi talia. l. cum pater. §. cum inter de leg. ij. l. pater. §. duobus. de leg. iij vnde poteſt eligere hęres cui det ex familia, poteſtque etiam remotiori in gradu dare. l. per filium. §. quidecim. de lega. iij. ſi verò viuens nõ eligit, ſed moriens extraneum hæredem inſtituat, vocabuntur proximiores ex familia gradatim. l. cũ ita. §. fi. de leg. ij. l. fi. C. de verb. ſign. quod ſi inteſtatus deceſſerit, quia nõ videtur ipſe alienare qui teſtatus deceſſit, cùm à lege deferatur hæreditas. l. iij. §. de illo. ff. pro ſocio: tunc admitetur etiam proximus, qui non ſit de familia. d. l. cum pater. §. cum inter. vbi Bart. Dyn. Rayn. Caſtren. cæteri. Alex. conſilio lvj. j. conſilio ccxxx. ij. Rom. conſilio ccclvij. cum ſimilibus. Idemque dicendum eſt, † cum teſtator 2
dixit fideicommitto, ne alienes, ſed in familia relinquas. leg. pater filium. ff. ad leg. falcid. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. hoc ẽnim caſu fideicommiſſum in caſum alienationis duntaxat inducitur, non autem ſimplex, quicquid Aret. dixerit in leg. qui Romæ. §. cohæredes de verb. obl. quem conſtat

communiter reprobari, vbi per Alex. & Socy.
3 Secundus est casus, quando testator dixi, † vetо fundum extra familiã alienari, vt in familia relinquatur, in quo Socy. in d. §. cohæredes, censuit esse simplex fideicommissum: quia hoc casu non possumus dicere, sicut in superiore, quod mentionem familię testator fecerit causa confirmandæ prohibitionis, quę aliàs propter nudum præceptum fuisset nulla, secundum l. filiusf. §. diui. ff. de leg. j. quia satis valebat prohibitio, propter illa verba, *Extra familiam*. vnde illa alia, *vt in familiam relinquatur*, ne sint superflua: debent inducere simplex & absolutum fideicommissum: quæ sententia Socyni est satis probabilis: & probaret à fortiori casum
4 nostrum. Tertius est † casus, quando testator scripsit se prohibere alienationem, quia velit bona in familia conseruari, in quo articulo Aret. in d. §. cohæredes censuit fideicommissum absolutum subesse. argu. eorum quę not. Bart. in l. qui habebat. de hæred. instit. & secundum hanc opinionem consuluit Socyn. consi. cccciij. consilio lvij. in iij. Dec. cõsi. xxiij. & clxxxij. & est verior opinio, quia verba illa, *in vim rationis adiecta*, debent ampliare præcedentem dispositionem. est verum, quod idem Socyn. consi. ccxxvij. consuluit contrarium, & sibi ipsi parum constitit, sicut & Dec. consi. cclxxxvij. & consi. ccxviij. & memini me existente aduocato vna cum magnifico d. Lud. Porrò in pleno senatu, tempore Gallorum fuisse pronuntiatum, contra illud consilium Decij, quod ab eo factum erat pro Pallauicinis, et meritò: quia quando testator dicit se velle, quod bona in familia conseruentur: hæc verba non debent restringi, tanquam apposita sint causa confirmandæ prohibitionis, ve videatur nuda prout ipse sensit, sed generaliter intelligi, vt declarent mentem testatoris simpliciter fideicommittere volentis. Quartus & vltimus casus est noster, quando testator primò fecit prohibitionẽ in personam, deinde aliam in rem, & subiecit, non in vim simplicis rationis: sed dispositiuè se velle bona remanere, &c. tali casu nullus est qui contradicat, quin fideicommissum sit simpex & absolu-
5 tum, quia verba hoc cãtant, † à quibus non est recedendum. His sic præmissis videamus nunc cui applicetur fideicommissum: & videretur prima facie applicãdum huic nepti testatoris, & eius liberis, quia & ipsa est de familia, & eodem modo pronepotes: quia lex masculos à fœminis non distinguit. d. l. fi. C. de verb. sig. vbi Corn. & alij. l. voluntas. C. de fideicommiss. Sed tamen sentio con-
6 trarium: quia † fideicommissum hoc familiæ relictum, & gradatim relictum intelligitur secundum quod ab intestato, ipsi fideicommittenti succederetur, secundum Paul. Castr. & Cornel. in d. l. fin. qui dicunt ab hac opin. in practica non esse recedendum. & est gloss. vbi Imo. in d. leg. cùm ita. §. in fideicommisso. Alexan. consilio lxxxviij. lib. primo. quę sententia est in dubitalis in casu nostro, in quo agitur de successione aui, non autem transuersalis, secundum Dec. consilio ccxvij. cum concord. † in fideicommisso enim succeditur ipsi primo
7 testatori, non autem hæredi grauato. vnde sicut nepos masculus exclusa fœmina, illa ab intestato ex forma statuti nostri succederet, ita & dicere debemus in fideicommisso: quia per fideicommissum succeditur ipsi primo testatori. l. cohæredi. §. cùm filiæ. versic. nec fideicommisso. de vulgar. & pupill. & ideo non attenditur, quod hæc fœmina sit proximior, id est soror hæredis grauati, sed solum attendimus ad ipsum auum, vt pro-

batur dicto §. fratre. & dicto §. in fideicommisso. verbo qui ex his. vbi Bald. Alberic. Rapha. Barto. l. Lucius. penultim. quęstion. & l. ij. vers. quarto dixi. vbi Modern. repet. de vulgar. & pupill. & Ioann. Crotus in repet. leg. filius famil. §. diuis. versiculo quartò quæritur. de legat. primo, puto, quod sit communis et verisima conclusio, licet Socyn. contrarium consuluerit. cuius rationibus respondent Modern. in rep. l. Gallus. §. j. de liber. & posthum. Postremò restat videndum, an huic fideicõmisso saltem respectu ipsorum bonorum renũciatum sit per illam clausulam, in diuisionibus positam: *habeant, teneant pro se, & quibus dederint, & possint facere de eis quicquid voluerint, &c.* & videtur esse renunciatum. cap. j. §. si Titio. si de feud. fu. contr. in usib. feu. & per doct. Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. viij. de verb. obl. quę communiter est approbata, sed tamen in casu nostro dicendum est contrarium: quia doct. Bar. ibi procederet in fratribus diuidentibus, & habentibus notitiam fideicommissi, vel etiam non habentibus respectu tertii emptoris, quia aliàs remaneret deceptus: quod non est in casu nostro: & in primis isti fratres diuidentes, cum essent filij testatoris, non præsumuntur habuisse notitiam testamenti. l. eius † qui in 8
prouincia. pen. resp. vbi Bar. ff. de iu. cert. pet. vnde non potest censeri eos fideicommisso renuntiasse, quod subesse ignorabant, imò respectu eorum non valere † renuntiatio, quia facta, non inspectis ver- 9
bis testamenti. l. de his. ff. de transact. firmat Bald. post veteres, quos allegat consulendo in consilio cccxxxix. factum in tertio volumin. Nec obstat quod Barto. d. §. duo fratres. quæstion. viij. dicat scientiam non requiri respectu tertij, in quem alienatum sit, quia ista mulier hæres scripta, non habetur pro tertio, sed eadem persona reputatur cum ipso testatore. §. j. in auth. de iure iur. à mor. præstito. Dec. consilio cclxij. Socyn. consilio xxiiij. in tertio. Curt. consilio lxiij. vnde sicut res, si esset penes testatorem, vendicare posset, non obstante tali renuntiatione, secundum Bart. dicta quæst. viij. argum. leg. sicut. §. superuacuum. et §. pen. quibus mod. pign. vel hypothec. sol. ita & si sit penes eius hæredem, cum † iuris interpretatio ne hæredis persona, eadem censeatur, quæ & testatoris: vt sicut hæres alias pretium teneretur, ita hoc casu ad rem ipsam: quæ ratio procedit etiam præsuppositа scientia testamenti. præsuppositа verò ignorantia, res esset sine dubio: quia respectu tertij emptoris, non attenditur ignorantia hęredum, ne ea damnum illi inferat: quia aliàs remaneret deceptus. leg. si cum mihi. de dolo. leg. j. §. causa. versicul. neque enim. de ædil. edict. quæ ratio cessat in hærede ipsorum, qui eiusdem conditionis est, cuius defunctus. Allegatio igitur præsumptæ ignorantiæ, quæ non obstaret emptori, debet tamen huic obstare, quæ tit. hæreditario, vel aliàs lucratiua ex causa ius prætedit. leg. apud Celsum. §. h. quis autem. ff. de doli except. Illud quoque non omittendum est, quia renuntiatio hæc fideicommissi, per suprascriptas clausulas inducta, nõ nisi ipsis fratribus diuidentibus noceret, nõ autem eorum filiis, qui se hæredes dictorum fratrum nõ affirmarent. l. quoties. C. de fideicommiss. in vj. vbi omnes. l. cùm pater. §. libertis. de leg. ij. cum sim. & ideo rutiùs esset, si aliquis filius ipsius agnati qui hæres diuidentium non esset; peteret fideicommiss. dum tamen esset in gradu, quo per statutum succederet fœmina

exclusa.

CON-

CONS. CIII. SVMMÆ.

1 *A verbis tenere non est recedendum.*

2 *Qui proprietatem habet, non solùm in eo quemlibet instituere, sed etiam in vita, & per contractum alienare potest.*

3 *Testatore usufructuario prohibens alienationem, videtur proprietatem legasse.*

4 *Vsusfructus formalis multum à proprietate distat.*

5 *Vsusfructus causalis dominio iunctus est, & ejus integralis pars ipsius proprietatis.*

6 *Si quis fundum se relinquere dixerit, vt eius vsusfructus legatarij sit talis vsusfructus, mentio non censetur repugnare proprietati, sed proprietas ipsa censebitur relicta.*

7 *Facultas nominandi hæredem est captatoria & non valet.*

8 *Coniectura per quam actus secundum testatoris voluntatē sustinetur est potentissima.*

9 *Sola coniectura grauaminis fideicommissi sufficit, vt legato vsusfructus de proprietate intelligatur.*

10 *Vsusfructus formalis est eius naturæ, vt de eo post mortem suam disponere fructuarius non possit, nec in eo instituere, seu nominare hæredem.*

11 *Magis attenden. ad Naturam rei, seu actus, quàm ad nudā appellationem.*

12 *Verba ita debent intelligi ne sint superflua.*

13 *Hæreditas relicta alicui à substituto, ab ipso instituto debetur, si substitutio effecta sit caduca.*

14 *Propter mentem testatoris substitutio facta, si posthumus nascetur, habet locum etiam eo non nato.*

15 *Legatum relictum à posthumo si hæres erit, debetur etiam si posthumus non nascatur; & consequenter non sit hæres.*

16 *In fideicommissis substitutiones vulgares locum habent.*

17 *Fideicommissum non adita hæreditate expirare.*

EX facti series, *Testator, filio instituto, substituit compendiosè posthumum, sibi ex uxore nasciturum, & casu quo dictus posthumus decederet sine liberis masculis, dedit, legauit, & reliquit fratri suo omnes & quoscunque fructus, & vsumfructum omnium bonorum suorum mobiliū & immobilium, cum plena & integra potestate nominandi, ponendi, instituendi hæredem & substitutum, qualis sibi videbitur in eisdem bonis, et hæreditate posthumus nullus natus est: filius institutus decessit instituta matre, quæritur quid debeatur huic fratri?* Videndum in primis est quid sit fratri suprà scriptis verbis relictum, deinde an aliud ei debeatur. Et prima fronte verba sonant solum vsumfructum ei datum esse, † à quibus verbis non est temere recedendum. l. non aliter. de leg. iij. suadet hoc mens testatoris, qui facultatem ei nominandi hæredem solum dederit, cùm si voluisset proprietatem legare, ea facultas non fuisset necessaria, cum † qui proprietatem habet non solum in ea quemlibet instituere, sed etiam in vita, & per contractum alienare possit. leg. fin. §. pen. C. com. de leg. Cōfirmatur hoc, quia licet soleat dici quod † testator vsufructuario prohibens alienationem, videtur proprietatem legasse. l. Procul. de vsufr. vbi Bal. Rom. consilio 108. Franc. Crem. sing. xxvij. cum simil. tamen secus videtur quando facultatem alienandi concederet: quia tunc videtur eam concedere ei, qui non habet, & sic relinquere eum vsumfructuariū, cū ea tamē potestate, nō aūt facere proprietariū, secundū Soc. cōsi. 111. in j. Sed his nō obstantib. in casu nostro sentio huic fratri relictam esse proprietatem, prout in similibus terminis noluit Raph. Com. cons. exc. incip. Ser Petrus. cuius & auctoritas, & rationes me plurimum mouent. Et in primis sciendum est quod † vsufructus appellatio dupliciter assumitur quandoque pro formali, & iste multum à proprietate distat. l. vti frui. ff. si vsus. per quandoq; pro † causali: id est, qui dñio iunctus est, & iste integralis pars est ipsius proprietatis. l. qui vsumfr. vbi doct. ff. de verb. oblig. sit aūt ex cōiecturis plerunq; interpretatio, de quo testator senserit, quarū cōiecturarū in iure nostro aliqua sunt exēpla: qualis illa quā suprà retuli cū testator alienationis prohibitionem addit, vel aliàs onus aliquod ei addit, quod proprietatē respiciat, & si per viam conditionis non autē dispositionis apponat. d. l. diuus. Idē si cui legatū vsusfructus factū sit grauetur alteri restituere, cum. n. nō propriet arius, sed ipse sit grauatus satis indicatur relictā esse proprietatē. l. fin. ff. de vsufr. earū rerū, quæ vsu cons. Nam & † si quis fundū se relinquerē dixerit, vt eius vsufructus legatarij sit talis vsufructus, mentio non censetur repugnare proprietati ipsa censebitur relicta. l. species. de auro, & arg. leg. l. donat. §. j. de don. & quod not. Bart. l. iiij. ff. de al. leg. His sic præmissis, dico in casu nostro esse fortiores cōiecturas, quàm sint præcedentes, vt proprietas: & sic vsusfructus causalis legatus censeatur. Primò, quia si de vsufructu formali sensisset testator, † facultas illa nominandi hæredem esset captatoria, & non valeret: vt dicit Raph. Co. in d. consilio l. institutio illa. de hær. instit. l. captat. C. de test. mil. meritò ergo intelligamus potius legatam proprietatem, quo casu censebitur illi data simpliciter facultas hæredem instituendi. leg. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de leg. primo. l. ex facto. in princ. ff. ad Trebell. est autem † potentissima hæc coniectura per quam actus secundum testatoris voluntatem sustinetur. l. quoties. ff. de verb. oblig. Alex. l. iij. C. de test. mil. Bal. Ang. Imol. l. cū in testamento. §. hæc verba. ff. de hæred. insti. Secundò, qa suprà videmus † quod sola grauaminis fideicōmissi coniectura sufficit; vt legato vsufructu, de proprietate intelligatur. d. l. fi. d. l. species. quantò fortiùs hæc facultas instituendi hoc debet inducere? qua aliàs esset nulla, & tamen ex actu nullo declaratur testatoris voluntas. l. fi. ff. de reb. eorum. & l. peto. §. mater. ff. de l. ij. vbi tex. notabilis. Tertio, quia † vsus fructus formalis est eius naturæ: vt de eo, post mortem suam disponere fructuarius non posit: nec in eo instituere seu nominare hæredē. §. finitur. inst. de vsufr. l. quod in rerum. §. j. de leg. j. vnde de eo intelligi non potest. meritò igitur † magis attendimus ad naturam rei, seu actus, quàm ad nudam appellationem. l. insulam. ff. de præscr. verbis. leg. si vno. ff. locati. vt censeatur de causali actum. arg. leg. pen. §. fin. de cont. empt. l. j. in fin. ff. mand. prout eleganter in d. consilio Raph. Co. censuit. Quarto, confirmatur hæc opinio ex verbis ipsius testamenti: dum dicitur omnes, & quoscunque fructus, & vsumfructum, si enim de formali intelligeretur superfluitas esset manifesta in verbis testatoris. leg. cum ita. ff. de vsufr. leg. l. si quis ita. ff. de vsufru. Bart. l. fundi Trebatiani. versic. primo in casu. de vsufr. leg. † verba autem ita debent intelligi ne sint superflua. l. si quando. de leg. j. gl. c. solitæ. extra, de maior. & obed. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæst. ix. Item ex illis verbis, *cum plena, & integra potestate*, nullam enim haberet, nisi diceremus ei relictum vsufructū causalem, & certè apparet de manifesta mente testa-

toris. Fortiùs dico quod si in testaméto adest clausula, *omni meliore, modo*, &c. vel æquipollens, prout solent omnes notarij apponere, de necessitate facienda esset talis interpretatio, vt mẽtem testatoris adiuuaremus, per id quod egregiè no. Bald. l. quoties. C. de hæred. inst. Alex. consilio cxiij. post reddit. in iij. Com. consilio lxv. ij. cum similibus. Et hanc partem tenendo non obstat, quod testator mentionem solam fecerit alienationis, quæ per mortem fieret: id est, institutionis: quia non per hoc censetur prohibuisse, quin in vita alienaret: sed ideo nihil de ea dixit, quia non credidit in vita alienaturum, sed solũ de ea dixit, quæ in morte fieret hæredem instituendo: quia illa fit ex necessitate. leg. ex hoc edicto. ff. de alie. iud. mut. not. leg. reos. C. de solut. Nec obstat, quod casus noster differat ab vsufructuario qui prohibitus est alienare, quia dico quod fortiores rationes sunt in casu nostro, vt videatur relicta proprietas per supradicta: prout etiá consuluit And. Sicul. consilio lxiiij. in ij. vol. Circa secundum principale dubium videretur non deberi huic prædictum legatum: quia relictum est sibi non à primò hærede, sed à substituto posthumo, si sine filijs decederet, qui quidem posthumus non est natus, & consequenter defecit conditio, vt in casu simili cõsuluit Old. consilio cxxxxj. quem aliqui secuti sunt: vt per Socin. consilio lxxvj. in fi. iij. lib. & possent adduci multa similia per me aliàs disputata lib. de verb. sig. iij. Sed omissis superfluis: quia hæc hodie apud peritos non habent dubitationẽ, cõcludo oppositum propter mentem testatoris, quæ totum facit in hac materia. vnde videmus† quod hæreditas relicta alicui à substituto, ab ipso instituto debetur, si substitutio effecta sit caduca. l. cohęredi. in prin. l. si Titius. ff. de vulg. & pup. nec curatur, qđ cõditio adiecta ipsi substituto defecerit, vt probatur dictis iuribus: quia, perempto secundo gradu, non attendimus conditiones in eo scriptas vt eleganter & diffusè consuluit Pau. de Castr. consilio clij. præsens dubium. videtur formari in j. vol. in nouiss. vbi respõdet ad omnia argumẽta, fieri possent in cõtrariũ, & quę trãscribere nõ expedit. Eadem ratione videmus ꝓpter mentẽ testatoris q, † substitutio facta, si posthumus nascetur, habet locũ etiá eo nõ nato, vt est gl. in l. pen. ff. de vẽt. insp. & facit l. fin. C. de inst. & subst. & ita magis cõmuniter reprobata distinctione Barto. tenẽt doct. in l. j. in secũdo effectu. q. vlr. ff. de vulg. & pup. vt ibi p Alex. & Soci. quæ quidẽ distinctio Bar. etiá si vera sit, nihil obstat casui nostro. Ad idem etiam doct. Barto. in l. quandiu. secunda. in fin. ff. de acq. hær. quam ibi doct. sequuntur, quæ doctrina de directò destruit illam phantasiam Old. in prædicto consilio cxxxxj. vt ostendit ibi d. Fr. de Aret. Et licet prædicta loquantur in substitutionib. directis, tamen idem est etiam in fideicommissis, seu legatis: semper enim subest eadem ratio, nempe mens testatoris, vt dicit Soc. consi. lij. vt verá. vñ nõ distinguitur an conditio sit voluntaria, an necessaria, vt aliàs in præalleg. loco ostendi: & nouissimè extat diffuse consultum à Dec. consi. ccxxvij. versi. iij. principaliter: & in terminis quęstionis nostrę per Com. consi. cclxxvj. lib. iij. & pro hac opinione facit: quia videmus quod† legatũ relictum à posthumo si hæres erit, debetur etiam si posthumus non nascatur, & consequẽter nõ sit hæres, l. ab exhærede. §. j. vbi Imol. ff. de leg. j. & facit doctr. Bart. in l. Centurio. in iij. parte. prin. q. iiij. vbi si cõpendiosa facta sit, in re corta, etiá si iura, & actiones cõtineat, concludit valere in vim fideicõmissi, prout in casu nostro, in quo testator vsus est verbis, dedit, legauit, reliquit, quorũ duorũ prima sunt precaria: reliquit verò est cõmune, vt ibi habetur, & per gl. l. his verbis. ff. de hæred. inst. nec videtur dubitandũ. qn sicut in institutionibus conditio, *si decesserit posthumus*, comprehendit etiá casum, quo nõ nascatur, ita dicendũ sit etiã† in fideicõmissis. cũ etiã in eis substitutiones vulgares locũ habeant. l. j. §. fin autem sub codõne. C. de cad. rol. l. vt hæredib. ff. de leg. ij. Dec. cõs. ccccxvj. nec ratio differẽtię possit aliqua assignari, vt dicit Soc. d. cõsi. lij. & firmat Bar. quẽ cæteri sequuntur. in l. pater Seue. in prin. ff. de cõd. & dem. vbi reprobat opinionẽ Ray. qui inter hos casus cõstituebat differentiã. & idem Bart. in l. j. de vulg. & pup. vbi doctores. Quod tamẽ intelligendum est secundũ Bart. d. l. quãdiu. dummodo fidei commissum teneat, vt quia adita sit hæreditas ab instituto: quia aliàs † fideicommissum nõ aditahę reditate expiraret. l. apud Iul. §. j. ff. ad Treb. l. si nemo. ff. de reg. iur. vel nisi in testaméto adesset clausula codicillaris per quam videtur grauati etiam venientes ab intestato, vt per Bart. in l. j. q. xij. ff. de iure cod. & doct. l. eam quam. C. de fideicomm. & certè si quis vellet omnia accumulare, possent de hac quæstione conscribi integra volumina, sed suprascriptá sufficiunt. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CIIII. SVMMÆ.

1 *Appellatione descendentium veniunt masculi ex fœminæ, cum tales sint propriè descendentes.*
2 *Propriè dicitur comprehendi illud, quod ex generalitate verborum comprehenditur.*
3 *Dictio, suis non habet alterare significationem nominum, quibus adiungitur.*
4 *Dictio suus, aliud significat quando hæredi adiicitur aliud quando filio.*
5 *Verbis standum est, nisi coniectura vrgeat in contrarium.*
6 *In contractibus masculinum, non concipit fœmininum.*
7 *Donatio quia fauorabilis acquiritur absenti.*
8 *In fideicommissis filiorum appellatione, non veniunt nepotes.*
9 *In donatione filiorum appellatione veniunt nepotes.*
10 *Recedimus à proprietate vocabuli, ne videatur testator descendentes ex fœminis aliorum, præposuisse suis filiabus.*
11 *Testator ponens filias in conditione, videtur eis reseruasse ius succedendi ab intestato.*
12 *Nepotibus ex filia, non defertur primo loco hereditas aui materni.*
13 *Emancipatus desinit esse agnatus.*
14 *Dictio etiam, est ampliatiua.*
15 *Id est, dictio restrictoria, seu coniunctiua.*
16 *Non dicitur superfluum si declarentur, quæ tacite insunt.*
17 *Dictio id est, est declaratiua.*

HAesitationibus visis copiosè, & subtiliter deductis per clariss. d. Iudicẽ, visaque etiam responsione præstantissimi aduocati, quia omnia argumenta contraria iudicio meo optimè dissoluit, non putaui operam meam esse necessariam, sed tamen, vt clienti satisfaciam, non potui detrectare, quin aliqua scriberem: idque quam breuissimè fieri potuit. Insistam itaque pancis circa conclusiones in motiuis formatas & in primis, quatenus dicitur† appellatione descen-

descendentium masculorum non venire masculum descendentem ex fœmina, visa mihi est mirabilis hæc conclusio: cùm enim talis propriè sit descendens. l. fin. C. de suis, & legit. l. cognoscere. §. fin. ff. de verb. sign. l. fin. ff. de pollicit. cum multis concord. per Dec. in c. nouit. vj. not. extra, de iud. cùm etiam sit masculus, non subest, nec ratio, nec color, cur nó dicatur propriè & ex vi verborum descendens masculus, prout firmat Cor. in consi. cxlvj. in licera G. in ij. vol. alias per me allegato; & licet aliquibus casibus non comprehendatur talis descendens ex fœmina, istud est propter coniecturam mentis testatoris, quæ facit vt propria significatio restringatur, vt dicit Guid. Pap. decis. ccccccxij. non autem est, quin de proprietate sermonis comprehendatur. nec Alex. in l. ex facto. §. fin. ad Treb. dicit contrarium, sed simpliciter non comprehendi: ne melior sit conditio ipsius, quam matris. vnde sentit fieri restrictionem per suprascriptam rationem, non q. vis verbi aliud non suadeat; & puto istud certissimum, & sentit hoc Spe. in d. §. nunc aliqua. versic. cxlvj. Bal. cxxxviij. in j. Cast. d. §. nũc de leg. Guis. Pap. q. ccccccxij. Rub. consi. xxij. & consi. cxxviij. cum simil. & facit ratio: quia† propriè dicitur comprehendi illud, quod ex generalitate verborum cõprehenditur. l. cum lege. vbi Are. ff. de testa. Bald. l. ij. C. de int. aur. ann. & in simili per Alexand. in rub. ff. de iur. om. iud. Fortius dico idem esse, etiam si dictum sit, suis *descendentibus masculis*, quia† dictio, *suis*, non habet alterare significationem nominum, quibus adiungitur. & Spec. in tit. de empt. d. §. nũc aliqua. versic. cxlvj. non loquimur, quando dictio, *suis*, est adiecta descendẽtibus, qui in infinitum extenduntur, & in quibus non cadit *suitas*, quamuis etiam in casu suo non sit vera illa ratio: quia† aliud est quando adijcitur hæredi, quàm quando adijcitur filio. de quo per Alexand. consi. xxvj. in ij. Pau. Cast. consi. xliiij. in j. cccLxxiiij. in ij. & facit q. not. Guid. Pap. q. ccccxlviij. & consi. cxxxij. Dec. consi. ccliij. Nec mihi placet etiam tertia cõclusio, dum dicitur, quòd nunquam comprehenditur ex mente contrahentium, vel disponentis, quia imò standum† est verbis. l. non aliter. ff. de leg. & fideicommiss. iij. nisi coniectura vrgeat in contrarium, & de hoc est casus in d. c. j. de eo qui sibi & suis hæred. vbi talis nepos masculus, non simpliciter cum fœminis admittitur, sed illis propter vim verborũ præfertur, & si dicas semper vrget in contrarium coniectura proueniens ex l. si viua. C. de bon. mater. respondeo, & dico, quòd in casu nostro dicta coniectura non obstat, vt dixi in cõsilio, tum quia isti veniunt ex propria persona propter qualitatem masculinitatis, tùm quia non durat amplius causa propter quam radix excluditur, cum enim supersint agnati, tum quia geminatio verborum, quæ aliàs superfluerent satis declarat mentem donantis vt latius dixi, & probaui multis auctoritatibus quibus non est bene responsum, vt etiam infrà ostendam. Et quòd istud sit verum, & ex vi verborum contineantur isti nepotes, secũdùm suprædicta apparet, quia ea, quæ in contrarium adducũtur, procedunt dũtaxat certis casibus propter speciale rationem, quæ facit, vt verba dispositionis restringantur, & in primis restringitur in statutis, propter fauorem agnationis, secundùm Rubeum consi. xxij. & cxxviij. versi. secundus casus. vnde si agnati non adsint prout in casu nostro, nec in eis quidam sit restrictio, vt satis sentit Soc. consi. xxxj. j. restringitur etiam & secundo in illa vulgari conclusione, q. accipiens emphyteusin pro se, & liberis suis masculis, non censetur egisse de nepote ex filia; nam ratio est: quia fit interpretatio contra emphyteutam in fauorem domini, ex quo emphyteuta ipse nititur pacto iuxta regulam. l. veteribus. ff. de pact. ita dicit Alex. post Bart. & alios quos allegat in consi. xj. in versi. præterea dictis Alb. & versi. seq. & Rub. d. consi. xxij. primus casus. vnde inuisecùs esse in donatione, prout est casus noster, in qua fit interpretatio fauorabilior in fauorem donatarij. c. cum dilecti. de don. Corn. consi. xlij. in iij. vt videatur etiam filijs filiarum donatum dummodo verba hoc patiantur facit, quia† in contractib⁹ masculinum non concipit femininum, per regulã d. l. veteribus, vt ibi post Gul. dicit Ias. & tamen secùs est in donationibus: quia in eis nó habet locũ regula in venditionibus. secundum Dec. in l. ij. ff. de reg. iur. & in consi. xxxij. allegat Ang. consi. cxlij. & Card. consi. lxiiij. Restringitur etiam & in testamentis in quibus induceretur grauamen vt onus filiꝰ, qui deberet restitui, &c. & ita loquitur Io. Andr. in d. rub. de test. in fi. Spe. & Alex. consi. lvj. in vltimo casu nostro nullum est grauamẽ: quia non potest dici grauatus vnus, cum isti nepotes ex filiabus capiunt immediatè nõ ab auo, sed ab ipso donatore, qui in eum casum ipsis donauit. d. l. quoties. C. de don. quæ sub mo. do. vbi etiam dicitur q. † talis liberalitas est fauorabilis, ideo acquiritur absenti, & facit rex. in d. c. cum dilecti. sicut videmus q. † in fideicommissis, *filiorum* appellatione nõ veniunt nepotes secundùm Ale. consi. j. in j. consi. lvj. in v. Sor. dinj. in iij. Cor. cxcix. in ij. Dec. xcv. & in secus est† in donatione, vt sentit Ias. in d. l. Gallus. §. instituens. & dixi in l. liberorum. in fi. de verb. signi. & facit q. not. Alex. consi. clix. lib. ij, Dec. lj. & seq. de reg. iur. & consi. cxxxiij. Restringitur & iij. in filijs positis in conditione, prout in facto suo dicit sibi contigisse Mathesyl. not. cxxx. † recedimus enim etiam tunc à propria significatione vocabuli ne videatur testator descendẽtes ex fœminis aliorum præposuisse suis filiabus, vt declarat Rub. consi. xxij. & cxxvij. tertius est casus. vel etiam sit restricta† propter mentem testatoris, qui ponendo in eos in conditione videtur eis reseruasse ius succedẽdi ab intestato, vt dicitur in l. Lucius. ij. ff. de hæred. inst. quæ ratio non procedit in† nepotibus ex filia, quibus non defertur primo loco hæreditas aui materni. §. fi. inst. de hær. quæ ab intest. Quamuis etiam periculosa sit illa decisio Mathes. qui dicit q. Anch. & Ant. de Butr. pro se consuluerint, & tamẽ in eorum consilijs non reperi, quod hoc dicant, & est suspectus mihi in causa propria ille doctor, sed (quicquid sit) loquitur in casu diuerso à nostro, vt dixi. Nec me mouet decis. Guid. Pap. q. cxxxiij. qa ipsemet alibi se declarat, quod dictum suum debeat intelligi, quando constabat ex coniectura mentis testatoris, quod id erat scriptum: quia vellet successionem suam prẽseruare illis de agnatione tãtum, ita ipse dicit q. ccccccxij. vnde obstaret illa decisio in casu nostro, si extarent agnati, quibus voluisset donatarius consulere, sed cùm non extent, cessat ratio Guid. Et pro hoc facit quod not. Bart. in d. l. liberorum. versic. quandoque filia sequitur Alex. l. ij. C. de in ius voc. vbi dicit quod quando filia excluditur fauore successentis vel alterius, tunc sicut filia excluditur ita etiam nepos ex ea, ratio est: quia ille fauor durat ea mortua, vnde si fauor non duret, vt quia mortui sint agnati, prout in casu nostro habuit Bartol. pro claro & expedito, quod iste nepos admittatur, & ex hoc destruitur: Quæra conclusio d. iudicis. Non omitto etiam,

quod iste fauor agnationis propter quem doctores videntur restringere vim verborum, debet considerari nó principaliter, sed in consentétiam masculinitatis, cùm donator nihil dixerit de agnatione, sed de masculinitate: alioquin sequeretur q, si
23 filius d. Titi fuisset† emancipatus: quia desinit esse agnatus. §. fin. inst. de leg. agn. tut. Dec. consil. xiij. quod excluderetur, quod tamen esset falsum cùm sufficiat, quòd sit masculus, & ideò non est facilè recedendum à verbis, per rationes extrinsecùs excogitatas. Venio nunc ad sustentationem rationum mearum, quas posui in consilio meo, vbi paucis verbis resolui multa dicta aduersantium, si benè aduertatur, nec oportet ampliùs replicare: quia confido quod præstantissimus iudex facilè discernet non esse sublata fundamenta. tantummodo adducam illud, ad quod in specie fuit responsum, dum dixi, quod illa verba, *pro se & filijs, descendentibus, & etiam descendentibus masculis*, &c. essent superflua, nisi includerentur isti nepotes ex filiabus argumento l. si quando. ff. de leg. & fideicomm. j. respondetur primo istam rationem esse nimis subtilem, dico ergo talem rationem fuisse iurisconsulti in d. l. si quando. & Papę. in c. si Papa de priuileg. in vj. & Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæst. ix. Socin. cclxvj. & per hanc rationem Corn. in opposito casu decidit oppositum in consil. clxij. lib. iiij. ergo & hos in proposito decidamus. propositum secundum l. fin. §. fi. ff. de leg. iij. nec expedit in præsentia allegare vulgares decisiones, quæ vbique à doctoribus per hanc regulam inducuntur, de quibus per Dec. consil. cccxiiij. numer. ij. Rubeum, §. quidam rectè. versic. mouentur isti. Secundo respondetur, quòd talis clausula est posita potiùs per imperitiam notarij, quàm per determinatam partium voluntatem. respondeo hoc non est verisimile cum toto illo instrumento, nullum esset verbum alicuius momenti præter hæc; quæ concernunt acquisitionem istam, est verisimile q, partes diligenter attenderint ad eorum cõceptionem. in clausulis executionis, vel alijs vulgaribus posset hæc responsio tolerari, sed in ijs, in quibus tota substantia contractus, omnisque cardo versatur non est verisimilis, nec tolerabilis oscitatio. Nec video, quomodo clarioribus verbis potuissent suam sententiam exprimere, quamuis nihil possit esse tam clarum, quin præstantissimi aduocati, possint pro subtilitate ingenij sui offuscare, & vt M. Cicero in oratione, pro A. Cluentio fecit aliquas tenebras oculis iudicum offundere. Tertiò respondetur, quòd euitatur superfluitas, si intelligamus, quod reperita esset qualitas ad tollendam dubitationem, an censeretur repetita qualitas masculinitatis, sed certè adhuc abundaret dictio *descendentibus*, & non debuisset vti coniunctiua
24 † *etiam*, quæ est ampliatiua, sed potiùs restrictoria,
25 seu coniunctiua, † *id est*. Et ideo tollitur etiam quarta responsio, qua nititur d. aduocatus probare, q, etiam absq; illa adiectione subintelligebatur, qualitas masculinitatis secundùm Cast. consi. lxxix. casua iste. Cor. cxvij. Abb. xxxvj. Soc. lxiij. in iij. Cor. cclxxv. iiij. Curt. xliiij. lib. lxxv. lxiij. Par. lxxij. Iaſ. clxxxvij. iiij. Dec. xv. cclxx. ccclxx. cum ſi. vnde infero, quòd† non dicitur superfluum, ſi declarentur
26 quæ tacitè insunt l. quæ dubitationis. ff. de reg. iu.
27 dico enim † dictio, *id est*, est declaratiua, sed dictio *etiam*, est ampliatiua, vnde apparet quòd voluit ampliare, non autem simpliciter declarare, seu restringere, & ideo non potest dici, quod veniat ad limitandum. Quintò respondetur, per alium d. consulentem, quod dicta clausula sit adiecta ad declarandum, quod non intelligebatur de descendentibus immediatè tantum, sed in infinitum, sed vt ipse fatetur haec responsio infert, quod non sit superfluitas in mente, licet adhuc sit in verbis, potuisset enim subticeri illa verba, *& etiam descendentibus*, satis fuisset addere dictionem in infinitum post primũ verbum *descendentibus*, sed hæc responsio non indiget alia improbatione, quia rex. in d. l. si quando. & in d. c. si Papa. non loquuntur de superfluitate mentis, quod esset ridiculum, sed de superfluitate verborum, quam ipse fatetur subesse. Sexto respõdetur, quod talis clausula videtur adiecta ad ostendendum, quòd restrictio non fiat intra quartũ gradum, sicut aliàs fit in prohibitione alienationis in ista tex. in auth. de restitu. fideic. ad fin. respondeo quod similiter habet prohibitio alienationis cum donatione, quæ fit descendentibus, præterea hæc responsio respicit dictionem vsq; in infinitum, de qua nulla est cõtrouersia, sed superfluitas est in dictione, *& etiam descendentibus*. vnde apparet firmissimum esse suprascriptum fundamentum, & si vellem particulariter respondere ad cæteras eorum rationes, possem hoc facere, sed quia d. Lud. hoc fecit, & res vertitur coram doctissimo, probatissimoq; viro, non duxi vlterius insistendum. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSILII VI. SVMMÆ.

1 *Fideicommissum defecta conditione corruere.*
2 *In successione ab intestato, prima causa est filiorum.*
3 *Accrescendi iuri locus.*
4 *Statutum tollens legitimam valet.*
5 *Legitimam dote tolli.*
6 *Matrem binubam Amitæ, & sorori præferri.*
7 *Verba rub. in primis debent attendi, quia per ea declarantur nigrum.*

BReuiter, & pro veritate attingendo proposita dubia, in primis aduertendum est, quod in bonis, de† quibus 1
agitur non est aliqua difficultas, q, fideicommissum locum habere non posit: quia conditio fideicommissi non euenit. eius enim conditio erat, *si Ioan. Baptista decesserit sine filijs, vel filiabus. vnde cum decesserit, relicta Franciſchina & Catharina, conditio expirat: etiam si nolint, vel non possint haberi esse.* l. filius fam. §. cum quis. ff. de leg. j. Old. consi. xxj. thema tale est. vbi allegat. l. cum vxori. C. quando di. leg. ced. Io. And. in add. Spec. tit. de testamẽtis. §. in primis. in vlt. q. Pau. Cast. in l. ex facto §. pen. ff. ad Treb. Dec. consil. ccxviij. cum concord. videndum est igitur ad quem spectet legitima successio ab intestato. Et cum † prima causa sit filiorũ 2
non est dubium Catharinam admissam, & quidem in solidum, quia Franciſchina, cùm sit nupta extra Ducatum ex forma statuti, habetur pro mortua, & est incapax. vnde eorum† accrescit ipsi Catharinę; 3
& puto, quòd censeatur exclusa etiam, quòd ad legitimam, cum enim statutum habeat istam mulierem, tanquam non sit in rerum natura, excluditur à legitima, & auget partem cohæredis. l. planè. in §. si duobus. ff. de leg. j. & ibi Alex. & Iaſ. per alios. Nec dicatur, quòd† statutum non potuit tollere 4
legitimam, & sic nõ valet: quia istud est falsum, & contra communem opi. de qua per Iaſ. in l. si quando. §. fi. in fi. C. de inof. test. & in omnem casum† vbi est dotata, non est aliquod dubium, & etiam si 5

statu-

statutum non valeret, talis allegatio non esset admittenda cum imponatur pœna iudici, & aduocato talem allegationem facienti, vt est cautum in nouissimis. & sic apparet Catharinam in omnem hæreditatem patris sui admittendam fuisse. superest igitur, vt videamus ad quem pertineat hæreditas ipsius Catharinæ infantis defunctæ, & si tempore mortis eius viuebat Anna senior, videbatur prima fronte, quod ipsa deberet admitti: quia amita magna istius infantis. & hoc ita disponente statuto, incip. nulla mulier ascendans, per q. statutum admittuntur agnati vsq; ad septimum gradum, & cõsequẽter soror aui, quę est agnata. §. q. ad fœminas, inst. de legit. agn. suc. & sic in effectu excluditur Anna iunior mater à proprietate, sed tãtummodò habet vsumfructum: quem vsumfructum † etiam perdidit per transitum ad secunda vota, ita præcisè disponente statuto. & licet posset dubium esse an in statuto intelligatur de hęreditate infantis, ex quo talis nõ videtur decedere ab intestato, vt habetur per doct. in l. j. in prin. ff. de suis & legit. & per Ale. in l. generaliter. C. de inst. & subst. & in terra statuti nostri per Signorol. consi. xvj. per totum, tamen istud dubium est hodie sublatum, per aliud statutum sub rub. de verb. signific. incip. Item quod vbicunque. Nec obstaret, q. ad exclusionem matris in statuto vocãtur solum agnati masculi, quia in rub. statuti, nihil dicitur de masculis, & † verba rubr. in primis debent attendi: quia per eam declaratur nigrum, vt in casu statuti consuluit Pau. Castr. cum q transeunt Mod. in l. j. ff. si cert. peta. sed tamen his non obstantibus, dico matrem admitti, quæ est in gradu proximior, & ita est text. in auth. defuncto. C. ad Tertyll. nec statutum habet obstare: quia non excludit matrem, nisi propter existentiam agnatorum masculorum, & licet rubr. simpliciter dicat de agnatis, tamen ex ea non potest capi solidum argumentum, stante alio statuto, quod habemus in nouissimis, quo cauetur quòd rubricæ statutorũ nostrorum nihil disponant, & sic tollitur illud quod not. doct. in d. l. j. ff. si cert. pet. Et ista, quò ad matrẽ sunt vera, quò verò ad Francischinam casus etiam est clarior: quia cum sit nupta extra ducatum, qua ratione est incapax. respectu patris, eadem & multò fortiùs erit incapax in hereditate sororis. & qui allegat se habere literas dispensatiuas principis contra illud statutum, oporteret illas videre, nam in casu, quò valerent dimidia pars hæreditatis ad eam pertineret, & alia dimidia ad ipsam matrem per tex. in d. auth. defuncto. Et ex hoc infertur ad vltimum q̃stiõ, q, isti de Gryphis emptores sunt securi, ex quo emerunt à veris hæredibus, vnde non possunt molestari, nec in possessione, nec in dominio. Et ita mihi videtur. saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CVI. SVMMÆ.

1 *Virtus codicillorum proprie sit in derogando ijs, quæ in testamento scripta sunt.*
2 *Semper fauorabilior est, præsumptio pro descendentibus.*
3 *Codicilli licet corrigant testamentum, tamen talis correctio debet stricte accipi, quatenus verba necessariò inferunt, & non vltra, ne videatur testator facilè seipsum correxisse.*
4 *Correctio est cuitanda.*
5 *Codicilli censetur eodem actu cum testamento facti.*
6 *Nupt. extraneis, à familia seruant nomen familiæ paternæ.*

A Tre de vniuersali instituto Camillo, nepote ex filio, fecit ei testator substitutiones particulares, videlicet d. Barbaram, & Monicam filias, in certis bonis, & d. Philippum in alijs, &c. Viso suprascripto themate, prima fronte videretur dictum fideicommissum in dicta domo esse reuocatum per codicillos, quia in codicillis simpliciter reuocatur legatum, & attribuitur filiabus testatoris absque tali onere, & dubium non est, quòd † virtus codicillorum propriè B stat in derogando ijs, quæ in testamento scripta sunt. l. tutor datus. ff. de testa. tut. gl. l. fideicommissum. C. de fideicom. doctor. l. si ita sit scriptum. ff. de leg. j. Et cum in testamento testator voluerit dictam domum semper in agnatione masculina permanere, ordinando quod transeat ad fœminas, satis videtur sensisse, quòd dicta domus efficiatur perpetuò alienabilis per regulam l. pater. §. quindecim. ff. de legat. iij. Alexand. consilio lv. in fin. in iij. Deci. consilio lxxxviij. clxxxij. & sequen. cum C similibus. Et hæc interpretatio maximè est accipienda in fauorem filiarum testatoris, contra istos fideicommissarios, qui sunt ei quodammodò extranei, licet sit de familia † semper enim fauorabilior præsumptio est pro descendentibus. l. si is qui ducenta. §. fin. ff. de reb. dub. l. cum auus. ff. de condit. & demonstrat. l. pẽultim. C. de impub. l. Lucius. secunda. vbi Bald. ff. de hæred. instit. Et videtur in casu simili decisio Alexand. consilio cxxxj. in vij. volumine. vbi consuluit per codicillos etiam fideicommissum ex prohibitione alienationis censeri sublatum. Sed ijs non obstantibus, puto contrarium esse verius propter fideicommissum, latissimis verbis comprehensum in testamẽto, & semel atque iterum repetitum: quòd adhuc videtur subsistere, nec esse reuocatum per codicillos: cum enim † codicilli corrigant testamentum, 3 instit. de adi. leg. in princip. d. l. tutor datus. debet hæc correctio stricte accipi, quatenus verba necessariò inferunt: & non vltra ne videatur testator facilè seipsum correxisse. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. & quia † correctio est cuitanda. 4 l. sancimus. C. de testamen. Alexand. consi. cxlj. viso testamento. in ij. volum. maximè eodem actu, † 5 censentur autem codicilli eodem actu cum testamento. l. talis scriptura. in fi. cum l. seq. ff. de leg. j. l. Neseñius. in fin. cum l. seq. ff. de excus. tut. Et verba testamenti clara sunt & arguunt enixam mentem testatoris, fideicommissum inducere, volentis tam ex prohibitione alienationis expressa, quã etiam ex ratione per eum adiecta, quę sola sufficeret fideicommisso, secundum doct. & maximè Socin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligation. & consil. xliij. & consi. lvij. in iij. Decius consi. xx. & xxxviij. cum similibus. Vnde videtur concludendum, quod quamuis testator per Codicillos reuocauerit legatum & institutionem in re certa, non tamen censeatur reuocasse hoc fideicommissum cum prohibitione alienationis. Nec obstat, quòd testator ad dictam domum vocauerit ipsas filias: quia non per hoc remanet sublatum fideicommissum, cum ista simul conueniant, q, domus remaneat semper in familia Maluicinorum. primò ipsis filiabus, quæ sunt de familia Maluicinorum: † seruant enim nomen familiæ paternæ, 6 quamuis nuptæ extraneis maritis, l. voluntas. C. de fideicommiss. l. pronuntiatio in fin. cum l. sequenti. ff. de verb. significat. deinde eis mortuis, quia earum filij non sequuntur familiam Maluicinorum viuxta di[illegible] l. sequen-

ti demoliatur ius fideicommissi ad dominam Ioannam, secundum voluntatem testatoris. Vnde apparet non esse verum quod res effecta sit perpetuò alienabilis, imò stat firma prohibitio, ne exeat familiam. & text. in d. §. quindecim. loquitur in prohibitione personaliter concepta non in rem, vt est casus noster, & declarat Dec. consi. lxix. in fi. versic. vltimo. Minusq; obstat fauor descendentium, cum ex lectura testamenti appareat, maiore fauore prosequutum esse testatorem istos agnatos masculos, quantum sit respectu domus, vt in simili per Ludou. Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. fallentia xxxv. Alexand. l. j. ff. de vulg. & consi. xciij. in iij. Socin. xcij. in fin. in iij. Nec consi. Alexand. cxxxj. in vij. obstat nostræ conclusioni: quia in casu suo verba codicilli pugnabant cum prohibitione alienationis factæ in testamẽto. sed in casu nostro possunt concordare, si intelligamus admitti D. Ioannem post ipsos filios, vt supra declarauí. & in simili dicit Dec. consi. ccclxj. vers. ij. Corn. cccvj. in iij. Quamuis etiam iudicio meo periculosum sit illud responsum Alex. sicut pleraque alia in illo septimo volumine, quæ ab ipso nõ fuerunt ædita. Et ita mihi videtur, saluo semper sanio re iudicio.

CONSIL. CVIL. SVMMA.

1 *Cessante causa testamenti, non est dubitandum, quin competat venientibus ab intestato interdictum quorum bonorum, contra quemlibet possessorem.*
2 *Contra interdictum adipiscendæ possessionis, exceptio dominij regulariter non admittitur.*
3 *Moriente hærede scripto ante testatorem, testamentum vertitur in casum caduci, & ideo est nullum, & hæreditas pertinet aduenientes ab intestato.*
4 *Fideicommissum de manu hæredum petendum est.*
5 *Fideicommissi petendi tempus.*
6 *Quando electio commissa est duobus, si vnus negligat, eligere alius solus potest.*
7 *Regulariter in vltimis voluntatibus facultas eligendi extinguitur anni termino.*
8 *Electores & eligen. ad fideicommissum.*
9 *Pauperiores censentur magis idonei electores; si tractatur de relicto ad pias causas.*
10 *Dictio idoneus, quæ diuersimode in iure accipitur, secundũ subiectam materiam intelligitur.*
11 *Clausula codicillaris in testamento inserta, solet conuertere institutionem in fideicommissum.*
12 *Veritas epistolæ debet probari saltem per quinq; testes, ad hoc vt talis epistola habeat vim codicillorum.*
13 *Dictionis alius, vis & effectus.*
14 *Dictionis affines uis & effectus.*
15 *Possessorio & petitorio concurrentibus iudic. incumbentia.*
16 *Voluntas in alium collata, dicitur captatoria nec subsistetur.*

GEneroſi Franciſci Ranæ ex testamento oriuntur plures dubitationes, de quibus singulatim est vidēdum. prima est quæstio, ad quos dicta hæreditas ab intestato pertineat? Respondeo ad sororem, & filios sororum, iuxta auth. cessante. C. de leg. hæred. & ideò † cessante causa testamenti, non est dubitandum, quin competat istis venientibus ab intestato, interdictum quorum bonorum contra quemlibet possessorem: iuxta l. prima in & secũdam. C. quorum bonorum. † quod interdictum est adipiscendæ possessionis, & aquesus illud exceptio dominij, regulariter non admittitur l. j. versicu. rediguntur, vbi Bar. ff. quorum legatorum. l. ij. C. de edict. diui Adr. tol. gl. l. si de vi. ff. de iudic. maximè, cùm non possint isti aduersantes fidem de dominio incontinenti facere, secundum gl. in l. dolo. ff. de dol. except. vt infrà videbimus. Secunda est quæstio, quia vxor hæres in testamento scripta perit ante testatorem, an testamẽtum possit aliquo modo sustineri? Respondeo † moriente hærede scripto ante testatorem, testamẽtum vertitur in casum caduci: & ideò est nullum. l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. & ideò hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, cum onere tamen fideicommissi: vt dicitur in d. §. pro secundo. est dubitatio, an testamentum saltem sustineatur, respectu istorum agnatorum de Ranis? & hic triplex est hæsitatio, an isti agnati vocentur per † fideicommissum, quo casu petendum erit de manu hæredum iuxt. not. in l. Paulus respondit. ff. ad Trebel. in l. non dubium. C. de leg. an verò vocentur iure directo tanquam substituti & Anton. & Michael executores propria auctoritate possint exequi iuxta doctr. Bart. in l. Centurio. versi. Sed quid si testator dixit. ff. de vulg. an verò † nullum ius competat, nec directum, nec precarium, nisi postquam fuerint elect. l. cùm quidam. secunda. ff. de leg. ij. & istud vltimum puto verius, & doctrin. Bart. quòd ius directum transeat relictis executoribus, non est communiter approbata, secundum Alexan. & Mode. ibi, quod maximè in casu nostro est dicendum, vbi nulla verba sunt directa. Quarta dubitatio si dicti executores recusarẽt eligere, vel malè eligerent, quid sit agendum? & in primis sciẽdum est, quod † cum electio commissa sit duobus, si vnus negligat eligere, alius solus potest. l. si legatario. §. j. vbi Bar. ff. de fidei. libe. Bal. l. vnica. in xij. quæst. C. quando non pet. part. Rursus sciendum est quod cum hic tractetur de electione personarũ facultas eligendi, non extingit termino anni, aut aliàs † regulariter in vltimis voluntatibus. l. fin. §. j. C. com. de leg. sed expectatur, q, iste qui debet eligere, sit in mora eligendi, & tunc electio transfertur in legatarios. d. l. cùm quidam, secunda. ff. de leg. ij. in quos tamen nõ transit dominium, sed sõlum actio personalis, vt ibi per Bart. in versic. item oppono. loquitur tamen text. in d. l. cum quidam. quando ipse hæres debitor debet eligere, non quãdo tertius, prout est quæstio nostra. Item sciendũ, quòd ille ad quem pertinet electio potest eligere dignum, etiam si adsit alius dignior, sufficit enim, quòd non eligat indignum, vt inquit Barto. in d. l. cùm quidam. tamen in casu nostro verba testamenti repugnant, quibus grauãtur isti eligere idoneiores ex familia de Ranis, vnde si probetur, quòd in familia sint alij magis idonei, quàm isti actores, erunt repellendi officio iudicis. Quinta quæstio est an † debeant eligi de familia plures, vel vnus. Item an pauperes, vel ditiores, & honestiores? Respondeo verba testamenti, quò ad dictam tertiam bonorum, dicunt, *quod eligantur proximiores in gradu, & idoneiores.* oportet itaque, quòd isti actores probent se esse in gradu succedendi, & præsumuntur proximiores, nisi probetur, quòd alius extet proximior secundum Alex. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Corn. consi. cxciiij. in iiij. dixi in l. proximi. ff. de verbo. signifi. Quantum verò sit quòd eligantur magis idonei, si tractaretur † de relicto ad pias causas, magis idonei censerentur pauperiores. in auth. de eccl. titul. §. si quis in nomine. per Salic. & Aretin. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. in hoc vero

vero legato, contemplatione familię facto ego acciperem magis idoneum illum, qui esset aptior ad conseruationem familiæ, vt qui haberet plures liberos masculos, vt ista † dictio *idoneus*, quæ diuersimodè in iure accipitur l. ij. §. idoneos. ff. ad Tert. l. iij. §. si cum plures. ff. de lib. hom. exhib. l. si plures. ff. de acc. c. fi. de proc. in vj. in casu nostro, secundũ subiectam materiam, intelligatur iuxta regulam l. si cũ vno. ff. loca. Sexta dubitatio, an testamentum istud sustineri possit, in vim codicilli, vt ex eo fideicommissum debeatur, & suprà dixi quod cũ testamentum sit in causam caduci, hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato, cum onere tamen fideicommissi. d. l. j. §. pro secũdo idque maximè in casu nostro est dicendum, propter † clausulam codicillarem insertam testamento, quæ solet conuertere institutionem in fideicommissum. leg. eam quam. secundùm vnam lecturam. C. de fideicom. per Bart. in leg. j. q. xiij. de iur. codicil. Dec. consilio cccxxj. cum similibus. Idque præsertim est dicendum, quando verba iuris interpretatione fideicommissum inducant, prout in grauamine vxoris, quòd ipsa Dominica faceret testamentum, in quod disponeret, &c. quæ verba vim fideicommissi habent. l. filiusfamil. §. vt quis hæredem. ff. de leg. j. Septima dubitatio, an isti executores teneantur sequi voluntatem scriptam in epistola testatoris ad vxorem. Respondeo, quia hæc epistola potuit esse supposititia, & lex suspectã habet fraudem in testamentis: † veritas epistolæ debet probari saltem per quinque testes, quo casu talis epistola habet vim codicillorum. l. & in epistolã. vbi doct. C. de fideic. l. fin. C. de don. causa mort. aliàs talis epistola non faceret fidem, vt per Bart. in simili in l. hæredes palàm. §. sed & si notam. ff. de testam. Ioan. de Ana. consilio lxxxiiij. Iaf. l. Lucius. ff. de vulg. Quod maximè est dicendum in casu nostro, in quo asseritur posse probari, quod testator sæpiùs post mortem vxoris, dixit se velle mutare voluntatem: quamuis enim testamentum perfectum per talem assertionem non reuocaretur. §. ex eo autem inst. quib. mod. testa. infir. tamen istud infirmatum, quia in causam caduci cum induceret solum fideicommissum, potest reuocari nuda voluntate, seu pœnitentia. leg. fideicommissum. C. de fideicommissis. Octaua est dubitatio, quia testator in casum contrauentionis legauit vxori scuta mille computato omni eo, quod posset petere super bonis suis. an fundata sit inuentio hæredum vxoris, quod iste testator habuerit dicta mille scuta ab vxore. Et videretur, quod non: cùm testator reliquerit iure legati huiusmodi legatum infirmata institutione, propter causam caduci extinguitur. d. l. causa quam. C. de fideicom. l. si nemo. de reg. iur. Sed tamen in casu nostro, videtur quod sufficiat, propter vim clausulę codicillaris, tanquã si legatum relictum esset in codicillis. §. non tantùm. inst. de codic. & virtus clausulæ codicil. satis exauditur ad hunc casum. l. ex ea. §. j. vbi doct. ff. de testam. Nona quæstio, quid statuendum sit pro aliis duabus partibus hæreditatis, ad quas testator voluit eligi alios affines non per capita, sed prout eis placuerit. Respondeo respectu istarum duarum partium nihil iuris possunt prætendere isti agnati de Ranis: † quia testator dicendo *in alios affines*, &c. satis excluserit eos, qui sunt de familia Ranarum propter vim dictionis, *alios*. leg. si fundum sub conditione. §. si libertus. ff. de leg. j. & propter † dictionem *affines*, quam testator posuit causa diuersitatis ab agnatione, quia alij dicuntur agnati, alij affines. l. non facilè. ff. de grad. & videtur testator accepisse affines simpliciter pro propinquis. l. sancimus. C. de pœn. & xxxv. quæst. ij. ca. de affinitate. et in l. si sponsus, §. penult. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ideò debebũt isti executores disponere in istos filios sorores, vel sororem secundum verba testamenti, & si non disponant, videtur, quod omnes isti ab intestato simul vocentur iuxta d. l. cum quidam. Decima quæstio, quod esse † debeat officium iudicis in hoc casu? respondeo cùm intentatum sit possessorium, vnà cum petitorio, respectu possessorij res est clara in fauorem sororis, & nepotum venientium ab intestato. quia istis de Ranis etiam si fuissent electi, deberent petere fideicommissum de manu hæredum. d. l. non dubium. C. de legat. & quia fideicommissarius nõ habet beneficiũ. l. fina. C. de ed. diui Adr. tol. vt ibi dicunt doct. maximè cũ vocentur idoneiores post dispositionem istorum executorum, vnde ipsi nullo modo ius aliquod in possessorio habent, & ideò cum possessorium sit clarum, in fauorem venientium ab intestato, debet iudex super eo pronuntiare, reseruato iure procedendi, deinde in petitorio. iuxta text. in cap. significauerunt. vbi omnes not. extra, de testibus. In petitorio verò cognoscet, deinde super suprascriptis difficultatibus. Prima an isti de Ranis, quia fideicommissum propria auctoritate occuparunt, & contenderunt se possessores cecidisse à iure suo? per text. in d. l. non est dubium. C. de legat. Secunda an ius in ipsos sit translatum, ante electionem executorum? in qua quæst. supra concluſi, quod non. oportet enim executores prius in mora constitutos esse. d. l. cum quidã. Tertia, an testamentum, quia in causam caduci, saltem sustineatur, in vim fideicommissi? in quo cõcluſi quod regulariter sustinetur. d. §. pro secundo. sed quia, in casu nostro, testator ius disponendi transfert in Antonium, & Michaelem, in casum, quo vxor non disponat, & voluntatem testatoris non adimpleat id factum, in pœnam more ipsius vxoris, vnde si sit mortua cessat pœna, & nullum ius deuoluitur. in dictis secundum tex. in l. pater Seruennam. in princ. ff. de condit. demonstrat. Decium consilio cclxxiij. cum similibus. Quarta, quia verba testatoris non videntur simpliciter dare electionem dictis Antonio & Michaeli, quod vtique posset testator facere. d. leg. cum quidam. l. vtrum. §. j. de reb. dub. sed plus dicunt, *quod possint disponere de bonis, &c.* vnde videtur † voluntas hæc collata in alium, & sic dispositio captatoria, qua non solum in institutionibus, sed etiam in legatis, vel fideicommissis reprobata. l. captatoriæ. ff. de legat. j. l. nonnunquam in fin. ff. de condi. & demonst. Quinta, an isti actores sint in gradu successibili ex capite agnatis, id est, vsque ad decimum gradũ. §. fin. instr. de cogn. succeſſ. si enim non probent se esse intra talem gradum, non admitterentur, secundum Pet. de Anch. consilio xcv. Dec. consilio cccxxj. Ex quibus redditur satis difficilis causa petitorij, & retardari non debet possessorium, vel si super petitorio pronuntiandum sit, debeat contra istos de Ranis pronuntiari. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CVIII. SVMMÆ.

* *In fideicommissis conditionem per distributiuam sensus*

compo

compositi conceptam separatim accipi, adeo vt primo moriente statim locus sit substitutioni.

2 *Hæreditate non adita, locum habet vulgaris substitutio.*

3 *Substitutus vulgariter non admittitur, nisi conditio in persona vtriusq; deficiat.*

4 *Coniectura mentis testatoris præualet proprietati verborum.*

5 *Dictio vterq; secundùm propriam significationem est distributiua coniuncti sensus, & ideo requirit concursum vtriusq; copulati.*

6 *Ex vna parte testamenti declaratur altera.*

7 *Interminata locutio bona mea, seu dicta hæreditas, debet ad grauati portionem restringi, quæ remanere debet hæredi, donec conditio in personam vltimi eueniat.*

8 *Hæreditas extranei non adita, non transmittitur.*

9 *Restitutio neganda à concedenda.*

10 *Hæreditas tota restituenda, & statim.*

11 *Propter quod vnumquodq; tale & illud magis.*

12 *Natura dictionis indefinitæ, hæreditas est, quæ de tota in dubio intelligi debeat.*

13 *Dictio, dicta repetitiua.*

14 *Quando agitur de admissione substituti, quia substitutio si vterque decesserit, habet locum vel vno decedente, statim admittitur substitutus, nec res sit in pendenti, aut expectetur mors alterius propter mentem testatoris.*

GNauiter viso testamento domini Francisci de Barzijs, & institutionibus in eo factis, duæ dubitationes potissimùm oriuntur. Prima, est respectu domus charitatis substitutę: alia est respectu fil. Bernardi, de vtraq; igitur viden dum. Circa primã dubitationem videretur prima fronte admitti dominos deputatos Charitatis in portione Bernardi, qui decessit absque masculis: quia aut volumus dicere, quod Bernardus adiuit hæreditatem, & sic non est locus amplius vulgari substitutioni, sed solum fideicommissariæ, & regu
1 la est † in fideicommissis conditionem per distributiuam sensus compositi conceptam separatim accipi, adeò, vt primo moriẽte statim locus sit substitutioni. per text. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. vbi Bart. & alij communiter hoc tenẽt, & ideo cum verba substitutionis dicãt, *si Bernadus, & Alex. decederent, & vterque eorum decederet sine masculis, dicta hæreditas mea perueniat in domum Charitatis, quam instituo, & substituo vulgariter*, & per fideicommissum, & mortuus sit Bernardus absque masculis, videtur locus esse substitutioni, aut volumus dicere, q,
2 Bernardus † nõ adiuit hæreditatem, quo casu substitutio vulgaris haberet locum. Et licet in vulgari
3 regula, sit in contrarium quod † substitutus non admittatur, nisi conditio in persona vtriusque deficiat. l. pen. vbi doct. C. de impube. l. pater familias. de hære. instit. l. quamuis. vbi doct. C. de impu. tamen hoc non procedit vbi substituta esset pia causa, tunc enim substitutio potior est iure accrescendi, & pia causa excludit cohæredem, secundum Baldum. c. si pater. de testamen. in vj. refert, & sequitur Iaso. l. j. ff. de vulg. & ibi etiam Ripa numer. cxcviij. Sed ijs non obstantibus, puto indubitanter domum Charitatis non posse in casu nostro admitti, quia suprascripta procedunt, propter
4 † coniecturam mentis testatoris, quæ præualet
5 proprietati verborum, quia † dictio *vterque*, secundum proprim significationem est distributiua coniuncti sensus, & ideo requirit concursum vtriusque copulati. d. l. pen. C. de impub. Bartol. l. hoc articulo. in fin. ff. de hæred. instituend. Sed in casu nostro verba testatoris concordant cum proprietate, & mens, quæ colligitur ex verbis est manifesta dum subijcitur, *vbi verò decederent cum filio, seu filijs masculis dicta hæreditas mea perueniat in dictum masculum.* Quibus verbis expressè indicatur, quod dummodo vnus hæredum filium masculum habeat, hæreditas ad eum pertinebit, non autem ad deputatos Charitatis. Vnde satis colligitur mens testatoris
6 cohæredem substituto præferentis, & † ex vna parte testamenti declaratur alia pars. l. si seruus plurius. §. fin. ff. de leg. j. l. Herennius. vbi dixi. ff. de verbor. signific. cum concord. si enim voluit testator, quod hereditas sua perueniat in filium masculum vnius hæredum, satis declarauit nolle esse locum substitutioni. & ideo hoc casu non recedemus à proprietate dictionis *vterque*. l. non aliter. de leg. ij. Circa secundam difficultatem, quid iuris competat filiæ Bernardi? videretur prima fronte dicendum, quod cum pater suus sit grauatus fideicommisso in casum quo d. Alexand. moriatur cum masculis, quod ipsa interim debeat habere partem patris sui, & faciet fructus suos, quos perceperit ante euentum conditionis, id est, antequam domin. Alexand. decedat, relicto masculo. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebellianic. Et istud etiam videtur sentire Paul. de Castr. in l. qui duos. ff. de vulga. vbi institutis extraneis concludit portionem primi stare in suspenso penes hæredem ipsius, quousque eueniat conditio in personam alterius, sequitur Alexand. in d. §. cùm ita. & in d. l. penultim. in vltim. not. & in consilio clxxv. lib. v. & facit quia illa † indeterminata locu-
7 tio *bona mea seu dicta hæreditas*, &c. debet ad grauati portionem restringi, quæ interim remanere debet hæredi, donec conditio in personam vltimi eueniat. argument. l. Titia. vbi Alexand. ff. ad l. Falcid. Socin. consilio lxix. in ij. Sed tamen ijs non obstantibus, concludo contrarium, & hanc filiam esse excludendam, & circa hoc considerandum est, quod in facto præsupponitur, quod Bernardus non adiuit hæreditatem istam. vnde applicata est cohæredi per ius accrescendi. dict. l. quamuis. C. de impuber. & quod habetur in l. quidam testamento. ff. de vulga. Nec potest filia, ex iure
8 transmissionis admitti, cùm regula sit, quòd † hæreditas extranei non adita, non transmittitur. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. Et licet aliquæ limitationes ad hanc regulam ponantur per Bartol. in l. ventre. ff. de acquirend. hæred. tamen non videtur, quod aliqua earum habeat locum in casu nostro. Nec obstat, si diceretur quod cum ista filia sit minor, debet saltem ei competere beneficium restitutionis in integrum, secundum l. j. C. si vt omiss. hæredit. & not. in l. Pantonius. ff. de acquirend. hæred. Nam respondeo, quod si mortuus est Bernardus, post annum deliberandi amplius filia non auditur, quia veniret non ex persona sua, sed ex persona patris, qui maior erat, & cui tale beneficium non competebat. l. apud Iulianum. in gloss. verb. expectandam. ex quib. cau. in poss. l. Aemilius. vers. putabam. de minor. Si verò perijt ante lapsum anni, magna est altercatio inter scribentes, quos refert Iason in l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber. qui tamen loquitur in maiore, & quicquid
9 † sit in illa quæstione, putarem in casu nostro, non esse restituendam, cum non tractet de damno vitando, sed potiùs de lucro faciendo, aduersus volun-

voluntatem defuncti, qui voluit fœminam hãc esse exclusam à sua hæreditate, ergo vult restitui ex edicto de minoribus, & non potest: quia nihil cum ea est gestum. d.l. Aemilius. vbi Bart. & text. in d.l. j. C. si vt omiss. hæred. & d.l. Paulonius. loquuntur, quando hæreditas minori, vel absenti fuit delata, non si maiori, & de transmissione agatur: aut vult restitui ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa.* & licet regulariter possit, secundùm Bart. in l. qui duos. ff. de reb. dub. vers. quæro hæres primus. tamen hoc est verum duobus concurrentibus, de quibus in d.l. Aemilius. primum quia aliàs damnum faceret: secũdum, quia restitutio petatur aduersus rem odiosam, puta pactum legis commissariæ, sed in casu nostro hæc testatio esset contra mentem testatoris, qui fœminas exclusit, & magis dilexit dom. Alexa. & ideo non videtur subesse iusta causa, nec locus esset restitutioni, maximè quia verba d.l. cũ antiquioribus. in fin. dicunt, quòd elapso anno, nec hæredibus eius alius regressus in hæreditate habenda seruabitur, quibus verbis videtur auferri etiam in integrum restitutio, saltem quæ competit vigore dictæ clausulæ, licet non ea, quæ competeret ppter minorem ætatem, si cum ea esset quid gestum. de quo per Ias. in l. postquam lin. C. de pactis. And. Sicul. consi. xxxxiiij. in iij. volumin. cum concord. Et quod sublata sit in integrum restitutio, probatur ex nouella Iustin. clviij. in fin. vbi deciditur tempus statutum. in d.l. cum antiquiorib. procedere etiam contra infantes, nec beneficium in integrum restitutionis hæredi concedi, quamuis aliàs regulariter tale beneficium in hæredem transeat. l. non solum. ff. de rest. in int. Alia est quæstio, quid si probaretur, quod ipse Bernardus adiuisset hæreditatem, quo casu transmisisse eam in filiam, & filia haberet ius deducendi quartam Trebellianicam, & interim eam hereditatem retinendi, donec cueniret conditio, id est, decederet d. Alex. cum masculo? Et in hoc puncto mihi videtur verior opinio, quod imò † statim dicta filia teneatur restituere d. Alexa. tanquam inter Bernardum & Alexandrum inducta sit reciproca substitutio, talis enim mens fuit testatoris, qui si voluit restitui filio masculo Alexandri hæredis, multò magis ipsi Alexandro: quia ‡ propter quod vnumquodque tale, & illud magis. l. maritus. vbi Ias. C. de p-cur. habetur in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de lib. & posth. per Bald. auth. multò magis. C. de sacrosan. eccl. Et probatur hæc sententia ex illis verbis, *dicta hæreditas mea perueniat in filium masculum*. si enim scriptum esset tota hæreditas, &c. fateretur doctores quod inducitur reciproca inter ipsos iuxta text. in l. Titia. j. §. Seia liberis. vbi Paul. de Castr. & Raph. ff. de leg. ij. Alex. in l. pater filiam. §. fin. ff. ad leg. Falc. Bald. Imo. Alexand. Ias. in l. potest. cum hinc. ff. de vulg. ergo idem in casu nostro in quo licet verba sub adiecta dicto tota, tamen apparet quod testator de tota intellexit. Primò ex † natura dictionis indiffinitæ, *hereditas*, quæ de tota debet in dubio intelligi. l. si plurib. de leg. ij. d. §. Seia lib. vbi testator simpliciter dixerat fundum, & tamen intelligitur totum fundum. Secundò quia supra in institutione dixerat, *in omnibus bonis meis*, deinde in substitutionem subiecit, *dicta hæreditas*, quæ † dictio, *dicta*, imperitiam qualitatem omnium, secundùm Arez. consi. xxj. consi. cliij. Curt. Sen. consi. lj. consi. lxxv. cum sim. Tertiò, quia ex illis verbis, *vbi decederent cum filio seu filijs masculis, &c.* apparet manifestè quod testator loquitur de tota hæreditate, quam vult restitui vni filio ambobus decedentibus, & ideo satis dicitur expressisse de tota restituenda. Et quia pro hoc est auctor. Alexand. consilio lxxxxj. in j. & Curt. Iun. consilio cxxxix. qui tenent idem esse, quod testator simpliciter dixerit de hæreditate an expresserit de tota, quando apparet, quod de tota intellexit. Item quia idem videmus, † quando agitur de admissione substituti, quia substitutio, si vterque decesserit, habet locum vel vno decedente, vt statim admittatur substitutus, nec res sit in pendenti, aut expectetur mors alterius propter mentem testatoris, secundùm Bartol. in d. §. cum ita. quæ sententia est communiter approbata aduersus Cast. in d.l. qui duos, & Alexan. in d. §. cum ita. vt ibi dixi, & per Ripam. ibi num. cxliij. & seq. ergo idem in fauorem cohæredis, qui est potior substituto, id est, præfectis charitatis, vt suprà dixi. Item quia ex lectura testamenti apparet, quod d. Alexa. est prædilectus huic filiæ fœminæ, & etiam præfectis charitatis substitutis, secundùm l. Publius. in fin. ff. de cond. & dem. & sicut præfecti statim vendicarent à filia, ita etiam Alexand. per reg. *si vinco vincentem te, &c.* de qua in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præsc. per Barto. in l. j. §. fin. ff. de bon. poss. contra tab. & cum in hac re manifesta sit mens testatoris, non videtur dubitandum, quia Modestinus dicentes non loquuntur, quando apparet quod de tota testator intellexit, & voluit statim restitui prout in simili est text. in l. quidam testator, vbi Barto. & cæteri. ff. de vulga. & pup. & sic apparet non obstare rationes, supra in contrarium adductas. ; quibus causa brevitatis specialiter non respondeo, cum ex suprascriptis sint sublatæ. Et ita omnia saluo semper saniore iudicio.

1 *Conditionem si sine liberis decesserit, meesse in casu contra.*
2 *Voluntas testatoris ex verbis colligitur.*
3 *Testamentum existentis in patria potestate nullum est.*
4 *Papa concedens monacho, quod possit testatus decedere, intelligitur de facto respectu bonorum, ex quo de iure nulla bona habere potest.*
5 *Testatus dicitur etiam, qui testamentum nullum, seu de facto tantum fecit.*
6 *Emisse dicitur, qui de facto emit.*
7 *Actus qui de facto fit, sortitur nomen actus, propriè si simus in his, quæ sunt facti: large si simus in his, quæ sunt iuris.*
8 *Quælibet relatio ad proximum semper refertur.*

CONS. CIX. SVMMÆ:

GEorgij de Tonis de Sonzino viso testamento, & facto diligenter cõsiderato, omissis allegationibus ad partes, sed concisiuè loquendo, puto eius auunculos nullum ius fouere in hæreditate, & id duabus rationibus. Prima est, quia illa substitutio facta à filio matris, videtur † quod habeat in se tacitam conditionem, *si ipse instituta decesserit sine liberis*, iuxta l. cum auus. ff. de cond. & demonst. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & quòd etiam instituto ascendente tacitè intelligatur illa conditio, tenet Iac. de Are. Cyn. & Alb. de Ros. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & substi. & ibi Ange. in quibusdam lecturis, & Anc. Sicul. in repet. dictæ l. cum acutissimi, & licet in terminis

terminis ipsorum, ego non auderem consulere p-
ter auctoritatem contradicentium, tamen in ca-
2 su † nostro puto istud clarissimum propter volun-
tatem testatoris, quæ ex verbis colligitur iuxta l.
non aliter. ff. de leg. iij. nam dum vocat ipsos auun
culos, precisè eos vocat ipso testatore & matre he
rede instituta, sic descendentibus sine filijs, quæ
dictio *descendentibus* plurali numero enuntiata, non
potest verificari in testatore tantum, sed etiam in
matre: & ideo dicta conditio respicit etiam ma-
trem, vt probatur in l. fin. versic. quia ei, vel eis. ff.
ad Treb. Secunda ratio est, quia auunculi deficiunt
conditione: sunt enim vocati, *si ipsa decesserit ab intestato*, quæ conditio defecit: quia testata est. Nec ob-
3 stat, quòd † testamentum sit nullum, quia erat in
patria potestate. §. j. instit. quibus test. fac. non est
permiss. quia videtur satis esse, quod de facto sit te
stata, per regulam. l. mulier. §. j. ff. de cond. instit. l.
Mæuius. ff. de cond. & dem. l. qui hær. eod. titu. &
videntur substituti excluſi per contrariam condi-
tionem, si testata sit, & cum de iure nō posset, quia
filiafam. satis fuit si de facto testata reperietur per
casum l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebel. vbi illa con-
ditio si decesserit sine liberis, deficit per liberos de
facto habitos, qui de iure tunc haberi non pote-
rant, per quem text. similem quæstionem decidit
Bart. in consi. vj. circa medium. & si dicatur, quòd
in casu nostro potuit testator cōsiderare, quòd pa-
ter moreretur, & consequenter hæres posset testa-
ri de iure: respondeo, quòd eodem modo in casu
d. §. fin. potuisset filia desinere esse furiosa, & habe
re filios de iure, & tamen textus decidit sufficere
illos de facto, ad exclusionem fideicommissarij.
Ad idem facit quòd not. Bald. in l. j. versic. quinto
4 oppono. C. si ser. extero. vbi † si papa concedit mo
nacho, quòd possit testatus decedere, intelligitur
de facto respectu bonorum, ex quo de iure nulla
bona habere potest, sequitur Fel. in c. quam sit. ex-
5 tra, de Iudæis. Comprobatur, quia † testatus dici-
tur etiam qui testamentum nulliter, seu de facto
tantum fecit, vt probatur in l. j. ff. de iniust. rupt.
quem text. ad hoc allegat Bald. cap. sciscitatus. de
6 rescript. sicut † emisse dicitur, qui de facto emit. l.
L. abeo. & Sabinus. §. item si. & ibi gl. ff. de verb. sig.
7 † actus enim qui de facto fit, sortitur nomen actus,
propriè si simus in his quæ sunt facti: largè si simus
in his, quæ sunt iuris, secundùm gl. & ibi Bald. in l.
iij. ff. de testa. tut. Confirmatur ista opin. quia mēs
testatoris fuit prouidere tantum modo in casum,
quo ipsa non disponeret, vnde cum disposuerit,
licet non plenè eo modo, quo testator disposuit,
tamen sufficit, & conditio non attenditur per reg.
l. ab omnibus. §. j. & l. huiusmodi. §. si ita. de leg. j.
per Io. de Im. in l. j. ff. de cond. instit. & per Bar. ibi,
& sic concludo in fauorem istius pupilli, qui in i-
stis bonis tanquam aduentitijs ab intestato succe-
dit matri suæ, iuxta l. quęcunq;. C. de bon. quę lib.
excluſis auunculis, & etiam auo materno, vt ibi di
citur. Postremò prædictæ primæ rationi non ob-
stat clausula illa, in fine substitutionis appōsita, *sin
gula singulis congruè referendo*: quia non potest intelli-
gi respectu illius verbi *descedentibus*, quòd nō est sin-
gulariter prolatum, sed pluraliter, vnde de neces-
sitate debet referri ad proximiora, prout etiam in
8 dubio dicimus, de † qualibet relatione, quæ ad
proxima semper refert. l. si idem cum eod. §. fin. v-
bi gl. ff. de iur. om. iud. & sic intelligetur respectu
secundæ substitutionis, tantum factæ in auuncu-
los, & eorum filijs in stirpes, vt singula singulis
commodè referantur, vt videlicet filij succedant
A in stirpes æqualiter cum patruis prędefuncti, pro-
ut etiam aliàs fuisset de iure communi, iuxta auth.
cessante, & auth. post fratres. C. de leg. hæred. Et i-
ta ego sentio, quicquid senserit Philip. Dec. consi.
ccccccxlvj. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CX. SVMMÆ.

1 *Pecuniam bonis contineri.*
B 2 *Fideicommissario deberi emptum ex pecunia, fideicom-
missa.*
3 *In vniuersalibus res loco pretij succedit.*
4 *In rebus testatoris datur fideicommissario actio hypotheca
ria.*
5 *Cum prima dispositio sit generalis, habebit locum, etiamsi
qualitas inferiùs addita non conueniat.*
6 *Quia volo quod perpetuò remaneant in familia per hanc
rationem fit extensio de gradu in gradum, etiam vltra
casum à testatore expressum.*
C 7 *In feudo concesso cum clausula, & quibus dederit, eo ven-
dito, tenetur vasallus de pecunia recepta aliud emere,
quod domino succedat loco prioris.*
8 *Hypothecaria contra tertium, & quemlibet possessorem,
competit, quocunq; titulo possideat.*
9 *Hypothecaria rem comitatur quocunq; vadat.*
10 *Petitio hæreditatis æquiparatur petitioni fideicom-
missi.*
11 *Petitio hæreditatis non competit aduersus emptorem res
singularis, nisi ostendatur mala fides venditoris.*
D 12 *L. Paulus. §. j. de pignor. declar.*



Vbstitutione fideicommissaria visa, & prohibitione alienationis in testa
mento dom. Francisci Cusani, puto, prædia illa empta ex pecunia dicti domini Francisci esse in causam di-
cti fideicommissi. *Moueor quia do. Franciscus fecit in-
stitutionem generalem in bonis † mobilibus, immobilibus, iu-
ribus, nominibus debitorum, &c.* quæ verba dubio pro-
E cul comprædendunt etiam pecuniam, quam do-
mi habebat, & in hæreditate reliquerat. l. mouenti
um. de verb. sign. l. si chorus. §. j. de leg. iij. l. cum ta
bernam. §. fin. de pign. Dec. consi. ccclxxxj. deinde
fecit substitutionem fideicommissariam, † & pro-
hibitionem dictis hæredibus, quæ intelligitur in
illismet bonis fieri, in quibus institutio ipsa est fa-
cta. l. j. C. de impub. & aliis substit. Cùm ergo fidei-
commissum illud esset in omnibus bonis, & con-
sequenter etiam in pecunia, sequitur, vt alienata
F pecunia, & empto prædio, illud prædium in cau-
sam fideicommissi incidat, cùm hic simus † in vni- 5
uersalibus, in quibus res loco pretij succedit. l. Im
per. §. j. de leg. ij. & sicut † in rebus testatoris, datur 4
fideicommissario actio hypothecaria. l. ij. C. com.
de leg. ita etiam datur in prædio, quod successit lo
co rerum testatoris, vt est text. in l. si donatæ. §. j.
de don. inter vir. in l. fideicommissa. §. si rem. ver-
sic. paulatim. de leg. iij. & in casu simili consuluit
Bartol. consi. cxxiiij. punctus quæstionis. & Iason.
G consi. ccxxxj. in j. dub. in ij. & decis. Neapol. nouæ
cxciiij. Rip. l. j. de pig. Nec obstant quæ subtiliter
in contrarium adducuntur. Et in primis quod fidei
commissum non videatur fuisse in pecunijs: quia
prohibitio facta est, *ne vendatur, pignoretur, obligetur,
&c.* quæ verba non conueniunt pecunijs, sed dun-
taxat alijs rebus. Respōdeo verba institutionis, &
substitutionum sunt clara, q̄ habeāt locū in omni-
bus bonis, & sic etiam in pecunia, vt dixi. vñ licet
alia verba prohibitionis omninò non conueniant
pecunijs:

BIU Cujas

pecuniis: tamen adhuc erit locus fideicommisso: quia † cum generalis sit prima dispositio, habebit locum; etiam si qualitas inferius addita nō conueniat. l. regula. §. licet. de iur. & fact. ignor. Io. de Im. l. si ita qs. §. ea lege. de verb. obl. & facit, quod not. idē Bar. & Imo. in l. j. §. j. ff. ad l. Falc. vbi quando ex mēte legis fit extensio, ea habet locum, quatenus fieri potest, licet verba nō conueniant. vnde idem dicendum, si ex mente testatoris fiat, prout in casu nostro, facit etiam quod not. Bal. & Paul. de Cast. in l. mancipia. C. de seru. fug. vbi volunt, quòd debeat attendi generalis dispositio legis: licēt verba subsequentia, inducentia pœnam nō conueniant. quæ doctrina licet in odiosis, & pœnalibus habeat aliquos contradicentes, tamen extra materiam pœnalem est communiter approbata, vt etiā sentit ibi Raph. Fulg. & facit gl. in c. j. de sepult. in vj. in gl. in verb. apud quos. & in gl. pen. Item glo. in extrauag. inuncta. Ioan. xxij. in verb. suspensi.

6 & sicut per rationem illam generalem. † *Quia volo, quòd perpetuò remaneant in familia.* de gradu in gradum fit extensio, etiam vltra casum à testatore expressum. l. pater. §. fundum. de leg. iij. vbi Bart. & per docto. in l. filius fam. §. diui. ff. de lega. ij. vbi fatetur ita etiam debet fieri in rebus, maximè cum in casu nostro ex generalitate verborū institutionis; & substitutionis satis comprehendatur pretium, vt suprà dixi. Præterea cum res emptæ in vniuersalibus succedant loco pretij, satis est, quòd dicta verba possunt verificari in ipsis rebus: quia illa verba, *bona quæ eis relinquam, comprehendunt fundos emptos, cum successerint*, loco pretij d. l. si rem, & pretium. sicut vi

7 demus in simili † in feudo concesso cum clausula, *& quibus dederit*, eo enim vendito teneretur vasallus de pecunia recepta aliud emere, quod domino succedat loco prioris, secundùm Ioan. And. in rub. de feud. in fin. in addit. Spec. post Iacob. de Bel. arg. c. j. si de feud. vas. versi. nummos. & c. j. de inuest. de re alie. fac. Suaderurq; hæc interpretatio ex mente testatoris, qui verisimiliter hanc pecuniam existimauit, in emptionem prædiorum conuertendam esse: vnde de ea, sicut de cæteris immobilibus ordinauit. arg. l. vestimentum. vbi Bartol. de aur. & arg. leg. l. huiusmodi. §. legatum. vbi Ias. de lega. Nec obstat, quod isti tertij possideant titulo pro emptore, vnde contra eos non debet res succedere loco pretij. Respondeo, statim, quòd res illa fuit empta ex pecuniis testatoris hypotheca, quę pro fideicommisso competit, transijt super illa re, vt in simili dicit Bartol. d. consilio cxxiiij. & sentit Ias. in d. consilio ccxxxj. in princ. cum enim res illa empta sit effecta fideicommissaria, perinde est, ac si à principio in bonis testatoris fuisset, quo casu esset hypothecata ex dispositio-

8 ne legis. d. l. ij. quę † hypothecaria contra tertium, & quemlibet possessorem competit, quocunque titulo possideat. l. distructis. l. pignoris. C. de pignor. & satis est, quod hypotheca orta sit eo tempore, quo res fuit apud hæredem grauatum. tunc enim non attenditur, quòd ad alium tertium transierit. l. Paulus. §. j. de pignor. posset ergo arg. contrarium procedere, quando sola personali actione ageretur, quæ facilè in tertium habentem titulum onerosum non conceditur. l. si eum. vbi not.

9 ff. si cert. pet. l. matre. C. de rei vend. Sed in † hypothecaria aliud est, quæ rem comitatur, quocunque vadat. d. l. distractis. d. l. pignoris, nisi quando solum ex eo capite competeret hypotheca, quia daretur in subsidium. tunc fateor, quod locus esset prædictæ distinctioni, secundùm Bartol. in l. j.

A de distr. pigno. in casu autem nostro non in subsidium, sed iure ordinario competit. Nec obstat, quòd † petitio hæreditatis æquiparatur petitioni fideicommissi. d. l. Imper. §. fin. & tamen † petitio hereditatis non competit aduersus emptorem rei singularis, nisi ostendatur mala fides venditoris. l. sed & si lege. §. item si rem distraxit. ff. de petit. hær. vbi Paul. Cast. Respondeo, nos non loquimur de actione personali, vel mixta, quæ proculdubio non competit, sed de hypothecaria, quæ datur aduersus quemlibet possessorem, sicut & rei vendicatio, quæ non denegatur aduersus emptorem, in casu d. §. item si rem distraxit. facit decis. Neapol. in nou. cxciiij. Nec obstat, quod imò in casu nostro non videatur competere, neque hypothecaria, per illud, quod consuluit Pau. de Cast. consilio ccccixviij. in fin. in j. vol. Respondeo, Paulus ibi loquitur † de actione subsidiaria, in qua lo- 10 let distingui, an alienatio facta sit titulo oneroso, an lucratiuo, vt suprà dixi, & habetur per Bartol. C in d. l. j. de distr. pign. & not. doctor. in d. l. seum seruum. Sed quæstio nostra est in hypothecaria, quæ iure ordinario, & ex verbis testatoris competit: quia fideicommissum fecit in bonis suis, & sic in pecunia, secundùm Raph. Fulg. consilio xlj. in vj. dub. & consequenter in re, quæ ex illa pecunia conficeretur. Præterea Paulus ibi fatetur, quòd si prædia fuissent in hæreditate tempore euenientis conditionis fideicommissi, quòd proculdubio deberentur. d. l. Imperator. §. fin. Si ergo debentur D dato, quòd grauatus alienauerit, transiuit res cum onere suo. d. l. distractis. d. l. pign. Præterea Paulus loquitur in pecunia relicta mulieri, nos in pupillari, quæ omninò conuertenda erat in emptionem prædiorum. vnde perinde est ac si de ipsis prædijs testator disposuisset. l. iij. §. qui ergo. de contr. iud. tut. Soc. consilio ccxlix. quo casu secundùm regulas communes hypothecaria competijsset. Non obstat, quòd emptio facta est pecunia fideicommissaria, haberet pactum liberandi, &c. quia istud nihil est, aut enim non liberabitur, & res succedet loco pecuniæ. aut liberabitur, & tali casu pecunia succedet loco pecuniæ, quòd etiam facilius fit, secundùm Bart. in l. pupillus. ff. de ijs, quæ in fraud. cred. vbi si debitor meus tibi soluat, potero pecuniam per hypothecariam reuocare quamuis consumptam: quia alia pecunia, quàm penes te sit, loco illius succedit, cum genus perire non possit. & sequitur ibi Raph. Com. & Iacob. de Put. & valeret liberatio, efficerenturq; tuti emphyteutæ, non obstante prætensa hypotheca, secundùm l. nomen. C. quæ res pign. Quod & dicendum est de liberatione facta per do. Vrbanum ipsi do. Cusano. Cætera acumini d. Iudicis discernenda relinquo.

CONSILII CXI. SVMMÆ.

1 *Testamenti reuocandi modus.*

2 *Lex præsumit reuocationem, factam ad partis subornationem.*

3 *Lapsus decennij operatur oblitionē, etiam respectu clausulæ derogatoriæ.*

4 *Quod testes sint rogati solum requiritur in confectione testamentorū, sed in nuda declaratione pœnitentiæ voluntatis, hoc non reperitur expressum.*

5 *In actis necessarij sunt duo testes, non tamen oportet eos esse rogatos.*

6 *Facilius debet fieri reuocatio voluntatis ad pias causas, ex quo etiam facilius inducitur.*

7 *Non debet monasterium allegare id, cuius contrarium*

non esset postulaturus.

8 *Testamentum in quo sint instituti hæredes ad interrogationem alterius quàm notarij, si testator responderit, quod sic, dummodo posit articulatè loqui, valet.*

9 *Rogatus testium in testamentis est quædam solemnitas, quæ non concernit voluntatem testatoris, sed valorem actus, quæ solennitas sufficit si probetur per duos testes.*

10 *Testes in testamento adhibiti, non refert an sint rogati à testatore, an ab alio nomine testatoris, seu in ipsius præsentia.*

11 *Hæres magis repræsentat testatorẽ, quàm quilibet alius.* B

12 *Hæredi licet blandis verbis impetrare à testatore vt eum instituat.*

13 *Dictantibus testamentum, nuncupatiuũ potest relinqui.*

14 *Vsumfructum caducitate non deberi.*

IAM abundè, & subtiliter allegatum est per dominos aduocatos præstantiss. Iu reconsultos in hac causa, vt meritò potuerim esse contentus sola subscriptione: sed tamen, vt aliqua ex parte morem gerá parti, pauca sum adducturus, quæ animum clarissimi d. iudicis inclinent, vt pro iustitia adiuuet istos nobiles fratres de Suardis, & eos absoluat à petitis per religiosos sancti Dominici. Et circa primum caput dico, quòd cum istud testamentum, quo vocabantur præfracti religiosi esset conditũ, iam † à multis annis ante, id est, supra decennium, reuocatur per solam mutationem voluntatis, de qua constat per tres testes, vt est text. in l. sancimus. C. de testa. & ibi gloss. verb. fuerit. secundùm opinio. D Azon. quam sequuntur communiter doct. de quo per Lud. Bol. consi. xl. in casu autem nostro non solum tres testes, sed octo intervenerunt: & ideo res videtur clara, vt isti religiosi excludantur, & maximè cum probatum sit, quòd inimicitiæ testatoris conceptæ erga fratrem cessaverant, propter quas iste instituerat monasteriũ, & quod sæpè dixerat, quòd volebat revocare d. testamentum, & quod amabat istos filios fratris: quæ omnes coniecturæ plurimum adiuuant intentionem istorũ Suardorum, adeò vt casus iudicio meo sit valde clarus, & hoc etiã manifestius apparebit ex resolutione obiectorũ. Non obstat ergo, quod ex illis testibus fuerint tres, qui revocauerũt d. suum, &c. respondeo, istud nihil est: quia adhuc supersunt alij etiam vltra legitimum numerum, vnde propter eos nó vacillat fides revocationis. l. cùm tab. ff. de bon. poss. secundùm tab. gl. vt Bart. in l. ij. §. si quis neget. ff. quemad. tab. aper. Alex. consil. lxxvij. in j. Soc. xx. xxviij. in iij. Dec. xxx. & cj. cum simil. Præterea respondeo, quod licet illi revocauerint, tamẽ adhuc
2 statur primo dicto, quia † lex præsumit revocationem factã per subornationem partis. c. præterea. in fin. de testib. cog. vbi gl. & doct. Abb. & Fel. in c. cum in tua. ext. de testibus. quòd in casu nostro est valde verisimile propter revocationẽ illius testis, qui dicit quod testator dixit, No, *no*. cui omnes ex vtraq; parte contradicunt. Non obstat, quod in dicto testamẽto prima erat clausula derogatiua, &c. quia respondeo, quòd rex. in d. l. sancimus, procedit etiam stante dicta clausula: quia simpliciter loquitur & indistinctè. & ita tenet ibi Bald. Raph.
3 Fulg. Paul. Cast. Cor. Ias. quia † lapsus decẽnij, operatur obliuionem, etiam respectu dictæ clausulæ, & ita etiam consuluit Bal. consi. xxxix. & seq. in ij. volu. & est communis opinio per Alex. cons. cv. in iiij. vol. & per Nattam in rep. auth. hoc inter. versi. x. Præterea in casu nostro non est aliqua clausula derogatoria ad futura testamenta, sed ad præteri- A ta tantum, & ideo cessat prorsus hæc difficultas ex inspectione verborũ testamenti. Non obstat, quòd testes non fuerint rogati, respondeo contrariũ est verius, dicemus in secundo capite. Præterea quantum sit ad revocationem dicti testamenti, secundùm formam d. l. Sancimus. non est opus alio rogitu testiũ: quia lex simpliciter requirit idoneos, non autem quòd sint rogati, & quia † quod sint rogati solum requiritur in confectione testamento- 4
rum. l. hæredes palã. §. fi. de test. sed in nuda declaratione pœnitentiæ voluntatis hoc non reperitur expressim: & ideò stabimus regulæ, vt non requiratur rogitus. l. fi. in fi. C. de codicill. de qua per gl. in auth. rogati. C. de testib. & facit quia ille text. æquiparat probationem per acta, & ea quæ fit per illos tres testes: sed sic est, quod talis æquiparatio non requirit testes rogatos. l. j. C. de fatisd. & licet † in actis necessarij sint duo testes, secundùm Bal. 5
ibi non tamen oporteret eos esse rogatos: & licet quidã institutarij dicant, nẽpe Ang. §. ex eo instit. C quib. mo. testa. infer. qd' doctores in d. l. sancimus. tenent oportere, quod testes sint rogati, tamẽ ego nó reperio, nec aliquem ex antiquis, nec Mod. qui hoc dicat. in d. l. sancimus. Nó obstat, quòd d. l. sancimus. non debeat procedere, quando in primo testamento instituta esset causa pia per ea, quæ not. Host. Io. And. & alij in c. fi. extra. de solut. quia respondeo quod contrariũ est verius, & no. in d. c. fi. parũ faciũt, vt dicit Ias. in d. l. sancimus. in fi. & per Ias. consi. cxxxj. sentit manifestè Abb. consi. xj. in j. vol. & Ias. consi. cxxxj. in ij. dub. & monetur Ias. ibi forti ratione. Plus dico quod † facilius debet fieri 6
revocatio talis voluntatis ad pias causas, ex quo etiam facilius inducitur. c. relatum. j. extra. de testam. & quia † non debet monasterium allegare 7
id, cuius contrarium non esset postulaturus. l. penul. de solu. & quod not. Bald. in l. j. versi. item incidenter. C. de sum. Trini. & fide catho. sicut enim institutio ad piam causam facilius probatur, ita & revocatio, secundum Io. de Imo. in d. §. relatum. & E quod not. Bal. in l. fin. C. de fideic. quem refert, & sequitur Alex. & Ias. in rub. ff. de acq. poss. & certè cum satis constat de mente testatoris, non debet monasterium aduersus conscientiam satagere ad dicta bona: quia ab hoc magis abstinere debent clerici, quàm laici, vt in simili dicit Bald. consilio cccxix. vol. v. maximè cum est regula beati Dominici, arceatur ab huiusmodi successionibus, ne eas retineát, vt habetur in c. in presentia. ext. de pbat. per Dec. consi. 559. cum simil. & licet Papa dispensauit, tamen debet hoc intelligi in casibus certis, F & liquidis, non vt ambulent per tribunalia iudicum, & amphractus litium, & sit scandalo cæteris. c. suggestũ. extra. de dec. Circa secundum caput, quo prætendimus quòd dictum primum testamentum sit revocatum per sequens, & sic quod dicta revocatio habeat vim testamenti, licet sufficiant dicta in primo articulo, tamẽ ad maiorem cautelam dico adhuc veram esse suprascriptam opin. dominorum aduocatorum: quia valet † testamen- 8
tum, quo sint instituti hæredes ad interrogationem alterius, quàm notarij, si testator responderit, quòd sic: dummodò posset articulatè loqui, vt G est text. cum gloss. in l. iubemus. C. de test. & licet Bart. loquatur in interrogatione, facta à notario, tamen idem est à quolibet alio, secundum gloss. & Pet. quem ibi refert, & sequitur Cyn. & idem etiã tenet ibi Salic. & dicit ita tenere Ioan. And. arg. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. & est communis opinio, vt per Moder. ibi, & Rom. consilio

BIU Cujas

cccvj. per Alex. consi. xij. in j. vol. consil. xlvij. in ij. xxxiij. in iij. Corn. consi. lxxvij. in iiij. lib. in litera D. Barb. consi. xxix. in j. Dec. consi. cccclxxxix. vbi respondet omnibus contrarijs: & licet aliqui contradixerint, tamen non est recedendum à communi opin. in iudicando. Et in casu nostro sufficiunt quinq; testes, ex quo testamentum est conditum ruri, seu extra ciuitatem, ita disponente statuto Mantuæ, quod habet aliquam conformitatem cum iure communi, de quo in l. fi. C. de test. & per Anch. consil. clxxviij. Nec obstant in casu nostro ea, quæ fu contrarium adducuntur. Et in primis, quod interrogatio hæc facta sit per personam suspectam: id est, vnum ex hæredibus nominaris, quo casu non videtur procedere. gl. in d. l. iubemus. secundum Salic. ibi. & Bertr. Carp. consilio ccxij. num. xvij. in j. & tali casu esset seruanda opin. Alberti Pap. de qua ibi per doct. & per Pau. de Cas. consil. cccclxvj. viso pũcto. Rom. d. consi. cccvj. Socin. consi. xxviij. in iij. Dec. clxxv. Aret. lxxj. Corn. ccxxxij. cccxix. in j. Bertrandus consi. lxxviij. in ij. Quia respondeo, quòd in casu nostro nulla est suspicio respectu interrogationis: quia omnia apertè & claræ sunt facta, & coram testibus, vt Sal. loquit: quando persona suspecta scripsisset, & dixisset instituis me Titium. & ordinas, prout hic scriptum? quo casu posset fieri fraus, quod non fuit in casu nostro: quia omnia fuerunt à testibus audita. l. hac consultissima. in fin. C. qui test. fac. poss. l. non existimo. ff. de adm. tut. l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisc. præterea tot sunt coniecturę in contrarium, quæ omnem hanc suspicionem purgant, maximè ex numero testium, secundùm no. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. Nec etiam obstat, quòd conati sunt ij religiosi probare, quod testes non fuerunt rogati: quia vt eleganter est responsum per dominos aduocatos, contrarium est verius, & melius probatum. Præterea sciendũ est, 9 quod istud quod testes sint, † rogati est quædam solennitas, nõ concernens voluntatem testatoris, sed valorem actus, quæ solennitas sufficit si probetur, vel per duos testes, vt not. Bald. Pau. Alexand. Ias. in l. ij. C. de bon. poss. sec. tab. & est communis opin. secundum Imol. in c. cùm esses. de test. & sequitur Alex. consi. xlvij. in ij. dub. & consi. xxxiij. ponderatis. lib. iij. in casu autem nostro probata est per octo testes: & licet aliqui deinde reuocauerint, tamẽ nihil impediunt, vt suprà dixi. maximè cum numerus largè superabundet. Et certè nõ debet monasteriũ hoc opponere cum eo instituto, non erat necessarium, quòd testes essent rogati, vt dicunt magis communiter, secundùm Gem. consi. cxv. & Alex. consi. iiij. in vij. can. in d. c. relatum. de quo per Soc. in consi. xcij. in iij. vnde nõ debent allegare id, cuius contrariũ non essent approbaturi. d. l. pen. C. de sol. & suprà dixi. Non obstat, *quòd rogati sunt ij* † *testes per ipsum hæredẽ, &c.* quia respõdeo, 10 quod nihil refert, an testator rogauerit, an alius nomine testatoris, seu in præsentia ipsius, secundum Io. Fab. in §. fi. inst. de test. Dyn. in l. hæredes palã. in princ. ff. de test. & Pau. de Cast. in §. in testamentis. ead. l. Imol. l. Domitius. circa fin. eod. tit. Alex. d. consi. xlvij. in ij. dub. & d. consi. xxxiij. ponderatis. lib. iij. Et nihil refert quod fuerit ipse hæres: quia vt suprà dixi, propter hoc nulla subest suspicio vel fraus: imò facilius debet tolerari, si hoc fiat per hæredem: quia perindè est, ac si factũ esset per 11 testatorem, quia † ipse eum magis repræsentat, quàm quilibet alius. l. in tempus. ff. de vsuc. gl. l. patium. ff. de prob. l. si quis à filio. §. si quis plures. ff.

A de leg. j. Et † licuit illi blandis verbis impetrare à 12
testatore, vt eum institueret. l. fi. ff. si quis aliq. test. prohib. sicut etiam † dictantibus testamentũ nuncupatiuum potest relinqui. l. dictantib. C. de test. 13
& videtur in casu nostro hoc officio functus fuisse d. Baltassar, qui dictauit, id est, dicta testatoris repetijt coram testibus, & eius nomine pos adhibuit. Et ex his concludo etiam ex hoc secundo capite, excludi istos religiosos, contra quos etiam in dubio iudicandum est, cum satis apertè cõstet, quod
B nõ habent mentem testatoris, prout in simili etiã contra piã causam consuluit Ang. consi. ccxxxiij. Corn. consi. cclxj. in j. & consil. lviij. in iiij. & alibi sępè. Circa tertium caput, quo disputatũ est monasterium fuisse institutum sub quadam modificatione, & qualitate, quæ nõ euenit: quia plenè vtrinq; scriptum est, altissimũ est chaos in hac materia extensionis, nõ intendo aliud scribere: quia istud esset addere aquã mari, & aliàs latissimè disputaui
C in iij. lib. de verb. sign. vnum duntaxat dicã, quòd in tanta perplexitate consultiùs facit iudex, qui omissis doctorum altercationibus, adhæret verbis legum, à quibus nunquam facilè discedendũ est. dico igitur, quòd cum testator legauerit vsumfructũ † vxori, & deinde finito vsufructu, siue per 14
mortem, siue per transitum ad secunda vota, vocauerit monasteriũ, cum ipsa mortua sit, viuente testatore, non dicitur euenisse conditio, vt est tex. in l. Titio vsusfructus. ff. de cond. & dem. vbi est tex. clarus etiam, quòd ageretur de fauore libertatis,
D vel piæ causæ. Sed quia iudicio meo primum caput est adeò clarum, vt non expediat insistere in istis alijs, remitto me ad scripta diffusè per clarissimos aduocatos. Saluo semper saniore iudicio.

CONSILII CXII. SVMMÆ.

1 *Clausula in fine posita nunquam refertur ad præcedentia, quoties dispositio redderetur inutilis, vel quoties sequeretur aliquid absurdum, vel correctio aliqua superioris dispositionis.*

E 2 *Semper fit interpretatio per quam contrarietas euitetur.*

3 *Reseruatio simpliciter, & verbis generalibus facta, ad casum specialiter dispositum, trahi non debet.*

4 *In dubio semper fit interpretatio vt æqualitas inter filios seruetur, ne inter ipsos excitetur discordia.*

5 *Facultas alienandi post certum tempus, trahitur duntaxat ad prohibitionem expressam à testatore factam, nõ autem ad tacitam, quæ fit à lege fideicommissis conditionalibus.*

F 6 *Si consentio tertio alienanti rem meam cum protestatione saluo iure meo, talis reseruatio restringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autem ipsius rei.*

7 *In fideicommissis fit stricta interpretatio, vt quàm minimum debeatur.*

8 *Cessantibus verbis fideicommissi, nunquam dicimus fuisse fideicommissum.*

9 *Fideicommissum cum sit onus in dubio pronunciandum non subesse, quia semper fit interpretatione hæres sit grauatus.*

G 10 *In fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet.*

11 *Fideicommissis ademptio, censetur fauorabilis, datio verò odiosa.*

12 *Ratio generalis ampliat dictum.*

13 *Si alienatio facta per contractum, valet irreuocabiliter, multò magis valere debet, & irreuocabilis esse, quæ fieret per viam testamenti.*

14 *Dictiones vniuersales non restringuntur ad hæreditatẽ.*

15 *Clausula in fine posita ad omnia præcedẽtia debet referri.*

16 *Natura dictionis, saluo, si apposita sit in fine modificat, & restringit indistincte omnia præcedentia, etiam si in diuersis & separatis orationibus sint prolata.*

17 *Iudex in sententia ponens clausulam saluo iure tertij, intelligitur reseruasse non solum petitorium, de quo lis pendebat, sed etiam possessorium, de quo non pendebat.*

18 *In fideicommisso, prohibitio censetur tacita & à lege facta.*

19 *Clausula in fine posita, limitat omnia, in quibus est eadem ratio.*

20 *Remittens prohibitionem expressam multò fortius remittet tacitam.*

21 *Vbi eadem est ratio, ibi eadem est quoq; iuris dispositio.*

22 *Videtur esse eadē dispositio, quæ simili ratione innititur.*

23 *Natura dictionis, saluo, est modificare & limitare superiora.*

24 *Clausula reseruatiua cum sit magis specialis, derogat seu limitat generalem præcedentem.*

25 *Species derogat generi.*

26 *Cùm verba testamenti sint clara, non videtur admittenda voluntatis quæstio.*

27 *Quæ incontinenti cohærent, dicuntur inesse.*

28 *Si de quo magis, ergo & de quo minus.*

29 *Præsumptiones ex omissione non adeò sunt efficaces, vt quæ ex ipso facto colligunt.*

30 *In claris & expressis non est locus coniecturis.*

31 *Ex separatis non infertur.*

MAGNIFICVS dominus Ioannes Bitonetа, in testamento suo institutis filijs masculis, eorum fideicommisit, *vt quisquis eorum moreretur sine filijs, superstiti, seu eius descendentibus masculis, restitueret.* Deinde alio capitulo prohibuit eis, qualemcunque alienationem, adiecta clausula generali, *Quia volo hæreditatem, & bona mea permanere in domo, & familia mea, vt suprà.* Moxq; clausulam subiecit, *Saluo semper & reseruato, quòd dicti filij mei possint inter se quaslibet alienationes facere ad eorum libitum voluntatis.* Contingit nunc dubitari, an reseruatio illa, & licentia alienandi solum restringat clausulam prohibitionis alienationis, an verò etiam ad clausulam fideicommissi conditionalis, & sic an illi, qui decesserunt sine filijs, potuerint vnum tantùm ex fratribus instituere alijs neglectis. Et videretur prima fronte, quòd dicta reseruatio duntaxat trahatur ad clausulam prohibitionis: quia † clausula in fine apposita, nunquam refertur ad præcedentia, quoties dispositio redderetur inutilis, secundùm Bartol. in l. talis scriptura ff. de leg. j. vel quoties sequeretur aliquod absurdum. Rom. consilio cxij. vel correctio aliqua superioris dispositionis. Dec. consilio ccxcix. maximè si incontinenti hoc fieret. l. nam ad ea. de cond. & demonst. Rom. consilio ciiij. vel si induceretur aliqua repugnantia: quia † semper fit interpretatio per quam contrarietas euitetur. c. inter dilectos. de fid. instrum. Alexan. consil. cxcj. in ij. Dec. consilio ccclxxxvj. vnde sequitur quod in casu nostro illa reseruatio non trahatur ad clausulam fideicommissi: quia aliàs eam nimis restringeret, & ferè corrigeret. Secundò confirmatur hæc conclusio, quia testator specialiter prouidit in casum euenientis conditionis, id est, quo aliquis eorum sine liberis decederet. vnde talis † reseruatio simpliciter, & verbis generalibus facta ad hunc casum specialiter dispositum trahi non debet, per regulam. l. doli clausula. ff. de verb. obl. & quod not. Bartol. in d. l. talis scriptura. & quod in simili casu respondit Dec. consi. cclxxxiiij. versi. iij. Tertiò suadetur hoc ex verbis testamenti, quibus apparet, quod testator voluit fideicommissum æqualiter in stirpes deuolui, hîc autem oriretur magna inæqualitas, quia bona ad vnum tantum peruenirent, & † in dubio semp fit interpretatio, vt æqualitas inter filios seruetur. §. illud quoq;. authen. de nupt. vbi Ang. ne aliàs inter ipsos excitetur discordia. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. ij. & quod not. Dec. consilio ccccxij. Quartò accedat suprascriptis, quòd talis videtur fuisse mens testatoris ex tenore testamenti, cum in clausula prohibitionis alienationis dixerit, *Se prohibere saluo semper vt infrà.* nimirum referens se ad dictam clausulam reseruationis, in cap. verò fideicommissi nulla est huiusmodi relatio, quam vtique feciſſet si voluisset dictam reseruationem ad fideicommissum trahi. l. vnica. §. finautem ad deficientis. C. de cad. tol. quod ergo testator non dixit, nec nos dicemus. l. commodissimè. ff. de libe. & posth. Quintò videtur hæc sententia probari auctoritate Pau. Cast. consil. cclxiij. in j. dub. in ij. vol. in nouissimis, quem refert, & sequitur Dec. consilio ccclxxxvj. vbi in quæstione facti responderunt, quod † facultas alienandi post certum tempus, trahitur duntaxat ad prohibitionem expressam à testatore factam, non autem ad tacitam, quæ fit à lege in fideicommissis conditionalibus, de quo in l. fin. §. fin autem auaritiæ. C. communia de leg. Sextò & vltimò facit, quòd ista clausula reseruatiua, *saluo, &c.* inducit quendam modum, seu restrictionem, secundùm gloss. in l. item Labeo. ff. fam. ercisc. qui modus quantum fieri potest, debet restringi etiam aduersus generalitatem verborum, & satis est etiam si modicum operetur, vt per Bald. consilio cclxxiij. supposito statuto in secundo. & latiùs per Dec. consilio cclxxxiij. vbi illa verba, *saluo iure liberorum*, non intelliguntur generaliter, secundùm tit. insti. ad Orfit. sed strictè, secundum. l. hac edictali. C. de secund. nupt. Et idem notabiliter voluerunt Iac. But. & Ias. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. j. vbi † si consentiam tertio alienanti rem meam, cum protestatione, *Saluo iure meo.* talis reseruatio restringitur, vt intelligatur duntaxat respectu pretij, non autem ipsius rei arg. l. mater. C. de rei vend. & est de mente Dyn. Old. & Raph. Com. ibi. Et pro hac sententia etiam facit quod not. Alexan. consilio cxxxv. versi. præterea ista. in j. vol. & possent plurima similia adduci, quæ sciens prætereo. Sed tamen his non obstantibus, puto indubitanter contrariam opinionem esse veriorem. Et præmitto in primis, quòd in fideicommissis sit stricta interpretatio, † vt quam minimum, debeatur. l. nummis. de leg. iij. Lud. Rom. in l. plures. de damn. infect. Deci. in l. in testamentis. ff. de reg. iuris, vnde † cessantibus verbis fideicom. nunquam dicimus subesse fideicommissum. l. Lucius. §. tres hæredes. in verbo, an vnciam hæreditatis. ff. ad Trebell. vbi Iac. Dyn. Alber. Et cum † fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulg. in dubio pronuntiamus non subesse, quia semper fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. Et istud maximè debet habere locum, quando fideicommissum imponeretur filio, non enim verisimile est voluisse patrem filium onerare, nisi quatenus verba expresse hoc inferunt. Vnde † in fideicommissis onus filijs iniunctum, ad nepotes non pertinet, vt per Old. consilio cclxix. Sign. Hom. consil. ccxlix. Fr. Cur. consilio xlv. sæpè reuoluitur. Dec. consil. ccxviij. cum conc. sicut nec in prohibitione alienationis glos. §. nos igitur, in authen. de restit. fideicom-

per

per Bartol. & doctor. in l. filius fam. §. diui. de leg. j. Quamuis aliàs *filiorum* appellatione veniant nepotes. l. iusta. l. liberorum. ff. de verb. sig. Et ex his infertur, quòd in suprascripto testamento clausulæ inducentes fideicommissum, vel prohibitionem alienationis, sunt strictè intelligendæ: clausula verò reseruationis de qua agitur, quia liberat ab onere fideicom. vel prohibitionis, tanquàm fauorabilis latiorem recipit interpretationem, vt scilicet ad suprascripta omnia referatur. Facit text. in l. si fuerit, vbi Pau. Cast. & Soc. in v. not. ff. de rebus dub. vbi probatur, quòd † fideicom. ademptio censetur esse fauorabilis, dario verò odiosa. Secundò confirmatur suprascripta opinio, quia testamento dictam reseruationem subijcit post factam prohibitionem alienationis, & generalem dispositionem, *quæ iussit vt bona in perpetuum remanerent in familia*, quę clausula inducit absolutum fideicommissum, quia † ratio generalis ampliat dictum, vt per Bart. in l. pater. §. fundum. de leg. iij. & ita se habet communis opinio, vt per Ioan. Crot, in d. §. diui. & Aret. in l. qui Romæ. §. cohæredes vbi etiam Soc. & Ias. ff. de verb. obl. & ita consulendo firmauit Lud. Rom. consi. ccccl vij. Pau. Cast. consi. ccxxxij. visis & consideratis. Ioan. de Anna. consilio xlvij. Soc. xliij. lvij. in iij. Dec. xxiij. clxxxij. Cur. Iun. consilio cxvj. cum simil. cum igitur dicta clausula inducat fideicommissum absolutum, & testator reseruationem illam incontinenti illi clausulæ subiecerit, non videtur dubitandum, etiam si illa reseruatio ad proxima tantum referretur secundùm gloss. in l. si idem. cum eod. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & per Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. tamen maximè ad fideicommissum simplex referatur, & illud modificet atq; restringat, vt sufficiant bona inter ipsos descendentes relinqui, etiam si vni tantum ex eis relinquerentur. l. pater filium. ff. ad leg. Falc. l. vnum ex familia. §. quod si talia. ff. de leg. j. Tertiò confirmatur, quia si dicta reseruatio ad clausulam prohibitionis alienationis tantum referretur, sequeretur absurdum, & inconueniens, quòd alienata eueniente fideicommissi cõditione possent reuocari, secundùm regulam l. fin. §. sin autem sub conditione. C. com. de leg. & sic licentia testatoris esset illusoria, vel potiùs deceptoria emeutium. Meritò ergo talis licentia generaliter est intelligenda, vt securus sit emptor, vt per Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in viij. quæst. ff. de verb. oblig. Quod † si valet irreuocabiliter alienatio facta per contractum, multò magis debet valere, & irreuocabilis esse, quæ fieret per viam testamenti, ne possit reuocari prætextu asserti fideicommissi. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. ij. l. ex hoc edicto. ff. de alienat. iud. mut. cau. Bald. cap. j. de prohibita feudi alienat. per Frid. Aret. & Claud. l. si quis ita stipulatus, si ita quis promiserit. §. ea lege. de verb. obl. & notatur in l. j. C. non licet habita. lib. 10. Quartò in hanc sententiam me trahunt verba generalia ipsius reseruationis, quibus dicitur, *Quod possint facere quaslibet alienationes ad sui libitum*. quę verba vniuersalia sunt, nec restrictionem vllam patiuntur. l. qui autem. §. fin. ff. de constit. pec. & ibi per doct. c. eos qui. §. j. de sentent. excom. lib. vj. In stit. de re diuis. §. si tamen. & quia regula est generalis, quod † iste dictiones vniuersales non restringuntur ad hæreditatem, nisi certis casibus, qui in quæstione nostra non concurrunt, vt per Bart. & doct. in l. j. §. nuntiatio. versi. item nuntiatio. ff. de oper. nou. nunt. & traditur in l. j. C. de sacrosanct. eccles. maximè cum ista esset restrictio nimis absurda, cum enim alienatio possit & per contractum fieri, & per vltimam voluntatem per habentem filios, & per non habentem, non potest commodè restringi hæc generalitas ad vnum casum tantum, cum vterq; nominatim censeatur expressus l. j. & ij. ff. de lib. & posth. l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. Quinto pro hac sententia facit, quòd ista reseruatio apposita est in vltima parte testamenti. vnde succedit regula, quod † clausula in fine posita ad omnia præcedentia debet referri. l. j. in fin. C. de lib. præterit. notatur in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & in c. secundò requiris. extra. de appel. & de don. c. cum dilectus. & ea quæ habentur latè per Fel. in c. causam quæ. extr. de rescript. ideò refertur ad omnia superiora, etiam si sint remota, & distincta per paragraphos, vt est gloss. in cle. j. §. ij. de supplend. neglect. præla. & ibi d. Card. not. Sextò facit † natura istius dictionis, *Saluo*, quę quidem si apposita sit in fin. modificat & restringit indistinctè omnia præcedentia, etiam si in diuersis & separatis orationibus sint prolata. vnde si iudex postquam condemnauit aliquem, adijciat moderationem per dictam dictionem, *Saluo*, nihil referret, quòd in separata oratione hoc fecerit, secundùm Alexan. in l. iudex postquam. ff. de re iud. & est magis communis opi. & facit in simili quod not. Bal. in consilio ciiij. vol. vbi † iudex in sententia ponens clausulam, saluo iure terrij, intelligitur reseruasse non solum petitorium, de quo lis pendebat, sed etiam possessorium, de quo non pendebat, sequitur Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poss. Septimo non est dubium, quòd clausula fideicommissi, & clausula prohibitionis, vtraq; habet in se prohibitionem alienationis. sed † in fideicommisso prohibitio censetur tacita & à lege facta. d. l. fi. §. fin autem. C. communia de leg. vnde cum testator subijciat, *Saluo, quòd possint alienare inter se ipsos, &c.* Intelligitur loquutus tam respectu prohibitionis tacitæ, quàm expressæ, ex quo vtraq; supra fecerat, nominata & dictio, *Saluo*, refertur non solùm ad expressa, sed etiam ad tacita, & quę quis habet ex dispositione legis, secundùm gloss. in l. si debitor. §. j. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. tol. vbi consentiens alienationi pignoris, *saluo iure suo*, intelligitur reseruasse, siue pignus sit conuentionale & expressum, siue legale & tacitum, & consensus potius censetur nugatorius, & superfluus, quàm vt restringatur dicta reseruatio, & cum gloss. transeunt ibi doctor. Octauò in hanc sententiam me adduci, quia non potest ratio diuersitatis probabiliter aliqua adduci, cur testator alienationem permiserit respectu prohibitionis, & non respectu fideicommissi, suberat enim vtroque casui idem fauor potius familiæ, cum ergo remiserit in vno, idem & in alio. d. l. j. C. de lib. præte. & quia † clausula in fine posita imitatur omnia, in quibus est eadem ratio, secundum Bald. in dicta l. j. & doctores in d. cap. secundo requiris. extra, de appell. & quia si † remisit prohibitionem expressam, multò fortius tacitam. l. debitum. C. de remi. pign. l. si fideiussor. vbi per doctor. ff. de leg. j. & quia verisimile est voluisse testatorem hanc electionem filijs suis relinquere. d. l. pater filium. ij. ff. ad leg. Falcid. Accedat vulgata regula, quòd vbi † eadem est ratio, ibi eadem quoq; est iuris dispositio. l. adigere. §. quamuis de inr. patr. & videtur † esse eadem dispositio, quę simili ratione imitatur. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vbi Alex. l. non solùm. §. qui primipilum. ff. de excu. tuto. l. qui liberis. §. primo. de vulg. & pupillar.

vbi Bald. Nonò & vltimò accedat auctoritas duorum præstantissimorum ex doctor. Modernis, & in primis Ias. in consi. clxxiij. in ij. vol. vbi consuluit, quod clausula licentię alienandi post triginta tres annos, data filijs, refertur & ad præcedens fideicommissum cõditionale, & ad subsequentem prohibitionem alienationis, rationibus, de quibus per eum, quæ militant etiam in casu nostro, & non expedit transcribere. Ad idem, quod consuluit Socin. consi. xliij. in iiij. vol. vbi ista clausula licentię est efficax. & refertur ad quamcunq; alienationem, etiam in præiudicium fideicommissi conditionalis, dato quod partes consensissent, saluis contentis in testamento. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quòd clausula in fine posita non referatur ad præcedentia, si dispositio vitiaretur, vel corrigeretur, vel contrarietas aliqua induceretur. Respondeo primo, hoc non procedere in clausula concepta per † dictionem, *saluo*, quia 21
eius natura est modificare, & limitare superiora, ut per gl. in dicta l. item Labeo. & in dicta l. si debitor. per Bal. in tit. de pac. const. §. amplius. ver. saluo. Pau. Ca. consi. clij. in antiquis incipiente, circa illud quod primo quæritur, in primo quæsito, vbi allegat no. in l. iij. §. pen. ff. de lib. agnosc. & in l. penult. ff. de aqua quotid. cum concord. per Barba. consi. lxx. in ij. & Corsetum, in reperto. verb. saluo. Itẽ respondeo, quòd in casu nostro superior dispositio nõ redditur inutilis, neq; corrigitur, sed quælibet istarũ clausularum habet locum in casu suo, vt ster firmũ fideic. nisi tamẽ grauatus alienaret in rem ipsos, seu per contractũ, seu per vltimã voluntatem, vt ẽ. dixi, & ita etiam respondet Ias. in d. consi. clxxiij. ver. non obstat ergo primũ. Secundò non obstat, quòd clausula generalis, nõ trahatur ad eã, de quibus in specie dispositum sit. nam respõdeo, quòd illa clausula reseruatiua, dicitur ipsa esse magis specialis, & limitat fideic. clausula verò fideit. non dicitur ipsa esse adeò specialis, vt inquit Soc. in alleg. consi. xliij. in iiij. vnde in casu nostro, cum 24
dicta † clausula reseruatiua sit magis specialis, derogat seu limitat generalem præcedentem gl. l. si quis priore. in fi. ad Trebell. & quia in iure nostro 25
semper † species derogat generi. l. in toto. ff. de regulis iuris. præterea natura istius actionis. *saluo*. quæ est limitatiua, & modificatiua superiorũ, vt ẽ. dixi, tollit omnẽ dubitationem. Tertio nõ obstat, q, testator voluerit fideic. equaliter in stirpes deuolui. Respondeo si quidem q, istud est verũ, non sequuta alienatione: sed ea sequuta, noluit auferre electionem filijs, quin possent vni ex eis relinquere. dicta l. vnũ ex familia dicta l. pater filium. cum similibus. & traditur per Pau. Ca. consi. xxxij. pro- 26
prietarius. in primo vol. in nouis. & † cum verba testamenti sint clara, nõ videtur admittenda quæstio voluntatis. l. nõ aliter. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de lega. iij. nec tantus est fauor æqualitatis inter filios seruandę, vt operetur aduersus expressa testatoris verba. §. optimè. §. illud quoq;. in authen. de nupt. per Dec. consi. ccxlvj. Quarto nõ obstat, quòd testator non adiecerit modificationẽ illam in clausula fideicommissi, prout fecit in clausula prohibitionis: quia respõdeo, primò quod satis est, quòd in fine eam posuerit, ex quo refertur ad omnia suprascripta, vt suprà dixi. Secundò dico, quòd ex quo posita est immediatè post rationẽ illam generalem, *Quia volo quòd bona mea, &c.* quæ inducit fideicommissum simplex, & absolutum, fa- 27
tis est: quia † quæ incontinenti cohærent, dicuntur inesse. l. lecta. si cert. per. Tertio illud adijcio, A
quòd non fuit expediens eam adijcere fideicommisso, cum in eo non sit expressa prohibitio alienationis, sed duntaxat tacita, & legalis: & testator, qui erat dictam modificationẽ adiecturus prohibitioni expressæ, non curauit eam tacitæ prohibitioni apponere: quia † si de quo magis, ergo hęc 28
& de quo minus. authen. multò magis. C. de epis. & cler. Quartò nõ omitto, quòd cõiectura oriens ex tali omissione est satis leuis, nec sufficiens ad plenam demonstrationem mentis testatoris, quia † 29
B præsumptiones ex omissione, non adeò sunt efficaces, vt quæ ex ipsò facto colligunt. l. si mora. vbi not. solut. matrimo. l. Procula. de probat. cum similibus. Quintò non obstat decisio Pau. Ca. & Decij, in præallegato cõsilio, quia respondeo, quod contraria opinio est verior, pro qua consuluit Ias. d. consi. clxxiij. præterea & secundò loquuntur ipsi in promissione tacita, quæ colligebatur per argumentum à contrario sensu, quæ non est adeò efficax ad limitandum præcedentem dispositionem, C
sicut expressa, de qua in casu nostro. l. fin. in prin. ff. de lega. ij. † in claris enim & expressis locus nõ est 30
coniecturis. l. continuus. §. cùm quis. de verb. obli. Item in illo casu prohibitio expressa erat in fauorem grauatorum, vt ipsi declarant, quod non est in casu nostro. Item secundum Decium tacita illa licentia non rectè colligebatur per argumentum à contrario sensu, in casu verò nostro illa modificatio est verbis claris, & expressis scripta. Nec recipit probabilem dubitationẽ. vnde apparet, quod D
dicta consilia nihil faciunt ad propositum quæstionis nostræ. Sextò & vltimò non obstat, quòd modificatio illa videatur restringenda per consi. Bal. cclxiij. & consi. Decij cclxxxiij. quia in casu ipsorũ necessaria erat illa interpretatio, aliàs statutũ correxisset se in cõtinenti propter dictionem, *Communibus*. in eo positam & per alias rationes, quæ non conueniũt casui nostro, de quibus ibi per eos. Nec etiam decisio Ias. in d. l. si fundũ per fideicommissum. aliquid obstat, quia procedit per rationes separatas à casu nostro, & † ex separatis nõ infertur. 31
E
l. Papinianus exuli. de minor. Et etiam dicta decisio Ias. non est vera, & Bart. ibi cum quo alij transeunt tenet contrarium, & in contrarium est glos. communiter approbata in d. l. si debitor. §. j. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSILII CXIII. SVMMÆ.

F
1 *Per prohibitionem alienationis, censetur vetita detractio*
2 *Authen. sed in ea. C. ad leg. Falc. declar.* {*Trebellianicæ.*
3 *Vtraq; quarta Falcidia, nempe & Trebellianica, secundũ iuris veteris regulam æquiparatur.*
4 *Lata significatione verborum dictio falcidiæ cõprehendit etiam Trebellianicam.*
5 *Vbi verba legis non militant, nec dispositio locũ habere*
6 *Superfluitas euitanda.* {*debet.*
7 *Conditio à lege posita, inducit quandam formam, à qua non est licitum recedere.* {*tulo hæreditario.*
G 8 *Titulus legati est prorsus distinctus ab institutione, seu ti*
9 *Hæres retinendo Trebellianicã illud retinet, quod est hæreditate, & in quo semper habiturus est directa iura.*
10 *Qui retinet Falcidiam, illud retinet, quod testator ab hæreditate separauit.*
11 *Hæres deducens falcidiã à principio eã deducit aduersus tertium, sed deducens Trebellianicam, deducit à principio aduersus seipsum, quod facilius tolerandũ est, sicut facilius permittitur retentio quàm petitio.*
12 *Falcidiam omni voluntate probibere potest.*

13 Trebelli-

11 Trebellianica non potest, nisi in testamento prohiberi, vnde A bellianica, tamen illa verba, *Legati nomine*, nō pos-
sunt codicillis prohiberetur, nihil valeret.
24 Non confesto inuentario hodie amittitur Falcidia, non au-
tem Trebellianica.
15 Licet alias etiam in corrigendis fiat extensio ab equipara-
tis ad iuris veteris regulam: tamen hoc nō procedit vbi ob alterā
equiparatorum aliquid deductū est iure communicato.
16 Mutanda non sunt, quæ certam habent interpretationem.
habuere.
17 Argumentum ab identitate rationis, procedit etiam in ex-
orbitantibus. quinto.
18 Inexorbitantibus non fit extensio, quando subest diversi-
19 In corrigendis non est licita extensio, etiam ex identitate
rationis.
20 Dotem Quæ pateræ fideicommisso.
21 Fructus ex causa hæredi cedere.
22 Quando testator creditorem instituit, & iubet quicquid ex
hæreditate sua ad eum peruenerit restituat, tenetur re-
stituere fructus.

ARBITROR probabilem esse illam C
conclusionem, quod d. Antonię ma-
tri, & hæredi d. Verit. debeatur non
solum legitima, sed etiam quarta
Trebellianica, secundum text. in c.
Raynutius. & c. Raynaldus. de te-
stam. cum ibi not. Nec obstat, *quod testator prohibue-*
rit ipsi domine Verit. nepote & hæredi suo alienationē immo-
bilium, vt ea peruenirent suis descendentibus, vel substitutis, re-
ueniente casu, &c. vnde videretur quod † per probibi
tionem alienationis cēseatur vetita detractio Tre
bellianicæ secundū auth. sed in ea vbi Bal. & eius
apos. Alex. C. ad leg. Falc. Ang. §. si verò expressim
in auth. de hær. & Falc. Aret. consil. xxxvij. Cuim
consi. xxij. in ij. Curt. Iun. clx. Lancel. Galliul. l.
Centurio. Rafis. Card. consi. xcvij. num. fin. & se-
quenti in ij. vol. l. Picus. §. Titia, Rubr. cōsi. xliij. ma
xime cū subijcitur ratio, *vt bona in familia, &c.* Rub.
consi. cxliij. in princip. Quia ad hāc difficultatē re-
2 spondeo, quod text. in corpore vnde sumitur † illa E
auth. loquitur dūtaxat in Falcidia, nō autē in Tre-
bell. vt apparet in auth. vt sponsi. larg. §. fin. & licet
aliàs lex loquens de Falcidia, intelligatur etiā de
3 Trebellianica, tamen quia † vtraq; quarta, secundū
iuris veteris regulam æquiparatur, vt per Bar. in d.
4 l. Marcellus. ad Treb. tum quia † lata significatio
ne verborum dictio *Falcidiæ*, comprehendit etiam
Trebellianicam. l. cum filio. de le. j. l. pater filium
ad legem Falcid. l. j. §. si is qui quadraginta. ad
Treb. tamen in casu nostro aliud videtur dicendū.
Primò ponderando text. in d. §. fin. in quo præcisè F
dicitur non esse locum deductioni Falcidiæ, *si te-*
stator legati nomine reliquit, & sic lex illa requirit ma-
nifestam qualitatem, quod legati nomine sit reli-
5 ctum. † vbi ergo verba legis non militant, nec di-
spositio locum habere debet. l. iiij. §. toties. ff. de
dam. infect. l. Fulcinius. ff. ex quibus caus. in pos-
6 sess. aliàs † illa qualitas, *Legati nomine, &c.* esset superflua in dicta lege, quod nō est dicendū l. si. quādo.
ff. de leg. j. Bal. in rubr. C. de cōtrahend. empt. q. ix:
imò quod plus est obscuraret sensum Iustiniani, G
qui legem suam temerè restrinxisset, ad legatū. cū
etiā in institutione procederet, q. minimè est cre-
dendū, maximè cū lex conditionaliter loquatur, si
7 testator legati nomine reliqueret, q † cōditio in
lege apposita, inducit quandā formam, à qua non
est licitum recedere. l. prætor. in princ. de col. bo-
norū. Bal. in auth. matri & auiæ. C. quādo mul. tut.
offic. Aret. & Alex. in l. ij. §. prius. de vulgar. & pu-
pilla. & licet aliquādo Falcid. accipiatur pro Tre-

bellianica, tamen illa verba, *Legati nomine*, nō pos-
sunt accipi prō institutione, cum † titulus legati sit
prorsus distinctus ab institutione, sen. ti. hæredita-
rio. l. legatū est. ff. de leg. & fideic. j. per Bart. l. his
verbis. ff. de hæred. instit. Secundò confirmatur hęc
conclusio ex ratione illius, ibi textus enim censet-
ur prohibita Falcidia, quia legatarius permitten-
do Falcidiam ab hærede detrahi, censeretur alie-
nare. l. alienationis verbū. ff. de verb. signific. vt de-
clarat Cyn. Alberic. & veteres in dicta auth. sed in
ea Iacob. de Belui. & Bartō. in dicto §. fina. quę i.
tio cessat, quando hæres ipse sibi deduci illā quar-
tam, non enim potest videri alienare, quod sibi re-
tinet. Nec obstat si diceretur, quòd fideicommissa-
rij ipsi conferentur alienare relinquendo penes
hæredem. Nam respondeō, quòd nulla facta est
expressa prohibitio alienationis in casu nostro i-
psis fideicommissarijs. Præterea ratio dicti §. fina.
est, quia testator alienationem prohibuit, vt ibi 11
dicitur, non aut fauore hæredum, aut successorū,
ad quos voluit peruenire. Sed ibi facta est mentio
hæredum, & successorum, quia aliàs prohibitio a-
lienationis non valuisset tanquam sine causa, &
quia fuisset præceptum nudum. l. filius fam. §. diui.
de legat. & fideicomm. primo. & declarat Pau. Ca.
in dicta authent. sed & in ea. Tertiò comprobatur
hæc sententia ex manifesta ratione differentiæ,
quæ adduci potest, inter legatarium prohibitum
alienare, & hæredem. Siquidem † hæres retinen- 9
do Trebellianicā, illud retinet, quod est in hæredi
tate. & in quo semper habitus est directa iura. l.
j. in princip. ad senatusc. Trebellian. † qui retinet io
Falcidiam, illud retinet quod testator ab hæredi-
tate separauit, & dicta l. legatum est. & in quo nec
directa, nec vtilia iura habet, quia in legatarium
statim, secundùm mentem testatoris transiuerit. l.
à Titio. ff. de furt. meritò hoc casu facilius impe-
ditur deductio. Addo quod subest etiam alia dif-
ferentia, quòd † hæres deducens Falcidiam à prin 12
cipio eam deducit aduersus tertium. sed deducēs
Trebellianicam, deducit à principio aduersus se-
ipsum, quod facilius tollerandum est, sicut facili-
ùs permittitur reuentio, quàm petitio cap. intellē
ximus. de iudic. Cor. cōsi. xix. & quod in simili ca-
su consuluit Decius consi. cclvij. Et ideo parū ob-
stat, quod Trebellianica, & Falcidia æquiparātur,
quia hoc nō procedit suprascripto casu, in quo est
manifesta ratio diuersitatis, vnde etiam videmus
hodie subesse non pauca differentias, & doc. in
l. j. de leg. j. dicunt quod licet legata particularia
fiant æquiparata fideicommissis particularibus,
non tamen æquiparantur vniuersalibus vt meri-
tò Falcidia, quæ de particularibus aufertur, nō sit
similis per omnia Trebellianicæ, quæ de vniuersa
libus accipitur. alia enim computatur in Falcidia,
alia in Trebellianica. l. in quartam ad leg. Falcid.
quia lex constituit in iis differentiam, sicut & in
casu nostro: Item † Falcidia in omni voluntate 13
prohiberi potest. §. fin. in authen. de hæred. & Fal-
cid. & tamen † Trebellianica non potest, nisi in te- 13
stamento prohiberi, vnde si in codicillis prohibe-
retur, nihil valeret secundum Bald. consi. cccclxx-
iiij. in ij. & dixi in l. licet. C. de pact. Item † non cō- 14
fesso inuentario hodie amittitur Falcidia, non au-
tem Trebellianica, & est communis opinio in au-
thent. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. vnde ap-
paret quod difficilius impeditur deductio ex te-
stamento consul. Trebelliano, quàm ex lege Falcid.
Idem ergo dicamus & in casu nostro, vtilis petitio
d. [illegible] antiqui, & quæ bon

innuitur magna ratione, ſecundum Cyn. in d. authen. ſed & in ea. ſed duntaxat, quia ſicut Iuſtiniano placuit, loquens de Falcidia, non trahatur ad
15 Trebellianicam, nam & videmus, quòd † licet aliàs etiam in correctorijs fiat extenſio ab æquiparatis à iure veteri, tamẽ hoc nõ procedit cùm in altero æquiparatorum aliquid inductum eſt iure cõmentitio, ſecundum doct. communiter in l. fin. & auth. quas actiones. per illum text. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi lex Iuſtiniani, quę centũ annorũ preſcriptionẽ ad xl. redigit, loquẽs in eccleſia nõ extẽditur ad fiſcũ, licet fiſcus & eccleſia iure veteri æquiparetur, ratio eſt, quia dicta cõſtitutio eſt iuris poſitiui, quia ſic Iuſtiniano placuit, vt dixi lib. de ver. ſig. ij. facit quod not. Bald. in l. maximũ. C. de lib. præt. Iaſ. in l. omnes populi. in fine. de iuſt. & iure. & ſic apparet non obſtare quod dicũt doct. in dd. Marcellus. vbi extendunt legem loquentem de Falcidia ad Trebellianicã, quia nõ loquũtur in lege iuris cõmentitij, ſeu poſitiui, prout in caſu noſtro. Quarrò cõfirmatur hęc opinio propter auctoritates doctorũ, & in primis ex auctoritate omniũ veterum, quĩ ante Baldũ ſcripſerũt, qui dictã auth. ſimpliciter intellexerũt in Falcidia, & nemo eorũ in Trebellianica, ſicut etiam fecerunt in d. §. fin. vbi Iac. Bar. Ang. Præterea etiam Bald. conſi. cccxcviij. in j. volum. ſecũdum impreſsionẽ Mediol. præcisè idem tenet, quia conſuluit in filio hærede prohibito alienare, & grauato fideicommiſſo, & cõcludit poſſe eum deducere duas quartas. Idem etiam conſuluit Franc. de Aret. conſilio xix. verſiculo, venio ad tertium, vbi etiam ipſe conſuluit in hærede prohibito, &c. vt poſsit deducere Trebellianicam. Idem etiam nouiſsimè conſuluit Franciſ. Cur. Iun. conſ. cxvij. vbi habet pro expedito, quod d. authen. ſed in ea. non habeat locum in fideicommiſsis vniuerſalibus, ſed in particularibus tantùm, & ſecundum hanc diſtinctionem poteſt defendi, & intelligi quod ſcribit Lud. Rom. conſi. ccvj. quia aliàs malè loqueretur ſecundum Alex. in apoſt. Bald. in d. auth. Nec obſt. auct. doct. ſupra allegatæ, dicẽtes d. auth. habere locũ in Trebellianica, quia debent intelligi ſecũdùm illũ textũ per doct. Bartol. l. non ſolùm. §. liber. de liber. leg. ſcilicet quando nõ hęres, ſed fideicõmiſſarius vniuerſalis ipſe expreſsim eſt prohibitus alienare, & ita loquitur Bald. in dicta authentica, [& rectè fuit per alias deductum. Et videtur etiam quod ita cõſuetum fuerit ſeruari Veronæ, vt apparet ex ſen-
16 tentijs aliàs in ſimilibus caſibus latis. Vnde † mutanda non ſunt, quæ etiam hactenus interpretationem habuere l. minimè. ff. de legib. Nec obſtat ſi diceretur, quod ratio d. authent. ſed & in ea. videtur habere locum etiam in caſu noſtro, prohibitio enim alienationis ex eà cauſa facta eſt vt bona omnia ſtabilia remaneant in hæreditate teſtatoris, peruenire poſsint ad deſcendentes, vel fideicommiſſarios in caſum euenientis conditionis, ſed ſi detraheretur Trebellianica, mens teſtatoris non haberet effectum, & bona nõ peruenirent in eos, ergo debet tex. in d. auth. & in d. §. fi. etiam ad Trebellianicã extendi, ſecundùm Corn. cõſi. clxxxij. in ij. litera G. Reſpondeo, quod ex hoc prohibitione alienationis impeditur deductio Falcidiæ non ea ratione, quia voluerit teſtator peruenire bona in fideicommiſſarios, ſed quiá legatarius grauatur non alienare, permittendo Falcidiam deduci cenſeretur alienare. d. l. alienationis verborum de verb. ſignificat. vt dicunt omnes doct. ſupra allegati, alioquin ex ſolo fideicommiſſo, *Quod bona*

A *perueniret in fideicommiſſarios.* cenſeretur prohibita talis deductio quod omnes negant, & ideo in d. §. fin. mentio, quod bona perueniant in ſucceſſores, non fuit facta, quod ex illa inducereturprohibitio Falcidiæ, ſed vt oſtẽderetur, quod præceptũ teſtatoris erat validum, & cum cauſa, quòd aliàs non valuiſſet. l. filius fam. §. diui. de leg. j. & ita declarat Paul. Caſt. in d. auth. ſed & in ea. vbi concludit, quod text. in d. auth. ita demum. procedit ſi prohibitio alienationis ſit facta cum cauſa, aliàs
B ex præcepto nudo non teneret, non eſt ergo arguendum à ſupraſcripta ratione, quæ nõ eſt vera, ſed à ratione, quod legatarius ſinendo deduci Falcidiam cẽſetur alienare, quę ratio ceſſat in hęrede ipſo grauato, prout in caſu noſtro, & ſupradixi. Et ideò nihil facit, quòd ſubijcit Cor. in d. cõſi. quod † argumentũ ab identitate rationis procedit, etiã 17
in exorbitantibus, vt habetur in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. reſpondeo enim quod hic non ſubeſt identitas rationis, ſed penitùs diuerſa ratio, & † in 18
C exorbitantibus non fit extenſio, quando ſubeſt diuerſa ratio, vt ibi per Bar. & eſt tex. in l. ſi vero, §. de viro. ff. ſol. mat. Fortius mihi videtur, quod hic ſimus in correctorijs, non autem in exorbitantib. quia tractatur de correctione. l. quod de bonis. §. j. & §. fi. ff. ad leg. Falc. & † in correctorijs non eſt li 19
cita extenſio, etiam ex identitate rationis. glo. cle. j. de elect. verb. prelatum. Bart. l. liberorum. de verb. ſign. Dom. in c. j. de tempo. ordi. lib. vj. & facit text. in l. fin. C. de interd. matri. ſed quicquid
D ſit in caſu noſtro, non eſt eadem ratio in Trebellianica quæ in Falcidia. Et ideo ceſſant obiecta omnia, quæ ex ſupradictis etiam ſunt diſſoluta, & etiam ſi ſit eadẽ ratio, tamen adhuc procedit concluſio noſtra, vt mox dicam. Non obſtat, quod cõmunis opinio videtur, quod tex. in d. auth. ſed & in ea. loquens in falcidia, haberet locũ etiã in Trebellianica, prout dicit ibi Bal. & Alex. & Ang. d. §. ſi verò expreſsim. & Guid. Pap. q. lj. & Bard. conſi. cxiiij. & Aret. conſi. xxxvij. & Corſetus in trac.
E Treb. & Io. Crotus in l. nemo poteſt. in vlt. opp. Bar. de leg. j. Fran. Cur. Iun. cõſi. clx. cum alijs concord. Quia reſpondeo, quod loquũtur ſecundùm terminos illius tex. quando non eſt hæres prohibitus alienare, ſed fideicommiſſarius vniuerſalis. Nam ſi æquiparata ſit Trebellianica Falcidiæ, certum eſt, quod in caſu illius text. prohibito hærede, ne alienet nõ cenſebitur vetitus, quin deducat Falcidiam aduerſus legatarios, quatenus ſupra leg. Fal. relictum ſit, quia tex. ille non loquitur de hærede, neç eius text. ratio hoc caſu procedit, & hoc puto indubitanter verum, & tradit Ant. conſ. xviij. ſi ergo hæres ille aduerſus legatarios poteſt deducere Falcidiam, conſequens eſt eadem ratione vt aduerſus fideicommiſſarios deducat Treb. Et iſta ratio ſola ſufficeret victoriæ. Circa aliud dubium, nunquid † dos auiæ, paternæ ipſi hæredi debita, ſint deducenda de fideicommiſſo, res 20
nullam habet difficultatem, quod deducenda eſt, tanquã res aliena, vt conſuluit Paul. Caſtr. conſil. lxxvij. in ij. etiam non facto inuentario, vt ibi per eum ſequuntur Soc. & Dec. in l. debitori. C. de pact. vbi dicunt ita aliàs conſultum fuiſſe, & ita ego ibi ſequutus ſum, & puto non eſſe in hoc dubitandum. Sicut autem reſpectu dotis, cenſetur facta ſolutio in tot bonis hæreditarijs, ita etiam reſpectu bonorum † fructus cedunt lucro hæ- 21
redis, quod probatur per tria ſimilia. Primum, quia videmus etiam fructus, quare Trebellianicæ, quæ hæredi remanet, hęredis eſſe, nec in reſtitutionem

venire,

repita aut computari. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Fal. Secundum, quia idem est in fructibus legitimæ, quæ iure naturæ filio debetur. illi enim extra computationem per filium retinentur, atque eius lucro cedunt. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi. testam. Tertium, quia in fortiori casu, † quando testator creditorem instituit, & iubet vt quicquid ex hæreditate sua ad eum peruenerit, restituat, licet hoc casu restituere fructus teneatur. l. cùm quis. §. mulier. ff. de dote præleg. Roma. sing. xxvij. tamen pro ratu pecuniæ sibi debitæ, eos retinet, & restituere non tenetur, vt concludunt mod. in l. Centurio super verbo, fructibus. ff. de vulg. & habetur in d. §. mulier. meritò ergo in casu nostro locus erit deductioni, non solùm dictæ dotis auitæ, sed etiam fructus ex ea percepti non imputabuntur in quartam, nec locus erit dispositioni. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel.

CONSIL. CXIIII. SVMMÆ.

1 *Legitima nouem liberorum est dimidium hæreditatis, habito respectu ad valorem bonorum, tempore mortis testatoris.*

2 *Feuda, sicut & contractus emphyteotici ecclesiarum, non debent imputari in legitimam.*

3 *Feuda magis debentur ex ipsa inuestitura, quàm ex facto testatoris.*

4 *Regulariter filij in conditione positi, non censentur extestamento vocati.*

5 *Statutum disponens quod filia stantibus masculis, non succedat, per illa verba stantibus masculis, vocati sunt masculi, quamuis sint conditionalia.*

6 *Verba conditionalia quandoq; dispositionem inducunt.*

7 *Non videtur quisquam velle tribuere plus nepotibus, quàm proprijs filiabus.*

8 *Glo. in l. Lucius. ij. ff. de hæred. instit. limit.*

9 *Vna pars testamenti aliam declarat.*

10 *Si fœminæ excluduntur, multò magis quilibet extraneus.*

11 *Donatione matris inofficiosa, legitimam non minuit.*

12 *Dotes imputantur in legitimam.*

13 *Relinquens sex filios, tenetur relinquere legitimam absq; onere, quæ erit duodecima pars bonorũ, pro singulo.*

NARRATIONE facti visa, & dubijs in de resultantibus, super quibus cõsilium petitur per magnificum, & potentem virum do. de S. Iuliano non insistendo, vbi nõ expedit, breuibus agendum duxi. Circa primum dubium quo quæritur, quanta sit legitima amitarum † suarum? Breuiter respondetur, quod cum Raymondus Gaufredi, relictis nouem liberis decesserit, quo casu omnium legitima est dimidium hæreditatis, auth. nouissima. C. de inoffic. test. sequitur quod cuilibet ipsorum pertineat pro legitima decima octaua pars totius hæreditatis, habito respectu ad valorem bonorum, tempore mortis ipsius Raymondi. l. cùm quæritur. C. de inofficio. testam. ita quod si bona interim creuerunt in æstimatione, istud pertinebit ad hæredem dicti Raymondi, nõ autem proderit ipsis filiabus, petẽtibus legitimã. l. etiam. §. fi. l. si patronum ex debita. §. fi. ff. de bo. lib. Franc. de Curt. consi. vlt. de quo dicendum videtur per eum. Circa secundum, an istis amitis debeatur legitima super Castro S. Iuliani, & castro de Regusa? Et videtur dicendum prima facie, quod non, & id duabus rationibus. Prima est, quia cum ista castra habeantur in feudum vigore A inuestituræ à Christianiss. Rege, succedit communis conclusio † quod feuda, sicut & contractus emphyteotici ecclesiarum, non debent imputariin legitimam, vt est gl. in §. optimè. vbi Ang. hoc no. in auth. de nup. & est ratio, quia † feuda magis 3 debentur ex ipsa inuestitura, quam ex facto testatoris, vt dicit Alex. in consi. lxxxix. in iiij. volum. & ideò si ex forma inuestituræ, *existentibus masculis*, fœminæ excluderentur, putarem legitimã ab ipsis amitis non posse peti super dictis castris: sed quia inuestituram non vidi, non possum aliter determinare. Secunda ratio est, quia in dictis castris, videtur subesse fideicommissum respectu nobilis Bonifacij, & hoc ex testamento nobilis & potentis dom. Georgij, vnde cum Moder. do. de S. Iuliano succedat ex persona d. Bonifacij, non debent amitæ posse prætendere aliquod ius legitimæ in illis. Et quòd subsit fideicommissum, probatur ex illis verbis testamenti, quibus fit substitutio do. Raymondo Gaufredi, *Si sine hæredibus masculis decesserit*. quamuis enim † regulariter filij in conditio- 4 ne positi non censeantur ex testamento vocati, iuxta glo. in l. Lucius. ff. de hær. inst. quæ est communiter approbata, vt habetur in locis vulgaribus, tamen illa glo. habet aliquas limitationes, quæ in casu nostro videntur militare. Et principalis limitatio est, quando testator posuit in conditione *filios masculos*, nam tunc masculi censentur substituti, si enim dicitur simpliciter de filijs ab intestato, pariter admittentur masculi cum fœminis. l. maximum vitium. C. de lib. præter. vnde cùm testator velit per solos masculos excludi substitutum, sequitur quod ex testamẽto eos vocauerit. alias sequeretur quod filiæ simul cum masculis in dictis castris vocarentur. quod est cõtra expressam voluntatem testatoris, & ita tenuit Guido Papa. q. clxxxiiij. vbi dicit glo. in d. l. Lucius. ita limitari, per ea, quæ not. Barr. in l. liberorum. versi. pone exemplum. ff. de verb. sign. vbi inquit, quod per † statutum, quod filia stantibus masculis, non 5 succedat, per illa verba, *stantibus masculis*, vocati sunt masculi, quamuis sint conditionalia. allegat etiam glo. in c. Raynaldus. in verbo, *masculis*. de testamẽ. Et quia quandoque verba † conditionalia dispo- 6 sitionem inducunt. l. fideicommissa. §. cùm esset. vbi Bartol. ff. de leg. iij. Et ista opinio videtur per Mod. communiter approbata, secundum quam consuluit Dec. consi. cclxx. in vltimo dub. & consi. cccxviij. & in l. vlt. notab. C. de pact. Frã. de Curte in l. emancipata. C. quĩ admit. vbi dicit se vidisse cõsilia præstantissimorum virorum pro hac parte. & certè supra dicta ratio in terminis iuris communis, prout est casus noster. est cõcludens, put dicit Soc. consi. cxvj. lib. iij. sed stante statuto, quod masculi excluderent fœminas, aliud esset, & ita posset saluari opinio contradicentium, de quibus per Guid. in decis. cccccxcix. & per Socin. in d. consi. cxvj. iij. Et ista opinio maximè tenenda est in casu nostro, in quo concurrunt etiam aliæ coniecturæ. Prima, quia testator proprias filias exclusit ab hæreditate, & vocauit masculos, vnde nõ est verisimile quod voluerit fœminas ipsius Raymondi aliquo modo admitti. arg. l. si viua matre. C. de bon. mater. † vbi non videtur quisquam velle tri- 7 buere plus neptibus, quàm proprijs filiabus, vt dicit Pau. Castren. consi. lxxix. casus iste frequenter contingit. cum concord. per Decium d. consi. cclxx. Secunda coniectura, quia testator fœminis videtur prætulisse masculos ad finem, quod bona conseruetur in familia, vnde vocauit dictos masculos.

masculos, dummodò ferrent nomen & arma famili
8 liæ suæ, vnde tali casu etiam limitatur † glo. in d. l. Lucius secûdùm Cur. cós. lxxvj. Ludon. pro quo facit, q, scribit Soc. in l. cùm auus. ff. de cõd. & demonst. apparet enim q, mês testatoris fuit, vt masculi succederent, vt dicit Corn. consi. cxlvj. in hac lib. ij. Tertia est, quia in alijs partibus testamenti apparet, quod testator semper prætulit masculos fœminis. & maximè in substitutionibus factis Refortiato, & Honorato, in quibus expressè vocat filios masculos ipsius Raymondi Gaufredi, ergo
9 idem debemus dicere in prædicto casu, quia † vna pars testamenti aliam declarat. l. qui filiabus. ff. de leg. j. & concludit Guid. Pap. q. ccccl xxxv. si in aliqua, facit quod not. Abb. cons. xxxvij. videtur in j. vol. Raph. Com. consi. cxvij. And. Sicul. inter consilia Alex. consi. lij. in iiij. vol. Dec. consi.
10 xv. cũ simili lib. quod † si fœminæ excludũtur, multò magis quilibet extraneus. Quarta ratio, quia testator egressus est ad plures gradus substitutionum, quo casu limitatur gloss. in d. l. Lucius. secundùm Petr. de Anch. cós. l. lxxiiij. cõtra Philippum & Alex. consil. lxiiij. in v. volum. Et licet quoad hác ratiõné sint multi contrádicentes, tamen loquuntur quãdo testator ad tot gradus descédit, prout in casu nostro, in quo sunt vltra duodecim gradus, in quibus semper vocat nisi masculos: & certè non potest negari, quin ex tanta reiteratione masculorũ, appareat manifesta mês ipsi fideicõmissum inducere volentis, quę mens sufficiat, secundũ glossam in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. nec in hoc debet iudex dubitare, quia vt dicit Corn. d. consi. cxlvj. cum gloss. in d. l. Lucius. propter diuersitatem opinionũ, & efficaciam rationũ, hinc inde sit valde dubia, vbicunque accedit aliqua coniectura mentis testatoris, ab ea recedendum est, & credendum subesse fideicommissum. Et ideò consequenter dicendũ est istas amitas non posse habere aliquam legitimam super dictis castris, salua tamen legitima, & Trebellianica Raymondi, & sic dimidia parte, quibus non videtur per approbationem testamenti factam, per ipsos filios Georgij, esse renuntiatum. l. si quando. §. fin. C. de inoffi. testam. auth. sed cum testator. in verbo expressam. C. ad legem Fal. Soc. cons. ccxxx. Dec. cclvij. cum similibus. Circa tertium nunquid dictis amitis legitima debeatur super bonis Nobilis Elipdis earum matris: dicédum est quod sic, quod debebitur super vniuersis eius bonis, etiam nõ obstãte † donatione facta Raymondo, tanquã inofficiosa, & per quam non potuit diminui legitima ipsarum amitarum. auth. vnde si parens. C. de inoffi. test. & ibi Pau. Castr. in positione casus: & etiã si dicta donatio à principio non fuisset inofficiosa, satis est quod ex post facto sit, secundum glos. in l. j. versi. viij. quæro. C. de inoffi. don. Et hoc nisi bona essent feudalia, & ex inuestitura non admitterentur fœminæ, stantibus masculis, vt suprà dixi. Illud est indubitatum, quod in hanc legitimam imputabuntur † dotes eis datæ, secundùm Barto. in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. cuius opinio est communiter à doctoribus approbata, secundum Pic. ibi, & Dec. consi. clxxxj. satis nota est quæstio. & Fab. de Montefer. in rep. auth. nouissima. ff. de inoffic. test. & hoc maximè stante constitutione regia approbãte opinion. Bulgari in leg. dos à patre profecta. C. solut. matrim. Circa quartum, nunquid sorores moderni doc. de Sctõ. Iuliano, possint petere aliquam legitimam super dictis castris? breuiter dicendum videtur iuxta ea, quæ supra dicta sunt, quod si dicta castra sunt feudalia, nõ possunt petere aliquam legitimam: declarando tamen, vt suprà dixi. Itẽ respectu castrorum de Sparono Verdonij, & de Albiosso legatorũ Georgio per Elipdem, non posit peti legitima: quia iste dominus modernus ea possidet, non ex hæreditate paterna, sed ex fideicommisso sibi relicto per ipsam Elipdem in testamento, in quo moriente Georgio, ipsa testatrix substituit Bonifacium, *Et suos hæredes masculos.* quibus verbis ipse modernus dominus censetur substitutus per fideicommissum secundùm Bartolum in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posth. cum quo transeunt ibi omnes scribentes. Idem dicendum est de cęteris bonis ipsius Elipdis, quæ peruenerunt ad Bonifacium, quoniam ipsa illi substituit, *Si decederet sine liberis masculis.* quo casu masculi censentur vocati per fideicommissum, vt suprà conclusum est in secundo quæsito. Vnde computatio legitimæ istarum filiarum, non poterit fieri in bonis quæ fuerunt Elipdis, nisi quantum sit respectu legitimæ, & Trebellianicæ bonorum relictorum Georgio, quia in his non potuit grauari, & idem in bonis relictis ipsi Bonifacio, quia dimidia pars est deducenda de fideicommisso iure legitimæ, & Trebellianicæ, vt suprà dixi. Et cum Bonifacius † sex fi- 13
lios reliquerit, sequitur legitimam vniusculusque esse duodecimam partem bonorum, de quibus liberè ipse Bonifacius disponere potuit, d. auth. nouiss. C. de inoffic. testam. & cõsequenter deductis fideic. & feu. si qua ex forma inuestituræ, stantibus masculis, ad fœminas transire non possint. Et hæc, &c.

CONSIL. CXV. SVMMÆ.

1 *In testamento apponi debet tempus, nõ ob aliam causam, nisi quia plura possũt fieri testamẽta: vnde si adscriptũ erit tempus illud quod posterius apparebit, censebitur valere.* (tempus
2 *Regulariter in scriptura priuata, non requiritur dies, aut*
3 *Lex requirẽs expressionem temporis, nõ censetur formam inducere, qui actus validat, si aliter probari possit.*
4 *Consuetudo legi æquipollet.*
5 *Testamentum ab vno semel approbatum amplius reprobari non poterit.*
6 *Expressio temporis in relictis ad pias causas, non est necessaria.*
7 *Dictio, quicunque, est distributiua.*
8 *Dictio, alteruter, distributiua est.*
9 *Ius ex persona actoris metimur.*
10 *Vbi subest ordo necessitatis, cẽsentur filij dũtaxat per vulgarẽ substitutionẽ vocati, ordine successiuo post partẽ.*
11 *Fœminæ non minus testamentum rumpunt, quam masculi.*
12 *In suo hærede non est necessaria aditio.*
13 *Quis dicitur sufficiẽter adiuisse hæreditatẽ, ex quo litigauit tãquam hæres, & fecit cõpromissum tãquã hæres.*
14 *De successione ascendentis fit transmissio hæreditatis, non aditæ in descendentes.*
15 *Institutione infirmata fideicommissa, & legata firma permanere.*
16 *De fideicommisso deducenda legitima.*
17 *Per confiscationem vniuersorum bonorum, comprahenduntur etiam actiones.*
18 *Gratia facta à principe alicui bannito, non trahitur ad bona alienata, maximè in præiudicium emptoris, vel habentium causam ab eo.*
19 *Renuntians spolio ex eo amplius agere non potest.*
20 *Fideicommissum de manu hæredis capiendum.*
21 *Spolium regulariter non transit in singulares successores.*

22 *Crimen non præsumitur, nisi probetur.*
23 *Metus coniecturæ.*
24 *Dolus de futuro remitti non potest.*
25 *Iustus metus eneruat vim iuramenti.*

MVLTAE difficultates in casu mihi proposito excitantur, de quibus sigillatim est videndum. Et prima, potissimaq; est circa testamentum Siccamelicæ an valeat. Videretur enim dicendum, quod nō. licet eñ testamētum inter liberos nō requirat solēnitates iuris, seu factā sit ab ascēdēte paterno, seu materno, vt erat iste, Siccamelica tamē oportet, quod de eo cōstet, & quod tale testamētum habeat descriptionē tēporis, quo fuerit confectum, vt dicitur in auth. de test. ord. & est relatū in auth. quod fine. C. de testa. vbi Bal. & Sal. & per Abb. cōsi. xcviij. in q. lib. ij. Ale. cxxiij. in j. lxxvj. in ij. vnde cū in hoc testamēto nō sit annus, nec dies, videret ex cōmuni sentētia doctorū non valere. Sed tamē in casu nostro cōtrarium videtur dicēdū, quia ratio cur text. in d. auth. de testa. ord. requirat tēpus, est secundū Bal. & doct. in d. auth. quod fine, quia † cū testamētum possit pluries fieri, si ad scriptū erit tempus, illud quod posterius apparebit cēsebitur valere, secūdùm reg. l. omniū. C. eo. quę ratio cessat in casu nostro, cū vnicū tantū testamētum appareat vn de dicta dispositio tanquā exorbitās à reg. iur. cōmunis, restringetur, vt nō habeat locum in casu, in quo cesset suprascripta ratio. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pa. Quod aūt dispositio sit exorbitās, ex eo apparet, quia † regulariter in scriptura priuata nō requiritur dies, aut tēpus. l. cū tabernā. §. idem quæsijt. vbi Bar. ff. de pign. & secūdùm hanc opin. in casu istius testamenti consuluit And. Sic. consi. lviij. in iiij. vol. Et placet mihi eius opinio, quia † lex requirēs expressionē tēpori, nō cēsetur formam inducere, quin actus valeat, si aliter probari possit, arg. l. fi. C. de sen. ex bre. rec. vbi Sal. Bal. l. j. ff. de lib. & posth. Iaſ. l. nō dubiū. viij. not. C. de legib. Et hoc in † cōsuetudine, quę equipollet legi firmauit Bar. in l. si quis ex argētarijs. §. si initiū. ff. de edēn. repe. Et in casu nostro specialiter alia subest ratio, per quā tollitur omnis difficultas, quia mortuo Siccamelita, Albertus nepos hęres institutus, litigauit cū matre, & alio fratre, qui volebant Siccammelicę tanquā intestato succedere, ipse, vērò prætendebat causam testamenti, & sic dictū testamentū valere, & tandem obtinuit in illa causa, vnde nō posset nūc Albertus, & cōsequenter habēres causam ab eo, allegare inualiditatē testamēti, & cōsequenter iniustitiā sentētiæ, quin fideicōmissum deuoluatur, secūdùm formā dicti testamēti, vt est tex. in l. si seruus plurib. §. j. in fi. ff. de leg. j. vbi oēs. no. Et facit regula generalis, † q, testamētū ab eo semel approbatū, ampliùs reprobari non potest. c. quod semel. de reg. iur. in vj. Quod procedit siue ipse tale testamentum, & sententiam approbasset, siue eius tutores, secundùm Alex. consi. cxix. in vj. Et facit, quia fatentur doc. quod dicta † expressio tēporis non est necessaria in relictis ad pias causas, secundū Alex. consi. iiij. lib. vij. Corn. cccxcvij. in iij. vnde fortius idem videtur dicendū in casu nostro, stante dicta sentētia, & approbatione, vt suprà dixi. Secunda est dubitatio, stante dicto testamento. quod ius possint prætendere, isti descendentes ex prædicto Alberto, & aliàs dixi in testamento Siccamelicæ, non induci primo genituram aliquam, sed solum maioritatem, vt

A successio sit ambulatoria semper in maiorem natu, & patruus excludat filium primogeniti, dum dicitur, *Quod dictus Albertus, & quicunq; maior filius nasciturus ex eo, & quicunque maior natu reperietur inter liberos suos, ex eo descendentes habeat, &c.* Illa enim verba, *Maior natu reperietur*, & distributiua illa, † dictio, *Quicunque* satis apertè hunc sensum indicant, vt per Alex. consil. iiij. lib. iiij. Anch. consi. lxxxij. Deci. cccxliij. in iij. vbi loquitur in † dictione, *Alterutrius*, quæ etiam prout aliàs dixi in testamento Regis Vandalorum, de quo lib. Parerg. viij. c. xv. secundū hunc sensum, quem arbitror veriorem. Co. Vldericus, tanquam non maior natu descendentium Siccamelicæ, erat excludendus, quia † ius ex persona actoris metimur, secundùm reg. l. fi. C. de rei ven. Sed potiùs fuisset admittendus d. Gaspar, tanquam maior natu, prout etiam diffusè in hoc casu consuluit Car. Paris. cuius rationes non repeto, nec transcribo tanquam in re clara & indubitata. Tertia, est dubitatio circa testamentum, dominæ C Margaretę, *Quæ ponitur instituisse Albertum filium, eiusq; filios legitimos masculos, ex legitimo matrimonio procreatos, & procreandos, &c.* quibus verbis videtur nō solum Albertus, sed etiam Bartho. vocari simūl cum patre propter naturā copulæ. Et licet aliàs vbi † subest ordo necessitatis, cēseantur filij duntaxat per vulgarem substitutionem vocati ordine successiuo post patrem, secūdùm gl. & doc. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. tamē in casu nostro, nō dicitur recedendū a proprietate copulę, quia iste ordo nē D cessitatis, nō cēsetur fuisse in cōsideratione testatoris, qui masculos tantū vocauit, cùm potuissent etiam † fœminæ nasci, quæ nō minus testamentū rūpunt, quā masculi. l. maximū. C. de lib. præter. & sic limitatur cōclusio doc. in d. l. Gallus. §. j. put tenet Cor. cōsi. cccxxj. in iij. refert & sequitur Lancel. Galliam in d. l. Gallus. §. j. vbi etiam alij mod. idem tenēt, aut ergo volumus dicere, quod testamentū Siccamelicę valuit, & fundata fuit in tērio d. Barth. qui fuit maior natu, quā Com. Iacobus: aut volumus dicere, q, testamentū Siccamelicę nō E valet, & tūc Margarem eius filia, tanquā hæres ab intestato ei successisset, & ex ipsius Margaretę testamento admittitur Barth. simul cū fratre, & parēte. Et hinc tollitur exceptio aduersantiū, qui dicunt, quòd sententiæ illæ in fauorem sollius Alberti, erant latæ per collusionem, si hoc est: ergo sequitur, quod ius remāserit in persona Margaretæ, quæ potuit testari prout fecit. Nec me mouet, q, non reperiatur eam adiuisse hęreditatē, nec possedisse, F quia cùm esset † sua hæres patri, non fuit necessaria alia aditio, iuxta l. necessarijs. ff. de acq. hæred. cùm ibi not. & † saris dicitur adiuisse ex eo, quod litigauit tanquam hæres, & fecit cōpromissum tanquam hæres, per ea, quæ habentur per Bar. in l. gerit. ff. de acq. hær. Et hoc ostenditur ex ijs, quæ ex post facto gesta sunt per Barth. qui viuentē patrē perseuerauit in possessione Castri Sarmati, prætendens se dominum partis dicti Castri etiā, viuente patre. Et quia † cùm tractetur de succēssione ascendētis, fit transmissio hęreditatis nō G aditæ in descendentes. l. j. C. de ijs, qui ante aper. tabu. vbi doc. Quarta dubitatio est circa testamentum do. Alberti, in quo manifestè est cōstituta ista primogenitura, per verba, quæ non recipiunt aliquam dubitationem: verùm de hac primogenitura primò sunt deducenda bona Siccamelicæ, vel d. Margaretæ, secundùm supradicta, quia non potuit ipse alterare fideicommissum maioritatis, & reducere in fideicōmissum simplicis primogenitu

tæ. l.

ræ.l. vnum ex familia. §. sed si vno. cum seq.ff.de leg.ij.Rursus deducendum est castrum, & iurisdictio,cum omnibus iuribus, compræhensis in inuestitura feudali,facta per Ducem Philippum, *Pro se,& filijs masculis,& descendentibus,&c.* secũdum quam vocantur omnes filij ipsius Franc. æqualiter, nec potuit testator in ipsis feudalibus huiusmodi primogenituram instituere.c.j. verb.nulla ordinatio ne defuncti.de succeſſ.feud.in vſib.feud. Item deducenda est legitima dictorum fratrum, scilicet Fran.Christophori, Io. & Petri.cũ enim isti essent nepotes, & per mortem patris tenerent primum locum in potestate aui,debuerunt instituí,aliàs testamentum præteritione est nullum. Verùm cum
15 hodie sola † institutio infirmetur,& fideicommissa firma permaneant,secũdum tex.in auth.ex causa.C. de lib. præter.hæreditas cẽsetur deuoluta ab intestato,etiam ipsis, licet remanerent grauati
16 fideic. † de quo fideico. deducenda fuit legitima. l.quoniam in prioribus.C.de inoff.test.quæ legitima nõ est accipienda in deterioribus bonis testatoris.Sed potest accipi etiam in bonis Castri Sarmati subiectis,fideicommisso primogenituræ. secundùm Bald.in l.scimus.C.de inoff.testa. & quæ habẽtur per Bar.in l.suus quoque. in fi. prin.ff. de hære.inst.doc.leg. in quartam.ff.ad leg.Falc.Dec. consi.lxxxj.in fin. Quinta dubitatio vertitur circa confiscationem Com.Iacobi.Cùm enim fuerit cõ
17 demnatus publico iudicio,& confiscata † vniuersa eius bona,de quibus potuit disponere, trãsiuerũt in fiscum, & consequenter etiam actiones, vt est tex.in l.si constante. §. fi. vbi Alexãd.in fi.ff.sol. mat.vnde etiam actio ex interdicto recuperandæ transiuit in fiscum,& consequenter in Com. Bart. qui emit à fisco omnia iura Co.Iaco.& ideò nõ potest fieri aliquod fundamẽtum,super allegato spolio.Cum illud ius trãsiuerit in fiscum, vt etiam habetur in c.quia V.extra,de iudi.& de fisco in istum emptorem, iuxta l.j. & ij. ff. de hær. vel act. ven. Nec obstant allegata improbitas & inimicitia iudicis,quia nihilominus sententia trãsijt in iudicatum,& fuit exequuta,& stetit Co. Iacobus in exilio vltra decem annos,& tales sentẽtiæ criminaliter latæ in causis criminalibus, nõ habent appellationem, vel rescisionem,ita disponente decreto Ducali,& nũc Cęsareo,quod & tũc,& semper fuit in viridi obseruantia.Et est impressus tractatus de priuilegio fisci ipsius d. Fr. Lucani:vnde ostenditur,quod fuit excellens Iurisconsultus, nec est facilè præsumendum malè de sententia ab eo lata,
18 quicquid isti opponant.Et quamuis † ipse Co.Iac. habuerit deinde gratiam à principe, & reuersus sit in patriam: tamẽ illa gratia nõ trahitur ad alienata, maximè in præiudicium emptoris, vel habẽtium causam ab eo.secũdùm text.cum ibi not. in l.quod si minor.§.Scęuola.ff.de min.& quod not. Bart.in l.fi.C.de sen.pas.& in l.bene à Zenone.C. de quadr.præscr.& per glo.& doct.in l. Gallus. §. & quid si tantum.ff.de lib.& posthu.Sexta dubitatio oritur ex prædictis circa sententiam Rotæ, in possessorio,in quo condemnatus est d.Gaspar ad restituendũ medietatem quartæ partis castri prędicti,& possessionum,& iurium,&c. Quæ sententia videtur fundata super dicto illorum trium testium, qui dicunt, quod Comes Bart. spoliauit Com. Iacobũ, nec permisit eum intrare in castrũ, &c.quæ sentẽtia ex triplici capite videtur nõ cõsistere.Primum est,quia vt suprà vidimus, ius spolij quod habebat Com.Iaco. transiuit in fiscum, & de fisco in Co. Barth. vnde sicut Co.Barth.nõ potuisset condemnari, ita nec habentes causam ab eo.l.qui in ius. ff. de reg.iur. Et sicut si renũtiatũ sit † huic spolio, non posset amplius ex eo agi.c. 19
accepta.& seq. de restitu. spol. ita non potest agi propter confusionem actionis, cum ius actoris perueneritin reum, iuxta not.in l. Vranius.ff. de fideiuss. in l.hæres à debitore. §. quod si stipuler. eod.tit. l. si ei. §. j. de euict. Secundum est,quia cum testamentum Co. Alberti præteritione sit nullum, admittebantur ab intestato filij secũdùm formam legitimæ successionis,videlicet Bartho. in dimidia, & filij Franc. qui erant quinq; in alia dimidia: vnde ex dispositione decreti Ducalis, quod & tunc,& nunc vigebat possessio bonorum defuncti, in ijs continuata erat ipso iure pro portionibus hæreditarijs,non obstante aliqua appræhensione,interim facta, vnde non potuit Iacobus habere possessionem, nisi quintæ partis illius dimidiæ:& si plus appræhendisset, potuisset ex dicto decreto deturbari,etiam interdicto recuperatorio,secundùm Bal. in rub. extra,de cau.possess. & in c.item cum quis.de restit.spol.Soc.l. rẽ quæ nobis.quæstio.v.de acquir.poss.Ias.consi.cxlvj. in iiij.Dec.lxxxiiij.Rip.respõ.lib.j.& si dictus Iacob. prætendebat ius primogenituræ esse saluũ,secundùm tex.in auth.ex causa.C.de lib. præte. hoc nõ potest prætendere nisi iure fideicõmissi,secũdùm regulã.l.si filiusfam. §. vt quis hæredẽ. ff. de leg.j. quod † fideicõmissum accipiendũ est de manu he- 20
redis.l.nõ dubiũ.C.de lega.l.j.ff.quorũ lega.& debuit à Iacobo exigi in dicto petitorio.Tertium est quia istorum testium nulla ratio fuit habẽda, cum examinati sint inter Iacobum & Barth. illi autem rei conuenti nõ sunt successores ipsius Barth. sed suprascripta bona ex proprio iure obtinuerunt, tanquam fratres Iacobi, & hæredes Alberti proportionibus suis.Et quamuis diuiserint cũ Barth. non tamẽ dicantur quicquam habere ex persona Barth.sed ex suo.l.Iulianus. §. idem Celsus. ff.de act.empt. declarat Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres.in j.q.ff.de verbo.oblig. Et licet dicta testium aliàs probent nõ solùm inter partes,sed etiã inter hæredes ipsarũ partiũ,vel habẽtes causam ab eis. l.si superatus.ff.de pignor.vbi Bar.& per Soc.cõsi. xiij.in iij.volum. Bart. l. si mater.§.fina.de excep. rei iud.tamen isti non possunt dici successores Co. Bartholomæi,& ideo quoad illos dictæ attestationes nullã fidẽ videtur facere. Et cũ † spolia regu- 21
lariter nõ transeãt in singulares successores.l. cũ à re.ff.de vi & vi. arm. & ius canonicũ hoc permiserit in c.sæpẽ.de restit. spol. tamẽ hoc permittit,si tertius possessor sciens spoliũ acceperit, at in casu nostro nõ est probata † scientia,quæ etiã nõ præsumitur ignorãtia.de reg.iur.in vj.Itẽ quod istẽ successerit & veniat ex iure spoliatoris, at isti nepotes veniunt ex iure suo,& ex persona suã, tanquã continuati in possessione bonorum auitorum, ex decr.Ducali,& maximè in suã legitima. Septima dubitatio est,circa sententiam petitorij,in qua dictum est,quartam partem dicti castri Sarmati pertinere ad Co.Vdalricum cum condemnatione fructuum interim perceptorum, &c. quæ sententia etiam ipsa pari morbo laborat.Et in primis respectu Castri, quod est feudale, non potest sustineri, cùm in eo non potuerit constitui primogenitura, sed deuoluatur secundùm formam inuestituræ Ducis Philippi,vt suprà est dictum. Rursus continet manifestam iniquitatem ex eo capite,quod istis filijs nihil reliquit, nec legitimam quidem iure naturæ debitam, de qua in auth.nouissimã. C. de in-

de inoffi.test.quæ quidem legitima, quia cóncurrunt cum Co.Bartho.patruo,non est semis,sed dũ taxat triẽs eius,quod ab intestato habere possunt, secundùm Salic.in d.auth.nouissima.in vj. quæst. pro quo est text.in §.j. in fin. versic. hoc obseruando.in auth.de trien. & semis. refert & sequitur Ias. in d.auth.nouissima. Alexand.consil.lxiij.in ij. & ista legitima deberetur filijs cum fructibus. l. Iulianus.in princip.C.ad Trebell. vbi.doctor.& per Paul.Castr.in l.peculium autem. in princip.ff. de pecu.ipsi contrario condemnauerunt istos nepotes, ad restituendum quartam partem castri, cum ipsis fructibus. Præterea nullam rationem habuerunt testamenti sacramelicæ, cùm tamen habere debuissent, vt suprà ostensum est,& ex eo testamento d. Gaspar, tanquàm maior natu erat præferendus, vt suprà est dictum. Octaua dubitatio est, quia do. Gaspar ad instantiam quondam Ducis Petri Aluisij compromisit in ipsum,& eius sententiam homologauit cum iuramento, & promissione pœnæ, an posit contrauenire tanquam
23 dictam † homologationem per metum fecerit.Et sciendum est, quod licet ad vim, vel dolum arguendum, qualitas causæ principalis non sufficiat, vt dicitur in Linterpositas. C. de transact. tamen in casu nostro, non solùm apparet manifesta læsio, & iniquitas suprascriptarum sententiarum: sed etiam ex qualitate personæ ipsius Ducis, satis probabilis suberat timor, iuxta gloss. xxiij. q. viij. cap. comenior. Abb. in cap. cum dilectus. extra. quod met. cau. per Bartol.in l. de pupillo. §. si quis ipse. v.q.ff. de oper.no.nunt. Et cum ipse Dux pro immoderatos fauores, quos præstabat parti aduersæ fecerit, vt iudices contra d. Gasparem pronunciarent, & deinde ipse susceperit compromissum, cui iam permisisset pendente appellatione fieri executionem contra formam iuris, & sic periclitaretur d. Gaspar ferè de omnibus bonis, satis apparet iustus timor sufficiens rescissioni dictæ homologationis.cap.Abbas. extra. quod me. cau.Bartol.si ob turpem.de cond. ob turp. cau. Quod adeò verum est, vt etiam si non de omnibus bonis, sed de parte tantum quis periclitaretur, iustus timor subesse censeatur. l. propter litem. de excusat. cap.j. de test.spo.& maximè si do. Gaspar homologauit antequam sciret, quid esset Dux pronunciaturus, facilè enim tunc præsumitur dolus ipsius iudicis procurantis, dum tamen probetur quod partes nescirent, quid esset iudicaturus.l.j.§.si quis ante. vbi Ang.de Perig.ff. à quib.
24 app.quia istud esset † remittere dolum de futuro, quod fieri non potest.conuenire. de pact. dotal. de quo per Dyn. in reg.scienti de reg. iur.in vj.C. de pos.contra.vij. Berta.caus. viij. Nec quicquam facit iuramentum, & promissio pœnæ: quia † iustus
25 metus eneruat vim iuramenti, & talis promissionis, nec de posset impetrari absolutio.cap.j.cap.verum.extra. de iureiur.& quod habetur in auth. sacramenta puberum.verb. per instrumentum. C. si aduersus vend. Imò propter dolum ipsius iudicis videretur iuramentum ipso iure esse nullum, secundum communiter docto.in d.auth. sacramenta. & in rub.extra.de iureiur.tamen tutius est petere absolutionem. oportet tamen prius diligenter aduertere circa probationes, scilicet, quod ad eius instantiam illi iudices Rotæ, ita iudicauerint, quod ipse fecerit illas sententias exequi,quamuis pendente appellatione, quòd voluerit quòd Com. Gaspar faceret dictum compromissum, quod induxerit partes ad promittendum ipsi de homologando futuram sententiam: & si Com. Gaspar fecisset saltem clandestinam protestationem de hoc metu; res esset aliquanto clarior; vt habetur in d.cap.Abbas.& in cap. causam matrimonij extra.de off.deleg.

CONSILII CXVI. SVMMÆ.

1 *Non aduenìente conditione, clarum est fideicommissum expirare.*

2 *Facta substitutione compendiosa in tribus gradibus, defecto medio, tollitur etiam sequens.*

3 *Non est locus pœnæ contra non delinquentem.*

4 *Sublato medio vltimus gradus succedit in eius locum.*

5 *Vulgaris substitutio non solùm in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis fieri potest.*

6 *Vulgaris substitutio in vnum casum, etiam ad alium producitur.*

7 *Quotiescunque legatum, vel fideicommissum factum est sub conditione, quæ cohæreat personæ, fit caducum ex priore gradu, & transfertur in sequentem gradum absque illa conditione, quia caducato gradu, etiam conditio ei adiecta efficitur caduca.*

8 *Conditio si hæres erit, & decesserit, iam casum continet quo nolit esse hæres.*

9 *Ad euentum conditionis non attenditur, cùm cohæreat personæ, & fideicommissum ad substitutum transeat absque dicta conditione.*

10 *Consilium Oldr.cxlj. riprob.*

11 *L.pater Seuerinam, de condi.& demon.declar.*

12 *Legatum filiæ simpliciter factum, censetur in casum dotis factum, maximè cum adiecta est conditio, si nupserit.*

13 *Sicut dos non prius debetur, quàm nubat mulier: ita nec translatio prius effectum habet, quàm nubere poterit.*

14 *In renunciatione fideicommissi, necessaria est inspectio verborum testamenti.*



VLouicus testator instituit sibi hæredem Alexand.sub conditionibus infrascriptis,in principio institutionis & ante, & post, & non aliter, &c. videlicet, Quod *deberet se appellare nomine Ludouici testatoris, & accipere hæreditatem, & vt filium, & hæredem suum cohabitare in domo cum eius testatoris vxore, & conuiuere communiter, & sub illius gubernatione, & administratione, &c.* Ita vt ei prædicta obseruanti, substitueret etiam eius descendentes, & eis desinentibus substitueret Ioan.Franciscum patrem Alexandri sub eisdem semper conditionibus, & istis omnibus deficientibus, tandem & finaliter substitueret monasterium prædictum, & duo alia hospitalia. Et aliàs etiam si dictus Alex. prædicta non obseruaret, seu ipse, vel eius pater expressè, vel tacitè prædicta facere recusaret, ex tunc & absque alia declaratione fienda, priuabat d. Alexand.& Ioan.Franciscum, & eos prædictos descendentes ab omni hæreditate, & bonis suis: & in eius, & eorum locum eligebat, vocabat, instituebat, & substituebat, ac subrogabat Marcum Antonium Bolognìnum, cum grauamine etiam suprascripto, *Quod deberet se appellare Ludouicum, & vt filium, & hæredem cohabitare, vt suprà.* Et ipso Marco Antonio sic existente hærede substituebat lineam suam, & ea etiam deficiente, seu desinente, instituebat & substituebat dicta omnia pia loca,quia volebat & intendebat eius hæreditatem, & bona peruenire in totum ad dictos hæredes institutos, & substitutos, vt suprà: & demum & finaliter ad dicta pia loca, *Prohibens ta-*

BIU Cujas

men omnem alienationem bonorum, &c. prout latiùs in eo testamento continetur. Modò contingit dubitari, quia dictus Alexand. nunquam se appellauit nomine testatoris, nec obseruauit conditiones testamento adscriptas, donec vixit, id est, vsque ad annum 1529. quo decessit, & Marcus Antonius vsque de anno 1522. decesserat, nec vnquam fecerat verbum de dicta hæreditate, nunquid monasterium sancti Proculi possit bona suprascripti testatoris iure supradictæ substitutionis petere. Et videretur prima fronte dicendum, quòd nullum ius spectet ad monasterium; quia vocatur sub conditione, casu quo hæreditas ad M. Antonium deuoluta sit, & M. Antonius cõtrafecerit, quę quidẽ cõditio nõ videtur euenisse: cùm M. Antonius mortuus sit ante dictum Alexandr. & substitutio effecta sit caduca. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & qui ipse non contrafecit, ex quo nunquam habuit hæreditatem, & onus fuit impositum eam habenti, vnde † non adueniente conditione, clarum est expirare fideicommissum. d. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. Secundò aduersus monasterium facit, quia † facta substitutione, compendiosa in tribus gradibus defecto medio, tollitur etiam sequens, vt consuluit Oldr. consil. cxlj. quod consilium refert Ioan. Andreæ in Spec. tit. de test. §. j. Lud. Rom. l. quandiu. vlt. de acq. hæred. Soc. consilio lxxvij. in iij. volum. & nouissimè Ruy. in l. j. ff. de vulg. & pup. Tertiò facit, quia monasterium vocatur in pœnam ipsius Marci Antonij, negligentis parere conditionibus à testatore adiectis, sed huic† pœnæ locus esse non potest: cũ Marcus Antonius nihil deliquerit. l. pater Seuerinam. in princ. de cond. & demon. & quod per illum text. consuluit Soc. consil. cclix. & nouissimè Dec. consil. cclxxiij. vbi ferè in terminis, decidit similem quæstionem contra monasterium. Sed tamen his non obstantibus, contrarium in casu nostro est verius, quia regula est generalis, quòd † sublato medio, vltimus gradus succedit in eius locũ. l. si Titius. l. cohæredi. in princip. ff. de vulg. & pup. l. quandiu. vltima. vers. is autem qui tertio. ff. de ac. hæred. & ibi Bartol. in fin. decidit similem quæstionem in fauorem monasterij. Facit ratio, quia in hoc fideicommisso adest † vulgaris substitutio, quæ non solùm in hæreditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis fieri potest. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. l. j. §. sin autem aliquid. C. de cad. tol. † vulgaris verò substitutio in vnum casum, etiam ad alium producitur. l. final. C. de instit. & substit. per Bartol. in l. j. ff. de vulg. meritò monasterium substitutum in casum, quo Alexand. contrafaciat, & Marcus Antonius etiam ipse contrafaciat, vel sine masculis decesserit, habet locum etiam ipso Marco Antonio decedente ante diem fideicommissi. Confirmo hanc sententiam per text. in d. l. vnica. §. ne autem. C. de cad. toll. & in l. legatum sub conditione. ff. de adim. leg. quibus iuribus probatur, quòd † quotiescunque legatum, vel fideicemmissum factum est sub conditione, quæ cohæreat personæ sit caducum, ex priore gradu transfertur in sequentem gradum, absque illa conditione: quia caducato gradu, etiam conditio ei adiecta efficitur caduca. Comprobo etiam hanc opinionem auctoritate doctorum, & in primis Bartol. in d. l. quandiu. in fine. vbi ponit decisionem, quæ est communiter à doctoribus approbata, & generaliter loquitur: ideoque est generaliter intelligendus, etiamsi conditio medio adiecta repugnaret vltimo, & ita eum intelligunt doctores, vt Paul. Cast. consil. clij. præsens dubium videtur. in j. volum. Alexand. consil. cxxxix. in vij. Ias. consil. cxlviij. Cor. consilio ccxcviij. in iij. Dec. consi. cccxviij. & consi. cccccxxvij. Cur. Iun. consil. lxxxiij. cum sim. Fortiùs dico, quòd etiam ex proprietate verborum admittitur monasterium, nec ei vlla conditio repugnat, voratur enim si Alexan. contrafecerit. Mar. Antonius ei substituerus pariter contrafecerit, vel decesserit sine masculis, certè in casu nostro vtrunque contigit, quia Alexan. non obseruauit, minusque ipse Marcus Antonius, qui nec petiit ab Alexand. nec voluit esse hæres. & sine filiis decessit, † conditio autem, *Si hæres erit, & decesserit.* etiam casum continet, quo nolit esse hæres, vt per Bart. in d. l. j. de vulg. & habetur in d. l. fin. C. de instit. & substit. Dec. consil. ccxxvij. aliàs fuisse in facultate Marci Antonij adeundo hæreditatem prædictam, auferre ius ipsius monasterii substituti: quæ interpretatio non est accipienda. l. fideicomm. ff. de cond. & dem. & faciunt multa similia adducta per Dec. d. consil. ccxxvij. Quibus sic pro monasterio adductis non obstant allegata in contrarium. Et in primis non obstat, quod conditio fideicommissi non euenerit: quia respondeo, quod ad † euentum dictæ conditionis non attendimus, cùm cohæreat personæ, & fideicommissum ad substitutum transeat absque dicta conditione. d. l. vnica. §. ne autem. d. l. legatum sub conditione. & suprà ostendi istam esse communem opinionem. Secundò respondeo, quod ex mente testatoris non habetur respectus ad euentum eius conditionis, quia alia fuit eam appositi, quam ad exclusionem substituti. l. talem. in prin. ff. de hæred. inst. gloss. l. j. C. de inst. & substit. & quod notat Dec. consil. ccxxvij. vbi etiam subiicit, quod conditio: *Deficientibus filiis*, verificatur etiam si non fuerint nati, de quo dicendum est vt per eum. Tertiò respondeo, quod imò verificata sunt verba conditionis, sub qua vocat monasterium, & supra dixi vltimo fundamento, vnde non est quærendus nodus in scirpo. Non obstat secundum fundamentũ, quod accipitur ex † consil. Oldr. cxlj. quia respondeo, quod illa opinio est communiter reprobata post Bartol. in d. l. quandiu. cum concord. supra per me allegatis, & ad eius rationes respondet Arer. in d. l. quandiu. vbi irridet dictam opinionem, & vidi sæpissimè pronuntiari aduersus dictum consil. Oldradi, & Sequacium, qui solùm incidenter illud allegent. Non obstat, quod monasterium videatur vocari in pœnam Marci Antonij negligentis, &c. per consil. Soc. cclix. & Dec. consilio cclxxiij. Respondeo enim, quod in casu ipsorum nemo contrafecerat, sed in casu nostro Alexand. contrafecit. Item etiam Marcus Antonius, non vendicando ab eo hæreditatem, fecit contrà mentem testatoris, vt suprà dixi. Præterea textus in dicta † l. pater Seuerinam. in princ. non habet eam rationem, quam ipsi putant, quod relictum illud factum esset in pœnam. Si enim hoc esset, debuit legatum remanere filiæ, seu eius hæredibus, quod tamen falsum est, quia filia conditione defecta erat: vnde ipsius testatoris hæredi potiùs remaret. l. legatum. C. de cond. inst. l. in testamento. ij. ff. de condit. & demonstr. vnde dicendum est, quod ille text. aliam habeat rationem; † legatum enim filiæ simpliciter factum, censetur in casum doris factum. l. quod autem. ff. de fure dot. vbi Bartol. l. filia. C. de leg. maximè cum adiecta est conditio, si nupserit. arg. l. si quis locu-

plex.

plex. de manu. testa. vnde ex natura rei sumitur
13 coniectura, vt † sicut dos non prius debetur, quã nubat mulier: ita nec translatio prius effectum habeat, quàm nubere potuerit. d. l. legatum sub conditione. vnde apparet quod ille text. nihil facit ad propositum quæstionis nostræ. Vltimò non obstat quædam renũtiatio fideicommissi, facta per monasterium: quia respondetur tribus modis. Primò, quod est in euidentem læsionem monasterij: sed quia istud requirit altiorem indaginem, nec de hoc sum in præsentia rogatus, non insisto. Secundò respondeo, quod renuntiatio illa est limitata ad fideicommissum, & omne ius ex persona dom Euangelistæ, ad monasterium pertinens: sed istud ius, de quo agimus, non peruenit ex persona dicti monachi: ideo ad hunc casum non potest extendi renuntiatio. l. age. C. de transact. Ter-
14 tiò respondeo, quod † renuntiatio illa ad hunc casum trahi non potest, quia verba testamenti non fuerunt inspecta, neque visa, quod necessarium est, in renunciatione fideicommissi. l. de iis. ff. de transact. l. j. quemad. test. aper. per doctores in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

aliam

CONSILIVM CXVIII. SVMMISI.

1 Fideicommissum conditionale, mortuo ante euentum conditionis fideicommissario, in hæredes non transmittitur.

2 l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. vbi omnes declarant.

3 Testator potest efficere ius, quod non est transmissibile, & econtra.

4 Testator ponendo liberos in conditione, videtur illos prædilexisse substituto extraneo, nec est credendum quod illum suæ posteritati præferre voluerit.

5 Filij in conditione positi, nihil habent à testatore, sed à lege vnde grauari non possunt, & eis iniunctum fideicommissum non valet.

6 Fideicommissum est onus.

7 In dubio fit interpretatio, ne hæres sit grauatus.

8 Ademptio fideicommissi, censetur fauorabilis, quia datio est odiosa.

9 In fideicommissi appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne onus filiis iniunctum censeatur, & hæredibus iniunctum.

10 In fideicommissis appellatione filiorum, præsertim nominatim facta, non veniunt nepotes.

11 Quando testator vocat superuenientem, censetur consuluisse ordinem moriendi, & nominatim substituere vltimo.

12 Verba conditionalia non disponunt.

13 Filia dicitur esse agnata.

14 l. Lucius la ij. de hæred. inst. declar.

15 Iuris accrescendi inter diuersas successionum species, nullus est effectus.

16 In iudicando debent prudentes iudices potius adhærere communibus regulis.

FRequenter casus hic controuertitur, & quamuis apud veteres doctores nullam habuerit difficultatem: tamen Soc. pro acumine ingenij sui, primus nodum in scirpo quæsiuit. Et secundum clientium commodum nunc pro vna parte, nunc pro alia respondit, quia exem

A plo etiam Mod. rem in se claram responsis suis obscurare conati sunt. Et quia conclusio iuris certissima est, quòd † fideicommissum conditionale, mortuo ante euentum conditionis fideicommissario, in hæredes non transmittitur. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. vbi omnes hoc tenent. l. si cui legetur. §. fin. de leg. j. l. in causæ. secunda. §. Pomponius. ff. de minor. idque procedit etiam respectu descendentium, vt nec in eos quidem fiat transmissio talis iuris, quod patri conditionaliter competebat, vt
B est glos. communiter approbata, in l. vnica. super verb. derelictis. cum ex filio. in prin. ff. de vulg. & pup. in l. fin personam. C. de fideicomm. Soc. tamen conatus est tenere contrarium in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. volens, quòd fideicommissum vniuersale, ante conditionis euentum, transmittatur saltem in liberos, & obl. moueturque argu. d. l. vnicæ. versic. quod scilicet. quæ simpliciter transmissionem concedit, super legatis & fideicommissis, à parentibus relictis, aliàs inquit ipse, lex illa nihil noui induceret. aduersus quam sententiam doct. omnes Moder. in l. j. ff. de leg. j. Ruyn. Frisius, Niger, Ripa, vno ore reclamant: quia ratio Soc. non est bona. loquitur enim text. in d. † l. vnica. in leg. & fideicommissis, 2
C quæ idcirco non transmittebantur, quia apertè non essent tabulæ: puta, quia parentes ea ab extraneo hæredi instituto liberis reliquissent, secundum glos. ibi. & sic quibus casus fortuitus, id est, cessatio in apertura tabularum obstabat, non autem quibus voluntas testatoris ipsa resisteret: vt quia sub conditione reliquisset, interim enim noluit quicquem deberi, nec spem transmitti: vnde non est à communi sententia recedendum. Subijcit idem Soc. in d. §. cum ita. quòd dicta conclu-
D sio communis est limitanda, quotiescunque mens testatoris aliquibus verbis aliud suaderet. l. Lucius. ij. de hæred. instit. non enim dubium est, quin possit † testator ius quod transmissibile non 3
E est, efficere quòd sit transmissibile, sicut & contra l. in conditionibus primum locum. §. hæc scriptura. ff. de cond. & demonst. vbi Imo. & ideo tali casu sit probabilis coniectura, fideicommissum conditionale transmittatur in filios, secundum Bald. in d. l. j. versic. vlterius quæro. & in l. si pater. C. de inst. & subst. in iiij. quæst. quod dictum Bald. in se est verum, & indubitatum. sed difficultas in eo vertitur, ad cognoscendum quæ, & quales coniecturæ sufficiant. Et Socin. in d. §.
F. cum ita ponit exemplum si controuertitur controuersia in casu nostro, quando filij essent ad inuicem substituti, si decederent sine liberis, & omnibus descendentibus, substitutus est extraneus, tunc inquit Soc. forte primus decedens cum liberis, transmitteret spem fideicommissi in filios. Mouetur duplici ratione. Prima, quia † ponendo liberos in conditione, videtur il- 4
G los prædilexisse substituto extraneo, nec est credendum, quòd illum suæ posteritati præferre voluerit. l. cum acutissimi. C. de fideic. Secunda, quia substitutio fideicommissaria à principio ante aditã hæreditatẽ fuit vnita cũ iure accrescẽdi, igitur assumpsit eius naturam: & per consequens videtur, quòd transmittatur, sicut ius accrescendi, licet adita fuerit hæreditas, per text. in l. qui partu. ff. de acqu. hæred. & licet in d. §. cum ita, non sit missus Soc. affirmare hoc dictum: quia in veritate est contra terminos iuris, sed locutus sit pro dictione forte: tamen Socin. in consilio vj. in iij.

volum. expresse hoc affirmat. Eandem etiam sententiam nouissimè videtur secutus Parisius cons. v. in iij. vol. num. xviij. quando conditio est concepta, si decesserint sine masculis, arguitur enim voluntas defuncti, qui propter illam qualitatem masculinitatis, voluit conseruare agnationem suam vt ibi per eum numer. xxx. & consil. lxxvj. in ij. volum. & pro hac parte etiam videtur consuluisse Ias. consil. lij. lib. iij. cliiij. lib. iiij. Dec. cccxcvij. & nouissimè. Cur. Iun. cons. xvj. & hoc etiã videtur tenuisse Pet. de Anch. consil. lxxiiij. incip. contra Philippum, quando testator post gradus filiorum trãsit ad aliam substitutionem, qua vocauit extraneos illis omnibus decedentibus. Sed tamen istis non obstantibus, ego semper & legendo, & consulendo, fui contrariæ sententiæ, quòd suprascripta coniectura, non sufficiat, & in d. §. cùm ita. semper reprobaui illam opinionem Socini quam deinde ibi etiam reprobauit compater meus Ripa, num. lxvj. vbi etiam ipse respondet suprascriptis rationibus Socin. Et in primis dico quòd ista opinio est contra gl. communiter approbatam, in l. Lucius. ij. ff. de hær. instit. nã in illo textu erat cõditio, si frater decesserit, & natos non habebit: & tamen vult gloss. quòd illi filij non sint vocati iudicio testatoris, sed duntaxat veniant ab intestato. Si enim vera esset suprascripta opinio Socin. venirent ex testamento iure transmissionis: & tamen omnes ibi concludunt contrarium. Et militat in dicto textu vtraque ratio Soc. Et fortiùs, quia ius accrescendi faciliùs debet habere locum in casu illius textus, qui loquitur in institutione directa, & sic ante acquisitionem, quàm in fideicommissaria. l. j. §. interdum. de vsufr. accresc. Secundò dico, quòd ista opinio est contra gloss. communiter approbatam, in d. l. vnica. verb. de relictis, quæ loquitur, quando liberi sunt positi in conditione, & quando militat vtraque ratio Socin. & tamen concludit nullam esse transmissionem, nec distinguit an extraneus sit vltimo loco substitutus, vel ne: imò maximè est hoc casu intelligenda. vnde Bald. ibi eam ampliat, si tempore testamenti Ant. habuisset filios, quibus testator verisimiliter voluisset prouidere, Lud. verò non habuisset, adhuc ista coniectura non sufficeret transmissioni. Tertiò moueor tali ratione. nam quando testator posuit filios hæredum in conditione, sentit Socin. quòd eorum contemplatione sint vocati, & ideo in eos fiat transmissio: sed hoc falsum est, quia imò non sunt positi in conditione fauore suo, sed fauore parentũ suorũ, vt est tex. in l. filius fam. §. cum quis. ff. de leg. j. vt scilicet parentes, qui simpliciter, & in omnem casum aliàs grauati fuissent ab onere fideicommissi liberentur, si cum filiis decesserint, secundùm Pau. Castr. consil. clij. præsens dubium videtur formari. in j. volu. & per Aret. consilio j. nec enim † quicquam à testatore habent isti filij, cùm solùm in conditione positi sint, sed à lege. vnde & grauari non possunt, & eis iniunctum fideicommissum nõ valet. l. sed & si sic. vbi Bart. de leg. iij. per Ioan. de Im. in d. §. cum ita. apparet ergo, quòd non possunt prætendere ius transmissionis, quia si hoc esset verum, dicerentur habere à testatore, non à lege: & possent grauari, quod tamen est falsum, vt ibi habetur. Quartò, † fideicommissum est onus. l. cohæredi. §. cùm filius. ff. de vulg. & † in dubio fit interpretatio, ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. & † ademptio fideicommissi censetur fauorabilis, quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Paul. Castr. & Socin. in v. hoc. ff. de reb. dub. hinc est, q, † in fideicommissis appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne onus filiis iniunctum, censeatur etiam nepotibus impositum, secundum Bald. consil. cccl vij. in iiij. Alexand. lvj. in v. consil. ciiij. in ij. Dec. cxcviij. cum similibus. vnde sequitur, vt cum d. Ludu. fuerit grauatus, vt si decederet sine masculis, restitueret d. Ioan. Anton. superuiuenti, si non superuiuat, sed eius filii euanescat fideicommissum, quia non est grauatus in hunc casum & aliud est restituere d. Io. Ant. aliud filiis ipsius, quia vt suprà diximus † in fideicommissis, appellatione filiorum, præsertim nominatim facta, non veniunt nepotes, vt per Bartol. l. liberorum. ff. de verbor. signifi. nulla ergo est ratio, cur hæc transmissio fiat in fideicommissis: quia fieret contra verba testamenti, cùm filius non sit grauatus à testatore in hunc casum, vt in simili dicit Curt. Iun. consilio lxix. per doctu. Bartol. in l. fin. ff. ad Treb. & Bald. in consil. ccccxxxiiij. in fin. in iiij. volum. vbi dicit, quod † quando testator vocat superuiuentem, censetur considerare ordinem moriendi, & neminem substituere vltimo, ideoque nullum esse locum transmissioni, & facit quod notat Corn. consil. ccxl. in j. & Alb. de Ros. in d. l. v. vbi dicit quod ideo in §. cùm ita. non est locus transmissioni, quia testator dixerat qui prior, &c. & ita etiam tenuit Raph. Com. & Soc. in d. §. cum ita. secundum intellectum, quem ipsi tenent, non secundum communem de quo mox dicam. Quintò, dico contra hanc opinionem istorum Mod. esse tex. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. vbi erat conditio restituendi superstiti, & militabant rationes Socin. & tamen ibi dicit nullam fieri trãsmissionem in filios positos in conditione, sed ius deuolui ad Claudiã vltimo loco substitutam. & licet Soc. aduerterit ad istud obiectũ, & respõderit, q, ideo ibi nõ sit trãsmissio fideicõmissi, quia substituta erat Claudia, quæ erat de liberis, in cuius præiudicium non arguimus mentem defuncti, vt fiat transmissio. Nam ista solutio est contra mentem communem doctorum, ibi tenentium, quòd si ista Claudia esset posterior in gradu, illis filiis positis in conditione, vel esset extranea, q, excluderetur à dictis filiis, quibus reseruatus est locus successionis ab intestato ex forma statuti, vel aliter secundùm Bartol. ibi, & doct. omnes, & in l. pen. C. de imp. si admittuntur ab intestato, apparet. quòd non ex transmissione, prout voluit Socin. quia transmissio est ex testamento, & sic apparet, † quòd ista opinio Socin. est contra mentem omniũ scribentium ibi. Sextò addo, quòd etiam in specie talis opinio est contra mentem cæterorum doctorum, qui non habuerunt hanc coniecturam pro sufficienti, vt ius fideicommissi conditionalis trãsmittatur, & in primis contrarium sentit Pet. de Anch. consilio ccccxxvj. in fin. incip. quod supra. & contrarium etiam sentit Raph. Com. consilio xiij. incip. Titius. dum ponderat verbum, superstites, in casu suo, quod ad nepotes referri poterat, sentiens secus esse, si talis relatio non haberet locum. tunc enim nulla transmissio fideicommissi potuisset fieri: & idem sentit etiã ipse Com. in l. Titia. §. Titia cum nuberet. ff. de legat. ij. & cum hac ratione etiam transit Raph. Fulg. consilio xv. vbi ponderat, quòd in casu suo filii non erant in conditione tantùm, sed aliqualiter in dispositione. eandem sententiam etiam sequitur And. Sicu. in apost. ad Bartol. in d. l. Lucius. vbi sustinet suprascriptam coniecturam, quando testa-

tor

tor vsus esset dictione filios, quæ potest etiam comprehendere nepotes, alias sentit vbi ius verborum non ster dispositiue, non esse locum transmissioni, & loquitur in casu, in quo militabant suprascriptæ rationes. Socin. & ita etiam sentit consilio xxvij. in j. volum. in iij. dub. Septimò, pro hac parte facit, quia in quibus casibus coniecturæ non sunt sufficientes, vt filij positi in conditione censeantur in dispositione, quarũ coniecturarum multas reprobat Socin. consil. cxvj. in iij. in iis casibus multò minùs debent sufficere, vt transmittatur ius fideicommissi: quia hoc modo concurrerent duo specialia, contra reg. l. j. C. de doris promis. & not. per Bartol. in l. si is, qui pro emptore. de vsuca. primum † quod verba conditionalia, disponant contra regulam l. ex facto. ff. de hæred. instit. secundum quod fiat transmissio, ea enim est contra regulas iuris communis. d. §. sin autem aliquid sub conditione. & quia d. l. Lucius. si filii in conditione positi, non censentur vocati respectu patris sui. cuius causa sunt conditionaliter nominati, secundum gloss. in d. l. mulier. minus respectu hæreditaris patrui sui cuius causa non sunt nominati. & facit quod not. Cor. consil. clxxx. in iiij. Et ideo Pet. de Anch. in consil. lxxiiij. quia vidit nullum in casu suo transmissioni locum esse, transit ad quæstionem præsumpti fideicommissi, tanquam illud faciliùs præsumatur, quam transmissio ista concedatur, vnde consequens est, quòd cum in casu nostro fateantur doct. militare adhuc conclusionem gloss. in d. l. Lucius. & sic verba conditionalia non disponere, multò magis velint, non esse locum transmissioni. Et ex ista ratione tollun tur quædam leues coniecturæ, quæ videbantur pro parte contraria facere prima quod testator propriam filiam non vocasset, sed iussisset esse contentam dote, secundùm consil. Paul. Castr. cccl vij. de quo per Socin. l. cum auus. de cond. & dem. versic. quartus casus. Curt. Iun. consi. cxxxix. nam hæc coniectura non est sufficiens, vt aliàs dixi in l. inter stuprum. §. final. ff. de verb. sig. & per Alexan. consil. xxxviij. in vj. volum. Luduoic. Bologn. inter consil. Alexand. numer. xlix. in iiij. Ias. ccxlij. in ij. Cur. seniorem xlv. & lxv. Corn. ccij. ccxxx. in iij. cum similibus. Secunda, quia non simpliciter filij, sed cum qualitate masculi, concepta est conditio, quo casu aliqui censuerunt limitari dictam gloss. in d. l. Lucius, & filios censeri ex testamento vocatos, secundum Dec. consil. cclxxvj. Respondeo, quod etiam hæc coniectura est fragilis, & à me aliàs reprobata in l. j. C. de pact. & dicit Guid. Pap. auctor istius dicti quòd ipse nunquam hoc potuit obtinere, vt ipse tradit. in quæst. 600. & contrarium etiam sentit Alexand. consilio cv. in j. clxxxv. in ij. cclij. vj. & alibi sæpe Socin. lxij. in iij. Ludo. Gozadinus cõsil. xxix. ciiij. numer. viij. Ripa in. Centurio. num. clxij. de vulg. & pup. Tertia quia testator transijt ad plures gradus substitutionum, sed Petr. de Anch. qui fuit auctor huius dicti. in d. consil. lxxiiij. fatetur, quod non sufficit hæc coniectura transmissioni, licet secundum eum sufficiat, vt vocati dispositiue censeantur filij ad fideicommissum, sed & hoc communiter reprobatum est, vt per Alexand. d. consilio clij. in vj. Soc. d. cons. cxvj. in ij. & consi. ciiij. eod. lib. & per Ripam. d. l. Centurio. numer. clxv. cum multis concordantibus. Quarta, quia videtur testator habuisse respectum ad agnationem suam, vnde isti filii videntur admittendi, secundum Cur. seniorem consi. lxxv. Respondeo, habuit respectum ad agnatos, seu maiorem ad filium Ludouicum, quem noluit grauare, nisi superuiuente Ant. nec quo ad hoc curauit de filiis eius, quos solum in conditione posuit. Item si habuit respectum ad agnatos, etiam ista † filia est agnata. l. vo- 13
luntas. C. de fideic. Et certè in casu Curt. verba erant expressiora in fauore agnationis, quam in casu nostro. cum igitur suprascriptæ coniecturę non sufficiant, & isti filij in conditione positi censeantur vocati ad fideicommissum portionis paternæ, multò minùs sufficient ad transmissionem, vt consequantur bona patrui, quæ sibi non adeò pertinent, & sicut Ant. potuit alienare in quemlibet extraneũ, tanquã non grauatus fideicõmisso: fortius potuit Lud. si voluit relinquere propriæ filiæ. Octauò & vltimò respondeo ad rationes Soc. in d. §. cũ ita. & in primis ad text. in d. † l. Lucius, 14
qui nõ loquit in trãsmissione fideicõmissi, sed potius directæ institutionis, in qua nisi trãsmissioni locus esset, potuerant filii fratris ab aliis aduersus testatoris mentem excludi. at in fideicommissaria, qui est casus noster, satis est, locum eis relictum censeri, vt intestato patri suo succedere possit, vt ibi dixi. Minus obstat alia ratio Soc. de iure accrescendi, quia vltra Ripam in d. loco, respondeo, quod cum † iuris accrescendi inter diuersas succes- 15
sionum species nullus sit effectus. l. sed cum patrono. ff. de bon. poss. l. j. C. de test. mil. non est dubiũ directam, & fideic. succesionem diuersam esse, ideo in casu nostro nihil potest operari, maximè cum in damnum istius filiæ operaretur, vt per Ias. in l. qui plures. ff. de vul. & pup. Bald. consil. ix. in ij. secus est in casu. d. l. qui patri. & l. qui ex duobus eo. tit. quia ibi tractatur de duabus directis substitutionibus, vt meritò Ripa in d. §. cum ita dicat. quòd ista ratio Soc. est contra terminos iuris. Nec me mouet eius auctoritas, quia si bene videatur, ipse non audet firmare hanc opinionem: sed dubitatiuè loquitur per aduerbium fortè, & in fine illius lecturæ facit protestationem generalem, quòd illa repetitio est scholastica, & quòd quicquid ibi dixerit nos admonet, quòd non recedamus in iudicando à communibus, & ideo ipse alibi contrarium respondit, & tenuit non esse locum transmissioni. in consil. lxix. viso testamento lib. iij. Nec etiam multum me mouet auctoritas domini Decij in d. consilio cccl xvij. quia ipse fatetur de pleno, quòd vice Rex Sardiniæ, cum assessoribus suis pronuntiauerunt contrarium, & melius iudicio meo, quamuis casus suus etiã sit diuersus à nostro, quia ipse præsupponit, quòd filij essent dispositiuè vocati, & in eos tanquam in hæredes collata dispositio, prout loquitur Bald. in l. j. in prin. C. vt act. ab hær. non autem conditionaliter tantum, prout in casu nostro. Nec etiam auctoritas Ias. quicquam facit in d. consilio lij. longè plura enim concurrebant in casu suo scilicet conditio geminata, & multiplicatio masculinitatis, & non agebatur de grauamine inducendo proprio filio: & etiam illum casum non bene nec secundùm regulas decidit ipse Iason: vt aliàs dixi in d. §. cum ita. vbi eum reprobaui: sicut etiam aliud eius consilio cliij. reprobat Cur. Iun. in d. consilio lxix. vbi in eodem facto contrarium consuluit, quòd non sit locus transmissioni dicti fideicommiss. conditionalis. Minus etiam me mouent consilia Paris. quia in casu suo non tractabatur de transmissione, sed de conditione in dispositione vertenda: quod faciliùs fit, vt supra dixi. & certè † in iudicando de- 16
bent prudentes iudices potius adhærere comm-

nibus regulis, secundùm gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de legu. iur. nec nulli facere istas nouitates Modernorum, quas inuexerunt consilliis suis, ad inducendas tenebras oculis iudicum. Et ita ego sentio: salua semper saniore iudicio.

CONSIL. CXVIII. SVMMÆ.

1 *Hæreditatibus & singularibus rebus certis modis, non autem pactis succedi.*

2 *Quoties duo in vtilitatem alterius contrahunt, altero pœnitente extinguitur ius, quod ex facto illorum contrahentium potuisset illi acquiri.*

3 *Contractus concernens obuentionem bonorum post mortem, non potest dici propriè inter viuos.*

4 *In vltima voluntate licita est quandocunque pœnitentia.*

5 *Non debet sumi argumentum à contrario sensu ad exclusionem filiarum, præsertim in his contractibus in quibus stricte proceditur.*

6 *Filij fratrum testatoris nomen, & familiam propriam conseruare dicuntur.*



Vatuor fratrum conuentio simul facta pro conseruatione domus suæ, *Quod post mortem ipsorum omnium, vel alicuius eorum filii masculi, Gulielmi, Martini, & Francisci, succedant in domo, exclusis filiabus, quondam Antonii fratris præmortui*, nunquid valeat & teneat quæritur? Et omissa allegationum pompa: videretur breuiter dicendum quod sic, cum enim tractetur non de hæreditate, sed de eius parte: non videtur impediri libera facultas testandi, & ideo contractus debet valere, secundùm gloss. in l. final. in verbo, accommodauerit. C. de pac. & ibi Pet. & Bald. & quod not. Bartol. consil. lxxij. Oldr. consil. xxxix. Alex. consil. lxxxiij. in iij. & consil. xxix. in v. Guido Papæ quæst. cclxvij. & latè disputat Egid. Bellamera consi. xvij. & Dec. consi. ccxvj. & consi. ccxxv. & multis similibus quæ possent allegari. Sed istis & eorum rationibus non obstantibus, in proposito casu contrarium est dicendum; nec recedendū à distinct. Bartol. per eum posita consi. ccxij. incip. promitto tibi, quam etiam sentit in l. final. C. de pac. & cum qua transit Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & consil. ccvij. in iij. Dec. consil. clxxxiiij. & per feudistas omnes. in cap. j. §. si filij. si de feud. fuer. contr. in vsib. feud. vt distinguamus, an aliquis in vita se obliget promittendo bona post mortem: & valet talis contractus, quia promissio concernit tempus vitæ, & obligat promittentem: an verò verba non sonent principaliter in obligationem tunc orientem, sed concernant obuentionem bonorum, & tunc quia significatur successio contractus non tenet: quia sunt certi modi succedendi, per quos † hæreditas legata, & fideicommissa deuoluuntur. non autem per pacta, & contractus: vt ibi latius per eum, quod maximè est in casu nostro, in quo verba expressa sonant in successionem, quia conuenerunt, *Quod filij masculi Gulielmi succedant, &c.* vnde apparet de obuentione bonorum agi post mortem, non de promissione, quæ in præsentia fiat patribus pro filiis ipsis stipulantibus, imo respectu acquisitionis, in eos faciendæ nulla acceptatio nomine ipsorum interuenit: vnde nec eis, quæri potuit. l. non quasi. ff. rem pup. sal. fo. l. si ego. ff. de neg. gest. Nec obstat, quod tractetur de re particulari, quo casu videtur, quòd cesset ratio prohibitionis dicti pacti, quia ad hoc in quo versatur tota difficultas præsentis dubii, respondeo pluribus modis. Primò quod imo adhuc militat ratio posita per Bart. videlicet quod certi modi introducti sunt à lege etiam successionem in rebus particularibus, videlicet legatorum: & fideicommissorum, & donationum causa mortis: vnde non sufficit simplex conuentio. *Quòd succedatur, &c.* prout habetur in l. qui superstitis. per Ludu. Rom. ff. de acq. hæred. & expressè per Pet. de Anch. in rub. extra, de test in fin. & ibi Ioan. de Imo. & Alexand. in d. l. fin. qui sicet loquantur in parte quotatiua: tamen idem videtur etiam in re singulari, quia Bartol. in d. consil. ccxij. arguit de vno ad aliud. Et ita etiam tenent domini Tolos. in decil. Capellæ quæst. ccclij. Et licet in additionibus ibi ista opinio refricetur in dubium: tamen allegata ibi loquuntur stante consuetudine. Item quando pactum transferret ius inter viuos, secundum supradictam distinctionem, non autem quando esset pactum de succedendo post mortem, prout in casu nostro: pro qua opinione facit text. in l. si fratres. §. idem respondit. societatem. ff. pro soc. qui præcisè loquitur in societate: & sic etiam particulari, quam dicit non posse vltra mortem porrigi, ne libertas de supremis iudicijs constringatur. & sic ibi concludenter probatur dictam rationem considerari etiam in re particulari. Secundò respondeo, quòd etiam si distinctio inter rem particularem, & quotam hæreditatis esset verior, tamen in casu nostro aliud esset dicendum, ex quo in facto præsupponitur, q. ista domus est maxima pars facultatum istius Franciſci pacisscentis, quo casu eadem est ratio de ista re particulari, quæ de quota, vt not. Bartol. in l. nomen. §. filio. ff. de leg. iij. & in terminis nostris hoc tenet Dec. in l. quod pactum dotali. C. de pac. Tertiò respondeo, q. etiam si prædicta argumēta contraria vera essent: & valeret huiusmodi pactum: tamen adhuc licita esset pœnitentia, & posset Franciscus reuocare: quia † quoties duo in vtilitatem alterius contrahunt, altero pœnitente extinguitur ius, quòd ex facto illorum contrahentium potuisset illi acquiri. l. iij. ff. de ser. export. l. si pater filio. ff. de manum. vind. est doctr. Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. & sentit Bald. in l. cum à socero, in fin. C. de iu. dot. vbi loquitur in parentibus, qui paciscuntur in vtilitatem filiorum. Confirmatur hæc ratio, quia aut volumus dicere hunc contractum esse propriè inter viuos, & hoc est falsum, cum expressè † concernat obuentionem bonorum post mortem: vt dicit Bartol. d. consil. ccxij. aut fatemur esse speciem † vltimæ voluntatis, & tunc licita est quandocunque pœnitentia. l. iiij. ff. de adim. leg. l. cùm hic status. §. ait oratio. ff. de don. int. vir. & vxor. l. conficiuntur. §. fin. ff. de iure cod. possent igitur procedere contrariæ rationes, nisi iste pœnituisset, & reuocasset dictam conuentionem. Quartò & vltimò considerandum est, quòd verba conuentionis principaliter facta sunt, ad exclusionem filiarum Antonij, & in eo casu specificatum est de morte Francisci, absque masculis, quo verò ad caput inclusiuum aliorum masculorum, Gulielmi, & Martini, non est specificatus dictus casus: seu tantummodo simpliciter dicitur, *Quod filij masculi Gulielmi, Martini, & Francisci succedant*, & sic pactum loquitur, quādo Franciscus haberet filios masculos, vnde

vide si non habeat, sumus extra verba pacti, & sic in dispositione iuris communis, secundùm quod etiam fœminæ succedunt. l. maximum vitium. C. de lib. præt, † nec debet sumi argumentum à contrario sensu ad exclusionem filiarum. l. fi. §. in computatione. vbi Bart. & doct. C. de iu. delib. præsertim in his contractibus, in quibus stricte proceditur. l. quicquid. ff. de verb. obl. facit. l. maritus. C. de pact. maximè cum non sit tanta ratio in casu tacito, sicut in expresso: facilius enim Franciscus prætulisset masculos fratrum filiabus Antonij, quam propriis filiabus. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum etiam † in eis dicatur, quis nomen & proprium familiam conseruare. l. voluntas. C. de fideicommiss.

CONSIL. CXIX. SVMMAE.

1 *Vocato aliquo in defectum nepotis masculi, si euenisset conditione nepos non erat natus, non potest dici defeciſſe conditio.*

2 *Substitutionis defecto gradu alium admitti.*

3 *Ad hoc vt quis admittatur ad successionem, oportet inspici diem, quæ fideicommissum cedit, idq; procedit non solùm in successionibus ab intestato, quæque à lege deferuntur, sed etiam in successionibus ex testamento, quæ secundùm testatoris dispositionem deferuntur, & maximè in fideicommissis.*

4 *Non natus tempore euentis conditionis, substitutio deficiens habetur pro non scripta, & ius deuoluitur substituto.*

5 *Dictio, natus, sua proprietate sermonis, decipi non potest, nisi sit nascturus, quia verba præsentis temporis non trahuntur ad futurum.*

6 *Consilium Old. 141. communiter reprobatum.*

7 *L. Titio vsusfructus. de cond. & demon. declar.*

8 *Dictio in defectum, quid operetur.*

9 *Vltimæ voluntates stant in suspenso, antequam cedat dies, postquam verò cessit dies secus est.*

10 *Natos ad nascituros non trahi.*

11 *Nomen collectiuum gradatim accipi.*

12 *Coniectio inducens obuentionem bonorum, non valet.*

13 *Cum obligatio ex persona ipsorum paciscentium initium non sumat, actus est nullus.*

14 *Deuolutio non fit, nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato.*

15 *Lex si requirat certos modos, quibus obtingit successio, non possunt illi modi suppleri per iuramentum.*

16 *Clausula omni meliori modo, habet vim iuramenti.*

17 *Donatio facta absenti, & per eum non acceptata, non valet.*

18 *Ius acceptandi donationem, non transit ad hæredes donatarij, quia res amplius non est integra, ex quo mortuus est donatarius.*

19 *Præsumpta mens donatoris est, vt donet ipsi donatario, non autem hæredibus, nisi quatenus iam donatarium acceptauerit.*

20 *Contractus ante acceptationem non est contractus, quia non habet consensum duorum.*

21 *Ante acceptationem nihil dicitur in bonis defuncti, & propterea ad hæredem tale ius transmitti non potest.*

22 *Conditiones potestatiuæ respectu implementi, ad hæredes non transeunt.*

23 *Notarius si nomine absentis acceptasset, adhuc non quæritur absenti, nisi secuta ratificatione.*

24 *Notarius non differt in acquirendo ab alijs, nisi quod quærit vires actiones absque cessione.*

25 *Si donatarius non ratificauit donationem, sed secum, &*

lis donatio non valet, & potest per donatorem reuocari, nec possunt hæredes donatarij amplius ratum habere.

26 *Regulariter res prohibitæ alienari, vel fideicommisso subiectæ, censentur esse vetitæ vsucapi.*

27 *Propter iussum testatoris lex resistit vsucapioni, adeò vt titulum vsucapioni necessarium infirmet.*

28 *In præscriptione longissimi temporis, non est necessarius titulus, sed bona fides.*

29 *Præsumitur fideicommissi ignorantia.*

30 *Non valenti agere, non currit præscriptio.*

31 *Qui ex persona sua agunt, non tenentur facto authoris sui.*

32 *Factum præcedentis, non præiudicat sequenti qui ea propria persona admitti se postulat.*

CIrca fideicommissum, seu primogenituram institutam, olim à nobili do. Dom. Aluaro Luna, verba testamẽti sunt, *in defectum Ioannis filij, &c. tali casu hæreditet filius maior de legitimo matrimonio, Mariæ filiæ meæ, & in defectũ talis met nepotis masculi, quæ habeat, & hæreditet omnia supradicta dictus Petrus, & qui ex eo descenderint masculi legitimi, &c.* cum euenit conditio fideicommissi, id est, mortuo d. Ioanne filia Maria nondum erat nupta, nec habebat filios: quæritur an d. Petrus fuerit admittendus? Et videtur prima fronte non fuisse admittendum. Primò quia testator fecit plures gradus substitutionum. j. Ioannis, deinde aliorum filiorum nascturorum, deinde descendentium ab eis, deinde filij Mariæ, & tandem d. Petri, vnde cum d. Petrus sit substitutus illis gradibus præcedentibus, qui deinde non præcesserunt, non videtur locus esse substitutioni, sed conditio potiùs habenda pro defecta, vt per iij. rationes consuluit Oldr. consil. cxlj. quem sequitur Ioan. And. in Spec. de test. §. j. Alexan. cõs. j. Secundò quia d. Petrus † vocatus est in defectum nepotis masculi, qui nepos tempore euentus conditionis non erat natus, vnde non potest dici defeciſſe, vt est text. in l. Titio vsumfructum. ff. de cond. & demon. vbi omnes docto. ergo non est verificata conditio. Tertiò videtur aperta mens testatoris, quod noluerit Petrum præferri nepoti masculo ex dicta Maria, vnde licet talis nepos tũc non esset natus, tamen propter voluntatem testatoris hoc non debet esse impedimento, quin deinde debuerit admitti per gl. in l. tale pactum. in fi. ff. de pact. & quod ibi not. doct. & facit text. in l. ff. de posth. hæred. instit. nõ est tantem dubium, quin testator potuerit hunc nepotem vocare, quocunque tẽpore nasceretur l. Gallus. §. etiam si parenti. ff. de lib. & posthu. Quartò quia licet adhuc nõ esset natus, tamẽ natus est postea, & ideò interim videtur quod successio steterit in suspenso, vt in simili dicit gl. in l. ij. ff. si pars hæreditatis. sed duobus l. plane. §. si coniuncti. ff. de legat. j. Quintò & vltimò, videtur pro hoc esse decisio Paul. de Castr. consil. ccxlvij. in causa quæ vertitur in j. volumine vbi in fideicommisso prohibitionis alienationis consuluit admitti filium, qui non erat natus tempore facto alienationis, & sic tempore euentus conditionis: quia cum dispositio cœperit à tempore, quo nondum erant nati filij, censetur testator intellexisse de quandocunque nasciturus. l. ij. §. nec est dubium quin potuerit hoc testator facere. ff. si duobus. §. fin. cum l. seq. Sed tamen prædictis non

obstantibus, puto contrariam opin. esse veriorem, & ius deuolutum fuisse ad ipsum d. Petrum cum † tempore euenientis conditionis nullus nepos masculus natus esset: quia ista est regula generalis quod † ad hoc, vt quis admittatur, oporteat inspici diem qua fideicommissum cedit, & sic diem mortis Ioannis, quo tempore euenit conditio, idque procedit non solum in successionibus ab intestato, quę à lege deferuntur. l. si Titius. l. item prætor, ff. de suis, & leg. l. si quis filio exhæredato. in princ. ff. de iniust. rupt. & inst. de hæred. quæ ab intest. §. cum autem. versic. planè. sed etiam in successionibus ex testamento, quæ secundùm testatoris dispositionem deferuntur, & maximè in fideicommissis vt est text. in l. cùm pater. §. hæreditatem. j. ff. de leg. ij. ibi inter eos fieri, qui eo tempore vixerunt, &c. ad idem text. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ij. ad Treb. & text. in l. interuenit. ff. de leg. præst. in l. eum, qui post. ff. de cõd. & demon. vt fuit disput. Lambertini de Ramponibus quam refert, & sequitur Io. And. in Spec. rub. de test. & quæ est approbata ab omnibus: † cum enim tempore euenientis conditionis iste non esset natus, substitutio de ipso habetur pro non scripta, & ius deuolui tur Lud. Rom. consil. ccccxxxviij. versic. quo ad quartum. Paul. Cast. consil. xvj. in ij. Alexand. consil. xiij. in iiij. xxvj. in iij. Socin. cxij. in j. lxiij. in iiij. Dec. ccliij. & rubr. C. de succ. edic. in princ. Corn. consi. xvij. in iiij. Crotus rep. §. diui. Rubeus in rep. §. quidam rectè. cum sim. Et istud maximè est dicendum in casu nostro, propter verba testatoris dum dicit quod hæreditet filius maior de legitimo matrimonio natus, cum enim illud participium natus sit præteriti temporis, & referatur ad verbum hæreditet, necessariò intelligitur quod tẽpore, quo hæreditare debet, id est, tempore delatæ successionis, fideicommissarius sit natus per regulam. §. si extraneus. in l. delictis. ff. de nox. l. ex facto. vbi Bart. ff. de vulg. & pup. † dictio enim natus, non potest salua proprietate sermonis accipi. id est nasciturus, quia verba præsentis temporis non trahuntur ad futurum. l. si à colono. ff. de verb. oblig. l. Gallus in princ. vbi Bartol. v. opp. ff. de lib. & posth. Suadeturque hæc sententia illis verbis quod tali casu hæreditet, quæ verba sunt restrictiua ad illum casum, & non patiuntur extensionem vt in simili. per Ancha. consil. cccl vij. ex serie. versi. iij. Dec. consil. cccxv. & in l. quamuis. C. de impub. & al. Et hoc tenendo non obstant alleg. in contrarium, & in primis, quod substitutio sit facta post plures gradus, qui fuerunt caduci, secundũ Oldr. & d. † consil. cxli. respondeo istud consilium est cõmuniter reprobatum: quia contra doctr. Bart. in l. quandiu. ij. ff. de acquir. hær. quam omnes probãt, & ibi Franc. Aret. respondet rationibus Oldradi, & ante Aret. idẽ tenuit ibi Ang. Im. Raph. & idẽ etiã Soc. consil. lij. Dec. ccccxxvij. & cccxviij. cum concord. Nõ obstat tex. in † l. Titio vsusfructus, quia loquitur in verbo deficere, quod videtur differre à verbo deficere, cum fideicommissum in casum deficiendi masculorum verificatur, etiam si masculi non sint nati, secundùm Dec. consil. ccxxvij. & facit text. in l. iij. §. ij. vbi glo. verb. cœperit. ff. vsufructuarius quem. cau. Et in casu Paul. de Cast. d. consi. xvj. in ij. substitutio erat facta in defectum, sicut hic, & tamen verificatur filiis nondum natis, tempore quo cedit dies, secundùm eum, & ita etiam habet vulgaris vsus loquendi, vt hæc verba in defectum accipiantur generaliter, vt est text. in c. j. de feudis quam Titius in vsibus feud. à quo casu non est recedendum, secundùm not. in l. Labeo. vbi per Bart. de sup. leg. & doc. rub. ff. de op. nou. nunt. & quia etiã iurisconsulti ita loquuntur. l. ij. ff. de præscr. verb. l. j. C. de ind. vid. toll. l. vnica. §. & cũ triplici. & §. sin autẽ ad deficientis. C. de cad. toll. Non obstat, q, mens testatoris sit pro nepote, ex filia quandocunque nato: & ideo debeat hoc deberi pro expresse. d. l. fi. d. l. tale. in fi. respondeo contrariũ esse verius: quia imò videtur accommodasse voluntatẽ suam secundũ leges, vt admitteretur, ita demum, si natus, aut conceptus esset tempore euenientis cõditionis. l. in iis. ff. de condit. & dem. l. si duo. ff. de acq. bær. & quæ habentur per Bart. & alios in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. in l. Gallus. §. j. de lib. & posthu. maximè cũ verba expresse loquatur de iam nato: & ideò non sint extendenda ad nasciturum, vt dixi. Et † dictio in defectum, &c. excludat istum nepotẽ cum tunc dicatur deficere: quia substitutio caduca. d. §. & cum triplici. imo nec verisimile est, q, voluerit testator stare in suspenso ius, & possessionem dictarum iurisdictionum, quæ fideicommisso subiiciebantur, cùm id plerumque periculosum sit, subiectisque damnosum. Non obstat, q, quandoque † vltimæ voluntates stant in suspenso: quia hoc est verum ante, quàm cedat dies, post quam verò cessit dies, secùs est l. fi. in fi. vbi gloss. ff. com. præd. l. cũ filius. §. seruus. ff. de leg. ij. & gloss. in d. l. ij. si pars hær. pet. & docto. d. l. si duobus. loquuntur antequam dies cedat, puta: quia vni relictum est purè alii sub conditione ante euentum conditionis non cedit dies, sed res stat in suspenso, quod non est in casu nostro: in quo loquimur postquam conditio iam euenerat, vt admittatur substitutus excluso eo, qui non est in rerum natura. Non obstat vltimò † consiliũ Pau. Cas. ccxlvij. vbi vult admitti filias nondum natas, tempore euenientis conditionis, id est, alienationis, factæ aduersus iussum testatoris, respondeo quod conclusio Pauli non probatur legibus per eam allegatis, vnde Stephanus Bertrandi consilio xv. nu. xxxvij. vol. non audet firmare dictam conclusionem, & dicit, quòd indiget maiori deliberatione: & quod imò tales filii non admittantur, tenet Socin. d. consilio lxxiij. in iiij. quem sequitur, & reputat notandum Rub. in rep. d. §. quidam rectè. versic. vnum not. Secundo respondeo, quòd opinio Cast. potest esse vera in casu suo: quia ipse loquitur quando testator simpliciter vocauerat non solum filios, sed etiam familiam, & sic vsus fuerat nomine collectiuo, quod † gradatim accipitur. l. final. C. de verbor. signifi. meritò tunc non attendimus ad tempus conditionis simpliciter, sed etiam ad gradum nasciturorum, & quod ita esset in casu suo, ipse expresse dicit. versic. nec verum est. & in aliis locis. & pro hoc alleg. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. Tertiò est aduertendum, quia in casu Cas. illi non nato non erat aliquis substitutus, quod contrarium est in casu nostro, aliàs sequeretur, quòd postquam d. Petrus habuisset fideicommissum: nato deinde illo nepote, fuisset obligatus relaxare illa bona, & dominium fuisset ambulatorium, & translatum ad tempus duntaxat in substitutum, quod non est dicendum, nisi, quando testator ita expresse mandauit: imò olim, nec quidem expresse poterat. l. fi. C. de leg. Et ideò propter hoc dictũ Paul. Cast. non est facilè recedendum à communibus regulis, approbatis vno ore per omnes doct. Nec operæpretium videtur disputare, an Petrus acceptauerit dictum fideicommissum: quia istud

nihil refert, si enim fideicommissum est particulare, transijt incontinenti dominium in ipsum: l. Titio. ff. de furt. l. cum pater. §. furdo. ff. de leg. ij. siue vniuersale transmissum est per d. Petrum in filium, & hæredem suum, cum condicio ipso viuente, euenerit. l. cogi. §. idem Mætianus. ff. ad Treb. l. ij. C. de fideic. per Bart. & doct. in l. cum filiof. in fi. de leg. j. maximè cum in casu nostro expressim post d. Petrum vocati sint eius descendentes, vnde gradatim admittuntur ex etiam persona sua: cum sint vocati à testatore. d. l. fi. C. de verbo. sign. Cæterum, quia (vt audio) aduersus prædictum fideicommissum fit fundamentum, quod testator non potuerit illud facere, & quicquam immutare ex quo iam antea per viam donationis eam primogenituram constituerat. vnde non est licitum ab ea recedere. l. perfecta. C. de don. quæ sub mode. Sed contra hanc donationem duo obstant. Primũ est, quia donatio illa videtur facta per modum obuentionis bonorum, quod filii succedant, &c. constat autem, quod † conuentio inducens obuentionem bonorum, non valet. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. licet. per arg. à speciali. C. de pact. & per Bart. cons. ccxij. incip. promisi tibi, & tu mihi. & ratio est, secundùm eum, quia per pactum obuentionis ipsi paciscentes, non obligantur: quia verba respiciunt duntaxat obuentionem: ipsi autem non obligant se ad quicquam dandum, vel faciendum, vnde † cum obligatio ex persona ipsorum initium non sumat, actus est nullus. l. quęcunque gerimus. ff. de act. & obl. Nec bona ex tali pacto possunt deuolui, cum † deuolutio non fiat, nisi iure publico per testamenta, vel successiones ab intestato. l. iij. ff. de testa. l. fi. ff. de suis, & leg. l. si quãdo. §. j. C. de inoff. test. & cum opi. Bar. transeunt doct. vt per Alexan. consil. xxviij. ponderatis verbis. in iij. Dec. l. pactũ dotali. C. de collat. Curt. Iun. consil. xv. & consilio lxxxj. & in d. l. licet. cum concor. per eum; & ego idem tenui in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Et procedit hæc conclusio siue de re dotali agatur, siue de re particulari: semper enim militat suprascripta ratio, & meritò Bart. d. consil. ccxij. loquitur etiam in pacto partis. & ita etiam loquitur Alexan. d. consi. xxviij. Et licet aliqui Mod. vt Iaf. & Paris. videantur aliter sentire, tamen loquuntur, quando pactum est nullum alia ratione, videlicet tanquãm restrictiuum facultatis testandi, de quo in l. si fratres. §. idem respondit. j. ff. pro soc. Iaf. l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. Paris. consil. xxvj. in ij. nostra quæstio est, quando est nullum: quia inducat obuentionem, & in casu nostro nullo modo vera esset opinio ipsorum. Rursus procedit conclusio etiam si iuramentum interuenisset: quia cum † lex requirat certos modos, quibus obtingit successio non possunt illi modi suppleri per iuramentum, secundùm Alex. & alios in d. l. pactum quod dotali. l. j. C. de pact. vbi sum secutus, sicut nec supplerentur per † clausulam, omni meliore modo, &c. quæ habet vim iuramenti, secundùm Bartol. in l. cum pater. §. filius matrem. per illum text. ff. de leg. ij. Alexand. d. consil. xxviij. Bart. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Et maximè hoc dicendum cum iste donans deinde fecerit testamentum, & aliqua mutauerit vt meritò prior ordinatio, non posset valere tanquam dispositio inter liberos minùs solennis, secundùm l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & quod tradit Alexan. d. l. pactum quod dotali. C. de pact. Non tamen vidi verba ipsius donationis, an inducant obligationem præsentem, & executionem post mortem, quod

A sieri potest iuxta l. j. C. vt act. ab hæred. & per Old. cons. cxxxix. Alexand. cons. lxxxiij. in ij. an simplicem obuentionem. Et ideo transeo ad aliud fundamentum. Alterum argumentum quod deducitur contra hanc donationem est: quia † facta est absenti, nec per eum acceptata, vnde non valet. l. absens. ff. de donat. l. fin. ff. de leg. Quod procedit, 17
B adeò vtique per hæredes deinde acceptari possit: quia tale † ius acceptandi, nõ transit in hæredes. l. 18
si ego. §. si res. ff. de iur. dot. l. j. ff. de fer. export. quia res amplius non est integra, ex quo mortuus est donatarius. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & firmat Paul. Cast. consil. cxcv. visis iis, quæ narrantur in ij. vol.
C † præsumpta enim mens est donatoris, vt donet 19
ipsi donatario, non autem hæredibus, nisi quatenus iam donatarius acceptauerit. l. eum, qui ita. in §. j. ff. de verbo. oblig. Bart. l. stipulatio ista habere. §. si quis ita. in fin. eod. titu. & quod no. Bald. in l. iij. C. qui ad lib. proc. & talis contractus ante † ac- 20
D ceptationem non est contractus: quia non habet consensum duorum. l. consensu. ff. de act. & oblig. sed est meri facti: ideo ad hæredes non transit. l. cum hæredes. ff. de acq. poss. per Cyn. in l. j. quæst. ij. C. de iis, qui ante aper. teb. Bald. Salic. Alexand. Iemano. C. qui admit. & † ante dictam acceptatio- 21
nem, nihil dicitur in bonis defuncti. l. fi fine. §. fi procuratores. ff. rem rat. hab. Bartol. d. l. bon. meritò ad hæredem tale ius transmitti non potest: Bart. l. à testatore. in fi. ff. de cond. & dem. Iaf. d. l. manc. sicut videmus quod † conditiones potestati- 22
E uæ, respectu implementi ad hæredes non transeunt. l. si decem cum pecuero. vbi Bartol. in fi. ff. de verb. oblig. in casu autem nostro inest tacita conditio potestatiua, si donatarius acceptauerit. d. l. absenti. Rursus procedit argumentum etiam † si 23
notarius nomine absentis acceptasset, adhuc non quæritur absenti, nisi secuta ratificatione. l. iiij. ff. rem pupill. saluam for. quia † notarius non dis- 24
F fert in acquirendo ab aliis, nisi, quod quærit vtilitates actiones absque cessione, secundùm Bald. l. j. §. exigere. de magist. conuen. Bartol. d. l. iiij. vnde semper opus est ratificatione, secũdùm Ioan. And. de Pys. & Gul. de Cun. quos refert, & sequitur Alberic. de Ros. in l. non enim aliter. ff. de adopt. Bal. consil. cc. verba. versic. vel melius dicendum. in ij. vol. Ang. consil. lxxiij. Old. xxx. factum tale est quod dam. Ioan. And. in Spec. de cess. act. §. consequenter. in addit. incip. Petrus de Cem. in fi. Soc. l. j. §. si tuffertim. de acq. poss. & consil. iiij. in iiij. Corn. consil. l. in j. cùm ergo iste donatarius nunquam
G ratificauerit, sequitur, quod dicta † donatio non 25
valuerit, & potuerit per donatorem reuocari, nec possint hæredes donatarii amplius ratum habere, vt consuluit Paul. de Cast. d. consil. cxcv. refert, & sequitur Dec. in l. contractus. ff. de regu. iur. & consil. cxxxvj. vbi allegat etiam Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. circa fin. ff. de adopt. quæst. vj. Nec obstant notata per docto. maximè Soc. & Iaf. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi quãdo donatio est stipulata per notarium, non licet donanti mutare sententiam: quia loquuntur, quando secuta est ratificatio donatarii, vel saltem sequi potest: secùs, quando est iam ante mortuus, & istam opin. etiam sum secutus. in l. j. §. ex iis. in j. not. ff. de verbor. obligat. in j. lectura impressa. Vltimò aduersus fideicommissarium deducitur præscriptio: quia ab euentu conditionis, id est, à morte d. Ioannis (quo tempore initium sumit præscriptio, secundùm Abb. consilio ej. Felin. ca. transm. de præscrip.) citra dapsi sunt xxx. anni,

qui

qui sufficiunt præscriptioni, & licet alias † res prohibitæ alienari, vel fideicommisso subiectæ censentur, etiam vecitæ vsucapi d. fin. §. pen. C. com. de leg. & † propter iussum testatoris lex resistat vsucapioni, adeò vt titulum necessarium vsucapioni infirmat. l. vbi lex. ff. de vsucap. cap. cùm non licet. extra, de præscr. vnde tali casu ignorantia emptoris, vel iustus error pro titulo non est. l. ij. §. si à furioso. vbi Paul. de Castr. ff. de vsucap. pro empt. & facit text. in l. in bonæ fidei. ff. de acq. rerum dom. tamen ista non procedunt duobus casibus qui videntur ad præsentem speciem pertinere. Primus est, quando qui vsucapit non ab hærede, sed ab alio titulum habuit: cum enim tunc nulla grauati indeuotio arguatur, procedit vsucapio, vnde tũc dici non potest, q̃ mala fides venditoris noceat singulari successori, secundùm auth. malæ fidei. C. de præscr. lõg. temp. & ita tenet Bal. in d. l. ij. Pau. Ca. d. §. pen. vbi etiam Iaſ. & consuluit Conr. consilio cxvij. in j. vol. Alter est † in præscriptione longissimi temporis, cum in ea non sit necessarius titulus, sed solum bona fides. cap. j. de præscr. lib. vj. vnde cessat ratio conclusionis, & procedet præscriptio Bar. l. fi. C. vnde vi. Pau. Alex. Iaſ. l. filiusfa. §. diui. q. pen. ff. de leg. j. Alex. lix. in iij. Socin. cclj. Steph. Bert. d. consi. xv. nu. xxxiiij. Sed iis non obstantibus, puto in casu nostro posse istius defectum dentibus d. Petri prouideri, & cum † præsumatur fideicommissi ignorantia. cap. ignorantia præsumitur. de reg. iur. vj. per Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. ij. ff. de verb. oblig. poterunt in integrum restitui, in clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. d. l. j. in fin. ff. ex quibus caus. mai. Bartol. l. j. §. si quis autem. de itin. act. priua. & ita est cõmunis opinio in l. cũ filius. §. in hac. ff. de verbor. oblig. Dec. consil. clxxiiij. quam ampliant aliqui, vt procedat etiam in præscriptione quadragenaria, vt Alexand. consil. clj. clxiij. in ij. Soc. consil. clxiiij. cxciij. Præterea sciendum est quod cũ testator vocet d. Petrum, & qui ab eo descenderint, non currit præscriptio aduersus istos descendentes, nisi ab eo tẽpore, quo prior in gradu perfecta præscriptione ipse sit exclusus. l. j. §. sed videdũ. ff. de succ. edicto. Bar. consi. cxxix. quidam habuit. doct. l. j. C. qui admit. cũ ante isti agere nõ possint, vnde † non valenti agere interim non currit præscriptio. l. j. in fin. C. de ann. præscrip. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præsc. xxx. vel xl. ann. Bartol. l. senatusc. versi. quæro hic. ff. de off. præsid. & ita in tenuitu nostris tenuit Clarid. de Syesel. & Io. Crotus in d. §. diui. dicta quæst. pen. quod videtur mihi procedere etiam si sequentes in gradu sint proximiorum hæredes, quãuis enim auctores sui sint exclusi, nõ tamen ipsi excludentur, secundùm regulã l. cùm à matre. C. de rei vẽd. quia † isti ex propria persona agunt, vnde non tenentur facto auctoris sui. l. fi. C. de eui. & ex negligẽtia enim proximiorũ, qui prniserũt præscribi nulla oritur obligatio, quæ eorũ successores ex propria persona agentes obligare possit, vnde † factũ præcedentis non præiudicat sequenti, qui ex propria persona admitti se postulat, secundùm Aluarotum c. hoc quoque. versic. quæro ab extra. de succ. feudi. Et ista pro decisione præsentis casus mihi videntur sufficere, q̃ enim pertinet ad confiscationem, & etiam ad legitimationem, d. Petri nihil scripsi, quia non fuere mihi exhibitæ scripturæ, pertinentes ad dictos casus, & ideo me remitto dominis aduocatis præstantissimis consulibus. Et hæc omnia saluo semper sanioris iudicio.

CONSIL. CXX. SVMMA.

1 *Prohibitiones non alienandi factæ à testatoribus, recipiunt strictam interpretationem, vt in eis à proprietate sermonis non recedamus, & appellatione filiorum non veniant nepotes.*

2 *Prohibitiones non alienandi non valent, nisi adiecta sit causa probabilis, & concernens fauorem alicuius.*

3 *Dictio eorum stat relatiuè, & restrictiuè, &c.*

4 *Dictio eorum quid.*

5 *Pronomen ipsorum quid.*

6 *Testator grauare non debet eum, quem non honorat, & cui nihil relinquit.*

7 *Præceptum nudum testatoris, nullius est momenti.*

8 *Nepotes conseruatur memoria testatoris.*

9 *Grauatus non alienare extra familiam, potest cuilibet de familia alienare etiam nouitio.*

OMum, de qua agitur, puto non pertinere, neque ad hospitale, neque ad fabricam, sed potuisse relinqui d. Hieronymo Vicomercato. In primis sciendum est, q̃ † prohibitiones non alienandi, factæ à testatoribus, recipiunt strictam interpretationem vt in eis à proprietate sermonis non recedamus & appellatione filiorum non veniant nepotes. gloss §. nos igitur. in auth. de rest. fideicom. Bart. & cæteri. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. Soc. consilio xiij. in iij. Dec. consilio xcj. clxxxij. cum sim. Item sciendum, q̃ tales † prohibitiones non valent, nisi adiecta sit causa probabilis, & concernens fauorem alicuius, vt ex text. in d. §. diui. Quibus ipræsuppositis, resultat primum fundamentum pro d. Hieronymo, quia verba prohibitionis dicuntur *si quis eorum hæredum meorum, &c.* & sic intelliguntur solùm de supra nominatis: & sic filijs d. Ioan. Augustini, & Ioan. Ant. & hospitali: quia dictio, eorum, stat relatiuè, & restrictiuè ad scriptos hæredes, secundùm Old. cons. xxj. vbi loquitur de † dictione, meorum, & sequitur Alex. consil. clxxiij. in v. quæ est apposita in casu nostro. Bald. consil. cccliij. in v. Iaſ. & alij Mod. in d. §. diui. d. quæst. in pen. vbi loquitur in † pronomine ipsorum, quod est eiusdem significationis cum dictione, eorum, meritò non trahetur ad filium Io. Antonii, qui alienauit, aliàs sequeretur absurdũ, q̃ † testator grauasset filium Io. Antonii ad non alienandũ, cùm tamẽ nihil ei reliquisset cõtra regulã l. ab eo. C. de fideicõ. est enim positus in cõditione, nõ aũt vocatus, secundùm gl. in l. Lucius. ij. ff. de hæred. inst. Secundũ resultat fundamuntũ, quia videtur tale præceptum testatoris esse nudũ, & consequenter nullius momenti. d. §. diui. quia illa causa. *Quod remaneat ad perpetuam rei memoriam.* non est sufficiens, & probatur in l. pater. §. Iulianus Agrippa. ff. de leg. ij. vbi causa, quod in fundo sint suæ, aut maiorum suorũ reliquiæ non sufficit: ergo multò minus ista, & si dicamus valere talem causam nõ prohibebitur d. Hieronymus habere talem domum: quia ex persona remanet firma memoria testatoris: tum quia est eius ex filia nepos, † per nepotes autem conseruatur memoria testatoris. l. liberorũ. in gl. fi. de verb. sign. tum quia est, eiusdem familiæ, cuius testator. l. voluntas. C. de fideicommiss. l. cũ pater. §. cum inter. de leg. ij. l. pater. §. duob. de leg. ij. & de se patet. vnde per rationem declarabitur mens testatoris. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. cum vulgaribus. & † grauatus non alienare extra familiã, potest cuiuslibet de familia alienare, etiam nouitio. secundum §. quod si talia. de leg. ij. l. pater

pater filium ff. ad l. Falc. & in dubio ita est iudicandum: quia huiusmodi prohibitiones sunt odiosæ, vt supra dixi, & asserunt facultatem domino de re sua liberè disponendi.

CONSIL. CXXI. SVMMÆ.

1 *Anni initium dupliciter capitur, vno modo secundùm vulgarem vsum, quod incipiat ab incarnatione domini, alio modo quod incipiat quandocunque, & vocatur annus emergens.*

2 *Non est accipienda interpretatio, per quam superfluitas induceretur.*

3 *Dictio vnà cum, habet vim coniunctæ seu copulæ, quæ solet inter diuersa poni.*

4 *Dispositio testatoris trahitur facilius ad futurum, quàm ad præteritum.*

5 *Dispositio legis æquiparatur dispositioni testatoris.*

6 *Hæreditas adita, & apprehensa, mutat nomen, & efficitur patrimonium.*

7 *Testator semper censetur disposuisse ex die mortis suæ, & secuta adutione, etiam si verba simpliciter prolata fuerint.*

8 *Facilè capienda est præsumptio remunerationis, & recompensationis, & quod qui in vno grauatus est, in alio relegatur.*

9 *Per annum post mortem mariti, de iure ciuili secundum honestam consuetudinem tenentur mulieres abstinere à secundis nuptiis.*

10 *Pro hærede regulariter fit interpretatio contra legatarium. fall.*

GNaniter inspectis verbis testamenti d. Iulij Patronij, & legato facto d. Blancæ eius vxori, probabilior mihi visa est illa opinio, quòd fructus anni integri à morte testatoris debeantur ipsi vxori, testator enim post legatum mobilium, & frumenti, bladi, vini, existentis in domo, &c. tempore mortis subiecit, *Vnà cum omnibus recollectibus anni obitus dicti testatoris, &c.* Ex quibus verbis oritur difficultas, quia † annus potest accipi duobus modis, vno modo, secundùm vulgarem vsum, q. incipiat ab incarnatione domini: alio modo, quod incipiat quandocunque, puta in casu nostro à morte testatoris, & vocatur à doctoribus annus emergens, vt est text. in l. de diuisione. & ibi Iaf. in v. not. ff. sol. mat. l. ita vulneratus. vbi Flor. ad leg. Aquil. l. cum hæres. §. Stychus. vbi docto. de statu lib. j. §. annum. vbi Bart. ff. de itin. actu. priuat. Bald. consil. cccclvij. reuerendus. in fin. j. volum. Iac. But. in l. pen. C. de accus. cum similib. Videndum est igitur, quomodo intelligenda sint illa verba, vnà cum omnibus recollectibus omni obitus dicti testatoris. Et videtur mihi de anno emergenti esse intelligendum pluribus rationibus. Primò, quia cùm testator prius legauisset vina, frumẽta in domo, &c. si intelligeretur de anno vulgari, tale legatum esset superfluum & nihil vtilitatis afferret huic mulieri, † quæ interpretatio nõ est accipienda. l. si quando. ff. de leg. j. c. si Papa. de priuil. in vj. Bal. in rub. C. de cõtrah. emp. q. ix. Pau. de Cast. consilio ccxlv. & ccxlvij. Alexand. in simili consi. ix in vij. vol. Dec. consil. ccccxiiij. nu. ij. nu. cxxiiij. cclxv. nu. ix. cclxxxix. nu. iiij. cum similib. & potuit verisimiliter testator cogitare, & ita etiã verba sonant: quod cogitãuerit se decessurum, collectis fructibus, qui debebantur ex primo legato, A vnde subsiciendo, vnà cum recollectionibus, non est verisimile quod voluerit superflue disponere, sed cogitauerit casum qui euenit. l. quintus. ff. de testamen. mil. Secundò, quia † particula illa, vnà cum, & habet vim coniunctæ seu copulæ, solet inter diuersa poni. gloss. rub. ff. de iuris & fac. ignor. l. final. C. de imp. & al. subst. Bartol. l. Gallus. §. f. de lib. & posth. vnde perdifficulter clarissimus apparet, quod testator habuit tanquam diuersa legatum vini, frumenti, &c. ac legatum subsequens recollectuum, vnde non potest videri sensisse de anno vulgari: quia hoc modo vtrumque legato eadem res deberetur, quod esset contra manifestam mentem ipsius. Tertiò suadetur, quia verisimilius est, quod testator intellexerit de fructibus colligendis post mortem, ex quo † dispositio testatoris trahitur facilius ad futurum, quàm ad præteritum, sicut dicimus etiam de † dispositione legis. l. leg. j. C. de legibus, quæ æquiparantur dispositioni testatoris, secundum Bartol. in l. j. C. de iis quibus vt indig. de quo per Alexand. consilio cxxx. in ij. clxxxv. eod. volum. Soc. xix. in iij. Dec. xc. cum sim. Quartò, quia testator loquens de recollectionibus, quæ verba propriè significant collectiones post mortem factas, quia respectu vini, tritici, & cæterorum, quæ iam habebat in domo admittunt nomen recollectionum, & assumunt aliud, videlicet prouisio domus, vel frumentum, vel vinum, &c. sicut dicimus de † hæreditate adita, & apprehensa, quæ assumunt aliud nomen, & efficitur patrimonium, vt habetur in l. §. veteres. ff. de acquir. poss. & per Iaf. in auth. ff. de acq. hæred. Quintò, quia † testator semper censetur disposuisse ex die mortis suæ, & secuta adutione, etiam si verba simpliciter prolata fuerint. l. si in diem. in prin. vbi Bartol. ff. de cond. & dem. l. j. §. si quis hæred. de statut. Sextò, quia mens ipsius ex eo quoque arguitur, quod vxori legauit dotem suam sibi dandam termino anni, iuxta l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actione. vnde videtur in recompensationem, expectationis huius anni ei legasse tales recollectiones, † facilè enim capienda est præsumptio remunerationis, & recompensationis, & quod qui in vno grauatus est, in alio relegatur. l. si vero non remunerando. ff. in princip. & §. idem Papinianus. ff. mand. l. hæ iussu. ff. cum pater. vbi not. ff. de leg. j. l. eum qui. in pœne. ff. de iureiur. Septimò, hoc etiam suaderetur eo colore, quod voluerit maritum eam interim habere tale solatium, pro anno luctus, quo tenetur † interim abstinere, de iure nostro, & secundum honestam consuetudinem à secundis nuptiis. l. generò. ff. de ritu. nuptiarum. cap. fin. de test. cap. inter nostra. de stipul. per Host. in summa de pœnis, & remiss. §. quibus mortuis. versic. & notandum. Vltimò in dubio hæc interpretatio est accipienda, quia cum appareat, quanto amore, & beneficentia maritus sit eam prosecutus, debet in his legatis fieri in eius fauorem lacior interpretatio propter præsumptam mentem testatoris. l. capienda. §. final. ff. de reg. iur. l. Aurelius. §. Titius. ff. de lib. lega. facit text. in l. in conuentionibus. vbi dixi. ff. de verborum significat. & ita limitatur illud, quod vulgò dici solet † fieri interpretationem pro hærede aduersus legatarium, secundùm Dec. in l. semper in obscuris. versic. quinto fallit. ff. de reg. iur. & facit textus cum gloss. in testib. Digest. de fid. lib. Mathes. no. allit. sup.

l. cum auus. de cond. & dem. Et ita mihi videtur, per suprascriptas rationes, simul coniunctas: salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXII. SVMMÆ.

1 *Facultas testandi est de iure publico.*
2 *Protestationes seu confessiones non alterant, quæ sunt iuris publici.*
3 *Speciale est in testamento non solenni, cui hæres interfuit, vt confessio hæredis faciat legatum sustineri in vim fideicommissi.*
4 *Per secundum testamentum tollitur primum ipso iure.*
5 *Confessio hæredis illi præiudicat, nisi quatenus probetur error.*
6 *Confessio facta parte absente, non valet.*
7 *Quando confessio non emanauit principaliter ad obligandum, sed ad approbationem prioris testamenti, non requiritur præsentia partis: sed sufficit, quod quandocunque acceptetur per eos, quorum interest.*
8 *Mulieri propter fragilitatem sexus facilius succurritur, & in ea præsumitur ignorantia.*
9 *Confessio posterior tempore, non debet nocere emptori, cui ius iam erat quæsitum.*
10 *Confessio emanata ad persuasionem aduersarij, non obligat confitentem.*

SOroris Antoniæ viso vtroque testamento, & viso protestatione sororis Corneliæ institutæ in ij. testamento, & quæ protestata est voluntatem dictæ Antoniæ fuisse, quod primum testamentum obseruaret, & haberet effectum, dubitaui de viribus istius protestationis. Quia† facultas testandi, est de iure pu-1
blico. l. iij. ff. de test. & per huiusmodi† protestatio-2
nes, seu confessiones non debet alterari. l. nemo
poteſt. ff. de leg. j. Et quia† speciale est in testamen-3
to non solenni, cui hæres interfuit, vt confessio hæredis faciat legatum sustineri in vim fideicommissi. l. fin. C. de fideic. Et facit, q. not. Bart. in l. cùm quis decedens. in prin. ff. de lega. iij. vbi confessio hæredis non mutat ius testamenti, nec actio ex testamento competit. Sed tamen in casu nostro probabilior est opinio, q. standum sit dictæ confessioni, & primum testamentum valeat, quia-4
uis enim regula sit, quod† per secundum testamentum tollatur primum ipso iure. §. posteriore. Inst. quib. mod. test. inf. tamen hoc est intelligendum, quando posterius non est simulatum, id est, quando habet voluntatem testatoris, quod non fuit in casu nostro propter assertionem hæredis, cui videtur standum per d. l. fi. C. de fideic. cuius legis ratio militat etiam in hoc casu. & per text. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & facit text. & quod ibi not. in l. cũ testamentum. C. de iur. & fact. igno. vbi confessio hæredis illi præiudicat, nisi quatenus probetur error, qui non interuenit in casu nostro, & quod not. Soc. consil. xx. in iij. vol. Nec obstat, q.† confessio hæc videatur, facta parte absente, & ideo nõ valeat. l. certũ. §. si quis absente. ff. de conf. quia cum talis confessio non emanauerit principaliter ad obligandum, sed ad approbationem prioris testamenti, non requiritur præsentia partis, sed sufficit q. quandocunque acceptetur per eos, quorum interest. vt est text. cum gloss. in §. si verò expressim. vbi Ang. in auth. de hæred. & Fulc. sequitur Alexan. in apost. ad Bartol. in d. §. si quis absente. cum concord. per Franc. Cur. in rep. l. admonendi. ff. de iureiur. Felin. cap. si cautio. de fide instrum. Maximè cùm sit facta coram iudice, secundum no. per Bartol. in l. postquam liti. C. de pact. & melius per Ioan. de Ana. consil. lxxxv. & maximè accedente iuramento. d. l. cum quis decedens. §. codicillis. vbi Bar. per Felin. in c. si cautio. de fide instrum. maximè etiam cùm adhuc viuat hæres instituta in j. testamento. quæ potest acceptare: & ideo non sit necessarium ingredi illum articulum, an ius acceptandi transeat in hæredem, de quo aliàs dixi in cap. cum contingat. de iureiur. & quòd transeat, firmat Alex. consil. xlvj. num. xiij. & consi. xcij. num. x. in vj. volu. Nec obstat lapsus tẽporis, seu præscriptio quæ videtur posse allegari aduersus hanc hæredem scriptã in primo testamẽto se velle agere petitione hæreditatis: quia cum esset in probabili ignorantia istius protestationis, & crederet, secundum testamẽtum valere videtur ei succurendum ex clausula, si qua mihi iusta causa, &c. de qua in l. j. in fi. ff. ex quibus cau. maior. & consuluit Alexand. consil. lxxj. & lxxxiiij. in j. Soc. consil. lxxxvj. & lxvj. cum similibus. Quod maximè dicendum in† muliere, cui propter fragilitatem sexus facilius succurritur, & in qua præsumitur ignorantia. l. iuris. C. qui admitti. Item quia ista q. Cornelia erat mala fide, vt apparet ex confessione sua, Alexand. consi. clxxxvij. in hac causa & lite. in ij. volum. vnde non potuit præscribere, & hæredes tenentur exonerare eius conscientiam, vt habetur in cap. fin. extra de præscr. per Abb. in cap. ij. c. si diligenti. eod. tit. facit text. & q. ibi not. in c. fi. in fi. de sepult. cap. in literis. de rapt. Nec obstat, q. ista confessio emanauerit postquam venditę fuerant tornaturæ xx. ex dicta hæreditate: vnde hæc† confessio, posterior tempore non debet nocere8
emptori, cui ius iam erat quæsitum. l. si superatus. ff. de pign. l. facta. §. si hæres. vbi docto. ff. ad Trebellianum. quia respondeo quod etiam posito, quod hoc esset verum, tamen hæredes istius confitentis tenentur ad pretium, quia potest primus hæres ratam habere venditionem rei suæ, & petere pretiũ à venditore, seu eius hæredibus vt est text. in l. iij. C. de rei vendit. in l. si eum seruum. vbi dixi. ff. si cert. petat. facit glo. in l. final. de transact. & quod habetur in l. fi. C. de litig. in l. apud Celsum. §. quod si is cui. ff. de doli except. Nec etiam obstat, quod ista† confessio non videtur emanasse simpliciter,9
sed persuasione aduersarij, videlicet do. Hieronymi, quæ in primo testamento erat vsufructuaria, vnde talis† confessio non videtur obligare secun-10
dum l. ij. ff. quando act. de pec. per Bart. in l. error. C. de iur. & fact. igno. vbi doctor. per Alexan. consi. lxxx. in ij. volum. Sed respondeo quod imò confessio est simpliciter facta, & illa verba, & quam voluntatem dixit audiuisse dici, & proferri & declarari à dom. Hieronymo, non inferunt quod tali casu subsit aliqua persuasio: quia fortè audiuit declarari in præsentia ipsius testatricis, ita per interpretationem loquentis. Et in omnem casum doctrina Bartol. non negat, quin confessio ipso iure valeat, nisi probetur error, quod non potest fieri in casu nostro. Et ideo concludo secundum suprascripta: salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXIII. SVMMÆ.

1 *Testes contradicentes testamento, potiores sunt ipso instrumento testamenti.*
2 *Dictum vnius testis aduersus instrumentum, facit vacillare fidem instrumenti.*

3 Testis

3 *Testis mortuus potius auget suspicionem falsitatis.*
4 *In institutione piæ causæ, lex remittit solennitates iuris ciuilis.*
5 *Iure ciuili non valent relicta ad pias causas, nisi adhibitis 7. testibus, & seruata omni solennitate.*
6 *Cùm appareat per testes quem fuisse institutum, frustrà recurrimus ad verba enuntiatiua, & inaniter dicta.*
7 *Schedula scripta manu testatoris non facit nisi semiplenam probationem.*

MOniales S. Barnabæ concludo non posse prætendere ius aliquod in hæreditate d. Hieronymi, de qua agitur, quamuis enim legantur institutæ † in testamento, cũ tamen omnes testes contradicant instrumento dictum testamentum fide deficit. l. j. §. si quis neget. ff. quemad. test. aper. vbi Bart. & doct. communiter concludũt quod † dictum vnius testis aduersus instrumẽtum, facit vacillare fidem instrumenti, quantò magis in casu nostro, in quo omnes contradixerunt ipsi instrumento: & ita etiam tenent Canon. in ca. cum Ioannes. de fide instrumen. & est indubitata conclusio. Nec obstat, quod pro instrumento sit notarius, & quod mortuus sit vnus testis, qui debet haberi potiùs pro coadiuuante, quàm pro contradicente, quia respondeo hoc non procedere in casu nostro, in quo plures sunt contradicentes, secundùm Angel. in d. §. si quis neget. & Imol. ibi, & per Sal. in leg. in exercendis. C. de fide instr. per Alex. consilio xvij. in iij. & facit quod not. Paris. de Puteo in tract. syndicatus. in verb. tortura. in c. si duo testes. vbi concludit, quod † testis mortuus potiùs auget suspicionem falsitatis, quod maximè est dicendum in hoc casu, cùm ipse notarius fuerit de falsò condemnatus. Non obstat etiam quod hic tractetur de † institutione piæ causæ, in quo lex remittit solennitates iuris ciuilis. c. relatum. primo. extra, de testa. quia respondeo quod † iure ciuili non valent relicta ad pias causas, nisi adhibitis vij. testibus & seruata omni solennitate. l. generali. C. de sacrosanct. eccl. & est communis opinio contra Bartol. in l. j. C. eo. tit. deinde Pontifices fauore piæ causæ noluerunt etiam duos testes sufficere: quia existimauerunt solennitatem illam negligẽdam, qua duntaxat inuenta erat, ne facilè falsum committi posset. Vnde si hæc suspicio cessaret, statuerunt satis esse duos testes idoneos; id est, nõ suspectos, vt dicit Host. & Io. And. in d. cap. relatum, vbicunque ergo subesset suspicio, tunc nõ esset locus dictæ dispositioni, vt dicit Ant. de But. in cap. cùm esses. de testamen. & Bald. consilio cclxxxv. ad fi. in iij. vol. & in casu fortiori contra pium locum consuluit Ang. in consilio ccxxxiij. Corn. consilio clxj. in j. & consilio lv. in iiij. Soc. consilio xcij. in iij. vol. istæ autem moniales non solùm habent contra se suspicionem falsitatis, sed manifestam probationem, quæ sumitur ex dictis contradicentium instrumento. Non obstat probatio protestationis extraiudicialis, quod dictus testator dixisset se velle instituere moniales: qa cum etiã idem dixerit de Equite beccacuto, & † per testes appareat eum fuisse institutum, frustrà recurrimus ad hæc verba enunciatiua, & inaniter d. l. diuus. ff. de mil. testa. cum concord. Non obstat etiam exhibitio schedulæ, quæ per comparationem literarum videtur esse similis manui testatoris: quia † illa non facit, nisi semiplenam probationem, quæ nec quidem in contractibus sufficit iuxta leg. comparationes. cum auth. seq. C. de fi. inst. in vltimis verò voluntatibus duntaxat aliqualiter adiuuat, quando nõ est suspecta, vt per Raph. Com. consilio cxxxv. & habetur in auth. quod † ne. C. de testament. ex quibus omnibus de simplici subscriptione requisitus concludo cum suprà scripto do. consulente, dictas moniales ab hæreditate prædicta excludendas esse. Saluo semper, &c.

CONS. CXXIIII. SVMMÆ.

1 *Quando vnus testis ex necessarijs instrumento, contradicit ipsi instrumento, si alij testes instrumentarij examinati pro instrumento illud coadiuuent, præponderabit probatio instrumenti.*
2 *Testis vnus testamentarius contradicens testamento, facit testamentum vacillare.*
3 *Vltima voluntas ex defectu testium corruit.*
4 *Argumentum ex quo infertur legem esse absurdam, reijciendum est.*
5 *Clausula codicillaris sustinet voluntatem defuncti, quæ alias deficeret propter defectum solennitatis.*
6 *Iuramentum falsum in vno substantiali, est suspectum in omnibus.*
7 *Viua vox testis præfertur scripturæ notarij.*

POst redditum consilium suprà proximum intellexi difficultatem in præsenti casu fieri propter auctoritatem Ias. in consilio cxxiiij. in j. volu. vbi concludit, quod † quãdo vnus testis ex necessariis instrumento contradicit ipsi instrumento, si alij testes instrumentarij examinati pro instrumento, illud coadiuuent præponderabit probatio instrumẽti allegat multas auctoritates, & atteſtatur quod ista est communis opin. Addit etiam rationem, quia aliàs sequeretur maximum absurdum, quod vnus solus faceret vacillare fidẽ instrumenti, & præferretur alijs pluribus atteſtãtibus pro instrumento. Sed certè ista sunt verba ad Ephesios, & credo, quod d. Iason fecerit illud consilium in extrema senectute, quando non erat satis compos mentis. Et in primis doctorès, quos ipse allegat partim non dicũt, quod ipse credidit, partim dicunt totum oppositum. Et sciendum est (prout dixi in consilio) quod non negatur, quin aduersus istum testem possit probari contrarium, quia hoc omnes fatentur, & tradit Ang. & Imo. in d. §. si quis neget. & alij per eum allegati, videlicet Spec. de fide instrum. §. restat. ver. quid si tantum vnus. Host. in summa. de fide instr. versic. quid si instrumentum. cum pluribus alleg. per Fel. in d. c. cum Ioannes. versi. sed hanc limitationẽ. Sed quæstio omnis stat in eo puncto an soli testes instrumentarij sufficiant, & dico, quod nõn, per rationẽ gl. Bar. & aliorum: quia esto, quod sex testes sint pro testamento hoc non sufficit: cùm septimus cõtradicat, ergo non potest valere tanquã testamentum, si verò adessent duo testes, non instrumentarij, qui conuincerent hunc septimum, tunc contradictio septimi tanquã conuicta non attenderetur, & ita loquuntur prædicti doct. vbi verò soli sex instrumentarij coadiuuarent testamentum, secùs esset & hoc manifestè sentit Alber. per ipsum Ias. allegatus in l. cum precibus. C. de prob. ver. & prædicta. vbi requirit tali casu coadiuuationem fieri per alios testes, non descriptos in instrumento, & istud idem dicit Lanfr. de Oriano in repe. cap. quoniam contra, in verb. instrumentorum productiones. vbi si codicillis contradicant duo testes †

instrumentarij, & tres examinati coadiuuent non sustinentur codicilli: quia non habent legitimum numerum vnde. Idem dicendum est in testamento, & sentit manifestè Alex. in alleg. consilio xvij. in iij. & cõsuluit nouissimè Ioan. de Amicis de Venafro cõsilio cxv. vbi dicit quod ista est vera, & communis conclusio à qua nemo discrepat, quicquid dicat Iaſ. in d. consi. & ita etiam tenet Soc. consilio xxviij. in iij. vbi reprobat etiam aliam responsionem Iaſ. volentis valere talem voluntatem in vim codicillorum, de quo dicendum, vt per eos. Nec obst. ratio Iaſ. dum vult reducere rem ad absurdum, quod isto modo esset in facultate vnius testis infirmare testamentum, & quod ipse solus præponderaret alijs. respondeo hoc non est, quod vnus præferatur pluribus, sed quia testamentum non habet integrum numerum testium, prout requiritur à lege, & tale argumentum Iaſ. † inferret legem esse absurdam, quod esset absurdius. leg. si qua pœna. de verb. sig. per Bartol. in leg. fi. ff. de app. rec. Non obst. quod propter clausulam codicillarem debeat saltem sustineri in vim codicillorum. vt dicit Iaſ. d. consilio cxxiiij. versic. iiij. nam respondeo, quod hoc procederet, si quinque testes examinati dicerent pro instrumento. & ita loquitur Iaſ. † clausula enim codicillaris sustinet voluntatem defuncti, quæ aliàs deficeret, propter defectum solennitatis, secundum Bar. in leg. j. q. iiij. ff. de iur. cod. sed in casu nostro non solum est defectus solennitatis, sed etiam suspicio falsi, quia propter dictum vnius contradicentis instrumenti fidei vacillat, vt est supradictum, & † instrumentum falsum in vno substantiali, est suspectum in omnibus, iij. q. ix. cap. pura per Inn. in cap. cùm in iure peritus. de offi. deleg. et doct. l. si quis ex argentarijs. §. primo. de eden. leg. si aliquid. C. de fusc. & arch. lib. x. & ita sentit Soc. d. consilio xxviij. in iij. & licet duo testes sint pro instrumento, isti non sufficiunt, nisi essent in numero sufficienti codicillis, secundum Alber. d. leg. cum precibus. & testes scripti non examinati non sufficiunt, quando vnus est, qui contradicit, † præfertur enim viua vox scripturæ notarij per supradicta, cùm iste notarius sit satis suspectus, vt in processu apparet. Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXV. SVMMÆ.

1 *Deficienti conditione fideicommissum euanescit.*
2 *Alienatio vetita reuocabilis, & quandoque non.*
3 *Appellatio hæredum trahitur ad hæredem hæredis in infinitum.*
4 *Secundi hæredes etiam propriè loquendo sunt hæredes.*
5 *Cum nomine appellatiuo prohibiti sint hæredes, apparet tale prohibitionis onus hæreditarium esse.*
6 *Prohibitio quamuis pluribus facta sit, non ideo mutuo fauore facta videtur, vt vno alienante, alter censeatur vocatus, sed potius præceptum sit nudum, & non valeat.*
7 *Testator nolens aliquo tempore alienari, nisi in casu euidentis necessitatis, satis apparet extra illũ casum subesse fideicommissum.*
8 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
9 *Dictio hæredibus intelligenda est de hæredibus sanguinis, ex quo testator considerauit in ipsis qualitatem masculinitatis.*

TEstamentum, de quo quæritur, duo habet capita. Primum est, quod *decedente Matthea absque liberis masculis*, &c. *testator substituit monasterium*, &c. qui casus non euenit, quia Matthea decessit relictis liberis masculis, & † consequenter defecit conditio, qua vocabatur monasterium, & sic fideicommissum euanuit. l. filius fam. §. cũ quis. de leg. j. nec de hoc est dubitandum, vt per Old. consi. xxj. cum concor. per Dec. consilio ccxviij. Alterum est caput, in quo vertitur præsens difficultas, quia testator prohibuit alienationem bonorũ immobilium ipsi Mattheæ, vel eius hæredib. masculis, nisi in casum euidenti necessitatis declarandæ per dominos priores, &c. modo quæritur nunquid † alienatio facta per nepotes dictæ Mattheæ, possit rescindi per filios & descendentes dictorum masculorum? & paucis agendo videretur dicendum, quod sic, quia talis prohibitio alienandi inducit fideicõmissum in casu alienationis, iuxta tex. in d. l. filius f. §. diui. & cum prohibitio facta sit, non solum Mattheæ, sed eius hæredib. masculis non est dubium; quod † appellatio hæredum trahitur etiam ad hæredem hæredis in infinitum arg. l. sicut. §. pen. ff. quib. mo. pig. vel hyp. & l. pater filium. §. Iul. à contrario sensu. de leg. iij. † secundi enim hæredes etiam propriè loquendo sunt hęredes. l. hæredes. de ver. sig. vnde à proprietate verborum recedendum non est, idque verissimum est in casu nostro, in quo prohibitio non nominatim, sed simpliciter hæredibus facta est, vt concludit Barto. & sequuntur omnes in d. §. diui. ad fi. & facit ratio, quia † cum nomine appellatiuo prohibiti sint hæredes, apparet tale prohibitionis onus hæreditarium esse. vt per Bart. l. Marcellus. in prin. Ad Trebell. vnde ad vlteriores quoque hęredes protenditur, idque ex verbis testamenti satis probatur, quibus testator prohibet *hæredibus, ne nullo vnquam tempore, & sic in infinitum*, &c. meritò ergo poterit hæc alienatio reuocari, tanquam isti descendentes in hunc casum sint vocati; obstant tamen dictæ conclusioni duæ rationes. Prima, quia videtur tale præceptum esse nudum, cùm testator in casum alienationis neminem vocauerit, communis enim est opinio, quòd † prohibitio, quamuis pluribus facta sit, non ideo mutuo fauore facta videatur, vt vno alienante alter censeatur vocatus, sed potiùs præceptum sit nudum, & non valeat, secundum gl. j. in d. §. diui. quam ibi communiter doct. sequuntur vt per Bald. consilio ccccIxxviij. in j. antiq. & Io. de Im. in l. cũ pater. §. libertis. de leg. ij. sed respondendum est supra dictam *conclusionem procedere, quando testator* post prohibitionem pluribus factam, vltra non esset progressus, & ita loquitur gl. in d. §. diui. secus, quando aliquibus verbis constaret fauore cohæredum, factam fuisse, veluti si vetuisset alienare, & adiecisset se velle, vt res illæ firmæ & liberæ illi per omne tempus remanerent. leg. pen. §. instituto. de leg. ij. vbi gloss. super verbo, filijs, & Io. de Im. adiectio enim illa indicat voluisse testatorem hos fidei commisso onerare. l. pater. §. quindecim. ff. de lega. iij. vnde in casu nostro, cùm † testator noluerit aliquo tempore alienari, nisi in casu euidentis necessitatis, satis apparet extra illum casum subesse fideicommissum. Secunda ratio vrget in contrarium, quia si dicamus vocatos istos descendentes, cùm sint hæredes nepotum, qui alienauerunt, non videtur posse contrauenire, neque petere fideicommissum, per l. cùm à matre. C. de rei vend.

8 vend. & per regulam quæ habet, quod † quem de euictione tenet actio, agentem repellit exceptio leg. vendicantem. ff. de euictionib. Respondeo quod ista difficultas cessaret, si isti fuissent hæredes: cum beneficio inuentarij, iuxta regulam ff. §. in computatione. C. de iure delib. & quod not. Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. & Dec. consilio clxxxv. & si non fecerint inuentarium, possunt petere restitutionē in integrum aduersus eius confectionem, iuxta tex. in §. pupillis, verbo, per restitutiones, in auth. de hæred. & Falc. vbi gl. & doct.

9 Quamuis etiam possit dici, quod † dictio illa hæ-
dibus intelligenda sit de hæredibus sanguinis, ex quo testator consideranit in ipsis qualitatem masculinitatis, vt in simili not. doct. in leg. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. & consuluit in simili casu Dec. consi. xxxviij. de quo dicendum vt per eum, vnde sequitur, vt si aliquis istorum descendenti um nolit esse hæres neporum qui alienauerunt, possit adhoc fideicommissum admitti. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXXVI. SVMMA.

1 *Vt testamentum sit nuncupatiuum, oportet nomen heredis nominatim coram testibus exprimi.*

2 *Licet lex dicat hæredes palam nuncupandos esse, tamen satis est si nuncupentur implicitè.*

3 *Probatio quæ fit per comparationem est periculosa, & dat materiam falsitatibus.*

4 *In testamento nuncupatiuo, non est necessaria scriptura.*

5 *Attendendum est ad qualitatem secundum quam actus agitur.*

6 *Cùm testator dicat se facere institutionem amore Dei, & hæres scriptus sit pauper late testamentum dicitur pertinere ad piat causas.*

7 *In dubio videtur quis potius motus contemplatione sanguinis, quàm piæ causæ.*

8 *Duo testes sufficiunt ad probandam solennitatem interuenisse in testamento.*

VISAE Speciarij viso testamento de terra fluminis rogatus: quid sentiā de iure, puto rem paucis absolui posse, & concludendum testamentum illud valere tanquam nuncupatiuum. prout testator ipse affirmat se facere, cuius affirmationi standum est, quando validitas actus cum ea concordat, secundum Bald. in l. j. C. de iu. cod. Paul. Castr. in l. proximè. ff. de his, quæ in test. del. Sed difficultatem in casu nostro facit, quia † vt testamentum sit nuncupatiuum, oportet nomen hæredis nominatim coram testibus exprimi. §. fi. inst. de test. leg. hæc consultissima. §. per nuncupationem. C. de test. leg. iubemus. C. eod. tit. quod non videtur factum in casu nostro, quia testator simpliciter dixit testibus, q illud erat suum testamentum, & quod ita ordinauerat, vt in dicta charta continebatur. Sed tamen hoc non obstante dicendum contra testamentum valere, quia satis est, quod implicitè testator ita dixerit, quamuis nō expresserit nominatim hæredes, vt tenuit Bart. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonst. qui loquitur nō solum in legatis, sed etiam in institutione allegando. l. hoc articulo. ff. de hæred. inst. & quod hoc procedat in testamentis, & institutione hæredis firmat Bal. & Ang. in l. asse toto. ff. de hær. inst. Bal. in leg. captatorias. C. de test. mil. Pan. Cast. & Aret. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testam. et

A licet Aret. ibi multum disputet, & multum se involuat, tandem tamen residet in hac opinione, quando constat de certitudine ipsius schedulæ, aliter quàm per solam comparationem literarum, quam sententiam sequitur Corn. in d. §. per nuncupationem. & Socin. in consi. clxxiij. in j. princ. dub. vbi consuluit etiam in casu fortiori, & ideo ab hac opinione in practica non esset recedendum & licet Ias. in d. §. per nuncupationem. aliter videatur sentire, tamen eius opinio est contrà communem, & etiam non mouetur satis bona ratione: quia † licet lex dicat hæredes palam nuncupandos esse, tamen satis est, si nuncupentur implicitè. & tex. per eum allegatus volens nominatim nuncupari. d. l. iubemus. loquitur in testamentis scriptis, in quo maior solennitas requiritur, nostra autem quæstio est in nūcupatiuo, in quo vt dixi communis opinio est, quod sufficiat nuncupatio implicitè facta, prout in casu nostro, vnde dictum Ias. solum potest saluari in casu textus per eum allegati, videlicet in testamento in scriptis. Et vltra quod hæc est cōmunis opinio cū ratione tuetur de fauore sustinēdi testamēti, debet hæc sententia prævalere etiā si nō esset cōmunis per tex. in l. si pars. ff. de inoff. test. & quæ not. And. Sic. consi. vj. in cap. scriptum est. in j. Maximè cùm in casu nostro nulla prorsus sit dubitatio, quin illa fuerit voluntas testatoris propter recognitionem testium, et notarij. & Bart. in d. l. si ita scriptū. loquitur in casu magis dubio, in quo potuit supponi à guardiano schedula adulterina, & tamen vult sufficere comparationem literarum propter assertionem testatoris, cùm tamen aliàs † probatio, quæ fit per comparationem, sit periculosa & det materiam falsitatibus, vt dicitur in tex. in auth. de instrum. cau. & fi. in prin. vnde apparet quod casus noster habet longè minùs dubitationis. Non obstat statutum terræ fluminis, quō traditur certa forma, quæ non videtur esse in casu nostro seruata: vnde actus videtur esse nullus, iuxta ea, quæ habentur per Mod. in leg. prima. ff. de lib. & posth. quia respondendo dico esse aduertendum, quod dictum statutum non est factum ad correctionem iuris communis, prout etiam in dubio fit interpretatio in statutis. leg. si serui. vbi Salic. C. de noxa. per Bartol. in leg. Cæsar. de publica. & habetur in leg. omnes populi. de iust. & iu. vnde si qs velit testari, vel p nuncupationē, vel in scriptis poterit: quia statutum hoc non prohibet, sed solum prouidet in vno casu omisso, quando testator vult manu propria scribere, vel per manum alterius, quando ipse nescit scribere, & tunc statutum in §. si quis verò. dat formam ibi positam quæ non fuit seruata in casu nostro: quia non agebatur de casu posito in statuto, scilicet quod testator vellet ipse scribere, vel quia nesciret, vteretur manu alterius: imò testator in casu nostro protestatur cōtrarium, scilicet quod vult † facere testamentum nuncupatiuum, in quo non est necessarium, quod ipse per se, vel per alium scribat. d. §. fi. inst. de test. nec adhibuit manū domini Guliemi, tanquam simplicis scriptoris: quia ipse nesciret scribere, sed potius tanquam notarij & testis, vt apparet ex attestatione testium nec etiā probatur, quod iste nesciret scribere, vnde apparet, nihil opus fuisse seruare formā statuti, quod habet locū duntaxat, quando fit testamentum secundum qualitatem in statuto expressam. leg. Fulcinius. §. primo. ff. ex quib. caus. in poss. attendendum est enim † maximè ad qualitatem

ſecundùm quam actus agitur. leg. ſi pater. §. qui duos. vbi Bal. ff. de adop. leg. ſi proponas. §. j. vbi Ang. ff. de inoff. teſt. & quod not. Ioan. And. in cap. j. de homic. in vj. in nouel. Iaſ. in leg. diuus. ff. de re iud. Præterea & ſecundò † cùm teſtator dicat ſe facere illam inſtitutionem amore Dei, & iſte hæres ſcriptus ſit pauper, tale teſtamentum dicitur pertinere ad pias cauſas, & non ſubiacet formæ traditę à ſtatutis. cap. cùm eſſes. extra, de teſt. per Bartol. in leg. j. C. de ſacroſ. eccl. Nec obſtat conſanguinitas, quia licet † in dubio videatur, qs motus potius contemplatione ſanguinis, quàm piæ cauſæ. leg. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excuſ. tut. Bartol. in leg. qui filiab. ff. de lega. j. tamen hoc procedit in dubio, non quando teſtator expreſsit quod faciebat amore Dei, prout in caſu noſtro, & tenuit Bald. in leg. illud. C. de ſacroſan. eccl. in prin. verſicu. quod intelligo verum, & firmat per multa Lud. Rom. in rep. authen. ſimiliter. C. ad legem Falcid. Non obſtat quod teſtes in ſubſcriptione non affirment ſe fuiſſe rogatos, &c. quia iſta ſolennitas quod interuenerit probatur ex atteſtatione ipſorum omnium teſtium ſuper ſecundo articulo, & cum hoc † pertineat ad ſolennitatem, ſufficeret ſi probaretur per duos teſtes not. Bal. Pau. Caſt. & Mod. in leg. ij. C. de ſecun. tab. Im. d. cap. cùm eſſes. de teſt. vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, refert & ſequitur Alexan. d. leg. ij. & idem Alexan. conſilio xxxxvij. abunde. lib. ij. videtur multò magis hoc eſſe dicendum in caſu noſtro, in quo omnes ſeptem teſtes atteſtãtur de rogitu, vt ſuprà dixi. Et ita mihi videtur; ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CXXVII. SVMMÆ.

1 *Maſculi fœminis ex cauſa potiores.*
2 *In feudis verba deſcendentibus maſculis, intelliguntur etiam de nepotibus ex filia ad excluſionem aliarum filiarum & ab his deſcendentium.*
3 *Regulariter in feudis non ſolum fœminæ, ſed omnis earum linea excluditur.*
4 *In dubio pro poſſeſſore iudicandum eſt.*
5 *Fauorabilior eſt cauſa rei quàm actoris, & in ambiguis contra actorem pronuntiamus.*
6 *In dubio pronuntiandum non eſſe locum fideicommiſſo.*
7 *Fideicommiſſum eſt onus.*
8 *Semper fit interpretatio vt hæres quam minimum ſit grauatus.*
9 *Veriſimile eſt patrem, quàm minimum velle grauare filios, ſed duntaxat reſeruare ius ſucceſſionis ab inteſtato.*
10 *Clauſula, ita, quod linea maſculina, & ca. eſt limitatiua ſeu reſtrictiua, nec poteſt operari ampliationem.*

AVGVSTINI Beroij Iuriſconſult. viſo cõſilio, dubitaui primum circa eius deciſionem propter ſatis aperta verba teſtamenti, tamen deinde perſpicacius cogitãdo, viſa eſt mihi eius ſententia verior, & conſona menti teſtatoris. Et quia ipſe diffuſiſsimè omnia attingit, non deferam aduerſus vetus prouerbium, ligna in ſyluam, ſed ero tantò breuior. In primis igitur fundata eſt intentio d. Herculis nepotis Antonelli ex filia propter verba † illa ſubſtitutionis, quibus vocantur filij filiorum Nicolai, & ſucceſsiuè deſcendentes in infinitum maſculi. Iſte enim eſt deſcendens & maſculus, vnde ex proprietate ſermonis compræhenditur per textum in §. j. in auth. de her. ab inteſt. Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua. q. cxlvj. Bal. conſilio ccxxviij. in primo. Pau. Caſt. I. Gallus. §. nunc de lege. de liber. & poſth. Fulg. cõſi. lxxxvj. Corn. cõſ. ccxlvj. litera G. in ſecundo volũ. Dec. in ſimili c. nouit. vj. notab. extra, de iud. maximè cum aliàs illa dictio, *deſcendentes*, nihil operaretur. l. ſi quand. de legat. j. vt diffuſius dictum eſt in conſil. Conſidero etiam, quod ita diceremus, ſequeretur abſurdum, quod iſte nullo caſu vocatus eſſet ex prædicto teſtamento, quod eſt abſurdum, cum vocet alios minus dilectos in dicta portione Antonelli, contra regulam leg. Publius. in fine. de condit. & demonſt. Vocat enim deſcendentes filiarum maſculos, & deinde fœminas, & maritos earum. Cùm tamen in portione Antonelli magis ſint dilectæ eius filiæ, & ex filiabus nepotes maſculi, quàm maſculi ex ipſius Antonelli amitis, vt in ſimili dicit. Alexan. conſilio xxxviij. in vj. Iaſ. conſilio cxlij. in ij. Ludo. Bolog. inter conſilia Alex. conſilio xlix. in iiij. cum ſimilib. Addo etiam mentem teſtatoris ſatis declarari ex illo capite, quo vocat in defectum maſculorum, ex alijs filiabus filias fœminas dom. Nicolai, & deſcendentes ex eis. quibus verbis nõ poſſet compræhendi do. Iſabella, quæ non deſcendit ex fœminis, ſed ex maſculo Nicolai, & cõſequenter minùs compræhenderetur d. Herculeſ, quod non poteſt alia ratione dici, quam quia ſatis erat compræhenſus ex verbis primæ inſtitutionis, ſub illo nomine deſcendentes maſculos. Oſtendit hoc etiam ordo & ſeries teſtamenti: prętulit enim teſtator primo maſculos ex Nicolao, ſicut ipſum Nicolaum prætulerat ſororibus, vnde etiam deſcendentes maſculos ex fœminis lineæ Nicolai, videtur prætuliſſe deſcendentibus maſculis ex linea ſororũ Nicol. vt in ſimili dicit Bart. quem ſequuntur doc. in d. leg. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthum. Bartol. in leg. ſi. ff. ad Trebel. Alexand. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulgar. Confirmatur hoc etiam, ex natura feudi ſecundum quam traditum eſt, quod † verba illa deſcendentibus maſculis, intelliguntur etiam de nepotibus ex filia ad excluſionem aliarum filiarum, & ab his deſcendentium. vt eſt tex. in ca. j. de eo qui ſibi & ſuis hær. in vſib. feud. † admittiturque deſcendens ex filia, quamuis aliàs in feudis non ſolum fœminæ, ſed omnis earum linea excludatur capi. primo. §. hoc autem, qui feu. da. poſſ. & tamen propter vim illorũ verborum deſcendentium maſculorum, &c. omnino excluduntur tales nepotes, ergo. idem dicendum in caſu noſtro, vt quamuis in hoc fideicommiſſo fœminę excludantur, exiſtente linea maſculina, tamen non excludatur Hercules, deſcendens ex filia Antonelli. Et debet index inclinare in re dubia in hanc ſententiam. Primò per regulam quod † in dubio pro poſſeſſore eſt iudicandum. §. commodum. inſt. de interd. Secundò per aliam regulam, quia † fauorabilior eſt cauſa rei, quã actoris, & in ambiguis cõtra actorẽ pronuntiamus. l. qui accuſare. C. de ed. Tertiò, qa actor iſte innititur, & venit ex iure fidei commiſsi, & † in dubio pronuntiandum eſt, non eſſe locum fideicommiſſo. leg. Lucius. §. tres hæredes. in verb. an vniciam hæreditatis. vbi Dia. Iac. Alber. ff. ad Treb. leg. ſi fuerit, vbi Ca. & Socin. in v. nota. ff. de reb. dub. & ratio eſt quia † fidei commiſſum eſt onus. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & † ſemper fit interpretatio vt hæres quã minimum ſit grauatus. leg. vnum ex familia. §. item. ff.

rem. ff. de legat. ij. Ethuc maxime est dicendum; quando filiis tale grauamen induceretur: quia verisimile est quod † pater quam minimum eos grauare velit, sed duntaxat reseruare ius successionis ab intestato secundum gloss. in l. Lucius. ij. ff. de lib. & posth. Nec obst. quod expresse videatur vocatus d. Petrus ex Margareta filia, per illa verba in casu, quo Nicolaus, seu filij, vel filiorum filij in infinitum, & descendentes ex dicto d. Nicolao decederent sine filijs masculis, ita quod linea masculina ipsius Nicolai deficeret, &c. quia respondeo quod illa † clausula, ita quod linea masculina, &c. est limitatiua, seu restrictiua, & ideò non potest operari contrarium effectum, vt augeat fideicommissum, sed debet substitutio in casum cõtrarium institutionis procedere, iuxta l. j. cum ibi not. C. de impuber. l. sris qui ducenta. §. final. vbi Bartol. ff. de reb. dub. tradunt doc. in l. quamuis. C. de impub. Intelliget ergo illa clausula, ita quod linea masculina deficeret, nec supererent descendentes masculi, prout in institutione: in casu autem nostro supersunt, id est, ipse Hercules. Nec est nouum quòd fiat ista interpretatio, vt aliquid simpliciter renuntiatum, intelligatur saluis supradictis. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. vbi Cast. & Ias. l. nã ad ea. ff. de condit. & demonst. Dec. consilio excv. cum similibus & ex ipsis transeo cum opinione suprascripti domini consulentis. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXVIII. SVMMA.

1 *Secundum testamentum derogat primo.*
2 *Vltima derogant prioribus.*
3 *Iuri quod quis ignorat, non censetur vnquam renuntiasse.*
4 *Solutio legatorum arguit notitiam testamenti, quia non est verisimile hoc esse factum, nisi inspectis eius verbis.*
5 *Notarij rogati de testamentis, possunt compelli ad exhibendas tabulas.*
6 *Regulariter in materia fideicommissi, non veniunt Nepotes appellatione filiorum.*
7 *Fideicommissum extendi ex verbis.*
8 *Quando præcedunt legata, & testator generaliter de bonis suis locutus est, consequens est etiam prælegata comprehendi.*

Accessi & ipse in sententiam d. Consulentis viso suprascripto consilio, pro cuius clariore explicatione, ponam infrascriptas conclusiones. Prima conclusio est, q, † secundum testamentum magnifici d. Iulij Maluetij. derogat primo iuxta regulam, positam in §. posteriore. inst. qui mo. test. infir. & quia † vltima derogant prioribus. l. pacta notissima. C. de pact. vbi no. Nec obstat quòd arbitri iusserint fieri solutionem legatorum, secundùm formam primi testamenti, & sic in tot bonis immobilibus, quia propter hoc ideo non censetur sublatum secundum, & solutio illa censetur facta ex laudo, & sic vigore pacti, non autem ex testamento, per ea quæ habentur in c. Raynaldus. per gloss. super verb. neutra pars. extra, de testa. Ang. consil. ccxxvilj. punctus talis facit gloss. in §. si vero. in authen. vt diffe. iudi. Nec rursus obstat, quòd dicti arbitri declarauerunt solos do. Pirrhum & Herculem esse hæredes, cùm tamen in secundo testamento etiam d. Ascanius esset adscriptus cohæres: quia per hoc non proba-

tur quin in reliquis secundum testamentum stet firmum, iuxta regulam d. § posteriore. & potuit Ascanius homologare dictum laudum, & esse contentus prælegatis omissa institutione. l. filio pater. ff. de leg. j. vbi not. Secunda conclusio, quòd per homologationem dictæ sententiæ arbitrorum censetur exclusus Ascanius, & sui hæredes, ne quicquam petat iure dictæ institutionis. Nec obstat, si dicatur, quòd † iuri quod quis ignorat, non censetur vnquam renuntiasse. l. mater decedens. ff. de inoff. test. maximè vbi tale ius ex testamento penderet. l. de his. ff. de transactio. Respondeo enim, quòd hoc procederet data ignorantia ipsius Ascanij, verum quòd ignorauerit, vel scierit totum pendet à coniuctura, & cum Ascanius non esset suus hęres, sed frater præsumendum est potius, quòd sciuerit, vt habetur in l. eius, qui in prouincia. in fi. si cert. pet. maximè cùm in dicto testamento secundo adesset legatum ducatorum sexcentũ, quod iusserunt arbitri persolui. Vnde apparet eius notitiam eos habuisse, ex quo arbitrium illud concordat in summa, vt in simili in l. si quando. §. final. C. de inoffi. testa. in l. cum quo. §. fin. ff. ad leg. Falci. † solutio enim legatorum arguit notitiam testamenti: quia non est verisimile hoc esse factum, nisi inspectis eius verbis, vt per Bartol. in d. l. de his. & moder. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iij. q. Bar. ff. de verb. obl. Confirmatur etiam per renuntiationem dicti Ascanij, qui iussus est renuntiare, & cedere omnibus iuribus sibi competentibus in hæreditate d. Iulij: certè nullum aliud ius sibi competebat, quàm institutionis. Vnde habetur pro expresso. l. fundus qui locatus. in fine. ff. de fundo instruct. legat. maximè, cùm dictæ partes protestentur, quòd arbitri fuit bene informati de iuribus partium, & sic de dicto testamento, & ista conclusio maximè procederet tenendo illam opinionem, quæ videtur magis communis, quod regula dictæ l. de his fundata sit ea ratione in pœnam eorum, qui tabulas testamẽti supprimunt & celãt, iuxta l. j. ff. quemadmo. testa. aper. quæ ratio procedit duntaxat in testamento in scriptis, non autem in nuncupatiuo, de quo rogantur † notarij, & sic personæ publicæ quæ compelluntur ad exhibendas tabulas. l. prætor ait in princip. ff. de eden. & ita tenuit Alber. de Ros. Raph. Fulg. & Ias. in d. l. de his. Tertia conclusio licet fideicommissum factum sit, si Ascanius decesserit † sine filijs, & regulariter appellatione filij in hac materia non veniant nepotes. gloss. §. nos igitur, in authen. de rest. fideicomm. Ang. consil. vij. Dec. ccxviij. Socin. ccxxvij. tamen in casu nostro, puto contrariũ propter illa verba in fine adiecta, *ita quod semper, & in perpetuum voluit eius bona peruenire ad masculos de Maluetijs, &c.* quæ ratio ampliat dictum, vt videatur prohibitio in rem facta, & † extendatur etiam mortuo nepote sine filiis, secundum ar. l. pater. §. fundum. & ibi per Bartol. de leg. ij. & consuluit Rom. consil. ccccIvij. Pau. Cas. consil. ccxxxij. visis & consideratis. Ioan. de Ana. consil. xlvij. Cur. Senior. consil. xl. Aretin. d. l. qui Romæ. §. cohæredes. cum similibus. & licet loquantur in prohibitione alienationis, tamen idem est etiam in fideicommisso, & semper subest eadem ratio, vt dictum amplietur per rationem generalem. l. cùm pater. §. dulcissimis. de legat. & fideicomm. secundo. & ita sæpe vidi iudicari, licet alij aliter respondissent, & semper secutus sum hanc opinionem, tanquam mẽti testatoris magis consonam. Quarta conclusio quod fideicommissum illud ibi generaliter ser-

ptum trahitur, non ſolum ad portiones hæreditarias, † ſed etiam ad prælegata, cum enim præceſſerit legatum, & teſtator generaliter de bonis ſuis loquutus ſit, conſequens eſt etiam prælegata comprehendi per textum.in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. Nec me mouet quod ibi no. Bartol. in pen.q.Volens hoc non procedere quando teſtator limitate loquutus eſt, puta de reliquo quod ſupererit deductis iudiciis, ſeu legatis: quia reſpondeo quod in caſu noſtro non eſt ita loquutus, ſed ſimpliciter dixit, *in alijs autem bonis inſtituo, &c.* quæ verba plurimum diſtant ab his, quæ poſuit Bartol. in d.pen.q.ſecundum Ang. conſil. ccxciiij. & ſeq. & iſta mihi videntur vera, omiſsis ſuperfluis allegationibus. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CXXIX. SVMMÆ.

1 *Fideicommiſſi extendendi & tranſmittendi cauſa.*
2 *L. pater. §. Iulius Agrippa de leg. iij. ſenſus.*
3 *Alexandri authoritas incomparabilis.*
4 † *Crotus in iure modicam habet ſupellectilem & iudicium.*

PErſiſto in prima concluſione, facta in prioribus allegationibus q, domus, de qua agitur non ſit ſuppoſita alicui † fideicommiſſo, ſed potuerit liberè relinqui D. Hieronymo: quia prohibitio facta hæredibus non extenditur ad alios. Nec obſtat, q, nuper adducitur in motiuis, q, talis prohibitio habet annexam cauſam, q, domus remaneat ad perpetuã memoriam teſtatoris: quo caſu videtur propter adiectionem cauſæ extendi prohibitionem per doctrinam Bart. in l. pater filium. §. fundum. de leg. iij. quæ eſt communiter approbata per Iaſ. & cæteros in d.l. filius fam. §. diui. cum ſimilibus. Reſpondeo, q, Bart. & doct. loquuntur, quando cauſa illa reſpicit fauorem certæ perſonæ, cuius interſit, ſeu quæ ſit vocata in caſum alienationis, puta: ne de nomine teſtatoris exeat, prout loquitur ille text. vel vt remaneat inter deſcendentes, vel in familia, ſecus eſt ſi cauſa reſpiciat duntaxat fauorem ipſius teſtatoris: quia tunc præceptum eſt nudum cum non ſubſit aliquis, qui reuocet talem rem alienatam, & vocatus ſit in eum caſum, vt dicit idem Bart. in §. ſe ad. d. §. fundum. videlicet in d.l. pater. §. Iulius Agrippa. de leg. iij. dum loquitur de cauſa concernente fauorem patris, id eſt, teſtatoris. Non obſtat, quòd quando prohibitio ſit de re ad quam teſtator habet affectionem, etiam ſi fiat perſonaliter, tamen propter affectionem durat perpetuò, & cenſetur realis, & tranſit ad hæredes hæredum, prout videtur innuere Lud. Rom. in l. ſi quis filium. §. final. de acq. hær. dicit expreſſe Ioan. Crotus, & Ferd. Hiſpanus in d. §. diui. Reſpõdeo enim quòd iſta opinio eſt fatua, & ridicula prout ibi dixi. Et in primis eſt contra text. in d. † l. pater. §. Iulius Agrippa. vbi teſtator legauerat domum & fundum, in quo erant reliquiæ, & ſepulchra maiorum ſuorum, & tamen prohibitio alienationis tanquam nuda non valet, vt ſentit ibi Bart. Secundò dico, quòd eſt contra rationem doct. in d. §. diui. dum declarant, quæ cauſa efficiat præceptum non alienandi valere, & non eſſe nudum: & dicunt, quòd ideo eſt, quia ad hoc vt fideicommiſſa valeant, oportet: vt teſtator ſtatuat in commodum alicuius. l. Quintus. de ann. leg. cum ergo quis prohibet non alienari, nihil agit: quia hæredi nocet dum effectum dominij illi impedit, & nulli prodeſt meritò dicitur in d. §. diui q, nõ põt teſtator hanc rei ſuæ legem imponere, talis ergo affectio non eſt conſideranda. Tertiò dico, q, cum Lud. Rom. in d. l. ſi quis filius fam. §. final. noluerit hanc opinionem affirmare, non arbitror fore aliquem doctorem tam audacem, qui velit ſententiã ſuã pro certo habere, id quod Rom. habuit pro dubio, maxime cum d. † Alexand. cuius auctoritas eſt incomparabilis teneat contrarium, & allegat Bald. in l. final. quæſt. xxij. C. de hær. inſt. cuius deciſio optimè facit aduerſus hanc fantaſiam Romani, nec auctoritas Croti eſt opponenda Alexandro, cùm notiſsimùm ſit quàm tenuis ſit eius † in iure noſtro ſupellex, & modicum iudicium. De Ferdinando verò nihil aliud dico, niſi quòd erat ſcholaris Ripæ, quando fecit illam repetitionem, vt atteſtatur ipſe Ripa in lectura d. §. diui. & ideo non eſt curandum de iſtis militibus, leuis armaturæ, ſed adhærendum d. Alexandro, qui eſt doctor veritatis, maximè in iudicando, pro quo eſt caſus, vt dixi in d. l. pater. §. Iulius Agrippa. vbi Bartol. Rayn. Iac. id tenent. Et ego bis legendo d. §. diui. ſum ſecutus, & ita etiam nunc teneo. Et puto quod aliter dicere non poſsimus citra magnum errorem.

CONSIL. LXXX. SVMMÆ.

1 *Verba in eorum defectum ſignificant, quandocunque illi defecerint ſeu illis deficientibus.*
2 *Sola vulgaris poteſt fieri in fideicommiſſis.*
3 *Per diuiſionem bonorum, quis dicitur facta edijſſe hæreditatem.*
4 *Per aditionem hæreditatis ſubſtitutio vulgaris expirat.*
5 *Non honoratus grauari non debet.*
6 *Præceptum non alienandi factum pluribus, cenſetur nudum & non valet.*
7 *Quando quis poteſt ſibi eligere, quem ſucceſſorem velit fideicommiſſum eſt nullum.*

SVbſtitutionis verba ſunt: *Tunc, & eo caſu ex nunc mihi, & filiæ pupillæ vulgariter pupillariter, per fideicõmiſſum, & omni meliore modo, &c. Subſtituo ore meo proprio, &c. Fratres meos, & in eorum defectum ipſorum fratrum meorũ filios, quos eo caſu vt ſupra nomino inſtirpes, &c.* Quæritur an dicta verba: *In eorum defectum, &c.* importent fideicommiſſariam, an vulgarem tantùm. Et reſpectu pupillæ verba ſunt clara non ſolùm pupillariter, ſed etiam per fideicommiſſum vocari. Sed difficultas eſt reſpectu ipſorum fratrum an eorum filij ſint illis ſubſtituti non ſolùm vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum. Et videretur etiam per fideicommiſſum tanquam † illa verba in eorum defectum, ſignificent quandocunque illi defecerint, ſeu illis deficientibus & hoc ſentit Dec. conſil. ccxxvij. Ioan. de Anan. conſil. xxxvij. Ego tamen ſentio contrarium in caſu noſtro, quod † ſola vulgaris ſit, quæ poteſt fieri etiam in fideicommiſsis. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. quia talis ſubſtitutio eſt limitata, tunc & eo caſu, & ſic ad caſum morientis filiæ, nõ autem ad caſum morientium fratrum ad eorum grauamen, ſed quando iam ante mortui eſſent, adeò, vt hæredes eſſe non poſſent, & quia reſpectu fideicommiſſariæ inter fratres, non erat opus, quòd ore proprio nominaret, ſed reſpectu vulgaris

quis tantùm, quæ habet vim institutionis, & A
in qua verificatur statutum nostrum. Et quia non
est verisimile, quòd voluerit imponere hoc onus
fratribus suis: & quia hoc sentiunt doct. in l. Gal-
lus. §. fin. ff. lib. & posth. & Alexand. consil. xiij. visis
& prælectis. in iij. volum. & allegata per Dec. &
Ant. Alexandrum in diuersis terminis. Quæritur
nunc circa prohibitionem alienationis viridarij,
quod in casum alienationis voluit peruenire in di-
ctos substitutos, & in eis permanere. Et difficul-
tatem facit, quia d. Antonius † per diuersionem B
bonarum, satis dicitur adijsse hæreditatem, se-
3 cundum notata in l. gerit. ff. de acq. hær. † vnde
expirauit substitutio vulgaris. l. post aditam. C. de
impub. eius ergo filia, & consequenter etiam ne-
4 pris, non dicuntur substitutæ, † nec honorate a
testatore, ergo nec grauate. l. ab eo. C. de fideicom.
& sic videtur valuisse alienatio, saltem pro parte
ipsarum. Contrarium tamen mihi verius videtur,
quia licet † præceptum non alienandi factum plu
6 ribus, censeatur nudum: & non valeat secundum C
glossam communiter approbatam in l. filius fam.
§. diui. ff. de leg. j. etiam si dictum sit, quod factum
fuerit, vt bona successioni suæ reseruent: cum † e-
nim possint sibi eligere, quos successores velint,
fideicommissum est nullum l. pater. §. penul. ff. de
leg. iij. tamen hoc non procedit, quando iussisset
certis personis reseruari. d. l. pater. in princip. vel
quando adiecisset velle, quòd bona remanerent
ipsis substitutis, prout in casu nostro, vt est text.
in l. penult. §. instituto. ff. de leg. ij. & l. cum pater. D
§. libertis. vbi Imol. ff. eod. titul. per Bald. consilio
cccclxxviij. j. vol. in antiq. Cùm ergo valeat præce
ptum, & censeatur factum in fauorem substituto-
rum, & filia d. Antonij fuerit substituta siue vul-
gariter, siue per fideicommissum, satis apparet ex
vi verborum, ipsa alienauit, ius deuolui ad coha-
redes substitutos.

CONSIL. CXXXI. SVMMA.

1 *Licitum est marito relinquere vxori quicquid voluerit, & instituere eam hæredem, etiam vniuersalem.*
2 *l. non dubium. C. de leg. explanantur & restringitur.*
3 *& eum inducens priuationem iuris sui, dicitur pœnalis.*
4 *Quando mulier viuente marito stetit in possessione aliquorum bonorum iure familiaritatis, si deinde superueniat sibi titulus per mortem mariti, potest mutare sibi causam possessionis, & rem retinere, quæ ad eam peruenit sine vitio.*
5 *Dictio, libere, importat sine consensu alicuius.*
6 *Dictio, pariformiter repetit qualitates præcedentes, & importat idem esse in iure.*
7 *Paris formæ seu similia, dicuntur quæ eadem ratione iuuantur.*
8 *Quamuis mulier acceperit alias res hæreditarias sibi non legatas, non tamen cadit à iure earum, quæ sibi legata sunt.*
9 *Leges pœnales quæ puniunt occupantem propria auctoritate, solum loquuntur respectu rei occupatæ, & non sunt extendenda extra casum suum.*
10 *Vxor relicta vsufructuaria à marito, & tutrix, si non faciat inuentarium, licet præsumatur furtum fecisse, non tamen perdit vsumfructum legatum, sed solum petuntur ab ea res subtractæ, & si subsint indicia, potest torqueri, licet regulariter mulieres non torquentur.*
11 *Si vxor aliquas res subtraxit ante aditam hæreditatem, non potest conueniri actione expilatæ hæreditatis, quia infamat.*

Cons. Andr. Alc.

OPtimè viso testamento, consulenti per
nobilem Petrum Busi, requisitus, vt
super tribus propositis dubijs sentē-
tiam meam exponam, breuiter & 8
concludendo agendo. Circa primum,
quo quæritur an ex quo testator fecit legata
ta vxori ob remunerationem meritorum, debeant
per vxorem probari talia merita? Communiter quod
non. Quia † licitum est marito relinquere vxori 1
quicquid voluerit, & instituere eam hæredem et-
iam vniuersalem. l. sororem. C. de his qui vt in-
dig. l. final. C. si quis aliq. testari. & ideo succe-
dit doctrina Bartol. in l. si fortur. ff. de Castr. pec.
quòd quando donatur alicui pro seruitijs, & be-
nemeritis receptis, si ista donatio fit ab eo, qui
posset libere donare, etiam nullis præcedentibus
meritis, tunc alia verba probant, quamuis enun-
tiatiua ipsas partes, sed si non posset donare, nisi
verè præcessissent merita, aliud esset: quia tunc
necessariò requireretur probatio, nec staretur il-
lis verbis. & cum Bartol. tenet Imol. Rom. Paul.
Castr. in l. Aquil. ff. de don. Salic. & Alexand. in l.
si donationes. C. de collat. Alexand. consilio lv. in
j. volum. & in consil. vlt. in iij. volum. Dec. cons. xx.
cum similibus. cum ergo testator potuisset legare
vxori etiam nullis præcedentibus meritis, non re-
quiritur alia probatio. Circa secundum an ex quo
vxor retinuit legata penes se, nec ea accepit de ma-
nu hæredum, ceciderit à iure suo? & dubium facit
text. in † l. non est dubium. C. de leg. tamen aduer- 2
tendum est, quia ille text. continet magnam autho-
ritatem, & in practica vidi iudices difficulter pro-
nunciare pro rigore dictæ legis, nisi euidenter ap-
pareat, legatarium commisisse contra dictum le-
gem, cùm enim illa † lex inducat priuationem iu- 3
ris sui, dicitur pœnalis. §. cum igitur. in authent. de
non elig. secun. nub. Alexand. in l. etiam §. licet. ff.
sol. matrim. cum similib. & ideo strictè intelligen-
da est. cap. odia. de reg. iur. vbi Decius multa simi-
lia adducit. cùm igitur dicta l. non dubium loqua-
tur in eo, qui de hæreditate subtraxit, & ius deuo- E
lutiua, non videntur verificari illa verba in ista
vxore, quæ nihil subtraxit, sed retinuit ea, quæ vi-
uente marito, iam penes se habebat. Et in omnem
casum talis dubitatio tanquam probabilis causa
eam excusat à pœna istius legis: quia habebat pro
babilem causam credendi, se iustè posse retinere
dicta bona secundùm Bald. in l. ob maritorum. C.
ne vxor pro mar. Bartol. Bald. Ang. in l. final. C.
vnde vir. Ant. de Butr. & alij in cap. cum in offi-
cijs. extra. de testamen. Socin. consilio cxxxi. For-
tius arbitror, quòd licuerit dom. Blancæ etiam
propria auctoritate accipere possessionem dict-
orum bonorum. Et in duabus rationibus. Prima,
quia † quando mulier viuente marito stetit in pos- 4
sessione aliquorum bonorum iure familiaritatis,
si deinde superueniat sibi titulus per mortem ma-
riti, potest mutare sibi causam possessionis & rem
retinere, quæ ad eam peruenit sine vitio, secun-
dum Bald. in l. pignoribus. C. de pig. act. Socin. di-
cto consil. cxxxj. Dec. in l. dotis. C. de coll. Secun-
da ratio est, quia videtur testator dedisse sibi licen- G
tiam propria auctoritate retinendi, ex quo in lega-
to dicitur, q. liceat sibi libere in vita disponere de
rebus legatis: quo casu per † dictionem, libere, 5
videtur sibi data talis facultas, vt concludit Ias. in
l. nemo potest in iij. q. Bartol. ff. de leg. j. quia talis
dictio importat, sine consensu alicuius, secundùm
gl. in c. cùm in plures. in verbo, libi. de offic. dele-

Nec obstat quod Rapi. Com. consil. xxiij. incip. Antonius Benedicto. sentiat contrarium. Quia in casu suo disponebatur de, &c. quæ factis certis calculis, debebat liberè reuerti, &c. vnde ibi prius facienda esset certa deductio, & ducendi calculi, non poterat fieri ista interpretatio, vt propria auctoritate res apprehendi posset, quod non simili dicit etiam Socin. in allegato consilio xxij. versic. amplius. Nec obstat, quòd alia dicta est apposita in primo legato tantũ, quia respondeo quod in cæteris legatis est adiecta † dictio, pariformiter, quæ repetit qualitates præcedentes, & importat idem esse in iure, vt est text. in cap. venerabilem. §. quod autem. de elect. ibi iure pariter, & exemplo: & quia † paris formæ, seu similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur. l. non solùm. §. qui primipilum. ff. de excus. tut. Bald. in l. illud. C. de sacrosanct. eccl. Alexand. in l. Gallus. §. quid si tam. de lib. & posth. Circa tertium dubium, † quãuis mulier acceperit alias res hæreditarias, sibi non legatas, non tamen cadit à iure earum, quæ sibi legatæ sunt: quia † istæ leges pœnales, quæ puniunt occupantem propria auctoritate, solùm loquuntur respectu rei occupatæ, vt apparet in d. l. non est dubium. & in l. extat. ff. quod metus. & in l. meminerint. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. & non sunt extendendæ extra casum suum. l. & si quis. §. diuus. ff. de relig. & per Mod. in l. factum. §. final. ff. de reg. iur. & sic vt per subtractionem alicuius rei perdatur ius in alia. & de hoc est casus in l. obtentu. C. de crim. expil. hæred. &c. quod not. Rom. consil. cxviij. incip. quo ad primum vbi † uxor relicta vsufructuaria à marito, & tutrix, si non faciat inuentarium, licet præsumatur furtum fecisse, non tamen perdit vsumfructum legatum, sed solùm petuntur ab ea res subtractæ, & si subsint indicia, potest torqueri, licet regulariter mulieres non torqueantur: refert & inquirit. Picus in rep. §. Titia. in l. Titia. ff. de leg. iij. quæst. lv. Fortiùs dico, quod † si aliquas res subtraxit ante aditam hæreditatẽ, non potest conueniri actione expilatæ hæreditatis, quia infamat. l. aduersus. C. de cri. expil. hær. declarando tamen vt ibi in glossi dicitur. Saluo semper faniore iudicio.

CONSIL. CXXXII. SVMMA.

1 *Portionem ratificans alij non contradicit.*
2 *Heres qui non conficit inuentarium, obligatur ad ratificandum factum defuncti, etiam vltra portionem hæreditariam.*
3 *Legati solutores.*

FActum sic se habet, *Ludouicus Caretti ghisdanus vita functus est, relictis dominis Paulo Baptista Nicolao, & Ludouico fratribus eius filijs, ex testamento heredibus vniuersalibus eum instituti, quorũ filiorum, videlicet & dom. Paulus, Baptista, & Nicolaus à dicto eorum genitore, habuerunt honestas denariorum quantitates fore*: ad summam librarum decem mille, *pro singulo eorum, quos denarios seperatim qualibet eorum nomine propria vti mercatores trafiquarunt per longum tempus, viuente eorum genitore, & specialiter ipse d. Paulus negotiando, maximum capitale accumulauit, ac superlucratus est, pariterq; ceteri fratres honestum lucrum fecerunt. Nuper euenit, quòd dictus do. Paulus in ciuitate Neapoli (vbi pro maiori parte temporis, & vltra decennium negotiatus fuit) pariter vita functus est, condito testamento, in quo hæredes sibi instituit particulares, dictos eius fratres, videlicet in bonis, & iuribus hæreditatis paternæ ipsorum fratrum pro communi, & indiuiso, existentibus inter ipsos fratres.* Instituitque etiam sibi hæredes particulares, *Hospitale magnum Mediolani, nec Domum Mediolanense: de omnibus alijs bonis per ipsum acquisitis, & quæ testator habet in manibus ipsius testatoris, videlicet in eius posse ad faciendum, & disponendum, quicquid magistris dicti hospitalis ac Domi, placuerit secundum eorum solitum*: Superindeque, *Etiam fecit, quam plura legata nomine suprascriptorum specialiter gratiosè ad ea legata persoluendum*, & prout latiùs in ipso testamento rogato morinò habetur: cuius copia exhibetur. Contingit autem dubitari super promissis. Primo, vtrum acquisita per ipsum d. Paulum, ac ceteros fratres, quoad vixerit communis eorum genitor, dicantur & censeantur acquisita, etiam respectu proprietatis dicto eorum genitori, ita vt dici possit legatum particularis institutionis factæ dicto hospitali, & videtur non potuisse fieri, nec effectum sortiri in præiudicium dictorum aliorum fratrum, tanquam hæredum dicti eorum genitoris. An verò legatum institutionis particularis factæ in dictum hospitale, & vt supra, &c. in totum debeat sortiri effectum respectu portionum acquisitorum in præiudicium ipsorum fratrum, an verò facienda collatio acquisitorum: hinc inde dehinc fieri diuisionem, cum præfatis hospitali Domo, & quomodo. Secundò quibus censeatur annexum onus soluendi dicta legata, facta vt supra, an ipsis fratribus, an verò dictis hospitali, & Domi, an verò communiter, & quomodo. Ideo suprascripta optimè considerentur, & detur consultatio vera, vt occurratur litibus, &c. Respondi ad primum dubium, licet quæsita viuente patre, ad eum videantur pertinere, secundùm distinctionem traditam in l. cùm oportet. C. de bonis quæ lib. tamen cum pater legauerit illis, & isti fratres † ratificauerint legatum, non videtur quod amplius ex persona domini Pauli admittatur ad cõtradicendum, quia d. Paulus de dictis bonis instituit loca pia, vnde isti fratres, hæredes d. Pauli respectu aliorum bonorum, non debent, nec possunt contrauenire l. cùm à matre. C. de rei vend. præsertim cum per statutum nostrum sit sublatum beneficium inuentarij, quo casu † hæres obligatur ad ratificandum factum defuncti, etiam vltra portionem hæreditariam. l. hæres in comparatione. vbi gloss. & doct. C. de iure deliberan. & possunt dicta loca pia ratificare † legatum paternum, respectu dictorum bonorum, ex quo in eis repræsentant personam defuncti. Ad secundum, respondetur solutionem aliorum legatorum, communiter ad ipsos hæredes pertinere. l. ex facto. §. vnde scio. ff. de hæred. instituen. videntur enim vniuersaliter instituti, & sibi facta prælegata de rebus particularibus. & ideo si in bonis defuncti esset aliquid, quod non comprehenderetur in prælegatis, puta hæreditas materna esset communiter diuidenda, vt probatur in d. l. licet fortè mens testatoris alia fuerit.

CONSIL. CXXXIII. SVMMA.

1 *Portio dicitur quæ conficitur ex diuersis titulis.*
2 *Heres heredis, dicitur hæres testatoris.*
3 *Disponi de immediatis tantùm.*

4 Illud

BIU Cujas

4 *aliud dicitur ad me aliquo iure peruenisse, quod immediatè ex illo iure est mihi quæsitum, secus si mediatè.*

5 *Causa mediata eius, qui pro empto, vel pro relicto possidet, non consideratur.*

6 *Causa proxima debet attendi.*

7 *Si hæres de hæreditate compromittat, & condemnetur eam fideicommissario restituere, censetur restitutio non ex causa hæreditaria facta, sed ex causa immediata compromissi.*

8 *Prohibitus alienare partem suam, intelligitur prohibitus de parte, quam immediatè habet à testatore, non si eam redemerit à cohærede.*

9 *Vna pars testamenti, per aliam declaratur.*

10 *Prohibita alienatione, non censetur prohibita successio ab intestato.*

BErnardus testator habebat duplicē speciem bonorum, quædam ex hęreditate Ioannis aui materni sibi relicta in eius testamento: quædam verò ex bonis matris, & fratris sui defuncti, quæ tamen bona ipsa mater & frater prę defunctus ex successione dicti Ioannis habuerant. Et hęc respectu proprietatis, vsusfructus verò vtrorumque bonorum erat Agnetis, donec viueret modo dictus Bernardus in testamento suo dixit se relinquere Marthæ sorori suæ spectatiuam, quę pertinet ad portionem suam post mortem Agnetis, & infrà repetijt se relinquere id qđ ad se pertinet in sua parte, Ioannis aui sui post mortem Agnetis. Quæritur an vtraque bona debeantur Marthę, an verò dumtaxat pars, quam habet proprio nomine: non autem quam consecutus est iure hęreditario matris & fratris? Et videretur prima fronte dicēdū quod debeā propter generalitatem verborum, & hoc enim ad portionem suam pertinet
1 post mortem Agnetis quia † portio dicitur etiam, quam conficitur ex diuersis titulis. l. nomen filiarū. 6. j. vbi dixi. ff. de verbo. sign. Et quia quamuis dictam partem habeat à matre, & fratre, tanquam hæredem eorum, tamen illi habuerunt tanquam
2 hæredes, Ioannis. & † *hæres hæredis* dicitur hæres testatoris. l. si quis filium. §. fi. ff. de acq. hær. vbi Iaf. & pro hoc videtur decisio, quasi in terminis Dec. consilio lxix. vbi in legato partis suæ hæreditatis paternæ & maternæ venit etiam, quod testator nō titulo hæreditario, sed ex causa emptionis est cōsequutus, & satis est quòd fuerint in hęreditate, licet eo titulo non peruenerint ad testatorem, mouet multis rationibus, de quib. per eum. Sed tamen in
3 † casu nostro videtur verius, quod dicta pars non comprehendatur in dicto legato, quia ista non est pars ad testatorem perueniens ex persona Ioānis aui materni, sed simpliciter ex successione matris & Nicolai fratris, quia illud dicitur
4 ad † me aliquo iure peruenisse, quod immediatè ex illo iure est mihi quæsitum, secus si mediatè, prout in casu nostro per personam matris & fratris. ita est text. in l. qui absenti. §. fi. vbi Aret. in j. notabili. ff. de acquir. poss. quia
5 † causa mediata eius, qui pro empto, vel pro relicto possidet, non consideratur. l. socium qui in eo. ff. pro soc. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. fac. Et pro hac sententia etiam aduto, quod notat Petrus de Anchà. consilio ccxxij. incipien. subtiliter. versic. nèc obstat. si dicatur vbi statutum loquens de creditoribus ex instrumento registrato, non habet locum in eorum successoribus, quia non habent vigore instrumenti, sed ex causa immediata successionis, quæ

A † causa tanquam proxima debet attendi secun- 6
dum eum. leg. si quis nec causam. l. rogasti. ff. si cert. pet. l. in hær. ff. rerum amot. c. de cæret. ex dō homic. Ad idem tex. in l. cum hæreditas. j. ff. ad Trebell. vbi Ang. vbi † si hæres de hæreditate compromittat, 7
& condemnetur eam fideicommissario restituere, censetur restitutio non ex causa hæreditaria facta, sed ex causa immediata compromissi. sequitur Decius consilio c. & pro eadem sententia est etiam text. in leg. pater filium. §. quandoquidem. ff. de lega. iij. vbi † prohibitus alienare partem 8
B suam, intelligitur prohibitus de parte, quam immediatè habet à testatore, non si eam redemerit à cohærede: de quo etiam per Bartol. in leg. filius fam. §. diui. ff. de leg. j. Confirmo hanc sententiam, etiam per tex. in leg. qui fundum. §. qui filios. ff. ad leg. Fal. vbi est textus, quod habitum ex successione istorum, non dicitur haberi à primo testatore, sed à lege: cuius beneficio salua est successio ab intestato proximiori agnato: & ideò in legitima ab auo debita, hęc pars, quę ex successione cohęredum haberetur, non esset imputanda, secundum Bartol. in leg. in quarram in fi. ff. ad leg. Falc. per text. in leg. si fuerit. ff. de leg. iij. dicitur enim adremitio, casu peruenisse in filium, cum potuerint mater prędicta, & frater illud alienare, & de eis disponere ad sui libitum. Nec obstat generalitas verborum legati, quia † vna pars testamenti per 9
aliam declaratur. leg. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. & licet testator primò simpliciter dixerit se lēgare portionem post mortem Agnetis, tamen
D rursus declarat, quod intelligebat de eo, quod ad se pertinebat in partem suam, à Ioanne auo. Quæ verba intelliguntur de eo, quod pertinebat ex causa immediata à Ioanne, non autem mediāte persona matris & Nicolai fratris: & ideò generalitas illa restringitur ex verbis, & mente testatoris: prout aliàs videmus in leg. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij, & quæ ibi habentur per doct. Non obstant consi. Dec. lxix. quia in terminis suis 11
non puto illud esse verum. & aliàs & reprobani in
E l. nihil aliud. ff. de verb. sign. & in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & vt ipse fatetur in princ. consil. Lancelot. Dec. & Soc. aliter consuluerunt. Et quicquid sit, casus ille est diuersus à nostro, & nititur Dec. rationibus, quæ non militant in nostro casu: ponderando dictionem vniuersalem, omnem partem, & alia verba declarantia mentem testatoris, quæ non sunt in legato, de quo agitur. Non obstat quod *hæres hæredis* dicitur esse hęres testatoris. d. leg. si quis filium. §. fin. quia esto, quod
F hoc sit verum, tamen est domina in eo, quod quis habet simpliciter nomine suo ab eo, quod habet à cohærede ab intestato: quia istud vltimum, dicitur principaliter habere à lege, non autem à testatore. d. l. si fuerit. vbi Bart. d. l. qui fundum. §. qui filios. vnde videmus, quod † prohibita alie- 10
natione, non censetur prohibita successio ab intestato. l. cum pater. §. filius matre. ff. de leg. iij. vbi Bart. quia nō ipse testator alienat, sed lex quę trāsfert successionē ab intestato: vt dicit tex. in auth.
G de restit. fideicom. §. nunc igitur. ibi non ipsius, sed nouellæ legis facto hæres causa existente: vnde in casu nostro solum comprehenditur, quod testator habuit ab ipso Ioanne auo immediatè habet: non quod beneficio legis, ex successione materna, & prędefuncti fratris: quia istud dicitur habuisse non ex iudicio Ioannis defuncti, sed à fortuna, secundum Bar. in l. si fuerit. §. j. potuissent enim alienare cōsequēter iste nihil ab eis habuisset, vt suprà dixi.

CON-

CONSIL. CXXXIII. SVMMÆ.

1 *Nepotes non ingrediuntur in locum parentum, quando tractatur de successione patrui magni, vel amitæ ipsorum parentum.*
2 *In fideicommisso familiæ relicto filij fratris, non admittuntur cum paterno, sed patruus tanquam proximior præfertur.*
3 *Dictio, liberos, est collectiua plurium graduum neque proprie continet nepotes & pronepotes sicut filios.*
4 *Licet in fideicommissis succedatur testatori, non autem ipsi grauato, tamen proximitas debet attendi respectu ipsius grauati.*
5 *Qualitas secundum quam quis vocatus est, & secundum quam hæredes grauatorum sunt uocati, attenditur.*
6 *Pronomen eorum stat declaratiuè & relatiuè cum omnibus suis qualitatibus.*
7 *In successione ascendentis, nepotes succedunt in locum parentum suorum, vnà cum patruis etiam magnis.*

TEstatrix grauauit filiam fideicõmisso, vt si decederet sine liberis, hæreditas transeat ad suos fratres Laurẽtium, Ioã. Affram, & eorum liberos, & hæredes, eueniente casu fideicõmissi; mortui erant ij fratres omnes superstitibus liberis: Laurentius verò, non solum filijs, sed etiam nepotibus, quæritur quomodo inter istos diuidenda sit hæreditas. Et dubitationem facit, quia videtur quod filij Laurentij excludant nepotes, cum sint proximiores in gradu ipsi amitæ. leg. iij. & authen. post fratres ij. C. de leg. hæred. vbi glos. fatetur de plano contra Plac. pro opinione Ioan. quod † nepotes non ingrediuntur in locum parentum, quando tractatur de successione patrui magni, vel amitę ipsorum parentum, & ita etiam tenet ibi Cast. & in authen. defuncto. C. ad Tertyl. & sentiunt Cyn. Alb. & alij veteres. Confirmatur suprascripta opin. quia † in fideicommisso familiæ relicto filij fratris non admittuntur cum patruo, sed patruus tanquam proximior præfertur, secundum Bald. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. & Dec. consilio j. & in l. ij. C. de succ. edic. ergo multo minùs in hoc fideicommisso isti nepotes debeant concurrere cum filijs, cum nec in successione quidem legali concurrant, multominùs in hac testamentaria secundum distinctionem Bal. in d. §. in fideicommisso. Sed tamen in hoc casu, secundùm ea, quæ proponuntur, puto contrarium esse verius. Et præmitto in primis, quod si dictio liberos, est collectiua plurium graduum, & neque proprie continet nepotes, & pronepotes sicut filios. l. liberorum. ff. de verb. sign. glo. l. Titius. ff. de lib. & posth. doct. in l. Gallus. §. j. ff. eod. tit. Secundò præmitto, quod quia testator dixerit hæredes, non sufficit vt admittantur ad fideicommissum, quod sint liberi, nisi etiam sint hæredes vt dicit Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberis. de op. lib. Alex. consi. xxxxiiij. in j. Mod. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. cũ fim. Tertio præmitto, quod † licet in fideicõmissis succedatur testatori, non autẽ ipsi grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. tamen proximitas debet attendi, respectu ipsius grauati, vt probatur in simili per text. in c. j. de nat. fo. in fin. quod dixi Ilerd. & per multa ostendit Soc. in l. si cognatis. in fi. ff. de reb. dub. Corn. cõsi. xcvij. in j. vol. & cõsi. xxij. in ij. & licet in hoc posset subesse aliqualis difficultas, propter ea, quæ dixi post Bart. in l. ij. de vulg. & pup. & habetur per Cum filius. in fi. C. de

A succ. edict. tamen in casu nostro nulla subest, propter verba testatoris, vocantis eorũ liberos, & hęredes. & sic hæredes eorũ. Attenditur ergo † qualitas, secũdũ quã sunt vocati, & secũdùm eam, qua hæredes grauatorum vocantur: quia † pronomen illud eorum, stat declaratiuè, & relatiuè cũ omnibus suis qualitatibus, secundum Bart. in l. si quis seruum. §. fi. ff. de lega. ij. versi. sed quæro, aliquis testator. & per Soc. consi. xxvij. in iiij. vol. Lancel. Galliaul. in l. j. in gloss. in verb. si quis igitur ex ijs. ff. de verb. obl. & facit quod not. Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. in fi. ff. de vulg. Non obstant autem duæ rationes supra in contrarium allegatę, quia possent procedere, quãdo testator simpliciter vocasset fratres, & eorum liberos: sed cum subijciat hæredes, apparet quod eos vocauit eo modo, quo sunt hæredes patribus: clarum est autem, quod in successione ascẽdentis, nepotes succedunt in locum parentum suorum, vnà cum patruis etiam magnis. l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. d. auth. post fratres. ij. per Bart. & Aret. in l. qui superstitis. & in l. is potest. ff. de acqui. hæred. Cùm ergo voluerit testatrix eo modo deferri successionem fideicommissi, quo defertur hæreditas Laurentij, res videtur clara, quod nepotes isti succedant in locum Vuolfgangi patris sui. Et ideo concludo diuidendam hæreditatem hoc modo: ponẽ sunt xij. vnicæ. iiij. pertinebunt ad filios Ioannis. iiij. ad filios Affræ, cæterum de alijs iiij. quæ spectant filijs Laurentij: vnam vnciam habebit Ioan. alia Anth. alia diuidetur inter vij. filios Vuolfgangi, alia inter duos filios Barbarę. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

B

C

D

CONSIL. CXXXV. SVMMÆ.

1 *Vtimur fruimur etiam fideicommissis.*
2 *Hæres non potest contrauenire voluntati defuncti, nec eius factum impugnare.*
3 *Testator potest grauare hæredes in re propria hæredum.*
4 *Fideicommissi caduci causa.*
5 *Spes conditionalis fideicommissi, non transmittitur.*
6 *Non est dicendum testatorem velle negare, quod semel promisit.*

REsoluendæ difficultatis præsenti causa videndum est de duobus articulis. Primus est posito, non tamen cõcesso, quod ex testamento d. Iacobi Chizoli, subesset fideicommissum in fauorem d. Ioan. Franciſci, & in nepotum, an domina Catherina possit habere vsumfructum bonorum fideicommisso subiectorum: & prima fronte non videretur, quia testator generali legato, non videtur intellexisse de ijs, quæ subijciuntur fideicommisso, secundum gloss. in auth. de restit. & ea. in prin. vbi Ang. maximè cum testator vltra fideicommissum fecerit etiam prohibitionem alienationis, vnde nec vsumfructum quidem videtur concessisse. leg. fina. C. de reb. al. non alien. In contrarium facit, quia verba testamenti sunt valde generalia, quod legat plenum, & integrum vsumfructum omniũ, & quorumcunque bonorum, † quæ satis comprehendit nec subiecta fideicommisso. Nec obstat fideicommissum, & prohibitio alienationis, quia tum instituti sint † hæredes, ipsi fideicommissarij non possunt contrauenire voluntati defuncti, nec eius factum impugnare. leg. ex persona. ff. de regu. iur. & quia † testator potuit in re propria

E

1

2

3

pria

pria hæredum suorum eos grauare. l. vnum ex fa- A
milia. §. si rem tuam. ff. de leg. ij. tantò magis in re
eis debita per fideicõmissum, & est tex. in d. l. vnũ.
§. sed si vno. vbi Castr. not. & in §. seq. Quamuis etiã
prohibitio alienationis non videatur obstare huic
domine: quia in ea est exceptio, nisi quoad posside-
dum fructus, & reditus ipsorum, de tempore
in tempus, qui nascentur in dictis bonis: vnde
dicta exceptio videtur permittere constitutio-
nem vsufructus, etiam quod aliam res non possint
alienari, vt in simili de emphyteuta, vt ait Bald. in B
leg. j. §. item in fundo. ff. quib. mod. vsufru. am.
Alexan. consilio cxxvj. super eo, quod quæritur
in fi. & quod not. Bar. in leg. vsufr. ff. sol. mat. vbi
etiam Alexan. & idem Bartol. in leg. iij. §. ex con-
trario. versi. quæro, quomodo possint plures. ff.
de acq. pos. vbi Moder. Secundus est articulus,
4 an euenerit casus d. † fideicommissi, & vide-
retur quod non: quia testator vult, quod defici-
entibus aliquibus d. hæredum, vel filijs eorum,
vel descendentibus quod hæreditas in alios C
suos hæredes deueniat: sed sic est, nulli hære-
des sunt superstites, ergo fideicommissum cadu-
5 cum, † & spes conditionalis fideicommissi, non
trãsmittitur gl. l. j. C. de ijs, qui ante ap. tab. & tex.
in l. j. §. fin autem aliquid sub cõd. C. de cad. toll. &
si dicas dũ in testõ dicitur hæreditas in alio hæres-
des deueniat, debet intelligi vel filios hæredũ, vel
descendentes. Respondeo cum testator respectu
grauatorum, distinxerit hæredes à se scriptos, ab
eorum filijs, & descendentibus, apparet quod eam D
de distinctionem debuisset etiam facere, respectu
horum oratorum, vnde cùm eorum respectu solum
vocauerit hæredes, nõ debemus intelligere de eo-
rum filijs, aut descendentibus: quia si hoc sensis-
set, sicut in vno expressit, ita & fecisset in alio, vt in
simili dicit tex. in d. l. vnica. §. fin autem ad defici-
entis. C. de cad. toll. Io. de Anan. consilio xxij. Anch.
cxx. Alex. xxxviij. in vj. xvij. in vij. Rub. lxxj. Nec
obstant illa verba, hoc tamen semper intellecto,
quod in fœminas non deueniant, quia possunt E
intelligi secundùm supradicta in fœminas, respe-
ctu grauatorum. Alia ratio est, quia non possumus
dicere euenisse casum fideicommissi, quantum
ad impediendum d. Catherinam matrem testato-
ris in vsufructu, ex quo d. Iacobus in testamento
permisit alienationem, quò ad fructus, & reditus,
&c. vnde sicut talis alienatio excipitur de prohi-
bitione, ita etiam debet censeri excepta de fidei-
6 commisso, † ne aliàs testator quod semel permi-
sit, videatur negare. l. non ad ea. ff. de cond. & dem. F
& quia talis permisio est magis speciali. leg. doli
clausula. de verb. obl. & faciunt not. per Ias. consi-
lio clxxiij. super quibus tamen, quia multa pos-
sent dici, non insisto vlterius: quia sufficit primum
fundamentum, cùm etiam si subsit fideicommis-
sum, non possit do. Catharina in vsufructu mole-
stari, vt dixi in primo dubio: quod fundamen-
tum ego arbitror esse tutissimum. Saluo sem-
per saniore iudicio.

CONSIL. CXXXVI. SVMMÆ.

1 *Prohibitus alienare partem suam intelligitur prohi-*
bitus de quacunque, quam iudicio testatoris ha-
beat.
2 *Alienationis vetatio temporalis extensa.*
3 *Auth. contra rogatus. C. ad Trebell. declar.*
4 *Patris bona varie quæri.*

REstat tantùm de duobus articulis disputare, quia cæteri sunt clari. Primus est, nunquid filius decedens absque masculis, sed relicta fœmina, censeatur grauatus restituere solam portionem suam, an etiã portionẽ fratrum, quibus successit? & videtur solum de parte sua rogatus, tanquam fideicommissum sit personale. l. pater. §. quindecim. de lega. iij. & quia verba testamenti dicunt, q, eo casu substituit respectu *portionis hæreditariæ*, &c. ergo non in portione acquisita iure fideicõmissi. arg. l. Marcellus. §. quidam. ad Treb. Sed tamen contrariũ videretur verius: quia cõmunis est conclusio, quod † prohibitus 1
alienare partẽ suã, intelligitur prohibitus de qua-
cunque, quam iudicio testatoris, habeat, vt per do-
cto. l. volũtas. C. de fideic. l. peto. §. fratre. de lega. ij.
quia omnis dicitur pars sua, quod maximè est di-
cendum in casu nostro, in quo pater in portione
istorum fratrum decedentium, vocauit alios super
stites tanquam hæredes suos: vnde satis declara-
tur mens testatoris, quod intelligebat tam de par-
te quàm filius à se iure hæreditario habuerat, quã
etiam de ea, quam per fideicõmissum fratri iniun-
ctum consequebatur. Nec obstat §. quindecim. qà
ibi prohibitio erat personalis, vt dicunt doctores,
hic autem est fideicommissum simplex, rem ipsam
afficiens, & ideo in casu. §. quindecim. si libertus
non alienasset, potuit ei ab intestato proximior,
quamuis extraneus in dictis bonis succedere. In
casu autem nostro, omnino fideicommissum fratri-
bus restituendum fuit: quia ita à patre iniunctum
fuit. Nec obstat d. l. Marcellus. §. quidã. qui loqui-
tur in casu diuerso, nempè præceptionum eidem
factarum. Nos verò in fideicommisso. Item loqui-
tur quando testator, loquitur de portione hære-
ditatis suæ, nostro verò in casu testator loquutus
fuit de portione hæreditatis ipsius filij, in qua con
tinebãtur omnia, quæ iudicio suo ad eum perue-
nerant. Secundus est articulus, † quia testator 2
prohibuit alienationem vsque ad xxv. annum, abs
que consensu erogatariorum: vnde videtur post
illud tempus concessisse. l. Imper. ff. de postul. leg.
statulibe. §. Stichum. de leg. ij. videtur ergo aliena-
tio fieri de eius consensu, quo casu fideicommis-
sum, ad quartam bonorũ restringitur: per † authẽ. 3
contra rogatus. C. ad Trebell. Sed ego in hoc dis-
sentio. quia illa authen. correctoria. leg. si Titius.
ad Trebell. loquens in fideicommissum eius, quod
supererit, non videtur extendenda ad hanc licen-
tiam taciram, & quæ per argumentum à contra-
rio sensu colligitur, habet enim locum in expres- F
sa duntaxat licentia, vt rectè dicit Soc. cons. cxxiij.
in iij. maximè cùm in casu nostro, etiam posset ha-
bere locum hoc argumentum, nec tamen hinduca-
tur hæc licentia, si intelligamus quod post xxv. an
num liceat alienare, secundum tamen supradicta,
vt si conditio fideicommissi non eueniat, valeat
alienatio irreuocabiliter, secùs si eueniat, vt tũc re
uocari possit iuxta tex. in l. fi. in §. fi. C. com. de leg.
non enim est verisimile voluisse testatorem cor-
rigere supradicta, per argu. illud tacitũ, vt dicũt doct. G
in locis vulgaribus: quæ sententia indubitãter pro
cederet, si in facto verum esset, quod isti filij non
alienassent: tunc enim respectu alienatorum, frus-
tra disputaretur, cum in eis non habeat locum
d. auth. contra rogatus. & ibi per doct. & in d.
l. si Titius. Concludo ergo † ad filiam hanc per- 4
tinere bona patris sui, hoc modo. Primò, di-
midiam portionis hæreditatis, quam pater su-
us habuit ex hæreditate do. Petri, quæ est le-

gitima

gitima ipsius patris, in qua non potuit grauari. Secundò, Trebellianicam, id est, quartam partem alterius dimidiæ: in qua dimidia potuit grauari. Tertiò, partem quam pater suus est consequutus, ex legitima & Trebellianica fratrum suorum, qui erant patrui ipsius filiæ, respectu autem partis, quæ subiacet fideicommisso, filia ex testamento d. Petri habebit dimidiam: aliam dimidiam habebunt fideicommissarij, deducta tamen Trebellianica & in illa, &c. Et hæc omnia, saluo semper saniore, &c.

CONSIL. CXXXVII. SVMMÆ.

1 *Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, non censetur sublatum per secundum generaliter conceptum.*

2 *Dictum vnius testis, facit semiplenam probationem, & facit magnam præsumptionem.*

3 *Quandoque lex contentatur stare dicto vnius testis, veluti quando deponit de re à se gesta ad vtilitatem alterius.*

4 *Vbi sufficiunt præsumptiuæ probationes, ibi etiam sufficit semiplena probatio, & sic dictum vnius testis.*

5 *Vna præsumptio per aliam tollitur.*

6 *Si Episcopus donat alicui in casu aliàs prohibitio, prætextu remunerationis, satis est illa merita probari per coniecturas.*

7 *Iudices semper æquitatem præ oculis habere debent.*

BAldi dictum, dubitationem facit in præsenti casu in leg. sancimus. C. de test. quem ibi sequitur Cast. Fulg. Alexan. quamuis enim sit cõmunis conclusio, quod † testamentum primum habens clausulam derogatoriam, nõ censeatur sublatum per secundum, generaliter conceptum, tamen Bald. & præfati doct. concludunt hoc non procedere, quando secundum est confessum à testatore, post lapsum decennii: quia tunc præsumitur obliuio, & quod testator si recordatus esset derogasset in specie d. primæ clausulę. Sed tamen ista sententia periculosa est, & contra mentem doctorum in l. si quis in prin. testam. ff. de leg. iij. & in l. si mihi. §. in legatis. de lega. j. vbi simpliciter dicunt tali casu primum testamentum valere, & cõtrarium etiam sentit ipsemet Bal. consilio xxxx. ad fi. in ij. & Angel. in d. l. sancimus. circa prin. super versi. ipso iure. & in specie contra Bal. tenet ibi Io. Petr. in prin. & postea latiùs. quia secundũ eum clausula derogatoria in primo posita facit cessare voluntatem in secundo, nisi reuocetur specialiter, vnde sublata tali voluntate, cursus temporis nihil videtur operari: & eandem sententiam etiam ibi contra Bald. tenuit Aret. & Ias. quia est contra ipsum rex. in d. l. sancimus. vbi cum cursu decennij, requiritur contraria voluntas: sed clausula derogatoria apposita in præcedenti testamento: facit videri in ij. voluntate consensum testatoris deficere. d. l. si quis in prin. testamenti. & istam partem ego arbitror veriorem, & magis consentaneam opinioni veterum ante Bal. qui non distinxerunt, sed simpliciter tenuerunt primum testamentum valere. Sed nos sumus in casu certiore, quia præsupponitur in facto posse probari, per vnum testem, fide dignum, quod testator recordabatur de d. clausula, & quod dixerat post conditum secundum testamentum, se scire quod nihil valebat. Clarum autem est quod † dictum vnius testis, facit semiplenam probationem, vt dicit Bar. & cęteri. in l. admonendi. ff. de iureiur. & facit magnam præsumptionẽ, secundum But. & canon. in c. vestra. de cohab. cler. & mul. vnde † quandoq; lex contentatur stare dicto vnius testis, veluti quãdo deponit de re à se gesta, ad vtilitatem alterius. l. quæro. in fi. ff. de ædil. edict. l. si quis decurio. vbi Salic. in iiij. oppos. C. de fals. l. quicunq;. vbi Castr. C. de ser. fug. Idem quando tractaremus de interdicto possessorio, in quo sufficiunt præsumptiuæ probationes, secũdùm Bar. in l. j. C. quorum bon. sequitur Dec. consi. lvj. ex qua doctr. Bart. infertur ad casum nostrum, quod † vbi sufficiunt præsumptiuæ ꝓbationes, ibi etiam sufficiunt semiplena, & sic dictum vnius testis. Quod enim testator per lapsum decennij sit oblitus, hoc est, ex quadã præsumptione de qua in l. si id q; in prin. ff. de acqui. poss. vnde † ista præsumptio tolli potest contrariã præsumptionẽ etiã si non interueniat plena probatio per reg. l. diuus. in fi. vbi Bal. ff. de in integrum rest. l. cum de indebito. ff. de prob. vnde cũ in casu nostro clausula derogatoria confirmetur ex præsumptione, & cõiectura, ꝓueniẽte ex dicto vnius testis, debet hoc sufficere ad confirmationẽ primi testamenti: & euersionem secundi, prout in simili not. Bal. in l. iubemus. ij. C. de sacros. eccl. vbi † si Episcopus donat alicui in casu, aliàs prohibito ꝓtextu remunerationis, satis est illa merita probari per coniecturas, & similem aliam decisionẽ ponit But. & Abb. in c. quamuis. extra, de re iud. & aliam ponit Sali. in l. si mater. C. de contrah. empt. & dixi aliàs in tract. præsump. regula j. versic. xvj. meritò ergo in casu nostro, debet sufficere hæc semiplena, & præsumptiua probatio. Et faciliùs debet iudex inclinare in hãc partem, postquam videt q; institutus in secundo testamento, fuit institutus sub modo, cum hac conditione, quod deberet legitimare filios testatoris, quod tamen ipse non fecit, & dicitur in mora, si cum primum commodè potuit, non fecit, dato, quod non fuerit interpellatus. l. si pœnum. ff. quando dies leg. ced. vbi Bart. per Aret. in leg. pater famil. ff. de vulg. vnde cum iste habeat hanc hæreditatem, contra voluntatem defuncti, & non adimpleuerit modum, debet haberi pro excluso, tanquam aditione rescisa, irritum testamentum sequens sit factum: & primum præualeat, & hoc satis dictat † æquitas, quam præ oculis semper habere debent iudices. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Conditione si sine liberis &c. non fideicommitti.*

2 *Ex grauamine non arguitur mens testatori volentis honorare.*

3 *Donationem annullantia.*

4 *Res inter alios acta, nõ existenti in causa, nec citato nocere non debet, nec eius hæredibus.*

5 *An res iudicata noceat attendenda est qualitas secundum quam fuit litigatum.*

6 *In actione reali portio non succedit loco portionis, nec tertio agenti præiudicatur.*

7 *Res litigiosa pendente lite, nec titulo diuisionis, nec alio potest transferri.*

8 *Vitium litigiosi, non est vitium reale, per quod debeat impediri præscriptio.*

9 *Sicut res litigiosa, non potest alienari, ita non debet etiam posse præscribi.*

Perstrin-

BIU Cujas

PErstringendo punctum in hac causa videndum est breuiter de quibusdã dubiis. Primum est, nunquid ex testõ d. Simonis † subesset aliquod fideicommissum, per quod de iure Elena posset obtinere cõtra fratres, & dico quòd nõ, quia per illa verba cõditionalia, *Si decesserit sine liberis vel liberi liberorum decedant, &c.* non inducitur fideicõmissum. gl. in l. Lucius. ff. de hered. instit. quæ procedit etiam in hac duplici cõditione: quia † ex gra uamine non arguitur mens testatoris volentis honorare. l. ab eo. C. de lega. & hæc est magis communis, & vera opinio. quã tenet Ric. & Ray. Imo. Alex. Ias. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & Ias. in l. 1. C. de pact. vbi allegat multas auctoritates, & cõsuluit collegium Pap. in cons. Fran. de Curte, & ét Soc. cons. 64. in 3. & sunt plenæ repetitiones Mo. Secundum dubium est, quanta portio esset Petri, & cum decesserit Catharina sine liberis, vigore substitutionis, ad eum dimidia eius hæreditatis pertinuit, & sic in effectu omnia bona d. Simonis peruentum conditionum spectauerunt Ioanni, & Petro æquis portionibus pro dimidia. Tertium dubium est, vtrum donatio, † facta per Petrum valuerit, & cum eam facere prohibitus esset per testamẽtum d. Simonis: & ipse id contractu illo reseruauerit, per amplissima verba ius suum, & non donauerit, nisi quatenus ei licitum esset, & quatenus nõ caderet à iure dictorum bonorum, & nõ aliter nec alio modo, putarem contractum annullari, & Petrum non cadere, sed ius suum sibi reseruari per dictas clausulas, vt in simili est diffusum consiliũ Frã. de Cur. cons. 8. viso instrumento. quod etiã approbat Ias. in l. 3. C. de iur. emph. in rub. ff. fol. mat. in 5. lect. Quartum dubium est, vtrum arbitramenta valeant: & respectu dimidiæ partis bonorũ, quę spectabat ad d. Petrum, non est aliqua difficultas: quia cùm ipse non esset citatus, nec esset in causa, nõ debuit † res inter alios acta illi nocere. C. res inter alios. in ru. & toto ti. l. de vnoquoque. ff. de re iud. & consequenter non nocet, neque eius hæredibus. qui in ius vocati non erãt ex eo capite, quod essẽt hæredes ipsius Petri, & ad cognoscendum † an res iudicata noceat, attendenda est qualitas, secundũ quam fuit litigarum. l. si mater. §. 1. ff. de excep. rei iud. Quintum dubium est, quod respectu alterius medietatis bonorũ de Brutiano, de quibus in præsentia agitur, & cùm d. Petrus ea habuerit iure diuisionis, videtur quod illa portio successerit in locum portionis do. Petri, quam habebat in aliis bonis, quæ assignata fuerunt nepotibus suis. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de act. emp. contrarium videtur verius: tum quia ista bona pertinebant iure dominij ad diuidentes, & † in actione reali, regula est quod portio non succedit loco portionis, nec præiudicatur tertio agenti; vt est casus in l. communi diuidũdo. §. si debitor. ff. com. diui. & declarat Bar. in d. §. idem Celsus. tum etiam quia ista portio respectu tertię ab ipsa Elena petitę, erat † litigiosa: vnde pendente lite, nec titulo diuisionis, nec alio titulo potuit transferri per istos nepotes in d. Petrum, præsertim stante dispositione statuti nostri. Sextum dubiũ est, nunquid hæredes Petri sint tuti aliqua præscriptione, & putarem quod sic: nam cùm Petrus ignoraret litem pendere, & sic subesse vitium litigiosi, tanquã existẽs in bona fide, potuit præscribere ex titulo præambulo diuisionis. Nec obst. † vitium litigiosi: quia non est vitium reale, per quod debeat impediri prescriptio, vt est gl. vbi Iac. Din. & Alber in l. alienationis. ff. de verb. sign. Nec obstat, quod † sicut res litigiosa nõ potest alienari, ita non debet etiam posse præscribi. d. l. alienationis. & l. vbi lex. ff. de vsuc. quia hæc regula nõ semper est vera, nec procedit in re litigiosa, vt est casus in l. 1. C. de præs. long. temp. declarando, vt ibi per Salic. in 1. op. cùm ergo hæredes inuenerint bona de Brutiano in hæreditate d. Petri, meritò crediderint ea in totum ad illum spectare, & licet scirent subesse litem propter filiam Elenæ, tamen respectu bonorum Petri, ignorabant litem subesse. Et sic concludo agentibus vigore statuti de somnijs, vel arbitramentis exequendis, obstare exceptionem præscriptionis.

CONSIL. CXXXIX. SVMMÆ.

1. *Impensa funeris deducitur, tanquam æs alienum, imò præcedit ipsum æs alienum.*
2. *Falcidia non potest deduci de legatis factis, ad pias causas.*
3. *Falcidiæ prælegata imputanda.*
4. *Inuentarium debet perfici intra menses tres à die aditæ hæreditatis, aliàs non prodest hæredi, & perdit falcidiam.*
5. *Per solutionem legatorum, censetur quis adiuisse hæreditatem.*
6. *Cùm legata non debeantur si venter est prægnans, soluendo videtur fateri, quod sciebat ventrem non esse prægnantem.*
7. *Non est succurrendum Mulieri aduersus non factum inuentarium, quòd tendit ad rigorem iuris conseruandum.*
8. *Præsumendum potius est actum factum in furore, quàm in interuallo dilucido.*

DRæsens quæstio non solùm iuris est, sed etiam facti, quia quasdam difficultates habet, quæ in calculo consistũt & quod ad ius attinet. satis diffuse est allegatum per præstantissimos consultores, vnde pauciotibus ero contentus: & aliquot duntaxat conclusiones ponam. Prima est cõclusio, quod † impensa funeris deducitur, tanquam æs alienum, imò præcedit ipsum æs alienũ. l. pen. ff. de reli. & sumpt. fun. & ideo eius respectu nõ deducitur aliqua falcidia: quia censetur tantominus in bonis fuisse. Secunda est conclusio, quia do. Sebastianus ex persona d. Franciscæ sororis suæ, cuius est hæres, petit quartam ex l. Falcidia, debitam legatorum relictorum in testamento d. Gregorij, quod talis † Falcidia non potest deduci de legatis factis ad pias causas. per tex. in authen. similiter. C. ad leg. Falc. vnde cum d. Grego. fecerit multa similia legata, quo ad illa non potest iste actor obtinere: sed solum respectu cęterorum legatorum, non tamen quod alij legatarij onerentur propter legata ad pias causas: vt inquit gloss. quam ibi sequitur Cyn. Rom. & per Corn. in d. auth. similiter. nisi quatenus ista legata habentur loco æris alieni, secundùm Barto. & Cast. ibi per tex. in l. æris alieni. & in l. sed si non seruus. ff. ad l. Fal. per Bar. & doct. in l. ex asse. eod. tit. Tertia conclusio, quòd cum testator † prælegauerit multas res, & etiam possessionem vxori, donec vixerit, quod dimidia legati, quam habet iure hæreditario, est imputanda in falcidiam, iuxta l. quod autem. & l. in quartam. ff. ad l. Falc. deducto tamen onere annexo, tam ratione fructuum: in quibus grauata est, quam temporis cum relictum sit, donec vixerit. l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Treb. Quarta conclusio, quòd respectu medietatis possessionis relictæ Christophoro,

BIU Cujas

non poteſt deduci falcidia: quia cum teſtator prohibuerit eam medietatem alienari poſſe, ſed cum effectu deuenire noluerit ad filios dicti Chriſtophori, talibus verbis cenſetur prohibita falcidia. vt eſt tex. in auth. ſed & in ea re. C. ad l. Fal. & in §. fin. in auth. vt ſponſ. largit. ſi enim locus eſſet falcidiæ, poſſet pars hoc nomine deducta alienari, quod eſſet contra manifeſtam mentem teſtatoris, vt per Cyn. Caſt. & cæteros in d. auth. ſed in ea re.

4 Cor. clxxxij. in ſecunda. Quinta eſt cõcluſio, † inuentariũ debet perfici intra tres menſes à die aditæ hæreditatis: aliàs non prodeſt hæredi, & perdit falcidiam, ſecundùm glo. in l. fina. verb. delatum. C. de iure delib. vbi Iaſ. Cor. & cæteri: qua concluſione ſtante, videtur hæc mulier excludenda: cum

5 † enim ſoluerit aliqua legata die xv. Octob. tali ſolutione cenſetur adiuiſſe hæreditatem l. ij. C. de

6 iur. deliber. Baldus conſi. lxxj. in v. Item † cum iſta legata non deberentur, ſi venter fuiſſet prægnans, ſoluendo videtur fateri, quod ſciebat ventrem nõ eſſe prægnantem. l. illud. de acq. hæred. maximè cũ euentus ita oſtenderit. lege, cum quidam. §. quod dicitur. ff. eod. tit. verſi. toties. & ideo non videtur inuentarium factum tempore debito, & quamuis

7 iſta eſſet mulier, tamen † non eſt ei ſuccurrendum, aduerſus non factum inuentarium, quod tendit ad rigorem iuris conſeruandum, vt dicit Bartolus conſil. cliij. Bald. d. l. fin. in ij. & iij. quæſt. Iaſ. ibi, in princ. Nec videntur obſtare teſtes, qui dicunt eam mente captam fuiſſe, per quatuor mẽſes poſt mortem mariti, quia non dicunt perpetuò ita fuiſſe: ſed aliqui atteſtantur, quod habebat dilucida interualla, & cum notarius ab ea rogatus fuerit de inſtrumento ſolutionis, credibile eſt, eam tunc nõ fuiſſe mente captam, quia alioquin tabellio ei non paruiſſet, per ea, quæ not. Imol. in l. ſecunda. ff. de teſt. & habetur in l. ſanum mente. C. de tranſact. vt dixi. Sed tamẽ in hoc pũcto ſentio pro actore, quia

8 † præſumendum potiùs eſt actum factum in furore, quàm in interuallo, dilucido, per ea quæ not. Alex. conſi. lxxxvj. in ij. & latè dictum eſt per conſulentes, vt aliàs tenui in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. tũm etiam quia ſi ſolutio facta eſſet in dilucido interuallo, non tamen videtur labi tempus, quatenus exiſtit in furore, ſi enim ſuccurritur pupillo, vt dicitur in authen. de hæredit. & falcid. §. fin. multò magis mente capto. Et quia à dominis cõſultoribus, & aduocatis, diffuſiſsimè ſcriptum, eſt, non repetam eorum dicta. Sed concludo, non obſtantibus alijs oppoſitionibus, dictum actorem fouere bonam cauſam, ſecundum tamen ſuprafcriptas concluſiones.

CONS. CXL. SVMMÆ.

1 *Dictio collectiua reſoluitur in ſuas ſingularitates, adeò vt ſubſtitutioni ſit locus etiam vno decedente.*

2 *Quando teſtator vtitur dictione collectiua, videtur magis communis opinio, quod quilibet cenſeatur grauatus in portione ſua erga ſubſtitutum, & nulla ſit inter ipſos reciproca.*

3 *Dictio hoc amplius quid importet.*

4 *Subſtitutum fraude non excludi.*

5 *Non excluditur ſubſtitutus ab eo, qui moribundus in fraudem fideicommiſſi ingreditur monaſterium.*

6 *Subſtitutus non excluditur ab eo, qui vt filios legitimaret concubinam in vxorem extremo vitæ ſpiritu duxit, licet enim alijs reſpectibus filij ſint legitimi, non tamen eo reſpectu vt excludant fideicommiſſarium, quia iſtud eſſet, & in fraudem facere.*

7 *In fideicommiſſis caſus omiſſus, ſemper pro omiſſo habetur.*

8 *In fideicommiſſo: ſi ſine liberis deceſſerit, non intelligitur de adoptiuis, quamuis propriè ſint liberi.*



Atis puto euenisse cãſum fideicommiſsi in perſona Hugolini, qui vocatus eſt ſub conditione, ſi omnes deceſſerint ante xx. annum perfectum abſque filiis, vel etiam poſt xx. annũ ab inteſtato, & ſine liberis. Nec obſtat, quòd non deceſſerint omnes: quia † dictio illa collectiua, reſoluitur in ſuas ſingularitates, adeò vt ſubſtitutioni ſit locus, etiam vno decedente, etiam ſi adſit perſona magis dilecta, prout d. Thomas, dũ tamen talis perſona non poſsit ſuccedere: vt dicit Bar. & Alex. & cæteri. in l. pen. C. de impub. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebell. vt diffuſiùs in conſilio eſt dictum. Nec obſtat quod videatur ſubſtitutio, duntaxat facta vltimo decedenti. vt in l. codicillis. ff. de vſufr. leg. per Bart. quia ſi videatur ibi Barto. ex cuius dictis colligetur aperta ſolutio. præterea Bart. loquitur ad cognoſcendum, an qui libet cenſeatur grauatus pro parte ſua, & vltimus pro toto: quæ non eſt noſtra quæſtio quia loquimur de parte vnius in qua eſt expreſſa ſubſtitutio à teſtatore facta alia ratione, quòd quia vſus ſit dictione, omnes. Imo etiam, † quando teſtator vſus

2 eſt dictione collectiua, videtur magis communis opinio, quod quilibet cenſeatur grauatus in portione ſua erga ſubſtitutum, & nulla ſit inter ipſos reciproca, ſecũdum Alex. in l. qui duos. ff. de vulg. in l. pater. §. fin. ad l. Falc. & d. §. cum ita. Ang. Imo. Pau. Aret. l. ſi pater impuberes. de vul. Iaſ. d. l. pen. C. de imp. Soc. conſi. lxix. in iij. Ad l. codicillis. reſpondent doct. variis modis. Sed ego reſpondeo, ſequendo intellectum glo. ibi, quem veteres ſequuntur: vt Old. Dyn. Rayn. Alb. ibi, & Ang. Imol. Alexand. d. §. cum ita. & Corn. d. l. pen. quod illud ſit propter alia verba teſtatoris. ſ. propter † dictio-

3 nem, hoc amplius, repetitionem, de qua ibi: quia iſte non eſt caſus noſter; nec quæſtio facit ad propoſitum, non inſiſto. Nec obſtat quod illa conditio ab inteſtato non eſt verificata, &c. reſpondeo vt dixi in ſubſcriptione conſilij, & ſciendum eſt, quod verba conditionẽ, ſemper intelliguntur verificata, vbi aliàs fraus fieri † poſſe fideicommiſſo,

4 vnde conditio, *Si hæres non erit*. non videtur euenisſe, ſi quis in fraudem edicti non ſit hæres: quia à verbis recedimus, vt nulli fiat fraus. l. Iulianus. in princ. ſi quis omiſ. cauſa teſtam. vbi Bartol. & doct. ſic & maritus hæres ab vxore inſtitutus, non poterit nolle eſſe hæres, vt filiis ſibi ſubſtituris locum faciat, quoties lex edictali. C. de ſec. nupt. fraudaretur, ſecundùm Bald. cõſi. cccxxxvj. in iij. & ideò in caſu noſtro, cum ſubſtituerit teſtator Hugolinũ, ſi filius inteſtatus periiſſet: dico locum eſſe ſubſtitutioni, etiam ſi teſtatus deceſſerit, per tex. in l. filiæ meæ. ff. ſol. mat. quoties conſtet non alia ratione teſtatum fuiſſe, quam cauſa euertendi fideicommiſsi, vt quia nihil aliud haberet, & alienaſſet rem ſubiectam fideicommiſſo, vt in caſu noſtro. Sicut videmus † non excludi ſubſtitutum,

5 ab eo qui moribundus in fraudem fideicommiſsi ingrediatur monaſterium, ſecundùm glo. & doct. in authen. niſi. C. ad Trebell. in c. in præſentia. de probat. Nec † ab eo, qui vt filios legitimaret con-

6 cubinam in vxorem extremo vitæ ſpiritu duxit: licet enim aliis reſpectibus ſint legitimi, ſecundùm Alexand. & docto. in l. ſi quis poſthumus. de lib. & poſthu.

BIU Cujas

posthu. non tamen eo respectu, vt excludant fideicommissarium. quia istud esset ei fraudem facere. Ang. l. super. C. de nat. lib. l. sed & quæsitum. ff. de lib. & posthu. Fel. d. c. in præsentia. Sic ergo respectu eorum bonorum, censebitur iste intestatus, quorum contemplatione, fraudem substituto fecit. §. quod autem. instit. de leg. agn. tut. Socin. consilio nonagesimo secundo. lib. iij. Si enim testamentum quidem fuisset, sed hæreditas non fuisset adita certum est, quod conditio euenisset. instit. de hæred. quæ ab intest. defe. in princ. ergo idem si sit adita, solum euertendi fideicommissi causa. Vt merito Aret. in l. si solus. de acq. hære. dixerit † casum omissum, semper pro omisso esse, quoties aliàs fraus adhiberetur regulæ iuris cuiquã fieret. Qua ratione & † in fideicommisso, si sine liberis decesserit: cõstat de adoptiuis non intelligi, quamuis proprie sint liberi. l. fideicommissum. de cond. & demon. l. fin. C. de iis, qui ven. æta. Ne in posterum grauati sit, fideicommissarium eludere, & fraudem fideicommissario facere, secundùm Bart. in cognatis. ff. de reb. dub. ergo idem etiam in casu nostro dicendum est. Et ita etiam tenui legendo in l. j. de vulga. in illo articulo, quando casus omissus habeatur pro omisso, & puto esse veram opinionem. Saluo semper iudicio domini auditoris magnifici d. Alexand. cui & dominũ Thomam, tanquam me ipsum commendo. Et hæc omnia saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CXLI. SVMMÆ.

1 *Relictum contrauenienti non deberi.*
2 *Verbum exigere significat ab inuito extorquere.*
3 *Mutianæ cautionis locus.*
4 *Collusio hæredis nunquam nocet fideicommissario, sicut nec sententia contra eum lata.*
5 *Non debet satisfieri creditoribus de rebus vetitis alienari ab ipso testatore, si alia adsint in hæreditate.*

Spectabilis d. Alex. de Bondisset, viso testamento, legato vsusfructus facto d. Magdalenæ vxori: & vidua stante, & dotes suas nõ repetente, & donec dotes suas non repetierit cum onere soluendi de bonis testatoris omnia debita testatoris, &c. Visa etiam facti controuersia, mihi videtur verior illa opinio, quod † dicta vxor non possit obsequi vsumfructum sibi legatum ab istis fideicommissariis, in quos translata est proprietas, secundum formam testamenti, tanquam contrauenerit conditioni præfati testamenti, dotes suas non petendo, &c. cùm enim receperit à morte dictas pecunias, & mentem liberauerit, apparet eam contrafecisse conditioni, & licet sit aliqualis altercatio inter doctores, quando dictum est, ipsa non exigente, quia † exigere, verbum significat ab inuito extorquere, vt habetur in l. non solum. ff. soluto matrim. tamen in casu nostro cessant altercationes, propter dictionem non petendo secundum Bar. in amplius non petitur. ff. rem rat. hab. Quamuis etiam cessent alia ratione, cum enim permittat dotalis esse in monte, secũdum statuta ciuitatis, & non ab hæredibus, sed à præfectis montis, solutio sit facienda, intelligitur petitio, secundùm statutum ciuitatis, quod ipsa quomodocunque ab eis recipiat, & eos liberet, secundùm not. per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita ad Trebell. Et licet viuente filio Petro, Antonio, nulla sit ei facta controuersia, quia Pet. Antonius, nõ petiit cautionem de vtendo, fruendo, arbitrio boni viri iuxta l. j. C. de vsufruct. sed permittendo eam vti frui, videatur consensisse. secundum doctrinam Bar. in l. vxori vsumfructum. in fin. de vsufru. lega. Nec petiit cautionem Mutianam, quod ipsa non repetret dicto, quæ hoc casu erat præstanda, sed non petendo vt remissa, quod potuit Petrus Antonius facere, iuxta §. præfatæ. in authen. de nupt. & l. fina. de manu. testame. & l. potest. ff. ad leg. Falci. Et licet etiam ipse Pet. Antonius, consenserit matri, vt dictam dotem releuaret à morte, & daret creditoribus, tamen iste consensus, nec expressus, nec tacitus, potest nocere fideicommissariis, sed solùm nocet hæredi pro tempore suo, secundùm regiltam l. si prolusorio. ff. de appell. l. si seruus pluriũ. §. primo. ff. de legat. primo. vbi † collusio hæredis nunquam nocet fideicommissario, sicut nec sententia contra eum lata. l. si sponsus. §. vxor. ff. de donat. inter vir. Bald. consil. ccxxxiiij. in ij. Alexand. lxxxij. in iij. cum similibus. Possunt ergo fideicõmissarij, qui habent proprietatem impedire hanc mulierem in suo vsufructu, cum enim ei delatus sit conditionalitet, si non petierit dotẽ, tenetur mulier ad præstandum cautionem Mutianam. iuxta l. Mutianæ. ff. de cond. & dem. l. mulieri. in prin. ff. de cond. instit. Bart. d. l. amplius non petit, quam cautionem cùm præstare non possit, quia iam exegit. Sequitur quod ei non debebitur vsufructus dictis iuribus. Nec obstat quod ipsa asserit se exegisse causa dissoluendi æris alieni ipsius testatoris, quia istud consistit in facto, quod etiam si esset notum, non tamẽ excusaretur, quia debuit illi dissoluere ex bonis testatoris, vt in testamento dicitur, non ex dote sua, quam specialiter † voluerat testator reperi. legesi tibi legatum. ff. de legat. certio, sicut dicimus in re vetita alienari per testatorem, non enim debet de ea satis fieri creditoribus hæreditariis, si alia bona adsint, vnde possit fieri solutio, vt est text. in l. pater filium. in prin. versi. si non erat aliud in hæreditate. ff. de leg. iij. per Bald. in l. final. & si præfatam. C. de jur. delib. quarta. Et ita declaratur tex. in l. j. C. de reb. vend. pign. facit quod not. Bald. in l. fin. C. si. aduer. vend. pig.

CONSIL. CXLII. SVMMÆ.

1 *Conditio (si decesserit sine filiis) expirat per superexistentiam filiæ.*
2 *Quando testator specialiter prouidet circa fœminas, nunquam sub nomine masculino intelligitur, etiam de fœminis sensisse.*
3 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
4 *Dictio, vt (supra) repetitiua etiam, et declaratiua qualitatis, de qua in præcedentibus intellexit.*
5 *In fideicommissis agitur de successore fideicommittentis.*
6 *Fideicommissum particulare, sicut & legatum, debet accipi de manu hæredis.*
7 *Fœmina, quamuis in feudo repellatur, in petitorio illud tamen in possessorio obtinet aduersus agnatos.*
8 *Nemo propria authoritate potest legatum accipere, nisi de licentia testatoris.*
9 *Pro legato non datur aliquod remedium possessorium contra hæredem, sed petitorio agi debet.*

BIU Cujas

DVo breuiter sunt videnda in proposito casu, alterum circa petitorium, alterum in possessorio. Circa primũ, videbatur filiam Zanetini præferendam esse, quia
1 verba substitutionis Zanetino factæ sunt † *si decesserit sine filijs legitimis*, quæ conditio expirat per superexistentiam filiæ. l. si quis filiabus. ff. de leg. j. l. j. C. de cond. insert. l. Herennius. ff. de verb. sign. Sed contrarium sentio tribus rationibus. Prima est, quia testator prouidit filiabus nascentibus, vt dotarentur in ducatis cccc. vnde, † quando testator
2 specialiter prouidet circa fœminas, nunquam sub nomine masculino intelligitur etiam de fœminis sensisse, vt not. Bald. in l. in multis. in fi. ff. de stat. hom. & consil. clxxvj. quia allegationes j. vol. & habetur in l. si ita, ff. de lib. & posth. per Mod. in l. fœminam. ff. de reg. iur. Secunda ratio, quia testator in vltimis verbis substitutionis dixit, *si decesserint sine filijs masculis*, vt supra: vnde cùm declauerit, *se de masculis* intelligere, non potest dici filiam esse vocatam, quia † vna pars testamenti aliam declarat, &
3 in nostris terminis hoc tenet Abb. consil. xxxvij. in j. vol. Raph. Com. consil. cxxvij. cum fim. latè traditis inter consilia Alex. cons. xlix. in iiij. & Curt. Iun. in consil. xj. & Fran. de Curt. senior consil. lxxv. & consil. lij. super testamenti. Dec. consil. xv. & istud
4 maximè procedit ponderando dictionem † *vt supra*, quæ est repetitiua, & declaratiua qualitatis, de qua in præcedentibus intellexit, vt per Alex. consil. cliij. illegat. l. à filio. §. testator. ff. de alim. & cib. leg. Tertia ratio, quia in fideicommissis agitur de
5 successore fideicommittentis. l. cohæredi. §. cum filij. vers. nec fideicommisso. ff. de vulg. & pup. vnde in casu nostro, cum agatur de successione patrui, masculi excludunt fœminas ab intestato ex dispositione statutorum nostrorum, & ideò illa conditio. *si sine filijs*, intelligetur *de masculis*, vt accommodetur secundum dispositionem statutorum, secundum doctr. Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & quod not. Bald. & Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. Alexand. in l. Gallus. §. j. in fi. de lib. & posth. Iaf. in d. l. qui filiabus. in v. not. Felin. in c. ius generale. cum concord. & quod voluerit se referre ad successionem ab intestato, secundum statuta probatur etiam ex eo, quod mãdat fœminas dotari. in quo concordat cum dispositione statutorum, volente fœminas dotari à masculis, à quibus in successione excluduntur. Circa
6 secundum dubium facit, quia † fideicommissum istud particulare, sicut & legatum debet accipi de manu heredis. l. non dubium. C. de lega. l. j. ff. quorum legat. quamuis fœmina in petitorio excludatur, debet tamen in possessorio obtinere, sicut vi-
7 demus, quod † quamuis à feudo repellatur, tamen illud in possessorio obtinet aduersus agnatos, vt dicit Io. And. in add. Spec. in tit. de test. §. pen. in fi. sequitur Alex. in l. fi. C. de edi. dici Adr. tol. con-
8 firmatur, quia † propria auctoritate nemo potest legatum accipere, nisi de licentia testatoris. l. Titia
9 cum testamento. §. j. ff. de leg. ij. nec pro legato datur aliquod remedium possessorium contra hæredem, sed petitorio agi debet. l. j. C. comm. de leg. ibi missionem in possessionem penitùs aboleri. Sed tamen, licet supradicta in iure vera sint, tamen in casu nostro dico istos agnatos masculos esse potiores in possessorio. Nam ex forma statuti nostri per verba valde prægnantia legata habent executionem paratam. vnde licuit legatarijs, seu fideicommissarijs istis particulatibus, quod idem est, A impetrare viam executiuam, & ponere se in possessione, prout fecerunt, & ex quo hæres non habet aliquod ius, neque coloratum debet succumbere etiam in possessorio, & ita concludit Guid. Pap. in q. cccliij. incip. verum officium. vbi dicit istud expediri officio iudicis, quod versatur in executionibus, & dicit quod ita videtur sentire Spec. in tit. de offic. iud. §. j. versicu. Item cum vasallus, & idem in q. cccclxxxiij. dicit solitum obseruari in curia senatoria, in qua attenditur summa æquitas, & vt euiteretur circuitus. & ideò stante prædicto statuto, putarem etiam coram ordinario iudice idem esse obseruandum.

CONSIL. CXLIII. SVMMÆ.

1 *Legata plura deberi.*

2 *Si legata fuerint eiusdem rei, puta alimentorum, debentur semel tantum licet pluries relicta sint alimenta, secùs si sint diuersarum rerum vt alimentorum, & pecuniæ, quia vtrunque legatum debebitur.*

3 *Augmentum & diminutio dicitur respectu eiusdem rei, non autem respectu rei prorsus separatæ.*

4 *Qui habet facultatem addendi, vel diminuendi, non censetur habere facultatem prorsus mutandi, quia sunt diuersa.*

5 *Diuersum est emendare, & mutare, quia emendare est eidem rei addere, vel minuere, mutare verò est rem ipsam vertere.*

6 *Quilibet testator habet facultatem addendi & minuendi legato à se facto, quia voluntas sua est ambulatoria.*

DOminus Ioannes patruus reliquit Camillo libras centum, & grauauit d. Fran. hæredem ad dandum sibi tot proprietates, &c. d. verò Franciscus pater legauit alimenta in domo, & si nollet cohabitare vnam possessionem ad vtendum fruendum, &c. Quæritur an vtrũque legatum debeatur? Et mihi videtur † dicendum,
E quod sic. quia tale legatum est de diuersis rebus. vnde etiã si ab eodem relictum esset non censeretur vnum eum altero computatum. l. si pater pro filia. ff. de collat. doct. l. cum centum. vbi Bart. ff. de adi. leg. multò magis quando † legata debentur ex
2 diuersis testamentis. l. planè. §. j. versi. sed si duorum. ff. de leg. j. vbi Salic. & Iaf. decidunt hanc q. vt si legata sint eiusdem rei, puta alimentorum tantum semel debeantur, secùs si sint diuersarum rerum, puta alimentorum, & pecuniæ prout in casu
F nostro. Nec obstat quod d. Io. dederit facultatem d. Fran. hæredi legatum ampliandi, & diminuendi iuxta deportamenta dicti Camilli, quia respondeo quod non apparet quod d. Fran. voluerit acceptare, hoc arbitrium, seu legauerit alimenta causa ampliandi, vel minuendi legatum, ex quo ista alimenta sunt penitùs separata à prædicto legato certæ summæ, non solùm in quantitate, sed etiam in tempore, quia legatum patrui est perpetuum legatum, patris est tẽporale & in vita tantum, † augmentum autem & diminutio dicitur
G respectu eiusdem rei, non autem respectu rei prorsus separatæ. l. si conuenerit. §. si nuda. vbi Bart. ff. de pign. act. Bart. in tract. de insula. vnde † qui habet facultatem addendi, vel minuendi, non censetur habere facultatem rem prorsus mutandi, quia sunt diuersa, secundum Bart. in l. edita. C. de decend. vbi concludit in illa lege diuersum esse

BIU Cujas

emendare † & mutare, quia emendare est eidem rei addere, vel minuere, mutare verò est rem ipsa vertere, & fac. quod notat ipse Bartol. & Paul. de Castr. in prima constit. Cod. §. quibus. & in l. ambitiosa. ff. de decr. ab. ord. fac. Et pro hac sententia facit, quia † quilibet testator habet facultatem addendi, & minuendi legato à se facto, quia voluntas sua est ambulatoria. l. iiij. in fin. ff. de adim. leg. & tamen in dubio per secundam summam non videtur, id fecisse, sed potius vtraque debetur dict. l. cùm centum. & l. si is, qui ducenta. in princ. ff. de reb. dub.

CONSIL. CXLIIII. SVMMÆ.

1 *Mentis interpretandæ modus.*

2 *Substitutio reciproca propter vim clausulæ codicillaris, valet in vim fideicommissariæ.*

CVm quæstio hæc tota pendeat ex coniectura mentis testatoris, non potest negari, quin sit valdè ambigua, quia (vt dicit Bald. in l. precibus. C. de impub.) plerunque per nimiam subtilitatem fallimur in eius mente interpretanda, quia testatoris animum non videmus, tamen mihi † probabiles videntur coniecturæ per præstantiss. aduocatos. d. Polixenæ adductæ, maximè illa, quod in testamento Co. Galeoti sint plures gradus substitutionum facti. Primus Constantiæ, secundus eius filiorum, tertius filiorum d. Polixenæ, qui reciproce vocati sunt, & cùm gradus filiorum constantiæ sit caducus, quia nulli sunt nati, illo sublato de medio, remanent filij d. Prolixenæ, tanquam immediatè vocati post d. Constantiam. per doct. Bartol. in l. quandiu. vlrim. in fin. ff. de acquiren. hæred. & regulam l. vnicæ. §. pro secundo. C. de cadu. toll. & quod consuluit Paul. de Castr. consil. clij. præsens dubium videtur. in princ. Alexand. cxxxix. in vj. Iaf. cxlviij. Cor. ccxcviij. iij. Dec. cccxxvij. Curt. Iun. lxxiiij. vnde si testator voluit propter reciprocam substitutionem filios d. Polixenæ post. d. Constantiam admitti, multò magis voluit ipsam d. Polixenam præferri, quæ prædilecta est testatori, & vocata ante filios per doct. Bartol. post Ric. Mal. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. posth. cum concord. ibi per Mod. Et licet doct. loquãturin fideicommissaria substitutione, tamen idem est in casu nostro, quia † reciproca propter vim clausulæ codicillaris valet in vim fideicommissariæ, vt est magis communis opinio secundùm Fulgos. Cast. Corn. in l. si fratres. C. de fideicomm. Socin. consil. vj. in iij. & latè disputat aduersus Decium Lancellotus Galliaul. in repet. l. Centurio. de vulga. numer. cclvj. & hoc maximè concurrentibus multis alijs coniecturis, de quibus in suprascriptis consilijs ad quæ me remitto, & quia sum requisitus de sola subscriptione hæc sufficiant.

CONSIL. CXLV. SVMMÆ.

1 *Fideicommissum conditionale non transmittitur regulariter.*

2 *Quilibet potest testari de re hæredis sui.*

3 *Hæres non potest defuncti voluntatem pro parte tantum approbare.*

4 *Magis attenditur credulitas, quàm veritas.*

Cons. Andr. Alc.

EX verbis testamento d. Ioan. Antonij fideicommissum, licet inductum sit inter ipsos filios tãtum, vt si quis decesserit sine liberis restituat hæreditatem superstiti, nec filij filiorũ videantur vocati, quia † fideicommissum conditionale non transmittitur in liberos, secundùm gl. communiter approbatam in l. j. C. de ijs, qui ante aper. tab. in gl. fi. tamen hoc non procedit, quando mens testatoris aliud suadet. l. Lucius. secunda ff. de hær. instit. Bald. l. si pater. C. de inst. & substit. tunc enim sit transmissio, & ita procedit gl. in l. is cui. ff. de act. & oblig. & aliquot coniecturas huius mentis ponit Socin. in l. hæredes mei. §. cùm ita. in not. ad Treb. Et videtur mihi, quòd idem sint si mens grauati hoc vellet, quia instituisset eos, qui ad fideicommissum vocatur, prout in casu nostro, quia † potest quilibet testari de re hæredis sui. l. si hæredis seruus. ff. de leg. j. nec † hæres potest defuncti voluntatem pro parte tantum approbare. l. j. & ij. ff. de acq. hær. in casu autẽ nostro apparet, quod voluit d. Sigismundus etiã filios aliorum fratrum ad fideicommissum vocari, non autem solos filios d. Francisci. vnde de iure fideicommissi pertinente ad filios d. Francisci videtur disposuisse, vt alij, quò æqualiter admittantur. Et ideò filijs do. Francisci parentibus fideicommissum, debet obstare exceptio propter volũtatem testatoris. l. emptor. §. fin. in glo. ff. de rei vend. l. fi. §. j. de doli excep. l. si socer. §. Lucius. ff. sol. mat. Confirmatur, quia cũ d. Sigismundus testator crediderit fideicommissum ad omnes pariter pertinere, & ideo omnes instituerit † magis attendimus ad eius credulitatem, quàm ad veritatem. l. quo loco. §. j. de hæred. inst. l. seruo manumisso. ff. de cond. ind. Ad idem facit, quia causa, cur eos pariter instituerit, fuit, quia credidit pariter ad fideicõmissum vocari, vt apparet ex primo cõ. institutionis. vnde si ea causa non fit vera, tantò minus deberur ex institutione filij. d. Francisci. arg. l. filiæ. ff. de leg. iij. l. vxorem. de don. int. vir. maximè cum de hæreditate tractetur. l. si. ff. de hered. inst. & nn. Bar. in l. demõstratio. §. quod autem. ff. de condit. & dem. Facit etiam, quia cum filij d. Francisci essent creditores fideicõmissi succedendo. d. Sigismundo propter confusionem pro rata, fieret extinctio crediti. l. licet. C. ad l. Falci. l. Stychum. §. aditio. ff. de sol. sed cùm in casu nostro mens testatoris sit, vt non pro rata tantum hæreditatis, sed in totum extinguantur actiones, debet saltem iure retentionis consuli cohæredibus. l. irritum. l. in imponenda. C. ad l. Falc. l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. ff. ad Trebell. Aret. in simili cõsil. cxlvij. Raph. Com. l. debitor. ff. ad Treb. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONS. CXLVI. SVMMÆ.

1 *Fideicommissi dignoscendi forma.*

2 *Fideicommissum ex causa non restituendum.*

ROgatus de subscriptione, purè in pelmis aduertendum, quod istud † fideicommissum relictum filiabus, videretur esse vniuersale, non autem particulare, quia cum testator dixerit *Residuum totius hereditatis, quod de prædictis superent perueniat ad filias, &c.* & superius nihil prædixerit, nisi de legatis perinde est, ac si dixisset de ductis legatis, quo casu fideicommissum est vniuersale. secus si dixisset, de ductis legatis, & debitis secundum distin. Raph.

Com. in l. Titius. ff. ad Treb. Alexand. in l. Cent. de vul. & pup. Cland. Aquensis in l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Treb. Nunquid verò hæredes Sebastiani, qui sunt grauati, teneantur in præsentia restituere † fideicommissum. istud vniuersale contra in sententiam domini consultoris, quod nō, quia cùm ipsi sint ad particularia legata scutorum centum singulis neptibus, cum nupserit grauati ad eos pertinet solutio, & commoditas medij temporis, non autem ad fideicommissarium secundùm Bald. in l. fin. in fin. C. ad Treb. & cùm propter pendentiam conditionis & dubium futuri euentus non possit calculari, quid futurum in fideicommisso vniuersali sit, non poterunt interim dicti hæredes constitui in mora. l. in fideicommissi. versicul. vt puta. & ibi per doct. de vsur. & consequenter interim facient fructus suos, & fortè tutius esset hoc casu, quod hæredes deponerent modicam summam præstita fideiussione, de reliquo quod in futurum appareret, & tūc proculdubio euitaretur omnis mora, secundum l. statu liberationem. ff. de stat. lib. & quod per illum text. not. Ias. in l. quod te. ff. si cer. pet. cum concordant.

CONSIL. CXLVII. SVMMÆ.

1 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, neque in filios.*
2 *Substituti deprehendendi forma.*

DEriculosa est conclusio suprascripti domini consulentis, quia regula est generalis, quod † fideicommissum conditionale, non transmittatur, neque in filios, secundum glo. in l. vnica. C de his qui ante apert. tabu. & licet dicta regula non procedat, quando coniectura mentis testatoris est in oppositum, secundum Socin. in l. hæredes mei. §. cum ità. ad Trebell. & Dec. consil. lv. Curt. Iuniorem consil. xvj. & consil. xcvj. tamen in casu nostro non videtur subesse coniectura sufficiens. Nec me mouent rationes adductæ in prima difficultate, quia possent procedere quando verba substitutionis in casu præcedentis, vocārēt simpliciter filios sub nomine appellatiuo, tantū, tunc probabilis est quæstio an appellatione filiorum veniant nepotes, sed testator vocauit superuiuentes ex prædictis, quos nominatim expresserat. vnde non est credendum quod appellatione Francisci, qui prædilectus erat, veniat Leo ad hæreditatem Antonij. Nec rursus me mouet illa alia quæstio, quòd hoc casu filij positi in conditione censeantur vocari, quia etiam si hoc esset verum, non tamen videtur multum ad propositum casus nostri, quia doctores † loquuntur, vt videatur substitutus filius illi, qui grauatus est in eam conditionem alij restituere, & sic an substitutus censeatur filius patri, sed casus noster est, an censeatur substitutus patruo, & ideo concludo in hæreditate Antonij Basianum patruum præferri Leoni filio fratris. Saluo semper, &c.

CONSIL. CXLVIII. SVMMÆ.

1 *Institutio clerici facta à vidua valet, & præsumitur facta ex licita affectione.*
2 *Semper præsumptio in meliorem partem accipitur.*
3 *De presbytero nihil mali est credendum.*
4 *Constitutus in extremo vitæ, non præsumitur immemor salutis æternæ.*
5 *Quilibet præsumitur innocens à delicto, & alienus à culpa.*
6 *Quando mulier potuit filium peperisse ex adulterio: item ex marito, præsumitur in meliorem partem, quod ex marito peperit.*
7 *Non valet donatio per mulierem viro facta, ex turpi causa, seu affectione.*
8 *Sacerdos non est turpis persona, sed honesta, & venerabilis, neque est infamis de iure aut de facto.*
9 *Vidua propter stuprum amittit dotem.*
10 *L. r. C. de secund. nupt. sensus.*

ST illud in primis præsupponendum, † institutionem clerici à vidua factam valere, & præsumi factum ex licita affectione. l. nec adiecit. l. meritò. pro socio. quia † semper præsumptio in meliorem partem accipitur. cap. estote. de reg. iur. vj. quod maximè procedit suprascripto casu, considerata persona hæredis scripti, qui † est presbyter, de quo nihil mali est credendum, vt est text. vbi glos. not. in cap. absit. xj. quæst. iij. & etiam considerata persona viduæ, quæ † in extremo mortis non præsumitur immemor salutis æternæ. l. fin. C. ad l. Iul. repe. & j. quæst. vij. c. sancimus. & † quilibet præsumitur innocens à delicto. l. absentem. de pœnis. & alienus à culpa. l. j. C. de ædil. actio. l. cum probatio. de probat. Quam præsumptionem maximè hic sequi debemus, cum secundùm eam actus sustineatur, & valeat institutio. l. quoties. ff. de reb. dub. c. Abb. sanè. de verb. sig. sicut videmus quod † quando mulier potuit filium peperisse ex adultero. Item ex marito præsumitur in meliorem partem, quod ex marito pepererit. l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iuliam. de adult. vt si eius institutio valeat. Et possent multa similia allegari, quæ breuitatis causa omitto. Cùm ergo tot præsumptiones sint pro clerico, onerandus est actor durioribus probationibus, vt obtinere non possit, nisi apertissimè in superlatiuo probet delictum, secundū gl. in l. fin. in princ. ff. de eo, quod met. caus. Roman. Singu. cxcvij. Quamuis etiam si probetur, solus fiscus admitteretur, qui auferret tanquam ab indigno, nec agnati ipsi hoc allegare possent secundum gloss. in l. his consequenter. in princ. ff. fam. ercis. Nec obstant allegata in contrarium, & in primis quod † non valeat donatio per mulierem viro facta ex turpi causa, seu affectione. l. fin. ff. de act. & oblig. Bart. l. affectionis. de don. respondeo secundum suprascripta turpis affectio, non præsumitur erga sacerdotem, neque in vltima voluntate, vt supra dixi. nam cùm ista sit confessa, & obtinuerit ecclesiasticam sepulturam, apparet non fuisse ductam tali affectione, sed licita & honesta. Nec obstat lex, fratres. C. de nov. testam. quia † sacerdos non est turpis persona, sed honesta, & venerabilis, neque est infamis de iure aut de facto, quod requiritur, vt fratri detur querela. Nec obstat, quod † vidua propter stuprum amittat dotem, respondetur, vt suprà non præsumi fecisse, præterea falsum est, quia solùm amittit donationem propter nuptias, vt est casus. in §. fin. in authen. de restitu. & ea quæ pariunctal. l. & auth. seq C. de sec. nupt. vbi dicitur † diminui dotem, ne posset vidua stuprata totam secundo viro dare, ergo apparet quod eam non amittit, & ita etiam per alias rationes tenuit Alexander in l. fororem. C. de iis, quib. vt indig.

CON-

BIU Cujas

CONS. CXLIX. SVMMÆ.

1 *Probanda per eum, qui vult succedere.*
2 *Natus ex muliere impudica, censetur vulgò conceptus.*
3 *Filium probandi forma.*
4 *Tractatus non probat, quem esse filium, sed in quasi possessione filiationis.*
5 *In corporalibus non est satis probatio possessionis, sed requiritur probatio tituli.*
6 *Quando principaliter agitur de dominio, non sufficit illud probare per possessionem, quia tunc ex possessione non præsumitur dominium.*
7 *Fratis probatur excommunicationibus præcedentibus.*
8 *Non est standum confessioni fideicommissarij, quoad præiudicium tertij in euersionem fideicommissi.*
9 *Vna præsumptio aliam tollit.*

Est adeò diffusè allegatum in præsenti causa per præstantiss. aduocatos, & consultores, vt non expediat me pluribus agere. Dico ergo breuiter, Hyppolitus † obtineat bona, de quibus agitur, necessario habet probare, quod sit ex posteris masculis domus, & casatæ de Casellis, prout dicunt verba fideicommissi d. Pauli, & sic oportet, quod probet se filium saltem legitimatum d. Io. Andreæ sacerdotis. Quod sit legitimatus satis probatur ex publico documento, quod verò sit filius eius, non est probatum, cùm enim sit † natus ex muliere impudica, censetur vulgo conceptus l. 5. ff. de in ius voc. & spurius, & per Ias. cons. cij. vers. iiij. in iiij. vol. & ita in dubio præsumitur, vt consuluit Oldr. cons. cxcvj. quem refert, & sequitur Albe. de Ros. in rubr. C. de nat. lib. Idem tenet Bal. in l. eam quã. C. de fideicom. & consil. ccxij. recolo. in j. lib. Abb. c. per venerabilem. extra, qui filij sint leg. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebell. & alias latè dixi in tract. præsump. in ij. parte. vers. vj. Nec obstat, quod d. Io. And. eum agnouerit † in filium ita appellando, tractando denique, & legitimari faciendo, qui tractatus videtur probare filiationem, vt per Feli. c. per tuas. versic. secunda conclusio. de probat. Dec. consil. 14. cum infinitis concordant. Respondeo, quod doct. non dicunt quod tractatus probet filiationem, sed bene quod tractatus probet quasi possessionem filiationis, illa verò quasi possessio quid operetur solet distingui aut in iudicijs † possessorijs, vel alimentorum, in quibus sufficiunt semiplenæ probationes, & talis quasi possessio sufficit. l. si neget. ff. de lib. agn. Alex. consil. ij. in j. cum concord. aut loquimur in iudicio petitorio, & plenario, & probatio tractatus non sufficit secundum Cin. Bart. in l. & notia. & Bald. in l. non iudis. C. de probat. Ias. in l. neque professio. C. de testa. & d. consil. cij. Bald. in consilio clxxx. in iij. & in d. c. per tuas. Petr. Cyn. Bald. Alberic. Salic. in l. non ignorat. C. qui acc. non poss. Petr. Cyn. in l. j. C. vbi caus. stat. & ratio est, sicut † in corporalibus non est satis probatio possessionis. sed requiritur probatio tituli. l. circa. ff. de probat. ita in † ijsce incorporalibus. Item quia † quando principaliter agitur de dominio nõ sufficit illud probare per possessionem, quia tunc ex possessione non præsumitur dominium Bar. l. quidam in fin. ff. de con. instit. doct. in c. cum ad sedem. de restitut. spoliat. & per d. Florian. in l. quidam. ff. de probat. Ange. d. l. non ignorat. Nec Bart. in l. ij. ff. de lib. agn. & in l. j. §. ad quæstionem. ff. de quæst. vult contrarium, sed simpliciter ibi docet firmari arti-

culos de titulo filiationis, & de quasi possessione, nec vltra declarat, an articulus quasi possessionis sufficiat in petitorijs, & dico quod non per suprascripta, & hæc videtur magis communis opinio vt etiam alias dixi in tract. præsumpt. in iij. parte. vers. xxxviij. Et hæc sententia est maximè tenenda in casu nostro in quo apparet quod iste Io. And. omnia agebat in fraudem fideicommissi, vt omninò excluderet filios fratris, cui erat inimicus per ea, quæ habentur in gloss. auth. nisi. C. ad Trebell. quam sequitur Pet. Cin. Salic. Fulg. Corn. & dicunt † fraudem probari ex comminationibus præcedentibus c. ij. de renunt. secundum Salic. vel quia esset in senili ætate. secundùm Bald. Item, quia † non est standum confessioni suæ, quo ad præiudicium tertij in euersionem fideicommissi. per l. si quis ita §. is cui. ff. de leg. ij. l. fideicommissum. ff. de cond. & demonst. Item, quia constat per testes de impotentia ipsius, & de accessu aliorum ad eam mulierem per quas coniecturas eliditur coniectura, oriens ex nominatione, & tractatu, quia † vna præsumptio aliam tollit. l. diuus in fin. vbi. Bald. ff. de in integ. rest. l. cũ de indebito. de prob. Et quia circa hoc est diffusè allegatũ per alios, nõ insisto vlteriùs. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

CONS. CL. SVMMÆ.

1 *Intestati successio potior.*
2 *Solennia ob pestem non remitti.*
3 *C. cùm esses. de testam. restringi.*
4 *Quando testes non fuerunt rogati testamentum, non sustinetur.*
5 *Testes habent deponere de his, quæ sunt in facto, & de forma verborum prolatorum, non autem quid ipsi iudicent.*
6 *Interpretatio voluntatis testatoris non ad testes, sed ad iudicem spectat.*

Succincte si præsenti casu, & † conclusiuè procedendo, dico, partes d. Iudicis esse in pronuntiando pro fratre, qui ab intestato succedit, nulla habita ratione afferti testamenti. Moueor, quia communis est conclusio, quod † solennitas numeri testium propter pestem non ceteris remissa, quia in tali tempore lex valdè timet, ne fiant † aliquæ falsitates, cum penes infirmos pauci reperiãtur, & omnes eos vitent. vnde propter imminens periculum cautius fuit agendum, nec aliquid remittẽdum de solennitatibus, & melius est, quod venientes ab intestato succedãt, quàm quod detur materia falsum fabricandi, & istam opinionem tenet Ang. Fulg. Pau. de Cast. Alex. Io. Baptist. de sancto Seuer. & Corn. in l. fi. C. de testa. Lat. de Bel. in §. j. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. Bart. in l. j. de bon. poss. ex testam. mil. Franc. de Arez. in l. hæredes palam. in princ. ff. de testam. Rom. in rep. authent. similiter. in xxxiiij. speciali. C. ad l. Falcid. Andr. Sicu. cons. lviij. in j. & iure cõsulunt Soccin. in consil. lxxxviij. in iiij. vol. vbi post Alex. in dicta l. fi. respondet ad omnia allegata in contrarium. & ideò nõ est opus hic transcribere, sed dicendum est, vt per eum. & si Dec. in cons. cclxxxiiij. vidisset has oẽs auctoritates, non dubitasset, quin ista esset magis communis, & vera opinio, secũdùm quam pluries hoc anno consului. Nec obstat, quod hic sumẽs in terris ecclesiæ, in quib. videretur, q, minor numer testium sufficiat testamentis. per text. in cap. cùm esses. extra, de testamen. quia † respondeo q, secun-

1 2 3 4 5 6

dum illum tex. debuissent saltem interuenire duo testes, & presbyter parochialis, vel deficiẽte parochiali, loco ipsius debuissent adesse duo alij testes. vt per Anton. & Abb. in d. cap. cùm esses. cum concordan. per Dec. in d. consil. cclxxxiiij. sed in casu nostro interuenerunt tantummodo duo. & sic dispositio d. cap. non habet locum; & si tot non reperiebantur, debebant accersiri ex locis vicinis, & facere, sicut fecit d. Aquila vxor d. Signoroli de Homod. quæ infecta peste, & propterea non valens habere testes, fecit se portari extra domũ in viam publicam, vt ibi testaretur, habẽs audiẽtes suã voluntatẽ, vt dicit Raph. Fulgos. & Ias. in d. l. final. Præterea & secundò text. in d. capit. cum esses. licet diminuat de numero testium, † tamen non tollit solennitatem, quòd sint rogati, prout requiritur in testamentis. d. l. hæredes palam. §. penul. vnde nisi appareat, quòd testes sint rogati, ille text. non procedit, vt dicit not. Bartholom. Socin. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. & in simili quod not. Andr. Sicul. in præallegato consil. lviij. In casu autem nostro isti testes non fuerunt rogati. vnde non possumus dicere, quòd tale testamentum sustineatur, & tanto maximè, quia verba prolata à testatore, sonant potiùs in adulationem, & iactantiam, vt retineret generum volentem recedere, sub ista spe quòd vellet eum hæredem instituere, quàm quòd verè instituerit. cùm enim non conuocauerit, neque togauerit ad hoc testes lex præsumit verba huiusmodi iactatoria, vt habetur in l. fin. ff. de testam. per Alex. & doctor. in l. serui electione. ff. de legat. j. dum declarat text. in l. Pamphilo. §. propositum. de legat. iij. Et certè mirum est, q̃ iste hæres instituturus, tam faciliter positus fuerit ad possessionẽ, cum institutio sua etiam dato, quòd valeret, esset conditionalis, si deseruisset testatori vsque ad finẽ ægritudinis, nec constat conditionem fuisse adimpletam, prout constare debuit iuxta not. per Bald. in l. cum te. C. de probat. quamuis, vt dixi dato, quòd constitisset, adhuc testamentum sustineri non posit, &c. Et licet testes dicant, quòd iudicio suo intentio testatoris, erat verè relinquere istum hæredem, tamen in hoc eis non creditur, quia † testes habent deponere de his, quæ sunt in facto, & sic de forma verborum prolatorum, non autem quid ipsi iudicent, huiusmodi enim † interpretatio non spectat ad illos, sed ad iudicem, vt declarat Bart. in l. j. C. de vsur. in l. sciendum. vbi docto. ff. de verb. oblig. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONS. CLI. SVMMÆ.

1 *Præteritio posthumi infirmat penitùs testamentum, vt non possit incipere à vulgari substitutione.*
2 *In actu practico grauissima est authoritas Baldi.*
3 *Testator potest non solùm expressè, sed etiam ex tacita mẽte ius accrescendi vni prohibere, & alteri dare.*
4 *Clausula confirmatoria primi testamenti, operatur vim noui testamenti, præsertim inter liberos, etiam quod inter eos inæqualitas inducatur.*
5 *L. Lucius de hæred. inst. sensus.*

Vprascripta cõsultatio visa est mihi prima fronte periculosa, quia videtur quòd Nicolaus debuisset admitti ad dimidiũ hæreditatis, prout faceret Carolus pater, si viueret alias substitutio compendiosa facta Ioan. Bapt. ad quã vocatur, si ista Nicolaus, quæ suorum quies respiciebat verteretur in odium, & damnum contra mentem testatoris & regulam. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. quod fauore. C. de legib. Et quia præteritio posthumi infirmat penitùs testamẽtum, vt non possit incipere à vulgari substitutione, vt dicit glos. in l. si filius sa. substituatur. ff. de hæred. instit. & est text. in l. nam & si. §. fin. ff. de iniust. rupt. Et quia in terminis nostris, quod iste præteritus succedat ab intestato non obstante substitutione, consuluit Bald. cons. diiij. incipiente casus talis est quædam d. Catherina in v. vol. secundum impressionem Mediolani, & † in actu practico grauissima est auctoritas Bald. vt omnes sciunt. Et quia licet Alexand. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pupil. dicat se consuluisse pro testamento, vt sustineatur virtute vulgaris, quæ comprehenditur in compendiosa, tamen illa decisio est periculosa, & eam reprobat Ioan. Franc. de Ripa in l. j. ff. de vulg. per bonas & efficaces rationes. Et ego etiam alias reprobaui in rub. ff. eod. tit. nec inter volumina Alex. reperitur illud consilium, quia fortè ipse non curauit, vt ederetur tanquam periculosum. Et etiam quia si dicamus testamentum sustineri, nec vitiari præteritione, tamen videtur quod Nicolaus vltra duas vncias, quas habet ex parte Io. Bapt. debeat habere quatuor paternas iure accrescendi: quia videtur testator filios Ant. submouisse ab hoc iure accrescendi cum ad illas quatuor vncias non sint vocati, nisi decedente Carolo absque filijs. vnde cùm reseruatus sit locus huic filio succedendi Carolo, apparet excludi istos nepotes Antonij filios: ne aliàs contra voluntatem testatoris isti in hac parte substituti efficiantur adiecti, vt est casus in l. Lucius. secunda. ff. de hære. inst. † potest autẽ testator non solùm expressè, sed etiam ex tacita mente istud ius accrescendi vni prohibere alteri dare. l. iij. §. sed si coniunctum de leg. præst. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. & quod habetur in l. pen. C. de imp. in l. si is qui ducenta. §. fi. vbi gl. ff. de reb. dub. in l. fi. C. de inst. & subst. l. quidam testamento. vbi doct. de vulga. Sed tamen his nõ obstantibus, visa est mihi probabilis sententia d. consultoris, & non abhorrens à regulis iuris: lectis enim verbis Codicilli, qui factus est iam mortuo Carolo, vidi quemadmodum testator. adhuc perseuerabat in † testamento, & posuit in eo clausulã eius confirmatiuam, adeò vt talis clausula operetur vim noui testamẽti, præsertim inter liberos, etiã quod inter eos inæqualitas inducatur vt est text. in auth. de testa. imperfect. in prin. & tradit Paul. de Cast. Lud. Rom. Cor. Nata. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. Alexand. consil. clxxvj. in v. & est magis communis opinio. Cùm ergo testator confirmauerit tale testamentum, etiam mortuo Carolo, satis indicauit enixã voluntatem suam quod iste Nicolaus succederet dumtaxat secundum formam testamenti, & sic in duabus illis vnciis, in quibus erat substitutus Io. Bapt. & in eo quod sibi accresceret pro rata portionum, vt mox dicam. Nec ea quæ in contrarium adduxi videntur obstare propter claram mentem testatoris resultantem ex lectione Codicillorum. Et quia decisio Alex. in d. l. si pater impub. siue vera, siue falsa sit, non attingit casum nostrum: quia in casu suo conditio non euenerat, sed erat reijcienda per l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. Sed in casu nostro euenerat, & quidem formaliter, quia præd. cessit Io. Bapt. vnde iste Nicolaus propter vulgarem admittebatur, &

BIU Cujas

non est dubium à tali clausula posse incipere testamentum, & non obstare vitium præteritionis. d. l.iij. de lib. & posth. Nec iste pót dici posthumus, quia iã natus erat tẽpore Codicillorum per quos confirmata est institutio in testamento facta, vt supra dixi. & Bald. in d. consil. diiij. non loquitur quando conditio vulgaris substitutionis, viuo testatore euenisset prout est casus noster. Et text. in
5 † l. Lucius. ff. de hæred. inst. loquitur quando substituti faciebant controuersiam ei, qui ab intestato erat primo loco vocatus, nostra quæstio procedit in institutis: quia filij Antonij sunt instituti & æquò primo gradu vocati sicut Carolus. vnde ille text. satis videtur posse euitari. Et ideo non videtur A cedendum esse à communibus iuris regulis, vt in parte Caroli, quæ effecta est caduca admittantur filij Antonij, qui sex partes hæreditarias, habent vnà cum ipso Nicolao, qui duas tantùm habet, & hæc pars accedat illis pro rata portionum: quia ita est regula in materia iuris accrescendi, à qua non est facilè recedendum. l. Mæuio. in princ. ff. & quis Titio. in fi. ff. de leg. ij. l. liber homo. §. cum quis. ff. de hær. inst. vel saltem in capita, vel supra ex quadam humanitate allegatam est per præstantissimum consultorẽm in cuius sententiã, secundùm supra scripta accedo. Salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLII. SVMMÆ.

1 *Lex permittit Patri facultatem exhæredandi filium, si grauem & inhonestam injuriam Patri ingesserit.*

2 *Benedictio patris facta super filio exhæredato, tollit omnem effectum exhæreditionis, & operatur, quod talis benedictus admittitur æqualiter cum fratre hærede instituto.*

3 *Simplex benedictio arguit solum animi rancorem dimissum, non autem testamentum, in quo quia erat exhæreditus reuocatum.*

D QVæritur, si exhæredatio facta in testamento ex rationibus, & causis narratis in ipso testamento potuit fieri, vel saltem vltra legitimam. Item, quia post conditum testamentum filius exhæredatus, obtinuit benedictionem à testatore, quæritur. si ipse exhæredatus, attenta dicta benedictione, & venia, potest adire hæreditatem patris, vel ex ipsa benedictione, & venia solummodò succedere habeat in legitima, & hoc, quia ipse exhæredatus est institutus, prout E videri potest ex ipso testamento. Ad primum respondeo, quòd † lex permittit patri facultatem exhæredãdi filium, si graué & inhonestam iniuriã patri ingesserit. Illæ autem, quæ adducuntur in testamento, & si videantur graues, tamen quia in solis verbis, consistunt, quæ potuerunt calore iracundiæ inferri, & quia multa dicimus, quæ tamen non faceremus, ideò non potest dari certa responsa, nisi ex probationibus appareat, quo animo, & qua constantia dictæ sint. & quòd fuerit scelopum causa occidendi patrem, oportet hanc causam probari. Iis qui cum telo. C. de sic. & difficilis est probatio eius rei, quæ ab animo ipsius pendebat, sicut & illa, quòd contra voluntatem patris fuerit in Castris inimicorum Cæs. maiestatis, licet enim videatur sufficiens, arg. §. sancimus in authen. vt cum de ap. cog. verb. ad maiestatem. tamen cũ Imperator eum tolleret domi, & ei pareat, non debet pater ipse hoc ei imputare, arg. l. iis consequenter. ff. fam. ercis. Circa secundum videtur, quòd possit petere supplementum legitimæ, si non probentur supra scriptæ causæ, iuxta ea, quę supra dixi. Fortius vult Bar. in l. iij. §. fin. ff de adim. leg. quòd † benedictio ista, seu reconciliatio collat 4 omnem effectũ exhæredationis, & sic debeat iste admitti æqualiter cum fratre hærede instituto, & illam opin. Bart. sequitur Ias. in auth. non licet. C. de lib. præt. & Hipp. Marsil. in l. raptores. char. vj. C. de rapt. Barb. consi. lxxx. in iiij. in vlt. dub. Sed tamen illam opin. Bart. noluit assumere Alexand. consi. clix. in vij. in fi. quia doct. in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. per illum text. sentiunt contrarium. nec potest bene respondere illi legi. & ideo Ias. ibi improbat dictam decisionem. & Pet. Gregor. in sing. suo iij. dicit, quòd consuleret & iudicaret contra Bart. Ego puto in casu nostro hanc partem esse veriorem, quia Bart. loquitur in manifesta reconciliatione, quæ non intercessit in casu nostro, sed † simplex benedictio, quæ arguit solum 3 animi rancorem dimissum, non autem testamentum reuocatum. Ant. de Butr. in cap. cum olim. extra, de iureiur. allegat Bart. in l. si tibi. x. §. quædam. ff. de pact. Item Bart. loquitur in eo, qui simpliciter erat exhæredatus: sed in casu nostro huic erat facta institutio de solidis quinque, quæ arguit mentem testatoris, omnimodò volentis testamentum sustineri, vt iste solum posset supplementum legitimę petere. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Et ita mihi videtur, salvo semper saniore iudicio.

CONS. CLIII. SVMMÆ.

1 *Exhæredationis probatio.*

2 *Confessio patris nocet filio, etiam quoad legitimam, quando vltra talem confessionem concurrit verisimilis coniectura, quod confessio sit vera.*

3 *Ius sanguinis differt à iure successionis.*

4 *L. quidam cùm filium. ff. de hæred. inst. declar.*

A Roximo responso, pauca quædam scripsi in fauorem magnifici domini Augustini. verum quia adhuc res refricatur, in dubium, existimaui operæpretium esse pauca quædam addere, vt D. Iudex facilius possit se pro veritate, & iustitia resoluere. Et in primis dico fundatam esse intentionem domini Augustini ex testamento patris, qui ex causis in eo descriptis alium filium exhæredauit, quæ causæ, dummodò probentur sunt sufficientes, vt aliàs fuit dictum. Circa † autem modum probandi dico, 1 quòd licet non stetur assertioni patris, attestantis de tali causa, iuxta l. omnimodo. C. de inoff. testam. tamen sufficiunt in hoc casu leuiores probationes, puta per coniecturas tantum, confirmãtur tales coniecturæ propter fidem patris, quòd totum consistit in arbitrium iudicis. l. etiam. §. j. ibi æstimare debebit Iudex. ff. de manumiss. vindic. & aliàs dixi in tract. præsumpt. reg. j. verb. xvj. Et facit quod not. Anto. de Butr. & Abb. in cap. quamuis. extra, de re iud. vbi † confessio patris 2 nocet filio etiam quò ad legitimam, quando vltra talem confessionem concurrit verisimilis coniectura, quòd confessio sit vera, puta ex qualitate personæ, & consuetudine illius, & sequuntur ibi communiter doctores. Et hoc maximè est dicendum in testamento patris inter liberos, quòd sicut non requirit aliam probationem: dummodò

dò conſtet de voluntate iuxta l. hac conſultiſsi. §. ex imperfecto. C. de teſta. vbi doct. & l. fin. C. fam. erciſc. ita etiam cauſæ inſtitutionis, vel exhæredationis, non debent requirere ſolennem probationem, ſed debent ſufficere coniecturæ, & argumenta, vt in ſimili habetur per Abb. & alios in cap. relatum. ext. de teſta. per Bald. in l. fin. C. de fideic. Iaſ. in rub. ff. de acquir. poſſ. num. xvj. Et maximè cum cauſa hæc vertatur coram arbitris, qui de iure & de facto ex forma ſtatuti inter coniunctos cognoſcunt per Bar. in l. vnica. in fin. C. vt quæ deſunt aduoc. Nec obſtat allegata benedictio, quia, vt apparet ex dicto teſtium fuit limitata, vt non tra heretur ad bona: vnde ceſſat omnis difficultas. Nec obſtat, quòd pater dixerit, quòd Auguſtinus tractaret eum, vt patrem. Reſpondeo primo, iſta verba referuntur ad † ius ſanguinis, quòd differt à iure ſucceſsionis, vt declarat Bar. in l. is poteſt. de acq. hær. Secundò reſpondeo, quòd per talia verba non poteſt fieri interpretatio, quòd teſtator remiſerit exhæredationem, quia intelligitur, firmo tamen manente teſtamento, & ſaluis ſupradictis. vt per Bartol. in l. de ætate. ff. de minor. Tertiò reſpondeo, quòd illa verba habebant etiam contrarium ſenſum caſu, quo iſte exhæredatus malè ſe gereret, proùt fecit dum auſus eſt eum damnificare, *Atque male vites incidere ſolet nouellas.* l. iij. ff. arb. ſui. Cæſ. Vnde infertur, quòd in caſu noſtro etiam ſi locus eſſet arbitrio iudicis, tamè propter malè merita ipſius deberet arbitrari, nihil ei deberi, quamuis verum non ſit ſubeſſe aliquam commiſsionem, ſeu mandatum patris, quia text. in † l. quidam cùm filium. ff. de liber. & poſt. inſtit. loquitur in alio caſu, quando filius mandauerat extraneo, quæſtio noſtra eſt de parte, qui non præſumitur mandaſſe filio contra formam teſtamenti ſui, vnde concludo apud iudices antiquiſsimam debere eſſe patris voluntatem, circa filios ſuos prouidentis. l. pen. in fi. ff. de cur. furioſi. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONS. CLIIII. SVMMÆ.

1 *Filius hæres inſtitutus, ſi habuerit legitimam iuræ naturæ debitam, non poteſt retinere aliam quartam Falcidiam de legatis particularibus.*

2 *Lex canonica conceſſit deductionem legitimæ, & Trebellianicæ, & talis lex de conſuetudine præualet.*

3 *Conſuetudo non patitur extenſionem.*

4 *Legata vniuerſalia, non æquiparantur particularibus.*

5 *Arg. de Falcidia ad Trebellianicam, non valet.*

6 *Cum quis habet legitimam iure hæreditario, imputatur in ea Falcidia.*

MIhi ſemper placuit illa concluſio, quòd † filius hæres inſtitutus, ſi habuerit legitimam iuræ naturæ debitam, nõ poſsit etiam retinere aliam quartam falcidiam de legatis particularib. per text. in l. Papinianus. §. quarta. vbi Barto. in j. not. ff. de inoff. teſta. & eadem lege in §. vnde ſi quis. vbi Fulg. quia debet filius vna quarta eſſe contentus. L. j. §. pen. & ſeq. ff. ſi cui plus q. Falci. & iſtud eſt certiſsimũ de iure ciuili. Et licet † lex canonica cõceſſerit deductionẽ legitimæ & ẽt Trebellianicæ, & talis lex de conſuetudine præualeat, vt habetur in c. Raymundus de teſtam. tamen dicta iura loquuntur in Trebellianica quæ detrahitur in fideicommiſsis vniuerſalibus, vnde non videtur extendenda ad Falcidiam, quæ deducitur, de particularibus, & tum quia dicta iura ſunt correctoria iuris ciuilis, & innituntur quadam † conſuetudine, quæ non patitur extenſionem iuxta ea, quæ habentur per Bar. in l. ij. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. act. priuat. per Bar. in l. de quibus. in pri. opp. ff. de legib. dũ allegat text. in l. non poſſunt. eod. titu. tum etiam, quia † legata vniuerſalia non æquiparantur particularis, vt inquit Bart. in l. j. ff. de leg. j. vnde multæ differentiæ ſunt inter Falcidiam & Trebellianicam maximè circa imputationem, vt eſt ex. in l. in quartam. vbi doct. ff. ad l. Falc. & ideo † argumentum de vno ad aliud non valet vt dixi in l. licet. C. de pac. Et hanc ſententiam quod filius non poſsit quartam de legatis particularibus deducere, etiam ſtante diſpoſitione iuris canonici, firmauit d. Card. in d. cap. Ray. §. quia verò Alexan. in l. in ratione. §. quod vulgo. ad l. falci. Lancel. Poli. in l. filium quæ habentem. C. fam. erciſc. verſ. circa quartum. Soc. Ium. conſil. 136. Et licet aliqui contradicant, tamen vel non innituntur bonis rationib. vt Cor. d. l. quanquam & Herc. d. §. Quod vulgo. beſ incidenter loquuntur, vt Sig. conſ. lxvj. Aretin. conſi. xviij. Alexan. cxxxix. in j. negat ſupraſcriptã difficultãtem aduertunt, vel loquuntur in caſu diuerſo à noſtro, vt Bald. in d. l. quanquam. C. ad l. Falc. qui intelligendus videtur in legatario vniuerſali, quia format quæſtionem de Treb. non de Fal. & ſecundùm hoc poteſt intelligi Fulg. conſi. xxvj. qui aliàs eſſet ſibi contrarius vt Soc. in conſ. lxxxviij. qui loquitur quando deductio iſta fieret à diuerſis perſonis, non autem ab eodem, vt in caſu noſtro. Item loquitur quando filius hanc legitimam haberet, non tanquam hæres, vt regulariter tenetur, ſed in caſib. ſpecialib. ſecundùm not. in l. quia poterat. ad Trebb. l. ſi libertus patrono. §. quid ergo. ff. de bon. lib. per Bald. & Caſtr. in l. ſecunda. C. de impub. & eſt ratio: quia tunc cùm non habeat † legitimam iure hæreditario, non poteſt in ea imputari Falcidia, in qua duntaxat imputatur quod tit. hæreditatio habetur. d. l. in quartam. Et nemo contradicentium loquitur, quando filius eſt inſtitutus, purè, prout eſt noſtra quæſtio: tunc enim cum habeat legitimam iure hæreditario imputatur in ea Falc. d. l. in quartam, cum ſecus ſit quando inſtitutus eſſet ſub conditione, vel in diem quo caſu poſſunt procedere opinatiriæ opiniones, vt diſtinguit poſt Arg. glo. in §. ſi quis verò, non implens. verb. auferri. in auth. de hæt. & Falc. & certè in practica magna debet eſſe auctoritas Alex. in d. §. qua ratione. vbi articulum diſputat, & deciſiuè loquitur, nec eſt curandum de dictis doctorum, quæ incidenter ponuntur in conſiliis, ſeu allegationib. nec aliter diſcutiantur, vt aliàs dixi lib. parergon. iiij. cap. xvij. Præterea eſt aduertendum, quia in caſu noſtro, videtur quod iſtæ quartæ deducantur eodem tempore, & ideo ſola legitima iuræ naturæ, debita accipi poſsit iuxta diſtinctionem doctorum in d. l. quanquam. & in d. l. Papinianus. §. meminiſſe. cùm enim pater dederit licentiam Regulo, vt legitimetur ſubſequuta legitimatione, perinde eſt ac ſi à principio ſui eſſet legitimus, & ideo talis præfertur quibuſcunq; venientibus ab inſtituto, quod nõ poſſet fieri, niſi transferret à quin. legitima nõ quia aliàs

aliàs auferretur ius tertij, vt dicunt Iaſ. & Lancel. Galliaul. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. & eſt de mente Bart. ibi, per tex. in authen. item cum quis. C. de naturalib. Pau. de Caſtr. conſ. ccccxxix. præſuppoſito quod iſte pater in ſecũdo in nouiſ. legatum enim fuit purum, & impedimentum eſt ſublatum per legitimationem, quæ propter voluntatem patris retrò trahitur. & ab ipſo principio cenſetur fuiſſe capax. Et iſtud mihi videtur verius, & habere minùs ſcrupuli. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CLV. SVMMÆ.

1 *Hæres lucrifacit fructus, non autem reſtituit, quia hæres iure dominij, quod habet in rebus, eos acquirit.*
2 *Ceſſante legis ratione, ceſſat & ipſius diſpoſitio.*
3 *Fructus iam collecti, & qui ſunt in horreo moriente teſtatore, augent hæreditatem, & ſunt reſtituendi.*
4 *Iura conditionalia veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

PLacet ſententia ſupraſcripti domini conſulentis, quòd hæres teneatur huic fideicommiſſario reſtituere fructus, ſeu valorem eorum, prout eleganter, & per veras rationes ſupra conſultum fuit. Quibus addo quod doctores in l. in fideicommiſſaria. ff. ad Treb. vbi tex. facit regulam, quòd † hæres lucri facit fructus, non autẽ reſtituit, dicunt, quòd ratio eſt quia hæres iure dominij, quod habet in rebus, eos acquirit, vt probatur in d. l. in fideic. ibi, ſed ipſis reb. acceptio ferũtur, prout ẽt probatur in l. Heronnius. j. ff. de vſur. & tradunt omnes in l. ſi quis bonorum. ff. de leg. j. vnde † ceſſante hac ratione, ceſſabit etiam diſpoſitio l. adigere. §. quamuis de iur. pat. in caſu enim noſtro cum proprietas non ſit teſtatoris, vel hæredis, merito iſti fructus iure hæreditario percipiuntur, augentq; hæreditatem, & reſtitutioni ſubiiciũtur. Confirmatur quia iſta emptio fructuum facta per xvj. annos prærogata ſolutione per teſtatorẽ, eſt ſimilis cõductioni tanquam teſtator videatur conduxiſſe dicta bona argum. l. ij. ff. loca. & tradunt Mod. in l. ſecunda. in prin. ff. ſi cer. pet. & ſicut lucra emptionum, conductionum, & cætera huiuſmodi, augent hæreditatem, & reſtituenda ſunt fideic. l. pen. vbi doct. ff. ad l. Fal. l. poſtulante. §. fin. verſi. reſpondi hæc omnia. ad Trebelli. ita & iſtud, quod totum hæredi eſt in lucro, cùm teſtator prærogauerit ſolutionẽ. Facit, quia † ſicut fructus iam collecti, & qui ſunt in horreo moriente teſtatore augent hæreditatem, & reſtituendi ſunt, vt dicũt omnes in d. l. in fideic. ita etiam de iſtis dicendum quorum pretium iam erat à teſtatore perſolutum, cuius pretij loco ſubrogantur dicti fructus. l. vxor marito. ff. de don. inter vir. l. planè. §. quod ſi rem. ff. de leg. j. Nam & videmus, in re conducta ſuccedere hæredem, & pro fructib. perceptis eũ præſtare pẽſionẽ, & ſic cõputare fructus cũ penſione. At in iſto caſu fructus haberet, pẽſionẽ verò ſoluiſſet teſtator. ergo hæc ſolutio auget hæreditatem, vt tanto pluris cenſeatur in ea eſſe, & ſic debeat reſtitui. arg. l. deducta. in prin. ad Treb. Facit regula generalis, quòd etiam † iura conditionalia veniunt in reſtitutionem fideic. l. ita tamen. §. qui ex Treb. ff. eo. ti. at hæc emptio fructuũ eſt ius cõditionale. l. interdum. ff. de verb. obl. l. & quæ nondum. in prin. de pig. l. prima. de cond. & dem. merito debent reſtitui. Suadetur & hac ratione. nam teſtator quando mortuus eſt, erat creditor illius pecuniæ, quæ erat numerata pro fructib. & venditor erat debitor ad præſtandam patientiam, vt fructus colligi poſſent. illud ergo creditum tanquam hæreditarium auget ipſam hæreditatem, & vtilitas inde proueniens eſt reſtituend. d. l. deducta. §. j. & ſeq. l. ſi hæres pecuniam eod. tit. Et ideo concludo iſtos fructus debere reſtitui, ſi extant, aliàs pretium deductis tamen impenſis, ſecundum not. in l. fructus. ſol. mat. & facit tex. in l. mulier. §. ſed & enim. verſic. ſed & ipſe. & d. l. poſtulante. verſi. fin. ad Trebell.

CONS. CLVI. SVMMÆ.

1 *Quod quis ſit indignus ſolus fiſcus, poteſt opponere, non autem alius cohæres, vel agnatus.*
2 *In fideicommiſſis pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*
3 *Præſumptiones, & coniecturæ contrariis præſumptionibus tolluntur.*
4 *Proximiores ab agnatis excludi.*
5 *Appellatione proximiorum domus tam maſculi, quàm fœminæ, ex vi verborum comprehendunt.*

TEſtator inſtituit Aldroandinum, & Ioannem Mariam filios, & ſubſtituit eos inuicem vulgariter, & per fideicommiſſum caſu, quo deceſſerint ſine filiis: & caſu, quo omnes d. eius filij deceſſerint ſine filiis, inſtituit Heliſabetham, & & Helenam in duabus millibus libris: reſiduum vero virtute ſubſtitutionis & fideicommiſſi pervenire voluit proximioribus ſuis domus de Plateſiis, prohibens de filiis alienationem, &c. vſque ad xxx. annos, &c. Mortuus eſt primus, relicto filio maſculo, & duabus fœminis, quæ deinde effectæ ſunt moniales, deinde mortuus eſt ſecundus, occiſus à filio primi nepote ſuo. Quæritur ad quem eius hæreditas pertineat pro d. nepote? facit, quia de iure communi non eſt ipſo iure priuatus, ſed ſuccedit: licet hæreditas ſibi auferatur per fiſcum, tanquam ab indigno. l. fin. §. fin. ff. de bon. dam. l. ſecunda. §. fratris. vbi notatur. ff. ſi quis ali. teſt. Ludo. Rom. ſing. ccccl vj. de iſto iure, † quòd ſit indignus, ſolus fiſcus poteſt opponère, non autem alius cohæres, vel agnatus. l. his conſequenter. ff. famil. erciſc. Sed tamen per ſtatutum Bononienſe, videtur ius commune correctum, quo cauetur, vt occiſor excludatur, & de hæreditate occiſi diſponatur ac ſi occiſor non eſſet in rerum natura. Pro monialibus facit: quia ſunt proximiores in gradu, & tam ex forma iuris communis, quam ſtatut. videntur admittendæ. d. l. ſecunda. §. patris. auth. poſt fratres. authen. ceſſante. C. de leg. hær. nec videtur obſtare illis fideicommiſſum: quia conceptum eſt ſi omnes deceſſerint ſine filiis, ſed conditio non euenit, quia primus reliquit liberos, vnde fideicommiſſarij, tanquam defecti conditione: excludũtur maximè cum ab inteſtato ex forma ſtatuti. d. mulieres excludant iſtos agnatos per doctrinam Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. Pro agnatis, ſeu fideicommiſſariis, facit mens defuncti, qui ſi eos vocàuit vtroque decedente, ergo etiam altero poſteriore: ſubeſt enim eadem ratio, & † pluralitas reſoluitur in ſingularitates, vt eſt caſus in dicta l. hær. mei. §. cùm ita. nec obſtat limitatio Bar. ibi dũ voluit, quod d. diſpoſitio non procederet, qñ filij primi præferrentur ex ſtatuto, tan-

BIU Cujas

quam teſtator videatur ſe cõformaſſe diſpoſitioni ſtatutariæ.argument.l.pe.C.de impub.quia reſpõ deo,quod illa opinio eſt periculoſa:& contrariam tenuit Imol. & Paulus de Caſtr.in lectura Bonon. & Socin.& alij Moder.in d.§.cùm ita.& Corn.cõſ. 53.videtur in hac.in 3.& conſi.lxxxxj. viſa in j. dubio.eod. vol.& dicit conſ.ccij.pluries.lib.3. quod iſta coniectura Barto.eſt fragilis,& ab ea facilè diſcedi poteſt.Ego verò ſcio † præſumptiones,& cõiecturas contrariis præſumptionibus tolli, & elidi.l.cùm de indebito.ff. de probat. l. diuus.in integ.reſt.fortiſsima autem videtur præſumptio pro agnatis,† quod teſtator proprias excluſit filias, ſaluo illo relicto particulari,ſi ergo voluit agnatos excludi à propriis filiabus, multominus ab iſtis neptibus, vt dicunt doct.in illa quæſt. vulgari, de qua per Paul.de Caſtr. conſilio 410. in 2.caſus frequenter contingit.& in l.1.C.de cond.in ſer.Andr. Sicul.inter conſilia Alexand.conſi.52. in 4. volum. Socin. in l. cum auus. ff. de cond. & dem. in iij. quæſt.Dec.conſi.xv. cum concord. maximè cum iſtæ ſunt moniales,quarum non eſt veriſimile habitam rationem à teſtatore.arg. c. ſuggeſtum. de deci.cùm ſint mortuæ mundo, & non quærunt ſibi, ſed monaſterio, quod non eſt ex proximioribus teſtatoris. Succeſsiuè quæritur nunquid appellatio iſtorum proximiorum † domus de Plateſiis,compræhendantur etiã fœminæ,an maſculi duntaxat.& clarum eſt vi verborum etiam fœminas contineri. l. voluntas. C. de fideicommiſ.in hoc tamen caſu, ego ſentio contrarium, propter mentem teſtatoris,qui excluſit proprias filias, vt ſuprà dixi. vnde videntur ſoli maſculi admittendi.

CONS. CLVII. SVMMÆ.

1 *§.ſed & hoc præſenti.in authentic. de ſanctiſs. epiſcop.reſtringi.*
2 *Conditio fauore ingreſſus monaſterij,habetur pro non ſcripta,& fideicommiſſum extinguitur,*
3 *Lex magis præſumit pro filijs,quàm pro monaſterio.*
4 *C.ſi.17.q.4.ſenſus.*
5 *Non poteſt quis legitimam retinere, & reliquum hæreditatis omittere.*
6 *Tacita vulgaris excludit matrem ſi ſubſtitutus ſit filius,non ſi ſubſtituta ſit eccleſia,niſi quando relictum eſſet pro reſtitutione malè ablatorum.*
7 *Correcta ratione legis,lex ipſa correcta intelligitur.*

CLara ſunt verba teſtamenti in fauorem d.Eliſabethæ de Curretis: quia teſtator decedente d.Martha voluit quod ſuperuiuens ſuccedat in totũ, &c. vnde cum d. Eliſabeth ſuperuixerit,ipſa cenſetur vocata iure dictæ ſubſtitutionis ex vi verborum.Sed difficultatem in noſtro caſu facit diſpoſitio textus in §.ſed & hoc præſenti in † auth.de ſanctiſs.epiſc.de qua in authen.niſi rogati.C.ad ſenatuſ.Trebell.vbi † conditio habetur pro non ſcripta fauore ingreſſus monaſterij, & fideicommiſſum extinguitur.Sed ad illum textum, reſpondetur,quòd illa diſpoſitio iuris poſitiui inducta à Iuſtiniano non habet locum, quando ſubſtitutus eſt filius teſtatoris:quia † lex magis præſumit pro filiis,quàm pro monaſterio, 17.q.4.c.ſi. & not.in lege ſi quis ad declinandam.C. de epiſc. & cler.Et hanc limitationem communiter tenent doct. pro qua conſuluit Baldus conſil. 196. teſtamentum Puccianelli libr. j. Raph.Fulg.conſil. 33. quoniam.in fin.Iaſ.ccxij.lib.ij.Soc.l.j.de reb. dub. & in l.cui auus.de cond.& dem. Vincent. Hercul. in diſputatione incip.Peruſinus. quæſt.v. Franciſ. Rip.in l.ex facto.§.j.num.xxxxj.ff. ad Treb. vbi in ſpecie improbat conſilium Decij cccexxvj. qui cõtra communem,conſuluerat quod conſilium etiã improbat Mod.apoſtillator ad conſilium Alexan. exxj. in ij. volumin. vbi dicit quòd d. Decius in hoc malè conſuluit,& certè monetur mala ratione dum dicit,quòd cauſa filiorum non præfertur eccleſiæ,niſi in legitima,iſtud eſt falſum,quia textus in dicto capitulo fina. ſimpliciter † loquitur, nec diſtinguit legitimam à reliqua hæreditate: & ſi legitima præfertur eccleſiæ, idẽ eſt dicendũ de reliqua hæreditate,cũ legitima nõ poſsit ab ea ſeparari,quia † nõ põt quis legitimã retinere reliquũ omittere. l.j.&ij.ff.de acq. hær.& declarat Bar. in l. gerit.ff.de acq.her.ver.ſed quęro quidſi aliquis.Abb. capitu.Ray.de teſtam.Aret.conſilio clx. Alexand. lxxv. in j.Iaſon. l.j.in vj. quæſt.de vulg. Et contra hanc ſententiam facit, quod ipſemet Decius tenet in l.precibus.C. de impu.vbi † tacita vulgaris excludit matrem ſi ſubſtitutus ſit filius, non ſi ſubſtituta ſit eccleſia,niſi quando relictũ eſſet pro reſtitutione malè ablatorum, quod etiam tenuit Antonius conſilio clv. in fin. Et iſta opinio maximè eſt tenenda in caſu noſtro propter ſtatutum excludens monaſteria, quod mortui ciuiliter habeantur pro mortuis præambula hora, &c. per quod ſtatutum apparet correctam eſſe rationem dicti §.ſed & hoc præſenti.† vnde correcta ratione legis cenſetur lex ipſa correcta.c. miramur. extra. de ſer.ord.gloſſ. l.j.ff.de legit.tut.Et hoc omninò eſt dicendum,attento quod diſpoſitio dicti §. ſed & hoc præſenti.eſt inducta contra mentem teſtatoris, & ideò in foro conſcientiæ non eſſent tuti iſti ſeruitæ, vt in ſimili per Bald. conſil. ccccxix. volum. quinto. per Ancha. in regula poſſeſſor. de reg.iur.in ſexto.& ita aliàs tenui hanc opinionem per multas rationes. in lege, quinque pedum.in primo notabile in fin. C. fin. reg. Nec poteſt in dubium refricari valor ſtatuti noſtri, quin omninò ſic ſeruandum; quando monaſterium veniret contra mentem defuncti, prout in caſu noſtro & ſuprà dixi,diſpoſitio enim dicti §.ſed & hoc præſenti.eſt iuris poſitiui, & poteſt contrario iure aboleri, ſiue id expreſsè fiat, ſiue tacita. Et ita mihi videtur:ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CLVIII. SVMMÆ.

1 *Legatum eiuſdem rei quandoque duplari.*
2 *Quando ſecundum legatum non continet, tantundem præſumitur duplicatio.*
3 *Cum teſtator appellat aliquem naturalem alio non conſtito,in præſumitur naturalis, non autem ſpurius, quia interim ſtandum eſt aſſertioni teſtatoris.*
4 *Edictum de teſtamentis, & legatis permiſſiuum eſt, vt cuilibet legare poßimus,qui non reperiatur expreßè prohibitus.*
5 *Semper ſit interpretatio, per quam actus ſuſtineatur.*
6 *Naturali poteſt relinqui à Patre, qui non habet vxorem, nec filios legitimos.*
7 *Non præſumitur renuntiatum, niſi probetur renuntiatio, quia iuri quod quis ignorat renuntiaſſe,non præſumitur,& ignorantia præſumitur.*

Probalia

BIU Cujas

PROBABILIA admodum sunt argumenta, quæ inducuntur aduersus d. Baptistam. Quibus tamen non obstant, puto eum fouere iustiorem causam. Et præmitto † cum legati sint ei à patre aurei ducenti pro alimentis, infrà biennium soluendi, & deinde legata sint sibi à patruo hærede patris generaliter alimenta, & c. pro tunde esse ac si eodem testamento vtrunque legatum sibi esse factum, secundùm gloss. in l. plane. §. j. versi. sed si duorum. ff. de leg. j. per l. huiusmodi. §. si Sempronius. eo. tit. & firmat Paul. Castren. consi. xxxv. in ij. volum. in nouissimis. Si autem factum esset ab eodem legatum speciale ducentorum aureorum intra biennium soluendum, non extingueretur per aliud subsequens generale, vt est text. in l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de alimen. & cib. leg. & tradit Bartol. in consil. ix. in fin. maximè cum in scutis ducentis non sufficerent pro alimentis, vt in simili per Abb. in cap. cùm olim. de re iud. & facit, quod notat Bartol. in l. cum centum. de adimen. lega. vbi † quando secundum legatum non continet tantundem præsumitur duplicatio. Quo ad secundum cum † vtrique testator appeller eum naturalem, alio non constito, præsumitur naturalis, non autem spurius, quia interim standum est assertioni testatoris, gloss. & Michael. de fil. presbyt. facit l. si instituta. §. j. vbi Fulgo. & Castren. de inoff. testam. & quia † edictū de testamentis, & legatis permissiuum est, vt cuilibet legare possimus, qui non reperiatur expresse prohibitus. leg. verbis legis. ff. de verbor. significat. & quia hoc modo minus delictum præsumitur. leg. merito. ff. pro soc. & quia † sit semper interpretatio, per quam actus sustineatur. leg. quoties. ij. C. de reb. dub. l. si pater. C. de hæredib. instit. & quia ita consuluit Bald. consi. cccxlviij. in iij. quæsito. in j. volum. & in alio casu fortiore. idem Bald. consi. ccxiij. in fin. in ij. Lardou. Sardus in tract. legitimat. verbis. quia nata. & puto hoc verisimum in successione testamentaria, ab intestato verò aliter distinguendum esse. Cùm igitur iste præsumatur naturalis, clarum est † ei potuisse relinqui, & à patre, qui non habebat vxorem, neo filios legitimos, & multò magis ab extraneo. authent. licet. C. de nat. lib. Et sic apparet consilium Decij cccccl xxvj. non obstare, quod est contra mentem Canon. in d. cap. cùm non habebat. & quicquid sit, procedit in spurio, non in naturali. Illud non omitto, non posse videri renuntiatum † dicto legato ducentorum aureorum, nisi probetur, quod d. Baptista habuerit notitiam dicti legati: quia iuri, quod quis ignorat, & c. l. mater decedens. ff. de inoffic. test. & ignorātia præsumitur. Et non fuerit sibi intimatum testamentum, &c.

CONSIL. CLIX. SVMMÆ.

1 *Prohibitio testatoris, ne filius ante annum diuidat, aut alienet, tenet respectu legitimæ.*
2 *Administrationis ratio, nisi dolosa remissibilis.*
3 *Requisiq inuentarij à defuncto facta, & redditionis retinuis valet.*
4 *Prohibitio testatoris quod filius absque consensu, & voluntate Curatorum, non possit [illegible]*
5 *Fideicommissum deficta conditione corruens.*
6 *Fideicommissum pro re accipi.*

Consi. Andr. Alc.

NVNQVID † prohibitio testatoris, ne filius ante annum xxv. diuidat, aut alienet, tenear respectu legitimæ, videretur quod sic, secundum consi. Paul. Castr. lxxvij. in j. quod sequuntur doctores in l. filius fam. §. diui. de legat. j. ego tamen sentio contrarium, nisi probaretur imbecillitas intellectus istius minoris, cui pater voluerit consultum, vt dixi in l. cum proponas. j. C. de pact. In secundo dubio, an † *indistincte prohibeatur hic filius petere rationem administrationis à patruo, stante liberatione generali, & legato vt facto quatenus condemnaretur, &c.* & puto valere legatum nisi tamen probaretur patruum dolo administrasse: quia tali legato non censetur remissus dolus, quatenus iste ex eo lucrum faceret, vt est text. in quidam decedens. verb. damnum. ff. de adim. rut. habentur per Ias. & alios. in l. actiones. C. de transi. vbi dixi. In tertio dubio, an valeat remissio inuentarij à defuncto facta, quod non teneatur facere ad aliquā administrationem reddendam, nec fieri possit inuentarium, de aliquibus bonis. Et videtur valere. l. fi. C. arb. tut. gl. l. tutores. verb. publicarum. C. de ad. tut. si tamē iudex viderit magis expedire filio, vt inuentarium conficiatur, poterit adigere hunc administratorem, vt illud faciat. l. vtilitatem. I. in confirmando. ff. de confir. tut. & tradunt doct. in l. nemo potest. ff. de legat. j. maximè si sub fine fit dicta doli per supradicta. In quarto dubio, † an valeat prohibitio testatoris, quod filius absque consensu, & voluntate infrascriptorum curatorum non possit se nubere sub certa pœna, &c. respondeo quod non valet, quia illud tolleret libertatem matrimonij, vbi contrahendi, vt not. in l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cond. & demon. maximè vbi requiritur consensus, vt per Felin. c. ex parte secundo. de constit. In quinto dubio, [illegible] nisi sunt † *si decederet intestatus, vt sint liberis quod d. Faustinus, & filij succedant in bonis remanentib. & extantibus tempore mortis, &c.* Quibus verbis apparet liberam esse potestatem huic filio testandi arbitrio suo, & facto testamento, non deficiet conditio fideicommissi. l. generaliter in princ. C. de instit. & substit. si verò non fecerit testamentum, † locus erit fideicommisso, duntaxat in bonis extantibus, quia hæc verba significant, perinde ac si dixisset in bonis, quæ superarerunt, quo casu posset alienare, quātum velit dummodò relinquat quartam fideicommissario authent. contra rogatus. C. ad Trebell. habetur in l. Titius. ff. ad Trebell. Et ita mihi videtur. saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLX. SVMMÆ.

1 *Filius legitimus, & naturalibus substitutum excludit.*
2 *In his tot probabilibus; non sufficit probatio possessionis, sed necessaria est etiam tituli.*
3 *Nominatio & tractatus solum probant, quasi possessionem filiationis, nec sufficit talis probatio iudicio petitorio.*
4 *In his non est fauendum redemptoribus litium.*

MATER [illegible] Hieronymo sub conditione, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, videtur mihi quod ad excludendos substitutos necessaria sit probatio, concludendo quod reliquerit filios legitimos & naturales, tum quia fauore fideicommissarij lex præsumitur pro eodem. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. vbi Alexand. tum quia tali casu

tractat de iudicio petitorio, ad eius decisionē, quo casu non sufficit tractatus, nec nominatio patris, sed requiritur cōcludens probatio respectu matrimonij, & legitimationis, secundū Bal. in cap. pertuas. de probat. & in cons. clxxx. mortuo filio. in iij. vol. mouetur ratione, quia nos videmus in simili † in rebus corporalibus, in quibus non sufficit probatio possessionis. Sed necessaria est etiam tituli. l. circa. ff. de prob. clarum autem est, quod nominatio, & tractatus solum probant, quasi possessionem filiationis, & ideo hoc non sufficit in iudicio petitorio, vt tenet Bart. in l. nō nudis. in lectu. noua. C. de prob. vbi Cyn. & Bal. idē dicunt, sequitur Ias. in l. neq; profesio. C. de testa. idem etiam tenent Pet. Cyn. Bald. Alb. Sal. in l. non ignorat. C. qui acc. non poss. Pet. & Cy. in l. j. C. vbi cau. stat. & ista est verior, & com. opin. vt ostendi in tractatu præsumptionum in tertia parte. reg. xxxviij. In quam sententiam debent inclinare magnifici iudices, attentis probationibus facti, quod esset spuria, & attenta possessione tot annorum, & quod † in dubio non est fauendum redemptoribus litium, sed potiùs excellenti. Philosopho qualis est dominus Branda Porrus.

CONSIL. CLXI. SVMMAE.

1 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
2 *Dictio, generalis, restringitur secundum subiectam materiam & secundum mentem defuncti.*
3 *Mentem testatoris variè argui[illegible]*
4 *Legatum nihil aliud est, quàm donatio quædam interpositi mento facta.*
5 *Res prohibita alienari clerico, non potest illi legari.*
6 *Ab emphyteusi quis non cadit, nisi dominus velit.*
7 *In generali legato non censetur actum de bonis, quæ per alienationem facerent testatorem, incidere in pœnam.*
8 *Resolutio contractus censetur pœna.*
9 *Cum valor fundi ad duplum excreuerit, satis grauis est pœna si eodem pretio ab aduersarijs recuperetur, quo venditus fuit & tale interesse pœna in iure appellatur.*

GENERALITER concepta legati verba, pro domino Dionysio faciunt. *Omnia bona mea immobilia, quæ habeo in territorijs monte Vegiorum, &c.* vnde satis compræhenditur fundus lxxx. perticatum redemptus vigore statuti: quia, † qui omne dicit nihil excludit. l. Iulia. in prin. ff. de leg. iij. doct. in l. fer. elec. §. fi. de leg. j. & in l. post dotē. ff. fol. ma. In cōtrarium pro schola hærede facit, quia illa † dictio *generalis*, restringitur secūdùm subiectā materiā, & secūdū mentē defuncti. l. qui habebat. vbi Bar. de leg. iij. l. legata. in fi. de sup. leg. l. obligatione. ff. de pig. mēs † autē testatoris colligitur ex plurib. Primò, quia legatū illud restrinxit, vt non deberetur ante annū 1548. sed interim liberè, & sine impedimēto possideretur per hęredes, seu scholā: quę verba nō possunt verificari in hoc fundo redempto, cuius vsumfructū reliquerat sorori, vnde manifestè mēs ipsius ostēditur, quod tali legato intelligebat dūtaxat de bonis, quorū vsusfructus hæredi remanebat, vt in simili per Bal. in l. eā quā. C. de fidei. ver. sed pone quidā. Secundò probatur ex alio capite, quatenus dictum fundū redemptū sorori legauit quo ad vsumfructum, donec viueret hoc adiecto, quod dictum vsumfructū non teneretur capere de manu inscriptorum hæredum, id est, consortium scholę, nam si cōprehensus fuisset in legato Dionysij, debuisset hoc ipsi tanquam proprietariè imminere, nō aūt hęredibus, vnde arguitur satis aperta mēs testatoris. arg. l. Proculus. ff. de vsufruct. & quod ibi not. Bal. & Raph. Com. consi. cxx Barb. consi. lxiiij. in ij. Tertiò probatur quia testator prohibuit Dionysio alienationē bonorū ipsi relictorū cū protestatione, quod volebat perpetuò remanere in familia, quæ protestatio verificari nō poterat in isto fundo redempto, quod ex forma statuti potuisset iterū recuperari, quia alienatus intra decennium, secundū facultatē à statuto promissam, quod verbū *alienationis* in statuto positū, cōprehendit etiā legatū, sicut quālibet donationē, cū † legatū nihil aliud sit, quàm donatio quędā in testamēto facta. l. fi. C. de reb. alien. vnde † res prohibita alienari clerico, nō potest illi legari secundū magis cōmunem opin. de qua per Ias. in l. fin. num. 95. C. de iure emphy. Alex. cxx. in j. lxxxix. in iiij. doct. in l. ita quis promiserat. §. ea lege. ff. de verb. obl. & facit tex. in l. magis puto. §. fundū. ff. de reb. eorū. Et licet vēditores vti nō sint tali iurē, tamē satis est, quod potuerint vti ad declarandū mentē testātis, quod de ijs bonis, nō intellexisset, secundum Bar. d. §. instituto. qui loquitur † in emphyteusi à qua non cadit, quis nisi dominus velit. gl. l. ij. ff. si ag. vectig. Quartò probatur, quia † in generalia legato non censetur actum de bonis, quæ per talem alienationem facerent testatorem incidere in pœnam, vt per Bart. in l. codicillis. §. instituto. de leg. in ij. per Raph. Com. cons. vltimo. in fi. per Alex. cōsi. xvj. in ij. & clxviij. eo. vol. & cōsi. ij. in iiij. Sed in casu nostro per legatum talis fundi testator incidisset in pœnam: quia resolutus fuisset contractus, quæ † resolutio censetur pœna. l. senatus. ff. de contrah. empt. maximè † cum valor fundi excreuisset ad duplum; vnde satis grauis fuisset pœna, si eodem pretio fuisset ab aduersarijs recuperetur, tale enim interesse pœna in iure appellatur. l. nouissima. ff. iud. fol. l. j. §. si plures. ff. de eo per quē fact. Bar. l. cū stipulatus sim à Proculo. ff. de ver. oblig. Et ita mihi videt: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXII. SVMMÆ.

1 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
2 *Dictio proximiores, tam masculos, quàm fœminas ex sui proprietate comprædendit, nec est facilè recedendum à proprietate sermonis.*
3 *Descendentes à spurijs, vel naturalibus, non veniunt in fideicommisso relicto cāsatæ.*

CIRCA aliud dubium quod proponitur, nunquid Malgiauelli Ferrarienses possint prætendere ius aliquod fideicommissi ex testamēto præfati domini Strenzelai, cōclusiuè loquēdo dico, quod non: quia verba testamenti non vocant illos de casata de Malgiauellis vndecunque sint, nisi sub cōditione post finitā lineā masculinā, & donec proximiores in gradu nō supersint: quod nō est in casu nostro: cū supersint proximiores filiorū, foror, videlicet, proneptis, & etiam foror de quibus suprà. Nec hic refert disputare an proximitas testatoris, an hæredis grauati, attendatur cum vtroq; modo isti Malgiauelli sint excluſi. Nec dicatur quod testator qui finita linea masculina vocat proximiores in gradu debet intelligi de masculis proximioribus, nō autē de fœminis: quia vna † pars testamenti aliam declarat. l. fi seruus plurium. ff. de leg. j. Nam respondeo, quod imo contrarium

trarium est verius: cum enim testator simpliciter proximiores vocauerit, quæ † dictio ex sui proprietate tam masculos, quàm fœminas comprehendit, non est facile à proprietate sermonis recedendum. l. non aliter. de leg. iij. maximè cum in casu nostro sequeretur absurditas, quod testator *præferret istos Malgiauellos extraneos proximioribus descẽdentibus suis*, contra l. cùm auus. de condit. & demõstrat. si enim in hac substitutione proximiorum voluisset distinguere masculos à fœminis, vtriq; testator hoc sciuisset facere, sicut fecit in prima institutione, quod cùm non fecerit, satis apparet, vt etiam fœminæ istis extraneis præferentur. argumen. l. vnicæ. §. fin autem ad deficientis. C. de cad. toll. end. & ita in simili casu per suprascriptam rationem consuluit Petrus de Ancha. consil. cxx. pro clariori. circa finem. & Ioan. de Anan. consil. xx. ad probandum. Ias. in l. qui filiabus. in j. nor. de legat. j. Alexand. consi. xxxviij. in vj. volum. & consil. xvij. in vij. Ludouic. Bologni. inter consilia Alexand. consil. xlix. in iiij. & sic respondetur ad illam rationem, quod vna pars testamenti declarat aliam, &c. hoc enim procederet, quando testator vsus esset aliqua dictione repetitiua, puta *proximiores, secundum suprascripta*, vel *dictos proximiores*, prout in casu in quo consuluit Abbas in consil. xxxvj. in j. volum. & aliàs declaraui. in l. Herennius. ff. de verbo. signific. Non omitto etiam, quod cùm testator vocet istos de casata Malgiauellorum vndecunque sint in stirpes, & non in capita, quod ex ista familia sunt multæ domus, & in ciuitatibus Italiæ, & Auenionæ, & in prouincia nõ possent isti Malgiauelli Ferrarienses petere, nisi pro sua virili: cùm à principio sit facta diuisio, pro rata ratione stirpium, vt habetur in l. planè. §. si cõiunctum. ff. de leg. & fideicõ. primo. & quælibet stirps censetur æqualiter vocata promiscuè, & in obseruato gradu, vt habetur per doctores in l. si cognatis. ff. de rebus dub. Paulus Castren. consil. cccl xxxiij. notandum in primo. dum tamen non † descenderent à spurijs, vel naturalibus: quia tales non veniunt in fideicommisso, relicto casatæ, secundum Bartolum, Baldum & alios in l. fin. C. de verbo. signific. de quo etiam per Baldum in l. Peto. §. fratre. ff. de lega. & fideicom. secundo. per Laurent. de Fano. in §. cæterum. instit. de legitima agna. succes. cum similibus. & sic pars istorum reduceretur ad quid minimum, etiam si foueremt bonam causam: cùm tamen (vt dixi) nullum ius possint prætendere. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXIII. SVMMÆ.

1 *In testamentis seu hæredum institutionibus ad tria tempora attendimus, testamenti conditi, mortis, & additionis.*
2 *Qui tempore mortis non est capax, quia non viuit, non potest admitti.*
3 *Institutio hæredis, non potest in diem suspendi.*
4 *Testator non potest habere hæredem pro parte, & pro parte non.*
5 *Quoties persona instituta tempore mortis testatoris, non est in rerum natura, institutio efficitur caduca, & ius applicatur cohæredi, qui ipse in rerum natura sit.*
6 *Vox in stirpes explanatur.*

SVM in sententia, in qua d. Consultor per rationes in consilio allegatas, quæ tamẽ procedunt in legatis, & fideicõmissis, sed nostra quæstio in institutione, in qua multò magis est dicendum non admitti filios fratrũ, qui adhuc tempore mortis testatoris nati non erant. In † testamentis enim seu hæredum institutionibus ad tria tempora attendimus testamenti conditi, mortis, & additionis. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. & † qui tẽpore mortis non est capax, quia non viuit non potest admitti, vt ibi habetur, & per doct. §. in extraneis. inst. de hæred. qual. & differen. facit, quia institutio hæredis † nõ potest in diem suspendi. Sed si diceremus istos admitti, suspenderetur, quia illi qui nati essent, non essent hæredes, nisi pro parte sua, alij verò expectarentur, vt habetur in glo. l. ij. ff. si pars hæred. pet. per Bart. in l. plenè. §. si coniũctim. de leg. j. & interim † testator haberet pro parte hęredẽ, ꝑ parte non, q, est impossibile, secundũ regulas iuris, vt declarat Bar. in l. hęreditas ex die ff. de hæred. instit. & licet testator possit hoc facere dato cohærede sub conditione expressa, vt ibi per Bar. hoc est verum propter conditionem, quæ retrotrahitur: & facit, vt nullo tempore videatur testator, pro parte testatus, secùs est quando conditio expressa non est, provt in casu nostro: & declarat ibi Bartol. Ad idem facit regula posita. in l. vnica. §. cùm igitur. C. de cad. toll. end. vbi † quoties persona instituta tempore mortis testatoris, non est in rerum natura, institutio efficitur caduca, & ius applicatur cohæredi, qui ipse in rerum natura sit, vt dicit Io. And. in add. Specu. in rub. de testam. versi. item Lambertinus. & ita etiã allegatur consuluisse Bar. in quodã consilio, quod non exstat in cipiente, Bonauentura fecit testamentum, quod referunt & sequuntur omnes Mod. videlicet Ias. d. l. qui filiabus. Soc. d. l. si cognatis. versicu. quarta cõclusiõ. Dec. cõsi. xcv. cũ concor. & est indubitata cõclusio, & ab omnibus approbata. Solum facit difficultatẽ, quod testator conditionaliter loquẽdo potuit istos vocare, nec tũc attenderetur ad tẽporis mortis, sed ad tẽpus euenientis cõditionis. l. si sub cõditione. ff. de lib. & posth. l. in tempus. de hæred. instit. l. interuenit. de leg. præstan. videretur aũt vocasse per illã dictionem, *in stirpes*, quæ est collectiua, & declarat non haberi esse respectũ ad personas particulares, sed ad stirpẽ potiùs, prout in simili dicit Soc. d. l. si cognatis. quando testator habuit respectum ad plures gradus, vel loquutus esset de posthumis, vt per eum. Sed respondeo, quod argumentum procederet, si testator instituisset stirpem fratrum, sed verba aliter concepta sunt, nempe filios, & licet subijciãt in stirpes, non in capita, ista concernunt † non substantia institutionis, sed modum, id est, diuisionẽ, secundùm quam admittendi sunt. l. ij. C. de suis, & legit. & ideo indistinctè approbo suprascriptã cõclusionẽ domini cõsulentis. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXIIII. SVMMÆ.

1 *Authores quæ. Communia de leg. explic. & restringi.*
2 *Concepti post mortem testatoris sunt illi extranei.*
3 *Quotiescunque lex loquitur cum aliqua qualitate nunquã habet locum, nisi in his in quibus illa qualitas verificari potest.*
4 *§. Quemadmodum dequisti. & æquæ pon. sentent.*

VNQVID † auth. res, quæ. C. communia de leg. per quã deducitur de fideicommisso dos data filiæ, habet locum etiam in descendentibus conceptis post mortem fi-

deicommittentis? & si sunt concepti ante mortẽ casus non haberet difficultatem: quia hoc tenent omnes in d.auth. res quæ. & est casus in nouella. in tit.de restitut.auth. vbi expressè dispositio illa ampliatur,non solum in filijs, sed etiam in nepotibus,& pronepotibus. Et breuiter agendo,puto dictam auth.nõ procedere in tali casu. Primò tales † concepti post mortem testatoris sunt extranei illi l. Titius.ff.de suis,& legit. vnde nõ est credendũ illis deberi dotẽ:cùm nec hæreditas,& cõsequenter,neq; legitima debeatur,vt ibi.dicit.Secũdò,quia ratio dictę auth.cessat:videtur em in eo esse fundata:quia omninò pater seu testator fuisset obligatus eas dotare,vt dicit ibi Iaſ. post Paul. de Cast.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.& in consi.xiij.quia per suprascriptum eximium, sed conceptas post mortem suam non fuisset obligatus dotare:quia extraneæ,&c. Tertia text. in d. auth. vult, vt si legitima non sufficiat possit fideicõmissum diminui:& sic loquitur in his, qui habent ius deducendæ legitimæ, quod non est in conceptis post mortem, & † quotiescunq; lex loquitur cum aliqua qualitate nunquam habet locum, nisi in his, in quibus illa qualitas verificari potest.glo.in l.mancipia. in verb.vocandum. vbi Iac.Burr.Pau.Cast. C. de seru.fugit.& in pulchro casu per Aret.consi. clviij. copiosa. Socin. consil. cxix. in iij. Socin. in leg. j. §. si quis cccc. ff. ad Treb.Quartò quia tex.in §.quamobrem.in†auth. de restit. & ea, quę parit. præcisè loquitur in filia, & sic in ea persona, quæ post mortem testatoris non est concepta, vt apparet in verſic. rursus autẽ vnde ille text. tollens spem fideicommissi à iurè approbaram in præiudicium tertij, debet intelligi in terminis suis, non autem extendi ad conceptos post mortem, in quibus non est tanta ratio. Quintò,quia aliàs per indirectum extingueretur fideicommissa, ex quo per dotes descendentium sigillatim possent diminui,quod est absurdum, & contra sensum naturalem. Sextò, quia non reperio aliquem expressè contradicentem huic opinioni, sed è conuerso habet multos hoc tenentes, & in primis. non tenet Bald. in lectu. antiqua.in iij.q.& Cor.in d.auth.res quæ.idem sentit Iaſ. ibi in ij.limit.in fin.vbi dicit quod illa authent. non haberet locum, quando neptis institueretur ab auo:quia in eo non est obligatio dotandi,& idem sentit in casu fortiori, in v. limitatione, post Angel.in dicta auth. de restit. & ea quæ parit.vbi per illum text.in verb.iam hoc. & in §.hoc igitur. tenet quod in casu illius text.requiritur quod obligatio sit causata in vita patris fideicommittentis, licet hoc vltimum habeat in se maiorem difficultatem. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXV. SVMMAE.

1 Vocati à testatore grauari possunt.
2 Fideicommissum sub duabus conditionibus relictum, altera,quia de iure vel facto impossibilis sit,deficiente, ex altera sustinetur.

ET verba, & mens testatoris in casu nostro clarissima sunt pro fideicõmisso,dum in eo dicitur, Et *si cõtingeret aliquem, seu aliquos ex dictis eius filijs seu dictorum eius filiorum liberos quandocunq; decedere absq; filijs legitimis,& naturalibus,tunc, & eo casu superuiuentes eiusdem testatoris filios, & dictorum eiusdem testatoris filiorum, tunc non superuiuentium liberos in stirpes,& non in capita eiusdem sit, vt prædicitur morientib. substituit vulgariter, pupillariter,& per fideicommissum. & omni alio meliore modo iure,via, causa & forma,quibus magis & melius potest,&c.*modo decesſit Nicolaus nepos testatoris absque filijs, superstite Hercule nepote eiusdem testatoris ex alio filio † qui expressè vocatus est, vt apparet ex supraſcriptit verbis, quatenus substituit non superuiuentium liberos filijs,seu dictorum eius filiorum liberis. Et certè non potest negari,quin verba sint clara. Non obstat, quod isti liberi filiorum, non sint à testatore vocati,vnde & grauari non potuerunt. l. sed & si sic.ff.de leg.v. l.ab eo. C. de fideicomm.& consequenter.fideicommissum est nullum, vt tradit latè post alios Iaſ.in l.Centurio.numẽ.57.ff.de vulg. respondeo hoc posset vtcunque procedere,quando onus fideicommissi esset iniunctum solis liberis nõ vocatis, sed in casu nostro est iniunctũ mixtim vtrisq; tam filijs vocatis, quam eorum liberis per illa verba, *Eisdem sic,vt prædicitur,morientibus substituit,&c.* si enim sequamur opin.Bartol.in d.l.Cẽturio. quam seu canonizatam Mod. omnes probant,vt dicit Soc.in l.cum filio. de legat. j. vt istos liberos etiam vocatos dicamus, ex quo eos grauauit arg.l.Titia.ij.§.Seia libertis.de leg. ij.l. denique.§.interdum.de pecul. leg. tunc rès non habet dubium, quod si contrariam sententiam approbemus, quod isti non censeantur vocati, adhuc fideicommissum saltem ab instituto, debebitur tanquam Pasius sit grauatus sub duplici conditione si ipse decederet, & filius suus Nicolaus sine filijs decederet,secundùm Bart. d.l.sed & si sic tuius opin.est receptior, secundum Alex. consil. xiij.in iiij.lxiiij.in v. Cur. Iun. lxxxvij. cum concord. † fideicommissum enim sub duabus conditionibus relictum altera,quia de iure, vel facto impossibilis sit deficiente,ex altera sustinetur. l. j.ff. de condition.leg.duob. de test. tut.leg.si duobus §. j. vbi doctor. de leg. j. Bartol. consi. ccxj. quidam sibi, maximè, stante clausula *omni meliore modo.* de qua per Alexand. consil. cxij.in iij. Paul. Castren. cccxlv. super puncto,quo quæritur in j. parte.Mode.in l.j.§.si quis ita.ff. de verbor. oblig. quæ sola ratio sufficeret in præsenti casu ad sustinendum fideicommissum,& ita ego semper tenui quater legendo, in d. l. Centurio.& Mod. etiam tenuerunt Ruyn.Lancel.Galliaul.Polit.Rip. Et ideo requisitus de subscriptione, facilè transij in sententiam dominorum consulentium pro hac parte. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVI. SVMMÆ.

1 Præteritione filiarum,quamuis fœminarum, testamentum ipso iure infirmatur.
2 Statuta recipiunt interpretationem à iure communi,vt minùs corrigant,quàm fieri possit.
3 Verbum legandi non propriè pertinet ad institutiones,nisi scriptum esset,legare omni meliore modo.
4 Legitimæ & Trebellianicæ ius diuersum. (debet.
5 Dos data per Patrem filiabus in legitimam imputari
6 A communi opinione in iudicando non est recedendum.

PLACET mihi conclusio supraſcripti domini consultoris tanquam fratris honorãdi. Quia procedit,secundum terminos veros, & cõmunes conclusiones iuris. Constat enim † præteritione filiarum, quamuis fœminarũ testamen-

BIU Cujas

testamentum ipso iure infirmari. §. nostra verò. instit. de exhær. libe. Nec obstant allegata statuta Imolæ, excludentia fœminas à successione parentum: quia loquuntur *existentibus filijs masculis*, & in fauorem linealis masculorum, vt eleganter in consilio est dictum, & talia † statuta recipiunt interpretationem à iure cõmuni, vt minus corrigant, quã fieri possit. l. ij. C. de noxa. & multa similia adduxi de verb. sign. lib. j. Nõ obstat, legatũ factũ istis filiabus in testamẽto paterno: quia propter hoc nõ ideo minus dicũtur prẽteritæ, vt declarat Bart. in auth. ex causa. C. de lib. præterit. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. quia † verbũ *legandi* propriè nõ pertinet ad institutiones. §. aliud quoq;. in auth. vt cum de appella. Barto. l. ijs verbis. de hæred. inst. Alexan. & Moder. l. humanitatis. C. de impub. nisi scriptum esset *si legare omni meliore modo, &c.* subaudiretur enim etiam iure institutionis propter vim dictæ clausulæ, secundum Alex. consi. cxiij. in iij. Cor. lxv. in ij. Non obstat etiam clausula codicillaris, per quam censentur venientes ab intestato gratiati restituere hæredi scripto secũdum doctr. Bar. in l. in vniuersis. ff. de iur. cod. quia esto, quod hoc sit verum † tamen, salua debet esse legitima iure naturæ debita, ipsis filiabus licet aliud fit in Trebellianica eum censeantur purè rogatę iuxta l. Papinianus. §. meminisse. vbi Bar. ff. de inoff. testam. & per doctores in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. Nunquid verò † dos data per patrem ijs filiabus debeat in legitimam imputari? res non habet difficultatẽ, quantũ sit ad ipsas filias, quæ fuerunt superstites patri, tenentur enim ad imputandum. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. Sed difficultas est respectu d. Lucretiæ. quæ videtur prædecessisse relictis filijs, nunquid istis nepotibus, dos materna sit imputanda in legitima bonorum aui? & communis conclusio est quod non, quãdo dos fuit stipulata restitui matri, aut eius hæredib. tũc enim videntur hanc à matre, nõ ab auo, cuius respectu censetur dos aduentitia, secũdum Bar. in l. post dotẽ. q. vnd. ff. solu. mat. Et ita est † comm. opin. quæ in iudicio nõ videtur recedendũ, vt attestatur Alex. & post eum alij in l. illam. C. de coll. Et licet Bal. & Cor. in d. l. illam. & Alex. cõsi. cxlij. in ij. distinxerint vt si nepotes cõcurrant cũ matertera, tunc teneantur imputare: quia in gradum matris succedunt, tamen Pau. Castr. ibi hoc non probat, quando succedunt tanquam hæredes matris, & ideò tutiùs est communem opinionem simpliciter sequi, vt tali casu non sit locus imputationi. Et ità mihi videtur. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVII. SVMMÆ.

1. *Verbum nominauit, intelligitur per sonum vocis, non autem per nutum.*
2. *In testamento inter liberos, non sufficit institutio nutum facta.*
3. *Per contradictionem vnius testis instrumentalis vacillat fides instrumenti.*
4. *In testamento inter liberos, non est necessarius numerus septem testium.*
5. *§. ex imperfecto in l. hac consultissima. C. de testa. restring.*
6. *Excluso est odiosa.*

DOMINI Leonardi de Crosijs, in causa testamenti in quo institutis cæteris filijs, quid minimum reliquit do. Ludouico, videtur mihi secundum veras, & communes conclusiones tale testamentum non posse sustineri, quia cum in eo dicatur, quod nominauit dictos filios hæredes. Quod † verbum *nominauit* intelligitur per sonum vocis, non autem per nutum. leg. iubemus. C. de testa. vbi doctores concludunt, quod nec † in testamento quidem inter liberos sufficit institutio nutu facta arg. l. in fraudem. §. j. cum gloss. ff. de testament. mil. firmat Bald. & Paul. de Castren. in l. & in epistola. C. de fideicom. Angel. Corn. cæteri, in d. l. iubemus. vnde cum Leonardus Agnelinus testis instrumẽtarius, & necessarius pro testimonio dixerit, quod testator annuebat capite, nõ autem loquutus est, quod ipse audiuerit, † apparet talem testem contradicere instrumento: & ideo vacillat fides instrumenti. l. j. §. fi. ff. quemadm. test. aper. quia instrumentum remanet absque debita solennitate: non enim habet septem testes, sed sex tantum, ex quo ista septimus contradicit, & negat factam nominationem, sed fatetur duntaxat de nutu, & ita est communis opinio post Bartol. in d. l. j. §. si quis neget. & tradit Fel. in c. cum Ioanne de fid. instr. vers. ic. si aũt diceret solus. Nec obstat, quod alij testes adsint pro instrumento, quia non sunt in numero sufficienti, cum pro testamento non sint septem, & quod dicitur sustineri instrumentũ, quãdo impugnãtes nõ excedũt numerum coadiuuantium, de quo per Ang. & Imo. in d. §. si quis neget. intelligitur dummodò semper necessarius numerus subsit pro instrumento, vt per Alex. consil. xvij. in iij. Lanfran. repet. c. quoniam contra. verb. instrumentorum productiones. vel contradicens sit cõuictus per alios duos testes secundũ Bart. in d. §. si quis neget. vt quia in casu nostro esse probatũ per duos alios testes, quod imo testator esset loquut⁹, illi enim duo conuincerent contradictionẽ istius Leonardi, & coniungerentur cum sex instrumentarijs. Non obstat, quod dictus testis simpliciter non contradicat, sed subijciat, quod lingua non exprimeret, quod ipse testis nunquam audiuerit, nam respõdeo istud sufficere ad impugnationẽ instrumẽti, secũdum Bart. in l. corã. de verb. signific. & Pract. Pap. in forma opponendi contra instrumenta. verb. dignoscitur. in fin. & facit ratio, quia notarius eos apponendo in testes satis attestatur, quod fuerint præsentes, & intelligentes verba testatoris: vnde si vnus neget contradicit instrumento quicquid dixerit Dec. consi. cx. cuius dictũ potest esse verum in teste non necessario, nec instrumentario, quod non est in casu nostro & ita etiam sentit Bald. in l. j. in princ. C. de ser. quæ sine cert. quant. quẽ refert & sequitur Felin. d. cap. cum Ioannes. nu. liiij. Soc. consi. cxliij. Non obstat, quod hic tractetur de † testamento inter liberos, in quo non videtur necessaria solennitas tot testium. leg. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. l. fi. C. famil. ercisc. quia † istud procederet, quando nõ tractaretur de exclusione vnius: quia talis † exclusio est odiosa, & requirit integram solennitatem, vt consuluit Rom. consi. cccl xxxv. & clxxix. Soc. cõsi. v. in fi. in ij. Dec. cv. cccxlix. & etiã est de mẽte Raph. Comen. l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posthu. quem refert, & sequitur Alex. in d. l. hac consultissima. §. si quis autem. Et licet in hoc aliqui contradicant, tamen hanc opinionem ego soleo sequi, quando apparet quod pater testator elegit viam solennitatis, vt in casu nostro, si verò elegisset viam priuatæ scripturæ, & nudæ voluntatis, posset contraria opinio defendi, & ita loquitur tex. in d. l. fi. C. fam. ercis. & in auth. de testam. imperf. in princip. facit regula. l. si mulier. §. fin. ff.

quod metus causa. Et ita mihi videtur saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXVIII. SVMMÆ.

1 *Fideicommissum varie inefficax fieri.*
2 *Protestatio defectu consensus nulla.*
3 *Bona emphyteutica non possunt transferri per simplicem confessionem, sed requiritur consensus domini, & solutio Laudemij.*
4 *Causa fideicommissi non impedit restitutionem dotis.*

RESTITVTIONIS dotis in causa de qua agitur principalis est difficultas resoluenda. Quia ista bona videntur subiecta esse fideicõmisso ex testamẽto Com. Io. Sen. cõfirmato per literas ducales, derogantes etiam iuri legitimę, secundùm naturam debitę, vt in eo diffusiùs continetur ad quam oppositionẽ respondeo duobus modis. Primo † quod imo hæc bona non incidunt in causam fideicommissi, cũ de eis non Comes Io. testator, sed eius vxori do. Cleophe fuerit inuestita. Et licet Comes Io. in testamento protestetur, quod vxor fuerit inuestita loco ipsius, & quod dicta bona verè ad se pertinent, tamen talis protestatio † non videtur nocere ex quo non apparet, quod vxor ipsa consenserit, huiusmodi protestationi. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & quod habetur in l. multum interest. C. si quis all. vel sibi maximè hoc dicẽdum in † bonis emphyteuticis, quæ non possunt transferri per simplicem confessionem, sed requiritur consensus domini, & solutio Laudemij. l. fi. C. de iur. emphyt. vnde cum simus in materia non dependente à libera voluntate, non statur tali confessioni. l. qui testamentum. de prob. Fortiùs dico, quod cùm hæc bona sint translata per transactionem, initam cum do. Cleophe, quæ super eis habebat etiam iura dotalia, videtur esse sublata causa fideicommissi, vt bona cẽseantur possideri ex causa transactionis, non autem ex antiquis titulis, iuxta l. iij. in princ. ff. ad leg. Falc. vt text. in c. j. extra, de transact. Rursus respondeo quod † causa fideicommissi non impedit restitutionem dotis, iuxta text. in authen. res, quæ. C. communia. de leg. quæ lex habet locum, & in fideicõmisso, & in expressa prohibitione alienationis, secundùm communem opin. doctorum ibi. Et quamuis literæ ducales dent liberam facultatem testandi, etiam in pręiudicium legitimę ipsi testatori, tamen non impediunt, quin fideicommissum diminuatur per restitutionem dotis cum hoc sit cõsentaneum menti testatoris, qui propagatione familiæ suæ vtique voluit, quod filij, & nepotes sui ducerent vxores, & consequenter eas possent reddere securas pro dote recepta. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Et ita mihi videtur: saluo saniore consilio.

CONSIL. CLXIX. SVMMÆ.

1 *Ineptitudo verborum non attenditur cùm constet de mente testatoris.*
2 *Præceptum prohibitionis nudum non valet.*
3 *A verbis non est recedendum.*
4 *Fideicommissum propter incertitudinem, in cuius fauorem factum sit vitiatur, & non valet.*
5 *Filius cùm sit prohibitus instituere extraneos hæredes, sequitur quòd testator voluerit relinquere venientibus ab intestato.*

IN præsenti quæstione videtur sorores Leandri fouere iustiorẽ causam. Et habent fundatam intentionem ex testamẽto, tam vigore prohibitionis alienationis, quã fideicommissi. Nec obstant, quæ in contrarium adduci possint. Et primo ineptitudo verborũ, dum in testamẽto dicitur quod legat, & iudicat filio prohibitionẽ alienationis. Respõdeo quod hęc † ineptitudo verborũ nõ attẽditur, cũ constet de mẽte. l. Imperator. vbi Bald. multa alleg. ff. de stat. homi. Secũdo nõ obstat, quod † præceptũ prohibitionis sit nudũ, & ideo nõ valeat. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. respõdeo, cũ appareat esse factũ, vt ei cõsuleretur, qui de facili prodegisset, debet valere. argu. l. ij. C. de vsuc. p emp. & l. multi nõ notę. & quod ibi habetur per Iaſ. ff. de lib. & posth. imò teneret etiam respectu legitimæ. arg. not. per Bart. in l. cũ ex filio in princ. ff. de vulg. & pup. Bald. & Salic. in l. filius matrẽ. C. de inoff. test. & in terminis, ita tenet Pau. Castren. lxxvij. in j. in nouissimis. aliàs est consi. cxxvj. visis omnib. idẽ etiã tenet d. Ambro. Opiz. & Ioan. de Monteferr. in repet. d. §. diui. in iiij. no. Quod aũt sit facta in eius vtilitatẽ apparet, quia testator vsq; ad ętatẽ xxxij. annorũ nõ cõfidit de eius cõsilio, sed voluit quod nõ posset alienare, nisi cũ cõsensu tutorũ, & curatorũ: & ista causa est sufficiens ad sustinendã talem prohibitionẽ. arg. not. in l. quoties. C. de fideicom. vbi Ang. Picus. in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. Lanc. Gaulliau. in l. Centurio. de vulg. Ferrar. caut. xxx. Tertiò nõ obstat, quod talis prohibitio nõ debet trahi ad institutionẽ hæredis. arg. l. quædã. ff. de acq. rerũ dom. & videtur sentire Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. respõdeo, quod in casu nostro sunt verba valdè exuberantia, & importãtia etiam vltimam volũtatẽ, præsertim dum dicitur, quod aliqualiter non possit translatare, vt est glo. in l. quidã testamẽto. §. j. de fid. lib. Areti. in l. Pantonius. §. j. de acquir. hæred. Card. consi. cxxxv. Soc. cõsi. cclj. quamuis etiam simplex prohibitio hoc casu puto sufficeret. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. l. codicillis. §. à matre. ff. de lega. ij. verba enim hoc important, vnde † ab eis non recedimus. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. Quartò nõ obstat, quod in testamento dum dicitur quod † fideicommittit, nõ apparet in cuius fauorem hoc faciat, & sic propter incertitudinem non videretur valere. l. ita stipulatus magna. ff. de verb. oblig. l. si domus. ff. de leg. j. respõdeo nõ est aliqua incertitudo: quia cũ prohibitus sit † filius in illis bonis instituere extraneos hęredes, sequitur quod voluerit testator relinquere venientibus ab intestato. l. peto. in princi. vers. idem dicemus. ff. de leg. ij. per Bal. consi. cccclxviij. quidam Titius bastardus. in j. lib. non est autem dubium, quin potuerit testator fideicommittere filio in fauorem venientium ab intestato. l. j. §. pen. ff. de leg. iij. l. si Titio. §. fin. de leg. j. Non obstat, consilium Alex. clv. in ij. quia ex suprascriptis patet responsio & etiam reprobatur per Iaſ. in d. §. diui. in ij. lectu. num. 139. & Ruyn. etiam ibi eum reprobat, & Crot. & cæteri Moder. per gloss. in leg. quidam testamento. §. j. de fid. lib. Aretin. Card. Soc. in locis supra allegatis.

CONSILII CLXX. SVMMÆ.

1 *Fratribus pro re succedi.*
2 *Spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur ad hæredes.*

Quis

Quis non potest dici renuntiasse iuribus, quæ ignorat.
Pupillaris substitutio excludit matrem, etiam quoad legitimam.

ROGATVS quid sentiã in casu proposito, circa primum quæsitum, † quid iuris competat Gabrielæ super hæreditate auiæ paternæ, & patris, & fratris vtrinq; coniuncti, qui decessit in pupillari ætate. Item alterius fratris ex parte patris? videamus singillatim de singulis, & in hæreditate auiæ dico, quod ex verbis fideicommissi filiæ admittuntur, & succedunt cuilibet ex fratribus suis decedentibus sine filijs, vt dicit Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & est communis opin. in substitutione fideicommissaria, licet in pupillari secùs secundùm Alex. in l. pen. versic. in fideicommissaria verò. C. de impub. & sic Gabriela succedet Antonio, & Andiberto iure fideicommissi, sed diuersimodè: quia Andiberto succedat sola, sed Antonio succedat vnà cum Honorata seu eius filijs: nam præsupponitur in facto, quod ea viuente, perierit Antonius: licèt post eius mortem decesserit Andibertus, vnde quò ad Andibertum filij non succedant: quia † spes fideicommissi conditionalis, nõ transmittitur ad hæredes, vt est communis opin. in l. cũ filio. ff. de leg. j. & in l. j. C. de his qui ãtè aper. rab. Est verum quod hæredes instituti ab Andiberto poterũt deducere legitimam iure naturę, quartam iure Trebellianicæ. ca. Raynutius. extra, de testa. per Iaf. in l. filium, quem habentem. C. famil. erciscę. ex quo non fuit expressè prohibita Trebellianica auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. In hereditate verò patris adhuc subest eodem modo fideicommissum, sed ex quo in ea habet cohæredem fratrem Raynaldum consultius est, quòd Gabriela veniat ex fideicommisso auiæ. Nec obstat si diceretur, quod ex quo acceptauit legatum, sibi factum in testamento paterno, videtur illud approbasse, stante illa clausula, *quod nihil aliud possit petere super bonis suis*, iuxtà not. per Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. in fin. ff. de opę. lib. Paul. Castr. consilio cxciij. superisto in ij. Alex. consil. cxxxij. in ij. quia non videtur quod ista clausula trahatur ad fideicõmissum conditionale, vt per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in v. & vj. quæst. ff. de uerb. obl. & per Guid. dec. ccxxix. & quia illa verba de bonis suis non comprehendunt fideicommissum, quæ debetur tanquam æs alienum, arg. not. per Bar. in d. §. si liberi. in fin. & per Alexan. in l. si cum dotem. §. si potest. versi. prædictis adde. ff. sol. mat. præterea in omnem casum potest allegare præsumptam ignorantiam illius fideicõmissi. vt per Bart. in d. §. duo fratres. vnde † non potest dici renuntiasse dictis iuribus. Circa secundum, an mater possit consequi aliquid ex morte Antonij, concludo quòd nõ: nam si mortuus esset ab intestato, ipsa vna cum Gabriela succedsisset exclusis alijs: quia vtrinque coniuncti non erant. authen. defuncto. C. ad Tertul. sed mortuus est testatus: quia pater illi substituerat pupillariter, & † pupillaris substitutio excludit matrem, etiam quoad legitimam. c. si pater. de testa. in vj. Bart. in l. Papinia. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. & hoc tenent omnes. Circa tertium dico resolutionẽ patere ex supradictis: quia liberi Honoratæ admittentur vnà cum Gabriela ad hæreditatem Antonij iure fideicommissi ex testamento auiæ, & in portione legitimæ, & Trebellianicæ in qua eius pater grauare non potuit, & in qua potuit substituere Antonio, admittentur iure pupillaris substitutionis exclusis filijs Honoratæ in bonis Andiberti, & hæredibus eius in totum per supradicta. Et ita credo esse veritas: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXII. SVMMÆ.

Fructus ex hæreditate peruenti, non nisi ex causa deberi.
L. Balista ad Trebellianum declar.
Pecuniæ appellatio etiam fructus continet.

ROGATVS. vt nullo habito ad partes ipsas respectu, dicam quid sentiam, perinde ac si essem iudicaturus. Visa est mihi verior suprascripta consultatio, per iura, & rationes in ea scriptas. Et quia videtur huius quæstionis casus in l. cum quis. §. mulier. ff. de dot. prælega. cum ibi no. per gl. doct. vbi † quãuis aliàs illis verbis, quicqd ad se ex hæreditate pueniſſet, restitueret, nõ tñ fructus percepti iudicio testatoris veniant in fideicomissum. l. quod his verbis. de leg. & fideic. iij. tamẽ secùs est, quãdo testator reliquit, addita causa, pro dote, vnde si causa addita nõ sit, sentiũt ibi omnes tales fructus liberos hęredi remanere: puto autem indubitanter in casu nostro vxorẽ à marito institutam, propter amorẽ coniugalem, nõ quia voluerit cõpensare: & ideo arbitror, tales fructꝰ lucrifactos esse ipsi vxori. & sentit etiã Lud. Rom. sing. xxxvj. vbi alleg. illũ tex. Nec obstat tex. in l. quod de bonis. §. quod de bonis. §. q; auus. ff. ad leg. Falcid. vbi Paul. Cast. ibi, & i multis alijs locis tenuit semp cõtrariũ per illũ textũ: quia faceret ad casum nostrũ, si testator grauasset hãc vxorẽ in dicta dote, prout ibi auus grauauit nepotẽ in bonis proprijs ipsius nepotis, & cõsequenter in credito ipsius nepotis, sed testator solũ grauauit restituere integrã hæreditatẽ, & bona, &c. quæ uerba nõ cõprehendunt dotẽ vxoris, quæ nõ est in hæreditate, vel bonis testatoris, sed in suis. l. cedere. §. æs alienũ. ff. de verbo. sign. sicut nec cõprehendunt, vt restituat fructus, quia † l. balista. ff. ad senatusc. Treb. procedit in alio casu propter generalem significationẽ verbi, quantacũq; pecunia, vt declarat Rip. & Mod. in d. l. in fideicõmissaria. quia † pecuniæ appellatio etiã fructus cõtinet. & illũ textũ in d. §. quod auus. ita intelligit etiã Raph. Com. in l. cũ pater. §. Titio fratri. de leg. & fideic. ij. Et ista est mea sententia: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXII. SVMMÆ.

Testator relinquens vxori domum cum supellectile, censetur fecisse legatum speciale, cuius speciei alienatione legatum extinguitur.
Subrogatum ex causis deberi.
Redditus suos non alienos relinqui.
Dictio redditus vniuersalis, comprehenditq; etiam reddi tum, qui erat tempore mortis, nec restringitur ad tempus testamenti.

CVM † testator reliquerit vxori domũ Mirandulæ cũ supellectili, censetur fecisse legatũ speciale, cuius speciei alienatione ipsum legatũ extinguitur. l. fideicommissa. §. si rem suam. de leg. & fideicom. iij. si tamen in casu nostro constaret per aliquas coniecturas, quòd mens testatoris fuerit † subrogare domum Ferrariensem, illa deberetur per textum in l. filiæ. §. Titia vxor. ff. de cond. & dem. & per ea quę

BIU Cujas

not. Bart. in l. si ita esset. ad finem. versi. pone, quod vir. ff. de auro & arg. leg. Maximè cùm alienatio non videatur omninò voluntaria, sed ex quadam necessitate ne aleret milites, & staret in perpetuo tumultu, vt not. in d. §. si rem. & sufficeret ad probandam hanc coniecturam etiam non solennis numerus testium per ea, quæ habentur in l. hæredes. §. sed & si notam. ff. de test. Soc. consilio xlj. in iij. Circa secundùm quæsitum cùm testator dicat se velle, *quod vxor disponat de reditibus, &c.* & quod illud quod reperietur, ipsa moriente pro reperto sit, & aliter turbari non possit intelligenda sunt
3 hæc verba, vt aliquid operentur de † reditibus testatoris, non de reditibus vxoris, vel rerum ei relictarum, & cùm † dictio *reditus*, sit vniuersalis, comprædendit etiam reditum, qui erat tempore mortis, nec restringitur ad tempus testamenti. l. peculium. ff. de leg. & fideicom. ij. gloss. l. quoties. §. fin. de usufr. per Bartol. in d. l. si ita esset. & in fin. quæst. vlt. Fortius putarem tali casu sufficere, si mulier tempore mortis reseruaret quartam partem hæredi, & de reliquo disponeret tanquam de suo per authen. contra cum rogatus. C. ad Trebel. & quæ ibi not. docto. & ex ijs soluuntur cætera dubia.

CONSIL. CLXXIII. SVMMÆ.

1 *Reuocandi legati modus.*
2 *Subsecuta apprædensio, & possessio, declarat quod ante sit actum.*
3 *Si donatio esset inutilis, tamen res sit tradita, & donator permiserit, vsq; ad mortem rem illam per donatarium possideri, videtur morte confirmari.*

CVM testator postquam legauit piæ causę, deinde donauerit vniuersa bona, si vltra progressus non fuisset, potuit probabiliter dubitari an censea
1 tur † reuocare illud legatum, per l. liberis. §. posth. ff. de alimen. & cib. leg. & quæ ponit Iason in l. qui post. C. de legat. sed nos sumus in casu clariore, quia iste donator dictas res legatas tradidit donatario, qui eas perpetuò possedit, ita satis colligitur mens donantis, quod erat vt in donatione tales res continentur: vnde indubitanter sequitur reuocatum esse legatum, iuxta reg. l.
2 rem leg. ff. de adim. leg. † subsecuta enim apprædensio. & possessio declarat quod ante sit actum. l. Iulian. §. proinde. ff. ad Mac. & quod habetur in l. j. §. j. de except. rei iud. in l. ij. C. de acquir. poss. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. & facit quia etiam
3 † si donatio esset inutilis si tamen res sit tradita, & donator permiserit vsque ad mortem rem illam per donatarium possideri, videtur morte confirmari. l. donationes quas. C. de donat. inter vir. l. ij. C. si quis alt. vel sibi gloss. authen. ex test. C. de coll. vnde si talis possessio potest dictis casibus donationem nullam confirmare, multò magis istam validam declarabit, vt de dictis bonis intelligatur. Et ideo de subscriptione requisitus, non duxi detrectandum. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXIIII. SVMMÆ.

1 *Ius fideicommissi conditionalis in hæredes transmitti non posse.*

PROCEDIT suprascripta consultatio de plano secundùm terminos notissimos iuris. Cùm enim tempore euenientis conditionis fideicommissi iam decessisset, Albertus, & Philippus non potuerunt
1 transmittere † ius fideicommissi conditionalis in hæredes suos, siue filios, siue nepotes. l. vnica. §. fin autem. C. de cad. toll. l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Trebell. l. in causæ. ij. §. Pompon. ff. de min. vnde remansit Antonio filio Scipionis, qui tunc supererat, & qui erat re, & verbis coniunctus, secundùm regul. d. §. fin autem sub conditione. & ipse Antonius quia fuit superstes, conditione euenìente, transmisit in filios suos, secundùm l. cog. §. idem Mætiauus. ff. ad Trebell. & tradita per Bartol. & doct. in l. cum filio. ad fin. ff. de leg. j. requiritur tamen in casu nostro non solum, quòd sint filij Antonij, sed etiam quòd sint hæredes, propter illam iterationem positam in testamento, & filij, & hæredes eius æqualiter, &c. per doctr. Bartol. in l. vt iurisiur. §. si lib. ff. de op. lib. in l. ex facto. §. fin. ad Trebell. quibus verbis etiam fuissent uocati singuli filij Scipionis in viriles portiones cum patruis, si patrui fuissent superstites, secundùm l. interdum. vbi Imol. Raph. cæteri. ff. de hæredit. instit. & Pet. Bes. & Ias. in l. re coniuncti. ff. de legat. iij. & eleganter fuit concluſum per supraſcriptum dominum consultorem, cuius sententiam, cui iuri consentaneam ego approbo. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXV. SVMMÆ.

1 *Testamentum non solenne ex causis valere.*

LICET propter ægritudinem non sit mihi data facultas accuratiùs supra scriptas domini aduocati allegationes perpendere, tamen de sola subscriptione requisitus, non existimaui id esse detrectandum, tum quia supraſcripta conclusio magis conuenit voluntati testatoris, quæ totum facit in hac materia iuribus vulgaribus, etiam si ea voluntas solennis non sit. l. fin. de reb. eorum. facit quod not. in l. militis. §. veter. de testam. mil. tum etiam quia constat de magna dilectione istius auunculi erga nepotẽ, & qualiter habebat eum tanquam filium, vnde sicut inter liberos † valet testamentum imperfectum. l.
1 hac consultissi. C. de test. adeò vt sustineatur semper omni meliori modo, secundum gl. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. in gl. vlt. vbi Ias. ff. de vulg. & pup. ita etiam dicendũ de isto coniuncto tanta amoris coniunctione, secundũ And. Sicul. in l. cum acutissimi. C. de fideic. quem refert & sequitur Ias. in l. exigendi. C. de procur. tum etiã, quia cũ iste frater nõ habet voluntatẽ defuncti, nõ potest salua conscientia hãc hæreditatẽ retinere, sed debet ei restituere, pro quo stat volũtas testatoris, vt p Ange. in l. quidã. §. illo. C. de necess. seruis. Corn. cons. cxix. in ij. vol. vnde contra eũ in dubio iudicandũ est, vt habetur in c. nouit. extra, de iud. per Pet. de Anch. c. poss. de reg. iur. in vj. igitur cũ de sola subscriptione requisitus fuerim trãseo secundũ supraſcripta.

CONSIL. CLXXVI. SVMMÆ.

1 *Fideicommittendi modus.*
2 *L. Titia. §. Scia lib. ff. de leg. ij. explic.*

PLACET

PLACET mihi conclusio suprascripti domini cõsulentis per rationes suas. Et quia licet subsit non modica dubitatio, quãdo substitutio post mortem omnium facta est in hæreditate, vel tota, vel indiffinitè loquẽdo, an inductum sit reciprocũ † fideicommissum, tamen in casu nostro res videtur clarior propter prohibitionem alienationis factam ipsis institutis, ex qua satis apertè declaratur mens testatoris eos inuicem substituentis. Nec me mouet quod dicit in motiuo clarissimi domini Prætoris, quòd imo ista prohibitio nihil facit. vt sentiunt doctores reprobantes gloss. in d. † l. Titia Seio. §. Seia lib. de leg. ij. nam quicquid dicant isti doct. gloss. illa est communiter approbata, & tex. ille manifestè hanc opin. probat: quia aliter superfluè posuisset iurisconsultus casum, quando prohibita est inuicem alienatio: & cum illa gloss. ibi transeunt omnes veteres, qui sunt grauioris auctoritatis, quàm moderni: quia illam ibi in d. §. Seia liber. sequitur Old. Iac. Pet. Ruy. Alb. Raph. & idem etiam tenet gloss. in §. vel singulis. vbi Ang. sequitur instit. de pup. substit. Bald. consilio cj. in iiij. in l. ab eo. C. de fideicomm. sentit Alexan. consilio xiiij. in iij. Nec moderni contradicunt illi glossæ: quia licet verum sit, quod ibi substitutio facta esset vltimo decedenti, tamen hoc non sufficiebat, quia potuisset intelligi respectu portionis suæ l. Lucius. vbi gloss. j. ff. de leg. j. sed propter prohibitionem alienationis necessario intelligitur de vtraque, vt etiam alias tenui in l. vel singulis. ff. de vulg. & pupil. vnde idem etiam videtur in casu nostro, vt quamuis doctores dicant, quod substitutio post mortem omnium in domo facta non inducat fideicommissum reciprocum: quia potest quilibet grauatus intelligi in sua parte, tamen hoc non procedat stante prohibitione alienationis, per illum textum, qui aliter intellectus multum violaretur, & superfluam prohibitionis illius mentionem faceret. quicquid dicat Soc. consilio lxix. in iij. quia vt dixi, doctores veteres ità tenuerunt, qui fuerunt præstantiores Modernis ponderè, numero, & mensura, vt inquit Bald. in l. fin. C. de edicto diui Adr. tollen. Et ideo concurro in sententiam domini cõsulentis: Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXVII. SVMMÆ.

1 *In legitima nullum onus apponi potest.*
2 *In Trebellianica nullũ onus apponi potest, præsertim in liberis primi gradus.*
3 *Legatarij semper sunt posteriores hæredi, quantum sit respectu Trebellianicæ.*
4 *Legatarijs nunquam tenetur hæres, nisi de eo, quod habet vltra quartam.*
5 *Legatum ad pias causas, si locus sit legi Falcidiæ, defalcabitur per hæredem, non per fideicommissarium.*

SER Ioannes Franciscus grauatus fideicommisso, instituit hæredem Amedeum, qui restituit fideicommissum retenta legitima, & Trebellianica, & clarum est quod † in legitima nullum onus apponi potest. l. quoniam in primis. C. de inoff. test. † in Trebellianica quoque idem est, præsertim in liberis primi gradus. l. iubemus. in prin. C. ad senatusc. Trebell. vbi Bald. & Corn. & Dec. consilio lxxxj. Et † legatarij semper sunt posteriores hæredi quantum sit respectu Trebellianicæ: quia nunquam hæres tenetur † legatarijs, nisi de eo, quod habet vltra quartam, secundùm Cyn. Sali. Pau. Fulg. Corn. in l. ij. C. ad senatusc. Trebell. alioquin prohiberetur deductio Trebellianicæ, quamuis non esset expressum à testatore, quod est contra textum in auth. sed cùm testator. C. ad legem Falc. Et doctores tenentes, quod hæres teneatur ad legata, non autem fideicommissarius loquuntur de eo, quod hæredi remanet suprà quartam, & domini de Rota decis. 870. quædam mulier: quam alleg. Crau. consilio xvj. non dicunt, quod hæres de sua Trebellianica soluat legatum, sed quod in calculo hæreditatis non ponitur illa summa, quæ nominatim relicta est ab hærede ad augendum hæreditatem, vt hæres tantò ampliorem Trebellianicam accipiat à fideicommissario, sed relinquitur extra calculum soluenda de hæreditate, quatenus iam hæres habeat suam quartam, & hoc in legato ad pias causas, quod non est defalcabile. Minusq; hoc dicit Pau. Cast. in l. qui cccc. ff. ad senatusconsul. Trebell. sed solum. quod † si locus sit legi Falcidiæ, tale legatum defalcabitur, per hæredem, non per fideicommissarium, quod indicat eum sentire, quod semper salua sit sua quarta hæredi. Et ideo concludo rectè per primum iudicem fuisse pronuntiatum, qui Amadeum hæredem absoluit à petitis, cùm nihil apud eum sit, quod grauari à Iacobo testatore potuerit, & qui potuit totum restituere salua parte sua, cum esset in probabili ignorantia legati, & quod eius conditio euenisset. l. j. §. hæc stipulatio. ff. vt leg. nom. caueatur. Et hæc omnia: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXVIII. SVMMÆ.

1 *Hæreditatis auferendæ causa.*
2 *Testari prohibentium pœna, & eius probatio.*
3 *Agnati agentes ad interesse, non autem ad successionem; satis est si illud probent per duos testes.*
4 *Protestatio posterior quã facit testator, prævalere debet.*

DOMINORVM suprascriptorũ conclusio placet mihi: cùm satis probatum videatur vetitum fuisse testatori ab ipsis filiabus, & genero † hæredibus institutis, quo minùs reuocaret primum testamentum, & aliud conderet: vnde hæreditas ab eis tanquam ab indignis est per fiscũ auferenda, secundum l. j. ff. si quis aliq. test. prohib. & isti fratres de Vbertis, quibus factum est euidẽs damnũ: cum eos esset † testator instituturus, agent nihilominus aduersus dictas filias, & generũ pro interesse suo, & consequenter duplum damni passi, iuxta text. in §. & hoc peruenit. in auth. vt nul. iud. Bar. Bal. Ias. cæteros. in l. j. C. eo. tit. & cum isti † agnati agant ad interesse, non autem ad successionem, satis est, si illud probent per duos testes, secundum l. vbi numerus. ff. de testib. & quod in simili notat Socin. consilio xlj. in iij. imo etiam per coniecturas, secundũ not. per Bar. l. si id quod ex Pamphilæ. de leg. ij. probant autem ex pluribus testibus, qui dicunt, quòd testator, nisi prohibitus fuisset, erat eos instituturus, probari etiã poterit ex schedula testatoris, ad quam cogi potest gener vt exhibeat, seu edat propter æquitatem, quæ hoc casu subest. l. ij. ff. quemad. testam. aper. verbo, imperfecta. Nec obstat declaratio testatoris, quòd non fuerit prohibitus, &c. quia ex dicta

ctis testium apparet ab eo factam per nimiam importunitatem, & tædium filiarum ad finem, vt noceret fisco, non vt noceret agnatis: quod ex dicto Dayni, & Ancillæ maximum probatur, quibus
4 præsentibus † posteriorem protestationem fecit testator, quæ præualere debet. l. pacta nouissima. vbi omnes. C. de pact. quæ omnia paratus sum probare, vera esse secundum regulas iuris nostri, vbi Ticinum Venero, quo in loco bibliotheca est mea. In præsentia verò Mediolani ex negocio exi
B stens de sola subscriptione requisitus, non duxi committendum, quin veritatis & iustitiæ testimonium ferrem. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSILII CLXXIX. SVMMÆ.

1 *Legatum qualitate impleta solui.*
2 *Lucrum tempore regulari.*
3 *Annui legati priuatio non trahitur ad ea, quorum dies iam venit.*
4 *Regulare est non secuto modo nihil deberi, & percepta restitui.*
5 *Qui partem non obseruant à toto cadunt.*

RO GATVS de sententia, concurro in sententiam suprascripti d. consultoris, cùm † enim adhoc, vt legatarius iste consequatur legatum, requiratur illa qualitas, quod solicitè & fideliter administrauit, non censetur hoc fecisse, qui aduersarium, & riualem subornauerit, vt aliam apothecã in proximo constitueret, argu. l. medicus. ff. de ope. liber. & per Bart. in tract. de insignibus, & armis. Nunquid verò debeat consequi lucrum † saltem pro tempore,
2 quo deseruiuit? videtur quòd sic, arg. l. Mæuia. in
3 prin. vbi Bart. de ann. leg. & quia istud videtur † annuum legatum, cuius priuatio non trahitur ad ea quorum dies iam venit. l. cum in annos. ff. eod. tit. cum simil. In contrarium, quòd restitui debeant heredibus etiam fructus retro soluti, facit rex. in authen. cui relictum. & glo. in l. fin. C. de indict. vid. coll. Bald. l. Titius. ff. de excusa. tuto. & † quia
4 regulare est non sequuto modo nihil deberi, & percepta restitui. l. cum filius. §. qui Mutianam. de leg. & fideic. ij. vbi Raph. Com. not. Nec obstat, quod censeantur tot legata, quot anni, quia hoc procederet si loco alimentorum contemplatione legatarij id testator fecisset, sed verisimilis est fecisse contemplatione filiorum suorum hæredum, idq; propter qualitatem personarum. l. si cum præ finitione. l. firmio. ff. quando dies lega. ced. codicillis. de annu. leg. non autem propter legatarium, & ideo idem dicemus in tali administratore, quod in tutore & curatore, quibus aliquid relictum sit, & † qui non obseruantes partem cadunt
5 à toto. l. etiam si partis. ff. de leg. & fideic. j. l. quid autẽ. in fine. vbi Bal. de excusa. tuto. qua in re sola de subscriptione requisitus amplius non insisto. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXX. SVMMÆ.

1 *Legata donatario, quasi caduca non transmitti.*
2 *Donatio causa mortis facta Titio, & hæredibus mortuo, viuente donatore Titio, tamen remanet hæredibus.*
3 *Notarij stipulantis nomine hæredum, intelligitur valere stipulatio, quatenus principalis acceptauerit.*
4 *Regulariter obligationes dandi transmittuntur, ad hæredes.*
5 *L. si quis Titio. ff. de vsufruct. accresc. declar.*
6 *Facilius transmittuntur contractus, quàm legata.*

DECII consiliũ 662. placet mihi, quod de plano procederet, nisi verba legati, & stipulationis essent facta pro Antonio Mariæ, & eius filijs, & hæredibus, unde † videretur, q. quamuis legatum esset, quasi caducum morte legatarij, tamen transmittatur ex mente testatoris propter illa verba, *filijs & hæredibus*, vt sentit Bal. consi. xciij. super dictis. in secunda parte, per regulam. l. j. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. Facit quod not. Iaſ. & Dec. in l. non omnis. ff. si cert. petat. † vbi do
2 natio causa mortis facta Titio. & hæredibus mortuo, viuente donatore Titio, tamen remanet hæredibus, Sed tamen sequor sententiam Decij etiam hoc casu: quia mentio hæredum videtur facta quatenus legatum vel donatio iam fuisset acquisita ipsi Anto, Mariæ: vt aliàs tenui in dicta l. non omnis. & in simili tenet Bald. consil. cccxcj. in iij. Fulgo. consilio xvij. testator. & idem etiam sum sequutus in cap. cum contingat. numero cxxxix. extra, de iureiurand. Et hoc maximè est dicendum casu nostro, in quo non testator ipse hoc dixit, sed legauit † notario stipulanti nomine hæredum,
3 quæ stipulatio intelligitur quatenus principalis acceptauerit. l. eum qui ita. §. & Titium. ff. de verb. oblig. vbi regulare hoc est, in † obligationibus dandi, quæ transmittuntur ad hæredes: secùs si
4 non transmitterentur vt vsusfructus, & ita intelligitur † textus in l. si quis Titio. ff. de vsufruct. accres
5 scen. quæ lex aliàs obstaret conclusioni nostræ, secundùm Baldum consilio cviij. in primo dubio. in tertio volumine. Secundum quam legem in casu nostro filij facerent vnam partem, & Antonius Mariæ aliam, & Romanus aliam: vnde pars caduca Antonij Mariæ non solis filijs accrescen. sed etiam Romanæ: sed tamen in effectu idem esset, facto calculo. Nec obstant relata per Iasonem & Dec. in dicta l. non omnis. quia in casu suo propter adiectionem *hæredum donatio* causa mortis transit in donationem inter viuos, vt ipsi dicunt & tradit Alexan. consilio xiiij. in j. Socin. liij. in j. Sed in casu nostro hoc non est, imo remanet legatum, quamuis stipulatum per notarium in euentum conditionis, ideò non fit transmissio, † facilius
6 enim contractus transmittuntur, quàm legata. l. is cui. ff. de action. & obligat. §. ex conditionali. vbi gloss. institut. de verbor. oblig. Et hæc opinio mihi semper placuit, licet non careat dubio. Et ita transeo de simplici subscriptione requisitus. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXI. SVMMÆ.

1 *Fruges solo cohærentes mobilium legato, non contineri.*
2 *Destinatio non videtur habenda pro re ipsa.*
3 *Fructus percepti augent hæreditatem, & veniunt in fidei commissum, secùs si sint pendentes, & colligantur ante aditam hæreditatem.*
4 *Non iudicatur idem de destinatione, quod de re.*
5 *In materia legatorum fit interpretatio, vt quòd minus est debeatur.*
6 *Ex vsu loquendi, nunquam fructus pendentes reputamus mobilia.*
7 *Appellatione se mouentium, continentur animalia quæcunque.*

HÆC

HAEC sunt verba testamenti, *Item & omnia bona mobilia, ac supellectilia, & omnes, & quæcunq; massaritias ipsius testatoris reperta, et repertas tam in ciuitate, quàm villa, &c.* Primò quæritur, qd de tritico, hordeo, blado cohęrente fundo, &
1 adhuc nō collecto? & videtur contineri † legatio: quia speratur de proximo colligi, & quadam destinatione habetur pro re mobili, secundùm Paul. Cast. consilio cxxxij. videtur dicendum, quod dictum frumentum in primo in nouiss. Quæ sententia
2 videtur mihi minus vera: quia † destinatio tali casu non videtur habenda pro re ipsa. l. fundi. §. item. l. seq. de act. empt. l. liberorum. §. sed nec cœpti. de leg. iij. & quia videmus tales † fructus perceptos augere hæreditatem & venire in fideicommissum cùm secus sit, si sint pendentes, & colligantur ante aditam hæreditatem, vel post, vt in casu
4 nostro, secundùm Bart. & Alexand. in l. ita tamen. §. j. ff. ad Trebel. ergo apparet † non idem iudicari de destinatione, quod de re facit quod not. in l. si
3 apes. §. de fur. l. si fur. vbi Bart. de vsufr. & quia † in materia legatorum fit interpretatio, vt quod minus est, debeatur. l. nummis. de leg. iij. l. apud Iul. aliàs idem Iulianus. §. scio. de leg. j. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. iij. & quia † ex vsu loquendi nunquam fructus pendentes appellamus mobilia. Old. consilio ccix. circa finem. Ioan. And. in Spec. de fruct. & interesse. §. j. versic. sed pone. & istud mihi videtur verius quicquid dixerint aliqui Modern. secundùm Dec. consilio clxxij. Curt. Iun. clxxxvij. Secundò quæritur de tribus vaccis, &
7 equo, & certum est venire † appellatione semouentium, secundum Specul. & Ioann. And. locō suprà allegato, seu quod idem est mobilium. l. morientium. de verb. sign. l. fin. ff. de req. reis. Tertio quæritur quid de pipionibus, qui erant in columbario? & videtur accedere ipsi columbario, putarim tamen pipiones, qui tunc erant sub matribus diuidendos, tanquam fructus, facit quod not. Card. Zabar. consi. lj. in vltimo dubio.

A Lanc. Dec. Et ita mihi videtur in casu nostro: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXIII. SVMMÆ.

1 *Legatis rebus argentum non cedere.*
2 *Quoties lex vnum dicit, & aliud præsupponit, tale dictum non habet locum, nisi concurrente præsupposito.*
3 *Valet argumentum de verbis legis, ad verba testatoris.*

B SVBTILIS est suprascripta consultatio, pro qua facit etiam quia verba † legati dicunt, *quod legatores, quæ erāt in camera, &c.* quas vult, quòd sint suæ liberæ, quia verbis satis videtur apparere, quòd non sentiat de isto argento: cùm enim loquatur de rebus, quas velit esse liberas, sentit se loqui de rebus, quæ plus erant quidem ad vsum ipsius, sed non liberæ, istud verò argentum nunquam fuit ad vsum eius, sed pro
C mensa mariti: vnde dictio illa *liberæ*, ostendit de tali non intellexisse testatorem, vt in simili est gloss. in l. si mancipia. verbo. aduocandum. C. de ser. fug. & quod not. Lud. Rom. in sing. cccclxxxix. Ias. l. j. ff. de iust. & iure. Felin. cap. nonnulli. in princ. de rescript. Aretin. consilio clviij. Socin. lv. & in l. j. §. si quis. ff. ad Trebell. & cxix. in iiij. vbi † quoties lex vnum dicit, & aliquid præsupponit tale dictum, non habet locum, nisi concurrente præsupposito, & † valet argumentum de verbis legis ad
D verba testatoris. l. j. vbi not. C. de ijs, quibus vt indign. & in l. ita stipulatus. vbi Iason. de verborum oblig. torum tamen pendet à voluntate testatoris. Et ideo de subscriptione rogatus non existimaui detrectandum. Saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CLXXXIIII. SVMMÆ.

1 *Alienat vetitus quandoq; impunè.*
2 *L. cùm pater. §. lib. de leg. ij. limit.*

E HIERONYMI in causa dico argumentum ore tenus factum non concludere: quia in d. Marco, & eius fratre alienantibus præsumitur ignorantia testamenti auiti, ex quo succedebant ab intestato matri, & mater patri, vt dicit Bartol. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. vnde si † alienauerunt contra formam testa-
2 menti, non incidunt in pœnam priuationis, nec alienatio rescindirur, vt est casus in l. fin. §. fin. ff. de leg. ij. per Bartol. in l. iij. §. pen. C. comm. de leg. & dicit Bald. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. extra, vt lit. non contest. quod ille text. & singularis, & limitat omnes leges loquentes in materia prohibitionis alienationis, & consequenter limitat
3 text. in † l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. ij. solùm ergo fiet condemnatio respectu pretij, vt dicitur in d. §. fin. & per Ias. in authent. res quæ. C. comm. de leg. nec refert, quod versus emptorem fit facta promissio de manutenendo in solidum: quia hîc non agitur contra emptorem, sed contra hæredem eius, qui pro dimidia vendidit, vt reddat pretium d. §. fin.

CONSIL. CLXXXV. SVMMÆ.

1 *Alienare vetans fideicommittit.*
2 *Nepotes in conditione positi, non censentur vocati, nec grauati, ne alienent.*

3 Prohi-

BIU Cujas

3 *Prohibitio alienationis à teſtatore facta, ſi ſit in rem, ad hæredem hæredis tranſit.*
4 *Alienari vetita filiabus.*

1 AN prohibitio † alienationis in teſtamẽto d. Frãciſci Turrileonis facta valeat, & an inducat fideicommiſſum, reſpectu familiæ Turrileonum, dico breuiter prohibitionem valere, & inducere fideicommiſſum nõ reſpectu familiæ: quia ex teſtamento illo familia nullo modo eſt vocata, ſed ſolùm reſpectu aliorum cohæredum, qui ſunt vocati in caſum alienationis. l. pen. §. inſtituto. ff. de leg. ij. l. pater. 2 §. quindecim. de leg. iij. Circa ſecundum an † nepotes in conditione poſiti cenſeantur vocati, & etiã grauati ne alienent: ſatis puto nõ eſſe recedendũ à regula, vt nõ videantur vocati, ſecundùm gl. in l. Lucius. ij. de hæred. inſt. quæ eſt communiter approbata, vt ibi dixi confutatis multis limitationibus modernorum in varijs conſilijs: puto tamen, 3 quod † prohibitio alienationis à teſtatore facta ſit in rem, & ad hæredẽ hæredis tranſeat, arg. l. ſicut. §. pen. quib. mod. pig. & l. pater filium. §. Iulius. à contrario ſenſu de leg. iij. per Bar. l. filius ſa. §. diui. ad ſi. de leg. ſ. vbi doct. Circa tertium an filij Petri 4 cenſeãtur prohibiti † alienare: puto, quod ſic: quia ſunt hæredes hæredis: dico tamẽ quòd relinquendo hæreditatem ſuam filiabus fœminis, nõ dicuntur alienaſſe, nec contra teſtatoris diſpoſitionem feciſſe. d. l. codicilli. §. matre. ſecundùm cõmunem intellectum. & per Alex. conſil. cliiij. in ij. volu. viſis, & accuratè, &c.

CONSILII CLXXXVI. SVMMÆ.

1 *Subſtitutus ſub conditione, ſi hæres deceſſerit abſq; filijs ex ſe, & legitimo matrimonio natis, præfertur filiæ legitimatæ per ſubſequens matrimonium, quia participium, natis, requirit qualitatem legitimatis adfuiſſe tempore natiuitatis.*
2 *Diſpoſitio teſtatoris intelligi debet ſecundùm veritatem, non autem ſecundùm legis fictionem.*
3 *Matrimonium contractum ab ægroto, videtur factum in fraudem ſubſtituti.*

1 SVBSTITVTVS † ſub conditione, *ſi hæres deceſſerit abſq; filijs ex ſe, & legitimo matrimonio natis præfertur filiæ legitimatæ per ſubſequens matrimonium*, quia participium, *natis*, requiritur qualitatem legitimationis adfuiſſe tempore natiuitatis, ſecundum reg. l. Titius. ff. de 2 teſt. mil. l. in del. §. ſi extr. de noxa. Et quia hæc † diſpoſitio teſtatoris debet intelligi ſecundùm veritatem, non autem ſecundùm legis fictionem. l. fin. C. de his, qui ven. ætá. prout cõſuluit in terminis quæſt. noſtræ Bald. conſil. cccixvij. in v. & Ant. de But. in c. per venerab. qui fil. ſint leg. & nouiſsimè per multas rationes reſpondit Alex. conſ. v. in vij. volu. ſecundum quod conſil. vid ibis, vel tor fuiſſe iudicatũ in ampliſsimo ſenatu Mediol. licet Dec. conſil. clv. aliter reſpondiſſet. Quæ ſententia tanto fortius in caſu noſtro procedit, in quo præſupponitur matrimonium id contractum fuiſſe in ægritudine iſtius hęredis grauati, ex qua deceſsit, 3 † videtur enim factum in fraudem ſubſtituti, vt conſuluit Bald. conſi. cccxix. in iiij. per ea, quæ no. doctor. in authẽ. ſiſi: C. ad Trebell. Maximè etiam cum non allegetur fuiſſe contractum cum celebratione inſtrumentorum dotaliũ, quod videtur eſſe neceſſarium ſecundùm ius ciuile. l. nuper. l. cum quis. C. de nat. lib. vt per Ang. conſilio xxix. Card. Alexan. d. c. tanta. de quo tamen dicendum vt per Iaſo. conſi. clxviij. in iiij. nõ inſiſto, quia puto rem claram ex ſupradictis, & quia ſufficiunt domini conſultoris rationes.

CONSIL. CLXXXVII. SVMMÆ.

1 *Legatum annuum ad hæredes non tranſit.*
2 *Legata annua pro primo anno ſunt pura, pro ſequentibus conditionalia.*
3 *Legatum conditionale decedente honorato ante euentũ conditionis, non tranſmittitur ad hæredes.*
4 *Alimenta morte finiuntur.*
5 *Lex interpretatur, legatum annuum ſimpliciter factum alimentorum cauſa.*
6 *Deſignatio vnde legatum ſoluatur, non mutat naturam ipſius legati.*

SIC teſtamentum habet, Lego *annuum reditum librarum* cccc. *Aluiſto, &c.* quib. verbis expreſsè oſtenditur † legatũ iſtud 1
eſſe annuum, & ideò ad hæredes non tranſire. l. iiij. l. cùm in annos. ff. de an. leg. & ratio eſt, quia † legata annua multiplicantur ſecundùm 2
numerum annorum, & pro primo ſunt pura, pro ſequentibus conditionalia l. ſi Stychum. §. ſtipul. ff. de verb. obl. † legatum autem conditionale de- 3
cedente honorato ante euentum conditionis, nõ tranſmittit ad hæredes. l. vnica. §. fin autẽ aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. & iſtud generaliter procedit ſiue legatarius ſit diues, ſiue pauper, ſeu indigeat alimentis, ſeu non. Vbi verò eſſet perſona indigens alimentis, tunc indiſtinctè res eſt clarior, quia † alimenta morte finiuntur. l. cum ij. §. 4
modus. ff. de tranſac. l. pen. ff. de cap. dim. & ideo † lex ſimpliciter legatum annuum interpretatur 5
factum alimentorum cauſa. l. ſi annuum. ff. de an. leg. meritò ad hæredes non tranſit. Nec obſtat quod teſtator ſubiecerit *reditum aſſignandum in tot bonis meis immobilibus, & tot proprietatibus, &c.* quia iſta † 6
deſignatio vnde legatum ſoluatur, non mutat naturam ipſius legati. l. quidam teſtamento. in prin. ff. de leg. j. & text. in l. Lucius. ff. de al. leg. & ibi per Bartol. in l. inter ſtip. §. ſacram. de verb. obl. l. Paulo Callimacho. §. fin. de leg. iij. & diſputatum extat apud Ioan. And. in ſpec. de fruct. verſic. iij. quęritur. Paul. Caſt. conſil. iiij. quia exceptiones. Dec. conſil. cccxxiiij. cum ſimilibus. ex quorum dictis facilè diſſoluuntur, quæ ab aduocatis partis aduerſæ ſubtiliter ſunt allegata. Et hæc omnia ſalua ſemper, &c.

CONSILII CLXXXVIII. SVMMÆ.

1 *Hæres inſtitutus, decedens ante ipſum teſtatorem, efficit teſtamentum in cauſam caduci, & inſtitutio vitiatur.*
2 *Per clauſulam codicillarẽ ſuſtinentur legata in teſtamento caduco.*

DOMINI Franciſci Rane, &c. Viſo teſtamento. Cùm Dominica † hęres inſti- 1
tuta deceſſerit ante ipſum teſtatorem, ſequitur quod teſtamentum in cauſam caduci ſit, & ideo inſtitutio vitietur. l. vnica. §. & cum triplici. C. de cad. toll. Admittentur ergo ad ſucceſsionem proximiores ab inteſtato ſecundum formam ſtatuti Taurinenſis, quod ſi nullum eſt de hoc ſtatutum, admittentur ſecundum formam iuris communis, de quo in authen. poſt fratres.

tus. C. de leg. hæred. videtur soror superstes pro vna tertia, & filij duarum sororum prædefunctarum pro alijs duabus tertijs in stirpes. Cæterùm, quia in isto testamento adest † clausula codicillaris sustinebuntur legata, & constitutio executorū vigore dictæ clausulæ. iuxta l. j. cum ibi not. per Bare. ff. de iure cod. & isti venientes ab intestato cogentur restituere hæreditatem, secundùm electionem executorum Antonij, & Michaelis, deducta tamen quarta Trebellianica, quæ non fuit prohibita iuxta authen. sed cùm testator. C. ad l. Falc. Sed videndum est isti executores quemadmodū debeant eloqui, & declarare mentem testatoris? & puto quod de eo, quod supereſt, deducta 1. quarta, & solutis legatis, debeant facere tres partes, & vnam tertiam partem dare filijs consanguinei de familia testatoris de Ranis. Item aliam partem cōsistentem in domo Taurini cum prato Eolumbarij assignare d. Plasio Piloto, propter mentem testatoris, de qua ipsi executores sunt informati & de qua constat per epistolam, tertiam verò partem quod dent affinibus, prout eis placuerit, nec oportet quod isti affines sint de Ranis. Sed satis est esse coniunctos testatori, quia testator in hoc cap. non repetijt quod sint de Ranis: & tutius est quod isti executores, illam tertiam relinquāt istis venientibus ab intestato, scilicet sorori, & filijs sororum. Saluo semper, &c.

CONSILII CLXXXIX. SVMMÆ.

1 *Fructibus partem augeri.*

FRVCTVS ipsos superabundantes ex legato alimentorum facto filiæ, viderentur debere ad hæreditatem reuerti: & inter ipsos hæredes diuidi per regulam. l. Lucius. §. de leg. ij. l. Tit. de leg. iij. In contrarium, quod imò remaneant d. Ioan. Fr. quia ipse non videtur esse hæc in re nudus minister: cum non teneatur ad aliquam rationem reddendam: & quia verba testamenti dicunt legatum permanere, debere penes comitem Ioan. Fran. vt ex † fructibus, &c. Sed tamen puto contrarium, quod imò tale legatum augeat partem ipsius filiæ. per reg. l. iiij. ff. de adi. leg. l. dominus. §. fin. ff. de vsufr. Et quia non possunt hi fructus reuerti ad hæreditatem propter illa verba testamenti, volens hoc casu dictum relictum separari debere à reliquis bonis hæreditatis, &c. & de hoc est gloss. in l. fin. §. fin. de auro & arg. leg. Nec etiam debent luctificeri ipsi com. Ioan. Fr. qui quo ad hoc satis dicitur nudus minister. Et quia per eum stat quo minus tota summa expendatur, secundum doctr. Bartol. d. l. Lucius. §. cùm possit & debeat ex ea summa augere vestes, & ornamenta, & mundum muliebrem: quando adoleuerit, & erit nubilis, & facit quod not. in simili Cast. consilio ccxliij. alias est consilio clxxxvij. in j. secundum nouissimam impressionem.

CONSILII CXC. SVMMÆ.

Nepotes in testamento pro filiis, vocantur causa.

Dicto filias, non prehendit Nepotes in fauorabilibus, & concernentibus vtilitatem.

Vnde quis testamentum condere dicitur.

Cons. And. Alc.

MIHI periculosa videtur suprascripta consultatio, quia cùm tractetur de fideicommisso aui, Simon † filius debet succedere in locum Francisci patris. §. cùm filius. instit. de hær. quæ ab int. in authen. post fratres. C. de legi. hæred. idq; etiam aduersus vim verborum: sicut in l. xij. tab. quæ vocabat proximum agnatum, & tamen filius fratris cum patruo admittitur: & quod istud procedat in fideicommissis, est magis communis opinio. l. ij. C. de succes. edic. vbi Iul. & Cur. Cor. l. fin. C. de verb. sign. Dec. consilio j. & ccxvij. Et quia in verbis fideicommissi, *substituit alios filios masculos*, † dictio, *filios*, potest comprehendere hunc Simonem nepotem in fauorabilibus, seu concernentibus vtilitatem. iuxta l. liberorum. vbi Bartol. de verbo. significat. Alexan. xxvj. in iij. Socin. xiiij. in j. Cyn. Bald. Imol. §. instituens. quia mentio *filiorum & nepotum*, sequens loquitur de superstitum filijs, non de prædefunctorum. Et quia alias iste remaneret excluſus à fideicommisso, quia illa clausula, *eorum superstitum filios, ex nepotes*, non potest hunc comprehendere, qui non est filius superstitis, sed prædefuncti: quod est contra expressam mentem testatoris, qui fideicommissum prorogauit in infinitum. Quid si decederent isti superstites sine filijs: fideicommissum esset extinctum, ex quo secundum d. interpretationem, Simon non posset admitti: quod certè est contra mentem testatoris. Addo, quod ex alio fideicommisso declaratur mens ipsius, dum dicit, in stirpem, & non in capita. Si in stirpem, ergo Simon vocatur, authent. in successione. C. de suis & legit. Cardin. Parisius consilio ij. & † vna pars testamenti aliam declarat secūdum Dec. ccccxxv. eccxcv. cum similibus, & ideo ampliùs est deliberandum.

CONSIL. CXCI. SVMMÆ.

1 *Cùm testamentum in scriptis sit factum, oportet per iudicem citari omnes, quorū interest ad videndum recognosci sigilla & tabulas aperiri, & si testes interim mortui sunt, fides probationi deficit, & testamentum corruit.*

2 *Cùm hospitale sit institutum, & sit causa pia de iure communi sufficerent duo testes.*

3 *Quandoq; probatur testamentum per duos testes, quado casu fortuito instrumentum testamenti amissi est.*

CVM testamentum † in scriptis sit factum, oportet per iudicē citari omnes, quorum interest ad videndum recognosci sigilla & tabulas aperiri, & si testes interim mortui sunt, fides probationis deficit, & testamentum corruit, vt dicit Bartol. in l. tabularum. in prin. ff. quemadmod. testa. aper. & hoc nisi notarius esset rogatus à testatore, quomodo testator profiteretur illud esse suum testamentum, & quomodo fuit sigillatum, & subscriptum à testibus, quod non est factum in casu nostro: & ideo cùm vnus solus testis supersit, testamentum de iure corruit. Sed tamen in præsenti casu, puto dispensationem à Principe petendam, cuius concedenda est summa æquitas. Nam † cùm hospitale pauperum sit institutum, & sic causa pia de iure communi, sufficerent duo testes. c. cùm esses. vbi not. extra de testa. & habetur in l. j. C. de sacrosanct. eccles. & in nostro casu adest vnus, qui facit semiplenam probationem: deinde adest alia semiplena, quæ

BIU Cujas

colligitur ex manu teſtatoris, qui proprium teſtamentū propria manu ſcripſit, & ex recognitione ſubſcriptionum, per comparationem literarū, de qua habetur in l. comparationes. & authent. ad hæc. C. de fid. inſtr. & adeſt ſumma æquitas propter peſtem, cuius contagione perierunt teſtes: ſicut videmus † aliàs probari teſtamētum per duos teſtes, quando caſu fortuito inſtrumentum teſtamēti amiſſum eſt l. teſtium. vbi Bal. C. de teſtibus. Iaſ. & Dec. in l. ij. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. idem ergo in noſtro caſu, in quo teſtes caſu fortuito peſte ſublati ſunt. Et cum conſtet de voluntate facilitèr inducetur Princeps ad diſpenſandum, reſpectu ſolēnitatis. Saluo ſemp ſaniore iudicio.

CONSILII CXCII. SVMMA.

1 *Monialium ſucceſſiones.*
2 *Statutum diſponens contra clericos, quatenus eſt conforme iuri communi, valet.*
3 *Laici non poſſunt diſponere ſuper iuramento.*
4 *Statutum prohibens iurare, & imponens pœnam iuranti, valet, quia dum prohibet iurare, cōfirmat ſe iuri communi, & legi Euangelicæ.*
5 *Conſuetudo, quæ habuit licitum principiū, debet obſeruari, licet ſuperueniat timor ſimoniæ.*
6 *Conſuetudo quod laici habeāt decimas, quæ licitè fuerat introducta, non cenſetur deinde ſublata, per concilium Lateranenſe ſuperueniens.*
7 *Duo impedimenta difficiliùs tolluntur, quàm vnum.*
8 *Ingrediens monaſterium per lapſum anni, intelligitur tacitè profeſſus, alio non probato.*

EXAMPLVRIMIS allegationibus præſtantiſsimorum doctorum inter ſe variantiū viſis, non exiſtimaui mediocritati meæ conuenire, in præſentia diſcernere, qui nam illorū verior ſenſerint, & ideò omiſſis his, quæ ab eis dicta ſunt arbitror alia ratione pro agnatis eſſe pronuntiandum, & iſtas † monia- 1
les excludendas. Nam ex forma ſtatuti cautū eſt, vt quando quis ingreditur religionem, ſi profiteatur præſumatur præambula hora deceſsiſſe, &c. per quæ verba non eſt dubium excludi moniales. Sed difficultas eſt nunquid potuerint ſtatuentes eos excludere, videtur enim tale ſtatutum eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, vt per Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. per text. in §. ſed hoc præſenti. in authent. de ſanct. epiſc. cum concord. Sed tamen conſiderandum eſt, quod tale ſtatutum in duobus caſibus infraſcriptis proculdubio debet valere: ita quod etiam ſi generaliter non valeret (quod tamen in præſentia non diſputo) ſaltem in caſu noſtro eſſet obſeruandum ad excluſionem harum monialium. Et hoc duabus rationibus. Prima ratio eſt, quia ſi hæ moniales volunt ſuccedere de iure communi, non poſſunt, cùm enim earum pater eſſet ſolùm conſanguineus excluduntur à filijs Claræ, quæ erat vtroque latere iuncta, vt eſt text. in authen. itaq; C. comm. de ſucc. aut volunt venire iure ſtatuti, & non poſſunt: quia tale beneficium ſucceſsionis ſtatuentes non cenſentur conceſsiſſe monialibus, imò expreſsè per ſupra recitatum ſtatutū abſtulerunt. & cùm ſucceſsio in caſu noſtro de iure communi ad moniales non pertineat, valet ſtatutum, quod illis aliquid beneficij ſui non concedit, id enim non eſt de iure eorum diminuere, ſed nolle ſua illis communicare, & licet clericis ius commune tolli non poſsit, beneficium tamen & prouiſio ſtatuti auferri poteſt. l. ſi quis curialis. vbi Bal. C. de epiſc. & cler. Bald. in l. de quibus. verſic. vij. quæritur. ff. de leg. Salic. in authent. caſſa. quæſt. x. C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt communis, & vera concluſio, quam etiam in iſto caſu ſentit Dec. conſilio cxiiij. in fin. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra. de conſtitut. ponderando quod reſponſiones per eum datæ non conueniunt caſui noſtro, & ſic ſtat firma regula. Secunda ratio eſt quia iſtæ profeſſæ ſunt monaſterij quod de iure communi eſt incapax, vnde † ſtatutum diſponens tales moniales non ſuccedere, debet valere, tanquam conforme iuri communi, dato quod moniales ſint extra ſuam iuriſdictionem, ſicut dicimus † de iuramento ſuper, quo diſponere non poſſunt laici. c. ij. de iureiur. in vj. & tamen valet † ſtatutum prohibens iurare, & imponens pœnam iuranti: quia dum prohibet iurare, conformat ſe iuri communi, & legi Euangelicæ. c. & ſi Chriſtus. extra, de iureiur. & ita tenet Ioan. de Im. in repe. c. cum contingat. extra, de iureiur. ſequitur Corn. in repet. authent. ſacroſ. publ. verſic. iiij. fallit. C. ſi aduer. vend. & idem in ſimili not. Gaſp. Cald. in c. ij. de cland. deſp. quatenus ergo ſtatutum fuit conforme iuri communi, valuit & tenuit, & conſuetudo ex eo introducta, tanquam procedens à legitimo fonte valet, vnde quamuis per aliquod priuilegium moniales, deinde habilitarentur ad ſucceſsionem contra formam iuris communis, non tamen tolleretur validitas ſtatuti eas excludentis. facit text. in c. ad apoſt. vbi Abb. extra, de ſimon. vbi † conſuetudo, quæ habuit licitum principium, debet obſeruari, licet ſuperueniat timor ſimoniæ. ad idem quod not. in c. cum apoſtol. extra, de his quæ fiunt à præla. vbi † conſuetudo, quod laici habeant decimas, quæ licitè fuerat introducta, non cenſetur deinde ſublata, per concilium Lateranenſe ſuperueniens, facit etiam quia per tale priuilegium non debet poſſe Pontifex tollere ſtatutum ſemel validum: quia iſtud eſſet auferre ius tertij, & forte etiam ex lectura ipſius priuilegij apparet ſolum tolli impedimentum, competens de iure communi. quo caſu non cenſeretur derogatum ſtatuto, vt habetur in cap. j. de conſtit. in vj. & quia † duo impedimenta difficiliùs tolluntur. authent. itaque. C. comm. de ſucc. Sed quia non vidi priuilegium, vlterius me non extendo. Non obſtat, quòd nondùm erat profeſſa per inſtrumentum: quia reſpondetur duobus modis. Primò quod † per lapſum anni intelligitur tacitè profeſſa alio non probato, vt habetur in cap. j. de reg. lib. vj. Secundò reſpondeo, quod ſtatutum expreſsè habet pro differenti ingreſſum monaſterij, & profeſsionem & excludit ingreſſum, ſi deinde profiteatur, facitq; ſuam præſumptionē à tempore ingreſſus, vnde dato, quod adhuc non eſſet profeſſa, parum refert: quia ſtatutum excludit à die ingreſſus, non à die profeſsionis.

CONSILII CXCIII. SVMMA.

1 *Amitam varie excludi.*
2 *Statutum principaliter factum fauore coniunctorum ex linea paterna, non autem in odium matris, cenſetur fauorabile.*
3 *Statutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedāt, licet videntur quodammodo accuſare naturam, & eſſe odioſum reſpectu fœminarum, tamen abſolutè & ſimpliciter*

BIU Cujas

pliciter loquendo censetur fauorabile, & recipit extensiuam interpretationem.

4 *Mater ante senatusconsultum Tertyllianum à l. xij. tab. excludebatur à successione filij.*

5 *Statutum per quod reuoluimur ad ius antiquum est fauorabile.*

6 *In pœnalibus, quandoque masculinum concipit femininum.*

VIA aliàs in præsenti casu diffusè consului, & respondi rationibus in contrarium adductis, ero nunc tanto breuior, maximè cum videam præstantissimum iudicem in suo motiuo optimè intellexisse merita causæ, & responsiones illi motiuo facta nihil obstare, quibus etiam responsum fuit in consilio meo, secundùm quod præstantissimus iurisconsultus dominus Ludouicus Porrus, in causa possessorij pronuntiauit. Difficultas eò redigitur, an statutum Papiense, vocans consanguineos paternos in duabus partibus, intelligatur de † amitis. & sic masculinum concipiat fœmininum. In responsione motiui dicitur, quod non tanquam statutum sit odiosum, & irrationabile. Ego dico contrarium. Primo propter auctoritatem Curtij senioris, qui pro hac parte consuluit consilio ix. Ticinensi. Bald. consilio xlvij. in v. Alexan. consilio cxv. in ij. Iaf. l. si quis id quod. versic. iiij. ff. de iurisd. omn. iud. & consilio lij. & ccv.

2 Secundo per rationem, quia † statutum principaliter est factum fauore coniunctorum ex linea paterna, non autem in odium matris, ergo debet censeri fauorabile. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. Dec. & cæteri Mod. in l. ij. C. de in ius voc.

3 Tertiò quia idem videmus in † statuto, quod *stantibus masculis, fœminæ non succedant*, quod licet videatur quodammodo accusare naturam, secundùm l. maximum. C. de lib. præt. & odiosum esse respectu fœminarum, secundum Bart. in l. j. C. de sum. Trin. & fide Catho. Tamen absolutè, & simpliciter loquendo, censetur fauorabile, & recipit extensiuam interpretationem. secundùm Bald. in d. l. j. per text. in d. l. qui exceptionem: est enim simpliciter factum causa conseruandarum familiarum. l. j. ff. de ventr. insp. & est communis opinio, vt per concord. in d. consil. Curtij senioris. ix. & Curt. Iun. ix. Quartò quia statutum non excludit in totum matrem, sed eam vocat ad tertiam, & sic salua ei est sua legitima, vnde non potest conqueri: cùm non sit exhæredata à statuto, & legitima ei deberetur non iure naturæ, sed solum iure positiuo, sicut cæteris ascendentibus, vt dicit Bald. in l. j. §. ius naturale. in fin. ff. de iustit. & iur. vnde valeret statutum ei etiam talem legitimam auferens, vt ibi per eum. Quintò quia nos videmus, quod ante

4 † senatusconsultum Tertyllianum à lege xij. tab. excludebatur à successione filij. instit. ad Tertyll. in prin. & tamen non est dicendum, quòd ideò lex communis esset odiosa, & quòd non reciperet interpretationem extensiuam secundùm l. non

5 possunt. ff. de legibus. Sextò quia † statutum per quod reuoluimur ad ius antiquum, est fauorabile, gloss. c. statutum. verb. annumerandũ. de præb. in vj. c. olim tibi. extra, de verb. sign. & quod habetur in l. si vnus. §. pactus ne. ad fin. ff. de pact. vbi Iaf. vnde tale statutum conformè dispositioni legis xij. tab. non potest odiosum appellari, maximè, cum (vt dixi) mater non excludatur in totum, per Curtium Iun. consilio ix. Septimò per text. in l. j. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertyl. vbi amita succedit cum matre, sicut in casu statuti nostri, & dispositio illa censetur fauorabilis quia si esset odiosa, pater matrem excluderet, à qua sum moueretur consanguinea, & tamen text. dicit oppositum. & not. Cornæus in l. fin. C. ad Tertyl. Octauò propter verba statuti admittentis consanguineos, quibus de iure, &c. & sic se refert ad ius commune, secundùm quod non est differentia inter consanguineos masculos & fœminas, & secundum quod etiam † in pœnalibus masculinum concipit fœmininum, dicta l. si quis id quod. vbi omnes. Nec me mouet, quod statutum videatur factum fauore agnationis. Respondeo nullum verbum de hoc in statuto, sed solum apparet factum fauore coniunctorum ex linea paterna, siue masculi sint, siue fœminæ, vt aliàs fuit dictum. Et ista allegatio non per hoc adiuuaret matrem, sed prodesset agnatis, id est, Comiti Galeatio. Et ad hæc omnia satis responsum est in consilio meo, & etiam in motiuo, vnde non repeto.

6

CONSIL. CXCIIII. SVMMÆ.

1 *Natura successionis est, vt semper hæreditas deuoluatur ad proximiorem, etiam quod lex vel testator simpliciter loquantur.*

2 *Hæreditas defertur secundum coniunctionem personæ defuncti, vnde qui prior est eam habet.*

3 *Disiunctiua indicat haudquaquam simul vocari, sed proximiorem tantum si extat alius, seq.*

4 *Ius accrescendi potentius à successorio edicto.*

5 *Accrescendi iuris locus, & cessatio.*

6 *Paria sunt, quem non extitisse, vel exclusum fuisse.*

STATVTI nostri verba illa, *Et hoc, nisi agnatus sit in quarto gradu, vel infra quartum gradum inclusiuè, &c.* intelliguntur de agnato proximiori: quia ista est † natura successionis, vt semper hæreditas deuoluatur ad proximiorem, etiam quod lex, vel testator simpliciter loquantur. l. peto. §. fratre. l. cum ita. §. fin. ff. de leg. ij. Bart. l. si cognatis, quæstione antepenult. de rebus dubijs. Et ratio est, quia † hæreditas defertur secundùm coniunctionem personæ defuncti: vnde qui prior est eam habet, vt declarat ibidem Bartol. quæstione vlt. Et hoc satis indicant verba statuti, disiunctiuè loquentia *agnatos, qui sint in quarto gradu, vel infra quartum, &c.* hæc enim † disiunctiua indicat haudquaquam simul vocari, sed proximiorem tantum si extat, aliàs sequentem l. cùm pater. §. penult. de legat. ij. l. heredes mei. §. peto. ff. ad senatusc. Trebel. Natura enim disiunctæ non patitur, vt qui ita vocati sunt simul vocentur, sed separatim tantum, cum secùs sit, si statutum coniunctim loqueretur. l. hæc verba, ille, aut ille. ff. de verb. significat. Suadet hoc & alia pars statuti, quatenus ponit regulam simpliciter, quod *agnatus masculus, vsque ad septimum gradum excludat omnes fœminas*: absurdum enim esset si diceremus, quod existens in septimo gradu concurreret cum eo, qui esset in quinto, imò talis prorsus excluditur à proximiore d. §. fratre. Et ista est interpretatio quædam passiua inducta à lege, quæ habet locum, in qualibet materia etiam odiosa & correctoria, & consequenter etiam in statutis, vt dicunt omnes in l. ij. ff. de leg. j. Modo ijs præsuppositis dico, quod hæreditas de qua agitur, ex forma statuti, pro duabus partibus pertinuit ad sorores, pro tertia verò,

ad patruum ſolùm, qui erat proximior defuncto, excluſis patruelibus: vnde cùm poſt multos extraneos deceſſerit, dictus patruus non adita hæreditate, nec locus ſit tranſmiſsioni, per regulã l.j.§.nouiſsimo. C. de caducis tol. conſequens eſt, vt ea portio ſororibus accreſcat, non autem per ſucceſſorium edictum, ad patrueles transferatur: quia
4 † ius accreſcendi potentius eſt ſucceſſorio edicto, vt eſt text. in l. meminimus. §. ſucceſsionis. C. de legit. hæred. vbi Bartol. & Corn. notant. & in l.j. ſecundùm vnum intellectum, quem Bartol. ibi in fine ſequitur. C. quando non pet. par. per Alexan. in l. pactum quod dotali. verſic. ij. C. de collat. cùm enim ſpeciali iure à ſtatuto inducto in illa tertia præferatur agnatus ſororibus: debet ius accreſcendi præualere ſucceſſorio edicto. vt eſt caſus in d.l. meminimus, vbi filius fratris ſpeciali beneficio illius legis admittitur tanquam agnatus: ideo non eſt locus ſucceſſorio edicto, vt ibi per doctos. Et maximè in caſu noſtro hoc eſt dicendum, in quo ſtatutum alternatiuè loquitur, vnde altero tantum contentatur: vt ſi adſit agnatus in tertio gradu: nunquam ius ad quartum deuoluatur. Nec obſtat, quod ſtatutum ſimpliciter præferat agnatum, &c. non autem dicat *proximiore, &c.* & debet ad literam intelligi: reſpondeo præfert agnatum, ſed intelligitur de proximiore, vt ſuprà dixi, & eſt interpretatio paſsiua, cæteri verò poſteriores excluduntur à priore, ſiue prior ſuccedat, ſiue non, cùm non ſit locus ſucceſſorio edicto, vt ſuprà dixi. Nec obſtat ſimile de ijs, qui vocantur nomine collectiuo, &c. quia illi re, & verbis coniun-
5 guntur, & per † ius accreſcendi admittuntur, in caſu noſtro Patrueles non coniunguntur Patruo, ſed prorſus ſunt ſeparati, cum admiſſo patruo ipſi nihil prorſus habeant, quæ reſponſio tollit etiam adiectionem: ſed proximiorem admittit alius ſequens prorſus excluditur. ex indefinita legis, de quo in l. ſi plures. de legatis & fideicommiſsis ij. non enim omnes vocantur. Nec obſtat
6 quod † paria ſint patruum non extitiſſe, vel excluſum fuiſſe, vt per Bartol. in l.j.§. fin. v. quæſtione. de contrab. reſpondeo hoc procedit in caſibus, in quibus ſucceſſorio edicto eſt locus, ſecùs in caſu noſtro, in quo ius accreſcendi eſt potentius. l.j. in principio. ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. §. cum igitur. inſtituta de bon. poſſeſſ. l.j.§. quibus. ff. de ſucceſſ. edict. per Bartol. dicta l.j. in fine. C. quan. non petent. par.

CONSIL. CXCV. SVMMÆ.

Teſtamentum variè in teſtatione cenſeri.
Si in ſtatuto ſubdatur qualitas conueniens ſolum publicæ ſcripturæ, non tamen reſtringit generalitatem priorem.
Tres teſtes circunſcripto rigore iuris, probant voluntatẽ defuncti, ex quo etiam ius gentium, & lex euangelica contentatur tali numero.
In materia peccati forum canonicum, & conſcientiæ attendi debet.
Conſeruatores ſanitatis, cognoſcunt loco Principis.

1 EGO puto in propoſito caſu, † teſtamentũ tribus teſtibus idoneis probatum, ſuſtineri duabus rationibus. Prima eſt, quia ſtatutum noſtrum in principio, quando quis vult teſtari, cum publica ſcriptura dat formam, vt adſint tres notarij, & quinq; teſtes, quando verò vult teſtari A ſine publica ſcriptura, dat formam, vt ſufficiant quinque teſtes: & ſic apparet quod requirit notarios ſolùm, vt ſcriptura ſit publica, non quo ad fidem probationis: deinde in fine limitat, vt ea non procedant tempore peſtis: quia tunc ſufficiũt duo teſtes quorum vnus ſubſcribat imbreuiaturæ, vel ſtetur dicto notarij: vnde hoc ſine colligitur, quod loquitur quando teſtamentũ fit cum publica ſcriptura, ſi ergo fiat ſine publica ſcriptura, videtur qd ſufficiãt duo teſtes: ex quo in principio ſtatuti oſtẽ B ditur, quod perſona notarij, requiritur quoad publicam ſcripturam tantùm. & teſtes, qui cum notarijs faciunt publicam ſcripturã, ijdem ſine notario faciunt priuatam, ſed tamen validam. Nec obſtat, quod iſte caſus videatur omiſſus, ex quo ſtatutum prẽſupponit interuentum notarij. Quia ad hoc, in quo eſt tota vis dubitationis reſpõdetur: quod ſtatutum facit regulam, quod ſufficiant duo, quæ regula generaliter intelligitur, tam ratione publicæ ſcripturæ, quàm priuatæ. Vnde licet ſubdat † qua- 2
C litas conueniens ſolum publicæ ſcripturæ, nõ tamen reſtringit generalitatẽ priorem, vt eſt textus in l. regula. §. & licet. ff. de iuris & facti ignor. quẽ ad hoc allegat Imo. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Decius in cap. cùm non ab homine. in ij. not. in fin. extra, de iudic. & facit quod de hoc ſtatuto notat Bald. in l. fin. C. de fideic. & in ſimili per Rom. conſi. ccccxxxiiij. in quo quæritur in primo dubio. & hæc maximè procedunt ponderando dictionẽ ante poſitam in illa qualitate. Secun-
D da ratio eſt, quia non poteſt negari, quin circumſcripto rigore iuris, † tres teſtes probent voluntatem defuncti, ex quo etiam ius gentiũ, & lex Euan 3
gelica contentatur tali numero. vt eſt text. in cap. cùm eſſes. extra, de teſtam. & ideò per denuntiationem Euangelicam, iſti hæredes eſſent tuti, vt conſuluit Cornæus in conſilio cxix. in ij. libro. vnde non debent iudices ſeculares audire agnatũ contra conſcientiam petentem, & ex quo ſumus † in 4
materia peccati, debent attendere forum canonicum, & conſcientiæ, vt not. in regula poſſeſſor. de regul. iur. in vj. & per doctores in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſ. per Imol. in cap. fin. de præſcript. in princip. præſertim iſti † conſeruatores ſanitatis, qui cognoſcunt loco Principis, per ea quæ notat Bart. in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc. & clarius per Guidonẽ Papæ. deciſione xxix. plura non ſcribo, ne videar inſtruere Mineruam. 5

CONSIL. CXCVI. SVMMÆ.

Filij fratrum ſunt inuicem in tertio gradu.
De iure communi hæreditas defertur proximiori, ſublata ſexus differentia.
Fœminam à filio fratres excludit.
Conſanguineæ non eſt tam debita hæreditas, ſicut ſorori.
Statutum excludens ſororem, reputatur fauorabile.

PERLECTIS verbis ſtatuti Caſtri noui, quo cauetur quod ſorores ab inteſtato non ſuccedant fratribus, vel ſororibus, vel collateralibus, ſtantibus agnatis maſculis, vſq; ad quartum gradum incluſiuè. Item viſa facti contingentia, breuiter pro more meo agendo. Videtur prima fronte dominam Thomenam fouere iuſtiorem cauſam in hæreditate Ioann. Franciſci, eius conſanguinei: cum enim † ſint 1
filij fratrum, ſunt inuicem in tertio gradu; & ideo

debet

debet excludere Bartholomæum, qui in quarto gradu est, & † de iure communi clarum est hæreditatem deferri proximiori, sublata sexus differẽtia. authen. post fratres. C. de legit. hæred. Sed tamen † hoc non obstante, censeo contrarium, quod imo Bartholomæus admittatur in totum, exclusa Thomena, & hoc propter statutũ castri noui: pro qua sententia adduco tres rationes. Prima, quia statutum excludit sororem, stantibus agnatis, multò magis debet censeri exclusisse † consanguineam: cui non tam debita est hæreditas, sicut sorori, per rationem auth. multò magis. C. de sacrosanct. Eccles. & quod not. Paul. de Cast. in l. maritus. C. de proc. & tali ratione vtitur. Bal. in consi. ccccl xxiij. circa quæstionem. lib. v. Secunda, quia hoc statutum, per illa verba, *stantibus agnatis masculis*, habet caput inclusiuum agnatorum masculorum, ex quo capite censeantur exclusæ omnes fœminæ; vt est doctrina Bartol. in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertyl. quę est communiter approbata. Tertia ratio, quia statutum excludit eam à successione collateralium, vt faciat locum fratri. ergo idem censendum, vt faciat locum fratris filijs, qui succedunt in locũ patris sui, vt est tex. in authen. cessante. C. de legit. hæred. & licet in casu illius auth. solum fiat mentio de filio fratris, tamen in casu nostro debet esse idem, etiam in filio consanguinei Germani, propter paritatem rationis statuti, quæ est pro conseruanda agnatione masculina, vt in simili concludit etiam Ludouic. Bologni. in additione. ad consilia Ioan. de Anan. consilio lxix. præsertim cum tale † statutum excludens sororem, reputetur fauorabile, vt dicit Bald. in l. ij. C. quib. ad lib. peruen. non licet. est communior conclusio, iuxta notata per Francisc. de Curt. consi. ix. incipien. Ticinensi.

CONSILII CXCVII. SVMMÆ.

1 *Consanguineus de iure tanquam remotior in gradu excluditur, & mater vnà cum qualibet sorore admittitur in viriles portiones.*
2 *Statuti vis succedendi forma.*

VEMADMODVM diuidenda sit hæreditas istius defuncti, qui decessit relicta matre, & duabus sororibus, & consanguineo, quæritur. Et primò sciendum est, quòd de iure, † consanguineus tanquam remotior in gradu excluditur, & mater vnà cũ qualibet sorore admittitur in viriles portiones. auth. defuncto. C. ad Tertul. Sed ex forma statuti nostri, consanguineus admittitur ad tertiam partem, & duæ sorores ad duas tertias. In omnem casum † ergo, siue spectemus ius commune, siue ius municipale, in proposito casu sorores tres habebunt duas tertias hæreditatis, respectu verò alterius tertiæ, ex forma statuti admitteretur agnatus in proprietate, sed quia mater supest, illa habebit vsumfructum, est quo per aliud statutum mater admittitur ad vsumfructum eius partis, quam habitura fuisset de iure communi, sed (vt dixi) non successisset aliquo modo in portione sororum, ergo habebit vsumfructum in portione agnati tantùm, & istud puto verius. Et pro confirmatione huius quæstionis, scilicet, quòd sorores debeant habere suas portiones integras absque onere usufr. & consequenter mater debeat habere vsumfruct. in portione agnati, allego Paul. de Cast. in l. illam. si verò mater non excludebat illam personam in co-

tum, &c. C. de collat. Et cum in hæreditate fratris esset onus dotandi ipsas cõdecenter, respectu duarum partium talis oneris confundentur actiones. l. debitor. ff. ad Trebel. respectu verò tertiæ partis, quæ spectat agnato, istæ sorores remanent creditrices, & tantò minus erit dandum agnato. Et quia in hac hæreditate sunt mobilia, & merces poterit proprietarius facere inuentarium, & cogere matrem ad satisdandum de restituendo finito vsufructu, iuxta formam l. si tibi. ff. de vsufruct. earum rer. quæ vsu consum. de qua satisdatione per Alexand. consilio cxx. in vj. Soc. consilio ix. in iiij. cum similibus.

CONSIL. CXCVIII. SVMMÆ.

1 *Appellatione fratris intelligitur etiam de sorore.*
2 *In successionibus ab intestato masculinum non concipit fœmininum.*
3 *Dictio successionibus, est verbalis, & potest accipi actiuè & passiuè.*
4 *Quando quid accipi potest actiuè & passiuè, in dubio debet accipi actiuè.*
5 *Verba debent intelligi in potentiori significatu.*

FRATREM, quamuis ex parte patris tantum, esse præferendum sorori, quamuis vtrinque coniunctè arbitror in successione istius sororis, & hoc vigore statuti nostri quod incipit decedente fratre. Nec obstat quod statutum loquatur de fratre decedente, quia † appellatione *fratris* intelligitur etiam de sorore, vt probatur in l. tres fratres. ff. de pact. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. in l. Lucius. §. Mæuia. secundo. ff. ad Trebell. & hoc habet locum etiam in statutis, vt dicit Bal. consilio xlvij. in v. alias consilio cccxxij. factum tale est statuto communis Aretij in iiij. Alexan. consilio lxxxiij. animaduersis. lib. iiij. Franc. de Curt. vbi loquitur in similibus terminis statuti nostri consilio ix. Ticinensi statuto. Ludouic. Bologn. consilio lx. Dec. in l. fœminæ. in prin. ff. de reg. iur. Hyppo. de Marsi. in singulari xxxix. capias vnum. & hoc est verius quando eadem est ratio in fratre, & sorore, vt est in casu nostro, scilicet, fauor conseruandæ agnationis: secùs si non sit eadem, quo casu possent procedere, quædam auctoritates in contrarium allegatæ, vt distinguit Dec. in d. l. fœminæ. Non obstat statutum quod verba intelligantur ad literam, quia respondendum est, vt per Franc. de Curt. in præallegato consi. Præterea, quod masculinum concipiat fœmininum, & sic quod frater comprehendat sororem; non est extra literam, sed procedit ex ipsa litera, sic expósita per legem, vt dicit Anch. consilio cxij. superstite. Non obstat statutum, quòd † in successionibus ab intestato masculinum non concipiat fœmininũ, quia in fine habet quod deficiente statuto, stetur iuri communi, sed in isto casu de iure communi masculinum concipit fœmininum, & sic istud statutum nihil obstat. Præterea statutum dicit *in successionibus* † quæ vox est verbalis, & potest accipi actiuè, & passiuè, vt per Bartol. in l. filius famil. ff. de testament. † vnde in dubio debet accipi actiuè, & sic quando fœmina vult succedere, non autem passiuè, quando tractatur de succedendo ipsi fœminæ, vt est casus noster. Et hoc quia † verba debent intelligi in potentiore significatu. l. ij. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vect. big. & inter hos casus est magna differentia, cum

ei, in tractatur de succedendo ipsi sorori, militat ratio statuti tauentis agnatis, & admittentis fratrem, sed quando agitur, vt ipsa soror succedat, aliud est, & ideò tali in casu non fieret hæc interpretatio, & secundum hunc vltimum casum procedit, quod latè consuluit Alexand. consilio xlv. in vij. lib. Non obstat quod iste sit frater ex parte patris tantum, soror autem superstes sit vtrunque coniuncta, quia cùm non agatur de successione bonorum prouenientium à communi matre istud non habetur in consideratione, vt apparet ex alio statuto præcedente, quod incipit si aliquis per quod corrigitur authen. itaque. C. comm. de succ. & reducimur ad ius antiquum, de quo in l. j. C. de leg. hæredibus.

CONSIL. CXCIX. SVMMÆ.

1 *Qui vocantur ex fideicommisso, censentur vocati ex dispositione testatoris, vnde solet dici, quod fideicommissarius succedit ipsi testatori.*

2 *Fideicommissa regulariter secundum voluntatem primi testatoris, non autem secundum voluntatem hæredis grauati.*

3 *Dispositio quatenus respicit grauatos est odiosa, & strictè intelligenda.*

4 *Dictio, eorum, est relatiua.*

5 *Natura relationis est, vt referat cum qualitatibus suis.*

6 *Verba (ad quos de iure pertineat) referuntur ad successionem ab intestato tantum.*

7 *Relatio in dubio, refertur ad omnes casus supradictos.*

8 *In fideicommissis mens testatoris in primis spectanda est.*

9 *Illa interpretatio de mente testatoris esse præsumitur, per quam nihil absurdum, vel impossibile inducitur.*

10 *Longissimus terminus humanæ vitæ est centum annorum.*

CONTINGIT in præsenti quæstione dubitari, nunquid inducatur generaliter fideicommissum ex infrascripta clausula, inserta in testamento domin. Ambrosij Scacabarozij. *Item iubeo, statuo, &c. quòd post mortem dictorum hæredum meorum, & cuiuslibet eorum alij nepotes mei masculi legitimi, ad quos de iure pertineret, succedant illi, seu illis taliter decedentibus, sine detractione, vt suprà in bonis meis, & sic disponatur de eorum descendentibus legitimis masculis vsque in infinitum.* Et stantibus his verbis, videtur prima fronte non
1 subesse fideicommissum, quia † qui vocantur ex fideicommisso, censentur vocati ex dispositione testatoris, vnde solet dici, quod fideicommissarius succedit ipsi testatori. l. cohæredi. §. cum filiæ. versi. nec fideicommisso. ff. de vulg. & pup. sed in casu nostro testator neminẽ vocauit, sed grauauit eos, qui à iure vocati erant, vnde si aliquis ex nepotibus suis testamentum fecisset, ille qui ex testamento institutus esset, potuisset succedere tanquam bona ad eum iure peruenissent, quod est cõtra na-
2 turam fideicommissorum, quia † regulantur secũdum voluntatem primi testatoris, non autem secundum voluntatem hæredis grauati, facit quod not. Bartol. in l. pater. §. mater. in vltimis verbis. ff. de leg. iij. Præterea do. Antonius qui prętendit ad se pertinere hæc bona iure fideicommissi est nepos seu ablatius Luchini nominati in dicto testamento, vnde aut vult succedere vigore priorum verborum fideicommissi, & non potest, quia ex illis vocantur alij nepotes ipsius d. Ambrosij, & sic fratres, vel alij patrueles dicti Luchini, & fideicommissum iniunctum nepotibus, non trahitur ad alios subsequentes, vt est gloss. in §. nos igitur. in auth. de restit. fideicom. per Bartol. & doct. in l. filiusfamil. §. diui. in x. quæst. ff. de leg. j. aut vult succedere, vigore vltimorum verborum, quibus mandatur idem disponi de eorum descendentibus legitimis in infinitum, & videtur quod etiam non possit, quia hæc clausula potest intelligi respectu nepotum supra nominatorum, vt aliquo nepotum decedente succedant alij, vel eorum descendentes in infinitum, & sic fideicommissum sit iniunctum simpliciter nepotibus, & illi solum sint grauati, licet ad eorum hæreditatem etiam alij descendẽtes in infinitum vocentur. Et iste intellectus suaderur duabus rationibus. Prima quia ista † dispositio quatenus respicit grauatos est odiosa, & strictè intelligenda, vt per Bartol. in l. cum auus. in fin. ff. de cond. & dem. merito censebuntur grauati, nisi nepotes, quatenus verò respicit eos, qui succedere debent est fauorabilis, meritò censebuntur vocati usque in infinitum, argumen. gl. in l. ij. C. de in ius vocand. cum ibi not. maximè per moder. Secunda ratio est, quia cùm vocati sint alij nepotes subditur, *Quod sic disponatur de eorum descendentibus in infinitum.* nam † dictio, *eorum*, est 4
relatiua quæ refertur ad eos qui vocati sunt, non autem ad eos, qui sunt grauati, meritò etiam cum fit mentio *de descendentibus*, intelligitur honoratis, non autem quod sint grauati: quia † natura eius 5
relationis est, vt referat cum qualitatibus suis. l. fi. ff. ad Trebell. facit l. à filio. §. pater. ff. de ali. & cib. leg. Sed tamen his non obstantibus, arbitror veriorem sententiam esse, quod fideicommissum adhuc durer per supradictam clausulam, & dico mentem testatoris fuisse, vt nepotes sui, eorumq; descendentes, in bonis suis eo ordine succederent, quo ab intestato successuri fuissent: quia † illa 6
verba. *Ad quos de iure pertineat*. referuntur ad successionem ab intestato tantum, vt est text. in l. iij. §. de illo. ff. pro socio. & consuluit Alexan. consilio lvj. viso processu. in ij. sequitur Ias. in l. vnica. C. quando non peten. partes per Dyn. & Alber. de Rosa. in l. lege obuenire. ff. de verb. sign. vbi respõdetur ad illum textum, qui videtur contrariari, voluit igitur testator eo ordine deferri fideicommissum, quo ab intestato illi successissent, & ista interpretatio in dubio semper solet accipi, vt dicit Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. quantò magis accipienda est in casu nostro, in quo sunt clara verba testatoris ad tale ius se referentis, & intelligitur de ordine, qui in successionibus ab intestato ex statuto nostro Mediolanẽsi inductus est, prout in statuto loquit Bar. in d. §. cum ita. & istis verbis in simili idem cõcludit Bal. in l. maximũ. versi. vlteriùs quærit. C. de liber. præter. Petr. de Anch. in reper. c. canonũ. post mediũ. versi. sed occurrit. iuxta prædictã quæstio. extra, de constit. & de simili fideic. quo vocãtur secundũ ordinẽ quo ab intesta. esset deferenda successio multa tradunt per Dec. consi. lxxix. in j. dubio. & cõsi. clxxxvj. His sic
7 præsuppositis, dico fideic. ex vltimis verbis cõtineri nã cum ex nepotib. suis alios grauauerit fideicõmisso, alios ad illud vocauerit, illa verba, *Et sic disponatur de eorum descendentibus.* debent generaliter referri ad supradicta, & sic tam ad grauamen, quã ad honorẽ: quia † relatio in dubio refertur ad omnes 7
casus supradictos. l. talis scriptura. in fin. ff. de leg. j. l. j. in fi. C. lib. præter. l. si idem cũ eodem. §. fin. ff. de iur. om. iud. cap. ij. requiris. extra, de app. Facit quia † in fideicommissis mens testatoris in pri- 8
mis

9 nis ſpectanda eſt l. cum virum C. de fideic. & † il- A † ſumma pecuniarum, & bonorum mobilium,
la interpretatio de eius mente eſſe præſumitur, quæ erant penes teſtatricem tempore mortis im-
per quam nihil abſurdum, vel impoſsibile indu- puretur in hæreditate, vt augeat legitimam iſtius
citur. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de verbo. oblig. l. filiæ? & non eſt dubium imputari, cum & ipſa
nam abſurdum. ff. de oper. lib. leg. ſi quando. ff. de ſint bona teſtatricis. Et licet hæres dicat fuiſſe ſi-
leg. j. ſed ſi intelligeremus, quod ſoli nepotes eſ- bi donata viuente teſtatrice: tamen iſtud nihil
ſent grauati, & deſcẽdentes honorati, ſequeretur eſt, niſi probetur talis † donatio, quæ alias non 5
abſurdum & impoſsibile, quia cùm vocet deſcen- præſumitur. leg. cum de indebito. de probat. præ-
dentes in infinitum, præſupponeretur, quod de- ſertim à muliere, quod genus non ſolet donare.
10 beront nepotes grauari viuere vſq; ad deſcenden- B Et † paria ſunt non fuiſſe factum, vel non poſſe 6
tes in infinitum, quod eſt impoſsibile, † cũ lõgiſsi- probari. leg. duo ſunt. de teſtam. tut. Archid. xxx.
mus terminus humanus humanæ vitæ ſint centũ quæſt. v. cano. indicantem. imò etiam ſi probetur
anni. l. fi. C. de ſacroſ. eccl. & deſcendentis nomen non noceret filius in legitima, dum tamen eſſet
vltra talem terminum extẽdatur. c. nouit. vbi not. † immenſa, ſecundùm authent. vnde ſi parens. C. 7
per mode. extra, de iudic. Et ex iſtis rationib. facilè inoff. teſtam. vbi Pau. Caſt. & alij & iſta ſunt leuia,
colluntur obiecta, quæ in cõtrarium adducta ſunt. & nullius dubitationis attingamus: ergo ea, quæ
Et hæc omnia ſaluo ſemper ſuniore iudicio. ſunt magis controuerſi iuris. Secundo ergo quæ-
ritur, an partes monialium quæ renuntiatæ ſunt
teſtatrici, augeãt hanc legitimã, & † ſi renuntiatio 8
facta eſt ſolenniter, hoc eſt, cum iuramento, non
eſt dubium quin valeat. c. ij. de pact. in vj. & ſi re-
nuntiarunt ipſi duntaxat, augebitur hæreditas, &
conſequenter etiam legitima filiarum. Sed quid ſi
renuntiatio ſit facta matri ſtipulanti, nomine hæ-
redis vniuerſalis ſui, an nihilominùs proderit etiã
iſtis, quæ particulariter ſunt inſtitutæ: & puto ad-
huc prodeſſe, per ea, quæ habentur in l. ſi actionẽ.
vbi dixi. C. de pact. quia iſtud ius eſt in hæredita-
te matris, ergo de eo quoq; accipienda erit legiti-
ma, de quo tamen vlterius non ſcribo: quia hoc
dubium propoſitum non eſt. Sed nunquid iſtæ 9
moniales, quæ excluſæ ſunt à ſucceſsione matri,
augeant partem aliarum, vt legitima ſit dimidia,
an verò habeantur pro mortuis, vt legitima ſit
duntaxat triens? & diſtinguendi ſunt tres caſus.
Primus † quando iſtæ moniales eſſent excluſæ, 10
quia ingreſſę eſſent religionem prorſus incapacẽ,
vt S. Franciſci & tunc habentur pro mortuis, nec
augent legitimam aliorum, ſecundum doct. com-
muniter in l. planè. §. ſi duobus. de leg. j. Secundus
E eſt caſus, † quãdo ingreſſę eſſent religionẽ capacẽ, 11
ſaltem in communi, & tunc cùm non habeantur
pro mortuis, ſed hæreditatem acquirant monaſte-
rio, non eſt dubium locum eſſe diſpoſitioni, au-
thent. nouiſſ. vt legitima ſit dimidia. Tertius eſt
caſus magis dubitabilis, † quando filia eſſet ex- 12
cluſa renuntiatione cum iuramento, in quo ta-
men caſu, quia filia non habetur pro mortua, vi-
detur quod licet ipſa non ſuccedat, faciat tamen
F partem ad vtilitatem aliorum, vt legitima ſit ſe-
mis. ſecundum Bald. in d. l. planè. §. ſi duobus.
quem Aret. ibi ſequitur, & videtur magis commu-
nis opinio. Tertiò principaliter quæritur, an do-
min. Ioanna poſsit † petere fructus, & intereſſe 13
ſuæ legitimæ, à tempore mortis matris ſuæ. Et
videretur quod non poſsit, cùm enim relicta ſint
illi florenorum quinq; millia, non videtur quod
† hæres ſit in mora, niſi poſt interpretationem. 14
leg. ſi pœnam. ff. de pen. leg. l. ſi ex legati. de verb.
bor. obligation. ergo † ſi non eſt in mora, non te- 15
G netur ad fructus, nec ad intereſſe. leg. in fideicom-
miſsi. de vſur. Angel. conſilio cj. circa med. Con-
trarium ſentit Cornæus in allegat. conſi. cclxv. in
primo, quia ſecundum eum legitima filio non po-
teſt aſsignari in ſola pecunia, ſed poteſt filius eam
accipere in bonis, ſeu in ſubſtantia paterna, & i-
deo vendicabit fundum cum fructibus. Idem e-
tiam ſentiunt doct. in l. non amplius. §. fin. de
leg. j. vbi laſ. poſt alios, & iſte articulus eſt val de
dubius propter auctoritates doctorũ. Ego tamen ſo

CONSIL. CC. SVMMÆ.

1 *Teſtamentum cum onere ſuo acceptandum.*
2 *Legitimam reiecto teſtato peti poſſe.*
3 *Habenti ſex filios, legitima eſt dimidia hæreditatis.*
4 *Legitimam pecuniæ, & mobilia hæreditaria augent.*
5 *Donatio non præſumitur.*
6 *Paria ſunt non fuiſſe factum, vel non poſſe probari.*
7 *Donationem immenſam legitimæ non præiudicare.*
8 *Renuntiatio facta ſolenniter, cum iuramento valet.*
9 *Moniales excluſæ, an aliarũ legitimam augeant, diſting.*
10 *Moniales ingreſſæ religionem, prorſus incapacem, habẽtur pro mortuis, nec augent legitimam aliorum.*
11 *Quando moniales ingreſſæ ſunt religionem capacem, ſaltem in communi, tunc non habeantur pro mortuis, ſed hæreditatẽ acquirant monaſterio, & tunc legitimo inter ſex filios eſt dimidia.*
12 *Filia, quãdo eſt excluſa renũtiatione cũ iuramento, nõ habetur pro mortua, & licet nõ ſuccedat, facit tamẽ partem ad vtilitatem aliorum, vt legitima ſit ſemis.*
13 *Legitimæ in pecunia relictæ, fructus & intereſſe peti poſſe.*
14 *Hæres nõ cõſtituitur in mora, niſi poſt interpellationem.*
15 *Qui nõ eſt in mora, non tenetur ad fructus, nec ad intereſſe.*
16 *Pater poteſt filio aſsignare legitimam, ſuper re particulari.*
17 *Licet legitima aſsignãda ſit ſuper fundo, augmentum tamen poſt mortem cõtingens, nõ traberetur ad legitimam.*

QVAE mihi in facto præſupponũtur viſis, breuiter reſoluam difficultates omiſſa argumentorum longa diſputatione. Et in primis ſciendũ eſt, quod magnifica do. Ioanna, ſi vult venire ex teſtamento dom. Annæ matris ſuæ, 1
tenetur † illud acceptare, prout iacet, & ſubiacere oneri de quo in codicillis, niſi quatenus propter eius oneris adiectionem, haberet minus ſua legitima, tunc enim cenſeretur ipſo iure onus illud ſublatum, ſecundum l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. ſi verò non vult † acquiescere teſtamento, ſeu illi relicto, & petere legitimam 2
ſuam in bonis relictis per teſtatricem, videtur etiam quod poſsit, ſecundum Corn. conſil. cclxv. in ij. dubio. in primo de cuius dicti veritate infrà videbimus. Examinabimus itaque in primis † quã- 3
ta ſit hæc legitima, & quomodo accipienda ſit. Et ſciendum eſt, cum d. Anna teſtatrix haberet ſex filias, legitimam omnium cenſeri eſſe dimidiam hereditatis ipſius, ſeu omnium bonorum ipſius teſtatricis. authent. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam. & conſequenter ipſa do. Ioanna iure legitimæ habere debebit dimidium eius quod percepiſſet mater ab inteſtato defuncta, Sed hic primo quæritur: an

BIU Cujas

16 leo ſequi aliam partem : quia † pater poteſt filio aſsignare legitimã ſuper re particulari. §. cęterùm. in auth. vt cum de app. co. ergo etiam in pecunia, prout etiam tenuit vbique glo. veluti in l. tertia, §. ſed vtrum. de minor. l. ſi quis priore. ad ſenatuſc. Trebel. dicta leg. non amplius. §. fina. & ſequitur Oldr. Alberic. Bald. & alij relati per Fabianum in x. quæſtion. princip. in dicta authent. nouiſsima,
17 † & dato quod eſſet aſsignanda in fundis, augmẽtum tamen poſt mortem contingens, non trahere tur ad legitimam, vt conſuluit Franc. Cur. Sen. in conſil. ſuo vlt. & Fab. in d. auth. quæſt. viij. principa. & conſuluit Angel. dicto conſilio cj. & aliàs di xi in l. bonorum. ij. ff. de verb. ſignifi. & ex ſuprà ſcriptis videntur euacuatæ omnes difficultates mihi propoſitæ, quas propter maximas occupationes meas, non potuit ad partes diſputare, ſed tamen ſentio ità de iure reſpondendum eſſe. Et hæc omnia, ſaluo tamen ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CCI. SVMMÆ.

1 *Hæc verba, ſi deceſſerit ſine filijs, ex proprietate ſermonis intelliguntur de maſculis, quia fœminum nõ comprę henditur ſub dictione maſculina, niſi per interpretatio nem, quæ ſumitur ex præſumpta mente teſtatoris, quæ præſumptio contrarijs coniecturis cedit.*
2 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
3 *Interpretatio fieri debet conformis ſtatuto.*
4 *Cauſa inteſtati, declarat cauſam teſtamenti, quod ſæpiſsimè contingit, maximè cùm proprietas verborum patitur.*
5 *Maſculinum concipit fœmininum falli.*

2 HAEC † verba conditionis, *Si deceſſerit ſine filijs*, ex proprietate ſermonis intelliguntur de maſculis, quia fœminum nõ comprẽhenditur ſub dictione *maſculina*, niſi per interpretationem, quæ ſumitur ex prẽſumpta mente teſtatoris, quæ præſumptio contrarijs coniecturis cedit, iuxta leg. cùm de indebito. ff. de probat. l. diuus. vbi Bal. ff. de in integrum reſtitut. & ideo doctores varijs in locis cumulant multas coniecturas, per quas dictio illa intelligitur, duntaxat de maſculis, facileque ſumitur huiuſmodi præſumptio: quia concordat cum proprietate ſermonis : hoc maximè dicendum, quando plures
2 coniecturæ concurrerent quia tunc † quæ nõ pro ſunt ſingula, multa iuuant: & tunc neptis excludetur ab amita, ſecundum Socinum in l. cum auus. verſus finem. ff. de condition. & demonſtra. Ludou. Gozadin. conſil. lxxxviij. In caſu autem noſtro concurrunt multæ coniecturæ. Prima quia poſt amitam vocata eſt cauſa pia, quo caſu præſumimus, quod noluerit cauſam piam poſtponi nepti fœminæ, ſecundùm Iaſonem conſ. cxl. in ij. Curt. Iunior conſi. xxxv. ergo nec filiæ, quæ eſt prælata cauſæ piæ, & iſtud etiam tenuit Pau. Caſt. conſilio cclvij. in antiquis. Secunda eſt, quia filia eſt ſubſtituta, quæ eſt potior teſtatoris in gradu quam neptis, ſecundum Iaſonem & Curtium, in præallegatis conſilijs, & dicit Cornæ. conſilio cxx. ſecundo, quod quando adeſt filia, vel filius excluditur neptis, ſi adſint aliquæ coniecturę. Tertia eſt propter ſtatutum Mediolani ſecundum quod filia excluſa à maſculo, iterum admittitur eo decedente, cùm familia ab inteſtato, † debet enim
3 fieri interpretatio conformis ſtatuto, ſecundum doctrinam Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. Ad ſenatuſc. Trebel. vbi Ripa numero 76. & ſequent. & iſta coniectura eſt ſatis efficax, maximè ſi aliæ quoque quamuis leues & per ſe inſufficientes adſint: tunc enim excludetur neptis, ſecundum Pariſium conſilio lxxix. in ſecundo. xxxv. in tertio. Cro. in repet. §. diui numero 163. Rubeum conſil. xxj. in fine. & lxij. & ſequen. Gorzadin. dicto conſilio lxxxviij. Calcan. conſilio xlviij. Iaſ. xl. cum duobus ſequent. in ſecundo. Deci. varijs conſi. xv. cccclxx. cccclxxx. ccccxcv. ccccccxiiij. ccccccxv. cccccclxvij. ccccccIxviij. Cur. Sen. conſ. lxiij. & lxxv. Cor. conſi. cxx. & cxxiiij. in ij. & clxij. cclxxiij. cclxxvij. in iiij. Soc. conſi. vj. in iij. & lj. & lxxiiij. in quart. & inter conſilia Franciſc. de Curt. conſilio xl. & ita pro filia contra neptem concludit dominus Vbertinus Zucardus in repet. l. fin. C. de edicto diui Adriani tollend. Cùm igitur teſtator verba conditionis contulerit in caſum non exiſtentium filiorum, ex Bernardino, intelligemus ea ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, vt ſi adſit maſculus excludat Franciſcinam, ſi fœmina non excludat: quia tunc reducentur ad æqualitatem ſecundum ſtatutum: cùm enim Iſabella teneatur reſtituere fideicommiſſum, deducet dimidiam pro legitimâ, & Trebellianica patris ſui, iuxta capitu. Raynaldus. cum ibi not. extra, de teſtament. & aliam dimidiam reſtituet, & ſic † cauſa inteſtati, de 4
clarabit cauſam teſtamenti, quo ſæpiſsimè contingit. maximè cum proprietas verborum patitur, ſecundum Bartol. in dicta l. hæredes mei. §. cùm ita, & quæ ibi habentur per doct. maximè Ripam. Nec obſtat quod in caſu noſtro filia excluſa ipſamet ſubſtituta fuit : vnde cùm fuerit excluſa non debemus capere interpretationem in eius fauorem, vt maſculinum non concipiat fœmininum. Reſpondeo, quod hoc nihil refert, quod fuerit excluſa exiſtente maſculo: quia doctores in hoc non faciunt vim dum concludunt. ibi caſu filiam præferri nepti, vt per Cur. Iun. d. conſi. xxxv. Iaſ. d. cõſil. cxl. Cor. d. conſi. cxx. & ſuadet hoc ratio, licet enim fuerit excluſa contemplatione maſculi, ipſo maſculo exiſtente, cum eo mortuo relicta ſola fœmina, ceſſat ratio excluſionis: vnde debet rurſus admitti, ſecundum ſtatutum noſtrum, ſi contingat, & per Bartol. l. ij. §. videndum. ff. ad ſenatuſc. Tertyl. & conſi. Deci. ccclxx. non loquitur, quando extaret ſtatutum rurſus admittens filiam excluſam, prout in caſu noſtro. Nec obſtat, quod ex forma ſtatuti noſtri, † maſculinum concipit fœmi- 5
ninum, &c. Reſpondeo quod non in vltimis voluntatibus, quando induceretur inæqualitas aduerſus diſpoſitionem dicti ſtatuti ſi contingat, quod licet loquatur in filia excluſa ab inteſtato, tamen inducit præſumptionem, vt ſecundum cauſam inteſtati, intelligantur verba teſtamenti, vt dixi. Et ita mihi videretur de iure dicendum, ſalua pleniore deliberatione cum bibliothecam meam habuero. Et multa poſſent dici quæ iam per alios dominos aduocatos ſunt ſcripta, nec indigent additione. Saluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSILII CCII. SVMMÆ.

1 *Prohibitio filij non trahitur ad Nepotem.*
2 *Prohibitio facta per præceptum nudum, non valet.*
3 *Clauſula quæ volebat bona peruenire ad ſuos deſcendentes, fideicommiſſum inducit.*
4 *Nepotes deſcendentium appellatione continentur.*
5 *Ratio generalis ampliat dictum.*
6 *Sola mens teſtatoris in fideicommiſsis attenditur.*

Prohi-

BIU Cujas

Prohibitio facta ad tempus, extenditur etiam vltra tempus, in casu consi.

Ratio, cur præceptum nudum non valet, est, quia censetur testator illud fecisse in merum fauorem ipsius prohibiti, cui fauori potest renuntiari.

Non est recedendum ab eo, quod ex consuetudine iudicum iam receptum est.

Fideicommissarius habet præsumptam ignorantiam fideicommissi, contenti in instrumento.

PROPTER difficilem coniecturam mentis testatoris, vertitur in præsenti casu non modica difficultas. Et videretur prima fronte dicendum non subesse aliquod fideicommissum. Primò, quia prohibitio alienationis solum fuit adiecta Ioann. Henrico filio: vnde non debet inducere fideicommissum respectu nepotum: quia † prohibitio filij non trahitur ad nepotem, vt dicit Bartol. in l. filius f. §. diui. in ix. q. ff. de lega. j. cũ quo ibi transeũt doct. cũ cõcor. per Alex. cõs. lvj. Aldrouãdus lib. v. Secundò, quia ista † prohibitio videtur esse facta per præceptum nudum, & ideo non valuisset. d. §. diui. vnde testator subijciendo rationem, *Quia volebat bona peruenire in suos descedentes.* videtur eam clausulam adiecisse ad corroborationem præcepti, non autem causa inducendi fideicommissum & ita in simili decidit Socin. concordando opin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligatio. & inter consilia Franc. de Curt. cõsilio xl. Tertiò, quia etiam si prohibitio de se tenuisset, tamen adhuc per talẽ clausulam non videtur inducẽdum fideicommissum. ex quo potest intelligi & limitari, respectu filij de quo testator locutus est, non autem extendi ad nepotes. arg. l. pero. §. fratre. ff. de legat. ij. per rationes & iura, de quibus per Soci. ccxxvij. prẽsens cõsultatio. & Deci. consilio ccxviij. Sed tamen his nõ obstantibus, ego magis inclino in aliã sententiam, quod imo per dictam † adiectionem inducatur fideicommissum, & consequenter in casu nostro vocentur pronepotes, nec enim dubium est, quin hi † appellatione *descendentium* contineantur, vt habetur in cap. nouit. per mod. extra, de iudic. Et totum fundamentum consistit in ratione † addita per testatorem, quæ est generalis, & habet ampliare dictum, iuxta nota. in leg. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. secun. & ex dicta adiectione, constat de † mente testatoris, quæ sola in fideicommissis attenditur. leg. cum virum. C. de fideicomm. vnde videmus quod † prohibitio facta ad tempus, cum dicta clausula extenditur etiam vltra tempus, vt per Bartol. in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. tertio. Paul. Castren. consilio ccxxxij. visis & consideratis. versic. circa primum Ioann. de Anan. consilio xlvij. illud præsupponitur. Idẽ dicimus etiam in fideicommisso iniuncto filijs, cum adiectione talis rationis: extenditur enim etiam ad cæteros descendentes. & de hoc vidi consilia Francisc. de Curte non impressa, & etiam aliorum præstantium doctorum: ergo idem dicendum in ista prohibitione alienationis, & idem etiam in terminis tenet Ioann. de Monteferrano in repetit. d. §. diui. in ix. quæst. Bartol. & hæc opinio videtur mihi canonizata apud iudicantes, qui non solent recedere à voluntate testatoris. Non obstant allegata in contrarium, & primo quod prohibitio iniuncta filijs non trahitur ad nepotes: quia respondeo, in nostro casu trahi propter rationem adiecti, quæ est generalis ad omnes descendentes, per supradicta. Non obstat, quòd talis ratio videtur adiecta ad confirmationem præcepti prohibitiui, quod aliàs non valuisset, quia respondeo, quod argumentum militaret si esset verum, quod non valuisset tanquam nudum, sed hoc est falsum, quia imo valebat absque dicta ratione: † ratio enim cur præceptum nudum non valeat, secundùm d. §. diui. est, quia censetur testator illud fecisse in merum fauorem ipsius prohibiti, cui fauori potest renuntiari. leg. si quis in conscribendo. C. de pac. & istam rationem assignant ibi omnes doct. sed in casu nostro cessat hæc ratio, quia testator in casum alienationis aliter prouidit annullando in contrarium gesta, & consulendo filio suo in casu necessitatis, vt ibi apparet, meritò ergo ista ratio tanquam accidens præcepto valido, debet inducere fideicommissum, secundum not. per Aretin. & Socin. in d. §. cohæredes, & in d. consil. xl. Non obstant not. per Socin. in dicto consilio ccxxvij. & Deci. consilio ccxviij. quia quicquid ipsi dicant, & attestentur aduersus ea, quæ aliàs consuluerunt, contraria opin. est verior, & contra consilium illud Decij, fuit superioribus annis in frequenti senatu pronuntiatum, † vnde non est recedendum ab eo, quod ex cõsuetudine iudicum iam receptum est. leg. minimè. ff. de leg. & si opus esset ego particulariter responderem eorum rationibus. Non obstat asserta diuisio facta vigore cuiusdam mandati, quia non hoc per cẽsetur renuntiatũ fuisse fideicommisso contento in instrumento, cuius præsumptam ignorantiam † fideicommissarius habet, iuxta text. in leg. de his. ff. de transact. cum latè not. in leg. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verborum obligation. nec in hæc est aliqua difficultas, & cum ista sit filia habet præsumptam ignorantiam testamenti proauri sui in quo continetur fideicommissum, iuxta doctrinam Bartol. in leg. eius qui. ff. si certum petat. & in dicto §. duo fratres.

CONSIL. CCIII. SVMMÆ.

Testator potest dare licentiam hæredi gravato alienandi, quo casu fideicommissum non tenet, nisi in eo, quod in hæreditate supereſt.

Quando creditor succedit debitori, actiones consolidantur.

Verbum disponere est generale, & comprehendit quamlibet conuentionem, etiam inter viuos factam.

Argumentum à contrario sensu in vltimis voluntatibus, & fideicommissis fortissimum est.

Fideicommissum ad ipsius testatoris bona restringi.

Probationes debent concludere.

Non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse.

Quilibet præsumitur ditari, & acquirere.

Res inter alios acta, vel iudicata, alijs obesse non debet.

EST tam eleganter & copiosè cõsultum in hac causa per spectabilẽ dominum Bernabam de Pureo iurecõsultum præstantissimum, circa verba testamenti, an ex eis inducatur fideicommissum, vt mihi superfluum videatur quicquã ampliùs super illo dubio scribere, & rei perfectæ quicquam velle adijcere. Omisso itaque illo dubio, alium articulum attingam, vnde manifestè apparebit reuerendissimas sanctimoniales fouere bonam causam. Præmitto itaque, quod in testamento domini Antonij Duizani Senioris adest clausula: *Quod nõ obstantibus substitutionibus factis*

Andreæ,

BIU Cujas

Andreæ, & Bartholomæo, & liberis, poſſint ipſi teſtari, & diſponere, dum tamen non diſponant de eis bonis extra eos, quã diu aliquis ex eis extiterit. Præſupponitur etiam, quòd dominus Raphael vltimus ex liberis maſculis dicti teſtatoris, fecerit cerram tranſactionem cum monialibus, in qua accepta certa pecunia, ſeu certis bonis, eas à cæteris liberauerit. Quibus ſtantibus, dico non poſſe moniales ampliùs moleſtari: quia licet teſtator fecerit tres gradus fideicommiſsi. Primo ſuorum deſcendentium maſculorum. Secundo Petri Dulzani, & liberorum. Tertio filij Ioannis & liberorum: tamen hoc plus conceſsit liberis ſuis, quàm alijs extraneis, vt poſſent teſtari, & diſponere non obſtante fideicommiſſo, quod cum à Raphaele factum ſit, fruſtrà diſputant iſti in tertio gradu vocati, poteſt enim † teſtator dare licentiam hæredi grauato alienandi, quo caſu fideicommiſſum non tenet, niſi in eo quod in hæreditate ſupereſt. leg. Titius. ff. ad ſenatuſc. Trebell. auth. contra cum rogatus. C. ad ſenatuſc. Trebell. ſupereſt autem hæreditas ipſius Raphaelis, cui ipſi agentes prætendunt ſi hæredes: † vnde conſolidatæ ſunt actiones: quia creditor ſucceſsit debitori, iuxta leg. debitor. ff. ad ſenatuſc. Trebel. & leg. debitori. C. de pact. & ſicut videmus, quod in inſtrumentis per illam clauſulam licentiæ alienandi, quæ in diuiſionibus fieri ſolet, cenſetur ſequuta alienatione remiſſum fideicommiſſum, ſecundum notata per Bartol. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. quæſt. viij. ff. de verborum obligation. Ita & multofortius, quando ipſemet teſtator dedit eam licentiam, prout in caſu noſtro. Quod oſtenditur primo ex illis verbis: *Quod poſſint teſtari & diſponere*, quod quidem verbum, *Diſponere*, † eſt generale, & comprehendit quamlibet conuentionem, etiam inter viuos factam. cap. ij. cap. cum illis. de præbend. libro vj. leg. de creationibus, circa medium. C. de epiſcop. audien. leg. fin. C. de curat. furio. leg. cùm oportet. §. & ſi quid. C. de bon. quæ liber. Bartol. conſilio lxxvj. pater filio. Alexand. Claud. Modern. in rubricã. ff. ſolu. matri. maximè cùm aliàs eſſet ſuperfluum, ſi intelligeretur duntaxat de vltima voluntate, propter verbum, *Teſtari*, præcedens, quod ſolum ſufficiebat, argument. leg. ſi quando. ff. de legat. primo. Rurſus oſtenditur dum dicit: *Quòd non diſponat extra eos, quandiu alijs ex eis extiterit.* ergo ſi nullus extiterit prout tempore, quo Raphael tranſegit, qui ſolus extabat ex linea teſtatoris, potuit trãſigere, & diſponere extra eos. Nã ſi dicam⁹ hoc probari ex verbis directo ſenſu acceptis, res eſt clara: quia teſtator poſuit generalem regulam, quod dictæ ſubſtitutiones non obſtent diſpoſitioni filiorum, inter ſe quatenus extent: ergo ſi non extent, ſtabit regula, vt ſubſtitutiones non obſtent. Quod ſi contendere velimus iſtud, accipi per † argumentum à contrario ſenſu, adhuc idem eſt: quia tale argumentum etiam in vltimis voluntatibus, & fideicommiſsis eſt fortiſsimum. l. aliquando. ff. de condi. & demonſt. leg. ſi quis libertatem. §. fina. ff. de ſtatuliber. tradunt omnes in leg. j. ff. de offic. eius cui. & facit textus in leg. pater. §. quindecim. de leg. tertio. vbi prohibitio ne liberti alij vendant inducit permiſsionem, vt ſibi mutuo vendere poſsint. cùm ergo Raphael conuenerit cum monialibus, & recepta certa quantitate, ſeu prædijs loco quantitatis concordauerit, vt ipſi reliquum retinerent, iuxta leg. ſi profundo. C. de tranſact. apparet extinctum eſſe fideicommiſſum, ſi quod fuit. Et puto quod iſtud nullam habeat difficultatem. Secundò principaliter non duxi omittendum, quòd iſti actores venientes intra fideicommiſsi, tenentur probare, quod in bonis reliquerit teſtator: quia † fideicommiſſum ad ipſius teſtatoris bona reſtringitur. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupil. ibi, nec fideicommiſſo propriæ facultates filij tenebuntur. facit leg. ſequens quęſtio. ff. de legat. ſecundo. leg. iij. §. vxor. ff. de dote præleg. Paulus Caſtrenſ. conſilio clxij. viſa narratione. Alexand. conſilio xx. ponderatis. in tertio. cum ſimilibus. Non videtur autem probari ex inſtrumento diuiſionis veteris, inter Andream, & Bartholomæum eius nepotem: quia licet in eo ſit clauſula, quod per illas diuiſiones non præiudicetur teſtamento domini Ioann. Antonij: non tamen ſequitur, quod omnia illa bona fuiſſent Antonij, ex quo potuerunt pro magna parte fuiſſe acquiſita communiter ab ipſis diuidentibus, & † probationes debent eſſe concludentes. cap. in præſentia. extra, de probation. & † non probat hoc eſſe, & c. leg. non hoc. C. vnde legit. & quod ibi per doctores, maximè cum dictæ diuiſiones ſint factæ poſt viginti annos à die conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris, in quo temporis ſpatio eſt veriſimile, eos multa acquiſiuiſſe: quia † quilibet præſumitur dinari, & acquirere. leg. ſi defunctus. C. arb. tut. Bartol. leg. ex diuerſo. §. fin. ff. ſolut. matri. Rurſus non videtur probari per ſententiam arbitramentalem inter monaſterium ſancti Sixti, & dominum Nicolaum Dulzanum, in qua ſimpliciter dicitur, *Quòd poſſint Dulzani repetere à quocunque alio vigore fideicommiſſi, cui derogare nõ intendunt, &c.* quia per ſimilia verba non probatur quibus bonis fuerit fideicommiſſum, an ſuper omnibus, an ſuper parte. Nec etiam probatur per aliqua clauſulas poſitas in homologatione, quæ bona ſint ſubiecta fideicommiſſo: ſed ſimpliciter, quod ſuberat fideicommiſſum, ſed hoc non ſuffecit, vt ſuprà dixi: nam ſi fideicommiſſum fuiſſet in vniuerſis bonis, poſſeſſis per Bartholomæum non potuiſſent monachi retinere bona illa pro 6250. prout fecerunt, & in omnem caſum iſta conuentio cum monachis ſanctis Sixti non debet nocere alijs: quia † res inter alios acta, vel iudicata alijs obeſſe non debet. leg. j. & ij. in princip. C. res inter alios act. & leg. Claudius Felix. ff. qui portior. in pignor. habeant. leg. quia non debet alij. ff. de iureiur. & cap. pen. de re iud. extra. Sed hæc accipiẽda ſunt iuxta ea quæ habẽtur in l. ij. C. de ed. vbi dixi poſt Bart. & alios. Et hæc omnia ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

CONSIL. CCIIII. SVMMAE.

1 *Conditione non eueniente, expirat ſubſtitutio.*

2 *Pœna locum non habet in facto legis.*

3 *Stat ſimul, quod teſtator noluerit aggrauare primo loco inſtitutum, & prædilectum, & tamen alios poſteriores minùs dilectos prægrauauerit.*

4 *Sola voluntas teſtatoris, vel donantis, quatenus verba illi non deſeruiant, dicitur eſſe inefficax.*

5 *Ad inducendum fideicommiſſum, non ſufficit ſola coniectura mentis teſtatoris.*

6 *Ceſſantibus verbis, nunquam dicimus ſubeſſe fideicommiſſum.*

7 *Fideicommiſſum eſt onus, & in dubio pronuntiamus non ſubeſſe.*

8 *Semper in dubio ſit interpretatio ne lucres, ſit grauatus.*

9 Ademptio

9 *Ademptio fideicommissis censetur fauorabilis, quia datio est odiosa.*

10 *In fideicommissis appellatione filiorum non veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum, censeatur etiam nepotibus impositum.*

SCRIPTVM est adeò subtiliter, & copiosè per magnificum do. Consultorem prestantissimum iurisconsultum, vt minimè opera mea necessaria videri possit, sed tamen requisitus de subscriptione existimaui operæpretium esse, vt eas rationes adducam, quæ potissimùm me trahãt in eius sententiam, vt existimem in præsenti casu nullum subesse fideicommissum. Duo enim principalia fuere huius testamenti capita. Primum est, quatenus instituitur Raphael si tempore mortis testatricis viuet, qui casus euenit, & dum subijcitur, *Si verò non viueret, quod instituit filios eius masculos, & deinde sub certis conditionibus Ant. Fran. Cosmam. &c.* quæ institutiones pendent ab illa conditione, *si verò viueret, &c.* quæ † conditio non euenit, & consequenter expirant dictæ substitutiones, vt est casus in l. si mater. §. j. de vulg. & pup. & in l. qui habebat. eod. tit. & in l. qui fundum. §. qui filios. in fi. ff. ad l. Falc. Alterũ est caput quatenus testatrix prohibet alienationem etiam necessariam ipsi Raphaeli, & filijs, & cæteris, & in casum cõtrauentionis vocat alios substitutos. Et etiam ex hoc capite nullũ ius possum prætẽdere isti fideicommissario: quia Raphael. decedẽdo cum filiabus fœminis, nõ dicitur cõtrafeciſſe, & admittuntur fœminæ ab intestato, nõ obstante hac prohibitione, vt est text. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de legat. secundo. secũdum communem intellectum. Et ratio est, quia non dicitur ipse alienasse, sed lex quæ ab intestato filias vocat, vt dicit tex. in auth. de restit. fideic. in fin. secũdum trãslationem nouam, ibi, sed ipsa quodammodo lege horum causa existente. & ista est cõmunis opinio, à qua in iudicando nõ est recedendum: quam tenet Cyn. Rayn. Bar. Pau. Cast. in d. §. cum inter. Alex. Iaſ. Ruin. & alij Mod. in l. filius fam. §. diui. de legat. j. Rom. consi. cccclvij. Ale. cõsi. lvj. i j. cõsi. xxiij. in ij. Bal. lxxxij. in ij. ff. post alios in l. si ita quis stipulatus. §. ea lege. de verbo. oblig. & ratio est, vt dixi, quia ipse grauatus non dicitur alienare, neq; cõtrafacere, ex quo lex ipsa defert ius successionis ab intestato ipsis fœminis. vnde nõ est locus fideicõmisso, quod dãtaxat procedit in pœnã contrafacientis, quæ † pœna nõ habet locũ in facto legis, prout probatur in d. §. res igitur. in auth. de restitut. fideic. & in simili tradit Bald. in auth. contra eum rogatus. C. ad Trebellian. Anton. de But. consi. xxxv. Aret. in l. Paxonius. §. j. ff. de acquir. hæred. Nec obstante coniecturæ volũtatis, quod voluerit testatrix prouidere familiæ masculorũ, quia procedit iuxta formam cõditionis, quando Raphael non fuisset superstes ipsi, & † stat simul, quod noluerit aggrauare Raphaelem primo loco institutũ, & prædilectũ, & tamẽ alios posteriores minus dilectos prægrauauerit, arg. l. Publius. §. fi. de condit. & demon. & licet ipse Raphael fuerit grauatus in casum alienationis, non sequitur, vt idem sit in casu nostro, in quo non dicitur quicquam contrafeciſſe. Et certè ipsæ cõiecturæ allegatæ sunt insufficientes, vt per eas deuoluatur ius fideicommissi: quia † sola voluntas testatoris, vel donantis, quatenus verba illi nõ deseruiant dicitur esse inefficax. l. quidam cũ filium. vbi Bal. & Imol. ff. de hæred. instit. & per Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dum respõdet ad l. nõ aliter. ff. de leg. iij. glo. in l. cũ mirũ. vbi Salic. in fin. C. de fideicomm. sed verba in casu nostro nõ onerant fideicommisso ipsum Raphaelẽ. ergo nõ possumus dicere subesse fideicommissum, prout in simili dicit Alex. in consi. cxxxix. lib. vj. & ideo Bald. in d. l. cum virum. dixit † ad inducendũ fideicommissum nõ sufficere solã coniecturam mentis testatoris, quem refert & sequitur Iaſ. in l. potest. ff. de vulg. subst. quia † cessantibus verbis, nunquam dicimus subesse fideicõmissum. l. Lucius. §. tres hæredes. verbo, an vnciam hæreditatis. ff. ad Trebel. vbi Dyn. Iacob. Alber. Et cũ † fideicõmissum sit onus. l. cohæredi. §. filiæ. de vulg. in dubio pronuntiamus nõ subesse, quia † semper in dubio fit interpretatio ne hæres sit grauatus. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. secundo. & † ademptio fideicommissi censetur fauorabilis, quia datio est odiosa. l. si fuerit. vbi Paulus Cast. & Soci. in v. not. ff. de reb. dub. Hinc est, quod † in fideicommissis appellatione filiorũ nõ veniunt nepotes, ne onus filijs iniunctum censeatur, etiam nepotibus impositum, secũdum Bald. cõsi. cccclvij. in iiij. Alexand. lvj. in v. Socin. ciiij. in princip. in tertio, Deci. cc. xviij. cum similibus. quod & in prohibitione alienationis est ab omnibus traditum, post glo. in dicto §. nunc igitur. & Bar. in dicto §. diui. cum concordant. Confirmatur hæc opinio per text. in d. §. cum inter. vbi testator dixerat, *Peto ne fundus de nomine familiæ meæ exeat*, quæ verba non possunt esse magis clara in fauorem familiæ, & sunt longè clariora quàm in casu nostro. & tamen ibi admittitur filius libertæ ab intestato, qui non erat de familia, quia verba illa restringũtur in casu quo grauatus contrafaceret, non autem quo lex deferret successionem, vt in casu nostro. Et fortissima etiam coniectura erat in casu Iustiniani. in dict. auth. de restit. fideicomm. quo testator prohibita alienatione suburbani subiecerat, *Quòd volebat illud per omnia, & perpetuò permanere in familia sua, nec vnquam egredi de nomine suo.* Et tamen Imperator ibi iudicauit vtranq; Mariam tam matrem, quàm sponsam, ab intestato admitti: quia illa ratio restringitur ad casum alienationis ab ipso grauato factæ, non quæ facto legis euenit. Et etiam in casu Alexand. dicto cõsi. cxxxix. erat longè efficacior coniectura voluntatis, & tamen Alexand. rectè respondit nõ subesse fideicommissum: quia testator ibi *instituit agnatos masculos remotiores excluſus fœminis proximioribus, & grauauerat institutos, si decederent sine masculis, quod bona remanerent in propinquiores de sua parentela, semper de gradu in gradum, donec adessent masculi*, consuluit Alex. quod si prima conditio, *si decederet sine masculis, &c.* nõ sint verificata euanuisse fideicommissum, prout nec in casu nostro est verificata, & coniecturas, quæ in casu suo erant aliquanto verisimiliores, quàm in nostro, non sufficere, vt agnati de familia possint admitti, & allegat Alexand. multa iura, & fundamenta quæ etiam in casu nostro militant, & non est opus repetere, cùm copiosè, & subtiliter, & ea, & multa alia sint adducta per clarissimũ Dominum Consultorem. Et ita ego sentio: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCV. SVMMÆ.

1 *Tractatus de vulgari substitutione, clarum est transmissionem fieri in proximiorem, in præiudicium substituti vulgariter.*

2 *Si tractamus de substitutione fideicommissaria, non est dubium, quin legitima & Trebellianica deducantur de fideicommisso.*

3 *Qui admittitur ex pupillari substitutione, non solum ad legitimam, & Trebellianicam vocatur, sed & ad cætera pupilli bona, quamuis non prouenerint à testatore.*

4 *Testamentum efficitur irritum, ob non additionem hæreditatis.*

5 *Existentia suitatis, confirmat tabulas pupillares, etiam nõ adita hæreditate Patris.*

6 *Non potest quis substituere pupillariter, nisi suo hæredi.*

7 *Datio tutorum vtilis est pupillo.*

8 *Speciale est vt existentia suitatis tabulas confirmet, quãdo alius frater substitutus est.*

9 *Leg. si filius, qui Patri declar.*

10 *Ius transmissionis, potentius est iure substitutionis.*

11 *Moriente pupillo, fit transmissio hæreditatis in proximiores agnatos pupilli, non autẽ in substitutũ pupillariter.*

DIFFICVLTAS huius controuersiæ in eo vertitur, an dominus Baptista possit ad successionem Cæsaris admitti vigore pupillaris substitutionis, si enim possit, excluditur domina Alexandra soror Cæsaris, & hæres ab intestato in legitima & Trebellianica, quæ aliàs non excluderetur, cum † siue tractemus de vulgari, clarum sit fieri transmissionem in proximiorẽ, in præiudicium substituti vulgariter, vt est tex. in l. vnica. §. cùm autem. C. de cadu. tollen. & per Bart. in l. j. in primo effectu. de vulga. † siue tra-
2 ctemus de fideicomissaria, non sit dubium, quin legitima & Trebellianica deducãtur de fideicommisso. cap. Raynutius. cap. Raynaldus. de testa. sola ergo difficultas est in pupillari: ex qua † qui ad
3 mittitur, non solum ad legitimam & Trebellianicam quoque vocatur, sed & ad cætera pupilli bona, quamuis non prouenerint à testatore. cap. si pater. testam. in sexto. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pupil. Videdum ergo est, an dominus Baptista possit admitti ex dicta pupillari substitutione. Et, re diligenter perpensa cõcludo, quod non, quia in facto præsupponitur, quod dictus pupillus nunquam adiuerit hæreditatem patris. vnde sequitur, † vt testamentum sit effectum
4 irritum, ob non additionem. l. j. ff. de iniust. rupt. & irr. l. si nemo. ff. de reg. iur. & consequenter pupillaris substitutio euanuerit. & ideo lex requirit expressè, quod patris hæreditas sit adita. l. ij. ff. de vulg. Nec obstat, quod pupillis iste esset suus hæ-
5 res patri, & † existentia suitatis, debet confirmare tabulas pupillares, etiam non adita hæreditate patris. l. si pupillus. ff. de acq. hære. not. l. apud Iulianum. §. primo. ff. ad Trebellian. Respondeo e-
6 nim, quod † cum substituere pupillariter non possit quis: nisi suo hæredi. d. l. j. & nihilominus lex requirat additionem hæreditatis, satis indicat, non sufficere hanc existentiam suitatis, sicut nec sufficit confirmationi tutorum, quamuis † datio tuto-
7 rũ vtilis sit pupillo. l. si nemo. vbi Odofred. Rayn. Alberti. ff. de testament. tut. cum l. seq. Salic. l. j. C. de testament. tut. Bald. l. si filius qui patri. vbi dixi de vulgar. & est verior opinio. Nam & videmus
8 † speciale esse, vt existentia hæc tabulas cõfirmet, quando alius frater substitutus est. l. filius, qui se. de acq. hæred. q. propter humanitatẽ prioris inductum est, qui noluit beneficium abstinendi à se inductum alteri fratri substituto damnosum esse, dicta l. si filius qui patri. vnde apparet aliud esse si non frater pupilli, sed extraneus, puta patruus sit substitutus, pro nostro casu. Nõ obstat, quod doctores simpliciter velint, quod existentia suitatis confirmet tabulas pupillares, etiam dato substituto vulgari. d. l. si pupillus. Respondeo hæc opinio ita simpliciter intellecta, esset contra text. in d. l. ij. qui non est restringendus, quando datus est cohæres extraneus pupillo, quia de hoc nullũ verbum in textu. Nec rursus est restringendus, quando sublata esset suitas datione substituti, vt quia substitutio facta sub expressa conditione, si voluerit. aut si hæres esse non poterit, quo casu tãtum datio substituti tollit suitatem secundùm Ias. in l. si filius hæres. ff. de liber. & posth. post alios per eũ allegatos. vnde debet intelligi hæc opinio secundum leges pro ea allegatas, videlicet, † quando substitutus pupillaris est etiam ipse fi-
9 lius, non autem extraneus. d. l. si filius qui patri. d. l. filius. qui se, vel quando hæreditas patris esset onerata ære alieno, ita vt interesset substituti pupillarem adire, & paternam repudiare d. l. si pupillus. de acquir. hær. l. paterfamilias, de priuileg. cred. quod nõ est in casu nostro, & ita ego semper consului, quia ista opinio concordat cum verbis legum, à quibus non est recedendum, vt latius dixi in dictis iuribus. Non obstat, quod ex vulgari expressa, vel quæ in pupillari continetur, possit admitti substitutus, quo casu adita hæreditate patris, confirmabuntur tabulæ pupillares: quia respondeo, quod in casu nostro ius transmissum est in venientes ab intestato, vnde excluditur substi-
10 tutus vulgaris, quia ius † transmissionis potentius est iure substitutionis. d. l. j. §. cum autem. C. de cad. per Bartol. & doct. in d. l. j. in j. effectu secundę quæst. meritò ergo non potest substitutus adire ex vulgari, & confirmare tabulas pupillares: quia excluditur à venientibus ab intestato, vt eleganter tradit Alex. apud Iulianum. §. Iulianus. ff. ad Trebell. versi. vnde ratione huius difficultatis, & ibi
11 hac ratione concludit, quod † moriente pupillo fit transmissio hæreditatis *in proximiores agnatos pupilli*, non autem in substitutum pupillariter, per l. sed si plures. §. filio. in fin. de vulg. & l. quæsitum, in fin. de acq. hæred. quæ sententia æquitatẽ summam habet cum ijdem venientes ab intestato pupillo proximiores quoque sint testatoris, & certè ibi est expressa decisio Alexand. in fauorem sororis aduersus istum substitutum, cum qua etiam ego transeo, propter Alexand. auctoritatem, & vlteriùs non disputo, cum sim rogatus de simplici subscriptione. Et ita mihi videtur: saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCVI. SVMMÆ.

1 *Quem non honoro, grauare non debeo.*

2 *Quando substitutio est facta sub duplici conditione, o-*
nusq; tantummodò est impositum ipsi instituto, puta
instituo Titium, & si ipse, vel filij filiorum decesserint
& substituo Caium, non est dubium valere fideicom-
missum, non tanquam iniunctum sit ipsis filijs, sed tan-
quam iniunctum instituto sub duplici conditione.

3 *Copula cadit inter duo, quæ simul esse non possunt.*

4 *Ex coniecturata mente testatoris, cõiuncta exponitur pro*
distuncta.

5 *Fideicommissum filijs in conditione positis, ex causis in-*
iunctum censeri.

6 *Glos. in l. Lucius. ff. de hæred. inst. limit.*

7 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*

8 *Quando verba non indicant iniunctum fuisse restituendi*
grauamen ipsis filijs, magis quam instituto, in dubio
censetur iniunctum instituto, qui est honoratus, non
filijs

BIU Cujas

autē filijs in cōditione positis, & hoc vt actus ipse teneat.

In fideicommissis sub copulatiuis duabus conditionibus relictis, altera deficiente per impossibilitatem iuris, vel facti actus ex altera sustinetur.

Vtile per inutile vitiari non debet.

TALIS est casus, Testator Dominico filio instituto sic substituit, vt si decederet sine filijs, vel filio: aut si filius, aut filij filiorū decederent sine filio, &c. tūc substituit Dominico, & suis filijs, vel filio, seniorem filium, & si nullus esset, proximiorem deferentem arma, &c. quæritur an ista substitutio respectu filiorum, qui in conditione solùm positi sunt locum habere possit: quia

1 † quem non honoro, non gratio. l. ab eo, C. de fidei comm. & pro huius quæstionis resolutione considerandi sunt breuiter tres casus. Primus est, † quando substitutio facta sub dicta duplici conditione est, onusque tantummodo impositū est ipsi instituto: puta, *instituo Dominicum, & si ipse, vel filij filiorum decesserint, ei substituo Titium*, & tunc non est dubium

2 valere fideicōmissum, nō tanquā iniunctū sit ipsis filijs, sed tanquam iniunctum instituto sub duplici cōditione. l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulg. legatum sub conditione. ff. de cond. & dem. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & in l. sed & si sic. ff. de leg. iij. nec in hoc est aliqua difficultas: nec refert an illa duplex conditio sit alternatiuè concepta, an verò copulatiuè, secundum Sal. in l. precib. quæst. vj. C. de impub. Cor. consi. ccxxvj. quanquam. vol. iiij. &

3 ratio est, quia † copula cadit inter duo, quę simul esse non possunt, meritò resoluitur in disiunctam.

4 l. si Titio fundus. de vsufr. leg. & quia † ex coniectura mentis testatoris coniuncta exponitur pro disiuncta, secundum Alex. cons. cxxx. in fi. vol. ij.

5 Secundus casus est, quando verba in dicta substitutione, nominatim respiciunt ipsos † filios in cōdōne positos, apparetque fideicommissum non instituto, sed ipsis iniunctum fuisse. Et hoc in casu magna est inter doct. controuersia, quia Bar. in d. l. Centurio. tenet valere fideicommissum tanquam in necessarium antecędens voluerit testator filios honorare. l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. & opin. Bartol. ibi sequitur Aretin. Iaf. Pol. Lanc. Galliaula. idē etiam tenet Anch. Paul. de Ca. Soc. Guido Papæ, allegati ibi per nouissimos eandem opin. sequutus est consulendo Alex. consi. lxiiij. in v. Corn. consi. lxxiiij, viso prolixo. vol. ij. vbi dicit, se semper legendo & consulendo ita tenuisse, & ita tenuit consi. cxxxxvj. quia causa eō. vol. & sæpius in alijs locis quę congregare non expedit. idē etiā sequutus est consulēdo d. Fran. Curt. cōsi. lij. & dicit Soc. in l. cū filio. de leg. j. quod ista opin. consulendo à multo tempore canonizata fuit per doc. Perusinos, & quod ita aliàs per infinitos doct. totius Italię consultum vidit. Cōtrariā tamē opin. tenuerūt Ric. Rayn. Im. Alex. & Iaf. cū multis alijs cōcor. in d. l. Cēturio. perreg. d. l. ab eo. attestāturq; de cōmuni opinione, respōdentes rationibus aduersantium, vt ibi per eos. Sed ego semper solitus sum transire cum Bar. & sequi priorem opinionē tanquā magis consentaneā voluntati testatoris, et

6 humaniorē, vt actus sustineatur. Nec obstat, quod cōmunis cōclusio sit, q, p illa verba non inducatur fideicōmissum: qā cōcedo, sed dico, quod limitatur, nisi ex alijs verbis, vel dispōsitionibus testamēti colligatur mens testatoris, volentis filios in cōditione positos haberi p honoratis. quā hoc casu non procedit † gl. illa cōmuniter approbata. l. Lucius. ff. de hęr. inst. vt omnes ibi tenent, & per Soc. in l. cū quis. ad fin. ff. de cōd. et dē. vnde dicit Corn. cōsi. cxxxxvj. vol. ij. q, propter opinionū varietatē, & rationes hinc inde efficaces, quę reddūt glos. d. l. Lucius. dubiā, facile ab ea, concurrente aliqua cō iectura, recedi potest. merito igitur in casu nostro dicēdum est, q, illa verba *si filij filiorum*, &c. propter coniecturā quę ex grauamine adiecto oritur dispositionē inducant, & sic † quæ non prosunt singula multa iuuant. l. ij. §. j. de excus. tut. Bar. l. j. §. ijdem Cornelio. de quęst. & pro hac secunda parte etiam nouissimè consuluit Dec. cōsi. clxxxij. in casu occurrente. vbi dicit, quod à multo tempore citra prævaluit hæc opinio. Tertius est casus, cum sumus in dubio, quia † verba non magis indicant in- 8
iunctum fuisse restituendi grauamen ipsis filijs, quàm instituto: & in hoc communis, & indubitata omnium opinio, quod censeatur iniunctum instituto, qui est honoratus, non autem filijs in conditione positis, & hoc vt actus ipse teneat. leg. quoties. ff. de reb. dub. & ita tenet Bald. & Salic. in d. leg. precibus. Socin. consilio cxxxx. volum. j. & ciiij. volum. iij. Et ita etiam dicit communem esse opinionem Alex. consi. xiij. in iiij. Dec. consi. clxxxij. & sentit Bar. l. eōdicillis. ff. de vsufr. leg. Et ex hoc tertio casu infertur ad quartum, & vltimū, qui ad nostram quæstionem pertinet, quid iuris in casu mixto, quando fideicōmissum vtriusque copulatiuè iniunctum est, prout in casu prępresenti fuit, in q testator copulatiuè substituit Dominicō, & suis filijs, & dicendū est indubitanter valere fideicōmissum, quia etiā si teneamus contra Bart. supra in secundo casu relatam, & sic respectu grauaminis filiorum non valere tanquam testator non potuerit eos onerare, quos non honorauerit. d. l. ab eo. tamen sustinebatur ex grauamine iniuncto Dominico, quia † in fideicommissis sub copulatiuis 9
duabus conditionibus relictis, altera deficiente per impossibilitatem iuris, vel facti, actus ex altera sustinetur. l. j. de cond. inst. per doctl. impossibilis. de verb. obligat. quia † vtile per inutile non 10
debet vitiari. l. iij. §. si cui plusquā. ff. de adim. leg. l. duobus. ff. de test. tut. cū similib. maximè in casu nostro propter prępresumptā mentem testatoris, qui considerauit fauorem agnationis suæ: & ideo grauauit substitutum ad nomen suum deferendum, &c. Socin. consi. cclviij. & sequenti. Et ex suprascriptis concludo, matrem istius impuberis teneri ad restitutionem hæreditatis Gulielmi testatoris, reseruata tamen sibi legitima, & Trebellianica, & sic dimidia, in qua Dominicus filius, et hęres, nullum grauamen sentit. Et hæc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCVII. SVMMÆ.

1 *Dictio, si tamen, aduersatiua videtur repetere qualitatem præcedentem.*

2 *Statutum dicit, existentibus masculis fœminæ non succedant, facto verò testamento succedant, quatenus testator eis duxerit relinquendum, propter vim aduersatiuæ verò intelligitur esse repetitum facto testamento, scilicet masculis extantibus, quia aduersatiua repetitionem inducit.*

3 *Semper debet fieri interpretatio per quam religiosi non cēsentur excluſi à successionibus.*

4 *De iure communi, conditio quod religiosi non succederent, non valet, & pro non scripta habetur.*

5 *In casu dubio interpretatio fauorabilior accipi debet.*

6 *Tempus cessionis diei in fideicommissis attendi debet.*

7 *Semel excluſus, debet perpetuò censeri excluſus.*

8 *Propinquior dicitur filius, non autem consanguineus.*

BIU Cujas

9 *Regulare est materia successionis feudi, vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui proximior est ipsi decedenti, non ad eum qui proximior est primo inuestito.*

10 *Maioricatus quid sit.*

11 *Fideicommissa temporalia hodie valent, & tenent, & possunt fieri vsque ad diem, vel ex die, adeo quod sunt transitoria de vna persona in aliam secundum voluntatem testatoris.*

12 *In quibuscunque vltimis voluntatibus, regulariter attendimus mentem testatoris, seu aliàs disponentis.*

13 *Verba concepta per ablatiuum absolutum, stant conditionaliter, & habent tractum temporis, quotiescunque talis maior existat semper admittatur.*

14 *Participium, manente, tractum temporis denotat.*

15 *Dictio, possit, habet virtutem extensiuam.*

16 *Dictio, tota vita, quid importet.*

17 *Verbum venit, duplicem sensum habet.*

18 *Quod semel excluſus est amplius admitti non debet, procedit in hæreditatibus, quæ non possunt ex die, vel ad diem dari.*

19 *Fideicommissa temporalia, & effectus eorum.*

OMnis difficultas circa duo puncta cõsistitur. Primum est, an religiosus & professus, qui deinde ad dignitatem Episcopalem peruenerit, possit admitti ad maioricatũ, de quo agitur. Et nõ insistendo vbi non expedit, paucis respondeo, hunc religiosum admitti. Moueor, quia testator primo capite excluſit religiosos, & perinde ac si ipsi non essent in rerum natura, vocauit proximiores, deinde subiecit, *Attamen, si talis filius maior fuerit Archiepiscopus, Cardinalis, seu Episcopus, &c.* tunc admittatur, & habeant maioricatum, illa enim† aduersatiua, si tamẽ, videtur repetere qualitatem præcedentem, *Si fuerint professi, &c.* per gloss. institu. de rer. diuis. §. item lapilli. per quã glo. Bald. in repet. l. Omnes populi. ff. de iust. & iur. decidit similem quæstionem, dicit† statutum, *existentibus masculis fœminæ non succedant, facto vero testamento succedãt*, quatenus testator eis duxerit relinquẽdũ, certè intelligitur propter vim aduersatiuæ, verò esse repetitũ facto testamento. s. masculis extantibus: quia aduersatiua repetitionẽ inducit. l. Seiæ. §. Caio. de fund. instruct. quamuis aliqui contrarium consuluerint, & malè secundum eum refert & sequitur Alex. in l. filius à patre. ff. de liber. & posth. Iaſ. in l. turpia. §. si pars. de leg. j. in l. re coniuncti. nu. iiij. de leg. iij. in l. si constante. nume. cx. solu. matri. & alibi sæpe. Confirmatur hæc sententia, quia† semper debet fieri interpretatio per quam religiosi nõ censeãtur excluſi à successionibus, iuxta textum in §. sed & hoc præsenti. in auth. de sanct. epiſc. & tradũt Canonistę in c. in præsentia. extra, de prob. Timo. de iure communi non valeret talis conditio, sed haberetur pro non scripta. auth. nisi rogati. C. ad Trebell. nec consuetudo in contrarium valeret. secundum Paul. Castr. consilio clxiiij. incip. in præsenti causa. quæ vocatur maiorię. in vltimo dubio. in ij. vol. In casu autem nostro res est clarior propter voluntatem defunctæ eos admittentis, casu quod ad talem dignitatem perũenerint. vnde non est dubitandum, quin talis interpretatio tanquam fauorabilior, in casu dubio accipi debeat c. odia. de regu. iur. in vj. l. semper in dubiis. de regu. iur. Concordat hoc etiam verisimili mẽti testatoris, qui adepta dignitate professos habilitauerit, vt esset dicti maioricatus capaces, vt possent faciliùs tolerare impensas dignitati annexas, qua consideratione multa aduersus regulas iuris inducta sunt, vt per Abb. in c. nisi esset. extra, de præb. Secundum est dubium, quia mortuo fratre primogenito, hic solus erat professus, & ideo ipso excluso patruus admissus fuit, an nunc propter superuenientem dignitatem tanquam habilis possit admitti. Et videretur prima fronte dicendum quod non: quia cũ tempore mortis fraternæ iste esset inhabilis, & ideo fuerit excluſus, non debet amplius admitti, quia tempore mortis fraternæ† cessit dies fideicommissi, quod tempus debet attendi. penul. ff. de legat. præstan. l. eum, qui de condit. & demonst. l. Titius. cum sequen. ff. de suis, & legit. vnde iste †semel excluſus, debet perpetuò censeri excluſus. c. j. §. quinetiam Episc. vel Abb. in vsib. feud. per Cyn. Bald. & alios, in auth. sed & si quis. C. de secun. nupt. l. in substitutione. vbi Iaſ. ff. de vulg. & pup. & quia ista dignitas superueniens non debet nocere ei qui iam obtinuit bona, cum res non sit integra secundum Bal. auth. ingressi. in fi. C. de sacroſ. eccleſ. Multò minus videtur, quod possit admitti si contingat filium patrui decedere, quia cum sit semel excluſus à patruo, censetur excluſus à tota eius successione, vt per Bald. in cap. j. in fin. de fil. natis ex matri. ad Morga. Et quia verba testamenti vocant† propinquiorem illius, qui decesserit, & sic filium, non autem consanguineum. leg. cum pater. §. penult. de legat. ij. per Alexand. consilio clxj. in vij. Et istud† regulare est in materia successionis feudi, vt aliquo mortuo attendamus ad eum, qui proximior est ipsi decedenti, non ad eum q proximior est primo inuestito, vt est text. in cap. j. in fin. de nat. succ. feud. & quod not. Andr. de Iser. in cap. j. de eo qui fibi, & hæred. suis. & per do. Præpoſ. in ca. j. de feud. March. verſi. decimo quinto. Soci. l. si cognatis. de reb. dub. verſic. prouiſta etiam. Aliàs sequeretur, quod ista successio esset nimis ambulatoria, de vna linea in aliam, quod non est verisimile. argum. l. penult. in fin. C. de cur. fur. Sed tamen his non obstantibus, puto reuerendiſsimum hunc Episcopum ad maioricatum admitti, & præsuppono, quod† matoricatus iste sit in effectu quoddam fideicommiſſum, quod de maiore in maiorem peruenire debeat, prout fatentur de plano doctores, qui in causa maioricatus consuluerunt, vt Petr. de Anchar. consilio lxxxij. Caſt. consilio clxiiij. Alexan. consilio iiij. in iiij. volum. Socin. consilio cclii. & rursus. consilio lxxxvij. in iij. Deci. ccccxxxxiij. cum similibus. Cum igitur maioricatus iste deferatur ad similitudinem fideicommiſſorum, succedit regula, quòd hodie† fideicommiſſa temporalia valent, & tenent, & possunt fieri vsque ad diem vel ex die: adeo quòd sunt transitoria de vna persona in aliam, secundum voluntatem testatoris, iuxta tex. in leg. fina. vbi omnes not. de legat. solum ergo obseruabimus, quæ fuerit mens ipsius constituentis dictum maioricatum, prout regulare est† in quibuscunque vltimis voluntatibus. leg. in conditionibus. ff. de condi. & demon. leg. iij. C. de lib. præt. Quod autem talis fuerit mens testatoris, colligitur primo ex illis verbis, *Existente tali maiore, non stante alio propinquiori*, quę verba† concepta sunt per ablatiuum absolutum, & stant conditionaliter, & habent tractum tẽporis, vt quotiescunque existat talis maior, semper admittatur. l. properandum. §. illo verbõ. manifestante. C. de ind. leg. ij. §. si mater. verb. mittere. ff. ad Tertull. & quod not. Bartol. in leg. ij. §. fina. eod. tit. & facit in simili quod not. Cum. sen. consilio. iiij. & sequ. vbi in legato facto vxori manente

BIU Cujas

14 nente in habitu viduali, † participium, manente tractum temporis denotat, & tot legata inducit, quot sunt anni: allegat Bart. in l. Titia testamento. §. fi. q. pen. de leg. ij. & à primo non cadit dies totius legati, sed singulis annis, vt ibi per eum, pro quo allego textum in leg. pater Seuerinam. in fin. versicu. mutante. ff. de condit. & demonstratio. Secundò colligitur mens ex illis verbis, *Talis possit*
15 *habere, & habeat*, illa enim † dictio, *Possit*, habet virtutem extensiuam: vnde videtur admittendus quandocunque capere possit. leg. si ita quis testamento. ff. de legat. ij. vbi videtur casus præsentis quæstionis. Tertio, ex illis verbis, *Tota vita sua, &*
16 *post illum, ille alius propinquior, &c.* propter enim † dictionem, *Tota vita* censetur actum, quod res legata, vel fideicommisso relicta, reuertatur ad primum, etiam absque alia restitutione, & consequenter fidiecommissum sit temporale, secundum Corn. in d. leg. fin. in fin. C. de legat. Allegat Bartol. hoc tenente in d. leg. Titia. ij. §. fin. de lega. ij in ij quęst. & facit, quod not. Alexan. consilio xcij. in iij. & clxxiij. in v. volu. Quartò, ex illis verbis, *Qui post ta*
17 *lem prælatum venit, seu venire debet.* † Verbum enim, venit, potest esse etiam præteriti temporis, quo casu verba essent clara, vt ille agnatus, qui ad successionem iam venit, si excludatur à prælato iterum admittatur, & sic habebit hoc verbum vtrunque sensum. leg. verbum, oportebit. de verbo. significa. leg. sepulchri. vlt. ff. de sepult. viol. Nec obstat, quod cum iste sit semel excluſus, non de-
18 beat amplius admitti, &c. Respondeo, hoc † procedit in hæreditatibus, quæ non possunt ex die vel ad diem dari. leg. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. secùs in fideicommissis. per d. leg. fin. vnde si ex forma statuti hæreditas posset ad diem dari. tunc quamuis quis semel fuit excluſus: tamen iterum admitteretur, secundum Bartol. in leg. fi. §. fin. ff. ad Tertul. per Dec. consi. lxxj. & cccxxxj. Socin. xxxiij. in iij. volum. & consilio I. eod. lib. Alexand. consilio xiij. in iij. volu. Non obstat, quod mortuo fratre primogenito cessit dies tem- E
19 pore quo iste prælatus erat inhabilis. Respondeo cum fideicommissum † sit temporale, incipit iterum cedere dies, cum primum prælatus cœpit esse habilis, vt per Bart. in d. §. fi. & probatur, quia idem videmus esse in vsufructu legato in annos singulos, vt habetur in leg. j. in principio. quando dies leg. ced. in leg. vnica. §. libertatibus. C. de cadu. tol len. & pro hoc est tex. in d. leg. si ita quis testamento. & in d. leg. pater. §. fina. Non obstat decisio Bald. in d. authent. ingressi. in fin. quia procedit, F
quando tempore quo cedit dies in quo defertur hęreditas, quis est omninò excluſus, & alius simpliciter, & irreuocabiliter vocatus, sed in quęstione nostrâ, iste patruus non erat irreuocabiliter vocatus, sed donec professus efficeretur capax, cum fideicommissum esset temporale d. leg. si ita quis testamento. & supra dictum est. Et ideo concludo hunc reuerendissimum prælatum esse admittendum ad maioricatum, & ad bona casulis magni, iuxta formam testamenti. Et hæc omnia, saluo G
semper saniore iudicio.

CONSIL. CCVIII. SVMMÆ.

1 *Euenientę conditione, euanescit fideicommissum.*
2 *Delinquentium bona, non ad fiscum, sed ad fideicommissarios deuoluuntur.*
3 *Alienationis prohibitione confiscationem bonorum non*

impediri.
4 *Non est verisimile testatorem appellatione alienationis de necessaria nempe bonorum publicatione, propter delictum, intellexisse.*
5 *Fiscus bona delinquentis retinere potest eo tempore, quo reus ipse tenuisset, saluo deinceps iure fideicommissarij.*
6 *Argumentum de tacito ad expressum valet, & tenet.*
7 *Prohibitio alienationis non compræhendit eam, quæ ex delicto fieret quia à lege fit.*
B 8 *Serui prohibiti alienari, ne cuiquam alteri seruiant, publicatis bonis hæredis, transeunt in fiscum, licet fiscus teneatur eos manumittere.*

IN testamento magnifici d. Ioan. Franc. Pallauicini, duo sunt capita fideicommissorum. Primum est *in quo institutis quinque filijs hæredibus, facit substitutionem, si cõtingat aliquem dictorum filiorum mori absque masculis, &c.* & de hoc nulla est C
quęstio, *quia d. Bernardinus decessit relicto d. Vberto, & alijs masculis, &c.* † vnde euanuit fideicõmissum. l. filius 1
famil. §. cum quis. ff. de lega. j. leg. j. C. de cond. insert. cum similibus. Alterum est, quia prohibuit filijs, & hæredibus, & eorum descẽdentibus in infinitum, ne possint vendere, vel alienare, sed bona remaneant integra & vnita pro conseruatione hęredum, & successorum, &c. vnde in præsentia quæritur de viribus dicti fideicommissi, quia do. Vbertus proponitur commisisse delicta, & fuisse D
cõfiscatus. licet deinde obtinuerit gratiam, quoad fiscum Principis tantum. Et videretur euenisse casum fideicommissi: quia delinquendo dicitur alienasse, & consequenter ius esse deuolutum fratribus domini Vberti fideicommissarijs, prout diffusè consuluit Alex. consilio xxiij. in j. quem videntur sequi Ias. & alij Moder. in d. l. filius famil. §. diui. in notab. vbi concludunt † tali casu excludi 2
fiscum, & ius statim deuoluit ad fideicommissarios per text. in l. Imperator. ff. de fideicomm. liber. vbi Barto. Sed tamen quicquid dicat Alexand. E
verior † & communior opinio stat in contrarium, 3
quam tenuit Oldr. consilio xvij. Rom. leg. si constante. §. fin. solut. matrimo. Paul. Ca. & Rui. in d. §. diui. vbi latè reprobat dictum consilium Alexand. Et ego soleo sequi hanc opinionem. Primo per textum in d. §. diui vbi simpliciter dicitur, hanc prohibitionem alienationis non nocere fisco, quia non licet testatoris talem legem dicere, quę verba propriè referuntur, quando fiscus talia bona occupat propter delictũ: si enim occuparet ex causa tributorum, vel alia simili, satis fuisset Iurisconsulto excipere creditores, & tamen excepit etiam fiscum: vnde satis ibi probatur bona à testatore vetita alienari, propter delictum tamen publicari posse, & facit, ratio, quia † non est verisimile testatorem appellatione alie- 4
nationis, de hac necessaria intellexisse. leg. Peto. §. prædium. de. leg. j. Sicut nec de ea intelligitur, quæ per successionem ab intestato fit. leg. cum pater. §. cum inter. ff. de lega. & fideicõ. ij. quæ tamen non est adeò necessaria, cùm possit iste testari arbitrio suo, & alij relinquere. Comitantur enim bona alienata, & transeunt in fideicommissarios propter indeuotionem grauati aduersus testatoris iussum facientis. l. j. ff. de penu. legat. quæ indeuotio cessat in alienatione necessaria, & in ea quã lex facit, non autem grauatus. §. penu. in auth. de restit. fideic. ibi, non ipsius, sed nouellę legis factę; & ideo videtur quod † fiscus ea bona retinere de- 5

beat, pro eo tempore, quo reus ipse tenuisset saluo deinceps iure fideicommissarij. argumen. cap. j. §. fin. de ca. Corradi. in vsib. feud. qua ratione etiã feudum antiquum publicari posse. Alexand. existimauit, post Ludou. Roma. & Imol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infectis. versiculo secundo. etiam in contrarium. Nec probabile esse proximi agnati præiudicium, cuius iuris cõditio nõ euenit: sicut nec in casu nostro, ne publicatio, quã fiscus ob delicti correctionem facit, cõmodum afferat fideicommissario, cuius fideicommissi conditio non euenit, quæ de alienatione intelligitur, non ex necessitate legis, sed per indeuotionem facta, vt dixi. nam & in fideicommisso expresso hoc est certum, vt eatenus confiscationi locus sit, quatenus reus viuat, nec interim fideicom. admittatur. l. Statius. §. Cornelio. de iur. fisc. l. cum pater. §. hæred. de leg. ij. & per Ang. in l. Papin. §. meminisse. ff. de inoffic. test. & in eo tacitè subest alienationis prohibitio, vt meritò idem quoque in expressa sit dicendum. valet enim
6 regulariter hoc † argumentum. l. cum quid. si cert. pet. l. quidam testamento. l. generaliter. §. si petitum. ff. de fideic. liber. & dixi in d. §. diui. in opp. ad l. Stichus. Sentit etiam hoc Iac. de Aren. quem refert Bartol. & videtur in hoc sequi in l. si quis in tantam. C. vnde vi. dum dicicit † prohibitionem
7 alienationis non compræhendere eam, quæ ex delicto fieret: quia à lege fit. leg. ij. ff. de reb. eorum. quam sententiam Bartol. reprobat in illo casu, quando is cuius fauore facta erat commodum prę sens capiebat, vt maritus in dote vxoris. l. quinque. & l. seq. ff. de bon. damn. vel pater qui vsumfructum in bonis filij habet. l. fina. §. filijs. C. de bon. quæ lib. at in casu nostro fideicommissarius commodum præsens non habebat: sed habiturum se sperabat. Et per hæc apparet responsum esse rationibus Alexand. in dicto consilio quibus etiam diffusè respondet Ruin. in d. §. diui. & oftendit autoritatem Bartoli etiam contra Alex. non autem pro eo. Vnde stante hac conclusione videtur ius omne esse in fisco, & restitutionem factam à Principe, quoad iura fisci comprehenderet hęc bona, & satis tutũ esse d. Vbertum aduersus fratres suos. Fortius videtur mihi dicendum dictum consilium Alexandri nihil obstare in casu nostro, quia etiam si verum sit, quod bona prohibita alienari, ad agnatos potiùs pertineant, quã ad fiscum, tamen Alex. non negat quin ipso iure ad fiscum pertineant. licet deinde fiscus conueniri possit à fideicommissarijs. quod apparet ex textu
8 per eum allegato in d. l. Imperator. ff. de fideicom. lib. vbi Bartol. in quo textu dicitur, quod † seruꝰ prohibiti alienari, ne cuiquam alteri seruiant, publicatis bonis hæredis, transeunt in fiscum, licet fiscus teneatur eos manumittere. Quo exemplo etiam in casu nostro, videtur dicendum. quia ista alienatio non arguit indeuotionem hæredis, cùm facta sit ex necessitate legis, quod bona nihilominus transeant in fiscum: sed quia subest tacita coniectura mentis, quod testator voluerit, ea potius pertinere ad agnatos. ista coniectura tacitæ mentis sufficit soli exceptioni. l. emptor. §. fina. ff. de rei vend. l. fin. §. j. ff. de dol. except. l. penult. ff. de collat. dot. non autem, vt dominum ipso iure transeat in fideicommissarium, & consequenter actionem realem habeat, licet fortè personalem habere possit, secundum Bartol. in leg. si socer. §. Lucius. ff. solut. matrim. quamuis secus esset in expressa mente testatoris, vt quia alienatio fuisset voluntaria. l. ea lege. vbi not. C. de condi. ob caus. & per Bar. in d. §. diui. in secũda solu. ad l. Stychus. & in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. j. Cùm igitur ius adhuc esset in fisco, nec dominium rerum transiisset in fideicõmissarios, debet restitutio & gratia facta d. Vbertò ad ista bona trahi exclusis fratribus. Et illa clausula testamenti, quod bona non possint amplius recuperari ad eum, qui vendidisset, seu alienasset, intelligitur per viam contractus, vt verba testamenti sonant. quo casu arguitur manifesta indeuotio, non autem per alienationem necessariam ex delicto, vt suprà est dictum. Et ita mihi videtur, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCIX. SVMMÆ.

1 *Conditio si decesserit sine filijs, seu liberis, intelligitur euanescere etiam relicta fœmina.*
2 *Vna pars testamenti alteram declarat.*
3 *Clausula si sine filijs decesserit, intelligi tantùm de masculis.*
4 *Absurdum est dicere, quod testator præferat extraneos suis proprijs.*
5 *Vna pars testamenti declarat aliam, distinguendum est.*
6 *Neptis facilius excludi debet, quàm filia.*

SVMMARIÈ procedendo, difficultatem in præsenti casu facit: quia testator casu quo Antonius, & sui liberi, decederent sine liberis naturalibus & legitimis, eisdem substituit fratrem superuiuentem, & suos liberos: non videtur autem euenisse conditio fideicõmissi, quia dictus Antonius, & eius liberi non decesserunt absque filijs, ex quo supereſt Aloysa, ipsius Antoni filia: † conditio enim illa *Si decederent sine liberis*, intelligitur euanescere, etiam relicta fœminina, cap. Raynaldus. extra, de testam. l. j. C. de cond. insert. maximè propter dictionem *liberis*, secundum Decium, consi. ccccclxvij. Et hoc suadet etiam mens testatoris, qui Camionem substituit, casu quo ambo filij sui, sine liberis masculis, vel fœminis decederent. Vnde cũ respectu Camionis expressè liberarit filios à fideicommisso, dummodo habeant fœminas, satis videtur in priore substitutione idem sensisse. Quia † vna pars testamenti aliam 2
declarat. l. qui filiabus. de legat. j. Dec. consi. 170. Franc. Cur. Iun. consi. ix. & Curt. Sen. consi. xxxxv. & consilio lxv. cum similib. Sed tamen diligentius considerãti mihi videtur contrariam partem esse
probabiliorem: quia † doctores tenent, quod li- 3
cet cõditio, *si sine filijs decesserit*, intelligatur, tam de masculis, quàm fœminis: tamen hoc non procedit, vbi præsumpta mens testatoris stat in contrarium. Veluti si testator proprias filias excluſisset fauore masculorum, verisimile est, quod multò magis voluerit excludere neptes, prout consuluit. Pau. Cast. consilio cccly. aliàs lviij. in j. viso dicto testamento. & consilio lxxvij. aliàs cccx. casus iste frequenter contingit. in ij. & in leg. j. ff. de cond. inst. vbi etiam Fulg. & consilio xxxviij. idem etiam consuluit Arid. Sic. inter consil. III. in iiij. volum. Dec. consilio xv. Et licet ista præsumptio sola, iudicio meo sit valde dubitabilis, & fortè non sufficeret, vt aliàs dixi, in leg. inter stuprum. §. fin. & in leg. Herennius. de verbor. signifi. tamen in casu nostro, adsunt multæ aliæ vltra suprascriptam quæ, coadiuuant intentionem fideicommissariorum. Est enim & secundo alia coniectura, quod fideicommissarij sunt ex descendentis

dentibus testatoris, quo casu Moderni videntur concludere eorũ fauore, fœminam esse excludendam: & ita concordantur opiniones contradicentium, vt per Socin. in l. cùm auus. de cond. & demon. versi. quartus casus. & inter consilia Curtij Senioris consilio xxxx. & nouissimè ita consuluit, contra opiniones Franc. Curtius Iunior consilio cxxxix. Subest & tertia præsumptio, quia
4 cum† testator decederet Camione sine liberis, vocet proprias filias, nisi illa verba, *Sine liberis.* intelligerentur de masculis tantum, sequeretur absurdum, quod prætulisset fœminas Camionis extranei, suis proprijs, contra l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. vnde potius credendum est, quod semper intellexerit de masculis, fauore conseruandæ agnationis. Est & quarta coniectura, *quia ipsum Camionem extraneum, prætulit testator suismet testatoris filabus*, non alia ratione, quàm quia Camio erat de familia, & vel sola ista coniectura sufficeret, secundum Cor. consilio cxxiiij. liber. ij. Potest & quinta addi, ex quo in secunda substitutione fecit mentionem masculorum & fœminarum, & non in prima: cùm enim declarauerit, quod vellet Camionem, quia extraneus erat excludi non solum à masculis de se descendentibus, sed etiam à fœminis, tacitè sentit secus esse in descendentibus suis: quia non intendebat, quod fideicommissi conditio deficeret, per superexistentiam fœminarum: alioquin sicut hoc expressit in secundo capite, ita expressisset etiam in primo. l. vnica. §. fin autem ad deficientis. C. de cad. toll. secundum Ioan. de Anan. consilio xxij. Anch. cons. cxx. Alex. consilio xxxviij. in vj. volum. & consilio xvij. in vij. Ias. l. qui filiab. de leg. j. Lud. Bologn. inter consi. Alex. consilio xxxxix. in iij. & per hoc respondetur ad rationem, quod vna pars testamenti, &c. & ea quæ not. Abb. consilio xxxvj. in j. alleg. per Ias. in d. l. qui filiab. & cum Abb. tenet Ias. d. l. Centurio. nu. lix. Comens. consilio cxij. Dec. consilio cccclxcv. cclxx. ccclxx. xvj. cccxxxxv. Gudio Papæ deci. cccclxxxv. Ias. consilio cxxxx. in ij. cxxxxiiij. sed alij† distinguunt, an in eadem oratione, an diuersa, vt Cur. Sen. lxlij. Rubeus consil. lxxj. sed contra hanc distin. Curt. Sen. xxxxviij. & consi. vj. Curtius Iunior cxij. cxiij. Zasius consilio iij. Vber. Zuc. l. fin. C. de edicto diui Adriani. & sequitur Dec. consilio cccxxxxij. & cccclxv. & ista opinio videtur tenenda, cùm tra-
6 ctetur non de† exclusione filiæ, sed neptis, quæ facilius ex huiusmodi coniecturis debet excludi, secundum Corn. consilio cxx. lib. ij. Et hęc omnia, saluo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCX. SVMMÆ.

1 *Edictum de legatis prohibitorium est, quia quilibet præsumitur habilis, nisi reperiatur expressè prohibitus.*
2 *Relictum propter pietatem, censetur relictum ad pias causas, & pro remedio animæ, vnde vbi aliàs non valeret, tali casu sustinetur.*
3 *Spurij sunt incapaces hæreditatis, & successionis.*
4 *Idem est dicere Bastardos, quod naturalis tantum.*
5 *Lex habet pro naturalibus, natos ex soluto & soluta.*
6 *Qui alieno laborant vitio, misericordia digni sunt.*
7 *Ratio cur prohibetur relinqui spurijs, vel naturalibus, non est propter odium ipsorum, ex quo ipsi nihil peccauerunt, sed est propter odium ipsorum parentum, qui deliquerunt.*
8 *Incapacibus possunt relinqui alimenta, & legatum valet respectu summæ ad ea ostendentis.*
9 *Si mulier habet filios legitimos, & alios illegitimos dummodo non natos ex coitu damnabili, & accusabili, tales illi succedunt æqualiter.*
10 *Auus prohibetur relinquere aliquid nepotibus. naturalibus, existente legitima sobole.*
11 *Clausula, quæ se refert ad præcedentia tantum, non est trahenda ad subsequentia.*
12 *Hæres grauatus de distribuendo hæreditatem pauperibus, seu restituendo pro anima sua, cui volet, non potest eligere spurium testatoris.*
13 *Non dicitur dispositio ad pias causas, quando consanguineus donat, vel legat coniuncto, & dicit id se facere pro anima, vel causa pietatis, quia præsumitur, quod potius fecerit propter coniunctionem, & sanguinem.*
14 *Filij vt dicantur naturales, & tanquàm tales succedant oportet, quod non solùm sint nati, ex soluto, & soluta, sed etiam ex concubina, quæ sit habita loco vxoris, nõ in figura ancillæ, & quod cũ ea vnica consuescret.*
15 *Filij quod quis habet ex sua ancilla, etiam si vterque sit solutus nõ dicũtur naturales, sed spurij, & sunt incapates.*
16 *Alimenta non debentur iuuenibus validis, qui habent artificium, quia esset incitare eos ad inertiam.*
17 *Qui ex operis suis potest ali, submoueri debet à petitione alimentorum.*
18 *Spurijs & naturalibus debetur summa legati relicti, quatenus non excedat vnciam, id est, duodecimam partem hæreditatis, quæ potuit illis relinqui existente legitima sobole.*
19 *Lex introducta est vt coerceat libidinem hominum, quia frequentius, & impudentius hæc dicta committerentur propter libertatem, & in odiũ iuris paterni irrogat pœnam, etiam filijs, quod secus est inmuliere.*

LEgatum factum testamento nobilis viduæ dominæ Leonoræ, Ioanni & Bartholomæo Bastardinis, de scutis mille quingentis relictis propter pietatem, & futuram contingentem necessitatem, visum fuit prima fronte vanere. Primò, quia† edictum de legatis relinquẽdis
E prohibitorium est: quia quilibet præsumitur habilis, nisi reperiatur expressè prohibitus. l. verbis legis. ff. de verb. sign. vbi verbis legis xij. tab. cauebatur, quod vti quisque ex bonis suis legasset, ita ius esset, prout etiam dicitur in l. j. in princip. ff. ad leg. Falcid. quod maximè videtur dicendum in casu nostro, in quo asseritur tale legatũ fieri propter pietatem. vnde† cùm sit ad pias causas, censetur pro remedio animæ relictum. vnde vbi aliàs non valeret, tali casu sustineretur; iuxta glo. in l. si quis Titio. ff. de legat. ij. pro qua videtur rexa. in authe. vt cum de app. cogn. §. si quis de prædictis. quem ad hoc allegauit Bald. in authent. similiter. C. ad leg. Falcid. Roma. consil. lxix. cum similibus. Secundò facit, quia† isti non videntur esse spurij, qui sunt incapaces; iuxta authen. licet in fin. C. de natur. lib. sed potius sunt naturales tantum prout eos ipsa testatrix appellat: quia† idem est dicere bastardos, quod naturales tantum, vt habetur in l. j. C. de natur. lib. & per gloss. in rubr. de concub. &
G in c. nisi cum pridem. §. personæ, in verbo manzeres, de renunt. maximè cum in facto proponatur eos† natos esse ex soluto & soluta, quo casu lex habet eos pro naturalibus. c. innotuit. extra. de elect. per Specu. in titu. de succes. ab intest. §. j. versicu. nunc de naturalių. Tertiò, quia ratio cur prohibetur relinqui istis spurijs, vel naturalibus, non est propter odium ipsorum, ex quo ipsi nihil peccauerunt, & misericordia digni sunt, †qui alieno 6
laborant vitio. l. legem. §. j. C. de natur. lib. Sed est

propter odium ipſorum † parentum, qui deliquerunt, quæ ratio ceſſat in noſtro caſu: tum quia teſtatrix eſt auia ipſorum, in qua ceſſat omne crimen: tum quia ad tale legatum aggrauatur ipſe met pater, & aufertur ab eo: vnde debet valere, ſicut in ſimili dicunt doctores. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthumis. vbi Bartolus Baldus Alex. Iaſ. concludunt valere legatum factum nepoti, & ſpurio, quando ex eo nihil venit acquirendum ipſi patri. Quartò, quia etiam ſi iſti eſſent † incapaces, tamen non eſt dubium, quod poſſent eis relinqui alimenta, & quod reſpectu ſummæ ad ea aſcendentis, valeret legatum. cap. cum haberet. extra, de eo qui dux. in matr. quæ diſpoſitio & in foro ciuili eſſet obſeruanda, vt eſt magis communis concluſſo, vt ibi per dominum Præpoſi. & per Ang. in §. fina. Inſtit. de iure natur. Socin. conſilio clxj. cum ſimilibus. quicquid dixerit Aret. conſilio xxxxviij. reuocatur. contra quem expreſsè tenet etiam Pic. in repet. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

Quintò, quia † ſi mulier habet filios legitimos, & alios illegitimos, dummodò non natos ex coitu accuſabili. tales illi æqualiter ſuccedunt. l. ſi qui illuſtris. C. ad Orfi. ergo multominus debet prohiberi relinquere naturalibus filij ſui. Sed his tamen non obſtantibus, teneo dictum legatum non valere, quia de hoc eſt caſus in l. fina. C. de natura. lib. vbi prohibetur † auus relinquere aliquid nepotibus naturalibus, exiſtente legitima ſobole, quæ lex, licet loquatur in auo, tamen habet locum etiam in auia, vt tenet ibi gloſſ. fina. quam indiſtinctè in hoc ibi omnes ſcribentes approbant, militat enim eadem ratio, videlicet fauor legitimæ ſobolis, & odium naturalium. facit tex. in authen. quib. mod. nat effic. ſui. §. ne igitur. vbi text. prohibet patri exiſtentibus legitimis, relinquere naturalibus aliquid ſupra vnciam, deinde ff. §. de nepotibus. eod. titu. extendit ſupra de patre & filijs dicta, ad auum, & nepotes, vt eadem perommia obſeruentur, & ideo cum hæc quæſtio per caſus legum diffiniatur, fruſtatorium eſſet inſiſtere in argumentis. Et hoc tenendo non obſtant allegata in contrarium: & primò, quod iſtud ſit relictum cauſa pietatis, quia tripliciter reſpondetur. Primò, quod illa clauſula, ſi videantur verba legati, refert ſe tantummodo ad commendationem, qua auia dictos baſtardinos, eorum patri, & filio ſuo † commendauit, vnde non eſt trahenda ad legatum ſubſequens. leg. talis ſcriptura. vbi gloſſ. & doctor. ff. de legat. j. per Bartol. in leg. prima. §. eritque differentia. ff. vi bon. rapt. Secundò, quia lex eis prohibet generaliter relinqui, & ſic etiam cauſam pietatis, nec reperitur iure cautum, quod iſta cauſa ſufficiat ad ſuſtentandum tale legatum, imo doctores præſupponunt oppoſitum in illa quæſtione, qua concludunt † hæredem grauatum de diſtribuendo hæreditatem pauperibus, ſeu reſtituendo pro anima ſua cui volet, non poſſet eligere Spurium teſtatoris, argum. gloſſ. in l. cum quidam. ff. de legat. ſecundo. prout tenuit Barthol. Veronen. caut. xxxxj. verſic. quarta, poſt alios, quos ibi refert. Tertio, quia cum lex prohibitoria ſit, ne iſtis relinquatur, etiam ſi cauſa pietatis ſufficeret, tamen non ſtaretur aſſertioni teſtatoris, ſed aliter probanda eſſet dicta cauſa, quia alias lex de facili fraudaretur, ſecundum doctrinam Bar. in l. ſi forte. in fin. ff. de caſtr. pec. Alexand. & aliorum. in l. ſi donatione. C. de collat. facit quod notat Iaſon poſt alios. in l. non dubium. verſiculo vltra doctores. C. de legat. & quod notatur per gloſ. & doctores in leg. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. in verbo, alia. vbi glo. expreſsè dicit, quod † non dicitur diſpoſitio ad pias cauſas, quando conſanguineus donat, vel legat coniuncto, & dicit id ſe facere pro anima, vel cauſa pietatis: quia præſumitur quod potius fecerit propter coniunctionem & ſanguinem, ſequuntur alij, de quibus per Dec. conſilio cxx. cum concord. Non obſtat ſecundum, quod iſti ſint naturales, non ſpurij, quia etiam hoc admiſſo, adhuc tale legatum non tenet: quia prohibitio legis loquitur etiam in iſtis naturalibus. d. l. fina. & d. §. ne igitur. Præterea dicendum videtur, quod imo iſti ſint ſpurij, quia vt † filij dicãtur naturales, & tanquam tales ſuccedant, oportet quod non ſolùm ſint nati ex ſoluto, & ſoluta, ſed etiam ex concubina, quæ ſit habita loco vxoris, non in figura ancillæ, & quod cum ea vnica conſueſceret. l. iij. ff. de concub. §. ſi quis autem defunctus. in authent. quibus mod. natur. efficiun. ſui. & ideò pauci verè ſunt naturales. ſecundum Baldum conſilio cclxij. recolo mè in primo libro, & ita etiam tenet Signoro. conſilio ccxxj. factum. Abbas in cap. innotuit. de elect. cùm concordantiis. per Alexandrum in leg. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. Ioan. Baptiſt. de ſancto Seuer. in repet. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. & ideò † filij, quos quis habet ex ſua ancilla, etiam ſi vterque ſit ſolutus, non dicuntur naturales, ſed ſpurij, & ſunt incapaces, vt in terminis conſuluit Oldra. conſilio cxcvj. & Alber. de Roſ. in rubr. C. de natural. lib. & quod notat Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. & conſilio ccvj. in iij. & eſt ſatis de mẽte Bart. in l. fina. ff. de his quib. vt indig. Non obſtat tertium, quia rationes in eo deductæ, poſſent procedere in nepote legitimo nato ex filio ſpurio: ſed nos loquimur in diuerſo caſu, videlicet in ſpurio nepote, ex filio legitimo nato, qui ipſe nepos ex perſona ſua eſt incapax, exiſtente legitima ſobole, vt dicitur in d. l. fina. Non obſtat quartum, quia poſſet dici ſatis valere † legatum vſque ad alimenta, ſi eſſent tales perſonæ, quibus alimenta deberentur: ſed vt intelligo, cum ſint iam iuuenes, & validi, & habeant artificium, ita quod poſſunt largè expenſas ſuas lucrari, non debentur illis alia alimenta: quia iſtud eſſet incitare eos ad inertiam, vt eſt text. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. vbi text. dicit, eum † qui ex operis ſuis poſsit ali, ſum moueri à petitione alimentorum, pro quo etiam eſt textus. vbi omnes notant. in leg. prima. C. de mend. val. libro xj. fateor tamen quod eis † deberetur ſumma legati, quatenus non excederet vnciam hæreditatis, id eſt, partem duodecimam, quæ potuit illis relinqui exiſtente legitima ſobole. dicto §. ne igitur. & firmat Salycetus in dicta authen. licet. & in dicta l. fina. in principio. Cum igitur hæc mulier, ex teſtamento mariti: præſupponatur habuiſſe duo millia, & trecenta ſcuta valeret legatum vſque ad ſummam ſcutorum ducentorum, vel circa: quod ſi minus habuit dicta teſtatrix, vt quia contraxerit aliquod æs alienum, tantò minor erit portio ipſorum baſtardinorum. Non obſtat vltimum, quia aliud iuris eſt de filio naturali, ipſius filij, aliud fuiſſet de naturali ipſius auiæ, dicta l. fina. † lex enim eſt introducta, vt coerceat libidinem hominum: quia frequentius, & impudentius hæc delicta committerent, propter maiorem libertatem, & in odium vitij paterni irrogat pœnam, etiam filijs, quod ſecus eſt in muliere. dicta auth. ſi qua illuſtris. Et

hæc

hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCXI. SVMMÆ.

1 *Legatum factum à Patre filio naturali, cui filius legitimus nullus supererat, valere in quacunque summa.*
2 *Qualitas naturalitatis dicitur probata per assertionem patris, quia sæpius, & maximè in eius testamento nominauit aliquem pro tali.*
3 *Patris assertioni, factæ in Testamento standum est saltem, donec contrarium probetur per aduersantes.*
4 *Natus in domo habitationis paternæ, præsumitur natus ex concubinatu.*
5 *Standum est assertioni testatoris circa æstimationem rerum suarum, cùm tamen sæpè in facultatibus proprijs plus credimus inesse, quàm verè reperiatur.*
6 *Præsumptio, quod quis sit naturalis tantum, est omnino capienda, vt euitetur suspicio delicti: nam alioquin necesse est dicere esse spurium, quæ nominatio cadit in delictum.*
7 *Delictum in dubio, non præsumitur.*
8 *Nominatus naturalis per talem nominationem, constituitur in quasi possessione filiationis, & onus transfertur in aduersarium, si intendit probare contrarium.*
9 *Citatio partis, non est necessaria ad actum probandi filiationem.*
10 *Coram scientu procedit de facto, & veritate inspecta.*

DIcitur in præsenti causa clari iuris esse, legatum factum † à patre filio naturali, cui filius legitimus nullus supererat, valere in quacunque summa. casus est in §. discretis igitur. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. & tales filij ab intestato succedunt in duabus vncijs, vt dicit ibidem textus in versicu. si quis ante. & declarat gloss. in cap. tanta. in verb. repellendus. extra, qui filij sint legit. & tradit Mar. Laud. in tract. legit. vers. & primo.

2 Et satis dicitur probata † qualitas illa naturalitatis, per assertionem patris, qui sæpius & maximè in vltimo suo testamento semel, & bis nominauit Augustinum pro filio suo naturali tantum.

3 nam † tali assertioni patris standum est, saltem donec contrarium probetur per aduersantes. ita expressè decidit gloss. in c. Michael. de filijs presbyt.

4 maximè cum dictus Augustinus † natus fuerit in domo habitationis paternæ, quo casu præsumitur natus ex concubinatu. ca. per tuas. vbi Abb. clarè notat, de probat. Alexan. consilio clvij. incipiente circa finem. in secundo dubio. in v. libr. &

5 confirmatur per dictum Bald. consilio cccxxxvij. incip. Titius habebat Seiam in vxorem. in vltim. lib. & probatur in authen. item si quis libertus. C. de natur. liber. benefacit decisio Bartol. post Dynum, in l. si fundum. §. si libertus. de leg. j. vbi concludunt † stari debere assertioni testatoris, circa æstimationem rerum suarum, cum tamen sæpè in facultatibus proprijs, plus credimus inesse quàm verè reperiatur, per iura vulgaria. Confirmantur etiam præfata ex notatis per Bartol. & scribentes in l. tale pactum. §. vlti. ff. de pact. dum per illum tex. colligunt probari, quod si quis in aliquo actu etiam inter viuos, nominet aliquem tanquam hæredem suum, quòd talis assertio, probat illum esse hæredem, & illi statur, tanquam si ab eo institutus foret in eius vltima voluntate. Et talis præ-

6 sumptio, quod Augustinus † fuit naturalis, tantum est omnino capienda, vt euitetur suspicio delicti. nam alioquin necesse esset dicere eum esse spurium, quæ nominatio cadit in delictum, vt voluit gloss. fi. in cap. tanta. qui filij sint legit. & in cap. nisi cùm pridem in verbo, manseres de renunciat. &

7 † delictum in dubio non præsumatur. l. merito. ff. pro socio, cap. ij. de reg. iur. eum vulgaribus. Et

8 † per talem nominationem constituatur nominatus, in quasi possessione filiationis, & onus trãfertur in aduersarium, si intendit probare contrarium est Decisio Bartol. in l. j. §. ad quæstionem. ad finem. ff. de quæst. & aliorum quos refert, & sequitur Dec. consilio liiij. & dicit Signorol. consilio lv. incipiente si quæratur, quod talis confessio parentum, prodest filijs, & nocet confitenti, & suis hæredibus, donec contrarium probetur. Et præfatis etiam accedunt testes examinati super actu dictæ filiationis coram do. Prætore Mediolani. Et licet ad hoc pars non fuerit forte citata, nihilominus fidem faciunt dictæ probationes: tùm quia † citatio ad illum actum non fuit necessaria, secundum

9 Bart. & doctor. in l. vltim. C. de edict. diui Adria. tollen. tum quia cum probatio talium testium sit verisimilis, etiam quod de iure non valeret. Tamen apud reuerendissimum Senatum, concludenter probabitur eo, quia † coram eo procedit de

10 facto, & veritate inspecta. istud eleganter tenet Bald. in l. solam. ad finem. C. de testib. quem refert & sequitur Aret. consilio cxxvj. versic. ad secundum dico. Et hæc omnia salvo semper saniore iudicio.

CONSIL. CCXII. SVMMÆ.

1 *Conditio, si sine filijs decesserit, euanescit etiam vnica fœmina relicta.*
2 *Masculorum mentio in vna Testamenti parte facta, censetur repetita. & infra num. 9.*
3 *Neptes nõ ita facilè censentur exclusæ.*
4 *Descendentes masculi substituti fœminas excludunt.*
5 *Filiæ specialiter substitutæ, etiam non dotatæ, vel in modico substitutum non excludunt. & num. 6.*
7 *Filiabus exclusis, neptes quoque exclusæ censentur, stante statuto, quòd extantibus agnatis masculis, fœminæ non succedant.*
8 *Dictio, repetitiua, multum operatur, quoad exclusiones in substitutionibus.*
10 *Coniecturæ quòd uoluerit testator consulere agnationi, & lineæ masculinæ, qualis ibi multæ ponuntur, fœminas excludunt.*
11 *Neptis facilius excluditur, quàm filia.*
12 *Dictio, liberis, etiam fœminam comprehendit.*
13 *Neptis substitutum excludit multis casibus, ibi positis.*
14 *Neptis, filiam testatoris substitutam non excludit.*
15 *Neptis excluditur à substituto concurrentibus coniecturis, & statuto, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant.*

QVoniam in casu mihi proposito variæ verborum formulæ afferuntur, secundum quas variæ quoque conclusiones adducendæ sunt: ideò materia aliàs repetitâ, sic à me disponetur. Sit ergo regula quod † conditio, si sine filijs decesserit, intelligitur tàm masculis, quàm fœminis, & ideò relicta filia fœmina euanescit. l. j. C. de condit. inser. quæ regula ampliatur etiam in vna tantùm parte, † mentione masculorum facta, non

2 in alia. Ludou. Bologn. cõs. liij. sub nũ. xvij. in iiij. cõsilior. Alexan. in cons. xvij. num. xj. & xij. in vij. & in cõs. xxxviij. nũ. viij. in vj. Ias. 142. in vj. colũ. in ij. Curt. Iun. 163. licet idẽ 139. cõtra. Secũdò † amplia

tur etiam si expressè excluſiſſet fœminas in teſta- A
mento priore reuocato. Franc. Curt. Iun. consilio
clxiij. num. x. cum pluribus seq: vbi contra Cor-
neum. Tertiò ampliatur si non in conditione tan-
tùm, sed dispositione filij sint positi. Corn. cccxxx.
col. vij. in iij. Quartò ampliatur etiam si testator
proprias filias excluſiſſet; neque enim ideò ne-
ptes erunt excluſę vt est magis communis senten-
tia Curt. xxxxv. lxiiij. Corn. ccij. ccxxx. in iij. Alex.
xxxviij. col. ij. in vj. Curt. Iun. consi. clxiij. in ij. Ias.
cxxxxij. in ij. Ludo. Bologni. in d. consi. liij. inter
consi. Alex. lib. iiij. Quæ tamen aliquibus casibus
4 possent nõ ꝓcederet quoties † substituti essent de-
scendentes, non autem extranei. Cur. Iun. consi.
5 cxxxix. col. iiij. primo. Si proprias † filias non do-
tasset, vel in modico, quas deinde specialiter sub
stituisset masculis, vel in nbuisimo capite sub-
stituisset filios, & eorum filios; & filias Fulg. cõsi.
xxxviij. In proposita quæstione. Secundò si pro-
6 prias † filias in certa quantitate tantùm uocasset, B
masculos verò vniuersaliter, & omnibus illis sine
filijs descendentibus, filiabus fœminis. eorum
quid reliquisset, & scholam hæredem instituisset.
secundùm Pau. Cast. in consi. ccclvij. Fauore loci
pij. & consi. cxxiij. Viso testamento Michaelis. in
j. parte. vbi erat facta substitutio, tunc & eo casu
de bonis quæ eisdem dicti testatoris filijs, &c. in-
telligitur eisdem vocatis ad vniuersalem substitu-
7 tionem. Tertiò si in patria extaret statutum, quod
extantibus agnatis masculis, non succederent
fœminæ. Paul. consi. ccccix. Casus iste frequenter. D
Tunc enim si filias ꝓprias ab vniuersali succesio-
ne excluſiſſet, cẽseretur & neptes à substitutione.
Corn. consi. cxxiiij. lib. ij. Dec. ccccccxxvij. cclxx.
ccccxv. cxxxxvj. videturque attendi succesionẽ
grauati à statuto introductam, non primi testato-
ris. Socin. consi. ccxxxxix. col. xxj. num. xxiiij. &
xxv. vers. Secundò casu. lib. ij. licet alibi dicat, qd
non attenditur succesio per l. filius famil. §. Cùm
quis. vt in consi. clxxxij. in ij. & in l. cum auus vij.
q. principali. Sequitur Curt. Sen. consi. xxxxiiij. E
num. xxxj. Barba. in l. cum acutissimi. col. pen. C.
de fideicom. Soc. lxxv. col. iij. in iiij. & l. cum auus.
iij. q. principali, & consi. vj. & consi. xiiij. lib. iij.
8 Quartò si aliquã † dictio repetitiua qualitatis ad-
esset Coment. cxvij. Dec. clxxx. in ij. dub. cclxx.
ccclxx. Abb. xxxvj. vel supra nominauit masculos,
deinde in substitutõe dixit dictis filijs, &c. dictio
enim dictis repetitiua est Corn. cõsi. cj. in iiij. Bar.
in l. fi. ff. ad Trebel. in l. Lucius. prima. de vulg. Quin
tò si institutis tribus filijs, & adiecta dicta condi- F
tione sit substitutum illis deficientibus, substituo
9 Antonium & eius filios † masculos, idem viderur
in priore de masculis. And. Sic. in consi. xxxxvij. in
fi. lib. iiij. maximè si aliæ quoque coniecturæ ex
verbis colligerentur. Curt. Iun. consil. xj. Sextò si
10 accedant † coniecturæ, quod testator voluerit con-
sulere agnationi, & lineæ masculinę, & ex serie te-
stamenti id appareat. Soc. inter consi. Curt. num.
40. subscripsit Opizon, & Lancel. Dec. Ias. cxxxx.
lib. ij. Dec. cclxx. Idem si vltimum substitutum G
extraneum, sed de familia prætulit descendenti-
bus fœminis. Corn. consi. cxxiiij. l. ij. Idem si appa-
reret voluisse admitti nepotes, & pronepotes ma-
sculos. Corn. consi. cxxxxvj. in ij. Idem si prohi-
buit bona pro dotibus alienari. Corn. cõsi. cclxxv.
lib. iiij. Idem si iussit bona conseruari in cippo do-
mus, & fœminas dotari. Corn. cclxxiij. col. iiij. lib.
iiij. Idẽ si in fine sit clausula, si nulla proles masçu-
lina reperiatur. Corn. clxij. lib. iiij. Idem si prohi-

bitio alienationis nec extra agnationẽ. Ias. cxxxx. A
lib. ij. Dec. consi. xv. licet sit attendenda coniectu-
ra legis non hominis. Corn. ccij. litera E. & ccxxx.
colum. v. in iij. contra Ias. cxxxx. colum. ij. &
cxxxxij. in ij. Dec. ccccxvij. nume. iij. Calcan.
xxxxviij. colum. ij. Septimò si † non de filia, sed de 11
nepte ex filia tractatur, quæ facilius excluditur si
adsint aliquæ coniecturæ. Corn. consi. cxxxix. ij. li-
cet Signorol. Homod. contra cõsi. cxvij. facit Ioan.
And. in Spec. titu. de testa. in iij. colum. Soc. ind.
Gallus. §. etiam si circa fi. Octauò si in parte testa- B
menti præsuppositum fuisset fœminas non posse sibi
hæredes esse, vt dixi in consi. pro Duce Malfiæ. Et
hæc quidem in conditione si sine filijs † dicta sint.
At in conditione, si sine liberis, &c. Primo sciendũ
est quod dictio † liberis propriè etiam fœminam 12
comprehendit. Cor. ccij. & ccxxx. litera H. in iij.
Cast. cccij. Dec. ccccclxx. & cccclxxi. & cccclxxxv.
Curt. Iun. cxxxvj. num. x. Gozza. lxxxviij. incip.
In hac causa. Ias. d. consi. cxl. Secundò † substitu- 13
tus excluditur à nepte, si probatur patris odium C
contra filiam. Castr. quem refert Soc. d. l. cùm auus
colum. xxxxiij. sub num. lxxx. ni iij. quæstio. Goz-
za. d. consi. lxxxviij. Tertiò si fratri sit extraneus
substitutus, neptis erit potior. Castr. d. cõsi. ccccvj.
Sibi contrarius, pro nepte etiam consuluit Coz-
zad. d. consilio lxxxviij. in iiij. conclusione xliij.
in fi. Curt. Sen. lxiij. sub num. xv. Alex. xxxviij. in
vj. Dec. cccclxx. quamuis contrarium Socin. inter
consi. Curt. num. xxxx. Ias. d. consi. cxxxx. cũ duo-
bus sequen. Quartò si pia causa, adhuc pro nepte,
Collegium Auenionen. cuius meminit Castr. in
consil. ccccxc. ante nume. ij. in ij. parte. Cor. clxij.
in iiij. licet contra neptem. Curt. Iun. xxxv. Ias.
cxxxx. lib. ij. Quintò quandonullæ filiæ fœminæ
excluſæ substitutus excluditur etiam, quod sit de
liberis à nepte. Castr. quem refert Soc. d. l. cùm
auus. Ias. cõsi. cxxxxj. colum. xij. Calcan. xxxxviij.
colum. vj. Sextò quando cessant coniecturæ, sed
adest statutum excluſorum fœminarum, pro ne-
ptes contra substitutum. Ripa. d. §. cum ita. num.
80. Soc. lv. in iij. lxxiij. nume. xv. in iiij. licet Vbert.
Zuccard. contra in Repet. l. fina. C. de edi. diui.
Adrian. tollen. colum. xxij. Septimò si testatrix fœ
mina, tunc pro nepte, Soci. d. l. cùm auus. in iij.
conclu. in l. Gallus. §. nunc de lege. quamuis Curt.
Iun. contra consi. xxxv. colum. v. Dec. ccccxxiij.
Octauò si in institutione de masculis, in substitu-
tione simpliciter si decesserit sine filijs, tunc ne-
ptis potior. Alex. xxxiij. in vj. Curt. Iun. clxiij. co- F
lũ. penult. contra Dec. cccccxv. maximè stante sta-
tuto supradicto. & ccclxx. dxxxxvj. ccccclxvij.
pender à not. per Abb. consi. xxxvj. Ana. consi. xxij.
Nonò si substituit quoscunque filios, tunc neptis
potior. Dec. ccccccxcix. Quod † si filia testatoris sit 14
substituta, tunc neptis amitam nõ excludit. Curt.
xxxv. colum. penult. Ias. d. consi. cxxxx. licet Alex-
andrinus contra consi. xxxj. in fi. Dec. cclxx. &
ccccclxviij. Contra Herculanum. idem consilio
ccccxxx. Præterea quando plures † coniecturæ 15
